# ACTA
# SANCTORUM
# MAII
## TOMUS SEPTIMUS.

IMPRESSION ANASTALTIQUE
CULTURE ET CIVILISATION
115, AVENUE GABRIEL LEBON
BRUXELLES
1969




ANTVERPIÆ APVD MICHAELEM CNOBARVM ANNO MDC LXXXVIII


P. 67.
R.T.
S. R. I. ELECT. &c. MAXIMILIANVS
BAVARIAE DVX. SACRI IMPERII ARCHIDAPIF. CO
P. Pontius Sc.
Monsieur Cuche Sculpsit

SERENISSIMO ET REVERENDISSIMO PRINCIPI

# MAXIMILIANO HENRICO

## COLONIENSI ARCHIEPISCOPO,

S. R. I. PRINCIPI ELECTORI,

PER ITALIAM ARCHICANCELLARIO ET SEDIS APOST. LEGATO NATO,

## LEODIENSI, HILDESIENSI,

## AC MONASTERIENSI

# EPISCOPO ET PRINCIPI,

ADMINISTRATORI BERCHESGADENSI,

UTRIUSQUE BAVARIÆ, SUPERIORIS PALATINATUS,

WESTPHALIÆ, ANGARIÆ, ET BULLIONII DUCI,

COMITI PALATINO RHENI, LANDGRAVIO LUCHTENBERGENSI

MARCHIONI FRANCHIMONTENSI,

COMITI LOSSENSI, ET HORNENSI ETC.

QUo plura ſubinde in unum nomen ac tempus concurrunt gratulandi argumenta, eo pronius eſt confundi ſolicitudinem gratulari cupientium, dum apud ſe difficulter conſtituunt, quid prius, quid poſterius ſint aſſumpturi. Nobis certe id uſu venit, Sereniſſime Princeps, conſiderantibus, quæ & quanta decora hiſce poſtremis annis in Te contulerit ſupremi munifica manus Largitoris; ad commune tamen Epiſcopatuum & Populorum, qui Clementiæ ac Prudentiæ Tuæ concrediti ſunt, emolumentum potius, quam ad privatum commodum Tuum. Placet igitur compendio & brevi oratione complecti multa, & uno veluti ſpiritu percurrere; videlicet recuperata per te eſſe Diœceſeon jura; plebem, alibi ne tumultua-

retur cohibitam provide, alibi à ſeditione tentata fortiter revocatam; ſervatos in pace neutrarumque partium prærogativa ſubditos, cum vicina omnia bellis arderent; abolitas conſuetudines bono regimini noxias, & inquietis atque diſcordiæ civicæ cauſas; imo quaſi parum oneris foret tot tantaque curare ac conſervare in Diœceſibus tribus; quartam inſuper, eamque ampliſſimam & potentiſſimam, communi ſuffragantium voto, illis additam; novum denique decus, vetuſtiſſimo pariter ac nobiliſſimo Bavarorum Principum ſtemmati adveniens, per victorioſa Ducis Cognati arma, & Cæſareæ Sponſæ auſpicatiſſimas nuptias. Nos tamen, Joannis Bollandi ac Godefridi Henſchenii, in colligendis illuſtrandiſque Sanctorum Actis olim Socios, nunc Succeſſores, ſpecialius ſpectat ea lætitia, quâ Weſtphalia tota perfunditur, in optatiſſima Tua ad Monaſterienſem Epiſcopatum aſſumptione. Perhanc enim fit, ut in morte Deceſſoris præſtantiſſimi Ferdinandi Furſtenbergii, præcipuo privati Mecænate, nullam nos æſtimemus feciſſe jacturam, cum Sereniſſima Gratia Tua, quanto eſt generis nobilitate titulorumque amplitudine præcelſior illo, tanto etiam ſit ad patrocinandum potentior. Ergo Henſchenii noſtri nuper defuncti Exegeſim de Tungrenſi ac Trajectenſi Epiſcopatu, extremis vitæ annis ab eo recognitam retractatamque, in novæ clientelæ profeſſionem exhibemus; non aliunde quæſitum, ſed quaſi Domi Tuæ natum inventumque munus. Quis namque ignorat, Tungris Trajectum, Trajecto Leodium tranſlatam fuiſſe Cathedram, quam Agrippinenſi conjunctam tot nunc annis feliciter tenes: adeoque Tuas eſſe civitates, quarum vetuſta auctoritas eo Tractatu aſſeritur; Tuos omnes

nes Deceſſores fuiſſe, quorum ibi tempora ordinantur; Tuos Populos, quorum ibidem definiuntur antiqui limites. Primum, licet Tungrenſibus ac Trajectenſibus minime dubium, agendum tamen P. Godefrido fuit, quia erat Scriptorum quorumdam parum fundata contradictione obſcuratum: ſecundum, quia multis inveniebatur ambagibus implexum, dum ſuo quiſque genio ac ſenſu veterum geſta ad hodiernam chronotaxim, nullo certo uſus charactere, accommodat: tertium, quia ceteris eatenus intactum; adeo ut cum recentior quidam Annalium Leodienſium ſcriptor moneretur, Diœceſis fines, quales antiquitus fuere, ſculpta tabella repræſentare, negarit id fieri à ſe poſſe, quando omnia nunc mutata eſſent, Populorum etiam nomina, non ſolum dominia Principum. Et iſtæc quidem tria Henſchenius præſtiterat ante annos circiter trecenos, ſtudia jam tum multa, Sanctorum Actis impenſa, numerans: ſed tamen decurſu prædicti temporis ſe quoque ipſo eruditior factus, denuo ſumpſit retractanda univerſa, & hanc compoſuit Exegeſim; multa quidem à priori Diatriba reſcindens, quæ ſi olim incerta fuerant, nunc minime ambiguum habent inter eruditos arbitrium; addens vero non pauca, poſtea obſervata; omnibus denique novam formam inducens: quæ ut Nomini Tuo, Princeps Sereniſſime, patrocinio favoreque digneris, etiam ex tumulo, per nos Diſcipulos ſuos, ſupplicat; ſimulque Sanctorum Acta, edita & edenda, commendat. Nos vero iſti communis Magiſtri noſtri Lucubrationi addimus etiam Tractatum alterum, ex ejuſdem ſchedis adornatum, de Chronologia Epiſcoporum atque Archiepiſcoporum Mediolanenſium; nonnihil etiam ad Serenitatem

Tuam ſpectare viſum. Etenim in eo quæritur, quo tempore ac modo potuerint Conſtantinopoli Mediolanum allata fuiſſe illa tria Sanctorum Magorum veneranda corpora, quibus Urbs Tua poſtmodum ad ſe devectis ſic gloriatur, ut in perpetuam rei memoriam ſcutariæ ſuæ teſſeræ inſertas voluerit tres eorumdem Coronas: quaſi parvi faciens ſe Regum Francorum Ripuariariorum ſedem olim fuiſſe, præ eo honore quo extollitur poſſeſſione talis theſauri, tanto hinc quam inde dignior Germanicarum Civitatum Regina nuncupari, quanto præſentia præteritis cariora ſunt, & ſacra profanis antecellunt. Nunc ad commendanda Sereni-tati Tuæ Sanctorum Acta, hactenus edita ac porro in lucem publicam itura; non dicam, quam multi iis inſerantur quadruplicis Tuæ Diœceſeos Indigetes & Patroni. Par unum ſanctiſſimorum Conjugum, Comitum Palatinorum ad Rhenum, ac Brunvvilrenſis prope Coloniam Cœnobii Fundatorum; Beati, inquam, Erenfridus atque Mathildis, ſoli ad conciliandam gratiam ſufficiunt, utpote domeſtici Sancti, & ex eodem unde Bavariæ Duces ſtemmate procreati; propter eorum Acta atque Miracula, ad xxi Maji eruderata digeſtaque. His interventoribus ac proxenetis omnino confidimus, nos in eumdem locum favoris recipiendos apud Sereniſſimam Gratiam Tuam, quo apud Deceſſorem in Monaſterienſi Epiſcopatu Ferdinandum fuit Henſchenius; noſque tot aliis tuis Clientibus adjungendos, non prorſus extraneos, quando opus hoc vaſtum componitur cuditurque in ea Belgii Provincia, Brabantia ſcilicet, cujus pars bene magna Leodienſi Tuæ Diœceſi eſt innexa. Huic operi dum Sereniſſimum Tuum commodabis Patroci-

nium,

nium, incipiemus & Nos eſſe pars eorum, qui totis præcordiorum affectibus optant, ut videas, videndoque læteris, pacem, in Tuis Provinciis nuper reformatam, florere diu; Bavaricam Domum alibi gloriosa numeroſaque ſobole firmari; copias, tuo ære conductas ſuſtentandaſque ad Ottomanicæ tyrannidis ac Mahometanæ perfidiæ excidium, firmamentum vero Romani Imperii Chriſtianæque Religionis, redire victoriis ſpoliiſque cumulatas; quin etiam Archidiœceſeos Tuæ limites, vicinarum regionum ad fidem Catholicam reductione protendi ad Iſalam uſque & ultra: nam hujus quoque boni ſub Te ſperandi omen accepiſſe tunc videmur, quando Tuis auſpiciis quæſitum repertumque prope Svvollam eſt Corpus venerabilis viri Thomæ à Kempis, ſub Montis S. Agnetis ruinis deliteſcens annis prope ducentis. Ecce autem, dum hæc ſcribimus, vergente ad finem totius Maji impreſſione, mox prælo committenda; feralis de gravi Tua ægritudine adeſt nuntius, ſubſequente poſt dies paucos altero, de vita prope à Medicis deſperata, qui nobis non magis aures quam animos perculit, alia omnia cogitantibus. Trepidis è manibus ſtylus excidit, veluti ad funebrem leſſum ſcribendum vertendus; oculique ſuffuſi lacrymis lituras faciebant extremæ huic & necdum plene pertextæ periodo; dum tranſimus in affectum mœſtitiæ, quem Tuis fidelibus Populis omnibus tam certo credebamus eſſe communem, quam nobis conſtabat omnium Te eſſe communem amorem. Sed bene! Audiit amantium dolentiumque ſuſpiria, vota, lamenta Deus, & præcipitem ad extrema fata morbum miſeratus ſtitit; rediit ſanitas, vita ſervata fuit. Hanc quia confidimus firmiorem ex impulſu, certiorem ex periculo deinceps fore,


fore, novum gratulandi titulum attexímus concludendæ hic epiſtolæ; Deum Sanctoſque precati, ut quæ bona, Te nobis ſervato ac velut à mortis faucibus reddito, conſervarunt reddideruntque, ea in annos adhuc plurimos durare jubeant, noviſque ac novis indies velint cumulare acceſſibus; quoad longæva ſenectute perfunctus, ad præmia, Sacerdotalibus ac Principalibus Tuis laboribus virtutibuſque repoſita, eveharis; illis ipſis Sanctis æternum ſociandus, quorum hoc in volumine deſcripta, atque in pluribus poſt ſecuturis menſium reliquorum Tomis deſcribenda Acta, tam dignanter ſuſceperis promovenda. Atque in his finem gratulandi beneque precandi nunc facimus, adducto ad pluteos Junio, ſimiliter illuſtrando, alacriter incubituri, poſtquam ſacra Tua benedictione inſtructi reverterimus ad opus, niſu indefeſſo proſequendum.

SERENITATIS TVÆ

*Clientes devotiſsimi*

DANIEL PAPEBROCHIVS.
FRANCISCVS BAERTIVS.
CONRADVS IANNINGVS,
*Societatis Ieſu Sacerdotes*
*Flandro-Belgæ.*

Tom. 7 Maij. Pag. 1 Fract. Prod.



Nicol. Huybrechts pinxit. Phi: Bouttats. Fred: Fil: Sculp. Antwerpiæ

# GODEFRIDVS HENSCHENIVS S.I.

OBIIT AN. MDCLXXXI. ÆT. LXXXI. XI. SEPTEMB.

*Sic dedit Henschenium Pictor, se pulchrius ipse*
*Pinxit, Sanctorum quo dedit Acta, stylo.*

# AD TOMUM SEPTIMUM
# DE ACTIS SANCTORUM MAII
## TRACTATVS PRÆLIMINARIS
## R. P. GODEFRIDI HENSCHENII
## DE EPISCOPATU TUNGRENSI AC TRAJECTENSI,

Ante annos xxx primum editus in lucem Diatriba ſingulari, ante mortem vero recognitus ab Auctore, & varie innovatus.

*Nec non de populis ei diœceſi ſubjectis, ac Chronologia primorum Franciæ Regum, ad ejuſdem Monarchiæ initia ſpectantium.*

## PRÆFATIO EDITORIS
## DANIELIS PAPEBROCHII.

De vita, operibus & virtutibus τῦ Μακαρίτε.

§. 1 *Prima P. Godefridi ætas & ſtudia, in Seculo & Religione.*

*Auctor Exegeſeos hujus Henſchenius,*

DAturus in novam lucem, Henſchenianam de Trajectenſibus ad Moſam Epiſcopis Lucubrationẽ, diſtractis pridem editionis Meurſianę exemplaribus deſideratam pluries; congruum cenſui præfari nonnulla de Auctore, poſtquam ille jam ſuis Sanctis, quorum Nomina illuſtravit & Acta, per mortem (ut confidimus) additus, ampliorem ſuperſtitibus reliquit facultatem de ſe rebuſque ſuis loquendi abſque adulationis nota. Quamvis enim vivens dicere conſueverit, nullâ ſibi mortuo aliâ vitæ hiſtoriâ opus fore, quam quę de Vita Operibus atque Virtutibus R.P. Joannis Bollandi, à me primis fere annis hujus mei ſtudii cõſcripta fuit, præfixaq; Martio, cui inchoando is erat immortuus; in eorum tamen gratiam, qui publicæ utilitatis intereſſe credunt, non ignorare quomodo per hos ultimos octodecim annos promota fuerit preſens tot grandium voluminum molitio, placet ea quæ huc faciunt elucidare expreſſius; vitæ autem Henſchenianæ primordia virtutumque encomia delibare ſtrictius, ne prolixiori encomio ornans Magiſtrum diſcipulus, privato affectui pluſculum videar indulſiſſe. C

*natus in Geldria an. 1600,*

2 Reverendus Pater *GODEFRIDVS HENSCHENIVS*, ineunte hoc quod decurrimus ſeculo XVII, die XII Kalendas Februarii, natus Venradiæ eſt, populoſo Geldriæ adhuc Catholicæ municipio, piis honeſtiſque & in lanei operis vendendi quæſtu ſatis opulentis parentibus. Is prius quam naſceretur, cœpit vitam debere Sanctis, quibus erat ipſam impenſurus pene totam; utpote præſervatus S. Luciæ patrocinio, cui ſe fœtumque ſuum gravida devoverat mater, ex dyſenterica lue periclitans. Patre orbatus circiter quinquennis, à matre, caſtæ viduitatis conſtanter tenaci, una cum fratribus duobus educatus, inter divina beneficia ſemper numeravit, habuiſſe ſororem, annis aliquantis majorem ſe natu, quæ matris, ob negotia familiaria ſæpe domo abſentis, tam ſolerter ſupplebat vices, ut eam omnes juxta atque ipſam amarent ac vererentur. Perſeveravit autem hæc in eo officio, uſque dum primam pueritiam exceſſiſſet etiam natu minimus; deinde ſeculo domeſticiſque valefaciens, monaſterium, ſicut pridem habuerat conſtitutum, adiit: ubi non paucis annis laudabiliter vivens, credi poteſt fratri utrique juniori impetraſſe ſimilem, ad vota religioſa, vocationem. *pieque educatus,* F

*poſt Grammaticã domi perceptam,*

3 Apparebat in puero *GODEFRIDO* capacius quam in fratribus ingenium diſciplinarum quarumcumque, & plurima ſciendi cupido ingens: quare hunc præ aliis ad litteras diſcendas applicuit mater: profectuſque minime vulgares paucorum annorum ſpatio facientem, cum intelligeret in vicinis patrio municipio ſcholis ultra Grammaticam haud multum edocendum; Poëtica porro ac Rhetorica informandum miſit ad Silvaducenſe Societatis Jeſu Collegium, ea ætate numero & diſciplina inter Brabantina gymnaſia florentiſſimum. Hic magiſtrum nactus *IOANNEM BOLLANDVM*, ætate quidem non integro quinquennio ſe majo-

majorem, ſed ea doctrinæ politioris excellentia juvenem, qualem in proprio de vita ejus tractatu deſcripſi, ſpectabiles omnino ac celeres habuit in virtute & litteratura progreſſus. Erat ibidem Silvæ-ducis vicinum Collegio noſtro Virginum Sanctimonialium monaſterium: ad quod cum *GODEFRIDVS* itaret frequenter, illectus pietate atque prudentia Religioſæ unius communicipis ſuæ, Beatricis nomine; ab eâdem, delectatâ viciſſim adoleſcentis docili vividoque ingenio, conſilium ſuſcepit expetendæ Societatis, ad cujus inſtituta illum velut à natura factum ipſa haud temere judicabat, eoque ſtudioſius illum & commendabat Deo, & piis monitis inſtruebat ad cultum probitatis. Hujus ergo maternæ quodammodo pro ſe ſolicitudini acceptum poſtea ſemper retulit, tum quod alia multa lubricæ ætatis diſcrimina ſuperaverit, tum quod conſtantiam in ſuſcepto vitæ religioſæ propoſito tenere potuerit inter illecebras male tuti hoſpitii, ubi materfamilias, domo abſente marito, ad flagitium identidem ſolicitabat adoleſcentem. Et ille quidem pellacibus ejus blanditiis reſtitit generoſe; veritus tamen ne aliquando vinceretur, excogitavit mutandæ domus cauſam ejuſmodi, quæ ipſum quidem ac ſociorum nonnullos diſcrimini propiores in tutiorem locum transferret, nemini tamen cur ita fieret poſſet ingerere ſuſpicionem; uno eodemque prudenti conſilio & alienæ famæ & propriæ conſulens pudicitiæ.

A. D. P. *Eccliſm & Rhetoricam Silvæducis, audit Magiſtro Bollando,*

*animum applicat petendæ Societati,*

*in quam receptus 1619 ſtudet Philoſophiæ,*

4 Interim ad finem ei ſpectabat rhetoricæ exercitationis annus, ſub quo petita impetrataque Societate, tirocinium ejus ingreſſus Mechliniæ eſt MDCXIX, XI Kalendas Novembris. Philoſophiæ deinde operam biennio dedit Lovanii, viditque juniorem fratrem ſuum Petrum, Societati noſtræ ſimiliter adſcriptum in gradu Adjutoris temporalis: in quo is fidelem operam diu navavit, tandemque in bona ſenectute ſpiritum reddidit, inter manus ſui dilectiſſimi *R.P. GODEFRIDI*, hanc fratri operam extremam præſtantis, ut ultimam ei Abſolutionem impenderet. Audita & propugnata publice Philoſophia, miſſus cum ſociis ad recolendas humaniores litteras, inter eos non ſolum diſcipulum Latinitatis egit, ſed etiam magiſtrum linguæ Græcæ, tantum ejus jam antea ſub *BOLLANDO* didicerat. Utque animos ad eam faceret, laborem diſcentibus minuendo, epitomen praximque facilem Grammaticæ Græcæ concinnavit primus; quæ poſteris exinde omnibus familiariſſima fuit, utpote idonea Philelleni non hebeti paucos intra dies promovendo ad Græcorũ librorum lectionem; quod mihi quoque uſu veniſſe memini, cum antea ab eo ſtudio abſterritus fuiſſem faſtidioſa Grammaticalium præceptorum tam multorum ſpinoſitate.

*docet Græca juniores noſtros,*

5 Sic inſtructus, magiſterio tum alieno tum proprio, ad regendas Latinas ſcholas per varia Collegia Flandriæ gradatim promotus, annis quinque litteras docuit; felix in novis identidem praxibus excogitandis, quibus pueri facile ſimul ac jucunde non minus Græca quam Latina perdiſcerent; quin etiam integram aliquando ac numeroſam claſſem ſic habuit exercitatam in lectione Domeſthenis, ut totam unam Orationem parati eſſent ſuſtinere fere ſinguli, ſeque examini publico ſiſterent, de quocumque interrogare libuiſſet verbo vel nomine, deque ejus accidentibus omnibus, promptam rationem reddituri. Ipſe vero, minime ſuperficialiter tinctus litteratura Græca, eam exinde tam promptam ſemper habuit, ut non ſolum quoties opus erat ex Græco in Latinum converteret facili calamo, quamlibet ſolutam orationem; ſed etiã verſus utraque lingua haud invenuſte pangeret, quorum ſpecimen habes in libro cui titulus, Imago primi ſeculi Societatis Jeſu.

*& litteras humaniores in gymnaſiis Flandriæ:*

6 Accidit interim, dum ſtudioſam juventutem erudit, venire in Belgium ex iis Patribus unum, qui juxta noſtræ Societatis uſum ab Indicis provinciis identidem diriguntur in Europam, de tranſmarinarum Miſſionum ſtatu edocturi Præpoſitum Societatis, & operarum ſupplementum reducturi in illos procul ſemotos agros, jam albeſcentes ad meſſem. Ad ejus conſpectum exarſerunt illico plurium animi, juniorum præſertim Magiſtrorum, ut ſua certatim darent nomina, ad excolendas vineas Orientalium Provinciarum. Exarſit etiam *MAG. GODEFRIDVS:* ſed diſpari valde ratione. Miranti itaque Rectori ſuo, quod, quem præ ceteris fervere noverat ad rudium inſtructionem, videret non etiam ambire Indias, & quo ſuus zelus fugiſſet querenti; graviter prudenterque reſpondit; Illuc quidem ſat multos ferri; ſibi vero in animo votoque eſſe Septemtrioncm, tam indigum auxilii, quam expetitum à paucis; ubi ampliſſima Regna Nationeſque complures ab orthodoxæ Religionis cultu manerent abjunctæ, per inopiam idoneorum fidei magiſtrorum. Ex eo tempore ſua illuc cœpit dirigere ſtudia, ut quam aptiſſimũ ſe faceret reducendis heterodoxis: cumque, vertentibus alio ipſum Superioribus, ea ſpes ipſum poſtea defeceſſit, non deſiit in noſtri subicumq; poterat ſimilem excitare zelum, & eos qui iſtuc dirigebantur conſilio auxilioque juvare.

*Zelum ad miſſiones Boreales concipit.*

## §. II *Bollando ſocius additus Henſchenius, cum eodem perficit & vulgat Acta Sanctorum Ianuarii & Februarii.*

SPectabat Theologici curriculi metam jam Sacerdos ordinatus *P. GODEFRIDVS*, quando *R. P. IOANNI BOLLANDO*, Acta Sanctorum, quorum expectationem

A nem magnam Roſweidus fecerat, elucubrare pollicito, querebatur Socius, ad multos annos ſuffecturus: jam enim experiri ille, & credere cœperant Superiores, non adeo celeris expeditionis fore opus, quod erat præ manibus. Multos circumſpectantibus viſus eſt idoneus præ cunctis *GODEFRIDVS*, vetus *BOLLANDI* diſcipulus, linguæ utriuſque haud exigua præditus facultate, ad libros quaſi à natura factus, totuſque in illis, & firma corporis habitudine par ſtudio cuicumque & quantumcumque continuando. Nec fefellit conceptam de ſe opinionem, ſed multum etiam ſuperavit. Veniens enim Antuerpiam, & juſſus à *BOLLANDO* Februarium exordiri, interim dum ipſe quem cœperat abſolveret Ianuarium; non primum elegit faciliora quædam Sanctorum Acta, levi manu apparanda ad prælum; ſed in SS. Amandum atque Vedaſtum conjecit oculos: in iiſque ſui ipſius facturus experi-
B mentum, cœpit amplos illos Commentarios moliri, correctis priorum ſcriptorum plurium etiam illuſtriſſimorum erroribus, qui nunc ad diem VI iſtius ſecundi menſis leguntur: Annotationibusq; copioſis & operoſis quæcumque loca obſcuriora illuſtravit.

8 Nihil tam grande eatenus cogitaverat *BOLLANDVS*: ſed cuique Vitæ contentus præmittere Martyrologiorum veterum verba, de eo qui tractandus veniebat, perquam modico Commentariolo de Feſtis, Reliquiis, Actorum ſcriptoribus aucta; adjecerat ad calcem Annotata quædam breviſſima, nec quidquam fere niſi variantes plurium codicum lectiones repræſentantia, nulla initio, deinde nimis crebra facta Capitū diviſione: adeo ut opus tali ratione continuatum, haud multū fuerit aſſurrecturum ſupra prima cogitata Roſweidi; & collectionem Surianam, ſolo fere Actorum Sanctorumque numero, ſuperaturum. Aſt ubi vidit, qua ratione cœpiſſet *HENSCHENIVS* gra-
C viſſimas quaſque chronologicarum quæſtionum difficultates, ad Sanctorum hiſtoriam ſpectantes, enodare; rerum perſonarumque examinare & illuſtrare circumſtantias; & ad diligentis Collectoris officium, etiam prudentis Commentatoris induſtriam adjungere; non dubitavit Diſcipulum imitari Magiſter, & eamdem methodum etiam ipſe ſequi, exorſus ab Actis S. Symeonis Stylitæ, die V Ianuarii. Etenim priores quatuor dies, ea quam dixi ſimplicitate jam habebantur excuſi. Sed hi ne nimis eſſent deformes ceteris, curatum eſt foliorum aliquot iterata impreſſione, & Actorum quorumdam inutiliter replicatorum omiſſione, novorumque poſt allatorum Sanctorum ſubſtitutione. Quoniam vero ſatis videbat *BOLLANDVS*, fieri non poſſe, quin nova hæc in opus conferenda diligentia, & alia quaſi forma inducenda, plus temporis requireret, quam imprimendo Ianuario *ipſe ſibi* præſtituerat; neque ſe ſolum diu ſuffecturum occupandis in eo typographicis operis, quantumcumque lente progreſſuris: nonnullam ceſſationem indixit prælo, donec digeſtam melius materiam haberet; & *HENSCHENIVM* voluit, dimiſſo Februario, ad Ianuarium recognoſcendum ampliusq; illuſtrandum accedere ſibi. A. D. F.

9 Cœpit ergo in die VII Januarii (hactenus enim ſolus *BOLLANDVS* utcumq; rem promoverat) ſuam etiam ille conferre ſymbolam, exorſus à S. Witekindi, Weſtphalorum Ducis, Vita, ex variis Auctoribus colligenda: deinde in S. Canuto, Obotritorum Rege ac Duce Sleswicenſi, laboravit ſucceſſu ſimili; ac denique in S. Raymundo de Peñaforti, Inſtitutore Ordinis S. Mariæ de Mercede Redemtionis captivorum, poſteaque Ordinis Prædicatorum Generali III. Tum in die VIII Januarii, de S. Attico Epiſcopo Conſtantinopolitano operoſum valde texuit Commentarium; Beatiq; Laurentii Juſtiniani, Protopatriarchæ Veneti, Vitam illuſtrandam ſuſcepit. In die quoque IX à SS. Juliani & Baſiliſſæ Actis exorſus; E in proprium penſum à *BOLLANDO* accepit quidquid erat Sanctorum Orientalium, è Græcis ſcriptis accipiendum; & pro die X elucubravit, quæ habemus, de S. Domitiano, Mitylenes in Armenia Epiſcopo; de S. Marciano, Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Oeconomo; de utroque Theodoſio, altero in diœceſi Antiochena Abbate, altero omnium Terræ-ſanctæ monaſteriorum Cœnobiarcha: quorum omnium Acta expedivit ad prælum accuratione tanta, nec celeritate minori; ut Græcos Sanctos, pleroſque etiam Francicos & Italicos commendandos ei putaverit *BOLLANDVS*; ipſe ſibi Germanos, Hiſpanos, Britannos & Hibernos reſervans.

10 Erit, uti ſpero, cum abſoluto Iunio, Supplementum adornabo priorum quinq; menſium, & quid *BOLLANDVS*, quid *HENSCHENIVS* potiſſimum elaboraverint, adjectaque cujuſque lucubrationibus nominis ſui litteris initialibus. I. B vel G. H. indicabo, ex relicta mihi ab Auctoribus notitia. Id ut ab initio factum fuiſſet, tunc ſcilicet optare cœpit *BOLLANDVS*, cum vidit ad ſe unum omnium undecumque confluere epiſtolas, etiam propter ea, quæ, non ipſe, ſed Socius ſcripſerat. Ergo ne idem ſibi eveniret cauſa Februarii, atque ut volentes percunctari quidquam de Sanctorum eo contentorum aliquo, ſcirent uter de duobus appellandus ſibi eſſet; ſuos Sociique labores inſtituit litteris iſtiuſmodi diſtinguere. Hoc tamen ne etiam fieret in ſequenti Martio, *HENSCHENII* erga Magiſtrum obſervantia fecit, nolentis ea ratione notum facere, quā exiguam partem in menſe prænominato haberet is, cui cupiebat adſcribi laudem majorem



*Ad Sanctorū Acta junctus Bollando ſocius,*

*initium facit à difficilioribus;*

*perfundetq; operoſius illuſtranda omnia;*

*quam cœpta erat fieri.*

*Exorſus à Ianuario,*

*per totum menſē utiliter laborat,*

*nihil tamen privatim ſibi adjudicabi,*

A. D. P. *ac ne vir quidem nominari se passus;*

jorem. Tanta enim erat *P. GODEFRIDI* modestia, ut nomen quoque suum præfigi libris communibus nollet; satis sibi esse dictitans, si Sanctis probaret, quem consecraverat iis laborem suum. Sed cum id non probaretur *BOLLANDO*, eatenus dumtaxat permisit nomen suum in fronte Januarii legi, ut iste Acta Sanctorum collegisse, digessisse, Notis illustrasse diceretur; ipse solum operam ac studium contulisse. Voluit nihilominus *BOLLANDVS*, quod non fuerat permissus in titulo, facere plenius in Præfatione Generali; & quam minime secundariam operam sibi navasset *HENSCHENIVS* Cap. IV §. I sic explicare: Cum mensis Januarius paratus esset prælo, & legitime approbatus, cœptusque adeo jam excudi; datus est mihi sub annum MDCXXXV Adjutor. Hic cum aliis in rebus strenuam mihi navavit operam; tum etiam, quod ad Januarium spectat, fideli consilio juvit. Nam cum videret Vitarum quæ jam excusæ erant quasdã in Capita distributas at non omnes, auctor fuit ut & reliquas ita partirer. Annotationes etiam ut singulis Capitulis adderem persuasit. Cumque ea causa universum recognoscere mensem cœpissem, operã quoque tam seriam & constantem contulit, ut Vitas etiam bene multas ipse recenseret ac divideret in Capita & variarum rerum explatione ornaret; quas habebam ego quidem antea, sed raptim quandoque congestas, saltem non ita perspicue distinctas & explanatas..... Ejus quoque studio & industria confecti sunt Indices omnes, tum insigni judicio, tum multo sane labore plenoque fastidii.

B

*licet laudẽ commeritus tantã pene ac Bollandus.*

II Ut igitur sua utrique laus propria detur, intelligat Lector, quod Acta quidem Januarii primus ac solus in ordinem dierum *BOLLANDVS* digessit; sed ut ea induceretur forma, quæ apud Eruditos tantam attulit commendationem operi universo, primus consilio suo effecit *HENSCHENIVS*, & præivit exemplo. In illis porro, quæ post primos, quos dixi, imperfectiores dies, simili ambo spiritu modoque peregerunt singuli; elegantiâ cultioris Latitinitatis superare forsitan *BOLLANDVM* dixeris, sed prærogativam acrioris ingenii firmioriq; judicii dubites utri concedere debeas. Non defuerunt certe, qui circa Sanctorum Hibernicorum Acta & alias sequioris notæ historias indulgentiorem fuisse *BOLLANDVM* quererentur; quod tandem etiam ipsemet agnovit, multa severiori lance expensurus jam senior, nonnulla etiam prorsus aboliturus, si res iterum sibi agenda ab initio fuisset: quemadmodum plenius & fide integra aliquando explicabo. Sed & ipse hoc idem satis ostendit in repudiandis Actis S. Suiberti, magno licet præjudicio subnixis; laudans interim quod *HENSCHENIVS* jam inde à principio cautius sibi agendum proposuisset, nihil cujusquam gratia præpeditus ab ab eo solo, quod verius esse sentiebat, scribendo.

C

D

*sic post 5 annos mensis primus prodiit duobus Tomis,*

12 Ita post accessum *P. GODEFRIDI* cœptus reformari Januarius, cui antea solus *BOLLANDVS* quinquennium impenderat, octo adhuc annis hæsit inter manus Auctorum & typothetarum, priusquam absolveretur, præmature in duos divisus Tomos, qui in tres commodius fuisset partitus. Vulgatâ enim per *BOLLANDI* epistolas quaquaversũ operis futuri famâ, multa multi submisere, quę cum, cœpta secundi Tomi impressione, primo necdum ad medietatẽ perducto, satis tempestive adveniebant ut suis quæque locis insererentur, in molem justo majorem fecerunt utrumque excrescere; secundum vero adhuc amplius extendissent, nisi placuisset prolixiora Acta S. Ioannis Chrysostomi, cujus solum Translatio festivjori cultu in Ianuario agitur, differre in Septembrem, quando sancti obitus ejus memoria die XIV recolitur. Nunc vero si mensis ille primus, aliis plurimis Sanctis Actisque augendus, ad eam exigeretur perfectionem, ad quam denique suum hunc Majum perduxit *HENSCHENIVS*; posset ille justos sex Tomos implere, etiam expunctis illis, quæ tali loco & opere non satis digna, aut præter necessitatem geminata esse demonstravit posteriorum temporum experientia, optima consiliorum priorum arbitra. Non enim isti operi idem accidit, quod aliis pluribus; quorum Auctores, cum primas forte partes longiori studio curaque perpolitas excipi gratanter viderent, reliquas autem cupidius postulari, jam securi de fama judicioque lectorum, tantum fere inveniuntur remittere de solicitudine, singula quam possunt optime elimandi, quantum addunt ad prosequendi cœpti celeritatem. Progressus scilicet operis majorem majoremque indies doctrinã adferebat *BOLLANDO HENSCHENIOQVE*, & hæc faciebat animum advertere ad multa consideranda, quæ inobservata aliàs prætermisissent: unde etiam *GODEFRIDVS*, gratulantibus sibi, quod post tam longam de Sanctis tractationem, prona ac facilia jam haberet omnia; solebat reponere illud Ecclesiastæ I, Qui addit scientiam, addit & laborem. Nam qui parum norunt, parum dubitant; tantoque plura quivis se deprehendit ignorare, quanto plurium acquirit notitiam: unde ei crescit cum necessitate cupiditas alia atque alia indagandi, præsertim in rebus historicis, quæ hoc seculo novæ novæque identidem evocantur è tenebris oblivionis præteritæ; & plurima faciunt, aut incerta, aut etiam falsa judicari, quæ citra controversiam fuerant paulo ante recepta.

*qui nunc facile ad sex excrescerent.*

E

F

*Causæ lentioris progressus.*

13 Ianuario tamen (quem unus intra pauciores annos potuerat absolvisse *BOLLANDVS*, si quo cœperat modo eumdem fuisset

A fuiſſet proſecutus) cauſa lentioris progreſſionis non fuit ſola, quam cum ſocio adhibuit, diligentia major; ſed occupationes inſuper quam plurimæ aliæ, quibus latiſſimæ caritatis vir occupari ſe ſinebat, ut eſt in ejus Vita explicatum. Exemplum imitabatur *HENSCHENIVS*, cum ſimul & ampliſſimum procuraret Confeſſionale, ſimul domeſticam inſtrueret Bibliothecam, adeo ut vix tertiam laborioſiſſimæ juventutis ſuæ partem, Actis Sanctorum fuiſſe impenſam ſero poſtea doluerit; ac denique perſuaſerit Superioribus, ut me, quem ſimiliter videbat annis jam pluribus diſtrahi; juberent proſequendo operi unice inſiſtere, ab omni alia cura liberum, ſicut ipſum fecerant poſt editum Februarium. Moram quoque edendo in lucem menſi primo haud parvam attulerat ille utriuſque graviſſimus morbus, quem in eadem *BOLLANDI* Vita cap. 5 explicui, quique tam inſigni documento probavit, tum Dei erga cœptum opus providentiam paternam, tum eximiã Diſcipuli ergaMagiſtrum caritatem, qua pro hoc ille ſuccedaneam ſe morti victimam obtulit, voto tantum non impleto.

*tam in Januario,*

B

14 Duobus Januarii Tomis ſic, ut dixi, ſub annum MDCXLIII evulgatis, ſucceſſurus tribus Tomis Februarius, per ſimilia morborum occupationumque ſuperadditarum impedimenta, neceſſe habuit etiam ipſe totis quindecim annis ſub manibus præloque morari, antequam prodiret in publicum anno MDCLVIII. Quam quiſque in eo ſpartam adornaverit, præfixæ nominum initiales litteræ, ſicut dixi, oſtendunt: edidit nihilominus ſuo unius nomine duas etiam inſignes Diatribas *HENSCHENIVS*, alteram de Epiſcopatu & Epiſcopis Trajectenſibus anno MDCLIII, unde nata ea eſt quæ nunc dabitur Exegeſis; alteram de Tribus Dagobertis Regibus anno MDCLV, poſtea ſemel iterumque recognitam ante Martium & Aprilem: utraque autem tanto Eruditorum favore plauſuque excepta fuit, ut intra annos non multos cito diſtracta ſint exemplaria omnia. Mox vero à Februario abſoluto, ad illius notitiam deſideriumque latius ſpargendum iſtis tunc difficillimis temporibus Belgii, excogitavit dare Notitias breves Italiæ, Hiſpaniæ, Galliæ, Belgii, Germaniæ, libellis quinque, decerptis ex quinque jam Tomis duorum menſium prædictorum.

*quam in Februario, edito ſub annũ 1658:*

C

*alia quædã lucubrationes Henſchenii.*

## §. III *Iter Romanum, editus Martius, morbi graves, vitæ religioſæ annus quinquageſimus.*

*Cœpto jam parari Martio*

EX hinc ad pluteum adduci cœperunt Sanctorum Martii menſis Acta, eo jam alacrius promovenda, quod & valetudo utrique firmior eſſe videbatur; & ambos à crebris, quæ ſtata frequentiſſimi Confeſſionalis cura adferebat, impedimentis liberos feciſſent Moderatores Provinciæ; Bibliotheca etiam, quæ totis viginti tribus annis occupatiſſimum habuerat *HENSCHENIVM*, tam ordinata inſtructaque jam erat, ut inter præcipuas Europæ numeranda, alterius cujuſque leviori opera poſſet regi conſervarique. Itaque in ſpem maximam complendi quantocius primi Trimeſtris elatis Auctorum animis, fervebat opus eorum, ſi unquam; cum invitantibus eos Romam ſummo Pontifice *ALEXANDRO VII* & Societatis Generali Præpoſito *GOSVVINO NICKEL*, perſuaſis tali excurſione plurima eruderanda monumenta de Sanctis, quæ fruſtra per litteras requirerentur; viſa eſt minime negligenda occaſio, per quam poſſet tanta ad opus cœptum fieri materiæ neceſſariæ acceſſio: & tertius etiam Socius impetrari, eo titulo, quod *BOLLANDVM* quidem longinquo itineri minus habilem fecerant ætas & morbi; *HENSCHENIO* autem ipſum obituro conveniret addi aliquem, qui poſtea redux, iiſdem applicaretur ſtudiis, cum ſpe continuandæ per alios, uſque ad operis finem, ſucceſſionis. Et hæc ſors mihi obtigit, alio nullo meo merito, quam quod ad multa legenda ſcribendaque propenſior ab adoleſcentia fuiſſem.

A.D.P.

*Romã præfectus pro Bollando Henſchenius,*

E

16 Totos viginti novem menſes ea *HENSCHENII* peregrinatio tenuit, Antverpiæ interim morante *BOLLANDO*, noſque ſuggerendis conſiliis adjuvante, & curante negotia hinc obvenientia, tam denſa multaque, ut in iiſdem S. Suiberti Actis, in quibus eum dimiſeramus abeuntes, occupatum adhuc invenerimus reduces; nec Martium gradu uno promotum, ultra quam fuerat anno MDCLIX menſe Julio, quando nos in viam dederamus, non reverſi ante finem anni MDCLXI. Tantum ſcilicet nos occupavit copioſiſſima meſſis, per Italiam potiſſimum Galliamque collecta, abunde compenſans moram promovendo Martio interjectam. Huic parũ deinceps commodare *BOLLANDVS* potuit, licet uſque ad XII Septembris anni MDCLXV ſuperſtes, quin potius impediméto nonnulli fuit: ſed pertinax *HENSCHENII* diligentia, tenui meo tironis diſcipuli adjuta conatu, intra ſextum ab itinere Romano annum tres Tomos abſolvit; quos ſi cum prioribus quinque componas, vix credas potuiſſe annis quindenis elaborari, tanto iſtic operoſiora omnia inſtructioraq; apparent.

*& poſt 29 menſes reverſus ex eunte anno 1661,*

*anno 1665 edit Martium:*

17 Ex diutina illa immodicaque ſtudiorum contentione (ne enim componendis qui mox imprimendi erant Commentariis temporis aliquid ſubducere cogeremur, ad corrigendos typos nos conferebamus plerumque immediate poſt ſumptum cibum meridie ac veſperi, quando alii religioſo colloquio animos curaſque laxare ſolent) ex tanta, inquam, talique contentione ſtu-

*poſtea gravi morbo:*

A.D.P. diorum gravem ægritudinem contraxit *P. GODEFRIDVS*, quæ ſtatim à finita impreſſione ſe prodidit, quaſi uſque in id tempus divinitus ſuſpenſa; & dimidio deinde anno adeo languidum habuit, ut nulli graviori occupationi poſſet intendere. Aëris mutatione aliqua, omnimodaque ceſſatione à ſtudiis egere, Medici ſentiebant. Nova ergo ad Moſanos Moſellanoſque tractus expeditio, ac veluti ſacra quædam venatio ſuſcipitur; eductura in lucem, quidquid ibidem in vetuſtiſſimorum monaſteriorum archivis, anguliſve bibliothecarum uſpiam latens, noſtramque rem ſpectans, fefelliſſet amicorum ad id rogatorum diligentiam.

*& læſa deinde tibia impeditus,*

Epternacum, S. Willibrordo conditore nobilem Abbatiam, ventum erat, indeque Luxemburgum tendebamus, ſimul conviantibus duobus equitibus; cum ad odorem ruſticanæ cujuſdam equæ, caſu nobis ſe adjungentis, velut œſtro perciti ſociorum caballi, morſibus calcibuſque invicem cœperunt appetere, ita ferociter, ut inter eorum pedes collapſus *HENSCHENIVS*, non quidem (quod pronum erat) contritus aut letaliter fauciatus fuerit, tibiam tamen unam ferratæ calcis unco uſque ad os perſtrictus. Viſum initio vulnus leviſſimum; cumque imperitius curaretur à chirurgo, magis intento ad ſedandos dolores livoreſque corporis eo lapſu contuſi, ſub male obducta cicatrice, computruit; accedente jam febre, certiſſimam gangrænam mortemque allaturum, niſi peritior alius, ipſum ferro reſerans, emittendo copioſiori puri viam feciſſet. Itaque qui ægre magnaque cum difficultate ipſo caſus die (S. Michaeli Archangelo ſacer fuit) Luxemburgum perveneramus, integrum iſtic menſem ſumus coacti ſubſiſtere: quod ego tempus inſumpſi evolvendis, quos R. P. Alexander Wilthemius apparaverat prælo, San-Maximinianis Annalibus & Luxemburgenſibus Antiquitatibus; unde occaſio mihi nata concipiendi aliquid de re Diplomatica, argumentum intactum eatenus, & à me quidem impari conatu tentatum ante Aprilem, à Mabilione autem juſto pulcherrimoque opere explicatum.

B

C

*tandemque ſibi redditus,*

18 Commoverat prædictus caſus corporis ſenilis humores omnes, & temperiem necdum à præterito morbo optimam ſic inverterat, ut ſub initium Novembris revectus Antverpiam neceſſe habuerit *P GODEFRIDVS* conſolidando jam perpurgato vulneri, nec non valetudini confirmandæ etiam menſem illum totum impendere. Interim cœptus ei erat annus ab inita ſocietate Quinquageſimus, Jubilæum Belgæ dicimus, feſtivius more patriæ celebrandus. Tali lætitia ne fruſtraremur, appropinquante, quē ſibi antea ad eum actum præſtituerat, S. Franciſci Xaverii anniverſario die, celerius quā ſperabamus convaleſcere cœpit, ipſoque die feſto ad aram valetudinarii Euchariſticum obtulit ſacrificium, votum pro vita conſervata: & ex hoc tantum roboris accepit continuo, ut non dubitaverit in octavam abinde diem Jubilare feſtum amicis indicere, nequaquam ſua in Sanctum Thaumaturgum fiducia falſus. Etenim, ut fuerat ſibi pollicitus, ſolennem in eccleſia noſtra cecinit Miſſam (ſicut erat Eccleſiaſtici Cantus peritus, atque ejuſmodi officiis apud nos faciendis aſſuetus præ aliis) & Octavam concluſit. Actum præſentia ſua viri aliquot Patricii & Conſulares, atque *P. GODEFRIDI* ab olim pœnitentes, cohoneſtarunt.

D

*cum plauſu amicorum,*

19 Sub inde ad cœtum, religioſa hilaritate lætantem, ingreſſi Adoleſcentes ingenui duo ex Gymnaſio, filius ac nepos Typographi Meurſii pariter præſentis, Typographiæ ipſius Genios Angelico in habitu præferentes, poſt ſynchariſtica quædam vota, ipſum Jubilæi annum ſequentibus ſignaverunt Chronoſtichis.

B

VItas CœLItVM erVDerantI
GoDefrIDo HensChenIo sVopLaVDVnt
TypI,
PræLo DICatI qVotqVot MeVrsIano,
GaVDent LaborIbVs DeſerVIre DoCtIs;
In LVCeM DIVos eVehentes, arIs
QVotqVot reLIgIo DICat parentVM,
AVt noMen saCrIs InDere VVLt faſtIs.
AVCtorIs naM IVbILæVs aDeſt,
Magno qVI soCIVs VenIens BoLanDo,
DoCtVrVs orbeM LIbrIs, VerIore
Tot DIVos ſtyLo Dat DabItqVe, VnICo
QVot IVnCtos neMo VIDerIt Labore.
sIC DVos IanVs eſt toMos LargItVs,
Et tres De sanCtIs FebrVVs IMpLeVIt;
VtI & MartIVs, ſeD GræCo-LatInVs.
NVnC noVos totIDeM Vrget AprILIs,
NoVo faCere DIgnVM IVbILæo
Vt VaLeat operIs VaſtI ConDItoreM:
DoneC aLII qVI sVpersVnt Menſes,
orDIne VenIant sVo In LVCeM.
QVos pLenos VtInaM DIV Cernat orbIs
PrIVs, qVaM poLI Choro gaVDentIs,
IVbILatVrVs ſeMper, aDſoCIere.
QVoD sI taM Longe IaCta reſpVIs Vota,
ELVCIDaſſe ſeX erIt Menſes ſatIs,
TantVnDeM Vt soCIIs poſt te reLInqVas.

E

*& Typographici Genii.*

In Deo InterIM CoëXVLtantes,
Pariter hoC gaVDeaMVs IVbILæo.

Ita illi, nihil excuſantes præſumptam metri ſolutioris licentiam, quia litterarum typis ordinandis, non verſibus ad Poëtarum præſcripta pangendis, obligati intendere ex officio, negabant ſe aliis numeris velle quam Jubilaris anni adſtringi. Sic hilariter actus dies ille, ſic annus idem decurſus totus *HENSCHENIO* eſt, inter publicos privatoſque plauſus quadamtenus refloreſcenti, & alacriter perficienti Acta Aprilis; cum ipſo anni ſequentis initio, nova illi indicta

*exeunte an. 1668 celebrat inita Religionis Jubilæum*

*Inde iterum periculoſius ager,*

eſt

A est à studiis cessatio, hoc qui sequitur casu, quique ad Acta S. Francisci Paulani, tunc inter manus versantia num. 54 Supplementi Historici, his à me verbis expressus legitur.

convalescit invocato S. Francisco Paulano.

20 Accidit VIII Januarii anno MDCLXIX, ut meum in hisce studiis Antecessorem *R. P. GODEFRIDVM HENSCHENIVM* lecto affigeret ventosa in latere sinistro passio, quæ octavo post die in alterum transiliens latus, pleuritidis instar illud affecit; exundans etiam per omnes venas bilis, totum quidem corpus magnis implevit doloribus, caput tamen imprimis tam horribili cruciatu distendit, ut dissilire in partes cranium ægro videretur. Hic, nocte inter XVII & XVIII Januarii media, cum sustinere vim mali non posset amplius, seque è statu aut mentis aut vitæ abiturum formidaret; accersitum me de periculo monuit, deque extremis Sacramentis mature sibi procurandis. Ego vero,
B cui ingentia *S. FRANCISCI DE PAVLA* quæ transcribebam miracula multam de eodem fiduciam fecerant, accepto quod tunc erat ad manus ecgrapho Processus Turonensis, similem fiduciam ægrotanti aggressus ingerere, librum ei exosculandum præbui capitique supposui; promittens me primo mane votivum de Sancto Sacrum dicturum in templo nostro, iterumque aliud in templo Minimorum, si ad Dei Sanctorumque gloriam promovendam ab illo periculo evaderet æger. Ex tunc mitigari cœpere dolores: & qui antea ab iterata phlebotomia, hirudinum applicatione, clysterum potionumque medicarum usu, auxilii nihil expertus fuerat; postero die visus sibi est minus periculose ægrotare: exindeque quotidie ad sanitatem proficiens, mense tandem Februario una mecum se exolvit voto, sacrum de S. Francisco Paulano in ipso Miniminorum templo faciendo. Deinde paulatim recuperatis viribus, ad intermissa
C studia feliciter rediit; intercessioni dicti Sancti, & piis Religiosorum per omnes fere Conventus precibus pro se fusis, vitam diuturniorem acceptam referens: quem in gravi LXIX annorum ætate evasurum à morbo, tam periculoso & vehementi, vix prudens aliquis audebat sperare.

## §. IV *Editio Aprilis tentata Amstelodami, facta Antverpiæ sub alio Typographo.*

*Imprimendo Aprili quærens alibi Typographum,*

21 TUm vero per annos solidos duos incubitum operi promovendo; & jam prælum spectabat Aprilis, quando virum honestissimum D. Jacobum Meursium, catenus tantis animis opus prosecutum, nec sine notabili suo (ut protestabatur) emolumento; oblata aliunde nonnulla rei familiaris damna, tum rupta infelici casu tibia, domesticus denique mœror ex filiorum ignavia, recusantium negotio librario applicari, sic afflixit; ut decerneret subducere sese novis in novos libros faciendis impendiis, quorum fructum fortassis ipse percepturus non esset: rebatur enim cito se moriturum, melancholia magis quam ætate gravis; heredem autem, qui percipere posset, desperabat se habiturum. Videbatur rationabilis excusatio esse: quod autem non pœniteret eum expensæ in priores tres menses pecuniæ, ut ipse non fuisset chirographo suo testatus, res ipsa loquebatur; cum constaret, impressi ultimo Martii exemplaria mille, minori quam triennali spatio, ultra medietatem distracta fuisse; Januarios autem ac Februarios supersesse tam paucos, ut citius omnes defecturos appareret, quam mensis Junius perveniret ad prælum. Nemo tamen Bibliopolarum inventus tunc Antverpiæ fuit, qui auderet suscipere tam sumptuosam provinciam, eo
E tempore, quo lacerati Belgii exiles reliquiæ dolebant nihil remissius sibi in pace esse quam fuerat in bello, accisis vel impeditis undequaque commerciis, & aggravatis onere tributorum domi ac foris pendendorum: nobis vero nondum ita compositus erat mensis iste, quin multæ ac magnæ ejus partes, & totus fere Tomus tertius, adhuc componendus supersesset. A. D. P.

*eum invenit Amstelodami:*

22 Placuit igitur festinare lentius, & suspenso resumendæ mox impressionis consilio, compositioni soli eo usque insistere, donec absoluta haberetur res tota, etiam alibi (si ita publicarum rerum status exigeret) facile Typographum inventura. Neque nostra nos fefellit opinio; ut enim in Hollandiam fama pertulit, edendo Aprili jam perfecto nil nisi impressionem deesse, cujus commoditas tunc non inveniretur Antverpiæ; suam hanc esse fortunam ratus
F vir Amstelodami Senatorius, Joannes Blavius, cupide obtulit præla sua: novam enim moliebatur Typographiam, quam optabat insigni aliquo ad posteritatem monumento dedicari. Non abnuit *HENSCHENIVS* ea de causa privari præsentia mea ad tempus ali-

*sed orto ibi incendio asseruntur res cœptæ,*

quod, ipse interim aggressus præparare Majum; itáque dimissus ab eo sum in Autumno anni MDCLXXI; sed procedente lentius quam dominus crediderat novæ Typographiæ instructione, necessaria ad aliquid magni operis exordiendum, nihil inchoari potuit ante Januarium anni sequentis. Ecce autem, impresso jam primo die mensis Aprilis, ac pene etiam secundo, contigit ut nova istæc fabrica, nocte diem XXIII Februarii subsequente, tota deflagraret cum omni Typographico instrumento; sed (quæ Dei Sanctorumque protectio singularis fuit) cum exiguo autographi nostri detrimento (nam mox atque impressa erant folia quæque, mihi afferebantur exempla, quæ autographi vice deinceps essent) ut facili

A.D.P. facili paucorum dierum ſtudio reparari potuerit damnum quorumdã, Commentariorum, minime prolixorum, inter typothetarum manus tum forte verſantium; quia necdum ad illos delatus erat prolixiſſimus ille Commentarius, qui potiorem ſecundæ diei partem facere debebat, de S. Franciſco Paulano, ex antiquiſſimis de illo monumentis, ex Canonizationis proceſſibus voluminoſis, ex Hiſtoricis antiquis recentioribuſque, operoſe collectus.

*abſque notabili detrimento operis,*

23 Licuit hic profecto cognoſcere, quam incertæ ſint (ut Sapiens loquitur) providentiæ noſtræ; quamque homini melius Deus, quam ipſe ſibi conſulere noverit. Angebar & triſtabar ego, quod impreſſio, cujus celerrimus ſub tribus pariter prælis progreſſus mihi fuerat promiſſus, & cujus cauſa Amſtelodami commorabar, adeo procederet lente, ut ſpatio ſeptem hebdomadarum, non plus efficeretur, quam unico expedito prælo poſſet intra duodecim
B dies abſolvi. Sed, ſi tantillo magis feſtinaſſent operæ, periiſſet annuæ lucubrationis fructus, vix unquam, aut non abſque grandi impreſſionis alibi iterandę impedimento, recuperandus. Quod beneficium ipſi Sancto libenter acceptum referimus; &, ut cetera Sanctorum Acta, adhuc inedita & ſucceſſive paranda prælo, à ſimili conſervet infortunio, enixe deprecamur.

*Sanctoque ſpecialiter favente,*

24 Acceſſit autem & prioribus duobus beneficium tertium. Cum enim intra privatum unius familiæ damnum impatiens ſtare fortuna, poſt menſes ab inde paucos totius pene fœderati Status accumularet ruinam, ſub victricibus Regis Chriſtianiſſimi armis; atque adeo minime conſultum cenſeretur denuo tentare impreſſionem, apud eumdem aut alium typographum in Hollandia, ad quam ſola facilioris in omnes partes diſtractionis ſpes invitarat; cumque nihilo expeditiora quam antea facta
C eſſent Brabantiæ noſtræ cum aliis regionibus commercia, quin etiam certo à Gallia bello magis etiam impedienda proſpicerentur; placuit conſilii incertis moram unius anni indulgere, partim operi maturius recognoſcendo, partim typographiæ eligendæ, partim proſequendo qui jam pridem ſub *HENSCHENII* manibus verſabatur Majo. Sed ea mora, quam utilis ac neceſſaria nobis, tam moleſta & importuna amicis viſa eſt, undequaque efflagitantibus promiſſum Aprilem. Horum ergo querelis fatigatus, nec tamen in tanta rerum publicarum incertitudine, certi conſilii quidpiam evolvere valens; rogavi Deum, ut in proxima menſtruorum Patronorum ſortitione is mihi pro Aprili menſe Sanctus obtingeret, qui diuturnæ fluctuationi finem imponeret. Et ecce Sanctus Franciſcus Paulanus obvenit, ſimulque injecta eſt utrique noſtrum certa voluntas, Antverpiæ potius quam alibi reſumendi impreſſionem, ipſa, D ſi fieri poſſet, æſtate aut vere. Quam mentem ut ſciremus eſſe ab eo, qui daturus erat ſucceſſum deſideratum, factum eſt, ut eodem decimo die Aprilis anni MDCLXXIII, & celebraretur à nobis Sancti feſtus dies, propter Paſchalia ſolennia tranſlatus; & Michael Knobbarus, Antverpienſis Bibliopola atque Typographus, numquam rogatus, ſed perquam idoneus, ſecum decerneret, prælum vacaturum brevi & gratuitam operam offerre poſtridie; eo id expectantibus minus, quod pergebat excuſare ſe ob temporum anguſtias alter, quem præſentior certiorque majoris emolumenti ſpes credebatur denuo inclinatura ad proſequendum opus, cujus priores partes ſibi fructuoſiſſimas fuiſſe fatebatur. Et tum quidem inchoandæ impreſſioni decretum fuit initium Maji: ſed Sanctus, integrum eſſe beneficium ſuum volens, providit ut ob urgentem aliquam neceſſitatem, ſuſpenſo opere E quod verſabatur ſub prælo, ipſum citius vacare contingeret, atque ita quinto infra Octavam ejuſdem Sancti die res noſtra principium non interrumpendum caperet.

*magno cum commodo noſtro*

*reſumitur Antverpiæ impreſſio.*

25 Non ſumus nos adeo leves ac temerarii, ut, quidquid Cælitum aliquo ad opem invocato nobis obtingit boni, id ſtatim & propria auctoritate adſcribamus operibus naturæ ordinem prætergredientibus. Id ſolum ſpectamus iſta obligationis noſtræ qualiſcumque profeſſione, ut omnibus Paulani Thaumaturgi cultoribus conſtet, quomodo nos ab eo adjutos exiſtimemus, teſtante ad ejus interceſſionem Deo, ſibi ſuiſque Sanctis curæ eſſe progreſſum operis, alieno maxime tempore tam mirabiliter & præter expectationem celeriter promoti. Etenim novus ille Typographus, quamvis eodem tempore alia duo grandia opera ſub prælo haberet, infra biennium tamen & hebdomadibus aliquot citius quam F promiſerat, impreſſit tres prægrandes Tomos Aprilis, Menſemque abſolvit, ad omnium Antverpienſium Bibliopolarum ſtuporem. Nempe, ſicut ejus tunc adhuc vivens uxor, Maria Graet, lætanter ptædicabat; ab eo die quo maritus Sanctorum Acta imprimenda ſuſceperat, tam large in officinam infuderat ſe benedictio divina; ut quamdiu durabat impreſſio illa, tantum quot hebdomadis & amplius inferretur, quantum in operarum typotheticarum mercedem opus erat: cumque alibi ceſſarent nonnumquam prælæ, deficiente quæ invehi prohibebatur charta, Knobbariana tamen procederent ſemper.

## §. V *Dimidii Maji deproperata editio, patrocinante Ferdinando Furſtenbergio, Paderbonenſi & Monaſterienſi Epiſcopo ac Principe.*

26 *Abſoluto feliciter Aprili an. 1675.*

EDitionem porro menſis Aprilis, anno MDCLXXV factam in Majo, ſecutus ſucceſſus eſt tam promptæ lucroſæque diſtractionis, non obſtante quantacumque difficultate temporum, ut eo animatus Michael, nullam in ſe moram eſſe profiteretur, quominus ſtatim ſuſciperet imprimendum Majum. Sed hunc facilius ei fuit depoſcere, quam exhibere nobis: nam & ego, æſtate illa graviſſimo correptus morbo, geminum ex relapſu periculum ægre evaſi; & aucta exercitio diuturniori experientia, non minuebat, ſed augebat examinis accuratioris laborem. Hoc tamen inceſſanter progrediente, per incredibilem
B *P. GODEFRIDI* ea ætate diligentiam, & additum nobis recentem Socium *R. P. DANIELEM CARDONVM*, ante initium anni MDCLXXVII adduci ad prælum potuit menſis quintus. Provehebatur is ventis ſecundis; quando ſub autumnum anni MDCLXXVIII nova calamitas Belgium univerſum, ac ſpecialiter urbem Antverpienſem involvit: quæ & Typographi familiam totam occupavit, nemini omnino in ea parcens; & me, contracto intra viſcera morbo, Lovanium expulit; ac maximæ ſpei adjutorem prænominatum, de medio ſuſtulit morte immaturâ. Opus ergo Maji, quod jam pene videbatur in tuto collocatum, repente apparuit deductum ad deſperationem extremam: cum ille mortuus nuntiaretur; mihi ſpes vitæ longioris perquam exigua ſupereſſet; *HENSCHENIVM* fere octogenarium ſua ſatis ſenectus urgeret, appareretque deſolatione tam ſubitâ præcipitandum
C in ſepulcrum, ſi ſolus relinqueretur ſub mole tam grandi; quam nec poſſibile eſſet, transferri mox in alterum imparatum; neque integrũ erat, retineri ſuſpenſam, duobus primis Tomis jam fere impreſſis. Itum ideo in vota eſt ad *S. FRANCISCVM XAVERIVM* à Lovanienſibus ac Mechlinienſibus Sociis pariter omnibus, ut mihi vita ſervaretur, jam propemodum à medicis deſperata; & Thaumaturgo illo, ut pie creditum eſt, intercedente, reſpexit Deus lacrymas boni Senis, ſeipſum pro me offerentis in mortem, tantum ne præſcinderetur filum tam bene jam procedentis operis. Itaque diſpulſo celeriter periculo, cœpi ipſo Sancti feſto, intra valetudinarium, ubi decumbebam, erecto altari extemporali, quotidie ad peragendum ſacrificium ſurgere; paulatimque robuſtior, Antverpiam cum ipſo *R. P. GODEFRIDO* redii, XI Februarii ſubſequentis.

*inducitur ad prælum Majus;*

*morbiſque nonnihil retardatus,*

27 Ibi circa Paſcha novus ſe nobis Socius junxit, ex Mechlinienſi Gymnaſio, ubi Græca docebat, ad temporale ſaltem ſubſidium electus, *CONRADVS IANNINGVS*; eo conſilio, ut mecum reſumeret impreſſionem Maji, ſeptem menſibus intermiſſam, ac deinde Theologico curriculo abſoluto Sacerdos ordinatus, ſi ita viſum Superioribus eſſet, veniret in locum ipſius *P. HENSCHENII*; non longam quidem ſibi poſt hac vitam pollicentis, Acta nihilominus menſis Junii exorſi digerere, tam feliciter, ut per ipſos ſtudii tam ardui labores videri poſſet iterum juveneſcere. Interim ipſa longioris temporis mora ſic creverat moles ejus qui ſub manibus verſabatur Maji, ut non modo quatuor, ſed ſex omnino Tomos (nunc autem etiam ſeptem ſunt, præter Propylæum ſuperadditum) exigeret uſus præſentis ſeculi, ſpiſſiora quã ut commode tractari poſſint volumina improbantis. Quapropter cupiens *HENSCHENIVS*, ſi forte totum Majum non poſſet, ſaltem dimidium videre luci datum; juſſit illuc omnia apparari, anno tum currente MDCLXXX, idque eo ſolicitius quod noſtri tunc præcipui Mæcenatis, Celſiſſimi Principis *FERDINANDI FVRSTENBERGII*, Paderbornenſis ac Monaſterienſis Epiſcopi, juſſio urgeret; volentis quam primum videre Tomos illos, quos ſuo fratrumque duorum nomini inſcribi tantiſper indulgebat, donec impreſſa parte etiam altera, totus menſis poſſet *ROMANO PONTIFICI* ex more dedicari. Uſque adeo autem cupiebat pientiſſimus Princeps, quocumque remoto impedimento, promoveri reliquorum menſium abſolutionem; ut cum *HENSCHENIVM*, Romæ ſibi familiarius cognitum, exindeque tenerrime dilectum, evocandum ad ſe in Weſtphaliam non putaret, grandi ejus ætate itinerum moleſtias excuſante; pro eo me venire cum *IANNINGO* juberet.

A. D. P *tandem dimidius datur in lucem an. 1686.*

*favente inſigniter Ferdinando Ep. Paderborn. ac Monaſter.* E

28 Ivi ego, & optimum Principem, quamvis cum acutiſſimis calculi doloribus conflictantem, inveni de promovendo opere noſtro paterne ſolicitum; eaque animo volventem conſilia, quæ executioni mandata rem totam in perpetuum ſtabiliviſſent: ſed ne ea continuo in actum deduceret, fieri ajebat duobus molitionis ſumptuoſſimæ cœptis; Xaveriani videlicet templi Paderbornæ extruendi cura; & conſtituenda fundatione octodecim Miſſionariorum Apoſtolicorum, excolendę per Septemtrionem Orientemque rei Chriſtianæ deſtinandorum. Rediremus ergo, inquiebat, liberali, quod in præſentiarum largiebatur, ſubſidio donati, & intermiſſi Maji impreſſionem reſumeremus; pro ſua interim longiori vitâ Deum orantes, tamquam nobis plurimum profutura: oraret etiam bonus Senex, ad quem revertebamur,

*qui valdè ſolicitus de progreſſu operis;*

A. D. P. bamur, ſciretque nihilo magis ipſum quam ſe optare ut prius quam tranſiret ad plures, Sanctorum Acta quam longiſſime provecta relinqueret. Ita ille in ſuo Principali prope Paderbornam Palatio Nihuſii die xv Octobris, minime nos iterum viſurus nec alteram Maji partem. Cum enim chirurgi manum ſubeundam ſibi decreviſſet, qua liberaretur à calculo, jam pridem mortem per cruciatus minante; peractum id quidem feliciter eſt, ſerius tamen factum apparuit; ſerpente per exulceratam veſicam incurabili gangræna, quæ Principem optimum, Muſarumque delicium, immaturo funere mundo abſtulit, die, ſicut prædixerat, Sabbatho, ipſum honori Deiparæ matris ſingulari ſemper devotione ſolitus obſervare.

*pie cogitavit immoritur,*

29 Epitaphium mortuo poſitum placet hic intexere.

# D. O. M. S.

## FERDINANDUS

B *EPISCOPVS, PADERBORN. ET MONASTERIENSIS, BVRGGRAVIVS STROMBERGENSIS, S. R. I. PRINCEPS, COMES. PYRMONT. DOMINVS IN BORCKELO, LIBER BARO DE FVRSTENBERG, NATVS ANNO SALVTIS* MDCXXVI, *DIE* XXI *OCTOB. MAGNÆ NOBILITATIS MAXIMVM DECVS AC FVLCRVM, PRINCIPVM HOC SECVLO ERVDITISSIMVS, ERVDITORVM PRINCEPS AC MAECENAS LIBERALISSIMVS,*

*eruditorum verus Mæcenas,*

*HVIVS ET ALIORVM TEMPLORVM, COENOBIORVM, SACERDOTIORVM, ELEEMOSYNARVM INGENTIVM FVNDATOR MVNIFICENTISSIMVS, ARGENTEORVM AD ARAS APPARATVVM ET SVPELLECTILIVM LARGITOR PROFVSISSIMVS; SVMMORVM PONTIFICVM, REGVM, PRINCIPVM CONCILIATA BENEVOLENTIA, PACE DIOECESIBVS PARTA ET CONSERVATA, MONASTERIENSI ETIAM RECVPERATO WILDESHVSIO,*

C *ET* XXIII *M. ARGENTEA PRO ABACO SVPELLECT. DONATO CAPITVLO PADERBORNENSI,* XXV *MILLIBVS MONASTERIENSI,* XXXIII *MILLIBVS IMPERIALIVM LEGATIS; CLERI AC PATRIÆ PATER; EXPENSIS IN APOSTOLICAS PER SEPTENTR. ET EXTREMAM ASIAM MISSIONES PLVS QVAM CENTVM IMPERIALIVM MILLIBVS, PIETATIS ET CATHOLICÆ FIDEI PROPAGATOR APOSTOLICVS; TANDEM CRVCIATIBVS CALCVLI, FRACTIS IAM VIRIBVS SERO NIMIS EXSECTI, FORTITER ET SVAVITER, VT OMNIA FECERAT, TOLERATIS; ANIMAM DEO, CORPVS HVIC SARCOPHAGO, NOMEN IMMORTALI MEMORIÆ TRADIDIT, ANNO VITÆ SVÆ* LVI, *EPISCOPATVS PADERBORNENSIS* XXIII *MONASTERIENSIS* V, *PARTÆ SALVTIS* MDCLXXXIII, VI *KALENDAS IVLII.*

*confectus calculi doloribus anno 1683.*

Non erat amplius in vivis *HENSCHENIVS*, ut ea jactura dolere poſſet; ſed illuc, quemadmodum confidimus, ante ſeſquiannum præceſſerat, ubi Patronum & Amicum gratulabundus exciperet, videretque repoſita tot benefactorū præmia à ſupremo Judice recipientem. Morbi is extremi principium, ut ad ipſum redeam, hujuſmodi habuit. D

### §. VI. *Gravi unius anni paralyſi impedita, ſed non prorſus depoſita ſtudia, extremus morbus & pius obitus.*

ANno MDCLXXX, v Nonas Octobris, dum Paderbornæ inter Patres noſtros præſtolamur tempus ſalutando Principi opportunum, redibat ſub veſperam ad Muſæum ſuum, gravis moleſtis quibuſdam à recenti trium Tomorum editione curis, per abſentiam meam in ſe devolutis *P. GODEFRIDVS*; cum ſubito deficere ſibi tibias ſentiens, ægre in pedes tam diu conſtitit, proximo ad hærens parieti, quoaduſque è propinquo accurrentes quidam ex domeſticis, exciperent brachiis ne laberetur, deferrentque in lectum proximum aliquem; unde poſtridie delatus in valetudinarium, plenioremque formidans paralyſim, petiit, ad cautelam magis quam quod medici periculum præſens ullum agnoſcerent, extremis Sacramentis communiri. Litteræ R. P. Præpoſiti noſtri *ANTONII GRANDON*, quibus id nuntiabatur, non niſi xv Kalendas Novembris, traditæ nobis ſunt Monaſterii, Paderborna lætanter revertentibus. Tum nulla interpoſita mora, & relictis ibi impedimentis, accelerare reditum inſtituimus: ſciebamus enim, quantum optimo Seni ſolatium allaturus eſſet conſpectus noſter, & favor Principis tam benevoli, pene ſupra ſpem major. Certe non aliter illi, quam recepto filio ſenioriTobiæ, revixit ſpiritus, cum in amplexus ejus venimus v Kalendas ejuſdem Novembris: brevique præter tibias nihil languidum vel marcidum habuit: & hæ etiam ſperabantur, adhibitis fomentis balneiſque, uſui priſtino quadamtenus reſtituendæ, lentius licet, propter inſtantem hiemem. Hanc ne incomitatus tetricam haberet, cœpi opportunis horis apud eum relegere, quæ prælo paraveram necdum ipſi viſa; quædam etiam coram eo parare, aut ipſo dictante ex originalibus membranis deſcribere; puta S. Yvonis Acta, Vitas S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, S. Petri Cæleſtini, S. Philippi Nerii; ſubeunte per intervalla Janningo, & quæ commentari cœperat de SS. Symeone Stylita Juniore ac matre ejus Martha, Sanctoque Andrea Salo, Latine ex Græcis à ſe reddita Acta. Adventante vere, fomento foci carere ſenex potuit, & in ſella ſubditis rotulis truſili à lecto ad menſam ſcriptoriam

30 *Henſchenius poſt editam partē Maji,*

E

*tactus paralyſi,*

F

*ſtudia nihilominus proſequitur ut poteſt.*

A toriam transferri, ubi exorſus eſt iterum recognoſcere omnia quæ in Majo reſtabant imprimenda; & ſiquid præteritum videretur aut dubie explicatum, notare diligenter.

*jamque ſpes erat reſtituendum ſibi,*

31 Neque hic ſtetit progreſſus melioris valetudinis, quin menſe Martio tripes gradi inciperet, ac tandem etiam ad aram Infirmariæ Miſſam facere, atque Muſæum reviſendum aſcendere; quin etiam grandiora nonnulla moliri pro menſe Junio, quem fere totum ordinatum reliquit, ſingulis, quæ perficienda dimittebat, accurate notatis. Verum cum perveniſſet ad decem Millia Militum Martyrum, in monte Ararath (ut fertur) crucifixorum, ac die XXII Junii Romano hodierno adſcriptorum; cum plurimum ſeſe torqueret, in narratione, multimodis vacillante, ad aliquam veroſimilitudinis ſpeciem adducenda; expertus fuit, cum dolore noſtro, ſua-
B rum tunc virium non fuiſſe applicationem animi tantam, quantam requirit difficilium quæſtionum, olim ipſi tam prompta, diſcuſſio. In his ergo fruſtra laſſatum, regreſſumque ad cubile, quod jam inde à principio morbi in valetudinario communi acceperat, iterum defecerunt greſſus, non jam amplius ſcipione fulciendi, reliquo tamen corpore adhuc valente, & vegeto ſatis cerebro.

*eum pro ſupplemento adhuc priorum menſiũ utiliter laboraret,*

32 Cogitabam igitur quid iſtic occupationis ei ſuggerem, dum ipſe in Muſæo utilius occuparer: nec quidquam aptius comminiſci poteram, quam id, in quo minime verſatus multum fuiſſem laboraturus, & quod ipſe varia praxi facillimum ſibi, quin & jucundum fecerat, licet alioqui jejunum ac tetricum; ordinare videlicet Martyrum eorum claſſes, quorum, præter nomina locumque Martyrii, nihil nos docere poſſent Hieronymiani (ut appellamus) Martyrologii ecgrapha quatuor, cum aliis vetuſtioris notæ Martyrologiis col-
C lata. Prius autem quam id faceret pro ultimo ſacri anni ſemeſtri; oravi ut Januarium ac Februarium ſuppleret, nulla magis parte quam iſta deficientes: unicum enim Epternacenſe Ms. vetuſtius quidem, ſed & mendoſius aliis, *BOLLANDO* præluxerat. Hoc agenti neceſſe fuit multos occurrere, quorum commemoratione augeri poſſent claſſes ad dies ſingulos Prætermiſſorum, & in alia parte operis tractandorum copioſius: circa alios quoque eorumdem primorum menſium Sanctos, fideliſſima ad extremum viri memoria infinitam ſuggerere poterat copiam notitiarum, poſt illos editos acquiſitarum, nec hactenus ſcripto mandatarum, magnoque uſui futurarum poſteris, in iſtius bimeſtris ſupplementum laboraturis.

33 Et videbatur ille aliquantis adhuc annis ejuſmodi laborem continuaturus, conſtanter firmo judicio ac memoria u-
A. D. P. *interim Sociorum unũ Romam deſtinat,* tens; ſed futurorum providus, & tamquam mox migraturus, de Succeſſoribus poſt ſe relinquendis ſolicitabatur, non libenter in meo unius capite periclitari operis reliquum paſſurus diutius. Permovit itaque Superiores, eodem etiam per ſe inclinatos, ut, quem ipſi jam pridem cogitatione deſignaverant ſua ſententia aptiſſimum (neque enim delectum ſibi volebat relinqui, jam ſemel iterumque ſpe ſua fruſtratus) ut eum, inquam, quem ipſimet cenſuiſſent nobis aptiſſimum fore ex junioribus Sacerdotibus, mihi quam primum jungerent Adjutorem; *CONRADVM* autem *IANNINGVM*, duorum & ſemis annorum experientia inſigniter probatum, Romam mitterent, ſcientia Theologica ibi imbuendum, ubi cum omnium ex tota Europa nationum Patribus firmare amicitiam poſſet, perpetuo deinceps uſui futuram;
E multaque coram per ſe videre, quæ vidiſſe plurimum gaudebamus ipſi, propter inſignes fructus ex Romana peregrinatione relatos. Sane vix poſſim explicare verbis, quantæ per hos annos quatuor utilitates ex illo conſilio nobis emerſerint, & quantæ porro extituræ prævideantur. Jam enim ille ad hæc ſtudia revertit; quibus ut omnem vitam ſe devoviſſe profiteretur, elegerat anno MDCLXXXIV, ipſum feſtum Sanctorum omnium, primitiis Sacerdotalibus offerendis.

*pro eoque ſibi tertium adoptat.*

34 Iſtis ſic ordinatis, cum etiam Lovanio adductum vidiſſet *HENSCHENIVS*, qui ſibi promiſſus fuerat, *P. FRANCISCVM BAERTIVM*, & mores indolemque probaſſet; cœpit cum Symeone dicere. Nunc dimittis ſervum tuum, Domine, in pace, quia viderunt oculi mei ſucceſſuros poſt me. Certe pauciſſimis poſt hujus adventum, & illius diſceſſum diebus, id eſt die v Septembris, cum pridie adhuc more jam ſuo aliquot Martyrum claſſes ordinaſſet, deſcripſiſſetque pro
F die XXVII Januarii, & pro die ſequenti deſignaſſet nominibus collectis materiam; noctem inquietiorem expertus, ſenſit febricula aliqua ſe teneri, eademque omnino qua ante menſes undecim infirmitate. *Iterum correptus, & propinquam mortem præſagiens.* Quapropter omnino judicans de lecto non ſurrecturum ſe amplius, & inde brevi efferendum; aliud nihil deinceps voluit cogitare aut loqui, niſi de morte oppetenda quam religioſiſſime poſſet. Itaque de tota vita ſua mihi, cui uni fidebat plurimum, ſolicite confeſſus accurateque; ac deinde exomologeſi quotidiana, ante ſuſcipiendam Euchariſtiam, ſupplens quidquid forte præteriiſſe ſe putabat, aut minus diſtincte explicuiſſe, animo quoad cetera plane tranquillo, jacebat ultimum agonem operiens. Habebat autem magnam in Dei miſericordia Sanctorumque interceſſione collocatam fiduciam: & quod

A.D.P. antea, infirmis aſſiſtens ipſe, iis ad ſpem bonam erigendis frequentius præcinere ſolebat verbum Pſalmiſtæ, Miſericordias Domini in æternum cantabo, nunc quoque identidem occinebat ſibi ipſi; crebris amoris actibus voluntariæque oblationis præludens egreſſui ſuo, quem etiam noſtrorum externorumque ſe viſentium precibus ſolicite commendabat.

*excipit Abbatem Letienſem:*

35 Inter externos, pridie quam moreretur, fuit Reverendiſſ. *DOMINVS LAMBERTVS BOVILLON*, Letienſis Abbas; quem advenientem verbis tam apte meditatis excepit, ſuo ac Societatis nomine agens gratias pro beneficiis, quibus deceſſores ejus *BLOSIVS*, *VVINGHIVS*, & *LVYTENVS*, tum utramque provinciam Belgicam affecerant plurimis, tum ipſum de Actis Sanctorum opus primi juverant; ut optimus Prælatus, ad extremas benedictionem poſtulantis voces, non potuerit ſibi temperare à lacrymis, amoris potius quam doloris; audiendo ea ætate Senem, deque Eccleſia tota tam bene meritum, tali in ar-

B ticulo, fracta jam voce, adeo præſentem habere præteritorum memoriam; tamque humiliter polliceri preces ſuas, pro felici monaſterii Letienſis ſtatu fundendas ad Deum, ſi quando in hujus conſpectum venire mereretur. Eo digreſſo cœpit magis magiſque deſtitui viribus, pleni nihilominus ſenſus compos uſque poſt meridiem diei ſequentis, quando intelligi deſierunt quæ loqui ſubinde nitebatur: ac demum ſub horam, qua veſperi ad ſalutandam Deiparam ſignum datur, placidiſſime expiravit, in frequenti noſtrorum corona, feria V die XI Septembris; viginti circiter horis citius, quam annus à morte Magiſtri ſui *BOLLANDI* decimus ſextus

C totus effluxiſſet; ut poſthac utriuſque anniverſariam memoriam continuata dierum ſerie recolere poſſemus ſucceſſores, in greſſi in ejus tot annorum labores ſtudiorumque copioſiſſimum inſtrumentum, ab eodem dimidio fere ſeculo collectum.

*& moritur XI Septembris 1681*

*magno cum ſenſu eruditorum,*

36 Nuntiatam mortem, quo ſenſu exceperint eruditi per omnem Europam amici, haud facile dixerim. Teſtati eumdem meæque orbitati compaſſi per litteras multi, aliqui etiam pangendo carminibus variis leſſo; quorum tamen nihil hic referam, ne in tanta eorum multitudine, alios aliis prætuliſſe arguar invidioſo delectu. Unus pro cunctis ſit Adm. Reverend.

*& Adm. R. P. Generalis noſtri, ejus quondam diſcipuli.*

Pater *CAROLVS DE NOYELLE* diſcipulus aliquando *P. GODEFRIDI*, humaniores docentis litteras, Cortraci in Flandria, tum vero *ASSISTENS* Generalis Præpoſiti pro Germanicis provinciis, ac paulo poſt ipſemet *GENERALIS* electus; qui ad geminas meas diverſiſſimi plane argumenti litteras, in hæc verba reſcripſit: Magnum ex prioribus Rev. veſtræ litteris ceperam ſolatium, quod renuntiarent mihi valetudinem bonam *R. P. HENSCHENII*; ſed illud brevi poſt expulerunt aliæ, indicantes mortem inexpectatam ejuſdem venerandi & amantiſſimi Magiſtri mei. Inſperato nuntio perculſus fui eo quo par eſt ſenſu doloris: quamquam non eſt quod condoleam optimo Patri: gratulatione potius proſequendum cenſeo, utpote ex hac miſera tranſlatum ad vitam felicem & immortalem in glorioſa beatorum ſocietate. Ita eſſe firmam facit nobis fiduciam vita ipſius religioſiſſime acta. Nihilominus diſcipuli non ingrati officio functus ſum, parentando ſacrificiis cariſſimo meo Magiſtro. D

## §. VII *Animi corporiſque dotes ſingulares, in Henſchenio notatæ.*

HAbitudine corporis ut ſupra dicere cœpi, firma atque robuſta imprimis erat *P. GODEFRIDVS HENSCHENIVS*, & ad quoſcumque labores ſuſtinendos comparata: nam licet ægrotaverit aliquando, etiam primo horum ſtudiorum vicennio; morbi tamen (ut ille quem contraxit Lovanii, vitam ſuam pro *P. BOLLANDO* offerens) in exercitio caritatis, quibuſcumque infirmis ſe impendentis, ei advenerunt; unde etiam peſtilentem contagionem bis hauſiſſe creditus à Medico eſt: ſed maturato remedio expuliſſe, prius quam ad domeſticos perveniret notitia mali, ſolum Superiorem, Infirmarium, ac Medicum conſcios habentis. Complexio ejus, ſanguinea magis quam cholerica, ita primo illo humore abundabat, ut ad extremam uſque ætatem opus haberet annua uti phlebotomia ſemel iterumque: F qui autem è venis educebatur ſanguis, talis etiam tunc apparebat ac ſi fuiſſet pueri duodennis. Toroſa membra & nervis magis quam adipe ſuffulta caro, etiam ſeni unde non ſolum junior itinera prolixa obire pedes, ſed & adultior amabat: in Romana autem peregrinatione, ſexagenario major licet, haud minus viæ emenſus eſt pedibus per hiberna quandoque frigora & æſtivos calores, quam ſi è Belgio Romam ſic eſſet peregrinatus. Ita Faventia Ravennam ivit, intervallo milliarium Italicorum XXX, die XIV Kalendis Decembris; & Prumia Treveros tendens, quod octo leucarum iter futurum erat, felici per ſilvas errore abductus Biburgo, unde ei propter graſſantem iſtic peſtilentiam invia fuiſſent cetera, neceſſe habuit, decem omnino leucas die illa per valles monteſque conficere, licet ſeptuagenario propinquus, ut ſaltem Hemelrodium perveniret: & tamen nihilo inde minus die ſequenti valuit.

*Vir corpore robuſtus,*

38 Animi vigor, robori corporis par, fecit

A fecit ut indè à principio tractandorum Actorum in difficillimas quaſlibet quæſtiones audenter ſe immergeret, nec niſi ſalebras eluctatus remitteret ſtudium, mirante & plaudente ad ſucceſſus inſperatos *BOLLANDO*: nulla tamen re aliatantum ſubito famæ ſibi Societatique Belgicæ acquiſivit inter eruditos Francos, quam retectione Dagoberti II, Auſtraſiæ Regis ſatis diuturni, & ingrata pluſquam mille annorum oblivione apud Hiſtoricos ſepulti, quem primus docuit à primo ejus nominis ultimoque diſtinguere. Ad hæc aliaque, noviter ab eo producta, Hiſtoriæ univerſalis ordinandæ adjumenta invenienda, conferebat multum memoria excellens, adeoque tenax ſuſceptarum ſemel ſpecierum, ut longo poſt tempore fideliter repræſentaret quidquid auditus viſuſve impreſſerat. Hinc fiebat ut domeſticis fere omnibus pro indice bibliothecario eſſet; de quacumque interrogaretur materia, prompte ſuggerere ſolitus Auctores eam tractantes, ſignando inſuper librorum colorem, formam, pluteum, quo eſſent requirendi. Imprimis autem ea res commoda erat *P. BOLLANDO*, graviori corporis hernioſi mole difficilius ſe commoventi ab eo loco, quem ſemel ad ſtudendum occupaverat: dum adferret referretque *HENSCHENIVS* libros, quoſcumque petiiſſet ille, magnum ea ratione faciens compendium temporis ſui alienique.

*ſed magis animo:*

*memoria perquam tenaci:*

B

39 Neque privatim tantum, ſed etiam publice aliquando profuit Profeſſæ huic Domui felicitas illa, quidlibet facile recordantis memoriæ. Regebat eam Præpoſitus *P. IOANNES TOLLENARIVS*, cum circa donationem quamdam ab heredibus donatoris lis adeo gravis perplexaque eſt mota, ut extremum in cauſa reſponſum ſcribens Advocatus, aliàs verſatiſſimus, capitalia quædam puncta diſſimulanter tranſiret, quibus ab adverſario reſumptis, neceſſe erat ſequi ſententiam contrariam nobis. Animadvertit hoc *TOLLENARIVS*, jamque non tam de pecunia ſatis grandi, quam de futuro in omne tempus præjudicio æſtimationeque Societatis ſolicitus, reſponſum ipſe meditabatur; ut erat forenſium rerum juriſque civilis bene peritus; ſed temporis brevitas multa ſcrutari prohibebat. Interim accidit, ut, ſolatii potius quam conſilii cauſa, rem communicaret cum *P. GODEFRIDO*. Bono hic animo eſſe jubet; eumdem aut ſimilem caſum inter Romanæ Rotæ Deciſiones notatum ſibi ait, qui fuerit in favorem Domus Profeſſæ reſolutus. Itur ad Bibliothecam, exhibetur liber, *TOLLENARIVS* in cubiculum ſe recludit, poſcit allegatos ibi auctores, intraque duodecim horas ea colligit reſponſionis formandæ capita; quæ poſtridie cum Advocato digerenda trade-

*qua etiam aliquando rem domeſticam inſigniter juvit,*

C

*ſub difficili lite laborantem;*

ret, obſtupuit ille tam cito perfectam videre rem, quam negabat ſe plurium hebdomadarum ſtudio confecturum fuiſſe. Quid plura? Producitur in judicium formata reſponſio; hæret adverſæ partis Advocatus attonitus, deſperat exitum cauſæ felicem quem jam manibus tenere credebat, compoſitionem amicam ſuadet, ſæpe fruſtra à Societate petitam: & hac de ſummo jure libentius decedente, quando jam ſalva æſtimatione licebat, atque honeſtiſſimæ familiæ amicitiam præferente pecuniario majori emolumento, concordia initur. Tum vero libuit Præpoſito Interrogare *HENSCHENIVM*, quomodo occupatus ſtudiis, toto, ut dicitur, cælo diverſis, animum in ſimilia notanda intenderet; ille vero reſpondit, moris ſibi eſſe, quemcumque novum librum emebat, Bibliothecæ majori inferendum, prius ſaltem curſim evolvere per titulos præcipuos: itáque notaſſe caſum de Domo Profeſſa, quem aliàs credens poſſe prodeſſe, memoriæ commendarit. Ex eadem etiam penu concionatoribus quibuſdam, occupatioribus erga proximos, & minus moroſis ad alienos conceptus uſurpandos, quandoque ex libris ita curſim evolutis deſignabat integrarum Octavarum vel Adventuum argumenta, præconcepta à ſe ac mente digeſta. Tantæ tamen memoriæ, quoties allegandus locus quiſpiam ipſi in ſuis Commentariis erat, fidebat nihil; quin ad librum recurreret, indeque immediate tranſcriberet: quod quanti in re noſtra momenti ſit, frequenti comperi in utramque partem experientia.

A. D. P.

*tum ejuſdem fere caſus ſibi notati recordatur.*

E

40 Iſtis ingenii memoriæque prærogativis adjungebat aſſiduitatem tantam, ut *BOLLANDVS* ſæpe diceret; Ferreum videri, qui etiam rigidiſſima hieme ad quinque aut ſex horas continuaret ſtudia abſque ſolatio foci; ſicuti nec aliàs ullum iis ponebat intervallum, niſi obedientia vel caritate avocante. Quamvis autem Societatis indulgentia ſoleat ſuis, & potiſſimum iis qui occupationibus intellectus applicantur, unum aut dimidium per hebdomadam diem concedere laxando animo, ambulatione, colloquio, vel alia honeſta ratione; ea aut numquam aut rariſſime utebatur *HENSCHENIVS*; quinimmo meridianæ recreationis communem omnibus horam, quamdiu Bibliothecæ curam geſſit, impendebat ordinandis diſponendiſque in ea libris; in eamdemque horam librariis ac bibliopegis condixerat, ne quid ſcilicet detraheret temporis quod optabat Actis Sanctorum impenſum. Atque utinam ſolum hoc curaſſet etiam primis viginti annis, neque ita ſe occupaſſet emergentibus ex frequentatiſſimo Confeſſionali curis & crebra externorum ad Bibliothecam ſpectandam venientiũ deductione, ut iis duas

F

*Par ei ad ſtudia & labores alios aſſiduitas,*

*communi Bibliothecæ impenſa opera,*

A.D.P. fere temporis ſui partes impenderet, cum vix alius (ſi unum alterumve exceperis) noctu diuque ſæpius accerſeretur ad ægros; domi vero aſſiduus aliàs, identidem accerſeretur à portario pro Bibliotheca advenis monſtranda. Sane, ſi hæc non fuiſſent, poterat Auguſtus menſis ſub prælo jam eſſe; ſed eximia caritate omnibus factus omnia, nemini nullique obſequio negare ſe poterat: unde numquam ſic immergebatur ſtudio, quin hora quavis prompte aſſurgeret, ſiquis domeſticorum appellaret eum pro libro aliquo ſibi inveniendo.

*& aliis collegiis in re libraria;*

41 Neque his tantum, ſed etiam aliorum Collegiorum Rectoribus ac Bibliothecariis (ut tunc erant tempora) ſatis largis ad augendam librariam ſupellectilem, obſequebatur tam ſedulo, ac ſi unus omnium hoc in genere procurator fuiſſet; operâ à rerum peritis tanti æſtimata, ut *R.P. FERDINANDVS DEL PLANO*, pluries in hac
B noſtra Provincia Rector, aliquando dixerit, eam judicio ſuo comparandam videri integræ unius Collegii fundationi. Erat enim non minus aliis quam ſibi induſtrius, ut quam optimos, quamque commodiſſimo pretio libros emeret; in quo ne falli forſan poſſet, nolebat uni alicui bibliopolæ obſtringere ſeſe; ſed malebat per officinas diſcurrere diſcernendo licitandoque, neque inconſulte prodigus, neque ſordide parcus; ſemper autem ſolicitus, necubi crearet debita, curam ſucceſſoribus relictura. Hoc vero quia notum Superioribus erat, minime anxie requirebant ab eo accepti expenſique rationes; maxime cum ex domeſtico ærario acciperet aut requireret nihil; imo nec à perſonis ejuſmodi, quarum liberalitas aliàs fuiſſet ad propriam Domus noſtræ pauperiem ſublevandam derivata.

*Quam in eo etiam erga alios liberalis Henſchenius,*

42 Mirantibus porro unde ei ſemper
C ſufficeret pecunia, ſive ad emendos tam copioſe libros, partim Muſæo ſuo, partim communi Bibliothecæ inſtruendis, ſive ad præſtandas mercedes conductis ubique ad tranſcriptionem veterum codicum ac monumentorum librariis, ſive etiam ad itinera ſubinde prolixiora eumdem in finem ſuſcepta; Deus, inquiebat, & Sancti, valde divites ſunt, nec eorum unquam exhauritur ærarium. Addebat inſuper ad aliorum, præſertim Superiorum inſtructionem, Euangelicum illud: Date & dabitur vobis. Etenim, ut erat cordis ampli ac liberalis, de libris quos duplicatos triplicatoſve inveniebat, vel quos accipiebat aliunde donatos, licentiam diſponendi generalem habens, largiebatur Collegiis tenuioribus corbes quandoque plenos: & fuit cum Hibernis noſtris, ad conſtituendum Dublini Collegium proficiſcentibus, de integra bibliotheca proſpexit. Similiter largus erat erga Indicarum Miſſionum Procuratores, huc forte appellentes, ſive per ſe ſive per
D externos; ad quos viſendos ipſe eos deducebat, nequaquam timide pro iis ſubſidia ſolicitans, neque exiſtimans aliquid ſibi per hoc decedere: unde factum ut *HENSCHENII* caritas apud Indos quoque & Braſilos celebraretur, indeque ad eum ſcriberetur à variis, gratanter commemorantibus beneficia ab ipſo in ſe ſuoſque profecta, & nova obſequia poſtulantibus. Eadem præſtare gaudebat noſtris in Hollandia vel Anglia Miſſionariis, tamquam eorum in rebus Agens Antverpiæ conſtitutus, donec ſuos illi proprios hic habere cœperunt.

*ipſe gravis nemini, & quæ poterat gratus.*

43 Nullus fere appellebat ab externis Provinciis hoſpes, quem non gratioſe libenterque deduceret ad ſpectabiliora quæque hujus ornatiſſimæ urbis viſenda: quapropter cum & ipſum contigit Romam peregrinari, ubique fere inveniebat notos, quos & facillime recognoſcebat, beneficio tenacis memoriæ, nomina, tempus,
E & occaſiones ſuggerentis, per quos ipſos coram viderat juveratque. Erat proinde gratiſſimus omnibus & expectatiſſimus hoſpes; cavebat tamen ne cui eſſet Collegio gravis mora longiori: cumque ea forte opus ſibi erat, ut fuit Tridenti, Venetiis, Romæ, Florentiæ, Mediolani, atque Pariſiis; ultro præſtabat proportionatos tempori ſumptus: non diſcedebat autem ex tenuioribus Collegiis, ubi vel diebus paucis diverſatus erat, ita exigentibus quæ viſenda deſcribendaque occurrebant Sanctorum monumentis, niſi relicta eleemoſyna aliqua. Nempe qui omni vita ſua ſemper fuerat erga benefactores ſuos gratiſſimus, etiam poſt annos tringinta aut quadraginta commemorare ſolitus quid quiſque ſibi præſtitiſſet, ſolicituſque ut ſingulos religioſo aliquo, prout tempus ferebat, remuneraretur donativo; in iſto itinere vel maxi-
F me laxabat ſeſe, ad minima etiam officiola compenſanda.

*Ejus in ſuſtinendis ſumptibus magnanimitas,*

44 Toto eo tempore, quod viginti novem menſium fuit, fateor equidem obſtupuiſſe me ſæpius, neque capere potuiſſe, unde hæc ei affluaret copia. A Domo quippe præter veſtem extulerat nihil, pollicitus citra illius aut Societatis gravamen iturum rediturumque ſeſe: nec tamen niſi in annum unum (non opinatus diutius ſe abfuturum) proſpexerat ſibi ex liberalitate amicorum, ſtudiis ejus privatim faventium. Quo autem major eidem Romæ meſſis, quam animo poterat præconcepiſſe; eo ſumptuoſior erat ibidem & mora, occupatos habenti amanuenſes, quandoque ſenos ſeptenoſque. Ipſe tamen petendo in eam rem ſubſidio abſtinens, ac ne Pontifice quidem, qui Romam invitaverat, appellato, fidebat Deo; fortuitiſque ac fere ultro oblatis, vel ex Belgio ſubmiſſis eleemoſynis

ſuſtinens

A *fiduciæ in Deum ſubnixæ.*

ſuſtinens quidquid id oneris fuit; ſuæ in Deum Sanctoſque fiduciæ fructum referebat minime pœnitendum. Nam etiam reduci ſatis fuit, ut ſequenti ſeptennio toto occupatum Romæ haberet Græcum quemdam Abbatem, ex Codicibus Vaticanis tranſcribentem nobis, quæ deſignaveramus excipienda, Sanctorum plurium ſæpe prolixiſſima Acta, uti in Martio, Aprili, ac Majo videre eſt.

## §. VIII. *Grata & utilis cum ſummis infimiſque converſatio P. Godefridi.*

45 *Cum externis converſari gratioſe;*

B MAximam *HENSCHENIO* gratiam apud omnes, quibuſcum vel ſemel ageret, potiſſime ſi viri erant litterarum librorumque amantes, conciliabat ſincerus quidam animi candor, quo eruditi ſui pectoris theſauros aperiebat, minime moroſus communicator eorum quæ noverat. Sin autem in alterius conditionis perſonas inciderat, etiam illas devinciebat ſibi, ſuoque tenebat ex ore ſuſpenſas, dum exempla Sanctorum, aut viſa per iter eorumdem monumenta explicaret facundo hilarique ſermone, identidem eorum admiſcens nomina, quorum obſequiis fuerat aut benevolentia uſus; ut nemo non gauderet ſimile quidpiam præſtare ei, quem videbat tam gratanter recordari ſingulorum, quin & ſcripto excipere plurium benefacta, in ipſis Sanctorum Actis, quando ſic res ferret, etiam à poſteris commemoranda. Id vero non faciebat, fortuito effundens quidquid primo in buccam veniſſet; ſed præmeditabatur ſolicite puncta aliqua, quæ tali loco, tempore, atque conſortio poſſet adducere, quod & dexterrime faciebat: totius enim itinerarii noſtri rationem deſcriptam ſibi in memoria

C habenti, certius quam ego in charta, (cum diſtinctiſſime recordaretur, quid Romam vadens redienſve quolibet die feciſſet, & ubi fuiſſet) non deerat idonea apud hoſpites qualeſcumque materia, loquentem à menſa audire vel ſuper ea cupientes. Nihil in eo fucatum, nihil affectatum apparebat; ſed neque incondi-

*& utiliter ſolitus,*

tum aut ruſticum quidpiam: quæ eadem res magnos infimoſque ei pariter adjungebat; unde eo tempore, quo publicum in eccleſia noſtra Confeſſionale tenuit, ab utriſque æqualiter ſtipabatur: & licet pauperibus ſe impenderet prolixius, æſtimabatur tamen requirebaturque à primoribus civitatis; quorum cum viginti quatuor annue legantur ad gerendum Magiſtratum, fiebat aliquando ut ex ſolis *P. GODEFRIDI* Pœnitentibus, uno anno duodecim ſupremum illum in republica gradum tenerent.

46 Cum viris Principibus tam diſcrete graviterque ſe habebat, nec minus reverenter, ſive dum itinera faceret peregrinus, ſive dum morabatur Antverpiæ, eoſque illic in Muſæo vel Bibliotheca excipere Hoſpites; ut ejus ſæpe poſtea meminiſſent, ſi forte in aliquem noſtrum incidereint. Id non ſemel contigit experiri Germanos Patres, agentes cum Principibus ſuis, etiam heterodoxis: quamquam cum his agens, numquam eos dimitteret, quin libere, ſed ſuaviter, infigeret aculeum admonitionis ſalubris, ad Catholicam Religionem, ſaltem fovendam in ditionibus ſuis. Accidit ergo ut quidam Electorum Germaniæ, diſſimulata apud vulgus perſona ſua in Belgium appulſus, & cum uno alterove comite ingreſſus Muſæum, dum curioſius luſtranti ſingula importunus aliquis mentionem intuliſſet de ſectis à Catholica religione diverſis, diceret ſe credere in Deum & Chriſtum, cetera relinquere Monachis Prædicantibuſque E diſputanda. Tum Pater *GODEFRIDVS*, aſſumpta dextere occaſione, ſic ei fecit ſatis, ut haud cunctaretur agnoſcere, credendum inſuper in Eccleſiam eſſe; eamque viſibilem, ac ſub viſibili in terris capite Chriſti Vicario teneri ſecurius, licet putaret excuſari ſe poſſe, quod eam ipſe non ſequeretur. Hic deinde cum reverſus in propria eſt, noſtrum mox ibi Patrem ad menſam voluit habere convivam, plurimumque locutus de Patre quodam Sene, Acta Sanctorum ſcribente (nomen exciderat è memoria) magna cum viri laude, ſubridens addidit, In paucis quoque me ſuaſiſſet Papiſtam fieri. Sane tam dilucidus, *advenaſque devincit.* tam peremptorius erat, cum Principe illo magno per paucas interrogationes ultro citroque habitas, ſermo; ut cum eumdem aliquando (quod ſæpe apud heterodoxos ſe inviſentes faciebat) iteraſſet Venetiis audiente me, coram juvene quodam Am- F ſtelodamenſi Bibliopola, aliter quam Catholice educato, & de capeſſenda Religione tum forte deliberante; idem ſtatim in animo ſuo ſtatuerit (quemadmodum poſtea faſſus eſt) Catholicus fieri: quod & alii plures uſu ſibi veniſſe profeſſi ſunt. Monita ſcilicet nervoſa ac brevia, ſibi Bibliothecam Antverpienſem viſitantibus gratioſe à Patre Bibliothecario data, fatebantur tam altas in animis ſuis fixiſſe radices, ut denique poſt annos plures optatos ſalutis fructus tulerint.

47 Cum Catholicis tamen Principibus *Cum Principe Barbanzonio ſidentius agit,* ſi ſibi agendum eſſet, agebat familiarius liberiuſque; ſed non niſi de Deo, vel de rebus ad ſacram hiſtoriam libroſq; ſpectantibus: magis tamen cum Excellentiſſimo Alberto Dalembergio Principe Barbançonio, quem arce Antverpienſi detentum, Spiritualibus S. P. N. Ignatii Exercitiis excoluerat; & ut ſuum ſpiritualem filium, quamdiu iſtic

A. D. P. iſtic fuit, perrexit viſitatione hebdomadaria ſolari. Hic, ut erat inſigniter eruditus, nec alios fere quam eruditos viros vel religioſos ad ſe recipiebat; pro conſuetudine nonnullorum, quempiam ex antiquis quaſi proprium ſibi deligentium, *& rebus ſpiritualibus:* L. Annæum Senecam, ut præſenti ſuæ fortunæ congruentiorem, cœperat legere & admirari, ejuſque ſententias uſurpare inter familiares cum litteratis diſcurſus; uſurpandoque dicere, Meus Seneca. Hoc cum ei aliquando apud *P. HENSCHENIVM* excidixiſſet, iſque præter morem in ſubitum erupiſſet riſum: interrogavit Princeps, Ecquid ita rideret. Reſpondit ille: Quo devenimus Chriſtiani? *PRINCEPS BARBANZONIVS* ſuum nominat Senecam! Quin ſua Excellentia dicit? Meus Chriſtus. Nec pluribus opus fuit. Vera monere dixit Princeps, ignoſci ſibi vanitatem hanc petiit, nihil ejuſmodi ex ore ſuo poſthac audiendum promiſit: quin & ipſam Senecæ lectionem abdicaturum ſe, quando unica ſententia Euangelii Chriſti plus veræ ſapientiæ ſolidæque conſolationis poſſet animo Chriſtiano adferre, quam exucca Stoici Philoſophi dicta omnia.

B

*eumque ſibi mirifice obſtringit:*

48 Extat etiamnum apud me una Epiſtolarum ejus ad *P. GODEFRIDVM*, data poſt liberationem à carcere, Bruxellis anno MDCLI, II Kalendas Maji; qua declarat quanti hunc virum ſemper fecerit, & quam religioſa ſimplicitate fuerit ab eo cultus. Epiſtola tua, inquit, data IV Idus menſis hujus Aprilis, iterata amicitiæ noſtræ teſſera fuit. Quia amas, ſcribis: & quam ſemper amaveris, oſtendis. Tam bonum affectum pro beneficio habeo, & inde maximas rependo grates. Quocumque demum res meæ devenerint, ſive fortuna riſerit, ſive noverca vultum averterit; beneficiorum, quæ in me contulit ſanctiſſima veſtra Societas, memoriam numquam deponam: eam univerſam magis ac magis ſemper ſuſpiciam; ſed maxime Antverpienſem familiam, ex qua moleſtiarum mearum tempore tam multa conſolationum genera recepi, libentius ac religioſius colam. Benevolentiæ tuæ fontes in me perennes fuerunt, & tam copioſo latice fluxerunt, ut abundarim. Utinam tam facile gratus ſim, quam libenter agnoſco me obligatum! Dabit Deus publicis ærumnis aliquando finem, ut quemadmodum amor noſter nulla temporis injuria impediri poteſt, ita in quiete rerum plenos liberoſque amicitiæ fructus capiamus. Munus veſtrum gratiſſimum fuit: illud familiæ meæ diſtribui, unde ego & uxor mea cum liberis gratias agimus, rogamuſque ut nos Deo commendes. Ut felices facias, vale: & perge, ut ſcribis, me amare.

C

*eidem & aliis Caravacanas Cruculas commendabiles reddit,*

49 Quale fuerit munus iſtud, cujus tam grataanter meminit humaniſſimus Princeps, quodque uxori ac liberis commune fecerit, haud difficulter conjecto, cum memini ex ipſo audiviſſe me ſæpius, etiam Ducibus Luneburgenſibus, quamvis profeſſione Lutheranis, expetitas aliquoties fuiſſe Cruculas Caravacanas, cum forte alicui eorum domeſtico Catholico, Antverpiam patriam ſuam reviſenti, unam dediſſet, cum epitome hiſtoriæ explicatioque virtutis, quam divinitus habent contra fulmina atque alias aëreas intemperies. Ita, quæ Religionis noſtræ & ſuæ profeſſionis erant, libere cum quibuſvis, etiam primæ notæ viris, tractabat *HENSCHENIVS*; alienus ab auliciſmo & affectata urbanitate, qua arbitrabatur gratiam Magnatum amitti citius quam obtineri: cum illi nihil niſi ſeria & pia à nobis exſpectent; in aliis, quæ ipſimet percallent, noſtram rideant infantiam. Tali autem libertate maxime utebatur apud illos, cum infirmos reperiebat; quando ajebat eos, æque ac alios, eſſe Dei captivos; proinde audire libenter ea quæ ſalutis ſunt. Sic in omnem vitam obſtrinxit ſibi Ampliſſimũ *D. STOKMANS*, arcani Concilii Regii Senatorem, unum ex nominatiſſimis; quem intelligens Antverpiæ Paſchali tempore graviter decumbere apud amicum; eumdem, numquam aliàs ſibi viſum, adivit fidenter & ultro; ſuaſitque eo tempore, ſaltem ſecreto, petere ſanctiſſimam Euchariſtiam: nam publice adminiſtrari quaſi de vita deſperatum (quod necdum erat, Bruxellas tamen continuo pertuliſſet rumor) non expediebat. Ille vero tam gratanter admiſit conſilium (id ipſum quippe ſummopere cupiebat, ſed modum non inveniebat) ut numquam deinde Antverpiam veniret, quin Patrem ſuum *GODEFRIDVM* inviſeret; Bruxellis autem apud Collegas ſuos omnes commendaret virum, ut cujus primùm ſinceram expertus pietatem, deinde & doctrinam cognoſcere cœperat.

D

*citra affectationẽ obſequioſus,*

E

*& minime moroſus ſenex,*

F

50 Denique erat *P. HENSCHENIVS* ſummis & infimis, domeſticis & externis percarus; quia omnibus largiſſima caritate impendebat ſe; ſub extremos vero vitæ annos adeo non moroſus ſenex, ut infirmus quoque jucundiſſimus eſſet, ſuaque amabili hilaritate laborem levaret ſe curantium infirmariorum, quorum nemo ei non libentiſſime miniſtrabat. Etenim humillimo gratiſſimoque affectu obſequia eorum excipiebat, eadem apud Superiores & alios inviſentes prolixe prædicabat, orationibus etiam addicendis remunerabatur. Factus autem paralyticus, cum interim annum octogeſimum expleſſet, amœno joco ſeipſum vocare ſolebat puerum menſium trium, quatuor, quinque (prout ſcilicet procedebat annus) qui inſtar pueri cubitum locari, rurſumque relevari per alium deberet, in aliiſque corporis neceſſitatibus ſimili modo

A *etiam extrema ætate.* modo juvari: unde & confidimus cælorum esse regnum assecutum, quod ad infantilem innocentiam reversis apromisit Christus, & talium omnino esse asseruit. Atque hæc de externa *P. GODEFRIDI HENSCHENII* vita, cujus testes esse possunt quotquot noverunt, dixisse mihi satis: internas virtutes, quarum arbitrum solum Deum, & ex parte Confessarios suos habuit, meum non est commemorare: sed oranda benedicta illius anima, ut coram Deo Sanctisque assistens, earum partem aliquam consequi faciat successores suos; simulque gratiam impetret non indigne gerendi, quod nobis decedens reliquit onus. A. D. P.

# PRIMORUM TRIGINTA EPISCOPORUM TUNGRENSIUM AC TRAJECTENSIUM SERIES.

| | |
|---|---|
| I | S. Maternus, *ob. seculo* 1. |
| II | S. Navitus, *seculo* 2. |
| III | S. Marcellus. |
| IV | S. Metropolus. |
| V | S. Severinus. |
| VI | S. Florentius. |
| VII | S. Martinus, *ob.* 276. |
| VIII | S. Maximinus. |
| IX | S. Valentinus, *ob. ante* 344. |
| X | S. Servatius, *ob. anno* 384. |
| XI | S. Agricolaus. |
| XII | S. Ursicinus. |
| XIII | S. Designatus, *seculo* 5. |
| XIV | S. Resignatus. |
| XV | S. Sulpitius. |
| XVI | S. Quirillus. |
| XVII | S. Eucharius I. |
| XVIII | S. Falco, *seculo* 6. |
| XIX | S. Eucharius II. |
| XX | S. Domitianus, *circa* 56c |
| XXI | S. Monulphus. |
| XXII | S. Gondulphus, *seculo* 7. |
| XXIII | S. Perpetuus. |
| XXIV | S. Ebregisus. |
| XXV | S. Joannes Agnus, *circa* 628. |
| XXVI | S. Amandus, *renuntiat.* 649. |
| XXVII | S. Remaclus, *renuntiat.* 660. |
| XXVIII | S. Theodardus, *ob.* 676. |
| XXIX | S. Lambertus, *ob.* 707. |
| XXX | S. Hubertus, *Sede Trajecto Leodium translata, obiit* 727. 3 *Novembris.* |

# GODEFRIDI HENSCHENII
## EXEGESIS HISTORICA
# DE EPISCOPATV TVNGRENSI
# AC TRAIECTENSI.

## PRÆFATIO.

POst edita ante hos triginta sex annos Sanctorum Ianuarii Acta, progrediens ad Februarium, cum S. AMANDI, Episcopi Trajectensis gesta ac miracula, à pluribus, etiam coætaneis scripta auctoribus, recensserem, ut ea ad receptæ nunc Chronologiæ modum, per annos Christi procedentem, sed iis temporibus nondum usurpatum, accommodarem; ac si quid obscurum videretur, minusque cum aliis historiarum veterum monumentis consentiens, explanarem; mirari cœpi, cur tam acriter depugnarent recentio- E
B res quidam, ut ostendant, numquam TRAIECTI Cathedram Episcopalem fixam fuisse, ac nullos vere Episcopos Trajectenses extitisse. Quare visum mihi tunc fuit faciendum, ut veterum scriptorum minime obscura testimonia colligerem, cumque imbecillibus eorum argumentis conferrem; idque feceram in Commentario prævio ad eamdem S. Amandi Vitam § VII. Quia autem operis nostri moles vasta, ut nullæ aliæ morarum causæ intervenirent (quæ tamen postea intervenerunt plures) non promittebat lucem commentationi isti tam cito atque amici optabant, & quædam tunc incidens necessitas exigebat; placuit singulari Diatriba haud paulum diffusiori idem tractare argumentum, eique ad justi libelli modum augendo duo alia vicina argumenta præmittere, partim ex jam dicta Commentatione prævia, partim ex simili altera præludura Actis S. SIGIBERTI Austrasiæ Regis: atque ita anno MDCLIII lucem seorsim vidit Diatriba illa, distributa in tres partes seu libros: quorũ Primus ipsum veluti corpus Episcopatus Trajectensis ostendebat, Populos videlicet ad eum pertinentes eique subjectos; Secundus Antistites enumerabat, atque eorum annos (quoad observare potueram) ad usitatæ nunc æræ calculos adaptabat; Tertius denique liber TRAIECTO vetustum Cathedræ Episcopalis decus vindicabat. Sub hæc primum mihi velut per nebulam visus, denique in clara luce apparuit DAGOBERTVS, S. Sigiberti præmemorati filius, non solum à morte sui patris exul, sed etiam restitutus in regnum; occasionemque dedit alteri Diatribæ, DE TRIBVS DAGOBERTIS FRANCORVM REGIBVS, biennio post vulgandæ. Hic libellus quoniam cupidissime per ma-
D nus eruditorum distractus pridem desierat venalis haberi; nec parum novæ lucis, annis studiisque progredientibus, acceperam; primum quidem Danieli Papebrochio, ad elucidanda Sanctorum Martii Acta collegæ dato, commissi Genealogicum Stemma Regum Francorum primæ stirpis, per tres jam dictos Dagobertos deducendum, quod ille fecit in Exegesi præliminari II ad Tomum III Martii: deinde ipsemet Stemma Genealogicum posteriorum Regum stirpis Merovingicæ, recognitum & emendatum, præposui Tomo III Aprilis; itáque effeci, ut singularem istam De tribus Dagobertis Diatribam, nemo jam amplius requirere debeat extra Sanctorum Acta, à nobis successive jam edita. Idem ut facerem de prima, quam initio nominavi, Diatriba, & cujus pridem etiam exempla requiruntur, suasit occurrens hoc mense memoria S. SERVATII, ejus qui TVNGRIS Sedem transtulisse TRAIECTVM creditur; & saltem, sepulcro ibi delecto, illius eo transferendi occasionem dedit, miraculis post mortem inclarescens simul & clarificans locum. Hanc ergo novam Exegesim habe, non jam de Trajectensibus tantum S. SERVATII successoribus Episcopis, & posterioribus stirpis Merovingicæ Regibus, sed & de Tungrensibus ejusdem Sancti decessoribus, ac primis Francorum ante Dagobertos Principibus: sitque hæc veluti coronis operæ in historia Francica, per annos quadraginta quinque examinanda & illustranda à me collocatæ, eidem imposita anno MDCLXXX. CA-

A

## CAPUT I.

### Urbs Tungrenſis antiqua. Ejus Epiſcopi priores decem.

*Vrbs Tungrenſis olim ampla,*

PIſcopalis S. Servatii *Sedes fuit* urbs Tungrenſis, *Ammiano libro* XV ampla & copioſa, *cujus murorum veſtigia imo & turrium per intervalla poſitarum etiamnum in agro vicino reperiuntur, quorum (ſicut Godefridus Wendelinus, in Natali ſolo Legum Salicarum, capite* VII *teſtatur) dimenſa craßities in imo extenditur ad pedes quinque, ſuperne ad quatuor; ibidemque tam intra quam extra illos muros inveniuntur quotidie numiſmata Romana varia, & cimelia rariſſimi operis: ipſa autem urbs fuit quadrata, & in ambitu habuit ſupra tria millia paſſuum ſeu leucam horariam; praterea ſtupenda machinationis naumachiam ibi videre eſt, quam mare dixerunt rudes; aliique inde ſumpſerunt occaſionem fingendi, Oceanum alluiſſe ad ipſa urbis mœnia: denique ex hac urbe via militares ſaltem tres proceſſerunt, prima nempe qua ducit Bavacum Nerviorum, ſecunda qua fert Coloniam Agrippinam, tertia qua Noviomagum & in Tabula itineraria exhibetur. Populi vicini olim* Tungri & Advatici *appellati fuerunt. Iulius Cæſar* Advaticos *ſemper nominavit, numquam* Tungros: *at Plinius, Tacitus, aliique* Tungros *ſemper dixerunt, numquam* Advaticos: *Ipſam vero Tungrenſem urbem antiqui* Atvatucum, *ſive* Advaticum Tungrorum, Advacam *ſive* Atvacam: *qua videntur majoribus noſtris valuiſſe & forte magis integre pronuntianda fuiſſe,* Antwattich, *vel* Andwak, *id eſt* Ad-vadoſum *vel* Ad-uliginoſum *Iecoræ fluminis tractũ.*

B

*Advaticum dicta, & Advatica Tungrorũ;*

2 *Obſcurioris etiam originis* Tungrorum *eſt appellatio: nam cum* Advaticos *quidem noverit Cæſar,* Tungros *ignoraverit; veroſimile fit, quod Procopius aſſerere videtur, eos fuiſſe* Toringos, *qui ex interiori Germania in has partes venerint ſub Auguſto, eorumque nomen à* Torn *ductum (qua vox* ſpinam, turrim, iram, *pro varia acceptione ſignificat) commutatum in* Tungros. *Horum longe olim patentem juriſdictionem aſtimari aliqui ex eo jubent, quod dicta ab eis loca complura, in varias longiuſque diſſitas procurrant regiones. Sic* Tóngerlo, *ſive* Tungrorum locus *in intimam procurrit Taxandriam, Antverpiæ quam Tungris multo vicinior Abbatia; & duplo quam hæc longius Boream verſus diſcedit Pelandia, paluſtris regio,*

*hoc vero nomen poſt Iulium Cæſarem cœptum audiri,*

*hodie Tongeren,*

*ubi* Túngrenheim, Túngrin & TúngerleeS. Martini *dicuntur inveniri; in Comitatu, denique Namurcenſi* Tungreìn & Tungreville; *atque in ulteriori Hannonia*

C

Túngre Dominæ noſtræ *ac* Túngre S. Martini; *ut* Túngerlo *prope Maſacum præteream. Sed hæc omnia non puto eſſe veterum liminum eo uſque protenſorum argumenta; ut ſummum enim hinc datur intelligi Capitulum Tungrenſe ſua iſtis locis habuiſſe prædia, indeque ea manſiſſe nomina, quod ad præſentem quæſtionem nihil facit. Vt ut eſt, abolito* Advaticorum & Thoringorum *vetuſtioribus nominibus, ſoli hactenus nominantur* Tongri, *vulgo* Tóngeren, *oppidum non magnum, quod noſtro adhuc tempore celebre aliquoties vidimus, anno autem* MDCLXXVII *funditus everſum doluimus, ab amiciſne dicam an hoſtibus? non eodem fortaſſis quo veterem illam* Advaticam, *ſed vicino & editiore ſitu, qui majoribus pro arce fuiſſe potuit. Situm vero eſt* Tongeren *in hodierna Hasbania, vulgoque (ut diſtinguatur ab alio ejuſdem nominis oppido, inter Gemblacum & Lemeppam ſito) dicitur* Heidens-Tongeren, *id eſt,* Tungri Paganorum, *ſive à viis militaribus quas à Gentilibus ſtratas, ac* Heidens-wegen, Paganorum vias *appellarunt (ut ſit dicta* urbs Tungrenſis ad vias Paganorum) *ſive à ſuperſtitionibus paganicis ac præſertim profana & diabolica divinationum diſciplina, quæ ibidem etiam poſt Euangelii prædicationem viguit; quam qui vagi quidam homines per chiromantiam exercent*

*& à Paganiſmo diutius iſtic olim ſervato,*



D

Heid-lieden *vulgo appellantur, id eſt* Pagani homines. *Vt autem* Gentiles *cœperunt* Pagani *dici, poſtquam per Leges excluſi ab urbibus, ſolis in* pagis *permittebantur profana ſacra exercere; ſic iidem apud nos acceperunt nomen ab* Heide, Mirica, *quales in noſtro Belgio plurimæ, in quibus ſimilium hominum conventus agebantur. Floruiſſe autem apud veteres Tungros μαντικὴν illam artem, auctor eſt Vopiſcus in Numeriano ſub finem, ubi* Diocletianum *memorat,* cum apud Tungros in Gallia, *ſcilicet Belgica,* quadam in caupona moraretur, in minoribus adhuc locis militans, & cum Druide muliere rationem convictus ſui quotidiani faceret, *ex ea audiſſe,* Imperator eris, cum Aprum occideris. *Quod ipſemet poſtea avo Vopiſci retulit, Imperioque tandem, cum Aprum Præfectum Prætorii occidiſſet, potitus eſt, anno Æræ Chriſtianæ* CCLXXXIV. *Cernuntur vero etiam hodie, in miricis circa* Tungros, *ſoli, creba conculcatione antiquitus depreſſi, orbita majores minoreſque, veſtigia referentes diabolicarum chorearum, quas iſtic viguiſſe fama memorat. Quin & alia cauſa, cur* Tungri Paganorum *nobis appellentur, ut recentior, ita forſitan verior adferri poteſt; quod urbem ab Hunnis deſtructam occupantes Franci, etiam tum Pagani, eamdem diu tenuerint. Nam & circa annum* CCCC S. Evergiſus, *patria Tungrenſis, Colonienſis Epiſcopus, eodem excurrit* Idololatriæ ſordes eliminaturus; *& poſt annos plures quam centum, S. Cuniberto ibidem habitante fideique reſtaurandæ incumbente,* vir nobilis nomine Sigobardus, *poſtea S. Helerii pater,* ſecundum ritum Paganorum in omnibus excrevit in Tungrina urbe, *uti in eorum Vitis legetur ad* XXIV *Octobris, quo* S. Evergiſus; *&* XVI *Iulii, quo colitur* S. Helerius.

*Heydens-Tóngeren,*

E

3 *Sed ut ad anteriora reflectamur tempora, quibus Trevirenſi urbi vix quidquam concedebat Tungrenſis; ſuos hæc non minus quam illa videtur habuiſſe Epiſcopos: qui ſecundum antiquam ibidem traditionem hoc ordine ſediſſent,* I Maternus, II Navitus, III Marcellus, IV Metropolus, V Severinus, VI Florentius, VII Martinus, VIII Maximinus, IX Valentinus, *ac poſt hos* decimus Servatius. *Verum quia horum nomina, ut infra dicemus, videntur etiam intruſa in Catalogos Epiſcoporum Trevirenſium; Ægidius Bucherius, qui* antiquiſſimæ Sedis Tungrenſium dignitatem tueri ſe *profitetur, in Diſputatione hiſtorica de Primis Tungrorum ſeu Leodienſium Epiſcopis cap.* 3 *ita pronuntiat:* Si quis conjecturæ locus eſſet, longe potior Trevirenſium conditio foret. Quotquot enim Sanctorum Natales ſuis diebus adſcripſerunt, Beda, Ado, Uſuardus, Molanus, ac Romani potiſſimum Martyrologii tabulæ, dum Natales eorum memorant, ad Treviros referunt, ac Trevirorum appellant Epiſcopos. Eadem, *inquit idem Bucherius lib.* 5 *Belgii Romani cap.* 1 *num* 7 ante annos quadraginta, Diſputatione noſtra de primis Tungrorum Epiſcopis ad Chapeavillum adjunctis, probavimus, ad quam ſe remitti, Lector gravate non feret, ut in re jam vulgatiſsima; *ac dein numero* 8 *citantur* adſtipulantes, Beda, Uſuardus, Ado. *Verum ſplendidius quam verius iſti allegantur auctores. Nam neque Ado, neque Vſuardus ullum horum Sanctorum Præſulum in ſuis Martyrologiis recenſent, uti neque genuinum Bedæ Martyrologium. Sed quod ſub ejus nomine ſuppoſitum eſt, ad diem* XIV *Septembris habet iſta:* Treviris depoſitio S. Materni Epiſcopi & Confeſſoris. *Quo tamen die in Martyrologio, ſecundum morem Romanæ curiæ ab Vſuardo ſcripto & à Bellino aucto, nulla illius mentio erat. At Baronius, citato Beda, ſed ſuppoſito, & recentioribus, iſta inſeruit:* Treviris S. Materni Epiſcopi, diſcipuli B. Petri Apoſtoli, qui Tungrenſes, Colonienſes, & Trevirenſes, alioſque finitimos populos ad Chriſti fidem perduxit. *Ecce, primo loco* Tungrenſes *nominantur, apud quos* S. Maternus *Eccleſiam Cathedralem erexit, eo tempore quo* SS. Eucharius & Valerius,

*Ante S Servatiũ fuerunt 9 Epiſcopi Tungrenſes*

F

*videlicet S. Maternus qui Cathedralem erexit,*

A *quibuſcum à S. Petro Apoſtolo ad haſce Belgicas regiones miſſus fuerat, Trevirenſes & Colonienſes in fide Chriſti inſtruebant. Fuit iſte poſt horum obitum aliquam iſtorum populorum curam ſuſcepiſſe, & ſic dicitur Coloniæ obiiſſe, ac* Trevirim *eſſe tranſlatus. Ejus certe non meminerunt, qui octo proxime ſecutorum Epiſcoporum reliquias, à* S. Servatio *Trajectum delatas ſcribunt: & Treviris in majori altari Cathedralis Eccleſiæ corpus* S. Materni *cum capite inventum, ſcribit Scheckmannus pag.* 45. *Habemus pervetuſtum Breviarium Eccleſiæ Tungrenſis, in quo feſtum* S. Materni *ſolenni ritu cum octava celebratur* XXV *Septembris: aſt in antiquo Breviario Eccleſiæ Trajectenſis colitur* XIX *Septembris.*

4 *De octo Epiſcopis, qui* B. Materno *in Sede Tungrenſi ſucceſſerunt apud Chapeavillium, Harigerus, Abbas Laubienſis anno* DCCCCXC *creatus, cap.* 17 *ſic ſcribit.* Poſt ejus, *S. Materni ſcilicet*, deceſſum, in Pontificio ſibi per ordinem ſucceſſerunt, Navitus, Marcellus, *Navitus,* Metropolus, Severinus, Florentius, Martinus, Maximinus, Valentinus. *De quibus Ægidius Aurea-vallis, qui floruit anno* MCCXL, *iſta addidit:* Poſt deceſſum B. Materni in Pontificio ſibi per ordinem ſucceſſerunt. Vir pretioſus & omni laude digniſſimus B. Navitus, ſurrexit ſecundus Epiſcopus. Hic mul-
B tos convertit ad fidem, videntibus ſigna & miracula, quæ per eum Dominus faciebat. Qui poſtquam Sacerdotium multis gubernaſſet annis, ſcilicet ſexaginta & amplius, in ſenectute bona migravit ad Dominum, ſepultuſque eſt in urbe Tungrenſi. Floruit ſub Apoſtolicis Evariſto, Alexandro, Teleſphoro, Hygino & Pio, cujus anno tertio obiit. Poſt *Marcellus,* ejus deceſſum, tertius ſucceſſit S. Marcellus, vir omni ſanctitate conſpicuus. Poſt deceſſum S. Mar- *Metropolus,* celli Epiſcopi, B. Metropolus, cum digna virtutum moderatione, quartus Epiſcopus ſucceſſit. Quintus *Severinus,* Epiſcopus, quinque pollens talentis, S. Severinus Antiſtes extitit. . . . . Perfectione ſui Ordinis ſex- *Florentius,* tus, Tungrenſis Eccleſiæ floruit S. Florentius. Loco ſeptimo à B. Materno, ſeptiformi ſpiritu Dei redimitus, contra vim dæmonum Martem agebat B. *Martinus,* Martinus Epiſcopus. Octavo numero ordinatur B. *Maximinus,* Maximinus Epiſcopus, magnaliter octo beatitudinũ *Valentinus.* ſanctitate perfectus. Nonus Tungrenſium Epiſcopus B. Valentinus, novem Ordinum Angelorum valenter amicus. *Similia habemus in Chronicis Mss. Eccleſiæ Trajectenſis. Dein dictus Ægidius iſta admonet:*
C Et hi quorum Imperatorum vel Conſulum claruerint tempore, vel quos vita ſingulorum habuerit exitus, quotque annis ſinguli adminiſtraverint officium Pontificatus, nullius à nobis requirat exactio, cum Eccleſiarum totius Galliæ memoriam aboleverit facta per Hunnos ſubverſio. *Hæc Ægidius, quæ fere eadem apud Harigerum leguntur.*

5 *Inter octo prædictos Epiſcopos præcipuus poteſt cenſeri* S. Martinus, *olim ſub ritu triplici, ut vocabant, celebrari ſolitus; licet ejus non meminerit in Belgio Romano Bucherius, ne cogeretur revocare, quod ante ſtatuerat,* omnes illos Epiſcopos à Molano & in Romani Martyrologii Tabulis ad Treviros referri, ac Trevirorum appellari Epiſcopos. *Audiant, ſi qui Bucherium propugnant; audiant, inquam, aut legant hæc in Martyrologio Romano ad* XXI *Iunii:* Apud Tungrenſes S. Martini Epiſcopi. *Vbi Baronius in Notis, Molani ad Vſuardum Additiones citat, quæ ita eum referunt:* Eodem die S. Martini, Tungrenſis Epiſcopi & Confeſſoris, qui convertit Hasbanos, & multis claruit miraculis. *Addit in ſuis Notis Baronius:* In tabulis Epiſcoporum Tungrenſium, ſeptimus hic ponitur ordine, Hasbanorumque Apoſtolus appellatur, eumque obiiſſe tradunt anno Domini CCLXXVI. *Iſta Baronius & cum eo Bartholomæus Fiſen, plane è ſenſu noſtro & ex traditione Eccleſiarum Tungrenſis ac Trajectenſis. Licet autem de ſingulis non poſſint aſſignari tempora Conſulum vel Imperatorum; habemus tamen* S. Navitum *ſub Pio Papa vita functum; & poſt centum inde elapſos annos obiiſſe* S. Martinum, *ita ut intra dictos centum annos quinque Epiſcopi rexerint Eccleſiam Tungrenſem: eoſque ſufficere mox oſtendemus.* S. Martino *ſucceſſit* Maximus, *poſt quem, ob arduas perſecutiones Diocletiani & aliorum, videtur Sedes Tungrenſis vacaſſe uſque ad annum* CCCVIII, *aut ſerius; quando* Valentinus *creatus Epiſcopus præfuit uſque ad tempora S. Servatii. Iſte autem* Valentinus honorifice juxta ſuos collegas, ſcilicet Tungrenſes Epiſcopos, ſepultus *dicitur ab Ægidio: ſed hic poſt obitum* S. Valentini *hiatum Sedis vacantis collocat, quem ante ipſum ſub perſecutionibus collocandum arbitramur: quia & ipſe ait tunc* urbi Romanæ præfuiſſe Conſtantinum Auguſtum, ſuccedentibus & Conſtante & Conſtantio filiis, *uti latius deducimus* VII *Iunii ad Acta S. Valentini. De horum vero Epiſcoporum ſacris Reliquiis, Trajectum tranſlatis, agimus ad Vitam S. Servatii.*

D *Singulis congruum tempus aſſignatur.*

6 *Hactenus relata videntur nobis magis certa: neque hos Epiſcopos arbitramur inſerendos Catalogis Epiſcoporum Trevirenſium, uti valde inepte eſt factum ab Auctore Chronici Trevirenſis, quod habemus ex codice Trevirenſi tranſcriptum, unde Hiſtoria Trevirenſis excerpta extat apud Lucam Acherium Tomo* XII *Spicilegii. Is in margine annotat,* initia hujus hiſtoriæ mendis futilibus & fabulis reſperſa fuiſſe. *Iacobus Maſenius, in notis & additamentis ad Properaſcevan Annalium Trevirenſium à Chriſtophoro Browero editorum, reſumit fabulas, ab aliis exploſas, & ad caput 6 ait,* ante annos amplius trecentos à laudatiſſimo Trevirorum Archimyſta Balduino archivum Epiſcopale excuſſum, & quæ ex illo producuntur fidem mereri, *ſcilicet,* Trebetam, Nini conditoris Aſſyriorum Monarchiæ filium, conditæ Trevirorum urbis auctorem *fuiſſe: quæ ſcripta fuerunt ſeculo Chriſti* XII, *& ab otioſis hominibus excogitata. In hoc Chronico ſive hiſtoria, poſt* Eucharium, Valerium & Maternum *relatos, iſta adjiciuntur:* Deinde Auſpicius quidam regimen tenuit, dein inſig- *Catalogo Trevirenſi intruſi fuerunt:* nes, per legitimas ſucceſſiones, ſanctitate & gloria pollentes extiterunt Felix, Manſuetus, Clemens, Moyſes, Martinus, Anaſtaſius, Andreas, Ruſticus, Auctor, Mauritius, Fortunatus, Caſſianus, Marcus, Navitus, Marcellus, Metropolus, Severinus, Florentius, Martinus, Maximinus, Valentinus, quorum octo ultimi etiam Tungrenſi Eccleſiæ præfuiſſe noſcuntur. *Hæc ibi. Verum arbitramur octo ultimos ſoli Eccleſiæ Tungrenſi præfuiſſe cum S. Servatio, in dicta hiſtoria omiſſo: & loco illorum damus Eccleſiæ Trevi-* F *renſi* S. Celſum, *in hoc Chronico & in Hiſtoria præteritum, cujus Acta, hiſtoriam inventionis, & miracula edidimus die* XXIII *Februarii, eumque cum Browero ſucceſſorem S. Auſpicii ſtatuimus.*

*Ex his S. Martinus ut Tungrenſis inſcriptus eſt Martyr. Rom. & Molani.*

7 *Sammarthani Tomo* I *Galliæ Chriſtianæ, acturi de Epiſcopis & Archiepiſcopis Trevirenſibus, in S. Eucharo primo Epiſcopo, iſta præfantur:* Videtur porro obſcura admodum primis ſeculis uſque ad Agricium, vel parva omnino in Eccleſiaſticis diptychis mentio Epiſcoporum Trevirenſium, quo ſucceſſio legitima comprobetur. *Vitam* S. Agricii *dedimus* XIII *Ianuarii. Interfuit is & ſubſcripſit Concilio Arelatenſi, habito cum his in-* *tra* 180 *annos relicti* 14 *Epiſcopi ſufficere debeant.* *Volusiano & Anniano Conſulibus, anno Chriſti* CCCXIV, *at quamdiu ante fuerit Epiſcopus creatus non conſtat: ex numero tamen Epiſcoporum, qui poſt illum tamquam ſeniorem ſubſcripſerunt, videtur colligi, eum pluribus annis Sedem tenuiſſe. Proinde à morte* S. Materni *(quam Browerus retulit ad annum* CXXVIII, *aliqui etiam ad annum* CXXX) *uſque ad Ordinationem S. Agricii, fluxerunt anni circiter centum & octoginta. In hoc annorum ſpatio aſſignamus Trevirenſibus Epiſcopos omnino quatuordecim, etiam remiſſis ad ſuos Tungrenſes octo ultimis Epiſcopis. Talem numerum raro in ullo Epiſcopatu reperire quis poterit*

A *vit intra tempus tantillum. Vt enim maneamus in ipſo Archiepiſcopatu Trevirenſi, ultimis mille annis à S. Baſino (cujus Vitam illuſtravimus die* IV *Martii, & diximus cum Browero videri Epiſcopum conſtitutum an.* DCLXXX) *uſque ad Eminentiſſimum Electorem Carolum Caſparum a Petra, qui nuper eidem Eccleſiæ præfuit, fuerunt è calculo Browери & Maſeni ſolum quinquaginta duo Epiſcopi ſive Archiepiſcopi, proinde ſingulis ſeculis ſive centum annis quinque & duobus ſex tribuendi ſunt: quis igitur rationabiliter nos arguet, imminuiſſe numerum Epiſcoporum, quando dicimus intra annos circiter* CLXXX, *præfuiſſe quatuordecim? Imo, etiamſi in Catalogo Trevirenſi relatus* Manſuetus, *cenſeretur primus Epiſcopus Tullenſis, uti & Clemens Metenſis; adhuc abſque illis reliquorum* XII *numerus ſufficiens foret, qui dictos annos compleret. Browerus, ut annos reperiret aliquos pro Epiſcopis Tungrenſibus inſerendis in Catalogum Trevirenſium, rejecit initium Epiſcopatus* S. Agricii *ad annum* CCCXXVII: *quem ſaltem viginti annis citius præfuiſſe dicta Eccleſia non dubitamus. Hæc proponimus conſideranda viris in antiquitate apud Treviros eruditis, qui ſi poſſint contrarium evidentibus argumentis evincere, libenter certiorem viam ab iis monſtrandam ingrediemur proximo menſe Iunio, quo tres ex dictis Epiſcopis Tungrenſibus coluntur, & in his* S.

*Aut etiam* 12 *aliis alio remiſſis.*

B Martinus *relatus die* XXI, *ad quem hic dicta ſtabilimus in Actis jam prælo paratis, uti etiam* VII *&* XX *Iunii, quo coluntur* SS. Valentinus & Maximinus, *dicti* Martini *ſucceſſores. Browerus eos rejicit ad annum* CCCVIII *& ſequentes, quaſi* S. Martinus, *in antiquis Chronicis & à Baronio relatus ad præcedens ſeculum, & poſt Apoſtolatum in converſione Hasbanorum peractum* traditus obiiſſe anno Domini CCLXXVI, *fuiſſet unico ſolum anno* CCCVIII *Epiſcopus, quo jam tempore* S. Agricium *videri Eccleſiæ Trevirenſi præfuiſſe inſinuavimus; & Acta* S. Martini *habent, eum* ſuum Epiſcopatum ad metas longævi ævi per tranſiviſſe, *ac* tandem curſum ſuæ vitæ feliciter peregiſſe. *Quæ non unicum, ſed plurimos annos indicant, ei in Epiſcopatu tribuendos.*

## CAPUT II.

### An S. Servatius amitinus S. Joannis Baptiſtæ & cognatus Chriſti Domini fuerit.

3 *Vimus anno milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo primo Romæ, & quæ ad inſtitutum noſtri operis pertinebant ibi conquiſivimus, curavimuſque deſcribi,*

C *tanto favore Alexandri VII Summi Pontificis, ut ille nobis ultro dixerit, velle ſe ut omnia monumenta, quæ Romæ nobis profutura extarent, haberemus; quod ſi aliqui eſſent inviti, ſuum fore eos efficere voluntarios. Quo etiam tempore, dum familiares ei viri eruditi, poſt prandium ex more colloquentes, de longævis hominibus ſermonem intuliſſent, interque eos nominaretur* triſeclis Servatius; *ſubridens Pontifex; Adeſt, inquit, nunc Romæ Godefridus Henſchenius, qui ut Francis oſtendit tres Reges Dagobertos, ita forte tres nobis demonſtrabit Servatios, perperam in unam eamdemque perſonam conflatos. Dagobertos tres primi dedimus, ſed ex authenticis documentis: poſſemus & tres Servatios dicere, ſi vellemus narrationi à ſeptingentis annis procreatæ, aut aliis nuper excogitatis aurem præbere. Verum cum noſtrum ſtudium eo tendat, ut ab hiſtoria eccleſiaſtica fabulas quaſcumque eliminemus, his rejectis* unicus *verus reſtabit* Servatius; *iſque ſeculo Chriſti eodem natus quo & mortuus.*

*Quamvere dati* 3 *Dagoberti.*

*tam falſo numerarentur* 3 *Servatii.*

*Satis eſt unus, qui per piam ſimplicitatem creditus fuit cognatus Chriſti.*

9 *Harigerus, cujus monaſterii non integris triginta leucis diſtabat Trajecto, geſta Pontificum Tungrenſium, Trajectenſium & Leodienſium texens, cum de hæreſi Ariana aliiſque miſeriis ſeculi quarti late egiſſet, capite* XXIII de S. Servatio *iſta ſcribit*: Eo tempore S. Servatius Tungrenſi Eccleſiæ decimus præſidebat, vir omnium virtutum honeſtate præclarus. Cujus quidem ortum D & proſapiam, licet quidam putent ex Domini Salvatoris cognatorum deſcendiſſe familia; quia tamen locum nativitatis ejus nequaquam accepimus, nec adventus ejus cauſas aliunde uſpiam audivimus, idcirco nec faciles ad credendum eſſe poſſumus, nec tantæ opinioni, quæ fortaſſe ex pietate ingeritur, judicamus omnimodis derogandum: cum juxta Tullium non debeat pudere nos fateri neſcire, quæ neſcimus; & hujus opinionis aſſertoribus conveniat ignorantiam potius verecundè fateri, quam irreverenter pro pietate mentiri. *Ita Harigerus, defunctus anno circiter* MVII, *cujus ætate, circa annum forte* DCCCCXL, *primum audiri cœperat ejuſmodi de* S. Servatii *proſapia narratio, quemadmodum conſtat ex Vita ejuſdem* S. Servatii, *à Iucundo Presbytero, compoſita annis minimum octoginta poſt Harigeri mortem, in qua hujus credulitatis fundamentum deſcribitur hiſce verbis.*

10 Ante annos aliquot, ſed non multos (*ſcilicet reſpectu ſeculorum decem, quæ ab ortu* Servatii *fluxiſſe prætendebantur*) quidam Hieroſolymitanus Clericus, nomine Alagræcus, homo ille juſtus & religioſus, Latinæ quoque haud ignarus linguæ, ad ſepulcrum excellentiſſimi hujus Confeſſoris Chriſti ſupra memorati, quibuſdam vitæ beatiſſimæ cum famulis, Trajectum Domino ducente pervenit, & dies plurimos apud eum quievit. Comperto autem quod Patronus ille peregrinus eſt, & de Armenia; Armenia, inquam, illa, in cujus montibus arca Noë poſt diluvium remanſiſſe agnoſcitur, de qua ſe ortum eſſe ajebat; cognito etiam quod nomen illi Servatius; quiſnam ſit vehementius mirari cœpit: ſed poſt puſillum, quaſi de gravi evigilans ſomno, audacter proſiliit in medio, ipſum in tranſlatione nominis, quem diu quæſivit, quem ſemper optavit, procul dubio ſe inveniſſe exclamavit. Nec amplius moratus, univerſum convocavit Clerum ac populum; & unde, & quis, & quantus ſic Paſtor amabilis iſte, evidentiſſimis oſtendit indiciis. Generationem quoque ejus in medio ponens; Erant, inquit, illis in diebus, Judæorum in partibus, juxta legem ſanctam mulieres ſanctiſſimæ, Anna videlicet & Eſmeria, & hæ etiam ſecundum carnem ſorores. De Anna qui deſcenderint vel qui exorti fuerint, nemo eſt apud nos, ſi fidelis, ſi ſpiritualis (quæ vero ſunt Dei homo non percipit carnalis) qui neſciat, quin ſit ejus filia ſacratiſſima Virgo Maria. De Eſmeria vero mater B. Joannis Baptiſtæ Eliſabeth, & Eliud ejus frater: cujus filio videlicet Emiu B. Memelia hunc glorioſum peperit Servatium. Hæc dixit, hæc ſine mora coram omnibus ſcripſit. Quod profecto apud monumentum ejus, uſque in hodiernum diem, eſſe repoſitum, agnovimus. Profecti quippe fuerunt ante hos dies quidam ex nobis beatæ memoriæ Fratres, qui eadem ſcripta viderunt, legerunt, & ad noſtram tranſtulerunt notitiam. Per omnia benedictus Deus, qui & nos, longo terrarum ſpatio remotos, tam pii Paſtoris, tam glorioſi Præſulis memoria & benedictione dignatus eſt illuſtrare. *Hæc Iucundus Presbyter, procul Trajecto diſitus, ex nuda, ut fatetur, aliorum relatione, ſubnixa teſtimonio ignoti unius Armeni, quæſtum facientis pietatem, & ſimplicitati Trajectenſium proterve illudentis: cujus verba ut oracula bonus ille ſcriptor excipiens, non dubitavit ea pro* evidentiſſimis indiciis *ignota per annos mille veritatis habere. Quis unquam dictam* Eſmeriam *appellavit ſororem S. Annæ, & matrem Elizabethæ? Hippolytus apud Nicephorum Calliſtum lib. 2 cap. 3 duas S. Annæ tribuit ſorores.* Mariam matrem Salomes, & Sobem matrem Eliſabethæ. *Sed hæc erunt ad Vitam S. Annæ examinanda, imo etiam ad Vitam dictæ Eliſabethæ, cujus frater fuiſſet Eliud pater Emiu &*

*à Iucundo Presbytero,*

*ex recenti relatu cujuſdam Atrebatis,*

E

F

A *ſacer Memeliæ. Sed demas iſta aliquam umbram probabilitatis habuiſſe, quomodo ex Emicu & Memelia natum filium, in Armenia ſeculo Chriſti primo degentem, evincent ſeculo quarto adhuc ſuperſtitem, factum fuiſſe Epiſcopum Tungrenſem? Si enim conſtaret* Servatium *aliquem tunc vixiſſe in Armenia, hunc multo rationabilius foret à Trajectenſi poſt tria ſecula Epiſcopo diſtinguere: & ſic corrueret tota illa machina Iucundi Presbyteri.*

*ejus dicta dicuntur confirmaſſe*

11 *Sed hic confugit ad Concilium Moguntinum*, ſuis fere diebus *habitum, ſub* S. Leone IX Papa *anno Chriſti* MXLIX, *ut diximus ad hujus Vitam* XIX *Aprilis* § 2 *num.* 12. *Ibi, inquit Iucundus Presbyter*, de memoranda B. Servatii genealogia quæſtio orta eſt eorum in medio, quia uterque & Apoſtolicus *Leo IX* & Imperator *Henricus II, filius Conradi Salici*, textum ejuſdem generationis legerat, ſed neuter fidem adhibebat. *Sed ecce dubietati eorum ſolvendæ nova adornatur inventio*: Ex volúntate, *inquit*, Omnipotentis

*Græci in Concilio Moguntino,*

aderant tunc quidam Græci, omni ſapientia pleni, ipſa etiam qua venerant legatione regia viri digniſſimi: miſſi quippe fuerant ab Imperatore Conſtantinopolitano. Adducuntur: & requiſiti ſuper hoc dilecto Domini Servatio, quod Pater piæ recordationis Alegræcus olim ſcripſerat, idem, & alia multa mira atque admiranda, abſque mora referebant,

B & in magna conſtantia, nec ſine auctoritate magnorum confirmabant. Unde Apoſtolica majeſtas, unde Regalis dignitas, Deo altiſſimo & huic Viro ſanctiſſimo condignas agentes gratias, quanto certiores, tanto in gloria devotiores, quo ibant, quo divertebant, eum magnificabant, eũ honorificabant, utpote virum Angelicũ & totius Imperii ſolatium: & niſi eos maturius præveniret vitæ præſentis exitus, omnis Eccleſia & Romana celebraret hodie ſuper mel & favũ dulciorem, ſuper ipſas Paradiſi delicias deſiderabiliorem, ejus natalitii feſtivitatem. *Hæc Iucundus, ſtylo magis exuberante, quam veraci. Nam illud Concilium Moguntinum ſubito habitum eſt primo anno S. Leonis, cum ſolis Archiepiſcopis & Epiſcopis Germaniæ; & ſi ulli adveniſſent miſſi à Conſtantinopolitano Imperatore Legati, non ſiluiſſet Wigbertus in S. Leonis Vita, non etiam Adamus Bremenſis in ſua hiſtoria Eccleſiaſtica, ubi accurate hanc Synodum deſcribit. Dein illud Concilium habitum eſt in autumno, è quo S. Leo verſus Italiam ivit, & anno* ML *Romam regreſſus ſuperfuit uſque ad annum* MLIV. *Nihil igitur obfuit quin potuerit feſtivitatem* S. Servatii *Romanis indicere, & ipſum apud Germanos promovere Henricus Imperator, qui uſque ad diem* V *Octobris anni* MLVI *vixit, ſi tale quid inter eos decretũ fuiſſet. Præterea S. Leo ſub autumnũ anni* ML *regreſſus ad haſce partes, Tulli elevavit corpus S. Gerardi Epiſcopi, dedicavit in Veſego eccleſiam Romericenſem, Catalogo Sanctorum inſcripſit Romaricum, Amatum & Adelphum, varias in Germania Eccleſias conſecravit, Hirſaugiæ corpus S. Aurelii Epiſcopi elevavit: quidni ad* S. Servatii *eccleſiam, ſi tam mira credidiſſet, voluiſſet accedere? Omitto alia minutiora, quomodo qui prius ſcripſerat* ante annos non multos Trajectum Alegrę-

C cum veniſſe; *jam* Alegræcum Patrem piæ recordationis olim ſcripſiſſe, *ait; aſſeruiſſeque, quod nomen* Servatii, in noſtra lingua non incongrue notetur, Renatus in Chriſto. *Nugæ meræ.*

*eãdem fide adductæ longævorum exempla.*

12 *His tamen non acquieſcens Iucundus, poſt vitam & obitum* S. Servatii *relatam, inſurgit contra eos, qui* negant S. Joannem præcurſorem & S. Servatium ex ejuſdem germinis radice deſcendiſſe, quia diviſo tempore vitam agebant: *ideoque exemplis rem confirmaturus aſſerit* Judam, qui Crucem ſanctã invenit, filium fuiſſe Simonis, fratris S. Stephani Protomartyris, & ſub Juliano apoſtata cum matre, poſt ducentos aut fere trecentos vitæ annos, interfectum. *Sed hanc fabulam rejecimus quarto die hujus menſis Maji agentes de S. Iuda-Cyriaco. Dein affirmat*, homines ſub Zona torrida & frigida ad annos ferme quadringentos ſubſiſtere: *quod non indiget refutatione. Inviſit nos aliquando in hac domo Profeſſorum Antverp. inſi Comes Uleveltius cum uxore, ſorore Regis Daniæ, pro quo fuerat is Prorex Norwegiæ & Finmarchiæ, aſſeruitque pro re magna, multos iſtic vivere annis octoginta aut nonaginta, & cauſam joco addebat, quod nulli iſtic eſſent Doctores medicinæ. Pergit nihilominus Iucundus.* Hæc mirantur, qui ſcripta nulla rimantur. Nos vero, ſecundum quod audivimus, quandoque & vidimus, ſalva, inquam, pace & gratia omnium veſtrũm, fatemur & teſtamur. Quapropter nec incongruum videtur, ſi à tempore Domini noſtri uſque in dies Athanarici Regis Gothorum, & Valentis Romanorum Imperatoris, cum patre ſuo Emiu & avo ſuo Eliud, B. Servatius vixiſſe credatur. Vixit utique (& iis regnantibus, ut majorum conſtat etiam noſtrorum ſolerti induſtria conſcriptum) ſanctam Tungrenſem Eccleſiam regebat. .... Ab illa ergo generatione præfata, generatione profecto regia, quia Davidica, B. Servatium deſcendiſſe negare non poterit, quiſquis antecedentia diligenter attenderit. *Hæc Iucundus, utique talia ut ea retuliſſe, refutaſſe ſit; qui tamen, quod ſumme mirandum, plurimos habuit ſequaces, atque imprimis Sigebertum Gemblacenſem, in Chronico ad annum* 399 *iſta ſcribentem*: Servatius X Tungrenſium Epiſcopus, Domini noſtri Jeſu Chriſti conſanguineus, non ſolum ex eo, quod voluntatem Dei Patris faciebat, ſed etiam ſecundum carnem. Qui natus quidem in Perſide, filius fuit Emmiu, cui pater fuit Eliud, frater Eliſabeth, quæ peperit Joannem Baptiſtam. Mater vero Eliud & Eliſabeth Emmeria, ſoror fuit Annæ, quæ genuit Mariam matrem Domini. *Hæc Sigebertus. Iucundus autem urbem Perſidis appellarat* Peſtiam, *aliis ignotam, ne quid deeſſet. Secuti ſunt Ægidius Aureæ-vallis Monachus, Petrus de Natalibus, & alii qui Vitam* S. Servatii *poſt Iucundum ſcripſerunt, quorum non lubet Catalogum texere. Dederunt hi nobis occaſionem accuratius quærendi in originem hujus opinionis. Iucundus autem miracula* S. Servatii *à ſe deſcripta finit anno* MLXXXVIII, *quo vivebat.*

*Iucundo temere crediderunt Sigebertus & alii.*

D

E

## CAPUT III.

### Commentum novum de duobus Epiſcopis Servatiis, aut altero Servatio, altero Arvatio.

*Vir clariſſimus & eruditiſſimus, deque re litteraria in multis bene meritus, Hadrianus Valeſius,* 13 *in Præfatione ad duos poſteriores Tomos Rerum Francicarum anno* MDCLVIII *à ſe editos, hanc ſibi gratiam apud Tungrenſes, Trajectenſes-Moſanos, ac Leodienſes deberi gloriatur, quod unum de primis Tungrenſis Eccleſiæ Antiſtitibus primus omnium è tenebris vetuſtatis ac oblivionis eruerit: monetque, ut ſeorſum* Servatium & Arvatium *debito honore colant ac venerentur: atque omni Eccleſiaſticâ antiquitate ſuſque deque habitâ, ſuum* Servatium *Trajectenſibus eripit*, Aravatio *ſive* Arvatio *multo juniore in ejus locum ſubſtituto.* Omnia *ejus verba propono, ut ſincerum à quolibet veritatis amante poſſit judicium ferri. Ita ergo ſcribit.*

*Hadrianus Valeſius S. Servatium.*

14 Gregorius in lib. 2 Hiſtoriæ Francicæ cap. 5 ſcribit, cum dicerentur Hunni in Gallias erupturi, *Servatium Tungrorum Epiſcopum*, virum eximiâ ſanctitate Romam petiiſſe, & ad tumulum B. Petri fruſtra Deum oraſſe, ut talem terris Galliæ peſtem averteret; nec multo poſt domum reverſum obiiſſe, ac non procul ab urbe Trajecto juxta pontem aggeris publici ſepultum eſſe: cujus corpus Monulfus Epiſcopus Tungrorum magnam in Baſilicam, ab ſe

*Trajecti mortuum,*

ædificatam

A ædificatam transtulerit : Hunnos vero, quos Gregorius Chunos vocat, profectos Pannoniâ, venisse in Gallias, urbemque Mettensem in ipsa Paschæ Vigilia intrasse, ac direptam oppidanis jugulatis incendisse : inde egressum Attilam Hunnorum Regem, post multas Galliæ urbes eversas, Aurelianos oppugnavisse. Huncce *Servatium* Joannes Molanus Theologus, vir doctus, in Natalibus SS. Belgii, credidit esse Servatium Tungrorum Episcopum, qui Concilio Agrippinensi, post Consulatum Amantii & Albini, seu Constantio IV & Constante III Coss. Christi CCCXLVI interfuit, Euphratamque Coloniæ Agrippinæ Episcopum, postquam eum Christum Deum negantem, nunc privatim, nunc publice coram Athanasio Episcopo Alexandriæ, & plurimis aliis sæpe arguerat, hæreseos damnavit, Episcopatuque indignum censuit : & anno insequenti Synodo Sardicensi adfuit, ac septimo inter XXXIV Galliæ Episcopos loco, Epistolæ ad omnes Catholicæ Ecclesiæ Episcopos à sancta Synodo missæ, subscripsit: quem & Athanasius laudat, & Sulpicius Severus Servationem appellat, aitque in Synodo, Eusebio & Hypatio Coss. anno Domini CCCLIX Arimini habitâ, ultimum cum Phœbadio tandem, infractâ constantiâ, conscriptæ ab Arianis pravæ fallacique fidei subscripsisse.

*aliũ statuit esse ab eo qui interfuit Conciliis Colonien si.*

*Sardicensi,*

*& Ariminensi,*

B

15 Sed quoniam à Constantio IV & Constante III Coss. ad Valentiniani septimum & Avieni Consulatum, qui Attilæ in Gallias adventum proxime præcessit, hoc est, ab anno Christi CCCXLVI ad annum CCCCL, per annos CV, Tungris *Servatium* sedisse minime verisimile erat; Molanus persuasit sibi, aut saltem omnibus persuadere voluit, à Gregorio Turonico Episcopo indicari Vandalorum, Hunnorum, aliarumque simul nationum eruptionem in Gallias, ab Hieronymo in Epistola ad Agerochiam memoratam, quæ Arcadio VI & Probo Coss. anno Domini CCCCVI, aut (ut quibusdam placet) biennio post, Basso & Philippo Coss. facta est. At Gregorium in libro locoque supra laudato non de alia expeditione quam Attilæ Hunnorum Regis scribere, legentibus patet, ita ut id confirmari opus non sit. Gregorio Fredegarius Auctor suppar accedit, qui in libro IV Chronici memoriæ tradit, cum Vandali Galliis decessissent, non multo post Hunnos eas ingredi constituisse. Quo audito, *Servatium* Tungrorum Episcopum Romam petiisse, ut jejuniis, vigiliis ac precibus Deum iratum ad limina B. Petri placaret, adjunctis sibi Apostoli patrociniis : mortuo autem mox *Servatio*, Hunnos intravisse Gallias, & cum Aëtio pugnavisse : quod est prælium Catalaunicum, ab Aëtio cum Attila Hunnorum Rege commissum. Omitto Bedam, Adonem, Rabanum, & Notkerum, Hunnis Germaniam vastantibus, vel potius provincias Galliæ in primis, Germaniam vero primam & secundam brevi vastaturis, Servatium Tungrensis Ecclesiæ Episcopum, III Idus Maji, in vico Trajectensi defunctum, in Martyrologiis suis memorantes. Gregorium & Fredegarium secutus est Joannes Aventinus, qui in libro secundo Annalium tradit Advacam Tungrorum ab Attila Hunnorum Rege expugnatam, direptam, ac incensam esse : quam *Azanarius* Episcopus, vir sanctus (ita *Servatium* vocat) precibus suis servare non potuerit. Eosdem secutus est & Carolus Sigonius, eximiâ vir doctrinâ judicioque singulari; qui in libro XIII de Imperio Occidentali ait, *Servationem* Tungrorum Episcopum, cum civitatem suam excisum iri ab Attila Hunnorum Rege, Romæ in somnis ad Petri Apostoli sepulcrum cognovisset, secessisse Trajectum, ibique obiisse. Igitur si Auctores, cum quemdam Tungrorum Episcopum, seu *Servatius*, seu quo alio nomine appellaretur, paulo ante adventum Attilæ Hunnorumve in Gallias, decessisse prodiderint; eum utique à *Servatio* Tungrensi Episcopo, qui sub Constantini Maximi filiis floruit, & differre non ignorarunt; & satis distinxisse, videri possunt.

*quasi ultra annos centũ discrepasse probetur ex Gregorio Turonensi,*

*Fredegario,*

C

*Martyrologiis,*

*Aventino,*

*& Sigonio,*

D

16 Præterea irruptio Vandalorum, aliarumque nationum in Galliam, Honorii principatu anno Domini CCCCVI facta, cujus Hieronymus in Epistola ad Agerochiam meminit, & cujus tempore Molanus Servatium mortem obiisse contra Gregorii mentem dicit, quatuor præcipue populorum, nimirum hinc Vandalorum & Alanorum, inde Suevorum & Burgundionum fuit : quorum alii in Africa, alii in Callæcia, postremi in Gallia regna condiderunt, uti præter ceteros Orosius scripsit. Quibus quatuor gentibus cum Hieronymus in ista Epistola Quados, Sarmatas, Gipedes, Erulos, Saxones, atque Pannonios expeditionis socios adjungat, nec ipse tamen, nec quisquam alius ullam de Hunnis nominatim mentionem facit : adeo hæc Hunnorum eruptio dici non potest. Denique etiamsi gratis Molano concederemus, Imperatore Honorio, Gallias ingressis, vel potius mox ingressuris, Vandalis, aliisque Germanicis & Sarmaticis gentibus, anno Christi CCCCVI, *Servatium* Tungrorum Episcopum obiisse; ne sic quidem ejus opinio multo verisimilior fieret. Quippe Servatius, priusquam annum ætatis tricesimum implesset, Episcopus constitui non potuit: ante quod tempus Episcopos & Presbyteros tum ordinari minime licuisse Synodus Agathensis & Concilium IV Arelatense docent. Nec idem junior ac novus, & à Consecratione recens Antistes; sed jam ætate provectus, & auctoritate præstans, atque sacrarum litterarum scientiâ celeber, Conciliis Agrippinensi, Sardicensi, Ariminensique interfuit. Quos enim alios quam seniores, & longo rerum usu doctrinaque clariores, ad Concilia mittendos, Ecclesia Gallicana ex Corpore suo delegisset? Si ergo jam ætate provectus *Servatius* Tungrorum Episcopus, videlicet annos natus quadraginta aut potius quinquaginta, Concilio Agrippinæ habito anno Christi CCCXLVI interfuit; si jam major natu Legationes obiit; & à Magnentio ad Constantium Augustum cum Maximo Episcopo missus est Legatus, multo ante Ariminense Concilium, ut Athanasius scribit; quâ ratione idem anno Domini CCCCVI, hoc est post annos LXI, Tungrensem adhuc Ecclesiam regere valuit? Quomodo idem, centũ aut etiam decem amplius natus annos, tam cruda & viridi senectute fuit, ut anno CCCCV aut CCCCVI ab urbe Tungris ad Limina Apostolorum alacriter festinaret, ibi continuis vigiliis orationibusque vacaret, & biduum triduumque cibo se abstineret & potu; Româ demum Advacam Tungrorum celeriter repeteret; inde Trajectum, ubi paulo post moriturus erat, sese conferret? Hæc aperte, ni fallor, ostendunt, *Servatium* Tungrorum Episcopum, ab Athanasio Sulpicioque Severo memoratum, quî tribus Synodis, Agrippinensi, Sardicensi, ac Ariminensi adfuit, à *Servatio* Tungrensi Antistite, quî Placidi Valentiniani Principatu vixit, & cujus primus Gregorius noster meminit, omnino differre; & errasse Laurentium Surium, Joannem Molanum, ac Cæsarem Baronium, qui pro uno eodemque ambos habuerunt.

*contra assertionem Molani.*

*quam operose refutat.*

E

F

17 Quod cum ego animadverterem, in libro III rerum Francicarum, haud dubitavi alterum ab altero distinguere, *scripsique Servatium Tungrorum Episcopum; cognominem ei qui Synodo Agrippinensi Principatu Constantii* interfuit, Deum obsecrasse, ut à civitate Tungrorum totaque Gallia Hunnos sævos & immanes

*Asserit idem Trajecti sepulchum potius Servatium,*

A immanes simulacrorum cultores averteret. Postea, ut vidi apud Gregorium, in libro de gloria Confessorum, cum Coloniæ, tum Lutetiæ edito cap. LXXII, Servatium hunc, qui Placidi Valentiniani æqualis fuit, *Arvatium Trajectensem Episcopum* vocari, & caput ipsum *de Arvatio Trajectensi Episcopo* inscribi; ut vidi eumdem à Joanne Aventino *Azanarium* vel potius *Azavarium* appellari; & Molanum ipsummet fateri, *in quibusdam Gregorii Turonici Episcopi codicibus scriptis Aravarium, sed vitiose* (sicut putat) *legi*; suspicari cœpi, posteriorem huncce Tungrorum Episcopum dictum non esse Servatium; & à Magno Servatio, primo, ut ajunt, Tungrensis Ecclesiæ Antistite, non modo reipsa ac multorum annorum spatio, sed etiam appellatione differre. Non poteram tamen conjecturam meam docto cuiquam approbare, nisi esset certissimis testimoniis argumentisque confirmata. Omnem tandem dubitationem mihi exemêre, nodum ac errorem fere inextricabilem mihi omnem dissolvêre, duo Joliana exemplaria Historiæ Francicæ Gregorii, manu antiquissimâ diligenter scripta. Quippe in utroque codice non (ut vulgo) *apud Tungros oppidum Servatius eximiæ sanctitatis Episcopus*; sed *Aravatius* reperitur: in altero etiam

*sed Aravatium esse*

B eorum codicum, qui quondam Monasterii Corbejensis fuit, libri II caput IV, *de Aravatio Episcopo, & Chunis*; non (sicuti in vulgatis libris) caput V *de Servatio Episcopo* inscribitur. Præterea in vetustissimo codice, totum Fredegarii Chronicon in quinque libros divisum continente, qui Jacobi Sirmundi, viri doctissimi & doctis notissimi fuit, initio libri quarti de eodem Antistite scriptum inveni; *B. Arvatius Episcopus Tungrorum civitatis*; cum in editis libris corrupte legatur, *B. Servatius*: quemadmodum & Gregorii liber de gloria Confessorum, cum Coloniæ Agrippinæ tum Luteriæ Parisiorum vulgatus, *Arvatii Trajectensis Episcopi* hodieque fideliter nomen servat. Nec dubito quin Aventinus, & Molanus in mendosos Gregorii codices inciderint, aut potius male eos legerint, ita ut pro *Aravatio* alter *Azanavium* vel *Azavarium*; alter *Aravarium* nobis obtruserint. Ex quibus Aventinus cum *Azanarium* vocarit, & Attilæ Hunnorum Regis æqualem fecerit; satis utique eum à *Servatio* videtur distinxisse, & in nomine tantum erravisse.

18 Causa, & origo erroris confusionisque fuit, quod magni Servatii Tungrorum Episcopi nomen, *Aravatii* nomine multo erat notius & illustrius. Quare qui Gregorii Episcopi Turonici Historiam Francicam typis imprimendam curaverunt, cum in veteribus membranis *Aravatium* scriptum invenirent, corruptos esse codices, & *Aravatium* (cui Sedes eadem quæ *Servatio*, & nomen haud valde dissimile tribueretur) à *Servatio* non differre putaverunt; ac in locum *Aravatii* (quod nomen ipsis mendosum, vitiatumque videbatur) *Servatium* temere substituerunt. Idem ab Fredegarii Chronici, & à vetustorum Martyrologiorum editoribus factum; ita ut damnata & rejecta *Aravatii* appellatione, quæ ignotior & obscurior erat, *Servatius* ubique legeretur. Nisi si veteres ipsos Martyrologos erravisse malumus, & pro *Aravatio Servatium* scripsisse. Certe in Usuardi & in Adonis Martyrologii antiquis exemplaribus, quæ Bibliotheca Regii monasterii S. Germani servat, III *Idus Majas Servatii Tungrensis Episcopi* nomen scriptum reperitur, non *Aravatii*; & apud Eginhardum ipsum, in libro quarto de virtutibus Sanctorum martyrum Marcellini & Petri, *Monasterium S. Servatii Confessoris*, non *Aravatii*. Sic igitur veterum Historicorum editores, infelices critici, quæ corrigere volebant, depravavere; quæ emendatione non indigebant, mutando

C

*codices Mss. ab amanuensibus corruptos,*

*errasse Martyrologos,*

corrupere; eo confidentius, quod *Servatium* apud Athanasium non aliter quam Σαρβάτιον vocari videbant; *Servatium* autem, & *Arvatium* unâ tantum litterâ differre: sic ex duobus Tungricanæ Ecclesiæ Sacerdotibus unus est factus: sic denique error latissime evagatus, ad recentiores Scriptores, Herigerum Laubiensem Abbatem, Ægidium, aliosque manavit; acciditque, ut *Servatium* tantummodo Tungri Episcopum, *Aravatium* vero nullum inter Antistites suos agnoscerent; & quæ de duobus, nimirum de *Servatio* deque *Arovatio* relata erant, uni *Servatio* cum multis fabulis attribuerentur.

D

*& antiquos Scriptores,*

19 Proinde ita persuasum sit, apud Gregorium, & Fredegarium, præterea in veteribus Martyrologiis III Idus Maji, *pro Servatio Aravatium* restitui oportere; duosque fuisse Tungrorum Episcopos sanctitate celebres, alterum ab altero, tempore nomineque distinctos, qui in unum criticorum culpâ coaluerint: priorem, videlicet *Servatium*, Athanasio atque Sulpicio Severo laudatum, qui Conciliis Agrippinensi Sardicensique interfuerit, ac pro Magnentio ad Constantium Augustum cum Maximo Episcopo aliisque legatione functus sit, Ariminique fidei Catholicæ professionem ediderit, & sub Constantini Maximi liberis floruerit; posteriorem nomine *Aravatium* vel *Arvatium*, Placidi Valentiniani & Attilæ Hunnorum Regis æqualem, à Gregorio primum, deinde à Fredegario, & à Martyrologis, Bedâ, Usuardo, Adone, Rabano, & Notkero memoratum, qui Româ reversus Valentiniano VII & Avieno Coss. anno Domini CCCCL, in oppido Trajecto ad Mosam, III Idus Majas obierit, sepultusque juxta aggerem publicum; postea in Basilicam sui nominis à Monulfo Episcopo translatus sit, magnisque virtutibus claruerit; cujus nomen in omnibus fere editis libris corruptum reperiatur; *Servatii* autem & natalis & tumulus ignoretur: quem ego in Sede sua Tungris decessisse, ac ibidem humatum esse non dubito; sed post eversam hanc-ce urbem ab Attila Hunnorum Rege, sepulcrum beati Antistitis, una forsitan dirutum, nosci desiisse. De quo *Servatio* cum Martyrologi veteres referant, nihil tamen ipsi conveniens, sed omnia ad *Aravatium* pertinentia sub alieno nomine commemorant. Imperante adhuc Fl. Julio Constantio videtur mihi *Servatius* finem vivendi fecisse, propterea quod post Concilium Sacerdotum, Eusebio & Hypatio Coss. anno Christi CCCLIX Arimini habitum, nulli usquam Synodo interfuisse, nullis Episcoporum congregatorum decretis subscripsisse usquam dicitur. Nemo ex Auctoribus Gregorio nostro vetustioribus ullam usquâ de eo, tamquam post id tempus vivo, mentionem fecit: quod minime contigisset, si tantæ vir sanctitatis & auctoritatis, tantæque doctrinæ, & inter Gallicanos ætatis suæ Episcopos principem fere locum tenens, diu post Concilium Ariminense vixisset.

*restitui debere Aravatium:*

E

*Servatii natalem ignorari,*

F

20 Hæc ego fusius sum persecutus, ut suum *Aravatio* nomen, hactenus ignotum, famam suam, suam Sedem, velut postliminio redderem; aperteque demonstrarem eum à *Servatio*, quocum pridem confusus est, distingui oportere. Habebunt mihi gratiam, ut spero, Tungrenses, Trajectenses-Mosani, ac Leodicenses; quod pro uno duos ipsis beatos Episcopos, & sua utrique gesta separatim paucis asseruerim, atque unum de primis Tungrensis Ecclesiæ Antistitibus primus omnium è tenebris vetustatis ac oblivionis eruerim. Superest, ut deinceps seorsum *Servatium* & *Aravatium* debito honore colant ac venerentur. Et hanc quidem observationem veterrimis membranis Claudii Joly V. C. ac Jacobi Sirmundi debeo, atque acceptam libens grato animo refero. *Hæc omnia Valesius.*

*& sibi gratias deberi putat de hac distinctione.*

CA-

## CAPUT IV.

### An ad illam perſonarum & nominum diſtinctionem recte procedat Auctor, ex S. Gregorio, ſolum in duobus Mss. lecto.

*Accuſat Valeſius in S. Gregorio,*

21 EXre hujus controverſiæ erit Lectori indicare, quem dignitatis locum, quodve auctoritatis pondus habeat apud Valeſium Hiſtoria Francorum, à S. Gregorio Turonenſi ante annos circiter mille & ducentos ſcripta, unde novum hoc ſuum commentum ſumpſit. Exordiatur Gregorius Hiſtoriam à mundi creatione, ac librum primum cum morte S. Martini Epiſcopi Turonenſis finit. In libro ſecundo, poſt relatum Epiſcopatum S. Briccii, nonnulla de Wandalis proponit, de quibus è ſenſu Valeſii ad Vitam S. Servatii egimus. Poſtea Francorum originem indicat cap. 2, qua occaſione Valeſius lib. 2 pag. 87 & ſequente, ſic loquitur de Gregorio: Sulpitium Alexandrum, antiquum ſcriptorem, cum nequaquam intelligeret Gregorius, & apud eumdem ſcriptorem legiſſet, Arbogaſte Francorum agros depopulante, paucos ex

*errores circa originem Francorum*

B Anſivariis & Cattis Marcomere Duce in ulterioribus collium jugis apparuiſſe; haud dubitavit affirmare, Francis Duces, non Reges, ea tempeſtate fuiſſe: hocque non ſolum veteribus noſtris Fredegario, Aimoino, Roriconi, Adoni, Sigeberto, ac Ivoni, ſed etiam Nicolao Vignerio, aliiſque recentibus nimis credulis, auctoritate ſua perſuaſit. Tanta omnium vel ſecuritas vel linguæ Latinæ ignorantia fuit, ut quod cujuſquam dictu geſtum ſit, id eo Duce actum eſſe Latine dici neſcierint. *Hæc ibi,*

*ſilentium circa primos Reges,*

*neſcio an ſatis modeſte ignorantiam linguæ Latinæ tot ac talibus ſcriptoribus objicens. At lib. 3 pag. 120; propter primos Francorum Reges, non ex ejus ſenſu deductos, acrius in Gregorium inſurgit his verbis:* Ceterum Gregorius, ex quo nos primorum Franciæ Regum res geſtas diſcere oportebat, non modo Faramundi acta, ſed etiam nomen ipſum prætermiſit. Chlodionem quoque, Merovæum, ac Childericum fere indictos reliquit: nec illi deerant libri, ex quibus multa deſcriberet. *Quinam obſecro ſunt illi libri, ex quibus poterat Acta Faramundi ſcire? An vel nomen ejus notum fuerit aliquot etiam poſt Gregorium ſeculis, dubitari poteſt, ut infra cap. 10 de primis Regibus Francorum oſtendemus. Contra Valeſius, ut Faramundum extitiſſe Regem defendat, inter Addenda & Mutanda ad dictam paginam 120, quærit, An* Gregorius & Fredegarius *aliis, qui eum memorant,* diligentius ſcripſerunt? An nuſquam &

*fabellas ſcriptis ejus infartas*

numquam errant? Numquam fabellas nobis enarrant, ad conciliandum pueris ſomnum, quam ad docendum Lectorem aptiores? *Hæc Valeſius de S. Gregorio, qui teſte Cointio ad annum 417 num. 9* parens Hiſtoriæ Francicæ dici meruit. *Verum, ne abutar Lectoris patientia, paucis indicabo acerbius in S. Gregorium dicta in Tomo 1 & 2, & ſubinde in Mutandis ſub calcem Tomi 3. In Tomo primo, uti ex Indice colligitur, S. Gregorius tertio arguitur, & his quidem verbis:* Ex

*contradictiones manifeſtas,*

quo judicari poteſt, qua fide (*parva ſcilicet aut forte nulla*) Gregorio credere nos oportet, qui ſic Auctores intellexerit: *tum,* An Gregorio credi oporteat neſcio. *Et vere neſcit: nam locis octo eum arguit* erroris, *dicitque* falſa eſſe quæ ſcribit, veluti dictorum immemor & parum ſibi conſentiens; *quippe qui* ſui oblitus, eumdem modo laudare, modo adulterum & ſuperbum appellare inveniatur. *In Tomo ſecundo, ejuſdem Gregorii in ſcribendo* negligentia & ſecuritas *ſugillatur, & pag. 139.* Hic Gregorii, *inquit,* negligentiam miror, qui de prima Francorum in Vaſcones expeditione tam breviter & obſcure locutus eſt,



ut intelligi noluiſſe videatur. *At pag. 183* ſatis mirari non poteſt, hiſtoricum in cæde Chilperici enarranda adeo negligentem, & quaſi conſulto ſecurum fuiſſe: *& p[illegible] 300 aſſ[illegible]rit, eumdem* pleraſque res eo anno DLXXX. geſtas, ſuſque deque vertiſſe, nec ſuo quamque ordine retuliſſe. *Quibus ſimilia pagina ſequenti reperiuntur. Et clarius pag. 302,* Omnia, *inquit,* fere aut ſaltem pleraque falſo Gregorium, in arctum paucularum hebdomadum ſpatium, cumulaviſſe; & in anni Childeberti Regis x extremos dies, velut in ultimum agmen, conjeciſſe. *Dein iterum pag. 318 eum* erraſſe non dubitat.

D *& nimiam ſecuritat.*

22 *Sic de Gregorii hiſtoria loquens ac ſentiens Valeſius, hic (veluti ſi mera ab eo proferri oracula crederet)* errorem fere in extricabilem, *inquit,* mihi omnem diſſolvere duo Joliana exemplaria Hiſtoriæ Francicæ Gregorii, manu antiquiſſimâ diligenter ſcripta. Quippe in utroque codice non, ut vulgo, apud Tungros oppidum *SERVATIVS* eximiæ ſanctitatis Epiſcopus; ſed, apud Tungros oppidum *ARAVATIVS* eximiæ ſanctitatis Epiſcopus, reperitur. *Actum eſt, concluſum eſt contra omnem antiquitatem. Iucundus Presbyter,* ut Servatium *Chriſti cognatum aſtrueret, poſt annos ab obitu illius ſexcentos & plures, protulit teſtimonium peregrini Armeni & legatorum Græcorum. & necdum fidem reperit re bene diſcuſſa; ita nec Valeſius aliquid perſuadebit, poſt annos bis ſexcentos, nobis Mss. Iolianos duos codices objiciens, & librariis ſæpe oſcitantibus credere nos jubens, interim dum ipſi eorum auctori Gregorio fidem detrahit: quaſi non ſit æquius, nos recipere lectiones, quæ hunc poſſint excuſare, ſiquidem tales ſuppetant; eſto antiquiores aliqui aut etiam plures codices id habeant, quod tibi videtur errorem continere. Quid autem Valeſius? pag.* 26 *& ſequ. ait, narrari* inter ſe pugnantia *de mora Chilperici in urbe Sueſſionenſi obſeſſa, & exercitu ab eo ad eam obſidione liberandam adducto:* Et tamen, *inquit,* hæc lectio ſcriptorum codicum, inprimis Jolianorum, auctoritate confirmatur, *& pag. 32.* In ambobus codicibus Thuanicis ſcriptum reperitur, ut in vulgatis libris, de morte Chilperici Regis. Et nihilominus tamen arbitror, Gregorium vitio memoriæ erraſſe, ac Chilpericum pro Childeberto ſcripſiſſe. *Sed, quæ in Præfatione ſupra citata habet, ſunt potiſſimum conſideranda.* Fuere, *inquit,* mihi & cauſæ, cur ab ipſiſmet codicibus veteribuſque membranis nonnumquam recederem: nimirum Gregorii nimia ſecuritas & negligentia, dictorum oblivio, interdum etiam errores, nunc de eadem re duobus in locis aliter atque aliter ſcribentis, nunc ſecum aperte

*Interim Arvatium obtrudit Trajectenſibus,*

E

pugnantis, quandoque & rerum ordinem turbantis & temporum. *Hæc Valeſius, qui in eadem Præfatione aſſerit,* bis nomen Gunthramni pro Chilperico poſitum eſſe à Gregorio, nec opinante; & ita reperiri in quatuor aut quinque veteribus codicibus. *Quomodo ergo auſus eſt fidere Gregorio, etiamſi omnes codices manuſcripti & libri excuſi proferrent* Arvatium, *quando mille trecentorum annorum auctoritas Eccleſiæ deberet prævalere? Vere, Valeſi, quæ Gregorio imputatur, mutato nomine, de te fabula narratur. Tua illa, tua eſt* nimia ſecuritas, dictorum oblivio, ne dicatur negligentia. *Videris mihi cum Iucundo clamare:* Hæc mirantur, qui nulla ſcripta rimantur, *& dicta* negare non poterit, quiſquis antecedentia diligenter attenderit. *Imo vel ſolum iſtud quale eſt? quod relato obitu S. Gregorii addis, à te* errores Gregorii refelli, ne quis poſthac tam veteris hiſtorici auctoritate deciperetur. *Præclara enimvero reverentia eſt tua erga tantæ auctoritatis virum. & Hiſtoriarum Galliæ antiquiſſimum ac primum parentem, & ob vitæ probitatem inter Sanctos ab Eccleſia relatum.*

*ex ejus duobus ſolum Mss. exemplaribus,*

23 *Nunc quoniam Codicibus Gregorianis majorem quam Gregorio fidem dat Valeſius, inſpiciamus, qua auctoritate codicum, omnes ante ipſum ſcripſerint* Servatium. *Hanc*

A quamvis ex aliis Mss. Servatium tenent alii omnes.

*lectionem nitide præfert editio Ascensiana, quam Iodocus Badius anno* MDXII *Parisiis prosudit, dicavitque Guilielmo Petit Confessario Regis professus ejus* auspicio, ductu, exemplariumque impendio *curatam editionem. Successit editio Parisina anni* MDLXI, *quam præstitit Guilielmus Morelius, usus* duobus codicibus, uno antea impresso, altero vetustissimo manuscripto è Bibliotheca S. Martini Turonensis, *ubi S. Gregorius scripsit, ac propterea dicavit* Simoni à Maille Archiepiscopo Turonensi. *Tertia editio est etiam Parisina typis Chevalerii anno* MDLX, *quam adornavit Laurentius Bochellus, præfatus se dare* Greg. Turonensem, ad Antonii Oiseli viri doctissimi & integerimi membranas, litteris majusculis scriptas, collatum. *Quarta editio, inserta corpori Francicæ historiæ, Hanoviæ typis Wechelianis excusa, facta est an.* MDCXIII *ex collatione cum Ms. Palatino. Quinta & ultima curata est opera & studio clarissimi & diligentissimi viri Andreæ du Chesne, & Tomo* I *Scriptorum Historiæ Francorum, Parisiis anno* MDCXXXVI *excuso, inserta, ubi pag.* 252 *præmonet, se* usum quinque Mss. codicibus iisque peroptimis: horum duos servari in Bibliotheca Thuana, reliquos subministratos Alexandri Petavii Senatoris humanitate; se etiam alterum vidisse penes Guidonē Loiselium, omnium antiquissimum, utpote litteris unciabilibus, quas Gothicas dicunt, exaratum, verum duos ibidem tantum priores libros contineri. *In horum autem secundo cap.* 5 *continetur indicata* de S. Servatio *historia. Vidimus & nos inter libros Christinæ Reginæ Sueciæ duos codices Mss. quorum alterum olim fuisse dicti Petavii arbitramur. Quis igitur prudenter abjudicabit toti antiquitati* S. Servatium, *ut barbarum & ignotum nomen* Arvatii *substituat, propter duorum Mss. codicum ineptam suppositionem, contemptis tot illustribus quæ jam indicavimus exemplaribus? vel quis omnes præmemoratarum editionū curatores conspirasse dicet, ut aliter ponerent quā in melioribus codicibus invenichant? nam hoc Valesius videtur supponere, cum* veterum historicorum editores, infelices criticos, *sugillat*, quæ corrigere volebant depravavisse.

B

24 Cum in veteribus monumentis, *inquit*, Arvatium scriptum invenirent, corruptos esse codices putaverunt. *Cur non potius suorum duorum Codicum scriptores credidit, oculo aut manu exerrante, legisse vel scripsisse* Arvatium *pro* Servatio, *cum fateatur omnes Martyrologos alioque scriptores vetustos scribere* Servatium, *non* Arvatium. *Inter Martyrologia, quæ apud nos sunt, eminent apographa S. Hieronymi Corbejense & Blumianum, tum monasterii S. Cyriaci, quo usus Baronius in Romano illustrando; Trevirense triplex, S. Maximini, S. Martini, & S. Paulini; Colonienſe duplex, S. Mariæ ad Gradus, & quod apud Carmelitas adservatur: aliquod Reginæ Suecia, quod videtur pertinuisse ad diœcesim Moguntinam; Aquisgranense; Leodiense duplex, S. Lamberti & S. Laurentii; Centulense, Lobiense, Bruxellense, aliqua nostra. Itē quæ pluris æstimanda, Bedæ, Flori, Rabani, Adonis, Vsuardi, Notkeri, Bellini, Maurolyci, Galesinii, Molani, aliorumque cum hodierno Romano, & alio Coloniæ & Lubecæ an.* 1490 *excuso. Aliquorum elogia dantur ad diem natalē* S. Servatii, *cujus nomen proferunt, non* Arvatii. *Addantur Breviaria propria, non solum Ecclesiarum Tungrensis, Trajectensis, Leodiensis, Antverpiensis, Bruxellensis, Brugensis, Insulensis, Vltrajectina, Colonienſis, & similium olim in Belgio seorsim excusa; sed etiam antiqua in membranis exarata, Montensis S. Waldetrudis, Harlemiensis in Hollandia; imo & alia Ecclesiarum Germanicarū procul dissitarum, ut sunt Lubecensis, Hildesheimensis, Raceburgensis, Caminensis Erfurtensis, Mindensis, Osnabrugensis, Wormatiensis, Spirensis, Ratisponensis, Passaviensis, quæ omnia olim excusa penes nos servantur, uti etiam aliquod Ms. cujus usu fuit ad partes Rheni. Ejus etiam memoria celebratur Vratislaviæ in Silesia, Meldis in Gallia, Saruberia in Anglia. Ebora in Lusitania, Capuæ in Italia, cujus Breviarium anno* MCCCCLXXXIX *fuit excusum. Et in his omnino nominatur* S. Servatius, *nusquam* Arvatius. *Consentiunt omnia antiquæ monumenta, templa, oratoria, altaria, diplomata Imperatorum ac Regum, bullæ, chartæ, epitaphia, inscriptiones; de quibus agimus ad Vitam* S. Servatii.

C

Martyrologia antiqua, & Breviaria,

D

25 *Restat ut ostendamus qua ratione in aliquos Codices error irrepserit scriptionis, idque contra mentem S. Gregorii Turonēsis. Hic dicto capite* 5 *libri* 2, *narrata* S. Servatii *migratione Trajectum, ejusq; ibi obitu & sepultura, ista addit:* Cujus beatum corpus qualiter post multorum temporum spatia sit translatum, in libro Miraculorum scripsimus, *scilicet cap.* 72 *de Gloria Confessorum; qui liber annectitur alteri inscripto Miracula Martyrum: & sunt simul excusi Coloniæ anno* MDLXXXIII, *& Parisiis* MDCXL, *nullo citato Ms. quale nos aliquando habuimus valde antiquum, quod Reginardus I Episcopus Leodiensis anno* MXXXIV, *cum consecraretur ecclesia S. Laurentii, pro singulari dono obtulit dicto monasterio. In eo Ms. codice dictum caput* 72 *sic incipit:* Servatius vero Trajectensis Episcopus. *Solebant olim nitidiores codicum membranearum scriptores primam librorum & capitum litteram, relicto majore spatio, omittere, eamque postea politissima arte depingere, ac colorū varietate collustrare: quod etiam, rudi adhuc librorum excudendorum artificio, à typographis primus observatum est. Et plurimi etiamnum extant libri seu manu exarati, seu typis cusi, in quibus hæ priores tractatuum singulorum litteræ nondum sunt appictæ: atque ita in prædicto capite, omissa littera prima,* Ervatius *mansit; quod in* Arvatium *& Aravatium detorserunt, quibus pro suo idiotismo erat familiare,* ar, *loco* er, *pronuntiare ac subinde etiam scribere, prout totis Galliis præpositio* Per *in* Par *commutata hodie perseverat. Sphalma hoc librariorum stupidiorum, è multiplici scriptione lucrum majus spectantium eoque festinantium, secuti sunt etiam typographi aliqui, magis τὸ κέρδος quam τὸ πρέπον spectantes à quorū prælo prodierunt à Valesio citata editiones. Alii, in isto libello* Arvatium *legentes, id etiam margini alterius tractatus potuerunt apposuisse, quod tandem in textum, ut sapius fieri solet, sit insertum. En totum eorum contra quos agimus, errorum fundamentum. Maneant ergo constantes in sua per mille & trecentos annos continuata traditione Trajectenses-Mosani, ac cum iis Tungrenses, Leodienses, & alii vicini, imo & procul dissiti populi; ac* S. Servatium *Patronum suum pergant debito honore, quem illi tot seculis progenitores tribuerunt, colere ac venerari. Nullus fuit* Arvatius, *nulla illi templa aut altaria erecta: nullius etiam hac in parte auctoritatis censendus Valesius, dum illi cultum & venerationem adscribit, quem fatetur nullis fastis hactenus esse inscriptum. Præclare in rem nostram monet S. Augustinus libro de vera Religione his verbis;* Non sit nobis religio in phantasmatibus nostris: melius est enim qualecumque verum, quam omne quidquid pro arbitrio fingi potest. *Reliqua quæ circa ætatē* S. Servatii *hic objiciuntur, ad ejus Vitā explicantur. Habuit lucundus Presbyter crediti à se descriptique commenti laudatores, Sigebertū, Petrum de Natalibus, & alios: quid mirum si Valesius etiam habuerit novæ inventionis æstimatores aliquos? Talis posset censeri Carolus le Cointe, qui in Annalibus Ecclesiasticis Francorum ad annum* 450 *num.* 6 *asserit,* Servatium sepulturæ mandatum esse Tungris; sed Aravatium, qui Sedem Pontificiam Tungris Trajectum ad Mosam transtulit, ibi obiisse & sepultum fuisse hoc anno quadringentesimo quinquagesimo. *Num hic cognita rationum mole volet retractare suam sententiam, an vero de novo nos oppugnare (ut passim solet) ex prosecutione operum ejus intelligetur. Interim explicanda hic mihi venit alia quæstio, in quo non jam agitur utrum Trajectenses Patronum suum sub nomine* Servatii *recte colant: sed iidem de graviori arguuntur errore à Leodiensibus nonnullis, propter Episcopalem Cathedram, quam hi Trajecti positam fuisse negant. Ita* Henschenius, *frustra præstolatus prosecutionem Annalium prædictorum: prius enim obiit, quam vel Prosecutio illa vel hæc Exegesis prodire in lucem potuerint; obiit etiam ipse Carolus, neque ex nunc editis poterit quidpiam probare vel improbare.*

quibus contrariare visa Mss. aliqua,

fuerunt transcripti ex libris, ubi prima littera, elegantius picta, omissa erat.

E

F

CA-

## CAPUT V.

### Quæſtio adverſus Trajectenſes Epiſcopos Leodii mota. S. Servatius ejuſque ſucceſſores XIV ſic ab antiquis nuncupati.

26 *Sedem Epiſcopalem Trajecti fuiſſe negant*

*Supra memoratus Capite primo Ægidius Bucherius, primus illius quæſtionis Auctor, Eccleſiam Tungrenſem ſuo antiquitatis ſacræ ſplendore nudavit, negans ante* S. Servatii *tempora Sedem Epiſcopalem in eorum urbe fuiſſe, & quotquot ſolent hujus Eccleſiæ numerari Epiſcopi eos omnes ablegat Treviros, ac ſoli iſti Eccleſiæ tranſcribit. Nos contra eoſdem omnes, à S. Navito, ad S. Valentinum uſque, vindicamus ſoli Eccleſiæ* Tungrenſi, *eorumque ſacras Reliquias tribuimus Eccleſiæ* Trajectenſi, *tum dicto capite primo hujus tractatus proœmialis, tum capite ſecundo Vitæ S. Servatii. Idem nihilominus Ægidius Bucherius ſuam Diſputationẽ inſcripſit,* de primis Tungrorum ſeu Leodienſium Epiſcopis, *ac, veluti gratificari eidem Eccleſiæ Tungrenſi volens, quotquot poſt* S. Servatium *fuerunt Epiſcopi Trajectenſes ad* S. Hubertum *uſque, omnes ab Cathedra & Sede Epiſcopali Trajectenſi ablegat ad dictam Eccleſiam Tungrenſem; egregia ſcilicet compenſatione damni, per ſpoliationem Trajectenſium æque injuſtam. Scripſit Diſputationem iſtam Bucherius, cum Leodii conciones ad populum haberet; ejuſque dein collegii Rector, habuit aſſeſſores ſuæ ſententiæ noſtros ibidem Patres Robertium & Fiſen, qui Trajectenſes vicinos ſuos omni modo conati ſunt iſto honore privare. Erant nobis omnes amicitia juncti, potißimum Bucherius & Fiſen, quibus alios libros conſcribentibus theſaurum noſtrũ liberaliter aperueramus, & animo promptißimo communicaveramus undecumq; collecta antiqua monumenta, utenda pro libitu. Interim menſem Februarium prælo apparans, examinavi Vitam* S. Amandi, *à variis antiquis ſcriptam, reperique ab omnibus ac denique à Romano Martyrologio appellari* Epiſcopum Trajectenſem, *à Fiſeno autem, loco* urbis Trajectenſis, *ſemper poni* urbem Tungrorum; *imo objici Trajectenſibus jugum Hollandicum, prius ſcilicet excutiendum, quam de ſuis Sanctis aliquid præſumant efferre. Sed hac ratione etiam præſcribi Theologis poſſet, ne de Chriſto & Deipara Virgine dicant quidquam, niſi ante Terram ſanctam è manibus Turcarum eripuerint.*

*Bucherius,*

B

*Robertius, & Fiſen*

27 *Indignati ad hæc plures, qui tunc aut ortu aut longa habitatione Trajectenſes hic nobiſcum reſidebant, regimine & doctrina illuſtres; extorſeruntq; à me* Diatribã de Epiſcopis Trajectenſibus. *Huic Fullonius Leodienſis, ſub nomine Nicolai Fiſen Canonici Vizetentenſis nomen ſuũ diſſimulans, oppoſuit* Vindicias Eccleſiæ Tungrenſis *lateque vulgavit. Inter hæc Laurentius Ludovici, Michael Seneſchal, & Iacobus Platèl noſtri, in Duacenſi Academia ſacræ Theologiæ Profeſſores, ad quorum judicium provocarat adverſarius, voluerunt meam Diatribam videre: qua lecta & collata cum dictis Vindiciis, tulerunt ſententiam, eamque nominibus ſuis ſubſcriptam me non rogante miſerunt ultro, quam penes me ſervo, cum grata recordatione eorumdẽ. Interim excudebantur Acta Februarii, in quibus ad ſextum diẽ ante Acta* S. Amandi § VII *vindicavi Cathedram Epiſcopalem urbi Trajectenſi, quod res iſti Sancto aptißima id exigeret. Quæſivit opportunitatem reſpondendi Fullonius, & in eruditißimo Commentario ad caput* III *libri* I *Machabæorum, occaſione arrepta ex* loco ad orandum, Hieroſolyma Maſpham tranſlato, digreſſus eſt ad tralationem Epiſcopatus Tungrenſis, *ac* ſtatum quæſtionis *hunc poſuit:* Utrum Tungrenſis Eccleſia unquam ex vero & proprio Trajectenſis appellari debuerit, & utrũ Trajectenſes appellari debeant, non Tongrenſes, quotquot, medio Divos inter Servatiũ & Hubertũ tempore, Trajecti habitaſſe perhibẽtur. Ais, *inquit*, Diatribarũ ſcriptor. Ego cum noſtris omnibus Leodienſibus, exacte ea de re loquentibus, contra ſentio. *Hæc Fullonius. Quid parte prima velit non curamus. Si pro altera parte paucis Leodienſibus opponerem omnes Trajectenſes, exſibilaret illos Fullonius,* ſicut Echonis, *ut ait,* vocẽ. *Nunc quando in eadem cui Leodienſes ſuccenſentur Gallo-Belgica provincia, viri noſtræ Societatis eruditi plures, quos nihil attinet ſingulos nominare, expenſis utriuſque noſtrũm ſcriptis, pronuntiarunt,* vere fuiſſe Epiſcopos Trajectenſes, & appellari debere, *nec hactenus præterquam Leodii inventus eſt aliquis qui contradiceret (ut noſtros Flandro-belgas taceam) contemnendus videtur ejuſmodi ſibilus, tamquam ulteriori indignus reſponſo. Quia tamen illius Diatribæ exemplaria omnia ſunt jam pridem diſtracta, adeo ut recudi eam poſtularent nonnulli, congruum duxi huic loco præcipua ejus capita, novo ſtudio recognita inſerere, incipiendo à libro tertio, in quo Cathedra Epiſcopalis ſingulorum demonſtratur; dein de tempore quo ſinguli eorũ præfuerunt Eccleſiæ Trajectenſi dicere, & quia res dependet à Chronologia primorũ Regum Francorum, eãdem opera ſtabilirè noſtram de illis ſententiam; ac demum ex primo libro aliqua ſuggerere de Populis huic Sedi ſubjectis, eorumque vicinis.*

D

*repetuntur nonnulla ex Diatriba de Epiſcopis Trajectenſibus.*

28 *Ordimur à* S. Servatio, *cujus res geſtas, tranſlationes, & miracula dedimus* XIII *Maji. S. Gregorius Turonenſis Epiſcopus, lib.* 2 *Hiſtoriæ Francorum cap.* 5, *aliqua ab illo Tungris acta narrat hoc exordio:* Erat tunc temporis apud Tungros oppidum Servatius, eximiæ ſanctitatis Epiſcopus. *Vbi autem miracula narrat ad ejus tumulum facta, cap.* 72 *libri de Gloria Confeſſorum, licet ante Francicam hiſtoriam ſcripti, ita loquitur:* Servatius vero Trajectenſis Epiſcopus, tempore Chunorum, cum ad irrumpendas prorumperent Gallias, fuiſſe memoratur. *Hæc ipſa forma eſt & ratio loquendi, quæ & ab aliis obſervatur; ut ſcilicet, cum de Epiſcopatibus, ab una in aliam urbem traductis agunt, poſterioris titulum Epiſcopis tribuant. Ita Noviomenſes dicti, quorum deceſſores fuerant Viromandenſes. Bartholomæus Fiſen lib.* 2 *Hiſtoriæ Leodienſis ſect.* 46, *omiſſa hac S. Gregorii Turonenſis auctoritate, aſſerit,* paſſim Neotericos ſcribere, auctore nullo antiquiore, niſi Sigeberto, Sedem Epiſcopalem à Servatio Trajecti collocatam. *Neſcio cur ei tam vilis ſit Sigebertus, cujus triplex teſtimonium pro ſe adducit Ioannes Roberti, idque inter* antiquiores auctores. *Quis autem ille Sigebertus? Qui nimirum* morum probitate & ſcientiæ multiplicitate laudabilis, & gratus ſui temporis ſapientibus, in cœnobio S. Vincentii Martyris juxta Metas diu converſatus, ſapientiæ fons patens erat, non ſolum Monachis, ſed & Clericis undique confluentibus. Quem reverſum ad propriũ cœnobiũ Gemblacenſe frequẽtarunt majores natu, excellentiores gradu, acutiores ſenſu, qui erant in urbe Leodienſi; ſi quid quęſtionis occurreret eis, ad hunc deferre & cum eo conferre ſoliti, *ut referunt antiqua Geſta Abbatum Gemblacenſium apud Miræum, in Proœmio Chronici ipſius Sigeberti. Eum ergo, in hac quæſtione audiamus, ſententiam ferentem ad annũ* CCCCLIII. Excidium, *inquit*, impendere Servatius Tungrenſis longe ante in ſpiritu præviderat, & Romæ à beato Apoſtolo hoc judicium Dei inevitabile fore didicerat: ideoque, relicta Tungrenſi urbe, quæ evertenda erat, ad Trajectum *SEDEM* Epiſcopalem tranſpoſuit. *Eadem quæ Sigebertus, tradit Vincentius Bellovacenſis, ex Ordine Prædicatorum ſcriptor antiquus & illuſtris, lib.* 20 *Speculi Hiſtorialis cap.* 39, *non ex Sigeberti Chronico (quod paſſim toto opere, atq; illo etiam capite, ſed in re prorſus diverſa, allegat) ſed ex Vita S. Servatii: ut Auctor hujus Vitæ, quocumque is tempore vixerit, præiverit tam Sigeberto quam Vincentio. Idem Fiſen loco dicto, inculcat* productam à Joanne Roberti centuriam teſtium. In his, *inquit hic auctor pagina* 397, primum merito locum obtineant ipſa Eccleſiæ Tungrenſis & Leodienſis Chronica, quæ cum varia paſſim viderim, nulla fideliora judico iis, quibus uſus Auctor Magni Chronici Belgici, Canonicus Regularis S. Auguſtini

E

*S. Servatius appellatur Epiſcopus Trajectenſis à S. Greg. Turonenſi.*

F

*Sedem Epiſcopalem tranſtuliſſe dicitur à Sigeberto,*

*Vincentio Bellovacẽſi,*

C

*acceſſit in illorum defenſionem Fullonius:*

*contra quos aliorum judicio jam convictos erroris,*

guſtini prope Nuſſiam, à Piſtorio editus Francofurti MDCVII. Ex hoc igitur primo loco pauca depromam. *Ita Ioannes Roberti. Hic Chronici auctor pagina 15 verſu 50, ita ſcribit:* Iſtud excidium Gallis impendere Servatius Tungrenſis Epiſcopus longe ante in ſpiritu præviderat, & Romæ à B. Petro Apoſtolo hoc judicium Dei inevitabile fore didicerat: ideoque relictâ Tungrenſi urbe, quæ evertenda erat, ad Trajectum Sedem Epiſcopalem migravit, *& addit:* Hæc Sigebertus: *Conſtare autem ſua, neque ea exigua, Sigeberto auctoritas debet, dum alia non obſtant antiquiorum monumenta.*

*auctore Chronici Belgici.*

29 *Qui* S. Servatio *proxime ſucceſſerunt Epiſcopi Trajectenſes, minus noti ſunt: quia res ab iis præclare geſtæ aut literis non fuerant commendatæ, aut certe injuriâ temporum perierunt. Auctor Chronici Belgici, quem magni Ioannes Roberti (uti videmus) facit, & inter antiquiores locat, pag. 18 verſu 26 ait, ab* Epiſcopis Galliæ inſtitutum eſſe ſanctum Epiſcopum Agricolaum, habitaturum Sedem Trajecti, ob deſtructionem Tungrorum civitatis. *Et verſu 32:* Agricolaus Epiſcopus Tungrenſis XI, & Trajectenſis poſt B. Servatium primus, cum in vinea Domini feliciter laboraſſet, anno ſui Præſulatus VII, Nonis Februarii in Chriſto in pace quievit, & in eccleſia SS. Petri & Pauli Trajecti ſuperioris, quæ nunc S. Servatii dicitur, juxta S. Servatium tumulatur. Hæc ex Geſtis Epiſcoporum Tungrenſium: *his vero* nulla fideliora *extare judicat Ioannes Roberti. Ægidius à Leodio, Aureæ-Vallis Monachus, qui inter auctores antiquiores meliore jure ab eodem Ioanne Roberti numeratur, ad Harigerum cap 30 ita ſcribit:* Convenit ergo digniori Eccleſiarum gradui, & vir vitæ venerabilis Agricolaus, agrum Dominicum exculturus eligitur, conſecratur Præſul, juxta magnanimum Servatium Sedem in Trajecto habere dirigitur; quoniam quidem Tungris dignitate Pontificali ſemetipſam indignam fecerat, ex quo demens illum abjecit, quem ſingulari quondam miraculo per Angelum viſibiliter accepit. Annuntiatum eſt verbum hoc Trajecto. Placuit plebi Senatuique univerſo. Gaudenter electus Domini S. Agricolaus ſuſcipitur, & in baſilica S. Servatii digno ſucceſſori digna Cathedra locatur. Huic inter cetera virtutum inſignia, quæ per eum Dominus operari dignatus eſt, conceſſum eſt reſtaurare tectum ſepulcri B. Servatii, ventorum violentia pridem dejectum: quod nemo ante eum poterat. Sicque poſt aliquantos annos Domino ſerviens nocte & die, recepturus ab eo coronam gloriæ, quievit in pace. *De ſucceſſoribus ita Auctor Magni Chronici Belgici eadem paginâ 18:* B. Urſicinus, poſt obitum S. Agricolai, XII Tungrenſis, & II Trajectenſis Epiſcopus ordinatur. . . . . Migravit à præſenti ſeculo Kalendis Octobris in Trajecto, ſepultus ſuper Moſæ fluvium. S. Deſignatus, XIII Epiſcopus Tungrenſis . . . . . ſepultus in Trajecto ſuperiori. B. Reſignatus, XIV Tungrenſis Epiſcopus, ab omni populo & Clero in Trajecto ſua benignitate eligitur. . . . . in Eccleſia Trajectenſi tumulatur. S. Sulpitius, XV Epiſcopus Tungrenſis & V Trajectenſis poſt S Servatium. . . . quievit in Domino, appoſitus in Eccleſia Trajectenſi. S. Quirillus, XVI Epiſcopus Tungrenſis, & VI Trajectenſis. . . S. Eucherius, aliàs Eucharius, hujus nominis primus, Epiſcopus XVII Tungrenſis, & VII Trajectenſis . . . . ſepultus Trajecti. B. Folco, frater germanus prædicti Eucherii, aliàs Eucharii, communi aſſenſu omnium factus eſt Tungrenſis Epiſcopus XVIII . . . . . Trajecti tumulatur. *Hæc Auctor Magni Chronici Belgici,* inter auctores antiquiores primo loco *ſupra relatus, idque* ex Chronicis Epiſcoporum Tungrenſium, *& quidem, teſte Ioanne Roberti,* fidelioribus. *Nomen* Tungrenſe *retentum ab eo ob numerum Epiſcoporum, quos à S. Materno uno tenore percenſet, ſed additoſemper Epiſcopatu Trajectenſi, ob Sedem* Trajecti, *ut ante ex eo diximus, locatam. De iiſdem Ægidius à Leodio hæc tradit cap. 31:* Poſt deceſſum B. Agricolai Epiſcopi, Cathedram Epiſcopalem in Trajecto duodecimus Epiſcopus B. Urſicinus. . . . . ſuſcepit. Loco tertiodecimo à Materno beato, Trajectenſium Epiſcopo, ſucceſſit B. Deſignatus. . . . poſt hunc XIV B. Reſignatus Epiſcopus. . . . Quo defuncto XV B. Supplicius Epiſcopus: poſt quem XVI Epiſcopus ordinatur B. Quirillus. Loco XVII B. Eucherius extitit. Poſt hunc XVIII Epiſcopus B. Falco extitit. *Ita Auctor iſte, nulla uſpiam urbis Tungrenſis facta mentione,* Cathedram Epiſcopalem in Trajecto *agnoſcit tunc fuiſſe, licet eodem Epiſcoporum numero etiam Tungrenſes complectatur. Sed paulatim ad certiora progredimur, quibus jam relata & aliquantum obſcura, debent illuſtrari.*

*Paſſim Trajectenſes Epiſcopi dicuntur S. Agricolaus,*

*& 7 Succeſſores,*

30 *Poſt Falconem, ſeculo Chriſti ſexto, præfuit Eccleſiæ Trajectenſi* S. Eucherius, *aliàs* Eucharius, hujus nominis ſecundus, in Trajecto ſuperiori ſepultus, *ut tradit ſæpe memoratus Auctor Magni Chronici Belgici. Sequitur* S. Domitianus, *in cujus Actis* VII *Maji relatis, ex Mss. Hoienſi & Rubeæ-Valli, ita legitur:* Tempore illo contigit ut venerabili Euchario Eccleſiæ Trajectenſis Epiſcopo defuncto, S. Domitianus, jam ſcientia, virtute, nec non & ſanctitate celeberrimus, in eadem Sede, populi ac Principum electione, ſubrogaretur Epiſcopus. *Deinde ubi de ejus obitu agit, ita loquitur Auctor anonymus:* Tandem revelata eſt ſancto Præſuli Domitiano proxima corporis ſui de hac vita reſolutio: qui Sanctorum per circuitum viſitans limina, ad tumbam S. Servatii pervenit; ubi convocatis Eccleſiæ ſuæ Clericis & ceteris fidelibus, ac eis ſermonem faciens, pacemque & communionem omnibus tribuens, omnes, ut pro eo Deum deprecarentur, admonuit, & remanens in eccleſia rogavit Dominum. *Narrata deinde Chriſti inter Angelos apparitione, addit:* Et Præſul glorioſus, viſione Dominica conſolatus, in exultatione permanſit: ac tandem ibidem, inter religioſorum Sacerdotum manus, Nonis Maji, ad cælos migravit. *Hactenus Mss. Acta, quibus in codice Hoienſi præponitur Præfatio, hoc exordio:* Ad confirmandam fidei Catholicæ veritatem, in diverſis terrarum nationibus, ſub diverſis temporibus, diverſos divinæ religionis Cultores & præclaros Doctores providentia & pietas ſuperna elegit. Ex quibus glorioſæ memoriæ B. Domitianum plebs & patria Trajectenſium Pontificem & Paſtorem, ſicut Eccleſia Hoienſis Patronum & meritis præclarum, accepit. *Hæc ibi, abſque ulla urbis Tungrenſis mentione. Fiſen* VII *Maji,* Vitam *dat* S. Domitiani, ex Tomis Conciliorum, *ut ait,* Harigero, Mss. Hoienſi & Rubeæ-Vallis, *atque ita incipit:* Euchario Tungrorum Epiſcopo vita decedenti cum ſucceſſor quæreretur *&c. Interim in Ms. utroque,* Eucharius Eccleſiæ Trajectenſis Epiſcopus *appellatur. Silent Concilia: Harigerus nudum nomen exprimit: nam qui titulum hunc adjecit,* De S. Remigio & novē Tungrenſibus Epiſcopis, *poſt Ægidium à Leodio vixit. Sed quamvis ita ſcripſiſſet Harigerus; idem ab obitu* S. Servatii *hiatum centum & amplius annorum induxit, quem nec ipſe Fiſen admittit; eoque oſtendit non omnia ſe Harigero credere, quem & in ſucceſſoribus clare loquentem manifeſtum patitur adverſarium.* S. Domitianum *quatuor Conciliis in Galliâ interfuiſſe tradit Bucherius cap. 6 Diſputationis hiſtoricæ, ſcilicet* Arvernenſi, Aurelianenſi V, Pariſienſi II, & Turonenſi II. *Verum ad hoc ultimum, Turonibus anno* VI *Chariberti Regis Pariſiorum habitum, ſolum qui in ejuſdem Chariberti regno degebant Epiſcopi convenerunt; inter quos qui aderat* Domitianus, *ita ſubſcripſit:* Domitianus peccator, Epiſcopus Eccleſiæ Andegavenſis, conſenſi & ſubſcripſi. *Idem Pariſienſi*

*item SS. Eucherius & Domitianus,*

III,

A

III, *quod Bucherius ſecundum appellat. interfuit, atque omiſſa Sede*, Domitianus peccator *ſubſcripſit. At* S. Domitianus *Epiſcopus Trajectenſis interfuit Concilio Arvernenſi ſub Theodeberto I Rege Auſtraſiorum, ubi procul à patria exiſtens apud Aquitanos (quos tum Lege Romana Theodoſii uſos, ac* Romanos *fuiſſe appellatos, conſtat) ut clariorem ſuæ Sedis cognitionem daret, ſubſcripſit juxta Notitiam antiquam Provinciarum ac Civitatum Galliæ, cui tamen Sedi, quam tunc tenebat, nomen adjunxit, hac formula:* Domitianus in Chriſti nomine Epiſcopus Eccleſiæ Tungrorum, quod eſt Trajectum, ſubſcripſi. *Ita habent editiones Conciliorum Petri Crabbei, Laurentii Surii, Severini Binii, & Sixti V Pontificis Maximi: additurque hæc antiqua interpretatio:* A Tungris Sedes Epiſcopalis in Trajectenſem tranſlata eſt, atque inde ad urbem Leodienſem. *Idem de Concilio* v *Aurelianenſi judicium eſto: ubi in omnibus prædictis editionibus, itemque in editionibus Sirmondi & Labbei, ſubſcribit* Domitianus Epiſcopus Tungrenſis: *qui quod in prædicto Arvernenſi Concilio ſubſcribatur,* Domitianus in Chriſti nomine Epiſcopus Eccleſiæ Colonienſis, *certiſſimum mendum æſtimari debet.*

31 *Secutus* S. Monulphus XII *Epiſcopus Trajectenſis, de quo, ut ante diximus, S. Gregorius Turon. cum ageret de ſepulcro* S. Servatii, *hæc habet:* Procedente vero tempore

B

*S. Monulphus*

adveniens in hanc urbem Trajectenſem Monulphus Epiſcopus (*ſcilicet Trajectenſium Epiſcopum uti ante appellarat* S. Servatium) templum magnum in ejus honorem conſtruxit, compoſuit, ornavitque: in quod multo ſtudio & veneratione tranſlatum corpus magnis virtutibus pollet. *Addit Harigerus cap.* 22. Sedem Pontificalem illic (*in extructa eccleſia*) deinceps eſſe conſtituit, in cujus eccleſiæ medio corpus ſuum humari mandavit. *Mss. ejus Acta,* XVI *Iulii danda, ſic incipiunt:* Beatus Monulphus per ſolam Euangelicæ caritatis monadem, omnium gratiarum profeſſione pleniter ſuffultus, B. Servatio, aliquantis Pontificibus intermediis, in Trajectenſi Sede ſalubriter ſucceſſit. *Multa, quæ in hac Vita referuntur, eiſdem verbis leguntur in Additionibus Ægidii ad Harigerum: qualia hæc ſunt:* Dictus quoque Monulphus Pontifex, omnium prædiorum ſuorum S. Servatium fecit heredem, *& ſub finem:* Regreſſus vero Pontifex glorioſus, ſuper univerſis Chriſti beneficiis circa ſanctum & inclitum Servatium, etiam ſuo tempore frequentius factis, lætatus eſt valde: &, ſicut dignum erat, mirabiliter glorificabat eum in auro & argento, in univerſis etiam quibus in miniſterio opus

C

erat divino: addidit familiam, addidit & prædia, quibus in his terrenis poſſeſſionibus erat ditiſſimus. Qui tandem videns ſibi imminere finem vitæ, non timuit, non expavit; ſed confortatus in Domino, omnem Clerum, omnemque populum, per triduum ſine intermiſſione docuit & monuit, ut ſemper parati eſſent occurrere Chriſto, quaſi venienti ad judicium. Omnibus vero digne peractis, in medio eccleſiæ, in qua fere XL annis fuerat Epiſcopus, deſignavit locum ſuæ ſepulturæ: ubi vitæ hujus termino feliciter tranſacto, ſepultus eſt cum magno honore. *Ita Mss. Qui in illis ſunt* anni fere XL, *eos Ægidus exprimit* per XXXIX circiter. *Alia Acta Mss. habemus hoc exordio:* B. Domitiano humanis rebus exempto, Fratres cariſſimi, S. Monulphus, cui nobilitate & ſanctitate non erat ſecundus, in Pontificali regimine ſanctæ Trajectenſis Eccleſiæ jam XXI ſucceſſit. *Reliqua utcumque cum altera Vita & additionibus Ægidii conveniunt.* B. Monulphum ſequitur electio pretioſiſſimi Confeſſoris Chriſti & Antiſtitis B. Gondulphi,

*S. Gondulphus*

qui moribus, continentia, & eruditione, nullo priorum inferior, nullo ignobilior, digne ſanctam regebat Trajectenſem Eccleſiam multorum temporibus annorum. *Ita Acta Mss. & Ægidius in additionibus ad Harigerum. Et hæc de ejus electione: dein additur:* D

B. Monulpho de medio facto, ille ab univerſis civibus electus, ipſe ab univerſo regno in ſolium Pontificale erectus, conſecratur Epiſcopus; omnique depoſita temporalium diligentia rerum, totus fertur in Deum. *Hic dicitur reſtauranda Tungrenſi eccleſiæ & civitati applicuiſſe animum; & additur, quod graſſantibus in novos incolas lupis, in ædificia recentia flammis,* intelligens difficillimum ſibi fore divinis decretis obviare, reverſus ad ſuam Sedem, quod inſcius fecerat contra Dei voluntatem, pœnitendo ſtuduit abolere. *Non poterat diſertius expreſſiuſque deſignari Sedes Epiſcopalis* Trajecti *collocata. Hæc vero ſi ſcripſit* Joannes, *ab ipſo* S. Gondulfo *Epiſcopus tertius, ut habent membranæ quædam ad* XVI *Iulii examinandæ, fidem facerent prorſus indubitabilem: ſi autem membranæ illæ, quæ in principio atque in fine prædictæ Vitæ hujus Auctorem Ioannem faciant, ideo tantum ſic ſcriptæ fuerunt, ut fides adderetur figmentis, Tungrenſium everſæ fortunæ injurioſis; quiſquis tamen earum Auctor fuit, veroſimiliter Leodienſis (nam in hujus Eccleſiæ Legendario veteri ſunt repertæ) ipſe à quinque vel ſex ſeculis ſcribens, nihilominus idoneus omnina eſt, cui credamus, neminem tunc Leodii dubitaſſe, aut ſaltem plurium fuiſſe opinionem, de* Sede Epiſcopali *vere* Trajecti *conſtituta. Denique de ejuſdem* S. Gondulfi *obitu hæc traduntur:* Ad ſupernæ repromiſſionis gaudia, ad æternæ beatitudinis præmia, tandem illum Domino vocante, VII Kalendas Auguſti migravit. Et quia non impar eſt meritis, juxta ſuum prædeceſſorem Monulphum ſepelitur in medio eccleſiæ viri glorioſiſſimi Servatii. *Auctor magni Chronici Belgici,* ex fidelioribus, *ut volunt,* Chronicis Tungrenſium, *&* XII Trajectenſem Epiſcopum *ſtatuit, &* Trajecti juxta S. Monulphum ſepultum. *Quem etiam* illic locum ſepulturæ habuiſſe, *ſcribit Harigerus. Eodem modo* SS. Perpetuus & Ebregiſus, *qui ſeculo* VII *floruerunt, in magno Chronico Belgico & Additionibus Ægidii dicuntur* Eccleſiæ Trajectenſis Epiſcopi. *Quorum ille Dionanti, iſte Trunoniæ eſt ſepultus. Conſentiunt S. Perpetui Acta in Mss. Rubea Vallis hoc exordio.* Poſt diſceſſum B. Gondulphi Epiſcopi Trajectenſis Eccleſiæ, B. Perpetuus ordinatur Epiſcopus.

*SS. Perpetuus & Ebregiſus,*

32 *Lubet hic nonnihil gradum ſiſtere, & prius quam ad ſequentes progrediar (quos ex ſcriptorum coævorum monumentis certum fiet* Trajectenſes Epiſcopos *dictos eſſe & reipſa fuiſſe) expendo in præcedentibus allata duo, parii omnino auctoritatis documenta, quæ nequeant in dubium revocari. Primum eſt, ipſiuſmet* S. Domitiani *ſubſcriptio, qua dicitur* Epiſcopus Eccleſiæ Tungrorum, quod eſt Trajectum. *Quid enim poteſt eſſe evidentius, ad comprobandum quod* Tungrorum Eccleſia, *adeoque & Epiſcopalis Sedes, etſi ab aliquibus adhuc antiquo vocaretur nomine, non tamen ibi concipi deberet, ubi* Tungri *fuerant; ſed ubi tunc erat & dicebatur* Trajectum? *Cum igitur Harigerus de* S. Monulpho, *Domitiani ſucceſſore, ſcribit, quod in eccleſia Servatiana à ſe ædificata* Sedem Pontificalem deinceps eſſe conſtituit; *hoc ut ſummum voluit dicere, quod ab alia quadam* Trajecti *Eccleſia, quacumque illa fuerit, de quo infra videbimus, tranſtulerit Cathedram ad novum hoc templum; non quod eam quæ* Tungris *utcumque manſiſſe forſan videbatur, Epiſcopis prioribus Trajectenſem urbem velut refugium dumtaxat habentibus, primus hic expreſſe & ſolenniter* Trajectum *tranſpoſuerit. Itaque vel hoc ſolum ſatis eſſet ad convictionem adverſariorum, qui univerſim negant* Trajecto *Sedem Epiſcopalem. Adeo autem id notum erat tempore iſto quo vivebat S. Gregorius Turonenſis (unde ſecundum ſumo irrefragabile documentum) ut hic non dubitaverit* S. Servatium, *poſt quem paſſim incipiunt* Trajectenſes Epiſcopi *nominari ac numerari, communi ſucceſſoribus omnibus appellatione vocare* Epiſcopum Trajectenſem: *etſi ille fortaſſis nihil egerit, per quod deſierit* Tungris *eſſe Se-*

*qui certo certius Epiſcopi Trajectenſes agnoſcendi ſunt,*

F

*etiamſi S. Servatius revera non tranſtuliſſet Sedem,*

A *des Epiſcopalis, aut eam ſolo verbo deſignaverit* Trajecti. *Vide quantum adverſariis largiar, neque tamen præter ſolidam rationem quidquam. Si enim S. Gregorii contextum conſideres, nihil ibi de Sede tranſlata leges: ſolum videbis de ſepultura ſua ſolicitum Sanctum, efferre* Tungris *quæ eo facerent; non Clerum, non familiam ſecum trahere; moxque ut* Trajectum *advénit, modica pulſatum febre recedere à corpore, atque à fidelibus ſepeliri; nulla utique mora interpoſita, quæ tamen neceſſaria fuiſſet ad ordiendam vel leviter novi Epiſcopii formam. Cum autem prius quam alius* Tungris *inſtitueretur Epiſcopus in locum defuncti, ſupervenientes Hunni intuliſſent cladem à Sancto præviſam, incenſa veroſimiliter urbe, Cleroque & populo trucidato, aliquammulti fluxerunt anni prius quam cogitaretur de reſtituendo Epiſcopatu; idque non in priori loco, qui Francis idololatris obnoxius ac fere deſertus, minus jam erat ad ſuſtinendam Cathedræ dignitatem idoneus ac parũ tutus, uti ex S. Ebergiſi Colonienſis Epiſcopi cæde ibidem tunc patrata conſtat; ſed in* Trajecto *bene munito, & nihil adhuc barbaris debente ac ſolide Romano, eodemque integro, & per S. Servatii miracula magis magiſque clarescente, quemq; corporis ſui depoſito adiũ veluti initiaverat ipſe Sanctus. Atque ideo fortaſſe ſapienter eſt proviſum à poſteris, ut in numerandis Epiſcopis Trajectenſibus primus diceretur, non* S. Servatius, *ſed* S. Agricolaus; *ſicuti Mediolanenſis Eccleſia (quæ initium ſuum ad S. Barnabam Apoſtolum refert, æque ac Trajectenſis ad dictum* S. Servatium) *primum Epiſcopum ſuum nominat S. Anathalonem.*

*ſed eo mortuo poſt aliquantos annos id factũ fuiſſet,*

B 33 *Exempla multiplicare, neceſſe non puto: potius addo, ex ipſa creandi Epiſcopi poſt mortem* Servatii *&* Tungrorum *excidium mora, ab omnibus admiſſa, etiam cum exceſſu, vehementer confirmari opinionem, qua cenſeo ab illo vere ac proprie non fuiſſe tranſlatam Cathedram, ſed ſolum ejus transferendæ datam occaſionem. Si enim* Trajecti *Eccleſiam ordinaſſet Sanctus ex Clero, vel ibi reperto vel* Tungris *adducto; non appareret cur idem Clerus, cum eadem qua olim* Tungris *poteſtate tunc* Trajecti *reſidens, diſtuliſſet in defuncti locum ſufficere aut poſtulare Epiſcopum alterum: juſta autem moræ cauſa elucet, ſi ponas Clerum, qui id facere potuiſſet,* Tungrorum *ruinæ fuiſſe involutum, alium autem non extitiſſe* Trajecti *penes quem tanta dignitas ac poteſtas foret, ut proinde expectanda fuerit nova novæ Eccleſiæ inſtitutio à Synodo aliqua aut Romano Pontifice. Quod ſi forte aliquando prodeant vera ſeculi* V *monumenta, quibus probetur* S. Agricolaum, *& qui ei proxime ſucceſſerunt uſque ad alteram Hunnorum ſub Attila vaſtitationem,* Tungrenſes Epiſcopos

*quando ordinatus eſt S. Agricolaus.*

C *ſeſe ſcripſiſſe, non* Trajectenſes, *etſi alias* Trajecti *habitarent; id tamen ceſſaſſe dixerim, everſis denuo* Tungris, *ita ut ſeculo* VI *verißime ac propriißime dicti ſint* Trajectenſes Epiſcopi; *aliorum vero nonnulli ſaltem per prolepſim; eodem jure, quo* Leodienſes Epiſcopi *dicuntur, quotquot poſt S. Hubertum, ſub reſuſcitato* Eccleſiæ Tungrenſis *titulo, Leodii habitaſſe & Sedem habuiſſe infra dicentur. Ego, ut quam certißima ſcriberem, neque vel ſtudio partium, vel prius edita contentioſius retinendi affectu abreptus viderer, à prætenſo Trajectenſium in* S. Servatium *& proximos etiam ſucceſſores jure tantum reſcidi, quantum per ſummum judicandi rigorem in partis debilioris favorem reſcindi poſſe videbatur: quo evidentior fiat iniquitas eorum, qui principali cauſa tam irrefragabiliter evicta, & deinceps irrefragabilius evincenda in poſterioribus Epiſcopis, volent uiti contra certam atque inconteſtabilem poſſeßionem Trajectenſium; evidentißime ſuperiorum &* Epiſcopos Trajectenſes, *quaſi nulli unquam fuerint, exſibilare.*

## CAPUT VI.

### SS. Joannes Agnus, Amandus, Remaclus, Theodardus, Lambertus, Hubertus, Epiſcopi Trajectenſes dicti ab antiquis Scriptoribus.

E *Piſcopus decimus ſextus Eccleſiæ Trajectenſis fuit* S. Joannes Agnus, *in cujus Actis ſcribit Harigerus, quomodo* peregrinus tranſmarinus, viſione Angelica admonitus, *inter alia dixerit illi:* Oppidum Trajectenſe ſuo viduatum eſt Paſtor, ſtatuit Dominus eo officii te ſublimari honore..... Vulgatum eſt hoc celebre in omnium aures, prolatum eſt ad plurimos regni totius Proceres; non latuit Regem fama hæc, in Trajecto congregatam occupavit plebem. Confeſtim properatur, legatio Hoyum dirigitur. Beatus Joannes cum tranſmarino invenitur. Trajectum non ſine admiratione omnium ambo perducuntur..... Regia præcepta edicuntur, Beatum Joannem Trajectenſem fore Epiſcopum à cunctis acclamatur. Conſentiunt omnes, univerſi lætantur, rapitur, inthronizatur. *Hæc* E *Harigerus, quæ accuratius elucent in Actu* S. Amandi *ſucceſſoris, per antiquos Auctores conſcriptis*

*S. Joannes Agnus.*

35 *Baudemundus, diſcipulus S. Amandi dein Abbas Blandinienſis, de morte S. Ioannis Agni, ſuffectoque ei S. Amando, ita ſcribit:* Trajectenſium Epiſcopus migravit ad Chriſtum. Rex ad regendum Trajectenſium Eccleſiam Amandum propoſuit. *Auctor Aquicinctinus ex Ms. Andreæ Cheſnaii;* Contigit, *inquit*, ut Trajectenſium Epiſcopus moreretur. Tunc vir Dei Amandus, à Rege coactus, & à Sacerdotibus juſſus, & à populo electus, Trajectenſium Eccleſiam regendam ſuſcepit. *Milo Poëta lib. 3. ſub hoc titulo.* Ubi Sanctus Eccleſiam Trajectenſium ad regendum ſuſcepit, *it. cecinit ante annum Chriſtum* DCCCXL.

*S. Amandus.*

Angelus evexit celſi trans ſidera cæli
Pontificem, cujus Sedem Trajectus habebat.
Quo Rex comperto, Sanctum accerſivit Amandum:
Plurima Pontificum conducens agmina ſecum,
Præſulis ad tanti ſolennia, jungit honores.
Interea Sanctus ſacrâ ſublimis in arce
Ducitur ac trahitur, jam dictà in Sede locatur.

*Similia habent Harigerus & Philippus ab Eleemoſynâ Abbas Bonæ-Spei in Actis S. Amandi. Eumdem* venerabilem virum Amandum, Trajectenſium urbis Epiſcopum, *appellant Monachus S. Dionyſii in Geſtis Dagoberti Regis cap. 24 & Aimoinus lib. 4 Hiſtor. Franc. cap. 20. Eumdem* Amandum Trajectenſium Epiſcopum *dixerunt Hucbaldus, Monachus Elnonenſis, in Vita S. Aldegundis,* XXX *Ianuarii cap.* 1; *Stephanus, Abbas Leodienſis ad S. Iacobum, in Vita S. Modoaldi Epiſcopi Trevirenſis* XII *Maji; Rainerus, in Vitâ S. Giſleni Abbatis* IX *Octobris, aliique. Vſuardi omnia exemplaria typis excuſa & manu exarata, ad* VI *Februarii, conjungunt* SS. Vedaſtum & Amandum, quorum prior Adartenſium, ſequens vero Trajectenſium rexit Eccleſiam. *Verba Vſuardi hactenus retinet in Martyrologio Eccleſia Romana, ſed* Atrebatenſium Epiſcopum *facit, qui Vſuardo* Adartenſium *eſt, mutata voce una claritatis cauſſa; ea retenta, qua priſca auctoritas Eccleſiaſtica ſtabilitur. Ipſa Martyrologii Romani verba hæc ſunt:* Eodem die ſanctorum Epiſcoporum Vedaſti & Amandi, quorum vita & mors plurimis miraculis extitit glorioſa, è quibus prior Atrebatenſium, alter vero Trajectenſium rexit Eccleſiam. *Eadem leguntur in Adonis Mss. exemplaribus monaſteriorũ S. Laurentii Leodii & Lobienſis, & in antiquo Martyrologio monaſterii Elnonenſis, ubi ſepultus Amandus eſt.*

F

36 *Bar-*

A 36 *Bartholomæus Fiſen lib.*3 *Hiſtoriæ Leodienſis & in Floribus Eccleſiæ Leodienſis* VI *Februarii, in Vitâ S. Amandi, ſtudioſe nomen urbis Trajectenſis declinat; cujus nec in titulo quidem meminit, & ubique ſubſtituit* Tungros, *citatis etiam hiſce auctoribus, qui* Tungrorum *non meminerunt. Sed proferatur, qui integris quatuor ſeculis ab obitu S. Amandi, eum aliter quam* Trajectenſem Epiſcopum *ſcripſerit. Nos è contra accumulavimus & porro pergimus accumulare teſtimonia gravium integrorum, & tantum antiquorum Auctorum, quorum nullus (quod ſciatur) Trajecti vixit. Hi autem non ſolum appellant* S. Amandum Epiſcopum Trajectenſem, *ob ſolam in eâ urbe habitationem, ſed clare pronuntiant eumdem* in Trajectenſi Cathedra ſublimatum & collocatum fuiſſe; & in Sede dicta locatum, in Pontificio Trajectenſi ſucceſſiſſe; Cathedræ Trajectenſium præſediſſe; & Trajectum Sedem Pontificii habuiſſe. *Denique* S. Amandum Trajectenſium rexiſſe Eccleſiam, *poſt Baudemundum, Milonem, Vſuardum, alioſque, confirmat Eccleſia Romana, quam propugno: à cujus ſenſu qua cauſa alii diſcedant, ipſi viderint.*

37 *Amando ſubſtitutus eſt* S. Remaclus, XVIII Epiſcopus Trajectenſis, *cujus Vitam,* III *Septembris dandam, ſcripſit Notgerus Epiſcopus Leodienſis, ordinatus anno* DCCCCLXXI, *vita functus* MVII. *Eodem auctore Notgero habemus Vitam S. Landoaldi Archipresbyteri, ad diem* XIX *Martii illuſtratam, cujus etiam nomine Epiſtolam dedicatoriam ad Werinfridum Abbatem Stabulenſem edidit Harigerus Abbas Lobienſis, ante Hiſtoriam ſive Geſta Epiſcoporum Tungrenſium & Trajectenſium, ubi eamdem S. Remacli Vitam ex Notgero deſcribit. Et quamvis hi duo Auctores tribus ſeculis à S. Remaclo diſtent, tamen excerpemus quid de hac re ſenſerint ipſi, alter Leodienſis Epiſcopus, alter ejuſdem Epiſcopi domeſticus. Apud Notgerum ergo,* inclitus Rex S. Amandum fecit in Trajectenſium cathedra ſublimari. *Surius,* in Trajectenſi cathedra collocari. *In Vita S. Landoaldi, Trajectenſium Cathedræ* præſidere fecit. *Harigerus:* B. Joanne à corpore decedente, B. Amandus ei in Pontificio Trajectenſi ſucceſſerat. *Notgerus etiam in utraque Vita:* Plebs Trajectenſium, cum electione communi Sacerdotum, cum frequentia & audientia Magnatum, cum vociferatione etiam & acclamatione omnium Ordinum, obtulit tale precum ſuarum votum, neminem ſibi debere, niſi Beatum præeſſe Remaclum. *Eadem habet Harigerus:* quod multorum victus inſtantia, viceſimus ſeptimus Trajectenſium ſubſtituitur Epiſcopus. *Apud Renerum, Monachum Leodii ad S. Laurentium, in Vita S. Lamberti,* Landoaldus, à Martino Papa S. Amando Trajectenſium Epiſcopo ad auxilium deputatur, poſt quem Remaclus Cathedram Eccleſiæ Trajectenſis ſuſcepit. *Harigeri Hiſtoriam, in S. Remaclo finitam, Anſelmus Canonicus Leodienſis, illo annis quinquaginta junior, continuavit, hoc exordio:* Huc uſque Geſta Tungrenſium Trajectenſiumque ſunt digeſta. *Vnde toti operi utriuſque auctoris, Harigeri & Anſelmi, in omnibus Mss. codicibus recte præfixus eſt, atque à Ioanne Chapeavillo Canonico & Vicario Leodienſi editus ejuſmodi titulus,* Geſta Pontificum Tungrenſium, *ſcilicet uſque ad S. Servatium,* Trajectenſium, *uſque ad S. Hubertum, & deinceps* Leodienſium. *Codices illuſtriores Mss. allegat Chapeavillus pagina* 111, *in monaſteriis Aureæ-Vallis, Alnenſi, & Cruciferorum repertos. Interim Ioannes Roberti,* certo ſibi conſcius, *ut aſſerit,* ſe ſine affectu ſcripſiſſe, *erafis Trajectenſibus, notatione* XV, *hæc ſcribit:* Tres Tomi Epiſcoporum Tungrenſium & Leodienſium, à Joanne Chapeavillo Canonico Vicario Leodienſi ex aliquot Auctoribus antiquis editi, qui cum Mss. quibus uſus ſum, per omnia belle conveniunt. *Si,* per omnia, *ergo & in titulo, in quo etiam, ut apud Chapeavillum,* Epiſcopi Trajectenſes *exprimendi erant: quid autem eos omittere ſuaſit, niſi affectus alteri parti obnoxius?* D

38 Remaclo ſucceſſit in Sede Trajectenſi S. Theodardus XXVIII. *Ita Anſelmus, annumerans novem priores ante S. Servatium, poſt quem hic Epiſcopus Trajectenſis* XIX *fuit. Conſentiunt Acta Mss ejuſdem, danda* X *Septembris. In antiquioribus Actis S. Lamberti Sedes Trajectenſis S. Theodardo ſatis perſpicue attribuitur: atque hæc pro Theodardo abunde ſufficiunt.* S. Lambertus, *urbis Leodienſis totiuſque Diœceſis primarius Patronus, fuit Epiſcopus Trajectenſis* XX. *Hujus Vitam primus ſcripſit Godeſchalcus, Eccleſiæ Leodienſis Diaconus, juſſu Agilfridi Epiſcopi anno* DCCLXI *ordinati. Godeſchalcum ſub Regibus Pipino & Carolo Magno claruiſſe, teſtantur infra citandi Nicolaus & Renerus. Extat ea Vita, à Chapeavillo poſt memoratam Anſelmi hiſtoriam edita, cui* Theodoënum, *qui* in obſequio S. Lamberti *etiam* exulis permanſit, vitam & opera ejus enarraſſe, *teſtatur ipſemet cap.*3. *Hic autem cap.* 1 *ita ſcribit:* Eodem tempore Divinæ diſpenſatione providentiæ, ſummus Pontifex Theodardus, oppidi Trajectenſis Cathedræ Pontificali præſidebat: pater ejus *(S. Lamberti)* commendavit eum præfato Antiſtiti, Divinis dogmatibus & monaſticis diſciplinis in aula regia erudiendum. *Hujus deinde electionem cap.* 2 *ita proſequitur:* Interfecto autem prædicto Antiſtite Theodardo, copioſa multitudo virorum in regione illa habitantium, & cognoſcentium fidem, opera, & converſationem nobiliſſimam S. Lamberti, clam de eo mutuo loquens, eligere eum ad Pontificalem Sedem diſponebat..... Tunc per totius plebis in Spiritu ſancto unum conſilium, & ſimul Regis imperium, favente Domino, à quo jam dudum electus erat, ſubrogatus eſt, ut præeſſet Eccleſiæ Trajectenſi. *Et aliquibus interpoſitis, narratâ etiam Childerici Regis cæde, ac depoſitione* S. Lamberti de Sede Pontificali, Pharamundum, *inquit,* in Cathedra illius conſtituerunt. *Dein cap.* 4 Poſt ſeptem vero, *ait,* annos expletos, Pharamundus de Sede Pontificali & de provincia Trajectenſi depoſitus atque repulſus eſt..... In illo tempore Princeps Pipinus, in plurimis regionibus & civitatibus Europæ regnans, auditis operibus beati viri, ſub unius diei articulo juſſit eum cum magno honore ad propriam Sedem revocari. *Et indicatâ omnium lle ejus reditu exultatione, pergit:* Regreſſus autem Dominus Apoſtolicus ad Urbem propriam, inſtitutionis ſuæ normam quotidie in bono promovebat, *uti ſequentibus capitibus refertur. Ac tandem poſt cædem ejus narratam, cap.*10 *de ſacro corpore Trajectum devecto ſepultoque, hæc tradit:* Pauci itaque, qui evaſerant hoſtium manus, raptum corpus exanime, vili operimento contegunt, & navigii vectione Trajectum deferre diſponunt, quæ urbs Epiſcopalis Sedis apud ſe eum repoſcebat ex debito humandum. *Et cap.*14 *acturus de Tranſlatione corporis S. Lamberti, ita incipit:* Suffragante Deo, narrare volumus, quod nuper, *ipſo (ut probabile eſt) vivente Godeſchalco ſcriptore,* poſt aliquod annos S. Lambertus cuidam viro venerabili apparens dixit, corpus ſuum Leodium transferri oportere ..... Sanctus autem Hubertus, quondam illius diſcipulus, Pontificatum procurans..... veneranda membra Chriſti Martyris, odore ſuaviſſimo fragantia, ſalva & intemerata invenit: quæ cum timore & honore, imo de ſepulcro elevans, pretioſis veſtimentis involvit..... Et populus Trajectenſis concentu & gemitu, antiphonarum quoque lugubri proſecutione concrepuit, præ magnitudine mœſtitiæ vix hæc ſequentia lamenta proſequens: O Paſtor bone, cui hanc plebem ſervandam committis! O dulcedo pauperum! O fortitudo debilium! O lumen oculorum! O ſuſtentaculum

*S. Theodardus*

*S. Lambertus ſui ſuæque Acta ſcripta à Godeſchalco Diacono Leodienſi*

*S. Remaclus,*

B

C

E

F

humani-

nutantium, noli deſerere eos, quos divinis verbis, A & exhortationibus ſpiritualibus, more patris filium corrigentis, conſolabaris. *Hactenus Godeſchalcus, Diaconus Leodienſis, qui eodem, quo S. Lambertus Martyr occubuit, vixit ſeculo: adeo ut hujus unius teſtimonia ſufficiant, quibus* Trajectum *appellatur* Urbs Epiſcopalis Sedis, Urbs propria & Sedes propria Epiſcopi S. Lamberti; *& vice verſa*, Cathedra & Sedes Pontificalis Urbis & oppidi Trajectenſis. *Eodem modo* S. Lambertus *vocatur* Epiſcopus Eccleſiæ Trajectenſis, Paſtor Trajectenſium, & populi Trajectenſis, *ejuſque diœceſis* provincia Trajectenſis.

*Stephano Epiſcopo Leodienſi.*

39 *Si quæ tamen Godeſchalco, quia Diaconus ſolum Leodienſis nominatur, deſit auctoritas, eam firmabit ſuſtentabitque* Stephanus, conſanguinitati Caroli Simplicis Regis Francorum affinis *ordinatus* Epiſcopus Leodienſis *circa annum* DCCCCIII, *vita functus anno* DCCCCXX, *& ipſe ſcriptor Vitæ S. Lamberti Epiſcopi Trajectenſis, à Chapeavillo editæ. Ejus Vitæ cap.* 1 S. Lambertus Trajectenſi vico extitit oriundus: *& cap.* 2, Pontifex Theodardus & clariſſimus Chriſti Martyr futurus, vir Sacerdotali reverentia plenus, & coram Divinis conſpectibus Sacerdos beatificandus, in memorato ſuperius vico Epiſcopalem adminiſtrabat dignitatem. Huic memorabilis adoleſcens Lambertus, nobilitate cluentiſſimus, forma corporis elegantiſſimus, commendatur in aula regia educandus. *Godeſchalcus ſupra Trajectum vocarat* Urbem, *quam Stephanus* Vicum *nominat, quia pars ejus Tranſmoſana proprio nomine* Wyk, *quod hodieque retinet, appellabatur. At cap* 3. Poſtquam vero ab impiis interfectus, palmam beatitudinis Sanctus percepit Theodardus, fidelis Trajectenſium caterva, pio Paſtore viduata, cœpit vehementer perquirere alium ſimilem ſanctitate, quem in ejus loco poſſet ſubrogare. Diu quæſitis ſcrutatiſque omnibus diligenter, ſanctior nemo inventus eſt Lamberto. Hunc itaque ditatum honoribus ſanctimoniæ, illuſtratum commerciis parſimoniæ, Spiritus ſancti præeunte clementia, plebs Trajectenſium pariter congregata, Epiſcopum fieri elegit, & in loco Magiſtri ſuccedere acclamavit. Regalis quoque Celſitudo, ac Palatinorum Procerum mulitudo, ejus opinione cognita, illum in Solio Pontificali conſtituerunt ſublimari. *At S. Lamberto onus illud detrectante*, Trajectenſium caterva, *ac dein* omnes ſimul dixerunt: Lambertus civis noſter, operum plenitudine celeber, oportet ut fiat Epiſcopus noſter. Sic voluntas C eſt Dei, ſic Principes ſtatuunt regni. Illum omnis eligit Clerus, univerſus acclamat populus: Non nos, Lamberte, diutius protrahas; ſed pro certo ſcias, quia, velis nolis, noſter Epiſcopus eris, & Trajectenſium Paſtor vocaberis. ..... Ita Dei dextera exaltatus, & Epiſcoporum benedictione conſecratus, in Trajectenſis Eccleſiæ faſcibus venerabilis Lambertus Pontifex eſt inſtitutus. *At cap.*4, longe lateque ejus ſanctitatis diffuſa opinione, pervenit ad notitiam Regis Childerici, qui eo tempore inter Francigenas ſceptrum obtinebat regni, quod Lambertus Eccleſiæ Trajectenſis Paſtor, in famulatu ſummi Creatoris ſupereminens haberetur mortalibus cunctis. *Ac nonnullis interpoſitis*, Lambertus, Sacerdos Chriſti inclitus, debiti honoris privatur dignitatibus, ac de Pontificali Cathedrâ vir celebris ejicitur: & Suggeſtum Trajectenſis Eccleſiæ latro Pharamundus invaſit inepte. *Verum, ut cap.*7 *dicitur*, infelix invaſor Eccleſiæ Trajectenſis, Pharamundus videlicet, filius iniquitatis, falſo nuncupatus Paſtor ovium, appellandus merito Angelus tenebrarum, ſuis exigentibus culpis, plurimorum criminatus convitiis, expulſus eſt à Pontificali Cathedra, & ab eadem ejectus provincia, *id eſt, diœceſi. Dein cap.* 8 Venientes illi, qui à Rege fuerant miſſi, Lambertum Sacerdotem hujuſcemodi verbis ſunt allocuti: Te, Pater, Rex obſecrat, omniſque populus flagitat, ut à monaſterio exeas; gregem, quem non ſponte dereliquiſti, recipias; & opus Domini, ut inchoaſti, perficias. ..... Hinc ergo beatiſſimus Confeſſor Lambertus, felix commercium aggreſſus, ad propriam Sedem eſt reverſus. Sic exul ſacratiſſimus, ac inenarrabili patientia pleniſſimus, Gregem ſuum recepit, magnifice protexit, & indefeſſe cuſtodivit. ..... Ita miles emeritus, vir præmaxima tribulatione purgatus, ovium ſuarum vocibus attollitur, & in Cathedra Trajectenſium decenter relocatur. *Hæc Stephanus Epiſcopus Leodienſis, à quo agnoſcitur* Trajecti Pontificalis Cathedra, Solium Pontificale, & propria Sedes S. Lamberti, Trajecti Epiſcopalis dignitas, Plebs Trajectenſis Epiſcopum eligit. *Ipſe* Pontifex Eccleſiæ Trajectenſis, Paſtor Trajectenſium, & Noſter Epiſcopus *à civibus compellatur*, relocatur in Cathedra Trajectenſium. *Vocatur & Pharamundus, invaſor* Eccleſiæ Trajectenſis, *ejuſque Cathedra*, Suggeſtum Eccleſiæ Trajectenſis.

*Renero Monacho Leodienſi* D E

40 *Tertiam Vitam S. Lamberti ſcripſit Renerus, ad S. Laurentium Leodii Monachus, à Chapeavillo ſimiliter editam. In hac cap.*2 Landoaldus à Martino Papa Romanorum, S. Amando Trajectenſium Epiſcopo, ad auxilium exercendæ pietatis deputatur .... Remaclus Cathedram Trajectenſium Eccleſiæ ſuſcepit: *& cap.*4 S. Theodardo Trajectenſium Epiſcopo ſubſtituto, commendatur etiam huic Lambertus à ſuo patre: *ac relato martyrio S. Theodardi, additur cap.* 7: Qui Trajectenſium Eccleſiæ ſubſtitui deberet Epiſcopus, multum deliberabatur in Eccleſia Dei. ..... Jamque paullatim ſermo de palatio ad Eccleſiam, ab Eccleſia ad populi frequentiam diſcurrebat, nullum Lamberto meliorem eſſe, ac per hoc, nullum Epiſcopatu Trajectenſium eſſe digniorem. *Ac multis interpoſitis, cap.* 10, Fertur Colonienſis Epiſcopus ..... Clericum Eccleſiæ ſuæ Pharamundum ad Epiſcopatum Trajectenſem contra jus & fas paſſus promoveri. *Verum* evoluto ſeptennio, *ut cap.* 13 *dicitur*, Trajectenſis mercenarius Pharamundus, tandem juſta Cleri & populi abdicatus ſententia, non tantum ab Eccleſia Trajectenſi, ſed etiam à tota Provincia expellitur. Illico omnium ad cælum tollitur oratio, omnium ad Principem Pipinum legatio dirigitur, ne amplius Trajectenſes pii Patris Lamberti careant ſolatio. Placet juſta petitio Principi, & edicit Paſtorem ovibus ſuis reſtitui. Ita F miles emeritus, permaxima tribulatione purgatus, omnium ſuorum vocibus attollitur, & in Cathedra Trajectenſium decenter relocatur. *Hæc Renerus, apud quem hæ voces eminent*: Cathedra Eccleſiæ Trajectenſis, Cathedra Trajectenſium, Epiſcopatus Trajectenſis; & SS. Amandus, Remaclus, Theodardus, Lambertus, Epiſcopi Trajectenſium.

*Anſelmo Canonico Leodienſi.*

41 *Renero antiquior eſt Anſelmus ante memoratus, Canonicus Leodienſis, qui ſuam à S. Theodardo hiſtoriam exorditur; & hæc cap.*2 *tradit*: Beatus igitur Theodardus, ſub B. Remaclo eccleſiaſticis diſciplinis informatus, Magiſtro Pontificatus honorem, arctioris vitæ deſiderio, ſponte declinanti, in Sede Trajectenſi XXVIII ſuccedit: *& cap.*5, Huic ſucceſſit ſemper memorandus venerabilis noſter Patronus Lambertus ..... *cujus narrata origine* ex nobiliſſima Trajactenſium ſtirpe, *atque* à Sede Cathedrali expulſione, *vitaque Stabulai acta, hæc refert cap.* 8. Non multo poſt devotio filiorum Eccleſiæ Trajectenſis, commiſſi Paſtoris damnum ſerio reminiſcitur; tandemque detrectans impiiſſimi jugum ſupplantatoris, qui per ſeptem jam annos oves Dominicas indigniſſime tractaverat, venerabilem virum Lambertum vehe-

A vehementiſſime reluctantem, maximo conamine de monaſterio extractum, ad Sedem Epiſcopii reducunt; exceptumque egregio, hinc Deo ſervientium, hinc pauperum Chriſti triumpho, rurſus in Cathedra Pontificali ſublimant. *Denique cap.* 21, ſucceſſit S. Lamberto venerabilis Pater Hubertus in ordine Epiſcopali xxx..... Hic cum oſſibus B. Lamberti Leodium tranſtulit Sedem Epiſcopii, quæ eatenus habebatur Trajecti. *Huc ille. En* Eccleſia Trajectenſis, Sedes Trajectenſis, Cathedra Pontificalis, Sedes Cathedralis, Sedes Epiſcopii eatenus Trajecti. *Quid clarius dici poteſt? Ægidius à Leodio, in additionibus ad Anſelmum, ſimilia habet; è quibus pauca excerpo.* Cap. 2 B. Theodardus in Sede Trajectenſi ſucceſſit: huic *cap.* 5 venerabilis Patronus Lambertus, *quem cap.* 8 filii Eccleſiæ Trajectenſis ad Epiſcopii Sedem reducunt: *& cap.* 21 venerandus Præſul Hubertus à Clero & populo Trajectenſi honorifice ſuſcipitur, & in Cathedra Pontificali inthronizatur. Ipſe eſt, *inquit cap.* 27, qui ab oppido Trajectenſi tranſvexit Leodium Sedem Epiſcopii. *Hactenus hi quinque Auctores. En iterum, ut jam diximus*, Urbs Epiſcopalis Sedis, Urbs propria, Sedes propria, Cathedra, Solium, Epiſcopium, Pontificium, Provincia, Eccleſia, dignitas Epiſcopalis, *urbi Trajecto attributa; & Epiſcopi a Clero civibuſque Trajectenſibus electi, illique* Epiſcopi Paſtoreſque Trajectenſes *appellati: ac denique ſententia noſtra comprobata teſtimonio eorum, qui Epiſcoporum Trajectenſium temporibus propinquiores fuere, aut cum illis vixerunt, dignitate, doctrina & ſanctitate, in illa antiquitate, illuſtres: ſcilicet tres Epiſcopi*, S. Gregorius Turonenſis; *& duo Leodienſes*, Stephanus & Notgerus; *tres Abbates*, Baudemundus *Blandinienſis*, Harigerus *Lobienſis*, Philippus *Bonæ-Spei*; Anſelmus *Canonicus Leodienſis*, Godeſchalcus *Diaconus item Leodienſis: Monachi quatuor*, Milo *Elnonenſis*, Sigebertus *Gemblacenſis*, Ægidius *Aureæ-Vallis*, Renerus *Leodienſis: qui omnes fere non fortuito in eam rem inciderunt, ſed horum Epiſcoporum res geſtas ex profeſſo tractarunt.*

*Agidio à Leodio.*

B

## CAPUT VII.

### Teſtimonia Imperatorum de Eccleſiæ Trajectenſis Sede Epiſcopali.

42 C *In Inſtrumentis Imperatorum indicantur Epiſcopi Trajectenſes.*

*Placet his ſubjungere publica Imperatorum inſtrumenta, ut, quis totius orbis ſenſus fuerit ſeculo Chriſti undecimo & decimo tertio, inde evidens manifeſtumque reddatur. Cum nos anno* MDCLXVIII *biduo ſubſiſteremus Trajecti, experti ſumus ſummam Amplißimi Domini Guilielmi Lipſen Decani, Alardi Laurentii van Eyll, aliorumque Canonicorum humanitatem, qui nobis totum archivium exhibuerunt, & quia hæc inſtrumenta optabamus habere, curarunt accurate deſcribi, atque à publico Notario ſubſignari. Imo ex primo Henrici quarti Imperatoris privilegio exhibuerunt initium deſcriptum ſuis antiquis litteris, una cum fragmine ſigilli, & monogrammate nominis, prout ea accurate ſculpta lector reperiet in Propylæo antiquario ante Tomum ſecundum Aprilis, in eadem charta cum Privilegio Dagoberti I Regis Francorum, poſt paginam* XII *primo loco. Ipſum autem Henricianum Privilegium eſt hujuſmodi.*

*Ab Henrico Quarto*

43 In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis, & victorioſiſſimæ Crucis, & ſanctæ Dei Genitricis Mariæ. Henricus, Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ filiis, tam poſteris quam præſentibus, gratiam Dei perpetuamque pacem. Quoniam Regibus & Imperatoribus, à Deo in pacem Eccleſiarum conſtitutis, ſolicitudo eſſe debet, ſibi commiſſis prudenter & ſtrenuè providere Eccleſiis; neceſſarium duximus, ut, ſicut in ſtatu honoris ſui & integritate libertatis adhuc poſitæ, ſunt conſervandæ; ita dominatione iniquâ oppreſſæ, in pauperiem redactæ, libertatis honore deſtitutæ, ſint reformandæ. Talis ergo & tantæ ſolicitudinis ſtudio benignitas noſtra Eccleſiam B. Servatii in Trajecto reſpiciens, iniquæ & gravi ejus ſervituti condoluit, nec paſſa eſt ulterius eam debita libertate deſtitui. Pia namque Conteſtalis noſtræ & Conjugis Bertæ petitione, & Principum Regni noſtri judicio, iniquæ dominationis jugum, & omne jus beneficialis ſervitii prædictæ Eccleſiæ remiſimus, nullique eam ulterius ſervituram, niſi Romanis Regibus vel Imperatoribus, & reſpectu libertatis perpetuæ ad Sanctum Petrum & Romanam Sedem, quo jure Regalia omnia reſpiciunt, amplius habituram, Imperiali Auctoritate & Banno confirmavimus: Dominium vero Præpoſituræ ejuſdem Eccleſiæ nulli conceſſimus recipiendum, niſi ei, quem Regia vel Imperatoria manus in Curia & Capella ſua Cancellarium ſuum ordinaverit: Advocatiam quoque altaris prædicti Sancti, omnibus, niſi ſolis Imperatoribus & Regibus & Prælatis, dono eorum Eccleſiæ præſidentibus, tenendam Imperiali Auctoritate & Banno contradiximus. Hanc igitur libertatis confirmationem, quondam à Domino Karolo Imperatore factam, & multorum Epiſcoporum tunc præſentium Anathemate firmatam, nos quoque ob meritum Sancti & Venerabilis Servatii, & dignitatem Cleri & familiæ, quæ fere omnis ex ingenua parentum propagine libera traditionis conditione ad proprietatem Eccleſiæ proceſſit, quaſi neglectam & violentia quadam deſtructam, conditione prædicta renovavimus.

*reditus libertas Eccleſiæ S. Servatii.*

44 Sit ergo Præpoſitura iſta, cum altaris ſui Advocatia, ſoli Regali vel Imperiali libertati adſtricta, ab omni proprietate alterius Eccleſiæ aliena. Et hoc merito: quoniam ipſa quondam viginti Epiſcoporum Sedes ſimul extitit, & Regalis & Imperialis Curia: Ducibus quoque & Comitibus & ceteris perſonis numquam beneficium fiat, ſed perpetuo exiſtens libera, Regali tantum vel Imperiali Aulæ deſerviat. Hujus autem libertatis conſilio aut opere violatores, ab Epiſcopis tunc præſentibus excommunicatos, reos Majeſtatis noſtræ, & Apoſtolica feriendos ſententia, Regum & Imperatorum perſequendos gladio, quaſi hoſtes Imperii pronuntiavimus. Acta ſunt hæc Aquiſgrani Palatio, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo octuageſimo ſeptimo, Indictione decima, Regnante Henrico Imperatore, Conrado filio ipſius Duce, anno Regni ejus triceſimo ſecundo, Imperii quarto; Henrico Epiſcopo Leodienſi, Godeſchalco Trajectenſi Præpoſito, Dudekino Decano. Hi affuerunt teſtes, Sigewinus Colonienſis Archiepiſcopus, Limarus Bremenſis Archiepiſcopus, Conradus Trajectenſis Epiſcopus, Erpo Minmengardefurdenſis Epiſcopus, Theodoricus Werdunenſis Epiſcopus, Burchardus Lauſanenſis Epiſcopus, Folmarus Mindunenſis Epiſcopus, Henricus Paderbrunenſis Epiſcopus, Heinricus Leodienſis Epiſcopus. Hi prædictæ libertatis violatores excommunicaverunt. Hi quoque Regni Principes affuerunt teſtes, Dux Saxoniæ, Magnus Dux Lotharíorum, Conradus Marchio, Godefridus Adelbertus Comes, Henricus Frater ejus, Cono Comes, Arnoldus Comes, Henricus Comes de Lacho, Godefridus de Kercklo Comes, item G. filius ejus cum multis aliis. *Sic ſubſcriptum longis & magnis litteris.*


*initio 10 Epiſcoporum qui ibi ſederunt.*

F *anno 1087.*

*atteſtantibus novem Epiſcopis.*

*variis Ducibus & Comitibus.*

A Signum Domini Henrici quarti Regis & Imperatoris. *Et erat ſubimpreſſum magnum Sigillum, ex parte præ vetuſtate confractum.*



*Cujus Privilegii exemplum authenticavit Notarius publicus,*

45 Præſentem Copiam cum originali diplomate Cæſareo diligenter collatam, reperi concordare cum eodem de verbo ad verbum hac 8 Octobris 1668. Chr. van Veeſtraten, Adm. Reverendorum ac Nobilium Dominorum meorum Decani & Capituli præfatæ Eccleſiæ Secretarius & Notarius publicus, per Regiam Majeſtatem Catholicam in Supremo ſuo Ducatus Brabantiæ Concilio admiſſus, Trajecti ad Moſam reſidens.

*& Capitulum B. Maria*

Capitulum Eccleſiæ Beatæ Mariæ in Trajecto Leodienſis diœceſis Univerſis præſentes litteras inſpecturis ſcire veritatem. Noverit Univerſitas veſtra, quod nos Privilegium, ab Illuſtri Domino Romanorum Imperatore Henrico quarto Eccleſiæ Beati Servatii renovatum & confirmatum, non abolitum, non cancellatum, nec in aliqua ſui parte vitiatum vidimus in hæc verba: In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis, Tenor ſequitur. B In cujus rei teſtimonium ad preces Decani & Capituli ejuſdem Eccleſiæ beati Servatii, Sigillum noſtrum præſentibus fecimus apponi: *& hujus atteſtationis exemplum, ſimiliter in forma authentica probatum accepimus, ſubſignante eodem qui ſupra Notario, anno* MDCLXXII *die* XIX *Ianuarii. Verum majoris longe auctoritatis certitudinem prædicto inſtrumento jam olim contulit Fridericus Imperator hujus nominis ſecundus, ipſum innovans hoc, quod ſequitur, diplomate.*


*olim autem Fredericus 2 Imper.*

46 In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Fridericus ſecundus, divina favente clementia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Jeruſalem & Siciliæ Rex. Inter cetera pietatis opera, quæ Imperialis munificentia jugiter operatur, illud magis futurum fore creditur ad ſalutem, quod ſacroſanctis Eccleſiis, in quibus Chriſti ſervitium militat indefeſſe, de affluenti miſericordia elargitur. Inde eſt quod Præpoſitus & Capitulum S. Servatii in Trajecto, fideles noſtri, per Joannem Concanonicum eorum, fidelem noſtrum, quoddam Privilegium, indultum eidem Eccleſiæ à quondam Henrico quarto Romanorum Imperatore Auguſto, divæ memoriæ prædeceſſore noſtro, noſtro Culmini præſentarunt; C ſupplicantes nobis attente, ut Privilegium ipſum innovare, & ea quæ continentur in ipſo eidem Eccleſiæ confirmare de noſtra gratia dignaremur, cujus tenor talis eſt. *Dein inſeritur verbotenus ipſum inſtrumentum Henrici Imperatoris jam datum, & additur hæc concluſio.*

Nos autem pia moti conſideratione, quod Eccleſia ipſa à noſtris prædeceſſoribus recordationis inclitæ eſt fundata, volentes eam tamquam noſtram Cameram ſpecialem ſuis bonis & libertatibus regere & fovere; attendentes inſuper fidem puram & devotionem ſinceram, quam Præpoſitus & Capitulum Eccleſiæ memoratæ fideles noſtri erga Majeſtatem noſtram hactenus habuerunt ac inceſſanter habere noſcuntur; Privilegium ipſum de verbo ad verbum tranſcribi juſſimus, & ea quæ continentur eo, præfatæ Eccleſiæ, de benignitatis noſtræ gratia, perpetuo confirmamus. Ut autem hæc tranſcriptio & confirmatio noſtra robur perpetuæ firmitatis obtineat, præſens Privilegium ſcribi & Majeſtatis noſtræ Sigillo juſſimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt, Panormitanus & Capuanus Archiepiſcopi, Ravellenſis Epiſcopus, Thomaſius Comes Acerrarum, Marchio Lance, Riccardus Camerarius,

*Atteſtantibus tribus Epiſcopis, & aliis Comitibus anno 1232*

& alii quam plures: *Sic ſubſcriptum alia littera* D



Signum Domini Friderici ſecundi Dei gratia Invictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Jeruſalem & Siciliæ Regis, *& communi littera ſequebatur*, Acta ſunt hæc anno Domicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo triceſimo ſecundo, menſe Decembri ſextæ Indictionis, Imperante Domino noſtro Friderico ſecundo Dei gratia invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Jeruſalem & Siciliæ Rege, anno Romani Imperii ejus tertiodecimo, Regni Jeruſalem octavo, & Regni Siciliæ triceſimo quinto, feliciter Amen. *Et paulo poſt.* Datum apud Pirinam, anno, menſe & indictione præſcriptis, *& appendebat Sigillum magnum.*

47 *Epiſcopi hic indicati tunc fuerunt, Panormitanus* Berardus, *Capuanus* Jacobus, *Ravellenſis autem in Piceno quo proprio nomine dictus fuerit ignoratur: quæ enim ad eum extat Gregorii Papæ IX Epiſtola, ab Vghello indicata cum nota anni* MCCXXXVII, *pro ſtylo tunc uſitato Curiæ ſolam initialem nominis litteram* N *præfert*, Nicolaum *poſſumus interpretari. Soliciti porro* E *Canonici Trajectenſes pro perpetua hujuſmodi inſtrumentorum conſervatione; & cuique caſui proſpicere cupientes; curaverunt eorumdem authentica exempla, publica fide tranſcribenda, eaque in archivo aſſervant ſub triplici vidimatione (uti appellant) quarum atteſtationum ipſis exemplis ſubjectarum hic eſt tenor.* Cujus reſcripti authenticum ego Decanus & Capitulum B. Mariæ in Aquis-Grani vidimus & diligenter perlegimus, & per omnia idem in authentico quod in reſcripto eſt invenimus, non cancellatum, non abolitum, nec in aliqua parte ſuæ formæ vitiatum. Et quia ipſa Authentica ſine magno periculo per longum iter deferri non poſſunt, Ego Decanus B. Mariæ in Aquiſgrani nec non meum Capitulum, rogati à Capitulo B. Servatii in Trajecto, præſens reſcriptum noſtris ſigillis roboravimus. Actum anno Domini MCCXXXIII in craſtino Matthei. Vidimus & prædicti Authentici Confirmationem, à Sereniſſimo Domino Frederico Romanorum Imperatore, Jeruſalem & Siciliæ Rege, ſuper hoc conceſſam. *Eadem deinde formula & iiſdem plane verbis utuntur* Cantor & Capitulum B. Adelberti in Aquiſgrani. *Nec non ſimiliter omnino ſubſignavit* F. Dei gratia Abbas Indenſis cum ſuo Conventu, *dicti vulgo monaſterii* S. Cornelii ad Indam, *cui nomen fuiſſe* Florentii, *habetur ex Abbatum Indenſium Catalogo apud Gabrielem Bucelinum. Ex iſtis diſcimus, præcipuum finem, ob quem exempla talia reſcribebantur fuiſſe, ut ad externa tribunalia & quocumque exigeret uſus tranſlata, eſſent vice originalium, cautius cuſtodiendorum in archivo, neque viarum periculis exponendorum. Imperio denique poſt varia ſchiſmata ad Rudolphum Habſpurgium devoluto; iterum curaverunt Trajectenſes priora illa Privilegia confirmanda, quod ſub hoc tenore factum.* F

*transcripto autem facientibus fidem Capitulis Aquiſgranenſibus anno 1233*

48 Rudolphus, Dei Gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis ſacri Imperii Romani fidelibus in perpetuum. Dum loca divino cultui dedicata benigno favore proſequimur, & eorum intendimus commodis ac honoribus ampliandis, & temporalis vitæ remedia nobis profutura confidimus & æternæ. Sane dilectorum Capellanorum noſtrorum Venerabilium, Decani & Capituli Eccleſiæ ac Imperialis Capellæ ſancti Servatii Trajectenſis nobis porrecta petitio continebat, ut Privilegium quoddam, à divæ memoriæ quondam Henrico quarto, Romanorum Imperatore & prædeceſſore noſtro, eidem indultum Eccleſiæ, ac per claræ recor-

*Rurſus confirmatur utrumq; inſtrumentum.*

recordationis Frederieum ſecundum Romanorum Imperatorem ipſi Eccleſiæ confirmatum, innovare ac etiam confirmare de noſtræ benevolentiæ gratia dignaremur, cujus utique privilegii, prout liquet inferius is eſt tenor.

*Hic inſertum erat inſtrumentum Frederici II, & Henrici Imperatorum.*

Nos igitur pia conſideratione penſantes, quod prænotata Eccleſia Servatii Trajectenſis ab inclitæ recordationis Imperatoribus Romanis & Regibus noſtris prædeceſſoribus, eſt fundata magnifice, ac munifice prædotata; ſincerum quoque fidei zelum & puræ devotionis affectum, quem Eccleſiæ præ-
*à Rudolpho Imperatore anno 1282.* taxatæ Collegium ad nos & Romanum Imperium gerere noſcitur, gratioſius intuentes; privilegium memoratum, & univerſa & ſingula quæ in ipſo continentur, apertius, prout lucide ſunt expreſſa ſuperius, ex benignitate Regia & ex certa ſcientia liberaliter approbamus, innovamus, confirmamus, & hujus ſcripti patrocinio communimus. Nulli itaque liceat hanc paginam noſtræ approbationis, innovationis & confirmationis infringere, vel eidem in aliquo auſu temerario contraire. Quod qui forte facere preſumpſerit, gravem indignationem noſtram ſe noverit incurſurum. Signum Domini Rudolphi, Dei gratia Invictiſſimi Romanorum Regis ſemper Auguſti.

Hujus rei teſtes ſunt venerabiles Maguntinus, & Treverenſis, Archiepiſcopi; Fredericus Spirenſis & Babenbergenſis Epiſcopi; Illuſtris Ludewicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ; Eberhardus de Catzenellenbogen, Eberhardus de Marca, Joannes Hannoniæ, Joannes de Spanhem, Adolphus de Naſſowe, Comites; & alii quam plures. In quorum omnium teſtimonium & evidentiam pleniorem, præſens ſcriptum exinde conſcribi, & Majeſtatis noſtræ Sigillo juſſimus communiri. Datum Oppinhem quinto Idus Aprilis, Indictione decima, anno Dominicæ incarnationis milleſimo ducenteſimo octogeſimo ſecundo, Regni vero noſtri anno nono: *& appendebat originalibus litteris magnum Sigillum.*

## CAPUT VIII.

### Expenduntur oppoſita argumenta.

49 C *Erardus Fullonius, in ſua Digreſſione ad Caput 3 libri 1 Machabæorum, omnium antiquorum auctoritatem exſufflans*; Ego, *inquit*, cum noſtris omnibus Leodienſibus, exacte ea de re loquentibus, contra ſentio. *Quinam illi? Novimus ibidem collegii Rectorem R. P. Laurentium Ludovici, ſed qui ante Duaci ſacræ Theologiæ Profeſſor ſubſcripſit ſententiæ noſtræ. Demus tamen cum Fullonio ſentire omnes; quærere ſaltem ex iis licet, quo id ſtatuerint argumento.* Unius, *inquit*, D. Leonis IX Pontificis Maximi auctoritas pro plurimis foret, qui in publico diplomate, ad annum milleſimum quadrageſimum octavum dato, Divum Remaclum, D. Amandi ſucceſſorem, Divorum Theodardi & Lamberti deceſſorem, diſerte appellat Tungrenſium Epiſcopum & Paſtorem. Non utique decebat Summum Pontificem in ea cauſa neſcire, cujus Sedis Epiſcopus fuiſſet Remaclus, Tungrenſis an Trajectenſis; nec conveniebat Tungrenſem Paſtorem, ſi Trajectenſis fuerat, indigetari in actis publicis, ubi de controverſia agebatur inter cœnobia duo, in Arduennæ ſolo per eum extructa, ſeculis ab eo ævo non totis quatuor. *Hæc Fullonius: prudenter cavens ne publicum illud diploma S. Leonis Papæ IX proferret verbotenus: prolatum enim quilibet alius mox judicaſſet ſuppoſi-*

*Opponitur diploma Leonis Papæ IX.*

*titium eſſe aut ſaltem interpolatum. Extat illud apud Chapeavillum Tomo 2 pagina 574 & ſequenti, poſt Triumphum S. Remacli, cum hac clauſula:* Data III Nonas Septembris, per manus Petri Diachini Bibliothecarii & Cancellarii S. Sedis Apoſtolicæ, anno Domini Leonis IX Papæ 1, Indictione 3 anno Dominicæ Incarnationis 1048. *Hæc ibi. Eumdem annum etiam ſupra habet Fullonius. Verum tunc necdum erat Papa S. Leo IX*, creatus *anno ſequenti* MXLIX in Hypapante Domini, *die ſecunda Februarii*; inthronizatus XII Februarii, Dominica prima Quadrageſimæ, *uti accurate deduximus* XIX *Aprilis, ad varia Acta dicti S. Leonis Papæ IX. Secundus error, quod annus Chriſti prater morem iſtius ævi ſit expreſſus, uti videri poteſt in Diplomatis genuinis ejuſdem Leonis Papæ in Tomis Conciliorum, & apud Vghellum Tomo 1 Italiæ ſacræ in Aſculanis Epiſcopis columna 503, Tomo 3 in Epiſcopis Cluſinis columna 723, & Tomo 7 in Archiepiſcopis Salernitanis columna 532, & aliis. Tertius error eſt* Indictionis, *quia citato anno* 1048 *fuerat* Indictio prima, *non* tertia: *& primus annus Pontificatus S. Leonis convenit in* Indictionem ſecundam. *Quartus error eſt in cognomine* Petri Diachini, *quia cognominum tunc nullus uſus Clericis erat. Diploma ejuſdem Leonis Papæ inter Cluſinos Epiſcopos relatum datum eſt* per manus Petri Diaconi, Bibliothecarii & Cancellarii Sanctæ Apoſtolicæ Sedis: *quo etiam modo iſtic ſcribendum fuiſſet. Porro approbantur in eo omnia* ſecundum dicta Imperatorum Caroli, Lovinci, & Ottonis Imperatorum. *Quis iſte* Lovincus, *omnibus aliis plane incognitus? Videtur ſubſtituendus* Ludovicus. *Hoc autem tam temere conſarcinatum ſcriptum, ubi nec ſtylus, nec annus, nec indictio, neque Pontificatus conveniunt, & alia inſuper multa peccantur, diplomatis publici fidem habere prætendat aliquis, qui vel tantillum verſatus in hiſtoria ſit?*

*dubium proinde eſt an quod ibi dicitur S. Remaclus Tungrenſis Ep. ſincerum ſit;*

50 *Ad rem à Fullonio propoſitam quod attinet, ſic ibi legitur.* Et profecto præterea huic Apoſtolico decreto id vigilanter inſerere, atque Apoſtolica auctoritate roborare curavimus, ut defuncto per ſucceſſionem Abbate, ſecundum quod à jam dictis Regibus nec non & Imperatoribus eſt diffinitum, ex utriſque in unum cœnobiis confluentibus Monachis, habeant ſine ſimulatione, ſine exceptione perſonæ, ſecundum S. Benedicti regulam, Abbatem eligendi liberam optionem: ea tamen præponderante ratione, Malmundarienſium pace: ut quia B. Remaclus utriuſque monaſterii conſtructor, & Tungrenſium antea Epiſcopus & Paſtor, maluit in altero eorum, id eſt Stabulenſium, locum ſepulturæ deligere ſibi, ipſi primam electionis obtineant vicem, ſi apud eos melior meritis & inſtructior litteris inveniatur. Si autem non illic, ſed melior Malmundarii reperiatur; utrique loco præficiendus ab eo potius, quam ab externis aſſumptus intromittatur. *Hæc ibi: quæ utrum vere ſic conſtituta à Romano Pontifice fuerint, Malmundarienſibus expendendum aut controvertendum relinquo; unum noto, quod facit ad rem noſtram, ſcilicet dubitari merito poſſe, an Leonis ævo ſcripta credi omnino debeant verba illa de S. Remaclo*, Tungrenſium autem Epiſcopus & Paſtor. *Egimus 1 Februarii, de fundatione horum monaſteriorum poſt Acta S. Sigeberti Regis, in cujus priore diplomate iſta leguntur*: Ubi Chriſto auſpice, Remaclus venerandus Epiſcopus præeſſe dignoſcitur. *In ſecundo diplomate iſta habentur*: Ubi vir venerabilis Remaclus Epiſcopus Abba, Chriſto auſpice, præeſſe videtur. *In tertio diplomate Childerici Regis, ibidem etiam edito, iſta inſeruntur*: Igitur Domnus & Pater noſter Remaclus, Clementiam regni noſtri petiit pro monaſteriis ſuis, Stabu-

*pro eo tempore quo alios aliter ſcripſiſſe conſtat.*

A lau & Malmundario, quæ bonæ recordationis patruus noſter Sigibertus, quondam Rex, ſuo conſtruxit opere. *Notgerus in Vita S. Remacli memínit conſtructionis horum monaſteriorum auctoritate Sigeberti Regis,* & Remaclum *ſimpliciter* Epiſcopum, *non addito loci nomine, ſcribit.*

51 *Hæc volui indicare, ut uſus iſtius temporis in ſimilibus Scriptionibus appareret. Vel maxime autem is elucet in Triumpho & Miraculis S. Remacli, duobus libris circa annum centeſimum ſupra milleſimum ſcriptis à Monacho Stabulenſi & à Chapeavillo editis, ubi ſæpius mentio fit* S. Remacli, *ejuſque* corpus, patrocinium, ſacerdotium, bonum, jus, *aliaque attributa inaicantur, & ne vel ſemel additur dignitas Epiſcopalis. Huic Triumpho ſubjunctum eſt diploma, adeo ab interpolatore perturbatum, ut merito credi poßint intruſa iſta verba,* & Tungrenſium antea Epiſcopus & Paſtor. *Ea tamen ſive adfuerint ſive abfuerint ab originali (quod aliquando extitiſſe non conſtat, quamdiu non profertur ſincerum exemplar) adfuerint tamen ſive adfuerint, ad ſubſtantiam privilegii petiti conceßique omnino faciunt nihil: quod autem ſimilia parerga, Bullis BrevibuſquePontificiis ſic fortuito inſerta, non ſoleant æſtimari, abunde probatur ab eruditis Canoniſtis & Legiſperitis, imo & Theologis; idque nos ipſi Romæ ex Eminentiſſimis Cardinalibus didicimus.* Tungrorum *quoque nomen potuit uſurpaſſe ſcriptor pro* Trajectenſi, *ſi vere (uti ſcribit Fiſen lib. 5 ſect. 3)* ſeculis aliquot, *poſt Sedem* Trajecto *tranſlatam Leodium* ſubſequentibus, vix aliud Epiſcoporum quam Tungrenſium nomen fuit uſurpatum. Invenio, *inquit ille* qui velint, poſt annos ferme quadringentos quadraginta, obtinuiſſe Henricum II Epiſcopum à Pontifice Auguſtoque, ut Eccleſiæ Tungrenſis nomine deinceps oblitterato, Leodienſis tantum nominaretur; cum ad illud tempus Tungris ſervaretur Sedes, quam inſidere neceſſe illi eſſet, qui Epiſcopio inaugurabatur. In aliud tempus ſcio id alios rejicere. *Hæc Fiſen: quæ ut non omnia probare poſſumus, ita quædam nolumus refutare. Si tamen ex uſu ſeculi decimi de aliquot pragreßis & ſubſequentibus ſeculis formanda conjectura eſt; de illo nemini poſſumus tutius credere, quam* Ottoni primo Imperatori, Leodii ſcribenti, & libertates monaſterii Gemblacenſis, charta conſcripta, Imperiali edicto confirmanti & annuli impreſſione Imperialis authorizanti. Quæ authorizatio facta eſt Leodii XII Kalendas Octobris, anno Dominicæ Incarnationis nongenteſimo quadrageſimo ſexto, Indictione IV, regni Domini Ottonis primi anno undecimo, Cathedram Trajectenſis Eccleſiæ regente Hugone, *uti legitur in Vita S. Guiberti Fundatoris monaſterii Gemblacenſis, ſcripta à Sigeberto Gemblacenſi, edita* XXIII *Maji num.* XIII. *Erat Hugo* XI *Epiſcopus, poſtquam cœperant Epiſcopi habitare Leodii, & tamen (uti vides) adhuc dicebantur* regere Cathedram Eccleſiæ Trajectenſis.

*Accedit quod hoc mere parergon ſit;*

B

C

52 *Demus tamen quod aſſerit Fiſen, S. Huberti ſucceſſores in eccleſia Leodienſi Epiſcopos, ſi non ſemper, ſaltem communius ſeipſos appellaſſe & appellatos ab aliis* Tungrenſes Epiſcopos, *uſque ad Henricum II, qui anno* MCXLVI *aut ſequenti ordinatus dicitur; an contra tantum teſtium antiquorum conſenſum educere hinc volet aliquis, idem valere in anteceſſoribus* Trajecti *reſidentibus? Minime id conſequitur. Tranſlata* Tungros *Sede* Trajectum, *urbem primariam Maſacorum &, extra Tungrorum ditionem poſitam, conveniens fuit à nova Sede novam accipi appellationem: è contra* Trajecto *tranſlati* Leodium *Epiſcopi, ſi nolebant eorum aliqui amplius vocari* Trajectenſes, *quia jam ex Maſacis ſeu Moſegaviæ diſtrictu exierant, congruentius erat eos veteri nomine* Tungrenſes *dici, quam novo* Leodienſes. *Erat namque, teſte Godeſchalco Diacono Leodienſi & ejuſdem quo Sedes tranſlata fuit ſeculi auctore,* Leodium villa non magni nominis;

*uti etiã quod tranſlata Leodium Sede,*

*alii reſumpto veteri titulo maluerint dici Tungrenſes*

D *& quod indicat Fiſen,* prædium Eccleſiæ Tungrenſis. *Hinc ergo nomen tranſlato Epiſcopatui imponere quia minus honorificum videbatur; placuit aliquibus à vicinâ urbe ejuſdem tractus, eaque perantiqua, ipſum repetere.* Trajecti, *urbe regia, principe illius Moſegaviani diſtrictus, qui ſederant Antiſtites, non erat cur à loco, velut ignobili, accepta appellationis pœniteret. Oſtendimus ſupra à Stephano I Epiſcopo* SS. Theodardum & Lambertum *appellari* Epiſcopos Trajectenſes, *ac* Solium *ſeu* Cathedram Pontificalem, & Sedem Epiſcopalem, *attribui* urbi Trajecto. *Idem tamen Stephanus, ante Vitam S. Lamberti apud Chapeavillum, ita Epiſtolam dedicatoriam exordiur:* Domino Patri Hermanno Archipræſuli, Stephanus humilis Tungrorum Epiſcopus. *En nomen* Tungrorum *pro Leodienſi reſumptum ab eo, qui Trajectenſibus idem minimè tribuerat. Ex diplomate Caroli Simplicis apud Miræum, in Notitia Eccleſiarum Belgii, cap.* 49, *iſta de eodem Stephano habentur:* Carolus Divinâ propitiante clementiâ Rex Francorum. Dudo Virdunenſium Epiſcopus, Raginerus Marchio ſtrenuus, pariter etiam Robertus noſtræ Serenitatis executor fideliſſimus, noſtram adierunt Excellentiam, poſcentes, ut interventu Stephani Tungrorum Epiſcopi, noſtræ conſanguinitati affinis dilectiſſimi, partibus ſanctæ Dei genitricis Mariæ, almique Martyris Lamberti, traderemus foreſtem, quæ olim pertinuerat ad Teſtis-villam, quam dato fiſco Zuendipolchus retinuerat ad manum regiam, quamque conſtat in pago Luvienſi, atque in Comitatu Sichardi ſitam. . . . . Datum VIII Kalendas Septembris, Indictione III, anno XXIII regnante Carolo Rege Glorioſiſſimo, redintegrante XVIII: *Ita ibi ſecundum verba, ut fieri ſolet, in libello ſupplici per ipſum Stephanum aut juxta ejus voluntatem poſita, anno Chriſti* DCCCCXV.

*potius quã Leodienſes:*

53 *At Franco Epiſcopus, deceſſor Stephani, utrumque titulum urbemque conjunxit,* Tungros ac Leodium, Tungrenſem vel Leodienſem Eccleſiam, *uti in diplomate Caroli Craſſi anno* DCCCLXXXIV *legitur apud Chapeavillum pag.* 161. *Eum titulum alibi etiam uſurpaſſe videtur Notgerus, qui, in diplomatis Imperatorum Ottonis* III *& S. Henrici, appellatur* Tungrenſium vel Leodienſium Epiſcopus *apud eumdem Chapeavillum pag.* 212 *&* 215. *Alioquin & in ipſis Conciliis* Epiſcopi Leodienſes *ejus ævi,* Tungrenſes *ſe in ſubſcriptionibus appellarunt. Ita in Tullenſi apud Tuſiacum anno* DCCCLX Franco, Epiſcopus Tungrenſis; *in Engelenheimenſi anno* DCCCCXLVIII, Farabertus, Tungrenſis Epiſcopus *ſignant. Litteras donationis Andainenſi monaſterio factæ recitat Ioannes Roberti pag.* 430, *in quibus cavetur, poſtulante* Walcando *Epiſcopo,* ut Epiſcopatus Tungrenſis Sedis in nullo minorari videatur. *Sed & Zacharias Papa Epiſtola* VI *circa annum* DCCLI *ſcripſit* Fulcario Epiſcopo Tungrenſi, *aliiſque Galliæ & Germaniæ Epiſcopis: & Epiſtola* XIV, anno Conſtantini Imperatoris XXXII, *Chriſti* DCCLI, *Moguntinæ Sedi in Metropolim erectæ* Tungros *etiam ſubjicit. Sed quam olim S. Martinus Papa ſcripſit ad* S. Amandum *Epiſtolam, ea inſcripta eſt* Epiſcopo Trajectenſi. *Denique tabulæ Martyrologii Romani* III *Novembris referunt* S. Hubertum Epiſcopum Tungrenſem, *qui, cum moreretur,* Leodienſis *erat. At* XVII *Septembris,* Apud Leodium B. Lamberti Epiſcopi Trajectenſis *conſignatur Martyrium. De* S. Amando, Trajectenſi Epiſcopo *nominato in ejuſdem Martyrologii tabulis, ſupra egimus. Vides quod Fiſen monuit, poſt Sedem Trajecto tranſlatam Leodium,* aliquot ſeculis ſequentibus, vix aliud nomen Epiſcoporum fuiſſe uſurpatum, quam Tungrenſium? *ſed adde, aut* Trajectenſium. *Verum nemo hinc confecerit, ſi ſe Epiſcopi illi, qui in diſtrictu Tungrorum fixerant Sedem,* Tungrorum Epiſcopos *nuncuparunt; ideo eos quoque,*

*aut conjunctim Tungrenſes vel Leodienſes*

E

F

A *quoque, qui antea* Trajecti *in Mafacorum ditione, extra Tungrorum limites. Epiſcopii Cathedram habuerant,* Tungrorum Epiſcopos *dici debuiſſe; etſi eorum ſacra juriſdictioni Tungri, ut alii remotiores, ſubditi eſſent. Si nunc Quintinopolim (quæ eſt in Auguſta Veromanduorum ruinis, vel non longe abeſt) Noviomo Sedes denuo transferatur, & dicantur, qui eam obtinebunt,* Veromanduorum Antiſtites; *an ideo* SS. Medardus, Aicharius, Eligius, Mommolenus, *Noviomenſes non fuerint?*

54 *Vocarint ſe igitur, qui Leodii initio ſederunt,* Tungrorum Epiſcopos, *vel quia nolebant à* viculo *nomen accipere, vel potius affectatione antiquitatis; non ideo qui Trajecti ſederunt,* Trajectenſes Epiſcopi *non erunt, ut ſe ipſi, & coætanei ſcriptores, atque etiam Leodienſes Epiſcopi, qui Tungrenſes dici ipſimet malebant, appellarunt. Quid quod, nec illi qui per* CCC *primos annos Leodii ſederunt, paſſim & ſemper* Tungrenſes *ſunt vocati? Fulcuinus Abbas Lobienſis, vir doctiſſimus, qui obiit anno* DCCCCXC, *Harigeri deceſſor, in ſui monaſterii Chronico plerumque* Leodienſes *nuncupat, raro* Tungrenſes ſeu Leodienſes, *numquam (quod meminerim) ſolum* Tungrenſes. *Idem inter alia ita ſcribit:* Contigit eo tempore Leodienſem Cathedram vacare, Faraberto decedente. *Eccleſia, opinor, qua vacabat, fuerat* Farabertus *Epiſcopus; atqui vacabat* Eccleſia Leodienſis; *ergo fuerat Leodienſis Eccleſia Epiſcopus, & non* Tungrenſis, *niſi in quantum ſciolii vetuſti umbra nominis arridebat.* B *Obiit autem* Farabertus, *anno* DCCCCLIII, *annis* XXXIII *poſt Stephanum. Idem Fulcuinus* Eccleſiam Leodienſem *appellat,* matricem primæ Sedis Eccleſiam. *Non ergo* Tungris *(quod paulo ante Fiſen tradidit)* permanebat Sedes, quam inſidere neceſſe illi eſſet, qui Epiſcopus inaugurabatur. *Renerus quoque Monachus Leodienſis, qui ſeculo Chriſti duodecimo vixit, in Vitâ B. Wolbodonis ad diem* XXI *Aprilis excuſa num.* 1, *ita ſcribit:* Glorioſus itaque Imperator (*S. Henricus*) qui gloriam Chriſti quæreret, tractabat quem daret Leodienſibus Paſtorem. *Et paulo ante:* Directa eſt ad Imperatorem legatio Eccleſiæ Leodienſis, alium ſibi Paſtorem ſubſtitui per litteras viroſque induſtrios expetentis. *Neque* Eccleſiæ Tungrenſis *ea fuiſſe legatio dicitur, nec* Tungrenſibus *Paſtorem expetiiſſe. Idem deinde Durandum ſcribit ab eodem Imperatore* Cathedra ſublimatum Leodienſi.

55 *Fullonius in Vindiciis à ſimili argumentabatur:* Si aliquis evincere velit, Pontificum Maximorum Sedem Roma Avenionem emigraſſe, quia Pontifices emigrarunt, non ſatis apte loqueretur. *Hoc ego, cum Vindiciis illis aliqua reponerem ad Vitam S. Amandi, tam futile, quod revera eſt, judicavi, ut ne quidem operæ pretium mihi viſum fuerit ejus in reſponſo vel meminiſſe. Rurſus igitur idem objicit, & addit, Cameracenſes Epiſcopos ſubinde habitaſſe Valencenis, & Genevenſes etiamnum habitare Aneſiaci. Poſſumus, ſi lubet, exempla ejuſmodi plurima adjicere. Sed cui bono? cum ubique ſint obvia, & nec ipſi quidem pueri ignorent Leodienſem Epiſcopum eumdemque Archiepiſcopum Colonienſem, nec Leodii nec Colonia, ſed Bonna ut plurimum commorari. An iſtis exemplis conficere vult quiſquam, numquam accidiſſe, ut quod nec Romani Pontifices fecerunt, nec alii qui nominantur ac plures poſſent nominari, id omnino nulli Epiſcopi fecerint, ut cum habitatione etiam Sedem transferrent, deſinerentque ejus quem dimiſerant loci nominari Epiſcopi, ſicuti à* S. Servatio *aut ejus ſaltē ſucceſſoribus factum, probavimus documentis authenticis & ſolidis argumentis? Rem de Pontificibus Romanis Avenione habitantibus expono. Clemens V, ex Archiepiſcopo Burdegalenſi anno* MCCCV *Papa creatus, cœpit Avenione habitare, quod & quinque alii Pontifices fecere, quoad tandem Gregorius XI anno* MCCCLXXVI *Romam eſt reverſus. Interea tamen temporis proprii erant Avenionenſes Epiſcopi, qui ſuam Sedem ſeu Cathedram Pontificalem Avenione obtinebant, ejus diœceſis ſeu provinciæ legitimi conſtituti Epiſcopi. Ita apud Sammarthanos Bertrando Aymini ſubſtitutus eſt anno* MCCCX *Iacobus de Oſſa: quo Lugduni anno* MCCCXVI *Papa creato, & Ioanne* XXI, *vulgo* XXII, *dicto, ordinatus eſt Epiſcopus Avenionenſis Iacobus de Via: cui anno ſequenti mortuo, ſuffectus eſt frater ejus Arnaldus de Via, vita functus anno* MCCCXXXVI. *Eodem adhuc anno Ioannes de Cojordano alias Mirapiſcenſis renuntiatus, deceſſit anno* MCCCXLVIII. *Cum autem aliquamdiu Epiſcopatus opera Vicariorum fuiſſet adminiſtratus, anno* MCCCLXIII *ad Avenionenſem Epiſcopatum aſſumptus Anglicus Grimoardus, vixit uſque ad annum* MCCCLXXXVIII. *Sed eo ad Cardinalatum promoto, Adminiſtrator Eccleſiæ Avenionenſis fuit Philippus Patriarcha Hieroſolymitanus: poſt quem Sedem Epiſcopalem rexit Petrus Geraldi, ac dein Fayditus de Agrifolio, cujus tempore Gregorius XI Romam reverſus eſt.*

*alii denique ſimpliciter ſe nominarint Epiſcopos Leodienſes.*

*proprios ſuos Epiſcopos interim retinente.*

56 *His poſitis hac ſimilive argumentatione controverſia hac concludi poſſet.* S. Lamberto *Patrono Leodienſi aliiſque Epiſcopis ſupra memoratis,* Sedem, Cathedram, Epiſcopium urbis Trajectenſis *attribuerunt, neque ullius alterius civitatis, ſucceſſores illorum Epiſcopi Leodienſes & quotquot Vitas geſtaque illorum per quadringentos annos ſcripſerunt. Sed Clementi V aliiſque Pontificibus, qui Avenione habitarunt,* Sedem, Cathedram, Epiſcopatum urbis Avenionenſis, *eumque ſolum, nec unicus quidem attribuit ex omnibus illorum ſucceſſoribus Pontificibus Romanis, uti neque ullus, qui geſta illorum ex profeſſo hactenus ſcripſit: ergo inter utroſque nulla eſt ratio paritatis. Quam tamen ſi velint ſuſtinere mordicus omnes iſti Leodienſes, quos ſecum contra nos ſentire affirmavit Fullonius; forſan cum hoc etiam ſunt negaturi, ex omnibus allatis auctoribus* ullum duci poſſe argmentum. *Si faciant, cur non eadem ratione qua contra nos procedunt illi, poſſet contra ipſos procedere alius, allegata hiſtoria juſſu Childebrandi ſcripta & Fredegario annexa, in qua cap.* 105 *iſta leguntur:* Ægrotante Pipino Jobii-villa ſuper Moſam fluvium, cum ad eum viſitandum Grimoaldus veniſſet; cum ad orationem in baſilica S. Landberti Martyris proceſſiſſet, à crudeliſſimo viro & impio, Rantgario nomine, interfectus eſt? *Hic ſolum* Martyr *appellatur* S. Lambertus, *uti etiam in diplomate Caroli Simplicis Regis ſupra num.* 47. *Numquam vero* Epiſcopus *fuiſſe probabitur, quamdiu negabitur ex ſupra relatis auctoribus* ullum duci poſſe argumentum. *Quod ſi non obſtante unius alteriuſve ſilentio volunt* S. Lambertum *Epiſcopum credi; relinquatur ei quam tota antiquitas nominat Sedes una Epiſcopalis Trajectenſis, & cum illo aliis Epiſcopis iſtius Cathedræ: neque pro* Cathedra *ſubſtituatur,* domicilium, habitatio, *aut ſimilia nomina nuper excogitata.*

*ubi nulla eſt ratio paritatis, ad negandum, quod Epiſcopatus vere fuerit Trajectum tranſlatus.*

## CAPUT IX.

### Eccleſia Cathedralis Trajecti quæ fuerit ante S. Monulphum?

57 *Controverſiæ quædam tenus dirimenda*

S *Atis exiſtimo, vindicavimus* civitatem Trajectenſem, *ut citra controverſiam credi poſſit ac debeat* Epiſcopalis *fuiſſe. Reſtat ut diſpiciamus, num etiam definiri poſſit, quanam ibidem eccleſia Cathedram excepe rit prima, à* S. Agricolao *proximiſque ſucceſſoribus ejus tenendam, uſque dum* S. Monulphus dignam ædificavit fabricam in honorem Antiſtitis glorioſi Servatii, *ut loquitur Gregorius Turonenſis;* Sedemque Pontificalem illic deinceps eſſe conſtituit, *uti ſcribit Harigerus. Siquidem inter ipſoſmet Trajectenſes hac de re non convenit, ideoque in Diatriba lib.* 3 *cap.* 9 *agens de* eccleſia S. Mariæ, *dixi,* nobis adhuc non conſtare, fuerit-ne ea ab initio Cathedralis. *Neque nunc decidere id*

A *omnino volo : ſed intendo ſolum proponere rationes aliquas, ipſis Trajectenſibus ulterius expendendas, & ab iis qui hæc tractarunt non ſatis animadverſas, quæ nos in prædicta eccleſiæ favorem inclinant. Rem paulo altius ordiri placet.*

58 *Notus eſt Romanorum labor in ducendis militaribus viis, quarum etiam in Germania hac inferiori plures fuerunt, omnes Bavacum confluentes; ad citum expeditumque copiarum quaquaverſum mittendarum commeatum. Earum una etiam hodie quadamtenus ſupereſt, quæ Tungros indeque trans Moſam ducebat. Capita autem illius viæ cis ultraque fluvium, ſeu ponte ſeu navigio tranſmittendum, non pertinebant (ut infra oſtendam) ad eum locum ubi nunc pons eſt, ſed ſupra veterem amnis trajectum cernebantur, ſupraque ipſam urbem, quæ ab eodem trajectu habebat nomen, via illa militari antiquius.* Commeantium *enim* frequentia factum *ait Bartholomæus Fiſen, Hiſtoriæ Leodienſis lib. 1 num. 42, idque res ipſa loquitur,* ut coli cœperit & ædificiis augeri Trajectus iſte; cui Druſus fortaſſe munitiones addiderat, *quandoquidem, teſte Floro lib. 4 cap. 12,* in tutelam provinciarum præſidia atque cuſtodias ubique diſpoſuit, per Moſam flumen, per Albim, per Viſurgim. *Hæc ſi prima urbis ejus, quæ nunc perampla eſt, initia quis dixerit, rem meo judicio veroſimillimam dixerit. Muros autem ejus*

B *non longum à ripa ſpatium occupaſſe eo libentius credo, quod omnino exiſtimem extra mœnia fuiſſe locum ubi* juxta ipſum aggerem publicum ſepultus à fidelibus S. Servatius *fuit, omnium conſenſu proximus ei area, in qua nunc Servatiana Baſilica conſiſtit. Etenim Romanis in uſu, imo lege fuit, efferre mortuos extra cinctus murorum: idque etiam Chriſtiani fere tenuerunt, quamdiu ſub Romanis fuere, ut cœmeteria extra urbes haberent, intra autem minime. Eâdem quoque occaſione, tum etiam ut ſacris ſuis cum minori Ethnicorum offendiculo vacarent liberius, factum eſt primis Chriſtianiſmi temporibus, ut quatenus perſecutiones ſinebant ſua oratoria ibidem haberent: quale iſtic quondam à S. Materno conſecratum fuiſſe Trajectenſium fert communis opinio, quam optarem videre confirmatam antiquiori ac fideliori teſte, quam ſit iucundus, ſequacem poſt ſe trahens Ægidium.*

59 *Vt ut eſt, Conſtantino Magno libertatem Chriſtianis faciente templa in omnibus Romani Imperii civitatibus erigendi habendique, & ſuo omnes exemplo animante ad opus, non eſt credibile, Trajectenſes diu contentos fuiſſe ſuburbano illo, ſi quod fuit, oratorio: ſed æquum eſt credere, media, ut tunc erat, urbe extructam eccleſiam populi capacem. Hanc credere poſſumus eo fuiſſe loco, ubi nunc eſt* S. Mariæ Collegiata eccleſia, *ſive illa à principio fuerit Deiparæ ſacra, ſive poſtea hanc appellationem acceperit: neque enim alius locus ullus hujuſmodi prærogativam prætendit in inferiori atque ripenſi tractu, qui ſolus oppidum conſtituebat, antequam mœniis includeretur area Servatiano ſepulcro ſacrata. In hac igitur dixerim divinis operatum fuiſſe* Sanctum, *brevi illo quo inter Trajectenſes vixit tempore: in hac ordinatum* Agricolaum, *in hac Cathedram Pontificalem fuiſſe, uſque ad tempora S. Monulphi ſub Epiſcopis undecim. Cumque interim urbs ipſa, per locorum vicinorum facta à barbaris ruinas populoſior indies, plurimis huc veluti in tutum azylum confugientibus, etiam ædificiis augeretur; iiſque paulatim occuparetur pomœrium ſepulcro* S. Servatii *longe lateque celebratum; omnino factum crediderim, ut totus ille locus, veteri muro dejecto novis includeretur mœniis, qualia hodieque ſuperſunt ſuis turribus portiſque inſtructa, etiam poſtquam tertium acceſſit augmentum, aliis mœnibus longe ſpatioſius circumductis comprehenſum. Illud autem quod urbi acceſſiſſe incrementum dixi poſt obitum* S. Servatii, *ideo debet antiquius credi Epiſcopatu* S. Monulphi; *quia niſi jam tum locus intra urbem fuiſſet, neque ivi eccleſiam Sancto ædificaſſet* Monulphus, *neque Sedem illuc Epiſcopalem tranſtuliſſet. Hujus autem conſilii non tantum cauſa dici poteſt religio erga Sanctum, ſed altior etiam eoque ſalubrior longe ac commodior ſitus: cum inferior pars exundantis ſæpius Moſæ injuriis obnoxia haberetur.*

D

60 *Ex tunc, quæ prima urbis eccleſia fuerat, ſecunda eſſe cœpit. Atque hoc eſſe videtur, quod cum magna rerum ac nominum confuſione ſubobſcure indicat Nicolaus Canonicus Leodienſis, qui circa annum* MCXX *geſta S. Lamberti deſcribens, ita loquitur, cap. 18 agens de ejus exequiis:* Erant in oppido Trajecto duæ celebres eccleſiæ, quarum una B. Mariæ perpetuæ Virginis, Tungrenſium Pontificum eo tempore ſecunda Sedes habebatur, altera vero B. Apoſtoli Bartholomæi, quæ ſanctiſſimi Confeſſoris & Epiſcopi Servatii meritis & corpore magnifice decorabatur. *Dixi cum magna rerum ac nominum confuſione, quia* eccleſia S. Servatii, *non ſcitur aliud unquam habuiſſe nomen; Sancti autem* Bartholomæi Apoſtoli *caput & feſtum ſolennius uſque hodie ſervatur in* eccleſia S. Mariæ, *quæ, quo tempore tumulandus* S. Lambertus *erat, non ampli us Cathedrali fulgebat dignitate. Ceterum quia Nicolai ætate* S. Mariæ eccleſia, *quæ eadem fortaſſis primi nomine dicta fuit* S. Bartholomæi; *diviſo civitatis jure cum inferiori ejus parte ad Epiſcopum Leodienſem pertinebat, ſuperior autem cum ſua* S. Servatii *eccleſia Imperiali gaudebat libertate; ideo videntur Leodienſes, qualis erat Nicolaus,* ec-

E cleſiam S. Mariæ *votoiſſe Servatianæ præferre, ut ſecundam Tungrenſium Epiſcoporum Sedem: & ſic Hugo H Leodienſis Epiſcopus anno* MCCXCVI *Duci Brabantiæ Ioanni concedit, ut* totum oppidum Trajecti & Wyck cum ſuis ſuburbiis ſint in Dominio Ducis, exceptis duabus parochiis, videlicet S. Maria, ubi, inquit, olim noſtra Sedes fuit poſita, nec non & S. Petrus, exiſtens in ſuburbio Trajectenſi, qui quondam fuit hereditas S. Lamberti. *E contra vero imperatores diſſimulabant quod* eccleſia S. Mariæ *aliquando Cathedralis fuiſſet, propter recentiorem eccleſiæ Servatianæ ad ſe ſpectantis ſplendorem; ideoque in Henriciano Privilegio anni* MLXXXVII *dicitur, quod* ipſa quondam viginti Epiſcoporum (*tot enim univerſim Trajecti numerantur uſque ad S. Hubertum*) Sedes ſimul extitit & Regalis & Imperialis curia. *Cum autem inter utramque eccleſiam contentiones quandoque exardeſcerent, anno* MCXXXII *à Lothario III Imperatore, in favorem Servatianæ, tamquam poſſeſſione quietâ annorum trecentorum munitæ, lata eſt ſententia, in ceteris rebus omnibus primas concedens Servatianæ, Marianæ autem, ut tunc Epiſcopali id ſolum relinquens, ut in hac fiant Synodales conventus, ſub Archidiaconi ab Epiſcopo directi præſidentia. Talis ſententia anno* MDXVI *à Maximiliano Imperatore renovata, ejuſque diplomati ad verbum inſerta legitur. Ipſum autem diploma hoc eſt.*

F

61 Maximilianus, divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex; Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, Brabantiæ Lotharingiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ, & Geldriæ; Lantgravius Alſatiæ; Princeps Sueviæ; Palatinus in Habſpurg, & Hannoniæ Princeps; & Comes Burgundiæ, Flandriæ, Tirolis, Goritiæ, Artheſii, Hollandiæ, Zelandiæ, Ferretis in Kiburg, Namurci & Zuthphaniæ; Marchio ſacri Romani Imperii, ſuper Anaſum, & Burgoviæ; Dominus Friſiæ, Marchiæ, Sclavoniæ, Mechlinæ, Portus Naonis, & Salinarum; ad perpetuam rei memoriam. Expoſtulat ſacri Romani Imperii Celſitudo, cujus habenæ regendæ nobis à Deo Optimo Maximo, à quo eſt omnis poteſtas & dignitas, collatæ ſunt, ut quæ ad ſacroſanctarum Eccleſiarum divinique cultus ac perſonarum eccleſiaſticarum bonorumque operum immunitatem & commodum accedere cognoſcimus,

ea

*eo loco ubi nunc eccleſia S. Mariæ, olim S. Bartholomæi,*

*conducit obſe vare Trajecti ipſius originem*

*in ipſa autē urbe debuit fuiſſe eccleſia,*

*à ſuburbano S. Servatii ſepulcro, poſtmodum urbi adjuncto, remotior,*

*ſecundū cujus latus ductus agger publicus;*

*nunc ad jus Epiſcop. Leodienſis pertinens,*

*ſicut Servatiana ſpectat ad jus Imperiale.*

*ideo Maximilianus Imperator*

A ea uberiori ſtudio & larga liberalitate concedamus. Quapropter attentis humilibus precibus honorabilium, devotorum, Nobis dilectorum Decani & Capituli Eccleſiæ Collegiatæ S. Servatii Trajectenſis, Leodienſis diœceſis, quibus ſupplicarunt, ut quoddam Indultum ſive Privilegium divæ memoriæ Lotharii tertii, Romanorum Regis prædeceſſoris noſtri, cujus tenor de Verbo ad Verbum ſequitur in hunc modum;

*ſententiam in ejus favorem à Lothario 3 latam,*

[62 In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis, Ego Lotharius hujus nominis Rex Romanorum tertius. Notum ſit omnibus, tam poſteris quam præſentibus, quod, ſecundum privilegia Anteceſſorum noſtrorum, Trajectenſi Eccleſiæ S. Servatii, quandam legem & juſtitiam renovavimus, quam antea trecentis annis & eo amplius in quiete & ſilentio tenuerat; & eam aſſenſu & favore Alexandri Leodienſis Epiſcopi confirmavimus, ad deſtruendam controverſiam, quam Præpoſitus & Fratres de S. Maria Trajecti, in contradictione ejuſdem legis, ſuſcitaverant. Eſt autem ipſa lex & juſtitia talis,

*qua jura ejus antiqua firmantur,*

B quod Eccleſia Parochiæ S. Servatii ſola in Trajectenſi urbe habeat decimas & terminum, & omnes de quacumque regione ad manendum ibi confluxerint, præter familiam S. Mariæ ſancti Lamberti, ad juſtitiam Regis pertinent; & in Parochia S. Servatii baptizari & ſepeliri debent: & conſuetudo eſt longo uſu in habitum converſa, ut Presbyter Parochiæ S. Servatii & Presbyter Parochiæ S. Mariæ,

*ſic tamen ut Synodi habeantur in eccleſia S. Mariæ,*

præſidente Archidiacono, communiter habeant Synodum in Eccleſia S. Mariæ, ita ut Presbyter S. Servatii appellet ſuos, videlicet omnes pertinentes ad juſtitiam Regis, ubicumque maneant, in eadem urbe, & culpas eorum ſynodali lege corrigat; ſicuti & Presbyter de S. Maria ſuos appellat, ſcilicet omnes ad juſtitiam Epiſcopi attinentes, & culpas eorum ſynodali lege corrigat. Quod ſi quis hanc juſtitiam ulterius infringere tentaverit, offenſam Dei & noſtram & noſtrorum Regali poteſtate fungentium incurrere merebitur: quia dignum eſt, ut quod tam libera Eccleſia Regno attinens tanto tempore obtinuit, noſtro Regali Banno ſtabile & inconvulſum permaneat.

*ſignatâque & conteſtatam Aquiſgrani, anno 1132*

63 Factum eſt hoc Aquiſgrani, in Paſchali Curia, anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo triceſimo ſecundo, Indictione decima, regnante Lothario hujus nominis Rege tertio, Alexandro Epiſcopo Leodienſi exiſtente. Hujus rei teſtes fuerunt, Wilhelmus Preneſtinenſis Epiſcopus Cardinalis, Mattheus Albanenſis Epiſcopus Cardinalis, Joannes de Crema Presbyter Cardinalis, Wido Diaconus Cardinalis, Albero Archiepiſcopus Trevirenſis, Stephanus Metenſis Epiſcopus, Luitardus Cameracenſis Epiſcopus: de Principibus, Dux Walramus, Dux Symon, Comes Arnulfus de Lopp, Greſwynus de Falcomonte, Gerardus Hoſtade: de

C Fratribus Eccleſiæ, Joannes Decanus, Willo Camerarius, Wynandus Cuſtos, Henricus Cantor, Renerus Scholaſticus: de Miniſtris, Godefridus, Chriſtianus, Waltherus. Fuit etiam Privilegium ſive Indultum proxime præſcriptum, in ſuo margine inferiori, certis characteribus & litteris in illis ſubſignatum, & ſic ſubſcriptum de aliena littera. Signum Domini Lotharii Invictiſſimi Romanorum Regis tertii, ac in ejus fine hæc ſcriptura continebatur: Ego Nicolinus, ad Vicem Adalberti Moguntinenſis Archiepiſcopi Archi-Cancellarii recognovi.]

*renovat & confirmat*

64 Approbare, ratificare, confirmare, & de novo concedere dignaremur. Moti itaque præfatorum Decani & Capituli precibus, eorumdemque votis ſatisfacere volentes, motu proprio & ex certa ſcientia, præfatum Indultum ſive Privilegium, & omnia & ſingula in eo contenta, approbavimus, ratificavimus, confirmavimus, & de novo conceſſimus, prout tenore præſentiũ approbamus, ratificamus, confirmamus, & de novo concedimus, ex plenitudine noſtræ Cæſareæ poteſtatis, quantum de jure poſſumus & valemus, plenum perpetuæ Cæſareæ firmitatis robur adjicientes: ita quod prænominati Decanus & Capitulum eorumdemque ſucceſſores, ex nunc in antea, futuris perpetuis temporibus, hujuſmodi Indulto ſive Privilegio, ejuſque gratiis ac immunitatibus, omnibuſque aliis & ſingulis articulis, punctis ac clauſulis in eo expreſſis, uti, frui, & gaudere poſſint & valeant atque debeant, impedimento & contradictione ceſſante quorumcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, ratificationis, approbationis, & conceſſionis infringere, aut ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, noſtram indignationem graviſſimam, & [emendam] viginti librarum auri puri totiens, quotiens contra factum fuerit, ſciat ſe ipſo facto irremiſſibiliter incurſurum, quarum medietatem fiſco noſtro Imperiali, reliquam vero medietatem injuriam paſſorum uſibus decernimus applicandam, harum teſtimonio litterarum Sigilli noſtri appenſione munitarum. Datum in Oppido noſtro Imperiali Hagennau, die decima octava menſis Decembris, anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo ſexto, Regnorum noſtrorum Romani triceſimo primo, Hungariæ vero viceſimo ſeptimo (ſupra plicam erat ſcriptum) Ad Mandatum Imperatoris proprium, ſignatum, Renner: & appendebat litteris originalibus pergameneis magnum Sigillum, *ita teſtante qui ſuperius producta cum ſuo originali contulit, & concordare teſtatus eſt, Chr. Veeſtraten, Notario publico & Apoſtolico.*

D

*Hagenoæ anno 1516.*

E

*Refellitur, qui aggerem publicum ad hodiernum pontem duxiſſe diceret:*

F

65 *Hactenus iſtud diploma. Sunt qui verba S. Gregorii Turonenſis, quibus* juxta aggerem publicum *ſepultus* S. Servatius *dicitur, conentur ad* eccleſiam S. Mariæ *detorquere: quaſi illa ſit in aggere qui tendit ad pontem: ſed per meram violentiam. Nulla enim in humili ac plane littorali fundo ſpecies aggeris; cum è contra platea eccleſiæ Servatianæ vicina vocetur* de Groote-gracht, *id eſt*, Magna-foſſa, *ſecundum magnum ſcilicet aggerem ducta. Qui ſane agger, uti jam ſupra dixi, non videtur pertinuiſſe ad eum locum ubi nunc eſt pons, Vrbem cum Vico tranſmoſano committens. Locus enim hic adeo depreſſus eſt, ut duæ illæ portæ, quæ ſibi invicem ad capita pontis hodierni reſpondent, ſuperliminaria non habeant altiora, quam ſit ipſa ſuperficies aquæ, cum fluvius mediocris currit; cum autem exundat, totæ operiantur. Merito igitur initio dixi, ubi vetus urbs erat fuiſſe merum trajectum navalem, unde & nomen loco manſit, quemque fortaſſis communierit Druſus: poſtea vero, & forſan ſub Domitiano Imperatore, ad ejuſmodi machinationes inſaniente, cum via militaris Tungris Coloniam duceretur (quæ Gregorio* Agger publicus *nuncupatur, quia foſſis utrimque præcinctus, quarum ut dixi nomina hodie retinent plateæ, ut* Foſſa major minorque *dicantur) exercitibus non fuit tranſeundum per mediam tunc urbem, viamque nunc à ponte nuncupatam, quod à* S. Servatio *ad pontem ducat; ſed ſecundum eam quæ nunc vocatur porta Bruxellenſis. Quo loco ſi pontem non ſtraverunt Romani, de quo nihil conſtat, paratis ſaltem navigiis dabatur trajectus, ab antiquo diſtinctus, ex latere* Wyck *meridionali, ad alterum militaris viæ trans Moſam caput. Hoc tamen fieri deſiit, poſtquam totum cis Moſam aggerem occupavit monaſterium S. Servatii, eo loci ſitum ubi nunc circum Servatianam Baſilicam Decani & Canonicorum plurium ædes ſunt; & ubi ex latere ejuſdem eccleſiæ occidentali, cum iiſdem domibus ſeu Aggere olim publico ipſa committitur gemino penſili ambulacro, ſupra viam quæ major foſſa dicitur per fornices quater arcuatos ducto.*

66 *Hæc*

A 66 *Hæc fere in ſuis Mss. Fexbius, ab anno* MDCXXXIV *in annum ejuſdem ſeculi* XXXVII *Decanus ad S.* Servatium, *pro ſuæ eccleſiæ prærogativa ſcribens contra Herbenum quemdam, conatum* S. Servatii *monaſterium ad eccleſiam S. Mariæ transferre. Idem contra eumdem etiam recte aſſumit, hanc illa non eſſe cenſendam antiquiorem, quia nunc præfert ſpeciem vetuſtiorem*: quod enim Servatianæ eccleſiæ ſtructura videatur recentior, id fieri, quia foris recentioribus appendiciis & faſtigiis innovata ſit, intus vero novis teſtudinibus concamerata, quod ſuorum majorum memoria factum ſcribit ipſe Herbenus. *Addo ego, nihil me dubitare, quin eccleſia utraque, poſt S. Monulphi ætatem, ſæpius forte quam ſemel, tota fuerit à fundamentis deſtructa & reſtaurata; ut nullum poſſit ab earum quæ nunc ſunt ſpecie duci argumentum. Ceterum tota Fexbii ratiocinatio, in eo templo quod à S. Materno ſtructum prætenditur, & cui Servatiana Baſilica ſucceſſiſſet, primorum Trajectenſium ante Monulphum Cathedram nitentis collocare, incumbit auctoritati Ægidii, textum Harigeri multiplici ſpectarum narrationum farragine interpolantis, quam nihili cenſeo faciendam. Si enim ibi ſepultus* S. Agricolaus *& ſucceſſores fuere, non ideo id factum cenſeri debet, quia ibi tunc eccleſia & in eccleſia Cathedra fuit, priuſquam eo ſe urbis extenderent muri; ſed quia pro more Romanorum, extra urbem, ad Aggerem publicum, Chriſtianorum cœmeterium erat, & quidem* S. Servatii *ſepulcro miraculiſque ad illud frequentibus glorioſum.*

*æquè ac is qui prætenderet ad dictum aggerem fuiſſe baſilicam*

B 67 *Hæc porro Trajectenſium antiquitatum ſtudioſis conſideranda propono, nihil detractum volens eccleſiæ Servatianæ honori & juribus: ſed nec ea credens, quæ ex Iucundo deſcripſit Ægidius his verbis*: Et cum Trajectum perveniſſet Servatius in Baſilica juxta Aggerem publicum, à B. Materno quondam ibi conſtructa, imperat cryptam in medio fieri: illuc univerſum Octaviæ tranſtulit theſaurum, ſuumque interlocat ſarcophagum. *Tungros* Octaviam *aliquando dictam neſcio quis primus ſomniaverit. Sepulcrum* S. Servatii *ſcio ſub dio fuiſſe, niſi quantum injurias aëris aliquantum arcuit tectum lingeum, brevi à ventis dejectum. Crypta, cujus hic mentio, S. Monulphi opus fuit, uti ex hiſtoria tranſlationis conſtat, æque ac ipſa Baſilica. Sic autem exorbitanti, quis fidem putet habendam, cum dicit de* S. Agricolao, *quod* in baſilica S. Servatii digno ſucceſſori digna Cathedra collocatur? *niſi forte eam intelligas, non quam circa locum ſepulcro ejus deſtinatum invenerit* Trajectum *adveniens; ſed in qua Miſſas celebraverit, & ad quam creditus à Sigeberto & poſteris fuit Sedem* C *Tungrenſem tranſtuliſſe; quam eſſe intra primum urbis veteris ambitum requirendam, eo loco ubi nunc* S. Mariæ eccleſia *eſt, utcumque puto veroſimile me feciſſe.*

*ætate S. Servatii.*

## CAPUT X.

### Chronologia antiquorum Regum Francorum, ſub quibus vixerunt Epiſcopi Trajectenſes.

68 *Ante Tomum tertium menſis Aprilis, edidi* Exegeſim præliminarem, *in qua innovatur & ſtabilitur Diatriba olim edita de* Tribus Dagobertis Francorum Regibus, *eorumque* Genealogico ſtemmate. *Quia enim nova repereram inſtrumenta, ante optata ſed non viſa, potui melius quam potueram antea, longeque accuratius ordinare tempora & annos, quibus tres illi Reges aliique ab iis propagati imperarunt. Ad eamdem porro rationem temporum conformanda eſt Chronologia Epiſcoporum, qui ſub iis præfuerunt Trajectenſi Eccleſiæ; quod facere diſtulimus ad hunc menſem Maji, in quo. propter præcipuum Trajectenſium Patronum* S. Servatium, *propoſitum erat ad incudem revocare quid-*

*quid de tota ſerie ſucceſſorum ejus antea in lucem edideram. Hoc autem ut commodius & ab ipſo initio præſtetur, reducenda paucis in memoriam eſt ratio annorum, quam in primis Francorum Regibus tenendam eſſe obſervavimus.* D

69 *Hadrianus Valeſius ut ſupra num.* 21 *inſinuavimus, inſurgit in S. Gregorium Turonenſem: quia is, inquit*, ex quo primorum Franciæ Regum res geſtas diſcere oportebat, non modo Faramundi Acta, ſed etiam nomen ipſum prætermiſit, quamvis non deerant illi libri, ex quibus multa deſcriberet. *Hæc Valeſius, ſed difficulter probabit nomen ejus ante ſeculum nonum ab aliquo fuiſſe mandatum litteris; niſi velit ad Hunibaldum fabulatorem recurrere, & ante ipſum Faramundum agnoſcere* XLIII *Francorum Reges ex Trojanis deductos. Nicolaus Vignerius, in Tractatu de Origine veterum Francorum, ex Adonis Chronico ad annum uſque* DCCCLXXVI *deducto, conatur probare,* Faramundum Francorum Regem *extitiſſe. Omiſſo Adone, ipſe Valeſius & Carolus le Cointe in Annalibus Eccleſiaſticis Francorum confugiunt ad Chronicon cujuſdam Proſperi, Pithœanum vulgo dictum, quaſi is Faramundum nominaſſet. Sed hæc res non caret ſua difficultate. Habemus enim illud Chronicon in duobus codicibus Mss. quorum antiquior eſt exaratus anno Chriſti* DCXXIII, *& in hoc deſunt omnia illa quæ de Francorum Regibus alibi leguntur, veroſimiliter à poſteris intruſa. Continet hic vetuſtiſſimus codex Chronicon Euſebii à S. Hieronymo interprete continuatum, tum dictum Proſperi Chronicon, eiſque ſubjunctum Chronicon Marii. Vnde cum ſua manu noſter Heribertus Roſweidus, apographum tranſcripſiſſet, quod hactenus aſſervamus, ſed morte præventus typis dare non potuiſſet; Petrus Franciſcus Chifletius, ad haſce Belgicas regiones è Burgundia delatus, ipſum reperit apud Ioannem Bollandum: eoque liberaliter annuente, tranſcripſit ac miſit Andreæ du Cheſne, edituro Tomum primum Scriptorum hiſtoria Francorum; in cujus præfatione aſſeritur*, Theſaurum hunc, ad eam uſque diem defoſſum, ac ne quæſitum quidem fuiſſe. *Gaudemus publica editum utilitati, uti & Chronicon Bertinianum & Epiſtolas de expugnata urbe Conſtantinopolitana, à memorato Bollando ad eumdem Cheſnæum deſtinatas, & Tomo tertio & quinto Scriptorum hiſtoriæ Francorum inſertas: ſed nolumus Muſæum noſtrum dici ſepulcrum veterum monumentorum, noſque ipſos haberi pro tam ignaris eorum quæ in eo poſſidemus, ut non poſſimus velimuſque ſingulis ſuo tempore uti, in commune litterariæ rei emolumentum. Æquius igitur fuerat, ut qui in eo edendo præventurus non recuſantes erat, ageret gratias Bollando ut benefico, quam inſultaret ut ſpoliato. Sed quo me pius erga defuncti memoriam* F *affectus? Ætatem prælaudati Codicis indicare volui ex eo, quod ad calcem prædicti Chronici Mariani, Proſpero ſubjuncti, iſta habeantur, & pagina* 217 *apud Cheſnæum legi poſſint*: Fiunt igitur ab exordio mundi uſque ad præſentem Heram, id eſt, XIV Heraclii & XL Clothacarii Regis annum, anni quinquies mille DCCCXXII: *dictus autem Heraclii & Clotharii annus convenit in annum Chriſti* DCXXIII. *In hoc ergo vetuſtiſſimo Proſperi Chronico, vel ſaltem tam vetuſti exemplaris fideli apographo, nulla prorſus fit mentio* Priami, Faramundi, Clodii, Merovei; *merito igitur dicimus, præter Auctoris mentem eorum nomina fuiſſe poſtmodum intruſa interpolato Proſperi textui, etſi neſciamus quo præciſe tempore.*

*abeſt à genuino Chronico Proſperi.*

*poſtea ei intruſus.*

E

70 *Habemus præterea aliud Chronicon, quod olim Abrahami Ortelii fuit. & nunc eſt Societatis noſtræ Antverpienſis, in quo iterum eſt* Chronicon Euſebii *à S. Hieronymo interprete continuatum, deinde hoc ipſum* Chronicon Proſperi, *tum* Sigeberti Gemblacenſis; *denique, inter alia quædam, leguntur etiam* Nomina & Origo Regum Francorum, *deducta uſque ad Ludovicum Iuniorem, Regem & Ducem Aquitaniæ; ergo uſque ad annum circiter* MCCL: *nam biennio vix evoluto, Alienora*

*heres*

A heres Aquitaniæ, facto divortio separata à Ludovico, titulum Aquitaniæ Ducis secum abstulit. Hinc primo constat gratis dici, quod tempore S. Gregorii Turonensis non defuerint libri, ex quibus discere is potuisset nomen Faramundi. Deinde noto, ex intrusis in Prosperi Chronicon nominibus nihil certi haberi posse circa tempora quibus dicti Reges imperarũt, propter enormes errores, qui illi interpolationi miscentur. Annotantur enim Pontifices Romani: sed omissis Zosimo & Bonifacio primo, subjungitur Innocentio Cælestinus ad anno XII Honorii Imperatoris, addita morte Arcadii: & sic error committitur annorum quatuordecim. Cælestino substituitur Sixtus, cum errore annorum quindecim: ac dein Leo numeratur quadragesimus Papa, qui fuit quadragesimus septimus. Præterea Honorio à morte Theodosii tribuuntur XXXII Imperii anni, cum fuerint solum anni XXVIII cum mensibus vix septem. Non modo autem Turonensis Gregorius non habuit sic interpolatum Chronicon Prosperi; sed nec Sigebertus, totis sex seculis junior Gregorio, illud sic habuisse videtur; certe ipsum non sequitur, sed quæ primos Francorum Reges attinent omnia videtur ex propria ac nuda conjectura scripsisse: nam circa posteriores Reges Merovingicæ stirpis, quorum ætates aliunde satis nunc habentur cognitæ, continuo aberravit. Vide autem, quam parum istud qualecumque Prosperi Chronicon Pithœanum valeat, ut inde eruamus tempora primorum Regum. Ad an. XXVI Honorii ista habentur: Solis hoc anno facta defectio. Tricesimus nonus Sixtus Romanã Ecclesiam regit. Faramundus regnat in Francia: ubi loco Sixti substituendus Zosimus, ordinatus die VI Ianuarii anno CCCCXVII. Dicta autem Eclipsis contigit XIX Iulii anni sequentis CCCCXVIII: nec concordat annus Honorii Imperatoris. Quia tamen aliud nihil suppetit, in quo vel simplex conjectura fundetur, referatur sane initium Faramundi ad alterutrum annum, aut differatur ad annum CCCCXX, qui est annus Honorii XXVI apud Prosperum interpolatum: apud quem quinto anno post obitum Honorii ista leguntur: Clodius regnat in Francia. Is foret an. CCCCXXVIII. Verum quia ad annum præcedentem dicitur Arelatum, à Gothis obsessum, per Aëtium liberatum, potest initium Clodii (qui aliis Clodio & Clogio appellatur) referri ad annum CCCCXXVII. Eligat quisq; pro suo libitu annum, cum nihil certi haberi possit. Clarius, in Chronico S. Petri Vivi, omisso Faramundo, vocat Clodionẽ primum Regem Franciæ, eumq; ad an. CCCCXLVI ablegat, quo potius mortuus est. De tertio Rege ad an. XXIV à morte Honorii ista apud interpolatum Prosperum leguntur: Meroveus regnat in Francia, & passim indicatur an. CCCCXLVIII aut etiam præcedens.

cum multis enormibus mendis:

Clodii,

Merovei.

71 Querela iterum est Valesii de Gregorio Turonensi, Chlodionem quoque, inquit, Meroveum & Childericum fere indictos reliquit; quasi non defuissent libri, ex quibus multa describeret. Iudicent alii de justitia querelæ. De istis sic loquitur Gregorius lib. 2 Historiæ Francorum cap. 9. Ferunt, Chlogionẽ utilem ac nobilissimũ in gente sua Regem Francorum fuisse, qui apud Disspargum castrum habitabat, quod Disthemium in Brabantia fuisse, infra ostendemus. Sed additur, Clogio autẽ missis exploratoribus ad urbẽ Cameracum, explorat omnia: ipse secutus, Romanos proterit, civitatem apprehendit: in qua paucum tempus residens, usque Suminam fluvium occupavit. De hujus stirpe quidam Meroveum Regem fuisse asserunt, cujus filius Childericus, unde posteri ab his prognati vocantur Merovingi. Childerici initium regni composuimus alias cum initio anni CCCCLVI, qui cum per annorum XXIV curricula, inquiunt Aimoinus lib. 1 cap. 12, Rorico & alii, Francorum regnum administrasset, sub finem anni CCCCLXXIX vita functus, habuit successorem filium suum Chlodoveum primum, cujus primum annum numeramus Christi CCCCLXXX, & quia regno ejus tribuuntur ab omnibus anni triginta; mortuum debemus dicere anno Christi DIX, die XXVII Novembris, quo die anniversaria preces pro eo in ecclesia S. Genovefæ recitari solebant. Hic porro annus DIX, accurate nobis est stabiliendus.

C

Childericus regnavit ab anno 456,

Chlodoveus ab an. 480 ad 509.

72 Baronius ad an. 351 num. 21 monet, magnum rerum Francorum dispendium futurum, si error Chronographicus contingat in ætate S. Martini: à cujus obitu solerent olim tempora numerari. Ita numeravit Gregorius Turonensis Episcopus, unus è Successoribus S. Martini, qui tempora hujus sancti Præsulis & reliquorum Episcoporum accuratissime descripsit. Hic ergo lib. 1 Historiæ cap. 45 scribit S. Martinum transiisse Attico Cæsarioque Consulibus, qui annus est CCCXCVII; ac tum egisse S. Martinum ætatis suæ annum LXXXI, Episcopatus XXVI, ut ex præscripto Gregorio late ostendimus ad Vitam S. Sigeberti Regis, 1 Februarii § 7. Quod autem addat Arcadii & Honorii annũ Imperii secundũ, fecit more antiquorũ scriptorũ, attribuens annum CCCXCV honoris causa Theodosio patri, qui illo adhuc anno vixit mense Ianuarii, cũ essent creati Consules, sub quibus corpus ejus VIII Novembris honorifico funere fuit Constantinopoli depositum. Hanc autem computandi rationem exposuimus ante Tomum primum Aprilis, in explicatione veterum Catalogorum Summorum Pontificum, subjungentes ei Exercitationem singularem de anno & die mortis S. Ambrosii Episcopi Mediolanensis, quem interfuisse exequiis S. Martini, ex eodem Gregorio Turonensi & antiquis monumentis Ecclesiæ Mediolanensis demonstravimus; atq; post obitum ejusdem S. Martini adhuc superstitem mensibus quinque, obiisse an. CCCXCVIII, clare ostendimus. Annum ergo & diem mortis S. Martini, à nobis olim propositum, postmodum probaverunt Iacobus Grandamicus, Carolus le Cointe, Ioannes Maan, in suis libris à me in dicta Exercitatione citatis. Hoc fundamento posito progredimur cum prælaudato Gregorio Turonensi, primo parente antiquæ Historiæ Francorum, qui lib. 2 cap. 43 & lib. 4 cap. 46 numerat, à transitu S. Martini usque ad transitum Chlodovei Regis, annos centũ & duodecim. In eaque lectione consentiunt omnes editiones supra citatæ, & codices manuscripti. Idem scribunt Fredegarius in Historia Francorum epitomata cap. 29 & 73, Aimoinus lib. 1 cap. 25, Auctor Chronici Moissiacensis, & alii, usque ad Anonymum fabulatorem de Gestis Regum Francorum. Iam vero si à mense Novembri an. CCCXCVII, quo S. Martinus vita functus est, anni numerentur usque ad mensem Novembris an. DIX, quo statuimus decessisse Chlodoveum, certissimo calculo repetientur anni interpositi centum & duodecim: atq; ita auctoritate Gregorii Turonensis & aliorum, statuimus obitũ Chlodovei ad dictum annum quingentesimum nonum.

D

ab obitu S. Martini & anno 397

73 Confirmatur hæc sententia ex morbo ipsius Regis, indicato in Vita S. Severini Abbatis Agaunensis, à Fausto discipulo scripta, & à nobis edita ad diem XI Februarii, ubi num. 3 ista leguntur: Cum Rex Francorum Chlodoveus apicẽ regni sui per annos viginti quinq; Parisius urbe nobiliter gubernaret, subito dolore febriũ correptus, graviter desudare cœpit. Typo videlicet frigoris duobus annis imminẽte, continuis cruciatibus affligebatur. Hic nominatus regni annus XXV è calculo nostro incidit in annũ Christi quingentesimum quartum, qui videtur secundum modum istum loquendi jam aliquo usq; elapsus fuisse, cum cœpit Rex corripi febri, quæ duobus annis duravit, usque ad annum scilicet DVI quadamtenus decursum, quando à S. Severinõ fuit sanatus. At, qui regnum Chlodovei duobus annis serius auspicati, mortem ejus adscribunt an. DXI, ut infra videbimus; hi necessario hunc morbum debent duobus annis etiam serius numerare, & agnoscere eum ab anno DVI usque ad an. DVIII continuis cruciatibus fuisse afflictum: hoc autem posito sequeretur, quod an. DVII Chlodoveus & lecto affixus ægrotabat, & sanus cum Alarico Rege pugnabat. Nam Alaricus, apud Isidorum in Chronico Gothorum, anno regni sui XXIII, Anastasii Imperatoris XVII, Æræ Hispanicæ DXLV, provocatus à Francis ab eorum Rege Chlodoveo, in regione Pictavensis urbis, prælio inito extinguitur.

E

elapsis annis 112.

F

Hæc chronologia confirmatur ex 2 annis morbi,

74 Confirmatur præterea nostra Chronologia ex successione filiorum. Chlodoveo namque XXVII Novembris, anno secundum nos DIX mortuo, filii regnum partiti successerunt,

A ceſſerunt, *quorum annis præclaram lucem confert in Chronico Marius, uti nos ad Vitam S. Sigeberti num.64 deduximus de Chlodomere Rege Aurelianenſi, Theodorico Auſtraſiorum, ejuſque filio ac nepote Theodeberto & Theodebaldo, quæ legi ibidem poſſunt. At* Childebertus, *etiam filius* Chlodovei, Rex Pariſiorum, *in eodem Marii Chronico* tranſiit Indictione VI, anno poſt Conſulatum Baſilii XVII, *ergo anno Chriſti* DLVIII. *Hujus autem* diploma pro baſilica S. Vincentii, *hodie S. Germani, etiamnum originale extare aſſerit teſtis oculatus Labbe in Miſcellaneis,* datum anno regni XLVIII die VI Decembris; *mors vero ejus ab Aimoino lib.2 cap.29, Auctore Vitæ S. Droctovæi* X *Martii, & aliis, refertur ad* X *Kalendas Ianuarii, anni regni* XLIX: *unde conficitur primum regni annum, ſaltem ad annum* DX *referendum eſſe. Demum* Chlothacarius *apud eumdem Marium* mortuus eſt, ejuſque regnum filii ipſius diviſerunt, Indictione IX anno poſt Conſulatum Baſilii XX, *proinde anno Chriſti* DLXI. *Duos autem Chlotharii annos ultimos, vitio libriariorum, apud Gregorium conflatos in unum eſſe, & ratio temporis deducti exigit, & verba Gregorii lib.4 cap.21 oſtendunt.* Rex Chlotharius, *inquit,* anno quinquageſimo primo regni ſui, cum multis muneribus limina B. Martini expetiit *&c. Et poſtea iſta leguntur:* Regreſſus quinquageſimo primo regni ſui anno à febre corripitur, *&* tandem ſpiritum exhalavit: *ubi legendum eſſe* quinquageſimo ſecundo, *demonſtratur ex eo, quod Gregorius, qui nuſquam eoſdem annos repetiit, id multo minus feciſſet in eodem capite. Inter filios porro dicti Chlotharii iterum diviſum regnum eſt, & eorum Chronologiam à nobis ſolide firmatam eſſe, ex variis hebdomadæ feriis, cyclo Paſchalibus, & ſolis Lunæque eclipſibus, jam paſſim admittitur. E contra qui obitum Chlotharii primi, & ſucceſſionem filiorum conantur componere cum dicto anno* DLXI, *invertunt omnem auctoritatem Gregorii Turonenſis & aliorum antiquorum ſcriptorum, quia ſic coguntur obitum Chlodovei primi, referre ſicut & referunt ad annum* DXI; *itaq;* Cointius pro centum & duodecim annis, *ab obitu S. Martini ad obitū Chlodovei ſupra probatū,* centum & quatuordecim *collocat ad dictum an.511 num.53; & pro annis regni quinquaginta uno aut duobus, ſupra ex Gregorio relatis in obitu Chlotharii; aſſerit Cointius ad annum 561 num.7* tantum quinquaginta annos regnaſſe. *Et Childebertū anno regni* XLVII *obiiſſe, cogitur dicere ad annum 558.*

*& ex obitu filiorum Childeberti,*

*atque Chlotharii.*

*Præcluditur effugium ad Conſulatum Felicis:*

75 *Effugium ille quidem ſibi invenit in Synodo Aurelianenſi prima ſub Chlodoveo habita, cui apud Sirmondum adjicitur* Conſulatus Felicis. *Sed hanc ſignaturam plurimus rejeci ad Vitam S. Sigeberti num.63. Poſtea Pariſiis reperi apographa dicti Sirmondi de ſuis Conciliis, ubi hoc Aurelianenſe ſe reperiſſe in* XII *codicibus annotarat his litteris, In L, B, C, P, p D, E, R, G, T, N, & in codicibus G & R. & Bellon. ordo ſubſcriptionis plane immutabatur, relatis primo Epiſcopis Aquitaniæ primæ, dein Aquitaniæ 2 & Novempopulonia: & ibidem legebatur,* Ex civit. Burdegala Cyprianus Epiſcopus ſubſcripſi, *nullo alio verbo addito: tertio & quarto loco erant Epiſcopi Lugdunenſis 2, 3, 4 & Belgicæ 2. Dein procul in fine addebatur,* Sub diebus Felice viro clariſſimo Conſule ſubſcripſerunt. *Et hæc eſt clauſula, quæ videtur primum fundamentū contrariæ nobis ſententiæ fuiſſe, & ſeorſim ponebatur in codice Remenſi verſus finē,* ſub Felice V. C. Conſule. *In Corbejenſi Ms. primo ſubſcriptionis loco erat* Cyprianus Epiſcopus de Burdegala, in die VI Idus menſis quinti, Felice V. C. Conſule: *in aliquo alio autem erat* Epiſcopus Eccleſiæ Burdegalenſis metropolis. *Ex hac tam multiplici exemplariū varietate apparet, inde nihil certi ſtatui poſſe. Quod ſi potuit Sirmundus Aurelianenſi II adſcriptum* Annū Juſtiniani Imperatoris, *rejicere tamquā intruſum ab iis, qui cum Sigiberti Chronico* Chlodoveum *ad annum uſque* DXIV *vixiſſe crediderunt; multo magis poſſumus opinari, idē Concilio primo factum ab iis, qui tum volebant impletos an.* CXII *ab obitu S. Martini. Alias quam plurimas ad idem confirmandum rationes, collatis inter ſe editionibus variis late deduximus ad Vitam S. Sigeberti. Philippus Labbe noſter, nolens niti tam male ſubſiſtentibus ſubſcriptionibus, objicit bella ultimis tribus annis à* Chlodoveo *confecta, quaſi ad ea plus temporis requireretur: primo enim trium jam dictorum an.* DVII *confecit bellum Gothicum; dein regnum Ripuariorum accepit, fraude interemptis Rege Colonienſi ejuſque filio; eodem modo Characcum Regulum, dolis circumventum, cepit cum filio vinctoſque totondit; nec meliori fortuna uſus eſt* Ragnacharius Rex *ſive* Regulus apud Camaracū: *quæ omnia legi poſſunt apud Turonenſem lib.2 cap.40, 41 & 42. Verum objicienti quod tot victoriis anguſtum nimis ſit triennii ſpatium, reponeret Cointius paginam tertiam ſuæ Epiſtolæ ad Chriſtianiſſimū Regem Ludovicum, ante Tomum 5 Annaliū, ubi nominat urbes arceſve triginta quatuor unius alteriuſque menſis ſucceſſu Batavis à Rege Chriſtianiſſimo ereptas.*

*Baptiſmus Chlodovæi*

76 *Fuiſſe Regem hunc Chriſti ſacra amplexum, ex voto, quo ſe obſtrinxerat in periculoſo contra Alamennos certamine, in confeſſo eſt: annus quæritur. Is paſſim credebatur annus* XV *Regni fuiſſe, atque adeo in noſtro calculo foret annus Chriſti* CCCCXCIV, *jam fere exactus ſiquidem in Natali Domini baptiſmum illum peractum conſtat. Hoc ergo tenuimus in Diatriba: poſtea vero cum prodiit* Anaſtaſii Papæ *Epiſtola, eam felicitatem Regi neophyto gratulantis, adeoque aliquantis annis ſerius; expiorare cœpimus Auctorē opinionis præfatæ, omnibuſq; expenſis tam inventimus alium, quam vulgo appellant* Geſta Francorum, *Hungarum plena & conſcripta ab* Anonymo fabulatore, *ut Cointius appellat ad an.648 num.98, ubi ſus deque feruntur omnia, quemadmodum in innovata Diatriba Dagobertina num.34 clariſſime demonſtravimus. Quid autē cogitari enormius poteſt, quam quod* Dagoberto I *Monarchæ in tribus regnis dantur anni* XXXVI, *cui ſolum* VIII *eſſent tribuendi. Habemus Gregorii Turonenſis Hiſtoriam, collatam cum tribus Mss. in quorum uno interjecta erant plurima ex dictis Geſtis Francorum; videlicet Caput 2 incipiendo, à linea 3. Eo* tempore gens Alanorum *cum Capitibus quatuor ſequentibus integris, & Capitis 7 pluſquam dimidio. Dein ibidem inſeritur ex Cap.8 de Agrippina capta, & Capitis 11 pars ab iſtis verbis,* Erat autem Crotildis Chriſtiana: *cum Capitibus 12 & 13 atque initio Capitis 14. Poſtea Capite 15 dictorū Geſtorū, poſt relatam victoriam de Alamannis, habentur iſta:* Acta ſunt hæc an.XV Chlodoveo regnante: *quæ in dicto Ms. Gregoriano ſub finē Capitis 20 ita erant adſcripta.* Actum an.XV regni ſui. *Deſunt autem hæc omnia in editionibus Turonenſis adornatis à Badio, Morelio, Bochello, Wechelio, de quibus & codicibus Mss. ad ipſas editiones adhibitis ſupra num.23 egimus. Cheſneus reliquis omiſſis iſta ſolum deſcripſit ediditque,* Actum an.XV regni ſui. *Quæ non habent majorem auctoritatem ex dictis fabuloſis Geſtis, quam quod* Dagobertus Monarcha regnarit an.XXXVI. *Deſunt etiam iſta & ſimilia verba in Hiſtoria Fredegarii epitomata, ex codicibus Nazariano & Palatino in corpore Hiſtoriæ Francicæ typis Wechelianis an.* MDCXIII *excuſa, & apud Andream du Cheſne ex Ms. Petaviano; imo & in Ms. Goldaſtino nunc Reginæ Suecia. Quæ omnia ſatis convincunt hæc non eſſe à Turonenſi, prater morem ejus, ſub finem adjecta. Proinde, re jam plene examinata, dicimus,* Chlodoveū *anno regni ſui* XIX *Chriſti* DXCVIII *exeunte fuiſſe baptizatum; ac fidem Chriſtianam per totum regnum propagatā, quando* S. Eleutherius, Epiſcopus Tornacēſis, *qui Blandinii exul vixerat, migravit Tornacum; & ſub* Anaſtaſio II *Pontifice Romano baptizavit undecim milla hominum, uti ad* XX *Februarii in ejus Actis refertur. Certe nec minimum quidem de hac veritate dubitandi locum relinquit ipſius* Anaſtaſii II *præcitata Epiſtola ad* Chlodoveum *Regem, quam primus Dacherius excudit Tomo 5 Spicilegii pag.582, & omnes poſtea receperūt hoc exordio:* Glorioſo & illuſtri filio Cludoecho Anaſtaſius Epiſcopus. Tuum, glorioſe fili, in Chriſtiana fide, cum exordio noſtro in Pontificatu, contigiſſe gratulamur. *Exorſus eſt autem ſedere* Ana-

*ex fabuloſis Francorum geſtis male adſcriptus an.15 Regni,*

*melius adſcribetur ejus anno 17 Chriſti 475.*

*neque obſtant res magnæ in ultimum triennium compingendæ.*

A Anaſtaſius II, *ſecundum accuratiorem Collegæ mei Papebrochii calculum* XV *Septembris, anno Chriſti* CCCCXCVI. *De anno ſatis inter Eruditos jam convenit: qui eum Novembri cœpiſſe volunt, ideo id volunt, quia legebant tali menſe ſepultum deceſſorem Gelaſium, unde conſequens arbitrabantur etiam tali menſe defunctum, nec prius ordinatum* Anaſtaſium.

## CAPUT XI.

### Chronologia Epiſcoporum Trajectenſium ſtabilita.

77 *Poſt Epiſcopos Tungrenſes,*

C*Onſtituta in hunc modum Merovingicorum Regum Chronologia, tum Capite præcedenti, tum in Exegeſi præliminari ad Tomum* III *Aprilis, de tribus Dagobertis Francorum Regibus, progredimur ad ſtabiliendam rationem temporis, quo Epiſcopi* Trajectenſes *ſinguli præfuerunt ſuæ Eccleſiæ, poſt* S. Servatiũ. *Nam de novem Epiſcopis* Tungrenſibus, *qui ante eum ſederunt, egimus ſupra capite primo hujus tractatus: tempora autem* S. Servatii *ipſius ad diem* XIII *Maji, in ejus Vita ordinavimus, diximuſq; illum ex hac mortali vita deceſſiſſe anno* CCCLXXXIV, Feria V Pentecoſtes, *tum conveniente in diem* XIII Maji: *& Chronotaxim noſtram ſtabilientes ex ſucceſſorum Epiſcoporum tempore, ſecundum Eccleſiæ Trajectenſis Epiſcopum* S. Agricolaum *diximus circiter annum* CCCCXX *eſſe vita functum. Huic ſucceſſerunt eodem ſeculo* V Urſicinus, Deſignatus, Reſignatus *ſeu* Renatus, Suſpitius *ſeu* Supplicius, Quirillus, Eucherius, *&* Falco IX *Epiſcopus, quem ſub finem dicti quinti ſeculi cum S. Remigio Epiſcopo Remenſi vixiſſe conſtat ex hujus ad illum Epiſtola, quæ Tomo* I *Conciliorum Galliæ pag.* 205 *eſt in ordine quinta: neq; ante* Sulpitium *ſive* Supplicium *admittimus* Aravatium, *à Cointio interpoſitum, omnibus antiquis ignotum, uti ſupra probavimus. Seculo Chriſti ſexto poſt S.* Falconem *præfuerunt Eccleſiæ Trajectenſi* S. Eucharius Epiſcopus X, *& poſt hunc* S. Domitianus XI, *qui ſubſcripſit Concilio Arvernenſi ſub Theoderico Rege Auſtraſiorum habito anno* DXXXV, *& poſtmodum Aurelianenſi* V *anno* DXLVII. *Domitiano fuerunt ſubrogati* S. Monulphus XII, *qui cum Gregorio Epiſcopo Turonenſi vixit, & templum* S. Servatio *conſtruxit; ac* S. Gondulphus, XIII, *una cum* S. Monulpho *ad diem* XVI *Iulii faſtis ſacris adſcriptus. Alii qui ad ſeculum ſeptimum poſſunt referri, ſunt* XIV S. Perpetuus, *Dionantenſis urbis Patronus, &* XV Evergiſus *ſive* Ebregiſus; *tum* XVI S. Joannes-Agnus, *quem aſſerit Harigerus cap.* 29 ab agricultura regiis præceptis ad Epiſcopatum raptum, adminiſtrante regnum Auſtraſiorum Dagoberto adoleſcente, *id eſt, ante annum* DCXXV, *quando hic necdum ducta uxore Auſtraſios tantum ſeptentrionales, ſub quibus erat Trajectum, regebat. At* B. Joannes-Agnus, *uti addit Harigerus*, curſum vitæ præſentis explens, in bona ſenectute vita deceſſit, *anno* DCXLVI, *die* XXV *Iulii.*

B *Trajecti obit S. Servatius anno* 384.

C *& ſeculo* 7, *quo etiam vixerunt S. Ioannes-Agnus,*

78 *Dein ſubſtitutus* XVII S. Amandus, *ante ad prædicandum verbum Dei Epiſcopus conſecratus*, à Rege & Sacerdotibus coactus, ad regendam Trajectenſium Eccleſiam, Pontificalem ſuſcepit Cathedram; & per triennium vicos & caſtra circumiens, verbum Domini conſtanter omnibus prædicavit. *Ita Baudemundus diſcipulus in ejus Vita. Triennium illud, quo Eccleſiam Trajectenſem rexit, terminamus annis Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo ſeptimo & duobus ſequentibus. Late deduximus ejus Acta ad diem* VI *Februarii; ſed in Chronologiâ,* § X *& ſex ſequentibus propoſitâ, occurrunt mutanda nonnulla ſecundum præliminarem Exegeſim, qua innovavimus Diatribam Dagobertinam noſtram ante Tomum* III *Aprilis; ubi ſtatuimus Dagobertum I mortuum fuiſſe, non anno* DCXLIV, *ſed* DCXXXVIII *ſex annis citius, quod*

*& S. Amandus,*

*itidem in ſucceſſoribus uſque ad obitum Theodorici nepotis ſervavimus; cujus anno ſecundo teſtamentum confecit* S. Amandus ſub die XV Kalendas Maji, *ergo (ſecundum calculum noſtrum correctum) anno* DCLXXVII, *quamdiu autem poſtea vixerit, exacte non conſtat. Annos eum univerſim vixiſſe nonaginta plerique, cum Milone alteto vita ſcriptore cenſent: & ſic potuiſſet pervenire ad annum Chriſti* DCLXXXIV, *ut aliquando aſſeruimus; quod ex annis S. Auſtregiſili, ſub quo Epiſcopo adoleſcens vixit, poſſet confirmari. Nam ex Vita ejus, illuſtrata ad diem* XX *Maji, conſtat, illum S. Apollinari,* II *aut* III *Nonas Octobris, anni* DCXI *mortuo, ſucceſſiſſe; ac poſt annos Sedis duodecim obiiſſe* XX *Maji anni* DCXXIV. *Sub illo autem jam Epiſcopo* S. Amandus *cellulæ vixit incluſus* tribus ferme luſtris *apud Baudemundum, ubi non eſt neceſſe intelligere* annos quindecim, *ut cum Milone, Harigero & aliis ſubinde credidimus; ſed forſan ſufficerent* anni *ſolum* undecim *aut* duodecimus inchoatus, *ut ante obitum S. Auſtregiſili, Bituricis diſceſſerit, ſaltem ſub finem anni* DCXXIII. *His poſitis potuit iter Romanum bis ſuſcepiſſe, atque Epiſcopus ordinatus Gandenſibus & Tornacenſibus verbum Dei prædicaſſe; potuit ad Sclavos quoque fuiſſe profectus; ac poſt exilium reverſus, S. Sigebertum ſub finem anni* DCXXIX *aut ſequentem baptizaſſe: & ſic tempus illud ex correcto jam calculo cum Vita S. Amandi optime conſtitit. Eodem modo* § 3 *&* 11, *poſt diploma Elnonenſis monaſterii fundati,* annus XI Dagoberti *componendus erit cum anno Chriſti* DCXXXII, *ſicuti & nonnulli anni ejus aut aliorum Epiſcoporum conformari debebunt ad calculum chronographicũ Regum à nobis nunc expoſitum. Addimus etiam nos deprehendiſſe errorem in eo, quod Elevatio corporis S. Amandi referatur ad an.* DCCCIX *aut* DCCCX, *referenda ad annum circiter* DCCXC, *uti clarius deducimus* XIX *Maji, ad Acta B. Alcuini, qui Carmen* LIV *de iſta Elevatione ſcripſit. Sed redeamus ad Epiſcopatum Trajectenſem.*

D *Hic Teſtamentum fecit anno 2 Theodorici, 3 Chriſti 677.*

*unde reliqua ejus Chronologia pendet.*

E

79 XVIII *Epiſcopus* S. Remaclus *dictam Sedem adminiſtravit ab anno* DCL, *ſaltem verſus finem inclinato,* per annos decem *in Mſs. expreſſos. Ab hoc jam Epiſcopo Trajectenſi,* S. Trudo *Metas miſſus, puerili adhuc ætate floridus, atque à Grammatica per reliquas liberales artes progreſſus,* anno ſexto Epiſcopatus S. Remacli *ſacræ Scripturæ ſtudium arripuit: in quo cum optatum feciſſet progreſſum in Clerum aſſumptus, &* per Eccleſiaſticos gradus promotus, initiatuſque Sacerdotio eſt, ac plurimis peractis annis ..... maturuſque tam ætate quam moribus, ad S. Remaclum anno X Epiſcopatus reverſus, Dei verbum in ejus diœceſi Euangelizavit. *Ejuſdem* S. Remacli anno VI, *cœpta ſunt extrui monaſteria* Stabulenſe & Malmundarienſe, *& triennio poſtea ab eo dedicata: qui circa annum* DLX *relicto Epiſcopatu in iiſdem monaſteriis adhuc diutiſſime vixit. Acta autem illius varia erunt ad diem* III *Septembris illuſtranda; interim S. Landoaldi ejus Archipresbyteri Vitam dedimus* XIX *Martii.*

S. Remaclus *Eccleſiam Trajectenſium rexit ab an.* 650 *ad an.* 660

F

80 XIX *Epiſcopus* S. Theodardus, *Cathedram Trajectenſem ſuſcepit anno* DCLX *aut initio ſequentis. In ejus Vita, à Sigeberto Gemblacenſi expolita, ab Epiſcopatu Trajectenſi S. Amandi* triginta circiter anni *ad martyrium uſque S. Theodardi interponuntur: quibus* Eccleſia Trajectenſis *dicitur* poſſeſſionum ſuarum quantitate mutilata, atque irruentibus undique procellis agitata. *Verum quia Harigerus, Philippus Abbas Bonæ Spei, aliique ſcripſerunt, S. Amandum à Dagoberto Rege Eccleſiæ Trajectenſi præfectum, quod ſaltem ante an.* DCXXXVIII *factum debuerunt concipere; poſſet dici circa annum* DCLXVIII *Martyrio coronatus, quo tempore Childericus Rex, cui admodum carus fuerat, anno nono regnum Auſtraſiorum adminiſtrabat. Quæ omnia erunt ad Acta ejus* X *Septembris, accuratius illuſtranda.*

inde S. Theodardus *ad annum circiter* 668.

81 XX *Epiſcopus Trajectenſis* S. Lambertus, *aliquot poſt Martyrium S. Theodardi menſibus ordinatus*, ſub

A *S. Lambertus usque ad annum 699.*

Childerico Rege, qui cum, *ut ait Godeſchalcus cap. 2*, præ omnibus Pontificibus & Optimatibus diligebat, *Eccleſiam Trajectenſem gubernavit. Verum* Childerico ab impiis carnificibus *anno* DCLXXV interfecto, & Theoderico *in regnum admiſſo*, Ebroini, *qui Palatio ejus præerat, adeo* prævaluit iniquitas, ut S. Lambertum de Sede ſua deponerent & honore debito privarent, & Faramundum in Cathedra illius conſtituerent. *Ebroino autem circa annum* DCLXXXI *ab Ermenfrido confoſſo*, S. Lambertus ad propriam Sedem revocatus, magna univerſi populi lætitia ſuſceptus eſt. *Ac tum* pedes ſuos ad Euangelizandum pacem dirigens, populum ſibi commiſſum omnimodis ſacræ doctrinæ cibis reficere curavit, innumeras fidelium turmas de Gentilitate vocavit ad Chriſtianitatem *&c. tandemque* à Dodone, de Primatibus Palatinis uno, & Pipini Ducis familiari, telo transfixus animam Deo tranſmiſit. *De anno cædis non ſatis conſtat. Præ reliquis placet, quod in codice Ms. Aurea-Vallis ſcribitur* paſſus anno ſecundo Childeberti Regis, *qui foret annus Chriſti* DCXCIX: *neque hinc multum abeſt Sigebertus in Chronico, aſſerens* paſſum *anno* DCXCVIII. *Sed ea accuratius erunt diſcutienda* XVII *Septembris, die ejus natali.*


B *S. Hubertus poſt Sedem Leodium tranſlatam, mortuus anno 727.*

82 *Viceſimus primus & ultimus Epiſcopus Trajectenſis* S. Hubertus *deceſſoris & magiſtri ſui ſacrum corpus Leodium tranſtulit, anno ordinationis ſuæ* XII *aut* XIII, *ac deinde in Sedem etiam Epiſcopalem, ex urbe Trajectenſi & Comitatu Maſegau ſeu Maſelandiæ*, ad villam adhuc parvi nominis, quæ Leodium dicta, *ut Godeſchalcus vocat; & uti Fiſen obſervat, fuit* prædium Eccleſiæ Tungrenſis. *Hinc nomen* Tungrenſis Epiſcopatus *reſumptum fuiſſe ait idem Fiſen, & valuiſſe per* annos CCCCXL uſque ad Henricum ſecundum, *ordinatum anno* MCXLV, *vita functum anno* MCLXIII. *Hæc autem de cauſa* S. Hubertus *in Martyrologio Romano non appellatur* Epiſcopus Leodienſis, *ſed* Tungrenſis; *licet Sedem collocarit Leodii, ibique* anno DCCXXVII feria ſexta XXX Maji, *fuerit mortuus: cujus* corpus ab obitu ejus anno XVI, Carolomanni ac Pipini fratrum III, Chriſti DCCXLIII, die Dominica III Novembris, eſt elevatum: *ad quem diem erunt Acta ejus illuſtranda. S. Huberto ſucceſſit filius ejus, ante ex legitimo matrimonio natus*, S. Florebertus, *cujus Acta dedimus* XXV *Aprilis, cum Titulo* Epiſcopi Leodienſis, *per quamdam ſcilicet nec hiſtoricis inuſitatam prolepſim, quia cupiebam, & etiam nunc cupio, in omnibus gratificari Eccleſiæ Leodienſi, cujus decus glorioſiſſime ſplendet in univerſa Belgica & vicinis regnis.* D

## CAPUT XII.

### Antiqui Epiſcopatus Trajectenſis populi, eorumque vicini. Diſpargum Sedes Regum Francorum.

*Quod alias conſilium dedi Annales Leodienſes ſcripturo amico, id ipſe mihi hic ſumo: & acturus de antiquis* Epiſcopatus Tungrenſis *ac* Trajectenſis, *nunc* Leodienſis, *populis eorumque vicinis, tabulam in fronte hujus Capitis exhibeo, bonam partem* ſecundæ Belgicæ, Germaniæque *item* ſecundæ *repræſentaturam. Sumpſi eam ex grandiori alia, qua* Galliam Belgicam *anno* MDCXXXIII *univerſam complexus fuit Aubertus Miraus, eo fine ut Viarum in ea Miliarum typum exhibens, præluderet paulo poſt vulgando à ſe Chronico Belgico, exordium ſumpturo à Iulii Cæſaris in Galliam adventu. Sed ita ipſam inde ſumpſi, ut uſui eam meo meaque ſententiæ adaptaverim, quædam loca addens de quibus agendum hic mihi eſt, plura omittens ad inſtitutum præſens nil facientia; pauca etiam corrigens, prout credidi me ea certius habere aliunde definita.* 83 *Trajectum, Maſelandiæ urbs primaria* E




84 *Incipio autem, à fluminis* Maſæ *ſeu* Moſæ *accolis, quorum primariam olim urbem diximus fuiſſe* Trajectum, *appellatis antiquitus* Maſacis, Maſegavis, *vel* Maſelandis; *rancida aliis viſa nomina, quæ tamen Reges Imperatoreſque uſurparunt, adeoque nemini faſtidienda. Etenim* Trajectum in comitatu *ſeu* pago Maſelandiæ

*agnita in diplomatis*

*fuiſſe confirmant in ſuis diplomatis, Arnulphus Rex poſtea Imperator, Zuendeboldus Rex illius filius, Carolus Simplex Rex Francorum. Ea diplomata exhibent Miraus in Notitia Eccleſiarum Belgii cap. 44, 46 & 49, Chriſtophorus Brouwerus & alii: verba illorum dedimus cap. 4 libri I Diatribæ noſtræ. In diviſione porro regni Lotharii inter*

A *inter Ludovicum Regem Germaniæ & Carolum Calvum Regem Francorum, omnis ea Maſacorum ditio diſtincta eſt in duos Comitatus*, ſuperiorem & ſubteriorem Maſau *ſeu* Maſegau.

*item Moſavi* 85 *Eginhardus, Caroli Magni Imperatoris Cancellarius, vir ſcientiâ, doctrinâ, virtuteque eximius, lib. 4 Hiſtoriæ tranſlationis SS. Marcellini & Petri data 2 Iunii*, Gangluden (*quo nomine intelligitur diſtrictus, continens oppida* Gangelt, Vucht *&* Millen *in agro Iuliacenſi, paucis à Mosâ leucis diſtantia*) fundum regium in pago Moſavo *eſſe tradit. Quo tempore floruerunt SS. Lambertus & Hubertus Epiſcopi Trajectenſes, præerat Auſtraſiis Pipinus Herſtallius, pater Caroli Martelli, de quo Brouwerus lib. 7 Annalium Trevirenſium hæc habet*: Diploma vetus inſpeximus, quo ipſe, *Pipinus* in villâ *Moſarii* Bagoloſo, regnante jam tum Dagobetto, jacens ex morbo, S. Willibrordum prædio Suueſtra donat, quod prædium ipſe ad rivum cognominem in pago Moſariorum ſitum eſſe confirmat, atque ut in nepotum Grimoaldi & Drogonis filiorum ſit tutela, cavet. Denique cum propter morbi magnitudinem ſubnotare non potuiſſet ipſe, Plictrudi conjugi dat negotium, ut ipſa donationem ſubſcribendo corroboret. *Quæ Theofridus in Vitâ S. Willibrordi ita confir-*

B *mat*: Idem munificus Princeps ſub chirographi conſcriptione anno IV Regis Dagoberti, VI Nonas Martii, tradidit illi *Willibrodo* villam in pago Moſavorum ſitam, & à præterfluentis fluvii nomine Suveſtram nuncupatam; & egregiæ Blittrudis ſagaci induſtriâ, ab ingenuis viris pecuniæ impendiis comparatam. *Eſt* Sueſtra; *ſive* Suſtera, *illuſtre nobilium virginum monaſterium cum oppido adjuncto, circiter ter mille paſſus à Moſa remotum, è regione fere* Maſaci *ſeu* Maſecæ *oppidi, Trajectum inter & Ruremundam. Nec procul ab Suſterâ diſtat relatum ante* Gangluden.

*atque Maſavi apud veteres.* 86 *Demum oſtendi cap. 5 Diatribæ Tacitum lib. 4 Hiſtoriarum eoſdem* Maſacos *appellare, & conjungere* Sunicis, Tungris, Bethaſiis & Caninefatibus *finitimis populis, de quibus infra agemus. Caput ergo gentis* Maſacorum, Moſariorum, Moſavorum, *ſeu* Maſelandorum, *fuit* Trajectum, *quam totius provinciæ urbem maximam dixit Ægidius à Leodio; ubi & Reges ſolitos fuiſſe commorari colligimus ex diplomate Childerici Regis, quo donationes monaſteriis Stabulenſi & Malmundarienſi confirmat.* Datum, *id eſt*, quando fecit menſis September dies VI, anno VIII regni Domni Childerici Regis, Trajecti feliciter. *Annus is erat Chriſti* DCLXVII, *quo S. Theodardus Eccleſiæ Trajectenſis Epiſco-*

C *pus loca monaſteriis donata cum Hodone Domeſtico & Foreſtariis regiis juſſus eſt determinare: non ergo anno* DCLV *occiſus, ut tradunt Bucherius, Fiſen, atque alii, quorum opinionem Fallonius* vulgatam Chronologiam *vocat, ac* Belgis Galliſque ſequendam ſtatuit. *Sed quomodo hi manifeſte in tempore Sedis horum Epiſcoporum errant, ita idem inferre cogitur eos in loco Sedis aſſignando erraviſſe.*

87 *Apud eumdem Miræum in Codice Donationum cap. 15 referuntur* tres Reges fratres, Lotharius, Ludovicus, & Carolus ſimul conveniſſe ſecus Trajectum, in loco qui dicitur Marſna, anno Dominicæ Incarnationis DCCCXLVII. *Hujus loci prædium donavit monaſterio Remenſi S. Remigii*, Gerberga, Ottonis *I Imperatoris ſoror, tum Regina Francorum, nupta* Ludovico Tranſmarino, *dicti* Caroli Simplicis *filio: in cujus donationis diplomate, ibidem cap. 38 relato, teſtatur* traditum S. Remigio quoddam prædium in alodio in honore S. Petri conſecratum, vocabulo Merſen in Comitatu Moſaugæ, cum omnibus ad ipſum pertinentibus prædium. . . . . Actum III Idus Februarii, anno Incarnationis Dominicæ DCCCC-LXVIII. In præfato Comitatu, in villâ quæ dicitur Sarta. *Eſt* Marſana, *ſeu* Marſna, *aut* Merſen

*Comitatus Moſaugæ ſuperior*

*pagus ſecundo lapide à Trajecto & Valckenburgo cum monaſteriolo, quod ſub titulo Præpoſituræ à Monachis Remenſibus hactenus poſſeſſum, jam cum aliis prædiis in Gallia ſitis commutatum, pertinet ad Canonicos Regulares Eaucourtianos in Arteſia. Hæc de Trajecto, urbe primaria, ſive metropoli Moſacorum, cum vicina Marſana, in ſuperiore Maſelandia ſive Moſauga. Infra eam urbem tum alia occurrunt loca, tum hæc celebriora*; Stochemium, Maſeca *ſeu* Maſacum, Sueſtra *ſeu* Suſtera, *ſupra* pago Moſariorum *adſcripta. Dein* Ruremunda, Ven- *& inferiori* lona, Gravia, Ravenſtenium, Megena; *cui jungitur ditio hodieque* Maſelandia *appellata, & ex adverſo ultra alteram Moſæ ripam regiuncula* Maſewalia *ab utroque fluvio dicta. Atque huc uſque* inferior Maſau *ſeu* Maſegau Comitatus *videtur extenſus.*

88 Maſacis *hiſce inferioribus* Caninefates, *etiam* *Vicini Batavi* *apud Tacitum adjunguntur. In prædicta autem regni Lotharii diviſione anno* DCCCLXX *facta, Comitatui ſubterioris Maſau jam explicato junguntur alii duo Comitatus*, Bátua & Téſtrebant: *quorum ille pars eſt antiquorum* Batavorum, *iſte* Caninefatum, *in Romana Hiſtoria ſæpius memoratorum. Incoluere* Batavi *inſulam inter* Válalim *fluvium, dein* Méruam *dictum, & antiquum* Rheni *alveum, ad uſque urbes* Ultrajectum & Leidam, *ideo* Lugdunum Batavorum *appellatam. At* Caninefatibus *attribuit Tacitus alteram inſulæ partem, inter antiquum ſcilicet Moſæ alveum &* Vahalim *ſeu* Meruam, *& Caninefates utrumque populum dirimentem: ubi cernuntur tum oppida* Bommélia, Heuſda, Worcomium *in Comitatu Tiſtrebanto, tum inſulæ* Dordracéna & Iſelmunda, *forte etiam* Stria, Vorna, Flackéa *ac* Gorréa. *Aliquod interim antiquæ ſedis* Caninefatum *veſtigium extat juxta novum Moſæ alveum, quo ager Bommelianus à ditione Altenenſi dirimitur, ubi prope pagum Alſtum parva inſula* Caninxvaert *etiamnum appellatur. Porro apud Tacitum lib. 4 Hiſtor. cap. 56* Claudius Labeo quoſdam Nerviorum Bethaſiorumque in arma traxit, & furto magis quam bello Caninefates Maſacoſque incurſabat, nihil auſus apud Batavos, *quippe ulteriores. Hæc aliaque alibi producta Tacitus, qui in accurato opuſculo de ſitu & moribus Germaniæ*, Caninefates & Maſacos *illis non annumerat, ut mirum ſit à Cluverio eos conſtitui in Germania antiqua*, Maſacorum *nomine ſumpto pro nomine* Marſorum, *quæ gens ultra Rhenum erat*, & Caninefatibus *ad* Kennemarios, *Alchmariæ vicinos, qui Friſiis adnumerantur, relegatis.*

89 Maſacis *adjungit Tacitus* Sunicos, *atque hos* A- *& Sunici* grippinenſes *inter*, Tungroſque *ac* Bethaſios *locat; unde dictos* Sunicos *ad Rhenum* *ab oppido* Zonsbeek, *quaſi* Sunicorum rivus *dicto, in hodierna Clivia, per leucas fere duodecim libenter extendemus ad oppidum uſque* Zons, *Rheno adſitum inter Coloniam & Noveſium, ut Divæo aliiſque placet. Infra Tungros circa Demeram fluvium arbitramur* Betaſios *conſediſſe, ubi* Betagemium *eſt in Ducatu Arſchotano, quaſi* Betaſiorum domus: *& ad Getam amBetaſii prope Demeram.* *nem in Haleni præfectura eſt pagus* Betaſia, *contracte* Betſia, *vulgo* Beets. *Ibidem in præfectura Gerenſi ſub oppido Landa, ſed Thenis vicinius, duplex* Hasbanum *ſuperius & inferius eſt, vulgo* Overheſpen & Neerheſpen, *unde ea regio* Hasbania *ac vulgo* Heſpengauw *nominatur.*

90 *Iulius Cæſar Moſam inter & Rhenum alios collocat populos*, Eburones, Condruſos, Pæmanos, Seg- *Eburones.* nos, Cæreſos, *quos* ex gente & numero Germanorum *aſſerit lib. 6, & lib. 2* uno nomine Germanos appellari, *& lib. 5 ait* Eburonum partem maximam eſſe inter Moſam & Rhenum; *ac* Sicambros, tranſeuntes Rhenum, primos Eburonum fines adiviſſe, multos ex fuga diſperſos excepiſſe, *ac* magno pecoris numero potitos. *Eburonum ergo longe patens ditio fuit, quæ forſan ab* Urta *vicino amne nomen ſortita, creditur à multis Leodienſi urbi, tamquam capiti ſuo, nunc*

A *subesse. Vt ut est*, Eburonibus *à Cæsare deletis, nulla eorum notitia apud Tacitum alioſque ſcriptores manet.* Condruſi, Pæmani, *rectius* Fæmani, *nomina ſua retinuni hodieque: & ſunt in Eccleſia Leodienſi Archidiaconi tam* Condruſii, *vulgo* le Condrois, *inter Leodium & Hujum, quam* Fæmaniæ *vulgo* Famenne, *cujus caput eſt* Marchia in Famena, *ad agrum Luxemburgenſem jam pertinens.* Segnorum *veſtigium apparet in oppidulo* Segniaco, *vulgo* Chinei, *haud procul Dionanto ad Bochum exilem fluvium, ubi S. Maternus quinque mortuos, ruina oppreſſos, vita reſtituiſſe legitur. Demum* Cæreſi, *inter Leodium & Hermaliam haud procul Moſa, videntur in monte Sedem fixiſſe, ubi* Caſtrum, Cermont, *quaſi* Cereſorum mons *eſt: niſi malus, quia per diphtongum æ nomen ſcribitur, de Pagum* Caroſium *intelligere (de quo ex Wilthemio noſtro audiviſſe memini, ut in monaſterii Prumienſis diſtrictu fere ſito, profundius in Arduenna) &* Cæroſios *legere.*

91 *Tacitus* Betaſiis *&* Tungris *jungit* Nervios, *populum hodiernæ Hannoniæ, quorum metropolis olim* Bagacum: *quo deſtructo* Cameracum, *urbs Epiſcopalis* Nerviorum *potiſſimum manſit. At qui* ſub imperio Nerviorum *à Iulio Cæſare lib.* 5 fuiſſe *dicuntur, in* Centrones, Grudios, Levácos, Pleumoſios, Gordúnos B *diſtincti, cum reliquis Nerviis antiquæ Diœceſi Cameracenſi incluſi ſunt, ſecutiſque temporibus* Bracbatenſes *&* Bracbanti, *aut etiam* Brachanti, *appellati; quorum ditio in quatuor Comitatus diſtincta traditur in Diviſione regni Lotharii anno* DCCCLXX *facta. Includitur fere hoc* Bracbantum *fluvius* Haina, Senna, Rupela, Scaldi, *ad cujus tamen lævam ripam* monaſterium Ganda, *à* S. Amando *extructum*, ubi corpore S. Bavo requieſcit, pago Bracbatenſi *adſcribitur in diplomate Ludovici Pii, dato ejus Imperii anno* VI, *Chriſti* DCCCXIX. *Nec deerunt in hoc* Bracbanto *curioſis indagatoribus veſtigia antiquorum populorum à Cæſare indicatorum.* Gorduni, *à quibuſdam* Gandenſes *cenſentur:* Leuze *à* Levácis; *&* Cambron *à* Centronibus *non multum abludunt:* Muſen *à* Pleumoſiis *abſcerptum poſſet dici, &* Groden *ſeu* Groen-hoef *Sedes* Grudiorum *haberi, uſitata Belgis contractione.*

92 *Sed hæc ſolum ideo adferuntur, ne ob talium vocum ſimilitudinem ab ingenioſo Vendelino eos permittamus* Advaticis Eburonibuſque *immiſceri, neque ab aliis ultra Scaldim ablegari ad ditionem* Menapiorum, *quos* Mórinis *adjungunt Iulius Cæſar & Plinius lib.* 4 *cap.* 17. *Strabo etiam lib.* 4, *&* Dio *Caſſius lib.* 39, ὁμορῦντας confines τοῖς Μενάπιοις Μοζίνας *ſtatuunt. Adſtipulantur poſteriores ſcriptores: ita in Geſtis Normannorum ante Rollonem Ducem*, Normanni, Tornaco civitate, omnibuſque monaſteriis ſuper Scaldem fluvium, anno DCCCLXXX ferro & igne devaſtatis, & Cortriaco caſtro ad hiemandum conſtructo, Menapios & Sueyos uſque ad internecionem deleverunt, omnemque terram juxta flumina Scaldim & Legiam conſumpſerunt. *Gualterus Diaconus in Vita B. Caroli Boni Comitis Flandriæ* 2 *Martii, num.* 77 *refert*, Guilielmum Viroviacenſem, *unum è complicibus cædis*, juxta Tornacum ad villam quamdam deveniſſe, & Tornacenſibus eum inſectantibus, vix equum nactum, in partes Nerviorum ſeceſſiſſe, *ubi ſeculo adhuc duodecimo Tornacum à Nerviis ſecludit. Philippus ab Eleemoſyna in Vita S. Amandi tradit* urbem Menapiorum eſſe, quæ vulgato nomine Tornacus dicitur. *Ac deinde* Elnonem *aſſerit* intra Menapiorum poſitum fines, Propontiis Nerviiſque conterminum. *Vbi Ms. noſtro, antiquo charactere, additum eſt*, Menapios eſſe Tornacenſes, Propontios Bracbatenſes, Nervios Hainonienſes. *Continet diœceſis Tornacenſis, præter Tornaceſium & Amandopolim, Inſulas & Cortracum urbes cum agris ſuis, atque olim (quæ jam abſtractæ) Gandavum cum Aldenarda, Brugas cum Aldenburgo, Sluſa vicinique oppidis. Vnum qui fecerit populum*, Menapios *dixerit, longe ad* Mórinos *fuſum. Ludovicus Pius Imperator, in Præcepto diviſionis Imperii inter filios faciendæ, videtur hanc* Menapiorum *ditionem dividere in* Menapiſcon, Medenenti, *& forte* Fránderes, *ſive* Flandram, *quibus contiguas adjungit regiones* Bragbentum, Ainau, Auſterban, Advertenſem *&* Teruanenſem. *Incoluiſſe tunc* Medenatenſes *partem agri Inſulenſis, oſtendimus* 11 *Februarii, ad Vitam S. Adalbaldi Ducis* § 3. D

93 *Sicuti autem diximus, ſupra* Pæmanos *Iulii Cæſaris rectius ſcribendos appellandoſque eſſe* Fæmanos *ſeu* Famenos; *ita* Menapios Germanos, qui trans Moſam magnam partem equitatus miſerant, *à* Menapiis, *quos in diœceſi Tornacenſi conſtituimus plane diſtinctos, ſi quis* Genapios *ſcribi ac dici debere crederet, evitaret grandem diverſiſſimarum duarum regionum confuſionem. Eſt enim ad Moſam oppidum* Gennep, *extremus limes eorum quos Tacitus* Gugernos *quaſi* Góchgenars *vocare videtur, quique fere* Clivii *vulgo* Clévenars *dicuntur, ab oppido regionis capite: ita ut, à tribus iſtic oppidis, modico horarum vix trium intervallo triangulariter ſitis*, Gennep, Gogh, Kleef, *tria ſucceſſive nomina una eademque regiuncula ſortita videatur. Iverunt dicti* Menapii, *ſeu potius* Genapii, prædandi frumentandique cauſa ad Ambivaritos, *inter Antverpiam, Bredam, & Bergozomium, habitantes, quibus accenſentur inſulæ Zelandicæ, ut alibi docuimus. Philippus Cluverius, ut* Menapios *utroſque propius conjungeret, in hodierna Campinia eos collocavit, amandatis in inſulas Zelandicas* Taxandris. *Verum tenëri debet, quod ad dexteram Demeræ fluvii partem, longiſſime verſus Septemtrionem, ad uſque Caninefates & Batavorum confinia, habitaverint* Taxandri, *ſive* Theſſandri, *aut* Toxiandri. *Nam* Theſſandrorum provinciam in proximo Trajectenſibus fuiſſe, *oſtendit Renerus, ad S. Laurentium prope Leodium Monachus, in Vita S. Lamberti Epiſcopi Trajectenſis cap.* 14. *Nicolaus quoque Canonicus Leodienſis, in ejuſdem S. Lamberti Vita cap.* 12, Beliſiam (*ubi S. Landrada ex conſilio S. Lamberti monaſterium extruxit*) *tradit eſſe* in ingreſſu Taxandriæ, duobus à dirutis Tungrorum muris, duobus à Trajecto diſtantem milliaribus: *& idem ante Capite* 10 *dixerat*, Taxandriam à Trajectenſi oppido vix tribus milliaribus diſparari. *Ipſa eſt igitur, quæ jam à planitie regionis fere* Campinia *appellatur, & nomen olim ſortita à ſoli arenoſi natura*, Taxandria *dicebatur iis, quibus* Tas *cumulum*, Sand *arenam ſignificabat, ut & hodie ſignificat, & ſupereſt veteris appellationis veſtigium in pago* Taſſen *prope* Dieſtam. *Hujus autem* Campiniæ *altera pars dominio Epiſcoporum Leodienſium ſubjicitur, altera una cum reliqua Brabantia unam in provinciam coaluit. Porro in limite Leodienſis Campiniæ eſt pagus* Budilio, *vulgo* Budel, *&* Buel, *nunc intra Pelandiæ fines; quem Carolus Magnus, anno Chriſti* DCCLXXIX, *per diploma ſignatum anno* XI *regni ſui, adſcribit* Taxandro; *ejuſque Decimas, tum impetratas, adhuc obtinet Eccleſia Aquiſgranenſis. Simili modo Monachi Epternacenſes varias Decimas alioſque Eccleſiaſticos proventus, ſibi teſtamento S. Willibrordi legatos, in* Taxandria, *nunc Campinia Brabantica, hactenus percipiunt. In his referuntur*, Bobanſchot, Alfem, Pieplo, Hinneſloten, Dioſna, Wadradoch & Buſlot: *quibus hæc modo ſunt nomina*, Boſchot, Alfen, Poppel, Hulſel, Dieſſen, Wedert, & Buſlot. *Sic etiam Otto I Imperator, diplomate anno* DCCCLXVI *dato, in Notitia Eccleſiarum Belgii à Miræo cap* 62 *relato, confirmat* hereditatem S. Gertrudis, ſitam in pago Teſſandria ſuper fluvio Struona, in villa quæ dicitur Bergom. *Oppidum id nunc* Berga, *ſeu* Mons S. Gertrudis *dicitur, eſtque provinciæ Hollandicæ, quamvis in ulteriori Brabantia ripa non procul Breda ſitum. Auctor denique Vitæ S. Gummari*, XI *Octobris illuſtrandæ, teſtatur* villam Ledonem (*oppidum Liram intelligit*) uno à latere

*Segni*, *Cereſi*, *eis Moſam Nervii & horum ſocii*, *Menapii, in diœceſi Tornacenſi*, *diſtinguendi à Genapiis ultra Moſam*, *Taxandri*, *Ambivariti*, E F

A latere reſpicere Taxandriam, à latere altero Reynenſem provinciam, & haſce provincias amne Nitâ, ſeu Nethâ, influente in villam, ſequeſtrari. *Vniverſim tamen Plinius lib.4 cap.17* extera à Scaldi Taxandros incolere *ſcribit, ut ipſos quoque* Reynenſes *videatur inter* Taxandros *numerare.*

*Sedes Saliorum Francorum*

94 *Ad Vitam porro S. Sigeberti § primo deſcripſimus veterum* Francorum *originem, ſedes atque migrationes, & diximus à vindicanda libertate nomen adeptos, ac diviſos fuiſſe potiſſimum in* Ripuarios & Salios; *illos juxta S. Hieronymum in Vita S. Hilarionis* XXI *Octobris, habitaſſe* inter Saxones & Alamannos, *& in horum lege titulo* 36 *vicini cenſentur* Alamanni, Friſiones, Saxones. *Ad hos* Ripuarios *putamus ſpectare Ricomerem & alios Reges, & bella ab his geſta; eoſdemque à Chlodoveo primo ſubactos, ſupra diximus. At* Salii Franci *ad Iſalam fluvium & in Tranſiſalania, ubi oppidum* Oldeſalia, *ſeu* antiqua Salia *habetur, primo habitaverunt: hinc pulſi, in Batavia, dein* prope Taxiandriam locum, habitacula fixerunt, *juxta Ammianum lib.17 & alios. A dicto autem* Taxandrialoco, *vulgo* Teſſenderlo, *duabus leucis diſſita eſt* Dieſta, *oppidum Brabantiæ, cujus Duplex cognomen eſt; ſic ut à civium domiciliis* Diſthemium *dicatur, à Curia vero regia* Disburgum, *pro quo paſſim legitur* Diſpargum, *quaſi* Diſt-berg *vel* Diſt-burg. *Ibi* Rex Clodio, *ut ſupra ex Turonenſi dictum*, habitavit in termino Tungrorum *ſeu* Toringorum, *quo etiam modo* Tongri *appellantur: indeque miſſis exploratoribus* Cameracum *intercepit. Ibi Legis Salicæ conditores*, Sálegaſt, Wíndegaſt, Bódegaſt, *& Wyúſegaſt, à ſuis nominibus appellata, habuerunt domicilia*, Sáleheim, Wíndehòve, Bóedenhòven *ad portas Lewenſes, &* Wuſe *ſeu* Wúeſt-Kerck, *quæ loca ſuo ſitu demonſtrant in proximo eſſe* Diſpargum, *Sedem Saliorum. Quare* Burgum, quem Clodio Rex incoluit, eſſe ſuperiorem ac vaſtiorem locum Kakenburch, *indicavit Wendelinus litteris ſuprà anno* MDCLV; *eoque nomine cenſuit ſignificari* Regalem Burgum *ſeu* Regiam domum, *quaſi* antiqui Germani cum Scythis, Avaris & Bulgaris ſuos Reges Chaganos *appellarint. Præterea* indignatur, quod Chifletius paſſus ſit ſe decipi à quodam villico, ut Diſpargum Lovanium inter & Bruxellam, ad villam Joannis de Mulder, in municipii Dusborch appendice collocaret; *judicatque in Diatriba mea de tribus Dagobertis Francorum Regibus, lib.4 cap.8, iſtam Chifletii opinionem ſatis eſſe refutatam: ad eam itaque remittimus Cointium & alios, qui Chifletium temere ſecuti ſunt, & huic Tractatui finem imponimus.*

*anno nomine Diſtæ appellatum.*

*Diſpargum, & Diſthemium,*

B

C 95 *Hactenus Henſchenius, cujus & Wendelini prælaudati ſententiam puto non reprobaſſet Celſiſſimus Mecenas noſter Ferdinandus Fruſtenbergius, in ſuis ad Monumenta Paderbornenſia eruditiſſimus Notis, pag.156, ubi de* Deſenbergâ *ad Dimolam, Gelenio creditâ* Diſpargum *fuiſſe, neque* Dieſtæ *prætuliſſet* Duisburgum *ad Rhenum; ſi conſideraſſet de eo agi tempore, quo* Franci Salii, *non ſolum à primis ſuis ad Iſalam ſedibus, ſed & à ſecundis in Batavia pulſi, ſub Iuliano Imperatore, ſibi perquam benigno,* in Romanum ſolum trajecerant, ſponte ſua ſe cum rebus ſuis ejus fidei permittentes, *ut tanto ante Chlodionis regnum ſcripſit Zoſimus; & quidem* apud Toxiandriam locum habitacula ſibi licenter figendo, *ut addit coævus Zoſimo Ammianus; unde hodiedum agri inter Herkam, Taxandriæ oppida,* Vranckrijk, *id eſt,* Francorum regnum *dicuntur; & juxta* Dieſtam *ipſam* Selheim, Sellik, Selbemde, *id eſt,* Saliorum domus, vicus, prata, *veterum poſſeſſorum nomen retinent molliori noſtra dialecto. Cum ergo Gregorius Turonenſis eoſdem ait* tranſacto Rheno Thongriam tranſmeaſſe, ibique Reges crinitos ſuper ſe creaviſſe, *atque eorum unum, ac forte primum,* Chlogionem habitaſſe apud Diſpargum, quod eſt in termino Thongrorum, *quibus* in partibus habitabant uſque Ligerim fluvium Romani (*ſicuti teſtatur etiam lingua eorumdem, quam modo* Gallicam *ſeu* Wallicam *vocamus, hodiedum ſuperſtes, & à qua pars Brabantiæ* Brabant-Roman *Franciæ, Teutonibus* Walsbrabant, *dicitur cum, inquam, ita ſcribit Turonenſis, certos nos reddit, ſeſe aut non lectum aut non intellectum ab Aimoino, trecentis poſt ipſum annis ſcribente. Hujus tamen unius teſtimonio* Ceſiſſimus nititur, *aſſerentis quod* Rex Clodio, anguſtos regni ſui fines dilatare cupiens, exploratores à Disbargo trans Rhenum dirigit; & ipſe cum exercitu ſecutus, Cameracum civitatem obſidens expugnavit & cepit. *Edita quidem & manuſcripta Turonenſis exemplaria multa pro,* Thongria Thungriſque, *habent* Thoringiam, Thoringoſque, *& hoc legiſſe videtur Aimoinus, eoque facilius ipſos ad Rhenum collocaſſe, quod ibidem etiam* Franci; *ſed* Ripuarii, *habitarint: verum Morelius & Iſaacus Pontanus aſſerunt, meliora antiquioraque generis utriuſque exempla priorem præferre lectionem. Quamquam idem fortaſſe nomen utrumque eſt: nam Procopius Cæſareenſis, Turonenſi paulo ſenior, lib.1 rerum Gothicarum* Toringos barbaros, permiſſu Auguſti Cæſaris, has ſedes habitaſſe *ait: nec inverosimile eſt* Barbaros *illos Procopii, ex Germanica* Thoringia, *nunc* Düringen, *adveniſſe in hanc Belgicam, atque ex veteri illo longiori nomine contractius nomen* Tongrorum *fluxiſſe, ſicut initio conjectatur* Henſchenius.

D

*ex ſecuti 4 & 6 ſcriptoribus refutatur.*

*Diverſa de Duisburgo circa Rinenſem ſententiæ,*

E

# APPENDIX I

## G. Wendelini Epiſtola de Diſpargo, non alibi quam Dieſtæ requirendo.

*Wendelinus Paſtoribus Dieſtenſibus ſcribens.*

96 *Abſoluto fidei-commiſſo, quod mihi moriens Magiſter reliquit; nonnihil etiam debere me cenſeo Eruditiſſimo ejus Synonymo veterique Amico* Godefrido, *ſive (ut is ſcribere malebat)* Gottifrido *aut* Godofrido Wendelino; *ejuſque ſupra allegatam Epiſtolam puto non eſſe ſubtrahendam poſteritati, utpote idoneam illuſtrandæ haud parum prædictæ eis Moſam Francorum Regum Sedi, nec facile alias venturam in lucem; cum Wendeliniana autographa cetera inter conſanguineorum illitteratorum manus perierint; exceptis forſitan Epiſtolis paucis, poſt eorum ad quos ſcriptæ fuerunt mortem haud diu evaſuris ſimilem iſtis ſortem, niſi quis ipſas doceat æſtimare. Inſcribitur Epiſtola,* Reverendis admodum viris, Dominis Bartholomæo Pluckero & Leonardo Schyndelio, Paſtoribus S. Sulpitii & Begginagii Dieſtenſis; *& tenor ejus talis eſt.*

F

*Docet Diſpargum*

97 Septimus jam annus labitur, Viri doctiſſimi juxta ac pientiſſimi, cum leges *Salicas*, diſquiſitione ſoli natalis, tum & ſuo Gloſſario illuſtratas, publice exhibui; ſatiſque mihi commonſtraſſe viſus ſum, *Diſpargum Caſtrum* (quod neſcio an Pharamundus, Rex ille Francorum primus, ejus certe filius Clodio habitavit) non alibi eſſe quærendum, quam intra ipſum oppidum *Dieſtenſe.* Cur autem eidem loco aſſignaverim Chlodionis Domicilium; non temere eſt à me factum: quandoquidem quatuor Legiſlatorum Gaſtorum Domicilia *Sáleheim, Windehòve, Bódehòve*, ſeu prout Actuarii ſcribunt *Bódehòven* ad portas Lewenſes; & *Wuſe* ſeu *Wuſikerck*, nobilitata loca per ſuos Dominos, *Sálegaſt, Windegaſt, Bódegaſt & Wuſegaſt*, hoc ipſum oppidum *Diſpargum* de proximo commonſtrent, ut omittam *Taxandriam-locum*. vulgo *Teſſénderloo*, ac *Sigenam* vulgo *Sichem*, & tot alia Malbergiorum loca per Taxandriam comparentia, extra quorum confinia *Diſpargum* cogitari nec poteſt nec debet.

*iſtic quærendum ubi Legis Salicæ conditores ſua habuerunt domicilia*

98 Quamquam autem hæc tam certa ſint, quam quid-

A *pro quo frustra Deusenburgũ Chiffletius substituit :*

quidvis aliud à conjecturis certitudinem ſuam mutuans. Ecce tamen ut nuper *Deuſeburg* (inter Lovanium & Bruxellam municipium modicum) *Diſpargi* totam gloriam ac nomen ad ſe trahere conatum eſt: quoniam *ſuperſuni* (ut dicitur) *viri ſenes ac fide digni, qui viderunt rudera & veſtigia veteris Caſtri Daiſburgenſis, in loco ubi villa Ioannis de Mulderdicta, in municipii appendice, quæ vulgo Yſeren.* Sic Chifletius in ſuo Childerico redivivo, edito Antverpiæ apud Moretum pag. 8 : quæ Doctiſſimus Henſchenius in ſuo Dagoberto p. 249 tamquam ridicula explodit ; & indignor ego mecum, cum video virum tantum, quantus eſt Chifletius, ſe paſſum decipi à poſtremo Diſtii quæſtore ſeu villico de May, qui negaverit Burgum Dieſtenſem vocari den *Dieſter-Borch*, ſed *den Borch* ſimpliciter. Quaſi den *Lümmerſchen-Borch* non ſit Lummenſis Burgus, quia illic incolæ ſimpliciter efferunt *den Borch*. Quaſi den *Lovenſchen-Borch* non ſit Lovanienſis Burgus, eo quod Lovanii vocetur ſimpliciter, *op den Borch*. Quaſi denique *Diſpargum* ſeu *Dioſpergum* (ut in aliis exemplaribus legitur) ſeu *Diesbargem* apud Fredegarium, non ſit *Dieſt-Borch* : quod nunc quidem vocatur *Dieſt*, in diplomate vero Zuentepolchi Regis anni DCCCXCIX, *Dioſta* [Quin & in diplomate Caroli ſimplicis, dato ſub notis annum DCCCCXV ſignificantibus, *Teſtis-villa*, ad quam pertinuerat *foreſtis, quam conſtat in pago Luvienſi atque in Comitatu Sichardi ſitam*, rectius fortaſſis ſcribiretur *Tieſtis-villa* ; & *Dieſta* eſſe intelligetur ; ſicut Pagus *Luvienſis* non videtur alius à *Lovanienſi* poſſe concipi ; & *Sichardi Comitatus* haud dubie eſt *Sichemienſis*, à Sicardi ſeu Siconis habitatione nuncupatus. Ego in meo ad Leges Salicas etymologico docui *Died* & *Thied* veteri Francica lingua ſignificare *Populum*, unde derivatum adjectivum *Dietſch* vel *Thietſch*, *popularis*, per tranſpoſitionem pro majori facilitate aſſumptam, in nomen *Dieſt* vel *Thieſt* deflecti potuit: nec eſt quod aliquẽ moretur diverſitas ſcriptionis *barg, berg, borg, burg*; alias *parg, perg, porg, purg*; quorum priora *montẽ* ſignificant, poſteriora *arcem* ſeu *burgum* : nam omnia ſunt ab eadem radice, & quia in montibus ſtruebantur arces, facile alternabatur antiquis pronuntiatio, ſicut ex *bergen* occultare, formatur parcipium *geborgen* occultus.]

*Etymon Dieſt alibi ſuggerit,*

B

99 At enim, quam recte aſſerui *Diſpargum* Chlodionis eſſe *Dieſt* veſtrum : tam oblique in ipſum Burgum impegi, quem putavi eſſe collem iſtum minorem, inter duas eccleſias, S. Mariam de Burgo & S. Joannem de Burgo. Poſtquam enim omnia ruminavi ac perpendi, Burgus quem Chlodio Rex incoluit, eſt ipſe ſuperior ac vaſtior locus *Kakenburch* ; non ex eo dictus, quod proſpectet eminus in circumſita loca; ſed quod ejus etymon ſit ſonetque, *Regalem Burgum* ſeu *Regiam Domum*. Quod enim nunc dicimus *Koninck*, olim tota Germania, cum confine ſibi Scythia, vocabat *Khággan* ſeu *Kágan*, unde *Káganick* & *Káganink*. Nihil frequentius eſt in hiſtoricis quarti & quinti ſeculi, quam legere Scytharum, Chazarorum, Avarum, & Bulgarorum *chaganos*. Multus eſt in his Cedrenus, Zonaras, Paulus Diaconus, aliique, docentes illarum gentium ſeu Reges ſeu Regulos vocari ſolitos *Caganos*. Sic ergo *Kághenborch* eſt *Regius Burgus*, ejuſque juriſdictio ac territorium *Kággen-Vinne* ſcribitur in Actis publicis veſtri Magiſtratus, quomodo in hac noſtrâ Flandria *Ticlivinni* olim, nunc *Dickelvin* haud procul Gandavo. Atque adeo id verum eſt, per *Vinne* deſignari Fines ac juriſdictionem, ut jus jam dictum & adminiſtratum, hoc eſt ſententia, vocetur *Vinniſſe*, vulgo *Vúnniſſe* & *Vónniſſe*, à Latino *Finitio, definitio, definitiva* ſententia [ſeu potius à veteri Francico *Vinnen* decidere, unde *Vinne* cæſura ſeu pars deciſa, & *Vinnich* dicitur ferox, imperioſus, quaſi ad cædendum ac decidendum promptus.] *Kagghenvinni* ergo eſt *Caggáni* ſeu *Regis Juriſdictio* ac territorium, & *Kagenburgus* eſt *Regium domicilium* : quod poſt Salicas meas leges editas ſerius demum didici, à quodam veſtro cive, mediocri viro, commemorante mihi *Burgum* illum fuiſſe Domicilium ſeu Palatium Regis cujuſdam, cui nomen fuiſſet *Cacus*. Ita ſcilicet per fabularum tenebras fugitiva eſt antiquitatis notitia.

*ſuiſſe Kakenborg,*

*quod domũ Regis interpretatur,*

*uti & Kaggen-vinne, ejuſdem diſtrictum,*

*& indicat R. Chlodionis aulam*

C

D

*optataque vetuſtiſſimi oppidi iconiſmum acciperе.*

100 Ceterum quod illuſtrare iſtas poteſt ac debet, eſt ipſa antiqui iſtius ac Regii Burgi deſignatio iconica: optemque egomet vobiſcum illic eſſe, ac delineare in charta vel membrana, non tantum Burgi Regii dimenſionem totam, ſicut extat hodieque, ſed & totum ipſum Dieſtenſe oppidum, multum habens antiquitatis, & inde gloriæ apud poſteritatem : præſertim cum non niſi Regiis ſumptibus perfodi potuerint iſtæ rupes ad *Kacoburgum*, & alteræ ad portam Scaffinenſem, quæ vel ſola duo ingentia opera Regale *Diſpargum* vindicant, etiamſi nulla ſupereſſent alia. Quia vero circumſtrepentibus undique nos armis paulo minus abſumus ab obſidione, circumque circa nihil cernere eſt præter vaſtitatem & itinerum infeſtorum latrocinia ; quod unum poſſum, rogatum velim per vos Magiſtratum veſtrum, ut civitatis *Dieſtenſis* velint curare exactam Iconem ac Topographiam, per artificem aliquem delineandi peritum : atque hanc gloriam (quam ego primus indicavi Patri Henſchenio, Henſchenius Chifletio, Chifletius retractavit) tradere ad poſteritatem, ſeu mea ſeu doctioris alterius ſcriptione plenius informandam. Hoc Rogati eſtote. Viri præſtantiſſimi, à veſtro, quem amatis (ſcio) Godefrido Wendelino, Luminarcano, Canonico & Seniore Officiali Tornacenſi. Tornaci hac XXIX Auguſti MDCLV.

*Elogium & effigies Wendelini*

101 *Fuit* Wendelinus *tantæ vir æſtimationis apud Tornacenſes, ut eorum quidam non dubitaverit ipſius effigiei in æs ſculptæ hanc Epigraphen ſubjicere.*

Auſonio, Græco, Hebræo ſermone diſertus,
Conſilium Themidis, delicium Sophiæ ;
Qui rerum ſeriem, numeros, cælique meatus,
Omnia qui noſcit, noſcitur hac tabula.




EFFIGIES REV.DI ET DOCT.MI VIRI
D GODEFRIDI WENDELINI
Obiit Gandavi Aº. 1667.

*His conſentiens noſter* R. P. Guilielmus Heſius, *cum illam forte imaginem vidiſſet, & coætanei ſui* Henſchenii *effigiem ſimiliter cuperet expreſſam videre ; optavit utraſque tabellas componi ad invicem ; ſicut comparata inter ſe utriuſque*

A *utriuſque ingenia operaque laudabat, ac priori quidem mortuo hanc inſcriptionem aptavit:*

*comparati cum Henſchenio.*

*WENDELINVS* hic eſt *GODEFRIDVS*: Sidera quo non
Ullus adhuc menſor rectius ire dedit.
Temporaque ex illis per ſecula lapſa coëgit
Non interrupta certius ire via.

*ſub alterius tum adhuc viventis tabula, ſic legi voluit idem Poëta, pridem Iubilarius, necdum tamen effœtus, imo ipſo quo hæc edimus anno adhuc vegetus, licet biennio dumtaxat minor nonagenario.*

Hic *HENSCHENIVS* eſt *GODEFRIDVS*: qui ſua cuique
Sanctorum merita & tempora diſtribuit;
Erroreſque vagos in leges ire coëgit,
Temporaque ex illis currere certa dedit.

*Denique ambos, tam ſimiles, dignoſci ex vultuum lineamentis jubens, ſic concludit.*

Ad numerum cæli *GODEFRIDIS* ite duobus,
His ducibus nullus curſibus error erit.
Ætas priſca duos *DAGOBERTOS* miſcuit uni;
Ne confudat & hos, bina tabella vetat.

Henſchenii *imaginem in fronte dedimus; hic exhibemus* Wendelinum, *& communis amici deſiderio feciſſe credimus ſatis, nec eruditis Belgis rem ingratam, quod utrumque* Godefridum *ſic perennare voluerimus.*

B

# APPENDIX II

## De Comitatu Loſſenſi & Dioſtenſi in Tungria & Taxandria.

### *Ex Mss. Ægidii Voechtii Averbodienſis.*

102 *Scripturus de Loſſenſi Comitatu,*

WEndelini *diſcipulum profeſſus ſe eſt* R. D. Ægidius de Voecht, *patriarum antiquitatum æque ac ille ſtudioſus ſcrutator, ante ipſum autem pientiſſime defunctus anno* MDCXLIII, XIII *Iunii, in antiquiſſimo Pramonſtatenſis Ordinis apud Taxandros Averbodienſi monaſterio, à Comitibus Loſſenſibus fundato, ubi Camerarii titulum annis* XIV *obtinuit, ante Supprioris munere functus. Hic ſtudiorum ſuorum inſignia ibidem reliquit monumenta, hactenus inedita, interque ea* Comitatus Loſſenſis *deſcriptionem; in qua* Diſpargi *præmemorati meminit, jam inde ab initio hujus ſeculi in iſtius argumenti illuſtrationem incumbens; uti ex*

C *I. B. Grammayo nobis conſtat; qui anno* MDCX *Tractatulum vulgans de Baronatibus, Arſcotano in Brabantia Ducatui ſubjectis, quorum quintus* Dieſtenſis *eſt, pag. 56 in margine notat, velut* ex ſuggeſtione Domini Voecht *acceptum, in quadam Arnoldi cujuſdam charta; anno* MCC Dieſtum *nominari. His animadverſis fieri poſſe cogitavi, ut & ille aliquid nos doceret, haud alienum ab argumento, quod* Henſchenius *ac* Wendelinus *tractarunt: & cupidus accipiendi ſpecimen Commentarii, necdum vulgo noti, dedi Averbodium litteras. Hæ ut venerunt in manus* Reverendiſſ. D. Servatii Abbatis, *doctiſſimi Senis, noſtrorumque operum peramantis, continuo requiſivit* Ægidii *ſui manuſcripta, eiſque haud perfunctorie evolutis, deſignavit tranſcribenda loca propoſito huic opportuna, tanto cum judicio, ut omnino digna videantur quæ in lucem eant, nec tantum Auctorem ſuum, ſed etiam Monaſterium commendent, quod talem educavit. Rem orditur* Ægidius *ab ovo, hoc modo.*

103 Ditionem, Leodienſem *hodie dictam, atque in ea* Comitatum Loſſenſem, *cis & citra Tameram fluvium, devicta prius Gallia, Iulius Cæſar armis domuit, diuque poſt permanſere in poteſtate Romanorum; donec, concidente paulatim eorum Imperio, illam* Franci *fece-*

*docet, Francos Salios,*



*runt ſuam: qua occaſione, dicam. Ipſi, antiquiſſima nobiliſſimaque Germanica nationis portio, Sedibus ſuis pulſi à* Saxonibus, *tranſmiſſo Rheno, conceſſerunt primum in Batavorum inſulam, ibique fixere domicilia; donec eos rurſus inde ejecerunt,* Saxonum *ſeu confœderati ſeu clientes,* Quadi; *quos Iulianus Cæſar & Ammianus* Chamavos *vocant. Erant* Franci *etiam iſti,* *trans Rhenum at Moſam pulſos,* *ſed nequaquam* Salii, *à* Sala, *id eſt, Palatio ſic dicti; eaque propter populari in illos ſeditione moti, exoſos habebant, tamquam primores nobilioreſque; tandemque idem quod Saxones auſi, tota etiam expulere Batavia, ſeſeque* Quados, *id eſt, rabidos & rebelles dixerunt. Pulſi iſto pacto* Salii, *quo ſe reciperent, non habebant, niſi bona fortuna ad Romanos, à quibus haud abhorrebant. Quod itaque felix auſpicatumque fuit, intra fines proximos regionemque* Taxandriam (*quæ non ante annum virginei partus* MCC *cœpta eſt vocari* Campinia) *immigrarunt: ibique habitare cœperunt circa annum æræ Chriſtianæ* CCCLVII; *ſed* prælicenter, *id eſt, non obtenta à Romanis id faciendi facultate. Hinc anno proximo Iulianus Imperator, cognomento Apoſtata, Pariſiis movens, inquit Ammianus,* petit primos omnium Francos, quos *in Taxandria prope Tungros conſediſſe*

D

E

conſuetudo Salios appellavit, auſos olim in Romano ſolo apud Toxiandriam locum (*Teſſenderlo*) habitacula ſibi figere prælicenter: cui, cum Tungros veniſſet, occurrit Legatio prædictorum, opinantium reperiri Imperatorem etiamnum in Hibernis, pacem ſub hac lege prætendens, ut quieſcentes eos tamquam in ſuis, nec laceſſeret quiſquam nec vexaret. Hos Legatos, negotio plene digeſto, appoſitaque conditionum perplexitate, ut in iiſdem tractibus moraturus dum redeunt, muneratos abſolvit: dictoque citius ſecutus profectos, Severo Duce miſſo per ripam, ſubito cunctos aggreſſus, tamquam fulminis turbo percuſſit. Jamque precantes potius quam reſiſtentes, in opportunam clementiæ partem effectu victoriæ flexo, dedentes ſe cum opibus liberiſque ſuſcepit. Chamavos itidem auſos ſimiliâ, *fines ſcilicet Romani Imperii invadere*, adortus, eâdem celeritate partim cecîdit, partim acriter repugnantes, vivoſque captos compegit in vincula, alios præcipiti fugâ trepidantes ad ſua interim abire permiſit. *Hac ille.*

104 *Zoſimus paulo explicatius.* Saxones, *inquit*, *facti venia à Iuliano Imperatore obtenta,* omnium eas regiones incolentium Barbarorum & animis, & corporum viribus, & laborum in præliis tolerantia fortiſſimi habiti, Quados, ſuæ nationis partem, in ſolum à Romanis occupatum immittunt. Hi Saliorum gentem, Francorum portionem, & vi Saxonum in inſulam Bataviam ſuis è ſedibus rejectam, expulerunt. Hæc enim inſula, cum prius in univerſum Romanis paruiſſet, à Saliis hoc tempore poſſidebatur. Julianus ea re cognita, Quados quidem aggrediebatur, juſſo prius exercitu cum Quadis acriter dimicare; Saliorum neminem occidere vel prohibere, quo minus in Romanorum fines tranſirent, quod non ut hoſtes Romanam ditionem invaderent, ſed per vim ac coactionem à Quadis expellerentur. *Quid poſſet à quoquam in rem noſtram dici explicatius? Pergit tamen Zoſimus; & hac, inquit*, animadverſa Cæſaris humanitate, Salii, partim ex inſula cum ſuo Rege trajecerunt in ſolum Romanum, partim correpta fuga conſederunt ad limitanea. *Verumque apparet,* Salios *emigraſſe ex Batavia, beneficio Iuliani in ſibi conceſſam* Taxandriam; *& partim quidem occupaſſe hanc Superiorem cis & citra Tameram, ut & Comitatum Loſſenſem Hasbaniamque attingerent; partim conſediſſe circa Bergas ad Zomam, qui limes eſt Taxandriæ, circa Stenobergam, circa Sevenbergam, circa Bergam S. Gertrudis; quæ omnia ſunt Taxandriæ limitanea inferiora, ut non ſcitanter Zoſimus ſcripſerit* κατέσχον, *quo deſcendiſſe atque*

F

A *inferiora insedisse docent. Atque hac ratione* Salii, *etiam in Comitatum Losſensem aliasque Hasbaniæ oras delati, eas diu postea in pace & tranquillitate possederunt, uti & Taxandriam. Quin &* Quadi, *a Iuliano per* Salios, *uti scribit Zozimus, tandem* ad maximas redacti anguſtias, deque multis pauci facti, cum Duce ſuo ſe dediderunt Cæſari .... *qui deinde non ſolum* Salios, *ſed &* Quadorum partem Legionibus *adſcripſit: & hi conceſſam ſibi prope* Taxandriæ-locum *habitationem,* Minechleno *in Legibus Salicis cap.* 32 *dictam, reliquerunt vulgo appellatam* Quaed-Mecchlen, *id eſt,* Quadorum Minechleno, *ſive ut nunc diceremus* Quadorum-Mechlinia.

105 *Porro uti poſtea Romani Imperii interitus exordium dedit regno Burgundionum in Sequanis, Gothorum in Italiâ, Hiſpania & Gallia, Wandalorum itidem in Hiſpania & Africa; ita quoque nobiliſſimi omnium regni Francici in Gallia occaſio fuit; quod in hunc modum proceſſit. Anno Chriſti Servatoris noſtri quadringenteſimo ſexto, Arcadio & Probo Conſulibus,* Stilico, *natione Wandalus, idemque Socer Imperatoris Honorii, ac filio ſuo Eucherio affectans Imperium,* gentes copiis viribuſque intolerabiles, Alanorum, Suevorum, Wandalorum, Burgundionum, ultro in arma ſolicitans, deterſo ſemel Romani nominis metu, ſuſcitavit; & interim ripas Rheni quatere, ac pulſare Gallicas voluit: ſperans ſub neceſſitatis circumſtantia, quod & extorquere Imperium genero poſſet in filium, & gentes barbaræ tam facile comprimi, quam commoveri valerent. *Sed excitatæ illæ per Stiliconem multæque cum iis alia* Francos proterunt, Rhenum tranſeunt, & Gallias invadunt. *Ita Oroſius lib.* 7 *cap.* 38 *&* 40. *Ecce hic alios à dictu* Francos, *tum ultra Rhenum adhuc incolentes, quos ubi protriviſſent, multæ & barbaræ prorſus gentes ab Oroſio recenſitæ, illi pariter ſuperato Rheno venerunt ad Gentiles ſuos; totaque Francorum gens, ab eiſdem Saxonibus & Thoringis, Wandaliæ parte, exagitata atque extorris facta, infudit ſe in Taxandriam vicinamque Tongriam, cis & citra Moſam fluvium, agroſque in ſolo Romano longe lateque vacuos inſedit; pro eo ac ante octo annos Arcadius & Honorius Auguſti, lege quoque lata, invitaverunt exteras nationes, ut ex variis gentibus varii populi vellent immigrare in ditionem Romanam, eiſdemq; terra* Leticæ, *Franca lingua* Ledich, *id eſt, Vaſtata, deſerta, & inculta aſſignarentur, quo arva jacentia juvarentur cultu, & arma delectu. Atque iſtud eſt quod in notitia utriuſque Imperii legitur,* Præfectus Letorum Lacenſium prope Tongros. *Expuliſſque in hunc modum* Francis *ex Germania, illic* Francia *eſſe deſiit, migravitque hoc nomen in Ciſrhenanam Tongriam, ſub qua Basbania & Loſtia; maximeque fixere ſedem inter* Dieſt, Halen, Wuſtherck, *&* Haſſelt; *atque anno* CCCCVI *& ineunte* CCCCVII *Franci trans Rhenum eſſe deſierunt: ab indeque Tongrorum regio,* Francia Gallicana *cœpta appellari. Quæ ſi quis accuratius cum animo ſuo, nullo præjudicio præoccupato, expendere velit; nihil metuo quin pedibus iturus ſit in noſtram ſententiam; neque de nihilo eſſe, quæ præſcripſi huic Capiti;* Qua ſcilicet ratione Franci in Taxandriam Hasbaniamque migraverint. *Cui tamen hac noſtra excerpta minus ſufficiunt, Auctor illi ſim, ut conſulat Natale ſolum legum Salicarum, & ſignanter Caput* XI *doctiſſimi Wendelini, editum Typis Plantinianis anno* 1649. *Auſim ſponſionem facere, non ingratam nec inutilem poſiturum operam.*

*Saliis poſtea junCti Franci trans Rhenum reliqui,*

B

106 *Ad tempus Gregorii Turonenſis, lib.* 2 *cap.* 9 *verba ſpectant* Tradunt multi, *inquit.* Francos de Pannonia fuiſſe digreſſos, & primum quidem littora Rheni amnis incoluiſſe, dehinc tranſacto Rheno Tongriam tranſmeaſſe, ibique juxta Civitates vel pagos Reges Crinitos ſuper ſe creaſſe, de prima, & ut ita dicam nobiliorum ſuorum familia. *Nec fruſtra ille interpolavit* (ut ita dicam) *quod enim locutio tunc Francica efferebat,* van't Saligh gheſlaght, *cum præfatione veniæ vertit,* de nobiliore familia, *id eſt,* Salica. *Ad temporis itaque Epocham quod ſpectat; poteſt eaquam* Franci Salii *Taxandriam Comitatumque Losſenſem inſedissent, & ſupra totos ſexaginta annos pacifice & omnium hoſtium ſecuri incoluiſſent, atque ad eos præſidii cauſa etiam ceteri Franci Transrhenani ante annos circiter duodecim adveniſſent; anno tandem Chriſtiano* CCCCXX, *collatis inter ſe conſiliis ex utroque Romani nominis amore, poſteaquam Arelati captus occiſuſque fuit Conſtantinus, excuſſo Honorii Cæſaris metu & jugo, Regem ſibi proprium crearunt, idque cis Rhenum intra hanc noſtram Tongriam. Cujus ſententiæ fuerunt, non modo meus olim præceptor Wendelinus, ſed & duo doctiſſimi è doctiſſima Societate Scriptores, Bucherius & Fizen. Primus ergo anno prænotato (ſi octo tantum regnavit annos) ad regiam dignitatem Faramundus ex Saliis evehitur; nobiliſſimæque Monarchiæ Francicæ fundamenta jacit; cum paulo ante, totius Francicæ gentis aſſenſu, à quatuor Gaſtis, Wuſtherca conditæ eſſent leges Salicæ, uti Wendelinus Solidiſſimis argumentis, in Natali ſolo earumdem, probat. Proſper in Chronico ad annum Arcadii & Honorii* XXV *ſcribit,* Faramundum *regnaſſe* in Francia, *nempe Tongritana; annoque ſequenti contigiſſe ſolis eclipſim, id eſt, anno redempti orbis, juxta accuratum Wendelini calculum* CCCCXXI, *die* XVII *Maji feria tertia. Faramundus igitur, Marcomiri filius, regnum exorſus eſt anno* CCCCXX, *& forte triennio citius, ſi undecim regnavit. Habemus omnino circa Tameram nomina illuſtria, quibus admonemur, novam ſeu minorem* Franciam *his oris cœpiſſe indigitari: nam inter Halen & Hercam magnus eſt Campus* Vranckrijck; *& circa Haſſeletum ora eſt, cui item* Vranckrijck *eſt nomen; interque hac ad fluvium Tameram paſcua, inter iſtum Tameram & emiſſarium De Laeck jacentia, vocantur hei* Frans-brouck, *id eſt* Paſcua Francica, *ſub territorio quidem nunc Lumpnenſi, paræcia tamen Hercana ſive Capellania Schulenſi: & infra ſequuntur de* Seelbemden, *id eſt,* Prata Salica, *inter Hercam & Lumpnam ſub decimatione Hercana: poſt quæ deinde ſequitur vicus* Seleheim, *quod eſt* Saliorum domicilium, *Comitatus olim præclarus; quem Wibo ſive Wicboldus & S. Adela uxor ejus, parentes S. Trudonis, Francorum nobiliſſimi, poſſederunt: quod &* Salegaſti, *unius ex quatuor legum Salicarum conditoribus, prius domicilium fuerat. Cujus, ex adverſo Eccleſiæ, in pratis ad Tameram, viſuntur palatii antiquiſſima rudera, lapideſque, & fundamenta reliqua, Comitum illorum decus teſtantia.*

*Regia Dieſta conſtituta,*

C

*pellentibus eos inde barbaris*

107 *Cum itaque tot indiciis certo jam conſtare incipiat, quæ Saliorum prima Sedes, quas omnes in ſuis Belgii Brabantiæque tabulis expreſſit Langerenus Chorographus, hic adeundus; ſi conjecturæ locus eſt,* ego quidem, *inquit profunde doctus Wendelinus,* Faramundum levatum crediderim in campo Vranckrijck, Halen inter & Hercam, inque illo admodum prædiolo Regni, het Koninckrijck dicto, ubi anno MDCXXII effoſſæ ſunt urnæ cinerum & oſſium, ex adverſo Sacelli Donkani, haud procul à portis Halenſibus. *Regiæ conſtituendæ non eſt repertus aptior locus, quam quo hodie* Dieſta, *amplum atque inſigne ad Tameram fluvium oppidum, conſpicitur; ut qui non tantum* Taxandrioloco *minorique Franciæ eſſet viciniſſimus; ſed quod nihil eorum deeſſet, quæ ad aulæ regiæ majeſtatem poſcuntur; non fluminis aquarumque & piſcationis copia, neque pratorum aut paſcuorum ubertas, ſine qua non poteſt ulla aula cogitari; non ſilvæ frequenſque venatio, non paludes, non denique vineæ, quarum tum hic tractus, & quidem generoſarum, ferax erat. Eſtque ibidem Burgus quidem exiguus, quem Reges inhabitarunt, id eſt, Clivus oblongus, ſaxeus, in abruptum præcipitium deſinens; ambitus, ut Wendelinus menſus eſt, pedum* MMM, *altitudine pedum* DCC, *ſed amœnitate loci, propter fluvium proſpectumque in ſilvas, vineas, agros ac prata utrimque latiſſima, paludeſque piſcoſiſſimas, dignum profecto Principibus domicilium; ut ſi Faramundus, per iſta Francorum prima exordia, locum ullum voluerit deligere, non alium debuerit*

D

*ſimul Franciæ regnum in Taxandria Tungriaque ordiantur,*

*uti nomina locorum adhuc indicant,*

F

A *debuerit quam hunc ipſum in Taxandriâ, vel etiam Hasbaniâ exoptare, ubi Regnum auſpicari poſſet, ac filio Chlodioni inſidendum relinquere, quod fecit anno* CCCC-XXVIII. *In illo* Dyſpurgo *ſive* Diſpargo *caſtro Regia fuit, pro Germanicis moribus Germano-Francica, hoc eſt, rudis & incondita; lignea quippe, nec niſi ſubter in fundamentis lapidea vel ſaxea; quorum magnitudo ac moles cum veſtigiis cavearum hodieque ſupereſt; quippe cum nondum ſint ducenti anni, ex quo ædificia illa deſierunt, quæ incoluerunt Principes Dieſtenſes, ab anno* DCC *ad annum* MCCCCLIX, *quando illic Ioannes ab Heinsberch Ex-Epiſcopus Leodienſis ex familia Loſſenſi expiravit, in caſtro de Dieſt, die decimo octavo Octobris.*

*ſub nomine Diſpargi ſeu Diſpurgi,*

108 *Et ut de Faramundo, an* Diſtburgum *inhabitaverit, ambiguum ſit; illud incoluiſſe filium ejus Chlodionem, certiſſimum & indubitatum eſt ex verbis Gregorii Turonenſis*: Ferunt etiam, *inquit*, tunc Chlodionem, utilem ac nobiliſſimum in gente ſuâ, Regem Francorum fuiſſe, qui apud Diſpargum-caſtrum habitabat, quod eſt in Termino Tungrorum. *Hanc lectionem totidem iſtis litteris rotunde & nitide præfert editio Aſcenſiana, quam Iudocus Badius anno* 1512 *Pariſiis procudit, dicavitque Guilielmo Petit Confeſſario Regio, profeſſus, ejus auſpicio, ductu, exemplariumque impendio curatam editionem. In illis ergo exemplaribus comparuit nomen* Tongrorum, *non quod poſtea ſubrepſit* Toringrorum. *Intra diœceſim ergo Tongricanam, hoc eſt per Hasbaniam, ſitum eſt iſtud* Diſpargum caſtrum, *ſi tamen ſana eſt iſtiuſdem nominis lectio: nam Ado profert* Dyſporgum, *Aimoinus* Disbargum, *levi ſane, nec ullius momenti diverſitate; & quæ comparata cum dialecto noſtrâ, facit ut audeamus legere* Diſtborgum. *Quod quam felici conjecturâ Chifletius primus pronuntiare auſus eſt, primamque Francici Regni ſedem aſſignare in Oppido Dieſtenſi, tam idem Wendelinus ſolidis argumentis, demonſtrationeque Mathematica evincit, ut nulli, niſi pervicaci, dubitandi relictus ſit locus, quique contumaciam ideo ſuſcipere velit, quod optanda ſit conſtantia. Nota tamen* Dieſtam *oppidum, aliquando, ut infra videbitur, appellatam* Dioſte, *illoque nomine fuiſſe celebratiſſimum.*

*ſub Rege Clodione,*

*aliàs Dioſtæ.*

B

109 *Priuſne fuerint* Comites Loſſenſes, *quam Franci hanc minorem ſive Tongricanam Franciam tranſirent; an ex Francis hic & cum eorum orti Republicâ ſint, hactenus apud nullum aliquem ſcriptorem, quantumvis diu multumque inquiſierim, inveſtigare potui: iſtud modo mihi compertiſſimum*, Loſſenſe *nomen* Dioſtienſi *antiquius, Comiteſque antè dictos* Loſſenſes, *quam* Dioſtienſes, *quod etiam ante nos ex veteribus monumentis obſervavit Ludovicus Guicciardinus, homo quidem Italus, ſed accuratiſſimus rerum Belgicarum perſcrutator.* Loſia, *vulgo* Borchloon, *id eſt*, Loſcaſtrum, *inquit*, Trudonopoli ſeſquileuca, Leodio quatuor ipſis leucis abjungitur, oppidulum tolerabile, & inſigni in pagos agroſque juriſdictione conſpicuum; adeo ut & Comitatus titulo celebretur. Quam dignitatem comperio huic ſtatui antiquiſſimam, atque inde à Carolo Magno. Etſi à veteri ſuo Dynaſta audierit, aliquando Comitatus Dioſtienſis. Habuit eo titulo perilluſtres aliquot & famoſos Principes, ceſſitque tandem Imperatoris illius donatione Rogerio Dano, uni è Paribus Franciæ, quos Itali Palatinos dicimus, Pulcio, Bojardoque & Arioſto in Poëmatibus ſuis admodum celebratos. Poſtea vero reſumpſit genuinum ſuum & præſens nomen, & in Præſulum Leodienſium poteſtatem devenit. *Ecce prius* Loſſenſis Comitatus, *deinde* Dioſtienſis, *etiam ante tempora Caroli magni dictus, turſuſque* Loſſenſis *appellari cœpit, perſeveratque. In hoc tamen ille fallitur, quod* Dioſtienſem, *à veteri quodam Dynaſtâ dictum ſcribat, cum nullus hujus nominis fuerit, ſed* Dioſtæ *civitas hoc nomen dederit: nec enim Comitatus, aliaque celebriora loca ab hominibus, ſed hi ab illis nomenclaturam mutuari ſolent: puta Ducatus Etruriæ, non à Medicæis qui illum obtinent Medicæius, dicitur, ſed ipſi à Ducatu audiunt Magni Duces Etruriæ.*

*Eſine Loſſenſes Comites,*

C

*poſtea Dioſtienſes dicti,*

D

110 *At quando Loſſenſes* Dioſtienſis Comitatus *veroſimillime titulum obtinuerint, ediſſeram*: Ex Diſpargo Clogio (*verba ſunt Gregorii Turonenſis*) miſſis exploratoribus ad urbẽ Cameracũ, poſt perluſtrata omnia, ipſe ſecutus, Romanos proterit, civitatẽ apprehendit: in qua paucum tempus reſidens, uſque Suminam fluvium occupavit. *Hactenus ille. Ex hoc igitur Brabantiæ* Diſpargo *prolata primum regni Francici pomœria*, Cameracum *uſque, ſub annum* CCCCXXXVIII, *quando etiam ad* Vicum Elenam, *quod eſt* Lenenſe Caſtrum (*vulgo* Lens) *turbatæ ſunt nuptiæ, quas deſcribit Sidonius, optimeque interpretatus eſt Adrianus Valeſius, qui & factum hoc definit* Aëtio & Sigiſvulto Coſſ. *prout Marianus Scotus prodidit. Atque ab inde uſque ad annum* CCCCXLII (*qui Sigiberto* CCCCXLIV) *Ambianos, Bellovacos, & quidquid inter ſequanam ac Ligerim erat, Francico regno adjecit idem Chlodio: iſque ut quidam volunt, Cameraci; ut vero alii, Samarobrivæ Ambianorum. Regni Sedem poſtremum collocavit, ac denique anno* *CCCCXLVIII *obiit. Atque in hunc quidem modum nuda verba Gregorii Turonenſis, & cum ſequentibus cohærent omnia, & cum ſuperioribus (ubi patuit cis Rhenum regnaſſe Faramundum, cis Rhenum illi mortuo ſucceſſiſſe Chlodionem) & inter ſe quadrant optime, ut Chlodio tranſierit Carbonariam, ſtatim ab ipſo* Diſpargo *ſibi à januis obviam, à portis quippe Dieſtenſibus incipientem. Eum in regno Francico ſequitur Meroveus affinis, tantopereque illud auxit, atque tranſmiſit ad poſteros, ut ab ipſo Merovinga Regum ſeries nomen obtineat. Succeſſorem reliquit filium Childericum Primum: præfuitque varia fortuna annis* XXIV, *ad uſque annum* *CCCCLXXII. *Clodeveus vero Childerici filius regnum adiit circa annum* *CCCCLXXXII. *Qui à Clotilde uxore Chriſtiana de amplectenda lege Euangelica ſæpius admonitus, dum ad Tolbiacum (Zulpich) cis Rhenum, haud procul à Colonia Agrippina contra Alamannos prælio decertat, ipſeque cum exercitu periclitatur, voto ſe obſtringit, ſi victor evadat, ſuſcipiendæ Chriſtianæ religionis: atque hoc pacto adjutus cælitus, fortiſſimam Alamannorum gentem ingenti proſtratam clade perdomuit. Devictique iſti Alamanni atque in Francorum poteſtatem redacti, demulcendo Clhodoveo victori, ut fit, Francos item ſe ſuamque patriam Franconiam nominare cœperunt ac perſeverarunt, tanta nominis iſtius gloria, ut jam ſeculis aliquot Gallos quoque teneat perſuaſio, Francici nominis originem ex Francon ia repetendi, quo nihil ineptius excogitari poteſt. Eodemque anno* *CCCCXCVI *Clodoveus victor in Galliam reverſus, Chriſtianis ſacris initiatur, à S. Remigio Rhemorum Epiſcopo: tandemque in fata concedit, anno regni ſui trigeſimo, Chriſti* *DXI.

*cum Franci tranſita hinc Carbonaria ſilva*

** imo CCCCLV*

E

** imo CCCCLXXIX*

** CCCC-LXXX*

*inde etiam Rheno regnū valde dilatauſſent.*

** CCCC-XCVIII*

F

** DIX*

*Pro Dioſtienſibus Comitibus,*

111 *Sub quo horum quatuor Regum,* Loſſenſes *Comitatum* Dioſtienſem, *præciſe adierint, non liquet: niſi quod ipſa ſuggerat ratio, primum à Chlodione Regem Meroveum, nequaquam de* Diſpargo *ſuo caſtro* Dioſtæque *oppido cogitationem depoſuiſſe, ſed illius dominatum Comitili titulo (quod jam tum in Regum aulis frequentiſſimum) in Loſſenſem tranſtuliſſe, quique ad beneficii à Rege accepti propagandam memoriam, illum recentiorem* Dioſtienſis Comitis *titulum uſurparit. Ex monumentis, inquit Wendelinus cap.* 14, *Eccleſiæ Leodienſis eruit Carolus Langius ejuſdem Eccleſiæ Canonicus (quem Iuſtus Lipſius cap.* 1, *de Conſtantia, virum ſine fraude aut ambitione vocat, optimum doctiſſimumque Belgarum) Eucherium & Falconem fratres, invicemque Trajecti ad Moſam ſuccedentes Epiſcopos Tongrenſes, filios fuiſſe Comitis* Dioſtienſis (*inepte Placentius ſcripſit* Hoſtienſis) *quorum Falco adhuc anno* DXXIV *vivebat; quoniam tunc S. Remigius Epiſcopus ad eum Epiſtolam dedit objurgatoriam, quod in Moſegavienſi Eccleſia* (Mouſon *hodie*) *Iuriſdictionem uſurpaſſet, adverſus jura Rhemenſis Eccleſiæ. Extat ea Epiſtola Tomo* I *Conciliorum Galliæ apud*

*Hoſtienſes inepte ſubſtituit Placentius.*

A *Sirmundum. Horum ergo Pater, Comes* Dioſtienſis, *vixit ſaltem circa annum* CCCCL, *quo tempore, Chlodione jam anno* CCCCXLVIII *mortuo, regnabat Merovæus, à quo credo Comitatum iſtum obtinuerit. Alios item Tongrorum Epiſcopos*, Comitum Hoſtienſium filios *nominat idem Placentius, & utique* Dioſtenſium *debuit ſcripſiſſe: ſed quod in monumenta Leodienſia non pateat hominibus eruditis proſpectus, & Langii adverſaria in poteſtate ſint cujuſdam hypochondriaci, nihil habeo quod proferam præter ſuſpiria.*

113 *Vnius tamen aureæ chartæ copiam mihi fecit prænobilis Ægidius à Bocholtz Decanus ſancti Lamberti; ex qua patet, deſinente anno* DCCCXCIX, *hoc eſt ineunte* DCCCC, *Zuentebolchum Regem Lotharingiæ* Dioſtæ *fuiſſe apud Comitem Angilramnum, ibique tria mancipia ingenuitate donaſſe; ipſum lege.* In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Zuentebolchus divina præveniente gratia Rex. Noverit omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, futurorum ſcilicet & præſentium noſtrorum, induſtria; quoniam quidam fidelis noſter, Venerabilis ſcilicet Comes Angilramnus, quædam ſua mancipia his nominibus, Guodradam, Eckenmarum, Vuſtuvinum, nobis in proprium tradidit; humiliter depoſcens, ut ea in eleemoſynâ ſui libera ac ingenua feciſſemus. Cujus petitioni diligenter acquieſcentes, ſecundum legem Salicam, denarium de manu Epiſcopi excuſſimus, & ſic ea à ſervitutis vinculo liberavimus & ingenuitatis confirmationem illis conceſſimus: Nos quoque eminentius noſtros apices eis fieri & conſcribi juſſimus, per quos monemus atque præcipimus, ut eadem præfata mancipia, libera & ingenua firmiter omni tempore permaneant ita, quaſi ab ingenuis parentibus fuiſſent procreata vel nata. Et ut hæc noſtræ confirmationis auctoritas inviolabilem obtineat firmitatem, annuli noſtri impreſſione ſubter ſigillari juſſimus. Franco Notarius ad vicem Ratbodi Archiepiſcopi ſummique Cancellarii recognovi. Data quinto Idus Januarii, anno Incarnationis Domini octingenteſimo nonageſimo nono, indictione tertia, anno quinto regni Domini Zuentebolchi glorioſi Regis. Actum Dioſtæ in Dei nomine feliciter. Amen. *Nota* Zuentebolchum *illum Lotharingiæ Regem, ab æmulis exagitatum, circiter à biennio Leodium præſidii cauſa veniſſe ad Franconem Epiſcopum, ut nullo negotio etiam* Dieſtam *potuerit viſere: ante* Angilramnum *autem prænominatum Comitilem titulum geſſiſſe feruntur*, Berengerus, Odulfus, Ogerus Danus, *à Carolo Magno ea ditione donatus.*

*Dioſtæ probat charta Zuentebolchi Regis anno 899.*

B

C *Eidem autē Dioſtenſes & Loſſenſes,*

113 *At memoria patriæ noſtræ Loſſenſis, veteres omnes, quaſi uno ore & calamo, teſtantur*, Dioſtienſes Comites *eoſdem fuiſſe qui &* Loſſenſes. *Idem exertis verbis aſſerit Trudonenſe Chronicon, Eucherioque & Falconi fratribus pro inſignibus appingunt vulgo decem tænias, ex auro & minio, tanquam familia propagatis Loſſenſi. Sanctum Perpetuum, Tongrorum Epiſcopum, Placentius ſuo more vocat* Comitis Hoſtienſis *filium, de quo ſacra tabulæ Leodienſes ad diem quartum Novembris ajunt*: Perpetuus, natus Comite Loſſenſi, vita & doctrina præclarus, Beato Gondulfo vigeſimus tertius ordine in Trajectenſi Eccleſia ſucceſſit Epiſcopus. *Monulfum quoque Placentius ſcribit* Comitiſſæ Hoſtienſis *filium. Quia vero ex S. Remigii Epiſtola certum eſt, Falconem in Epiſcopatu vixiſſe anno* DXXIV, *neceſſe eſt ut Ægidii Aurevallenſis relicta, Recentiorum ſequamur ſententiam, dicentium Quirilium mortuum anno* DXXI *pridie Kalendas Majas, illique in Epiſcopatu ſucceſſiſſe Eucherium, pauciſque præfuiſſe annis, licet vulgariter ei tribuantur anni octo: quandoquidem Falco frater jam tum anno dicto* DXXIV *Epiſcopum egerit, potuerintque vitam protraxiſſe ad annum* DXXXII, *quo eum obiiſſe in ſuo Chronico ad Chapeavillum doctiſſimus Bucherius adnotat.*

114 *Plaudus, S. Lamberti frater, legitur in Vita S. Huberti ultus S. Lamberti mortem circiter annum* DCCXV, *dictus Comes de* Oſterne: *quæ nomenclatura ſi eadem ſit cum* Dioſtienſi, *de qua doctiſſimus Langius, facile aſſentiar, ut & ipſe* Comes Loſſenſis *fuerit: nec quaram quomodo illi iſta potuerit obvenire dignitas, quam pater non habuerit; cum id temporis, ejuſmodi Marchionum, Ducum, Comitumque Tituli, non forent hereditarii, nec tranſirent ad liberos, niſi novo indulto Regum, quod rarius contingebat. Verum Antiquitatum accuratiſſimus perſcrutator Wendelinus, pro* Oſterne, *indicat legendum* Oſtercke; *neque enim nomen illud alterum uſpiam alibi comparet. Iſtud vero nomen* Oſtercke *invenitur etiam in pervetuſto Necrologio. Robertus deinde* Comes Hasbaniæ *annis triginta poſt Plaudum, ſcilicet* DCCXLV, *donat monaſterio S. Trudonis*, Dongo, Mairholt, Felepa, Schaffine, proxima prædia, Diplomate dato in villa Oſtrekias *quod idem eſt ac* Wuſtherck, *intra cujus territorium* Dongo *&* Mairholt *ſunt hactenus. Ibidem* Loſſenſes *ſeu* Hasbaniæ Comites *ſuam Salam habuerunt, antequam anno* MCLXXXII *condерetur Parthenon Herckenrode (in Sylva Hercana exſarta, ſicut vox ipſa indicat) ibidemque in proximo ſibi arcem Curingianam collocarunt; ad quam, cum degerent illic, maximam partem Salam iſtam tranſtulerunt, atque ab arce deinde*, Sala Curingiana Comitum Loſſenſium *eſt dicta.* Plaudius *itaque* Comes d Oſterne, *non alius loci Dominus fuit, quam* Oſtherckæ, Wuſthercæ *ſive* Guiſtercæ, *ut tum hodieque ab utentibus Gallico Idiomate pronunciabatur: facileque fuit* G *litteram à ſcribentibus commutari in* O. *Adde quod fluvius alluens Wimershovium, ubi S. Lambertus puer fuit educatus, ante annos mille (uti in Vita S. Landoaldi a Norgero ſub annum* DCCCCLXXX *ſcripta legitur) appellatus ſit* Archa, *qui & vicum perfluens, Haſſelenſi oppido in itinere Trudonenſi vicinißimum, ei nomen dedit* S. Lamberti Archæ, *ſive cum aſpiratione* Harchæ, *uti fortaßis &* Wuſtharcæ, *à quo non niſi ejaculatione bombardæ abjungitur; prænomenque* Wuſt *ad diſtinctionem alterius videtur præfixum, quod tractus ille per bella deſertus & ſilvoſus eſſet, quod* Wuſt *dicimus. Si quis* Loſſenſes Comites *eoſdem eſſe cum* Comitibus Hasbaniæ, *idem utroſque adminiſtraſſe munus, diceret, non admodum refragarer, ut primo Comites hujus diſtrictus dicti ſint* Loſſenſes, *deinde* Dióſtienſes, *tertio* Oſternæ *ſive* Oſtherkæ *atque* Hasbaniæ, *quiſque à tractu cui præſidebat.*

D *an vero Dioſta etiam Dioſterna ſit dictu incertum eſt,*

*iidem etiam Hasbaniæ Comites fuerunt,*

E *& Oſternēſes ſeu potius Oſtherkenſes.*

115 *Othelbodus, Abbas* XXVI *monaſterii S. Bavonis Gandavi, ab Otgiva Flandriæ Comitiſſa, Balduini Barbati conjuge, circiter annum* MXXX, *rogatus Sanctos & poſſeſſiones ſui monaſterii recenſere*; Primus & præcipuus patriæ noſtræ Patronus, *inquit*, eſt Sanctus Alwinus, cognomento Bavo, nobiliſſimus atque ditiſſimus Hasbanienſis pagi Comes, B. Gertrudis Virginis Conſobrinus, prædicatione S. Amandi Pontificis, imo Dei omnipotentis inſpiratione, tota mentis devotione converſus, relinquens cognationem & patriam, ipſumque ad conſulendum S. Amandum ſecutus, dum ſtuduit relinquere terrena, meruit cæleſtia. Fuit is Agilulfi in Hasbania Comitis filius, migravitque Gandavi ad Superos circa annum DCXLVII. Poſtea Sigramnus, illuſtris & potens in Hasbania opibus; nec non Robertus, Hasbaniæ Comes. *Codex Donationis Viri nobilis, qui exſtat in Chronico Trudonenſi* Pagum Hasbanienſem *eumdem eſſe cum* Dioſtienſi *affirmat.* Ego Hotbertus cogitavi de Dei miſericordia pro remedio animæ meæ &c. Dono per hanc epiſtolam donationis, donatumque in perpetuum volo, ad Baſilicam S. Trudonis, ubi ipſe in corpore requieſcit, & Drogo Archiepiſcopus præeſſe videtur. Hoc eſt quod dono rem proprietatis meæ in loco nuncupato Haſnoch (*meo Iudicio Halen*) ſuper fluvio Merbuto, in

F *Hasbanienſis Pagus idem qui Dioſtenſis*

A in pago Hasbanensi sive Dioſtiensi, curtim cum caſa in Dominicato, & cetera ædificia in ipſa curte conſtructa, & manſas vetuſtas ſex ad ipſam Curtem ſpectantes, cum præviis legitimis wariſcapiis, paſcuis, pratis &c. Datum publice ſub die XIII Kalendas Auguſti; anno XXIV regnante Domino noſtro Ludovico Sereniſſimo & Orthodoxo Imperatore, *qui eſt annus Chriſti* DCCCXXXVIII.

# APPENDIX III

## De Cæreſis & Segnis, ex Alexandri Wilthemii Annalibus San-Maximinianis Mss.

116 T*Alia ſcribente* Camerario Averbodienſi, *multo fortaſſe prius quam editus Sanctorum Ianuarii Actus, anno* MDCXLIII, *audiri inciperet* Henſchenii *nomen; prius certe quam hic cogitaret, de Diatriba aliqua in Francorum origines quæſitura Februario præmittenda; non auſim affirmare, inter hunc & illum communionem aliquam litterarum fuiſſe, aut etiam notitiam*
B *mutuorum ſtudiorum; niſi fortaßis per communem utrique amicum* Wendelinum. *Sed hoc quam mihi incertum, tam eſt certißimum, fuiſſe ſemper amicitiam maximam* Henſchenio *noſtro cum* R. P. Alexandro Wilthemio, *Lucilburgenſi Antiquario curioſißimo. Fuit hic ut natus ſic denatus paucis poſt* Henſchenium *annis, variaque ingenii ſui monumenta typis edita reliquit, præcipuum tamen ejus opus ac ſeculi fere dimidii labor*, Annales *inquam* Imperialis Abbatiæ S. Maximini prope Treviros, *anti-*
*Ex Annalibus illius, haud ſatile lucem viſuris,* *quariæ per omnem eam Archidiœceſim curioſitatis theſaurus ingens, defoſſus (ut ſic loquar) in autographis latet adhuc, & fortaſſis æternum latebit; non magnopere pro eo publicando ſatagentibus Monachis, quorum honori & utilitati fuerat collectus, ne forte illius libri conflictus creber cum Annalibus Trevirenſibus, ſub nomine Broweri editis, ſuſcitet aliquid veterum cum Archiepiſcopo litium, jam bene compoſitarum; Superioribus autem Societatis, penes quos erudita iſtæc Mss. ſunt, prudenter caventibus quidquam ejuſmodi publicare amborum ingratiis: unde nec obtinere potui ut lucubrationes ejus ſervandas acciperem, licet annuentibus olim Moderatoribus mihi ut Fideicommiſſario legatas. Solatio eſt interim eoſdem anno* MDCLXVII *evolviſſe per otium, non ſine profectu, ante Tomum 2 Aprilis cognoſcendo; & illuſtriora quædam loca, uſui quondam futura tranſcripſiſſe. In his erat Caput de*
C *Arduenna populis, Cæſari memoratis,* Eburonibus, Condruſis, Pæmanis *(ſive, ut rectius quadam Mss.* Phæmanis) Cæreſis *(fortaſſe* Cæroſis *ſcribendis) atque* Segnis. *Priorum duorum conſtat apud omnes notitia, &* Condruſius *Pagus hodiedum nominatur, proprium ſub Epiſcopo Leodienſi Archidiaconum habens: de ultimis aliquid ex* Wilthemio *audiviſſe* Henſchenius *ſupra meminit; non item de* Cæreſis: *quare de utriſque olim per me excerpta, ne pereant, hiſce attexo.*

*diſco Cæreſos ſeu Pagum Caros* 117 CÆRESI, *forte* CÆROSI *dicendi ſunt. Eorum nomen remanet in pago,* Caros *ſeu* Caroſcow. *De quo in Chartis Pipini Regis, anno regni* XI, *Chriſti* DCCLXII, *ita ſcribitur*: Donamus pariter & ego & conjux mea Bertrada, ad ipſum ſanctiſſimum locum *(monaſterii Prumienſis)* quem in honorem ſancti Salvatoris vel ſanctæ Mariæ conſtruximus, res proprietatis noſtræ in pago Charos, in villa quæ dicitur Rumeresheim, tam illam quæ de genitore meo Carolo mihi advenit, quam & illam portionem ipſius Bertradæ, quam genitor ſuus Herebertus ei in allode dereliquit, cum appendiciis & omni integritate ſua, ad ipſum ſanctum locum tradimus atque transfundimus: in cujus termino ipſum monaſterium S. Salvatoris eſt fundatum; & illum manſionilem ſuper Prumiam, qui eſt conſtructus ſuper terminum prædictæ villæ. *Non nullis deinde interpoſitis*: Tradimus alia duo loca in Caraſcouw ad idem monaſterium, Wathilhendorp & Birgisburias, cum omnibus adjacentiis ſuis & appendiciis. *In tabulis Ludovici Pii*; de concambio quod fecerunt Luidal- *vel Caroſcow,*
dus & Marcuardus Abbas, *editis anno regni ejus* XVII *& Lotharii filii* IX, *Indictionis* IX, *hoc eſt anno Chriſti* DCCCXXX, VII *Idus Februarias*; dedit memoratus Luidaldus & conjux ſua Irmbirga, jam dicto Marcuardo Abbati, ad partem monaſterii ſui S. Salvatoris Prumienſis, vel Rectorum in eodem monaſterio per tempora degentium, res eorum proprias, ſitas in pago Caroſcow, in villa quæ dicitur Huoſca, quantumcumque in prædicta villa vel marca ipſius villæ, præſenti tempore habere viſi ſunt. *In tabulis Lotharii Auguſti*, de Vallimaris-villa *conditis anno Imperii ejus in Italia* XXXVI, *in Francia* XIX, *Indictione* I, *id eſt, anno* DCCCLII, V *Kalendas Martias*, Vir venerabilis Egilo, Abbas Prumienſis monaſterii, in honore S. Salvatoris dicati, noſtræ benignitatis ſuppliciter deprecatus eſt clementiam, ut ad idem cœnobium quaſdam res fiſci noſtri, conſiſtentes in Ardenna, quas quondam Rotmarus Comes & poſtea filius ejus Etmarus habuerunt, ſitas *bonam partem attinere ad jus monaſterii Prumienſis;*
videlicet in pago Caroſcow in Vallimaris-villa, non longe ab ipſo monaſterio, manſa ſcilicet ſeptem & dimidium cum omnibus ibidem pertinentibus, ſolerti pietatis noſtræ ſtudio concederemus. *Habes en quinque* Caros *pari vices*; Rumeresdorpum, Wathilhendorpum, Burgisburias, Huoſcam & Vallimaris-villam: *ſuntque ii* Rumersheim, *proxime cœnobio Prumienſi*; Wetteldorp, *ad Aræ fluminis ortum*; Boresborn, *ad Gelbim amnem*, *Kilburgum inter & Girolſtenium*; Oos, *idem Girolſtenium verſus, primo à cœnobio lapide*; *&* Walmersheim; *omnes hodieque ditionis Prumienſium: ut* Caros Pagus *pro parte intercurrerit fontibus Aræ, Gelbis, Nemeſis, & Proneæ, vulgo* Aer, Kyl, Nyms *&* Pruym. *Hinc conſtat*, Eburones, Condruſos, Fæmanos *&* Cæreſos *habuiſſe à Meridie* Treviros, *ab Occaſu* Remos *&* Nervios, *à Septentrione regiones ultramoſanas, ab Ortu* Ubios *& Rheni accolas.*

118 SEGNI, *qui cum Condruſis ſe excuſaverunt,* *Segnos vero ad Aram fluvium habitaſſe;*
*quod cum Eburonibus non conſpiraſſent; ideoque rogabant, ut arma à ſuis finibus abſtineret Cæſar; videntur habitaſſe circa* Zinſich, *ad Aram fluvium, haud procul Rheno inter Coloniam & Confluentiam, antiquis* Senciacum.
D *Tabulæ Pipini Regis anno regni* XI, *Idibus Auguſti, de Prumienſi Cœnobio conditæ, iſta habent:* Donamus etiam ad ipſum monaſterium cellam aliam, quę dicitur Caſloaco, quæ eſt poſita infra terminos Senciaco, & eſt in honore S. Petri conſtructa, cum omnibus adjacentiis vel appendiciis ſuis. *Alia ejuſdem, biennio poſt*: Cella quæ Caſloaco dicitur, quæ eſt poſita infra terminos Senciaco. *Caſloacum* Keſlich *modo dicunt, primo lapide à Confluentibus, ut huc uſque procurrerit ager* Senciato *attributus. In Annalibus Francorum à Pithœo editis, anno* DCCCXLII *Carolus Calvus & Ludovicus, de patriis regnis bellantes*, Lotharium fratrem, in villa Senciaco morantem, & à ſuis deſertum in quibus non parum confidebat, fugere compellunt. *Nithardus lib.* 3. Lotharius, quoque ut fratres ſuos Moſellam tranſiſſe in Sinciaco didicit, confeſtim & ipſe abire & regno & ſede non deſtitit. *Annales Bertiniani.* Lotharius in Senciaco octo millibus à Moſella conſedit: Carolus & Ludovicus Confluentibus tranſeunt Moſellam, fugit ergo Lotharius hoc audito Aquægranum verſus. *Iidem Annales*, Ludovicus de Andernaco per Sinciacum Aquis rediit. *Hinc intelligas quomodo Cæſar*

A *digreſſus à ponte ſuo navali (quem inter* Antonnacum, *imo* Senciacum, *&* Bonnam *ſtructum tradidere, cum Florus infra Moſellam eum locet) per medios* Condruſos *&* Segnos *profectus ſit ad* Eburones; *ſic ut* Condruſi *dextras*, Segni *ſiniſtras tenerent.*

119 *Ita* Wilthemius: *ad cujus ſententiam de* Cæreſis, *forte* Cæroſis, *Pagum* Caroſgow *ab iis dici aſſerentis, clarius explicandam iis, quorum imaginativam vim hodierna pronuntiatio præoccupavit; removendus eſt ſcrupulus, ne forte diverſiſſima putent nomina, quorum primæ ſyllabæ* Cær *&* Car *adeo diverſimode nunc efferuntur. Intelligant enim tales oportet, Romanis, ſua adhuc lingua incorrupta utentibus, & nomina apud nos qualia pronuntiabant ipſi relinquentibus, nihil minus uſitatum fuiſſe, quam ut uni eidemque conſonanti, puta* C *&* G, *alium ſonum darent ante* E *&* I *vel* Y, *alium ante reliquas craſſiorius toni vocales. Itaque in vocibus* Carcer, Cancer, *littera* C *eodem ſonabat modo, in ſecunda atque in prima ſyllaba, quaſi per Græcum* K *utraque ſcriberetur; ſicuti eiſdem vocibus Roma acceptis utimur, cum Teutonice dicimus* Karker, Kanker. *Similitur & Diphthongus Æ, quæ nunc cum ſimplici vocali* E *pronuntiando confunditur, vere compoſitum habebat ſonum, & quaſi medium inter* AI *&* EI, *Græcorum diphthongos: itaque vox* Cæſar, *quæ nunc à Latine loquentibus fere effertur ac ſi ſcriberetur* Seſar; *rectius & ad originem antiquam proprius à Teutonice loquentibus exprimitur* Kayſar *vel* Keyſer, *ſignificatque appellative Imperatorem; interim dum proprium viri nomen iidem pronuntiant, ut nunc ceteri ſolent, dicuntque* den Keyſer-Ceſar, *id eſt*, Imperator Cæſar. *Igitur quorum nomen Iulii Cæſaris ævo* Kaireſii *vel* Kairoſii *pronuntiabatur, non* Sereſii *aut* Seroſii; *idem uſus medii hodiernique ævi* Karos *&* Karoſcow *pronuntiantis, quam leviſſime & ſolo pinguioris ac liquidioris ſoni diſcrimine deflexit à prioris pronuntiationis modo: ſic & in* Fæmennis *eadem diphtongus vulgari hodiedum uſu pronuntiatur* a, *cum* Marchia, *totius regiunculæ caput, nominatur à vulgo* Marche en Famenne. D

# TRACTUS PRÆLIMINARIS II

## QUO CHRONOLOGICE DEDUCITUR SERIES

## EPISCOPORUM ET ARCHIEPISCOPORUM MEDIOLANENSIUM

### uſque ad annum Chriſti MCCLXI.

### Ex vetuſtis Catalogis Mss. Bibliothecæ Ambroſianæ,

A G. Henſchenio tranſcriptis, & à D. Papebrochio illuſtratis.

## PRÆFATIUNCULA.

C  *Nter antiquiores Ambroſianæ Bibliothecæ Codices, anno* MDCLXII *à nobis Mediolani luſtratos, unus membranaceus perantiquus ſignabatur* P 246 *in folio; & continebat Sanctorum plurium, præſertim Mediolanenſium Vitas, nonnulloſque ſermones S. Ambroſii. Ante Vitas ſpectabantur membranæ paucæ, formæ aliquanto minoris quam erant reliquæ; in iiſque* Nomina Epiſcoporum Mediolanenſis Civitatis, *unâ eâdemque manu, ſed non eodem ſtylo ſcripta omnia, uſque ad* Thedaldum *incluſive, qui ſchiſmaticus obiit anno* MLXXXV. *Adjunguntur deinde, manu diverſa, eo quo quiſque obiit anno adſcripti alii uſque ad* Philippum, *ordinatum anno* MCLXXXXVI. *Porro in antiquiori ac potiori parte triplex notari poteſt ſtylus, adeo ut ipſa trifariam dividi debeat, ſic ut primum membrum pertingat uſque ad tempora Longobardorum & ſeculum Chriſti* VI; *ſecundo contineantur ſex vel ſeptem Epiſcopi, poſt civitatis deſtructionem, à jam dictis Longobardis factam, velut in exilio commorati; tertio deſcribantur ceteri, uſque ad eum quem dixi* Thedaldum: *cui ſuccedens quartum membrum, inſignis omnino debeat haberi auctoritatis, cum eo in genere vix quidquam poſſit optari certius. Hunc Catalogum minime ſibi contemnendum judicans* Godefridus Henſchenius ὁ Μακαρίτης, *dignum cenſuit quem manu ſua totum tranſcriberet; & ego, adhibito examine, inveni eſſe accuratiſſimum (ſi nonnullos, in primo præſertim membro, errores correxeris) ſolidumque in eo reperi fundamentum, ad totam Mediolanenſem Hiſtoriam rectè ordinandam. Statueram ergo eum dare poſt Acta* S. Dionyſii, XXV *die hujus Maji: ſed mutato deinde conſilio,* E

*ſatius*

A *ſatius duxi eum hic exhibere, ut magis ad manum ſit, poſitus conſpicuo magis loco: nom* D
*tamen primo. Quamvis enim* Mediolanenſis Eccleſia *dignitate ſupra* Tungrenſe
*eminuerit ſemper, atque hodiedum emineat ſupra eidem* Tungrenſi *ſuffectas,* Trajectenſem *primum, deinde* Leodienſem: *Magiſtri tamen defuncti lucubratio præcedere debuit longe imparem conatum viventis diſcipuli; quando ſexti Tomi grandior jam moles evaſit, quam ut Commentario extraneo aliquo, ſibi (ut fuerat cogitatum) præfixo, augeri commode poſſit. Hujus porro Tractatus utilitas haud levis erit hoc in opere, in quo plure partim jam occurrerunt, partim adhuc occurrent illius Sedis Epiſcopi, Sanctorum faſtis adſcripti: quorum ætates haud eſt promptum ſigillatim diſcernere, priuſquam omnium inter ſe compoſiti habeantur anni, quemadmodum frequenti experientia jam docuerunt ſimiles Catalogi, à nobis inter præliminares tractatus atque etiam in Maji Propylæo deducti. Hic autem referendæ mihi ſunt gratiæ Eximio & Reverendiſſimo Domino,* Petro Paulo Boſcæ, *ex Sodalitio Sacerdotum Oblatorum SS. Ambroſii atque Caroli ſacræ Theologiæ Doctori, nunc quidem Modoëtienſi Archipresbytero; anno autem* MDCLXXVI, *quo hæc luci parare incipiebam, adhuc Bibliothecæ Ambroſianæ Præfecto; qui rogatus à me Henſchenianæ manus ecgraphum conferre cum originalibus, perquam diligenter id fecit, & alia multa utilia monuit. Similiter agendæ gratiæ Eruditiſſimis ejus ac diligentiſſimis eadem*
B *in Præfectura ſucceſſoribus duobus,* Nicolao Rubino & Andreæ Puſterlæ, *quorum* E
*prior, nunc prædictorum Oblatorum Præpoſitus Generalis ſumma promptitudine mihi exhibuit notitiam quinque proximorum S. Galdini deceſſorum, quas excipere* Henſchenius *noſter neglexerat; alter majori multo molimine, ex Beroldi vetuſtiſſimi ſcriptoris volumine membraneo, in archivo Capituli Metropolitani ſcrupuloſiſſime aſſervato, excepit mihi notitiam aliorum ſex ſequentium, uſque ad Otthonem Vice-Comitem, electum anno* MCCLXI, *cum quibus noſter hic labor finitur. Huic porro non intendo ſingulorum inſerere Acta, aut ab aliis contractius diffuſiuſve edita revocare ad examen hiſtoricum; Chronologiæ filum potiſſimè proſequimur: in quo cum aliquando citabimus* Tabulam Synodalem, *eam Lector intelligat, quam* Petrus Galeſinius *anno* MDLXXXIV *expandit in duplici folio, ubi tota Archiepiſcopalis hiſtoria legi per Synopſim poteſt; quamque deinde anno* MDCIII *Diocæſana Synodus, ſub* S. Carolo Borromæo, *Actis ſuis inſeruit pag. 835 & ſeqq.*

# TABVLA CHRONOLOGICA
# ARCHIEPISCOPORUM MEDIOLANENSIUM.

| | Ordo & Nomina | Ann. & Dies Ordination. | Spatiũ Epiſc. | Annus & Dies Mortis. | Locus Sepulturæ | Sedis vacant. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | S. Anatalon | 49 ..... | 13 ... ... | 61 *Octobr.* 24 | *Brixiæ* | ..... ..... |
| 2 | S. Gajus | 61 ..... | 24 ... ... | 85 *Septembr.* 26 | *in horto Philippi* | *an.* 12 *fere* |
| 0 | ..... | ... ..... | ... ... ... | ... ..... | ..... | ..... ..... |
| 3 | S. Caſtritianus | 97 ..... | 41 ... ... | 138 *Decembr.* 1 | *ad S. Ioannem* | ..... ..... |
| 4 | S. Calimerus | 138 ..... | 53 ... ... | 191 *Iulii* 31 | *in eccleſia propria* | *an.* 1½ ..... |
| 5 | S. Monas | 193 ..... | 59 ... ... | 246 *Martii* 25 | *in S. Vitalis* | *an.* 36 ..... |
| 0 | ..... | ... ..... | ... ... ... | ... ..... | ..... | ..... ..... |
| 6 | S. Maternus | 282 ..... | 22 ... ... | 303 *Iulii* 18 | *ad S. Naborem* | ..... ..... |
| 7 | S. Myrocles | 303 ..... | 12 ... ... | 315 *Novembr.* 30 | *ad S. Victorem* | ..... ..... |
| 8 | S. Euſtorgius | 315 ..... | 17 ... ... | 331 *Septembr.* 18 | *in propria eccleſia* | ..... ..... |
| 9 | S. Protaſius | 331 ..... | 22 ... ... | 352 *Novembr.* 24 | *ad S. Victorem* | |
| 10 | S. Dionyſius | 352 ..... | 4 ... ... | 355 *Maji* 25 | *in propria eccleſia* | ..... ..... |
| 11 | Auxentius Ariã. | 355 ..... | 24 ... ... | 374 ..... | ..... | ..... ..... |
| 12 | S. Ambroſius | 374 *Decembr.* 7 | 24 4 10 | 398 *Aprilis* 17 | *in propria Eccleſia* | ..... ..... |
| 13 | S. Simplicianus | 398 ..... | 3 ... ... | 400 *Auguſti* 15 | *in propria Eccleſia* | ..... ..... |
| 14 | S. Venerius | 400 ..... | 9 ... ... | 408 *Maji* 4 | *ad S. Nazarium* | ..... ..... |
| 15 | S. Marolus | 408 ..... | 15 ... ... | 423 *Aprilis* 23 | *ad S. Petrum* | ..... ..... |
| 16 | S. Martinianus | 423 ..... | 13 ... ... | 433 *Decembr.* 29 | *ad S. Stephanum* | ..... ..... |

| | Ordo & Nomina | Ann. & Dies Ordination. | Spatiũ Episc. | | | Annus & Dies Mortis. | | Locus Sepulturæ | Sedis vacant. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | 17 S. Glycerius | 433 ..... | 4 | ... | ... | 438 | *Septembr.* 15 | *ad S. Nazarium* | ..... | ..... |
| | 18 S. Lazarus | 438 ..... | 11 | ... | ... | 449 | *Maji* 14 | *ad S. Nazarium* | ..... | ..... |
| | 19 S. Euſebius | 449 ..... | 17 | ... | ... | 464 | *Auguſti* 9 | *ad S. Laurentium* | ..... | ..... |
| | 20 Geruntius | 464 ..... | 6 | ... | ... | 470 | *Maji* 7 | *ad S. Simplician.* | ..... | ..... |
| | 21 S. Benignus | 470 ..... | 8 | ... | ... | 477 | *Decembris* 13 | *ad S. Simplician.* | ..... | ..... |
| | 22 S. Senator | 477 ..... | 3 | ... | ... | 480 | *Maji* 29 | *ad S. Euphemiam* | ..... | 24 |
| | 23 S. Theodorus | 480 *Iunii* 22 | 9 | 9 | 7 | 490 | *Martii* 28 | *ad S. Laurentium* | ..... | ..... |
| | 24 S. Laurentius | 490 ..... | 22 | ... | ... | 512 | *Iulii* 27 | *ad S. Caſſianum* | ..... | ..... |
| | 25 S. Euſtorgius II | 512 ..... | 7 | ... | ... | 518 | *Iunii* 6 | *ad S. Xiſtum* | ..... | ..... |
| | 26 S. Magnus | 518 ..... | 13 | ... | ... | 530 | *Novembris* 1 | *ad S. Euſtorgium* | ..... | ..... |
| | 27 S. Datius | 530 ..... | 22 | ... | ... | 552 | *Ianuarii* 14 | *ad S. Victorem* | ..... | ..... |
| | 28 Vitalis | 552 ..... | 4 | ... | ... | 555 | ..... | *ad S. Vitalem* | ..... | ..... |
| | 29 N. Schiſmaticus | 556 ..... | 11 | ... | ... | 566 | ..... | ..... | ..... | ..... |
| | El. S. Gondulfus | 558 ..... | ... | ... | ... | ... | *Iunii* 27 | *In Diœc. Bituric.* | ..... | ..... |
| | 30 S. Auxanius | 566 ..... | 2 | ... | ... | 568 | *Septembris* 3 | *ad S. Stephanum* | ..... | ..... |
| | 31 S. Honoratus | 568 ..... | 2 | ... | ... | 570 | *Februarii* 26 | *ad Nocetam* | ..... | ..... |
| | 32 Frontus | 570 *Intruſus* | 11 | ... | ... | 581 | ..... | *Genuæ captivus* | ..... | ..... |
| | 33 Laurentius II | 573 *Ianuarii* 22 | 19 | 7 | 0 | 592 | *Auguſti* 21 | *Gen. ad S. Syrum* | ..... | ..... |
| | 34 Conſtantius | 593 ..... | 8 | ... | ... | 600 | *Septembris* 3 | *Genuæ ad S. Ambr.* | 12 | 13 |
| | 35 Deuſdedit | 601 *Septemb.* 17 | 28 | 1 | 14 | 629 | *Octobris* 30 | *Gen. ad S. Syrum* | 3 | 0 |
| | 36 Auſterius | 630 *Ianuarii* 28 | 10 | 5 | 7 | 640 | *Iulii* 4 | *Gen. ad S. Syrum* | ..... | ..... |
| | 37 Fortis | 641 ..... | 3 | ... | ... | 644 | ..... | ..... | ..... | ..... |
| | 38 S. Joannes | 645 ..... | 10 | ... | ... | 655 | *Ianuarii* 2 | *ad S. Michaelem* | ..... | ..... |
| | 39 S. Antonius | 653 ..... | 2 | ... | ... | 657 | *Octobris* 30 | *ad S. Simplician.* | ..... | ..... |
| | 40 S. Mauricillus | 657 ..... | 10 | 4 | ... | 668 | *Martii* 31 | *ad S. Satyrum* | ..... | ..... |
| | 41 S. Ampelius | 668 ..... | 5 | ... | ... | 672 | *Iulii* 8 | *ad S. Simplician,* | ..... | ..... |
| | 42 S. Manſuetus | 672 ..... | 9 | ... | ... | 681 | *Februarii* 19 | *ad S. Ambroſium* | ..... | ..... |
| | 43 S. Benedictus | 681 ..... | 44 | ... | ... | 725 | *Martii* 11 | *ad S. Ambroſium* | ..... | ..... |
| | 44 Theodorus | 725 ..... | 14 | ... | ... | 739 | ..... | *In Monaſt. Aron.* | ..... | ..... |
| | 45 S. Natalis | 740 *Martii* ... | 1 | 2 | ... | 741 | *Maji* 14 | *ad S. Georgium* | ..... | ..... |
| | 46 Arifredus | 741 ..... | ... | 8 | ... | 742 | ..... | *ad S. Nazarium* | ..... | ..... |
| | 47 Stabilis | 742 *Auguſti* 12 | 2 | 4 | 0 | 744 | *Decembris* 13 | *ad S. Ambroſium* | 4 | 21 |
| | 48 Lætus | 745 *Maji* 6 | 13 | 11 | 0 | 759 | *Aprilis* 4 | *ad S. Ambroſium* | 5 | 22 |
| | 49 Thomas | 759 *Septemb.* 23 | 24 | 0 | 5 | 783 | *Septembris* 27 | *ad S. Ambroſium* | 5 | 15 |
| | 50 Petrus | 784 *Martii* 14 | 22 | 2 | 2 | 805 | *Maji* 15 | *ad S. Ambroſium* | 1 | 28 |
| | 51 Odelbertus | 805 *Iulii* 13 | 8 | 7 | 11 | 814 | *Februarii* 25 | *ad S. Ambroſium* | 2 | 11 |
| | 52 Anſelmus | 814 *Maji* 7 | 3 | 10 | ... | 818 | *Depoſitus in Mart.* | ..... | ..... | ..... |
| | 53 Bonus | 818 *Maji* 16 | 3 | 8 | 8 | 822 | *Ianuarii* 23 | *ad S. Ambroſium* | ..... | ..... |
| | It. Anſelmus | 822 *Ianuarii* 26 | 0 | 3 | 13 | 822 | *Maji* 11 | *ad S. Ambroſium* | ..... | ..... |
| | 54 Angilbertus | 822 *Iulii* 20 | 1 | 2 | 20 | 823 | *Octobris* 9 | *ad S. Ambroſium in Hiemali eccl.* | 8 | 16 |
| | 45 Angilbertus II | 824 *Iunii* 26 | 35 | 5 | 18 | 860 | *Decembris* 13 | *ad S. Nazarium* | 10 | 26 |
| | 56 Tado | 861 *Novembr.* 9 | 7 | 6 | 18 | 869 | *Maji* 26 | *ad S. Ambroſium* | 1 | 0 |
| | 57 Anſpertus | 869 *Iunii* 26 | 13 | 5 | 12 | 882 | *Decembris* 7 | *ad S. Ambroſium* | 2 | 23 |
| | 58 Anſelmus II | 883 *Martii* 3 | 14 | 6 | 25 | 897 | *Septembris* 27 | *ad S. Ambroſium* | 2 | 9 |
| C | 59 Landulfus | 897 *Decembr.* 7 | 2 | 10 | 29 | 900 | *Novembris* 5 | *ad S. Ambroſium* | 0 | 24 |
| | 60 Andreas | 900 *Novemb.* 30 | 6 | 3 | 0 | 907 | *Februarii* 28 | *ad S. Ambroſium* | 1 | 14 |
| | 61 Atho | 907 *Aprilis* 5 | 12 | 5 | 0 | 919 | *Septembris* 11 | *Romæ ad S. Alex.* | 3 | 0 |
| | 62 Guaribertus | 919 *Decembr.* 12 | 2 | 8 | 3 | 922 | *Auguſti* 15 | *ad S. Amb. in hiem.* | 1 | 20 |
| | 63 Lampertus | 922 *Octobris* 6 | 9 | 8 | 14 | 932 | *Iunii* 19 | *ad S. Amb. in hiem.* | 0 | 9 |
| | 64 Hilduinus | 932 *Iunii* 29 | 5 | 0 | 25 | 937 | *Iulii* 24 | *ad S. Amb. in hiem.* | 0 | 19 |
| | 65 Ardericus | 937 *Auguſti* 13 | 12 | 2 | 1 | 949 | *Octobris* 13 | *ad SS. Apoſtolos* | ..... | ..... |
| | El. Aldemannus | 949 ..... | 1 | ... | ... | 951 | ..... | ..... | ..... | ..... |
| | El. Manaſſes | 949 ..... | 5 | ... | ... | 954 | ..... | ..... | ..... | ..... |
| | 66 Walpertus | 951 *Auguſti* ... | 17 | 2 | ... | 969 | *Novembris* 8 | *ad S. Amb. in hiem.* | 1 | 12 |
| | 67 Arnulfus | 969 *Decembr.* 19 | 3 | 4 | 4 | 973 | *Aprilis* 16 | *ad S. Amb. in hiem.* | 2 | 10 |
| | 68 Godefredus | 973 *Iulii* 27 | 5 | 1 | 23 | 978 | *Septembris* 19 | *ad S. Amb. in hiem.* | 3 | 2 |
| | 69 Landulfus | 978 *Decembr.* 22 | 18 | 3 | 0 | 997 | *Martii* 23 | *ad Mon. S. Celſi* | 2 | 0 |
| | 70 Arnulfus II | 997 *Maji* 23 | 19 | 9 | 3 | 1017 | *Februarii* 25 | *ad S. Victorem* | 10 | 19 |
| | 71 Heribertus | 1018 *Ianuarii* 12 | 27 | 0 | 5 | 1045 | *Ianuarii* 17 | *ad S. Dionyſium* | 8 | 11 |
| | 72 Guido | 1045 *Septembr.* 8 | 25 | 11 | 16 | 1071 | *Auguſti* 23 | *In Burgulis* | 53 | 12 |
| | El. Gotofredus | 1068 ..... | ... | ... | ... | 1076 | *Ex parte Imperatoris Schiſmaticus* | | | |
| | El. Atho | 1071 ..... | ... | ... | ... | ... | *Ex parte Cleri Catholicus.* | | | |
| | 73 Tedaldus | 1076 *Februarii* 5 | 9 | 3 | 21 | 1085 | *Maji* 25 | *Aronæ* | 13 | 6 |
| | 74 Anſelmus III | 1086 *Iulii* 1 | 7 | 5 | 4 | 1093 | *Decembris* 4 | *In Baſ. Apoſtolorũ* | 0 | 2 |
| | 75 Arnulfus III | 1093 *Decembr.* 7 | 3 | 9 | 18 | 1097 | *Septembris* 24 | *In Clavaten. Mon.* | 1 | 8 |
| | 76 Anſelmus IV | 1097 *Novembr.* 3 | 3 | 10 | 28 | 1101 | *Septembris* 30 | *CP. ad S. Nicolaũ* | 11 | ..... |
| | El. Groſſulanus | 1102 *Auguſt.* ... | 9 | 4 | ... | 1112 | *a Ianuarii* 1 | *Romæ ad S. Sabam* | 0 | 0 |
| | 77 Jordanus | 1112 *Ianuarii* 1 | 8 | 9 | 4 | 1120 | *Octobris* 4 | *ad S. Ambroſium* | 1 | 13 |

| | Ordo & Nomina | Ann. & Dies Ordination. | Spatiũ Epiſc. | Annus & Dies Mortis. | Locus Sepulturæ | Sedis vacant. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 78 | Olricus | 1120 *Novembr.* 18 | 2 6 11 | 1123 *Maji* 28 | *In Eccl. hiemali* | 2 .... |
| 79 | Anſelmus V | 1123 *In Auguſto* | 10 7 11 | 1134 abdic. *in Mart.* | *Romæ in Lateran.* | ..... ..... |
| El. | S. Bernardus | 1134 *vel* 1135 | ... ... ... | ..... *non admiſit,* | *ſed urbe abiit.* | ..... ..... |
| 80 | Robaldus | 1135 *Auguſti* 5 | 10 4 26 | 1145 *Decembris* 30 | *In Eccl. hiemali* | 0 22 |
| 81 | Obertus | 1146 *Ianuarii* 22 | 20 2 6 | 1166 *Martii* 27 | *Benev. in S. Sophiæ* | 0 20 |
| 82 | S. Galdinus | 1166 *Aprilis* 16 | 10 0 0 | 1176 *aprilis* 13 | *ad S. Theclam* | 2 13 |
| 83 | Algiſius | 1176 *Iulii* 2 | 8 8 27 | 1185 *Martii* 29 | *In Eccl. hiemali* | 1 11 |
| 84 | Ubertus I | 1185 *Maji* 11 | 2 4 10 | 1187 abd. *Septembr.* 20 | *Ferrariæ in Cath.* | 1 16 |
| 85 | Milo | 1188 *Februarii* 6 | 7 8 8 | 1195 *Octobris* 13 | ..... | 0 26 |
| 86 | Ubertus II | 1195 *Novembr.* 30 | 0 9 6 | 1196 *Auguſti* 4 | ..... | 0 29 |
| 87 | Philippus | 1196 *Septembr.* 3 | 10 4 7 | 1207 *Ianuarii* 9 | *In S. Mariæ Maj.* | 0 24 |
| 88 | Ubertus III | 1207 *Februarii* 2 | ... ... ... | ..... ..... | ..... | ..... ..... |
| 89 | Gerardus | 1211 *Novemb.* 13 | ... ... ... | ..... ..... | ..... | ..... ..... |
| 90 | Henricus | 1214 ..... | ... ... ... | 1231 ..... | ..... | ..... ..... |
| 91 | Guilielmus | 1231 ..... | ... ... ... | ..... ..... | ..... | ..... ..... |
| 92 | Leo | 1241 ..... | ... ... ... | 1257 ..... | *ad S. Euſtorgium* | 57 7 |
| 93 | Otto Vicecom. | 1261 ..... | ... ... ... | 1295 *Auguſti* 13 | *In Cathedrali* | ..... ..... |
| 94 | Rufinus | 1295 ..... | ... ... ... | 1296 *Decembris* 7 | ..... | ..... ..... |
| 95 | Franchinus | 1296 ..... | 12 ... ... | 1308 ..... | *In Cathedrali* | ..... ..... |
| 96 | Caſonus | 1308 ..... | ... ... ... | ..... ..... | ..... | ..... ..... |
| 97 | Aicardus | 1317 ..... | ... ... ... | ..... ..... | ..... | ..... ..... |
| B 98 | Joannes Vicec. | 1344 ..... | 11 ... ... | 1355 *Octobris* 5 | ..... | ..... ..... E |

# PARS PRIMA

*Poſt alias duas, ſi non compoſita primum, certe interpolata.*

## Ex Ms. Bibliothecæ Ambroſianæ, ſignato P. 146 in folio.

*Primi omnes quomodo Sancti habiti:*

*Quatuor nobis exhibet prima hæc Pars*; Epiſcoporum nomina, tempus Sedis, Depoſitionis diem, & locum Sepulturæ. Nomina *haud dubie eadem ſunt, & ubi contrarium non probatur, eodem cenſeri debent relata ordine, quo inter divini Officii ſolennia, jam inde à primis Eccleſiæ Chriſtianæ ſeculis, recitabantur ex ſacris Diptychis, ad id inſtitutis; quorum in opere noſtro frequens mentio, præſertim ad* VIII *Ianuarii, ubi de S. Attico Conſtantinopolitano Epiſcopo, diu obluctato, ne S. Ioannis Chryſoſtomi nomen in Diptycha Epiſcoporum Conſtantinopolitanorum reciperet. Sic autem inſcripti Diptychis Epiſcopi, communi ſeculorum primorum uſu,* Sancti & Sanctiſſimi *nominabantur: nam & viventibus dabatur hic titulus. Hinc factum, etiam poſtquam vocum iſtarum notionem conſuetudo eccleſiaſtica reſtrinxit ad eos, qui, propter notiſſimam vitæ ſanctitatem & miracula inſignia aut martyrii lauream, invocantur à fidelibus, tamquam citra dubium ullum cæleſti regno recepti; factum, inquam, ex tali uſu eſt, præſertim in Eccleſiis Italiæ antiquioribus, ut omnes fere illarum Epiſcopi, qui in communione Catholica obierunt, per tria, quatuor, ac plura ſecula, cenſeantur Catalogo Sanctorum adſcripti ſive Canonizati: quemadmodum iis fere omnibus contigit, qui in hac prima parte nominantur.*

C

*eorumque ſucceſſio notata circa an.* 580.

2 *Sicut autem Romana Eccleſia, jam inde à tempore S. Anteri Papæ, cœpit habere, præter ſupradicta Diptycha, Epiſcoporum Catalogum, cui, ultra nomina ſingulorum, etiam inſcribceretur quanto quiſque ſediſſet* tempore: *ita & Mediolani ejuſmodi Catalogus ſcribi cœpit, ſaltem ante* VII *ſeculum Chriſtianæ Æræ; ubi ad nomina, è Diptychis tranſcripta, notaretur annorum, menſium, ac dierum numerus, quibus quiſque ſedit, ſicut ex antiquioribus monumentis, aut ſubductis per veroſimilem conjecturã calculis definiri potuit: in quo ſi hallucinatum aliquando Collectorem dixero (nec enim omnia poſſunt imputari librariis) non tamen nihil fidei relinquetur tam antiquæ originis ſcripto, quando nulla gravior auctoritas coget ab eo recedere.*

*Haud diu poſt additos Sedis obtentæ terminos, adjecit alius* depoſitionis diẽ: *quod facile fuit ex Faſtis ſacris præſtare, cujus eos quorum mors honorabatur anniverſaria feſtivitate. Hæc igitur putamus genuina ut plurimum eſſe primæ hujus partis membra; quo modo ea circa annum* DLXXX *deſcripta habebatur. Cum autem apparuit Pars ſecunda, diligentius deſcripta; itemque Pars tertia ſcribi cœpiſſet, votato accurare* ſepulturę loco; *ut qui primus ſeculo* X. *vel* XI *Partes prædictas collegit in unum, addidit etiã primæ huic Parti nomina eccleſiarum, in quibus ætate ſua ſingulorũ corpora credebantur haberi. Prudenter tamen abſtinuit à verbo* ſepultus, *eo quod prima ſepultura locus, aut certo alius fuiſſe ſciretur, aut omnino haberetur incognitus. His prænotatis, ipſa Catalogi verba incipio exhibere, extenſis ad longũ ſingulis vocibus, quarum dumtaxat initia habentur in Ms. hoc modo,* Sed. an. . . . m̃ . . . d. . . . dep. *vel* ob. & ſep. ẽ. *quæ lego,* Sedit annos . . . menſes . . . dies . . . depoſitus, obiit, ſepultus eſt. *Littera* S, *nominibus præfixa ſignificat,* Sanctos: *ea tamen in Catalogo nuſquam apponitur, ſed pro majori decore hic adhibetur.*

F

## S. ANATOLON, ſedit annos XIII, depoſitus eſt VIII Kalendas Octobris.

*Anatalon ab an.* 49, *ad an.* 68.

3 *Primus hic Eccleſiæ Mediolanenſi à S. Barnaba Apoſtolo datus Epiſcopus, Eccleſiã quoque Brixienſem fundavit; & ſimul utramque rexit (ut habet hiſtoria Ms.)* annis tredecim, ab an. VII Claudii uſq; ad VIII Neronis, *id eſt, ab anno Æræ vulgaris* XLVII *ad annum ejuſdem Æræ* LX. *Hæc temporis ratio ſi vera eſt (quis autẽ ſpondere pro re tam antiqua, ſub fide teſtis tanto poſterioris, auſit?) & ſi etiam vera noſtra conjectura, de Sede Pontificia anno quinquageſimo Chriſti primum Romæ collocata; ſequeretur, Mediolanenſem Eccleſiam uno anno citius Sedem accepiſſe Epiſcopalem. Hiſtoria primorum Mediolanenſium Epiſcoporum ſeculo circiter* VI *compoſita, quæ in eodem Ambroſiano Codice poſt Catalogum ſequitur, indicat, quod* S. Anatolo *duos ſibi ſucceſſores ordinarit, alterum pro Mediolanenſi urbe, de quo mox; alterum pro Brixienſi, videlicet S. Clatheum,* XV *Iunii recolendum. In eadem Hiſtoria dicitur jam dicta Depoſitionis dies coli* ad Concilia Sanctorum; *de corpore*

A *negat Auctor certi aliquid ſcire ſe potuiſſe; quod illud ſcilicet necdum elevatū eſſet: alias ipſum prope Brixiam tumulatum, ubi jam nominatus locus erat, non ignoravit Myrocles Mediolanenſis Epiſcopus ſeculo* IV *ineunte, de quo infra. Ibi certe illud fuit inventum in templo, & ad aliam ejuſdē templi partem tranſlatum anno* MDLXXII. *Eodem die adhuc colitur Brixiæ idem* S. Anatalo: *Mediolanenſes,* VII *diem ante* Kalendas Octobris *ejus memoriæ nunc aſſignant: quia ſcilicet priorem diem ſolenniori feſto ſibi vindicavit S. Thecla, urbis Patrona & eccleſiæ primariæ Titularis, ob reliquias Capitis Mediolanum allatas.*

## S. Gaius, ſedit annos XXI, depoſitus eſt VI Kalendas Octobris.

2 *Gajus, uſque ad annum* 85.

4 *Vitæ ejus in jam dicta Hiſtoria, narrationis ſerie ſubtexta Vitæ* S. Anatalonis, *docet eum in Epiſcopatu vixiſſe* uſque ad quintum Domitiani Cæſaris annum; *obiiſſe vero* pridie Kalendarum Januariarum, *& ſepultum eſſe* in horto Philippi, *Senatoris nobiliſſimi, apud quem convenire Chriſtiani conſueverant: & hujus rei monumentum videtur etui ex ſcriptura quadam Cancellariæ Mediolanenſis, ubi legitur* Tranſlatio S. Caii XIII Aprilis Duplex. *Eam eccleſiā Franciſcani nunc tenent, quibus petentibus anno* MDLXXI *facta eſt à S. Carolo Borromæo nova Tranſlatio, annueque recolitur* XIV Septembris. *Anni Epiſcopatus ita notantur in eadem Hiſtoria, ut in margine eâdem manu antiqua notetur, iſtic ubi ponitur* duo & viginti annorum curriculis, *alias legi,* quatuor. *Priorem lectionem ſecutus Auctor Catalogi eſt: ſecundam exigit Domitiani annus* V, *qui annus cœpit cum menſe Septembri anni* LXXXV. *Dum autem dicitur* Gajus, anno Epiſcopatus ſui quinto *Romam iturus, intellexiſſe Martyrium SS. Petri & Pauli, confirmatur, quod alibi demonſtravimus, illud accidiſſe an.* LXV: *ſed expungendum eſt ineptum ſcioli cujuſdam gloſſema, qui ex inveterato quorumdam errore addidit,* qui erat Neronis ultimus. *Denique,* poſt obitum beatæ memoriæ Confeſſoris & Epiſcopi Caii, longa intercapedine temporis præfatæ Sedes Eccleſiæ Benedictione Sacerdotali viduata, & Paſtoris proprii manſit curâ deſtituta. *Quamdiu ſcilicet in vivis fuit Domitianus, ut dicit Vita ſucceſſoris, id eſt, per annos fere duodecim uſque ad* I *Nervæ, qui fuit Chriſti* XCVII.

## S. Castritianus, ſedit annos XLI, depoſitus Kalendis Decembris, ad S. Joannem in Concha.

C 3 *Caſtritianus ab an. 97, uſq; ad an. 138.*

5 *Eumdem depoſitionis diem habet Hiſtoria vitæ, prioribus ſubſequenter connexa: eademque tempus Epiſcopatus* per annos circiter quadraginta *extendit,* ad annum uſque Adriani vigeſimum primum, *qui eſt annus Chriſti* CXXXVIII. Sepultus eſt, *inquit eadem Hiſtoria,* à diſcipulis juxta condictum in cœmeterio quod dicitur Romano, ea ſcilicet via qua Romam tenditur, haud longe ab arcu triumphali. Quem locum hominibus quidem diu incognitum, Dei autem oculis notum palanterq; poſtmodum manifeſtatum his, quos dignos ſumma ſanctitas fecerat, aperte cognovimus. *Et tunc veroſimiliter tranſlatum fuit corpus,* ad eccleſiam S. Joannis in Concha. *Ioannes Baptiſta Caſtilionæus, in Antiquitatibus Mediolanenſibus anno* 1625 *evulgatis, docet, hanc eccleſiam ſub invocatione S. Ioannis Euangeliſtæ ſuperexſtructam fuiſſe veteri illi* Cœmeterio, *quod* Peregrinorum *appellat, & cujus minime obſcura veſtigia cernuntur in obſcuro ſpecu, qui adi illi pro Confeſſione eſt.*

## S. Calimerus, ſedit annos LIII, depoſitus pridie Kalendas Auguſti.

4 *Calimerus uſque ad an.* 191.

6 *Hic,* decennio fere ante venerandæ memoriæ Caſtritiani Præſulis exceſſum, *juvenem ſe dederat in diſciplinam S. Teleſphori Papæ, quem anno* CXXVII *ordinatum decennio & amplius ſediſſe demonſtravimus: ſed territus periculis inter quæ hunc verſari videbat, propter perſecutorum rabiem, ſeceſſit Mediolanum: atque à* S. Caſtritiano *adſcriptus in Clerum, eoq; mortuo electus Epiſcopus, & multa ſub Antonino Pio perpeſſus, itemque ſub Antonino & Commodo; cum* annorū circiter quinquaginta trium curricula *peregiſſet in cura Paſtorali, tandem puteo merſus occubuit Martyr.* Pridie Kalendarū Auguſti... Ceſſavit *autem* Epiſcopatus anno uno & medio. *Sic Hiſtoria jam ſæpe allegata; quæ per annos quot diximus* LIII *deducit nos ad annum Chriſti* CXCI, *ita ut annus* CXCIII *ſucceſſori Monæ fuerit primus. De corpore nihil ſciebatur, aut cum ſcriberetur Hiſtoria, aut cum hic Catalogus compilaretur. Ferrarius ait,* in cœmeterio Caji ſepultum, in eccleſia ſuo nomine poſtea ædificata conditum *eſſe; &* ibi, *inquit,* altare aureum, in ſancti Martyris honorem, à Thoma Archiepiſcopo ſub Carolo magno poſitum eſt: *qui Thomas cum ſucceſſerit anno* DCCLVI, *apparet eum qui primæ huic parti depoſitionis locum, quando ſcire potuit, adnotavit; id prius feciſſe quam invento corpore eccleſia hæc conderetur. Facta eſt autem nova* S. Calimeri *tranſlatio à Frederico Card. Borromæo, in novam arcam, ſub eodem altari quoprius recondendam, anno* MDCXIX *die* XXXI *Maji; ipſaque eccleſia, olim Humiliatorum Præpoſitura, nunc puellis pericli-* F *tantibus juxta eam collectis deſervit.*

## S. Monas, ſedit annos LIX, depoſitus octavo Kalendas Aprilis, ad S. Vitalem.

5 *Monas uſque ad an.* 248.

7 Ut ferunt, qui illud paterna noſſe traditione potuerunt, octogenarius ferme eo erat tempore, quo Philippus Chriſtianiſſimus Imperator primus ex Auguſtis Chriſti jugo colla ſua ſubmittere decrevit, *quemadmodum narrat jam dicta Epiſcopalis Hiſtoria. Regnavit autem Philippus cum filio non integris ſex annis, qui tamen imperfecti ſeptem numerantur: quorum medius, Chriſti* CCXLVI, *ultimus* Monæ *fuit, juxta eamdem Hiſtoriam; quæ demortui corpus* Prædeceſſorum tumulis *adjunctum ait; ſed addit,* qui locus uſque nunc mortalibus manet incognitus, pro eo maxime quod tunc, ob nefandas perſecutiones, Sanctorum corpora occulte ſepulturæ mandabant. *Repertum poſtea atque in ædē S. Vitalis ab* Ariberto *ſeu* Heriberto *Archiepiſcopo, ſeculo Chriſti* XI *depoſitum & circa finem* X *ſeculi, aut initium* XI *denuo elevatum, denique à S. Carolo Borromæo in eccleſiam metropolitanam tranſlatum eſt, ubi ipſe colitur* XII *Octobris, quando primam tranſlationem factam arbitramur. Atque hic animadvertens Hiſtoriæ Auctor, mirum videri poſſe, quod dicantur* ad ea uſque tempora quinq; tantum Mediolanenſi Eccleſiæ Antiſtites præfuiſſe, cum in Romana Sede vigeſimus poſt Apoſtolos tunc temporis degeret, vir Deo fideliſſimus, Papa & Martyr Fabianus; *in hoc* Dei occultum & inſcrutabile judicium *attendendum docet; tandemque claudens hanc digreſſionem, cum proteſtatione ſuæ in ſcribendo fidelitatis, addit,* Non ſolum vero iſtiuſmodi miranda ſuperni Arbitri diſpenſatio, apud antiquos quoſque aut primæ Chriſtianitatis cultores, verum etiam apud modernos pari libra frequenter accidiſſe patenter agnoſcitur; dum & in Romanæ arcis Pontificibus brevioris vitæ curſus, & vixdum ad primi Paſtoris menſuram pertingens diſcernitur; & Mediolanæ urbis Præſulibus perrari adſcripti ſint, quibus non uſque ad grandævitatem terminus vitæ præſentis decurrit.

F *quando Roma jam numerabatur* 20 *Pontifex, Fabianus.*

8 *Hac ille, immediate poſt ſubjungens vitam* S. Materni; *qui, cum Sedes toto perſecutionis Decianæ biennio vacaſſet, divino ſubrogatus indicio, Mediolanenſis Eccleſiæ clavum tenuit, uſque in graviſſimam eccleſiæ perſecutionem, motam à Diocletiano & Maximiano. Tenuit autem*

A tem Sedem per annos (ut videtur) LII, *ab anno* CCLI *numerandos. Qui Vrſulanarum Virginum Martyrio* Cyriacum *Romanum Pontificem, S. Pontiani ſucceſſorem, omnibus Catalogis ignotum, admiſcuerunt; eidem, cum pluribus alius Epiſcopis Italicis, junxerunt* Marinum *Mediolanenſem; hunc autem nonnullus, eruditis aliàs viris, intelligo non diſplicere, propterea quod* Materno *iſti videant pauciores paſim annos adſcribi, adeoque opportunum cenſeant ſupplendo hiſtoriæ Mediolanenſis hiatui, ut exiſtimant manifeſto. Nec ego vehementer contendero, nullum eſſe hiatum, aut hic aut etiam inter primos quatuor, quos ſolos invenimus nominatos. Sed firmiori teſtimonio opus eſſe puto, ut eo quo forte Sedes vacavit tempore, credam ſediſſe aliquem, cui nomen fuerit* Marinus: *& quando hoc inveniretur, novam difficultatem faceret annus* CCXXXV; *quo is debuiſſet Vrſulanis iviſſe comes cum iſto fabuloſiſſimo* Cyriaco. *Quare, exploſo* Marino; *non cunctabor* Monæ *ſubjungere* Maternum, *in fide præcitatæ hiſtoriæ Epiſcopalis, finem cum* Materno *ſumentis.*

*Non poteſt hic recipi Marinus Vrſulanus,*

*neque S. Myrocli poſtponi S. Maternus;*

9 *Hanc ego Hiſtoriam aliquando credidi ſcriptam ab Auctore, qui ſub proximo ejus ſucceſſore* Myrocle *vixerat, hoc perſuaſus argumento, quod viderem ipſum in principio ita ſcribentem;* Nunc vero ab ipſo Anatalon tempore, uſque ad hæc quæ in præſenti decurrunt ſecula, B greſſu licet pendulo, ſtyli hujus excurſum dirigam: quem niſi tu, Præſul excellentiſſime, dexteram extendens benedicas & acuas; callis aſperitate retunſus, incedet per devia. *Hæc, inquam, cum legerem; & animadverterem, poſt deductas orationis ſerie Hiſtorica nuſquam interrupta* SS. Anatalonis, Gaii, Caſtriciani, Calimeri, *& Monæ Vitas, ultimam* S. Materni *ſolam finiri conſueta clauſula,* Regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen; *exiſtimavi finem hic poni deſignato operi, indeque metiendam Auctoris ætatem. Ita ego olim, inter prima hujus mei ſtudii rudimenta, elaborans Commentarium de S. Longino ad* XV *Martii num.* 48. *Nunc, ſimilium ſcriptorum uſu longiori ad ætatum diſcrimina dignoſcenda inſtructior, cenſeo quidem unius libri finem iſta indicari clauſula, ſed non operis. Etenim cum in* Materno *claudatur prima Eccleſiæ Chriſtianæ ætas, ſub gentilibus Imperatoribus inter perſecutiones identidem recrudeſcentes traducta; recte hic ponebatur libri etiam primi finis; cui utinam adeſſent ceteri, quos veroſimiliter plures animo deſignavit Auctor, non tamen & perfeciſſe videtur. Eſto enim periiſſent ipſi, ſupereſſet apud Scriptores Mediolanenſes aliquod eorum veſtigium; iiſque prælucentibus, aut aliis, qui inde accepiſſent lumen, viam ſternentibus, potuiſſet notari ordo ſucceßionis certior & diſtinctior quam nunc fiat.*

*in cujus vita finiens Auctor librum, de Epiſcopis Mediolanenſ.*

*tum propoſito iſtud argumentum proſequendi,*

C 10 *Interim Auctor credi debet, diu poſt* Maternum *vixiſſe, qui dicit, ejus* geſta adeo *eſſe* multis ignota, ut longi temporis alluvione omnium pene memoriæ abolita putentur. *Neque rurſum in admodum ſera ſecula differri poteſt, qui eo ſcribebat tempore, quando adhuc* perrari adſcripti *erant* Mediolanæ urbis Præſulibus, quibus non uſque ad grandævitatem terminus vitæ præſentis decurrit. *Si ſatis conſtaret* S. Datium, *quem infra videbimus anno* DXXX *ordinatum Epiſcopum Mediolanenſem, ſcripſiſſe* Vitas prædeceſſorum ſuorum, *uti credidit Ioannes de Deis & alii eum ſecuti; poſſet is quem diximus liber, illius opus æſtimari: Cenſetur autem hic Epiſcopus, ſolum vigeſimus ſextus, nec obiit ante* Vigilium *Papam Romanum, qui eſt in ordine Pontificum ſexageſimus primus. Sed ſive ipſe necdum Epiſcopus, ſive alius iſta ſcripſit; videmur in ejus ætate poſſe conſiſtere, ſic ut vel immediatorum ejus deceſſorum aliquis, vel ipſemet* Datius, *ſit ille* excellentiſſimus Præſul, *cui opus inſcribitur. Nec vero quemquam terreat tituli granditas, jubeatque poſteriora reſpicere ſecula: nullo enim ſeculo ejuſmodi titulus communiter datus Epiſcopis eſt: adeoque libera Auctoris uſurpatione, ad hominis præſtantiam ſingularem notandam, adhibitus cenſeri debet. Ceterum* S. Materni *geſta, quæ non niſi perturbata & mutila habentur apud Mombritium, nos ad* XVIII *Iulii integra & bene digeſta dabimus, ex fide antiquiſſimi iſtius Ms. quod dixi.*

*videtur ſcripſiſſe ſeculo 6.*

D 11 *Videritne Catalogi noſtri Auctor hactenus allegatam primorum Epiſcoporum hiſtoriam, vehementer dubito ob ignoratum ab eodem diem obitus* S. Gaii; *multoque magis ob* S. Maternum *poſtpoſitum* Myrocli, *cui illum eſſe omnino præponendum tota ejus Vita, quanta quanta eſt loquitur; utpote omnem hiſtoriam Cæſaream, à Decio uſque ad Diocletianum & Maximianum percurrens, itaque finiens;* Depoſitus eſt idem Chriſti Confeſſor ſub Maximiano Imperatore quinto decimo Kalendas Auguſtas, *anno ſcilicet* CCCIII, *poſt ſeverißima illa contra Chriſtianos edicta promulgata, de quibus ibi pluribus agitur.*

*Præponẽdus eſt autem Maternus Myrocli;*

12 Myrocles *autem, eidem perperam præpoſitus in Catalogo, ſcitur adhuc in vivis fuiſſe anno* CCCXIII, Conſtantino III & Licinio III Coſſ. *quando cum aliis Epiſcopis ſedecim, &* Miltiade Epiſcopo Urbis Romæ, *qui vivebat anno 314.* in domum Fauſtinæ convenit, VI Nonas Octobris, die ſextæ feriæ, *judicaturus de cauſa Donatiſtarum; itemque ſequenti anno* CCCXIV, Voluſiano & Anniano Coſſ. *præſens Synodo Arelatenſi, cui ſubſcribuntur* Merocles Epiſcopus, Severus Diaconus de civitate E Mediolanenſi, provincia Italia. *Poſt hos ſcribuntur* Oreſius Epiſcopus, Nazarius Lector, de civitate Maſſilienſi Provincia Viennenſi. *Sed quia pro his duobus, in antiquiori imperfectiorique Conciliorum editione Colonienſi anni* 1551, *ſub titulo Concilii Arelatenſis ſecundi (quod tamen non eſt aliud ab eo quod ibidem dicitur Primum) legitur,* Ex Provincia Italiæ civitate Mediolanenſi Oroſius Epiſcopus, Nazaræus Lector; *etiam* Oroſius *inducitur in numerum Epiſcoporum Mediolanenſium, ab auctoribus Tabulæ, editæ ex Decreto Concilii IV Provincialis ſub S. Carolo Borromæo: quæ quidem Tabulæ non uno loco eſt corrigenda; uti nunc ſatis agnoſcunt eruditi Mediolanenſes. Corrigendus nihilominus etiam vetuſtior his noſter Catalogus, à S. Mona uſque ad S. Ambroſium hoc modo progrediens, ordine fortaßis ex interpolatoris ſententia erronea conturbato, citra culpam Auctoris.*

*Poſt hunc nullus fuit Mediolani, Oroſius;*

S. MYROCLES, ſedit annos XXII, depoſitus pridie Kalendas Decembris, ad S. Victorem.

S. MATERNUS, ſedit annos XII, depoſitus XV Kalendas Auguſti, ad S. Naboiem. F

S. PROTASIUS, ſedit annos XXII, depoſitus VIII Kalendas Decembris, ad S. Victorem.

S. EUSTORGIUS, ſedit annos XVII, depoſitus XIV Kalendas Octobris.

S. DIONYSIUS, ſedit annos XIV, depoſitus VIII Kalendas Junii.

13 *In his certum eſt, non tantum* Maternum Myrocli, *ſed etiam* Euſtorgium Protaſio *præponendum: ſiquidem S. Athanaſius poſtremum allegat (quod diximus in Vita ejus ad 2 Maji num.* 166) *ut præſentem colloquio, quod anno* CCCXLV *Mediolani habuit cum Imperatore Conſtante; rurſumque idem anno* CCCXLVII *ſubſcribitur Epiſtolæ Synodi Sardicenſis ad Iulium Papam, apud Hilarium in fragmentis, nomine quamvis corrupto (ut alii plures apud eumdem)* Partaſius ab Italia de Mediolano: *adeo ut inter hunc &* Dionyſium, *de quo mox, interjici nullus poßit, qui notabili tempore ſederit. Quoniam autem ab anno* CCCIII, *quo obiit* Maternus, *ad* CCCLV, *quo in exilium pulſus abiit* Dionyſius,

*ſed Protaſius, anno 347 adhuc vivens;*

A *cui ſuccedens Dionyſius, vix 4 annos ſediſſe potuit ante exilium anni 355.*

*nequeunt tot anni inveniri, quot hic numerantur; videri poſſit cum ordine nominum, etiam inverſus numerus annorum; &* Myrocles *ſolum ſediſſe annos* XII; Maternus *vero, ſi non annos* LII, *ſaltem* XXII: *ſic ut à tempore Decii, uſque ad imperium Aureliani, Mediolanenſis Eccleſia caruerit Epiſcopo, cujus quidem nomen ſciatur. Idem forſitan etiam antea contigerit, cum vix credibile videatur, tres conſequenter Epiſcopos una in Vrbe fuiſſe, qui omnes quinquageſimum annum gerendo Pontificatu exceſſerint, alius biennio, alius triennio, alius novennio, inter renovatas toties perſecutiones Gentilium Imperatorum.*

14 *Ordinem igitur & chronologiam corrigens, libenter ſic inſtituerem enumerationem Epiſcoporum,* Monam *ſequentium:*

*Verus ordo*

S. MATERNUS, ſedit annos XXII, ſcilicet ab anno CCLXXXII ad CCCIII.

S. MYROCLES, ſedit annos XII, uſque ad CCCXV,

S. EUSTORGIUS, ſedit annos XVII, uſque ad CCCXXXI,

B S. PROTASIUS, ſedit annos XXII, uſque ad CCCLII,

S. DIONYSIUS, ſedit annos IV, uſque ad CCCLV,

*confirmatur ex S. Ambroſio;*

*numerando ſcilicet annos incompletos pro completis, rotundo numero; quemadmodum tota prima parte Catalogi hujus fieri patebit ex ſequentibus. Ordinem eumdem confirmat S. Ambroſius in Oratione, quam habuit contra Auxentium Iuniorem, eccleſias ſibi tradi petentem, ſic loquens:* Abſit ut tradam hereditatem Patrum, hoc eſt hereditatem Dionyſii, qui in exilio fidei cauſa defunctus eſt; hereditatem Euſtorgii Confeſſoris, hereditatem Myroclis, atque omnium retro fidelium Epiſcoporum, *plures (ut ego quidem exiſtimo) quam quinque* Myroclis *deceſſores intelligens, licet non plures cogniti habeantur;* & Euſtorgium *expreſſe* Confeſſorem *appellans, ideoque potius eum nominans, quam Protaſium* Dionyſii *immediatum deceſſorem. Non video autem aliud tempus, quo is potuerit titulum iſtum meruiſſe, quam cum adhuc in minoribus Ordinibus ſerviebat, perſequente Eccleſiam Maximiano.*

*cui S. Euſtorgius dicitur Confeſſor.*

15 *Nihil horum explicat ejus Vita apud Boninum Mombritium, quam ſecutus Catalogi Auctor,* Protaſio *poſtpoſuit* S. Euſtorgium. *Sed quam exiguæ auctoritatis ea Vita ſit, ſatis prodit excuſatio, quod* de ejus geſtis, *non niſi* pauca *potuerint* reperiri, propter negligentiam præcedentium, qui cognita ſcribere, vel ſcripta aliquando perdita reſtaurare, cum potuerint, neglexerunt. *Totus autem eſt ſcriptor in narrando, quomodo Conſtantinopoli, unde ortum* Euſtorgium *volunt, Mediolanum legatus ab Imperatore, ibique eâdem fere qua Ambroſius ratione electus Epiſcopus, atque ad ipſum à quo miſſus fuerat regreſſus, impetraverit Mediolanum auferenda,* quæ olim à beata Helena, genitrice Conſtantini Imperatoris, in unum ſtudioſe collecta fuerant, ſancta & ſacratiſſima trium Magorum & Regum corpora . . . . . quorum nomina, Gaſpar, Balthaſar, & Melchior, Mediolani diu noctuque venerari, & glorificari, & digne laudari ſolebant. *Ex his ſatis apparet, admodum ſero, puta ſeculo* X *vel* XI *Vitam iſtam ſeu potius Encomium* S. Euſtorgii *conſcriptum fuiſſe, ab homine nihil inter tempora diſtinguente, & confundente duos* Euſtorgios; *quorum ſecundo Euſtorgianæ eccleſiæ fundatori, ſeculo* VI *Eccleſiam Mediolanenſem regenti, tolerabiliori figmento, adſcribitur ab aliquibus tranſlatio Magorum, in dicta eccleſia olim quieſcentium.*

C *Hujus Vita nullius fidei, in eo quod ipſum poſtponat Protaſio.*

*& cum Euſtorgio Iuniore confundat.*

16 *Mirum omnino eſt, quod ex fide iſtius Scriptoris, Mediolanenſes recentiores ad unum omnes dictam Tranſlationem ætati Conſtantini Magni adſcribant, eo tantum fundamento, quod* S. Euſtorgius *dicatur electus* mortuo ſancto Dei viro Prothaſio, octavo illius civitatis Epiſcopo; *cum tamen nuſquam nominetur* Conſtantinus, *& manifeſte agatur de aliquo Imperatore longe poſteriori. Eſt autem hoc eo etiam mirabilius, quod eorum multi, qui iſti Vitæ tantum tribuunt, everſum eant ſine ſcrupulo totam Vitam* S. Materni, *in qua nihil difficile creditu, quam quod is totum ſeſqui ſeculum vivendo impleviſſet, à perſecutione ſcilicet Decii uſque ad Diocletiani & Maximiani perſecutionem. Evertunt vero totam, quando eumdem* Maternum *poſtponunt* Myrocli & Protaſio, *uti faciunt Auctor Tabulæ Synodalis,* Ioannes de Deis, & Franciſcus Bezutius. *Interim nullus omnino allegatur ſcriptor vetuſtior, monumentum nullum, quo affirmetur fides tam antiqua, ut præſumitur, poſſeſſionis. E contrario objicitur ſilentium S. Ambroſii, tam ſæpe loquentis de Sanctis Mediolanenſibus aliiſque rebus ad ſuæ Eccleſiæ commendationem ſpectantibus, abſque ulla tamen Magorum mentione, etiam in Commentariis ſuper Euangelium Lucæ, cujus Capiti ſecundo explicando interponit ex Matthæo* Narrationem de adventu Magorum, *prolixius ſuper eo diſcurrens; quorum corpora ſi Mediolani haberi ſciviſſet, quomodo potuiſſet id non ſaltem obiter indicare vel ſemel?*

D *adſcribens ei advecta CP. corpora SS. Magorum.*

E

17 *Iam quod ad* S. Dionyſium *attinet, huic Catalogus* annos XIV *adſcripſerat, neſcio quo ſenſu vel quo conſilio; niſi forte in exilio annos decem vixiſſe Sanctum credidit. Nos vero decennium dementes ei numero, quarto Epiſcopatus ſui anno expulſum dicimus: & quamvis aliquot annis in exilio vixerit, hos tamen, nec Sedi ejus adſcribendos credimus, præter morem & uſum vetuſtatis, ſæpe notatum in Romanis Pontificibus, quantumvis injuſta depoſitio fuerit; nec putamus ad eum numerum poſſe excreſcere, cum conſtet* Diónyſium, *quem* Imperator Conſtantius omni cum honore reſtitui juſſerat, votis exegiſſe, *& obtinuiſſe,* ut in exilio vitam poneret, *adeoque obiiſſe, ſi non ante (quod veroſimilius) ſaltem ſtatim poſt. Nam ut Conſtantii mors irritam reddiderit gratiam Dionyſio faciendam, non niſi mors ejus propria impediſſe potuit, quo minus ad edictum Iuliani, anno* CCCLXI, *una cum ceteris Epiſcopis exulibus, ad ſuam diœceſim reverteretur.*

*Dionyſius obiit ante annū 361:*

18 *Incubabat interim Epiſcopatui Mediolanenſis Eccleſiæ AVXENTIVS* Arianus, *merito prætermiſſus in Catalogis, fruſtra Catholicum aliquando ſe ſimulans, per ſummam tamen Valentiniani Imperatoris indulgentiam toleratus uſque ad mortem, quam obiit anno* CCCLXXIV, *invaſi Epiſcopatus* XX. *Poſt quem, electo* S. Ambroſio *oppoſuit ſeſe, Imperatorio favore ſubnixus,* Auxentius *alius, advectus è Scythia, mutato nomine* Mercurinus, *ſicut intelligitur ex ea Oratione quam habuit Sanctus, tradere ei eccleſiam juſſus, ad conſternatum ea fama populum in Dominica Palmarum; quidlibet potius ferre paratum ſe declarans, quam iſtud agere, aut Epiſcopatu ſponte cedere. Ipſe autem S. Ambroſius, dicto anno* CCCLXXIV *electus, non ſine miraculo, & invitus quamvis, ordinatus die* VII *Decembris, eademque Dominica* II *Adventus, magnum lumen ea ratione afferret ordinandæ Chronologiæ Epiſcopali, etiam in hac prima Parte, ſi in hac aliter quam rotundo annorum numero ſupputarentur tempora.*

*eui exuli ab anno 355. ſuffectus Auxentius Arianus.*

F

*& huic mortuo S. Ambroſius anno 374. 7 Decembris,*

19 *Sedit autem S. AMBROSIVS* annos XXIV, menſes IV, dies X, *uti jam demonſtravit Henſchenius; defunctus an.* CCCXCVIII, die XVII Aprilis, *in Vigilia Paſchæ. Auctor Catalogi hic, ſeu verius ejus Interpolator, præter ſtylum totius primæ Partis diligentior, ſupra annorum numerum auctiorem, etiam menſes & dies adnumeravit, ita ſcribens:*

*defunctus 398, 17. Aprilis.*

S. AM-

A **S. Ambrosius** ſedit annos XXVI, menſes IV, die V, depoſitus die V menſis Aprilis.

*Videntur hæc ſupponere, quod* S. Ambroſius *obierit anno* CCCXCVII, *quando Paſcha celebratum fuit* V *Aprilis. Conſtat enim ex* Paulino *Vitam ſcribente, quod pridie Paſchatis mortuus, poſtridie ipſo Dominico in eccleſiam Ambroſianam illatus eſt, ſive (ut phraſi ætatis ejus loquar)* depoſitus: *hic autem concurſus Paſchatis & diei* V *Aprilis, ſolum contigit anno prænotato. Sed hac ratione S. Martinus totis ſeptem menſibus S. Ambroſio ſuperfuiſſet, contra quam habet traditio Eccleſiæ Mediolanenſis, auctoritate antiquiſſimorum ſcriptorum ab Henſchenio ſuffulta: deinde Ordinatio ejuſdem* S. Ambroſii, *per dictos annos menſes ac dies retrogradiendo, contigiſſet anno* CCCLXX *die* I *Decembris. Atqui is dies tali anno habente litteram Dominicalem* C, *non fuit Dominicus, ſed feria* IV: *quod tamen quam parum congruum ſit veteris Eccleſiæ ritui ſatis demonſtravi in Chronologia Pontificum Romanorum. Pridie autem quam ordinaretur, id eſt, ultimo Novembris, fuerat idem Sanctus Chriſtiano baptiſmate tinctus, unde in Ambroſiani ritus Miſſalibus, ipſo quo S. Andreas celebratur*

B *die, notatur etiã altera* Miſſa de Baptiſmo S. Ambroſii, *cum pulcherrimis quatuor Orationibus ſive Collectis propriis atque ſingulari Præfatione, cetera vero* de communi Confeſſore *agenda præſcribuntur. Porro Auctor vel Interpolator Catalogi ex hoc quoque probari poſſet ſequiori ſeculo ſcripſiſſe, quod S. Ambroſium depoſitum dicat* die V menſis Aprilis, *dimiſſo Romano more per* Nonas Idus *&* Kalendas *indicandi diem: ut proinde mirandum non ſit, ſi minus ei fidendum exiſtimemus, uti mox cum ait, quod*

non 397, 5 Aprilis.

## S. Simplicianus, ſedit annos X, depoſitus XVIII Kalendas Septembris.

Simplicianus non integro triennio ſedit:

20 *Errorem hic eſſe numeri, patet ex ætate ſucceſſoris* Venerii, *mox probanda: ad cujus Vitam* IV *Maji diximus,* Simplicianum *anno* III *ſui Epiſcopatus defunctum eſſe, magis quia diutius vixiſſe non potuit, quam quod certa aliqua auctoritate conſtaret tam diu in Epiſcopatu vixiſſe: veroſimilius autem dicetur* X *irrepſiſſe pro* II.

21 *In veteri Ingolſtadienſis Bibliotheca Paſſionario ſeu Legendario, invenit Gamanſius noſter, cujuſdam* S. Arſatii, *velut* Mediolanenſis Epiſcopi *Vitam, nobiſque tranſmiſit. Iuxta hanc, non multis à S. Ambroſii ſepultura hebdomadis conſecratus fuiſſet* S. Simplicianus, *idque Laudæ, civitate ſuffraganea ad* XX *P. M. Mediolano diſita: monitus autem ab Angelo* Arſatius, *quod ad-*

C huc aliquis unum ſolũ mensẽ concedens,

huc tribus menſibus non completis, ibidem curam Pontificalem intraret; *cum Laudam ad Simplicianum veniſſet, dicitur hic,* poſt modicum ſpatium temporis, convocatis univerſis Suffraganeis ſuis, *ita locutus;* O Fratres mei, vos ſcitis quod in hac dignitate ego indignus ſteti plus quam XXX diebus: nunc ergo timeo, ſi amplius durem, quod fiat mihi in detrimentum: & ideo rogo, ut vobis vice mea eligatis alium Epiſcopum..... & poſuit ſuper aram Pallium & alia Pontificalia, & abiit..... Eodem

fingit ſuffectum S. Arſatium eodẽ anno mortuum;

die S. Arſatius electus eſt & conſecratus. Stetit vero ſanctus Pontifex, Arſatius uſque ad proximam diem Natalis D. N. Jeſu Chriſti, & eodem die media hora, inter duas Miſſas ultimas, id eſt, inter horam quæ eſt inter diluculum & Primam, circumſtante Clero & populo, vitam finivit. *Eſt ea Vita compoſita per modum ſermonis,* XII *Novembris, in ſolennitate ipſius Sancti, annue recitandi; ſed toto contextu fabuloſiſſima. Quamvis enim dicat quod* Arſatius, *priuſquam à S. Ambroſio ad fidem Chriſti converteretur, fuit* primus dignitate poſt Theodoſium Imperatorem inter Mediolanenſes, *&* Theodoſio regnante mortuus, D *(quod dici nequit, quia Senior Theodoſius obiit ante S. Ambroſium, necdum nato Iuniore) additur tamen, quod* altero die *à ſua morte,* ſepultus *eſt* apud Sanctos Auxanum & Martinianum, quorum corpora erant in uno ſepulcro locata, *idque* anno ab incarnatione Domini DCLXXXVIII, *per aniſtoriam omnino monſtroſam. Nam* S. Martinianus *numeratur quartus poſt S. Ambroſium,* Auxanius *vero poſt eumdem eſt decimus ſeptimus, vixitque paulo ante ingreſſum Longobardorum in Italiam, adeoque circa annum* DLX, *quibus uno adhuc ſeculo poſterior* Arſatius, *quomodo fuiſſet S. Ambroſii, poſt Simplicianum ſucceſſor? niſi forte tranſlatum tunc dici velis.*

22 *Fingitur etiam is cum fratre ſuo germano* Euſtorgio, *profectus Conſtantinopolim, quo tempore Imperator ibi erat* Phorax, *qui eis conceſſerit Serpentem æneum adhuc Mediolani viſendum, & arcam cum corporibus trium Magorum, ipſe eoſdem illuc ſecutus & à S. Ambroſio perhumaniter exceptus, cum prædictis Sanctis Sanctorumque pignoribus. Omitto circumſtantias inſulſiores alias illepidæ hujus fabulæ, cui inſerta mentio* Serpentis Moſaici *vel ſola ſufficit ad commonſtrandũ, quam ejus Auctor fuerit ignarus Mediolanenſium rerum. Scripſit de eo Serpente opuſculum eruditum* Petrus Paulus Boſca; *&, ſi minus alia quæ intendit, unum certe evidenter probat, ex veuſtis rerum Mediolanenſium ſcriptoribus, quorum agmen ipſi ducit Landulfus ſenior, circa annum* MLXXX *florens; probat, inquam,* Serpentem *illum Conſtantinopoli allatum eſſe ab* Arnulfo II, *illuc miſſo, ut Conſtantinopolitani Imperatoris filiam aliquam Otthoni III uxorem adduceret, re ipſa eam adductu-*

E *cum anea Moyſis Serpente;*

*rus, niſi præmatura Imperatoris mors, adhuc in portu conſiſtenti nuntiata, coëgiſſet puellam ſuis relinquere. Cum ergo Imperator iſte obierit anno* MII, *indubitanter conſtat, non ante eum annum Mediolani fuiſſe* Serpentem, *de quo hic ſermo, velut tanto citius advecto. Conſtat etiam fieri non poſſe ut Mediolani, ubi tam certa fuit ſervata memoria* Arnulfi, *ut* Serpentem *vulgo notiſſimum advehentis, ſcripta fuerit fabula tam inſulſa. Interim reperio in Bavaria memoriam viguiſſe ante non multa ſecula, quæ neſcio an adhuc vigeat, inter Canonicos, Monachium ad eadem S. Mariæ anno* MCCCCXCIV *tranſlatos, de fundatione Ilminenſis cœnobii ſub annum* DCCXLVI *facta ab Aldeberto & Otkaro nobiliſſimis fratribus, quaſi hi illuc tranſtulerint* S. Arſatium de Mediolano. *Hinc mihi ſuſpicio naſcitur, quod, ſicut nullus nunc ſupereſt Mediolani cultus* S. Aurelii, *ejus qui S. Dionyſii corpus ex Oriente Mediolanum retulit, poſtquam is ad Hirſaugienſe monaſterium in Germania tranſlatus fuit, tempore Ludovici Pii;*

F *ita etiam evanuerit cultus & notitia* S. Arſatii, *qui fuerit æque ac ille externus, forſan etiam Epiſcopus, atque cum corporibus trium* Sanctorum Magorum *advenerit: qua res deinde Ilminenſi alicui Clerico occaſionem dederit comminiſcendi præfatam Legendam: dum Mediolani alii alia comminiſcuntur, occaſione Euſtorgiana adis, in quam ſancti Magi allati fuerant.*

*dicitque ejus fratrem Euſtorgiũ, ab Imperatore CP. obtinuiſſe tres Magos,*

23 *Tantus porro notitiæ certioris defectus circa prædictam Tranſlationem, ſuſpicari me ulterius facit, ſacra iſta corpora allata Mediolanum eſſe, ſeculo Chriſti ſeptimo, quando civitas pridem à Longobardis occupata, à ſuiſque Epiſcopis Genuam tranſgreſſis deſerta; denique ſub meliori Longobardorum, tandem ſeriò Catholicorum, dominatu, cœpit reſurgere ac refloreſcere, manentibus adhuc Genuæ Epiſcopis; aut etiam tempore* Phocæ *(pro quo* Phorax *obrepſerit)* Imperatoris *circa annum* DCV, *ut non omnino gratis nomen ejus irrepſerit in fabulam prænotatam; & quod fecit alius in commodum Euſtorgianæ eccleſiæ, id feciſſe creditus ſit ipſe ejus fundator* Euſtorgius. *Quid autem? ſi ſub ejuſdem* Phocæ *perturbatiſſimo Imperio, Romanas in Oriente provincias occupantibus Perſis, Chriſtiani aliqui indidem fugitivi, & in his ipſe* S. Arſatius, *prædictam theſaurum ſecum advexerint Conſtantinopolim, ubi inciderint in aliquem Mediolanenſem* Euſtorgium, *diver-*

*Veroſimilius dicerentur Magi adducti à Conſtantinopolim ſeculo* [illegible]

*eo allata occupantibus Orientẽ Perſis, & rebus ibi turbatis.*

A *ſum ab ejuſdem nominis Epiſcopis duobus; qui opportunum id medium ratus reſuſcitandis patriæ ſuæ reliquiis, perſuaſerit* ſanctos Magos *traducere Mediolanum in Italiam*, Phoca, *homine impio & ſacrarum rerum incurioſo, annuente, aut ſaltem non prohibente; nec magnopere contranitentibus Conſtantinopolitanis civibus, in tanta rerum ſuarum deſperatione conſtitutis. Certe ſi ab anteriori aliquo tempore, puta à* Conſtantino Magno *(ut prætendit Auctor Vitæ S. Euſtorgii) uſque ad Imperium* Juſtiniani *ejuſmodi corpora fuiſſent Conſtantinopoli, fieri non poteſt ut Græci ſcriptores, apud quos tam frequens eſt mentio ſacrorum Corporum, illuc ex Oriente allatorum ſpatio duorum iſtorum ſeculorum, nullam eorum habuiſſent notitiam; neque antiqui cultus eorum veſtigium aliquod extaret in Menæis ac Synaxariis; vel denique nullum, ſi non templum, ſaltem oratorium vel ſacellum ipſorum extitiſſet, cujus occaſione alicubi memorarentur. Alias de tempore prædictæ Tranſlationis ipſoque S. Arſatio conjecturas, poſteris explicatas relinquo pro die* XII *Novembris, pro quo ipſam illius qualemcumque Vitam examinavi minutim, quia tali die nunc Monachii in Bavaria colitur. Atque hæc de* Tribus Magis *nunc ſatis, ſolum ut appareat quam nihil iſtorum nos ſolicitos habere debeat in tractanda Mediolanenſium Antiſtitum Chronologia. Cetera licebit tractare vel in*

B *Supplemento Ianuarii, quando Adorationem Magorum Eccleſia Latina recolit; vel ad* XXIII *Iulii, quando eorumdem Tranſlatio Coloniam celebratur. Redeo ad Catalogum noſtrum, quem paulatim habebimus magis fide dignum, poſtquam ex quinque primorum ſeculorum tenebris emerſerimus. Sequitur ergo:*

## S. VENERIUS, ſedit annos VIII, depoſitus die IV menſis Maji, ad S. Nazarium.

*Venerius recentius coli cœptus.*

24 *Iterum hic obſerva phraſem* die IV menſis, *uti dixi, inuſitatam antiquis. Diverſitatis cauſa ex eo nata videtur, quod quorum dies non notabantur in Kalendariis Romano more deſcriptis, quia in eccleſia non habebant feſtum, eos Auctor vel Interpolator acceperit aliunde, ubi ex vulgi uſu numerati inveniebantur. Egimus de* Venerio *die* IV *Maji, nec ullum antiquæ venerationis argumentum proferre potuimus, niſi quod S. Ennodius Epiſcopus Ticinenſis epigramma habeat de* B. Venerio. *Quando deinde viſum fuit aliquam ejus commemorationem inter ſacra facere, cum dies* IV *menſis feſto S. Godehardi haberetur occupatus, dies autem* V *adſcriptus S. Gerontio; placuit proxime vacuum tribuere* Venerio; *donec S. Carolus Borromæus ſuum ei diem reſtitui juſſit. Quia autem ad* Venerium, *jam Epiſcopum, ſcripſiſſe ſe teſtatur* Anaſtaſius *Papa, intra annum* CCCXCVIII *quo fuit creatus, &* CCCCI *quo defunctus, ideo reſtringendos eſſe* S. Simpliciani *annos dixi; &* Venerium *cum anno ſeculari cœpiſſe, abſolviſſe ejuſdem* V *ſeculi anno* IX, *judicavit Henſchenius: malim dicere anno* VIII, *quia video in hoc Catalogo annos incompletos paſſim pro completis numerari.*

*ſedit ab an 400, ad an. 408.*

C

## S. MAROLUS, ſedit annos XV, depoſitus IX Kalendas Maji, ad S. Petrum ad....

*Marolus ſedit uſque ad an. 423.*

25 *De hoc agentes ad* XXIII *Aprilis, quo colitur, feſto S. Georgii in ſequentem diem amandato, nihil invenimus cauſæ, cur de notato hic annorum numero dubitaremus. Obiiſſet ergo anno* CCCCXXIII. *Ennodius in Epigrammatis, eos qui ſuo tempore cultum ut Sancti habebant in Mediolanenſi Eccleſia, ipſo titulo ſecernens ab aliis, talem cultum non habentibus (ut videre eſt in iiſdem titulis, quos* XI *Februarii agentes de S. Lazaro conjunctim propoſuimus)* Maroli, *ſolum ut* Venerabilis, *meminit. Eccleſiam autem S. Petri ad quem depoſitus dicitur, eſſe baſilicam poſtea dictam Nazarianam aut etiam Eccleſiam Apoſtolorum, docemur ex Romano Martyrologio ad diem* X *Maji.* D

## S. MARTINIANUS, ſedit annos XXX, depoſitus IV Kalendas Januarii, ad S. Stephanum.

*Martinianus ſedit ſolum an. 13, uſque ad an. 435.*

26 Cultorem Dei *appellat Ennodius; nunc ut* Sanctus *colitur* IV *Nonas Ianuarii. Nempe dies* XXIX *Decembris impeditur celebranda Octava Navitatis, dies autem* II *Ianuarii vacat in Eccleſia Mediolanenſi, quæ non celebrat Octavam S. Stephani, nec alias ex Romano uſu ſequentes; ſed ſolius Natalis Dominici. Schiſmatici quidam Orientales Neſtoriani, Conſtantinopolim miſſi contra Epheſinam œcumenicam Synodum anno* CCCCXXXI *celebratam, dum alii ſuum Antiochiæ habebant Conciliabulum, in Epiſtola ad Rufum fingunt, quod hic Epiſcopus ad ſe ſcripſit, librumque* B. *Ambroſii de Dominica Incarnatione ad piiſſimum Imperatorem miſit,* hæreticis *(ut loquuntur)* Cyrilli capitulis contraria docentem, *vocantque* Martinum, ſanctiſſimum Deoque dilectiſſimum Mediolanenſium Epiſcopum; *qui haud dubie noſter* Martinianus eſt, *adeoque illo anno vixit, neque ſolum* tres annos, *uti in Ambroſiano noviſſimæ recognitionis Breviario legitur, Sedem ſuam tenuit, ſed ut minimum annis* tredecim: *pro quibus facile patuerunt obrepſiſſe* triginta; *quos recipere nulla ratione poſſumus, propter* Euſebium, *à* Martiniano *tertium, quem conſtat anno* CCCCLI *in Epiſcopatu vixiſſe. Dicamus igitur obiiſſe* Martinianum *anno circiter* CCCCXXXV. E

## S. GLYCERIUS, ſedit annos XXIV, depoſitus XVII Kalendas Octobris.

*Glycerius an. 4, uſque ad 438.*

27 *Alibi ſolum* XVIII *anni leguntur, & ex his primos decem aufert Breviarium; nec adhuc auferuntur ſatis, ſi Lazaro ſucceſſori relinquendi ſunt anni* XI. *Ita que ſolum ultimum minimumque numerum annorum quatuor teneo, cenſeoque* Glycerium *obiiſſe anno circiter* CCCCXXXVIII. Venerabilem *eumdem appellavit Ennodius, hodie etiam ut* Sanctus *colitur ſed* XII Kalendas Octobris: *ut dubitem errorene tranſcribentis acceſſerit quinarius, & legi fecerit* XVII; *an vero mutatus ſit dies, ne perderetur pro die* XV *Septembris, antiquior cultus S. Nicomedis.*

## S. LAZARUS, ſedit annos XI, depoſitus XIV die menſis Maji, ad S. F Nazarium.

*Lazarus annos 11 ad 449.*

28 *Hunc abſolute* Sanctum *appellat prædictus Ennodius: omnes autem qui eum inſcripſere Faſtis, menſem,* non Maji, *legerunt, ſed* Martii: *& hoc veroſimilius eſt, ſic enim in Quadrageſimam incurrens feſtum, neceſſario transferri in alium menſem debuit, prout factum intelligitur ex uſu Mediolanenſis Eccleſiæ,* Lazarum *recolentis* XI *Februarii. Circa annos Sedis nemo fere ambigit, quos ut Æræ Chriſtianæ aptemus, certiſſimam Regulam præbet* Euſebii *ſucceſſoris Epiſtola, ſcripta ad S. Leonem Papam, & ex ſententia Queſnellii data anno* CCCCLII, *ut ſaltem anno* CCCCXL *Epiſcopus fuerit* S. Lazarus.

## S. EUSEBIUS, ſedit annos XVII, depoſitus die IX menſis Auguſti, ad S. Laurentium.

*Euſebius annos 17, ad 454.*

29 Amicus Dei *ab Ennodio dicitur; ex phraſi autem recentiori qua dies depoſitionis notatur, colligi poteſt à vetuſtioribus Kalendariis abfuiſſe nomen, quod (die* IX *Auguſti impedito per SS. Firmum & Ruſticum) nunc invenitur adſcriptum diei* XVII. *Si anni Sedis recte exprimuntur,*

A muntur, *& eorum initium bene ponatur in anno* CCCC XLIX, *non ipſe, ſed ejus ſucceſſor is fuerit, cujus nomen excidit è titulo Romanæ Synodi, habitæ anno* CCCCLXV, Flavio Baſiliſco & Herminerico Coſſ. die XV Kalendarum Decembrium.

## S. GERUNTIUS, ſedit annos VI, depoſitus VII Maji, ad S. Simplicianum.

*Geruntius an. 6, ad an. 470.*

30 *Ennodius, abſque ullo venerationis titulo, ſuum Epigramma ſimpliciter inſcribit,* de Gerontio Epiſcopo. *Cum autem in notando depoſitionis die aliquis videatur eſſe defectus librarii; potius quam ſuppleam more Romano* VII Kalendas *aut* Idus Maji; *ut dies* XXVI *Aprilis aut* IX *Maji intelligatur; malim credere à principio ſcripti Catalogi poſitum fuiſſe* V m Maji, *id eſt, menſis Maji, quo die nunc reipſa colitur, mortuus anno* CCCCLXX.

## S. BENIGNUS, ſedit annos VIII, depoſitus XIII Decembris, ad S. Simplicianum.

B *Benignus an. 8, ad an. 477.*

31 *Et hunc conſequenter anno* CCCCLXXVII *mortuum dixero, nihil eo dimotus, quod in Lectionibus hodierni Mediolanenſis Breviarii (nam in vetuſtis Lectiones propriæ de hoc Sancto non ſunt, ſed ſolæ Orationes) tantum dicatur ſediſſe ſex annis. Erravit autem vehementer Baronius, in Notis ad Romanum Martyrologium, quando* Benignum *ſediſſe ait* circa annum Domini 460: *nec poteſt adſcribi Typothetis error, quaſi iis pro* 8, *obrepſerit* 6; *præmittit enim quod* annis ſexaginta poſt quadringenteſimum primum *cœperit, numeris ita ad longum ſcriptis. Alias recte corrigitur ibidem Panvinius, qui putabat ſe eum reperiſſe in Synodo Carthaginenſi; non animadvertens, Synodum iſtam habitam* poſt Conſulatum Flavii Stiliconis, *id eſt, anno* CCCCI. *Ennodius*, de Venerabili Epiſcopo Benigno, *ſuum Epigramma inſcribit: propria tamen quas dixi Orationes, in Breviariis antiquis reperiendæ, oſtendunt non adeo recentem ejus eſſe cultum, quin ſeculis aliquot in uſu fuerit Mediolanenſium: & quia Orationes iſtæ proponuntur pro* XII Kalend. Decembris, *quando etiamnunc colitur, vix dubitem quin ita primitus ſcriptum ab Auctore Catalogi ſit, adeoque jam tunc nomen fuerit Kalendariis inſertum.*

## S. SENATOR, ſedit annos III, depoſitus V ..... Junii, ad S. Euphemiam.

C *Senator an. 3, ad 480.*

32 *Lacunam ſupple & lege* V Kalendas Junii: *ſic enim colitur, mortuus juxta calculum noſtrum anno* CCCCLXXX, *& Ennodio dictus,* Vir Beatiſſimus. *Hunc autem eumdem eſſe, nemo dubitat, qui cum titulo* Presbyteri *legatus S. Leonis Papæ ante Concilium Chalcedonenſe ivit Conſtantinopolim anno* CCCCL, *& ejuſdem Papæ litteras attulit Mediolanum anno* CCCCLII. *Plura non addo, quia fuſius de ipſo egi ad* XXVIII *Maji.*

## S. THEODORUS, ſedit annos IX, menſes VIII, dies VII, depoſitus V Kalendas Aprilis.

*Theodorus an. 9, in 9, ad 490.*

33 *Magna nec conſueta huic parti accuratio notandi etiam menſium ac dierum numerum, cujus tamen fructum edacitas temporis nobis invidiſſet, characteres pro majori parte exterens, niſi acutiori oculo eoſdem rimatus Boſca nobis ſuggeſiſſet. Et hunc quidem in numero* annorum IX *nequaquam deceptum fuiſſe, perſuadet nobis congrua ſucceſſio conſequentium Epiſcoporum: ſed vereor, ne in numero menſium aut dierum aliquid eumdem fugerit: nam à die* XXVIII Martii, *quo depoſitus* Theodorus *dicitur, retrogradiendo per* menſes VIII, dies VII, *non venitur niſi ad* XXII Julii, *quæ anno* CCCCLXXX *non fuit Dominica. Suſpicor igitur legendos etiam* menſes VIIII; *ut habeatur* XXII Junii, *quæ Dominica fuit. Sediſſet autem hic* Theodorus *uſque ad annum* CCCCXC *interque ipſum & Senatorem defunctum* XXVIII *Maji, fuiſſet Interpontificium* dierum XXIV. *Nullum nunc ipſe* Theodorus *locum obtinet in Faſtis ſacris aut Officiis: niſi forte hujus occaſione factum ſit, ut in antiquis Kalendariis ad* IV *Kal. Aprilis, inveniatur nomen* Theodorici Martyris, *pro* Theodori Epiſcopi: *quo errore non obſervato ſatius cenſuerint Breviarii recognitores ſub S. Carolo, ignotis Eccleſiæ iſti nomen expungere. Ennodius* De Domno Theodoro, virtutum omnium Epiſcopo, *Epigramma texens, in eoque finiens encomia Præſulum Mediolanenſium, à S. Ambroſio inchoata & per omnes deinceps ſucceſſores ducta; ipſo titulo indicare videtur,* Theodoro *primum defuncto hæc eſſe à ſe compoſita, ſuffecto tamen jam tum* Laurentio; *quem ne viventem laudans verecundia afficiat, ſolum hoc abſque nomine aut titulo votivum ac breve Epigramma ſubjicit,* LXXXIX *in ordine Epigrammatum ejus,*

Reſtat, quem longo ſervet, Rex inclitus, ævo.

## S. LAURENTIUS, ſedit annos XXII, depoſitus VIII Kalendas Auguſti, ad S. Caſſianum.

E

*Laurentius an. 12, ad an. 512.*

34 *Is qui colligendis Symmachi Papæ litteris inſeruit Ennodii Ticinenſis Dictionem, datam Stephano Vicario, ut dicendam* Maximo Epiſcopo Ticinenſi, *conſecrato ſub annum* CCCCXCVIII; *quaſi jam nominatus Pontifex eam ſcripſiſſet* Laurentio, *ad gratulandum ei Mediolanenſem Epiſcopatum; in magnam perplexitatem potuiſſet lectores conjicere; niſi viri eruditi in nupera Conciliorum editione errorem vidiſſent, vel eo notabilem, quod non ſolū ſtylus ab aliis Symmachi litteris multum diſcrepet, ſed in ipſo etiam contextu appelletur* Maximus; *licet, voce in adverbium* Maxime *flexa, obſcuratus; quodque ibidem multa dicantur,* Laurentio *neutiquam convenientia. Alioqui oportuiſſet initia hujus differre uſque Pontificatum Symmachi, prædicto anno* CCCCXCVIII *primum ordinati. Opportune autem ſupereſt prænominati Ennodii Dictio* I, in Natali Laurentii Epiſcopi Mediolanenſis, *velut jam diuturno Pontificio functi, cum denique Romanæ Synodo* IV *interfuit anno* DII, *& in illa æque ac in tribus prioribus primo poſt Pontificem loco ſubſcripſit. Iuxta annos vero qui ipſi tribuuntur, non potuit ultra annum* DXII *vivendo pertigiſſe. Non habet ille quidem locum in Breviario Ambroſiano veteri aut novo: ſed* Ioannes Petrus Puricellus, *Laurentianæ Baſilicæ, in qua ſub primario altari conditus* Laurentius *jacet, Archipresbyter, in libro quem de Vita ejus edidit, ejuſdem in ea ut nunc eſt cultum ab immemorabili viguiſſe probat, producto teſtimonio Galvanei Flammæ, qui anno* MCCCXXXIX *ſcripſit; & veteri ſub altari reperta ſchedā, quæ dicit* Sanctorum Confeſſorum, Euſtorgii, Laurentii, & Theodori, MCCCCXCIV, die X Novembris, *ſubintellige corpora, tunc ad aram illam tranſlata. Quare de ipſo ut* Sancto *agemus ſine ſcrupulo ad* XXVII Julii: *quæ autem hic dicitur veteri nomine S.* Caſſiani *eccleſia, eadem eſt quæ Laurentiana, à* Laurentio *Epiſcopo teſtaurata & aucta, ſub nomine Xiſti.*

## S. EUSTORGIUS, ſedit annis VII, depoſitus VIII Idus Junii, ad S. Xiſtum.

*Euſtorgius an. 7, ad an. 518.*

35 *Obiiſſet ergo anno* DXVIII: *& ſic commode potuit Theodoricus Gottherum in Italia Rex, per Epiſtolam, ſcriptam à Caſſiodoro, anni* DXIV *Conſule Ordinario, arbitrio ejus committere cauſam Auguſtani Epiſcopi. Eſt autem ea Epiſtola* inſcripta Euſtorgio, viro venerabili, Mediolanenſi Epiſcopo, *lib.* I *variarum Caſſiodori num.* 93

F

num. 9, *quarum quæ prima est ad Anastasium Imperatorem, suo argumento satis ostendit, se scriptam esse post cultam annis multis inter Regem & Imperatorem amicitiam, sub extremum tempus ejusdem Anastasii, anno* DXVIII *vita functi.*

A

## S. MAGNUS, sedit annos XXX, depositus Kalendis Novembris, ad S. Eustorgium.

*Magnus an. 13, ad 530*

36 *Ratio temporis, quo vixit* Eustorgius, *& quo postmodum floruit* Datius, *omnino convincit errorem esse in numeris: quem agnoscens Ripamontius, pro* triginta *substituit* tres: *ego malim relinquere* tredecim, *qui præcise est numerus hic opportunus, ac verosimiliter necessarius: & sic obiisset* Magnus *anno* DXXIX; *& quidem depositus ipsis* Kalendis, *quando olim cultum fuisse testatur Breviarium Ambrosianum, licet ob festivitatem Sanctorum omnium, sub ritu solenniori postea inductam, Patres Dominicani elegerint eum colere die* III, *ipsa vero Mediolanensis Ecclesia die* V.

## S. DATIUS, sedit annos XXII, depositus XVIIII Kalendas Februarii, ad S. Victorem.

B

*Datius an. 22, ad 552*

37 *Obiisse hunc anno* DLII, *ostendimus ad* XIV Januarii, *proinde cœpisse debuit anno* DXXX, *ita ut ejus ordinatio immediate præcesserit famem, cujus causa ad* Datium *scribens Cassiodorus Senator, potestatem ei facit frumenti regii in usus pauperum distrahendi. Acta hujus Sancti collegit, ut potuit, Henschenius noster: recteque censuit num. 3 Relationem ipsius de ea fame Regi missam, qua tale rescriptum elicuit, amplius non* videri *quam* Epistolicam narrationem: *quamquam id dubium redderent, Ioannes de Deis, Ecclesiæ Mediolanensis Acta sub Sancto Carolo Borromæo, Possevinus, Puteanus, Miræus, Vghellus, aliique, dicentes scripsisse Datium* Historiam sui temporis.

*Chronica ei temere attributa scripta est sec. 10 & 11*

*Ex tali autem persuasione, quidam Ambrosiana (ut videtur) Bibliotheca Præfectus, veteri Codici, ante annos facile sexcentos scripto, hunc titulum præscripsit (est enim tituli manus recentior)* Chronica, Datii Archiepiscopi Mediolani nuncupata. *Rem ipsam accuratius discere cupiens diligentissimus Ioannes Mabilio, quædam circa codicem eum quæsivit, & mediante Claudio Castellano Parisiensi Canonico, responsum accepit, quale inseruit Tomo I Analectorum suorum pag. 5; desinere Chronicon illud in anno* MLXVII, *ac fere* narrare ea quæ contigere in Ecclesia Mediolanensi tempore Alexandri II, *esse autem* non modo non eadem manu descriptum, verum neque ab eodem Auctore: nam primam partem, *inquit,* scripsit Landulfus Senior, secundam Arnulfus, & tertiam Landulfus junior, omnes Historici Mediolanenses. *Addiderim, idem Chronicon aut parum aut nihil facere ad historiam Episcopalem, cum ex eo nihildum ii protulerint, qui illam Mediolani tractarunt, ipsumque Codicem potuerunt legisse.*

C

## VITALIS, sedit annos IIII, depositus ad S. Vitalem.

*Vitalis an. 4 ad an. 555,*

38 *Hic, immediate post nuntiatam* Datii *peregre defuncti mortem, ordinatus Episcopus, & quarto suæ Sedis anno defunctus, Christi* DLV, *præcise pervenit ad annum Iustiniani Imperatoris* XXIX, *quando morte ejus vacasse Sedem mox apparebit. In tabula Archiepiscoporum Synodali laudatur, quod* in ea temporum perturbatione, quibus Longobardi iterum Italiæ opes afflixerant, omnem vigilantiæ suæ vim in Pastoralibus studiis atque officiis posuit diligentissime. *Non tamen* Sanctus *dicitur, neque Depositionis dies uspiam notatus reperitur: credo, quia Mediolanensi Clero Auctor fuit, ut damnationem trium Capitulorum, consentiente* S. Datio *subscriptam à Vigilio Papa, non reciperent; eorumque ducem se præbuit, quorum pertinacia post mortem ejus erupit in apertum schisma, contra Romanam Ecclesiam & Pelagium Papam. Quid autem in ordinando* Vitalis *successore acciderit, intelligitur ex ejusdem Pontificis Epistola, sic ad Narsetem scribentis.* Recolere debet Celsitudo vestra, quid per vos Deus fecerit tempore illo, quo Istriam & Venetias tyranno Totila possidente, Francis etiam cuncta vastantibus, non ante tamen Mediolanensem Episcopum fieri permisistis, nisi ad Clementissimum Principem exinde retulissetis; & quid fieri debuisset ejus iterum scriptis recognovissetis: & inter ubique ferventes hostes, Ravennam tamen, & is qui ordinabatur, & is qui ordinaturus erat, providentia Culminis vestri, deducti sunt.

D

*qui damnationi 3 Capitulorum adversatus,*

39 *Ex Agathia, ipsius illius ævi Historico, scimus, istam Francorum irruptionem ad annum* XXIX *Iustiniani pertinere: jam autem iterata ad Imperatorem scriptionis causa alia nulla videtur Narseti fuisse. quam quia tam Clerus Mediolanensis quam ipse ejus Electus damnationi trium Capitulorum, ab Imperatore intenta, palam refragrabantur. Evicit tamen Narses auctoritate sua, ut, dum exspectatur definitio Synodi universalis, super ea quæstione Constantinopolim convocandæ, Ordinatio procederet, saltem sub promissione parendi decretis illius, si ipsa quoque Synodus dicta tria Capitula damnaret. Sed nihil minus factum ab illis qui semel animum obfirmaverant, dissimulante cum iis Narsete, quemadmodum tota illa Epistola 3 Pelagius, queritur* de Liguribus atque Veneticis & Istriis Episcopis, quos, *inquit Papa,* idonea est Excellentia vestra & ratione & potestate comprimere; & dimittis eos, in contemptum Apostolicarum Sedium, de sua rusticitate gloriari. *Postea vero Epistola 5 ad eumdem Narsetem, ab eorum quidem communione alienum, adhuc tamen agentem remissius;* Istud est, *inquit,* quod à vobis poposcimus & iterum postulamus, ut Paulinum Aquilejensem Pseudoepiscopum, & illum Mediolanensem Episcopum, ad Clementissimum Principem sub digna custodia dirigatis: ut & iste, qui Episcopus esse nullatenus potest, quia contra omnem Canonicam consuetudinem factus est, alios ultra non perdat; & ille, qui contra morem antiquum eum ordinare præsumpsit, Canonum vindictæ subjaceat. *Ita Pontifex contra adversarios Synodi V, anno* DLVII *celebratæ.*

E

*ejusdē sententiæ successorem habuit schismaticum,*

*Paulini atque schismatici ordinatorem.*

40 *Regebat ecclesiam Aquilejensem ante Paulinum* Macedonius *quidam, quem censeo à Narsete evocatum Ravennam, ut ibi consecraret Electum Mediolanensem,* Vitalis *successorem: à quo postea ordinatus contra Canones Paulinus dicitur. Vghellus crimen hoc impingit* S. Honorato, *sed hunc mox apparebit anno primum* DLXVIII *Episcopatum suscepisse: tantumdem dixero de* S. Auxanio, *duorum dumtaxat annorum Episcopo ante* Honoratum. *Quid ergo? Quem nominare non est dignatus Pelagius Papa, dicam innominatum latere; &, quamvis totis duodecim annis Ecclesiæ Mediolanensi incubuerit, sicut olim* Auxentius, *exule & mortuo* S. Dionysio, *à reversis ad Ecclesiæ unitatem Mediolanensibus, expunctum è Diptychis; Sedem autem Catholico Episcopo vacasse usque ad annum* DLXVI.

F

*hactenus anonymum usque ad an. 566:*

*pro eo videri posset ordinatus Romæ S. Gundulfus,*

41 *Agemus nos ad* XVII *Iunii de* S. Gundulpho, Episcopo & Confessore, *tamquam celebrem valde cultum habente in agro Bituricensi; dabimusque historiam Translationis & Miraculorum ejus, dolentes non reperiri relationem certaminum, ab illis scriptam,* qui piis ejus actibus interesse meruerunt; & opera justitiæ, quæ per eum Dominus operari dignatus est, viderunt. *Interim præsumere possemus, ex eadem relatione esse acceptum, quod ibi dicitur, fuisse* Gundulphum Mediolanensem Archiepiscopum, qui propter mala suæ civitatis, quæ per eum Dei justitia nondum sedare dispo-

A diſpoſuerat, ab eadem urbe digrediens, comitante grege diſcipulorum ac ſociorum, tranſcenſis Alpibus Bituricas partes adiit; & ſilvam, vaſtitate eremi à frequentia humanæ converſationis & acceſſu valde remotam, inibi reperiens, eremiticæ vitæ & contemplationi vacare ſtuduit. *Hæc ſi fidem aliquam, in ſilentio Italicorum ſcriptorum omnium, recentium ac vetuſtiorum, mereantur; non aliter eam poterunt invenire, quam comminiſcendo veroſimilem aliquam iſtius ſilentii cauſam. Talis autem fortaſis habebitur, ſi con-*

*ſed numquã receptus,* *cipiatur iſte* S. Gundulphus (*manifeſtato jam ſchiſmate, & lata contra Epiſcopos ejus tenaces ſententia excommunicationis, cum Imperiali de ipſis gradu movendis mandato*) *deſignatus fuiſſe aut etiam ordinatus Mediolanenſium Epiſcopus; prævalente tamen ſchiſmaticorum factione numquam receptus, tranſiiſſe in Gallias, ubi inanis titulus* Archiepiſcopi Mediolanenſis *ipſi adhæſerit.*

*às quem anno 544 viſitaverat S. Radegundis Regina,* 42 *Sed repugnare videtur conjectura iſti Venantius Fortunatus, eadem hac ætate Pictavenſis Epiſcopus, in Vita S. Radegundis Reginæ, illuſtranda* XIII *Auguſti, dicens, quod Sancta, mox à conſecratione ſua Diaconali* (*hanc autem ſuſcepit circa annum* DXLIV) *inter alia piorum hominum, quæ viſitavit & oblatis muneribus ornavit,* B *oratoria ſive cellas,* æquiter S. Gundulfi (poſt Mettis Epiſcopi) progreſſa receptaculo, non minori laboratu nobilitavit ſynergium, *ſeu fabricam monaſterii. Attamen,* Metenſibus *æque ac* Mediolanenſibus *ejuſmodi Epiſcopum ignorantibus, adeo non evertitur conjectura prior, ut potius, ex ipſa illa obſcuritate, lucis ac roboris aliquid accipere poſſit. Primum enim intelligitur, Sanctus iſte* Gundulfus, *ante ſuam promotionem qualemcumque, ad Ligerim fluvium habitaſſe* (hinc *enim* felici navigio Turonis appulſa *dicitur Regina Noviomo veniens*) *atque eatenus corrigitur prior relatio: deinde oportet aliquod in nomine* Mettis *vitium agnoſcere, cum Metenſes intra annum* DXXXV *&* DXCVIII *ſeptem omnino Epiſcopos nominent, abſque ulla apparentia alicujus hiatus. Quin igitur vicinum* Mediomatricum *nomini nomen requirimus, &* Mediolanum *ſubſtituere liceat? pro quo vel ipſi Venantio, vel potius Sanctimonialibus eum tranſcribentibus* (*nam perquam varie ſatiſque mendoſe tranſcripta à feminis invenitur Vita*) *obrepſerint* Mettæ, *Epiſcopalis civitas Galliæ; non capientibus forſitan illis, quomodo homo Gallus, alibi quam in Gallia fuiſſet Epiſcopus. Hunc autem vel devotio ſua vel alia quæpiam cauſa Romam adduxerit eo ipſo tempore, quo Pelagius Pontifex angebatur, quomodo*

*alibi perperam dictus Metenſis Epiſcopus.*

C *laboranti Eccleſiæ Mediolanenſi ſuccurreret; is vero idoneum* Gundulfum *cenſuerit tentandæ, ſi qua ſe daret, occaſioni, ad Sedem illam excluſo ſchiſmatico Epiſcopo repurgandam, cum auxilio Imperialium miniſtrorum: quod tamen eis non ſucceſſerit, remiſſius ut dictum eſt agente Narſete, ægreque ad violenta conſilia contra Schiſmaticos procedente.*

*Eſt qui etiã juggerat S. Sabinum,* 43 *Petrus Paulus Boſca, qui hanc de* S. Gundulpho *cogitationem primus mihi per litteras ſuggeſſit, in Micrologo ſuo de Serpente æneo, pag.*48 *invenit quemdam* S. Sabinum, Mediolanenſem Antiſtitem, qui cum Divo Theodoro Abbate Caſinenſi, poſtquam venerabundus Servatoris Jeſu tumulum adiit, ad Montem Sinai perrexit, ut Martyris Catharinæ corpus coleret; ubi injurioſius tractatus à Barbaris, reſectis naribus auribuſque, erutis oculis exciſaque lingua, minime tamen elinguis, ejuſdem Martyris ope incolumis cum Mediolanum rediiſſet, annulum ſibi à Catharina, cum membrana aureis litteris inſcripta, donatum attulit. *Fatetur ille quidem,* Sabinum *iſtum,* neque in necrologiis, neque in ullis Mediolanenſis Eccleſiæ tabulis, *inveniri; opportunum tamen cenſet ſupplendis lacunis, quas inter ſequentes infra,* Honoratum *&* Laurentium; *agnoſcendas putat. Ego inter iſtos adeo nullam lacunam reperio, ut nec omnes quidem annos invenire poſim, qui* Honorato *ejuſque ſucceſſoribus aſſignantur uſque ad* Deuſdedit, *quem conſtat anno* DC *electum eſſe Epiſcopum. Ad hæc ergo tempora potius pertinuiſſet ille, æque ac* Gundulphus *numquam Mediolani agnitus & receptus, ſi æque conſtaret eum in rerum natura fuiſſe. Sed Petrus de Natalibus & Iacobus Ianuenſis* (*tertius Zacconus, quis ſit ignoro*) *quos allegat Boſca, tamquam iſta referrent in Vita ejuſdem S. Catharinæ; Petrus quidem lib.* 10 *cap.* 105, *Iacobus vero cap.* 167; *Sed, inquam, Auctores hi duo, præterquam quod fidei non admodum ſint magnæ, revera nihil ſimile habent in ſuis primis editionibus, quales apud nos extant. Extant autem apud nos Catalogus quidem Sanctorum Petri, editus Vicentiæ anno* 1493, *& Ingolſtadii anno* 1514, *ſicut tunc habebatur Ms. & ante annos fere nonaginta compoſitus; Legenda vero Aurea ſive Hiſtoria Lombardica Iacobi, ſeculo uno Petrum ſcribendo antegreſſi, primum excuſa inter rudimenta typographicæ artis abſque anni nota, tum Coloniæ anno* 1485, *& Argentinæ anno* 1496. *Neſcio ergo, quas auctiones, adeoque poſteriores magiſque ſuſpectas impreſſiones Boſca habuerit. Ille autem Theodorus Caſinenſis Abbas* (*unus eorum ſcilicet, qui, poſt everſum à Longobardis S. Benedicti monaſterium, Romæ ad Lateranum collectas illius reliquias rexerunt*) *dicitur fuiſſe tertius ab Abbate Valentiniano, S. Gregorii Papæ coætaneo, & ſub hujus ſucceſſore Bonifacio III floruiſſe, adeoque eſt annis minimum quinquaginta hoc de quo agimus tempore poſterior, anno* DCXXX *fortaſis adhuc ſuperſtes. Licet Trithemius, nullo certo argumento dicat, eum anno circiter* DLXX *claruiſſe. Verum, omiſſis iſtis, tedeamus ad Catalogum noſtrum.*

*nec huic tempori aptum.*

## S. Auxanius, ſedit annos 11, depoſitus III Nonas Septembris, ad S. Stephanum ad Rotam.

*Auxanius annos 2 ad 568.*

44 *Titulus Sancti, ſub quo ab Eccleſia Mediolanenſi colitur die præſcripto, ſecuros nos reddit de ejus Catholica fide, ideoque non dubitamus proximum* S. Honorati *deceſſorem, altero ante illum anno, id eſt,* DCLXVI, *primum Cathedræ admovere. Libenter porro opinarer, ejus potiſſimum opera ad Eccleſiæ unitatem reductos Inſubriæ Epiſcopos, dum in ſchiſmate adhuc perſiſtebant Epiſcopi Iſtriæ, ad quos eorumque caput Aquilegienſem Eliam habentur tres Epiſtolæ commonitoriæ Pelagii II, Indictione V, id eſt, anno* DLXXXVII F *datæ.*

## S. Honoratus, ſedit annos duos, depoſitus ad Nocetam.

*Honoratius annos 2 ad 570.*

45 *Ergo primo Epiſcopatus ſui anno, Chriſti* DLXVIII, *quieta adhuc Italia, excipere hoſpitio potuit S. Veronum Cabellicenſem Epiſcopum, uti ad ipſius S. Honorati diem, qui nunc* VIII *Februarii agitur, oſtenſum eſt numero* 25. *Anno autem ſequenti,* Alboin Liguriam introiens, indictione ingrediente tertia, III Nonas Septembris, *id eſt, anno Chriſti* DLXIX, ſub temporibus Honorati Archiepiſcopi, Mediolanum ingreſſus eſt. Dehinc univerſas Liguriæ civitates, præter eas quæ ad mare ſunt, cœpit; Honoratus vero Epiſcopus, Mediolanum deſerens, ad Genuenſem urbem confugit. *Ita Paulus Diaconus lib.* 2 *de geſtis Longobardorum cap.* 25. *Colebatur antiquitus* S. Honoratus *Mediolani die* XXVI *Februarii: quem crediderim fuiſſe anniverſarium relati Mediolanum ad Nocetam corporis.*

A FRONTUS, ſedit annos XI, depoſitus in Genua ad S.. ....

*Frontus invaſor, vix 3 omnis ſonus, uſque ad 573.*

46 *Tabula Synodalis* Frontonium *nominat, & omnes intruſum volunt in locum* S. Honorati; *quapropter invaſæ Sedis* pœnam dediſſe nefaria morte, *aſſerit eadem Tabula: Vghellus*, vel hiante terra abſorptum, vel cæleſti igne abſumptum miſere interiiſſe. *Quidquid ea de re ſit, non potuit Sedem qualitercumque occupatam, ſolus tenuiſſe, niſi annos tres vel quatuor, ſi vere annis* XIX *eam tenuit is qui ſequitur, cum hunc anno* DXCII, XXI *Auguſti oporteat obiiſſe, ut mox dicetur. Fortaſſis vivente Genuæ* S. Honorato, *ipſe* Frontus *Mediolani fuerit ſuperordinatus ſacrilege, & poſt legitime ibidem Genuæ inſtitutum* Laurentium, *perrexerit nihilominus inter ruinas deſolatæ urbis titulum tenere Epiſcopi; ac demum comprehenſus Genuamque abductus, ibidem obierit anno* DLXXXI.

*Finis primæ partis.*

47 *Atque ita finitur nobis* Pars prima *Catalogi, quam licet credam eſſe compoſitam ab eo, qui ſecundam tertiamque Partem in unum corpus collegit; vel ſaltem ab Auctore Partis ſecundæ, ſed ab altero iſto interpolatam, atque ex proprio ejus calculo non ſemper feliciter reformatam: eatenus tamen cenſeo proferendam omnibus poſteriorum ſcriptorum ſupputationibus, quatenus nullam habet ex antiquitate contradictionem. Credere quin etiam libet, everſa urbe ſuperfuiſſe aliqua ſcriptorum monumenta, ex quibus non ſolum nominum ſeries hauſta ſit, ſed etiam annorum quo quiſque ſedit numerus.*

B

## PARS II

*Genuæ tempore exilii Epiſcopalis ſucceſſive ſcripta.*

LAURENTIUS, ſedit annis XVIIII, menſibus VII, obiit XII Kalendas Septembris, ſepultus eſt in Genua ad S. Syrum, vixit annis LXXXV.

*Laurentius annos 19, ad 592.*

48 ECce *notabilem Styli mutationem. In prima Parte ſolum notabatur tempus Sedis & Depoſitionis dies (nam locum poſtea adjunctum cenſui) hic non* depoſitus *quis, ſed* obiiſſe *dicitur; quod deinceps ſervatur. Secundo non ponitur ſimpliciter nomen loci; quia hoc ſolum poſitum, indifferens eſt ad ſignificandã primam recens defuncti corporis, vel ſecundam aliunde tranſlati ſepulturam; Auctori autem qui notavit in prima parte locũ non erat facile iſtud diſtinguere; ideoque prudenter abſtinuit à voce* ſepultus eſt, *quã uſi ſunt Partis ſecundæ ac tertiæ Auctores. Tertio additur ſpatium vitæ: unde colligo de ſingulis, ipſo quo obierunt tempore, hæc eſſe Genuæ ſcripta; idemque faciendum fuiſſe in tertia Parte, ſi hæc quoq; ſucceſsive eſſet notata, ipſo quo quiſque obiit tempore. Sed quia poſt unius alteriuſve ſeculi decurſum dicta Pars tertia primum collecta fuit, ideo nec curavit ejus colligendæ Auctor ætatem addere, quam de pleriſque invenire veroſimiliter haud potuiſſet: fortaſſis etiam ſecundam hanc Partem numquam vidit, ut ejus exemplo moneretur annos vitæ indagare, & quando poſſet annotare. Hanc ergo totam ſecundam Partem putamus præcipuum fidei & auctoritatis gradum mereri. Extat lib. 2 Epiſtolarum S. Gregorii una num. 61, ſcripta* Magno Eccleſiæ Mediolanenſis Presbytero, *qua hortatur eum, ut, non obſtante Excommunicatione, à defuncto* Laurentio *inflicta innocenti, ſtrenue incumbat in electionem ſucceſſoris, Clerum, utpote diſperſum, ad eam accelerandam urgendo. Eſt ea Epiſtola data menſe Martio Indictionis* XI, *adeoque anno* DXCIII: *quare ſi obiit* Laurentius XXI *Auguſti præcedentis, ut præfertur, per* VII *menſes annoſque præſcriptos retrogradiendo, venies ad Ianuarium anni* DLXXIII, *quando littera Dominicalis* A, *aptam conſecrationi diem indicat,* XXII *ſcilicet menſis prædicti.*

C

D

CONSTANTIUS Epiſcopus, ſedit annis XVIII, obiit die III menſis Septembris, ſepultus in Genua in Domo S. Ambroſii, vixit annis C.

*Conſtantius an. ſolum 8, ad 600.*

49 *Hæc rurſum apparent ſcripta ab alio, dum additur titulus* Epiſcopi, *numquam antea præpoſitus: & vulgari modo numeratur dies menſis: nec niſi rotundo annorum numero explicatur tempus Sedis. Sed ipſi numero ineſt error, ex S. Gregorii Epiſtolis manifeſte redarguendus. Laudat illum Epiſtola* 68 *lib.* 2 *ſanctus Pontifex,* ut qui dudum ſibi bene cognitus fuerit: & cum in Urbe regia (CP.) reſponſa Sedis Apoſtolicæ faceret *ipſe Gregorius*, longo tempore ei adhæſerit: *laudat vero & Electionem de eo factam, tranſmittitque Subdiaconum ſuum Ioannem, qui eum faciat Epiſcopum conſecrari. Scribebat hac Gregorius* menſe Aprili Indictione XI, *atque adeo anno* DXCIII. *Vltimâ autem Epiſtolâ* Indictionis III, *adhuc ad æſtatem anni* DC *ſpectante conſolatur Clerum de illius obitu; & omnino grate ſuſcipit, quod* Deuſdedit *Diaconum ſuum (uti etiam antea fuerat* Conſtantius) *ad Epiſcopatus officium unanimes elegerint. Itaque, ut* Conſtantius *fuerit menſe Majo ordinatus, non potuit fuiſſe Epiſcopus niſi annos* VIII *& menſes paucos, quos ſcriptor hic non curavit notare; & vacarit ante ipſius Ordinationem Sedes* menſes amplius VIII. *In anno ætatis vereor ne error ſit, &* C *pro* L *irrepſerit, quis enim credat, nonagenario majorem fuiſſe lectum?*

E

DEUS DEDIT Epiſcopus, ſedit annis XXVIII, menſe uno, diebus XIIII, obiit III Kalendas Novembris, ſepultus in Jenua ad S. Syrum, vixit annis XC.

*Deuſdedit annos 28, ad 629.*

50 *Quamquam mox ab obitu deceſſoris electus, Pontificique Gregorio propoſitus à Clero Mediolanenſi hic ſit, uti ſupra vidimus; ex ſequentis tamen libri & Indictionis* IV *Epiſtolis liquet, Pantaleonem Notarium, qui deſignatus erat, ut examinata Electione Electum faceret ordinari, Genuã ad id profectum non eſſe niſi ſpatio temporis longiore interjecto; eo quod, ſicut ex priori Epiſtola liquet, Longobardi eligere Epiſcopum prætendebant, & in ſic electum negat Gregorius ullatenus ſe conſenſurum. Interim lib.* 9 *Ep.* 10. Populo, Presbyteris, Diaconis, & Clero Eccleſiæ Mediolanenſis, *uti Sede vacante, commendatur cauſa cujuſdam Arethuſæ, & per Epiſtolam* II *demum mittitur Genuam Pantaleon: ubi ſi* Deuſdedit *ordinatus dicatur in Dominica, die* XVII *Septembris, vacaverit ante hanc Ordinationem Sedes illa* annum I dies XIII; *ipſe vero moriens anno* DCXXIX, XXX *Octobris, ſederit præciſe tot annis, menſibus, ac diebus, quot ei tribuuntur. S. Gregorius ſcribens ad eum libri* 10 *Epiſtolam* 42, Deodatum *vocat; Tabula vero Synodalis* Theodatum.

F

AUSTERIUS Epiſcopus, ſedit annis X, menſibus V, diebus VII: obiit die IIII menſis Julii, ſepultus in Jenua ad S. Syrum. Vixit annis XC.

*Auſterius annos 10, ad 649.*

52 *A die* IV *Iulii, retrogradiendo per deſignatos menſes ac dies, & utrumq; extremum iis includendo, pervenitur ad* XXVIII Januarii, *eamque Dominicam anni* DCXXX, *qua fuiſſet ordinatus* Auſterius; *adeoque ceſſaverat Epiſcopatus poſt mortem* Deuſdedit, *menſes* III; *obierit autem ipſe* Auſterius *anno* DCXL.

PARS

# PARS III

*Mediolani circa annum* DCCXLVI *ſcribi cœpta, & uſque ad* MLXXXVI *continuata.*

## FORTIS Epiſcopus, ſedit annos III.

53 *Fortis an. 3, uſq; ad 644*

*VEl ipſe Auctor hujus Partis ignoravit diem obitus & locum ſepulturæ; vel qui Partes ſimul omnes deſcribendo conjunxit, autographum habuit priori facie corruptum. Primum exiſtimo verosimilius eſſe: non tamen propterea affirmaverim cum Vghello, Genuæ potius quam Mediolani ſepultum circa finem anni* DCXLIV.

## S. JOANNES Epiſcopus, ſedit annos X, obiit IIII Nonas Januarii, ſepultus eſt ad S. Michaelem in Domo.

B *Ioannes an. 10, ad 655*

54 *Abeſt nomen ab antiquis Eccleſiæ Mediolanenſis Kalendariis. Primus Galeſinius Sanctorum Faſtis illud addidit, ſed ubi nos* IIII Nonas *legimus, ipſe* IV Idus *legit aut legiſſe credidit, ſcriptor utique non valde accuratus. Galeſinium ſecutus Baronius in augendo Romano Martyrologio, nos etiam coëgit de hoc* S. Joanne, *cui à morum innocentia & integritate* Boni *cognomentum manſit, ad diem* X *Februarii agere. Cum autem vel* IV Nonas *vel* IV Idus *coli* Joannem *Purificationis ſolennitas, & S. Scholaſticæ feſtum antiquiori uſu receptum, prohiberet; placuit poſtremis Breviarii Mediolanenſis recognitoribus anno* 1635, *locum ei dare* Pridie Idus Februarii. *Ad tempus Sedis quod attinet, anno* DCXLIX *Romanæ Synodo* conſentiens ſubſcripſit: *mortuus circa annum Chriſti* DCLV, *aut etiam aliquot annis ſerius, ſi plurium annorum intervallum interjiciatur inter* Auſterium & Fortem, *vel inter hunc &* Joannem. *Tertius certe à* Joanne *Epiſcopus* Ampelius *haud diu ante annum* DCLXVIII *potuit fuiſſe ordinatus, ſi is ſolum annos* V *ſedit: atqui inter hunc &* Joannem *qui ſederunt,* Antonius & Mauricillus, *prior annos dumtaxat duos, alter menſes ſolum quatuor dicuntur impleviſſe; aut igitur totum circiter octennium & amplius variis ſucceſsive vicibus Sedes vacavit, aut anni aliquot alterutri adſcribendi è Catalogo exciderunt, quod*
C *credederim.*

## S. ANTONIUS Epiſcopus, ſedit annos II, obiit pridie Kalendas Novembris, ſepultus eſt ad S. Simplicianum.

*Antoninus annos 2, ad 657*

55 Menſes II *dumtaxat Henſchenius tranſcripſerat; ſed* annos *ponendos ſuggeſsit Boſca, idque tanto facilius credo, quanto in hiſce reductorum Genua Epiſcoporum principiis vacui ſpatii plus reperio. In veteri anni* 1539 *Breviario nihil adhuc de illo reperiebatur; in Miſſali anni* 1522 *etiam nihil, niſi quod ad ultimum diem Octobris inſcriptum eſt nomen Kalendario, & hoc ipſum fuit in Breviario poſtea omiſſum. Secutus eſt hoc Galeſinius, tum Baronius atque Ferrarius; & hi omnes* Antoninum *vocant, cum in Ms. ſimpliciter habeatur* Antonius: *quia autem ultimus dies Octobris concurrit cum Vigilia Sanctorum omnium, retrahere illum ad* XXIX *placuit Breviarii Mediolanenſis recognitoribus, &* ſolenne *feſtum agendum præſcribere. Quoad porro certius aliquid occurrat de tempore mortis, lubet eam adſcribere anno* DCLVII.

## S. MAURICILLUS Epiſcopus, ſedit D menſes IIII.

56 *Si liceret* menſibus IIII *præponere* annos X, *& credere eos excidiſſe tranſcribenti Catalogum; poſſet Epiſcopatus hic protrahi uſque ad annum Chriſti* DCLXVIII, *circa quem oportet ſtatuere ſucceſſoris initium, uti jam monui, nec opus erit ullum hic vel alibi hiatum admittere. Quidni autem id tantiſper liceat commodioris Chronologiæ cauſa? Sepulturæ locus ignorabatur cum hæc ſcriberentur. Anſpertus, anno* DCCCLXX *factus Archiepiſcopus Mediolanenſis, ſui Præſulatus tempore, quod* XIII *annorum fuit, eccleſiam S. Satyro condidit, in illamque* S. Mauricilli *corpus tranſtulit. Invenerine, cum corpore notatam ſancti viri Depoſitionem* pridie Kalendas Aprilis, *quis dixerit? Tali certe die mortuum tradi ſcripſit Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, & nos ipſum ſecuti. Quis nobis tunc ſuggeſſerit in Kalendario Miſſalis Ambroſiani, anno* 1560 *excuſi, nomen ejus tali die notari, non recordor; idque an verum ſit tanto magis nunc dubito, quod Ferrarius, anno* 1613 *ſuum Catalogum imprimens, talis Kalendarii non habuerit notitiam; ſed contra viderit* in tabulis eccleſiaſticis, ad uſum ſacrum quotannis confectis, haud ita deſcriptum legi, *neque in Kalendariis Breviarii & Miſſalis, quæ poſtea nacti ſumus impreſſa* 1522 *&* 1539, *tale quidpiam invenerimus; ſed ſolum in Tabula Synodali anni* 1584: *nihil autem de eo ſit etiam in recentiori anni* 1635 *Breviario, ubi nec nomen quidem inſcriptum eſt Kalendario.* B

*Mauricillus forte an. 10, m 4, ad an. 668.*

## S. AMPELIUS Epiſcopus, ſedit annos V, ſepultus ad S. Simplicianum.

57 *Colitur hic* VIII Julii, *& ſic inſcribitur Kalendariis, etiam antiquioribus: interim Ferrarius & Vghellus, ex Actis eccleſiæ ſub S. Carolo confectis, aſſerunt, obiiſſe* VI Idus Februarii, *quod videtur anno* DCLXXII *contigiſſe: adeoque ſeptem annis citius quam Pontificatum Romanum auſpicaretur Agatho, primum anno* DCLXXIX *ordinatus, cujus tamen regimini adſcribitur in Tabula Synodali. Qui eum à* Joanne V, *unius tantum anni Pontifice, ordinato ſub annum* DCLXXXVI, *fuiſſe canonizatum aſſerunt, haud facile probabunt jam tum uſu receptum fuiſſe, ut hujuſmodi cauſæ ad Romanum Pontificem deferrentur.*

*Ampelius an. 5, circa an. 672.*

## S. MANSUETUS Epiſcopus, ſedit annos VIII, obiit XI Kalendas Martii: F ſepultus eſt ad S. Ambroſium.

58 *De hoc jam egimus in Februario, geminumque Epiſcopatus ejus reperimus monumentum, alterum in Synodo Mediolanenſi, quam celebravit anno* DCLXXIX; *alterum in Romana, cui interfuit ſequenti anno ſub Agathone Papa: ſed quod ab hoc ordinatus Epiſcopus fuerit, neque tunc probavimus, neque nunc poſſumus non improbare aſſeverantius; & omnino exiſtimamus anno circiter* DCLXXXI *obiiſſe. Ejus ſepulcrum an etiamnum extet diſputat Particellus in monumentis Ambroſianis pag. 776 & ſeqq.*

*Mansuetus annos 9, ad 681.*

## S. BENEDICTUS Epiſcopus, ſedit annos XLVII, obiit V Idus Martii, ſepultus ad S. Ambroſium.

59 *Abeſt nomen à Kalendariis Mediolanenſibus: in recentiori autem Breviario ponitur ad* VI *Septembris, cum ſolenni officio: quia ſcilicet Eccleſia Mediolanenſis ritus proprius nulla Sanctorum feſta recipit infra Quadrageſimam celebranda. Pro Sancto tamen ſemper habitum perſuadet auctoritas Pauli Diaconi, lib. 6 de geſtis Longobard. cap. 29; ex quo etiã habetur, quod ejus Epiſcopatus concurrit cum regno Ariperti, quod hic ab an.* DCCVI *ad annũ* DCCXVIII *tenuit.*

*Benedictus an. 44, non 47, ad 725*

A *Galesinius, qui primus* Benedictum *inseruit Fastis sacris, quos quidem vidimus, & sequacem Baronium aliosque habuit,* V Idus Martii *alicubi legit; & sic de eo egimus die mensis* XI. *Mortem ejus non posse differri ultra annum* DCCXXV *ex apta subsequentium Episcoporum serie sic apparet, ut, nisi ipsis abundent anni* IV *aut* III, *necessario abundent* Benedicto, *qui ante annum* DCLXXXI *non potest in Episcopatum induci, propter* Mansuetum, *ut vidimus, anno* DCLXXX *Romæ præsentem. Ratio autem exigit, ut inter initia hujus tertiæ Partis, potius quam in progressu, supponatur erratum, si error Auctori est imputandus. Itaque* Benedicto *annos Sedis dumtaxat* XLIIII *tribuo: facile enim fuit pro* IIII *legi ac scribi* III.

## THEODORUS Episcopus, sedit annos XIIII, sepultus in monasterio Aurono.

*Theodorus annos* 14, *ad* 739.

60 *Quo mense obierit non notatur: quia tamen inter ejus depositionem & Ordinationem Successoris videtur plus quam mensis unus interjiciendus, debet* Theodorus *mortuus dici anno* DCCXXXIX, *ordinatus* DCCXV; *nec potuit exequias celebrasse Regis Luitprandi anno* DCCXLIII *defuncti.* Auronum Monasterium *esse suspicor, quod hodie* Arona *dicitur, condito sub annum* 984 *circa ipsum oppido cum arce. S. Caroli Borromei Natalibus nobili (proprius enim familiæ Borromeæ locus est) monasterium vero nunc habet Societas Iesu, fecitque tertiæ suæ Probationis domum.*

B

## S. NATALIS Episcopus, sedit mensesXIIII, obiit pridie Idus Maji, sepultus est ad S. Gregorium.

*Natalis m.* 14, *ad* 741.

61 *Colitur tamen, ut Sanctus,* III Idus *sive die* XIII Maji; *fortasse quod sequens dies esset Translatione S. Victoris impedita; ipsa vero Idus, Evasii Episcopi & Martyris festo. Debuit autem fuisse Ordinatus circa Idus Martii, puta* XIII *die, ut anno* DCXL *in Dominica id factum sit: videntur enim menses soli notari absque scrupulosa supputatione dierum; itaque obierit anno* DCCXLI.

## ARIFREDUS Episcopus, sedit menses VIIII, sepultus est ad S. Nazarium.

*Arifredus m.* 9, *ad an* 742.

62 *Si citra moram fuisset electus post* Natalem, *potuisset in Februario anni* DCCXLII *obiisse: sed nihil est quod tam propere electum suadeat, cum successor solum fuerit ordinatus mense Augusto, anni jam dicti; ut præstet Interpontificii menses sex dividere, quorum pars* Arifredi *electionem præcesserit, pars secuta sit obitum.*

C

## STABILIS Episcopus, sedit annos II, menses IIII, obiit Idibus Decembris, sepultus est ad S. Ambrosium.

*Stabilis an. ad* 2, *m.* 4, *an.* 744.

63 *Vtique anno* DCCXLIV, *atque adeo ordinatus anno* DCCXLII, pridie Idus Augusti, *id est,* XII *die, quæ anno isto fuit Dominica* XII *post Pentecosten. Post obitum autem ejus vacavit Sedes usque ad Majum sequentis anni, menses circiter quinque.*

## LÆTUS Episcopus, sedit annos XIII, menses XI, obiit pridie Nonas Aprilis, sepultus est ad S. Ambrosium.

*Lætus an.* 13, *m.* 11, *ad* 759.

64 *Coli hunc ut* Beatum *Vghellus ait, & Tabula Synodalis ornat eum titulo isto: sed quia nullum ejus cultus indicium in veteribus noviſque Kalendariis reperitur, necesse habuimus* IV *Aprilis, eum tantisper inter Prætermissos ponere, donec de eo certius doceremur. Quoniam autem juxta hos calculos (quos reliquorum Episcopatuum optima sequela confirmat) ordinatus mense Majo anni* DCCXLV (*fortasis pridie Nonas, id est,* VI *mensis, in quem tunc cadebat festum Ascensionis, vel Dominica immediate sequenti, id est,* IX *die*) *obiit anno* DCCLIX, *potuit functus esse Legatione Stephani Papæ III ad Pipinum Francorum Regem; non tamen ad annum* DCCLXIX *pervenisse, quod ex Vghelli calculis acceptum, vellemus in nostro Aprili emendatum.* D

## THOMAS Episcopus, sedit annos XXVIII, dies V, obiit V Kalendas Octobris, sepultus ad S. Ambrosium.

*Thomas an.* 24, *non* 28, *ad* 783.

65 *Ergo ordinatus fuisset* IX Kalendas Octobris, *quæ dies ipso anno* DCCLIX *Dominica fuit, cum Sedes vacasset plus quam quinque mensibus: obiisset autem anno* DCCLXXXVII, *quod esse nulla ratione potest. Extat enim, & à Ioanne Petro Puricello inter Ecclesiæ Ambrosianæ monumenta profertur, indeque ab Vghello transcribitur, instrumentum concessionis factæ à Benedicto Abbate, in favorem Theoperti Clerici, atque* ex permissione Domini Petri Archiepiscopi *(hic autem* Thomæ *successit) ab Ermoaldo Notario rogatum,* regnante Domino nostrô viro excellentissimo Carolo & Pipino Regibus in Italia anno undecimo & quarto, quinta die..... Indictione septima, *id est, anno Christi* DCCLXXXIV. *Obierat ergo jam tunc* Thomas: *proinde correcto numerorum errore, pro annis* XXVIII *velim* XXIIII *legere, ut unius dumtaxat litteræ vitium sit,* & Thomas *obierit anno* DCCLXXXIII. E

## PETRUS Episcopus, sedit annos XVII, menses II, obiit Idibus Maji, sepultus est ad S. Ambrosium.

*Petrus a.* 22 *non* 17. *m.* 2, *ad* 805.

66 *Ex die obitus sequitur, quod, post Interpontificium mensium circiter quinque, ordinatus sit* Petrus, *mense Martio: quod si id etiam factum est anno* DCCLXXXIV, *uti ex correctione in annis Decessoris facta sequitur, potest dici Ordinatio ista fuisse celebrata* Pridie Idus Martii, *id est, die* XIV *mensis, eademque Dominica tertia Quadragesimæ, & obiisset* Petrus *anno* DCCCI: *sed detractos* Thomæ *annos quatuor (quia id exigebat publica & nulla ex capite suspectabilis scriptura) libenter addiderim* Petro, *ut annos* XXII *sederit, & annum Christi* DCCCV *assigerit; hoc enim exigit ætas secundi post Petrum* Anselmi. *Eadem etiam vetat augere numerum ad annos* XXVII, *sicut facit Tabula Synodalis; indicio manifesto annos istos varie à variis scriptos fuisse, ut nusquam securius quam hoc loco possit correctio, alicubi prorsus necessaria, adhiberi.*

F

*Donatio Carolina ejus ætati afficta.*

67 *Vt autem ultra annum* DCCCV Petrum *retineam in vivis, aut etiam cum Tabula Synodali,* Odelberto *(quem successorem Catalogus dat) ipsum postponam, movere me non potest relatum ab Vgello Caroli Magni jam Imperatoris diploma, quo is volens, quemadmodum rogaverat* Venerabilis Petrus Oldradus Ecclesiæ Mediolanensis Archiepiscopus, omnia *ipsi* sanctæ Ecclesiæ à felicis Constantini Magni & aliorum Imperatorum recordatione collata, postea à perfidia Regum Longobardorum turbata & sublata, restituere, redintegrare, & confirmare; *eidem & successoribus ejus concessisse dicitur* quidquid ad *Imperialem* jurisdictionem pertinere videtur; terras scilicet atque omnem districtum, domos publicas murumque ipsius Urbis, cum fisco & teloneo integro, & cum omni jure civili intus & foris incircuitu usque ad fines, cortes etiam ipsius civitatis ac civitatem propriam, castella, villas, mansos, servos & ancillas..... habitas & possessas à prædecessoribus ejus Archiepiscopis ante perfidiam & tyrannidem Longobardorum, atque omnia jura aliquo inscriptionis titulo seu investituræ adhuc donata & tradita, oblata seu præsentata sanctæ Mediolanensi Ecclesiæ, à quibuscumque Imperatoribus seu piis hominibus, *donat, conce-*

A *concedit, confirmat, atque alia plura ſub ampliſſimis terminis.*

*præter veriſimilitudinem;*

68 *Non moveor inquam ejuſmodi diplomate, licet illud dicatur* Datum Dertonæ Kalendis Maji, anno Incarnationis D. N. Jeſu Chriſti DCCCX, Indictione III, Imperii autem anno IX, Regnorum XXXXII. *Quemadmodum enim certum eſt, ante expulſos Roma Barbaros excuſſumque Græcorum Imperatorum jugum, non habuiſſe Romanos Pontifices dominium Vrbis temporale; ita credo nec Mediolanenſes Archiepiſcopos, nec ullos Epiſcopos in Italia ejuſmodi privilegia & jura à Conſtantino, vel quoquam ſucceſſorum ejus Imperatorum habuiſſe; neque dubito quin Charta prænemorata merum figmentum ſit, fortaſſe ad imitationem Conſtantinianæ Donationis de Vrbe Roma &c. ſeculo veroſimiliter* X *fabricatum, cum & illa jam plenam fidem cœpiſſet obtinere; cumque ejuſmodi dominium (neſcio quo primum Auctore) tenerent Epiſcopi, quemadmodum ex Chronico quodam Mediolanenſi, Flos florum dicto, pro anno* DCCCCXLVII *probat Vghellus. Certioris fidei quam iſta Donatio, ſunt monumenta, quæ profert præfatus Vghellus ſub nominibus eorumdem* Petri Epiſcopi & Caroli glorioſiſſimi Regis, *ſine talium figmentorum phaleris confecta, annis (ut jam videre cœpimus)* DCCLXXXIV, XC & XCI: *ſunt enim conſcripta eo ſtylo ac forma quæ nullam ſuſpicionem ſuppoſitionis ingerant; ſicut adverſus Donationem prænotatam ſuggerent, tum ea quæ dixi & alia plura, tum etiam*

B *ſicut & nomen familiæ Oldradæ,* *quod, præter ætatis Carolinæ uſum, ad nomen* Petri *inveniatur poſitum cognomentum* Oldradi. *Nemini enim Erudito perſuaderi poſſe credo, quod jam tum inter Eccleſiarum Antiſtites notus fuerit uſus cognominum; quantumcumque ſeculi* XVI *credulitas cum plauſu exceperit eorum temeritatem, qui Epiſcopis per Inſubriam etiam primis præſumpſerunt adſcribere certam aliquam ex nunc celebratis nominatiſque familiam. Neque hoc puto Vghellum latuit: qui tamen ut gratiæ amicorum ſerviret, gentilitia ſcuta (quorum uſus ſerius etiam quam cognominum cœpit) præfigere dignatus eſt nominibus ſingulorum, jam inde à quarto Vrbis Epiſcopo* Mona, *qui adſcribitur familiæ* Burræ, *cum rubro in alba parmula bove.*

*ſam tunc ignotæ quâ aliæ ſimiles à Galeſinio inductæ.*

69 *Interim Puricellus in vita* S. Laurentii *Archiepiſcopi, eum quoque familiæ* Littarum *adſcribens, pag.* 15 *ingenue fatetur, Petrum Galeſinium primum fuiſſe, qui propria cognomenta & familias nominibus ſingulorum ſuperaddidit. Floruit hic ante annos centum, ſub S. Carolo Borromæo & Gregorio Papa* XIII, *Mediolanenſibus fere pro oraculo habitus; vir ſane diligens & eruditus, ſed in aſſeverando præfidens, ut in ejus Martyrologio identidem notamus. Proinde ſicut ejus auctoritate parum aut nihil movemur, cum Martyres aliquos, ignoti ante id temporis, Wandalicæ perſecutioni alterive determinatæ adſcribit, ſæpe deprehenſus & convictus ex gratuita prorſus id facere conjectura; ita vehementer metuimus, ne, ratus nihil non*

C *ſibi credendum, aut leviſſimis motus argumentis, præſumpſerit ſuam cuique Sancto aut Epiſcopo familiam aſſignare: non miramur tamen, in re paſſim gratioſa Nobilitati, paucos habuiſſe contradictores, aſſentatores plurimos. Quibus*

*Petri & Caroli imagines æque fictitiæ.* *vellem poſſe non accenſere ipſummet Puricellum, virum aliàs eruditum & acris ad res examinandas judicii, niſi cum ipſi offertur aliquid, quod, ad Mediolanenſium honorem faciens, prætenditur ſpeciem habere antiquitatis. Criſim certe nullam adhibuit, quando oblati fuerunt ipſi* Carolus Magnus Imperator, S. R. E. defenſor; & Petrus Oldradus, Mediolanenſis Archiepiſcopus, Caroli Magni compater, & Auctor expeditionis Gallorum in Longobardos, *tamquam* vera *ſui* imagine, *ſub iſtis titulis expreſſi*, in Baſilica Sanctæ Aquiſgranenſis eccleſiæ, ſub anno Domini octingenteſimo decimo quinto. *Si enim imagines ipſas videas, quas ille in monumentis Ambroſianis poſt pag.* 50 *inſeruit, & vel minimam notitiam habeas Caroli ut ab Eginhardo deſcribitur vultus, abominaberis hominem, rugoſa inſigniter fronte hirſutaque ac prolixa uſque in pectus barba* D *ferocem; intuens etiam formam galeæ, loricæ, ac frameæ, non Carolum te videre dices, ſed ſeculi* XIII *Principem, ad torneamenta pro ſui ævi norma armatum inſtructumque: ſimilis item ævi Caſula Pallioque inſtructum notabis Archiepiſcopum, barba (ut tunc omnes Epiſcopi) raſum, atque in ejus manu librum, cujus operculo inſcripta Oldradæ Gentis infra etiam notanda inſignia: plane ut appareat, nihil iſtic verum referri, ſed ad libitum Pictoris efficta omnia, juſſu alicujus Mediolanenſis, qui Aquiſgranum delatus, fortaſſe tempore Concilii Conſtantienſis, tale ſuæ familiæ monumentum ibidem curavit collocandum. Iſtud porro de cognomentis non facile recipiendis; ut antiquitus ſcriptis pro ea de qua agimus ætate, ſufficiat nunc ſemel indicaſſe; ne arguamur, aut ipſis Sanctis, nihil terrenæ nobilitatis egentibus, aut nobilibus iſtis familiis facere injuriam, dum nullam harum facimus mentionem, optamuſque expunctas ex Ianuario ac Februario ejuſmodi appellationes, quarum vanitatem tunc necdum ſatis cognitam habebamus.*

## ODELBERTUS Epiſcopus, ſedit annos VIII, menſes VII: obiit V Kalendas Martii, ſepultus eſt ad S. Ambroſium. E

70 *Nempe Iulio menſe, poſt bimeſtre circiter Interpontificium, ordinatus anno* DCCCV, *die* XIII *aut* XX *in Dominica; defunctus* DCCCXIV: *cujus donatio facta* Arigauſo monaſterii S. Ambroſii Abbati, *idque* anno Dominorum Caroli & Pipini Regum in Italia trigeſimo ſecundo & vigeſimo quinto menſe Januario, indictione quarta decima, *id eſt, anno* DCCCVI *evidenter ſubvertit eidem Carolo Imperatori affictum ſupra diploma, tanto ſerius datum, ut prætenditur, anteceſſori* Petro. *Synodalis Tabula (quâ* Oldobertum Eugubinum *præpoſuerat* Petro, *nullo definito Pontificii ſpatio, mortis die, aut ſepulturæ loco) eidem* Petro *ſubjicit* Alibertum Mediolanenſem, *ſub iiſdem fere quibus hic* Odelbertus *inſignitur notis, niſi quod pro annis* VIII *habeat* IX, & pridie Kalendas *notet obitum, fortaſſis quia alicubi legebatur* II *pro* II. *Nos, dum aliud nihil urgentius apparet, etiam quoad iſta Catalogum veterem ſequimur: nec* Alibertum *admittimus.*

*Odelbertus an. 8, m. 7, ad 814.*

*ab eo diverſus Alibertus, non recipitur.*

## ANSELMUS Epiſcopus, ſedit annos V, obiit V Idus Maji, ſepultus eſt ad S. Ambroſium. F

71 *Cum igitur vacaſſet Sedes duobus menſibus, menſe Majo, die* VII *vel* XIV, *Dominica* III *vel* IV *poſt Paſcha anno* DCCCXIV *ordinatus* Anſelmus, *vixiſſet uſque ad annum* DCCCXVIIII. *Certe adhuc anno* DCCCXVII, *quando (ut eſt in Annalibus Bertinianis atque Metenſibus)* deprehenſus eſt in eodem ſcelere *cum Bernardo, Italiæ ſeu Longobardiæ Rege, Ludovici Imperatoris nepote, dum is*, quorumdum pravorum hominum conſilio, inter quos aliqui Epiſcopi, Anſelmus Mediolanenſis & Theodolfus Aurelianenſis, nuntiatus eſt tyrannidem meditari. *Deinde additur*: Anno ab incarnatione Domini DCCCXVIII, detecta fraude & conjuratione patefacta, ac ſeditioſis omnibus in poteſtatem ſuam redactis, Imperator Aquiſgrani revertitur: tranſactoque Quadrageſimali jejunio, paucis poſt ſanctum Paſcha diebus, conjurationis auctores, ſimul & Regem, judicio Francorum capitali ſententia condemnatos, luminibus tantum juſſit orbari; Epiſcopos, Synodali decreto depoſitos, monaſteriis mancipari. *Celebratum eſt anni iſtius Paſcha die* XXVIII.

*Anſelmus depoſitus an. 818.*

A *Martii; proinde nondum quartum in Epiſcopatu annum abſolverat* Anſelmus. *Huic ſuffectus.*

## Bonus Epiſcopus, ſedit annos IIII, obiit x Kalendas Februarias, ſepultus ad S. Ambroſium.

*tum ſedent Bonus an. 4, ad 822;*

72 *Synodalis Tabula* VIII Kalendas *morti ejuſdem aſſignat: quæ differentia noſtrâ nil refert: placet autem credere non integros annos numerandos,* & Bonum *ordinatum circa Pentecoſten* XVI *Maji celebratam, mortuum eſſe anno Domini* DCCCXXII, *cum anno præcedenti Imperator, apud Theodonis-villam menſe Octobri, conventum celebrans generalem,* miſericordiam ſingularem oſtendit in eos, qui cum Bernardo Nepote ſuo in Italia contra caput ac regnum ſuum conjuraverant: quibus ibi ad præſentiam venire juſſis, non ſolum vitam & membra conceſſit, verum etiam poſſeſſiones reſtituit. *In iſtis fuiſſe* Anſelmum, *& vacanti deinde per* Boni *mortem Cathedræ priori reſtitutum, cogimur credere ab Vghello, proferente hiſtoriam corporis, una cum corpore Bernardi Regis anno* MDCXXXVIII *reperti, quod ipſius Anſelmi fuiſſe, Regis amiciſſimi,* è majorum traditione habebatur. *Inventum enim eſt cadaver ejus, ſicut etiam cadaver Regis,* ut pellis & caro oſſibus inter ſe disjunctis arefacta adhæreret; ſimulque tum Mitra ad caput, tum etiam Baculus, ſed ligneus, ad latus dexterum; iterumque Annulus ex argento, & gemmatus & auratus: *quæ omnino ſunt inſignia Epiſcopi, in ſuo gradu atque ordine defuncti. Sic ergo quadamtenus quinquennium ſuum habuerit* Anſelmus, *uſque ad* XI *Maji, anni* DCCCXXII *ſuperſtes. Interim, diſſimulata* Anſelmi *reſtitutione, ſucceſſores* Boni, *in Catalogo noſtro, hi recenſentur.*

*& rurſum Anſelmus, menſibus aliquot:*

B

## Angilbertus Epiſcopus, ſedit annum I, menſes II, dies XXII: obiit VII Idus Octobris, ſepultus in Eccleſia hiemali.

## Angelbert Epiſcopus, ſedit annos XXXV, menſes V, dies XVII, obiit Idibus Decembris: ſepultus eſt ad S. Nazarium.

C

*mox Angilberti duo uſque ad an. 860*

73 *Rectene hi duo ejuſdem nominis Epiſcopi diſtinguantur, & apte locentur ordine priuſquam diſquiro, ſtabilienda eſt Chronologia ejus, quem appellat lapis, in oppido Inſubrum Legiuno, agens de corpore S. Primi Martyris, quod* Sergius Papa junior Eremberto illuſtri viro conceſſit. *Inſcriptio ea integre dabitur* IX *Iunii, quando SS. Primus & Felicianus Martyres Romani coluntur. Hic notanda nobis clauſula Chronologica ſufficit. Hac apud Bonaventuram Caſtillionæum, libro de Gallorum Inſubrum antiquis ſedibus, juxta primam atque originariam editionem anni* 1541, *ſic legitur in altera ejus editione, inter Auctores Italiæ illuſtrata col.* 373, *& apud Galeſinium in Notis ad* IX *Iunii;* Reconditum eſt corpus S. Primi Martyris, cum Reliquiis S. Feliciani, anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCVI, Kalendas Auguſti, Indictione VIIII, ordinante Domno Angilberto Archiepiſcopo, anno ejus XXIII. *Ianus Gruterus, in ſua ad Antiquas Inſcriptiones Appendicula pag.* MCLXII, *ex eoque Baronius, videntes* annum DCCCVI *non convenire cum* Indictione VIIII *putarunt errorem poſſe corrigi, ſi addito centenario ſcriberetur,* DCCCCVI; *itáque intelligeretur Pontifex, Auctor muneris,* Sergius III. *Sed nullum ea ætas* Angilbertum *Inſubriæ Archiepiſcopum habuit;* & Sergius Junior *cum nominatur, intelligitur ſemper* Sergius II, *qui præfuit Romanæ Eccleſiæ ab anno* DCCCXLIV *ad* XLVIII. *In hujus autem Pontificatum cadens Indictio* VIIII, *convenit cum anno* DCCCXLVI (*unde intelligis non fuiſſe omiſſum* C, *ſed* XL, *per errorem aut oblivionem Caſtillionæi*) & *hinc retro gradiendo per annos* XXIII, *ad ejuſdem* Angilberti *principia, habes annum ejus primum inchoatum fuiſſe ante Auguſtum anni* DCCCXXIV. *Porro ſi ab* Idibus Decembris, *quibus obiit, ſimiliter retro gradiaris per* dies XVII, menſes V; *cadet Ordinatio ejus in* XXVI Iunii, *quæ anno iſto Dominica fuit.*

D

*adeoq; initia fuit 824 26 Iunii,*

74 *His ita deductis, patet omnino tenendum eſſe, quod Archiepiſcopus hic obierit ſub finem anni* DCCCLX, *& cœperit anno* DCCCXXIV *exeunte Iulio: cujus deceſſor* Angilbertus I, *ſi obiit die* IX Octobris *præcedentis, octo cum dimidio menſes oportebit Epiſcopatum vacaſſe:* Anſelmus *autē poſt* Boni *mortem, quarto anno Epiſcopatus obitam menſe Ianuario, jubente Bernardo Rege, mox regreſſus in Cathedram, paucis ſolum menſibus eamdem tenuerit, quorum tamen cauſa dictus ſit ſediſſe annos* V, *ſed incompletos; & vacuam rurſus Sedem reliquiſſe eodem anno* DCCCXXII, *atque ſucceſſorem accepiſſe illum* Angilbertum I; *qui moriens ſequenti anno die* IX Octobris, *non potuit ſediſſe dies* XXII *ſupra annum* I *menſes* II, *& ſimul fuiſſe in Dominica ordinatus; ſed auferendi ab eo erunt dies duo ad hoc, ut facta ſit ordinatio* XX Iulii, *qui dies anno* DCCCXXII *Dominicus fuit.*

*ante hunc obierat Angelbertus I an. 823.*

E

75 Angelbert *porro &* Engelbert, *idem nomen ſunt, quod* Angelbertus; *quomodo ipſe ſubſcribit apud Vghellum col.* 113 *in præcepto quod datum dicitur* anno Dominorum Imperatorum Ludovici & Lotharii XVIII & XVI, Kalendis Martii, Indictione XIII, *qui fuit Chriſti* DCCCXXXV. *Sed ibi miſere à tranſcribentibus veterē membranam Monachis luxati ſunt characteres temporum, præſertim in numero* Indictionis; *quæ ſi forte ſcripta originaliter fuit* VIII, *non* XIII, *ut habeatur annus Chriſti* DCCCXXIX; *erratum nihilominus, ſed levius, fuerit in annis Imperatorum, qui fuiſſent* XVII & XIV. *Levius peccat Lothariani Privilegii ecgraphum alterum, in quo Archiepiſcopus* Engelbertus *nominatur col.* 215, *quodque datum dicitur ejuſdem* Lotharii anno XVIII, III Nonas Majas, Indictione XIII; *ubi ſolum debuiſſet ſcribi* XII.

*ambo etiam dicti, Engelbertus.*

## Tado Epiſcopus, ſedit annos VII, menſes VI, dies XIII: obiit VII Kalendas Junii, ſepultus eſt ad S. Ambroſium.

76 *Hic ego libenter* dies XIII *converterem in* XVIII, *ut defunctus* XXVI Maji, *fuerit ordinatus* IX Novembris, *qui dies anno* DCCCLXI, *undecim fere menſibus poſt mortem deceſſoris, fuit Dominicus; & ſic mors illa cadet in annum* DCCCLXIX.

*Tado uſque ad an. 869.*

F

## Anspertus Epiſcopus, ſedit annos XVI, menſes V, dies XIII, obiit VII Idus Decembris: ſepultus eſt ad S. Ambroſium.

77 *Ita Catalogus: ſed quem oport. at vitioſe hic tranſcriptum credere, quia certior fides adhibenda Epitaphio, cui apud Vghellum diſtichis ſenis legendo hoc ſubjicitur Chronicon,* Obiit anno Incarnationis Domini octingenteſimo octogeſimo ſecundo, ſeptimo Idus Decembris, Indictione decima quinta, *qui characteres inter ſe optime conveniunt; ſicut cum præcedentibus apte connectitur, quod (quemadmodum ibi ſubditur)* Rexit Epiſcopatum annis tredecim, menſibus quinque, diebus duodecim, *qui nos à die* VII Decembris, *deducunt ad* XXVI Iunii, *anni* DCCCLXIX, *fuitque Dominicus, ſic ut inter* Tadonis *mortem &* Anſpertī *ordinationem interceſſerit ſpatium unius dumtaxat menſis.*

*Anſpertus ad an. 882.*

An-

A ANSELMUS, ſedit annos XIIII, menſes VI, dies XXII; obiit V Kalendas Octobris, ſepultus eſt ad S. Ambroſium juxta altare S. Marcellinæ.

*Anſelmus 2 ad an. 897.* 78 *Tabula Synodalis habet* IV Kalendas: *ſed cum neque ſic perveniri ad Dominicam poſſit qua anno* DCCCLXXXIII, *poſt quinque menſes vacationis, fuerit ordinatus* Anſelmus; *ſuſpicor vitium eſſe in numero dierum, & pro* u (*qua figura olim exprimebatur quinarius*) *irrepſiſſe* II. *Nam à die* XXVII Septembris, *retrogradiendo per* dies XXV, menſes VI, *venitur ad diem* III Martii, *quæ anno prænotato fuit Dominica* I *Quadrageſimæ. Ejuſdem Tabulæ Auctor præterea hallucinatur, quando ait, ab redeunte è Gallia Ioanne Papa VIII ordinatum fuiſſe* Anſelmum II: *illius enim in Galliam profectio ad Trecenſe Concilium, & reditus inde, contigit anno* DCCCLXXVIII *menſe Septembri vel Octobri; cum* Anſelmum *oporteat conſecratum in Martio fuiſſe, plusquam duobus menſibus poſt mortem ipſius* Joannis: *hæc enim contigerat* XV *Decembris, anno* DCCCLXXXII. *Obiit autem* Anſelmus Archiepiſcopus *anno* DCCCXCVII. *Privilegium quod is conceſſit Ambroſiano Cœnobio, vide apud Vghellum,*

*non fuit Ordinatus à Ioanne 8.*

B actum anno ab Incarnatione D. N. Ieſu Chriſti octingenteſimo nonageſimo tertio, Indictione undecima.

LANDULFUS, ſedit annos III, diebus minus XXXIII, obiit Nonis Novembris, ſepultus eſt ad S. Ambroſium.

*Landulfus uſque ad an. 900.* 79 *Hic tam diverſus ſtylus omnino probat, ſingulos ſucceſſive Pontifices adſcriptos fuiſſe originario, unde Codex collectus eſt, Catalogo, prout contingebat unumquemque mori; atque adeo certius haberi nihil poſſe, niſi forte erratum alicubi à collectore ſit. Si ergo diebus* XXXIII *minus quam triennio ſedit* Landulfus; *oportet eum qui obiit* V Noyembris, *ordinatum, fuiſſe* VII Decembris, *in feſto ſcilicet S. Ambroſii, Mediolanenſibus ſolenniſſimo, quod anno* DCCCXCVII *in feriam* IV *cadebat; cum Sedes duobus menſibus vacaſſet & diebus* IX; *proinde dicendus eſt obiiſſe anno* DCCCC.

ANDREAS, ſedit annos VI, menſes III, obiit pridie Kalendas Martii, ſepultus eſt ad S. Ambroſium.

C 80 *Cum ergo vacaſſet Sedes dies dumtaxat* XXIV, *ordinatus hic fuit* ultima die Novembris, *eademque Dominica* I *Adventus: obiit autem anno* DCCCCVII.

*Andreas ad an. 907.*

ATHO, ſedit annos XII, menſes V: obiit III Idus Septembris, ſepultus in eccleſia hiemali.

*Atho ad an. 919.* 81 *Tabula Synodalis* VII Idus *aſſignat* Achonis *vel* Athonis *morti: & hos ſequitur Vghellus. Vtrumvis ſumas, haud multo diutius quam uno menſe vacaverit Sedes; & ipſo Paſchali die,* V Aprilis, *vel Dominica in Albis, die* XII *ejuſdem menſis, ordinatus ſit* Atho; *& pauculis diebus, plus aut minus, quam quinque rotundos menſes ultra duodennium ſederit, terminandos an.* DCCCCXIX. *Romæ defuncto, in eccleſia SS. Bonifacii & Alexii, poſuit aliquis Epitaphium, cujus fragmenta priora, uti in in hortis ibidem nunc leguntur, exhibet Vghellus hoc principio.*

Diſcat qui neſcit, quod Epiſcopus hic requieſcit,
Attho Oldradus multa pietate .....
Sergium qui Papam .....
Per mare per terras ſequitur, per, .....

*Meminit* Athonis *Ludovicus Vidriani inter Epiſcopos Mutinenſes pag.* 38, *ejuſque effigiem exhibet ari inciſam, prout eadem Mutinæ conſervatur in familia Rangona, quæ ſibi eum vendicat: de quo equidem nolim ipſi litem movere: unum cum prædicto Ludovico pag.* 30 *dixero, nullius Epiſcopi Itali cognomentum facile inveniendum ante annum milleſimum. Primus verſus perfecte Leoninus, ſeu Rhythmicus eſt: ſed eodem ſtylo proceſſiſſe reliquos non eſt veroſimile: nec enim facile Latina in lingua voces invenias, in* ădus *&* apam *terminatas, quibus debuiſſet claudi verſus ſecundus ac tertius, ut primo hemiſtichio conſonaret ſecundum. Itaque licet Leo, unde poëſis iſta nomen hodieque retinet, in Gallia floruerit ſeculo dumtaxat* XII; *quia tamen hæc ei laus potuit fuiſſe tributa, quia Rhythmicum leporem metro Latino innectens, talem verſificandi rationem ad perfectam adduxerit elegantiam; ideo non cogimur neceſſario dubitare de vera antiquitate Epitaphii iſtius. Quid enim prohibet imperfectiores quoſdam Rhythmos, uno alterove ante Leonem ſeculo, uſurpari cœpiſſe? quanquam hoc pluribus exemplis Epitaphicis vellem demonſtratum videre.* D *Ejus Romæ Epitaphium*

82 *Magis ſolicitum me reddit cognomen* Oldradi, *tam expreſſe hic attributũ* Athoni, *contra id quod alias aſſerui de initiis cognominum ſcribendorũ, ad ſeculum* XI *referendis. Sed & hoc de uſitatiori dumtaxat conſuetudine debet intelligi; nec enim omnino nulla pro* X *ſeculo ſuppetunt exempla nobilium cognominum: nec ipſe dicitur eo uſus* Atho, *contra quam poſſim in ſignando Epiſcopi etiam diu poſtea, ſed Auctor Epitaphii eo utitur. Fateor nihilominus etiam fieri potuiſſe, ut ſucceſſorum vel poſterorum aliquis Romam appellens, ibique ſepulcrum inveniens Mediolanenſis Antiſtitis* Athonis, *ex eadem inde ipſe ſtirpe prognati, cognomen familiæ, ſerius aſſumptum, innectere voluerit verſui. Certe Vghellus, ſolitus appingere arma ſeu inſignia familiarum earum quibus ſinguli adſcribuntur, tam huic* Athoni, *quam* Olrico *ſub annum* MCXXI *ordinato, familiæ Capitaneorum adſcripto, communia addit inſignia; ſcilicet bipartitam parmulam, cujus pars ſuperior in campo nigro coronam habet auream, palmis duabus aureis decuſſatiſque circumpoſitam, inferior vero in campo albo draconem cæruleum; cum hac ſolum differentia, quod Capitanei, tripartita utentes parmula, ſupremo in loco ponant Aquilam nigram in campo albo, tamquam novam ornamentum, antiquioribus Oldradorum (unde proceſſerint) inſigniis additum ab Imperatore, ſub quo eorum progenitor & nominis* Capitanei *Auctor hujuſmodi titulum ex officio geſſerit. Quidquid iſtorum ſit, uti ſequela Sergii Papæ* per mare per terras, *non poteſt de alio* Sergio *quam III intelligi; ſic nemini aptius quam* Athoni *noſtro tale Epitaphium applicabitur, convenientibus tam apte temporibus: nam quod Catalogus Archiepiſcopalis ait* in eccleſia hiemali *ſepulcrum* Athonem, *poteſt de aliqua corporis tranſlatione, Roma Mediolanum facta, intelligi, qua occaſione lapis iſte loco motus tandem ad hortos prædictos tranſierit.* E *& familiæ Oldradæ in eo nomen.*

GUARIBERTUS, ſedit annos II, menſes VIII, obiit XVIII Kalendas Septembris, ſepultus eſt ad S. Stephanum ad fontem.

83 *Igitur, poſt trimeſtrem circiter vacationem Cathedræ, cœperat is ſedere menſe Decembri anni* DCCCCXIX; *puta die menſis* XII *vel* XIX *tunc Dominica, ut dies ſolum duos (quam ſcilicet pauciſſimos poſſumus) ſupra menſes* VIII *aſſumamus, vel octavo menſi quatriduum dumtaxat defuerit ad plenitudinem. Vixerit autem* Guaribertus *uſque ad* XV Auguſti, *defunctus anno* DCCCXXII. F *Guaribertus uſque ad 922.*

LAM-

A LAMPERTUS, ſedit annos VIIII, menſes VIII, dies XV: obiit XIII Kalendas Julias, ſepultus in eccleſia hiemali.

*Lampertus uſque 932.*

84 *Dies obitus* XIX Junii (*pro quo ipſe* Kalendæ Iunii, *minus veroſimiliter notantur à Tabula Synodali, quam ſequitur Vghellus*) *retrogradientes deduceret uſque ad* V Octobris, *qui cum anno* DCCCCXXII *non fuerit Dominicus ſed Sabbatinus, vereor ut recte ſcriptus ſit dierum numerus, quos mallem ſolum* XIV *cenſeri. Vghellus hujus aliorumque Epiſcoporum obitum ad biennium anticipat: ſed videtur refutari ex ipſo, quod mox allegat, Galvanei Flammæ vetuſtiſſimo Chronico ſub medium ſeculi* XIV *ſcripto, primis Verbis inde ſic tranſumptis* Anno Domini nongenteſimo vigeſimo tertio &c. in civitate Mediolani erat magna diſcordia ..... unde Ilduinus Archiepiſcopus Mediolanenſis, qui Lamberto Archiepiſcopo ſucceſſerat. *Phraſis hæc recentem plane ſucceſſionem videtur ſignificare: non enim ſolemus alias meminiſſe deceſſoris in ejuſmodi relationibus. Sedes autem, quæ ante* Lamberti *Ordinationem vacaverat non integro bimeſtri, poſt ejuſdem obitum anno* DCCCCXXXII B *non niſi diebus novem ſucceſſorem illius jam dictum deſideravit.*

HILDUINUS, ſedit annos V, dies XXV: obiit VIIII Kalendas Auguſti, ſepultus in eccleſia hiemali.

*Ilduinus uſque 937.*

85 *Igitur mortuus* XXIV Iulii, *anni* DCCCCXXXVII, *ordinatus fuerat die* XXIX Iunii, *non quidem Dominico* (*hic enim anno* DCCCCXXXII *primum fuit Kalendis Iulii*) *ſed feſto Sanctorum Apoſtolorum ſolenni; ſi tamen diem mortis non adnumeres ſpatio Epiſcopatus, aut* XXVI *legere malis.* Hilduinum *hunc, Leodii in eccleſia S. Lamberti Clericum, Gillebertus Lotharienſium Dux anno* DCCCCXX *fecerat ordinari Leodienſem Epiſcopum, coacto ad id Herimano Archiepiſcopo Colonienſi: quem cum pars adverſa, nominato per Carolum Regem Richario adhærens, non reciperet; Ioannes tunc Papa* (*ſcilicet X ejus nominis*) *evocatos ad ſe competitores audivit. Deinde* Hilduinus, *ex Leodienſi Epiſcopus Veronenſis,* incertum qua factione, judicium ſubterfugit ..... & ab Hugone Italiæ Rege, apud quem fecerat confugium, uſu ſtipendiario promeruit Veronenſe Epiſcopium, promiſſo Regis manente, quod ubi eum altius evehendi emergeret tempus, C Ratherius (*Lobienſium Monachorum unus, qui ſemper adhæſerat Hilduino & vir erat doctiſſimus*) Veronenſibus daretur Epiſcopus. *tum Mediolanenſis, ſed non ante an. 932.* *Hæc ex Lobienſi Chronico, per Fulcuinum Abbatem ſcripto, ideo protuli; quia Bartholomæus Fiſen in Hiſtoria Leodienſi,* Hilduinum *facit Abbatem Lobienſem, & cum Fulcuino Abbate, Chronici ſcriptore, confundit, multaque tum ipſe errat tum alii ante & poſt ipſum circa eumdem* Hilduinum. *Hugo autem, quem dixi, Italiæ Rex factus anno* DCCCCXXV, *non niſi anno ab inde tertio potuit diſponere de Cathedra Veronenſi, tunc primum vacante per mortem Notherii, qui* (*uti poſt Epitaphium Tomo 5 Vghelli legitur col.* 643) obiit IIII Idus Auguſti, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXXVIII, Indictione prima. *Erat autem Panvinius, & hunc ſecutus Vghellus, cum anno mox ſequenti ajunt* Hilduinum, *Mediolanenſi Archiepiſcopatu donatum, Veronenſem Eccleſiam ceſſiſſe Ratherio: jam enim apparet id factum non eſſe ante annum* DCCCCXXXII.

ARDERICUS, ſedit annos XII, menſes II: obiit III Idus Octobris, ſepultus eſt in eccleſia Apoſtolorum intra Capellam S. Lini. D

*Ardericus uſque 949.*

86 *Retrogradiendo à die* XIII Octobris, *perveniatur ad* XIII Auguſti, *quæ cum anno* DCCCCXXXVII *fuerit Dominica, oportet ut etiam fuerit dies Ordinationis, niſi hebdomadem unam additam detractamve rotundo menſium numero probare quis poſſit: adeoque vacaverit ante illam Sedes diebus dumtaxat* XVIIII. *Mors autem* Arderici *cadit in annum* DCCCCXLIX. *Capellam vero, in qua ſepultus eſt, tabula Synodalis ab eo extructam ait, ſed* in eccleſia S. Nazarii.

ALDEMANNIUS & MANASSES, V annis inter ſe diviſim.

*Schiſma Mediolani inter Aldemannum & Manaſſem Arelaten.*

87 Alamannum *nominat Tabula Synodalis,* Aldemarium *alii: omnes in eo conveniunt, quod hic fuerit electus à Clero, ſed cum* Manaſſe, *ſub contentione. Ferdinandus Vghellus neutrum ordinatum fuiſſe putat.* De Aldemanno *dubitari forſan poſſit, cum alibi de eo nihil legamus:* Manaſſem *conſtat ordinatione non eguiſſe, quippe qui jam inde ab anno* DCCCCXIV *fuerit Epiſcopus Arelatenſis in Gallia, ubi uſque ad annum* XXXIII *variis* E *Actis publicis ſubſcriptus vel inſcriptus invenitur; cum autem avunculus ejus Hugo Comes Arelatenſis, anno* XXV *mortuo Berengario Imperatore, ad regnum Italiæ capeſcendum invitatus, eo ſe contuliſſet;* Manaſſes, agnita (*ut Luitprandus ſcribit lib.* 4 *cap.* 3) Hugonis potentia, *Hugonis R. ex Sorore nepotem,* deſerta ſibi commiſſa Eccleſia, ambitionis ſpiritu multas violaturus imo laceraturus Eccleſias, Italiam petiit: Hugo autem Rex ....., contra jus faſque Veronenſem, Tridentinam, Mantuanam commendavit ei, ſeu, quod verius eſt in eſcam dedit. *De* Mantuana *ſcribit Vghellus, eam à morte Ioannis circa annum* DCCCLIX *ordinati, uſque ad ſubrogationem Petri, cujus ſub annum* DCCCCXLV *notitia invenitur, proprio ac legitimo caruiſſe Epiſcopo.* Tridentinam *quo præciſe tempore tenuerint plures, pro hoc ſeculo nominati à Iano Pyrrho, in quibus etiam hic* Manaſſes, *nulla docent monumenta.* Veronenſem Epiſcopatum, *ut injuſte uſurpavit, ſic etiam* vendidiſſe Manaſſem, *Luitprandus loco præcitato indicat. Occupaſſe eum videtur poſt inde tranſlatum ad Mediolanenſem Metropolim Hilduinum* (*quod non niſi anno* DCCCCXXXII *factum eſſe ſupra oſtendimus*) *& plurium in Italia eccleſiarum invaſorem* F *atque poſt Hilduini ſucceſſorem Racherium ſive Ratherium, exilio multatum à Rege Hugone: cui vero illum vendiderit incompertum eſt. Revocatus autem Racherius fuit ſemel iterumque, ut huic etiam Epiſcopatui æque ac Mantuano & Tridentino adhuc incubare* Manaſſes *potuerit anno circiter* DCCCCXLV, *paulo ante creationem Petri; quando Berengarius II, ex Suevia quo profugerat in Italiam revocatus contra Regem Hugonem;* Manaſſen, *facta Archiepiſcopatus Mediolanenſis ſpe induxit, ut rebellis Regi, à quo tot Eccleſias contra fas acceperat,* non ſolum *ipſi* Berengario dari juſſerit munitionem Formicariam, verum etiam Italos omnes in ejus auxilium invitaverit, *ut ſcribit Luitprandus lib.* 5 *cap.* 12, *jam antea pollicitus* latius differere, *qualiter Mediolanenſem* uſurpaverit Cathedram, *vivente adhuc, ſed exulato* Arderico, *quia Hugoni fidelis manebat. Eo autem mortuo,* Manaſſem *confirmare conatus Berengarius ſit, ſed fruſtra, agnoſcere eum recuſante Clero; unde factum, ut ſolum* Alamannum *nominent tabulæ Epiſcopales, eidem* IV *annos dando. Hunc Vghellus ait anno* DCCCLIII, VII *Idus Auguſti, adhuc interfuiſſe Comitiis Auguſtanis, ſub* *Mediolanenſi obtruſum à Berengario an 945.*

*Ottbone I Imperatore celebratis. Sed oculus legentis calamum ſcribentis prævertit, & nomen pro nomine ſcribi fecit; iſtic enim legitur, & poſt Moguntinum tertius nominatur,* Manaſſes, Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, *titulo*

A *Titulo potius quam re; Berengario enim II ſub annum* DCCCCLII *pulſo, non ſolum Mediolano, ſed Italia exceſſiſſe videtur* Manaſſes, *ſeque in ſuum primum Epiſcopatum, quem numquam dimiſerat, recepiſſe: nam eodem anno* MIX Kalendas Septembris, *ibi invenitur apud Sammarthanos nominatus* in commutatione, facta cum Gontharo Antiſtite Forojulienſi de villa Barcinico & S. Petri Iſolæ. *Interim reconciliatus Imperatori ac fortaſſis Tridentum regreſſus, Conventui quem dixi Moguntino interfuit, pro Mediolanenſi Archiepiſcopo adhuc ſeſe gerens; licet iſtic jam inde ab anno* LI *rite ordinatus haberetur* Walpertus, *& quidem abſque æmulo Aldemanno, jam mortuo vel penitus abdicato: qui proinde annos ſolum quatuor, & quidem non integros, ſe pro Electo geſſerit contra* Manaſſem, *vivente adhuc Arderico, in eam Sedem intruſo ante quinquennium. Sammarthani ultimam* Manaſſis *apud Arlatenſes memoriam in Archivis reperiunt pro anno* DCCCCLXI; *poſt quem, dicunt*, Archiepiſcopum Mediolanenſem creatum, depoſito Walperto Berengarii Adelberti & Willæ ſævitiâ, *à Luitprando, ſeu potius ab ejus continuatore Anonymo lib. 6 cap. 6 deſcriptâ, his verbis*: Dum Romani Legati, *Ioannis Papæ XII*, Otthoni tunc *adhuc* Regi, *cum autem iſta ſcribebantur* Auguſto Cæſari, conqueruntur *de prædicta*

B *tyrannide*, vir venerabilis Walbertus, ſanctæ Me- *an. 961 pulſus ac reſtitutus.* diolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſemivivus ex prædictorum rabie liberatus, *ipſius* Otthonis potentiam adiit, indicans ſe non poſſe pati Berengarii Adelbertique nec non Willæ ſævitiam, quæ Manaſſem Arelatenſem Epiſcopum Mediolanenſis Eccleſiæ Sedi præfecerat. *Sic ille quidem, ſed non negat id pridem factum eſſe, & ſtatim à morte* Arderici: *dat tamen occaſionem ſuſpicandi, quod tyranni non ſatis compreſſi ante decennium, ac rurſum plenam rerum poteſtatem adepti*, Manaſſem *revocaverint Mediolanum. Qui ſi iterum eo venit, de quo non conſtat ſatis, fruſtra profecto venit; Otthone rurſus in Italiam tranſeunte, ad compeſcendam inſolentiam tantam, ſicut & fecit. Interim dubium manet, ubi & quomodo obierit* Manaſſes: *cui neque Arelate nec Mediolani memoratur poſita ſepultura; & ſucceſſor in Sede Arelatenſi Iterius, anno* DCCCCLXIII *ordinatus à Sammarthinis dicitur.*

## WALPERTUS, ſedit annos XVIII, obiit VIII: Idus Novembris, ſepultus in eccleſia hiemali.

C 89 *In numero annorum omnes conſentiunt; chronotaxim diriget ſententia à* Walperto *lata pro Gompaldo Sedit uſque ad 969. Abbate cœnobii Tollani, quam in Appendice ad Tomum 4 Italiæ ſacræ profert Vghellus; ſcripta eſt enim* Anno Incarnationis Dominicæ DCCCCLXIII, Pontificatus autem Domini Archipræſulis Walperti Deo propitio decimo, menſe Julio, Indictione VI; *ut primus ejus annus numerari debeat* DCCCCLI. *Anno autem* DCCCCLXIX *obiiſſe illum exigit ſequentium Epiſcopatuum ratio: unde ſi retrogrediaris ab* VIII Idus Novembris *(quem numerum, ductu perquam perplexo ſcriptum, neque Henſchenius noſter neque Mediolanenſium hiſtoricorum aliquis legere potuit; primus autem explicare tentavit Mabilio, ipſum hunc Catalogum à ſe tranſcriptum exhibens pag.* 112 *Parte* I *Muſæi Italici) ſi, inquam, à die* VI *Novembris anni mortualis retrogrediaris ad annum Ordinationis* DCCCCLI, *littera Dominicali* E *inſignem, potuit* Walpertus *ordinatus fuiſſe die* IX Novembris, *quæ tunc Dominica fuit, atque adeo tres tantum dies minus ad integrum octodecennium habuiſſe. Sic autem noto jam die obitus, dicendum erit, Sedem vacaſſe unum menſem & dies aliquantos, puta* V *vel* XII.

D ARNULFUS, ſedit annos III, menſes IIII, obiit XVI Kalendas Maji, ſepultus in eccleſia hiemali.

90 *Hinc intelligitur ordinatus fuiſſe circa* medium Decembrem *anni* DCCCCLXIX; *puta die* XII *vel* XIX *Arnulfus uſque 973.* *(tunc enim Dominica fuit) itáque ad rotundum numerum menſium abundarent vel deficerent pauculi dies. Debet autem obiiſſe* Arnulfus *anno ejuſdem ſeculi* LXXIII, XVI Aprilis. *Quod vero poſt mortem ejus vacaverit Sedes* menſes III, dies XI, *colligitur ex tempore & obitu ſequentis Antiſtitis: prout item de ſubſequentibus aliis definiemus.*

## GOTTEFREDUS, ſedit annos V, menſem I, dies XXIII: obiit XIII Kalendas Octobris: ſepultus eſt in eccleſia hiemali.

91 *Fuerit igitur poſt prædefinitum tempus vacationi* *Gottefredus* *ordinatus* Gottefredus XXVII Julii *anno* DCCCCLXXII, *uſque 978.* *Dominica die vel Feria ſequenti, ſanctis Nazario & Celſo Martyribus ac Patronis Mediolanenſibus ſacra, totique Urbi ſingulariter feſtiva; atque poſt annos, menſem, ac dies præ-* E *ſcriptos obiens* XIX Septembris, *pertigerit uſque ad annum* DCCCCLXXVIII. *Poſt mortem vero ejus vacaſſe debuit Sedes* menſes III, dies circiter II. *Vghellus* Gottefredo, *ex nonnullorum, ut ait, ſententia*, annos XV *Epiſcopatus concedens*, anno DCCCCLXXXVIII, die XX Septembris, *obiiſſe ſtatuit. Tabula quoque Synodalis* XII Kalendas *ejus morti aſſignat; ſed in numero annorum nobiſcum convenit. Interim eadem ſequenti* Landulfo, *æque ac Vghellus, plurimos annos detrahit, octo ſolū ei relinquens; Vghellus autem octo ſolū auferens*, decem *relinquit; additq;* Landulfum *fuiſſe ſepultum* intra portam eccleſiæ, quam exornaverat inſignique cœnobio ditaverat.

## LANDULFUS, ſedit annos XVIII, menſes III, obiit X Kalendas Aprilis: ſepultus eſt ad monaſterium S. Celſi.

92 *Ex morte obita* XXIII Martii, *anno (ut conficitur* *Landulfus 2* *ex numeris præmiſſis)* DCCCCXCVII, *conſequens fuerit, or-* *uſque 997.* *dinatū eſſe Archiepiſcopum circa Natalem Dominicum anni* DCCCCLXXVIIII: *quidni autem Dominica eam præcedente, quæ tunc fuit* XXII *Decembris? Mabilio mortuum ſcribit* F X Kal. Octobris: *quod quia commodam conſequentiam non habet, & Henſchenius* Aprilem *ſcripſit, malo credere, per inadvertentiam aliquam factū eſſe, ut menſis quo deceſſor obierat hic perperam iteraretur. Poſita autem poſt mortem ejus in Martio obitum vacatione bimeſtri, ſuccedens*

## Domnus ARNULPHUS, ſedit annos XVIIII, menſes VIIII, dies VI: obiit V Kalendas Martii, ſepultus eſt ad S. Victorem ad Corpus.


93 *Annus tunc agebatur ex calculo noſtro* MXVII: *à* *Arnulfus 2* *cujus die* XXV Februarii *retrocedendo ad annum* DCCCC- *uſq; 1017.* XCVII, *quo debuit fuiſſe ordinatus, per menſium & dierum præſcriptum numerum, venietur ad* XX *Maji: quæ dies quia tunc nec Dominica fuit nec aliâ feſtivitate inſignis, arbitror pro* III *diebus obrepſiſſe dies* III, *& ordinationē factam eſſe die* XXIII, *eademq; Dominica prima poſt Pentecoſten. Chronologiæ huic firmandæ ſuggerit Boſcha, tractatu de ſerpente æneo pag.* 40, tabulas *Monacharum S. Mariæ in Valle ſeu in Vallo Mediolani*, anno decimo quarto ſeculi undecimi ſignatas, quæ tum Pontificatus Arnul-

A phi annum decimum ſeptimum numerant. *Vtinam explicuiſſet nobis & menſem & diem conditi inſtrumenti! Placet interim arbitrari, conditum eſſe poſt* XII Kalendas Junii, *ut potuerit numerari* annus XVII, *qui aliàs adhuc fuiſſet numerandus* XVI. *Vacavit autem eo mortuo Sedes* menſes X, *&* dies *fortaſſis* XVIIII.

## Domnus HERIBERTUS, ſedit annos XXVII, ſepultus eſt ad S. Dionyſium.

*Heribertus uſq; 1045.*

94 *Fundaverat ipſe hoc cœnobium ante annum* MXXXIV, *ut conſtat ex ejus Teſtamento tunc condito (ſcilicet* Indictione II, Conradi Imperatoris anno VII *exeunte*, menſe Martio) *quod apud Puricellum & Vghellum legere eſt. Vltimus etiam ex Ioanne Ant. Caſtilionæo exhibet ejus ut Fundatoris, ipſo adhuc vivente, ductam ex ære effigiem, inter geminos cujuſdem Crucifixi clavos: quam non inutile fuerit, hic quoque repræſentare, ut formam Pallii Archiepiſcopalis pro ſeculo* XI *cognoſcas, intelligaſque, ne tunc quidem in uſu Epiſcoporum fuiſſe barbiraſtum, quod pictor Aquiſgranenſis præſumpſit tribuere* Petro, *Caroli Magni ſynchrono.*




C *Vt autem ſub ejuſdem* Heriberti *Epitaphio, ibidem inveniendo, dicitur*, Obiit anno Dominicæ Incarnationis MXLV, XVII die menſis Januarii, Indictione XIII. *Vnde retrogradiendo per annos* XXVII, *redibitur ad annum* MXVIII; *cujus menſe* Januario *potuit fuiſſe ordinatus die* XII, *utpote tunc Dominica: & ſic mirum non eſt rotundo numero uſum Auctorem Catalogi, non habita ratione ſuperabundantium dierum, forſitan quinque, quibus ultra annos* XXVII *vixit. Poſt obitum vero ejus vacavit Sedes ſeptem circiter menſibus: ſiquidem poſt longam contentionem*

## Domnus GUIDO, ſedit annos XXVI, obiit X Kalendas Sedtembris: ſepultus eſt in Burgulia.

*Guido uſq; ad 1071:*

95 *Fuit hæc* ad Tanarum amnem, non procul Derthona ſitum oppidum (*ut ait Triſtanus Chalcus*) *unum ex iis, ex cujus habitatoribus Alexandria coaluit. Mabilio* Bergullium *ſcribit. De* Guidone *Epiſcopo, Simoniaco & Simoniacorum atque Concubinariorum Sacerdotum patrono, pluribus agendum nobis erit ad* XXVIII *Iulii in Actis B. Arialdi, ſub eo martyrizati. Interim noto ex ejus temporis hiſtorico Arnulpho, quod licet* Guido *Epiſcopali dignitati renuntiaſſet in favorem Gothofredi, idque ab anno* MLXVIII *ut vult Vghellus; reſumpto tamen Titulo, deluſum ſe queſtus, ipſum retinuerit uſque ad mortem, quam obiit poſt urbis incendium; quod incendium anno* MLXXI *acciderat*, primo Quadrageſimæ ſabbato, *id eſt, die* XVI *Februarii. Hoc autem ipſo anno*, XXIII Auguſti, *mortuum* Guidonem, *ex prædicto Arnulfo colligitur, narrante quomodo ſequenti mox anno in die Epiphaviæ, ſtudio Erlamboldi, Eccleſiæ Defenſoris, electus ſit* Attho *contra* Gothofredum, *quem Henricus Imperator, virente (ut dictum) adhuc* Guidone, *nominarat Archiepiſcopum; quemque idem Imperator, mortuo* Guidone, *juſſerat ſacrilege à ſuffraganeis Epiſcopis ordinari.*

96 *Porro à die* XXIII Auguſti *anni* MLXXI *retrogradiendo per annos* XXVI *integros, veniretur quidem ad Auguſtum anni* MXLV: *ſed annos illos nequaquam ſumendos eſſe integros, & ſaltem poſt* V *Septembris inchoandos, probatur ex inſtrumento quodam apud Vghellum quod col.* 150 *datum legitur* anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quinquageſimo tertio, anno vero Imperii Domni ſecundi Henrici Imperatoris ſeptimo, anno octavo Epiſcopatus Domni Widonis, quinto die menſis Septembris, ingrediente Indictione ſeptima. *Vt tamen quam minimum poſſumus detrahamus de annorum* XXVI *plenitudine; dicatur annus* Guidonis *octavus tunc in exitu fuiſſe, & ipſe* VIII Septembris *feſto Nativitatis Virgineæ eodemque Dominico ordinatus poſtquam Sedes vacaſſet menſes* VIII, *dies* XI. *Mortuo autem* Guidone, Gothofredus *ſacrilege ordinatus, non auget numerum Epiſcoporum; quia Ordinationem ejus non ſolum irritam declaravit Romanus Pontifex; ſed ipſe Imperator Henricus pro nulla eam habens, alium denique, nihilo minus ſacrilege, ſubſtitui fecit, contra* Atthonem, *Canonice electum & à Sede Apoſtolica ſæpius approbatum, numquam tamen ordinatum: quare neque hic accedit ad numerum, atque ab Auctore Catalogi æque prætermittitur. Sequitur ergo poſt* Guidonem, *intervallo* annorum IV, Menſium V, & dierum XII, Tedaldus *de quo hæc habentur.*

*annorum ejus ratio:*

*ſchiſma ab ſucceſſionem annis 4, menſibus 4.*

## Domnus TEDALDUS Archiepiſcopus, ſedit annos VIIII, & menſes tres, & dies XXI: obiit VIII Kalendas Junii; ſepultus in Arona.

97 *Alii* Thebaldum *appellant: ſed in Gregorii Papæ VII litteris perpetuo* Tedaldus *ſcribitur, quem ne quis Suffraganeorum conſecrare præſumeret, extat ejuſdem Papæ ad eoſdem Epiſtola*, Data Romæ ſexto Idus Octobris Indictione decima quarta, *utique ſolum inchoata, anno* MLXXV. *Cum autem à* XV Maji, *quo* Tedaldus *obiit, per menſes* III, *dies* XXI *retrogradiendo, veniatur ſolum ad* IV Februarii; *conſtat, anno* MLXXVI *ordinatum fuiſſe* Tedaldum, V *Feria quidem (ſiquidem annus iſte Biſſextilis, uſque ad* VI *Kalendas Martii, adhuc cenſebat litteram Dominicalem* C) *ſed ab iis, quos non miramur nullam rationem habuiſſe Dominicæ, utpote ſchiſmaticis & plebis Catholicæ conſpectui merito ſubducentibus actionem, contra expreſſum Pontificis mandatum attentatam. Eſt porro* Arona, *ubi is obiit anno* MLXXXV, *ad fluvium Adduam, mediâ inter Comum & Bergomum viâ oppidum, olim Benedictino cœnobio nobile: ubi credibile eſt, prævalentibus paulatim Mediolani Catholicis, quaſi exulem* Tedaldum *extremis annis egiſſe.*

*Tedaldus a. an. 1076 ad 1085.*

98 *Atque hic deſinit tertia pars hujus Epiſcopalis Catalogi; quæ maxima merito auctoritatis eſſe debet. Vt enim Pars ſecunda ſcripta eſt Genuæ ſucceſſive, ita & hæc Mediolani, ab anno* DCCXLIV, *quo obiit* Stabilis. *Obſervo autem, quod ſicuti poſt* Laurentium *ab anno* DXXI, *cœpit Præſulum Mediolanenſium nominibus honoris cauſa præfigi Titulus* Epiſcopi, *ita idem continuetur uſque ad* Anſelmum *anno* DCCCXIV *electum,*

*Titulorum ſtylus varius.*

A *electum, quamvis eodem nono ſeculo non admodum provecto, frequentiori uſu nominari cœpiſſent* Archiepiſcopi. *Deinde vero ne, vel contra receptum jam uſum, vel contra antiquæ ſimplicitatis morem, impingerent Catalogi continuatores; maluerunt omni Titulo abſtinere, ut vides, uſque poſt annum milleſimum; quando placuit uſurpare Titulum* Domini & Domni: *ac denique, in* Tedaldo *aſſumptus eſt Titulus* Archiepiſcopi, *quo uſi aliquamdiu ſunt qui exinde Catalogum ſucceſſive ſcripſerunt per annos* XXX: *ceteri rurſus omni Titulo abſtinent, & diſtinctionis cauſa his adhibent cognomentum familiæ: itaque habetur Pars* IV *hujus Catalogi, mox proponenda.*

99 *Obſervo etiam, quod, ſicuti Romanorum Pontificum ſeriem texentes, cœperunt currente ſeculo* XI *mutare ſtylum, quoad menſuram obtenta ab unoquoque Sedis, initium ejus ſumendo à die Electionis ſeu Inſtallationis vel Inthronizationis (quando ſcilicet illa jam videbatur Pontificem conſtituere; utpote non amplius indigentem approbationis vel conſenſus Regii aut Imperatorii, ſicut antea) ita etiam cœpit alibi uſurpari, præſertim Mediolani: ubi, occaſione ſchiſmatis inter Pontificem & Regem, tam confuſa res fuerunt hoc eodem* XI *ſeculo, & cœperunt* Archiepiſcopi *dici, non à die quo ordinati fuerunt & conſecrati (quod ſuppono in Dominicis aut præcipuæ notæ feſtis ordinarie factum, quemadmodum etiam nunc fieri conſuevit) ſed vel ſimpliciter à die Electionis, vel à die ejuſdem Electionis per Inſtallationem completæ. Inſtallatio autem vel immediate ſequebatur Electionem à Clero factam, quando hæc libera erat; vel quando ea non erat, mox atque Electionem Cleri Princeps aut Papa ratam eſſe juſſerat, vel ab ipſo Principe aut Papa electum nominatumque Clerus ſuſceperat: neque enim eam in rem expectabatur Dominica, ut crebris exemplis mox declarabitur. Itaque in tribus quatuorve ultimis Tertiæ Partis Epiſcopis nolim aſſeverare, diem initi Epiſcopatus, exurgentem ex numero annorum, menſium ac dierum, quibus quiſque ſedit, collato cum die obitus, eſſe omnino & certo habendum pro die Conſecrationis; ſed fatebor fieri poſſe, ut ſecundum hunc novum ſtylum intelligendus ſit dies Electionis, alterutro ex modis prædictis ſumptæ.*

*& omiſſa die Ordinationis à die Electionis cœptum duci initium Sedis.*

100 *Obſervo tertio, Partes omnes priores in Ms. Codice, quem ſequimur, haberi una eademque manu tranſcriptas ſimul omnes, atque adeo credi poſſe hanc Collectionem ſcribi cœptam tempore ipſius* Tedaldi, *eoque mortuo abſolutam, addita extrema linea. Exinde vero in eadem membrana, ſed manu identidem diverſa additi ſunt quindecim ſequentes Archiepiſcopi, uſque ad* Philippum, *anno* MCCVII *defunctum: additi ſunt autem illi accuratione magna, & quidem tali, poſt* Robaldum *defunctum anno* MCXLV, *ut adnotetur quot menſibus aut diebus vacaverit Sedis ad novam uſque Electionem: ſed duobus ex ordine ſic relatis omittitur deinceps dies obitus, eoque ſubripitur nobis ingens ſtabiliendæ Chronologiæ adjumentum. Pars hæc non poteſt non eſſe auctoritatis maximæ, niſi forte erratum quidpiam eſt in littera numerali, quod nunc ordimur examinare.*

*Pars 4 unde accedat.*

C

# PARS IV.

## *Diverſa manu adſcripta vetuſtiori Catalogo, uſque ad annum* MCXXXII.

Domnus ANSELMUS Archiepiſcopus, ſedit annos VII, & menſes V, & dies IV: obiit pridie Non. Decembris, ſepultus in Baſilica Apoſtolorum.

101 *OBitum hunc eſſe conferendum in annum* MXCIII, *quo contra patrem Henricum Imperatorem Rex coronatus in Lombardia fuerat ejus filius Conradus, conſtat ex Bertholdo Conſtantienſi, hujus temporis ſcriptore & anni pratitulati acta ſic concludente:* In Longobardia venerabilis Anſelmus, in cauſa S. Petri ſtudioſiſſimus, & qui nuper Conradum Regem coronavit, ſatis laudabilem fecit finem, *utique* IV Decembris: *unde retrocedens per menſes* V, *dies* IV, *venies ad diem* I Julii, *qui anno* MLXXXVI *fuit Feria* IV *hebdomadæ: adeo ut inter* Tedaldum & Anſelmum *hunc* III, *interceſſerint vacantis Sedis* annus I, *menſis* I, *dies* VI. *Quamquam enim Bertholdus prælaudatus dicat, quod* è medio ſublato potentiſſimo Eccleſiæ Mediolanenſis invaſore, erigere caput ea cœpit; excuſſoque è cervicibus jugo ſchiſmaticorum, Catholicum ſibi delegit Antiſtitem, Anſelmum ejus nominis tertium: *Hæc tamen verba, ſicut videntur intelligenda potius de laudabili* Anſelmi *progreſſu, quam ingreſſu; ita non important ſucceſſionem citiſſimam, nullaque longiori vacatione diſcretam. Cum autem Sedes Romana per Mortem* Gregorii VII, *eodem quo* Tedaldus *die vita functi, vacarit uſque ad Majum anni* MLXXXVII *fere biennio; apparet creationem* Anſelmi *independenter à Romani Pontificis approbatione factam, ipſius Henrici ſchiſmatici Imperatoris violentiæ & auctoritati adſcribendam; eſto* Anſelmus *ſchiſma execratus, mox ut* Victor III, *vel qui ejus brevem Pontificatum excepit* Urbanus II, *Gregorianis contra Schiſmaticos veſtigiis inſiſtens, agnitus Pontifex fuit, curaverit cum Eccleſia reconciliari; quod facile impetraverit, mortuo (ut præſumere licet) Atthone, ante* Tedaldum *legitime electo & Roma approbato, quamvis de ejus morte nihil uſpiam legatur: forte etiam inſtitutus Cæſarea auctoritate Epiſcopus, conſecrari noluit prius quam Pontifex Romanus annuiſſet.*

*Anſelmus* 3 *ab anno* 1086 *ad* 1093.

E

Domnus ARNULFUS Archiepiſcopus, ſedit annos III, & menſes VIIII, & dies XVIIII: obiit octavo Kalendas Octobris, ſepultus eſt in Clavienſi monaſterio.

F

102 *Vghellus nihilominus ſepultum ait* ad S. Victorem, cujus ille templum ditaverat fortunis, gratiiſque ac privilegiis exornaverat. *Ioannes Mabilio aliis* Clivaenſe monaſterium *ſcribi ait: Ioannes Petrus Puricellus, in opere quod edidit de ſanctis Martyribus Arialdo & Herlembaldo lib. 4 cap. 82,* Clavatenſe *nominat, ex Catalogo Epiſcopali quem Beroldi appellat. Sicut autem à* XXIV *Septembris retrocedendo per menſes* VIIII *dies* XVIIII *venitur ad* VI Decembris, *qui an.* MXCIII *fuit feria* III; *ita ſolum habetur unus dies vacantis poſt mortem* Anſelmi III *Sedis, intra quod tam breve tempus, ut multum eſt fieri potuiſſe Electionem, ſic videtur impoßibile, ut convenerint Epiſcopi ſuffraganei Electum ordinaturi; adeoque ſit evidens, quod in fine Partis Tertiæ monui, initium obtentæ Sedis, non jam amplius ducendum à die Conſecrationis Epiſcopalis, poſt aliquammultas hebdomadas Electionem ſecutæ, ſed à die ipſiuſmet Electionis. Ipſe eſt autem de quo in Vita Vrbani Papæ II legitur, quod* ab uno tantum

*Arnulfus* 3, *uſq;* 1097.

A Catholico Episcopo ordinatus, assentientibus quibusdam aliis Episcopis, sed manum non imponentibus, quod Schismatici essent & à Romano Antistite excommunicati, quia post Electionem Canonicam à Rege Baculum sumpserat, per Legatum Sedis Apostolicæ sponte depositus est. Cumque mox mutato habitu in cœnobio vixisset sanctissime; necessitate cogente, per D. Urbanum Papam ad Episcopatum redire præceptus & compulsus est, atque Romanæ Ecclesiæ sacramentum pro more Episcoporum juravit: cui post Pallium suppliciter petenti à Domino Urbano Papa cum his verbis, per Herimannum Presbyterum Cardinalem, transmittitur: Pallium Fraternitati Tuæ, præter consuetudinem Romanæ Ecclesiæ, quæ nulli hoc dignitatis genus nisi præsenti concedit, litteris tuis exorati, ex Apostolicæ Sedis benedictione, transmittimus. *Vixit autem postea usque ad annum* MXCVII, *& usque ad Electionem successoris vacavit Sedes* mensem I dies VIII, *ut mox apparebit.*

## Venerabilis memoriæ ANSELMUS Archiepiscopus sedit annos III, & B mensis X, & dies XXVIII, obiit II Kalendas Octobris, sepultus est Constantinopoli ut peregrinus, in monasterio S. Nicolai.

*Anselmus IV, usque ad* 1101.

103 *Priora duo verba non esse ejusdem scripturæ observavit Mabilio.* Anselmus *autem ex isto calculo sedere cœpit anno* MXCVII, *die* III Novembris. *Feria tunc* III, *& vixit usque* XXX Septembris *anni* MCI. *Ergavit igitur Vghellus, quando ipso seculari anno mortuum Anselmum hunc scribit, qui dicto anno adhuc Mediolani consistens celebraverat dedicationem ecclesiæ S. Sepulchri; cujus dedicationis monumentum insigne idem Vghellus profert col.* 170 *& seqq. scriptum* anno ab Incarnatione Domini nostri millesimo centesimo, Indictione octava, Idibus Julii. *In hoc instrumento duo mihi notanda occurrunt.* I *Quod ibi indulgeatur, ut* quicumque

*Concessa ab eo Indulgentia:*

ad illud sepulcrum, in quo Christi corpus dormivit, aliquo impedimento detentus ascendere non potuerit, & ad hoc sepulcrum ad ejus verâ similitudinem factum venerit, sana mente & bona intentione, remissionem suorum tertiæ partis delictorum habeat, & ad laudem Jerosolymitani sepulcri hoc se retulisse cognoscat. *Hinc porro intelligitur majores* C *Episcopos, qualis erat Mediolanensis, eâdem proportione eodemque tempore, qua & quo cœperunt Romani Pontifices largiri Indulgentias loca sacra visitantibus, cœpisse in sua quemque diœcesi uti consimili largitate.* II. *Prædictæ ecclesiæ S. Sepulchri Presbyteris parochiam suam assignans Archiepiscopus, nominando domos plerorumque nobilium ad quas usque debeat se ea extendere, eosdem Nobiles suo quemque nomine & cognomine compellat; unde sequitur, saltem inter tales, plenum usum cognominum tunc fuisse:*

*usus cognominum ejus ætate frequens.*

*ipse tamen solum subscribit,* Ego Anselmus Quartus Dei gratia Archiepiscopus: *& similiter alii supra triginta Abbates, Priores, Presbyteri & Diaconi, nomini suo simpliciter scripto solum addunt Titulum officii sui seu gradus Ecclesiastici. Vivebat nihilominus eodem tempore Landulfus à S. Paulo, qui (sicut in Monumentis Ambrosianis pag.* 466 *testatur Puricellus) scripsit librum historiarum Mediolanensis Vrbis, ab anno Christi supra millesimum nonagesimo sexto usque ad centesimum trigesimum sextum: is autem &* Anselmum de Raude *nominat, eum qui Conradum coronavit; &* Arnolfum de Porta argentea, *huic suffectum; & pro eo electum* Landulfum de Badagio, S. Ambrosii Canonicæ Præpositum; *sed cujus electionem irritam fecerit Legatus Apostolicus, suaque auctoritate eviceret ut* Anselmus de Buis *assumeretur. Post hunc*

## GROSULANUS hanc sedem annos IX, D & menses IV perturbavit.

*Grosulanus Episc. Saonensis,*

104 *Hunc Saonensem Episcopum consecratum jussu* Anselmi, *ab eoque peregre profecto institutum Mediolani Vicarium, ibidem uno post anno Archiepiscopum eligendum curarant aliqui, electumque susceperat Romanus Pontifex; nec desiit pro tali habere, etiam postquam Liprandus sanctissimus Presbyter, innoxio per ignem transitu probasset ingressum ejus Simoniacum fuisse. Iudicium istud expertus Liprandus prædictus fuit anno* MCII *infra Hebdomadam Sanctam, quam sequebatur Pascha die* VI *Aprilis. Illius universam Historiam ex ejus nepote Landulfo deducit Puricellus lib.* 4 *cap.* 88 *post Acta SS. Arialdi & Herlembaldi; capite autem* 91 *narrat ejusdem Liprandi mortem anno* MCXIII, *in nocte festum Epiphaniæ exordiente, etiam miraculis subsecutis illustrati.* Grosulano *autem anno* MCXII *Kalendis Ianuarii abdicato per Clerum Mediolanensem, denique anno* MCXVI, *in Synodo Lateranensi per Paschalem Papam II celebrata, prima quidem die scilicet* VI *Martii, feria* II *tertiæ hebdomadæ Quadragesimalis,* inter Mediolanenses Episcopos, Grosolanum & Jordanem, in alterum de invasione, in alterum quod suæ Sedis desertor extitit, ventilata est controversia..... Sabbato autem tali dispensatione terminata, quod Pontifex Grosolanum quidem in locum unde translatus fuit restituit, Jordanem vero Mediolanensibus concessit. *Non tamen* Grosulanus, *ut ait Landulfus* ad Saonam ivit, sed in ipsa Urbe apud monasterium S. Sabæ per annum unum & menses quatuor ut Episcopus vixit, atque ibi sepultus est octavo Idus Augusti. *Defunctus est igitur anno* MCXVII *post, initium Augusti: ac proinde dici posset post electionem suam primam vixisse annis* XIV *& amplius: sed Auctor Catalogi perturbationem Ecclesiæ sub eo definiens* annis IX mensibus IV, *usque ad initium anni* MCXII *ipsam dumtaxat extendit; eoque videtur indicare, ipsius electionē factam fuisse anno quem diximus* MCII *circa finem Augusti, cum jam utique certissimo constaret de morte* Anselmi IV, *Constantinopoli obita ante menses fere* XI. *His ergo dicenda est Sedes omnino vacasse, deinde vero dubitatum fuisse, essetne* Grosulanus *vere Mediolanensis Episcopus: quod Romanus Pontifex ne tunc quidem negavit cum eum deposuit; sed solum declaravit, cum* translationes Episcoporum duobus fieri modis *possint*, necessitate vel utilitate; *hujus* Grosolani translationis quæ videbatur utilitatem, in animarum & corporum damna conversam, *adeoque irritari jam posse. Extat in Bibliotheca Regia Parisina Ms. liber, ut præfert Titulus,* F Petri Grosulani Episcopi de Processione Spiritus sancti; *unde infert Vghellus, prænomen* Petri *fuisse* Grosulano; *quem & eruditum extitisse, & magno usui Romanæ Ecclesiæ contra Græcorum errorem, auctores volunt, ideoque in pretio semper à Pontifice habitum.*

*assumptus ad Sedem Mediolan. an.* 1102:

*sed abdicatus* 1112.

## Domnus JORDANIS Archiepiscopus sedit annos VIII, & menses IX, & dies III: obiit IV Nonas Octobris: sepultus est apud S. Ambrosium juxta pulpitum.

*Iordanus usque ad an.* 1120.

105 *Mors ejus incidit in annum* MCXX, *à cujus* die IV Octobris, *si per* IX menses dies III *retrocedas, præcise pertinges ad* Kalendas Januarii *anni* MCXII, *ejus electioni assignatas à Landulfo; & comprobabis, verum esse quod dixi, de mensura Episcopatus sumenda à die, non Ordinationis, sed Electionis: quamvis enim sic non computetur dies mortis, non tamen eodem computato verosimile cuiquam esse potest, die immediate sequenti consecratum fuisse* Jordanum: *Kalendæ enim Ianuariæ anni istius inciderunt in Feriam* II, *& ut minimum expectanda*

A *da fuit ſequens Dominica, aut etiam hebdomadæ aliquot debuerunt præteriiſſe, antequam comprovinciales Epiſcopi (quorum nullus adfuit electioni) convenirent ad benedictionem Electi, vel etiam conſentirent ipſi Electioni, injuſſu Sedis Apoſtolicæ contra jam pridem ab ea ſuſceptum Groſulanum factæ. Conſecraſſe autem Iordanum videntur nominati à Landulfo,* Bernardus Papienſis & Mainardus Taurinenſis *Epiſcopi, nonnullis obmurmurantibus*, in quo murmure Epiſcopi Azo Aquenſis & Ardericus Laudenſis videntur fuiſſe. *Narrat autem idem Landulfus, quomodo anno ſequenti* Jordanis *in feſto S. Nicolai, poſtulatum à Pontifice ſacramentum præſtiterit, & Stolam, id eſt Pallium, quod ante ſeſquiannum Roma attulerat prædictus Mainardus, de altari ſumpſerit: utique prius conſecratus, quam pro Stola ipſi petenda Romam proficiſceretur Mainardus, quo is* illico *profectus dicitur prædicto* murmure vigilante.

## Domnus OLRICUS Archiepiſcopus, ſedit annos V, & menſes VI, dieſque undecim: obiit V Kalendas Junii, ſepultus in eccleſia hiemali juxta pulpitum.

B *Olricus, non uſque ad* 1125, *ſed ad* 1122.

106 *A die* XXVIII Maji, *per tempus prænotatum retrocedendo, venitur ad* XVIII Novembris, *qui anno* MCXX *fuit feria* V. *Ante ejus Electionem vacaverit Sedes menſem* I *dies* XIII: *ipſe vero obierit anno* MCXXV. *Sed omnino fateri oportet, vitium eſſe in numero annorum, quamquam ſimiliter expreſſum exhibeat Catalogus Synodalis aliique, præter ſolum Puricellum, quo Auctore Vghellus ſolum* duos annos Olrico *tribuit. Etenim ille inter Monumenta Ambroſiana Baſilicæ pag.* 571 *profert ſententiam, latam in controverſia inter Monachos & Canonicos Ambroſianos, mota* tempore Domni Olrici Archiepiſcopi ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ, *& deciſa* anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo vigeſimo tertio, primo die menſis Septembris, Indictione ſecunda, *primum ſcilicet inchoata, numeris ita ad longum expreßis: cui primus ſubſcribit* Olrici *ipſius ſucceſſor hoc modo*, Ego Anſelmus gratia Dei Archiepiſcopus laudo & confirmo. *Videntur igitur ſcriptori Catalogi obrepſiſſe anni* u *pro* II, *ita ut obierit* Olricus *anno ipſo* MCXXIII, *eique poſt vacantis Sedis menſem fere unum (ut infra apparebit) ſucceſſerit is, de quo alio prorſus ſtylo, eadem tamen qua priores quinque deſcripti ſunt ſecundaria manu, inveniuntur ſequentia verba; addito ad nomen proprium, quod antea factum numquam, neque inſequentibus ſex factum invenietur, cognomento familiæ, hunc in modum.*

C

## Ab Electione Domni ANSELMI de Puſterula, uſque ad Electionem Domini RIBALDI, qui tunc erat Albenſis Epiſcopus, ſunt anni VIIII & dies XXVIIII.

*Anſelmus ejectus an.* 1132

107 Anſelmum *hunc electum fuiſſe ultimo Iunii vel primo Iulii, probabile nobis fit ex comparatione diei mortualis, qui omnino videtur fuiſſe* XIV *Auguſti. Nam ſi hinc retrocedas, per menſem unum, dies* XIIII, *qui numero annorum ejus adjiciuntur, illuc adductum te invenies. Electio autem* Ribaldi, *ſeu potius (ut infra ſemper vocatur)* Robaldi, *quæ poſt nonum ab Electione* Anſelmi *annum facta ſit, id eſt, anno* MCXXXII, *diverſa omnino concipi debet ab illa, à qua ſumitur Epocha Pontificatus ejus poſt* annos X, menſes IV, dies XXVI *finiti, die* XXX *Decembris anno* MCXLV: *talis enim Electio (ut apparet) ſolum potuit facta fuiſſe anno* MCXXXV *die* V *Auguſti. Dico igitur, quod* Anſelmo *à Mediolanenſibus ejecto (ejectus eſt autem anno* MCXXXII) Robaldus D *Albenſis Epiſcopus, Mediolani remanſerit Epiſcopalia exercens officia, tamquam Adminiſtrator, non quidem adhuc abſolutè vacantis Eccleſiæ, ſed tamen præſentia Paſtoris deſtitutæ; idque rogatu Cleri ac Populi, ipſam ſibi Archiepiſcopum optantis habere, quam primum per Canonicam* Anſelmi *depoſitionem liceret, quod quomodo contigerit conabimur explicare Parte ſequenti, quæ tota manu tertia ſcripta apparet, poſt obitum* Joannis de Vicecomitibus, *anno* MCCCLV *vita functi.* *in quo finitur Pars 4.*

# PARS V

## *Vſque ad annum Chriſti* MCLXXVI, *deſcripta poſt annum* MCCCLV.

108 *Codex ille antiquus, quem ſequimur, tempore Tedaldi Epiſcopi ſcriptus, & alia deinde manu uſque ad* Electionem Domini Ribaldi, *eo quem ſupra indicavimus modo deductus; neglectus debuit delituiſſe, uſque poſt annum* MCCCLV; *quando exorſus aliquis cœptum Catalogum proſequi, defecit in conatu, cum eſſet uſque ad annum* MCLXXVI *ſcribendo progreſſus: exorſus eſt autem ab* Anſelmo, *de quo nihil inveniebat ſcriptum ſtylo ac forma Catalogis conſueta.* E

## ANSELMUS de Puſterula, ſedit annos X, menſem I, dies XIIII: obiit decimo nono Kalendas Octobris, ſepultus eſt in Roma ad S. Johannem Lateran.

*Obiit Anſelmus* 14 *Aug.* 1145 *Romæ captivus;*

109 *Illius ipſius temporis ſcriptor atque* Anſelmo *familiaris Landulfus, apud Puricellum pag.* 627, *aſſerit, quod* Anſelmus de Puſterla (*ſic enim ſcribit*) in menſe Auguſti à Piſis Romam *miſſus, ibidem* in eodem menſe vitam finivit. *Exerrantis ergo calami vitio factum eſſe, ut pro* Kalendas Septembris *ſcriberetur* Octobris, *vel inde ſcias, quod ante hujus poſterioris menſis Kalendas, octodecim dumtaxat, non autem novemdecim dies numerentur. Quo autem calculo dicemus auctorem numeraſſe annos* Anſelmi decem? *Viderat, credo, deceſſori ejus* Olrico *adſcriptos* annos V; *nec mendum aliquod ſuſpicatus, exiſtimavit illum protraxiſſe vitam uſque ad annum* MCXXV; *ſciens autem obiiſſe* Anſelmum *anno* MCXXXV, *decennium ei ſufficere credidit. Vt autem certior conſtet ratio prædictorum, placet Landulfi prælaudati verba ex Puricello deſcribere, præmiſſa breviter notitia cauſæ, quæ* Anſelmum *in ruinam traxit.* *post* 13 *annos à ſua electione.*

F

110 *Anno ut jam dixi,* MCXXIII *Iunio exeunte electus* Anſelmus, *& ordinatus ipſis forte Kalendis Iunii, tunc in Dominicam cadentibus, tempore Calliſti Papæ II, diſtulerat ſeſe Romam conferre, cauſa petendæ Confirmationis & Pallii, nolentibus (ut mox apparebit) Mediolanenſibus Eccleſiam ſuam eatenus Romano Pontifici ſubjici, ſed juris ſui eſſe prætendentibus, ut illud Romanus Pontifex petenti Archiepiſcopo mitteret, ſicut conſtabat feciſſe S. Gregorium anno* DXCIV, *Ioannem XII* DCCCCXXX, *Paſchalem II pro* MC *allegatum à Puricello pag.* 637. *Anno deinde* MCXXIV *exeunte moritur Calliſtus, eique eodem adhuc Decembri ſufficitur Honorius item II. Ad hunc* Archiepiſcopus, ſecutus conſilium quorumdam Capellanorum & Primicerii, Petri quoque Terdonenſis Epiſcopi, contra publicum interdictum Cleri & Populi Mediolanenſis, Romam ivit, *quod* mihi quidem, *inquit Landulfus apud Puricellum pag.* 174, non ſedit. Verumtamen ipſe, ceu vir prudens & ſapiens, cum Papa Honorio & Cardinalibus ejus multa contulit; & conferendo, eccleſiaſticas conſuetudines Ambroſianæ Eccleſiæ & honores ejus *His anno* 1125 *Romam profectus,*

A Archiepiſcopatus & Urbis multis & bonis rationibus defendit : unde ipſe Papa huic prudenti viro dixit : Frater, meditatus, ut Epiſcopus, veniſti : ſed ſi vis frui auctoritate Archiepiſcopi in temporibus meis, neceſſe eſt ut Stolam ſuſcipias de manibus meis ; aut, ſicut ego ſuſcepi, ad altare S. Petri. Hinc Domnus iſte Mediolanenſis Robaldum Albenſem adjuravit, ut ſibi conſuleret. Tunc Robaldus ille Albenſis ſic ait, quod prius ſuſtineret naſum ſuum ſcindi uſque ad oculos, quam daret ſibi conſilium ut ſuſciperet Romæ Stolam & Eccleſiæ Mediolanenſi præpararet hanc novam & graviſſimam, quam Honorius Papa dicebat ſibi, imponere menſuram. Mediolanum igitur iſte Anſelmus Archiepiſcopus ſine Stola rediit, & eumdem Albenſem Epiſcopum ſecum reduxit : verum Archiepiſcopalem Sedem non aſcendit, donec Robertus de Moregnano ejus ſcriba conjuravit, quod ipſe Dominus ſuus Anſelmus, nulli minuimento honoris Eccleſiæ Mediolanenſis conſenſit, & quod ipſum Albenſis ille Epiſcopus auctoritate ſua confirmavit. Deinde Pontifex iſte Anſelmus Sedem & Caſtella Archiepiſcopatus, in beneficio Cleri & Populi, occupavit.

*oblatâ iſtic ſibi Pallium acceptare recuſat:*

B 111 *Interim moritur Vltrajecti Henricus, hujus nominis inter Germaniæ Reges Quintus, inter Imperatores Quartus die* XXI *aut* XXIII *Maji, eique ſuffici tur ab Electoribus Lotharius Dux Saxoniæ, & Aquiſgrani coronatur, cum approbatione Romani Pontificis Honorii II. Iſte cum ab ipſo ſtatim principio Henrici defuncti genus omne deprimere eſſet aggreſſus, velut divino judicio electus ad vindicandas Eccleſiæ illatas a Suevicæ ſtirpis Regibus injurias ; natus ex Henrici ſorore filius, Conradus Dux Suviæ, cedente Friderico primogenito, Titulum Regis aſſumpſit, velut hereditario jure debitum ; & Coronam Imperii præreptu rus Lothario, in Italiam trajecit anno* MCXXVIII. Anſelmus *ergo (proſequor Landulfi à Puricello deſcripti contextum)* Anſelmus, *inquam*, in Caſtellis habitans, intellexit quod Clerus & Populus Mediolanenſis nobilem Principem Conradum, cum eccleſiaſtica pompa & civili triumpho, conveniente Regi naturali, ſuſcepit. Cum autem Clerus & Populus idem de coronando Rege ipſo tractaret ; Pontifex idem Anſelmus à Leuco deſcendit ad Modoëtiam, qui eſt primus locus Coronæ Regis Italiæ ; ibique pernoctavit, & conſilium redeundi ad montana ſuſcepit ; & poſt trium dierum interpoſitionem Caſtellum, quod dicitur Plebia, aſcendit. Ibi plures ſonos ſonoros de coronando Rege Conrado audivit : & ego non in amaritudine ab iſto Pontifice audivi, ut citiſſime Mediolanum adirem, & affectum civium omnium ſuper ejuſmodi Regale negotium ſibi renuntiarem.

*annoque* 1128, *excepto à Mediolanenſibus Conrado,*

*& contra Lotharium ſibi Regnum vindicante*

C 112 *Suſcepta autem ipſius Landulfi aliorumque relatione in favorem Conradi, quaſi divinitus ad Regnum vocati*, ipſe, quaſi conſentiens communi omnium gentium voto, in eccleſia S. Michaelis quæ eſt Modoëtiæ, benedixit & unxit, & Coronam electo Conrado in feſto S. Petri poſuit, altero Epiſcopo adſtante Regi coronando. In quo facto ego, *inquit Landulfus*, piger non fui : ſed ante ipſum Pontificem ipſumque Coronatum, ab eccleſia S. Michaelis Pontificalem Virgam, in admirabili pompa, per Dei voluntatem congregata ad honorem illius Regis, uſque ad eccleſiam S. Joannis portavi ; & in S. Joannis eccleſia ſolenniter cum Rege iſto quam optimo Miſſam audivi. Eamdem quoque ſolennitatem Coronationis idem Pontifex in eccleſia S. Ambroſii, me alibi non meo vitio detento, celebravit. Verumtamen quidquid directe eſt actum in illo Domino meo Rege, dilexi & diligo. Hunc namque gradientem per Comitatus & Marchias Lombardiæ & Tuſciæ, Comites & Marchiones cujuſcumque nobilitatis, viri potentes & humiles, cum gaudio ſuſceperunt & amaverunt ; qui vero rebelles fuerunt, ejus acutiſſimi gladii fortitudinem ſenſerunt ..... ac ſic benigne & fortiter agendo Romæ appropinquavit : ſed fortis manus Honorii Papæ ipſum reſupinavit, atque in Germaniam, quaſi ad ſua propria, redire fecit.

*de eorumdē voluntate Coronam imponit Modoëtiæ*

*ac deindē Mediolani*

D *quo Roma rejectio,*

113 Joannes igitur Cremenſis, Cardinalis Romanus, Epiſcopos Suffraganeos & Comprovinciales Mediolanenſis Eccleſiæ, ut excommunicaret Mediolanenſem Archiepiſcopum, convocavit Papiæ. Quibus convocatis & Cardinali, per plures viros & ſacerdotes, ipſe Pontifex Mediolanenſis mandavit, ne præſumerent, ſed ipſum per unius diei ſpatium expectarent. At Papienſes, Cremonenſes, Novarienſes quoque, & eorum & Epiſcopi & aliarum civitatum, prædicantes hoc Regium opus Anſelmi, contrarium Deo & magno Lothario Regi, nequaquam illius Pontificis legationem ſuſceperunt ; ſed ipſum, præſtante Cardinali illo Joanne, excommunicaverunt ; & Mediolanenſibus, protegentibus caſtrum Cremæ, bellum facere ſtuduerunt. Attamen in maxima parte Mediolanenſes Catholicam reverentiam, vivente Papa Honorio, huic Pontifici præbuerunt.

*excommunicatur à ſuis Suffraganeis Anſelmus.*

E 114 Honorio defuncto (*pergit idem pag.* 591) Anacletus Papa Romanorum II, *ſeu potius Antipapa, contra Innocentium II electus in Februario anni* MCXXX, *feſtinavit Mediolanenſem Archiepiſcopum ac Populum ſibi conciliare, nulla habita ratione excommunicationis præfatæ aut Lotharii Regis : &* Mediolanenſi *Anſelmo* Stolam per ſuos idoneos Nuntios, Joannem Paleſtrinæ Epiſcopum & Beltramum Subdiaconum Romanum, mandavit. Quam Stolam ipſe Anſelmus Pontifex, Clero & Populo Mediolanenſi circumſtante & collaudante [aſſumpſit, &] Anacletum Papam ejuſque Legatos & Legationem reverenter ſuſcepit : pars vero ſibi adverſa inde magis detrahere ſibi cœpit. At plenitudo Cleri & Populi ad eum quoque concurrebat : timorem quoque & reverentiam Regi Conrado & Papæ Anacleto ex dilectione portabat. *Atque hoc in ſtatu permanſerunt Mediolanenſes, tam concordes Archiepiſcopo ſuo, quam Pontifici & Imperatori rebelles, uſque ad tempus Piſani Concilii. Prius autem quam hoc conveniret, placuit Deo diſcordiam jacere inter male concordes cum ſuo Epiſcopo Clerum ac Populum ; & illum per eos ipſos, quos ſeductos tenebat, exturbare ab urbe primum (quod anno* MCXXXII *factum putamus) deinde etiam gradu ſacrilege poſſeſſo dejicere. Rem ita nobis narrat* F *Landulfus apud Puricellum pag.* 593.

*Pallium nihilominus accipit, ab Anacleto Antipapa miſſum an.* 1130

115 At ubi Anſelmus Archiepiſcopus, contra ipſos *Mediolanenſes*, venditiones & privilegia facere voluit & fecit, & multitudo Cleri & Populi atque Conſulum ipſas venditiones & privilegia legere voluit ; contigit quod ..... plures de Ordinariis ac Decumanis Sacerdotibus, cœperunt, neſcio quo ſpiritu, ſuper cauſa Regis Conradi ridere, & cauſam Anacleti latenter ſpernere. Hinc Anſelmus Archiepiſcopus multos ſuſtinens ſtimulos, tandem Presbyterum Azonem ..... & quoſdam alios, qui fuerunt doloſi in celebratione Coronæ Regis Conradi, excommunicavit. Ex cujus excommunicationis radice ..... diſſenſio multa & perniciofa nimium orta eſt in Mediolanenſi populo. ..... Quia ſi Archiepiſcopus excommunicavit hunc Presbyterum & alios in pulpito ſanctæ Theclæ ; & Epiſcopi Comprovinciales & Suffraganei (ſicut ſupradictum eſt) excommunicaverant illum Papiæ. Ordinarii itaque & Decumani Sacerdotes, & ceteri faventes Papæ Innocentio Secundo, & inſidias præparantes hujuſmodi Archiepiſcopo, ſuas pecunias effuderunt, & ipſas Legis- & Morum-peritis atque

*ſed an.* 1132 *ſuſcitata contra eum rixa,*

*per eos quos excommunicarat,*

A atq ue bellatoribus viris tribuerunt. Unde ipſe Archiepiſcopus compulſus eſt intrare popularem concionem, ut ibi decertaret cum ſuis excommunicatis de excommunicatione. Cumque ille expectaret ſagittas de juſta aut de injuſta excommunicatione; Nazarius Primicerius, miræ calliditatis homo, per prolixum ſermonem cunctæ concioni faſtidium induxit. Archipreſbyter autem Stephanus, qui cognominatur de Guandeca, videns Primicerium ſuum faſtidioſe fore locutum, vocem ſuam exaltavit, & contra Archiepiſcopum ſic ait: Tu es hæreticus, perjurus, ſacrilegus; & aliis criminibus, quæ non ſunt hic notanda, es reus. His auditis ex improviſo, Archiepiſcopus obſtupuit. Archipresbyter vero ille, habens textum Evangeliorum ad manum, continuo juravit, quod ipſe de iſtis rebus, quas dixerat eſſe in iſto Anſelmo qui dicitur de Puſterla, in judicio Epiſcopi Novarienſis & Albenſis, qui ſunt de Suffraganeis Eccleſiæ Mediolanenſis, ſtaret. Conſules itaque Mediolanenſes, in concordia utriuſque partis, ſtatuerunt, ut ipſi & alii Suffraganei venirent.

*ipſemet, ut excommunicatus, vocatus in judicium;*

*populoque contra eum commoto,*

116 In ſtatuta itaque die, non ſolum Suffraganei, ſed quamplures, pure induti rudi & inculta lana, & raſi inſolita raſura, concurrerunt. *Ciſtercienſes intelligi Puricellus exiſtimat pag.* 605. *Ex codice Humiliatorum, quem allegat pag.*631, *videri poſſunt fuiſſe ſeculares,* Magnates & Nobiles cives Mediolani, *qui ſub idem tempus à S. Bernardo* ſpiritu divino inebriati, formam vivendi in habitu religioſo cum ſuis familiis habitando ſumpſerunt, *dicti* Fratres S. Bernardi: *qui deinde fuerunt* Fundatores primi & ſecundi Ordinis Humiliatorum. *Ciſtercienſes certe tunc necdum erant fundati Mediolani, ſed illuc primum introducti ſunt poſt Concilium Piſanum; nec pauci illi, quos in ſuo Comitatu habuit S. Bernardus, potuerunt turbam hic indicatam facere. Vt ut eſt.* Cum Archiepiſcopus iſte Anſelmus vidiſſet eos conſtare, & populo [videri] quaſi ſi eſſent Angeli de cælis; ad ipſum populum ait: Omnes iſti, quos videtis cum illis cappis albis & griſeis, hæretici [ſunt]. Inde ſimplices, & compoſiti ad expellendum & deponendum [eum], bellum commoverunt: verumtamen gladio Anſelmi in die illa reſiſtere non potuerunt. Sed mediante nocte, per expenſam pecuniam, manus Primicerii & Archipresbyteri Stephani fortiſſima [convenit, quæ] in ſummo diluculo ipſum Anſelmum à Sede compulit: qui cum non inveniret quo declinaret, paternam ſuam domum intravit.

B

*(licet paratus objectis ſatisfacere.)*

117 Factoque mane die altera idem Anſelmus, coram humili ſua plebe, in eccleſia S. Ambroſii congregata, ſe præſente jurare fecit Camerarium ſuum, ne iſte Dominus ſuus effugeret judicium Suffraganeorum, & coram eis reſponderet Stephano Guandeca dicto Archipresbytero, de iis rebus quas ſibi objecerat, remota cauſa Regis Conradi. Joannes autem de Rhode, unus ex Conſulibus Mediolani, reverſus ad alteram partem quæ eum miſerat, de juramento iſto Anſelmi nihil retulit; ſed ait: Dominus ille, ad quem me miſiſtis, ad nullam rationem faciendam vobis venire promittit. Tunc qui in concione illa aderant, clamaverunt: Et ipſe deinceps ſit remotus à nobis. Ac ſic quiſque Suffraganeus ad Sedem ſuam rediit, niſi Robaldus Albenſis, qui Chriſmate ac ceteris Epiſcopalibus officiis Eccleſiæ ſubvênit, *rogatus (ut exiſtimo) & electus à populo in Adminiſtratorem Archiepiſcopatus, cum ſpe illius quoque obtinendi, quando certum Eccleſia haberet Pontificem, cujus judicio comprobaretur Anſelmi abdicatio. Et ſic habetur, meo quidem judicio, prænotata in fine quartæ Partis* Robaldi *electio; cujus tamen cauſa hic non cœpit Archiepiſcopus eſſe aut dici.*

*cogitur urbe excedere: cujus adminiſtrationem in ſacris ſuſcipit Robaldus Ep. Alben.*

118 Anſelmus autem ille, quaſi à cuncto Clero & Populo abjectus & expulſus, ad ſolita Caſtella Archiepiſcopatus exivit, in quibus qualemcumque requiem habuit, *per annos ſubſequenter duos; per quos S. Bernardus Claravallenſis Abbas, coram atque per litteras multum nec fruſtra laboravit, in univerſo Clero Populoque Mediolanenſi, qui hactenus Anacleto adhærebat, ad veri Pontificis Innocentii obedientiam adducendo.* Interim *anno* MCXXXIV Innocentius Papa Piſis Synodum celebravit, *teſte ut hactenus apud Puricellum pag.*608 *Landulfo*; in qua, Robaldo Epiſcopo repræſentante, Thedaldus de Landriano Archipresbyter Eccleſiæ Mediolanenſis, Amizo della Sala, Anſelmus de Rhode Levita, & alii plures ejuſdem Eccleſiæ Ordinarii, & cum Primicerio Decumani Sacerdotes, contra ſolitum decus Mediolani & ejus Eccleſiæ (*ſic Auctori & aliis ejuſdem ſententiæ civibus videbatur*) Innocentio Papæ fidelitatem juraverunt.... qui depoſitionem & expulſionem ſæpe dicti Anſelmi de Puſterla firmavit. Attamen prænominati, qui fidelitatem juraverant, timentes hos caſus Urbis & Eccleſiæ Mediolanenſis, differebant redire Mediolanum; niſi haberent Protectorem, qui coram Populo Mediolani confirmaret Anſelmi expulſionem, & ad nihilum reduceret Conradi coronationem; & Populum tantæ Urbis convocaret & confirmaret ad Lotharii Imperatoris amorem, & ad ipſius Innocentii unitatem. Ad hæc peragenda Papa à Deo idoneum Angelum habuit, ſicut Bernardus Abbas Claræ vallenſis fuit.

D

*& Anſelmi depoſitionē confirmari impetrat* 1134.

E

119 Interea Princeps Conradus, altiori conſilio potitus, Imperatoris Lotharii Vexillifer eſt factus: & prænominatus Abbas iſte nil moratus (*ut habes apud Puricellum pag.*612) cum Carnotenſi Epiſcopo & Robaldo Albenſi, Mediolanum intravit: quam civitatem nimirum prout voluit firmavit.... & tantum Populum ad amorem Imperatoris Lotharii, atque ad obedientiam Innocentii Papæ, per ſacramentum pacis, quod Abbas ipſe porrexit, confirmavit.... Tandem idem Populus (*apud Puricellum pag.*619) ut haberet Abbatem illum in Archiepiſcopum, ad eccleſiam S Laurentii, in qua erat hoſpitatus, cum hymnis & laudibus & ſolito ſuo Kyrie eleiſon concurrit. Quod Abbas ille non tulit, ſed ait: Ego in craſtinum aſcendam palafredum meum; & ſi me extra vos portaverit, non ero vobis quod petitis: ac ſic Mediolano receſſit. Sed quidam de Diſcipulis ejus (*pag.*626,) per civitatem euntes, collectam multam fecerunt & faciunt. Mediolanenſes vero Ordinarii, qui Papæ Innocentio fidelitatem juraverant, confortati de hac Mediolanenſium converſione, fecerunt Litifredum Novarienſem, Vidonem Iporedienſem, & alios Suffraganeos venire Mediolanum: qui in conſilio ſuo ſublimaverunt Robaldum Albenſem Epiſcopum in Mediolanenſem Archiepiſcopum; habita ſecuritate retinendi, prout dicitur, Albenſem Epiſcopatum.

*Pro eo populus fruſtra petit S. Bernardū.*

*quo recuſante, eligitur Robaldus,*

F

120 *In hunc modum* iſto *Robaldo* ſublimato (*utor iterum verbis Landulfi ex Puricello pag.*627) Robaldo, *inquam,* ſic ſublimato... Anſelmus de Puſterla... nullam ſuſcepit conſolationem, neque ſecundum conſilium Lamberti de Landriano & amicorum ejus ambulavit; ſed credulus Hugoni ſuo Naſo, voluit cognoſcere, qualiter cum Anacleto Papa Romanorum poſſet procedere. Attamen ipſe cum iſto ſuo Capellano ambulans Ravennam (*ſic enim legi debere, non* Romam, *dictat ratio itineri hic deſcripti*) in flumine Padi juxta Ferrarium, à Goygo de Martinengo captus eſt, & ad Innocentium Papam transmiſſus. Qui Papa in menſe Auguſti à Piſis illum captum Romam miſit: ibique (prout fama eſt) Anſelmus ille in eodem menſe, in manu Petri Latri, qui Procurator eſt Innocentii, vitam finivit.

*& Anſelmus moritur.*

*Hactenus*

A *Hactenus* Landulfus à S.Paulo, *res, ſuo tempore & quadamtenus ſub oculis ſuu geſtas, deducens uſque ad Auguſtum anni (ſicut putamus)* MCXXXV; *neque enim videntur res tot tantæque pertractari omnes potuiſſe, ipſo anno quo Concilium Piſis celebratum eſt; & ſequentium porro Archiepiſcopatuum ſeries exigit, ut* Robaldi *Pontificatus non niſi tali anno inchoatus dicatur. Iſtæc autem* Landulfi *verba, licet prolixiora, vel ideo libentius huic Exegeſi inſerui, ut Mediolanenſes incitarem, ad antiqua ſuæ Vrbis Chronica & alia ſimilia monumenta, integra & ſecundum ordinem ætatis ordinata, in lucem aliquando proferenda; utque non ſemper nos cogant ea fruſtatim diſcerpta, uti ea hic diſcerpſit Puricellus, apud alios indagare.*

*Robaldus jurat Papæ fidelitatem.*

121 *Idem Puricellus ex eodem Landulfo, pag. 635, etiam hæc tranſcripta exhibet:* Anſelmo, prout dictum eſt, mortuo, Robaldus ejuſdem civitatis Archiepiſcopus Piſis Innocentio Papæ juravit, & jurando libertatem eccleſiæ Mediolanenſis (*quam illa ſcilicet prætendebat*) in contrarium convertit. *Sed cum* Robaldus *ibidem etiam oblatum ſibi Pallium cunctaretur accipere, Populi indignationem reformidans, parum abfuit quin omnia, quæ tanto molimine ſtruxerat S.*

B *Bernardus, peſſum irent; quare Pontificem, per litteras ſibi queſtum de* Robaldi *cunctatione, placaturus ſanctus Abbas, epiſtola* CCCXVIII: Quod factum nondum eſt, *inquit*, faciendum eſt, ſed tempore quo præviderit Deus. *Et poſt pauca, excuſaturus Archiepiſcopum*, qui in Ur Chaldæorum de quodam quaſi

*ſed de manu ejus differt accipere Pallium.*

Paradiſo tranſlatus, frater factus eſt draconum & ſocius ſtruthionum; Quid faciet? *inquit.* Obedire vult? & ecce beſtiæ Epheſi frendent in eum dentibus. Diſſimulare vult prudenter pro tempore? & omni feritate formidoloſiorem veſtram indignationem incurrit. Anguſtiæ ſunt ei undique .... An vos de ejus fidelitate dubitatis? Si quis vobis aliud de eo maligna perſuadere ſuggeſtione nõ dubivit, ſe magis prodidit infidelem. *Propoſito deinde exemplo Domini*, Lucæ 13, *poſt expectatos per triennium ex ficulnea fructus, etiam quartum annum expectare perſuaſi*; Tu vero, *inquit*, vix tres expectaſti menſes (*puta ab Auguſti initio, quo poſſeßionem Robaldus inierat, uſque ad exeuntem Octobrem*) & jam ſecurim paras?

*quod tandem Innocentius miſiſſe videtur.*

122 *His placatus Pontifex, non ſolum videtur comminationes remiſiſſe excommunicationis itcrandæ; ſed Pallium ipſum ea forma miſiſſe, qua deberi Mediolanenſes putabant: quibus hunc ſucceſſum gratulatus Bernardus per Epiſtolam, quæ in ordine numeratur* CXXXI, *ſic exorditur.* Bene

C vobiſcum facit Deus, bene vobiſcum facit Romana Eccleſia. Facit ille, quod pater; facit illa, quod mater. Et revera quid vobis debuit facere, & non fecit? Si poſtulaſtis mitti vobis de Curia honorabiles viros, ad honorem Dei & veſtrum; factum eſt. Si poſtulaſtis confirmari, quod unanimitas veſtra de Venerabilis Patris veſtri electione firmaverat; factum eſt: ſi voluiſtis licuiſſe vobis, quod illicitum, niſi pro magna quidem neceſſitate, ſacri Canones judicant, tranſlationem Epiſcopi ſcilicet in Archiepiſcopum, conceſſum eſt .... In poſtremo, quæcumque rationabilis petitio filiæ, non dico repulſam, ſed vel moram paſſa eſt apud piam matrem? En ad complementum Pallium præſto eſt, plenitudo honoris. *Atque hæc dicta ſufficiant, de* Anſelmi *fortuna &* Robaldi *initiis: nunc Catalogum, qualem invenimus, proſequamur.*

ROBALDUS ſedit annis XI, menſibus IV, diebus XXVI. Obiit III Kal. Januarii; ſepultus eſt in eccleſia S. Mariæ, quæ dicitur hiemalis juxta pulpitum. Fuerunt autem ab obitu illius uſque ad electionem Domini Oberti dies XXIII. D

123 *Ecce novam definiendi Interpontificii diligentiam, uſque ad finem hujus Quintæ Partis continuatam. Retrocedens autem à die* XXX *Decembris anni* MCXLV, *incurris in diem* VI *Auguſti* MCXXXV, *quouſque differendam novi Archiepiſcopi electionem, poſt tempus celebrati Piſis anno præcedenti Concilii, facile perſuadebit multitudo negotiorum, ultro citroque tractatorum; maxime ſi agatur de electione per Pontificium aſſenſum completa: qui aſſenſus, ut alias neceſſarius Mediolanenſibus non fuerit, neceſſarius tamen fuit hac vice, qua non ſolum depoſito priori ſubrogandus erat alius, ſed ſubrogandus ſedis alterius Epiſcopus, quod eo tempore omnino cenſebatur illicitum, niſi accederet diſpenſatio in contraria diſpoſitionis Canone, tunc adhuc rigide ſolito obſervari. Mabilio, pro* XXIII *diebus vacantis poſt* Robaldi *mortem Sedis,* XXVI *notavit; ſed* II *pro* U *ab eo lectum fuiſſe, fallente characterum ſimilitudine, ſuadet dies* XXII *Ianuarii, quo oportet electum ſucceſſorem credi.* *Robaldus ad 1145.*

OBERTUS ſedit annis XX, menſibus II, & diebus VI: obiit autem VI Kalen. Aprilis: ſepultus eſt Beneventi, exulans pro fide, in eccleſia S. Sophiæ. Fuerunt autem ab obitu ipſius uſque ad electionem Domini Galdini dies XX. E

124 *Per dies Interpontificii* XXIII *poſt mortem* Robaldi *ſupra notatos, venitur ad* XXII *Ianuarii, eumdem ipſum ſcilicet in quẽ reditur retrocedendo per menſes ac dies aßignatos ejus Sedi finiendæ* XXVI Martii *anni* MCLXVI. Obertus *autem ante triennium, dimißa Vrbe quam Fridericus Ænobarbus obſidebat, & obtentam deinde excidit, ad* Alexandrum *Papam confugerat, cum Archidiacono ſuo* S. Galdino, *quem moriens etiam accepit ſucceſſorem.* *Obertus ad 1166.*

S. GALDINUS ſedit annis X, eadem die conſecratus & mortuus. Obiit autem XIIII Kalen. Maji, ſupra pulpitum B. Theclæ prædicans populo verbum fidei & veritatis, & præcipue contra Catharos. Sepultus eſt in eadem eccleſia juxta pulpitum. Fuerunt autem ab obitu ipſius uſque ad electionem Domini Algiſii ſeptimanæ X & dies III. F

125 *In alio Canonicorum S. Ambroſii, catalogo, qui modo nuſpiam inveniri dicitur, hæc de eodem Sancto ſcripta reperimus:* anno 1166, B. Galdinus, ex Valvaſſoribus della Sara, tit. S. Sabinæ Preſb. Cardinalis & Legatus in Lombardia, ſedit annis 10, obiit die 15 poſt Paſcha, jacet in S. Thecla. *Numeri, per zyfras Arabicas expreſſi, indicant non magnam poſterioris hujus Codicis vetuſtatem: nihil tamen uſpiam ſubeſſe vitii, perſuadet* Dominica ſecunda poſt Paſcha, *qua Sanctum obiiſſe etiam teſtatur Vita, ad* XVIII *Aprilis ab Henſchenio noſtro illuſtrata. Anno enim* MCLXXVI *Paſcha celebratum eſt* IIII *Aprilis, proinde* XVIII *ejuſdem menſis fuit Dominica poſt feſtum ſecunda: ante Decennium vero, id eſt anno* MCLXVI *eadem dies non in Dominicam, ſed in Feriam* V *cecidit, quo tamen Ordinatum ſeu Conſecratum fuiſſe* Galdinum *nemo mirabitur, qui conſiderabit, id non eſſe factum Mediolani à comprovincialibus Epiſcopis publice, ſed privatim Romæ à ſummo Pontifice: quem oportet valde feſtinaſſe in hoc negotio, ſiquidem poſt* XX *dies à morte Oberti uſque ad Electionem Galdini, nullum omnino temporis intervallum inveniri poteſt, quod inter Electionem & Conſecrationem mediaret.* Poſt Galdinum ALGI- *S. Galdinus ad 1176.*

Algisius ſedit annis VIII & menſibus V, quinque diebus minus : vacavit autem Sedes per menſem unum & dies XI : ſepultus eſt autem in Eccleſia hiemali juxta pulpitum.

126 *Lectus igitur eſt ex ſuprapoſito Interpontificij ſpatio ( quod à* XXIII *Aprilis ſeptimanarum* X, *dierum quatuor fuit )* II *Iulii, Feria* III, *anno* MCLXXVI, *& obiit* XXIX *Martii anno* MCLXXXV. *Sed dolendum eſt, quod Auctoribus unde accepta hæc continuatio, excideri cura notandi diem, quo unuſquique Archiepiſcopus obiit: talis enim, collatus cum deſignando Interpontificii pragreſſi & Pontificatus geſti ſpatio, ſcribentium accurationem in notandis numeris certiſſimam nobis reddere potuiſſet.*

*De anno mortis plurium Eruditorum judicio conſentit Vghellus ; ſed duobus inſtrumentis, quæ antiquiſſima & ſinceriſſima ipſemet viderit, cogi ſe putat ad aſſerendum,* Algiſium *toto triennio citius Epiſcopum creatum fuiſſe, atque adeo Sanctum Galdinum obijſſe anno* MCLXXIII, *utrique enim ſubſcriptum legitur*, Algiſius Mediolanenſis Archiepiſcopus : *& tamen in titulo præfixo factum aſſeritur unum*, Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo tertio, ſecundo die; *alterum*, ſextodecimo die menſis Novembris Indictione ſeptima. *Sed his ex Puricello opponi poteſt, quod Auctorum Catalogique auctoritate ſubnixum prævalere debet, aliud inſtrumentum*, Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quarto, decimo die menſis Aprilis, Indictione ſeptima *factum*, coram Domino Galdino, Dei gratia ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo & Apoſtolicæ Sedis Legato.

Dominus Ubertus, qui & Papa Urbanus, ſedit annis duobus, & menſibus quatuor, & diebus X. Vacavit autem Sedes menſe uno & diebus ſedecim: ſepultus vero eſt in Eccleſia Ferrarienſi,

*Vbertus ad 1187.*

127 *Obiit* Urbanus Papa III ( *ut in Conatu Chronicohiſtorico docui) anno* MCLXXXVII *die* XX *Octobris; poſt annum* I, *menſes* X, *dies* XXV *ſui Romani Pontificatus. Vnde retrocedens deduceris ad* X Junii. *Atqui jam dictum eſt, poſt mortem* Algiſii *vacaſſe Sedem unum dumtaxat menſem & dies* XI, *id eſt uſque ad* XI Maji. *Hac ergo die ſi electus* Ubertus *eſt; oportebit ut jam Pontifex factus, uno ante obitum menſe Mediolanenſem Archiepiſcopatum dimiſerit. Quod etiam veriſimilius dici poſſe mox apparebit. Interim Lectorem rogatum velim, ex Conatu prædicto tollat, aut pro nihilo habeat dubium, quod movi agens de* Urbano III *num.* 5, *utrum non æque incertum ſit, hunc ex Mediolanenſi Pontificatu aſſumptum, atque ex Vercellenſi dicunt Vercellenſes : irrefragabilis enim videtur auctoritas Catalogi hac in parte. Iidem autem omnino dicendus hic videtur, qui* anno MCLXXVIII, X Kalendas Martii, Indictione XI, *contractui cuidam apud Puricellum in Monumentis pag.* 1019 *interfuit*, Ubertus Crivellus, ipſius Eccleſiæ Archidiaconus ; *ac poſtea pag.* 1024 tit. S. Laurentii in Damaſo Presbyter Cardinalis & Apoſtolicæ Sedis Legatus, *ſubſcripſit ſententiæ, ex mandato ſuo latæ* die Mercurii octava menſis Februarii, *utique anno* MCLXXXIV *Biſſextili, currente adhuc littera Dominicali A.*



Milo ſedit annis VII & menſibus octo, & diebus octo. Vacavit autem Sedes per XXVI dies.

*Milo ad 1195.*

128 *Extat apud Puricellum in Monumentis pag.* 1079 *inſtrumentum, cui anno* MCLXX *ſubſcribit* Milo, Taurinenſis Epiſcopus, & Mediolanenſis Archipresbyter : *ante* quem *ſi poſt* Urbani *Papæ mortem vacaſſet Sedes Mediolanenſis, numquam ab eo abdicata, menſes* IV *dies* XVI, *vacaſſet utique ad diem uſque* VIII Martii MCLXXXVIII. *Interim Puricellus in iiſdem Monumentis Pag.* 1086 *habet ſubſcriptum ab illo inſtrumentum* milleſimo centeſimo nonageſimo, die Sabbati, tertia die Martii, Indictione Octava, *hæc omnia quidem inter ſe aptiſſime cohærent : niſi tamen ante* III *diem Martii* Milonis *Epiſcoparum inchoes, numquam cum iiſdem conciliabis quod ſequitur in altero autographorum :* Datum per manus Domini Rolandi, Dei gratia Mediolanenſis Eccleſiæ Diaconi & Cancellarii, Pontificatus Domini Milonis anno tertio. *Apte autem etiam hoc cadet, ſi* Urbanus, *uno ante mortem ſuam menſe vacuam Sedem fecerit die* XX Septembris, *itáque cœperit* Milo VI *ſequentis* Februarii : *ſic enim finiturus erat primum tertii ſui anni menſem, quando Cancellarius ejus iſtud inſtrumentum complebat. Sed aliam ſibimet ipſe mox objicit difficultatem Puricellus, allato altero inſtrumento pag.* 1104, *quod ſimiliter à* Milone *ſubſcriptum, ab eodem Cancellario ſimili forma datum habetur*, anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo tertio, die Martis, ſexto menſis Aprilis, Pontificatus Domini Milonis anno quinto. *Optime iterum cum anno Domini, habente litteram Dominicalem* C, *convenit concurſus feria & menſis : ſed juxta præcedens inſtrumentum jam debebat in curſu eſſe* annus ſextus : *nec aliam excuſationem pag.* 1074 *invenit Puricellus, quam quod ſuſpicetur Cancellarium ( potius dixerim ſcribam ejus ) notando anno quinto jam antea aſſuetum, eodem non ita pridem abſoluto, oblitum fuiſſe mutare numerum. Hic ſane haud adeo levis error fuiſſet ; quia integri & dimidii menſis præterlapſum ſpatium non patiebatur, ut in hoc tam facile laberetur is, cui ejuſmodi inſtrumenta erant frequentius expedienda. Ad tempus mortis quod attinet, oportebit eam accidiſſe die* XIII Octobris anni MCXCV, *ita ut Succeſſor cœperit* XXX Novembris.

Ubertus de Terziago ſedit menſibus novem & diebus V: & vacavit Sedes dies XXVI.

*Vbertus ad 1196.*

129 *Temporis quo ſedit hic* Ubertus, *ſatis certum teſtimonium reddit Caravallenſis apud Mediolanum Monaſterij Codex, ſic notatus*, Anno milleſimo centeſimo nonageſimo, facta eſt conſecratio Altarium à Reverendiſſimo Domino Oberto de Terzaghis Archiepiſcopo Mediolani. *Erravit ergo Mabilio, cum legere ſe putavit*, Ubertus dictus Ciago. *Et* manus Tertiagi de Tertiago *tamquam Teſtis, ſubſcripta cuidam inſtrumento anno* MCLXXXIX, *apud Vghellum in Mediolanen. col.* 243, *certos nos reddit, familiam illam iſtic notam fuiſſe. Diem electionis* VII Septembris, *mortis autem fuiſſe* XII Aprilis MCXCVII, *neſcio unde accepit Vghellus ; ſic enim ſolum menſes* VII, *dies* VI *ſediſſet* Ubertus ; *ejuſque electionem præceſſiſſent menſes fere novem Sedis vacantis : neque*

A *melius id poteſt cum Catalogo noſtro conciliari, quam quod deinde ſcribit,* XI Junij *ſequentis ordinatum ſucceſſorem, quia ſic bimeſtre Interpontificium ſecutum eſſet* Uberti *mortem. Nihil igitur eos moror calculos, qui neque Veterum teſtimonio, neque deducto ex illis ratiocinio nituntur;* & Ubertum *credo obiiſſe anno* MCXCVI, *die* VI Auguſti.

*Philippus ad* 1207. PHILIPPUS ſedit annos X, & menſibus IV, & diebus VII. Vacavit autem Sedes diebus XXIV: ſepultus eſt in Eccleſia S. Mariæ Majoris Mediolani.

130 EX *jam poſitis calculis conſequens ſit creatum ipſo adhuc anno* MCXCVI, *die tertia Septembris; vixiſſe autem uſque ad* VIII *Ianuarij anni* MCCVII: *quem annum etiam Vghellus notat, aliud nihil certi definiens quoad menſem vel diem. Atque hic deſinit antiquus ille Catalogus, poſt Tedaldum, à ſingulis ſucceſſive Scriptoribus ſigillatim auctus (quod ipſi litterarum varij ductus probant) atque adeo indubitabilis auctoritatis, ut mirer aliquem ab ea potuiſſe recedere. Igitur ex notati Interpontificij ſpatio fidenter dicemus, Philippi Succeſſorem* Ubertum III *electum fuiſſe die* II Februarij.

*ejus Succeſſores.* B 131 *Alius Catalogus, quem reperimus quinque Epiſcopis auctiorem, videlicet* Uberto de Pyrovano, Gyrardo de Seſio, Henrico de Setara, Guilelmo de Rozelo, & Leone, *qui obijt* MCCVII *cum Zyfris notatos habeat numeros, atque adeo recentioris omnino ſit ſcripturæ, non eſt etiam dignus viſus qui tranſcriberetur. Qui autem ſupra laudatum Codicem antiquum poſſedit, & prænominatorum novem Archiepiſcoporum hac quinta parte relatorum Chronologiam adjecit, prætermiſſis incertum qua de cauſa decem Succeſſoribus* Philippi; *hoc tandem etiam ſui temporis monumentum eidem adjecit.*

*Ioannes Vicecomes ab an.* 1355. MCCCXXXVIIII. Dominus JOANNES DE VICECOMITIBUS factus fuit Archiepiſcopus Mediolanenſis, & vixit in Archiepiſcopatu annis XI: obijt MCCCLV, quinto Octobris, die Dominico: qui etiam fuit Dominus Generalis civitatum Mediolani, Bononiæ, Ianuæ, Parmæ, Placentiæ, Bobij, Laudæ, Briſſæ, Pergami, Cremonæ, Cumarum, Vercellarum, Novariæ, Aſti, Tretonæ, Alexandriæ: qui multa bona paraverat & parabat ſuæ Eccleſiæ, ſi proximi ejus ipſi Eccleſiæ dimiſiſſent, (quæ) ipſe non potuit attingere; ſcilicet libros in Officio & Theologia, calices, cruces, figuras Sanctorum, aureas mitras, baculos, & cetera alia.

C 132 *Apparet hæc omnia ab aliquo Eccleſiæ Mediolanenſis Clerico vel Canonico ſcripta eſſe, aliquammultis poſt mortem Archiepiſcopi annis, non ſine amaro ſenſu erga heredes, cum ſcilicet legatorum prædictorum evictio jam haberetur in deſperatis: ideoque haud agre ignoſcet benignus Lector, ſi memoriali aliquo ſphalmate compoſitus fuerit* quintus Octobris *cum die Dominico, licet annus* MCCCLV *habuerit litteram Dominicalem D, ac proinde mors* Joannis *acciderit vel quarto* Octobris, *vel Feria* II. *Niſi forte jam tum receptus Mediolani erat uſus horarum à Solis occaſu ordiendarum & poſt eum in Dominico mortuus* Joannes, *dicatur obijſſe die* V *menſis inchoante. Extant interim Ioannis Pauli Iovij edita Vita duodecim Vicecomitum Mediolanenſium, in quarum traductione Italica ſingulorum imagines ad vivum exprimuntur, deſignato quo ſingula vel picta vel ſculpta olim fuerint loco, ut tuto eis credi poſſit; ſed quod in Vita dicitur* menſe Auguſto lapſus in febrem, quæ lentis acceſſibus uſque in Septembrim continuata, placidum ei finem attulit ætatis ſuæ anno ſeptuageſimo tertio; *non ita debet accipi, quaſi mortuus etiam Septembri menſe fuerit, cum ex dictis certius definiatur menſis dieſque.*

D *Elogiũ iſtud auctoris poſterioris eſt.*

## APPENDIX

### De Joanne Vicecomite, deque poſterioris ævi & notæ Catalogis; ac prioris editione in Muſeo Italico Mabilionis.

*Proſecutio ſeriei uſque ad an.* 1520 133 HIS *jam prælo paratis, prælaudatus Ambroſianæ Præfectus Puſterla, miſit ex aliquo ejuſdem Bibliothecæ Codice, ſignato Q.* 170, *tranſcriptam proſecutionem Archiepiſcoporum Mediolanenſium, uſque ad* Hyppolytum Eſtenſem *inclusive, qui dicitur obiiſſe anno* MDXX: *jamque eam cœperam parare prælo, facturam huic Commentario Partem* VI: *ſed ut in ſeculo* XV & XVI *recte ſe habeant pleraque, ſcripta ex ſcientia certiori; priora tamen Chronologico ſubjecta examini apparuerant tam male conſarcinata, ut in corrigendis erroribus numerorum fere continuis, nec tamen alteri quam Auctori imputabilibus, conſumendus omnis labor fuiſſet, nullo eruditionis antiquariæ aut Chronologiæ certioris augmento; cum talis jam haberetur apud Vghellum, ſatis diligenter informatum ex reconditioribus Romanæ & Mediolanenſis Eccleſiarum monumentis; quibus difficile non ſit alia ſubinde adjungere facta juris publici, ſi fieri id poſſet alio fructu quam ut intelligatur, recentioribus Catalogorum Scriptoribus nihil credi poſſe, niſi quatenus probantur nihil ex calculo proprio, ſed omnia ex fide veterum documentorum definiviſſe.*

E

*graviſſimis erroribus ſcatere deprehenſa,* 134 *Exemplis rem confirmari optas? Non dicam, primum* Philippi *Succeſſorem* Ubertum *dici anno* 1204 *è vivis exceſſiſſe (à quo tamen Vghellus ait* Otthonem IV *Mediolani coronatum, Corona ſcilicet ferrea, aliàs Modoëtia accipi ſolita: qui Otho ejus rei cauſa primum in Italiam venit anno* MCCIX) *non enim certa auctoritate probatur ea coronatio facta ab* Uberto: *ſed oſtendam* Gerardum, *Uberto ſuffectum. Hunc etiam mirabor, anno* 1205 *electum, eodemque anno* 15 *Decembris mortuum dici; cujus inſtrumenta pro anno* MCCX & XI *extant apud Carolum Epiſcopum Novarienſem; ubi idem* Gerardus *ſignatur, primum* Electus Novarienſis & Proviſor Lombardiæ à Sede Apoſtolica conſtitutus; *deinde* electus Albanenſis Apoſtolicæ Sedis Legatus; *ac denique, à* XXX *die ante obitum, id eſt à* XIII *Novembris (qua eo anno Dominica fuerat Epiſcopoque ordinando idonea)* Mediolanenſis Archiepiſcopus. *Quid autem ab eo proximus* Henricus? *Hic in prædicta ſerie dicitur* electus anno 1208: *& nos invenimus eumdem, diſſidentibus à biennio circa tres electos Canonicis, quartum propoſitum ab Innocentio* III *per* epiſtolam, *qua in Regiſtri ejus Libro* 16 *cenſetur* 141, *data* VII Idus Novembris anno XVI, *qui fuit Chriſti* MCCXIII. *Is autem tunc adhuc erat* Cimeliarcha Eccleſiæ, *quem ait Pontifex,*

F

A

*relinquitur alijs ex Vghello melius accipienda.*

*tifex*, virum providum & honeſtum in Paſtorem vobis duximus concedendum, per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus ei tamquam Paſtori veſtro reverentiam & obedientiam impendatis debitam & devotam. *Hic verò cum primum obierit anno* MCCXXXI, *quo etiam anno ſuffectum ipſi* Guilelmum *Gregorius* IX *confirmavit*; *quomodo potuit* Guilelmus electus *ſcribi anno* 1226. *In ſequentibus porro decem vel tredecim, uſque ad finem ſeculi* XIV *minus quidem enormiter exerrant numeri, ad unum alterumve annum plerique ex melius fundato Vghello corrigendi; ex quo reliqui etiam haberi poſſunt uſque ad* Alphonſum Littam, *in Cardinalitia purpura defunctum anno* MDCLXXIX: *cui ſuffectus* Fredericus Vicecomes, *& ſecundo poſt anno, die* I *Septembris Cardinalis creatus, utinam diu præſit Eccleſiæ iſti!*

*Prioris Catalogi editio nupera,*

135 *Finieram etiam hanc Appendiculam, & impreſſio uſque ad pag.* LXXIII *proceſſerat; cum Pariſijs affertur diligentiſſimi Mabilionis tomus novus, ſub titulo Muſei Italici, plures porro tomos impleturi. In iſtius primi tomi parte* 2. *pag.* 109 incipiunt nomina Epiſcoporum Mediolanenſis civitatis, *ex Codice, quantum apparet eodem quo nos, licet ille ſignatum ſcribat* B. n. 245, *ubi Henſchenius legerat* P. 246. *Ac primo indicatur ibi notatus* BARNABAS, *ſed* manu recentiſſima *additus, ideoque ab Henſchenio prætermiſſus. Tum poſt* Anatolonem *dicitur* GAGIUS *ſediſſe* annos XXII *(quod etiam habebat ecgraphum noſtrum, quare omiſſam à Typotheris unitatem ſupplevi calamo juſſi) dicitur autem idem (quod in ecgrapho noſtro omiſſum erat) depoſitus* ad Concilia Sanctorum. *Quæ animadvertens & ſummam accurationem Mabilionis perſpectam habens, operæ pretium duxi, reliqua nomina editionis noſtræ porro cum ipſius editione conferre, & variantes ſicubi occurrant, ipſius & Henſchenij lectiones annotare: inter quas quæ veriores ſint, diſcernendum relinquo Mediolanenſibus, ipſas originales membranas, cum voluerint, conſulturis.*

B

CASTRICIANUS .... depoſ. ad S. Joannem ad Conca.

PROTASIUS ſedit annos XXV ....

*quædam paulo aliter legi jubet,*

VENERIUS ſed. an. VIIII.....

MAROBUS.... ad Sanctum Petrum ad S. Naz.

CLICERIUS ſed. an. XVIII.....ad S. Nazarium.

GERONTIUS.....

BENIGNUS... dep. x. Kal. Dec.

SENATOR.... dep. IIII. Kal. Junij.

THEODORUS....dies XVIII. dep....ad Sanctum....

AUSTERIUS .... vixit ann. LXX.

THEODORUS.... in Monaſterio Auronæ.

NATALIS..., ad S. Georgium.

C

THOMAS .... ad S. Laurentium.

ODELBERTUS .... ſed. an. VIIII.

LANDULFUS .... diebus minus XXXVIII.

ACHO.... ob VII Idus.

WARIMBERTUS... ad Fonti.

D

*ſed vel nullius vel levis ad Chronologiam momenti.*

136 *In his nihil ferme eſt quod moleſtiam Chronologiæ faceſſat. Nam ſive* Protaſio *annos* XXII *ſive* XXV *concedas, parum intereſt: magis tamen placet prior numerus, ne* Dionyſius *Succeſſor, eodem anno quo ordinatus, etiam in exilium ejectus dici debeat. Si* Venerio *tribuendi ſint anni* VIIII, *uno ſolum ſederit ſenex* Simplicianus, *cui duos dedimus; &* X *pro* I, *non pro* II, *obrepſerit. Si* Glycerium *annos* XXVIII *ſediſſe malis, ex* annis XXX *male adſcriptis deceſſori ejus* Martiniano, *pro quibus* tredecim *juſſeram numerari, amplius etiam detrahas oportet, &* VIIII *ſcribas; ſic ut is ſolum ſederit uſque ad annum* CCCCXXXI *incluſive, ipſo anno mortuus, quo ejus epiſtola à Schiſmaticis Conſtantinopoli allegabatur. Plus aliquid moleſtiæ adferret numerus dierum, pluſquam* XXXIII, *quibus minus quam triennio ſediſſet* Landulfus, *ſcilicet* XXXVIII: *ſic enim oporteret eum anno* DCCCXCVII, *habente litteram Dominicalem* B, *fuiſſe ordinatum* XII *Decembris Feria* II. *Quare Henſchenii lectionem præferre malim.*

*Utilis exinde obſervatio pro Monachatu S. Gregorij*

137 *Sic exhibito Catalogo ſubjungit Mabilio Obſervationes aliquas; quarum quæ ultima eſt, eum potiſſime movere potuit debuitque, ut eumdem vulgaret. Dum enim* Laurentio Juniori *tribuit* annos XIX, *evertit vim argumenti ejus, quo S. Gregorij Monachatum Baronius, vel nullum vel breviſſimum fuiſſe niſus erat probare, auctoritate vulgatorum eatenus Catalogorum, qui ſolum* XII annos Laurentio *adſcribebant. Cum enim ipſe Gregorius libro tertio Epiſtola ſecunda ad Conſtantium Laurentij Succeſſorem, ei revocet in memoriam, quod ipſe Gregorius* Urbanam Præfecturam gerens *eam alijs ſubſcripſerit Cautioni ſeu fidei profeſſioni, quam deceſſor ejus Laurentius Sedi Apoſtolicæ miſit, initio ſui Epiſcopatus; conſequens erat, ut ille adhuc Prætor fuerit anno* DLXXX, *quo primum ſedere inceperat* Laurentius *iſto in calculo: conſtat autem aliunde, Roma emiſſum fuiſſe Gregorium ad Legationem Conſtantinopolitanam anno* DLXXXIII. *Si autem annis* XIX *ſederit* Laurentius, *habes annos omnino decem, inter tempus Prætura geſta & diſceſſum Conſtantinopolim. Minoris apud nos momenti eſt, quod (ut idem primo loco obſervat) Catalogus iſte affirmet ex communiori calculo, auctoritate Martyrologiorum ſubnixo, obiiſſe* S. Ambroſium IV *Aprilis. Iam enim oſtendimus, quam levis ponderis pars prima Catalogi hujus ſit, & eam ipſam hoc loco fuiſſe interpolatam. Argumenta autem omnia quæ pro vulgatiori opinione adduci conſueverunt, diſſolvit Henſchenius; & longe fortiora opponit, tum aliunde, tum ex Sancto Gregorio Turonenſi; cui perpetua Mediolanenſis Eccleſiæ Traditio adſtipulatur, de funere Sancti Martini per viventem adhuc* Ambroſium *celebrato. Iſtis ego hic addidi quod Ordinatio ejus, in ſententia Henſchenij, non ex communi, fuerit peracta in Dominica, & quidem immediate poſt diem ſuſcepti Baptiſmi.*

*non item prò die obitus S. Ambroſij.*

E

F

# MEMORABILIA QUÆDAM
## In duabus hiſce Exegeſibus præliminaribus ex occaſione perſtricta.


ARſatius *fingitur Mediolani ſucceſſiſſe S. Simpliciano.* 61
Arvatium *Tungr. Ep. diverſum à S. Servatio commentus Hadr. Valeſius.* 25
S. Bernardus Ab. *rogatus, Archiepiſcopatum Mediolanenſem acceptare recuſat.* 79
Cæreſi, *ſeu Pagus* Caros & Caroſcaw. 53
Caninefates *in Inſula Batavorum.* 45
Caroli Magni *donatio pro Eccleſia Mediolanenſi fictitia, uti & barbara ejus imago.* 69
Cognomina Familiarum *inuſitata antiquis Epiſcopis.* 69
*Tale in Epitaphio Atthonis Oldradi Romæ, antiquitatis incertæ eſt.* *Ibid.*
Chlodovæus Rex, *anno* 475, *Regni* 17. *baptizatus.* 42
Conradus Rex *contra Lotharium ſuſceptus à Mediolanenſibus, & coronatus* 78
S. Datij Chronicon *Mediolani nullum extitiſſe videtur.* 64.
Diſpargum., Diſtemium, Diſta, 47. *De eis Godefridi Wendelini epiſtola.* *Ibid.*
Epiſcopi Primi *Antiquarum Sedium, cur paſſim* Sancti *habiti.* 57
Epocha Epiſcopalis *Mediolani à die Ordinationis ad diem Electionis tranſlata* XI. *ſæculo.* 75
Pharamundus Rex *Francorum antiquis & vero Proſperi Chronico ignotus.* 40
Francorum Regum *primorum Chronologia.* 41
Friderici Imp. *Privilegium anno* 1232 *pro Eccleſia Trajectenſi.* 34
Gandulphus Conf. *Gallus, non Metenſis Epiſcopus, ſed Mediolanenſis ordinatus videtur pro Schiſmatico Anonymo.* 65
Genapij *ad Moſam diſtinguendi à Menapijs.* 46
Græcorum Legati *Moguntino Concilio adfuiſſe ficti.* 22
Henrici IV. *Privilegium anno* 1087 *pro Eccleſia Trajectenſi.* 33
Indulgentiæ *anno* 1100 *ab Epiſcopo Mediolanenſi conceſſæ.* 76
Leoni PP. IX. *ſuppoſitum diploma contra Eccleſiam Trajectenſem.* 35
Longævitas 5 *Primorum Epiſcoporum Mediolanenſium, comparata cum brevi vita* 20 *Romanorum Pontificum.* 58
Loſſenſis Comitatus *in Tungria & Taxandria.* 49
Lotharij Regis *ſententia an.* 1132 *pro Eccleſia Trajectenſi.* 39
Maximilianus Imp. *confirmat ſententiam Regis Lotharij pro eadem Eccleſia.* 39
SS. Magorum Trium *corpora, quando Conſtantinopolim & inde Mediolanum videantur fuiſſe tranſlata, exploſis fabulis.* 61
Manaſſes Arelaten. *varijs Italiæ Eccleſijs ipſique Mediolanenſi impoſitus à Berengario Rege.* 74
S. Martini Ep. Turon. *obitus, Epocha veteris apud Francos Hiſtoriæ.* 41
Maſavi, Moſavi, Moſarij *ad Moſam.* 45
Pallium *à Pontifice accipere recuſant Archiepiſcopi Mediolan. volentes prohibet populus.* 77. 80
Rodulphi Imp. *Privilegium an.* 1282 *pro Eccleſia Trajectenſi.* 35
Sabinus *nullus inter Mediolanenſes Epiſcopos.* 65
Saliorum Francorum *in Taxandria ſedes.* 49
Serpens Æneus *Mediolani cujus, ſit donum.* 61
S. Servatius Ep. *quo auctore cœptus credi triſeclis ſenex.* 21.
Trajectenſis *Civitatis origo & ſitus ad caput aggeris publici.* 38
Treveros *male traducti primi Tungrenſium Epiſcopi.* 20
Tungrenſis *civitatis antiquitas & nomen.* 19. 50
Valeſius Hadr. *quam injurioſe & contemptim tractet Hiſtoriam Gregorij Turon.* 25
Wendelini Godefr. *epiſtola, effigies, laus.* 48
Wiltemij Alex. *Iudicium de Careſis & Segnis.* 53


# INDEX

# INDEX SANCTORVM TOMI SEPTIMI

## A


29 ACcidia M. in Africa, *Ex Martyrologijs.* 18
1 Acius & Acheolus. *App.* eorum Eccleſia Ambianis. 529
16 Adam Ab. Firmanus *App.* de ſeculo quo floruit. 778
29 Ademarus, Clericus, Avenioneti cæſus ab hæreticis. *V.* Guilielmus Arnaldi. 180
30 Adrianus Presb. Hibernus. *V.* Frechorius. 262
3 Æmilia Biccheria, Ord. S. Dominici Vercellis in Pedemontio. *COMM. PR.* De cultu, Tranſlationibus, Vita ſcripta, & anno mortis. 557. *VITA* per Sor. Annam Mechtildem Fuazzam Italice edita an. 1652. *Cap.* 1. Futuræ ſanctitatis ante ac poſt nativitatem præſagia, propoſitum Religionis ineundæ oppugnatum à domeſticis, probatum à patre 558. *Cap.* 2. Ingreſſus in monaſterium ab ea conſtructum, Prioriſſæ officium optimo cum exemplo & fructu exercitum. 560. *Cap.* 3. Caritas erga ægras, zelus diſciplinæ, praxis colloquiorum ſpiritualium, & orationum efficacia. 562. *Cap.* 4. Favores Beatæ divinitus facti, pia mors, monaſterij corporiſque tranſlatio & hanc comitata Miracula. 563. *Cap.* 5. Gratiæ ſcriptæ à R. M. Sor. Ludovica 665. *Cap.* 6. Gratiæ ſcriptæ ab ipſamet Sor. Anna-Mechtilde 567. *Cap.* 7. Aliæ ſimiles impetratæ à varijs. 568. *Cap.* 8. Reliqua beneficia, ejus invocationi adſcripta. 569
1 Africanus Ep. Vabren. in Gallia *App.* vulgo *Sainte Frique*, terminatione feminina. 530
20 Albertus Ab. Bonon. *App.* de aliqua circa eum confuſione. 821
19 Alcuinus Ab. *App.* de Confeſſione fidei ab eo vulgata, & male à Calviniſtis negata. 809
3 Alexander Papa M. *App.* circa Chronologiam. 557
3 Alexander Vinciolus, Ep. Nucerinus. *App.* 571
9 Alexander M. Cæſareæ in Cappadocia. *Ex Martyrol. Hieron.* 17
29 Alexander M. in Agro Tridentino *V.* Siſinnius. 38.
31 Alexander Conf. apud Arvernos in Gallia, *Ex Greg. Turon.* 440
31 Agapia M. Gerundæ in Hiſpania, *Ex Martyrologijs.* 435
10 Agapitus M. Pergulæ. 664. & 861. *App.* de Actis.
31 Amelia M. Gerundæ in Hiſpania, *Ex Mſſ.* 435
13 Anaſtaſius M. à Bonifacio IV. tranſlatus, nuperque inventus. 763
30 Anaſtaſius, Ep. Papien. *Sylloge hiſt.* Ex Paulo Diacono, & J. B. de Gaſparis. 270
1 Andeolus Subdiac. *App.* Eccleſia Pariſijs. 525
29 Andreas Chius, M. CP. ſub Turcis. *COM. PR.* Acta quomodo Romæ ſcripta, & ipſe ibidem habitus Martyr. 184. *ACTA* Auct. Georgio Trapezuntio, ſtatim poſt rem geſtam, *Ex Laur. Surio.* 185
22 Andreas Ord. Minorum Mutinæ *Comm.* de varijs, tranſlationibus & cultu corporis. 841
28 Andreas Salus CP. *App.* ad Notas. 854
25 Antenodorus M. Romanus, in Oratorio Congregationis Marianæ Romæ. *V.* Cerealis. 855
2 Antoninus, Archiep. Florent. *App.* Vita ab Euphroſyno Lapini Italice ſcripta, genuina ex mortui vultu effigies. 553. *APPENDIX* Ex Vita prædicta. 554. Feſtum ad 10. Maij tranſlatum 681. Ubi de quibuſdam ſcriptorum ejus monumentis, Florentiæ apud Prædicatores.
2 Athanaſius Ep. Alexandr. *App.* de Symbolo *Quicumque*, 540. & 549. de Syntagmate Doctrinæ ad clericos & laicos, 546. de Actis cum S. Pachomio, &c. Vitæ ſcriptores Latini. 548
22 Atto Ep. Piſtorien, *App.* Ex Italica vita *Per Fortiguerrium.* 830. Item, de præſenti ſtatu corporis. 547
2 Avia V. M. in Gallia, diverſa à S. Aurea, neque ex Societate Urſulanarum. 542


## B


31 BAptiſta de Varanis Ord. S. Claræ Abb. Camerini in Italia *Comm. Pr.* de ejus familia, titulo ac cultu Beatæ, anno ac die mortis, Vitæ autographo, & ſupplemento, alijſque opuſculis. 476. *VITA*, *Ex Italico Impreſſo*, ab ipſamet ad ſuum Patrem Spiritualem ſcripta. *Prol.* indicans occaſionem & intentionem hujus ſcriptionis. 478. *Cap.* 1. Puerile votum de Chriſti Paſſione hebdomadatim recolenda, & hinc paulatim auctior devotio & exercitia pietatis. 479. *Cap.* 2. Vocationi ad Religionem diu reſiſtens Baptiſta, tandem generoſe ſe tradit. 481. *Cap.* 3. Spirituales favores conceſſi Virgini, jam integre converſæ. 483. *Cap.* 4. Tirocinio Urbini peracto, profeſſa Camerinum remigrat: utrobique divina quædam patitur, hic etiam S. Claram intuetur. 486. *Cap.* 5. Alij favores eoſque ſecuta probatio & tribulatio. 489. *Cap.* 6. Tres Epiſtolæ poſt vitæ Hiſtoriam ſucceſſive additæ. 492. *Cap.* 7. Epiſtola, Beatæ à Chriſto dictata, premuniens illam ad futuras tentationes, & alia quædam eodem ſpectantia. 494. *REVELATIONES* de mentalibus doloribus Chriſti. *Ex edit. Ital. Dom. Paſſini* § 1. Dolor ex damnatorum & electorum pœnis. 496. § 2. Ex pœnis Matris, Magdalenæ, & Diſcipulorum. 498. § 3. Ex ingratitudine Judæ, Judaici populi, & creaturarum omnium. Dolor item particularis in horto. 500. *SUPPLEM. Ex Ital. Matthæi Paſcuccij Cap.* 1. Anacephaleoſis chronologica vitæ, in ſeculo & Religione, uſque ad finem 15 ſeculi. 501. *Cap.* 2. Humilitas Beatæ, ſinceruſque erga Deum amor, fervor ſpiritus & recta intentio, proprijs ejus verbis expreſſa. 503. *Cap.* 3. Caritas erga proximos, etiam maledicos vel aliter injurios, in monitis Diſcipulo datis explicata. 505. *Cap.* 4. Virtus adverſis & proſperis Varanæ domus caſibus exercita: Vicatiæ officium, Firmana fundatio, dignitas Abbatiſſæ. 508. *Cap.* 5. Familiaritas cum Joanne Fanenſi: ſub hoc enata Congregatio Capucinorum, beatus obitus, ac veneratio corporis & linguæ incorruptæ 510. *Cap.* 6. Gratiæ obtentæ ad invocationem defunctæ. 512
17 Barbara V. M. Calari, inventio Corporis. 799
14 Barbarus M. *App.* de ejus ac S. Pauli CP. tranſlationibus, *Ex MS. Monaſt. Laurentiani Venetijs.* 770.
30 Baſilius Pater SS. Baſilij & Gregorij. *COMM. HIST.* Cap. 1.

*Cap.* 1. Laus ipſius & uxoris Emmeliæ, à majorum virtute, proprijs dotibus, & liberorum ſancta educatione. 242. *Cap.* 2. Laus uxoris viduæ. 243. *Cap.* 3. Locus mortis ac ſepulturæ utriuſque: item annus. 245
29 Baſſus M. Antiochiæ. *Ex Martyrol. Hier.* 18
20 Baudelius M. *App.* de Capite Pariſijs ad S. Genovefæ. 819
9 Benincaſa Ord. Serv. B. M. Monte-clœlij in Hetruria *Comm.* de vita & cultu, *Ex varijs.* 662.
20 Bernardinus Senenſis. *App.* De genuina ejus effigie nonnulliſque opuſculis. 822. *Miraculum* undennis pueri reſuſcitati, poſtquam eum Sanctus per omnia alterius vitæ loca circumduxerat. *Ex MS. Italico.* 823
29 Bernardus de Rupeforti, Ord. Prædic. Inquiſ. ab hæreticis cæſus Avenioneti. 180. *V.* Guilielmus Arnaldi.
29 Bernardus, Clericus, ab hæreticis Avenioneti occiſus. *V.* Guilielmus Arnaldi. 180
10 Berteragmus ſive Bertramus Presb. Ord. Erem. S. Auguſtini, Firmi in Piceno. *Comm.* ex ſcriptoribus Auguſtinianis, præſertim Herrera. *Hymni ex eodem.* 516
1 Bertha Abb. Avennaci in Gallia. *App.* 539. 540
1 Blandinus Conf. in Gallia. *App.* Corpus in Prioratu Cellenſi. 530
20 Bobo Conf. in Inſubria. *App.* De locis pluribus ei dicatis. 827. *Annotata* ad Miracula. 828. *Anamneſis*, de corpore ſemel iterumque Papiam tranſlato, ejuſque noviſſima ibidem tranſlatione & miraculis. 828
29 Bona Virgo, Piſis in Hetruria. *COMM. PR.* de anno ac die mortis & cultus, corpore nunc apud Clariſſas ſervato, Actis fideliſſime ſcriptis. 144. *ACTA* per ſupparis ævi ſcriptorem ex ore teſtium oculatorum accepta. *Ex MS. Eccleſia Piſana.* Prologus & vetus diviſio. *Cap.* 1. Caſta educatio, familiaris cum Chriſto converſatio, iter Hieroſolymitanum. 147. *Cap.* 2. Variæ peregrinationes, & miracula in ijs facta. 150. *Cap.* 3. Varia miracula Piſis patrata. 152. *Cap.* 4. Spiritu prophetico futura præſcita, & arcana cordis cognita. 154. *Cap.* 5. Acta ultimo vitæ biennio, morbus, obitus ſepultura. 157. *Cap.* 6. Miracula poſt mortem patrata 159. *App.* de tranſlationibus & cultu hodierno ſacri Corporis, 163. De Icone Salvatoris Beatæ à Chriſto data. 858
17 Bruno Ep. Herbipol. *App.* Commendatio Pſalterij ab eo elucidati. 802
29 Buriena Virg. in Cornubia, Angliæ Prov. *Ex varijs.* 37

# C

30 CAidocus, Presb. Hibern. Centulæ. *Comm.* de ejus ætate, ſepultura, cultu, tranſlatione. 262
30 Cantianus M. Aquileiæ, *Ex Martyrol. Hier.* 239
31 Cantius, Cantianus, Cantianilla MM. Aquileiæ in Forojulio. *Comm. Pr.* de cultu & Actis, an hæc ſcripta à S. Ambroſio? 427. *ACTA Ex varijs MSS. & Mombritio.* 428. *ANALECTA* §. 1. Sacræ Reliquiæ Aquileiæ & Mediolani in Italia, Stampis in Gallia, Hildeſij in Germania. 430. §. 2. Miracula Stampis patrata, poſt tranſlationem anni 1249. 432. §. 3. De nova tranſlatione ibidem facta anno 1620. 434
29 Carellus M. Cæſareæ in Cappad. *Ex Martyrol. Hieron.* 17
31 Caſtula, M. Gerundæ in Hiſpania, *Ex Martyrologiis.* 435
10 Cataldus Ep. Tarent. *App.* de Reliquijs ejus Catanæ, in Monte-Regali, & Genuæ. 680
25 Cerealis M. Romanus, tranſlatus ad Oratorium Congregationis Marianæ, in Collegio Romano. §. 1. De ortu Sodalitij Mariani primarij, & tranſlatis eo quatuor Martyrum Reliquijs. 855. §. 2. Exercitia pia, quæ fiunt in Congregatione illa. 856. §. 3. De electione Officialium & modo alias Sodalitates aggregandi. 857
30 Charalampus cum Euſebio &c. M. Nicomediæ, *Ex Menæis.* 237
13 Chriſtantianus M. *App.* de cultu ejus apud Ferentinos. 764
30 Chriſtina cum Euſebio &c. M. Nicomediæ. *Ex Menæis.* 237
31 Cicilia M. Gerundæ in Hiſpania, *Ex Mrll.* 435
20 Columba V. Reatina. *App.* ad Annotata. 824
29 Conon & Filius MM. Iconij. *Comm. Pr.* de loco tempore, & Actis martyrij valdè antiquis, alijſque recentioribus; cum Officio Acerris uſurpato, propter Reliquias eo tranſlatas. 4. *ACTA* vetuſta, *Ex MSS. Græcis & Latinis.* 5. Recentiora *Ex MS. Neapolitano, & Ex Officio Acerrano* 6
30 Conſtantia Xira de Vita paupere, Eboræ in Luſitania. *Comm. Pr.* de ejus cultu & vitæ inſtituto. 415. *VITA* Ex Georg. Cardoſo 416
31 Creſcentianus, M. Turribus in Sardinia. *Comm. Pr.* cultus ex pluribus antiquiſſimis Mrlogijs. 422
4 Creſcentius Presb. Patavij. *COMM.* §. 1. de veneratione publica ei à tempore immemorabili impenſa, Vitæ compendio, & cultus die. 583. §. 2. Tranſlatio corporis à Parochiali S. Lucæ ad Monachas SS. Ceciliæ & Agathæ. 585. §. 3. De ſtatu præſenti Reliquiarum, & cultu earum ad examen revocato. 386
29 Criſpolus M. in Numidia. *Ex Martyrol. Hieron.* 16.
30 Criſpulus cum Gabino M. Turribus in Sardinia. 235.
3 Crucis inventio. *App.* Officium ſub Gregorio V compoſitum. 556
4 Cyriacus, Ep. Hieroſolym. M. *App.* de cultu & reliquijs, 574. Monachi Autiſſiodorenſis judicium de Crucis inventione ei fabuloſe adſcripta. 575.
29 Cyrillus cum ſocijs M. Cæſareæ in Cappadociâ. *Comm.* de cultu ejus & paſſione, deque nominibus Sociorum. *Ex Martyrol. Hieron.* 17

# D

31 DAtianus ſeu Datiana, M. Carthagine in Africa. *Ex Martyrol. Hieron.* 437
29 Dimetius M. *Ex Martyrol. Caſin.* 18
16 Domnolus Ep. Cænoman. *App.* de ejus capite & cultu in Bria. 777
31 Donatianus M. Cirthæ in Numidia. *Ex Martyrol. Hieron.* 436
31 Donatus M. Gerundæ in Hiſpania. *Ex Martyrologijs.* 435
17 Dorothea V. M. Calari, inventio corporis. 798
19 Dunſtanus Archiep. Cantuar. *App.* Vita an recte Oſberto tributa; illius cum altera ab Oſberno ſcripta collatio inſtituta. 809. *Tranſlatio* Glaſtoniam. *Ex MS. Hiſt. monaſterij.* 810. Alius liber Miraculorum. *Ex MSS. auct. Oſberto.* 813

# E

29 ELeutherius Arcani in Latio. *Ex Martyrol. Rom. & Ferrarie.* 65

30 Emmelia, Mater SS. Baſilij & Gregorij. *Vide* Baſilius. 242. Acta ejus marito viduatæ ac pius obitus. 243
1 Evermarus M. in Belgio *App.* 540
27 Eugenia V. M. Calari, inventio Corporis 798
30 Euplus, M. apud Græcos. *Ex Græco MS.* 238
22 Euſebius Ep. Mutinen. *App.* Cur nulla uſque ad annum 1000 Cognomina Epiſcoporum ſubſcripta reperiantur. 827
30 Euſebius M. cum ſocijs Nicomediæ *Comm.* de ejus cultu CP. & Martyrio, forte ad fabulam ornandam adhibito. *Ex Menæis.* 237
30 Euthymius, M. Aquileiæ, *Ex Martyrol. Hieron.* 239
15 Eutitius Presb. in Italia. *App.* de ejus & Dionyſij Epiſc. Reliquijs inventis Viterbij. 775
30 Eutychius, M. Aquileiæ *Ex Martyrol. Hieron.* 239
30 Exuperantius Ep. Ravennæ *Comm.* De cultu, ætate & Actis ejus, varijſque Synonymis ab eo diſtinguendis. 418

# F

12 FElix puer, Martyr Romæ, Palmam Siciliæ oppidum tranſlatus. 709
17 Felix M. Calari, inventio Corporis. 799
18 Felix Capucinus Romę *App.* de cultu. *Item* de Bernardino Occhino, qui ſemet fatetur acceſſiſſe Capucinis jam conſtitutis, adeoque male dicitur eorum fundator. 807
29 Felix Eremita Pinnatenſis *V.* Votus. 58
30 Felix I Papa M. *Comm.* de tempore Sedis, Actis, Martyrio, Reliquijs, 236
30 Ferdinandus, Rex Caſtellæ & Legionis Hiſpali in Bætica. COMM. PR. §. 1. De Priori hujus Commentarij Actorumque editione, antehac ſeorſim curata, nunc recognita, nec parum auctiori. 281. §. 2. De vetuſtate nominis Ferdinandæi, ejuſque deinde claritate & etymologia, ex veteri Gothica. 282. § 3. De antiquis Actorum hic dandorum ſcriptoribus: deque libro qui fertur ætate Sancti ſub rupe invantus. 284. § 4. Berengariæ matris primogenitura, præ Blanca S. Ludovici matre, in eaque fundatum jus potius Ferdinandi ad regnum Caſtellæ, auctoritate & ratiocinio Chronologico confirmatum. 287. § 5. Ordo & natales liberorum Alfonſi Caſtellani, ex Regiis publiciſque inſtrumentis probati, ſecundum quæ Blanca, inter ſorores tertia, filia per ætatem eſſe potuiſſet ſororis ſuæ majoris Berengariæ. 289. §. 6. Alfonſi Legionen. conatus irriti ad filium & ſua & avi ſucceſſione privandum: hujus Gloria poſtuma: & cur huic adjuncta Hiſtoria Crucis Caravacanæ 291. Schema genealogicum Regum Caſtellæ, Legionis, & Luſitaniæ, quatenus ad Sancti Regis hiſtoriam pertinet. 294. CHRONOLOGIA Ferdinandęa, per annos Dominicæ Incarnationis expanſa 295. *Ode Emmanuelis vanOuters*, ad Sanctum, cum Vitæ ejus Acta & Gloria poſtuma, invitante & excitante Hiſpali, ſingulari volumine vulgabantur. 258. VITÆ BREVIORIS *Pars* 1. Ex Chronico Lucæ Tudenſis coævi. 258. *Pars* 2. Ex Libro Hiſpano dicto Flos-Sanctorum, anni MDXXXII. 302. ACTA PROLIXIORA. Ex lib. 8. Roderici Toletani coævi, & Chronica Hiſp. anno MDLV excuſa. *Epiſtola dedicatoria* ab Editore Hiſpano inſcripta *Don Fernando Enriquez*. 304. Vetus Chronicæ diviſio. 305. Tabula Geographica Imperij Ferdinandæi. 307. *Cap.* 1. Alfonſi XI Regis Caſtellæ res geſtæ & obitus, Sanctique ejus nepotis nativitas. 307. *Parergon* 1. Miraculoſa pueri Ferdinandi curatio, apud Deiparam Onienſem, ab Alfonſo X, Sancti filio, rhythmo Callaico decantata. 309. *Cap.* 2. Henrici pueri breve regnum in Caſtella, ſub ſorore Berengaria primum, tum ſub Comite Alvaro. 311. *Cap.* 3. Regnum, Henrico mortuo, à Berengaria proxima herede Ferdinando filio traditur, fruſtra obnitentibus Comite Alvaro, & Alfonſo Legionenſi Sancti patre. 303. *Cap.* 4. Victoria de Alvaro rebelli relata, ejuſque ac fratris infelix exitus. 315. *Cap.* 5. Sancti matrimonium cum Beatrice Suevica, ex eaque liberi: repreſſi ſeditioſi, Cathedralis Toletana fundata. 316. *Parergon* 2. De Miraculoſa ſanatione Reginæ Beatricis per Deiparam, ab Alfonſo filio rhythmice deſcripta. 319. *Cap.* 6, Maurorum diſſidentium motus: Ferdinandi in regnum Legion. ſucceſſio per matrem curata. 320. *Cap.* 7. Ingens victoria de Mauris ad Xerèz, relata per Alfonſum ſancti Regis fratrem. 322. *Cap.* 8. Cordubenſe ſuburbium intercipitur à Chriſtianis, urbs deinde ipſa obſidetur à ſancto Rege. 325. *Cap.* 9. Ecigenſis Regis ſuccurſu aliorſum verſo, urbs Sancto deditur. 319. *Cap.* 10. Ferdinandi jam vidui cum Joanna Pontivenſi matrimonium, cura finibus tuendis & muniendis impenſa. 330. *Cap.* 11. Rebus domi compoſitis, Sanctus in fidem ſuam ſuſcipit Regem Murciæ, & Argonam occupat. 332. *Parergon* 3. Sancti erga Apoſtolicam Sedem obſervantia, præſertim in diſſidio Gregorij XI & Friderici II, atq; inde viciſſim repenſi favores. 334. *Cap.* 12. Expugnatâ Mulâ, Giennium obſidetur & deditur. 337. *Parergon* 4. De ſitu & munitionibus urbis Hiſpalenſis tempore obſidionis mox narrandæ. 338. *Cap.* 13. Progreſſus Hiſpalim Rex oppida quædam per iter capit, ejus claſſis Mauricam vincit. 340. *Cap.* 14. Terreſtres aliquot victoriolæ de Mauris. 342. *Cap.* 15. Pugnæ & velitationes terra fluvioque, eventu vario 344. *Cap.* 16. Varia ad Trianenſem pontem arcemque fortuna partium. 348. *Cap.* 17. Deditio Hiſpalenſis urbis, ejuſq; deſcriptio. 350. *Parergon* 5. § 1. Devotio ſancti Regis erga Deiparam, durante obſidione comprobata miraculo inſigni. 353. § 2. De imaginibus Marianis Hiſpalim à Sancto inductis. 354. § 3. De ejuſdem labaro ac gladio, nec non de clavibus urbem ingredienti traditis, alijſque ejuſmodi monumentis. 356. §. 4. Regimen eccleſiaſticum & politicum Hiſpali conſtitutum. 358. *Cap.* 18. Ferdinandi extrema geſta ac pientiſſimus obitus. 361. *Corollarium.* De ſimili etiam morte Ferdinandi Magni, deque ejus & ſancti Regis Anniverſarijs. 364. GLORIA POSTUMA ex varijs collecta. *Cap.* 1. Miracula poſt mortem, ex veteri Hiſpanico editionis Hiſpalenſis. 366. *Cap.* 2. Tranſlatio corporis incorrupti in novam capſam. 369. *Cap.* 3. Miracula recentiora, ex Summario Proceſſuum Romæ excuſo. 372. *Cap.* 4. Proceſſus indicti pro Canonizatione, imagines cum diademate ſculpi permiſſæ. 377. *Cap.* 5. Progreſſus negotij Romæ, & probatio caſus excepti, quoad cultum ab immemorabili. 379. *Cap.* 6. Corporis incorrupti inſpectio anno 1668, & Medicorum de eo judicium. 681. *Cap.* 7. Canonizatio inchoata à Clemente X, Hiſpali nuntiata, & ad novum feſtum factus apparatus. 385. *Cap.* 8. Feſtum ſolenniſſime celebratum, admiranda quædam ipſum comitata aut ſecuta, Officium proprium impetratum. 390. APPENDIX de Cruce Caravacana. *Præfatio Collectoris* de cauſa faciendæ Appendicis. 392. *Cap.* 1. Apparitio S. Crucis deſcripta anno 1375, eique conſona relatio Doctoris Cncalæ;

Oncalæ; ex quibus verosimiliter eruitur, rem anno 1227 factam esse. 393. *Cap.* 2. Antiquiora miracula, & informatio anno 1598 de ijs sumpta. 396. *Cap.* 3. Vetusta alia & probe testata miracula, ex hist. Caravac. Robleíij. 399. *Cap.* 4. Miracula sub præcedentis seculi finem & per decursum præsentis patrata, etiam mediantibus Cruculis veræ Cruci admotis, ex eodem Roblesio. 402. Cap. 5. *Cap.* 5. Higueræ figmenta, quibus Sanctæ Crucis apparitio differtur in an. 1232. Et Historiæ veritas obscuratur. 405. *Cap.* 6. Quam nihilo meliori fide alius, repertos Caravacæ characteres fictitios, ut Arabicos explicans, notaverit annum Arabum 594, qui esset 1198 Christi, 408. EPISTOLÆ datæ à Decano & Capitulo, occasione primæ editionis horum Actorum, ad Regem Catholicum, ad Imperatorem Romanum & Sereniſſimum Poloniæ Regem 411. *App.* ad Annotata. 859

29 Finodus, M. Cæsareæ in Cappad. *ex Martyrolog. Hieron.* 17

31 Firmus, M. Gerundæ in Hispania, *ex Mrll.* 435

4 Florianus M. *App.* de Translatione alicujus & cultu in Polonia, deque inventione aliorum ejusdem nominis Vicentiæ & Æsij. 575. De alio, una cum corpore S. Victorini, Monasterium Westphaliæ translato. 576

1 Florinæ V. M. *App.* Ecclesia & Monasterium. 529

29 Fortanerius, Clericus, Avenioneti in Gallia occisus ab Hæreticis. *V.* Guilelmus Arnaldi. 180

31 Fortunata, M. Gerundæ in Hispania, *ex Mroll.* 435

17 Framechildis, mater S. Austrebertæ Monstrolii in Gallia. *Comm.* de ejus virique Badefridi sanctitate & cultu. 780

1 Franciscus Senensis Servita. *App.* Acta ejus transferenda à die XVI Maji ad 1: quia obijt 1326, in Vigilia Ascensionis: ejus memoria Veronæ 790, & corporis incorrupti imago. 791

17 Franciscus Dyrrachinus Ord. Min. Uriæ in Calabria. *App.* De ejus antiquo cultu. *Cap.* 3. De cultu præsenti 3 Fer. Paschæ recentioribusque Miraculis. 803

30 Frechorius, Presb. Hibernus Centulæ in Picardia. *Comm.* de ejus ætate, sepultura, cultu, translatione. 262

11 Fremundus Rex in Anglia. *App.* Translatio in Dunstaple. *Ex Capgravio.* 683

22 Fulcus Peregrinus in Latio. *App.* De præsenti statu sacri Corporis. 829

# G

30 GAbinus M. Turribus in Sardinia. *Comm.* De ejus cultu Romæ, varijsque Synonymis ab eo distinguendis. 235

31 Galla, apud Arvernos in Gallia. *Ex Greg. Turon.* 440

29 Garsias de Aurea Ord. Præd. Inquis. ab hæreticis occisus Avenioneti. 180. *V.* Guilielmus Arnaldi.

31 Gaulienus, M. Gerundæ in Hispania, *Ex Mrll.* 435

13 Gemma V. in Italia. *App.* De Vita auct. Mutio Phebonio, à die XII huc transferenda. 768

29 Gentius, M. in Hispania, *Ex Martyrologio Hieronymi.* 16

29 Geraldus Ep. Matiscon. in Gallia. *COMM.* de ejus sepultura, Actis, ætate. 88

2 Germanus Episc. M. *App.* 549. Corporis Feram delati, & 4 ossium Ambianum translatorum Historia. 550

31 Germanus, M. Gerundæ in Hispania, *Ex Mrll.* 435

31 Germanus II. M. Gerundæ in Hispania. *Ex Martyrologio.* 435

13 Gerardus de Villa-magna in Hetruria. *App.* de anno obitus & imagine in habitu Ord. Melitensis. 767

29 Gerardesca Pisana Ord. Camaldul. Tertiaria Pisis. *COMM. PR.* Exoleta fere ejus memoria unde & quomodo hic restaurata. 164. *VITA Ex vet. Ms. Monasterij S. Silvestri Pisis, sub finem mutilo*, verosimiliter collecta à Confessario. *Cap.* 1. Pium ejus conjugium, susceptio Monastici Habitus, divinarum revelationum primordia. 165. *Cap.* 2. Favores à Beata divinitus impetrati pro alijs, sanis & ægris, intermixtæque ijs visiones. 167. *Cap.* 3. Inter cælestes visiones aliorum peccata cognoscens Beata, iisdem sapienter medetur 170. *Cap.* 4. Enarrat quæ in cælesti Jerusalem ostensa sibi fuerant. 171. *Cap.* 5. Visitatur à Sanctis: pro caro sibi Religioso & animabus purgantibus efficaciter deprecatur. 174. *Cap.* 6. Alii favores à Christo & Sanctis ipsi impensi, aut aliis propter ipsam. 176. *App.* de familia Gerardesca. 859

0 Gertrudis Virgo M. Valduleti in Lotharingia. *Com.* Cultus postridie Ascensionis, Vita non satis certa. 514

5 Geruntius, Ep. Mediolan. *App.* De Corporis translatione. 600

8 Gibrianus Presb. Remis. *App.* De Miraculis & cultu 616. *MIRACVLA* post translationem in novam arcam anno 1145 patrata, & à Baldewino Mon. tunc vivente & vidente scripta. *Ex Ms. Remigienſi.* Prologus noster. LIB. I. Miracula à 16 Aprilis ad 11 Maji patrata. *Prologus Auctoris.* 619. *Cap.* 1. S. Gibriani Patria, virtus, sepultura, translatio duplex. 622. *Cap.* 2. Curationes, à die translationis usque ad ejus Octavam factæ. 622. *Cap.* 3. Miracula ad octavam & duodecimam à translatione diem pertinentia. 624. *Cap.* 4. Curationes miraculosæ, coram 12000 hominibus die 29 Aprilis. *Cap.* 5. Curati à fine Aprilis usque ad 9 Maji. 629. *Epilogus.* 631. LIB. II. à die 11 Maji. usque ad 3 Iunii perductus. *Prologus* 632. *Cap.* 1. Miraculosus Sancti Brachii motus coram plurima turba, & curationes tres eumdem mox secutæ. 633. *Cap.* 2. Varii curati usque ad 17 Maji; innocens à carcere & morte liberatus. 635. *Cap.* 3. quædam à 19 Maji usque ad Vigiliam Pentecostes acta 638. LIB. III Miracula mensibus Iunio, Iulio, & Augusto facta. *Cap.* 1. Curati à Vigilia usque ad Octavam Pentecostes. 141. *Cap.* 2. Captivus liberatus, ægri curati usque ad 22 Iunii. 643. *Cap.* 3. In fine Iunii & initio Iulii facta. 645. *Cap.* 4. Reliqua mensium Iulii atque Augusti. 648. *APPEND. Ex Guilielmi Marleti Hist. Rem.* De translatione anni 1325, & Confraternitatis erectione ac Privilegiis. 651

29 Giffinus, M. Cæsareæ in Cappad. *Ex Martyrologio Hieron.* 17

0 Godefridi Henschenij P. M. Auctoris *VITA*, ante Tom. 7. Maii. §. 1. Prima ejus ætas & studia, in seculo & religione *Pag.* 1. §. 2. Bollando socius additus, cum eodem vulgat Acta Ianuarii & Februarii III. §. 3. Iter Romanum, editus Martius, morbi graves, vitæ religiosæ annus quinquagesimus. V. §. 4. Editio Aprilis tentata Amstelodami, perfecta Antverpiæ sub alio Typographo. VII. §. 5. dimidii Maji deproperata editio, patrocinante Ferdinando Furstenbergio Ep. Paderborn. ac Monasterien. IX. §. 6. Gravi unius anni paralysi impedita, sed non prorsus depositæ studia; extremus morbus, pius obitus. X. §. 7. Animi & corporis dotes in Henschenio singulares. XII. §. 8. Grata ejus & utilis cum summis infimisque conversatio. XV.

4 Godehardus Ep. Hildeshem. in Germania *App.* de cultu Genuæ & Cracoviæ. 581. Item Mediolani. *VITA* Collata cum MSS. 2. *Variæ lectiones* 581. 861
9 Gregorius Nazianz. §. 2. *App.* Chronologia Baroniana vitæ cur videatur teneri non posse. 653. §. 3. Expensâ & reprobatâ sententiâ Suidæ, de ætate Sancti nonagenaria; alia media tenenda proponitur. 657. §. 4. Baptismus Sancti & exercitatio apud S. Basiliuum in Ponto. 659. An ejus aut Patris corpus Venetijs? 661
25 Gregorius PP. VII. *App.* De ovo, Henricianæ rebellionis prognostico. 850
23 Guibertus, Gemblacen. fundator in Belgio. *App.* Ad Annotata in Vitam. 842. *Appendix* De Vita Erluini primi Ab. Gemblacensis, *Ex Chronica Monasterii.* 844
20 Guido Comes Donoratici in Hetruria. *App.* De vita & tempore ejus. 820
10 Guilielmus Presb. Pontisaræ in Gallia. *App.* De die obitus. 680
18 Guilielmus de Tolosa Ord. Erem. S. Aug. *App.* Unde dictus de Natholosa? 806
29 Guilielmus Arnaldi Ord. Prædic. Inquisitor, ab hæreticis cæsus Avenioneti in Gallia. 180. *Sylloge* ex Stephano de Salanaco, Chronico Tolosano, Petro Marsilio, alijsque coævis.

# H

4. HElena, V. Trecen. in Gallia. *App.* De Corpore sub ecclesiæ ruina servato integro. 582.
31 Helmtrudis, Recluſa in Paderborn. Westphaliæ Diœcesi. *Ex varijs.* 441
5 Herine, V. M. Lupijs in Calabria. *App.* De ecclesia à Theatinis ipsi erecta, & patratis miraculis. 589. §. 4. Controversia, propter alterius S. Irenes Reliquias ad Patres Societatis Jesu advectas, mota & sopita. S. Ireniæ Corpus ad Theatinos similiter Roma allatum, & in S. Irenes nova æde collocatum. 589
31 Hermias, M. Comanis in Cappadocia. *Comm. Pr.* De cultu veteri apud Græcos, recenti apud Latinos. *ACTA* G.L. ex *MS. Florent.* 423
5 Hilarius Ep. Arelat. in Gallia. *App. COMM. Pr.* §. 1. Ætas, veneratio, Translatio, Epitaphium & laus S. Hilarij. §. 2. Vita quando, à quo, & qua certitudine scripta? Certe non à S. Honorato Massilienſi. §. 3. Crimina ei à S. Leone Papa impacta, quæ & quatenus excusari possint. 596. *VITA* collata cum MS. Arelatensi. 598
31 Honorius, M. Gerundæ in Hispania, *Ex Martyrologiis.* 435
30 Hucbertus Mon. Britanniaci in Gallia. *Comm. Pr.* Ejus sub Titulo Episcopali obscurati nomen in fastis: cultus peculiaris, ætas per conjecturam elicita ex Vita serius scripta. 271. *VITA Ex Ms.* Auct. Pisone Mon. licentius interpolata. *Cap.* 1. Precibus impetratus à parentibus, in monasterium duodennis recipitur. 272. *Cap.* 2. Persuasi parentes tradunt Monasterio Britanniacum; quod ne impediat Veromanduorum Comes, ab Hucberto apparente prohibetur. 274. *Cap.* 3. Miracula post Sacerdotium susceptum, ultimo vitæ biennio patrata: pius obitus. 276. *Cap.* 4. Miracula post mortem facta. 278
22 Humilitas Abbat. Ord. Vallumbr. in Hetruria. *App.* Originaria Sermonum ejus Latine scriptorum verba, *Ex Italico antehac data*, 230. *Appendix* ex IX Sermone Sanctæ eodemque I de S. Joanne Evangelista. 833. *Sermo II* in Vigilia Natalis D. N. Jesu Christi *Ex MS.* 837
1 Hypolistus Presb. Atripaldæ in Italia. *App.* De Translatione & miraculis, *Ex Hist. Ital.* 526. Gratiæ receptæ per liquorem à sanctis emanantem, *Ex Instrumentis publicis.* 528

# I

1 IAcobus Adelphotheus. *App.* De Fratribus & Patre: deque Reliquijs Volaterris & in Gallia, Compendij, Lingonibus, Centulæ. 525
4 Iacobus M. Diac. Bergom. *App.* De translatione, *Ex Benalio.* 578
10 Iacobus Eremita Ord. S. Crucis Fontis-Avellanæ in Umbria. *Comm.* De ætate & cultu. 680
31 Iacobus Venetus, Ord. Predicat. Forolivii in Italia. *Comm. Pr.* de cultu ab Apostolica Sede sæpius probato & aucto, Vitaque à coævo scripta, & ejus varia traductione atque epitome. 458. *VITA ex MS. Vallicell. collato cum Ms. Taegij.* Prologus & antiqua divisio. 460. *Cap.* 1. B. Iacobi pueritia, ingressus in Ordinem, virtutes, & pœnitentiæ. 461. *Cap.* 2. Amor pauperum & colloquiorum spiritualium, ecstases, donum lacrymarum, cultus Sanctorum. 463. *Cap.* 3. Sanctorum sepulcra ultro referata oraturo, columba humero insidere visa; periculum ex partu, tumor, cancer, podagra dispulsa. 465. *Cap.* 4. Variæ infirmitates curatæ; equus vitæ, & puer ab eo læsus sanitati restitutus; arcana cognita, insignis castimonia. 467. *Cap.* 5. Morbus cancri patienter à Beato toleratus & miraculis honestatus: mors præscita & pie obita. 469. *Cap.* 6. Confluxus urbis ad funus: varia miracula tunc patrata. 470. *Cap.* 7. Defuncti ad vitam revocati, plurimæ infirmitates curatæ. 472. *Compend. Vitæ* seu *Lectiones.*
1 Ieremias Proph. *App.* de ejus ecclesia. 522
11 Illuminatus Septempedæ in Italia. *App.* Indulgentiæ in ejus Festo. 695
29 Ioachim Abbas, Ord. Florensis Institutor in Calabria. *Comm. Pr.* §. 1. Cultus sacer, ejus sepulcro & Reliquiis delatus. 89. §. 2. De scriptoribus Vitæ & Miraculorum, nec non de die & anno mortis atque nativitatis. 91. §. 3. Virtutum synopsis, per Lucam Archiep. Conzentinum, Beati olim scribam, edita. 93. *VITA* auct. Iacobo Græco Syllanæo Monacho Floren. *Dedicatoria* ad Franc. Monachum Episc. Marturanen. 94. *Cap.* 1. Ioachimi adolescentia, peregrinatio in Terram sanctam. *Cap.* 2. Labores peregre tolerati, reditus in patriam. 97. *Cap.* 3. Monachus Curatii factus; ibidem eligitur Abbas, & Privilegio Regio muniri curat Monasterium. 99. *Cap.* 4. Spiritu intelligentiæ & Prophetiæ clarus, facultatem commentandi supra Scripturam à Romanis Pontificibus accipit. 101. *Cap.* 5. Secedens scribendis libris vacat: quos Apostolicæ Sedis judicio committens; vicissim ab ea contra detractores defenditur. 103. *Cap.* 6. Florensis Monasterii initia, & felix progressus etiam turbulentis temporibus. 105. *Cap.* 7. Joachimi apud viros principes auctoritas summa & virtutes eximiæ. 108. *Cap.* 8. Mors, translatio, examen miraculorum 110. *MIRACVLA, ex MS.* auct. Iacobo Græco. *Præfatio. Cap.* 1. Patrata à vivente, 114. *Cap.* 2. Alia, ejusdem viventis meritis imputata. 115. *Cap.* 2. Ante & post translationem Corporis facta. 117. *Cap.* 4. Aut ad sepulcrum, aut per ejus invocationem impetrata. 119. *Cap.* 5. Reliqua mirabilia, etiam per rasuram sepulcri facta. 121. *App.* ex Gregorio Lauro 124. *DISQVISITIO HIST.* de Florensi Ordine deque Doctrina & Prophetiis B. Ioachimi. §. 1. Ordinis institutio,

incrementa, deſolatio 125. §. 2. Rei temporalis in monaſterio Floris ſub Ab. Joachimo ſtatus. 126. §. 3. Quos libros, quando, & quo ſpiritu is ſcripſerit. 129. §. 4. Quam ſolide Catholiceque de myſterio Trinitatis in Pſalterio. 131. §. 5. Propheticus ejuſdem ſpiritus, veris rerum eventis comprobatus, in Henrico VI ejuſque poſteris. 134. §. 6. Deſtruuntur figmenta, quorum occaſione ſuſpectus quibuſdam fuit Beatus, ac Pſeudo-Propheta habitus. 137. §. 7. Quid de Joachimi circa Antichriſtum doctrina ſenſerit Adam Perſeniæ Abbas, quid Teleſphoro Eremitæ fuerit cælitus revelatum. 138. §. 8. Oracula Florenſi monaſterio relicta circa Religioſos Ordines noviter naſcituros. 140

12 Joanna Infanta Alfonſi V Luſitaniæ Regis Filia, Ord. S. Dominici Averii. *COMM. PR.* §. 1. Cultus ut Beatæ ab immemorabili, Vitæ antiquæ acta, Auctores recentiores. 719. §. 2. Errores recentiorum, circa conjugia Regia Infantæ propoſita, notati & correcti: Actorum chronotaxis. 720. §. 3. Averienſis monaſterii initia, & obitus Fundatricis. 721. *VITA* A Sor. Margarita Pineria, Sanctæ famula, Luſitanice ſcripta, *Ex Autographo Monaſterii.* *Cap.* 1. Infantæ nativitas & prima ætas, animus devotioni deditus & à ſeculo alienus 723. *Cap.* 2. Varia exercitia pœnitentiæ & devotionis, à quidenni aſſumpta, cum propoſito uni Deo ſerviendi. *Cap.* 3. Deliberatio Joannæ cum Eleonora Menezia de ineundo monaſterio: facultas ad id petita & impetrata à Patre. 727. *Cap.* 4. Ingreſſus Eleonoræ in monaſterium Averienſe. Cometes ſuper illud apparens, Infantæ eodem aſpirantis acta. 731. *Cap.* 5. Seceſſus ejus ab aula, ac demum ingreſſus in idem monaſterium. 732. *Cap.* 6. Ejuſdem ibi ſancta vita. Habitus Ordinis Dominicani aſſumptus. 735. *Cap.* 7. Conſtantia Sanctæ varie tentata, ejuſque morbi, & hinc ſumptum Conſilium manendi in monaſterio citra votorum ſolenium Profeſſionem. 737. *Cap.* 8. Geminum matrimonium Infantæ propoſitum, Principum procorum morte diſturbatum. 739. *Cap.* 9. Suſcepta nepotis pueri educatio, venenum Dei cauſam agenti præbitum, virtutes variæ. 742. *Cap.* 10 Revelationes de proxima Joannæ morte, morbi initia & progreſſus uſque ad hebdomadam ſanctã. 744. *Cap.* 11. Ultimum Paſcha ab ægra celebratum, & teſtamentum manu propria ſcriptum. 746. *Cap.* 12. Sacramenta deficienti adminiſtrata die v Maii facta uſque ad XI ejuſdem. 748. *Cap.* 13. Piiſſima diſpoſitio ad mortem nocte proxima exſpectatam: agonia, obitus. 751. *Cap.* 14. Funus ſepultura, exequiæ. 753. *Cap.* 15 Defunctæ beatitudo variis modis revelata. 755. *Miracula* ex Proceſſu facto an. 1626 auctoritate Ordinaria Epiſcopi Conimbricenſis. 758. Iterata allocutio. 862

6 Joannes Damaſc. *App.* de ejus apud Sabaitas memoria. 614

7 Joannes Beverlac. Epiſc. in Anglia. *App.* *VITA* collata cum MS. Cottoniano. 615

16 Joannis Nepomucenus Canon. Pragen. *App.* de Epitomis vitæ varijs. 791

25 Joannes Pſichaita. CP. *App.* de loco exercitationis. 849

29 Joannes Erem. Pinnatenſis in Hiſp. 58. *V.S.* Votus.

10 Job Proph. *App.* de ejus vita *ex MS. Vltraject.* 664. *DISSERT.* de publico cultu S. Jobi aliorumque veteris Teſtamenti coram S. C. Rituum, *occaſione Eccleſiæ Albani dedicandæ, quod an liceret dubitabatur an.* 1680. §. 1. Proponuntur rationes pro parte negativa, ſed pro affirmativa validiores. 665, §. 2. Aliæ plures pro affirmativa inſtantiæ. 168. §. 3. Æquale omnium ante Chriſtum mortuorum Sanctorum jus ad publicum cultum, non obſtante eorum olim ſtatu in Limbo. 670. §. 4. Solvuntur reliquæ objectiones. 674. §. 5. Ulterior ad quædam nova objecta reſponſio Frigdiani Caſtagnorii, obiter delibata in iis quæ proprie S. Jobum ſpectant. 678

29 Jocundus, M. Cæſareæ in Cappad. *Ex Martyrol. Hieron.* 17

30 Iſaacius Conf. Abbas Conſtantinopoli. *Comm. Pr.* De Sancti circa Valentem Prophetia, cultu, monaſterio, Actis. 246. *VITA ex MS. Græco Vatic.* Auct. Anonymo monaſterii Dalmatarum. *Cap.* 1. De hæreſi Arii ejuſque miſerando exitu. 247. *Cap.* 2. De Valentis impietate, & trina Iſaacii monitione. 249. *Cap.* 3. De Valentis interitu, & Theodoſij electione. Hic ſuſcepto Baptiſmo Iſaacium reverenter habet, ac pulſis Arianis Eccleſias reddit Orthodoxis. 252. *Cap.* 4. De monaſtica Iſaaci vita, diſcipulis, obitu, ſepultura. 256. *VITA II.* Ex MS. Græco Veneto, *Latina apud Lipomanum.*

30 Iſichius *Sive* Sicus, M. Antiochiæ, *Ex Martyrol. Hieron.* 139

31 Iſichus, M. Antiochiæ, *Ex Martyrol. Hier.* 437

15 Iſidorus M. in Chio. *App.* occiſus anno. 250, quomodo dicatur paſſus *Coſſ. Gallo & Vlpiano?* Tranſlatio ejuſdem Venetias. 774

15 Iſidorus Agricola *App.* Sub ejus nomine inſtitutæ Ruricolarum Sodalitates. *Ex impreſſo. Germ.* 775

31 Iſtialus, M. Gerundæ in Hiſpania. *Ex Mrll.* 435

20 Jvo Ep. Carnotenſis in Gallia *App.* de cultu à Canonicis Regg. aſſumpto, per indulgentiam Pii Papæ V. 820

31 Juſtus, M. Gerundæ in Hiſpania, *Ex Mrll.* 435

5 Jutta Vidua in Pruſſia. *Comm Pr.* De recentioribus Auctoribus vitæ, & veteri MS. Proceſſu qui deſideratur, ad dubia de ætate aliiſque adiunctis ſolvenda. 602. *VITA* Ex Polonico P. Friderici Schembek S.J. *Cap.* 1. Sanctæ in Thuringia natales, conjugium, viduitas, & impenſa ægris ac leproſis cura. 604. *Cap.* 2. Vita in Pruſſia acta, obitus, ſepultura, miracula. 606. *Cap.* 3. Argumenta antiqui cultus apud Pruthenos 609. *Cap.* 4. Cultus ejus & S. Dorotheæ anno 1637 inſtauratus. 610. Hymnus & Oratio. 613

# L

5 LAndus vel Lannus M. in Hetruria. *App.* Miracula 13 verſu conſignata. 601

31 Lautica, M. Gerundæ in Hiſpania, *Ex Martyrologiis.* 435

18 Lucegia V. in Gallia an Lucentia, quæ Pruvini colitur proſtridie Aſcenſionis? 806

20 Lucifer Ep. Calarit. in Sardinia. *App.* De qualitate Schiſmatis ejus; deque Epitaphijs Gentilium, aptatis ſepulturæ Chriſtianorum. 819

4 Lupinus, Conf. in Gallia. *App.* Cur à ſolis Canonicis geſtetur ejus feretrum? 583

31 Lupus, M. Gerundæ in Hiſpania, *Ex Mrll.* 435

# M

30 MAdelgiſilus Erem. Centulæ in Gallia. *Comm. Pr.* De cultu, tranſlatione ac vita. 264. *VITA* Auct. Hariulfo, poſtea Ab. Aldemborg. *Ex Mabilione.* Præfatio ad Gervinum Ep. Ambian. *HISTORIA* 266. *Supplem.* De relatione Corporis

Corporis Centulam, & tranſlatione in novam capſam, an. 1113
2 Mafalda V. Regina, in Luſitania. *App.* Quo in gradu attinuerit ſponſum ſuum Henricũ R. Caſtellę. 552
11 Majolus, Ab. Cluniac. in Gallia. *App. ad Comm. Pr.* De Vitis varijs earumque ætate, Reliquiis, cultu. 684. *ANALECTA Ex Elogio Hiſt. Mabilionis.* S. 1. De Patria, Familia, Canonicatu, ac Monachatu Sancti. 687. §. 2. Supremum Monaſterii regimen tranſlatum in Majolum: poſſeſſiones auctæ, quædam aliis traditæ, Monaſteria reformata. 689. §. 3. Captivitas & Romana itinera: S. Odilonis electio cum jure ſucceſſionis, reliqua Majoli acta 691. *Additiuncula* de Eccleſia ejus Papiæ ad Somaſchos tranſlata: ejuſdem ibi Pallio, ac Miraculis.
1 Marculfus Ab. in Gallia *App.* an ejus reliquiæ Meduntæ? 530. Corbiniaci patrata *MIRACVLA* circa 1075. *Auct. coævo.* 531. Alia Peronæ in Picardia an. 1101. *Auct. coævo. Cap.* 1. Circumvectio ſacri Corporis per Campaniam & Tardanenſem agrum, atque exceptio Peronæ. 533. *Cap.* 2. Miracula ſubſiſtente hic Corpore facta 535. *Cap.* 3. Aliâ, & reditus Corbiniacum. 537.
30 Maria Fernandez Eboræ in Luſitania *Comm. Pr.* De ejus cultu & Regula Auguſtiniana ſuſcepta. 415. *VITA* ex Cardoſo. 416.
25 Maria Magd. de Pazzis. *App.* De ejus genuina effigie, & novi ſacelli ornamentis. 850
29 Maria V. Antiochena. *Comm. Pr.* Acta diu poſt rem geſtam Antiochiæ ſcripta, unde & quomodo hic dentur *Ex MS. Græco. Florent.* Interprete Ant. Franc. Deſtieu. *Cap.* 1. Mariæ educatio caſta, ejus pudicitia fruſtra tentata ab Anthemio: vocatus in auxilium magus. 501. *Cap.* 2. Inducta per magiam ad Anthemium Maria, prudenter ſe ab eo expedit. 52. *Cap.* 3. Anthemius, ut magus fiat, Chriſtum ejurat ac mox pœnitentiam agit. 55
29 Maritus & Uxor MM. apud Græcos. *Ex Synaxariis.* 18
29 Marquardus, Ord. Minorum, Monachii in Bavaria. *Comm.* de Miraculis ejus, ſepultura, tranſlatione. 183
29 Martyres CLIII in Africa, *Ex Martyroll.* 118
31 Martyres Timidenſes, in Proconſulari Africæ Provincia, *Ex vet. Kalend. Carthag.* 436
29 Martyrius, M. in Agro Trident. *Vide* Siſinnium. 38.
31 Mathildis, V. Fundatrix Dyezzenſis in Bavaria *Comm. Pr.* de ejus familia, vita, tranſlatione, & cultu 442. *VITA* auct. Engelhard. Ciſtercienſi Mon. *Ex ant. Lect. Caniſii.* Dedicatoria 1. & 2. 444. *Cap.* 1. Nobilis ortus, vita monaſtica, Prefectura in Dyezzen. Oitilſtettinenſis Abbatia ſuſcepta, clauſura inducta. 445. *Cap.* 2. Illuſtres ejus jam Abbatiſſæ virtutes & miracula. 448. *Cap.* 3. Reditus in Dyezzen, adhortatio ad Sorores, obtentæ Decimæ, miracula, 452. *Cap.* 4. Ultima moribundæ geſta, obitus, ſepultura, miracula. 455
16 Maxima Virgo in Gallia *App.* An Lerinenſis inſtituti, aut Soror S. Maximini Treveren. 777
31 Maxima, M. Gerundæ in Hiſpania, *Ex Martyrologiis.* 435
29 Maximinus Epiſc. Treviren. *Comm. Pr.* de ejus ætate, cultu, Actis. 19. *ACTA Ex MS.* per Anonymum Sanmaximinianum. *Cap.* 1. Res in vita geſtæ. Relatio Corporis ex Aquitania Treveros. 21. *Cap.* 2. Varia miracula Treveris patrata. 23. *HIST. MIRACVLORVM. Ex MS.* auct. Sigehardo Mon. *Prologus* Ad Wickerum Ab. Miraculorum ſcribendorum aſſertorem, cum ſupplemento vitæ circa S. Quiriacum, 25. *Cap.* 1. Curati dæmoniaci, injurii in S. Maximinum puniti. 26. *Cap.* 2. Vindicta de aliis injurioſis ſumpta: ægris invocantibus impenſa curatio 29. *Cap.* 3. Inventio Corporis, ob rabiem Normannorum occultati. 31. *Append.* de poſteriore Corporis tranſlatione, & dedicationibus Eccleſiæ, atque Reliquiis alibi aſſervatis. 33
29 Maximus M. ex Iſtria tranſlatus Venetias *Comm.* De loco Paſſionis ac ſepulturæ, Actis depravatis, tranſlationis tempore & memoria. 14
29 Maximus M. *Ex Martyrol. Caſin.* 18
29 Maximus Epiſc. Veron. *Ex Auguſtino Valerio.* 36
23 Medicus, Conf. Oſtielli, in Bleſenſi Galliæ territorio, *Comm.* de cultu, Fer. 2. Pentecoſt. 843
30 Meletius, cum Euſebio, &c. M. Nicomediæ. *Ex Menæis.* 237
8 Metron, Presb. Veron. in Italia. *App.* ejus inventio & tranſlatio anno 1658. *Ex relat. Caroli Libardi.* 652
11 Millehardi Ep. Sagien. in Gallia cultus improbatus. 682.
12 Modoaldus Ep. Trevir. in Germ. *MIRACVLA Ex MS.* 712. *App.* 1. Mir. ante adventum reliquiarum in Helmwardhuſen patrata. 713. *Cap.* 2. Alia ſimiliter vetuſtiora 713. *App. antiquior* 715. *Appendix recentior.* 716
4 Monica Vidua. *App.* De vita Hiſp. edita à Franc. Ribera. 578. *Parergon.* Sapientia ejus inter Filii diſputationes probata. 579
17 Montanus Recluſus *App.* de cultu. 780

# O

1 ORientius Epiſc. *App.* an Oſcæ in Hiſpania aliquis? 530

# P

30 PAlatinus, M. Antiochiæ, *Ex Martyrol Hieronym.* 239
1 Panacæa Virg. M. vita Ital. recentior. *App.* 540.
12 Pancratius, M. Rom. *App.* Miracula, Lantuſcæ in Comitatu Niceenſi patrata. *Ex MS. Ital.* 707
31 Paſchaſius, Diac. Romæ, *Comm.* De ejus cultu & miraculis, etiam in Purgatorio exiſtentis: item de ſcriptis, ab eoque diverſo Diacono Dumienſi. 438
29 Paſſimonius, M. in Africa, *Ex Martyroll.* 18
31 Paulica, M. Gerundæ in Hiſpania, *Ex Martyrologiis.* 435
31 Paulinus, M. Antiochiæ, *Ex Martyrol. Hier.* 437
31 Petronilla V. Romana *Comm. Hiſt.* De ejus obitu, ſpirituali Patre S. Petro, cultu, Reliquiis, quarum variæ ſint aliarum ſynonymarum. 420
7 Ven. Petrus Georgius Odeſchalcus, ex Alexandrino Viglebanen. Epiſcopus apud Inſubres. *In Propylæo. VITA ex Italico.* Prologus Auctoris Jo. *Bapt. Sala, Canon. Comen.* 1. *Cap.* 1. Genus, nativitas, & vita uſque ad Epiſcopatum. 2. *Cap.* 2. Epiſcopatus Alexandrinus ſuſceptus, ordinata familia, Seminarium inſtitutum. 4. *Cap.* 3. Cura reformando Clero & Diœceſi viſitandæ impenſa. 6. *Cap.* 4. Publica pietas, varie aucta erga Venerabile, Sanctam Crucem, Reliquias Sanctorum. 7. *Cap.* 5. Deiparæ cultus promotus, erectis reſtauratiſve Eccleſijs, peregrinatione in Cream, libris editis. 11. *Cap.* 6. Viglebanenſis Epiſcopus factus diœceſim ordinat; ſacellum Deiparæ aliud fundat, aliud reſtaurat, utrumque inſigni cum ſolennitate. *Cap.* 7. Rigor in urgenda diſciplina, &

decretis ac juribus Eccleſiæ vindicandis. 17. *Cap.* 8. Quo loco Petrus Georgius fuerit apud Prælatos Eccleſiæ & Miniſtros Regios. 20. *Cap.* 9. Ejus Sanctitas varie declarata divinitus, ejuſdem erga omnes benignitas. 21. *Cap.* 10. Singularis erga Deiparam devotio. 24. *Cap.* 11. Morbus, obitus, ſepultura. 25. *App.* 1 De quibuſdam mirabilibus ante & poſt obitum. 27. *App.* 2. De accuratiore vita edita an. 1682; ſed ab Auctore, ſuum fœtum alteri ſuppoſitum indignante, vulgari prohibita. Tom. 7. 518

19 Petrus Cæleſtinus. *App.* de proprio ejus Officio, & Reliquiis, 816

21 Petrus Parentius M. Urbevet. in Umbria *App.* de origine Præfecturæ, quam Itali Poteſtatem dicunt. 825

29 Petrus Arnaldi, Notarius, occiſus ab hæreticis Avenioneti. *V.* Guilielmus Arnaldi 180

29 Petrus Petronus, Carthuſ. Senis. 189. *Comm. pr.* De Vita à S. Joanne Columbino familiari Italice ſcripta, à Bartholomæo Senenſi Latine ornata, deque illius cultu. *VITA.* Dedicatoria Carolo Card. Medicæo. *Prologus.* Vetus partitio. *Cap.* 1. Petri infantia & adoleſcentia, pietatis ac miſericordiæ operibus addicta. 191. *Cap.* 2. Ingreſſus in ordinem: amputatio digiti ad evadendum gradum Preſbyteri. 195. *Cap.* 3. Humilitas, obedientia, paupertas, abſtinentia, & patientia Petri. 198. *Cap.* 4. Donum orationis contemplationiſque, cum eximia in Deum ac proximos caritate. 202. *Cap.* 5. Singularis prudentia circa directionem animarum, præſertim in S. Ioanne Columbino ipſiusque Petri cognata. 206. *Cap.* 6. Prophetiæ donum, illibata virginitas. 211. *Cap.* 7. Cito moriturus Joachimo pandit revelationes ſibi factas, & plurium cordium ſecreta. 214. *Cap.* 8. Cælitum colloquio fruitur Petrus, & occultas hominum cogitationes pervidet. 217. *Cap.* 9. Pro amici ſalute dira patitur horis 60. Seditionem domeſticam de corpore ſuo abſens novit. 220. *Cap.* 10. Obitus, eumque ſecutæ viſiones & ſigna. 223. *Cap.* 11. Ioannes Boccacius adiutus: corpus poſt annos 60 repertum integrum tranſlatumque. 228

1 Philippus Apoſt. *App.* Reliquiæ Toloſæ, Pariſijs, & ex Cypro allatæ Neapolim. 522

12 Philippus Preſb. Argyrone in Sicilia. *App.* De cultu arq. miraculis Arcæ ejus. *Ex Ital. Iacobi Conzi.* 710

26 Philippus Nerius *App.* de ſacellis, præſertim duobus domeſticis; quorum alterum quidem ex cubiculi, quod inhabitare; alterum vero ex ædiculæ, ubi celebrare ſolebat, reliquijs, magna ex parte confecta ſunt. 852

4 Pius PP. V. *App.* De Vita edita ab Hieron. Catena. 583

20 Plautilla *App.* an & quomodo Conſularis? 816

29 Pontamius M. *Ex Martyrol. Caſin.* 18

12 Poſidonius Ep. *App.* De Tempore Tranſlationis. 799

29 Primolus M. Cæſareæ in Cappad. *Ex Martyrol. Hieron.* 17

29 Primus, M. in Africa, *Ex Martyroll.* 18

26 Priſcus & Cottus MM. *App.* de cultu Pariſiis 851

31 Protus M. Pædagogus Sanctorum Cantianorum. 427

19 Pudentiana & Praxedis. *App.* de anno obitus earum. 808

29 Pullienus, M. Antiochiæ. *Ex Martyrol. Hieronymiano.* 18

# R

16 RAgnobertus Ep. Bajocen. in Gallia *App.* De aqua ſub ejus nomine benedicenda. 777

29 Raimundus Carbonij Ord. Minor. Inquiſ. ab hæreticis cæſus Avenioneti 180. *V.* Guilielmus Arnaldi.

29 Raymundus Scriptoris, Archidiac. Inquiſ. cæſus ad hæreticis Avenioneti. 180. *V.* Guilielmus Arnaldi.

13 Raſius, M. à Bonifacio IV tranſlatus, nuperque inventus, 763

13 Raſtragena V. M. Contiaci in Gallia 764

17 Reſtituta V. M. *App.* Leproſi per eam curati miraculum Panormi. 794

17 Reſtituta, M. Calari in Sardinia. *COMM. Cap.* 1. De ſuburbana ejus crypta & Reliquiarum inventione. An eadem mater S. Euſebij Ep. Vercellen.? 794. *Cap.* 2. Illarum elevatio, & miracula ad Sanctæ invocationem patrata. 797. *Cap.* 3. De corporibus alijs anno 1620 ibidem refoſſis. 798 *App.* de Capite 853

29 Reſtitutus M. Romæ. *Comm. pr.* De monumentis & actis Martyrij; ſub quo toleratum hoc ſit, & quibus Martyrologijs inſcriptum 10. *ACTA, Ex veteri MS. S. Mariæ Majoris.* 10

29 Revocatus M. Genuæ in Liguria honoratus. *Ex proprio Genuenſi.* 13

22 Rita Vidua Caſſiæ in Umbria *App.* de cultu, Romæ & Gadibus. 341

13 Rolendis Virgo, Erpenniæ in Belgio *App.* de cultu, *Mirac.* Ex publicis inſtrumentis Gallicis, & ex altera Vita. 765

31 Rogata, M. Gerundæ in Hiſpania, *Ex Mrll.* 435

31 Rogatus, M. Gerundæ in Hiſpania, *Ex Martyrologiis.* 435

30 Romanus cum Euſebio &c. M. Nicomediæ. 237 *Ex Menæis.*

# S

5 SAcerdos Ep. Sarlaten. in Gallia. *App.* Prologus ad Vitam, *Ex Ms.* 593

14 Secundianus, M. in Africa, *Ex Kalendario Carthaginenſi.* 763

29 Secundinus M. *Ex Martyrol. Caſin.* 18

7 Serenicus *App.* De ejus nomine. 614

13 Servatius Ep. Trajecten. in Belgio *App.* De clavi ejus &c. 764

29 Seyreneus, M. Romanus, tranſlatus Tornacum in Belgio. 19

29 Sicimodus, M. Antiochiæ, *Ex Mrl. Hieron.* 18

30 Sicus *Sive* Iſichius, M. Antiochiæ, *Ex Martyrol. Hieron.* 239

1 Sigiſmundus Rex Burgundiæ. *App.* Reliquiæ Vicentiæ. 539

31 Silvanus M. Gerundæ in Hiſpania, *ex Martyrologijs.* 435

31 Silvanus II, M. Gerundæ in Hiſpania, *ex Martyrologijs.* 435

31 Silvius, Ep. Toloſanus in Gallia, *ex vita S. Exuperij.* 438

16 Simon Stock Carm. *App.* Exhibetur Synopſis plenioris de eo tractatus, juſtas ob cauſas ne hic quidem editi. 790

31 Simplicianus M. Pictavis in Gallia. *Sylloge*, de cultu ejus. 437

29 Siſinnius cum Socijs M. in agro Tridentino, *Com. Pr.* De Actis à S. Vigilio Ep. Trid. bis ſcriptis, loco ac tempore martyrij, & Reliquijs, veterum teſti-

teſtimonio celebratis. 38. ACTA breviora, *ex MS.* 40. ALIA prolixiora, *ex MSS. Mombritio, Surio*, Epiſtola S. Vigilij ad S. Simplicianum Mediolanen. Epiſc. *ex MS.* 41. Alia ejuſdem ad Joannem CP. Epiſc. *ex MS.* 42. TRANSL. anno 1596 facta à S. Carolo Borromæo *ex Ital. Puccinelli.* 45
10 Solongia V.M. in Gallia. *App.* de nomine, 680
10 Sophia, *ex vetuſto Kalend. German.* 664
3 Staniſlaus Caſimiritanus, Can. Regul. in Polonia, *ex Martino Baronio* Lectiones variæ ad miracula. *Appendix III.* ex MS. Latino & Polonico impreſſo, 571. Hymnus & Orationes. 573
29 Stephanus de Narbona, Ord. Minor. Inquiſ. ab hæreticis cæſus Avenioneti. 180. *Vide* Guilielmus Arnaldi.
16 Syrus Epiſc. Theatinus, *ex Kalendario.* 776

## T

31 TEcla M. Gerundæ in Hiſpania, *ex Martyrologijs.* 435
31 Teleſphorus M. Gerundæ in Hiſpania, *ex Mroll.* 435
31 Tertula M. Gerundæ in Hiſpania, *ex Mroll.* 435
31 Tertula II. M. Gerundæ in Hiſpania, *ex Martyrologijs.* 435
31 Tertus M. Gerundæ in Hiſpania, *ex Mroll.* 435
1 Theodardi Archiep. corpus ubi? *App.* 540
17 Theodora V. M. Calari, inventio corporis. 798
17 Theodoretus M. Calari, inventio corporis. 799
25 Theodorus M. Romanus in Oratorio Congregationis Marianæ, Romæ. *Vide* Cerealis. 855
5 Theodorus Ep. Bonon. in Italia *App.* An ejus Succeſſor S. Proculus, diverſus à Narnienſi? 601
29 Theodoſia Sanctimonialis V. M. Conſtantinopoli, *Comm. Pr.* Cauſa & ſeries martyrij *Ex MSS. Synaxarijs.* Encomium à Conſtantino Longotheta ſcriptum: hujus ætas & dignitas, 67. ENCOMIUM Græcolat. *ex MS. Vatic.* Prologus. 69. *Cap.* 1. Virginis natales, adoleſcentia, vita monaſtica, 70. *Cap.* 2. Leo Iſauricus, imagines aboliturus, gymnaſium publicum cum Magiſtris ſibi adverſantibus incendio perdit. 72. *Cap.* 3. Spatharium, Chriſti imaginem dejecturum, præcipitat Theodoſia, & fidei ſuæ rationem tyranno reddit. 74. *Cap.* 4. Illius poſt Sociarum necem crudele martyrium, & gloria in cælis. 78. *Cap.* 5. Miracula ad ejus invocationem patrata: 81. *Append. ex Pachymere Poſſini.* 87
1 Theodulfus Presbyt. Treveris *App.* videtur vixiſſe ſeculo VI. 539
24 Thomas Mon. apud Antiochiam *App.* de ejus ſepultura & cultu. 848
17 Torpes M. Lucæ in Hetruria *App.* Cognominum uſus ſec. 9. cœptus apud Arabes, inde traductus ad Hiſpanos, tum paulatim ſec. 10 & 12 diffuſus. 793.
29 Tredentheus M. Cæſareæ in Cappad. *ex Martyrologio Hieron.* 17

## V

2 VAlentinus, Ep. Genuæ. *Comm. Pr.* de ejus ætate & vita, diu poſt inventionem corporis ſeculo x factam ſcripta, 542. Sermo in feſto *ex MS.* §. 1. Encomium Vitæ. 544. §. 2. Inventio elevatio & miracula. *Ibid.* §. 3. Exhortatio ad ejus cultum. 545
16 Ubaldus Ep. Eugub. in Umbria *App.* Collatio vitæ antiquæ cum edita à Stephano Cremonenſi 778. Tranſlatio an. 1194 facta à Bentivolio Epiſc. Eugubino. 780. Benedictio panis contra maleficia in ejus nomine. 781. MIRACULA, à Stephano Cremonenſi viſu proprio & auditu præſentium cognita, *factura in ante editis* Cap. 4. 5. 6. *Cap.* 4. Patrata uſque ad annum 1519. *pag.* 782. *Cap.* 5. ipſius 1519 anni miracula. 784. *Cap.* 6. Alia ejuſdem anni. 787
18 Venantius M. Camerini in Italia *Append.* Antiquæ memoriæ ejuſdem Rajani in Aprutio, & veterum memoriarum collectio ſubmiſſa Camerino. 805
30 Venantius, frater S. Honorati Arelaten. *Comm. Pr.* de ejus tranſlatione ex Peloponneſo Lerinum, deque cultu & Actis. 240. VITA *ex MSS. Lerinenſibus eruta à Vincentio Barali.* 241
29 Venuſtus M. Cæſareæ in Cappad. *ex Martyrologio Hieron.* 17
29 Venuſtus M. Antiochiæ. *ex Martyrol. Hieron.* 18
8 Victor M. *App.* de Reliquijs apud Volaterranos in Hetruria. 617, 763.
14 Victor & Corona MM. *Append.* de cultu & Reliquiis, Humanæ, in diœceſi Auximana. 769
29 Victor M. Romanus, Tornaci in Belgio. 19
31 Victoria M. Gerundæ in Hiſpania, *ex Martyrologijs.* 435
31 Victurinus M. Gerundæ in Hiſpania, *ex Martyrologijs.* 435
29 Victurius M. Antiochiæ. *ex Martyrol. Hieron.* 18
31 Victurus M. Gerundæ in Hiſpania, *ex Martyrologijs.* 45
31 Vitalis à Baſtia, Tertii Ord. S. Franciſci Aſſiſij in Umbria. *Comm.* de ejus Vita, miraculis, tranſlatione, cultu. 475
25 Vitus M. Romanus in Oratorio Congregationis Marianæ, Romæ. *Vide* Cerealis. 855
1 Vivaldus. *App.* De vitæ Auctore Anonymo, & ejus ætate. 540
29 Votus, Erem. Pinnæ in Aragonia. *Comm. pr.* De ejus & ſociorum Actis, primum ab Anonymo, deinde à Macario Monacho ſcriptis, deque elevatione corporum, & cultu 58. *VITA I Ex MS. Pinnatenſi.* 59 *II. Ex MS. ſimili.* 61. *Synopſis Hiſt. Ex Chronico Pinnatenſi* 63. Hymnus, *Ex Breviario.* 65
29 Uxor & Maritus MM. apud Græcos. *Ex Synaxario MS.* 18

## W

2 WAldebertus Ab. in Belgio *App.* non videtur fuiſſe Epiſcopus. 552
1 Wiborada V. M. in Hevetia *App.* Sangallenſes Recluſæ aliæ. Variantes ex Codice Auguſtano lectiones Vitæ 552
8 Wiro Ep. Ruræmondæ in Belgio. *App.* Reſtauratio Capellæ & Reliquiarum elatio in illam anno 1686, *à Paſtore loci deſcripta*, 656

## Z Y

27 ZAcharias M. Viennæ in Gallia. *App.* an vere Epiſcopus fuerit? 853
19 Yvo Preſb. in Gallia *App.* de Cultu. Teſtamentum ejus *Ex MS.* 816 817

# INDEX CHRONOLOGICVS.

## SECULO I ET II.


*Sub Domitiano.* Petronilla V. Romana, S. Petri filia ſpiritualis 420
*Sub Hadriano.* Gabinus & Criſpulus, MM. Turribus in Sardinia. 235
Creſcentianus M. Turribus in Sardinia 422
*Sub Antonino* Hermias M. Comanis in Cappadocia. 423
150 Moritur S. Pudentiana V. Romæ. 808
154 Moritur S. Praxedis V. Romæ. 808


## SECULO III.


250 Anno 1 Decij, Conſules ſuffecti Gallus & Ulpianus. 774
269 Papa creatur S. Felix I. M. 236
270 Macrina, avia S. Baſilij & Gregorij, matrimonio jungitur 242
*Poſt* 270 S. Conon cum filio paſſus Iconij. 6
274 Martyrium ſuſtinet S. Felix I Papa 236
290 Cantius, Cantianus, & Cantianilla, cum Proto Pædagogo, martyrizantur Aquileiæ. 427


## SECULO IV ET V.


*Sub Dioclet.* Euſebius cum Socijs M. Nicomediæ. 287
315 *Circiter* Baſilius & Emmelia, Parentes SS. Baſilij & Gregorij, matrimonio junguntur. 242
325 Obit S. Valentinus Ep. Genuen. 542
332 *circ.* S. Maximinus ordinatur Epiſc. Trevir. 19
345 Baptizatur S. Gregorius Nazianzenus. 659
347 *circ.* Obiit Naucratius, frater SS. Baſilij & Gregorij. 244
352 *circ.* Claret S. Maximus Epiſc. Veronen. 36
372 Obit Emmelia, mater SS. Baſilij & Gregorij. 246
378 Iſaacius Mon. Valenti Imp. Ariano interitum prædicit, niſi Catholicis Eccleſias reddat. 249
383 Iſaacius Mon. moritur CP. in monaſterio, poſtea Dalmatarum dicto. 246
391 Obit S. Gregorius Nazianzenus 657, tunc ſeptuaginta vel octoginta annos natus. 658
396 SS. Siſinnius, Mattyrius, Alexander in agro Tridentino occiduntur à Paganis. 39
418 Obit S. Exuperantius, Epiſc. Ravennas. 260


## SECULO VI ET VII.


520 *circ.* Paſchaſius Diac. Romæ, adhuc in Purgatorio, miraculis claret. 438
531 Obitus S. Agathumbri Epiſc. Meten. 683
580 *circ.* Scriptis claret Paſchaſius Diaconus Dumienſis. 439
*Seculo* 7 SS. Votus & Felix fratres, atque ante eos Joannes, Eremitæ Pinnæ in Aragonia. 58
620 *circ.* Veniunt ex Hibernia ad S. Richarium SS. Caidocus & Frechorius. 263
638 S. Framechildis parit S. Auſtrebertam. 801


## SECULO VIII ET IX.


712 *circ.* Hucbertus Monachus Britanniacen. obit 270
726 Theodoſia V. M. Conſtantinopoli ſub Leone Iſaurico. 66
817 Uſus cognominum ſcribendorum apud Arabes cœptus, inde traductus ad Hiſpanos, eiſque ſec. 10 frequentatus, ac denique ad Francos Longobardoſque traductus. 793
818 Obit Ven. Joſue Abbas S. Vincentij ad Vulturnum. 574
842 SS. Voti & Felicis Eremm. Elevatio Pinnæ in Aragonia. 59
858 Excæcatus à Lobienſibus Monaſterio pellitur Vener. Erluinus Ab. Gemblacenſis. 846
896 Videtur facta tranſlatio S. Poſſidij Epiſc. Mirandulam. 799
900 *circ.* Remos adfertur corpus S. Gibriani Presb. 620
*Sec.* 10. *aut* 11 Helmtrudis Recluſa revelat martyrium S. Cordulæ. 441


## SECULO X ET XI.


916 & 942 Corpus S. Maximini Ep. Trevir. invenitur & transfertur. 32, 33
942 Obiit S. Geraldus Epiſc. Matiſconenſis in Gallia. 88
943 Majolus ex Archidiac. Matiſcon. factus Monachus Cluniacen. quinto poſt anno eligitur Abbas Coadjutor Aimardi. 688
994 Obit S. Majolus Ab. Cluniacenſis. 693
996 Epiſcopi & Clerici adhuc ſine cognomentis ſubſcribebant in Italia. 827
1000 *circ.* Reliquiæ SS. Cantianorum tranſlatæ in Galliam. 431
1012 S. Dunſtani corpus Lundonia Glaſtoniam transfertur. 810
1020 *circ.* S. Framechildis pars dimidia corporis transfertur Marconnâ Monſtrolium. 802
1030 *circ.* Naſcitur Abbas Joachim. 92
1060 *circ.* Naſcitur S. Guidus Com. Donoratici. 821
1065 Moritur Ferdinandus I Rex Caſtellæ & Legionis. 364
1070 *circ.* S. Gervinus Ab. Centul. elevat corpora SS. Caidoci & Frechorij. 263
1075 *circ.* Corbiniaci miracula multa patrantur ope S. Marculfi. 531
1094 SS. Voti & Felicis Eremm. Pinnæ in Aragonia tranſlatio. 59
1100 *circ.* S. Creſcentius Presbyter obit Patavij. 584


## SECULO XII.


1101 Peronæ miraculis claret S. Marculfus. 533
1113 Refertur corpus S. Madelgiſili Centulam. 268 ibique elevatur. 265. Et transfertur in novam capſam. 268
1114 Reges Francorum curandi ſtrumas privilegium exercent. 531
1140 Moritur S. Guidus ex Comite Eremita. 821
1145 Corpus S. Gibriani transfertur in novam arcam, & plurimis claret miraculis à 16 Aprilis ad 24 Auguſti: de quibus libros tres ſcripſit teſtis oculatus. 619.
1146 Corpora SS. Maximi & Pelagij MM. recondita in Civitate nova Iſtriæ. 14
1150 *circ.* Transfertur corpus S. Fremundi Regis in Anglia. 683
1156 *circ.* Naſcitur Piſis S. Bona Virgo. 149
1160 *circ.* Obit S. Mathildis, Fundatrix Dyeſſenſis in Bavaria. 442


1194 Trans-

1194 Transfertur ab Epiſc. Bentivolio corpus S. Ubaldi Ep. Eugub. 780
1196 Florenſis Ordo confirmatur à Cæleſtino III 125.
1198 Naſcitur S. Ferdinandus: futurus Rex Caſtellæ & Legionis. 295
1200 Obit Jacobus Erem. Ord. Fontis-avellanæ, Nuceriæ. 680

## SECULO XIII.

*Sec.* 13 Corpus S. Barbari M. Methone ex Peloponneſo tranſlatum Venetias. 770
1202 Obit B. Abbas Joachim. 92
1207 Piſis moritur S. Bona Virgo. 144
1209 Floret S. Adam Abbas Firmanus in Latio. 777
1212 Transfertur Donoraticum corpus S. Guidi Eremitæ. 821
1217 Berengaria, Henrici fratris heres, regnum Caſtellæ cedit filio S. Ferdinando, 295, 298, 315
1225 *circ.* Corpus S. Iſidori M. ex Chio Venetias transfertur. 774
1227 Videtur cælitus allata Crux Caravacana. 396
1227 Ruit Eccleſia S. Petri Trecis, illæſo corpore S. Helenæ Virg. 582
1224 *& ſeqq.* Transferuntur ſæpius oſſa S. Marculfi. 531.
1230 S. Ferdinandus mortuo Patri Alfonſo ſuccedit in regnum Legionenſe. 299, 320
1230 *circ.* Officium Poteſtatis, ejuſque legendi privilegium liberis in Italia civitatibus commune factum à Friderico II Imp. 826
1231 Naſcitur B. Jacobus Venetus, Ordinis Prædicatorum. 458
1236 Corduba venit in poteſtatem S. Ferdinandi. 296 300, 328.
1240 Floret Piſis S. Gerardeſca, revelationibus & miraculis clara. 164
1240 Genuæ transfertur pars corporis S. Valentini Epiſcopi. 543
1242 Inquiſitores ſeptem cum Sociis Avenioneti in Occitania, ab hæreticis mactántur. 180
1245 Eccleſia nova S. Maximini Ep. Trever. dedicatur. 34
1247 Hiſpalis à S. Rege Ferdinando occupatur, 296, 302, 305.
1249 Reliquiæ SS. Cantianorum Stampis tranſlatæ. 432.
1252 Moritur S. Ferdinandus Rex Hiſpali. 296, 303, 362.
1255 *vel* 64 Obiit S. Jutta Vidua Culmzæ in Pruſſia. 603
1267 Videtur obiiſſe S. Gerardus de Villa-magna. 768.
1290 Bergomi transferuntur corpora SS. Jacobi Diaconi M. & aliorum quatuor. 578
1293 S. Jvo teſtamentum condit, pro capella à ſe fundata. 817
1294 Floret CP. Conſtantinus Logotheta, Scriptor Actorum S. Theodoſiæ Virg. M. 68

## SECULO XIV.

1314 Moritur Jacobus Venetus, Ord. Prædic. 458, 470.
1325 Corpus S. Gibriani transfertur in novam capſam. 651
1326 Obit B. Franciſcus Senenſis Servita. 780
1327 Marquardus, Ord. Min. obit Monachii in Bavaria. 183
1360 Transfertur Vercellas corpus B. Æmiliæ. 557
1361 Petrus Petronus moritur in Carthuſia Senenſi. 223,
1364 Transfertur corpus S. Bonæ Piſanæ. 163
1384 Scribuntur miracula S. Marculfi, Corbiniaci facta. 531
1375 Deſcribuntur miracula Crucis Caravacanæ. 393

## SECULO XV.

1408 Florebant Eboræ in Luſitania Conſtantia & Maria de Vita paupere. 415
1420 Corpus B. Petri Petroni integrum reperitur, & transfertur. 230
1426 Obit B. Benincaſa Ord. Servor. B.M. in Etruria. 662
*Sec.* 15. Ex Iſtria Venetias transfertur corpus S. Maximi M. 16
1450 S. Bernardinus reſuſcitando à ſe puero mortuo, omnia alterius vitæ loca oſtendit. 823
1452 Firmum venit, Hoſpitali miniſtraturus, B. Bertramus. 516
1452 Naſcitur ſancta Princeps Joanna Luſitana. 721
1455 Transfertur Piſas corpus S. Guidi Erem. 821
1455 Moritur Mutinæ B. Andreas Ordinis Minorum. 841
1465 Andreas Chius pro fide crudeliter occiſus Conſtantinopoli à Turcis. 184
1468 Elevantur oſſa S. Mathildis Dyezzenſis. 443
1469 Reperitur Viqueriæ corpus S. Bobonis. 828
1471 Monaſterium Averii ingreditur, & 4 anno poſt Habitum Prædic. ſuſcipit B. Joanna. 721
1480 Moritur Beatrix Leitoa, Fundatrix Monaſterii Jeſu Averii. 723
1488 Transferuntur oſſa S. Mathildis Dyezzen. 443
1490 Obit B. Bertramus, Erem. Auguſtinianus Firmi. 516
1490 Moritur Averii ſancta Princeps Joanna Luſitana. 721
1491 Moritur B. Vitalis à Baſtia, Tertiarius S. Franc. Aſſiſii. 475
1491 Scribit B. Baptiſta de Varanis de vita ſua ſpirituali. 477

## SECULO XVI.

1501 *& ſeqq.* Claret novis miraculis S. Modoaldus ob reliquias in Monaſt. Helmwardeshuſano ſervatas. 717
1505 Monachii elevantur oſſa B. Marquardi Minoritæ 183
1509 Elevatur corpus B. Vitalis à Baſtia Tertiarii. 475.
1514 Moritur B. Æmilia Biccheria Vercellis. 557
1519 S. Ubaldus Ep. Eugub. multis claret miraculis, à Stephano Cremonenſi tunc vivente & vidente ſcriptis. 784
1524 Refertur Papiam corpus S. Bobonis. 828
1526 Permittitur à Clemente VII cultus B. Jacobi Veneti. 458
1526 Joannes Fanenſis, Provincialis Marchiæ, initiis Capucinorum ſe opponit, poſtea ipſemet ad eos tranſgreſſus. 510
1527 Obiiſſe videtur Camerini B. Baptiſta de Varanis. 477
1564 Datur initium Sodalitatibus Marianis in Coll. Rom. S.I. 855
1577 Transfertur corpus S. Principis Joannæ Luſitana. 758
1579 Congregatio Clavorum Senis inſtituta. 195
1579 Transfertur corpus S. Ferdinandi Regis in novam capellam. 368
1584 Gregorius XIII omnes toto orbe Sodalitates adnectit uni Primariæ Romanæ, ſub directione Præpoſiti Gener. S.I. 855
1586 Bonamici oſſa inventa & tranſlata. 524

1588 Inquiritur in cultum & miracula S. Pancratij, Lantuſcæ in Comitatu Niceenſi. 707
1589 Inducti Lycium Theatini, S. Herinæ cultum inſtaurant, erecta ſub ejus nomine eccleſia. 588
1593 Transfertur corpus B. Baptiſtæ de Varanis. 476 511.
1596 Reliquiæ SS. Siſinnij, Martyrij, Alexandri MM. tranſlatæ Mediolani in novam capſam à S. Carolo Borromæo. 45
1597 *ac ſeqq.* S. Rolendis, V. Gerpiniæ, novis miraculis inclareſcit. 765
1599 Petrus Georgius Odeſchalcus fit Ep. Alexandriæ. *Propyl.* 5.
1599 Transfertur corpus B. Philippi Presb. Agyrone in Sicilia. 710
1600 Naſcitur 21 Januarii P. Godefridus Henſchenius, Acta Sanctorum ſcripturus. *Tract. Prælim. pag.* 1

## SECULO XVII.

1604 Transfertur Patavij corpus S. Creſcentij Preſbyteri. 585
1604 Allatum ad Jeſuitas Lycienſes corpus S. Irenes M. Romanæ, cauſa controverſiæ cum Theatinis, quæ moderamine prudenti componitur. 589
1607 Fit ſecunda tranſlatio S. Bonæ Piſanæ. 163
1610 Petrus Georgius Odeſcalcus transfertur Viglebanum ab Alexandrino Epiſcopatu. *Propyl.* 15.
1614 In repurgata ante ſexennium crypta S. Reſtitutæ Mart. Calarit. invenitur ejuſdem corpus.
1616 Reliquiæ S. Philippi Apoſt. ex Cypro allatæ Neapolim. 524
1617 Transferuntur Venetiis corpora SS. Pauli Ep. CP. & Barbari M. 771
1618 Obit Ven. Sebaſtianus Michaelis Ord. Prædic. primus Vicarius Congregationis reformatæ in Francia. 588
1620 Petrus Georgius Odeſcalcus, Epiſc. Vigleban. obit. *Propyl.* 25, 26.
1620 Reliquiæ SS. Cantianorum iterum Stampis tranſlatæ. 434
1620 In crypta S. Reſtitutæ Caralitanæ effodiuntur corpora varia, quorum aliqua non videntur eſſe Martyrum. 798
1622 Toti Ord. Prædic. communicatur cultus B. Jacobi Veneti. 459
1626 Formatur proceſſus de miraculis ſanctæ Principis Joannæ. 758
1627 Obit Ven. Fr. Bonaventura, vulgo Eremita, prope Senas Peregrinus, 614
1635 Romæ transfertur ſacellum, in quo celebrare ſolitus S. Philippus Nerius. 853
1637 Reſtauratur in Pruſſia cultus SS. Juttæ & Dorotheæ. 610
1638 Transfertur corpus S. Felicis pueri, Mart. Rom. Palmam Siciliæ oppidum. 709
1640 Transfertur Papiæ corpus S. Bobonis. 828
1642 Collocatur ſub Altari corpus B. Andreæ Mutinen. 841
1647 Atripaldæ recognoſcuntur & transferuntur oſſa SS. Hypoliſti & Soc. 526
1650 S. Germani Ep. M. corpus Ribodimonte Feram defertur. 550
1652 Obit Ven. Michael de Nobletz, Apoſtolici zeli Presbyter & Miſſionarius in Gallia. 588
1658 Recognoſcitur & transfertur Veronæ corpus S. Metronis Presb. 652
1659 S. Germani Epiſc. M. Reliquia delata Ambianum. 550
1667 Reliquiæ quatuor Martyrum Romanorum transferuntur ad Oratorium Congregationis Marianæ in Collegio Romano S. I. 856
1668 Inſpicitur corpus incorruptum S. Ferdinandi Regis. 381
1671 Clemens X Sanctum declarat Ferdinandum Regem. 385
1675 Inveniuntur & transferuntur Romæ corpora SS. Raſii & Anaſtaſii, olim à S. Bonifacio Papa IV apud S. Mariam Martyrum depoſita. 763
1676 Inveniuntur Viterbii corpora SS. Dionyſij Ep. & Euticij Presb. 775
1677 Tertium transfertur S. Bona Piſana. 164
1680 De cultu S. Jobi aliorumque Sanctorum veteris Teſtamenti, controvertitur coram Congregat. Rituum. 665
1681 Moritur R P. Godefridus Henſchenius XI Septembris. *Pag.* XII
1682 Moritur Auguſtinus Favoritus, quatuor ſucceſſive Pontificium Secretarius. *poſt Propyl.* pag. 6.
1683 Moritur Ferdinandus Furſtenbergius Ep. Paderborn. ac Monaſter. operis hujus Mecænas ſingularis. *Tr. Prælim. pag.* X.
1683 In reſtauratam à Francica vaſtatione Eccleſiam S. Maximini reducuntur Monachi. 35
1686 Reliquiæ S. Wironis & Sociorum Ruremundâ ad Montem Suburbanum referuntur. 656
1686 Reliquiæ ex Societate S. Priſci Martyris tranſlatæ Pariſios. 851

# ACTA SANCTORUM
# MAII
## TOMVS SEPTIMVS.

CONtinebit hic Tomus dies Maji *tres ultimos: qui, licet non ſint enormiter prolixi, aucti tamen* Appendicibus addendorum, mutandorum, & corrigendorum *ad priores omnes hujus Menſis Tomos, per interruptæ bis impreſſionis inducias copioſius ſubnatis, facile hunc quoque librum efficient parem ceteris. Ad ipſa porro iſtorum trium dierum Acta, ſolito more atque ordine illuſtranda, acceſſuro, nihil eſt opus Lectorem morari præfando multa. Solum hic dixero, ex prænominatis Appendicibus appariturum, ad quam perfectionem adduci opus poſſit; quandocumque, poſt abſolutum* Junium, *licebit priores omnes Tomos recognoſcere atque ſupplere. Si enim iſtis ſolis potuit tantum addi intra ſexennium, quod ab editione trium primorum Tomorum ad hujus Septimi impreſſionem fluxit; idque ab uno me Daniele Papebrochio, in alia potiora promovendæ compoſitionis impreſſioniſque ac ſociorum informandorum ſtudia intento; ex iis, quæ duo dumtaxat treſve amici ſuggeſſerunt, aut non quærenti ſe obtulerunt ultro; quid ſperari non poterit, ſi ad paucos illos monitores adjutoreſque, plures ex omni natione acceſſerint, amice ac fidenter ſuggerentes, quid addendum, quid emendandum ipſis videatur? Tres enim ſimul Socii, communi labori incumbentes, ſuſpenſâ tantiſper alterius Semeſtris curâ, vacabimus perficiendo Semeſtri priori, in ordine ad alteram editionem; quam omnino futuram neceſſariam, priùs quam pergatur ad* Julium *& reliquos ex ordine menſes, credere nos facit raritas* Januarii *ac* Februarii, *paſſim in Bibliopoliis deficientium. Interim, quidquid incommodi habuit bis interpolata editio* Maji, *poterit caveri in* Junio; *ſi piorum, precibus, quas imploro, exoratus Deus ea faciat Belgio noſtro fluere tempora, quæ non cogant Bibliopolam, ſuos illi Menſi typos commodaturum, inducias poſcere à continuandis in tres quatuorve aut etiam quinque Tomos expenſis, quibus totus ſimul prodire ille, & ſimul pars Anni dimidia haberi completa poterit.*

## VIGESIMA NONA MAII

### *SANCTI QVI QVARTO KALENDAS IVNII COLVNTVR.*

S. Anctus Conus & filius ejus, Martyres Iconii in Aſia.

S. Reſtitutus, Martyr Romanus.

S. Revocatus Martyr, Genuæ honoratus.

S. Maximus Martyr, ex civitate nova Iſtriæ Venetias tranſlatus.

S. Gentius, Martyr in Hiſpania.

S. Criſpolus, Martyr in Numidia.

S. Cyrillus, S. Carellus, S. Primolus, *Martyres*

S. Finodus, S. Venuſtus, S. Giſſinus, Martyres Cæſareæ in Cappadocia.

S. Alexander, S. Tredentheus, S. Jocundus, *Martyres*

S. Primus, S. Accidia, S. Paſſimonius, Sancti CLIII, Martyres in Africa.

S. Sicimodus, S. Baſſus, S. Venuſtus, Martyres

A S. Victurius, } Antiochiæ.
S. Pullienus, }
S. Pontamius, }
S. Dimetius, } Martyres.
S. Secundinus, }
S. Maximus, }
Sancti Maritus & Vxor, Martyres apud Græcos.
S. Victor, } Martyres Romani, Tornaci in Belgio.
S. Scyreneus, }
S. Maximinus, Episcopus Trevirensis ad Mosellam.
S. Maximus, Episcopus Veronensis in Italia.
S. Buriena Virgo, in Cornubia Angliæ Provincia.
S. Sisinnius, } Martyres in agro Tri-
S. Martyrius, } dentino.
B S. Alexander, }
S. Maria, Virgo Antiochena.
S. Votus, }
S. Felix, } Eremitæ Montis Pinatensis in Aragonia.
S. Joannes de Aterris, }
S. Eleutherius, Arcani in Latio.
S. Theodosia, Martyr Constantinopoli.

S. Geraldus, Episcopus Matisconensis in Gallia. D
B. Joachimus, Abbas & Institutor Ordinis Florensis, in Calabria.
B. Bona Virgo, Pisis in Hetruria.
B. Gerardesca Pisana, Ordinis Camaldulensis Tertiaria.
B. Guilielmus, } Ord. Prædicatorum.
B. Bernardus, }
B. Garcias, }
B. Stephanus, } Ord. Minorum
B. Raymundus, }
B N. Prior Avinioneti,
B. Raymundus, Archidiaconus,
B. Bernardus, Clericus illius,
B. Petrus Arnaldi, Notarius,
B. Forranerius, } Clerici,
B. Ademarus, }
} Martyres Avinioneti in Occitania superiore.
B. Marquardus, Ordinis Minorum Monachii in Bavaria.
B. Petrus Petronus, Carthusianus Sennis in Hetruria.
B. Andreas de Chio, Martyr Constantinopoli.

## PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

SAnctæ Macræ Virginis repositio corporis Remis, *celebratur à Saussajo: Vitam illustravimus* VI Ianuarii.

S. Alexander, Episcopus Alexandriæ, *memoratur in Ms. Synaxario & Menæis Divionensibus Mss. atque Martyrologio Arabo-Ægyptio apud nostros Romæ Maronitas. Acta ejus illustravimus* C XXVI Februarii.

S. Eigilis, Senonensis Archiepiscopi, primum Prumiensis, deinde Flaviniacensis Abbatis, qui multis claruit miraculis, *obitus (ut quidem videtur) his ipsis verbis, & cum expresso titulo* Sancti, *inscribitur Necrologio Flaviniacensi*[1]; *cujus auctorem Mabilio fuisse existimat Hugonem Flaviniacensem, qui initio seculi* XII *floruit; ipse tamen ejus Acta colligens, seculo* IV *Benedict. p.* 2, *solo utitur titulo* Venerabilis: *alias ejusdem prætermittendi causas vide deductas inter Prætermissos, ad diem, quo à monasticis Martyrologiis refertur.* I Martii.

S. Franciscæ Romanæ Canonizatio, facta à Paulo V anno 1608, *indicatur à Menardo & Balingemio. Vitam dedimus* IX Martii.

S. Henricus, Eremita in Hetruria, *indicatur in Ms. Florario, & in additionibus Mss. Carthusiæ Bruxellensis ad Grevenum. Idē forte est, qui peregrinus obiit Perusii: cujus Acta dedimus* XIII Martii.

Daganus Episcopus, in Gallovidia Scotiæ provincia, *refertur à Camerario in Menologio Scotico. Videtur is esse, de quo egimus inter Prætermissos* XXII Martii.

S. Theodosia Virgo & Martyr, Cæsareæ in Palæstina sub Maximino Cæsare & Urbano Præside, post varia tormenta in mari submersa, *magna cum solemnitate colitur à Græcis in Menologiis, Synaxariis & Menæis, nec non in Martyrologio Arabo-Ægyptio Romæ apud Maronitas servato. Acta ejus illustravimus* II Aprilis.

S. Vinebaudus Abbas, *in Breviario Lingonensi anni* 1604 *proponitur hodie colendus, cum Officio* IX *Lectionum, quarum tres priores sunt ex Sermone B. Maximi Episcopi, aliæ sex contractæ ex Vita, quam dedimus & illustravimus* VI Aprilis. F

S. Pollio, Lector in Ciballis & Martyr, *indicatur in Martyrologio Hieronymiano, & nudum nomen* S. Pollionis, *primo loco ante alios hujus diei Martyres, in Martyrologiis Mss. Aquisgranensi, Augustano, & Parisiensi Labbæi, atque auctario Greveni ad Vsuardum. Videtur idem esse, qui colitur* XXVIII Aprilis.

Suicbertus, Episcopus & Martyr in Bethlem, *indicatur à Greveno in Auctario Vsuardi, atque à Canisio in Martyrologio Germanico: verum nobis ignotus. Est* S. Suibertus, Episcopus Frisonum & Boructuariorum Apostolus, Cæsaris-Werdæ ad Rhenum sepultus: *Sed non fuit Martyr. Ejus acta ut fabulosa rejecimus* I Martii.

*Alius est* S. Suibertus junior, Episcopus Verdensis: *sed neque hic Martyr fuit; hujus Acta dedimus* XXX Aprilis.

Gundibertus, *indicatur in Catalogo Sanctorum Hiberniæ Henrici Fitzimon, idemque à Dempstero in Martyrologio Scotico dicitur fuisse* Martyr Remis. *Hinc suspicari licet, indicari* S. Gumbertum Martyrem, *cujus* G

*& S.* Berthæ, *conjugis ejus ac deinde Avennacenſis Abbatiſſæ, corpora aliquando Remis quieverunt, uti diximus ad eorum dies* XXIX Aprilis & I Maji.

S. Olbianus, Epiſcopus Aneorum, Martyr, *memoratur in Menæis excuſis & Menologio Sirleti. Alii referunt ipſum* IV Maji.

S. Titianus Epiſcopus *indicatur in ſcriptis Additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Dedimus hactenus tres hujus nominis* Sanctos Epiſcopos, Opitergienſem XVI Ianuarii, Brixienſem III Martii, & Laudenſem IV Maji.

Mille quingenti & viginti quinque Martyres, in Umbria paſſi, *referuntur in Martyrologio Romano, & à Ferrario in Catalogo Sanctorum Italiæ. Sunt hi relati in Actis* S. Venantii, Martyris Camerini, ob cujus miracula dicuntur converſi. *Eorum ſedecim in hujus Actis nominantur, & ſupra eorum corpora dicuntur condita duodecim altaria. Non negamus quin potuerint multi Martyres paſsi fuiſſe Camerini: ſed non audemus fidem adhibere Legendæ illi, poſtquam examinavimus eam* XVIII Maji.

SS. Paternus & Calocerus *indicantur in Ms. Leodienſi S. Laurentii, & in Ms. Florario: ſunt* eunuchi B *uxoris Decii Imperatoris, & colantur* XIX Maji.

S. Revocatus Martyr, ob ſacras Reliquias, colitur ritu duplici in eccleſia monaſterii S. Benigni Genuæ, *uti latius infra explicamus ad Acta* S. Reſtituti Martyris.

S. Maximinus Epiſcopus *colitur Veſontione in Burgundia. Eumdem recentiores ſcriptores volunt proprium hujus urbis Antiſtitem fuiſſe, illuc miſſum à S. Cajo Papa ante finem ſeculi* 3: *an recte, ac proinde diſtinguendus à Trevirenſi hujus nominis Epiſcopo ſancto, hodie notiſsimo, quærimus in Appendice ad hujus Acta.*

Chono, *aliis* Chononus, Chononius, & Bono, Abbas Lerini inſulæ, *nunc* S. Honorati, *memoratur in Martyrologiis monaſticis Wionis, Dorgani, Menardi, Bucelini; eique dicitur ſcripta* VIII *epiſtola S. Gregorii Magni, libro* IX. *Vincentius Barralis monachus Lerinenſis pag.* 186 *ait de eo, ſe,* poſt multos labores & vigilias impenſas in evolvendis Mss. Bibliothecæ Lerinenſis & aliis monumentis, nihil certi reperiſſe, *præter jam dictam Epiſtolam, & nomen* in C quodam pervetuſto codice membrano præfati cœnobii, *ubi inter Sanctos & Proceres inſulæ etiam iſte nominatur ſub his verbis:* Sanctus Chononus ſive Chononius ſeu Chonon vigeſimo nono Maji, floruit anno 600. *Si hoc per zyfram ita ſcriptũ fuit, non eſt pervetuſtus Codex iſte, aut ſaltem ſcriptura recentior eſt. Neque de nihilo eſſe putem quod Barralis non audeat præponere titulum* Sancti *aut* Beati: *quare & nos ab eodem citra præjudicium abſtinemus. Indicamus autem in Kalendario Spirituali anni* 1686, *pro civitate Pariſina & locis circumjectis, poni hoc die nomen* S. Cononis Lerinenſis, cui S. Gregorius ſcripſit, *nullo addito (ut paſsim alibi ſolet) loco ubi ille ut Sanctus colatur. Quare parum movemur hac auctoritate, moniti Pariſiis, collectori imprimis curæ fuiſſe, ut perſonæ illuſtres, quibus ſingularia quædam ac familiaria ad baptiſmum nomina ſunt, aliquem ſui nominis Sanctum reperirent in dicto Kalendario: eo igitur prætextu quod ad Galliam Lerinus pertineat,* Cononem *iſtum hic poſuit, in alicujus nobilis Cononis gratiam.*

Modwinus; *apud Marianum Gormanum hoc die relatus dicitur à Colgano num.* 33, *in Notis ad Vitam S. Patricii auctore Iocelino, quam & nos edidimus ad* 17 *Martii, in qua ille num.* 28 *dicitur,* S. Dunnium, diſcipulum ſuum, Abbatem in Sabhall conſtituiſſe, *quem Colganus opinatur eſſe* Modwinum.

Brunſecha Virgo *indicatur in Ms. Hibernico Tamlachtenſi. Ejus meminit Colganus* 28 *Martii in Notis ad Maji Tomus VII.*

*Vitam S. Mochuæ num.* 5, *& dubitat num ſit ſoror S. Mochuæ, an vero diverſa, & filia Crimthani. Iterum ad Vitam S. Kierani num.* 18, *eamdem aſſerit* ferri in Mag-trea *hoc die* coli, *& memorari etiam in Martyroll. Dungallenſi, Cathaldi Maguir, & Mariani Gormani, Verum ibi in Vita S. Kierani cap.* 10 Brunecha *appellatur.* D

Moeltalius *refertur in eodem Ms. Tamlachtenſi. Colganus* 21 *Martii in Appendice ad Vitam S. Endei cap.* 7, *ſcribit,* Moeltulium filium Gobnan, Abbatem Araniæ Orientalis, deceſſiſſe anno 865. *Sed num is hic referatur, non additur.*

Cumania, filia Alleani in Ard-vladh, } *indicantur in*
Darius, } *eodem Ms.*
Mo-beccus, } *Tamlachtenſi.*

Mathildis, filia Fulconis Regis Hieroſolymorum, Abbatiſſa Fontis-Ebraldi Ordinis Benedictini, à Scriptoribus laudata, *quos indicat Arturus du Monſtier in Gynæceo Sacro, cui hanc eum titulo* Beatæ *inſcripſit.*

Ermendrudis, Abbatiſſa in Bonnenſi civitate, ſtatim ab obitu cælum ingreſſa *dicitur, apud Cæſarium lib.* 12, *cap.* 43, *ideoque adſcripta eſt ut* Beata *Menologio Ciſtercienſi Henriquez, Bucelini Benedictino, & Gynæceo Sacro Arturi du Monſtier. Aſt ea ſolum* Venerabilis *appellatur in Faſtis Agrippinenſibus Gelenii.* E

Nicolaus, Abbas XII Villarii in Brabantia, anno 1240 mortuus, *cum titulo* Beati *inſcriptus eſt Menologiis Henriquez & Bucelini. Eumdem abſque hujuſmodi titulo refert Chalemotus.*

Irmentrudis de Milendunck, Antiſtita Dietkirchii, *laudatur à Theodoro Ray in Animabus illuſtribus Iuliæ, Cliviæ &c. ſed abſtinet is à titulo* Sanctæ & Beatæ.

Ambroſius de Jeſu, *ex Ordine Minimorum, Valentiæ in Hiſpania defunctus an.* 1541, *hodierna die; Vitam habet, cum titulo* Beati Patris, *Barcinonæ impreſſam Hiſpanice an.* 1618, *poſt S. Franciſcum de Paula Ordinis Inſtitutorem, auctore Petro Iacobo Triſtan: quod ſufficiat hoc obitus ejus die indicaſſe, donec major auctoritas confirmet titulum, privata (ut videtur) devotione uſurpatum.*

Electus, Romæ in Ara-cæli aut Aſſiſii } Ordinis
Ludovicus de Sandoval Hiſpali ſec. 13. } Minorum
Petrus de Padulis in Calabria an. 1540 } *relati in*
Bartholomæus in Luſitania anno 1546 } *Martyrol.*
Franciſca Pachieca in Caſtella ſec. 16 } *Franciſc.*

*Arturi, &* Franciſca *etiam in Gynæceo. Cardoſus in Hagiologio videtur ad* 1 *Iunii agere de* Bartholomæo. F

Petrus Ballingus Sacerdos, Harlemii à Calviniſtis hæreticis anno 1598 occiſus, *refertur à Raißio in Auctario Molani ad Natales Sanctorum Belgii.*

S. Hypatius in Rufinianis *cum longo elogio refertur in Mss. Menæis Divionenſibus. In aliis & Martyrologio Romano* XVII Junii.

Theodoſia mater S. Procopii, *ut cum aliis duodecim nobilibus Matronis paſſa Cæſareæ, refertur in hodierno Romano, ex Actis filii. Horum fides cum apud nos vehementer vacillet, ob cauſam ſupra* XXI *Maji relatam, aliaſque plenius ſuo tempore exponendas; non audemus illas hic adſcribere numero Sanctarum mulierum, quæ utrum revera fuerint in rerum natura dubitamus. Veremur etiam, ne ipſum nomen* Theodoſiæ *mutuo ſumptum ſit, ab ea quam ſupra diximus hodie coli à Græcis, Virgine & Martyre Cæſarienſi; æque ac nomen* Procopii, *à certo ejuſdem nominis ibidem Martyre, de quo Euſebius. De omnibus, quos Acta illa ſuggerunt, ſimul judicabitur* VI Julii.

Septem germani Martyres via Tiburtina *referuntur in Martyrologiis S. Hieronymi, Vſuardi, Adonis, Notkeri, & aliorum. Sunt hi filii S. Symphoroſæ: cum qua dicti filii in Martyrologio Romano & aliis columnur die* XVIII Julii.

S. Remigii, Episcopi Remensis, translatio tertia *recolitur à Saussajo, & in Ms. codice Vsuardi ex Ms. Florario. De ea agendum erit ad ejus Vitam* 1 Octobris.

SS. Agricii & Nicetii Episcoporum translatio, *à S. Hildulpho Episcopo dicitur facta in Vita S. Agricii num.* 10, *data* XIII Januarii. *at* S. Nicetius *colitur* 1 Octobris.

S. Clementinæ Virginis & Martyris & Sociarum, Translatio Reliquiarum Mutinæ, *indicatur* ex tabulis Ecclesiæ Mutinensis, *à Ferrario in Catalogo generali, qui addit putari fuisse* ex numero Sociarum S. Ursulæ, *proinde spectant ad* XXI Octobris.

S. Vulganii Eremitæ obitus, *Monstreleti apud S. Madelgisilum notatur in hujus Vita, die sequenti danda; interim videtur ab aliis confundi cum eo qui, Atrebati defunctus, colitur Lensii* 11 Novembris.

S. Dubricii, Episcopi Landavensis in Wallia, translatio *inscripta est Martyrologio Anglicano Wilsoni in posteriore editione, & ab Alfordo in Indice Sanctorum Angliæ. Natalis ejus refertur* IV Novembris.

SS. Blasii & Demetrii Martyrum inventio in civitate Verulana *indicatur in Annotatis Chartusiæ Bruxellensis ad Grevenum. In Ms. Florario legitur* Inventio S. Blasii Episcopi & Martyris. *Hic forsan esset* S. Blasius Sebastenus, III Februarii. *est ambo* Blasius & Demetrius Verulis *coluntur* XXIX Novembris.

S. Nicolai Episcopi Myræ translatio } *referuntur à*
Nicolaus Senior Ep. Myræ } *Petro de Natalibus lib.* 5
Theodorus Episc. Myræ Martyr } *cap.* 65 *& seqq. & à Wilfredo: de iis agi poterit ad Vitam* S. Nicolai VI Decembris.

# DE S. CONONE ET FILIO EIUS

## *MARTYRIBVS ICONII IN ASIA MINORE.*

## COMMENTARIUS PRÆVIUS

D. P.

### De loco, tempore, & Actis Martyrii valde antiquis aliisque recentioribus, cum Officio Acerris usurpato, propter Reliquias eo translatas.

XXIX Maii *Corpora Iconio*



Conium *Vrbs est antiqua Asiæ minoris, peregrinatione & prædicatione S. Pauli Apostoli celebris: cujus in Actis Apostolorum capite* XIV *tertio sit mentio, postea metropolis Archiepiscopalis Lycaoniæ & Isauriæ habita, in quarum provinciarum confinio sita est: proprie tamen & passim Lycaoniæ adscribitur in Martyrologiis, ac nominatim* XXIII *Septembris ad memoriam S. Theclæ. Hic vero, tam in Actis pratitulatorum Martyrum, quam Martyrologiis, accensetur Isauriæ. Inde illorum Reliquiæ, incertum quando, in Italiam translatæ sunt ad urbem Campaniæ Episcopalem,* Acerra *sive* Acerræ *dictam, sub Archiepiscopo Neapolitano ad Clanium amnem, à Neapoli* VIII M. P. *dissita in via Beneventum ducente. Ibi extat ecclesia* SS. Cono & Conio, *seu* Conello *filio,* Martyribus *dicata, in qua prædictæ Reliquiæ adservantur; solennemque prout decet venerationem habent die tertia Iunii, verosimiliter ob translationem ac depositionem illo die ibi factam. Nomen Patris Græcum,* Κόνων, *posterior ætas in* Conum *vertit, ex eoque filii, aliàs anonymi, nomen formavit, supponens idem cum nomine Patris fuisse, aut diminutivum illius; sicuti ad* X *diem Maji, agentes de Reliquiis S. Iob, Papiam translatis cum corporibus utriusque Tobiæ, patris ac filii, invenimus hunc distinctionis causa dictum* Tobinum *seu* Tobiolum. *Et hunc quidem Scriptura testatur patris nomine dictum fuisse; de filio autem* S. Cononis *tale nihil habent Acta antiquiora.*

*Acerram translata,*

C

2 *Nos ea Græce invenimus in pervetusto Codice Vaticano, sub numero* 866 *fol.* 326 *descripta: qualia simul cum corpore videntur allata Iconio in Campaniam, & Latine reddita sæculo saltem* IX *aut etiam citius, prout illa habemus ac damus ex quatuor Codicibus Mss. videlicet antiquissimo monasterii S. Maximini prope Treviros & alio nostro etiam valde antiquo, tertioque sed contractiori ecclesiæ S. Salvatoris Vltrajecti, ac denique ex Passionali Bodecensi Canonicorum Regularium in diœcesi Paderbornensi, quod liberiori paraphrasi stylum prioris versionis corrigit, & ordinem etiam nonnihil mutat, sicut in Annotatis apparebit. Compendium eorumdem aliquod habet Petrus de Natalibus, sed loco* Iconii *ponit* Nicomediam. *Sunt illa simplici stylo, & Græce scripta, & Latine reddita:*

*suna cum Actis dandis Græcolatine ex Mss. antiquis.*

*imo si duo sola loca excipias, videri possent ex Actis Proconsularibus sumpta; potiori proinde fide digna, quam quæ postea licentius exornata & interpolata Acerræ fuerunt, atque ad divini Officii formam aptata sæculo forsan* XIII. *Non est quidem antiqua isthæc versio, ex omni parte sincera atque germana: ea tamen uti maluimus, propter vetustatis reverentiam, observationem defectuum referendo ad Notas, quam novam condere.*

*Ex his sumpta Memoria in Martyrologiis* 29 *Maji.*

3 *Fidem hisce Actis eorumque antiquitati conciliant Martyrologia Vsuardi atque Adonis, utpote sæculo* IX *ad medietatem vergente conscripta, dum elogia inde accepta proferunt. Et Vsuardus quidem his verbis utitur,* IV Kalendas Iunii, apud Iconium civitatem Isauriæ, sub Aureliano Imperatore, passio S. Cononis Martyris & filii ejus: qui primum ignito ferro superpositi, deinde craticulam prunis suppositis & oleo superinfuso constanter superaverunt. Postea vero tam frixorii, quam suspensionis in equuleo penuriam passi, malleo ad extremum ligneo manibus eorum contritis, in laudem omnipotentis Dei spiritum emiserunt. *Ado eadem fere sic recitat:* Item passio S. Cononis Martyris & filii ejus sub Aureliano Imperatore, in Iconio civitate provinciæ Isauriæ, Iudice Domitiano. Hic cum esset fide præclarus, exhibitus Iudici cum filio suo annorum duodecim, Spiritum sanctum in se habitare veraci confessione manifestaverunt. Primum itaque ignito ferro superpositi, deinde craticulam, prunis suppositis & oleo superfuso, constanter superarunt, inde frixorium: inde suspensi & valido igne sub eis adhibito, malleo ad extremum ligneo manus contritæ, in laudem omnipotentis Dei spiritum emiserunt. *Similia habent Notkerus, Auctor Martyrologii sub nomine Bedæ suppositi, Bellinus, & alii passim recentiores, cum hodierno Martyrologio Romano.*

F

*Dicuntur passi sub Aureliano Imp.*

4 *Regnavit* Aurelianus Imperator *ab anno* CCLXX *ad* CCLXXV; *sed etiam* Aurelianus *alter sub Trajano,* Comes utriusque militiæ in Isauria, Princeps & Imperator *dictus sæpe invenitur. Etenim sævitiâ in Christianos exercenda sic probatus Trajano fuit, ut ab eo ex Asia Romam missus inveniatur,* ad interfectionē omniū Christianorum, *uti pluribus deductum est ad Catalogos antiquorum Pontificum num.* 49. *& rursum ad Ephemerides Græcorum metricas* XXVIII *Septembris, cum age-*

A *ageremus de Charitone Iconienſi Martyre, diſtinguendo ab ejuſdē nominis poſteriore Palæſtinio Abbate. Ideo vehementer propendeo, ut hoc quoque* S. Cononis *Martyrium ad Trajani ætatem pertinere credam; & Comitem Domitianum, hic nominatum,* Aureliano *in Europam evocato ſucceſſiſſe, non autem ab eo miſſum fuiſſe: licet Actorum Auctores, æque ac alii quarto quintove ſeculo geſta Martyrum compilantes, confuderint perſonas, & has confundendo etiam temporum conturbaverint characteres. Ceterum utriuſcumque* Aureliani *ætate res acta eſt. Ob ſeceſſum* Cononis *in ſolitudinem, tam interpres quam interpolator Latinus* Monachum *eum vocandū* S. Cononem *crediderunt, ſed excuſandi ſunt, velut ex ſeculi ſui uſu locuti. Nam veri nominis Monachos nemo facile inveniet ea ætate; ſed tales tantum quales faciebat fugiendæ perſecutionis neceſſitas eos, quos etiam tempore ſuo deſcribit Apoſtolus ad Hebr.* x, 38, in ſolitudinibus errantes, in montibus & ſpeluncis & in cavernis terræ: *horum autem aliqui, ſolitariæ ejuſmodi quietis amore capti, cum idoneum locum inveniſſent, ibi cellam ſibi ac manſionem conſtituerunt, Græce* Μονὰς, *quod initium denique vero Monachatui dedit circa finem ſeculi* XII: *hic vero ſeculo ſequenti magis magiſque invaluit, &*
B *apud Ægyptios primum, ac deinde etiam apud alios ad perfectiorem formam adductus fuit.*

*fortaſſis in alium ſeniorem mutando,*

*& vitam ſolitariam coluiſſe.*

*Acta recentiora pro Officio & die 3 Iunii.*

5 *Porro Acta, quæ ſupra diximus ſeculo* XIII *vel ſerius interpolata ſub nomine* S. Coni, *quo media ætas utebatur, invenimus tranſcripta Neapoli apud Clericos Regulares, in ſchedis Antonii Caraccioli, vulgandis Eccleſiæ Neapolitanæ monumentis celebre nomen adepti, quæ contulimus cum Officii eccleſiaſtici inde accepti, & Acerris olim ſoliti recitari, Lectionibus, Reſponſoriis atque Antiphonis: & ſic collata ſecundo loco edimus; ut tali exemplo moneatur Lector, quantum de genuina ſinceritate amittere ſoleant ejuſmodi omnia, dum per plurium manus ac ſtylos tranſeunt, ſemper aliquid furfuris contrahentia, quod cribo & ſcopa indigeat. Ita hic in fine additur, quod mortem Sanctorum* audientes Fratres, qui erant in eorum monaſterio; venerunt cum aromatibus, & tulerunt corpora nocte, & ſepelierunt eos in ſancta Sion in ipſo monaſterio, tertio Nonas Iunii. *Quorum nihil habent* vetera Acta: *Martyrologia autem vetuſta,* IV Kalendas Iunii *notant. Bodecenſis Codex, neſcio quare, Paſſionem eorumdem in titulo adſcribit* VII Idus Maji. *Ms. Trevirenſe ſub finem ait, quod Commemoratio*
C *celebratur* viceſima die menſis Maji, *& ſub tali etiam die Paſſionem contractam habet Codex Vltrajectinus; ſed errore librariorum utrobique potuit omiſſum eſſe,* nona. *Neque dubitem quin ſic Acerris fuerit antiquitus ſervatum: ſed poſt illatas Campaniæ à Sarracenis reſtauratasque à Normannis vaſtitates, videtur nova facta Corporum ſanctorum tranſlatio, cujus cauſa nunc die* III *Iunii feſtum celebrari diximus, quando iidem referuntur à Ferrario in Catalogo Sanctorum Italiæ & alio Catalogo ejus generali. Talem autem cultum confirmat Hymnus, in eo feſto recitari ſolitus hoc tenore:*

MArtyr inſignis Cone, quem colendum
Tertio Nonas Junii per orbem
Scimus, & læti meritis honores
Reddemus aſtris.
Supplices audi populos, & aures,
Quas tui fundunt famuli per aras,
Vocibus præſta, facilis benignas
Tempore Sacro.
Hunc diem feſtum pueri faventes,
Hunc diem caſtæ celebrent puellæ,
Hunc diem feſtum celebremus omnes
Carmine læto.
Urbis hic noſter Pater atque Rector,
Laudibus ſummis referendus aſtris;
Cujus ad templum veniunt catervæ
Ordine longo.
Nam fuit clara genitus parentum
Prole, qui magnis opibus valebant:
Moribus clarus fuit, atque miris
Clarior actis.
Cum vero Calvus laceraret orbem,
Nominis Chriſti gravis hoſtis, atrox
Peſtis humani generis & horror,
Cæde cruentus;
Claruit ſanctus Conus orbe, feſſo
Jam malis tantis, coronandus inter
Milites claros Domini ſupremi,
Sanguine fuſo.
Filius juxta Cononus beatus,
Sanguine fuſo meruit coronam.
Morte contempta ſuper aſtra vecti,
Ambo triumphant.
Supplices clarè rogitamus omnes,
Sitis & noſtri memores per ævum;
& Deum cæli populo benignum
Reddite veſtro.
Ut ſalus illi ſuper & ſalubris
Aër, & fruge gravidus ſit annus,
Fertilis totus, gravidus olivis,
Vitibus atque;
Gaudet in latis pecus omne campis:
Sic ad exactos veniamus annos,
Semper hunc ſacrum celebremus hymnum
Carmine læto.
Sit decus ſummo Domino polorum,
Laus ſit & ingens ſimul & poteſtas,
Qui ſuo nutu regit altus Orbem,
Trinus & unus. Amen.

AUCTORE D. P. *quibus conſonat Hymnus ejuſdem Officii.*

E F

ORATIO. Omnipotens ſempiterne Deus, qui dimicantes provehis ad coronam, concede nobis famulis tuis, ſanctorum Martyrum tuorum, Coni & Cononi digne ſolennia celebrare, utque eorum glorioſos triumphos devotis mentibus perſonamus, ipſorum intercedentibus meritis ad ſuperna gaudia pertingamus. Per Dominum.

# ACTA

## *Ex antiquis Mss. Græcis ac Latinis.*



Τι κρατήσαντος τὸ βασίλειον Αὐρηλιανοῦ τοῦ τυράννου, ἀπεστάλη Δομέλιανὸς ὁ Κόμης κατοπεύσας πάντας προσκυνεῖν καὶ σπένδειν τοῖς μιαροῖς εἰδώλοις. Εἰσελθὼν οὖν εἰς τὴν Εἰκονίων πόλιν τῆς Ἰσαυρίας, ὑπεβλήθη αὐτῷ Κόνων τὶς σεμνὸν βίον ζῶν, φίλος θεοῦ καὶ κληρονόμος Χριστοῦ, καὶ συνόμιλος Ἀγγέλων θεοῦ, δαιμόνων δὲ διώκτης, εἰδώλων καθαιρέτης,



EGnante Aureliano tyranno, directus eſt Domitianus ad compellendam omnem provinciam, ut vim faceret omnibus adorandi atque colendi nefandiſſima idola. Dum ingreſſus fuiſſet in Iconium *a* civitatem provinciæ Iſauriæ, obtulerunt ei hominem, venerabili vitâ viventem coram Deo, amicum Dei & cohæredem Chriſti, confabulatorem *b* Angelorum: qui dæmonum quidem erat in-

*Adductus ad tribunal ex eremo,*

a

b

ex MSS. c d

inſecutor idolorum maledictorum, ſanctorum Martyrum intereſſor. Hic habuit uxorem, & diſceſſit *c* ab ea, caſtuſque permanſit habens filium: & accipiens eum, manſit in ſolitudine *d*.

e *ubi degens, fluvii curſum ſitierat;*

2 Ambulavit enim in viis Moyſi, increpans fluctus, faciens mandata Dei. Erat enim ibi prope ipſum locum fluvius *e* torrens, quò nullus poterat de vicinis locis, à multitudine aquæ, tranſire. Appropiante vero populo rogabant S. Cononem, ut eos trans-fretaret. Increpuit S. Conon aquam; & ſtatuit eam, & faciens viam eduxit eos. Deſcendente vero S. Cononе in monaſterium *f* ſuum, jubens aquis ut non currerent uſque ad tempus: deinde implens eas inundavit plurimas provincias *g*. Cognoſcens ſanctus Conon quod factum fuiſſet, pergens venit apud flumen, jubens ei ut ita curſus ejus eſſet ſecundum miſericordiam Dei: unde uſque hactenus omnes ibi placentes Deo lætantur ab eo, & ſubjecta ſunt ei, non ſolum aquæ, ſed & omnis terra ipſa. Completum eſt enim quod ſcriptum eſt: Quoniam ſi habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis huic monti, Tranſi, & tranſiet. Non ſolum, aquis imperat, ſed & *h* fluctibus jubet. Credidit autem Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam: credidit ſanctus Conon Deo, & non ſolum amicus Dei vocatus eſt, ſed coheres Chriſti factus. Hi placent Deo & hi militant *i*, non ſolum in terris, ſed & in cælis.

f g h B i

k l m *deque inſtituto vitæ rigore interrogatus,*

3 Videns *k* hæc miniſter diaboli Domitianus Comes, dixit: Venerabilem ſenectutem *l* tuam in multâ verecundiam perduxiſti, qui non reſpicis Imperatorem & omnem ſanctum *m* lætantem: & cur ſic in iſta manſione falleris? S. Conon dixit, Qui cum Deo vivunt, in hoc ſchemate ambulant, ut ego: oportet enim eos per multam tribulationem introire regnum cælorum: nam qui coram hominibus vivunt, ſchema habent in pulchris veſtibus ambulantes: ego incipio properare cruci Chriſti, ut quæ ad tempus ſunt peccata remittat mihi, qui hæc judicabit. Domitianus Comes dixit, Judicaſti vitam finire? S. Conon dixit, Judicavi quantum ad homines complere, & cum Chriſto quidem habitare.

*ac Chriſtum confeſſus,*

4 Domitianus Comes dixit: Credo te impium eſſe diis: quid ſtas? primum religionis tuæ honorem enarra. Monachus *n* es, aut Diaconus? S. Conon dixit, Vivo coram Deo, adorans Chriſtum, exultans ſancto Spiritu: ego enim indignus laicus ſum, qui vero innituntur dignitati illi in Chriſto lætantur. Domitianus dixit, Uxorem habuiſti? S. Conon dixit; Revera: ſed paucum tempus vixit mecum, & modo cum Chriſto eſt. Domitianus dixit, Volo cum *o* acribia vitam tuam cognoſcere: filios habuiſti? S. Conon dixit: Habeo filium, & hunc me oportet tuis præſentare aſpectibus. Domitianus dixit; Et ipſe impius eſt diis? Sanctus Conon dixit: Qualis radix, tales & rami ſunt: nunc ergo venire jube eum ante conſpectum tuum. Domitianus Comes dixit: Præſentetur & filius ejus. Officium dixit: Præeſt luminibus tuis. Domitianus Comes dixit: Quot annorum eſt filius tuus? S. Conon dixit: Duodecim *p*, & expertus in lectionibus, & mundo renuntians, dignus fuit ſortem accipere Martyrum: ſed rogamus ne compendioſe nos ad ſententiam perducens, finem velis dare: ſed citius nos per ſingula tormenta tranſire fac & plagas, ut ego dignus ſim ingredi regnum cælorum.

n C o *una cum filio,* p

*nec perſuaſus diis immolare,*

5 Domitianus Comes dixit: Quid ergo? Vultis credere diis & ſacrificare eis? an non? Mihi enim juſſum eſt ab Imperatore, qui non conſentiunt immolare diis, ſententias in eos diverſas

βραβευτὴς ὁ τῶν Μαρτύρων. Οὗτος ἐσχηκὼς γυναῖκα, ἀνεχώρησε χηρεύσας, ἔχων καὶ υἱόν· καὶ λαβὼν αὐτὸν κατιδίαν ᾤκησεν. D

Ἀνεδέξατο δὲ τὸν βίον Μωυσέως, ὁπτάνων τοῖς ὕδασιν· καὶ γὰρ [ὄντος αὐτοῦ] ἐν τῇ μονῇ, πλησίον ὢν πολαμὸς ῥέων, ὃς ἐπολιόρκει πάντας τοὺς γιτνιοῦντας [οἵ τινες] τόπον ἐπὶ πλημμύρᾳ ὑδάτων ἐπελθόντων, οὐκ ἠδύναντο παρελθεῖν πόρρω. Ἐπισάντος οὖν ὄχλους, παρεκάλουν τὸν ἅγιον Κώνωνα διενέγκαι αὐτούς. Ἐπιτιμήσας οὖν ὁ ἅγιος Κώνων τοῖς ὕδασιν, ἔστησεν αὐτά, καὶ ποιήσας ὁδὸν διῆγεν τὸν ὄχλον. Ἀναχωρήσαντος δὲ τοῦ Ἁγίου ἐπὶ τὸ μοναστήριον, καὶ μὴ κελεύσαντος τοῖς ὕδασιν διοδεύειν, ἀνάῤῥοια ᾤδευον, καὶ ἐγέμισαν τὰς πλησίον κώμας. Γνοὺς δὲ ὁ μακάριος Κώνων τὸ γεγονὸς, καὶ συνωνυς γενόμενος, ἀπῆλθε πρὸς τὸν πολαμὸν, ὁπτρέπων αὐτῷ τοῦ πορεύεσθαι. Ὅσοι οὖν κατὰ Θεὸν ζῶσιν, ὕτως πολιτεύονται, καὶ ὕτως ἀρέσκουσιν Θεῷ, καὶ τιμῶνται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὑποτάσσεται αὐτοῖς οὐ μόνον τὰ ὕδατα, ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἡ κλίσις· ἐπλήρωσεν γὰρ ὅτος τὸ γεγραμμένον, Ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, καὶ ἔρεῖ τε τῷ ὄρει τούτῳ, Μεταβλήθι, καὶ γενήσεται. Οὐ μόνον οὖν τοῖς ὕδασιν ὁπτάσθη, ἀλλὰ καὶ τοῖς κλίσμασι κελεύει· ἐπίστευσεν δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην· ἐπίστευσεν Κώνων τῷ Θεῷ, καὶ οὐ μόνον φίλος ἐκλήθη, ἀλλὰ καὶ συγκληρονόμος Χριστοῦ· τοιοῦτοι ἀρέσκουσιν τῷ Θεῷ, τοιοῦτοι στρατηγοῦσιν, οὐ μόνον τὰ ἐπὶ γῆς, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. E

Τοῦτον ἰδὼν ὁ ὑπηρέτης τοῦ Σατανᾶ Δομέλιανὸς ὁ Κόμης, εἶπεν, Τὸ Σεμνόν σου τῆς πολιᾶς, καὶ τὸ γῆρας εἰς πολλήν με ἀῤῥῶ κατέστησεν· τοίνυν ὁρᾷς τὸν Αὐτοκράτορα, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην εὐωχουμένην· καὶ διατί αὐτὸς ἐν τοιαύτῃ πλάνῃ διάγεις; Κώνων εἶπεν· Οἱ κατὰ Θεὸν ζῶντες, οὐ δυνάμενα ὕτως εὐωχίᾳ διάγειν· δεῖ γὰρ αὐτοὺς διὰ πολλῶν θλίψεων εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· οἱ δὲ κατὰ ἄνθρωπον ζῶντες, ὧδε εὐωχοῦνται, καὶ ἐν μαλακοῖς ἱματίοις διάγουσιν. Τοίνυν μᾶλλον ἀτιμάζεσθαι συγκακουχεῖσθαι τῷ σαυρῷ τοῦ Χριστοῦ, ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν· ἀξιῶ δέ σε μὴ διὰ σωτόνων με ἀνέλῃς, ἀλλὰ κατὰ μέρος φαδρᾶς μοῖ τὰς βασάνους, καὶ τὰς πληγὰς ὁπτφέρων, ἵνα κἀγὼ διὰ πολλῶν θλίψεων καταξιωθῶ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Δομέλιανὸς Κόμης εἶπεν· Ἔκρινας γὰρ τοῦ ζῆν ἀπαλλαγῆναι; Κώνων εἶπεν· Ἔκρινα τοῦ ζῆν κατὰ ἄνθρωπον πληρῶσαι, καὶ σὺν Χριστῷ πολιτεύεσθαι. F

Δομέλιανὸς Κόμης εἶπεν· Νομίζω σε ἀσεβεῖν τοῖς θεοῖς· τί ἢ ἴδια ἐν τῇ ἀσεβεῖ θρησκείᾳ, Παππᾶς, ἢ Διάκων; Κώνων εἶπεν· Ἔξησα καλὰ Θεὸν, πρεσβυτῶν τῷ Χριστῷ, καὶ ἀγαλλόμενος τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ὢν ἁμαρτωλὸς καὶ λαϊκός· οἱ γὰρ καταξιωθέντες τοῦ ἀξιώματος ἐκείνου σὺν Χριστῷ ἀγάλλονται. Δομετιανὸς Κόμης εἶπεν, Γυναῖκα ἔσχες; Κώνων εἶπεν, Ναὶ, ἀλλ' ὀλίγον χρόνον συνέζησεν σὺν ἐμοὶ, νῦν δὲ σὺν Χριστῷ ἔστιν. Δομετιανὸς Κόμης εἶπεν· Βούλομαι κατὰ ἀκρίβειαν γνῶναί σου τὸν βίον· Τέκνα ἔσχες; Κώνων εἶπεν· Ἔχω υἱὸν, καὶ τοῦτον παρασκευάσαί με δεῖ τῷ βήματί σου. Δομετιανὸς Κόμης εἶπεν· Καὶ αὐτὸς ἀσεβὴς εἰς τοὺς θεούς; Κώνων εἶπεν· Οἵα ἡ ῥίζα τοῦ δένδρου, καὶ οἱ κλάδοι τοιοῦτοι· νῦν οὖν κέλευσον αὐτὸν παραγενέσθαι τῷ βήματί σου. Δομετιανὸς Κόμης εἶπεν· Παραγήτω αὐτοῦ καὶ ὁ υἱός. Ἡ τάξις εἶπεν, Πάρεσι τῷ βήματί σου. Δομετιανὸς εἶπεν· Πόσων ἐτῶν ἐστὶν ὁ υἱός σου; Κώνων εἶπεν· Δώδεκα ἐτῶν ὢν γέγονεν· Ἀναγνώστης, καὶ τῷ βίῳ τῷ κοσμικῷ ἀποταξάμενος, κατηξιώθη τὸν κλῆρον λαβεῖν τοῦ Διακόνου.

Δομε-

A Δομέλιανὸς εἶπεν· Τί οὖν; βούλεσθαι προσέρχεσθαι τοῖς θεοῖς, καὶ θύετε, ἢ οὔ; ἐγὼ γὰρ ἐκελεύσθην παρὰ τοῦ Αὐτοκράτορος, τοὺς μὴ πειθομένους θύειν τοῖς θεοῖς τιμωρίαις διαφόροις ἀφανίζειν. Κώνων εἶπεν· Ἀπερρίμμενε, καὶ πάντων ἀνθρώπων ἀσεβέστατε, οὐκ εἶπόν σοι, Ποίει ὃ θέλεις; Δομέλιανὸς Κόμης εἶπεν πρὸς τοὺς ὑπηρέτας αὐτοῦ, Ἐκκαύσαντες τήμους, ἐπίθετε αὐτοὺς ὑπεράνω αὐτοῦ. Κώνων εἶπεν· Δὸς ἐν τῷ μέσῳ τὰ βασανιστήρια, καὶ τότε γνώσῃ δυνάμειν Χριστοῦ. Δομετιανὸς Κόμης εἶπεν· Διὰ πυρὸς ὑμᾶς ἀναλίσκω. Κώνων εἶπεν· Ὃ βούλει ποίει. Δομέλιανὸς Κόμης εἶπεν· Ἐκκαύσαντες ἐσχάρας, ἔλαιον καλὰ μέρος εἰς τοὺς ἄνθρακας βαπτίζοντες, ἐπιρρίψατε αὐτοὺς ἐπάνω τῆς ἐσχάρας. Κώνων εἶπεν. Καὶ πρὸ τούτου σε ἠξίουν, ὅτι εἴ τινας ἐπαχθῶν τιμωρίας ἔχεις, ἐπάγαγε. Δομέλιανὸς εἶπεν· Στρέψαντες αὐτοὺς κατὰ τῆς γαστρὸς ἐκκαύσατε. Κώνων εἶπεν· Πέπεισο ὅτι οὐκ ᾐσθανόμεθά σου τοῦ πυρός. Δομέλιανὸς Κόμης εἶπεν· Ἐκκαύσαντες τήγανον, καὶ ἐμβαλόντες ἔλαιον εἰς αὐτό, ἐπιρρίψατε αὐτοὺς εἰς τὸ τήγανον, ὅπως καὶ νῦν ἅψηται αὐτοὺς τὸ πῦρ. Κώνων εἶπεν· Τί ἐστι τοῦτο; καλαπάζουσίν σου οἱ ὑπηρέται, καὶ οὐκ ἐθέρμανεν καλῶς τὸ τήγανον. Δομέλια- B νὸς εἶπεν· Ἀρύντες αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ τηγάνου, κρεμάσατε αὐτοὺς κατὰ σφυρῶν, καὶ ὑποκαπνίσατε αὐτοὺς δριμυτάτως, ὅπως ἀποπνιγῶσιν. Κώνων εἶπεν· Τὸ πῦρ σου οὐχ ἥψατο ἡμῶν· καὶ διὰ καπνοῦ σου οὐ φροντίζομεν.

Δομέλιανὸς εἶπεν· Συλίνῳ περίονι τὰς χεῖρας αὐτῶν περιέλετε. Κώνων εἶπεν· Οὐκ αἰσχύνῃ, ὅτι δύο ἀχρεῖοι δοῦλοι τοῦ Θεοῦ πᾶσαν τὴν ὑπερηφάνειαν ὑμῶν ἔθλασαν, καὶ τὴν πανοπλίαν ὑμῶν κατέλυσαν. Καὶ ταῦτα εἰπόντος τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Κώνωνος, φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐγένετο λέγουσα αὐτοῖς· Ἀπέλθετε οἱ γενναῖοι ἀθληταὶ τοῦ Χριστοῦ, οὗ ὁ βίος ἁγνὸς, καὶ ὁ τρόπος τέλειος, καὶ ἡ ζωὴ ἐν οὐρανοῖς· στεφανοφορούμενοι πομπεύετε, ἐνδεικνύμενοι τὸ νίκος κατὰ τοῦ Σατανᾶ. Καὶ ταύτης τῆς φωνῆς ἐνεχθείσης, οἱ ἅγιοι Μάρτυρες ἀνατείναντες τὸ σῶμα αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν, προσηύξαντο ἐπὶ ἱκανόν· καὶ ποιήσαντες τὴν ἐν Κυρίῳ σφραγίδα, ἀπέδωκαν τὰς ψυχὰς ἐπὶ τῷ βήματος. Καὶ ἐπὶ τῷ φόβῳ ἀνέστη ὁ Ἄρχων ἀπὸ τοῦ θρόνου· καὶ ἐλθόντες οἱ ἀδελφοὶ ἔλαβον τὰ σώματα τῶν ἁγίων Μαρτύρων, ὑπὲρ χρυσίου καὶ λίθου τίμιον τετιμηκότα, καὶ ἔθαψαν αὐτὰ ἀνοικοδομοῦντες τὸ Θεῖον, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

pronuntiare. S. Conon dixit: *q* Stulte & omnium hominum impiiſſime, non tibi dixi, fac quod vis? Ex mss. Domitianus Comes dixit Miniſtris, Incendite fer- q ros *r*, & ponite ſuper eos. S. Conon dixit; Veniant r *s* ad me diu ſententiæ tuæ, & tunc videbis virtu- s tem Chriſti. Domitianus dixit, Per ignem vos *varie per ignem tor-* extricabo. S. Conon dixit: Quod vis fac. Domi- *quetur* ſ tianus dixit: Craticulam incendite, & mittite oleum per angulos ejus, & carbones ſuccendite, & jactate eos ſuper craticulam. S. Conon dixit: Pridem tibi dixi, Si qua ſunt tormenta, oſtende. Domitianus dixit; Revolvite eos ſupra ventrem ſuum, ut ardeant. S. Conon dixit: Credis, quia non cogitamus de igne tuo? Domitianus dixit: Succendite frixorium, & mittite eos ibidem, forte vel nunc continget eos ignis. S. Conon dixit: Quid eſt iſtud? Illudunt miniſtri; non calefecerunt frixorium bene. Domitianus Comes dixit: Tollite eos de *t* tygano, & ſuſpendite eos *u* ſingillatim, & t u ſupponite illis ignem validum, ut ſtatim animam tradant. S. Conon dixit: Ignis tuus nos non tetigit: nam de tuo *x* incendio nos gaudemus. x

6 Domitianus dixit: Malleum ligneum afferte, *& omnibus* & manus eorum conterite *y*. S. Conon dixit: Non *tormentis* erubeſcis, quod duo ſervi Dei, omnem ſuperbiam *ſuperiores* tuam confregerunt, & victoriam diaboli vetave- *ipſe ac filius* runt? Et hæc dicente S. Conone, vox venit de cæ- y lo dicens: Ite fortes Athletæ Chriſti, quibus ſeculum caſtum, & curſus fortior, & vita in hominibus bona fuit, & coronati roſis, & ex pugna honorati, nunc in cælis vos habitare oſtendite victo diabolo. Et iſtam vocem audientes ſancti Dei Martyres, ſuſpicientes oculis in cælum, diutiſſime orationem facientes, in Domino tradiderunt ſpiritum ante tribunal. Et præ timore exurrexit Comes Domitianus de throno: & venientes Fratres ſuſtulerunt corpora ſanctorum Martyrum, *ſpiritum in* ſuper aurum & lapidem pretioſum multum: & *oratione* ſepelierunt ea, laudantes Dominum z. Marty- *reddunt.* rizatus eſt Sanctus Conon cum filio ſuo in Iconio Iſauriæ provinciæ, ſub Domitiano Comite: Commemoratio celebratur vigeſima die menſis Maji, regnante Domino Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſeculà ſeculorum. Amen.

C

## ANNOTATA. f

a *Paſſim* Myconium Heſauriæ, *vel etiam* Heraulæ, *habent Mss. noſtra: ſed evidens ſphalma correxi: non item in Græco mutavi* Εἰκόνιον *in* Ἰκόνιον. *Licet enim alii omnes ſic ſcribant: notat tamen Stephanus de urbibus, antiquam ibi fabulam circumferri de luteis imaginibus, ad generis humani reſtaurationem ibidem poſt diluvium formatis, unde urbi nomen adhæſerit; quod proinde, inquit idem Stephanus*, debebat per dyphthongum ſcribi, διὰ τὰς εἰκόνας ἐκεῖ διαγραφομένας.

b *Ms. Bodecenſe longiori paraphraſi*, Miſit apparitores ſuos, ut comprehenderent aliquos Chriſtianos, quos ſibi oblatos crudeli vexatione torqueri juberet: à quibus videlicet miniſtris ſuis oblatus eſt ei poſt aliquot dies ... Conon .... confabularis Angelorum.

c *Idem Ms. melius*, ea mortua receſſit: *Græce enim ad verbum eſt*, Cum habuiſſet uxorem, viduus factus receſſit, *ſcilicet ab urbe* ... & privatim, *ſeu* ſolus, habitavit.

d *Totum ſequ.* § *in Ms. Bodecenſi, hinc exemptum, & ad finem ſic relatum, invenio*: Legitur de hoc beato viro laudabile quoddam & memoria dignum miraculum, quod per eum Dominus oſtendit, cum in ſolitudine, ſicut prædiximus, habitaret. Erat *&c. Atque hoc unum ex duobus punctis eſt, quod uti ex Actis Proconſularibus haberi non potuit, ita per vulgi traditionem acceptum minoris eſt fidei, præſertim quoad circumſtantias aliquas. Similiter non magni facio vocem, quæ Martyribus in fine ſui agonis infra dicitur de cælo lapſa: quia id in prima nota Actis inſoleus, in aliis autem levioris notæ tam frequens eſt, ut fides haberi prudenter nequeat.*

e *Lycaoniam quàm longa eſt percurrit, & Iconium alluit fluvius; qui tandem una cum pluribus aliis minoribus rivis, in Aſcanio lacu ſe perdit: ex quo deinde lacu, per ſubterraneos meatus, videtur Mæander procedere.*

f Monaſterium *in Vitis Patrum ſæpe ſumitur pro* cella eremitica, *unum aut duos dumtaxat capiente: idque ſecundum proprium vocis etymon: quod uſus poſterior deflexit ad cœnobia plurium ſignificanda.*

g *Græca multo clarius & alio prorſus ſenſu ſic redduntur*: Regrediens porro Sanctus in cellam ſuam.

cum

EX MSS. cum non juſſiſſet aquas progredi, retrorſum abeuntes illæ, impleverunt vicinos circum vicos: quod B. Conon, recogitans, & ſciens quod factum erat, venit iterum ad fluvium, jubens ipſum procedere, *ſolito ſcilicet curſu & alveo; contra quam interpretes intellexerunt, rati vicorum illorum commodum fuiſſe, quod erat damnum, niſi permiſſus naturali ſuo fluxui rivus fuiſſet. Si aliter alius Græcus contextus olim habuit, tunc cenſuerim à natura fluvii, eo lacu quem dixi obſorpti, ſumptam occaſionem tribuendi miraculo, id quod erat à natura: & ſic prioribus conſentiens Ms. Bodecenſe dicit,* quod Sanctus fluvio præcipit, ut arrepti curſus itinera de reliquo ſemper obſervaret; ut videlicet, quod hactenus ipſi ſuperabundaverat, diviſum in partes, aliarum etiam regionum utilitatibus deſerviret .... unde & uſque hodie habitatores regionis illius, prædicantes beneficia tam memorabilis viri, glorificant in factis ejus largitorem & auctorem meritorum ipſius D.N.I.C. &c.

h *Idem Ms.* ſed & terræ, quæ ſe ad imperium ejus meabilem præbuit: *Græcum*, ſed omni etiam creaturæ.

i *Græce eſt*: Hi imperant, *velut Duces militibus ſuis*, non ſolum iis quæ in terris ſunt, ſed etiam quæ in
B cælis.

k *Græce*, Hunc videns: *& melius: quia ſic apparet, antiquo textui inſertum poſtea miraculum illud fuiſſe. Idem cum agnoſceret paraphraſtes Bodecenſis, maluit illud eo movere loco, ubi importune interrumpebat cœptum ſermonem, & referre ad calcem.*

l *Græca rectius*, Venerabilis canities atque ſenectus tua in tui venerationem me adducit. Igitur vides *&c.*

m *Immo*, & mundum univerſum, *ut eſt in Græco*; ſecundum ſeculum *ſcilicet*, *ſicut eſt in Ms. Vltrajectino.*

n Παππὰς, *non* Monachum *ſignificat, ſed* Papam, *ideſt*, Epiſcopum *vel* Sacerdotem, *quod magis quadrat alteri parti interrogationis: & hoc videns Bodecenſis paraphraſtes atque emendare volens, ſcripſit*, Monachus es, an laicus? *& deinde reſpondet*, Vocor quidem laicus, ſed profeſſione ſum ſolitarius. *Idem omiſit priores omnes reſponſiones & interrogationes.*

o Ἀκρίβεια diligentia. *Ms. Bodec.* Volo evidentius cognoſcere vitam tuam.

p *Græce*, Cum eſſet annorum duodecim factus eſt Lector; & ſeculari vitæ renuntians, dignus fuit ſortem Diaconi accipere.

C q *Ms. Bodec. ſic extendit reſponſionem*: Sive Imperator tuus juſſerit, ſive voluntatis propriæ malevolentia ſuggeſſerit, excogita quotquot pœnarum genera poſſis, & excrucia nos quantum volueris; certiſſime ſciens, quod nec minis nec blanditiis tuis provocati poterimus negare nomen Domini Dei noſtri.

r *Idem Ms. & Vltraject.* laminas ferreas. *Fortaſſe propria Iſaurorum lingua*, laminæ ferreæ *dicuntur* τῆμοι, *aliis Græcis ignota voce.*

s *Græce*, Profer in medium inſtrumenta tortoria.

t *Etiam in Ms. Græco, ter* Τύγανον, *ſemel tantum ſcriptum erat* Τήγανον, *quod uſitatum alias eſt, &* Sartaginem *ſignificat, prout habetur in Bodec.*

u *Græce* κατὰ σφυρῶν, per malleolos pedum; ἡ ὑποκαπνίσαλε, & fumum ſubtus excitate.

x *Ibid.* Et fumum tuum non curamus.

y *Græce eſt*, Serra lingea manus eorum amputate, *& ſic habent Acta recentiora, Ms. Bodecenſe antiquis Actis inhærens, addit*: Quod cum à miniſtris crudeliter fuiſſet impletum.

z *Hactenus Græca, nec plus habet Ms. Bodecenſe aut Vltrajectinum: videtur autem pro* Vigeſima, *legendum*, Vigeſima nona.

# ACTA RECENTIORA D

## *Ex Ms. Neapolitano & Officio Acerrano.*

EMporibus a Aureliani Præfecti erat quidam vir, nomine Conus, magnus ac timens Deum in civitate Iconii, habens conjugem fidelem in Domino: qui in tantum ſupernæ patriæ erant accenſi deſideriis, ut cæleſtem magis quam terrenæ dignitatis gloriam appeterent: Et quotidie in orationibus ſuis poſtulabant Deum, ut daret eis filium, quorum pia vota exaudiens omnipotens Deus, donavit eis filium, & poſuerunt ei nomen, Conus. Mater, ipſa die qua peperit, migravit ad Dominum. Beatus vero Conus in vigiliis, & orationibus, die noctuque inſiſtebat b: & cum factus eſſet filius annorum ſeptem, omnia quæ habere potuit pauperibus erogavit, & ad monaſterium cum unico filio ſuo perrexit, tantamque illi Deus gratiam contulit, ut c cæcos illuminaret, leproſos mundaret, dæmonibus imperaret, varios languores ad priſtinam ſanitatem perduceret.

a *S. Conus mortua uxore,*

b *cum filio ſeptenni ſecedit:*

c

2 Erat autem eâdem in civitate Iconio quoddam flumen, quod hiemali tempore d, proprio relicto alveo, magnam civibus inferebat incommoditatem. Illo itaque tempore, cum ex more fluvius creviſſet nimium; illuc cucurrit omnis populus ad virum Dei, eique pedibus prævolutus cum lacrymis dicebat: Succurre nobis, ſerve Dei, quod fluvius crevit, & demerget nos & omnia noſtra: & populus noſter ex alia parte eſt, & huc tranſmeare non poteſt. Tunc Beatiſſimus Conus dixit ad illos; Ego peccator & indignus ſum, & alia agere non poſſum. Omnis autem populus clamare cœpit, Sancte Cone, ſerve Dei, adjuva nos. Beatus vero Conus ſurgens perrexit ad ripam fluminis, & elevatis oculis in cælum dixit: Domine Ieſu Chriſte, ſicut exaudiſti Moyſen famulum tuum in mari rubro, & tranſvexiſti filios Iſraël per deſertum; ita Domine exaudi me, non pro meis meritis, ſed propter populum iſtum, ut videant & glorificent nomen tuum benedictum in ſecula ſeculorum. Cumque omnis populus dixiſſet, Amen; ſtatim fluvius diviſus eſt in duas partes, & ſubito aqua retro conciſa eſt. Tunc tam omnis populus, quam etiam animalia quæ in altera parte erant, ad propria ſunt reverſi. Omnes viri & mulieres una voce clamaverunt, collaudantes Deum, qui ſalvat omnes ſperantes in ſe. Fluvius autem ille non eſt reverſus per alveum ſuum unde venerat, ſed e implevit montes & colles, ita ut neque homines tranſitum inde habere poſſent. Tunc univerſi populi, currentes ad virum Dei, narraverunt ei omnia. Ille vero perrexit ad ripam fluminis, facienſque ſignum ſanctæ Crucis ſuper eam dixit: Imple juſſionem Dei omnipotentis, & perge in alveum tuum. Statim, ſicut ſervus qui adimplevit juſſionem Domini ſui, ita fluvius ille adimplevit juſſionem ſanctiſſimi viri, juxta illud quod Dominus ait: Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, & dicetis monti huic, Transfer, & transferetur.

d *precibus flumen in 2 partes dividit:*

E

e *Signo Crucis dein eum ad alveum ſuum reducit:*

Mat. 17 19.

3 Inter hæc ſanctiſſimus Conus multa templa idolorum deſtruebat, & multos incredulos ad fidem Chriſti convertebat, non ſolum in civitate Iconio, ſed in aliis provinciis: faciebatque in Chriſti nomine ſigna mirabilia. Factum eſt autem, dum fama ſanctiſſimi viri perveniret ad aures cujuſdam Domitiani, venit ille iniquiſſimus in civitatem f Romam: tantuſque pavor & hebetudo mentis facta eſt in civitate illa, ut nullus auderet ſe palam Chriſtianum confiteri: adeo ut plurimi eligerent in montibus

*idola deſtruens & multos convertit:*

f

A tibus vitam cum beſtiis ducere, quam Chriſtianam fidem ſupplicio verendo négare.

*Domitianò Præſidi ſiſtitur:*

4 Tandem diaboli inſtinctu Domitianus juſſit ad ſe venire B. Conum: cui dixit: Gaudeas, Nobiliſſime Abbas. Ad quem S. Conus reſpondit, Gaudeo plane. Domitianus dixit: Quod audivi de te, modo cognoſco in veritate: quia corpus tuum lucidum eſt, & oculi tui ſicut ſtellæ radiantes ſunt, ſenectuſque tua non meretur ullam detractionẽ. Interea modeſte illum commonere cœpit, dicens: Relatum eſt noſtrę excellentię, te felle peſtiferę Chriſtianitatis non mediocriter eſſe refertum; ut nõ ſolummodo tibi tua non ſufficiant, ſed etiam pleroſque impedire non verearis: quibus auditis, fidem penitus non dedimus, pro eo ſcilicet quod te nobiliter ortum, & noſtrę militię devote militare ſcimus. Ad hęc B. Conus ait: Scriptum eſt, quod utilibus monitis ſenſum accommodare debemus, & non inutilibus. Cur exhorruiſti Chriſtum Dominum noſtrum, tentum & damnatum, mortuum & ſepultum? Quare prius non admiraris illum de virgine natum, virgine pariente, virgine permanente: nativitatem cujus Angeli nuntiaverunt, gaudentes & canentes, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis? Quare non vereris illius virtutem, qui de quinque panibus & duobus piſcibus ſatiavit quinque millia hominum? Quis utique hoc fecit ut ille, qui cæco nato lumen reddidit, & quatriduano Lazaro vitam donavit? ad ultimum ſua voluntate paſſus eſt pro ſalute mundi. Ad ejus mortem petræ ſciſſæ ſunt, monumenta aperta ſunt, & multa corpora Sanctorum ſurrexerunt.

*à quo interrogatus,*

*in qua fide ſe perſeveraturum conteſtans,*

5 Ad hæc Domitianus ait, Si aſſertio tua veritatis munimine firma eſſet, totius mundi religio Chriſtum crederet, & poteſtas Jovis ad nihilum redacta foret. B. Conus reſpondit: Favente Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui veritatem me dicere juſſit, quia in ea perſeverabo uſque ad illum finem, qui Chriſti lege finitur. Ipſe enim dignatus eſt dicere: Ego ſum via, veritas & vita, qui credit in me etiam
Ioan. 14. 6 ſi mortuus fuerit vivet; & omnis qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum. Unde per multas tribulationes oportet nos introire, in regnum Dei: filii autem hujus mundi ejicientur foras, & ibunt in tenebras exteriores, ubi erit fletus & ſtridor dentium. Tunc Domitianus, ira repletus, juſsit ipſum verberari, & variis tormentis affligi. S. Conus dixit:

C Ego tormenta tua non timeo: fac citius quod facturus es: deprecor autem te ut pejora mihi tormenta inferas. Domitianus dixit: Optabam utili conſilio te noſtris parere præceptis, quo nobiſcum noſtris gaudiis perfrui mereremis. B. Conus reſpondit: Ego vivere volo in anima, & non in carne. Tu vero, ſcelerate, cruciandus es, cum patre tuo diabolo in inferno, ubi tormenta tua nullo fine concludentur.

*variis tormentis afflgitur:*

*petit adduci filium,*

6 Domitianus dixit: Habes filium? S. Conus dixit: Habeo: unde deprecor te ut mittas ad monaſterium, & facias illum tibi præſentari; ut, ſicut fuimus ſocii in hac vita, ſic ſociemur in illa beatitudine. Domitianus dixit: Quare non dimittis, ut puer adoret deos noſtros, & fruatur nobiſcum gaudiis hujus vitæ? B. Conus reſpondit: Ubi arbor ſtat, & ramus ejus cum ea. Tantum deprecor te, ut mittas ad eum, & recipiamus in unum martyrii coronam. Tunc feſtinanter fecit eum venire, & ante præſentiam ejus adduci. Cui ait Domitianus: Quod nomen eſt filii tui? Ille ait; Sicut & mihi. Domitianus dixit: Quot ſunt anni vitæ illius? B. Conus reſpondit: Duodecim annorum erat, quando cum ad litterarum ſtudia tradidi imbuendum: nunc decem & ſeptem ſunt anni ætatis ejus impleti, quibus Diaconis gradu ſublimatus, in numero Sanctorum deputatus eſt. Perinde oro te ut unum pariter martyrium ſumamus, ut pariter à Jeſu Chriſto coronemur. Domitianus dixit: Non es datus delectatori, ſed perditori; non gaudio, ſed mœrori. Quapropter jam tibi non expedit perſuaſio dulcis verborum, ſed ſupplicia, & verbera, & tenebræ carceris, niſi adoraveritis deos noſtros. B. Conus reſpondit: Impie, ſcelerate, ſacrilege, crudelis, & dire tyranne; nonne prius diximus tibi, quia Chriſtiani ſumus, & idola veſtra non adoramus? Fac tantum, quod facturus es.

EX MSS. *Septendecim commorum Diaconum,*

*ambo imponuntur lecto ignito:*

7 Ad hæc Domitianus juſſit venire lectum ferreum, & Sanctos Dei nudos expoliari, & ſuper ipſum imponi. Carnifices vero urgentes miniſtrabant carbones ſupra lectum ferreum, & comprimebant eos g ferreis. Sancti Martyres dixerunt: Diſce miſer, quod carbones tui non dolorem, ſed refrigerium nobis præſtant. Cumque hoc à Sanctis audiſſet Domitianus, dixit ad carnifices; Tollite eos de craticula, & mittite eos in cacabum æreum bullientem, & mittite plumbum, reſinam, ſtuppam, picem, & ſulphur. Qui cum fuiſſet acceſſus acerrime, beatos Martyres imponi præcepit, & dixit: Videamus ſi Deus illorum poteſt eripere eos de f mma ignis. Sancti vero Martyres, dum exurerentur, oculos ad cælum elevantes, oraverunt ad Dominum, & dixerunt: Creator omnium Domine, exaudi nos ad te clamantes, & mitte nobis Angelum tuum ſanctum, qui extinguat incendia ſæva, ſicut olim tribus pueris in camino ignis ardentis; ut cognoſcant omnes, quia tu es filius Dei vivi, qui in hunc mundum veniſti. Protinus miſit Dominus Angelum ſuum, qui flammivoma inſtrumenta cæleſti rore extinguens, dixit ad ſanctos: Pax vobis, milites optimi, agoniſtæ fideles: nolite timere, nolite pavere: nam Chriſtus adeſt, qui vos victores faciet, & ad gaudia æterna perducet cum gratia.

*dein cacabo bullienti:*

*ſed Angelo protegente illæſi.*

8 Tunc Domitianus dixit: Tollite eos de cacobo æreo, & ſuſpendite in equleo: aliis enim pœnis interficiam eos. Sancti Martyres: O mors iniquorum hominum! quid eſt hoc quod iterum replicare conaris, quaſi nullam tibi rationem ſuperius poſuiſſemus? Jam ſemel & bis, terque, quaterque profeſſi ſumus, non creaturæ, ſed Creatori Deo nos ſupplici-
ter flectere colla. Quod ſemel juravimus ſacramentis divinis, illud non eſt violandum, neque præ-
miis, neque minis. Quæ eſt credulitas tua? Nonne qui fidem ſui Regis abnegat & occultat, projiciendus eſt de militia cum anathemate? Non eſt inſudandum in talibus rebus. Dominus autem nobis adjutor eſt: quid ergo faciat nobis homo; non eſt verendum. Maledicti equidem dii veſtri & omnes qui confidunt in eis. Hoc audito, Tyrannus infremuit, & ait: Dura ſentiat, qui corda ferrea geſtat: per ignem tranſeat, qui non vult molliri. Tunc præcepit fumum acerrimum fieri, & ſanctos Martyres deſuper in eculeo pendere. Sancti vero Martyres, irridentes pœnas atque tormenta, dicebant: O ſtulti & increduli! non timemus vos nec tormenta veſtra: ignis enim veſter & fumus nos non potuerunt ſuperare: nos quippe ſervi Chriſti, gloriantes & gaudentes ſumus, pro omnibus tormentorum generibus, quæ nobis intuliſtis.

*jubentur in equuleo ſuſpendi,*

*fame acerrima torquentur:*

9 Tunc Domitianus, ira repletus, præcepit ut cum ſerra truncarent corpora eorum. Sancti vero Martyres peticrunt à carnificibus inducias orandi, & orantes ad Dominum dixerunt: Domine Deus Omnipotens, cæli terræque Creator, Jeſu Chriſte, Rex Regum, ſumma poteſtas; qui omnia juſta moderaris moderamine ſancto, de cælis veniens, natus de Virgine, ſacrum baptiſmum ſuſcepiſti, multa

*ſerra diſſecandi*

EX MSS.

miracula ſeculo oſtendiſti, ad ultimum cruci confixus perditum mundum ſanguine ſalvaſti; per quem tuis famulis donaſti de morte triumphum, ut poſſint diabolicas vincere fraudes. Te laudo, Chriſte Deus, humanæ gentis amator, te laudent ſemper in ævum, teque Deum promant cæli terræque factorem, teque colant ſemper devoto mentis amore, qui cum Patre Deus, & cum Flamine ſancto regnas, atque tuum regnum per mundi climata fulget in ſempiternum. Comendamus tibi Chriſtianam plebem, pro qua pretioſum ſanguinem tuum fudiſti: dona nobis ſervis tuis, ut quicumque in oratione per nomen noſtrũ te invocaverint, *h* petimus exaudias eos; & ſi aliqui fidelium memoriam noſtram in anniverſarii die fecerint, centuplum, ſicut tuis fidelibus promiſiſti, reſtituas, & à peccatis illos clementer abſolvas: & quicumque noſtri certaminis ſcriptor fuerit, & te per nos oraverit, mox ei omnia dimittantur peccata; & eos qui à ſpiritu lunatico arrepti fuerint, & te per nomen noſtrum rogaverint, precata eis clementer impertias: & ſi quis peccatis exigentibus auditum perdiderit, & per nos te Domine invocaverit, miſericordiſſime Deus reſtitue ei: & hoc non noſtræ dignitatis, ſed tuæ [ſit] bonitatis, qua promiſiſti Apoſtolis tuis dicens, Petite, & accipietis.

*orationem fundunt ad Deum,*

*primum pro iis qui per eos aliquid petunt,*

B

Ioa.16.24

*tum pro ſeipſis ut in pace moriantur:*

10 Petimus etiam à te, Domine, ut non interficiat nos iniquiſſimus Domitianus, neque miniſtri ejus; ſed in pace, piiſſime Deus, recipe animas noſtras: ut cognoſcat Domitianus, quia ſervis tuis nocere non potuit; ſed, ſicut voluiſti, feciſti: ut omnis qui hoc audierit, benedicat nomen tuum in ſecula ſeculorum. Cumque fideles reſpondiſſent *i*, Amen; ecce vox de cælo facta eſt ad eos, dicens: Venite agoniſtæ fideles, veſtras ſuſcipite immarceſſibiles æternæ gloriæ coronas; omnia, quæcumque petiſtis à Domino, fient vobis. Igitur cunctis videntibus qui aderant, ſancti Martyres ſe ſigno Crucis ſignantes, tradiderunt animas ſuas in pace in manu Creatoris omnium *k*. Eâdem horâ factus eſt terremotus magnus *l*, & multa templa idolorum corruerunt. Tunc videns Domitianus talia, fugit in domum ſuam, & abſcondit ſe. Audientes autem Fratres, qui erant in eorum monaſterio, venerunt cum aromatibus: & tulerunt corpora Sanctorum nocte, & ſepelierunt eos in ſancta Sion *m* in ipſo monaſterio, tertio nonas Junii, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto: cui eſt honor & gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

i

*quo impetrato defuncti,*

k

l

*ſepeliuntur.*

m

C

## ANNOTATA.

a *Acerranum Ms. incipit*: Aureliano Imperatore, quidam vir nomine Conus .... nobili genere.

b *Idem Ms.* Et omnem fiduciam in agone & auctore religionis habere cœpit, quatenus manifeſto triumpho agonotheta Chriſti exiſtens, victor per omnia probaretur. Igitur quia lux in tenebris lucere non poteſt, & corona victori à Deo paratur, tota rei familiaris facultate pauperibus, orphanis, viduis erogata, ad monaſterium cum unico filio perrexit.

c *Idem addit*, per ſignum Crucis: *deinde interponit*, ſurdis redderet auditum.

d *Ibidem additur*, cum ex nive creviſſet.

e *Item*; Inundabat oram vicinam.

f *Hoc ipſum eſt quod de* Aureliano Principe, *Romam ex Iſauria advecto, legitur: cur autem* Romam *pro* Iconio *poſuit auctor? An ſic voluit credibiliorem corporum tranſlationem facere?*

g *Apparet paraphraſten in antiqua verſione inveniſſe* ferreos; *nec divinantem, ut fecerunt alii, ea voce* laminas *ſignificari, ut invenit intactam reliquiſſe;* E *aliàs ſui ingenii conjecturis, ut apparet, haud parce uſum.*

h *Hujuſmodi orationes, quam ſunt frequentes in Actis Martyrum ſpuriis atque interpolatis, tam raro, aut numquam potius, reperiuntur in genuinis atque ſinceris.*

i *Satis inepte fingitur multitudo fidelium circumſtare patientes, eorumque orationem claudere.*

k *Ms. Acerranum hic addit*: IV kalendas Junias: *mutato ſcilicet die cultus, placuit etiam mutare diem quo mortui Sancti dicerentur.*

l *Etiam hoc in ſequioris notæ Actis tam frequens eſt, ut fidem ſuperet; in genuinis rariſſime vel tribunal contremuiſſe vel templum ad quod deductus Martyr fuerat corruiſſe leges*

m Sionis *nomine alibi nuſquam legi* eccleſiam *vel* monaſterium *dici. Fortaſis ut tempore poſteriori, occaſione redeuntium a terra Sancta, varia conſtat monaſteria erecta in Occidente, ſub nominibus locorum ſacrorum,* Sion, Bethlem, Nazareth *&c: ita factum jam olim credi voluit paraphraſtes, poſtquam finxerat multorum Fratrum monaſterium, in quo monachus fuerit* S. Conon, *idque* Sion *appellavit arbitrio ſuo. Iuvat autem talia obſervare,* F *ad diſcrimen inter genuina & interpolata.*

# DE SANCTO RESTITVTO

## *MARTYRE ROMANO.*

### COMMENTARIUS PRÆVIUS.

### De monumentis & actis Martyrii; ſub quo toleratum hoc ſit, & quibus Martyrologiis inſcriptum?

*in Sabinorum oppido Ereto eccleſia Sancti:*

*Strabo, libro quinto Rerum Geographicarum prope medium, deſcribit Sabinorum regionem, & ſub finem iſta habet*: Strata eſt per Sabinos via Salaria non longa, in qua Nomentana incidit, apud Eretum Sabinorum vicum ſupra Tiberim, à porta incipiens Collina. *Eſſe autem* Eretum, nunc Montem-Rotundum dictum, hodie celebre & populoſum oppidum, juriſdictioni Barbarinæ familiæ ſubjectum, Roma duodecim milliaribus diſſitum, *docet Athanaſius Kircherus in ſuo Latio pagina 222.* In hoc oppido Ereto extare antiquam Eccleſiam S. Reſtituti Martyris, *de quo hic agimus; atque in vicina ditione,* ad viam Nomentanam, cerni ipſammet inſuper cryptam, in qua venerandum ejus corpus reconditum ſubſtiterat, uſque dum ſub Hadriano Papa ſublatum, haud longe à baſilica S. Mariæ Majoris juxta eccleſiam S. Andreæ in Auriſaurio tranſlatum eſt, *docet Paulus Aringhus lib. 4 Romæ ſubterraneæ cap. 24; Vbi agit* de celebri cœmeterio, titulo hujus S. Reſtituti nuncupato. *Poſtea autem* eccleſiam S. Andreæ in Auriſaurio, juxta Divæ Mariæ

*crypta ejus via Nomentana:*

A riæ Majoris baſilicam fuiſſe ſitam, *late probat* ex tabulis anno MCCLXXVIII conſcriptis, & ex diplomate Urbani IV Papæ anno MCCLXI edito, atque ex epiſtolis Clementis Papæ IV, & Nicolai Papæ IV, *quæ omnia aſſerit in archivis Vaticanæ Baſilicæ, aut Eccleſiæ S. Mariæ Majoris extare. Addit denique, hanc* S. Andreæ in Auriſaurio eccleſiam adhuc integram, etſi profanos in uſus deſtinatam, perſeverare; quam olim Simplicium Papam Deo in honorem S. Andreæ ſolenni ritu dicaviſſe, inſculpta muſivo ibidem operi carmina, quæ adhuc leguntur, palam doceant atque inculcent. *Carmina illa legi poſſunt apud Ciacconium: qui addit, in muſivo quidem, Chriſti & S. Andreæ aliorumque Apoſtolorum imagines cerni; in parietibus vero, partim teſſellato partim vermiculato opere, ſpectari feras varii generis, à Diana venatrice atque Hippocentauris confectas conficiendaſque, & ideo eccleſiam eam à nonnullis vocari* S. Andreæ in barbaris. *Scire mallem an ibi etiamnum ſuperſit ara, ſub qua credi poſſit adhuc latere corpus* S. Reſtituti; *dignum perfecto, quod inde in aliquam Baſilicam transferatur; an vero illud jam olim inde ablatum ſit, deſtructis penitus quæ ibi fuerant altaribus: nulla certe Romanarum baſilicarum eſt, cui ejuſmodi theſaurum adſcribat Octavius Pancirolius.*

*Corpus Romæ ad S. Andreæ in Auriſaurio.*

B 2 *Acta martyrii, graviter plane ſcripta & fide digniſſima, ut ſunt in veteri S. Mariæ Majoris codice, reperimus apud Patres Congregationis Oratorii in collectionis Gallonii, tomo litteris* C. D. *Signato, & inde hic damus. Alia etiam Acta ejuſdem* S. Reſtituti *habuit jam laudatus Aringhus ex codice bibliothecæ Vaticanæ, unde partem ultimam de ejus decollatione & ſepultura in via Nomentana edidit, & addidit quæ deerant in prioribus Actis de tranſlatione ad eccleſiam S. Andreæ in Auriſaurio, quæ inde num. 7 adjungimus. Eorumdem Actorum compendium habet Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, indicato* antiquo Ms. eccleſiæ S. Mariæ Majoris, *ac dein iſta annotat*: Citatum Ms. pro Hermogeniano habet Hermonem, (*imo* Hermogenem) & pro Præfecto habet Præſidem, (*imo ſemel etiam* Præfectum *vocat*): Sed nos, *inquit*, Baronium ſecuti, ſic ſcripſimus. *Verba Baronii, ad hunc* XXIX *diem in Martyrologio Romano, ſunt iſta*: Ejus martyrii Acta habentur in codice ſcripto S. Mariæ Majoris, ad Præſepe dictæ, quibus narratur paſſus eſſe ſub Diocletiano Imperatore, damnatuſque ad Hermogeniano Præfecto Prætorio, de quo conſule tomum ſecundum Annalium. Eſt illorum exordium: Sub Diocletiano & Maximiano Auguſtis *&c. Locus in Annalibus habetur ad annum* 301, *num.* 18 *&* 19; *ex Actis S. Sabini, Epiſcopi (ut vocat) Spoletini, dandis* XXX *Decembris.*

*Acta ex Mss.*

*An recte dicatur paſſus*

C 3 *Habemus nos, ſed alio principio, Acta S. Sabini ex Mss. Romano, Fuldenſi, Metenſi, Bonifontis, imo & Neapolitano Montis-Oliveti, in iiſque ſic legimus*: Maximiano Auguſto, die XV Kalendas Majas in Circo maximo, miſſo Sexto Veneto vincente, pars major clamabat, dicens: Chriſtiani tollantur, & voluptas conſtet. Dictum eſt duodecies. Per caput Auguſti, Chriſtiani non ſint. Expectante vero Hermogeniano Præfecto Vrbis, iterum clamaverunt decies: Si Auguſte vincas, voces noſtras à Præfecto exquire. Tunc Hermogenianus Præfectus Urbis intimavit voces Paganorum. Eodem tempore Maximianus Auguſtus juſſit ut in Capitolium omnes convenirent. Et conventus factus eſt in Capitolio X Kalendas Majas. Innumerabilis vero multitudo populi erat ibi. Hoc itaque modo alloquitur Auguſtus populum, dicens: Viri cœtus & religioſi temporum noſtrorum, dignum nobis videtur, ut per intimationem veſtram religio temporum noſtrorum augeatur: tamen Patres conſcripti concedant ſa-

*Sub Hermogeniano Præfecto,*



cultatem, ut ubi inventi fuerint Chriſtiani, teneantur à Præfecto Urbis vel ab Officio ejus, & ſacrificent diis. Et diſceſſerunt omnes una voce dicentes; Auguſte tu vincas & cum diis floreas; *Deinde, nonnullis relatis, additur*: Tunc Maximianus Auguſtus, gaudio repletus, juſſit dirigi auctoritates ad quemdam Venuſtianum Auguſtalem Tuſciæ; dicens: Victor Maximianus Auguſtus, Triumphator perpetuus, Imperator, patri Venuſtiano Auguſtali Tuſciæ. Suggeſtionem Patris noſtri Hermogeniani Præfecti Urbis claruiſſe cognoſce: quia juſta petitio occultari non debet, ut ſeculum noſtrum noſtraque promulgatio lædatur: ideoque commonemus, ut ubicumque Chriſtianorum nomen auditum fuerit ſuperſtitionem colentium, aut ſacrificare cogantur diis, aut certe pœnis intereant, facultatibus nudati & fiſci tributis applicandi ſocientur: Vale, data pridie Kalendas Majas. *His ſubjungitur comprehenſio* S. Sabini: *qui oblatus Venuſtiano, & variis tormentis affectus, ac Venuſtiano converſo, ſub Lucio Tribuno martyrio coronatus eſt. At Baronius dicto anno* 301. *num.* 19, *relato reſcripto Maximiani, ſubdit*: Hic idem ille eſt Hermogenianus, ſub quo paſſus quoque Romæ legitur Reſtitutus, cujus Acta martyrii habentur. *Hæc ibi. Tempora quidem ſatis conveniunt, ſed tamen ut* S. Reſtitutus, *tempore quo* Hermogenianus *fuit Præfectus Prætorio, paſſus eſſe concedatur; potuit tamen ab eo diverſus fuiſſe* Præſes *juſtitiæ*, Hermogenes *dictus, quales in Actis S. Sabini fuerunt Venuſtianus & Lucius.*

AUCTORE G. H.

*de quo in ſuo reſcripto Maximianus Aug.*

E *an potius ſub Hermogene Præſide?*

4 *Memoria porro* S. Reſtituti Martyris *eſt in omnibus paſſim Faſtis Latinis. Nam in antiquiſſimo Martyrologii Hieronymiani apographo Epternacenſi, & Ms. Richenovienſi, ad hunc* XXIX *Maji iſta pauca leguntur.* Romæ Reſtituti. *Quibus inepte, in aliis ejuſdem Martyrologii Hieronymiani apographis, inſerta eſt* via Aurelia, *loco* viæ Nomentanæ *aut ſaltem* Salariæ; *quod, quia Acta paſſim non extabant, ſecuti ſunt Vſuardus, Ado, Notkerus, & alii recentiores, cum hodierno Martyrologio Romano, ubi iſta etiam leguntur.* Quarto Kalendas Junii Romæ, via Aurelia natalis S. Reſtituti Martyris. *Infra in Actis dicitur* corpus, via Nomentana ſepulturæ funeratum *aut* traditum, ſub die VI Kalendas Junias; *Sed numerorum characteribus inverſis, legi facile poteſt* IV Kalendas Junias: *non æque facile excuſari, quod loco* viæ Nomentanæ *ſcripta ſit* via Aurelia. *Valde enim diſtant ab invicem; ſcilicet illa ex porta Viminali, hodie S. Agnetis, verſus Septemtrionem tendens; iſta ex porta Aurelia, prope Adriani molem, nunc Caſtellum S. Angeli, verſus Occidentem porrecta. Itaque arbitratur in ſuis Notis ad Martyrologium Hieronymianum Franciſcus Maria Florentinius*, licere dubitare an idem Reſtitutus ſit: *quod ego oſcitantiæ amanuenſium adſcribendum potius opinabor.* S. Reſtituti Martyris *aliquas Reliquias aſſervari Bononiæ, apud Patres Carmelitanos & Theatinos, indicat in Bononia perluſtrata Maſinus: ſed ejuſdem eſſe de quo hic agimus, quo argumento perſuadebimus?*

*Nomen faſtis.*

F

# ACTA

## *Ex veteri Ms. Romano Baſilicæ S. Mariæ Majoris.*

*Adductus Hermogeni Præſidi.*

S Ub Diocletiano & Maximiano Auguſtis Imperatoribus, in Chriſtianos nimia fuerat exorta tempeſtas. Tunc comprehenſus eſt quidam, dictus Reſtitutus, vir prudentiſſimus certè atquè elegans; & ductus, à militibus ad Hermogenem Præſidem, adminiſtrantem

EX MSS. Romæ,& dixerunt ei : Hunc invenimus ſuadentem multis,& docentem, vanam eſſe religionem noſtrorum deorum quam colimus, & nomina ipſorum ſuperflua & caduca, & prædicat ſectam neſcio quam Chriſtianam. Tunc Præſes dixit ei : Cujus eſſe videris, aut cujus generis es, edicito mihi. Reſpondit vir Dei : Civis quidem ſum Romanus, & nobili genere natus : ſi vero carnale requiris nomen meum, Reſtitutus dicor ; ſi autem ſecundum fidem meam,Chriſtianus ſum. Hermogenes Præfectus dixit : Non audiſti juſſum Dominorum noſtrorum Principum ? Reſpondit B. Reſtitutus. Quid tibi præceperunt ? Præſes dixit : Ut quicumque non ſacrificaverit diis omnipotentibus, diverſis ac variis ſuppliciis puniatur. B.Reſtitutus reſpondit : Ego cognovi præcepta Imperatoris mei Domini Jeſu Chriſti ; hunc vero qui negaverit,& cervices ſuas vaniſſimis lapidibus inclinaverit, æternis ſuppliciis interibit. Præſes dixit : Ceſſent verba hæc,& accede ; ſacrifica diis,reverentiſſimis & conſervatoribus Reipublicæ, & eris amicus Principum noſtrorum : ſin autem,multis tormentis cruciaberis. Reſpondit B. Reſtitutus : Ego jam paratus ſum, ut me ipſum ſacrificium Domino offeram.

*ſe Chriſtianum fatetur :* 2 Tum indignatus Præſes,juſſit, ut cum lapidibus frangerentur ejus maxillæ,dicens : Alia pro aliis reſpondere noli. Cumque milites diu cæderent eum fortiter, dicit Præſidi B. Reſtitutus ; Ab his qui me cædunt,qui ſunt milites tui,nullum dolorem ſentio in membris meis. Præſes dixit : Cujus dignitatis eſſe videris ? Reſpondit B. Reſtitutus : Pro amore & timore Domini mei Ieſu Chriſti contempſi militiam tuam intra palatium : & nunc Regi cæleſti militare ſtudeo militiam ſempiternam. Præſes dixit : Doleo ſuper gratiſſimam juventutem tuam : accede & ſacrifica invictiſſimis diis, ut cum grandi remuneratione accipias militiam tuam, ſimul etiam illuſtriſſimam dignitatem conſequaris. Reſpondit B. Reſtitutus : Ego militiam non perdidi : nam dignitas terrena à terris tollitur, dignitas vero cæleſtis perpetua æternitate ſubſiſtit. Tunc Præſes iratus

*gaudet cæſus nervis* juſſit eum expoliari, & nervis crudis latera ejus & totum corpus lacerari fecit. Cumque expoliaſſent eum cædentes nimium, erat B. Reſtitutus hilaris ; ac gaudens, quaſi nihil pateretur, orabat dicens, Non timeo mala, quoniam tu mecum es Domine. Et dixit Præſidi: Infeliciſſime & inimice Dei, ecce quanta præſtat Dominus diligentibus ſe : ubi ſunt

C minæ tuæ, & tormenta horribilia ? Recede à ſecta tua nequiſſima, & incipe colere Deum Dominum noſtrum, qui cultores ſuos ita liberat : derelinque deos vaniſſimos, qui ſunt ligna,ferrum,plumbum,

*& plumbatis :* & lapides ſculpti, qui nec ſibi aliquod ſolatium, nec cultoribus ſuis poſſunt exhibere. Præſes vero repletus furia,juſſit eum plumbatis cædi. Cumque diu cæderent eum, & nihil ſentiret, juſſit eum levari,poſtea vero ei erecto dixit:Miſer, ut quid vis

a vitam tuam cum *a* biothanatis perdere. Reſpondit B.Reſtitutus : jam tu & Principes tui, & omnes colentes ſimulachra ſurda & muta,inter biothanatos deputati eſtis, quia cæci corde & oculis non cognoſcitis Dominum omnium creatorem.

*carceri inclusus,* 3 Tum Præſes juſſit eum recipi in carcerem, & ferro validiſſimo fecit totum corpus ejus conſtringi, & juſſit ut nullus ingrederetur ad eum. Cumque milites duxiſſent eum in carcerem, fecerunt ſicut præcepit eis Præſes ; & catenis vinxerunt totum corpus ejus. Erant ibi in ipſo carcere incluſæ perſonæ numero plures, quæ videntes B. Reſtitutum,rogabant eum,dicentes : Rogamus te, vir Dei, ora pro nobis Dominum tuum, ut per te aliqua bona mereamur : qui pro tanto tempore hic fame deficimus, & putrefacta eſt caro noſtra à plagis & pondere ferri, & non eſt qui ſubveniat nobis. D *orationi ſe dat.* Audiens hæc B.Reſtitutus, ingemuit cum lacrymis, & dixit ad Dominum : Domine Jeſu Chriſte, fili Dei vivi & veri, qui per B. Mariæ Virginis uterum ad terram deſcendere, & nos viſitare dignatus es ; qui dixiſti, Petite & dabitur vobis ; Luc. 11 9. exaudi me in hac hora invocantem nomen ſanctum tuum, ut appareat virtus nominis tui, ut cognoſcant omnes, quia tu es verè filius Dei vivi & veri, pro quo patior hæc omnia. Diſrumpe,Domine,& ſolve hæc omnia vincula, quibus colligati *vinculacaptivorum ſolvit,* ſunt. Cumque compleſſet orationem ſuam, ſubito terræ motus fuit in carcere, & lux ingens emicuit, & odor ſuaviſſimus nimis inſpiravit, & dirupta ſunt omnia vincula & comminuta, & oſtium carceris patefactum eſt. Tunc illæ perſonæ omnes, videntes quia diſſoluta & comminuta ſunt omnia vincula eorum, venerunt cum lacrymis, & præ gaudio proſtraverunt ſe ad pedes B.Reſtituti, gratias agentes Deo. Quibus ipſe dixit : Ecce quanta præſtat Dominus his qui diligunt eum mente & corde puro : ecce enim in ſervis ſuis conſolabitur. Vadat unuſquiſque quo voluerit, aut ſi quis voluerit animam ſuam ſalvare, mecum hic remaneat, *eoſque dimittit.* quia viſitavit nos Dominus ſedentes in tenebris & umbra mortis. Exeuntes vero, omnes ſimul è E carcere abierunt,unuſquiſque in fugam tota nocte ; & qui infirmi eſſe videbantur, ipſi ſaniſſimis curſibus antecedebant, magnificantes Dominum. Mane facto levantes ſe cuſtodes, neſcientes quid eſſet factum, invenerunt carcerem totum apertum, & in carcere nullum alium, niſi B.Reſtitutum proſtratum in oratione. Currentes vero carcerarii ad domum Præſidis, nuntiaverunt ei, dicentes : Non ſolum carceres aperuit Reſtitutus, verum etiam & vincula omnia diſſolvit, & comminuta ſunt ; & neſcimus quo abierunt perſonæ, quæ cum eo fuerunt.

*à Præſide objurgatus,* 4 Præſes vero conturbatus juſsit eum ſibi præſentari. Cumque adduxiſſent illum in medio, dixit Præſes : Quouſque prævalent maleficia tua, & nomina deorum noſtrorum blaſphemas, ut nihil patiaris ? ita ut pœnas omnes pro nihilo computaveris, & vincula omnium diſſolveris, & homicidas ac ſicarios, pro ſuis ſceleribus cuſtodiæ mancipatos,in fugam abire feceris. Dic mihi,ſi quis tibi talia præcepit. B.Reſtitutus dixit. Noli maleficiis F adſcribere ea quæ Dominus, ad laudem & gloriam nominis ſui,ſuo ſervo præſtare dignatur. Tunc Præſes dixit ad eum : Jam accede & ſacrifica diis, ut evadere poſsis tormenta graviſsima ; quæ fortiter *irridet idola,* te laniabunt. S.Reſtitutus reſpondit : Qualibus diis me ſacrificare compellis ? His forte qui ab hominibus ferro dolati ſunt, & ſine ſenſu eſſe noſcuntur, & qui etiam ab igne æterno ſimul cum colentibus eos devorantur, atque devorabuntur. Conturbatus Præſes dixit : Injurias deorum, ſicut meam, jam amplius ſufferre non poſſum. Et ait militibus : Ducite eum in Capitolium ad fanum Iovis, ut ſacrificet : ſi vero ſacrificare contempſerit, jubemus eum capitalem ſubire ſententiam. Milites itaque accipientes, duxerunt eum ad fanum Iovis æternalis, ut ibi ſacrificia offerret. Ubi videns B. Reſtitutus ſimulacra ſine intellectu & ſine ſenſu, dicit militibus. Interrogate deos iſtos miſeros, ut loquantur, & dicant mihi quid faciant. Hæc & alia ſubjungens in deos gentium, *b* cogebant eum mili- b tes ad ſacrificandum : & nolens aſſentiri illis, *decollatur.* ligaverunt ei manus à tergo, & decollaverunt extra Capitolium : & extrahentes jactaverunt eum juxta arcum *c* Triumphi, ad Palmam, ut à canibus c conſumeretur.

Juſta

A 5 Justa vero quædam matrona, religiosa femina, venit noctu cum aliquibus viris Ecclesiasticis & paucis Christianis, propter impietatem Paganorum: & cum famulis suis collegit corpus B. Restituti; & abiit in domum suam juxta Metam-sudantem, & illic cum aromatibus sanctum corpus ejus condidit, involuitque in syndone Biblea, & imposuit ipsum noctu in *d* pavone suo, ut perduceret in prædio suo via Numentana. Et dum pergeret, misit ad Episcopum in eadem via constitutum, nomine Stephanum: ut cum Presbyteris, & Diaconibus, & aliis Clericis, una cum servis Dei & Sacris Virginibus, convenirent simul cum fidelibus Christianis, ut in foro expectarent eos. Mane vero adhuc diluculo advenerunt cum sancto corpore, & cum hymnis & laudibus perduxerunt sanctum corpus in milliario decimo sexto, in prædium præfatæ matronæ Justæ venerabilis feminæ, in crypta in inferioribus: illicque dignissimæ sepulturæ funerarunt, sub die *f* Sexto Kalendas Junias, & fecerunt illic planctum per septem dies. Sumptus vero necessarios supra memorata Justa de suo proprio procuravit & ministravit. Eodem quoque tempore multi, qui tenebantur à dæmonibus variis infirmitatibus, per vicina loca in civitate *g* Numentana, quotidie venientes ad tumulum B. Restituti Martyris, sani revertebantur ad sua, cum gaudio magno laudantes & benedicentes Dominum, qui vivit & regnat in secula seculorum. Amen.

*Corpus, à Justa matrona sepultum.*

*d*

*e*

*f*

*claret miraculis.*

B

*g*

7 *h* Requievit autem ibi B. Restitutus usque ad tempora Hadriani Papæ, sicque factum est, ut ipse beatus Martyr se revelaret. Tunc viri illi quibus hoc intimatum est, levaverunt eum exinde, & sepelierunt juxta Ecclesiam S. Andreæ in Aurisaurio: Ubi præstantur beneficia Domini nostri Jesu Christi, usque in hodiernum diem.

*h*

Ex Mss.

## ANNOTATA.

a *Gracis βίοθανάτος dicitur*, qui violenta morte perit. *βίος vita*, *θανάτος mors*, *ut vox hinc composita videatur indicare eos, qui solum ad tormenta, id est, ad mortem longam sustinendam vivunt.*

b *Hinc incipit pars Actorum, ab Aringho edita.*

c Arcus Septimii Severi *hodieque supereste, ad Capitolini montis clivum transeundus, & hinc porro per campum vaccinum pergentibus, per Arcum Titi itur ad ejus Amphitheatrum, prope quod est* Meta sudans, *mox infra nominanda, de qua Alexander Donatus lib. 3 Romæ Veteris cap. 6* Metam sudantem, *inquit*, ante arcum Constantini & Amphitheatrum constituunt, fontem eorum, qui ludos frequentabant, extinguendæ siti percommodum, eminente Jovis simulacro, quam in nummis expressam habemus. *Extat hodieque semiruta, absque simulacro & fonte, juxta* Colisæum *vulgo dictum, uti eam Romanarum ruinarum icones repræsentant.*

d *Aringhus*, pagone. *In glossis Isidori*, Pavo, vehiculum unius rotæ *dicitur: & sic corpora Martyrum* in pavone *posita leguntur in Actis SS. Marcelli, Sebastiani, & aliorum: ut videatur fuisse genus trabæ, unam antrorsum rotam habentis, mulieribus aptum, quia vehentium corpus non ita succutit, sicut biga vel currus.*

e *Apud Aringhum additur*: Subdiaconibus quoque & Acoluthis & Lectoribus.

f *Ferrarius edidit* quarto Kalendas Junii, *quod ex inversis numeris contigisse diximus.*

g Nomentum *ibidem, urbs olim Episcopalis, cujus forsan* Stephanus Episcopus *adfuit cum suo Clero, in excipiendo sacro corpore.*

h *Hæc ex Ms. Aringhi sunt adjuncta.*

B

# DE S. REVOCATO MARTYRE

G. H.

*GENVÆ IN LIGVRIA HONORATO.*

## Ex Proprio Ecclesiæ Genuensis.

C IN *Kalendario Sanctorum, qui in particularibus Genuæ Ecclesiis celebrantur, cum Officiis propriis Ecclesiæ Genuensis excuso, indicatur hoc* XXIX *Maji celebrari festum* S. Revocati Martyris, *in Ecclesia monasterii S. Benigni; ibique haberi Reliquias ejus. Fuimus nos anno* MDCLXII *in dicto monasterio, atque hæc tunc pauca de illo annotavimus*: Corpus S. Revocati Martyris ibidem sub uno altarium requiescit, ejusque festum agitur XXIX Maji ritu duplici: de quo nihil ibidem scriptum reperitur. Si quid de eo aliquando extitit; id una cum ceteris ejusdem monasterii monumentis periit, sævientibus olim discordiis civilibus vel nuper pestilentia, ut nobis retulit dicti monasterii Reverendissimus Abbas Benedictus Carrega, cujus solicitudine quædam veteris archivii reliquiæ servatæ digestęque in ordinem sunt. *Dedimus hactenus quatuor prioribus mensibus varios* Martyres Revocatos, *Carthagine & in reliqua Africa, Catana in Sicilia, Smirna in Asia, & alibi passos. Horum aliquem Genuam fuisse translatum, ut impossibile non est, ita sine fundamento affirmaretur. Magis etiam temerarium esset, ex die quo colitur Genuensis iste, conjecturam ducere, ipsum esse* Romanum Restitutum, *mutato leviter nomine* Revocatum: *quare eum, ut invenio, sic relinquo, cum hujus diei Sanctis seorsim nominandum in præsenti opere.*

B

# DE SANCTO MAXIMO

*EX ISTRIA VENETIAS TRANSLATO.*

## COMMENTARIUS HISTORICUS.

D. P.

### De loco paſſionis ac ſepulturæ, Actis depravatis, tranſlationis tempore & memoria.

*Corpus anno 1146 cum corpore S. Pelagii reconditum,*



Ivitas-nova *Iſtriæ, ad Quieti fluminis oſtium, condita videtur fuiſſe initio ſeculi* IX. *Nam quoddam Caroli Magni diploma, notatum anno* DCCCIII, *nominat in iſtis partibus* ſex Epiſcopatus, unum videlicet Concordienſem, alium Utinenſem, tertium illum qui apud Civitatem novam Iſtriæ conſtitutus eſſe noſcitur *&c. quaſi recentius conſtitutum indicans. Latent Epiſcoporum ejus loci nomina uſque ad* Joannem, *qui anno* DCCCCLX, *cum titulo* Epiſcopi Æmonenſis, *reperitur in conſecratione Eccleſiæ Parentinæ. Eodem titulo*

B *uſus illius ſucceſſor, pariter dictus* Joannes, *obtinuit à Poppone Aquileienſi Patriarcha villam S. Laurentii in Daila, Civitati novæ propinquam, prout eam hodieque eccleſia iſta ſub titulo Comitatus poſſidet, donationem confirmante Imperatore Conrado anno* MXXIX. *Poſt Ioannem iſtum tertius apud Vghellum ſufficitur* Adam, *cujus in æde Cathedrali, Sanctis* Pelagio & Maximo *dicata, memoriam ſervat hujuſmodi inſcriptio, relata apud eumdem Vghellum, ut poſita ſupra prædictorum Sanctorum tumulum*, Anno Dominicæ incarnationis MCXLVI, VI Id. Octob. recondita ſunt hæc Sanctorum corpora Pelagii & Maximi, tempore Adami Epiſcopi. *Alius nullus titulus nominibus additur, neque veroſimiliter plus de iis tunc ſciebatur:* Martyres *tamen paulatim credi cœperunt, & quidem ſic ut* Maximus *Epiſcopus*, Pelagius *Diaconus dictus fuerit. Hujus opinionis ſi non auctor, promotor certe primarius fuit Nicolaus Manzolus, in Deſcriptione Iſtriæ, cum Vitis Sanctorum provinciæ illius edita Venetiis: de quibus vir eruditiſſimus multiſque libris ſcriptis etiam à morte clarus, Ioannes Ludovicus Schonlebius, ſacræ Theologiæ Doctor & inferioris Carniolæ Archidiaconus Labaci reſidens, mihi ante hac ſcripſit,* Vitas iſtas, ex vulgaribus opinationibus undecumque conſarcinatas, ſibique valde ſuſpectas eſſe, ne vel ex toto confictæ ſint pleræque, vel plurimum ſaltem admixtum habeant fictionis.

C

*Acta eadem quæ jam dedimus 30 Aprilis,*

2 *Luculento exemplo id oſtendimus die præcedenti, cum ageremus de S. Nicephoro, Petinenſis civitatis in eadem Iſtria Patrono: nunc pene in prædictis duobus Sanctis ſimile quid ſe offert. Quæ tamen eis tribuuntur Acta, apud Ferrarium in Catalogo Sanctorum Italiæ legenda ad* IV Kalendas Junii & Septembris (*quibus diebus ſigillatim illi coluntur*) *vere ſunt Acta Martyrum ſic nominatorum, & eorumdem fortaſis qui ab Adamo reconditi ſunt: ſed aliis locis aliiſque diebus paſſorum, abſque ullo ſacri Ordinis titulo; quo eos fuiſſe præditos ſi credidiſſent Majores, non utique inſculpendis uſurpandiſque eorum nominibus Diaconum Epiſcopo præpoſuiſſent. Et Sancti quidem* Pelagii *Acta habemus pro* XXVIIII *Auguſti, in quibus dicitur* Emonæ *natus, ac ſub Numeriano paſſus eſſe* Conſtantiæ, *pro qua* Emonam, *ipſam ſubſtituit Ferrarius, quam credidit eſſe nunc* Civitatem-novam. S. Maximi *Acta, quæ ipſe in compendium contrahit, jam dedimus die* XXX *Aprilis, ſecuti Florum & alios antiquiores Martyrologos: in quibus conſtanter is legitur,* imperante Decio oblatus Optimo Conſulari apud Aſiam: *econtrario autem*

*ſed ab Iſtriis depravata*

*à Ferrario idem* Optimus *dicitur* Præſes Iſtriæ, cum impia Diocletiani & Maximiani edicta promulgata fuiſſent, *&* Æmoniæ Epiſcopus *S. Maximus appellatur, ac die magis diverſo quam* S. Pelagius *colendus proponitur.* *in tempore & titulo Epiſcopi,*

3 *Ad diem quod attinet, poſſet hic ſumptus videri à S.* Maximo, Veronenſi Epiſcopo & Confeſſore, *de quo poſtea. Ab eodem ſumi etiam* Epiſcopi *titulus potuit; idque eo proclivius, quod revera aliquis* Maximus Epiſcopus Emonenſis *interfuerit Concilio Aquileienſi, tempore S. Damaſi Papæ ad annum* CCCLXXXI *celebrato. His poſitis, reſtat diſpiciendum, an quorum eadem fere ſunt Acta, eadem quoque credi poſſint perſonæ; ii ſcilicet* E *quorum ſacra oſſa ad* Civitatis novæ *Patrocinium aliunde convecta, & inſimul ab Adamo Epiſcopo fuerint collocata; nunc autem perperam creduntur ibidem in ſuo gradu miniſtraſſe ac paſſi fuiſſe. Aſſerit Manzolius, eique conſequenter ſcriptores Itali ſuffragantur*, Civitatem novam, *ex veteris Æmonæ ruinis, in vicino natam eſſe; & quoniam conſtat hanc* Nauporto *fluvio adſitam fuiſſe, hoc nomine inſigniunt ſuum illum quem* Quietum *nuncupant. Tali in ſuppoſito non eſſet difficile captu, quomodo corpora, jam olim Æmonæ condita, tandem in* Civitatem novam *tranſlata ſint. Quin etiam, licet* Æmoniam & Nauportum *longius* à Civitate-nova *removeas, uti faciendum mox dicemus, dummodo intra vicinam Iſtriæ Pannoniam maneas, facile intelliges qua ratione contingere potuerit prædicta Tranſlatio. Ne autem obturbent Acta & Actis inhærentia Martyrologia antiqua, dum* apud Aſiam *paſſum dicunt* S. Maximum; *ſuccurrit in ſua ad nos epiſtola Schonlebius, monens præpoſitionem* apud, *non ad regionem aliquam, ſed ad urbem ſignificandam, in Actis Sanctorum Martyrologiiſque adhiberi. Quamvis autem* Aſia *urbs, nulla Geographis nota ſit; notam tamen ait eſſe* Aſiſiam, *in ſua Carniolia inveniendam; in qua etiam reperiri poſſit* Conſtantia, *martyrio* S. Pelagii *nobilitata.* *ac loco paſſionis: qui fuit Aſiſia,*

F

4 *Tenet ſiquidem idem Schonlebius,* Emonam *ſive* Æmonam *vel* Æmoniam, *procul ab Iſtria & ab Adriatico, cui Nova civitas adjacet, mari, in ſua Carniolia ſitam fuiſſe, apud* Labacum *flumen; quod* Nauportum *dixerint Argonautæ, condita iſtic urbe, ubi non valentes adverſis fluviorum ductibus ultra provehi à Septemtrione in Meridiem, coacti fuerant ſuam Argum humeris aut machinis per terram aliquamdiu provehere, donec fluvium aliquem invenirent, qui contrario quam* Nauportus *curſu fluens, in mare Adriaticum ipſos devolveret, ſic tandem in Græciam ſuam revehendos. Hanc ille opinionem ſuam tutatus eſt, edito perquam erudito libro Saliſburgi anno* MDCLXXIV, *ſub titulo* Æmonæ vindicatæ, *illud nomen* Labaco *Metropoli Carniolæ vetus aſſerens hac ratione, ut primo Capite, primam urbis* Æmonæ *originem & nomenclaturam explicet, & veteres qui ejus meminerunt ſcriptores alleget, ad ejus ſitum definiendum prævie explicatis limitibus Norici Pannoniæque & conterminarum regionum: Capite* II *ipſam eſſe hodiernum* Labacum *ex antiquis Geographis, Hiſtoricis, Itineratiis, Inſcriptionibus evidentia pene palpabili probet; nec minus evidenter per negativa argumenta ex iiſdem Geographis, Hiſtoricis, Itineratiis Capite* III *confirmet, non poſſe eam* *vicinam metropoli Carniolæ Labaco,* *quod vetus Æmona fuiſſe demonſtratur.*

*ap-*

A *appellationem convenire* Civitati-novæ *in Iſtria ; denique Capite* XV *diſſolvat oppoſitas ſibi cujuſdam Neoterici objectiones. Habeo etiam illius de hoc argumento eruditam epiſtolam, ubi Cluverium allegat, aſſerentem in antiqua Geographica mappa, vidiſſe ſe fluvium quo interſecabatur Iſtria, addito titulo* Quaetus (*quem eſſe* Quietum *vix dubitaveris*) *& juxta eum notatur Pratorium*, Silvo *inſcriptū, quod facile potuit deformari ex* Alvo *Ptolomæi Iſtriæ civitatibus adnumerato.* Alvi *ergo hujus rudera, non* Æmonæ *contendit eſſe, quæ inveniuntur juxta* Civitatem-novam, *ſub Carolo magno conditam; cujus Epiſcopis numquam venerit in mentem ſeſe nuncupare Epiſcopos* Æmonenſes, *ante ſeculum* X ; *adeoque poſterioris quoque temporis videri illum, cujus in gradu uno Baptiſterii, adhærentis Cathedrali Eccleſiæ* Civitatis-novæ, *hæc ſculpta memoria*: Baptiſterium digno marmore Mauritius Epiſcopus Emon.

*Aſiſia illa hodie Berbir dicta.*

5 *Iam quod* Aſiſiam *attinet* (*unde ſcriptorum temeritas vel inadvertantia, aut etiam uſus vulgi contractius loquentis fecit* Aſiam) *Ptolomæus eam inter mediterraneas Liburnorum urbes locat*: Liburnos *autem Illyridi idem Ptolomæus attribuit, &* Krain *id eſt* Carniolam *eſſe cenſent auctores apud Ortelium (eſto Ptolomaicas tabulas aliter ordinaverit Bertius)*: *qui Ortelius etiam ex Nigro ſcribit,* Aſiſiam *nunc ſolo* æquatam eſſe, ibidemque multa antiquitatis monumenta extare, & locum Beribir dici. *Schonlebius vulgo* Berbier *nominari ait, prope flumen S. Viti, & duorum dierum ſpatio diſtare Labaco, adeoque Tergeſto eſſe quam Labaco vicinius. Sed* Labaco *ſuo non ita abſolute vindicat nomen* Æmonæ, *quin liberum relinquat hujus ſitum collocare intra illud fluminis ſpatium, quod à ſuperiori Labaco, nunc villa; uſque ad inferius, nunc Carnorum Metropolim (quod ſpatium viginti circiter Italicorum milliarium eſt) liberum relinquat veteri Æmonæ conſtituendæ; unde facile fuit volenti ultro fidem profiteri, ſicut* Maximus *feciſſe legitur, excurrere* Aſiſiam, *ubi tunc Præſes erat; poſtea martyrizari, & corpus referri Æmonam. Ceterum libenter Iſtriis concedet Schonlebius, quod occaſione barbaricarum in Pannonias excurſionum, quibus* Æmona *illa expoſita etiam fuit, unum alterumve corpus ex iis quæ* Æmonæ *fuerant, ac nominatim* S. Maximi, *deportari in Civitatem-novam Iſtriæ potuerit.*

*unde ablatum corpus S. Maximi tandem ad Iſtros tranſiſſe potuit.*

*& corpus S. Pelagii ad eoſdem ferri Conſtantia, nunc Gurkfelda,*

6 De Conſtantia, *in qua* S. Pelagius *Martyrium pertulit, non ita expreſſum habemus teſtimonium: ſed occurrit Schonlebius, arbitrando, poſt Ptolomæum & antiquorum Itinerariorum conditores, hoc nomen loco factum à Conſtantio Imperatore, Conſtantini Magni filio, qui mortuis fratribus ſolus rerum potitus, ſæpius in iis partibus moram traxit, hibernavit, militem legit; & alicui iſtic olim magnæ urbi, à ſe inſtauratæ amplificataque, nomen potuit poſuiſſe. Allegat autem Schonlebius litteras Doctoris Fulckenſteinii, Parochi Gurckfeldenſis in Carniolia inferiore; quibus teſtatur, oppidi incolas ex traditione habere, urbem ibi olim amplam ſtetiſſe nomine* Conſtantiam; *& amplitudinis antiquitatiſque argumentum præbent rudera, per integrum milliare ſparſa, de ſub quibus magnam copiam numorum æreorum, argenteorum atque aureorum, etiam imperialem ſuperantium, idem Doctor eruit, lapides etiam ingentes cum inſcriptionibus, quarum exempla ipſi Schonlebio miſit. Situs autem idem eſt, quem Ptolomæus* Neoduno, *Itinerarium Antonini* Novioduno *videntur adſcribere; cui nomen* Conſtantiæ *tam facile potuit ſucceſſiſſe, in hac provincia, quam alii in Gallia, & alteri in Germania ad Rhenum urbi idem nomen eſt ab eodem Imperatore inditum: unde factum eſt, ut etiam illæ ambæ* S. Pelagium *Martyrem ſibi vindicent, licet tam procul diſſitæ ab Emona, adeo expreſſe nominata in Actis.*

*veterum Novioduno.*

7 *Atque hæc dicta ſunto, non animo definiendi certò, quod is quos Cittanovani Patronos colunt, iidem ſint quorum Acta habentur; ſed oſtendendi, quod hoc eis poſſit ſine magna difficultate concedi; modo vicißim fateantur Iſtri quoad locum ac tempus paßionis tutius credi antiquis Actis, quam innovatis apud illos. Quia porro* Civitas-nova, *propter æris inclementiam, tempore præſertim æſtivo, ſuam non diu retinuit dignitatem, nec ultra annum* MCCCLXX *ſcitur Epiſcopos reſidentes habuiſſe; ac tandem eo recidit, ut hiberno tempore, quo ſolo habitatur, incolas vix ducentos numeret ſub parochi unius cura; perquam veroſimile eſt, ablata pridem inde eſſe varia Sanctorum corpora.* S. Pelagio *quid factum ſit, neſcitur: nam corpus, quod ſub eo nomine habetur Conſtantiæ ad Rhenum. Roma allatum eſſe anno* DCCCCXVIII, *per Salomonem* III *Conſtantienſem Epiſcopum, tradunt Annales Einzidlenſes; eſtque credibile id nominis illi tunc inditum fuiſſe, propter Acta S. Pelagii Æmonenſis, in quibus nominatam Martyrii palæſtram Conſtantiam, ſuam eſſe urbem, Salomon iſte credidit: alioqui ipſum in Civitate nova-manere, perſuadet titulus, ex altera parte tumuli initio memorati ſic docens:* Pelagii & Innocentium Sanctorum Reliquiæ hic poſitę fuerunt XII Decembris, D. III Adv. MDCXXI: *quo anno littera Dominicalis C, tertiam Dominicam Adventus, hic notatam, concurrere fecit cum* XII *die Decembris.*

AUCTORE D. P. *Pelagius iſte alius eſt ab eo cujus corpus habetur Conſtantiæ ad Rhenum*

*& manſit apud Iſtros.*

8 De S. Maximo *certius eſt, corpus ejus haberi Venetiis in eccleſia S. Cantiani, unde etiam allata ſunt ad nos triplicia Acta, omnia quoad ſubſtantiam martyrii convenientia cum prædictis. Eorum noviſſima, ex Legendario ibidem Ms. tranſumpta, ſic finiuntur*: Sanctum hoc & miraculoſum corpus progreſſu temporis, ab aliis devotis & piis Chriſtianis, ab urbe Aſia tranſlatum fuit ad Cittanovam: & inde per devotum quemdam Nobilem Venetum tranſlatum Venetias, & collocatum in eccleſia S. Cantiani; ubi adhuc miraculis illuſtre quieſcit. Solennitas autem Tranſlationis hujus beatiſſimi Martyris celebratur in prædicta eccleſia S. Cantiani Dominica ſecunda Octobris. *Alia antiquiora Acta, ſed nihilominus Venetiis compoſita, atque in Lectiones ſex diſtributa, intercurrentibus Reſponſoriis propriis, ſic inchoantur*: Sub Decio Imperatore apud Aſiam civitatem, Maximus .... paſſus eſt quarto Kalendas Junii, cujus diem tranſlationis corporis in hanc ſanctam eccleſiam octavo Idus Octobris commemorare deberemus; nihilominus Natalem ejus diem glorioſi Martyris, in Dominica ſecunda ejuſdem menſis, ſub Duplici majori ſolenniter celebramus.

E *S. Maximi tranſlatio Venetias.*

*ubi feſtum agitur 2. Dominica Octobris.*

9 *Tum ſequuntur Acta*, Decius Imperator volens, &c. *fere qualia dedimus* XXX *Aprilis; niſi quod, ubi in antiquis ac genuinis Actis interroganti Præſidi, quod officium gereret, Martyr reſpondit*; Homo ſum plebejus, meo vivens negotio, *ſive (ut habent eadem Acta, ex Parentino Legendario tranſcripta Venetiis, & inde nobis quoque miſſa)* Homo ſum plebanus, meis negotiis vacans, *quæ laico ſoli convenire manifeſtum eſt; ibi Acta Veneta legant*, Homo ſum Paſtor gregis Domini mei Ieſu Chriſti, *ut ſcilicet ſuaderetur* Epiſcopus *fuiſſe qui loquitur. Sed qui hoc mutavit, non animadvertit, haud convenire, ut* Epiſcopum Chriſtiani Gregis *ſe faſſus; interrogetur (ſicut ubique fit) an ſit* Chriſtianus; *econtra optimus ordo eſt, ut primo nomen, dein exercitium, tertio fidem ſuam jubeatur aliquis enuntiare. Interim titulus* Epiſcopi *aliquoties inculcatur in Actis, tam Venetis quam Parentinis, & in Reſponſoriis, quæ habemus ex ſolo Ms. Veneto. Hæc vero Reſponſoria etiam ipſa credimus ex Civitatis novæ uſu accepta; ſicuti indidem acceptæ ſunt Collectæ hujuſmodi ad Miſſam*: I. Omnipotens ſempiterne Deus, qui miranda, B. Maximi Martyris tui radiantibus meritis, in tua coruſcare baſilica concedis; tribue quæſumus, ut ſicut illi gratiam divini muneris cælitus contuliſti; ita nobis, ejus ſuffragantibus precibus, indulgentiam conferre digneris. II. Supplicationes ſervorum tuorum,

*& Officium ſit de Pontifice Martyre,* F

*qualis in aliis parebus Officii dicitur.*

tum, Auctor omnium, miseratus exaudi: & quibus B. Maximum, Pontificem & Martyrem, dedisti Patronum; respectu gratiæ tuæ roborati, eum apud te sentiamus Protectorem. III. Deus, qui B. Maximum, Pontificem tuum & Martyrem, resuscitandi mortuorum corpora gratia decorasti: quæsumus, ut quod illi sub mortali carne degenti contulisti, nunc apud te melius viventi præstare digneris; quatenus animæ supplicantium vivere mereantur. Per D. N. I. C. &c.

A *Cum memoria suscitatorum mortuorum.*

*Translatio seculo* 15, 10 *Sciendum autem quod Cittanovanus Episcopatus, primum Parentino sub annum* MCCCCXXXIV *unitus est ab Eugenio IV; deinde à Nicolao V, sub annum* MCCCCLI, *associatus Venetæ Ecclesiæ; sed demum anno* MCCCCLXVI, *ut habet Vghellus, proprios recepit Pastores, habuitque deinceps: qui tamen, desolato pene, ut dixi, loco, numquam ibi residerunt. Prior conjunctio* S. Maximi *cultum ad Parentinos propagavit, secunda occasionem & commoditatem dederit Venetis transferendi ad se corporis: quid autem causa habuerint Aquileienses, ut eumdem tota diœcesi venerandum susciperent, non divino. Quia tamen, ubique colitur ut* Episcopus Martyr, *idque haud diu post Adami Episcopi tempora institutum videtur; quando eidem, cujus Acta legebantur, aptata fuit ultima Collecta, sola aliquid novum continens, quod Acta non attingant;* B *cogimur suspicari, istum qui Aquileiensi Synodo interfuit* Maximum, *coætaneum S. Damasi, revera etiam Sanctum fuisse, & mortuorum suscitandorum gratia decoratum, ac fortasis hoc die antiquitus cultum. Cujus cum præter hanc memoriam Acta Vitæ nulla extarent, applicata ei fuerint isthæc spectantia ad* Maximum, *sub Decio Martyrem laicum,* XXX *Aprilis: quod animadvertens Episcopus Adam, prudenter caverit, ne eum, cujus recondebat corpus, vel* Episcopum *vocaret, vel* Martyrem. *Idem & nos facimus, in dubio relinquentes, utrius sit corpus, quod ex Istria Venetias translatum esse inter omnes convenit.* D *cum jam diu duo Maximi confusi essent in unum.*

11 *Hic finieram, cum ante Officia propria sanctæ Genuensis Ecclesiæ, ex Apostolica concessione & mandato Stephani Cardinalis Duratii Archiepiscopi Genuensis anno* 1640 *recusa, invenio pag.* 6 *in kalendario festorum notari Die* 29 *Maji,* Maximi & Pelagii Martyrum semiduplex. *Post ipsa autem Officia docetur, quomodo Sancti Ecclesiæ istius, licet Martyrologio non adscripti, in ejus tamen lectione per totam civitatem & diœcesim, post kalendarum & Lunæ pronuntiationem, præponi immediate debeant, & pag* 39 *pro* XXIX *Maji sic legendum præscribitur:* Natalis SS. Martyrum Maximi Episcopi, & Pelagii Diaconi, quorum sacra ossa ex Æmonia civitate Histriæ, Urbano Sexto summo Pontifice Genuam translata, in ecclesia S. Matthæi condigno honore condita fuerunt. *Vix dubitare possumus, quin hæc ossa ex ipsis illis corporibus sint, quæ anno* MCXLVI *in ea cujus erant Patroni Civitatis-nova Cathedrali retecta diximus:* Urbanus *autem* Sextus, *sedit ab anno* MCCCLXXVIII *ad* LXXXIX. E *Reliquiæ Genuæ.*

# DE SANCTO GENTIO

## *MARTYRE IN HISPANIA.*

G. H.

### Ex Martyrologio S. Hieronymi.

XXIX Maii

ANtiquissimum *Martyrologii Hieronymiani apographum, quod ante mille ferè annos exaratum fuisse sæpius diximus, ita hunc diem auspicatur:* IV Kalendas Junii. Romæ Natalis Virginis, *scilicet* Petronillæ, *cujus nomen in apographo Corbeiensi Parisiis excuso hoc etiam die, sed sub finem, exprimitur. De ea cum aliis Martyrologiis & Breviario Romano acturi sumus die* XXXI *Maji. Sequitur dein in dicto antiquissimo apographo:* In Spanis Genti. *In apographis ejusdem Martyrologii Hieronymiani Lucensi & Blumiano:* In Spaniis natalis S. Genti. *Quæ eodem modo leguntur in vetusto codice Reginæ Suecia, & referuntur ab Holstenio in Animadversis ad Martyrologium Romanum. Præterea in memorato apographo Corbeiensi ista explicatius habentur:* In Hispaniis natalis S. Gentii. *Et hæc in dictis optimæ notæ monumentis: quæ proponimus diligentiæ Hispanorum; apud quos, & maxime apud Tamajum-Salazar in Martyrologio Hispanico, miraremur hujus Sancti Martyris memoriam non extare; nisi sciremus, Dextrinorum figmentorum auctoribus ignotum prorsus fuisse Hieronymianum Martyrologium, alioqui materiem fere infinitam ipsis suppeditaturum: quod felicitati magnæ imputandum reor, cum satis superque habeamus fabularum, quibus longe præstet simplex ignorantia. In Ms. Richenoviensi, in locum* Gentii, *alii perperam substituuntur, his verbis:* In Spaniis Sicinoli, Mustii: *qui videntur esse* Sisinnius & Venustus, *etiam hoc die relati.*

C F

# DE SANCTO CRISPOLO

## *MARTYRE IN NVMIDIA.*

G. H.

### Ex eodem Hieronymiano Martyrologio.

XXIX Maii

MEmoratum *Martyrologii Hieronymiani apographum antiquissimum, quod ab Epternacensibus modo diligenter servatur, tertio loco ista indicat:* Numidia Crispolis. *Apographa Lucense & Blumianum:* In Numidiâ natalis S. Crispuli. *In antiquo Ms. Reginæ Suecia per Holstenium edito ista habentur:* Apud Nicomediam S. Crispoli, In Cæsarea Cappadociæ Cyrilli. *Quæ in apographo Corbeiensi ita mutila proferuntur: In* Nicomedia S. Cyrilli. *De hoc mox agemus. Magis placet* Numidia, *in antiquioribus monumentis assignata. Omni palæstra omissa, nomen* Crispoli *memoratur in Mss. Aquisgranensi & Parisiensi Labbæi, &* Cripoli *in Ms. Augustano S. Vdalrici, & auctario Greveni ad Vsuardum. De alio* Crispolo, *cum* Gabino in Sardiniâ passo, *agemus die sequenti.*

D E

A

# DE SS. CYRILLO, CARELLO, PRIMOLO, FINODO, VENUSTO, GISSINO, ALEXANDRO, TREDENTHEO, IOCUNDO,

## *MARTYRIBVS CÆSAREÆ IN CAPPADOCIA.*

## SYLLOGE HISTORICA.

G. H.

## De S. Cyrilli, seorsim noti, cultu & passione, aliorum nominibus in Martyrologio Hieronymiano.

XXIX MAII *S. Cyrillus seorsim positus,*

CÆsarea, *in Cappadocia Asiæ regione, plures nobis suppeditat Sanctos Martyres, & hoc die primo* Cyrillum; *dein aliis interpositis, alios quatuor, quos simul conjungimus. Ac primo Apographum Epternacense ita habet*: In Cæsarea Cappadociæ Cyrilli; *uti etiam legitur in Ms. Reginæ Suecia per Holstenium æstimato. Interponuntur verba*, Natalis Sancti, B *in apographis Lucensi & Blumiano. In apographo Corbeiensi* Nicomediæ *per errorem adscriptum esse* S. Cyrillum *jam diximus. Florus in Mss. Tornacensi S. Martini, & Atrebatensi Ecclesiæ Cathedralis, sic tradit*: Apud Cæsaream passio S. Cyrilli, qui ob Christi fidem mortis detrimenta liberè susceptit. *Priora etiam leguntur in Ms. Latiensi.*

*dein cum Sex aliis.* 2 *De aliis Martyribus ibidem passis ista leguntur in Ms. Epternacensi*: Item Cappadocia Carilli, Primoli, Venodi, Venusti, Gissini, Alexandri Mart. *Quæ addito uno ita accuratius leguntur in Ms. Blumiano*: In Cæsareâ Cappadociæ Carelli, Primoli, Finodi, Venusti, Tredenthei. *Eadem sunt in apographo Lucensi, sed loco* Carelli, *litteris contractis & immutatis, legitur* Carchi. *In Ms. Corbeiensi Parisiis excuso, adhuc uno addito, ista habentur*: In Cæsarea Cappadociæ Carelli, Primuli, Finodi, Venusti, Tredenthei, Jocundi. *In Mss. Romano Cardinalis Barberini, Trevirensi S. Maximini, Leodiensi S. Laurentii, & Ms. Florario, de tribus Martyribus ista traduntur*: In Cæsarea Cappadociæ natalis SS. Cyrilli, Primoli, & Venusti. *Eadem, sed omissa martyrii palæstra, indicantur in Mss. Pragensi, & Augustano S. Vdalrici; sed in fine, loco* Primuli, *contracte legitur* C Primi. *Ita etiam nomina* Cyrilli & Primii *proponuntur in Mss. Aquisgranensi & Parisiensi Labbai. Qui in hisce Mss. est* Cyrillus, *præbet occasionem quærendi, num is sit, qui solus initio fuerat positus, an vero loco* Carelli *sive* Carilli *sit substitutus: cujus rei penes Lectorem maneat resolutio*, Gissinus & Alexander *sunt solum in Epternacensi.*

*S. Cyrilli Acta ex Ms. Velseri* 3 *Prioris & solitarie relati* Cyrilli *Acta quædam habemus per modum epistolæ, aliis alibi Fratribus seu Fidelibus scripta, ex pervetusto Ms. Marci Velseri, Patricii Augustani; quam utinam alicubi invenissemus Græca ac primigenia phrasi: nam & qui eam Latine vertit, inculciori stylo est usus; & qui descripsere, videntur eam multo barbariorem fecisse, dum quid describerent non satis caperent. Ipsum tamen, qualem accepimus Latinum contextum accipe, modice levigatum ex conjectura, ne prorsus stomachum tibi evertat tam hiulca balbuties, donec sincerius exemplum alicunde prodeat.*

*Ætate puer, propter fidei constantiam* 4 Martyrium sancti Cyrilli pueri non justum est ad vos, carissimi Fratres, silere, sed maxime enarrare: non enim sine nutu cujusdam divini spiritus; sed (si est vere dicere, & certissime expromere) cum illo Dominus concertabat, cum illo fides contra iniquissimos [Judices] Cæsareæ litigabat. Novella enim ætas beatissimi Cyrilli multum videntibus præstabat stuporem, fidei autem stabilitas miram [Christi] laudem sensatis ..... Etenim omni tempore Christum nominans erat, & semetipsum inde esse motum fatebatur; & plagis confixus & verbis territus, neque verborum minam, neque afflictionis injuriam computavit: sed sustinuit hæc quidem libentissime; prompte autem & aliud aliquid majus malum exspectabat. Cum autem crescerent ei [animi] qui sunt erga bonam fidem, & æmulatores haberet multos qui similes erant ejus ætati; abdicat eum quidem pater, domum ei claudens, & quæ in ea erant prorsus abnegabat ei. Quidam autem in his laudabant patrem & valde mirabantur: [ipse vero quasi nihilum reputabat abdicari à patre,] & quod parva auferens ei, majora & utiliora ei provideret fides quæ in Domino erat, dicebat. E *abdicatus à patre.*

5 Hæc agens in iram provocabat Cæsareæ Judicem: & vocans eum per ministrationem militum, & terrens simul de judiciis; videbat quidem in principio eum non terreri, [sed] omni momento ab omni trepidatione securum [adstare], modica omnia contra fidem computantem. Et, Indulgeo tibi, inquit Iudex, ô puer, delicta: dimittit tibi & pater offensam, in domum suscipit te: licet tibi frui bona patris, si sobrius fias, si tibimetipsi des cogitatum. Beatissimus vero Cyrillus; Gaudeo, dixit, cum pro his mihi increpatur: ego enim apud Deum optime [recipiar:] delector domo mea privatus, habitabo enim majorem & meliorem: sponte fio pauper, ut fruar divitiis [æternis]: bonam mortem non metuo, [quia] vitam provideo mihi meliorem. Hæc dicens cum quadam deifica virtute, præcipitur ligari solenniter, quasi ad mortem deducendus, Usque terrorem autem & jussionem illud publicos [ministros] facere [Judex] præcipit, probationem accipiens pueri. *frustra sollicitatur à Judice.* *intentata morte non terretur.* F

6 Quando autem neque lacrymatus puer nuntiabatur, neque ignem metuens, in quem injicere hunc minabantur, sed paratissime ad mortem pergentem; iterum vocat hunc Iudex, docere animatus, & verbo suadere secundum solitum sibi morem. Vidisti, ô puer, [inquit] ignem; vidisti, ô juvenis, gladium: sobrius esto, ut [iterum] habeas patris domum, & fortunam ... Qui respondit: Nocuisti, ô Tyranne, me revocans; nocuisti, & pessime gessisti: frustra succendisti ignem, sine causa gladium acuisti: multo major [est] domus, quam habitare festino: multo divitiæ præstantiores: has accipere à Domino accelero: celerius me consumma, ut celerius fruar. Et hæc audientes adstantes lacrymabantur: puer autem lacrymas horum inculpabat: &, Debetis, inquit, ridere, debetis delectari, debetis [me] producere gaudentes ad patiendum. Nescitis quam civitatem habitabo? nescitis qualem fiduciam habeo? Concedite sic expendere vitam. Hæc dicens ibat mori. Splendidus autem & spectabilis erat, non solum ei, qui recepit hujus animam; sed & aliis, qui Cęsareę habitabant, ipsu m adjuvante, qui regnat in secula seculorum. *ab eaque revocatum se dolet.* *& gaudens moritur.*

D

*DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS*

# PRIMO, ACCIDIA, PASSIMONIO,

## ET ALIIS CENTUM QUINQUAGINTA TRIBUS.

G. H.

### Ex Hieronymiano & aliis Martyrologiis antiquis.

XXIX Maii

*Os Sanctos Martyres nobis repræsentant antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa: & Lucense quidem ac Blumianum, cum Mss. Romano Cardinalis Barberini, Trevirensi S. Maximini, & Leodiensi S Laurentii istis verbis:* In Africa natalis SS. Primi, Accidiæ, Passimoni, & aliorũ centum quinquaginta trium: *Pro his tribus,* Quatuor, *ultimo loco scribuntur in Ms. vetusto Reginæ Suecia, ab Holstenio in Animadversis ad Martyrologium Romanum edito; & solum* CXLIII *in Auctario Greveni ad Vsuardum numerantur. Ast priorem numerum servat apographum Corbeiense Parisiis excusum, & habet* Aaccidiæ, *quod σφάλμα aut amanuensium aut typographorum censemus; uti forsan quod* Accidii *scribatur in Ms. Florario Sanctorum. In vetustissimo Epternacensi ista habentur:* In Africâ SS. Primi, Accidiæ, Bassi, Mori, & aliorum centum quinquaginta trium. *Verum, pro* Bassi *&* Mori, *unicum nomen* Passimoni *reponendum esse, suadent, cum aliis prædictis, Mss. Rhinoviense in Helvetia, & Richenoviense prope Constantiam in Suevia, in quibus ista leguntur:* In Africâ Primi, Acidi *vel* Acædi, Aposimoni, & aliorum CLIII. *Pragense, omissa Martyrii palæstra, sic habet:* Passio SS. Primi, Monii, & aliorum CLIII. *In Appendice Adonis, apud Mosandrum & Rosweidum, ista indicantur:* In Africa natalis Sanctorum Primi, Acidiæ *sive* Alcidiæ, Passiomoni, & aliorum CLIV. *Plura nescimus divinando addere.*

B E

*DE SANCTIS MARTYRIBVS ANTIOCHENIS*

# SICIMODO, BASSO, VENVSTO, VICTVRIO, ET PVLLIENO.

G. H.

### Ex eodem S. Hieronymi Martyrologio:

XXIX Maii

*Eadem quatuor antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa, nunquam satis laudata hactenus, pretitulatos Martyres nobis suggerunt, his ferè ubique verbis:* Antiochiæ Sicimodi, Bassi, Venusti, Victuri, Pullieni. *Primus, omissa litterula, in Epternacensi scribitur* Scimodus; *ultimus vero* Pulliemus *in codice Lucensi. Nec plura de his Martyribus alibi legimus.*

*DE SANCTIS MARTYRIBVS*

# PONTAMIO, DIMETIO, SECUNDINO, ET MAXIMO.

G. H.

### Ex veteri Ms. Martyrologio Casinensi.

C

XXIX Maii

*Ntiquum Martyrologium, quod* haractere Longobardico *scriptum eperimus in Archimonasterio Casinensi Sanctissimi Patriarchæ Benedicti, hos quatuor Martyres, eosque solos sic exhibet.* Quarto Kalendas Junii natalis Sanctorum Martyrum Pontamii, Dimetii, Secundini, & Maximi. *Habuimus præcedenti die inter Martyres Afros* S. Secundinum, *itemque in unico apographo Corbeiensi Martyrologii Hieronymiani Parisiis excuso: sed nullus horum sociorum jungitur. Eodem die in dicto apographo legitur* S. Maximus *inter Martyres Romanos, sed ejus loco in aliis Fastis* S. Maxima *reperitur. Desunt interim* SS. Pontamius & Dimetius Martyres: *proinde judicavimus operæ pretium fore, ut omnes, prout eos invenimus, simul proponeremus. Erit fortasse qui plura inveniet & certiora monumenta, per quæ plenius instruamur de martyrio & cultu.* F

# DE SANCTIS MARITO ET VXORE

*MARTYRIBVS APVD GRÆCOS.*

G. H.

### Ex Synaxario Ms. Collegii Divionensis S. I.

XXIX Maii

*Æpe à nobis laudata Mss. Menæa Divionensia Societatis Iesu, ad hunc* XXIX *Maji, ista habent.* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ οἱ ἅγιοι Μάρτυρες, ἀνὴρ μετὰ τῆς συζύγου αὐτοῦ, ξύλοις τὰ ὀστᾶ συντριβέντες, τελειοῦνται. Eadem die Sancti Martyres, Maritus cum Conjuge sua, lignis ossa contriti, vitam finiunt. *Dein isti adduntur versus, alludendo ad verba Adami de Eva. Gen. 2,* Hoc nunc os de ossibus meis.

Τῆ ἀνδρὸς ὀστοῖς συγκατεσθλάσθη, γύναι,
Κἀγὼ σὸν ὀστέον πρὸς τὸν ἄνδρα φημί.

Tua conteruntur, ossibus mariti, ossa:
Et ego, Mulier, Os tuum, viro dico.

*Plura neque aliunde suppetunt, neque nos divinamus.*

D E

*DE SANCTIS MARTYRIBVS ROMANIS*

# VICTORE ET SCYRENEO

*TORNACI IN BELGIO.*

D. F.

## Ex epiſtola R. P. Joſephi Ignatii à S. Antonio Carm. Diſcalc.

XXIX Maii

Ornacum, Belgii urbs Epiſcopalis ad Scaldim, inſignem habet Carmelitanarum Diſcalceatarum Conventum, anno MDCXIX ſub titulo S. Joſephi erectum ac fundatum. Ad hujus parthenonis eccleſiam ex urba Roma, Innocentio X. Summo Pontifice annuente, anno milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo, die vigeſima nona Maji, qui erat Dominica poſt Aſcenſionem Domini, tranſlata ſunt Sanctorum Martyrum Victoris & Scyrenei corpora, magna cum pompa,

B & populi concurſu: cujus Tranſlationis ac Depoſitionis dies ſingulis annis, ſolenniter celebratur Dominica infra Octavam Aſcenſionis Domini, quæ fere ſemper in Majum menſem incidit, ſandapilis Martyrum, ſummo cum artificio ex ligno deaurato fabricatis, in ſummo altari expoſitis.

2 *Ita pluribus abhinc annis ad me ſcripſit* R. P. Fr. Joſeph Ignatius à S. Antonio, Carmelita Diſcalceatus Gallo-Belga, *à nobilitate, eruditione, & antiquarũ rerum peritia laudatus, ante Tomum* 12 *Spicilegii Acheriani; nobis etiam ſingulariter laudandus à diligentia & zelo in adjuvando labore noſtro, tranſcribendiſque manu propria, qua huc credebat pertinere, monumentis. Vivebat ille, cum imprimeretur pars prima Maji; & licet hebdomadis paucis prius quam abſolveretur impreſſio è vivis abierit, impreſſa tamen jam erant omnia, in quibus nominandus mihi ſpecialius erat; niſi ejuſmodi compellatio, quantum apud æquos æſtimatores laudis, tantum invidiæ habitura fuiſſet apud alios, pertinacius adhærentes iis, quibus minus ipſe tribuebat, præjudiciis. Nunc vero, cum mors* B *immatura pro ætate, matura pro merito, magnas ſpes Ordinis atque noſtras ſuccidit; hoc ſaltem nobis ſolatii reliquit, quod palam deinceps, & citra formidinem crandæ ipſi moleſtiæ profiteri poſſim, vix quemquam eſſe in toto Ordine, cui plus debeam, quemque diutius vivere magis ex re communi fuiſſet. Quod hic gratitudinis cauſa additum; boni conſulant opto qui viventem noverunt.*

# DE SANCTO MAXIMINO

*EPISCOPO TREVIRENSI.*

G. H.

## COMMENTARIUS PRÆVIUS

ANNO CCCXLIX.

Extat prope urbem Trevirenſem illuſtre antiquitate ac poteſtate monaſterium, *quod traditur ab Imperatore Conſtantino Magno conſtructum, & ad honorem S. Ioannis Evangeliſta à S. Agritio Epiſcopo conſecratum, uti latius ad hujus Vitam, & diem* XIII *Ianuarii expoſuimus. Illud monaſterium poſtmodum ſub*

C S. Maximini *nomine celebrimum manſit, ob ſacrum hujus corpus ibidem conditum, ac miraculis divinitus patratis clarum. Succeſſit dicto Agritio in Epiſcopatu Trevirenſi ipſemet* S. Maximinus, *electus circa annum* CCCXXXII: *& in ea dignitate vixit ſub Imperio dicti Conſtantini Magni, ejuſque filiorum, primum Conſtantini, tum hoc occiſo Conſtantis; mortuus circa annum* CCCXLIX, *ut patebit ex infra obſervandis ad Acta. S. Hieronymus in Chronico, ad annum* VI *Imperii Conſtantis, Chriſti* CCCXLIII, *iſta ſcribit*: Maximinus Treverorum Epiſcopus clarus habetur: à quo Athanaſius Alexandriæ Epiſcopus, cum à Conſtantio quæreretur ad pœnam, honorifice ſuſceptus eſt. *Illuſtravimus Acta S. Athanaſii ad diem ſecundum hujus menſis Maji: in cujus operibus hujus* S. Maximini *mentio habetur. Ac primo in ſua Apologia ad Imperatorem Conſtantium (ſub quo à morte Conſtantini Magni fuerat cum reliquâ Ægypto Alexandria) cum ageret de rebus à ſe apud Conſtantem actis, iſta ſubjungit:* Numquam ſine comitibus aut arbitris fratrem tuum vidi, ſed ſemper cum Epiſcopo ejus loci ubi agebam ad colloquium intravi & receſſi ... Hujus rei teſtes ſunt Fortunianus Aquileiæ Epiſcopus ... & qui defuncti ſunt, Maximinus Treveris & Protaſius Mediolani Præſules ... *Hæc ibi.*

*Tempus Sedis.*

*S. Athanaſius à S. Maximino ſuſceptus:*

2 *De eodem etiam* S. Maximino *ejuſque ſcriptis videtur agere Athanaſius diſput.* 1 *Arianos, in qua cum horum perfidiam arguiſſet, addit iſta*: Si igitur ſcripta iſta ab orthodoxis proficiſcerentur, qualia ſunt magni illius & Confeſſoris Hoſii, Maximini Galliæ aut ejus ſucceſſoris, aut Philogonii & Euſtathii Orientis Epiſcoporum, aut Julii & Liberii Romanorum Pontificum ... nihil eſt quod in his ſcriptis ſuſpicarere: ſincera enim & ſimplicia Apoſtolicorum virorum ingenia ſunt. *Hæc ibi. Succeſſor* F S. Maximini *fuit S. Paulinus, qui anno* CCCLIII, *quod nollet in Synodo Arelatenſi ſubſcribere damnationi S. Athanaſii, in exilium miſſus eſt, in eoque mortuus* XXXI *Auguſti, quo colitur. Dubium eſt, num in Apologia ſecunda contra Arianos ſive (ut appellandam demonſtravimus) in Syllogo, hic* S. Maximinus *referatur. Ibi enim in epiſtola Synodi Sardicenſis, anno* CCCXLVII *habita, numerantur qui interfuerunt, aut qui ſuis ſuffragiis decreta Synodi approbarunt; ſcilicet*, Hoſius ab Hiſpania, Iulius Romæ per Legatos ... Galliæ Maximianus, Veriſſimus, Victor, *aliique, & Græce etiam* Μαξιμιανὸς *ſcribitur; cum alibi legatur* Μαξιμῖνος: *Si autem ſemel admittimus ſphalma irrepſiſſe in nomine; non poſſumus improbare Baronium, qui ejuſdem S. Athanaſii locum in Apologia, legatos Maxentii ad Conſtantium nominantis* Servatium & Maximum, *corrigi voluit, & legi* Maximinum. *Hanc ſane correctionem perquam rationabilem eſſe credimus: cum veroſimile ſit, duos præcipui nominis ejuſdemque nationis Epiſcopos lectos ad ejuſmodi legationem à Magnentio fuiſſe: hoc igitur notatum velim ad Acta tum S. Athanaſii num.* 221, *tum S. Servatii num.* 5.

*& hic viciſſim ab illo laudatus.*

3 *Vitam ab antiquioribus, nec eleganter, nec ſatis prudenter (ut videbatur) ſcriptam, elegantius graviuſque*

AUCTORE G. H. *Vita exornata à Lupo seculo 9.*

*scripsit quidam* Lupus, anno DCCCXXXIX, *ut ipse sub finem testatur, rogatu* Waldonis Abbatis, *qui decessit anno* DCCCLXVIII, *si possimus fidere Catalogo Abbatū, per Bucelinum edito Extat illa Vita apud Laurentium Surium, & habemus descriptam ex illustribus Mss. codicibus Trevirensibus S. Maximini & S. Martini, & ex Mss. Vltrajectino S. Salvatoris atque Altimontensi in Hannonia. Eadem ex Mss. Pragensi, Cæsaris-insulæ, & aliis oblata nobis fuit, si egeremus.* Est in ecclesia S. Paulini, *inter S. Maximini monasterium & urbem Trevirensem,* retro post altare conditus S. Lupus Archiepiscopus, sed ubi Pontificium administraverit scitur minime: *ita libellus reliquiarum istius ecclesiæ, Auctor vero Miraculorum, de quibus infra, profitetur se ea jussum scribere, quæ facta sunt* post editum à Lupo Episcopo de vita S. Maximini librum. *Certe majorem Abbate fuisse oportuit, qui sic orditur,* Lupus Valdoni amico salutem. Amicos honestis certare officiis seque invicem velle sinceris prævenire obsequiis, inter præcipua humanæ vitæ negotia haud immerito deputatur ..... Hujus tantæ rei consideratio me tibi, Valdo carissime, suasit morigerari; & quod jam inde ab initio nostræ cognitionis magnopere flagitasti, ne tibi negarem effecit; videlicet ut Vitam B. Maximini meo stylo, & quæ res ad nos usque qualibuscumque litteris decurrerunt, accuratiori sermone, convenienti restituerem dignitati .... Verum in hoc

B *Episcopo verosimiliter Catalaunensi,*

opere illud me admodum coarctat, quod multis, quæ vir ille dum adhuc viveret egit (ut palam est) silentio suppressis, vix pauca gestorum illius monumenta extant, & in his ipsis quædam fabulosis inveniuntur similia. *Ego, eo tempore quo scripta est Vita, neminem toto Imperio invenio hujus nominis Episcopum, præter Lupum Catalaunensem, magnæ auctoritatis Præsulem, qui potuit Archiepiscopo suo Ebboni, in depositione Ludovici Pii Imperatoris, complex fuisse; ipsoque restituto, subduxisse se procellæ, quæ illum involvit, recipiendo se Treviros; interim dum Ebbo anno* DCCCXXXV, *in concilio Theonis-villæ habito depositionem suam scribere cogitur, ubi inter subscribentes* XLIII *Episcopos non invenies nomen istius* Lupi, *utique absentis. Sammarthani quidem in Episcopis Catalaunensibus, ex Chartulario Ferrariensi pro anno* 835 *nominant Alderium vel Aldelmum; sed illorum numeri cum sæpe fallant, hic eo magis suspecti sunt, quod mox allegent annum Caroli Calvi* 35, *quo Lupus subscripserit Privilegio Odonis Bellovacensis Episcopi, qui propter adjunctam illic Indictionem* VIII, *aliaque, solum fuit scribendus Christi* DCCCXLV, *a restitutione prædicti Ebbonis annus* 5, *atque adeo à reditu Lupi ad Sedem suam etiam quintus: ut hanc navatæ* S. Maximino *operæ mercedē mox recepisse videri is possit.*

C *Quomodo autem deinde Treviris Lupus obierit, leve est si ignoretur; satis est repertam causam, qua aliquamdiu familiaris fuerit Waldoni Abbati, prius quam ejus rogatu Vitam scriberet; inventaque* tristia, *quibus se divina gratia* parem *effectum, gloriatur in Prologo.*

*fuit accepta ex antiquiori seculi 8,*

4 *Hanc ergo Vitam, cum Mss. collatam, daturi eramus, nisi fons ipse, ex quo sua Lupus hausit, nobis obtigisset Parisiis in Bibliotheca S. Victoris, atque in pervetusto quodam Codice sub nota numeri* 899. *Est quidem stylus in eo simplex; sed quæ illi superaddidit Lupus, nullius fere momenti sunt; quæ autem omisit, non sunt talia, ut sola vel præcipua debuerint displicere. Nam ubi antiquior Auctor (qui Pippini Regis ætate vixisse & scripsisse videtur, cum ultra eam nihil referat, adeoque integro fere seculo senior Lupo fuerit) ubi inquam, antiquior Auctor maxime impingit contra historiam seculi* IV, *Constantinum cum filio Constantio confundens; & Maximinum, qui sub imperio Iunioris Constantini nihil formidare debebat Arianos nec ab iis quidquam pati poterat, multas tribulationes & angustias passum scribit; Lupus, nihilo cautior, hoc ipsum*

*quam damus*

*vehementius exaggeravit, commemorando quomodo S. Maximinus S. Athanasium hospitio exceperit, quod factum vivente adhuc Constantino Magno. Similiter quod de Ephratæ Agrippinensis depositione credidit, corruptis Synodi Actis deceptus antiquior ille, credidit etiam Lupus; nec dubitavit eadem omnia referre de itinere Romano, deq; corporis relatione ex Aquitania, quæ retulit ille; licet* fabulosis *potius videantur* similia, *quam quæ resecuit ex miraculis posterioribus, etiam iis quorum alter testem se præfert oculatum. Talia expendens, atque considerans elegantiorem Vitam satis apud Surium inveniri posse; antiquiorem alteram, ut scopo nostro utiliorem, prætulimus; liberam lectori relinquentes potestatem discernendi, quo in gradu credibilitatis referre velit, quæcumque hic leget. Addimus similiter ineditum hactenus, & quasi librum secundum subjungimus, quem de miraculis posterioribus jussu Wikeri Abbatis, anno* XXVII *Otthonis primi, sive anno Christi* DCCCCLXII, *scripsit* Sigehardus, *San-Maximinianensis monachus,* Aquitanus homo, *ut censet Browerus, lib. 9 Annalium Trevirensium num.* 41; *ut autem Schekmannus, in libello de Reliquiis monasterii ejusdem loquitur,* Summæ elegantiæ homo. *Wikerus autem Abbas, quo jubente & dictante scripsisse se Sigehardus profitetur, & libro, quem Lupus scripserat, secundum addidisse de miraculis; dicitur Abbatiam tenuisse ab anno* DCCCCLVII *ad* DCCCCLXVI. *Vtriusque tractatus, vitæ scilicet & miraculorum, compendium aliquod habetur in Libello de Reliquiis & indulgentiis monasterii S. Maximini, ex quo Appendicem subjungimus de posteriore corporis translatione, duplici ecclesiæ dedicatione, & Reliquiis in ea adservatis. Auctor est Ioannes Scheckmannus Trevir, cœnobita Maximianensis ac Bibliothecarius, à quo etiam, ex Germanico Ioannis Enen, Latine conscripta est & aucta Epitome seu Medulla gestorum Trevirensium anno* MDXVII, *in qua folio* LIV *meminit prioris tractatus à se editi.*

D *cum libro miraculorum per Sigebardum, seculi* 10 *scriptorem.*

E *Appendix de Reliquiis.*

5 *Festum* S. Maximini *celebratur in dicto ejus monasterio apud Treviros, tum hoc* XXIX *Maji, quo corpus ex Aquitania relatum fuit, & hoc primarium est; tum* XII *Septembris, quo traditur in Aquitania obiisse. Interim passim ad hunc* XXIX *Maji ejus* Natalis *aut* Depositio *in Fastis antiquis appellatur. Ita vetustissimus Martyrologii Hieronymiani apographum Epternacense,* Treveris Natalis S. Maximini Episcopi, *& quidem* de antiquis, *uti additur in aliis apographis ejusdem Martyrologii. Beda, in genuino Martyrologio, ista habet:* IV Kalendas Iunii. In Treviris Maximini Episcopi, & Confessoris. *Addit Florus,* qui magnus advocatus populo suo magnis se virtutibus declaravit. *Rabanus sua ex Beda descripsit. Vsuardus & Ado ex Chronico S. Hieronymi addunt, ab eo* honorifice S. Athanasium susceptum, *& passim sequuntur posteriores cum Martyrologio Romano. At* pridie Idus Septembris, depositio S. Maximini Episcopi Trevirensis *celebratur in Mss. Trevirensibus S. Maximini & S. Martini. Clarius autem in variis codicibus Mss. sub nomine Vsuardi auctis, ista leguntur:* In Aquitania natale S. Maximini Treverorum Archiepiscopi, qui quarto Kalendas Junii Treverim translatus est. *Quibus similia habent Grevenus, & Molanus in Auctario Vsuardi, Maurolycus, Galesinius, Canisius aliique. Quæ supra ex Floro attulimus, ea excerpta erant ex Gregorio Turonensi, qui de gloria Confessorum cap. 93 ista narrat.*

*Cultus Sacer 29 Maji*

F *& 12 Septembris.*

6 Est apud urbem Trevericam, in suburbano, S. Maximinus, magnus cum Domino, populi illius advocatus, ad cujus tumulum sæpe cernuntur miracula glorioſa. Tempore enim Theodeberti Regis, Arboastes quidam Presbyter, cum Franco quodam contendebat, Rege præsente. At dum hæc agerentur, Rex loca sancta, quæ sub urbis illius vicis habentur, causa visitabat orationis. Cum autem videret,

*Perjuri puniti.*

A videret, Rex profecutionem Presbyteri esse callidam; conversus, ad eum ait: Si vera sunt, inquit, quæ prosequeris, hoc super tumulum Maximini Antistitis sacramento confirma. Audeo, ait, hæc, Presbyter, quæ præcipis adimplere: & statim ponens manum super sanctum sepulchrum, dixit: Hujus Sancti virtute opprimar, si aliquid falsi loquar, de his quæ profecutione mea contra hunc Francum insisto. Fremente autem Barbaro, & quasi contra Sanctum Dei furibundo, egressi sunt de basilica. Cumque per viam pariter pergerent, subito dilapsus Presbyter solo pessumdedit, & mortuus est. Laudavit deinceps Barbarus virtutem Sancti, cui prius detraxerat. Sic & Archidiaconus urbis illius, cum à Nicetio Episcopo pro adulterii crimine pulsaretur, sacramento se ad hujus Sancti sepulcrum purificare expetiit. Ingressusque primum cryptæ limen, restitit quasi stupens: deinde descendens per gradus, ad aliud ostium devenit. Cumque ad tertium accedere vellet, protinus febre correptus, gressum amplius figere non audens, crimen quod imputabatur, in discrimine mortis positus, est confessus: deprecans populum, ut pro se vel Sancti Antistitis vel Episcopi sui suffragia flagitarent. Statim namque ut confessus fuit reatum suum, & ab impulsu febris ereptus est, & in sui Antistitis est caritate receptus. *Transit ad Superos S. Nicetius Trevirensis Episcopus, sub quo res acta est, circa annum* DLXIV, *& colitur* V *Decembris: novem autem annos prius obierat Rex Theodebertus, cujus initio fiebat mentio.*

# VITA

## Per Anonymum Sanmaximianensem, seculo VIII scripta.

### *Ex pervetusto Ms. Parisiensi S. Victoris.*

### CAPUT I.

*Res in vita gestæ, relatio corporis ex Aquitania Treverim.*

C PROLOGUS. DEo, in Sanctis suis signa atque prodigia mirabiliter operanti, ab omni Christianorum populo indesinentes referri gratiæ debent; maxime istis diebus, in quibus Sanctorum aliquorum annua celebratur dies. Quapropter de virtutibus sive miraculis, quas Dominus per Beatum dignatus est operari Maximinum, Caritati vestræ, carissimi Fratres, pauca enarrare decrevimus, ut exemplo instituti ipsius felicitatem ardentius adipiscamini æternam.

*In Aquitania cum 3 fratribus & Sorore natus,* 2 Igitur Sanctus ac Deo dilectus Maximinus, Aquitaniæ originem duxit provinciæ: Frater vero ejus Maxentius nomine, & alter Maximus, tertius vero Jovinus, & Sancta eorum soror Maxima, in ipsa Pictavensi nati fuerunt provincia. Postquam itaque ipse, cujus hodie festiva à nobis agitur dies, Sanctus videlicet Maximinus, & Maxentius frater ejus, ac Jovinus, divinis bene eruditi sunt legibus;

a *Treviris Clericus factus,* Maxentius in Pictavensi electus est urbe *a* Pontificatus ordine. Tunc Maximinus perrexit [Treviros] in Galliam, quia audiverat opinionem *b* B.

b Agricii Episcopi; ut ibi Clericatus acciperet onus, in ipso jam supradicto loco, quod & factum est.

c Postea *c* S. Quiriacus nocturna perrexit vigilia ad S. Eucharium, vigilias custodiens noctis: ibique Angelus veniens Domini ad eum, denuntiavit ei dicens: Vade & dic Maximino; ipse erit Pontifex post obitum B. Agricii. Qui pergens, sicut præceperat ei Angelus, denuntiavit ei. Quod, ut Sancto notum est Maximino, se confitebatur fore tali indignum honore. Annuntiavit denique Angelus Domini Agricio, quod B. Maximinus ei successor fieret in Episcopatu. Tunc S. Agricius, mundi hujus relinquens onera, migravit à seculo. Postea omnis uno animo plebs arripuit eum, & in Cathedra antecessoris sui Agricii elevavit, Cathedræque beatissimi viri anno *d* XXVII Constantini Deo juvante præficitur. Eodem tempore [quo] B. Maximinus ad Episcopalem electus est dignitatem; *e* tunc Ariana hæresis per totum orbem, & maxime intra Illyricum, cœpit grassari ac pullulare, ac persequebatur Ecclesiam Dei. Tunc Maximinus, spem suam viriliter agens in Domino, illi hæresi contradicebat, multasque tribulationes & angustias perpessus est sub ipso Imperatore *f* Constantio.

EX MS. *ibidem, sicut Angelus prædixerat.*

d *creatur Episcopus an.* 332

e

f

3 Nec hoc silendum arbitror, quod ipse venerabilis Pontifex Maximinus Synodũ *g* congregavit publice in urbe Agrippinensi, cœpitque contendere contra Euphratam nefandissimum Episcopum, qui hoc asserebat, quod Christus non esset vere filius Dei. Ipseque B. Maximinus Iesum Dominũ nostrum ostendere curavit, qualiter baptizatus sit & passus, & die tertia surrexit, deinde discipulis cernentibus cælos penetravit: & condemnans hæreticam pravitatem canonica sententia, de Sede sua eam penitus extirpavit. Post hæc, per plures annos mirabilia faciens non parva, cæcos illuminabat, paralyticos curabat, dæmonas effugabat. Deinde Romam, nutu atque auxilio Domini, ipse Sanctus adiens, *h* S. Martino jungitur: ut ambo amabiles Christo una visitarent limina B. Apostoli Petri. Illisque in quodam castello venientibus, perrexit B. Martinus ad ipsum castellum ut cibos emeret, qui necessarii erant in via: ibique Sanctum reliquit Maximinum, ut custodiret eorum sarcinulas, & asellum simul cum sportellis. Cumque S. Maximinus, sopore fatigatus & itinere, somno dedisset corpus, ecce ursus de saltu egressus asellum arripuit, eumque secum deportans devoravit. Cumque reversus fuisset B. Martinus, & Sanctum excitasset Maximinum, dixit ei: Quid fecisti Frater Maximine? Sopore, ait deprehensus fui, & hic paululum caput reclinavi. Asellum, inquit, nostrum ubi habes? Et ille respondit, Nescio. Ipse vero S. Martinus ei feram ostendit, quæ devoraverat eum. Qui dixit: Certissime injuriam sibi preparavit. Tunc venerabilis S. Maximinus vocavit ipsam ferã, præcepitque ei in nomine Domini Iesu Christi dicens: Veni sequere me, quare non dimisisti, & sic stulte operatus es, ut minime nostro parceres asello, causas portanti nostras? tibi jubeo, quod ipse faciebat, fac & ipse *i*. Onerat ei onera, quæ ipse asellus ferre consueverat. Ipse verò ursus, quod ei jussum fuerat, agere absque murmuratione studuit; & perrexit cum illo, obedientiam exhibens, usque dum ad limina B. Petri venissent Apostoli. Oratione autem cum mentis sinceritate peracta, Sanctorumque reliquiis venerabiliter honoratis, reversi sunt usque ad locum, cujus Ursseria villa vocabulum est, & cum eis ursus deportans onera eorum. Tunc B. Maximinus dixit eidem urso: Perge quo vis, & vide nullum noceas, nullum lædas, & à nullo noceri poteris.

*interest Synodo Coloniensi:*

g

E

h *abiens Romam*

i *urso ob comestum asellum imponit sarcinam:*

4 Post hæc ambo ad Trevirorum venerunt civitatem, ibique S. Martinus Lubentium suum spiritalem filium Maximino commendavit, rogans suppliciter, ut sacras eum doceret litteras. Postea verò

*S. Lubentium instruit:*

EX MS. k *in patria mortuus sepelitur.*

S. Maximinus eum Presbyterum ordinavit, & in vico, cujus *k* Cubruno vocabulum est, Dei lege imbutum posuit. Denique Sanctus Dei Maximinus, Trevirorum Archiepiscopalem relinquens Sedem, ad patriam rediit, amore scilicet Fratrum, Pictavensis Antistitis Maxentii & Maximi, quos illic reliquerat quando Galliam adiit: visitatisque fratribus, illic vitam ultimam, dictis simul & actibus decoratam, finivit. Sic Præsul culmina cœli lætus ascendit; quantusque Sanctorum chorus suave canentium huic fuerit animæ comitatus, humana nequit lingua referre: mortuusque est Præsul in præfata provincia, & sepultus est in cœnobio quod situm est in Pictavensi parochia *l*, annis suæ ordinationis septemdecim transactis, diebusque triginta.

l

*à S. Paulino missi in Aquitaniam.*

5 Tunc S. Maxentius ejus germanus Pictavensem regebat Sedem: eodem tempore S. Paulinus Trevirorum ordinatus est Pontifex, facienſque cum Clero suo & populo Trevirorum [consilium], omnes pariter hortati sunt, ut inde corpus transferrent S. Maximini; qui in hoc dubii maxime fuerant, dicentes se eum minime reperturum nisi eis à quoquam ostenderetur. Simul ergo collecta multitudine Clericorum & populi, perrexerunt ad Aquitaniam, inquirentes ubi Sanctus Dei requievisset; quia nemo eorum noverat locum. Cumque ex itinere jam fatigati essent, in quodam castra metati sunt loco. Tunc unus ex Senioribus, prosternens se in orationem, Dominum, ut sibi locum ostenderet, deprecabatur. Statimq; venit unus puer, oves custodiens, qui ovi uni testatus est, dicens: Si hinc abieris, per S. Maximinum, te percutere habeo. Quare ipse vocans ad se puerum, interrogavit eum, ubi ipsum corpus requiesceret sanctũ. Qui respondens, dixit ei: Tu homo qualis es, qui nescis ubi Sanctus Dei requiescit? Ipse senex respondit: Ego hęc ignoro, sed à te scire desidero. Puer itaque perrexit, eique locum ostendit. Tunc senex referens suis, omnes pariter laudaverunt Dominum: surrexerunt, Sanctumque Maximinum [adiverunt], ac prostraverunt se in orationem. Orantibus autem illis, ecce Angelus Domini apparens manifestus, ostendit eis dicens: Hic vir beatus requiescit Maximinus. Illi hæc audientes, gavisi sunt inenarrabili lætitia. Tunc ipsi custodes ac multitudo inenarrabilis populi Aquitanorum collegerunt se, compleruntque eos de ipso exire loco. At illi responderunt, dicentes: Fratres vestri in Christo sumus. Nos vero non ob aliud venimus, nisi causa orationis. Quid nos compellitis exire? Hac nocte hic morabimur, & cras proficiscemur. Tunc Aquitani suorum videntes constantiam, putabant, Trevirenses esse timore plenos; & lætitia repleti sunt magna, cunctique inebriati, adeo ut nemo eorum proximum suum agnosceret. Tunc sopore depressi tam custodes quam reliquus populus, veniens Angelus Domini Beatum excitavit Lubentium, ac dixit ei: Surge, perge in cellulam ubi custos requiescit; & clavem ecclesię, quæ ad caput illius est, accipe: & tolle thesaurum magnum, quem quæris. At ille cum aliis pergens Presbyteris, invenit quemadmodum Angelus ei dixerat: tulitque ipsam clavim, & perrexit cum Presbyteris ad ecclesiam, ac levaverunt corpus B. Maximini, plebique detulerunt. Clauserunt ita denique ostium, & clavem ipsam ad custodis caput posuerunt, unde eam tulerant. Et inde surgentes cum magno gaudio & lætitia, susceperunt Patronum suum cum psalmis & hymnis spiritualibus, revertentes ad propria. Tunc Aquitanorum populus, tertia hora noctis expergefactus, viderunt quomodo inde Trevirorum populus abiisset: dicebantque quod fugam inirent timore eorum. Exsurgens igitur custos ipsius ecclesiæ, intusque ingressus, accendens cereos, nequaquam corpus invenit B. Maximini. Tunc omnis Aquitanorum populus vocem simul elevaverunt, gemitumque dederunt cum custodibus: & cum magno exercitu eos prosecuti sunt trium dierum itinere. Die autem tertia, elevatis oculis viderunt illos procul castra metatos. Tum mirum in modum coruscationes, fulgura, & tonitrua super ipsos cœperunt discurrere, ita ut nullus putaret reverti. Ibi vero, ubi Trevirorum plebs morabatur cum B. Maximini corpore, nec tonitrua nec coruscationes ullæ auditæ fuerunt, nisi serenitas ac lætitia magna.

B *edocti à puero*

*præcedunt ad corpus*

C *& monitu Angeli acceptis clavibus illud experiunt.*

*impediti ab itu Aquitanis persequentibus.*

D

*in itinere varia miracula fiunt:*

6 Post hæc Aquitani, timore confusi magno, reversi sunt ad propria. Gens vero Trevirorum cum magno honore & lætitia laudes deferebant Deo, qui eis Patronum, quem in vita habuerant, post mortem reddidit. Dum ergo essent in itinere, cæcus quidam veniens ad ejus feretrum, statim ut umbra eum tetigit feretri, integrum recipere visum meruit. Cumque prope terminum *n* parochiæ advenissent Trevirorum ad castellum, cujus vocabulum *o* Mossono, quidam paralyticus delatus est ad B. Maximini feretrum, qui mox ut eum tetigit curatus est. Ubi ergo corpus beatissimi fuit positum Maximini, ibi plebs *p* batilicam in honore ipsius ædificavit. Post denique veniens in Trevirorum parochiam, ad castellum quod dicitur *q* Eboſius; ecce quędam femina, immundum habens spiritum, exclamabat Trevirorum populo, & ait: Quid fecisti nobis sic? Numquid non sufficiebant vobis Sancti Dei Eucharius, Valerius, & Maternus, & B. Agricius, qui nos torquent indesinenter, multasque inferunt angustias, quia huc adduxisti S. Maximinum? Et confestim curata est ab immundo spiritu. Ex hinc pergentes venerunt ad oppidum, cujus nomen *r* Arlonis dicitur: illucque duo venientes leprosi vocem subito dederunt, dicentes, Miserere nobis, B. Maximine, qui mox incolumes effecti sunt.

n
o
E
p
q
r

*deponitur corpus in basilica S. Ioannis,*

7 Deinde civitati appropinquaverunt Trevirorum. Tunc universus populus utriusque sexus, cum thymiamatis & incensis & luminaribus & frequentia multa ornamentorum, obviam contra suum exierunt Pontificem. S Paulinus igitur civitatis Antistes, in basilicam S. Ioannis, quam antecessores ejus ædificaverant, ferri eum imperavit. Videlicet SS. Eucharius, Valerius, atque Maternus alium illic præparaverunt sibi locum ad quiescendum: ibique vir beatissimus in ecclesia, cujus superius meminimus, honorifice conditus est. At Sancti Eucharius, Valerius, Maternus ex altera quiescunt parte civitatis, infra ecclesiam quam sibi procul à civitate mirabili construxerunt opere.

F

## ANNOTATA.

a Maxentius, *non* 14, *sed* 8 *aut* 9 *statuendus Episcopus, saltem ante S. Hilarium, cujus Acta illustravimus* 13 *Ianuarii. At* S. Jovinus *colitur* 1 *Iunii, pro quo legebatur* Vivinus. Maxima *soror, an illa sit, quæ apud Forojulienses colitur* 16 *Maji, aliis divinandum relinquo. Lupus solius Maxentii meminit: de* Jovino & Maxima *forte nil credens,* & prosapiam à Majoribus Senatorii ordinis deductam, *Sanctis adscribit.*

b *Acta* S. Agricii *dedimus etiam* 13 *Ianuarii. Lupus* Galliam Belgicam & Trevirorum urbem *distinctius nominat: quam hic etiam fuisse nominatam, sed nomen librarii incuria excidisse, apparet, dum mox legitur Sanctus* in ipso jam supradicto loco *factus Clericus.*

c *De* S. Quiriaco *latius agitur in libro miraculorum,* qua

A *quæ poterunt addi ad ejus Acta, his non inſpectis deducta, 6 Martii.*

d S.Eucharius, *primus Epiſcopus Trevirorum, colitur 8 Decembru. De eo actum in Vita S. Valerii Succeſſoris 29 Ianuarii, ubi & de* S.Materno *agitur, cui 14 Septembr. ſacer.*

e *Annus 27 Conſtantini cœpit 25 Iunii anno* 332, *quo eſſet conſecratus Sanctus circa 13 Auguſti. Pro an.* XXVII *legebatur annus* XXIIII: *ſed duo priores lineolæ quaternarium inchoantes, videntur inferius debuiſſe in* u *contrahi: ſic enim inchoaſſent ſeptenarium numerum: ſimilem autem errorem etiam alibi ſæpius deprehendimus. Non habebamus hoc ſcriptum cum ederemus Acta S. Agricii, cujus obitum tunc retulimus ad annum circiter* 335, *ſecuti Browerum. Si annus* 332 *alicui magis placeat, & rationes congruentes adferat, libenter cedemus. In apographo bis notabatur* Conſtantius *loco* Conſtantini, *ſemel pro patre, & dein pro fratre Conſtantii, quod correximus.*

f *Poſt obitum Conſtantini Magni, anno* 337 *mortui, ſub* Conſtantio, *ad quem ſpectabat Orientis Imperium, ab Illyrico ad Niſibin cum Ægypto.*

g *Hæc latè deducuntur à Lupo: ſed non fuerunt Treviri, quoad S. Maximinus vixit, ſub Conſtantio hic nominato, ſed ſub fratre ejus* Conſtantino, *eoque occiſo ſub*
B *altero fratre* Conſtante. *Athanaſius autem, de cujus exceptione pluribus agit Lupus, à Conſtantino Magno relegatus Trevires, eodem mortuo reſtitutus fuit in ſuam Sedem, evincentibus id apud Conſtantium fratribus, ſicut moriens pater mandaverat. Porro cum* S.Maximinus *abſque ullo ſuo periculo Athanaſium exceperit, corrigendus hoc loco & hic Auctor, & Lupus, illius in hoc fortitudinem exaggerantes.*

h *Anno* 346, *uti diximus ad Vitam S. Servatii (qui interfuit)* 13 *Maji, num.* 2, *Agrippinenſis Synodus Acta eſt, in qua non* Euphratam, *virum ſanctum, ſed deceſſorem ejus anonymum, damnatum fuiſſe, demonſtravimus. Inveteratum ex corruptis Synodi Actis errorem ſecuti auctores, excuſandi nobis ſunt.*

i *Quia* S. Martinus Turonenſis Epiſcopus *anno* 371 *creatus, tunc Catechumenus ut ſummum erat; vult Browerus hic intelligi* S.Martinum Epiſcopum Moguntinum, *qui tum vivebat: ſervant autem Maximiniani Monachi utriuſque viatorios baculos inter Reliquias.*

k *Simile quid habetur in vita S. Humberti Maricolenſis* 25 *Martii capite* 1: *quod ſcilicet, cum is cum S. Amando & Nicaſio Elnonenſi Romam proficiſceretur, equum qui ſarcinas vehebat, comedit urſus, & dein loco equi ſarcinas portavit. Iudicet Lector de rei veritate: verendum eſt enim*
C *ne, quod ſemel forte factum eſt, pluribus fuerit applicatum, & occaſione nominis* Urſaria, *longe forſan antiquioris, invaluerit popularis fabella, quales ſæpe notavimus ſimili ex cauſa cuſas. Videtur autem indicari vicus* Urſel, *ad dextram Rheni ripam inter Wormatiam & Moguntiam: quod ſi verum eſt, favet ſententiæ Broweri de* S. Martino Moguntino. *Eſt etiam* Urſaria *quædam in Iſtria.*

l Vicus Cubrinus, *aliis* Cuberinus, *poſteris* Coverna, *forſan à* Caverna, *quia in valle inter tres montes ſitus, ad lævam defluentis Moſellæ, prope Confluentiam, ubi* S.Lubentius *colitur* 13 *Octobris: qui ſane pro eo tempore quo Treviros venit, non recte diceretur filius ſpiritualis fuiſſe juvenis adhuc Catechumini, qualis S. Martinus Turonenſis tunc erat.*

m *Ergo obiit Sanctus anno* 349, *die* 12 *Septembris, qui eſt proprius depoſitionis dies.*

n Parochia *pro diœceſi Epiſcopali hic & alibi ſumitur.*

o Moſomus, *Lupo* Moſomagus, *ad dexteram Moſæ ripam, Sedanum inter & Satanacum, de quo egimus* 9 *Februarii ad Vitam S. Victoris Martyris. Ibidem ad muros urbis fons eſt, diciturque à* S.Maximino *elicius.*

p *Eſt vicus modo* Ully, *vel* Oeuilly, *aut* Euelly, *in via quæ Moſomo Ivodium ducit, & vulgo* S. Maximini in Ullio *dicitur.*

q Eboſius, *Lupo* Eviovium, *ſive* Ivodium, *oppidum munitiſſimum agri Luxemburgenſis, vulgo* Yvoix. EX MSS.

r Arlonis oppidum, *vulgo* Arlon, *aliis* Arlunum *quarta à Luxemburgo leuca verſus Occidentem.*

## CAPUT II.

### *Varia miracula Treviris patrata.*

POſt hæc etiam cæcus quidam à nativitate, Crechto nomine, ex regione veniens Beneventana, ad limina B.Petri perrexit Apoſtoli, eum tota mentis intentione rogans, ut viſum ſibi largiri dignaretur. Cumque vehementius in oratione perſiſteret, B.Petrus aſtitit ei, hæc dicens: Perge in Galliam ad civitatem Trevirorum, & perquire ubi beatiſſimus requieſcit Maximinus, & viſum accipere mereberis. Ille audito hoc gaviſus abſceſſit, & perveniens ad prædictam civitatem invenit ibi cuſtodem, Gausbertum nomine, cui cuncta quæ ſibi oſtenſa fuerant per ordinem narravit: qui ſtatim introduxit eum ad ſepulcrum beati viri. Cæcus ergo inclinans ſe ad tumulum, in quo præclara continebantur membra, ut ſolitam Deo orationem dedit, abſque mora videre meruit, & inde gaudens & exultans, & S.Maximino gratias referens, receſſit. *Cæcus illuminatur.* E

9 Paulo poſt namque, antequam glorioſum de ipſa crypta tranſlatum fuiſſet corpus, ipſa crypta ibi repleta eſt aqua, ubi hæc nunquam antea nec poſtmodũ viſa fuerat: & per cryptam altior in gyro apparuit unius menſurâ cubiti, ipſumque ſepulcrum minime tetigit, ſed velut murus ex utraque ſtetit parte. Tunc ſancti Dei, a Hidulphus videlicet, Clemens, & b Lothbertus, cognoverunt quod vir beatus de ipſa vellet egredi crypta, & ſe ad locum ubi nunc adoratur, transferri c, ſicut ſæpius Lotheberto revelatum fuit Epiſcopo; quod & factum eſt, cum magno honore ac lætitia, hymnodicis reſonantibus choris. Cooperculum vero ipſius ſepulcri tres illi Epiſcopi deportaverunt, in unoque poſuerunt angulo; quod poſtea trecenti viri inde minimè elevare potuerunt. Tunc quadraginta addita ſunt juga boum cum funibus, nec ſic illud trahere potuerunt. Nec adhuc miraculum Domini prætereundum eſt, quod frequenter oculis noſtris aſpeximus, de lampadibus, quæ ad pedes ipſius pendent, & ſe divino juſſu illuminant gyrantque, miro modo & perſpicua virtute. Et quando Reges aut Principes de ipſa mutantur provincia, ipſæ lampades accendere ſe videntur & moveri divino nutu: & antequam hæ faciant ipſum Epiſcopi coruſcare ſepulcrum, eccleſia ipſa tremit, lumenque apparet ingens, quod ſplendorem huic defert miraculo: Crux etiam, quæ ante ejus ſanctum inſtat tumulum, quando aliqua in ipſo regno exoritur nova cauſa, ipſa antea gyrum facit & juſſu movetur Dei. *Sepulcro ab aqua altiori intacto transfertur corpus.* a b c *lampades ultro accenduntur* *& crux movetur.* F

10 Quędam autem femina, d Rodarea nomine, ex Francorum procreata Senatoribus, cujus tibię pes aridus factus fuerat, ut parum de carne remaneſſet; ad ſepulchrum veniens B.Maximini, diutius in oratione proſtrata jacebat: cui puellæ & viri ejus dicebant: Recede hinc. Quibus ipſa reſpondit: Nullo modo hinc recedam, niſi S.Maximinus mihi ſanitatem reſtituerit. Cumque ſua jam eam familia compelleret ut reverteretur, ipſa dicebat: Nequaquam fieri poſſe: quia qui cæcis viſum reſtituit, ac leproſis munditiam, paralyticiſque curationem, mihi miſeræ ſi voluerit impertiet ſalutem. Tunc ipſa nocte veniens ad ſanctum ejus ſepulcrũ, & proſternens ſe in oratione, confeſtim ſanata eſt. d *pes aridus curatur.*

Nec

EX MS. *liberantur damoniaci plures.*

11 Nec hoc æſtimo poſtponendum, quod ad ſanctam ejus ſolennitatem triginta & ſeptem una die venerunt dæmoniaci: & omnes in ipſa die curati ſunt, inter vigilias noctis & diei. De cujuſdam quoque mulieris ore, altero die tam immundus exivit ſpiritus, ut omnes qui ibidem aderant ab eo ipſam baſilicam ſuccendi æſtimarent; odorque cunctis fœtoribus aſperior exinde proceſſit, ita ut metum mortis incuteret cunctis. Etenim ipſa mulier quadraginta & ſeptem annis ipſum ſuſtinuerat dæmonium. Adveniente itaque alio anno, viginti & duo dæmoniaci, ex longinquis accedentes regionibus, abſque mora curati ſunt. Tertio vero anno, nihilo minus tres alii à parentibus dæmoniaci delati ſunt, Friſii genere, & quartus de Aquitania, ſex etiam à Germania ad Vigilias B. Maximini, & inter ipſas curati ſunt Vigilias, in nomine Domini *e*.

c *Carolus Martellus febri liberatus*

12 Neque hoc ſilendum eſt, quod tempore Caroli Principis, ipſe Princeps magnis conſtrictus febribus ad ultimum penè deducitur diem. Tunc S. Maximinus, in viſu apparens, dixit illi: Quid agis, miſer? At ille dixit: Ego nihil meæ ago voluntatis, quia nunc morior. Tu vero quis es, Domine? At ille reſpondit: Ego ſum Maximinus, Trevirorum Epiſcopus; perge mane ad ſepulcrum meum, ibique ſanaberis continuo. Carolus Credendarium *f* vocans ſuum, dixit eis, Vidiſti hunc B. Maximinum Epiſcopum? Qui dixit ei, Domine, modo minime vidi. Carolus ait: Exi foras cito, ſi eum inveneris: verumtamen dico tibi, quia paulo antequam te vocarem, ſe mihi manifeſtare dignatus eſt; & præcepit, ut poſt ſe irem ad tumulum ejus, ut ibi ſalutem conſequerer. His ergo dictis juſſit ſibi plauſtrum *g* Rex parari, & ſe inibi ad ſepulcrum S. Maximini deferri. Cumque ibidem delatus fuiſſet, ſopore depreſſus, vidit iterum B. Maximinum in viſu, dicentem ſibi: Ego pro te Dominum rogavi, ut ſoſpes efficiaris. Perge nunc, & cave ne ultra mala facias. Cumque à ſomno ſurrexiſſet, invenit ſe potentiſſimum virtute corporis. Dehinc ergo pergens ad *h* Secretarium, narravit cuncta quæ per B. Maximinum ei conceſſiſſet Dominus beneficia, rogavitque ipſum Cuſtodem, ut ſibi ad manducandum daret, quia famem patiebatur maximam, viginti diebus nullum ſumens cibum ante ſalutis recuperationem: qui ſtatim dedit ei comedere, & confortatus eſt. Poſtea quippe ipſe Princeps ipſi loco dedit tres Fiſcos, vocabulo Petra ſalis *i*, & Vidmar *k* eccleſiam, atque Comitiacum, dedit etiam Andalinam *l* villam S. Petro: plurima vero poſtea ibidem largitus eſt dona.

f

g

h *offert dona.*

C

i k

l

13 Nec hoc prætereundum, Fratres, opinor, quod Pipinus Rex Clericum ſuum, nomine *m* Brunicum, valde immundis plenum ſpiritibus, per Helluarium Archidiaconum in multas miſerat regiones, ut ſalutem acciperet, & minimè conſecutus eſt. Cumque ille dæmoniacus deductus eſſet ad limina B. Maximini, ſtatim ſpiritus ab eo immundus egreſſus eſt. Ille autem gaudio repletus, laudes & gloriam Deo & S. Maximino retulit, qui eum de tali eripuit inimico. Iterum etiam ipſe Pipinus Rex unum tranſmiſit Alemannum, cujus nomen Guerricus *n* dicebatur, ad Beati viri tumulum, & ipſe valde vexatus à dæmonio fuerat: cumque ibidem adfuiſſet, miſerunt eum in catenam, & ipſam velut vitrum continuo confregit. Poſtea eum fortiori conſtrinxerunt catena, ut penitus ſe movere nequiverit. Tunc Fratres pro eo multis diebus ad Deum fuderunt orationem. Cumque una die ad Miſſarum ſolennia convenirent Fratres, ecce ipſe confringens catenam ad B. Maximini feſtinus cucurrit ſepulcrum; videnteſque pueri comprehenderunt eum. Ipſe vero exclamans dixit: Nonne videtis adverſarios meos, qui me vexabant, quemadmodum nunc in fugam verſi ſunt, & Sanctus perſequitur eos Maximinus? Et ita meritis beatiſſimi viri à dæmone curatus eſt. Quædam etiam femina, Waltrudis *o* nomine, manibus debilis ac pedibus, poſtea deportatur in ipſam baſilicam: cui ſtatim B. Maximinus membrorum dedit ſalutem. Iterum etiam quædam filia Pipini Regis, habuit puerum, nomine *p* Gumbertum, qui & ipſe à dæmonio non minimum vexatus eſt. Cumque eum per nonnulla detuliſſent loca, nihilque proficerent; acceſſerunt ad locum B. Maximini. Ut vero valvas eccleſiæ introivit, confeſtim precibus famuli Dei ſalutem obtinuit. Quædam etiam femina Flictildis *q* nomine, fractas habens manus & pedes, illuc adveniens, mirabiliter à B. Maximino curata eſt.

D

*2 femina ſanantur.*

o

P

q

14 Fuit præterea vir quidam ex Friſiorum genere, cujus vocabulum Ibbo dictum eſt: qui cum ad B. Maximinum ſe cum omnibus quæ habebat condonans, pro ſtipendiis Fratrum emendis ultra mare ire decreviſſet in una navi, negotiatores alii cum ſex navibus illi conjuncti ſunt. Illis namque mare ingreſſis, procella exorta eſt valida: naves vero ſex ante ſuos demerſæ ſunt oculos, ita ut nullus eorum evaderet. Cumque ille hoc conſpiceret, dixit ad nautas, Exclamemus ad Dominum, & ad preces B. Maximini, ut nos de hoc eruat periculo. Tunc illi clamantes dixerunt; S. Maximine, libera ſervos tuos. Statim ipſe Ibbo virum intuitus eſt ſplendidum, veluti ſol, ante navem ſupra mare euntem, & dixit eis: Nolite metuere. Mox ergo tranquillitas magna in mari facta eſt, ita ut penitus timor ab eorum pelleretur oculis. Illi quippe hoc videntes, glorificaverunt Deum ac S. Maximinum, qui eos de tanto eripuit periculo.

*Tempeſtas maris ſedatur apparente Sancto*

E

r

15 Neque hoc intermittendum exiſtimo *r*, quia vir quidam, Ruſticus nomine, cum intraſſet baſilicam B. Maximini, vidiſſetque lampadas à ſe ipſis moventes, dixit: O verè ſeductores, dicitis quia S. Maximinus hoc operatur, & vos per ingenium facitis; confeſtimque à dæmonio arreptus eſt, & ad mortem pene deductus. Poſt hæc ad eccleſiam ſancti viri delatus eſt, & virorum Deo ſervientium orationibus atque obſecrationibus ſalutem meruit integram. Sufficiant igitur vobis pauca, quæ ſupra memoravimus, de Beati viri miraculis: quia noſtræ datum poſſibilitati non eſt enarrare, quæ per B. Maximinum operari Dominus dignatus eſt, & quotidie operatur *s*, ipſo Domino Jeſu Chriſto adjuvante, cujus laus, honor, & imperium ſine fine conſiſtit, cum æterno Deo Patre & Spiritu, conſolatore ac vivificatore omnium viventium, per æterna ſeculorum ſecula. Amen.

*Calumnians obſidetur à dæmone & liberatur.*

F

s

## ANNOTATA.

a S. Hidulphus, *ſive* Hildulfus *colitur* XI *Iulii, ſucceſſit Numeriano ſub Childerico inter annum* 660, *&* 670. *De eo egimus in Diatriba noſtra de* 3 *Dagoberti Regibus lib.* 4 *cap.* 5. *& res hic confirmatur ex ordine relationis. In Vita S. Agricii dicitur hæc tranſlatio facta* IV Kalendas Junii. *In Vita autem S. Deodati, danda* 19 *Iunii num.* 11 *notatur annus* 667, *& poſtea aliqua Reliquia donata S. Deodato dicitur.*

b Lothbertus, *Lupo apud Surium* Gosbertus, *in Mss.* Chrodbertus *&* Chodbertus, *Browero* Cudtbertus *Scheck-*

A *Scheckmanno* Chotbertus ; quem, & Clementem, è propinquo Episcopos, *in Mss.* Chorepiscopos, convocatos *ambo tradunt. Sunt quidem Catalogi Episcoporum valdè imperfecti ; placet tamen lectio quæ* Chorepiscopos *faciat : vix enim præter Colonienſem & Moguntinum viciniores ulli tunc Treviris Episcopi erant.*

c *Sequentia hujus numeri desunt apud Lupum : visa ei forsitan sunt, ut præfatur*, fabulosis similia ; *quo titulo etiam nonnulla ex Capite præcedenti potuisset omittere, quæ sola habebantur traditione, cum in eo quod sequitur de Lampadibus, oculatum se testem auctor asserat.*

d Rodarea, *Lupo* Rodaora, *in Mss.* Rodohara, *&* Hrodara.

e *Hæc omnia, de dæmoniacis liberatis, Lupus ad ultimam calcem rejecit, & ordinem antiquum miraculorum valde mutavit.*

f *Pro* Credendario, *Lupus habet* satellitem, qui sibi assistebat : *est autem* Credendarius, Credentiarius, Creditarius, *quod Græcis* Πιστικὸς, *is cui Princeps secreta sua fidit : de quo Cangius in Glossario.*

g Lecticam *habet idem Lupus, quia hanc forte magis convenire Principi, & quidem infirmo, judicavit.*

h *Idem*, Sacrarium : *sed* Secretarium *antiquioris* B *usus vox est.*

i *Idem*, Patriosalam.

k *Idem* Witmaris ecclesiam, *quam hodieque servare nomen, & antiquissimam esse oppidi sic dicti parochiam, scripsit nobis noster Alexander Wilthemius ; addens, se in antiquis litteris etiam detexisse* Wimmariburgum, *Luxemburgense Suburbanum : locus probabiliter habitationis ejus, qui prædictam ecclesiam condidit, donatam S. Maximino (ut idem habet) an. 731. Dubitabat autem ipse Wilthemius, an idem non posset credi* Waymerus Dux Campaniæ, *à nobis nominatus in Diatriba Dagobertina, innovata ante 3 Tomum Aprilis num. 25, cui anno 676 Ebroinus, Theodorici Regis Major-domus, sustodiendum tradidit S. Leodegarium.*

l *Lupus ista habet*, Sancto vero Petro Andaclanam obtulit villam.

m *Lupo dicitur* Brunco.

n *Hic eidem* Ericus *est.*

o *Et hæc* Weltrudis.

p Gumbertus, *Lupo* Cunibertus *dicitur : Matris nomen hactenus latet : nam duæ Pipini filiæ Rothais & Adelais, juvenculæ obierunt ; Gisla, Abbatissa fuit ; S. Itisberga, virgo mansit ; Berta, fabulosi Rolandi mater, inter fabulas computatur.*

C q *Lupo*, Elithildis.

r *Deest hæc punitio & sanatio apud Lupum : quia scilicet incredulus prænotato miraculo de motu lampadum, ut istud omisit, sic hoc quoque eodem spectans censuit omittendum.*

s *Lupus, post relatam dæmoniacorum curationem, sic concludit* Si velimus & hic & multiplici aliorum virtutum specie quoties floruerit, usque ad hunc annum quo scribimus, hoc est ab Incarnatione Domini octingentissimum tricesimum nonum, styli officio designare ; nec modum libri tenebimus, & erudito lectori minus erimus grati, dum similia frequenter narrabimus.

# HISTORIA MIRACULORUM

## Auctore Sigehardo, Monacho Sanct Maximinianensi.

### PROLOGUS.

*Ad VVickerum Abbatem, miraculorum scribendorum assertorem, cum Supplemento Vitæ circa S. Quiriacum.*

DOmino Abbati Wickero Sigehardus. Rogas, Pater carissime, imo vi quadam auctoritatis extorques invito, quatenus arduum omnino, meisque viribus præmineus, explicandum opus assumam. Nam præcipis propriaque potestate compellis, quo ea quæ post editum à Lupo Episcopo de vita Sancti Maximini librum, per eumdem glorioſum Christi Confessorem sunt gesta miracula, ne prorsus legentium vel audientium utilitati depereant, stylo alligem : ac competentis serie narrationis digestis, post illum primum, secundum super illis libellum absolvam, te certa locuturo suggerente materiam. Qua de re coarctor è duobus ; veritus scilicet ne, aut tibi reniten- E do, inobedientiæ crimen incurram ; aut iterum parere conando, cœpto succumbam ; cum nimirum ingenioli mei tenuitatem & eloquii stillulam exequendo, istiusmodi negotio nullatenus me sufficere videam. Igitur tanta rerum difficultate, qua nusquam illæsus evadere valeam, quasi quodam murorum ambitu inclusus & undique circumseptus ; hoc solum mihi agendum utile ratus sum, scilicet hac in parte locum evasionis eligere, qua perspicio minus ex præcipitio læsionis posse contingere. Nam cum constet, contemptum quidem seniorum ad animæ periculum, defectum vero in cœptis spectare ad ridiculum ; quis sanum sapiens tolerabilius, imo longe salubrius fore non censeat, pro imperitia irrisiones hominum sustinere, quàm pro superbia semetipsum condemnare? Quapropter diu multumq; desideratũ opus perge securus aggredi : ego plane tibi pro viribus adero, nequaquam ausus tuæ Sanctitati diutius reluctari. Omnia ergo quæ dixeris, vel à te ipso (ut promittis) & ab his qui adhuc vivunt tecum visa, vel ab his qui viderunt tibi probabilibus personis F comperta, qualicumque prosequar stylo ; non ad hoc proprię possibilitatis fiducia nitens, sed tam operosum mihi negotium tuę potius cunctorumque sanctorum Fratrum meritis & orationi committens. Aderit etiam, sicut semper in omnibus, ita & in hac quoque parte, clarus noster Patronus Maximinus ; facile (ut confido) apud Christum Dominum obtenturus, ut sicut ille à Deo Patre in Spiritu sancto factus est omnibus salus & justitia, ita quoque & mihi elingui efficiatur lingua. Quod si dignabitur, haud dubium, liquidam veritatem etiam à muto luculenter expressum iri.

*Abbatis coactus Obedientia*

*scribit accepta ab iis qui viderunt, aut à videntibus cognoverunt.*

2 Nec reticendum est, quod cum facile confidam, Deo piisque omnibus succedentium temporum hoc opusculum gratum fore ; vereor tamen præsentium aliquos eidem derogaturos, meque insulsum, falsiloquum, nullius momenti homuncionem, omnium reprehensione dignissimum, toto orbe adjudicaturos. Nec te, fateor, Pater venerabilis etsi volverint, excipere valebunt, quin totius hujus infectationis peste involvaris : quippe cum & me, juxta assertionem talium, falsa scribere compuleris, & scribenti falsitatis materiam ministrasses. Qua ex

*prout ea ipse Abbas dictavit.*

re operæ pretium video præſenti præfatiuncula calumniandi viam iſtis obſtruere, non magnæ defenſionis arte refragando, ſed humiliter ſuggerendo, quo meminerint primos ac fortiſſimos Chriſti aſſertores, idiotas fuiſſe, non ſophiſtas: neque me expectent Mercuriali ſapiditate Tulliique copia in curia declamaturum; ſed in cellula monaſterii rerum geſtarum veritatem, ſobrio ac veridico pii Patris ore depromptam, puro ſimplicique ſermone dicturum. Deinde vero, etſi merito illis deſpectui habita fuerit vilitas iſta elaborantis, honori tamen quæſo habeatur prærogativa jubentis: nec ſtatim credant Patrem noſtrum, virum utique ſancta vita & converſatione conſpicuum, falſa dicere, quam ſilere maluiſſe.

*ex MS.*

*præmittit à Lupo omiſſa circa S. Quiriacum,*

3 His ita prælibatis, Wickere Pater, quod agendum imminet ineamus, exorata prius dignatione divina, quatenus ipſa annuente, quæ illo Sanctiſque omnibus digna ſint, & tu ore edicere, & ego ſcripto proſequi valeamus. Illo [autem] miraculo inſigni [initium] ſtatuo dedicare, quod eo tempore, quo adhuc venerandus Maximinus temporali vita ac corporali præſentia hanc urbem tuebatur & illuſtrabat, geſtum eſt; licet nulla oblivio per tot ſeculorum volumina hoc valuit abolere, quin hodieque omnium pene admiratione memorabile ac celebre perſeveret. Quoniam igitur tam præclarum factum, paſſimque omnibus cognitum, in illo libro, qui vitam geſtaque ſancti plenius continet, prætermiſſum miramur; hoc ſilentio nos quóque præterire, abſonum duximus & indignum: quippe cum vel hoc ſolo meritum ac ſanctitas, non modo Maximini, ſed & Quiriaci quoque, à religioſis & credulis ſatis queat æſtimari. Eſt autem huiuſmodi.

B

*quem noctu eccleſias circumeuntem*

4 Tempore quo B. Maximinus vixit in corpore, Sanctus etiam extitit Quiriacus, vir fide ac virtutibus clarus, piiſque ac probis actibus totus intentus. Cui inter alia bona, cum id quoque moris eſſet, omnia videlicet hujus urbis monaſteria & oratoria creberrime viſitare, & aſſidua oratione divinam ſibi propitiationem conciliare; maluit tamen vir ſanctus, jactantiam vitans ac laudem humanam fugitans, talia ſtudia nocturno potius quam diurno tempore exercere. Interea aliqui ex Clericis, Sancti virtutibus invidentes, qui nomen tantum ac famam ſanctitatis ejus, non etiam opera appetebant, inter ſe

*atque de fornicatione accuſatum.*

muſſitare cœperunt, & opinionem viri turpitudinis infamia occulte fœdare; paulatimque in apertiora ſe attollentes vitia, nocturnos illos labores, non jam virtuti, ſed vitio reputare. Nec cunctati, ad ipſum Epiſcopum Maximinum tandem, infelici temeritate ſiniſtris ſuſpicionibus agitandum, proſiliunt; ſuper crimine fornicationis innoxium Quiriacum inculant. His auditis ſanctus Epiſcopus (utpote qui aurem criminationibus adhibuiſſet invitus) fidem quidem integram delatoribus fertur minime accomodaſſe; Quiriacum tamen, cum maxima modeſtia, à ſua interim communione ac familiari contubernio aliquamdiu ſecreviſſe; ſecumque interea egiſſe, ut orando tanti à Deo notitiam conſequi meruiſſet ambigui. Erat autem Quiriacus ante hoc, ad ſacras manus Antiſtitis, oblationes quotidianas offerre conſuetus, quibus ille Sacramenta Chriſti conficiens, proprium æque ac Quiriaci ſpiritum ſpiritali vegetamine ad ſacra & cæleſtia aſſidue roboravit.

C

*S. Maximinus à ſuo contubernio arcuit:*

5 Quadam vero die Maximinus, Miſſarum ſolennia celebraturus, ex more procedit: intereſt & Quiriacus divinis Officiis, ex gravi, ut ratus eſt, tanti Patris offenſa trepidus & anxius, totuſque mœrore confectus. Et quia ipſum ſacri Antiſtitis conſpectum pro humilitate ac verecundia vitaverat; ecce nus ſe pudibunde proripiens, propter ipſas Eccleſiæ fores, anguli cujuſdam receptus ſinu, ſecretius ſtetit. Cum ecce Angelus Domini ſubito affuit, blande ſuper anxietate concepta ſanctum conſolatus virum, pariterque monens offerendas ex more hoſtiarum oblationes præparare: nihil minus Epiſcopum quam alicujus mali ſuſpicionem de ſe cogitare: illam offenſam, propemodum ſimulatam, totam jam demutatam fuiſſe in gratiam. Mirum dictu! Eadem hora eodemque momento, glorioſiſſimo Præſuli Maximino, jam accedenti ſacro altari, nihilo minus aſtitit Angelus; orationes ejus à Deo ſuſceptas annuntiat, cautam communionis abſtinentiam cum criminato collaudat, Quiriacum ſanctum de objectis excuſat: deinde monet, ex illius manibus, ut ſolitas hoſtias Deo ſuſcipiens ſacrandas, virum innocentem ad gratiam reconciliationis & Sacramentorum participationem indubitato admitteret. Sicque Quiriacus, primo quidem pacis oſculo Antiſtiti ſuo confœderatus, deinde vero Sacramentis Chriſti confirmatus, exterius quaſi in amiſſam ſui Pontificis viſus eſt reſtitui caritatem, quam certe in amborum cordibus firmiſſime credendum eſt nunquam ſuſtinuiſſe ab alterutro vel modicam læſionem. Jam vero peractis ſolenniis ſecreta petentes, magnifica ac feliciſſima illius temporis geſta ſecum conferunt, in oſcula ruunt, flent præ gaudio, inque ſuis profectibus Chriſtum devote collaudant; qui ſuperbos confundit, humilibus gratiam præſtat, & machinamenta iniquorum deſtruit; innocentes & in ſe confidentes liberat, ſeque diligentes ſemper & ubique tuetur ac fovet. Hæc igitur, per omnes præteritorum temporum populos celebri famâ vulgata, & ad nos uſque deducta, primum in noſtra editiuncula obtineant locum; quæ ita ut dicta ſunt vera eſſe, eccleſiarum etiam picturæ confirmant: quarum nos unam, & hanc antiquiſſimam, ac vetuſtate jam pene abolitam, in priſca S. Quiriaci eccleſia, ſuper ſepulcrum ejus, in crypta editam vidimus.

D

*revelata autem per Angelum innocentia recepit.*

E

## CAPUT I.

### *Curati dæmoniaci, injurii in S. Maximinum puniti.*

6 *Liberantur à dæmone 2 mulieres furibundæ,*

JAm vero ad ea veniamus quæ nos in Præfatione ante poſitâ ſcripturos fore promiſimus; in quibus ordinem temporum, ut geſta ſunt, non valemus ſervare; quia ſimilibus ſimilia placet connectere. Nec video quid obſtet ædificationi legentium, quod in relatione geſtorum hujuſmodi tempora varientur, dummodo quæ geſta ſunt non ſileantur. Quanta Sancti hujus, circa illos qui maligno ſpiritu vexantur, ſemper fuerit, & adhuc ſit miſeratio, cum plenius in libro memorato digeſtum ſit, nos tantum de paucis numero energuminis, quali modo per merita Maximini à Deo ſint curati, primo dicamus. Duæ quondam mulieres, hac horrenda pervaſæ tyrannide, pariter ad hoc monaſterium adductæ ſunt; in quibus tanta feritate nequam ſpiritus graſſabantur, ut huic furori & amentiæ nihil comparabile duceretur. Urſi efferati ſæviendo tolerabiliores tibi viderentur, ita omnia laniabant, & dentibus & unguibus ſævientes invehebantur in ſingulos. Nec vinculis ullis ceſſit immane robur. Cum tamen nullo edulio, tranſactis jam ſeptem vel decem diebus, miſeranda corpuſcula refocillata, ſolo dæmone agitarentur. Multis Fratres exorciſmis malignos ſpiritus objurgabant: ſed cum nihil actum eſſet, tandem jubentur in cryptam ante Sancti ſepul-

F

A ſepulcrum pertrahi. Ubi cum ſine mora obdormiviſſent, virtute Maximini dæmonibus effugatis, illico evigilantes crudeli hoſpite caruerunt. Tunc mirum in modum ambæ mulieres, mox converſæ ad Dominum, ſtatim [facta] peccatorum ſuorum humillima confeſſione, & promiſſa ſatisfactione quantam valuerunt, indulgentiam ſibi à Deo precatę ſunt. Duarum una quidem, poſt concitam reconciliationem, ſumpto Viatico ibidem illico obiit: altera vero vitæ reſervandæ vix cum magno labore convaluit: nec immemor beneficiorum, ſingulis quoad vixit annis, Deo & S. Maximino vota ſua devotiſſime obtulit.

*vir item nobilis.* 7 Vir quoque inter ſuos non ignobilis erat, qui hac peſte diu multumque vexabatur; antequam liberari mereretur ſæpe vinculis ſuis abruptis elapſus, ſæpe iterum captus, vinculatus, & huc reductus. Quadam autem nocte, cum alligatus eſſet ſcalæ, qua pulpitum eccleſiæ ſcandebatur; Cuſtos ad reficienda luminaria ſurgens, ſanctum illum locum, cryptam dico, protinus adiit. Erat autem hic Monachus, nomine Wenilo, vir per omnia honeſtæ vitæ atque laudabilis: cum interea, his qui luctuoſis laborabant excubiis obdormientibus, vinB ctus arreptitius, neſcio, Deo dicam agente, an diabolo, repente vinculis ſolvitur, curſuque concito contendit in cryptam. Ad cujus introitum cum nullus fugę pateret locus, nec cum tali palæſtrita ſuppeterent luctandi vires; Wenilo aliquandiu hęrebat, ſtupens. Jacebat forte virga de proximo: qua viſa, loquendi conſtantiam induit: deinde furioſum terrifico ſatis imperio jubet redire in locum ſuum. Illo vero voce ſtridente, multumque decertante ſe non reverſurum, ſed cum ipſo manſurum; ſumpta virga, ſi propius accederet, ictum capiti interminatus eſt ſimul & intulit: nam ille, dum hæc Wenilo locutus eſt, paululum movebatur. Res digna miraculo, ac laudanda pii viri ſimplicitas. Guttam ſanguinis, attacta modicum cute, ictus elicuit: quod videns, inſani caput amplectitur, ſuadetque blanditiis in ſinum ſuum reclinare, ne ſacrum pavimentum ſanguis attaminet. Cum ille, ac ſi ſanus, ad omnia paret. Tunc Monachus, in pavimento diſcumbens, caput dementis in ſinu ſuo collocavit: ubi cito obdormiens, ſub ipſa ſomni quiete, diri agitatoris inquietudine liberatus eſt.

*& quidam ruſticus,* C 8 Thiethbertus, hujus monaſterii Monachus, referre ſolitus erat, quemdam ruſticum, cum adhuc puerulus eſſet, arreptum fuiſſe à dæmone, graviterque diu vexatum. Cum quo cum neceſſarii ſui ad auxilium B. Maximini confugerent; eodem die contigit, ut urgente cantandi ordine Thiethbertus in analogio neceſſariò deberet *a* Alleluia cantare. Quod cum omnino neſciret, & tamen cum inciperet omittere non auderet, æſtuat præ anguſtiâ puer. Cum ecce ille perniciter accurrit, puerum ne timeat conſolatur: Laudate pueri Dominum (nam hoc Alleluia fuit) puerilem imitatus vocem, ſtrenue jucundeque decantat: ſicque Thiethbertum cum cantando adjuvit, ab imminentibus flagellis abſolvitur. Nec ille quaſi bene geſti præmio caruit: nam finito cantu in terram protinus cecidit, ſed Euangelica lectione nondum completa, incolumis ſurrexit.

*& alius Wormatia adductus.* 9 Alio quoque tempore eidem paſſioni obnoxius quidam adductus eſt: in quo cum ab exorciſtis dæmon increparetur, & diſcedere à Dei plaſmate juberetur, plangentis voce conqueſtus eſt; Wormatiæ apud memoriam *b* S. Cyriaci ſimili ſe abs quolibet violentia propulſum, hunc invaſiſſe; ſecumque injuſte agi, quod domicilio à Deo ſibi permiſſo ab hominibus pelleretur. O nequitiam diabolicam!

quæ numquam ita ad liquidum quiddam veri depromit, quòd non falſo ſit ſemper admixtum. Eſt autem hic crucicula ſatis referta Reliquiis: quam cum capiti hominis impoſuiſſent, ille, quaſi pro expulſionis ſuæ injuria, dæmone ſe inſtigante, ex inproviſo correptam dentibus mediam mordicus ſecat. Nec diutius inimicus ſubſiſtere in homine valuit, ſed per pudendos corporis meatus (nimirum condigne ſibi) protinus eſt egeſtus. Hæc ad declarandam in malignos ſpiritus Maximini poteſtatem pauca de pluribus dicta ſufficiant; ne in ſimilibus frequens iteratio faſtidium generet: nunc cetera virtutum ejus inſignia proſequamur. EX MS.

10 Temporibus Arnulfi *c* Imperatoris, cum jam c
in hoc loco, religionis, proh dolor! ſtatus haud mi- *Megingaudus Dux acceptа Abbatia.*
nima ex parte laberetur, & monachicæ profeſſionis
rigor paulatim laxari ac diſſolvi cœpiſſet; defuncto
monaſterii Abbate *d* Herkemberto, Monachi pro d
electione Abbatis palatium ex more competunt:
quibus cum peccatis exigentibus electio non permitteretur; ſequeſtratis aliquibus monaſterii poſſeſſiunculis, quæ vix arctam Monachis ſuſtentationem potuiſſent præbere, cuidam Megingaudo regni hujus Duci, qui tunc forte aderat, Abbatia ab Impe- E
ratore donata eſt. Qua ſuſcepta, cum lætus ad propria remeaſſet, hilarem ſe ac jucundum pro accepto beneficio per totum diem omnibus exhibens; adveniente nocte cum conjuge cubiculum adiit. Cumque læti thoro pariter diſcubuiſſent, digreſſis omnibus, ſolam mulierem ſecreto in hæc verba alloquitur; Sciſne, inquit, quantum mihi munus Domi- *appellans ſervum ſuum S. Maximinum contrahitur.*
nus meus Imperator largitus ſit? Illa vero cum ſe
neſcire fateretur; Servum, inquit, prædivitem in
beneficium mihi indulſit: & ſi vis ſcire, ipſe eſt
Maximinus cum Abbatia ſua, quem etiam tibi ſi
volueris tradam. Quibus auditis, ſanę mentis mulier virum propemodum inſanum (quantum in ſe fuit) pro temeraria garrulitate vehementer objurgare, ſeque tanti beneficii indigniſſimam proclamare. Cum inter hæc haud mora fuit: & ecce injuriam dilecti Dei digna vindicta ſubſequitur, atque os blaſphemum ultio divina corripuit: nam ille fragilis & caducus terricola, qui in animi jactantia ac tumido animo ſe ſuper cæli Conſulem Maximinum extendiſſet, ſubito infra ſemetipſum totus contrahitur; & paulo ante hominis forma, in Iphæram quamdam vel globum pene informem convolvitur.

11 Tunc Megingaudus, tam acriter divinitus F
animadverſus, in ſe rediit, quid & cur pateretur in- *& ad ſepulcrum ejus pœnitens ſanatur.*
tellexit, & ex toto corde adhortante conjuge dicti
pœnituit, ſeque copiis præparatis magna cum celeritate Treverim deportare præcepit. Tandem itaque
ad monaſterium ventum eſt; ante ſanctum altare
deponitur; xeniis pretioſis ipſum altare cumulatur:
& qui prius ſe Dominum ſuperbe proclamavit,
tunc S. Maximini ſervum nutibus ac ſibilis potius
quam verbis humiliter aſſignavit. Nec fructibus ſuę
ſatisfactionis privatus eſt homo, poſtquam ad ejus
clementiam, quem quaſi procaciter læſit, ſupplex
confugium fecit: nam fuſa pro eo à Fratribus prece,
meritis Maximini cæleſtis ira ſedatur, virtuteque
Sancti integra ſanitas in puncto temporis Megingaudo redditur. Sic homo ſalubri correptione à Deo
caſtigatus, ne ulterius blaſphemaret in Sanctos,
Maximinum ex tunc vita ſua colit ut ſanctiſſimum,
amplectitur ut patrem, veneratur ut dominum:
remque geſtam ad Imperatorem protinus referens,
pro denegata Fratribus electione ſolicitavit; nec
prius rogatu & obſecratione circa Regem deſtitit,
quam regalem fiſcum, Ribiniacum *e* nomine, Fra- e
trum uſibus acquiſiſſet *f*. Hujus ergo tanti ac talis f
Patroni noſtri ſanctitatem quis ſatis miretur? quis

digne collaudet? Adeo in meritis ac virtute Maximini noſtri omnia altiora, omnia excellentiora ſunt, quam ut ne æſtimari quidem, nedum etiam abs quolibet mortalium valeant explicari. Sed nos unde, hac quantulacumq; Sancti laudatione, digreſſi ſumus, ad propoſitum redeamus.

EX MSS.

*Poſt alios Abbatiæ uſurpatores,*

12 Quamvis, ut ſuperiore Capitulo retulimus, ordo ac diſtrictio regularis in hoc loco anteriori tempore, negligentia & enervitate Præpoſitorum, aliqua claudicaſſet ex parte; numquam tamen, divina meritis Maximini annuente clementia, huic loco ſanctos ac religioſos defuiſſe viros (donec iterum datis Abbatibus, neglectus regularis obſervantiæ, vel in priſtinum vel etiam in melius Deo propitio corrigeretur) cum ex multis, quæ non eſt temporis explicare, tum etiam ex eo, quod in præſentiarum referam, liquido claret. Siquidem poſt memoratum Megingaudum, poteſtatibus & uſibus hujus regni Ducum *g* hæc Abbatia ſubjacuit, his tantum exceptis, quæ Fratrum ſuſtentationi dudum ſequeſtrata fuerant: quæ tamen ipſa (ſicut & adhuc) eorum defenſioni à Regibus committebantur. Qua ex cauſſa cum Giſilbertus, *h* admodum juvenis Dux, regno præficeretur; ut illa ſe ætas habet, ſecularibus oblectamentis & pompis ac voluptatum illecebris primo ſui Principatus tempore (quamvis poſtea egregius vir factus ſit) ſe potius dedens, quam commoditatibus ſubditorum proſpiciens; Monachos hujus monaſterii etiam vehementer afflixit; ea ſcilicet, quæ in uſus eorum ceſſerant, adimens, ſuiſque ſatellitibus diſpertiens.

g

h

B

*Dux Giſilbertus gravius monachis,*

13 Ea autem tempeſtate, vir clariſſimus Henricus *i*, genitor Sereniſſimi Auguſti Ottonis, cujus Imperii *k* anno vigeſimo ſeptimo hæc ſcripſimus, monarchia Regni potitus, ſubditos quidem juſtitia, pace & clementia modeſtiſſime gubernavit, Imperii vero apicem virtutibus & gloria omnique honeſtate ſingulariter decoravit. Inito ergo conſilio, Fratres, ut dictum eſt, intolerabili afflictione, à Giſilberto depreſſi, Regiam clementiam adierunt, quidque incommodi à Duce paterentur conqueſti ſunt; nihil tamen tanto labore aſſumpto proficientes, indignationem magis prædicti Ducis, immeriti licet, emeruerunt. Quid aliud agerent? Defectum tandem à monaſterio, neceſſitate ultima coacti, meditabantur. Cum ſubito vires denuo reparant animorum, conſilium in hunc modum reſtaurant, ſcilicet ad Regem regum, Maximino patrocinante, ſuum orando referre negotium. Quod cum aliquandiu haud ſegniter ageretur, quadam nocte venerabilis Maximinus in viſione Duci quieſcenti ſupervenit; ac primo quidem, quis ſit quorumve cauſa venerit, pandit; deinde obnoxii culpas arguit; ad ultimum vero (mira dicturus ſum, & ferme incredibilia, his tamen qui Deum non credunt omnia poſſe) latera ac ſcapulas flagellis cædendo liventes reddit, ſtatimque diſparuit.

i

k

*frustra Regem appellantibus,*

C

*à S. Maximino flagellatur;*

l

*atque ablata reddit & concedit Abbatem.*

14 Mox autem Dux, ſomno ſuo ſimul ac ſomnio ita graviter excuſſus, familiaribus paucis, ſomnium quidem ſe vidiſſe, quidque in ipſo perpeſſus ſit, atteſtantibus plagis edixit; ſed cur hoc, vel quis egerit, ſummo ſtudio alicui illorum indicare diſſimulavit, quamvis tamen facile ex conſequentia geſtorum id quoque conjici poſſet. Siquidem continuo Treverim verſus iter acceleravit, & Maximinum ſibi prece placans ac munere, Monachis non ſolum ablata reſtituit, verum etiam amiſſam illorum gratiam pecuniarum, quibus fraterna communio valde eguit, redemit impenſis. Ex hoc jam tempore à juvenilibus actibus reſipiſcens, magnificum prorſus evaſit in virum; locumque iſtum atque congregationem in tantum dilexit, ut ejus potiſſimum ſtudio, venerabili Ogone *m* huic Abbate inthronizato, diu nimis obtenebrata religioſæ converſationis claritas, vitæ noſtræ tandem ſplendidius reluxerit. Hęc ergo omnia, ita ut retulimus, de ſe geſta, ipſe ſancto viro Ogoni confeſſus eſt: in qua etiam confeſſione ſe Deo ac S. Maximino Monachum futurum devovit, ſi uxori ſuperſtes conjugali vinculo mereretur abſolvi *n*.

D

m

n

*In contentione de finibus*

15 Referam & aliud, quod huic meo judicio haud longe impar decernitur; niſi forte hoc Maximini virtutum credi debeat detrimentum, quod in illo miraculo facti ſocium Remigium clarum habuiſſe aſſeritur. Comes quidam, nomine Ruobertus, germanus illius, de quo ſupra retulimus, Megingaudi fuit, cujus prædia in pago Naachgouve *o*, Maximini ac Remigii collimitantia prædiis, adjacebant; quam ob rem ſervi ejus cum familia Sanctorum crebro litigio decertabant; illis antiqua confinia ſupergredi cupientibus, iſtis è contrario totis viribus renitentibus. Interea cum crudelitas ſervilium querelarum & ruſticæ contentionis à vicinis compeſci nequiviſſet, noſtris cupidinoſam injuriam proclamantibus, cauſa refertur ad Comitem. Ille mox placitum indicens, diemque ſtatuens, ad conſpectionem ac circumductionem terminorum, magna turba circummanentium comitatus, advenit, ſuoſque præire jubet duces. Nec mora. Unus ex illis, qui hujus iniquitatis ſemper extitit caput, & ſe ceteris præripiens fraudulentus circumductor efficitur; præcedens & indice præmonſtrans, multa de Sanctorum prædiis, antiquos tranſgrediens limites, falſa demonſtratione in partes ſui ſenioris transferre conatus eſt. Ibat ergo, & chirotheca, quam ruſtici wantum vocant, manu ſuperducta, ſicut voluit demonſtravit; noſtris ſubſequentibus ac renitentibus, & auxilium Maximini atque Remigii conſtantiſſima precatione conclamantibus. Interea bonus ille ductor atque juſtus, chirothecam manui detrahit; ſed in eadem amputatum divinitus digitum reliquit. Tunc malitiæ ſuæ convictus, & à ſeniore ſuo, ut dignum erat, ignominioſe tractatus, gratiam ipſius amiſit; ſicque veritate declarata, omnis illa contentio terminum habuit.

o

E

*index falſus,*

*digitum amittit.*

F

## ANNOTATA.

a *Moris eſt in Ordine Benedictino, ut ſuper analogium, in medio Chori poſitum, cantentur* Verſus Alleluiatici: *res autem acta videtur in feſto Innocentium, quando ad* Alleluia *occurrens verſus*, Laudate pueri Dominum, *cantatur ab aliquo puerorum: quibus eo die ex uſu antiquo ſolent Chori officia omnia committi, ſicut iidem in privatis familiis patris ac matris vice tunc imperant. Eſt etiam ubi Epiſcopum vel Abbatem agant, innocentia puerili & innocua, modo ſalva ſacrorum miniſteriorum reverentia res agatur.*

b *Cultus* S. Cyriaci *prope Wormatiam celebris fuit. Hinc eccleſia quæ Neohuſii à Dagoberto Rege Francorum S. Dionyſio ſacrata eſt, traditur ob ejus illuc delatas Reliquias ei dicata à Samuele Epiſcopo, 15 Octobris anno 847. Meminerunt ejus Bruſchius in Epiſcopis Wormatienſibus, Freherus in Originibus Palatinis par. 2 cap. 13, Merianus in Topographia Palatinatus Rheni, qui aſſerit hunc locum anno 1566 à Frederico 3 Palatino occupatum. Colitur* S. Cyriacus 8 *Auguſti, ſi is intelligatur qui cum SS. Largo & Smaragdo eſt paſſus. De Hieroſolymitano Epiſcopo Martyre, cujus Reliquiæ jam olim in Galliam allatæ creduntur, egimus 4 Maji, propter cultum tunc celebrem, tam in Galli-*

*Gallicanis quam Germanicis eccleſiis.*

A c Arnulphus *cœpit regnare anno* 888, *& Romæ anno* 896 *à Formoſo Papa coronatus eſt, mortuus an.* 899.

d Herkenbertus *dicitur Bucelino* electus anno 885; *& Bruſchius* præfuiſſe *eum ait* ſub Imperatore Arnulpho Bavaro.

e *Hæc donatio in Indice Chonologico Broweri refertur ad annum* 890.

f Megingaudus, *dein in Rutila monaſterio ad ripam Moſellæ prope Sircium oppidum per inſidias interfectus, apud S. Maximinum ſepultus eſt : quod factum autumni tempore anno* 893 *tradit Browerus lib.* 9.

g *Hi titulo tenus* Advocati, *reipſa oppreſſores & depeculatores Abbatiæ S. Maximini, ita à Bucelino referuntur:* Gerardus & Malfridus, anno 897 Commendam invadentes, ejecti ſunt; verum anno 900 denuo invaſerunt, ac demum anno 905 proſcripti; tum Conradus, ipſo anno 905 mortuus; dein Eberhardus, qui vixit anno 909; & anonymus quidam Comes partium Caroli Simplicis, anno 911 & 912.

h Giſilbertus, *Ragineri primi Hannoniæ Comitis filius, à Carolo Simplice Lotharingiæ præfectus, deinde primus Lotharingiæ Superioris & inferioris Dux fuit.*

B i Henricus Auceps, *Rex Germaniæ electus eſt anno* 919, *mortuus* 2 *Iulii anni* 936, *cui tunc* Otto I *filius ſucceſſit, poſtea Imperator Romanus.*

k *Is eſt annus Chriſti* 962.

l *Sequentia docet Browerus peracta anno* 933.

m Ogo *præfuiſſe dicitur* 12 *annis: cujus Epitaphium ibi erectum habet Bruſchius. Interim aliis nominatur* Hugo, *& dicitur poſtea ab anno* 945 *uſque ad an* 947 *Epiſcopus Leodienſis fuiſſe : forte hic monachus, ab* Ogone *alius, ante eum ibidem fuit. Sed id alii diſcutiant.*

n *Giſilbertus periit anno* 939, *Rheno flumine abſorptus.*

o Nahgovia *in Palatinatu ſic dicta à fluvio* Naha, *ad Bingam Rhenum ſubeunte.*

## CAPUT II.

### *Vindicta de aliis injurioſis ſumpta, ægris invocantibus impenſa curatio.*

16 *S. Maximini ruſticos vexans,*

C *& futili prætextu in judicium trahens,*

EST villa monaſterii quæ Wimari eccleſia dicitur, quam ſæviſſimus quidam (cujus nomen memoriæ noſtræ elapſum eſt) in beneficio habuit. Qui cum Sancti familiam graviſſime afflictaret, etiam non inveniens quid eis, unde culpari poſſent, objiceret; uni eorum, qui agreſtior ceteris videretur, accipitrem ſuum cuſtodiendum commiſit; ſciens ruſticum illius artis nullam habere peritiam, ut dum ales neglecta deperiret, intuitûs culpam in ruſticum retorqueret. Ille vero diu multumque reniti & excuſare imperitiam artis, tamen alitem demum compulſus eſt cuſtodiendam ſuſcipere. Quid autem ageret? Servavit interim vivam ſine eſu, in domo fumifica cito morituram. Qua mortua, plumas ei detraxit, ac ſale conſperſam, Domino ſervandam ſuſpendit. Putabat enim ſtulta ruſticitas, ſe aſtutiam callidi hominis evaſuram, ſi ei vel cadaver avis tempore exactionis incorruptum valuiſſet exhibere. Cumque jam revoluto longi temporis ſpatio, immitis Dominus accipitrem ſuum à ruſtico exegiſſet; ille protinus cadaver obtulit. Ibi nata occaſione ſævit homo: & fera crudelior, quaſi contumeliam ſibi à ruſtico factam ſociis omnibus imputat, aſtruens communi conſilio illum ad audaciam facti fuiſſe animatum; cunctoſque in craſtinum ad palatium vocat, omni peculio ſpoliandos, multiſque inſuper verberibus afficiendos. Territi ergo & æſtuantes miſeri, nocte illa convenerunt; omnique humano prorſus deſperato auxilio, Maximini opem expetere ſtatuunt; electoſque ex omnibus duos juvenes impoſitis eulogiis, datiſque mandatis concite ad monaſterium mittunt, illis cum timore maximo ſtatutum placiti attendentibus. Miſſi autem juvenes, cum Fratres horæ Nonæ ſynaxim celebraſſent, portam monaſterii valide pulſaverunt: & quia putabatur aliqua potens eſſe perſona, mox intromiſſi ſunt. Qui currentes per medium Chorum, eulogias ante altare tacite deponunt: ac primo ſcopis, quas ſecum detulerant, altare *a* diverberant; deinde proſtrati ſolo, ingenti ac miſerabili ululatu Maximinum evigilare, & in ſuum auxilium adverſus tyrannum exurgere depoſcunt. Eâdem ergo hora eodemque momento, quo iſti hic miſerias ſuas deplorant, ille efferus de loco placiti ſurgens ſeceſſum petiit, ibique cum enarrabili torturâ viſcera carnis ſimul & crudelitatis effudit. EX MS. *illis Sanctum orantibus fœde moritur.* a

17 Bernacher quidam, vir nobilis & opulentus, longe poſtquam hoc accidit, quod hactenus retulimus, eamdem villam precario jure acquiſivit: qui facibus avaritiæ ſuccenſus, agris illius villæ undique contiguos & collimitantes pauperum agellos (eo quod fertilis illa terra eſſet) ſibi injuſte uſurpavit; congregatis autem arantium turbis ipſos agros juſſit [coli]. Tum illi, quibus violentiam intulit, eum per Deum obſecrare & S. Maximinum, ut ſua ſibi ſufficerent, nec ſe inique ſuis poſſeſſiunculis ſpoliaret. Quibus cum id reſponſi redderet, ſcilicet nec latitudinem nec longitudinem pedis ſe propter Maximinum de omnibus his terris alicui conceſſurum; illi ad conſuetum recurrunt præſidium; in ipſo videlicet loco, quo aratorum multitudo jam nunc adprandendum confederant, Dei ſanctique Maximini ſubſidium, cum neminem haberent qui eis tuitioni eſſe poſſet, cum magnis fletibus & ejulationibus ſolo ſtrati precantes. Mira dicturus ſum. Ut affirmant qui viderunt, in nulla cæli parte ne minima quidem nubecula apparuit; cum ſubito, in hoc tantum loco, ubi juga boum cum aratris ſtabant, tanta tempeſtas exorta eſt; ut vi ventorum turbiniſque vertigine elevati boves, cum aratris, in vallem quamdam profundiſſimam, dimidio pene milliario ab hoc ſejunctam loco, rotati projicerentur; ac ſine mora, ſicut undique fuit, ita ibi quoque ſerenitas affuit. Cumque agricolæ, quaquaverſum diſperſi, boves ſuos & aratra diſquiſiſſent; venientes ad vallem, boves quidem aſſiquos ſemineces, aliquos jam mortuos, his cornibus evulſis, illis cruribus vel cervicibus fractis, aratra vero in fruſta comminuta, repererunt. Tunc agricolæ, pro damnis ſuis admodum mœſtificati, ad Bernacherum ſunt reverſi, & quæ acciderant, cum gravi luctu nuntiaverunt. Ille vero magno timore proculſus, & adhuc graviorem ſe vindictam ſenſurum ſuſpicatus, virtute Maximini territus, ab inſectatione pauperum ceſſavit ulterius. *Alterius boves, in pauperum agros immiſſi.* B *illis Sanctum invocantibus.* E F *coorto turbine procul auferuntur.*

18 Nec reticendum quod pro ſimili crudelitate Adalberto, hujus noſtri *b* Adalberti genitore, Giſilberti Ducatus tempore evenerit. Iple etenim cum inhumane prorſus familiam Sancti tractaret, & à matre juvenis Ducis, nam pater jam obierat, proinde ſæpius objurgaretur, nec corrigi à nequitia valuiſſet; quodam tempore ſexaginta viri de villa *c* Ramiche (hæc enim beneficium ejus erat) ſurgentes, omnes huc pariter venerunt: cunctiſque pro foribus tota nocte excubantibus, licentia à cuſtode impetrata, duodecim tantum infra eccleſiam miſſos per tria diſponunt altaria, tota nocte ſuffragia Maximini indefeſſa prece quæſituros. Nec ſpes de Maximini pietate præſumpta votum ſupplicum miſerorum fefellit. Mane ſiquidem Domina illa (hic enim tunc morabatur) cum ad Miſſam, Adalberto multiſque aliis ſatellitibus comitata, procederet; omnes viri illi, in eccleſia ejus præſtolantes adven- b *Alius pertinax Maximinienſium vexator.* c

ex Ms. tum, mox ut ingreſſa eſt, cuncti pariter in pavimentum coram ſacro altari corruunt, terribilibus ac maximis clamoribus Maximinum in tanta neceſſitate patrocinare, ſeque de Adalberti tyrannide jam tandem conclamant eripi. Vix illis clamoribus, poſt evolutum dimidiæ ut fertur horæ ſpatium, ſilentium eſt imperatum. Adalbertus vero, videns clementem feminam haud modico dolore ex compaſſione miſerorum attactam, dejerare per Maximini virtutem cœpit; omniaque quæ dicerent, homines illos fuiſſe mentitos: & ut erat enſe accinctus, protinus manum extendens ad capulum, procaciter nimis per ſpatam *d* ſuam juravit, graviſſimas pœnas pro tanta temeritate luituros. Necdum minarum verba finierat, cum ſubito videntibus cunctis (pallio enim tunc non erat amictus) ſoluto divinitus cingulo, gladius de ejus femore in terram cecidit; factumque hoc, quod exinde militiæ foret inutilis, evidens portentum fuit. Ita Maximinus (cum ejus virtute Adalbertus, publice confuſus, mox beneficium amiſit) ab ipſius feritate ſervos ſuos potenter eripuit.

*deferens ſe eis nil noceuiſſe,*

*d miraculo redarguitur,*

19 Tunc Wenilo Cuſtos eccleſiæ, de quo ſuperius fecimus mentionem, ſumens lagunculam trium tantum capacem ſextariorum vino plenam, Maximini benedictione exorata, ſexaginta illos viros, vigiliis totius noctis ac fletibus fatigatos, ſatis abunde refecit; & ne etiam corporali ſuæ caritatis præmio privaretur, mox ut rediens intravit eccleſiam, eamdem lagunculam, ut erat prius, plenam invenit. Porro iſtis omnibus, quæ in hoc Capitulo retulimus, Rimopertus, Presbyter & Monachus, qui interfuit & vidit, atteſtatur. De Wenilone [autem, dum] arduam vitæ ſuæ converſationem, ſæpe mihi ab his qui eum noverunt expoſitam, cum hoc confero, quod ita familiariter Maximini virtutum quantulæcumque portioni communicat; quid aliud quam ſancte cenſeam? Et quia tantum de hoc viro diximus; libet & aliud mei ſimilibus, ſcilicet corde pollutis & corpore, in exemplum ſe cavendi referre; quod ille quoque referebat, quotiens negligentiores vel moneret vel corriperet Fratres.

B *& miſeris prabitum vinum nil imminuitur.*

20 Quidam in hoc monaſterio fuit Acolythus, adoleſcens moribus incompoſitis, actione levis ac lubricus, & incorrigibilis valde; qui quotiens Fratres ad Communionem Euchariſtiæ accederent, ille, nil pollutam conſcientiam veritus, & pariter ſecurus, & aliquando etiam pranſus, acceſſit. Accidit autem quadam die, ut thuribulum cum incenſo portaret ex more: cum tenuiſſima ſcintilla, ubi prunas efflavit, in Albam cecidit; ex quâ ſuccenſâ tantas mox flammas effudit, quę miſerum penitus conflagrarent; nec multâ aquâ ſuperfuſâ, divinitus immiſſum valuit extingui incendium. Mihi plane videtur in iſto ſatis declaratum, quam verum ſit, quod Apoſtolus ait, Quia lex ſpiritualis eſt: nam ipſa præcepit, domum pollutam igne expiari. Et quæ vera domus Domini, quod domicilium Spiritus ſancti? Hoc ſane, hoc ſine dubio, quod Apoſtolus idem inſinuans, Scitis, inquit, fratres, quia templum Dei eſtis, & Spiritus ſanctus habitat in vobis. Si templum ſumus Dei, ſi habitatio Spiritus ſancti, non inerti ſtudio divina adminiculante gratia elaborandum eſt, ne domus tanta criminum colluvionibus polluatur. Metuamus, miſerandi hujus exemplo commoniti, expiationem ignis, quam Apoſtolum conſequenter demonſtraſſe arbitror, cum protinus ſubjunxit, dicens; Si quis autem violaverit templum hoc, diſperdet illum Dominus. Ecce quam terribiliter expiante igne diſperditus iſte eſt, qui in ſemetipſo Dei templum non veritus eſt violare; & idcirco, ut reor, ut cum nos audimus vel legimus hominem pro ſuis peccatis corporaliter conflagratum, animarum attentius caveamus incendium. His per exceſſum dictis, ad ea quæ cœpimus explicanda redeamus.

*Improbus Acolythus ſcintilla ex thuribulo in Albam lapſa conflagrat.*

C

Rom. 7. 14

Cor. 3. 16.

Cor. 3. 17.

D

21 Wenilo quidam erat eccleſiæ famulus, in cujus manſione quidam jacens, miſerabili pedis dolore torquebatur. Nam ille qui ſacer ignis dicitur (nihil autem iſta lue intolerabilius ſævit) pedem illius occupans, in totum miſeri ac miſerandi hominis corpus, extrema quæque tormentorum diffudit. Tum ille, præ dolore nimio penè inſaniens, & quid aliud ageret non inveniens, infatigabili atque inceſſabili ululatu magis quam voce, nomen & auxilium Domini ſui Maximini inclamare, illoque clamore toto non deficere biduo. Jam vero tertiæ noctis medio talis cantus modulatione tranſmiſſo, paululum ſedata doloris acredine, aliquantulum reſpirat miſer; atque in tenuiſſimum reſolutus ſoporem ad modicum, mox Maximinum videt prope aſſiſtere; quid ſe ululatibus inquietaret, quid ſe vellet, inquirere. Cui ille cum ſuas deploraret anguſtias, pius Pater Maximinus, dejectione vultus præferens miſerantis affectum, E Mitte, inquit ad ægrotum, [lamenta]; & de oleo, quod ante altare pendet in lampade, tolle: quo peruncto pede, vel cum ſanatus fueris, mihi quietem indulge: & in hæc verba diſparuit. Tunc ille ſomno ſuo excuſſus, Wenilonem quoque ſtratu ſuo, importunitate crebri immaniſque clamoris exturbans, Sanctum affuiſſe Maximinum judicat; & quid interrogaret, quidque juberet edicit. Nec mora: homo anhelus ad eccleſiam currit, & à cuſtode oleum accipiens ægroto detulit: quo cum tertio pedem oblineret, ſanus ſurrexit.

*Curatur ignis ſacer.*

*admoto oleo lampadis:*

22 Reginerum, hujus monaſterii Presbyterum & Monachum, virum plane ſerium ac bene moratum, ſed ante hoc biennium defunctum, mecum hæc omnis regio novit. Hic aliquando tanta oculorum infirmitate depreſſus eſt, quo pene exteriorum luminum deſperatione nutaret; cum tamen idem vir interiorum ſerena acie (ut etiam aliquando nobis patuit) Chriſto potiſſimum teſte gauderet. Qui cum nocte Dominicæ, ad nocturnas vigilias ſurgens, eccleſiam peteret, & in illis noctis & oculorum tenebris anxius palpitaret; non ſine nutu Dei in linteamina, quibus præterito jam ſero ad Mandatum *e* pedes Fratrum detergebantur, impegit. Tunc potenti fide conſtantique prece S. Maximini juvamen, ut ipſe mihi ſæpe teſtatus eſt, expoſcens, omnem humoris noxii concretionem, & illam oculorum lippitudinem penitus abſterſit: factoque mane, lætus vidi de recuperata ſanitate lætantem, quem pridie dolui de infirmitate mœrentem.

*ſanantur, lippitudo oculorum.*

e

F

23 Tempore piæ memoriæ Willeri *f* Abbatis, paſchalis aliquando hebdomada fuit: cujus medio Fratri Richwino (qui nunc uſque ſupereſt) publice celebratio Miſſæ injuncta eſt. Qui ſuſcepta obedientia, poſtquam jam proceſſiſſet, & divinum Officium ſtrenue & reverenter uſque ad locum lectionis Apoſtolicæ peregiſſet; tanto ſubito febrium igne ſuccenſus eſt, ut etiam vi acutiſſimæ paſſionis, aurium & oculorum ſenſus, linguæ quoque mobilitas, ſibi præpedirentur. Quod cum Dominus Abbas illico advertiſſet, celer accurrit: ſumenſque ſtolam ac pallium Sancti, cum capiti ſuperpoſuiſſet Presbyteri, omni dolore compulſo in pectus, ſenſus redditi ſunt. Quid plura? Ita ſacræ exuviæ noxiam paſſionem de pectore in ventrem, de ventre in coxas, inde quoque in crura, virtute divina perſecutæ ſunt, ut hanc demum de pedibus expuliſſent.

f *ſubita febris Presbyteri ſacrificantis.*

Tanta

A Tanta itaque celeritate Richwinus ſanitate recuperata, divinum gaudens ac ſupplex complevit Officium; ac deinceps virtute quanta valet, tam efficacem Medicum ſuum inceſſanter laudat ac prædicat.

*& alia dicturna Abbatis.*

24 Jam vero ad hoc tándem veniámus, quod de ſe ipſo venerandus Pater noſter referre ſolitus erat. Ille enim prædicta febrium paſſione, ipſa die ſacra Pentecoſtes, urgeri cœpit; nec deſtitit morbus, quotidie corpuſculum laſſum exaggerans, donec Auguſti menſis pars aliqua fuiſſet exacta. Interea cunctis ſenſibus pene obſtructis, omni corpuſculo inedia ſquallido, ipſius animæ jam jamque defectus imminebat: nec tamen ſpes vitæ, de Maximini pietate concepta, defecit. Ardebat animus ſacrum adire ſepulcrum, ſed debilitati corporis artus debitum negabant obſequium: rogabantur adſtantes ferre ſolatium, ſed deſperati renuebant. Quadam autem die, cum omnes meridiano tempore poſt prandium pauſarent, ferventiore ſolito ſpiritu baculum corripiens, greſſum molitus eſt. Sed cum, duabus partibus tanto itinere jam emenſo, viator imbecillis pedibus defeciſſet; manibus tamen ut genibus repens, tandem aliquando anhelus ſe ante altare protraxit:
B ibique multis gemitibus ac lacrymis commiſſa deplorans, & emendationem ſpondens, ſuæ quoque infirmitatis medelam flagitans, cum orationem compleſſet, febricitandi etiam finem fecit.

*puer furtim abductus reſtituitur,*

25 Sed quid præhabita recenſemus miracula, cum novella habeantur in proximo? Te namque, Wickere, in Abbatiali honore onereque conſtituto, Patroni noſtri gloria refulſit. Regnerus (ut noſti)
g & Engela de Braubach *g*, liberi ex liberis parentibus orti, ſe & unicum filium ſuum Adelmanum S. Maximino tradiderunt; ea conditione, ut ipſe puer quoad viveret, poſterique ſui qui maſculi eſſent, duos denarios; feminæ vero, unum denarium ad altare B. Maximini in feſtivitate S. Martini perſolverent; poſt mortem vero illorum, quod melius haberent in pecoribus ſive in veſtibus Eccleſiæ cederet. Interim quidam Miles, hanc in patriam prædæ cauſa veniens, ipſum puerum prænominatum parentibus ignorantibus ſubtraxit: & per Treverinum pontem equitans, abducere ſecum cogitaverat. Quid plura? Puer reflexis oculis monaſterium Divi Pontificis Maximini intuens, ut eum Sanctus Dei, de manibus erueret Militis, exclamavit. Unde
C iratus Miles puerum percuſſit: ſed mox divina ultione, fracto equi collo, de ponte in aquam cecidit: *& Ottoni Imper. præſentatur.* puer autem ſuper pontem incolumis & illæſus remanſit. At puer, limina Sancti expetens, tibi Abbati Wickero cauſam innotuit: qui Deo gratias agens, puerum parentibus reſtituiſti. Perinde etiam hoc celebre factum Regi Sereniſſimo, Ottoni videlicet primo, ea luce Treveris exiſtenti aperiens, puerum ſuæ regali magnificentiæ præſentaſti: utque teſtamento ſuo traditionem pueri prædictam confirmaret, nec non ab omnibus Advocatis ipſum puerum memoratum ejuſque poſteros abſolveret, & ut nulli beneficiarentur, exoraſti. Quam denique petitionem piis votis morem gerens fieri decrevit, & chirographum inde conſcribi, ſigillique ſui impreſ-
h ſione, anno regni ejus *h* [decimo] tertio, juſſit communiri.

*Adhortatio ad opem ſancti implorandam.*

26 Igitur ex his quæ à nobis dicta ſunt, conſiderandum eſt, quam efficax ſit penes hunc Patronum noſtrum medela animarum, qui tam benignus ac promptus eſt medicus corporum. Etenim qui infirma ac caduca noſtra minuſve diligenda miſerans, collapſa reficit, debilitata reparat, ac demolita reſtaurat; multo magis etiam, excellentioribus noſtris ac ſpiritualibus ſpiritualium fomenta medicaminum medicus ſpiritualis impenſius adhibebit; ſi tamen nos prece non torpeamus. EX MSS. Nec valemus miſeri de integra animarum noſ ſanitate jactare: quamdiu enim hac vita vivimus, quamdiu mortalitatẽ noſtrã circumferimus, noſtrum hoc corpus quod corrumpitur aggravat animam. Quis enim glorietur caſtum ſe habere cor? quis non offendit in multis? quia homo putredo, & filius hominis vermis: quis ſe mundum aſſerere audeat ante Deum? Unde ſi dolent animarum vulnera, ſi eorum mortem jam jamque imminere metuimus; nil aliud reſtat; quam ut talium Medicorum indeficiente prece juvamina perquiramus; pandamus vulnera, petamus ſubſidia: nec deeſſe poterit Deo propitio ſuppliciter poſtulata curatio. Sed jam ad ea explicanda, unde paululum evagata fuerat, revocetur oratio.

## ANNOTATA.

a *Vide quæ de barbara ejuſmodi ſupplicatione notavimus die præcedenti, ad Tranſlationem S. Germani Pariſienſis cap. 3 litt* d.

b *Hic ille videtur* Adalbertus *eſſe, de quo in noſtro illuſtri Saxonico Ms. dicitur, anno* 958 Adalbertus, ex B
cœnobitis S. Maximini Epiſcopus ordinatus, & genti Rugorum honorificè deſtinatus, ſed nihil proficere valens & inaniter ſe fatigatum cernens, reverſus eſt. *Et anno* 966: Adalbertus, Rugis jam ante Epiſcopus ordinatus, monaſterio Wizinburgenſi Abbas præfectus eſt. *Et anno* 969, *cum Magdeburgenſe Archiepiſcopium ab Ottone Imperatore fundaretur:* Adalbertus primus ibidem Epiſcopus ordinatur, qui primitus Rugis ad prædicandum directus, vix evaſit. Erat tunc temporis magni nominis & meriti, dudum de cœnobio S. Maximini monachus abſtractus & Epiſcopus conſecratus; quia Dei providentia in terra noſtra populus illi committendus erat novæ acquiſitionis. *Denique anno* 970: Adalbertus de Wizinburgenſi Abbatia aſſumptus, & Romam profectus à Joanne XIII benigniſſime ſuſceptus Archiepiſcopus approbatur, & Pallio donatur in feſto S. Lucæ Euangeliſtæ, juſſus in Germania habere Primatum, ſimilem Colonienſi, Mogontienſi, & Trevirenſi Archiepiſcopis, ut eſſet Metropolitanus totius ultra Salam & Albiam Sclavorum gentis, ac tandem anno 981 pie mortuus eſt. *Quæ aliaque plura ibidem leguntur, & neſcio an uſpiam tam accurate indicentur.*

c *An* Remingen *ad ſiniſtram Moſellæ ripam,* 8 *leucas ſupra Trevitos?* F

d Spata, *enſis, gladius, Gallice* Eſpee.

e *In Regula S. Benedicti cap.* 35 Mandatum *quovis Sabbato fieri jubetur.*

f Willerus, *Ogoni ſucceſſit anno* 946, *obiit anno* 958 *Nonis Octobris, ita Bruſchius; qui duo ejus Epitaphia addit.*

g Braubach, *Wetteraviæ oppidum.*

h *Scriptum erat ſolum* tertio, *qui eſſet Chriſti annus* 939: *ſed quia tunc necdum Abbas erat Wickerus (ut patet ex Ottonis privilegio, quod apud Zylleſium extat, Ogoni Abbati datum anno Chriſti* 940, *& regni* 4) *cenſui legendum* decimo tertio, *ut ſit annus Chriſti* 949.

## CAPUT III.

### *Inventio corporis, ob rabiem Normannorum occultati.*

MUlta quidem adhuc, de miraculis, per venerabilem Patrem noſtrum Maximinum 27
geſtis, dicenda reſtant; ſed illorum cor- Ioa. 14. 12.
dium intuentes duritiam, quæ Veritati non credunt,

EX MS. *Tranſitio à miraculis, ad inventionem corporis.*

dunt, dicenti; Majora horum facietis; ſtylum contrahimus: ne quod ædificationi fore queat devotis, ſcandalorum materia fomeſque lacerandi mentibus fiat obcæcatis: quibus nimirum ſi non moderato ſilentio conſulatur, dum fidem dictis abrogaverint, dicentiſque ſtudium vituperatione inſectati fuerint, inde miſerabilius peccati laqueis implicandi fuerint, unde potius evadere debuiſſent. Qua ex re ſtylum, ut diximus, contrahentes, ea tantum breviter attingendo, quæ de inventione corporis Sancti hujus comperimus, fine talis hiſtoriæ præſens opuſculum concludamus. Ut autem competentius ac liquidius ordo narrandi de ipſa inventione cedere debeat, cauſam tam diutinæ occultationis ſacratiſſimæ glebæ eſt operæ precium quo paulo altius repetamus.

*Vaſtato per Normannos monaſterio*

28 Ea tempeſtate, qua pene univerſam Galliam, Nortmannorum crudelitati feriendam, divinæ animadverſionis cenſura ſubegerat; cum propriæ impietatis facibus Gentilium furor ſuccenſus, urbes ac vicos & univerſas Chriſti eccleſias ignibus conflagraret, contigit hanc quoque urbem *a* Trevericam, cum ſuburbanis ejus, eiſdem caſibus obnoxiam ſubjacuiſſe. Et quoniam tam miſeranda civium ſtrages urbiſque ſubverſio, improviſa ac ſubita eveniſſe aſſeritur; hoc monaſterium inter cetera non ſolum concrematum eſt, ſed tanta monachorum & eccleſiaſticæ familiæ cæde completum, ut ne unus quidem ſuperſtes remaneret ex omnibus, cui notus eſſet locus tumuli, quo ſacræ Reliquiæ claudebantur. Erat autem idem tumulus, ceu poſt divino patuit nutu, retro altare Orientem verſus, ab ipſa altaris crepidine ſeptem pedum diſtans ſpatio; crypta ſcilicet parvula, ſarcophagi tantum capax, quæ breviter admodum parviſque clauſa lapidibus, vix deſuper ſtrati pondus pavimenti ſuſtineret. Ibi pretioſus ſacri corporis theſaurus longo tempore hominibus, propter caſum ſupra memoratum, latebat incognitus.

a

B

*remanet Corpus in parva crypta,*

*quâ, dum reſtauratur monaſterium,*

29 Cumque prolixi temporis intercapedine, poſt reditum Paganorum, parietinæ eccleſiæ reſtaurari cœpiſſent; accidit interea quemdam, natione Aquitanum, conditione Maximini ſervum, grata ſibi ac voluntaria peregrinatione ſuſcepta, tanti Patris amore ductum huc commigraſſe: quo videlicet, quem temporaliter habere dominum in re debuiſſet, clementem ſibi apud Dominum Patronum promereri ſupplicatu aſſiduo valuiſſet. Is itaque, ubi peregrinationis ſuæ cauſam iis, qui tunc monaſterio præerant, aperuiſſet, ipſique devotionem hominis approbaſſent; pro adminiſtranda cæmentariis ſui operis materia, ceteris operariis adjungi præcipitur. Cumque quotidiano operi una cum reliquis inſudaret, quodam die pondere lapidis ſibi impoſito ſacrum ſepulcrum neſcius attigit: cum mox ubi locum ipſum pede tetigiſſet, tanta gravedine ſuperpoſitæ molis repreſſus eſt, ut invito multumque renitenti prolapſus ab humero lapis in terram cecidiſſet; colliſoque ſuperficietenus pavimento, in cryptæ quoque camera modicum lapillum tanti ictus violentia abrupiſſet. Quod ille cernens admirari, tantæque cœpit diſquirere cauſam fracturæ: cum inter agendum tanta ſubito ſuaviſſimi odoris fragrantia, ex ipſa concavitate foraminis effuſa eſt; ut non modo ipſe, verum & omnes ſui laboris ſocii, qui ad hoc ſpectaculum forte cucurrerant, ejuſdem odoris dulcedine complerentur. Quo tunc gaudio devotiſſimus Wenilo, ex conceptione ſpei ſacratiſſimi ceſpitis reperiendi, tripudiaverit, quis unquam verbis expediat? Jubet aſtantes currere concitos, & Archiclavum *b* monaſterii, Wanbertum nomine, in teſtimonium ſperatæ cælitus gratiæ evocare. At ille, accepto tantæ lætitiæ nuntio, celer acurrens, poſtquam præfati odoris ſuavitatem plenius hauſiſſet; alacer recurrit ad Fratres, eorumque quæ acciderant relatu corda omnium gaudio ingenti perfudit.

c

*lapſu lapidis detecta,*

b

D

*ipſum cum ingenti lætitia reperitur:*

30 Ipſi vero, cum poſt continuata tripudia multaſque Deo laudes oblatas loco ſecederent, primo quidem quid facto opus ſit ambigentes, ac miraculi novitate ſtupentes, hærent: cum tamen protinus, recuperato ſalubri conſilio, hoc quod evenerat referre ad Epiſcopum in commune decernunt. Tunc autem temporis Rathbodo *c* venerabilis præſedit Eccleſiæ. Qui re Fratrum relatione comperta, mox gaudens monaſterium adiit; initoque cum Monachis conſilio, non ſubito ac leviter & quaſi temerarie, ad requirendum pretioſiſſimum B. Maximini corporis theſaurum proſilire; ſed tantum opus, jejuniis precibuſque ſuppliciter præmiſſis, ſumma cum veneratione ſtatuit inchoare. Proinde quoque, non in hac tantum urbe, ſed in tota circumjacente parochia, triduano in deificæ Trinitatis nomine indicto jejunio, tertia ejuſdem jejunii die, quæ ſexta ſabbati fuit, omnes adeſſe præcipiens, Clero populoque comitatus, nudis pedibus & cum letaniarum ſolenniis, monaſterium petiit. Tanta autem tunc populi multitudo diverſis ex partibus fertur huc confluxiſſe, certatim ac lætanter omnibus ſuæ ſalutis ſpectaculum adeuntibus, quod eam vix tota urbs Treverica, ne dum anguſtus monaſterii locus, capere valuiſſet. Nec defuit divinitus collata Maximini meritis curationum gratia: cum nullus, qui veniſſet ægrotus, non rediſſet adepta ſanitate curatus.

*indicto triduano jejunio*

c

E

*Epiſcopus cum Clero & populo accedit,*

31 Suſceptus igitur à Fratribus ſumma cum honorificentia Præſul, mox ut orationem complevit, cum Monachis & Clericis ad locum ſupradictum, ubi ſpes erat ſacras inveniendi Reliquias, devotus acceſſit: ſumptoque ferramento, ſuperficiem pavimenti confringere cœpit. Deinde Fratrum aſtantium frequens turba cœptum ab Antiſtite opus perniciter accelerat: ſubmotoque pavimenti fragmine, cryptam memoratam, ictu lapidis (ut ſupra diximus) pertuſam repererunt. Quam cum penitus diſſolviſſent, intus marmoreum ſarcophagum cernunt: quod apertum arcam præferebat cypreſſinam, quæ ſacratiſſimi corporis continens, omne pretium excedentem clauſerat gemmam. Quæ tunc devotio Cleri, quæ lætitia Plebis, quantæ præ gaudio Monachorum lacrymæ, quæ voces in Dei laudibus cælum penetrantes, cum turba curatorum Sancti virtutibus acclamaſſent, quid memorare attinet, cum prorſus careat explicatu? Ita tunc in Sancto ſuo potenter ac mirabiliter Dominus noſter eſt operatus, ac ſi numquam, ad declarandam meritorum ejus excellentiam, retroactis quidquam geſtum ſit temporibus.

*& Crypta perfracta arcam invenit:*

F

32 Jam vero apertâ arcâ (ut venerabilis Wenilo, qui geſtis rebus interfuit, etiam cum juramento ſæpe teſtatus eſt) ita *d* integra veſtimenta, ita incorruptum totum corpus erat, ac ſi die eodem ibi conditum fuerint; naſo tantum excepto, qui ſarcophagi cooperculo modicum preſſus, & in lævam deflexus ſteterat *e*. Sed iſta forte incredibilia aliquibus videbuntur, meque in hoc culpandum cenſebunt, quaſi divinæ ſententiæ præſcribentem; & contra illud quod homini dictum eſt, Pulvis es & in pulverem revecteris, corpus hominis incorruptibile afferentem. At vero procul abſit à nobis tanta à vera fide averſio, ut vel divinis oraculis præjudicando impiè reluctemur, vel Deo eſſe aliquid impoſſibile cogitare ſaltem audeamus; cum de eo ſcriptum ſit, Omnia quæcumque voluit Do-

*in qua corpus incorruptum cum veſtibus integris*

d

e

Gen. 3. 19.

A Dominus fecit in cælo & in terra. Quid igitur mirum, divinæ virtutis omnipotentiam, quamdiu voluit præstare potuisse caro suo, post mortem corporis, donum istud incorruptionis; quod liquido constat ad tempus valere etiam artem & ingenium humanum?

*in concione Stola & Pallium ostensa populo:*

33 Porro, ut diximus, inventis vestibus & corpore integris, venerandus Episcopus Stolam & Pallium pro Reliquiis auferens, alia illico sanctis humeris circumdedit: moxque ascenso eminentiore gradu, populum qui vocem audire potuit, multis exhortationum & consolationum verbis (prout se tunc occasio temporis atque oportunitas exhibuit) allocutus est. Fidem quoque tardioribus facere volens, ne aliquo dubitationis scrupulo super inventione Sancti moverentur; ipsam Stolam & Pallium cunctis ad videndum expandit: diemque illam deinceps solennem esse constituens, populum spiritualibus confirmatum benedictionibus, ac supercæleſtibus beneficiis alacrem tripudiantemque, dimisit. Hæ sunt sacratissimæ B. Maximini corporis exuviæ, Treveris semper venerabiles, omnique thesauro cariores; quæ hodieque in hoc monasterio intemeratę servantur: per quas etiam plurima
B credentibus pieque quærentibus beneficia, meritis Maximini obtinentibus, præstantur à Domino.

*Corpus sancti aliquandiu servatum supra terram,*

34 De sacro autem Corpore cum Episcopus ac Fratres, quid potissimum ageretur, piè tractarent; communi consilio tandem decretum est, devotionis & amoris gratia, contraque imminentia pericula præsidii causa, inhumatum servare. Sic illa sanctissima gleba, super ipsum tumuli locum exstructo eminenti ac decoro opere, sublevata ac decentissime est collocata. Transactis autem multis annorum curriculis, cum aliquando depositionis ejus, solennitas immineret, cuidam diu ægrotanti, omni corpusculo jam debilitato proculque admodum posito, in visu B. Maximinus apparuit: eumque, an ad ipsam iturus esset solennitatem, inquisivit. Ille vero cum impossibilitatem suæ infirmitatis quereretur; Vade, inquit, ut potes, amicorum fultus subsidiis; quoniam ut legationem meam ad Præpositum retuleris, curationis gratiam protinus consequeris: deditque mandatum de tumulando corpore suo more conditionis humanæ, moxque disparuit. Facto igitur mane nil cunctatus homo, amicos convocat, visum exponit, rebusque necessariis
C viantibus præparatis, iter arripit, atque in ipsa prædictæ festivitatis Vigilia ad monasterium venit.

*ipso per agrum invisu curatum jubente,*

Cumque à suis in ecclesiam deportaretur, ibidem depositus Præpositi præstolatur adventum. Mox autem ut in advenientis auribus Maximini mandata deposuit, ipse quoque, omni adversa valitudine deposita, incolumis surrexit. Declarata igitur B. Maximini voluntate, tam evidentis ac præclara attestatione miraculi; accidit etiam Rotgerum *f* Episcopum (qui Ratbodoni in Episcopatu successerat) eadem hora superveniſſe, gratia orandi ad
f memoriam Sancti. Cui cum per Præpositum, & ipsum qui curatus fuerat, Sancti etiam voluntas innotesceret; per modicum quieti corporis indulgens, reliquum noctis illius cum Fratribus vigiliis & orationibus peregit: primoque mane sequentis diei, hoc est in ipsa Depositionis ejus festivitate, Corpus sacratissimum, in eodem quo prius humatum fuerat loco, cum hymnis & orationibus magnifice sepulturæ mandavit *g*.

*refertur ad cryptam.*

g 35 Hæc de glorioſissimo confessore Christi Maximino, credulis atque religiosis auribus à nobis utcumque ingesta sufficiant: ne si forte plura referre gestiamus, ad hæc pauca aliqui prurientes,



prorsus obdurentur penitusque surdescant. Ceterum obsecrò omnes, qui hoc opusculum non liventibus oculis respicere dignabuntur; ut dum eos incultior offenderit sermo, facilem dent imperitiæ veniam; nec stupeant hominem rusticanum, & qui vix prima artis grammaticæ rudimenta perceperit, oratoris copia loqui nequivisse. Temeritatis vero, quasi qui viribus meis majora præsumpserim, à nemine me spero arguendum; quia præmissa præfatiuncula satis lecturis aperiet, quanta præcipientis auctoritas me, invitum multumque refragantem, ad ista tandem impulerit.

EX MSS. *Epilogus.*

## ANNOTATA.

a Normanni occuparunt Trevirim Nonis Aprilis in Cœna Domini, *ita Regino: ergo anno* 882, *quo Pascha celebratum fuit* 8 *Aprilis: non sequenti* 883, *ut aliqui Reginonem perperam corrigunt.*

b Archiclavius *seu* Archiclavis, *dicitur ecclesiæ* Thesaurarius, *Græcis* Gazophylax, *de quo plura Cangius.*

c Rathbodo *seu* Radbodus, *anno* 884, *Episcopus creatus, à Browero dicitur, anno Sedis* 14, *Christi* 898, *hæc præstitisse.* E

d *Notkerus, in suo Martyrologio ad hunc* XXIX *Maji, hæc ita confirmat.* Treviris depositio S. Maximini Episcopi, cujus indumenta Sacerdotalia in urna ærea ad usque nostra, imo Normannorum tempora, in Testimonium sanctitatis ejus visebantur incorrupta.

e *Addit Scheckmannus.* Quod & hodierna die in ejus capite cernitur sanctissimo, *id est ante annum* 1517.

f *Rathbodoni* 3 *Kalendas Aprilis anno* 918 *vita functo successit* Rotgerus, *& vixit usque ad* VI *Kalendas Ianuarii anni* 930.

g *Idem Scheckmannus addit*: Porro in defossa terra, humo abdita margarita, aforis crebris miraculis radiavit.

## APPENDIX D. P.

### *De posteriore corporis Translatione, & dedicationibus Ecclesiæ, atque Reliquiis in ea & alibi asservatis.* F

*Post conflagrationem anno* 937

*Corporis* S. Maximini *ad priorem cryptam relatione indicata, de qua jam actum est, Scheckmannus in opusculo priore ista subjungit*: Ingruit paulo post non parvum dispendium. Enimvero gratiæ anno nongentesimo tricesimo septimo, monasterium istud vorax flamma prope consumpsit. Præsidebat tum venerabilis Ogo, Abbas nedum utilis, sed & necessarius: qui locum ipsum renovavit, religionem induxit strictiorem, & ecclesiam à novo instauravit ac perfecit. Quam dedicarunt, sub honore antiqui Patroni B. Joannis Apostoli & Euangelistæ, recolendi viri *a* Rubertus Trevirensis Archiepiscopus Rutgeri successor, & *b* Adalbero Metensis Episcopus, Dominicæ Incarnationis anno *c* nongentesimo quadragesimo secundo, regni Ottonis primi sexto anno, Indictione decima quinta, tertio Idus Octobris. Ipsa die, pretiosa corpora beatorum Archipontificum Trevirorum, Maximini, Agricii, *d* Nicetii, Basini, Weomadi, levata sunt & translata in novam ecclesiam, repositaque sub summo altari in diversis sarcophagis, prout nunc cernitur. Tres priores conjunctim; Maximinus quidem medius,

*ecclesiâ restauratâ an.* 942

a

b

c

d

*corpora S. Maximini & aliorum transferuntur.*

AUCTORE D. P.

Agricius à dextris, Nicetius à ſiniſtris: ad capita eorum, ad dextram Baſinus, ad lævam Wcomadus. Hæc repoſitio celebrata eſt à Reverendis Præſulibus Ruberto & Adelberone prædictis, à Religioſis Abbatibus Ogone præfato, Ageualdo *e* Gorzienſi, Erkenboldo *f* Tullenſi, *g* Huberto S. Arnulphi Metenſis, Frederico S. Huberti, *i* Salachone S. Martini, præſente multo monachorum collegio, ac copioſa plebis frequentia.

*alia dedicatio facta eſt an.* 1245.

2 Acceſſit longe poſt alia quædam reparatio pariter & dedicatio, quæ & ultima, Virginei partus anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quinto, Venerandiſſimo valde viro Domino *k* Arnoldo ejus nominis ſecundo Archiantiſtite Treverianam metropolim gubernante: conſecrante eam Domino Conrado *l* Archiepiſcopo Colonienſi, de conſenſu Domini Arnoldi præfati, in honore SS. Joannis Euangeliſtæ, Maximini, Agricii, Nicetii beatorum Archiepiſcoporum, ſub die octavo menſis Julii, in præſentia Domini *m* Sifridi Maguntinenſis Archiepiſcopi: quam Dedicationem ſimul tres illi, una cum venerabilibus *n* Epiſcopis Richardo Wormatienſi, & Henrico Curonienſi, pluribus decorarunt Indulgentiis, confirmante eaſdem ac plures adjiciente Sanctiſſimo in Chriſto Patre, Domino *o* Innocentio Papa quarto....

*Reliquiarum oſtenſio Duplex,*

3 Placet nunc venerandas hujus Eccleſiæ Maximinææ Reliquias nominatim deſcribere, & primam earumdem feſtivam oſtenſionem. Annuatim ſemper in die Aſcenſionis Domini, mane circa ſepimam horam, fit oſtenſio Reliquiarum celeberrima, ſed minus principalium: principalium vero, reſervatur de ſeptennio in ſeptennium. Celebratur autem cum paſſagio illo nominatiſſimo Aquiſgranenſi, nec non jam noviter inſtituto, verum perpetue duraturo Trevirenſi, die octavo menſis Julii. Jam ad Reliquias veniamus.

*quæ ſunt Chriſti Domini,*

4 De Domino Jeſu Reliquiæ. Cultellus Domini Jeſu, quo uſus fuit in Cœna ultima in diviſione Agni Paſchalis. De Cruce ſancta. De linteo, quo Chriſtus præcinctus erat in lotione pedum. Pars ſatis egregia de ligno lanceæ, qua latus ejus apertum fuit in cruce. De purpureo veſtimento ejus. De veſte alba ejus. De ſpongia, qua fuit potatus. De columna, in qua fuit flagellatus. De chorda, qua fuit ligatus. De ſudario, quo velata fuit facies ejus in ſepulcro. De menſa ultimæ ſacroſanctæ cœnæ ejus.

C *B. Mariæ,*

5 Reliquiæ B. Mariæ Virginis. Peplum B. Mariæ, quo erat cooperta in Annuntiatione Dominica. Pecten B. Mariæ Virginis. De capillis B. Mariæ. De lacte beatæ Virginis Mariæ.

*S Maximini & aliorum Patronorum,*

6 Reliquiæ de Patronis noſtræ Eccleſiæ. Caput S. Maximini Archiepiſcopi. Magna pars Pallii, B. Maximino à Roma directi. De crinibus B. Maximini. Duo baculi ſanctorum Epiſcoporum Maximini & Martini, quorum uſum habuerunt, petentes limina Apoſtolorum Petri & Pauli. De S. Agricio Archipræſule. De S. Nicetio Archiepiſcopo, præclaræ Reliquiæ de cruribus & brachiis cum pollice. De capillis ejuſdem. De S. Quiriaco Confeſſore, Capellano S. Maximini, plures Reliquiæ.

*SS. Joannis Bapt & Apoſtolorum,*

7 Reliquiæ Apoſtolorum & aliorum Majorum. De barba S. Joannis Baptiſtæ. De S. Petro Apoſtolo: item de capillis ejus. De S. Jacobo Majore: item dens ipſius. De S. Bartholomæo: item de carne & cute ejuſdem. De S. Matthæo Apoſtolo & Euangeliſta. De SS. Simone & Juda. De S. Jacobo Minore. De S. Marco Euangeliſta. De S. Barnaba Apoſtolo.

*Martyrum,*

8 Reliquiæ Martyrum. Brachium S. Stephani Protomartyris. De S. Clemente, Papa & Martyre. De S. Cornelio, Papa & Martyre. Brachium S. Vincentii, Levitæ & Martyris. De S. Donato, Epiſcopo & Martyre. De S. Eraſmo, Epiſcopo & Martyre. De S. Valentino Martyre. Item dens ejuſdem. Pollex S. Laurentii, Levitæ & Martyris. De S. Sebaſtiano Martyre. De S. Quirino Martyre. De S. Mauritio Martyre: item de ſocietate ejuſdem. De S. Gangulfo Martyre. De S. Chriſtophoro Martyre. De S. Pontiano Martyre. Brachium S. Lazari, à Domino reſuſcitati. De S. Georgio Milite: item dens ejuſdem Martyris. Pars capitis Oſwaldi Regis Anglorum & Martyris. De SS. Felice & Adaucto. De S. Thyrſo Duce Thebææ legionis, Martyris in eccleſia S. Paulini requieſcentis. D

*Confeſſorum,*

9 Reliquiæ Confeſſorum & Pontificum. De S. Athanaſio Epiſcopo Alexandrino. Brachium S. Martini Epiſcopi. De S. Nicolao Epiſcopo. De S. Willibrordo primo & ultimo Archiepiſcopo Trajectenſi: item de caſula ejuſdem. De S. Huberto Epiſcopo. Dens S. Servatii. De S. Lutwino Archiepiſcopo Trevirorum. De S. Benedicto Abbate. De S. Antonio. De S. Simeone Confeſſore Trevirorum: item articulus digiti ejuſdem: item pars ſcapulæ ejus: item vitta ſeu birretum lineum ejuſdem.

*Virginum & aliarum,*

19 Reliquiæ Virginum & aliarum. Pars capitis S. Apolloniæ, Virginis & Martyris. De S. Catharina: item de ſudario quo ante rotas ſudorem deterſit: item de crinibus ejus. De S. Barbara. De S. Lucia, Virgine & Martyre. De S. Dorothea. De S. Scholaſtica, ſorore S. Benedicti. De XI millibus Virginum. De S. Margareta: item de ſudario ejuſdem. De S. Walpurga Virgine. De S. Maria Magdalena: de crinibus ejuſdem: item de peplo ejuſdem. De S. Helena Regina: item de peplo ejuſdem. Brachium S. Annæ matris Mariæ, quæ ut fuit initium ſalutis, ſic ſit & noſtræ ſalvationis augmentum, & moderatrix, per filiam ſuam Dominam noſtram Mariam, cum qua ipſa lætatur & filio ejus Domino noſtro Jeſu Chriſto, in conſpectu divinæ Majeſtatis, in ſecula. Amen, E

*In poſtrema per Francos deſtructione eccleſiæ,*

11 *Hactenus initio ſeculi præcedentis Scheckmannus, ex quo tempore varias belli clades experta inferior Germania, cum iiſque Treverica vicina diœceſis, crebras Sanmaximiani monaſterii vexationes Monachorumque fugas vidit; nihil tamen toto illo calamitoſiſſimo ſeculo, nihil ſequenti æque infelici, tam triſte paſſus eſt ſacerrimus locus, & ante tredecim ſecula fidelibus venerabilis, quam cum capta à Gallis Trevirenſi urbe, præpoſiti ei Gubernator & Superintendens, prætexiu melius tuendæ contra Germanos Hiſpanoſque civitatis, ſacra profanaque ædificia omnia, intra tormenti ictum poſita, ſubverti juſſerunt Rege (ut conſtat) prorſus inſcio. factumque vehementer abominato. Non ceſſit auctoribus impune tam execrabile facinus: non enim diu poſt, ante eam quæ ad S. Maximinum ducit portam, una cum equo fulminatus, in foſſamque præcipitatus unus, infelicem efflavit animam; alter, murali globo decerptus in eo Vrbis propugnaculo fuit, quod eodem reſpicit; ipſiſmet melioris mentis Francis haud obſcure fatentibus, Sanctum Maximinum ſocioſque Divos, quorum ſplendidas antiquaſque baſilicas ſolo æquaverant illi, hanc ab eis pœnam exegiſſe. Cavit nihilominus Sanctus Antiſtes, ne hoc quoque tempore ſepulcrum ſuum omnino violaretur. Crypta enim illa quæ principi aræ ſubjecta fuerat (quia infra terram ſtructa, ſupra terram pugnaturis hoſtibus uſui eſſe nulli poterat) manſit ut erat, externo dumtaxat ornatu ſpoliata: & reliquis Sanctorum tumbis, per omnem ampliſſimi templi ambitum, ſacrilego auſu violatis, perrexit* S. Maximinus, *medius inter* SS. Agritium & Nicetium Epiſcopos *requieſcere, quotidiano Miſſæ ſacrificio etiam tunc honoratus; quemadmodum anno* MDCLXXXII *mihi ſcripſit novus ante biennium Abbas Alexander Henn, deceſſoris avunculi digniſſimus ſucceſſor.* F

*manſit inviolatum ſepulcrum Sancti,*

Idem

A *Idem eadem in epiſtola addidit, Caput Sancti, incluſum argentea ſtatua maximi ponderis pretiique, Luxemburgi in domo Refugii Maximiniani religioſe ſervari, quod proximo vere relaturus erat, una cum aliis Sanctorum Reliquiis, in reſtauratam triennali labore partem eccleſiæ.*

*& caput argentea ſtatua incluſum.*

12 *Sed digna eſt quæ hic integre legatur Relatio, ab eodem Abbate mihi per epiſtolam facta anno* MDCLXXXVI *exeunte*: Contigit monaſterii noſtri eccleſiæque excidium anno MDCLXXIV, menſibus Aprili & Majo, eâ ipſum mandantium inclementiâ, ut ne pro uno quidem Religioſo manſiuncula relinqueretur. Unde x Maji, triginta quot tunc eramus Monachi, ad domum Maximiniani refugii intra urbem Trevirenſem, nos recipere cogimur; ubi uno in cubiculo terni & quaterni, imo & ſeni, per diſtinctas vetuſtis parietinis cellulas, ſtabulati potius quam hoſpitati, Officium tamen divinum, cum magno vicinię totius concurſu, per integri novennii exilium, ad uſque reſtaurationem monaſterii, conſtanter ſervavimus: atque etiam per ſingulos dies ſanctæ Miſſæ ſacrificium extra urbem celebravimus in crypta S. Maximini: quam ſolam & unicam, ad Sancti ſui honorem, amabilis Dei providentia ſervaverat integram & illæſam contra irruentium ruderum & incumbentis fornicis molem, atque injurias militum,

*Poſt iſthus deſolationis arumnas ſexennales,*

B omnes aliorum Sanctorum tumbas profanantium. Cum vero, durante novennali hac deſolatione, Reverendiſſ. D. Maximinus Gulich, Abbas noſter digniſſimus, ſenio & ærumnis fractus, obdormiſſet in Domino; & ego, anno MDCLXXX die x Januarii, per liberam Conventus electionem, præter omne meum meritum & votum, in locum ejuſdem fuiſſem ſubrogatus; Sanctiſſimus D. N. Innocentius XI, in Bulla confirmationis, quam, utpote Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecti, ex Curia Romana recepimus, dirutæ eccleſiæ ac cœnobii Maximiniani reſtaurationem mihi injunxit, graviſſimis hiſce formalibus verbis: Volumus autem, quod tu eccleſiæ Abbatialis reparationi pro viribus incumbas, conſcientiam tuam in hoc onerantes.

*novus anno 1680 Abbas Alexander,*

13 Ergo Apoſtolico iſtoc mandato excitatus, ac de adjutorio Dei Cælitumque confiſus, anno MDCLXXX, intra Octavam Pentecoſtes, cum invocatione Spiritus ſancti, arduum iſtud opus aggreſſus ſum; ea auxiliantis & promoventis Numinis benignitate, ut, quod vel cogitare fuiſſet præſumptio, intra unius non integri triennii anguſtias, vaſtum illud & quadrilaterum monaſterii ædificium, una cum ampliſſimi templi Maximiniani

*reſtaurato intra triennium monaſterio,*

C appendicibus cryptis, non ſine manifeſtiſſimo propitiæ Divinitatis indicio abſolveremus: atque anno MDCLXXXIII, in feſto S. Conſtantini Magni, qui anno CCCXXXIII monaſterium noſtrum in Auguſtali ſuo Palatio fundaverat, plaudente tota Treverorum metropoli, ad priſtinos lares regrederemur. Indixerat, ad augendam reditus noſtri pompam, Eminentiſſimus Treverorum Princeps Elector, eum in diem, ex Metropolitana eccleſia ad S. Maximinum, ſolennem cum Venerabili Sacramento proceſſionem: quam ſub ingenti tympanorum, bombardarum ac tormentorum currulium fragore, & per omnes urbis baſilicas concrepantium campanarum clangore, univerſus Clerus Trevericus, ſuas per turmas & collegia diſtributus; totaque civitas, partim feſtive armata, partim ad ſpectaculum & devotionem effuſa, præcedendo ſequendoque, ad uſque S. Maximini comitabatur. Ubi decantato in gratiarum actionem ſolenni Sacro & hymno Ambroſiano, feſtum terminavit religioſum ducentarum & ultra perſonarum convivium, in Abbatia & duplici Refectorio. Majoris templi fabricam, per Dei gratiam, etiam eo uſque deduximus,

*illuc feſtive cum ſuis reducitur 21 Martii 1683*

ut infra annum extremam manum expectet. Faxit Deus, ut ad majorem ſui nominis gloriam, in ſancti ejus ſervitio confortari & conſervari mereamur. *Ita ille.* D

14 Ex corpore S. Maximini, inſigne fruſtum de brachio vel de crure, & aliud minus, allata per Carolum IV Imperatorem Pragam anno MCCCLXXII, item partem de baculo ipſius *aſſervari Pragæ, ſcribit in ſuo Diario Pragenſi Peßina ejuſdem Eccleſiæ Decanus. Eſt ejuſdem* S. Maximini *Archiepiſcopi Trevirenſis Eccleſia parochialis in urbe Senonenſi; & in ea ſacrum aliquod os non exiguum ejuſdem Sancti habetur in veneratione, ac feſtum ſub ritu trium Lectionum, quæ ex Vita recitantur, celebratur in tota diœceſi: ſub quo etiam ritu invenimus* S. Maximini *cultum præſcriptum in Breviariis antiquis, Virdunenſi, Tullenſi, Lemovicenſi, Lingonenſi, Senonenſi, & Turonenſi. Ambianenſi quoque & aliis nonnullis, ſed ſub nomine* Maximi; *denique Veſontionenſi etiam in Burgundia Ms. quod penes nos eſt: & ubique præſcribuntur Lectiones tres, de Vita quidem in nonnullis, in pleriſque vero de Communi Pontificis Confeſſoris dicendæ: quæ omnia inſignem & antiquũ totiſq; Galliis ſparſum* S. Maximini *cultum probant. Quin etiam apud Senonenſes ſub ejus nomine parochia eſt, in eaque* os non exiguum hujus Sancti. *Coloniæ autem Agrippinæ, quam urbem, ut vidimus, cohoneſtavit, Synodo iſtic præſens aut etiam præſidens; ipſo quo Synodus habita creditur loco, antiquiſſimæ originis extat eccleſia, quæ vico ſuo nomen.* S. Maximini *dedit, ſaltem à ſeculo* XII, *quo eccleſia illa ab Viſulanis Sanctimonialibus tradita eſt pauperibus aliquot Sororibus. Ita Ægidius Gelenius Syntagm. 56, agens de initio monaſterii, quod nunc ſub regula S. Auguſtini & Canonicarum Regularium inſtituto habetur, non ſine aliquibus* S. Maximini *Reliquiis, Hierotheca* V *aſſervatis: quales etiam aliquæ ibidem ſunt in Hierotheca* XVIII *eccleſiæ S. Pantaleonis; nec non in Cruce quadam pervetuſta eccleſiæ Walciodorenſis in Belgio, uti aſſerit Rayßius in ſuo Hierogazophylacio.* E

*Reliquiæ S. Maximini Pragæ.*

*& Coloniæ.*

15 *Porro in prædicta Veſontionenſi diœceſi, non ſolum antiquitus cultus fuit* S. Maximino: *ſed etiam ædiculam habuit perquam vetuſtam,* ſexto ab urbe milliario, juxta vicum Torpet; ad quod ſacellum die XXIX Maji adire ſolet quotannis frequens populus: & podagricos, qui eò deducuntur, B. Maximini opem experiri ferunt. *Ita Ioannes Iacobus Chiffletius Veſontinus, parte 2 ſuæ Veſontionis; ſed alium* S. Maximinum *intelligens, qui à S. Cajo Papa Veſontionem directus, ædiculam, à S. Lino Petri diſcipulo primum ædificatam, ſub nomine S. Stephani reſtaurarit, abdicatoque Epiſcopatu eremiticè in loco præfato vixerit, ſepultuſque ſit à ſuo ſucceſſore Paulino. Et hæc quidem ille profert, tamquam accepta ex tabulis Biſontinæ eccleſiæ, tam antiquis,* ut vix alius earum auctor eſſe potuerit, quam qui illa ipſa, de quâ ſcripſit, ætate vixerit: *hoc autem ideo, quia Ms. vetus dicit, quod idem* Maximinus aliam Baſilicam in foro civitatis juxta Capitolium conſecravit: *&* Quantum, *inquit Chiffletius*, nunc ab illo mutatus civitatis ſtatus! Ubi forum illud vel Capitolium? *Debile profecto pro tanta vetuſtate alicui ſcripturæ aſſerenda argumentum. Eadem quæ ſupra, de* S. Maximini *ædicula, cum ex Petri Franciſci Chiffletii ſenſu dixiſſent Sammarthani; agnoſcunt, quod dictis* repugnant Martyrologia Biſontina, in quibus die XXIX Maji mentio habetur dumtaxat Maximini Trevirenſis; nuſquam autem Maximini Veſontionenſis memoria celebratur. F

*atque in diœceſi Veſontionenſi;*

*ubi gratis finguntur Maximinus & Paulinus Epiſcopi fuiſſe,*

16 *Iidem ex Petri Franciſci ſententia dicunt, Catalogum Epiſcoporum, in quo* Linus, Maximinus, Paulinus, *Epiſcopi primi nominantur,* ab annis ſexcentis conſcriptum *eſſe: quæ quam exigua ætas ſit, ad probandam rem ſeculo* III *geſtam, nemo non videt. Equidem vix poſſum dubitare, quin ſicut ex æmulatione illa, Eccleſiis pleriſque*

EX MS. *æque ac S. Linus*

*Gallicanis olim communi, arroganda ſibi quam maxima antiquitatis, à Romanis mutuati* S. Linum *ſunt Veſontionenſes, nullo ex vetuſtate teſtimonio vel indicio ſubnixi; ita occaſionem arripuerint, ex veteri apud ſe cultu* S. Maximini, *eumdem cum ſuo ſucceſſore* Paulino *ad ſe Treviris adducendi; & quoad ſepulturam magiſtri, à diſcipulo curatam foris extra civitatem, eadem dicendi, quæ legebantur in Trevirenſibus Actis. Tali autem poſito fundamento, nihil pronius fuit, quam eccleſiarum à S. Helena Veſontione extructarum exordia ad eumdem* S. Maximinum *referre. Edidit prælaudatus* Petrus Franciſcus *Diſſertationem unam de Conſtantini converſione, in qua probare conatur, Helenam cum nepote Criſpo Veſontione vixiſſe, urbem portis, turribus, publicis ædificiis ornaſſe, ac tandem* Criſpolinorum *civitatem nuncupari voluiſſe, unde* Chryſopolim *deinde fecerit imperita poſteritas. Fuit cum iſta agerentur Epiſcopus Veſontione* S. Hilarius, *quem primum fecerim in ordine eorum, quorum ad nos pervenerunt nomina (quod poterit ad diem ejus* XXII *Iulii accuratius expendi) nam, quem ei præponit Petrus Franciſcus* Euſebium, *hunc ille ſumpſit ex fabuloſis inventa Crucis actis: & quia conſtabat, Euſebio qui iſtic nominatur Romano Pontifici, dicta non convenire; primus omnium cogitavit ut inde faceret Epiſcopum Veſontionenſem: quod alibi ſatis refutavimus. Fatentur Chiffletii, nihil apud ſe ſciri de prætenſi illius* S. Maximini *corpore, ideoque ſupponunt iſtic adhuc latere, ubi tumulatum fuiſſe credunt. Neque plus exiſtimo ſciri Veſontione de corpore* S. Paulini; *& æque gratis aſſeri, eum in eccleſia S. Stephani ante altare requieſcere.*

B *& S. Euſebium.*

## ANNOTATA.

a Rubertus, *ſeu* Rutbertus *aut* Ruotbertus, *ſedit ab anno* 930, *uſque ad ann.* 956, *quo Colonia è vita deceſſit.*

b Adalbero, *frater Frederici Ducis Lotharingiæ, ſediſſe reperitur anno* 928, *mortuus in monaſterio S. Trudonis anno* 964, *Albericus notat annum* 966.

c *Refertur etiam ad hunc annum dicta* Dedicatio *in Supplemento Reginonis.*

d *Coluntur* SS. Nicetius 1. *Octob.* Baſinus 4 *Martii,* & Weomadus 7 *Novembris.*

e *De* Abbatia Gorzienſi *in diœceſi Metenſi egimus* 27 *Februarii, ad Vitam* B. Joannis *ibidem* Abbatis, *& Succeſſoris* Agenaldi, *qui in Catalogo Abbatum præfixo* Eginoldus, *creditur ſediſſe ab anno* 940 *ad* 960, *ac* primus *ex inſtituto* B. Benedicti profeſſus *dicitur, in Vita B. Ioannis n.* 44. D

f *Erat dicto anno Epiſcopus Tullenſis* S. Gauſlinus *ſeu* Goſlinus, *qui Regulam S. Benedicti introduxit in monaſterium S. Apri in Suburbio Tullenſi. Forſan ibi tunc* Erkenboldus *Abbas conſtitutus fuit.*

g Hubertus *in Vita B. Ioannis citata, num.* 67 *appellatur* Heribertus: *at* Arbertus *dicitur in diplomate Adalberonis hoc anno* 942 *dato, a quo is è monaſterio Gorzienſi aſſumptus, primus poſt reformationem Abbas conſtitutus eſt.*

h Fredericus, *patruus dicti Adalberonis Epiſcopi, ex Præpoſito Gorzienſi factus Abbas S. Huberti, petente Richario Epiſcopo Leodienſi, mortuus Treviris, dum huic Tranſlationi interfuiſſet, ac primus in dicta eccleſia ſepultus; uti latius explicatur in Vita B. Ioannis num.* 55.

i Salacho *ſeu* Salecho, Clericus S. Martini ultra fluvium Moſellam *dicitur in Vita dicti B. Ioannis n.* 33; *& num.* 43, ex Clericis S. Martini circa Moſellam monachus Gorzienſis factus an. 933, *inde poſtea Abbas in dicto monaſterio S. Martini reformato.* E

k Arnoldus II, *Sedit ab anno* 1242, *uſque ad* 13 *Novembris anni* 1259, *fuit ex gente Iſenburgica & Eppenſteinia.*

l Conradus, *Comes Hochſtedenſis, ſedit ab an.* 1237, *ad* 28 *Septembris anno* 1262.

m *Hic eſt* Sifridus *ſeu* Sigefridus Tertius, *aut* Junior, *creatus anno* 925, *mortuus* 9 *Martii an.* 1259.

n *Hi duo non adfuerunt dedicationi, tunc necdum Epiſcopi. Ex iis* Richardus, *electus anno* 1247, *ſed oborto Schiſmate poſſeſſionem ſolum ſuſcepit anno* 1253. *At* Henricus, *Comes à Monte-forti, electus fuit anno* 1251: *qui ſuas etiam Indulgentias conceſſerunt.*

o Innocentius IV *præfuit Eccleſiæ ab anno* 1243 *ad* 9 *Decemb. anni* 1254.

# DE SANCTO MAXIMO

## *EPISCOPO VERONENSI IN ITALIA.*

G. H. F

## Sylloge, ex Auguſtino Valerio, ejuſdem Vrbis Epiſcopo.

SEC. IV

*Memoria in Martyrol. Romano,*

*Inter quamplures Sanctos Epiſcopos Eccleſiæ Veronenſis, quos continuo proferimus, hoc* XXIX *Maji Tabulis moderni Martyrologii Romani inſcriptus eſt* S. Maximus Epiſcopus Veronæ: *alleganturque à Baronio in Notis* Tabulæ Eccleſiæ Veronenſis, & ſæpius citatus Commentarius de Epiſcopis Veronenſibus pag. 9 & 40: *in margine autem dicitur* claruiſſe circa annum CCCLII, ex monumentis Eccleſiæ Veronenſis. *Porro in antiquis monumentis Sanctorum Epiſcoporum Veronenſium, à Raphaele Bagata, Baptiſta Peretto, & Auguſtino Valerio Epiſcopo anno* MDLXXII *editis, citata pagina* 9 *verſa, iſta leguntur:* S. Maximi Epiſcopi Veronenſis corpus, quidam ſcriptum reliquit, ſepultum fuiſſe extra portam civitatis; ubi & templum de ejus nomine conditum & conſecratum fuit. Ubi autem nunc requieſcat, nos ex antiquis monumentis invenire non potuimus. In tabula Sanctorum die XXIX Maji, Maximi Epiſcopi Veronenſis & Confeſſoris, duplex minus. Ignoratur ubi ſit. Extra portam urbis extat etiam nunc Eccleſia reædificata in honorem nominis S. Maximi, in vico qui etiam S. Maximus appellatur, & porta illa appellatur porta S. Maximi. In conſecratione altaris S. Helenæ, Eccleſiæ ſanctorum Apoſtolorum, repoſitæ fuerunt etiam Reliquiæ S. Maximi Epiſcopi Veronenſis, ut ex Pſalmiſta vetuſto dictæ Eccleſiæ. *Hæc ibi. Aſt alia ſupra citata pagina* 40 *verſa, iſta habentur.* De S. Maximo Epiſcopo Veronenſi. Maximus Epiſcopus Veronæ, ut domeſtica antiqua monumenta teſtantur, vir fuit eximiæ doctrinæ & ſpectatæ virtutis. Cum egregia morum probitate magnum uſum rerum conjunxerat. Ex hac vita deceſſit quarto Kalendas Junii, ac de ejus nomine poſtea extra urbem, non longe à mœnibus, in honorem ipſius templum exſtructum fuit. Similiter & monaſterium ſacrarum Virginum, prope ejuſdem urbis portam: quæ ipſa quoque cum vico, in quo templum conditum fuit, S. Maximi appellata eſt. In conſecratione altaris S. Helenæ, in eccleſia Sanctorum Apoſtolorum Veronæ, una cum ceteris multorum Sanctorum poſitæ fuerunt Reliquiæ, etiam Sancti hujus Epiſcopi. *Hæc ibi. Denique pagina* 77 *iſta repetuntur:* In Eccleſia

*& dicata ei eccleſia,*

*vicus porta*

*nec non monaſterium Virginum.*

*Reliquiæ,*

A clesia Sanctorum Apostolorum ... in consecratione altaris S.Helenæ repositæ fuerunt Reliquiæ de ligno Crucis, S.Pantaleonis Martyris, S.Facundini Martyris, SS.Proculi & Maximi Episcoporum Veronensium & Confessorum. *Acta S.Proculi Episcopi Veronensis dedimus* XXIII *Martii.*

2 *Onuphrius Panvinus lib.* 4 *Antiquitatum Veronensium cap.*7 *producit Episcopos Veronenses, incerti temporis, post S. Zenonem, quos pagina* 101 *ordine alphabetico collocat, ubi ista referuntur:* S.Maximus obiit XXIX Maji, sepultus ad S. Maximum in basilica sua. *Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Italiæ, aliquod ex jam relatis edidit elogium ad hunc* XXIX *Maji, & facit illum* XVIII *Episcopum, Veronensemque Ecclesiam administraviſſe dicit circa annum* CCCLII. *Ast Ferdin. Vghellus in Episcopis Veronensibus statuit eum Episcopum* XX, *successoremque Syagrii, ad quem extant epistolæ duæ S. Ambrosii, adeoque referenda est juxta ipsum Episcopalis* S.Maximi *dignitas potius ad finem seculi quarti.*

*Tempus Sedis.*

3 *Itaque hoc solum de eo aliisque pluribus dici potest, vixisse inter illa quinque prima Ecclesiæ felicis secula, quibus tanta fuit Episcoporum Veronensium probitas, ut ad unum omnes Sancti sint habiti. De horum inter se ordine liceret certius statuere aliquid, & (quod consequens est) etiam de ætate singulorum nonnihil conjectare, si uspiam invenirenter antiqua illius ecclesiæ Diptycha, ex quibus in Sacris suorum Decessorum nomina recitabant Episcopi.*

AUCTORE D. P.

*Series Episcopalis usque ad an.* 500 *incerta.*

4 *Hoc notaverim: tali usu, pridem abolito, factum videri, ut quadam celebriores in Italia Ecclesiæ totam seriem primorum suorum per tria quatuorve secula Episcoporum, absque discrimine, Sanctis adscribant; licet ex illo præcise usu & tali titulo Sancti, non plus fortassis habeatur, quam singulos vixisse laudabiliter, nihilque commisisse propter quod expungi nomen debuerit, tamquam inter Sacra usurpari indignum. Plus tamen habemus in favorem* S.Maximi, *quem non simpliciter dictum esse* Sanctum, *communi olim bonis omnibus Episcopis titulo; sed religiosum quoque cultum à morte meruisse, probant illæ, quas dixi, sacrarum ædium appellationes.*

5 *Nicolaus Brautius, Episcopus Sarsinæ, hoc eum elogio in suo Martyrologio Poëtico celebrat:*

Cælestis doctrina, Deo populoque Magistrum
Fecerat acceptum; vita probata, magis.

# DE SANCTA BVRIENA

E

*VIRGINE IN CORNVBIA ANGLIÆ PROVINCIA.*

G. H.

## Sylloge circa cultum, ex Scriptoribus Anglis recentioribus.

XXIX Maii

INter *Danmonios, antiquus Britanniæ populos, est hoc tempore provincia* Cornubia *seu* Cornwallia, *in cujus promontorio, seu Penwitensi hundredo aut ditione, est vicus* S. Burienæ *dicatus: de quo Guilielmus Cambdenus in sua Britannia, de prædicta Cornubia agens, ista scribit:* Viculus nunc illi *promontorio* insidet

*Ecclesia ejus*

Saint Buriens, olim Eglis Buriens, id est Ecclesia Burienę vel Burianæ dictus, Burienæ religiosæ mulieri Hibernę sacer: Sanctos enim Hibernicos & indigetes suos hæc gens ut tutelares semper ita suspexit, ut omnia fere oppida illis consecraverit. Huic, ut fama perhibet, asyli jus concessit Rex Athelstanus, cum è Syllinis insulis hic victor appuliſſet. Certum est

C

illum ecclesiam hic construxisse, & sub Guilielmo Conquestore Canonicorum hic fuisse Collegium, & territorium adjacens ad eos spectasse. *Hæc Cambdenus. Meminit & Ioannes Spedus, in suo Theatro imperii magnæ Britanniæ, loci* S. Burienæ. *Ioannes Wilsonus in Martyrologio Anglicano, sub annum* MDCVIII *excusa, ad hunc* XXIX *Maji celebrat ejus memoriam his fere verbis.*

*& Collegium Canonicarum.*

In Cornubia & loco Saint Buriens, commemoratio S.Burienæ Virginis, quæ in Hibernia parentibus magnæ nobilitatis prognata, in Angliam est profecta, ubi in magna virtute & bona vita per annos plurimos degit, atque in vera sanctimonia magna, & operibus miraculorum excellens, tandem ad Sponsum suum migravit. Memoria ejus est in veritate celebris, tam in Hibernia quam magna Britannia, & præcipue in Cornubia, in cujus promontorio locus ab ea cognominatur Sainte Buriens, & à multo tempore ibidem illustris ecclesia, ad ejus honorem fuit erecta. *Hæc Wilsonus allegans* antiqua monumenta Cornubiæ, & Registrum ejusdem Ecclesiæ ibidem.

*Memoria 29 Maji*

2 *Wilsonum sequuntur Henricus Fitz. Simon in Catalogo Sanctorum Hiberniæ, & Philippus Ferrarius, in Catalogo generali eorum qui in Romano non sunt, qui præter Martyrologium Anglicanum citat* Tabulas Ecclesiæ Exoniensis, in qua venerationem habet, Actaque asservari dicuntur: *quæ non vidimus, neque habuit Michael Alfordus, qui de eo agit in Annalibus Ecclesiæ Britannicæ ad annum* CCCCLX, *num* VI, *ubi inquirit* unde Cornubiæ ager plenus Hiberniæ Sanctis; *itque factum ait occasione S.Benigni, qui in Hibernia discipulus S.Patricii venit Glastoniam. & S.Kierani sive Pirani in Cornubia quiescentis. Hujus Vitam illustravimus ad diem* V *Martii: De S.Benigno agendum erit* III. *Novembris. Iterum ad annum* DCCCXXVI, *regni Ethelstani* XII, *idem Alfordus,* de jure asyli ecclesiæ S.Burienæ *concesso, agit. Demum in Indice ait,* nomen ejus inter Sanctos in

F

Anglicano Martyrologio aliquando positum ad XXIX Maji *fuisse, miratus aut forte ægre ferens, quod in secunda editione anni* MDCXL *fuerit ejus memoria translata ad diem* XIX *Iunii: ubi interim citatur* Catalogus Sanctorum Hiberniæ: *sed in eo est relata* S.Buriena *ad hunc* XXIX *Maji. Si tamen Acta à Ferrario citata reperiantur & nobiscum communicentur, libenter ad dictum* XIX *Iunii iterum de hac Sancta agemus.*

*& 19 Iunii.*

# DE SS. SISINNIO, MARTYRIO, ET ALEXANDRO,

## *MARTYRIBVS IN AGRO TRIDENTINO.*

## COMMENTARIUS PRÆVIUS.

D. P.

## De Actis, à S. Vigilio Epiſcopo Tridentino ad Joannem CP. ſcriptis, loco ac tempore martyrii, & Reliquiis veterum teſtimonio celebratis.

ANNO CCCXLVII.

TRidentum, *urbs antiqua inter montes Alpinos, in jucunda planitie ad Atheſim fluvium ſita, à Germania in Italiam progreſſuris prima occurrit. Ejus templum Cathedrale dicatum eſt S. Vigilio Epiſcopo doctrina, martyrio ac miraculis claro: à quo dicti tres Martyres ſuſcepti, & ad fidem Chriſti promulgandam miſſi ſunt in ditionem* vallis Ananniæ, *aliis* Anagniæ, *vel* Agauniæ *dicta; Ferrario, in Nova Topographia ad Martyrologium Romanum*, intra Alpes Rheticas, *vulgo* Val d'Anagna, ubi Metho pagus, ab urbe Tridentina XXV M. P. in occaſum diſtans: *ubi* S. Siſinnius eccleſiam fabricaſſe *infra in Actis dicitur. Ianus Pyrrhus Pincius lib. 1 Hiſtoriæ Tridentinæ deſcribit horum Sanctorum Martyrium, aſſeritque* apud Thajum, in ulteriori, quæ è regione eſt, Nauni fluminis ripa, rem actam fuiſſe, ubi nunc ſunt, quæ vulgo Quatuor-villæ nominantur: quo in loco conſtans eſt omnium incolarum opinio, Martyres ultimo ſupplicio affectos. *Hæc ille.*

B *Locus martyrii.*

2 *Quid de Martyrio illo S. Vigilius mox ab obitu eorum ſcripſerit, ita explicat Gennadius Maſſilienſis de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap.* 37. Vigilius Epiſcopus ſcripſit ad quemdam Simplicianum in laudem Martyrum libellum & epiſtolam, continentem geſta ſui temporis apud barbaros Martyrum. *Eſt hic S. Simplicianus Epiſcopus Mediolanenſis, & S. Ambroſii Succeſſor,* XVI *Auguſti anno* CCCC *vita functus. Epiſtola autem de prædictis Martyribus illi inſcripta, eſt primo edita ab Aloyſio Lipomano tomo 2 Vitarum ſanctorum priſcorum Patrum, & à Laurentio Surio ad hunc* XXIX *Maji recuſa, atque à Cæſare Baronio Annalibus Eccleſiaſticis inſerta ad annum* CCCC. *Dolet tamen hic num.* 7 ejuſdem auctoris libellum, eo argumento fuſius ſcriptum, omnino periiſſe. *Hunc nos Romæ anno* MDCLXI *reperimus in codice Ms. bibliothecæ Vaticanæ num.* 5374, *ſub ſequenti titulo.* Incipit Epiſtola S. Vigilii, de laudibus beatiſſimorum Martyrum Siſinnii, Alexandri, & Martyrii, quorum Reliquiæ per Jacobum Virum illuſtrem, ad Joannem Epiſcopum urbis Conſtantinopolitanæ, pervenerunt: *& ubi* explicit, *eadem omnia verba iteramur: ſed nominatur* Joannes ſanctus Epiſcopus Conſtantinopolitanus: *quem fuiſſe* Chryſoſtomum, *probat ratio temporis. Ubique ſtylus inflatior & obſcurior eſt: quare, ut hiſtoriam melius Lector capiat, illis Vigilii ſcriptis, præmittimus, ab aliis diſtinctius concinnata, Acta duplicia. Priora & valde brevia habentur in Breviario ſub annum* 1490 *excuſo, quæ, & forte accuratiora, ſubmiſit nobis Ioannes Gamanſius noſter, ex codice Ms. Carthuſiæ Gamnicenſis deſumpta: quibus varia ſimilia leguntur apud memoratum Pyrrhum Pincium, Petrum de Natalibus, & alios Martyrologos. Alia Acta longiora, & forte ipſius S. Vigilii ætate ſcripta, ediderunt Boninus Mombritius, in ſuis voluminibus de Vitis Sanctorum ante ducentos circiter annos vulgatis, & Laurentius Surius ex aliis antiquis Mss. codicibus, præfatus* ea graviter, & erudite, & aliquanto expli-

*Geminum S. Vigilii de eo ſcriptum.*

C

*utrique Acta duplicia præponuntur.*

citius conſcripta. *Nos eadem habemus ex duplici pervetuſto codice Trevirenſi, altero Imperialis monaſterii S. Maximini, altero Eccleſiæ Collegiatæ S. Simeonis, præterea ex Ms. Ultrajectino Eccleſiæ S. Salvatoris: quæ diligenter inter ſe collata damus.*

3 *Inter alios qui horum Martyrum meminerunt, eſt S. Auguſtinus, qui epiſt.* 158, *ad Marcellinum, iſta interſerit.* Scio in cauſa Clericorum Ananenſium, qui occiſi à Gentilibus nunc Martyres honorantur, Imperatorem rogatum facile conceſſiſſe, ne illi, qui eos occiderant & capti jam tenebantur, pœna ſimili punirentur. *Hæc S. Auguſtinus: cui adjungatur S. Gaudentius, qui eodem tempore floruit Epiſcopus Brixienſis, & in tractatu excepto die Dedicationis baſilicæ Sanctorum* XL *Martyrum iſta ſcribit:* Recepimus etiam ſanctos cineres Siſinnii, Martyrii, & Alexandri, quos nuper in Ara-Agatini, uni venerandæ religionis cultui attentius inhærendo, gens interfecit ſacrilega, flammiſque adhibitis concremavit, ut holocauſtum Deo ipſi fierent; qui Chriſtianos ſuos victimas dæmoniis miniſtrare increpatione juſtiſſima vetuiſſent. *Tertius adjungatur Paulinus Presbyter in vita S. Ambroſii: cujus auctoritas in Martyrologiis Vſuardi, Adonis, Notkeri, & hodierno Romano allegatur; ſed an recte Sanctus aut Beatus habeatur, non conſtat. Is ſub finem dictæ Vitæ hæc refert:* Siſinnii etiam & Alexandri Martyrum, qui noſtris temporibus, hoc eſt poſt obitum S. Ambroſii, in Anauniæ partibus, perſequentibus Gentilibus, martyrii coronam adepti ſunt, cum Reliquias Mediolani ſumma cum devotione ſuſciperemus, adveniente quodam cæco & referente cognovimus, qui eodem die tacto loculo, in quo Sanctorum Reliquiæ portabantur, lumen recepit; quod per viſum noctis vidiſſet navem appropinquare littori, in qua erat multitudo albatorum virorum: quibus aſcendentibus ad terram, cum unum de turba precaretur, ut ſciret qui eſſent ii viri, audierit, Ambroſium ejuſque conſortes. Quo audito nomine, cum deprecaretur ut lumen reciperet, audierit ab eo: Perge Mediolanum & occurre fratribus meis, qui illo venturi ſunt, deſignans diem, & recipies lumen. Erat enim vir, ut ipſe aſſerebat, de littore Dalmateno; nec ſane ante veniſſe in civitatem aſſerebat, priuſquam recto itinere Reliquiis Sanctorum occurriſſet, nondum videns: ſed tacto loculo, videre cœpiſſe.

*Eorum meminerunt S. Auguſtinus*

E

*S. Gaudentius,*

*ac Paulinus in Vita S. Ambroſii,*

F

*referens eam cum illuminatum.*

4 *Hæc ibi Paulinus: in cujus relatione omiſſum eſt nomen* S. Martyrii: *cujus etiam Reliquias fuiſſe tunc Mediolanum deportatas, infra conſtabit. Secundo, iſta verba,* noſtris temporibus, id eſt poſt obitum S. Ambroſii, *non videntur* ad coronam martyrii; *ſed* ad ſuſceptionem Reliquiarum apud Mediolanenſes *referenda: uti infra fit in prioribus Actis: & ſic neceſſario intellexit Baronius, qui martyrium illorum retulit ad annum* CCCC, *quo* Conſul *erat* Stilico: *nam ſub eo paſſos eſſe legitur apud Mombritium in ſecundis Actis, uti etiam in Mss. Ultrajectino & Trevirenſi S. Maximini; atque ita olim legit Rabanus, & aſſervat in ſuo Martyrologio.*

*Paſſi ſunt, non anno* 400.

A *legio. Verum iſta verba deſunt apud Surium in eiſdem Actis, juxta antiqua monumenta vulgatis: quibus aſſentitur Ms. Trevirenſe S.Simeonis, tempore Caroli Magni collectum, uti ex hujus Præfatione de Vitis Sanctorum magna cum diligentia ſelectis ſcitur. Et videtur dictus character* Conſulis Stiliconis *perperam ex Actis S. Vigilii Epiſcopi, qui iſto Conſule interfectus eſt, ad hos Martyres tranſlatus. Alii autem characteres proferuntur in omnibus Actis, etiam utriſque ipſius S. Vigilii, dum dicitur* dies paſſionis Sanctorum IV Kalendas Junii, feria Sexta, luce naſcente. *Quibus verbis neceſſario indicatur annus Chriſti* CCCXCVII, *quo cyclo Solis* XIV *littera Dominicali* D, *dictus* IV Kalendas Junii *ſeu* XXIX Maji *convenit in* feriam Sextam, *& quidem infra Octavam Pentecoſtes, quod dicto anno cyclo Lunæ* XVIII, *Paſcha fuerit die* V *Aprilis celebratum.*

*ſed an.397 feria 6 die 29 Maji.*

5 *Tunc* S.Vigilius, *uti ejus Acta habent die* XXVI *Iunii danda,* intentus piis operibus, Deo invigilans, vidit in ſpiritu pretioſas animas eorum ab Angelis in cælum deferri. Quo ardore ſuccenſus cœpit ipſe in ardore martyrii efflagrare,& particeps fieri velle eorum ad coronam. Arreptoque itinere cum uno Diaconorum Anagnam petebat: quem ſui retinere volebant, dicentes: Quo Pater pergis, qui oves commiſſas necdum omnes Chriſto, pio tuo verbo,adunaſti? Qui fremens ſpiritu retineri non poterat: pervenienſque ad quemdam fluvium,ſuo Diacono dixit: Diſcalceati hinc tranſgrediamur, ut nudam gentem nude aggrediamur, quorum inceſſus necdum in viam pacis eſt directus. Cum autem perveniſſet ad locum, ubi incenſa fuerant pretioſa corpora ſanctorum Martyrum, collegit buſta eorum in ſindonibus mundis: redienſque Tridentinæ urbi honorifice condidit in eccleſia, ipſorum nomine ab ipſo Domino conſecrata. *Hæc ibi. Quæ fere eadem ſcripſit in ejus Vita Bartholomæus Tridentinus. Miſit dein S.Vigilius aliquas eorum Reliquias Mediolanum, cum Actis martyrii ad S.Simplicianum Epiſcopum: alias particulas Conſtantinopolim,ad S. Ioannem Chryſoſtomum cum majori libello: aliquos etiam ſanctos cineres ad S. Gaudentium Epiſcopum Brixienſem, ut ſupra vidimus. Præterea, quia horum Martyrum occiſores capti erant, actum eſt ne ſimili pœna punirentur.*

*S.Vigilius vidit eos ab Angelis in cælum ferri:*

B

*corpora defert Tridentum.*

6 *Mediolani prope portam Comenſem, quæ vulgo Comaſina appellatur, conſtruxiſſe fertur S. Ambroſius eccleſiam,Deiparæ Virgini Mariæ ſacram: in qua S.Simplicianus dictas* SS. Siſinnii, Martyrii, & Alexandri *Reliquias depoſuit, & ipſe etiam à morte ſua eſt ſepultus; unde poſtmodum hæc eccleſia S.Simpliciani cœpta eſt appellari. In hodierno autem Breviario Mediolanenſi, non de aliquibus Reliquiis, ſed quaſi de integris corporibus, ita agitur:* Eorum corpora Tridentum tranſlata, inde in diœceſim Mediolanenſem ad vicum Brivium, unde demum Mediolanum à S.Simpliciano delata, in baſilica ejus recondita ſunt,magna civitatis Mediolanenſis veneratione, quæ eorum Martyrum interceſſionibus à Deo beneficia ſingularia accepit. *Certe in recognitione eorumdem, à S. Carolo Borromæo facta, ante Tranſlationem de qua infra, ſic indicantur abeſſe Capita, Tridenti ſervata; ut licet reliqua oſſa non nominentur diſtincte, pleraque tamen & præcipua Mediolani adeſſe vix dubitari videatur. Cauſam eorum tam liberaliter iſti urbi donandorum Placidus Puccinellius in Vita S.Simpliciani hanc allegat, quod à S.Simpliciano, rogatu S. Vigilii & juſſu S. Ambroſii, inſtructi in fide ac baptizati ſint: ſed hoc facilius dici reor, quam prudentius credi,in tanto antiquitatis ſilentio. Multo autem creditur difficilius, quod additur, eorum cuique eccleſiaſticum ſuum Ordinem eſſe etiam à S. Ambroſio attributum; neque enim promptum erit exempla invenire eorum, qui ad eccleſiæ alicujus particularis miniſterium, ut illi ad Tridentinæ, ab alio quam Epiſcopo ſuo proprio fuerint ordinati: neque moris erat recens baptizatos, mox etiam conſecrari ad Officia divina.*

*quomodo ea nunc dicantur Mediolani aſſervari.*

C

AUCTORE D. P.

*& eorum auſpiciis victoria de Fred.Barbaroſſa impetrata.*

7 *Ioannes Petrus Puricellus, in Monumentis Mediolanenſibus Ambroſianæ baſilicæ num.*550, *deſcribit, quomodo* Mediolanenſes,auſpicibus SS. Siſinnio, Martyrio,& Alexandro Martyribus, commiſſo prælio, Fridericum Ænobarbum Imperatorem ejuſq; exercitum,ingenti edita ſtrage collectaque præda, fugarint; *quando, uti ex Sigonio tradit,* ante congreſſum exercituum tres columbæ ab ipſorum Martyrum altari avolavere, ac mirifico viſu in malo ipſius Caroccii conſedere. Quo augurio accepto,Mediolanenſes victoriam haud incertis animis ominati, majore ſtudio atque alacritate prælium inierunt, ... caſtris captis prædam ingentem repererunt, ac clariſſimo cum triumpho in Urbem ſe retulerunt; victoria omnibus rebus, quibus effuſa ſignificari lætitia ſolet, celebrata: & cum ſe præſenti trium Martyrum auxilio, ex propitio trium columbarum augurio,viciſſe opinarentur; is dies in perpetuum civitati feſtus decretus. Quod porro (*addit Puricellus*) de tribus illis columbis affirmavit Sigonius; id ipſum jam ante legimus affirmatum,tamquam è Chronico Leonis, à Gualvaneo Flamma in Chronico majori cap.295, & in Manipulo florum.cap. 207, ac ſimiliter ab auctore Chronici Flos-florum dicti. Sic etiam Donatus Boſſius in Chronico,& Georgius Merula lib. 3. Antiquitatis Vicecomitum,aſſeveranter hoc tradiderunt ... Die autem Maji vigeſima nona,Mediolanenſes hanc ipſam de Friderico victoriam reportarunt. Ceterum ejuſmodi trium Martyrum altare majus in hodiernum uſque diem perſeverat in San-Simpliciana hujus urbis baſilica: in qua Sanctus ipſe Simplicianus Archiepiſcopus ea olim collocavit, ad ſe Tridento allata. Eorumdem annua celebritas ab Eccleſia Mediolanenſi colitur ipſo die Maji vigeſimo nono. Verumtamen è publico politici Magiſtratus decreto, & in ejus itidem victoriæ memoriam, poſtrema ſemper ejuſdem menſis Dominica die colitur: ejuſdemque diei matutino tempore Decuriones urbis (ſubſequentibus, de more in ejuſmodi celebritatibus uſitato, Artificibus) ad eam baſilicam ſolenni pompa, longoque ordine procedunt, Miſſæque ſolenniis interſunt, quæ de Sanctis iiſdem Martyribus decantatur.

*cultus 29 Maji*

*& ultima Dominica ejuſdem.*

E

F

8 *Hæc Puricellus. Sunt in eadem Eccleſia univerſim novem corpora Sanctorum,quæ cum ſolenniſſima proceſſione fuerunt anno* MDLXXXII, *à S.Carolo Borromæo tranſlata,uti obiter quidem dictum eſt* V *Maji, ad Vitam S. Gerontii Archiepiſcopi Mediolanenſis: ſed hujus pompæ apparatum ordinemque reperiens poſt præcitatam Italicam Vitam S. Simpliciani, operæ pretium cenſui Latinitati eum donare,ſæpius alias allegandum, omiſſa dumtaxat operoſiori tranſcriptione Titulorum & Epigrapharum; quarum licet paucas ſelegerit Auctor ex infinita quodammodo multitudine, timui tamen faſtidium parere hujus cultioris ſeculi ingeniis,non æque ſingula probaturis. Præterea horum trium Martyrum aliquas Reliquias aſſervari Romæ, in eccleſiis S.Martini in Montibus & S.Catharinæ de Funariis, ſcribit Abbas Piaxxa in Sanctuario Romano. Ex quibus aliiſque relatis cum cultus antiquus horum Martyrum ſatis conſtet, ſuperſedemus verba Martyrologiorum referre. Eorum loco Acta plura damus; tantumque indicamus longo Encomio ad Kalendas Iunii celebrari in Viola Sanctorum, excuſa Hagenoæ anno* MDVIII.

*Tranſlatio an.1582.*

EX MSS.

# ACTA BREVIORA

## *Ex codice Ms. Carthusiæ Gamnicensis.*

IN nomine Sanctæ Trinitatis, tres boni viri, Sisinnius, Martyrius, & Alexander, Græci natione, cives Cappadoces, veniunt *a* Mediolanum, & ibi cum S. Ambrosio per aliquod tempus morati sunt. Et ab inde *b* Tridentum veniunt, & à S. Vigilio, Sisinnius Archidiaconus, Martyrius Lector, Alexander Ostiarius ordinantur. Eo tempore vallis Annonia, eo forte quod satis abundet annonâ, tota idolis dedita fuit, & regia dicebatur. Ad hanc S. Vigilius prædictos misit, ut fidem annuntiarent Sanctissimæ Trinitatis. In vico igitur, qui Medo dicitur, Ecclesiam construxerunt, populo prædicant, multos convertunt. Adest dies in qua diis suis, quasi pro frugibus habituris, Gentiles immolant, & jam conversos cogunt immolare.

*Missi, ad convertendos Gentiles,*

2 Tum Christi Athletæ pro domo Dei murum se opponunt. Unde comprehensi ad idolorum *d* culturam compelluntur; respuunt, durissime ceduntur, ut etiam vix vita supersit. Nam S. Sisinnius senior, strepitu tubæ, qua se ad ritus suos convocabant, furiose percussus, & securibus confossus, vix ad hospitium reversus, quasi exanimis lectulo decumbebat. Psallunt alii hymnum Deo, & jam exhalanti spiritum Sisinnio Martyrius calicem aquæ præbebat. Aurora rutilat, turbâ furens affuit, cuncta diripiunt, & in tantum sæviunt, ut & templum Dianæ Deæ suæ profanent, & stercora jaciant more saxorum.

*capiuntur: graviter percussi,*

*obeunt S. Sisinnius,*

3 Inter hæc Sisinnius ad Dominum migravit; ad cujus collum, sicut pecudibus fieri solet, tintinnabulum ligatur, & per pedes trahitur. Martyrius in horto proditus capitur, vulneratur, in capite cæditur, stipitibus transfoditur, & per scopulosa tractus, ad cælos transivit. Alexander, ad januas Ecclesiæ excubans, comprehenditur; & quia junior, reservatur, ut aliorum pœnis territus, impiis consentiat. Fit ergo hujus pœna gravior, mors exspectata, quam illata. Pedibus tandem vinctis Alexander, sociis jam in cælo regnantibus, per scopulos tractus, apponitur, & ad fanum Saturni pertrahitur.

*S. Martyrius,*

4 Rogus succenditur, duo priores immittuntur, Alexander iterum flagellatus ante rogum statuitur, & ei, si libare velit, vita promittitur, & munera multa. Quæ ille, fidei calore succensus, reprobat; & per ignem cum sociis ad cælestia transit. Sanctus autem Vigilius tunc ædificiis ecclesiæ Tridentinæ instabat, & vidit horum animas ab Angelis in cælum deferri.

C *& S. Alexander:*

*anima ab Angelis delata in cælum,*

5 Erat autem Dominicæ passionis sexta dies, & miracula Domini non defuerunt. Nam nigra nubes totam regionem contexit, proxima terræ discurrunt fulgura, rutilus ignis emicat; ita ut impii justè se pati hæc faterentur. Demum in loco ubi cremata fuerunt corpora, decens ecclesia construitur, & sanctorum Reliquiæ per S. Vigilium Tridentum deportantur.

*corpora Tridentum.*

6 Interim S. Ambrosius, qui eos donaverat S. Vigilio compatriotæ suo, à labore *e* quieverat, & sanctus senex Simplicianus illi successerat. Cui Vigilius plenâ devotione de Sanctis Epistolam scripsit, & quasdam eorum Reliquias ex caritate misit. In visione ergo cuidam cæco S. Ambrosius, in navi plena candidatis hominibus, in Dalmatia apparuit, jubens eum Mediolanum Sanctis Fratribus ire obviam: qui dum illic Reliquiis Martyrum occurrit, visum recepit. Multa & alia Deus per eos operatus est.

e *Cæcus illuminatur.*

D

### ANNOTATA.

a *In Actis S. Vigilii dicuntur*, religione Christianissimi, natione Cappadoces, & aliquantum temporis Mediolani commorati, *scilicet (uti addit Petrus de Natalibus)* à S. Ambrosio Episcopo honorifice suscepti.

b *Eadem Acta:* Ipse Vigilius, ex territoriis Veronensium vel Brixianorum regressus, ad interiora civitatis suæ territorii duxit secum quosdam, Sisinnium *&c.*

c *Ms. Carthus.* Avona.

d *Breviaria*, Sacrificia coguntur.

e *Mortuum esse S. Ambrosium anno* 398 *ostendimus Exercitatione singulari ante tomum* 1 *Aprilis. Occasione hujus mortis, in lectionibus Breviarii, intrusa erant ad hos Martyres non spectantia nonnulla, de* S. Augustini baptismo, habitu nigro, & zona pellicea. *Quæ in rubrica ante Officium S. Augustini* 28 *Augusti iterum inculcantur, quando hæc erunt exponenda. Post Vitam S. Guilielmi* 10 *Februarii, de habitu nigro Eremitis Augustinianis concesso seculo* 13, *nonnulla diximus.*

E

# ALIA ACTA

## *Ex variis Mss. Mombritio, & Surio.*

*A S. Vigilio Clerici ordinati, in Anauniam mittuntur:*

IN diebus illis, præsidente Cathedram Ecclesiæ urbis Tridentinæ sancto ac venerabili Vigilio Episcopo, qui postmodum ipsam Sedem gloriosa effusione sui sanguinis decoravit, dum quamdam regionem sibi vicinam, cui vocabulum Anaunia, quæ viginti quinque millibus à supradicta abest civitate, error Gentilis vetusta caligine obcæcatam detineret; tres viros in loco præfato Antistes direxit, à quibus Deus prædicaretur ignotus. Ex quibus unus, Sisinnius nomine, in quo erat & venerabilis senectus, civis Cappadociæ, Græcus genere; cui Diaconatus credidit officium, nec immerito, ut minister altaris ministerium verbi Evangelici consummaret. Qui etiam propriis sumptibus ecclesiam in supradicta regione, in vico cui nomen est *a* Metho, fabricavit: cui conjuncti sunt, Martyrius, & Alexander; & ipsi advenæ illis temporibus, nunc autem Domini civium & Patroni; è quibus unus Lectoris, alius Ostiarii sortiti sunt gradum: ut recipientes verbum Christi, ab uno vocarentur, & ab alio intra aulam regiam reciperentur. Igitur dum per temporis prolixa spatia facti fuissent cultores ecclesiæ, cujus structores *b*; ac paulatim semen verbi Dei spargerent; indigne ferre turma Gentilium ecclesiæ culmen erectum.

F

a

*multos convertunt:*

b

*patientes in adversis,*

2 Hæc causa odii prima fuit. Cumque sæpe tubarum clangoribus excitata fuisset truculenta Gentilitas, ut adversus Sanctos Dei pugnatura consurgeret; in hoc fuit Sanctis perfecta victoria, omnia patienter sustinere, & privata mansuetudine *c* plebejum furorem superare; dum quodam ritu Gentilitas phantasias suas protenderent, atque agrorum spatia circuirent, veluti prodesse sibi credentes diaboli ludum. Luctuosis igitur ornatibus & diversorum pecorum pompis erectis, nuper de sua gente conversum, victimas dare cogebant *d* operibus tenebrarum. Quod cum vidissent ministri Dei, in defensione ovium Ecclesiæ adstiterunt. Tunc

c

d

vero

vero & ipſi apprehenſi operibus confuſis communicare jubentur. Quibus reluctantibus, tam funeſta cæde fuerunt Sanctorum membra dilaniata,
A *apprehenduntur:*
e ut merito coronam martyrii conſummarent: una interim nocte dilata, mox pervenitur ad præmium.

*Laditur S. Siſinnius,*

3 Nam S. Siſinnius in capite tuba percuſſus, atque ſecuribus confoſſus, lectulo juxta ipſius eccleſiæ limina jam pene exanimis decumbebat: ceteris vero matutinis horis hymnum Deo canentibus, jam aurora rumpente, conſpirata ſubito Gentilium manus colligitur, armata ſecuribus atque
f præuſtis ſudibus *f*. Quibus ingredientibus fit ſæva direptio. Profanantur omnia divina & ſecreta myſteria: ſaxorum moles à ſenſibilibus hominibus
g diruuntur; Sanctus igitur Martyrius, qui nominis ſui natalem meritis conſummavit, circa curam S. Siſinnii deprehenditur: & dum pene exhalanti ſpiritum aquæ calicem propinaret, videns turbam,

*S. Martyrius illi exſpiranti aſſiſtit,*

in horti ſecreta, qui contiguus erat eccleſiæ, ſeceſſit; non fide infirmus, ſed meritis ſe judicans inferiorem. Tunc verò inter roſarum fruteta reſidens, à virgine cujus erat ipſe hortus proditur. Nam hæc virgo typum futuræ eccleſiæ præferebat: prodidit enim quem amittere nolebat, ut qui
B corpore jam & nomine Martyr extiterat, corona capitis non privaretur. Nam comprehenſus ſtetit intrepidus, agens gratias vulneratus cæſo capite, lotus iterum baptiſmate proprii cruoris. Nemo cum ſequi meruit de inſequentibus qui fugere putabantur: nam ideo Martyr ſeceſſit, ne ejus

*transfoſſus ſudibus obit:*

gloria perſecutor deperiret. Transfoſſus igitur ſtipitibus ad idolum ducebatur, in quo itinere pretioſam animam reddidit Chriſto: & ante victima eſſe promeruit, quam ad aram diaboli perveniret.

*S. Alexander comprehenſus*

4 Tunc igitur ſtudioſe à multitudine quæſitus Alexander, comprehenditur. Nam zelo ſcilicet fidei omnibus notus, ut in tribus viris Trinitatis perfecta gratia compleretur, familiarem invenit aditum confeſſionis. *b* Quia non prævenit ad gra-
h dum honoris; ſed magis ad januas eccleſiæ indeſinenter excubans, illuſis ſæpe Gentilibus, Chriſti diſcipulis [adjunctus eſt] vivaciori pœna (Nam gravior eſt mors exſpectata, quam illata) ut quem gradus quaſi inferiorem dictabat, confeſſio faceret coæqualem; dum furor Gentilium, qui in ceteris tormenta non diſtulit, hunc per lenta tormenta curſu velociore poſt comites ſuos, comitivam glo-
C riam ſuſcepturum, tranſmitteret. Tunc vero apprehenderunt corpora Sanctorum: atq; ad collum S. Si-

*trahitur per loca aſpera,*

ſinnii tintinabulum ſuſpendentes, velut animal traherent, inſultabunt ei, dicentes; Nunc te vindicet Chriſtus. Nam & in his non defuit myſterium, ut vox illa rauca Chriſti dictaret præconem. Rauca enim, non dubietate fidei, ſed ſurdis clamando; nec non etiam ut verbi Dei indicem approbaret, quia ipſe primus verbum religioſæ vocis in his locis increpuit. Inter quos etiam vivus Alexander, nec unquam moriturus, vinctis pedibus trahendus

*conſtans in fide occiditur.*

apponitur, ut per ſcopuloſum iter palpitantium membrorum partes dimitteret, donec ad vitæ terminum perveniret. At ubi ventum eſt ad templum illud profanum veteris Saturni, in quo, igne copioſo conſtructo, jacebant Sanctorum præmiſſa gemina corpora; flagellatus Alexander, iterum confeſſurus ſtatuitur, ut ſi vellet evadere flammam præſentem, ceremoniis obediret. Verum ille, impiorum munera reprobans, atque calore fidei contemnens flammam, glorioſæ paſſionis promeruit palmam; & in tribus his impletum eſt myſterium Trinitatis. Nam maxima fidelium turba non defuit ei ſpectaculo, pro quo & à Gentibus ſunt increpiti: qui etiam ſorte conſimili pati po- EX MSS.
tuiſſent, niſi cuncta Trino nomine cenſerentur.

*Secuta ultio divina:*

Taliter ergo, ut diximus, Sanctorum conſummata victoria eſt; atque iis in cæleſti ſede collocatis, non defuit terror in impiis. Nam cum hæc ſextâ feriâ completa fuiſſent myſteria, ut pridem in Salvatore actum eſt, umbra quædam nigræ nubis totam texit regionem; proxima terræ fulmina *l* I diſcurrunt, & coruſcationis rutilus ignis emicuit; ut jam ipſi impii juſtam pro Sanctorum nece ſe ſentirent ſuſcipere vindictam. Sed Apoſtolica in myſteriis vox in veritate completa eſt, ut ubi

*baſilica Sanctis erecta.*

abundabant tunc in hoc loco diverſorum ſimulacrorum portenta, ſuperabundent nunc Sanctorum Martyrum templa: & oves quæ in errore poſitæ paſtorem non cognoverunt, poſtmodum paſtoris ſanguine ditarentur. In eodem enim loco in Sanctorum memoriam Baſilica eſt conſtituta, ut fidelibus ad Sanctorum limina concurrentibus, quisquis capacitatem fidei detulerit, tantorum vulnerum lavacrum & medicinam conquireret. Acta ſunt hæc ſub die quarto Kalendas Junii, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

## ANNOTATA.

a *Mombritius*, Methol.

b *In Ms. Vltrajectino additur*, atque Rectores.

c *In Ms. S. Maximini*, publico cruore: *Mombrit.* publicum furorem, *ubi ſequentia ita explicantur.* Contigit autem ut ſecundum gentilem conſuetudinem, quam habebunt per quinquennium, culturam ruris ſui diabolica pompa & ſemina ſua circumirent, luctuoſis ornatibus coronati, quaſi per hunc ludum ſibi æſtimarent prodeſſe.

d *Mombr.* Saturno.

e *Idem*, ut vix extremo ſpiritu animarent.

f *Idem addit*, ex ara diaboli.

g *Ms. Vltraject.* diriguntur: *Surius* dicuntur.

h *Surius*, Non enim poſt venit.

i *Idem*, continua gloria ſuſcipiendum tranſmiſit.

k *Addebatur à Mombritio & in Mss. Vltrajectino & S. Maximini*, Stilicone Conſule. *Verba autem illa abſunt ab antiquiſſimo Ms. S. Simeonis & aliis apud Surium, & rectius, ut ſupra docuimus.* E

l *Mss.* Flumina: *ſed corrigendum eſſe* Fulmina, *tum ex S. Vigilii libello, tum ex ſequenti* coruſcatione *apparet.*

## EPISTOLA S. VIGILII EP. TRIDENT.

### *Ad S. Simplicianum Ep. Mediolanen.*

DOmino Sancto ac Venerabili Patri, bonis omnibus præferendo Simpliciano, Vigilius Epiſcopus Tridentinæ Eccleſiæ, ſalutem. Quamvis facta Martyrum mentione, non verbis merita, ſed verba meritis commendentur; potiuſque ſit conſtantiæ ſilentio præterire, quibus eſt probata virtus; tamen quia me ſuggerere cauſas, loca, pugnaſque martyrii pietas impulit, admonuit debitum, coëgit officium, trepidantem mœrore linguam paginæ non negavi: quia nec abſcondi poterat lucerna ſub modio, nec vox pii ſanguinis reticeri. Poſt multos namque patientiæ gradus, & ſedulas pugnas, recens perfidiæ acceſſit iniquitas; quia *a* miniſtri in eccleſiis, quæ nuper fundatæ

EX MSS.

fuerant, laceſſiti ſunt, ac martyrii titulos comparaverunt *b*; paratique ad omnia, libenter omnia ſuſtinentes, nulli dantes occaſionem, occaſione gloriæ gloriam meruerunt. Quorum vita, ut ſumma rerum faſtigia referam, propter ſcientiæ notitiam, fuit tam ſolicitudinis quam propoſiti ſingularis: nam omnes liberi nexu conjugii, Deo immaculatas animas, ut ſanctas hoſtias, præſtiterunt. Denique primus, vocabulo Siſinnius, novam Chriſtiani nominis pacem intulit barbaræ nationi: quam per annorum ſeriem, quod in ſe fuit, jugiter cuſtodivit, nullum conſortium pollutæ hoſpitalitatis agnoſcens, velut Loth Sodomis, ſtupendo timore religionem ſervavit: ſed ovis * tuta, quamvis in luporum medio conſtituta, ovile quæſivit, quod, impenſis puſillæ fidei votis munificus, primus in illa regione fundavit: cujus miniſter, ſi mecum recenſere dignaris, per hoc velut ex debito eſſe promeruit, ſenex ut ævo, ita merito præceſſerit.

b *Siſinnius Ethnicis Chriſtum prædicat,*

* Martyrius Lector, antea miles,

2 Lector quoque Martyrius, ejus adminiculo ſociatus, jam nominis pignore commendante eum, religioſæ profeſſionis exordia poſt militiam temporalem Catechumenus induit. Nam projecto à ſe cingulo, rejectoque parentum vel fratrum carnalium cœtu, intelligens ſeſe veræ lucis auctore Deo gratiam conſecutum, inter Lectores * officio ſociatus, divinæ laudis canticum auribus primus ſurdæ regionis intonuit, attentus operibus jugiter ſpiritalibus, laſſatus jejuniis continuis, lectionis ſuæ pædagogus, in lucrandis animabus anxius; quare *c* brevi temporis impendio tantum fœnus ante præmiſit, ut illi corona merito crederetur. Quid liberatas animas referam, in ſinum Abrahæ plena luce profectas, quas perfida * ſuperſtitioſorũ dierũ obſervantia, alienato jure naturæ, crudeli morte damnabat? Verum ille, ſubductus maternis uberibus lacte turgentibus, peregre *d* enutritus, condecentem ſemper matri quærebat affectum, reſurrectionem exemplis prædicatam videntibus oculis dicaturus. Hæc ſunt pauca de multis.

B * c * d

Alexander, frater Martyrii,

3 Alexander quoque, Martyrii conſanguinitate germanus, tertius Trinitatis hoſtiam complens, parem *e* confeſſionis januam reſeravit. Nam patriam, Dei cauſa *f* peregrinus, parenteſque deſeruit, comes in probationibus fidus, fide magnanimus, miſeratione propenſus. Et ſi teſtimonio meo utcumque creditur, non ſunt, niſi ipſi ſibi, altrinſecus præferendi: quos commendari non opus fuit, niſi forte quod decuit. At vero hactenus ſunt allevata faſtidia, ſi adhuc auribus libenter admittitis. Nam fumoſa gentilitas contra vaporem fidei, zelo diaboli flamma furoris incaluit, exinde jam *g* lento fomite ſerpens, quod opibus (ut dixi) fidei, paupertate devota, primus id loci Diaconus eccleſiæ tabernaculum poſuiſſet.

e f C g

4 Acceſſit quoque juſtæ ad titulos cauſæ, quod *h* condonari hoſtias diabolo de Chriſtiana domo, Diaconi fideli miniſterio prohiberet, & luſtri feralis vexillo præferri vexillum vetuit *i* paſſionis. Nam invitata ſub uno præmio manus, ad ſanguinem *k* convolavit; ac matutinis horis *l*, nimium antecedentis diei vulneribus fatigatum, nec aliter lectulo deprehenſum, emerita quiete ſepelivit. Lector quoque haud unquam impiger, & *m* ad miniſterium antelucanum ſerviebat, cui in ſacrificio Diaconus famulabatur; & medicinam vulneribus memoratus Martyrius exhibebat, quam opera qua deprehenſi ſunt, compleverunt. Siquidem ſecedens ad hortum Lector, qui eccleſiæ cohærebat, captus, vitæ ſuæ arborem à radice plantavit. Oſtiarius etiam paſſioni adjunctus eſt, in hoſpitio deprehenſus, animam ſuam ut non obtulit, [ita] non negavit. Verum omnes in unum collecti, per aliquot ſpatia tracti, Deo animas expirarunt. Et duorum quidem ductum eſt corpus exanime: tertio vero, quo tenacior vita, ita fuit pœna ſenſibilior. Nam vivus ſuas ſpectavit exequias *n*. Præparatus eſt de ſacris Eccleſiæ culminibus ſeu trabibus rogus: hæc flamma Martyres velavit. Reverenti * autem voto, cogitamus nobiſcum, ut id loci baſilica conſtruatur, ubi primum fidei glorioſæ teſtimonium meruerunt. Nunc me immeritum, in utroque conſortem, paterno amore conſolare; & cum eodem *o* Sanctos apud ipſos exorator accede, quatenus poſſim die illa fimbriam aut ſacerdotum aut Martyrum, jam omnibus ſepoſitis, peccator attingere. Salutamus ſpeciali ſervitio Sanctitatem tuam: quæſo, ut mœrorem meum Domino commendare digneris. *Item alia manu* Denegare non potui, quod tuum in nobis erat, glorioſius fieret ſuſcipientis merito, non gratia largientis. Dies autem paſſionis Sanctorum, quarto Kalendas Junias, ſexta feria, luce naſcente.

D n * o

h *Martyrio coronantur* i k l m

## ANNOTATA.

E

*Quamvis nulla ſuppeterent Mss. cum quibus collata impreſſa expurgarem nonnullis qua irrepſerunt ſphalmatis; correctionem tamen iis credidi adhibendam eſſe ex conjectura, potius quam in contextu obſcuritatem tantam relinquerem. In quo tamen ne nimium ipſe mihi videar tribuiſſe, accipe ſub conſequentibus Notis ipſa quæ corrigenda putavi. Sphalmata. Legebatur ergo apud Lipomanum & Surium hoc modo.*

a Quibus. b Parati. *Tota *Lectores officium.
c Quam. * Superſtitio perfida.
d Peregrinus nutritus.
e Confeſſioni. f Deinde peregrinus.
g Et inde jam lentum fomitem.
h Quondam i Meruit.
k Convaluit. l Horis ſe.
m Impigre Deo.
n Tertius vero quo tenaci vita, ita fuit pœna ſenſibili: nam unius ſuus expectavit exequias.
* Revertenti. o Iiſdem.

## ALIA EIUSDEM S. VIGILII

### *Ad Ioannem Vrbis Conſtantinopolitanæ Epiſcopum.*

F

AD ſanctas aures novus caritatis hoſpes non aliter applicaret, aut verecundiam primi motus non provocatus impelleret, vel imbueret ignotus alloquium, niſi provocaret & præmium. Ab homine itaque Apoſtolico, Frater cariſſime, præſentis tenor atque epiſtolæ incipiet plenitudo, ut facili confinio intelligas quod Martyrum præconia ſubſequantur. Jacobus etenim, deſideriorum cæleſtium vir fidelis, Comitivam *a* reclinaturus in Chriſti comitibus dignitatem, Sanctorum recentium & vapore fumantum Reliquias poſtulavit. Reclinaturus dixi, quia deponi non poteſt, quæ apud Dominum dignitas cumulatur. Cui ego ſatis timidus, ne parum prudens, cauſę mecum diſpenſatione luctatus, quo minus diſtributor idoneus; pene, dum vereor, denegavi; quod ſemper debere, ut quis fœneretur, expendi feceram. Confiteor *b* multorum privato timore jacturam, niſi ad Jacobum reſpexiſſem, ſancto Joanni per quædam alimenta reverentiæ tradituro, ut delegato amore per religioſa *c* vocabula Martyrum, deferretur, & iterum ſanguine jungeretur, non peregrina germanitas.

*Per Iacobum Comitem*

a

*mittens Reliquias Martyrum S Ioann. Chryſoſtomo,*

b c

A nitas. Hanc quoque inter cetera opinionem fidei libenter accipiens, quæ bene in meo mœrore ridebat, tantum diſtuli, non negavi. Diſtuli, ut iterum
d *d* lentitudo mea aperte proderetur, qui ſequi meos comites minime meruiſſem. Confiteor, optavi: ſed non eſt in ſolo deſiderio corona juſtitiæ. Nunc autem ſi decens ordo [gravis] non erit auribus ſitientibus, à regionis ſitu vel itineris inchoabo; ſumma rerum veſtigia ſine faſtidio ſecuturus, ut proclivius confluat inundatio meritorum, ſi ad originem fontis capaci amore pervenias.

*deſcribit locum Anagniæ,*

2 Poſitus namque (cui inquilinum eſt Anagnia vocabulum) locus viginti quinque ſtadiis à civitate diviſus, tam perfidia quam natura anguſtis faucibus intercluſus, uno pene aditu relaxatus (iter trium Martyrum dicas) qui reſupinus molli dorſo, vallo ex omni latere deſidente, caſtellis undique poſitis in coronam, vicinis ſibi perfidia conſpirantibus, ſpectaculi genus exhibet ſcenâ naturę. Cauſa loco deerat, ſed fuit cauſa Chriſtus idonea, ut daret diaboli ludus pompam martyrio. Non ſit auribus audientis odioſa locorum relatio: fuit enim ſibi ſemper male ſocius, concavus in montibus conſonus locus: ad
B quem cum Chriſti primum militia conſcendiſſet, tubis ſæpe excita truculenta Gentilitas, æmulo furore bellique clangoribus inflammatur. Verum unum genus pugnæ Sanctorum fuit perfectum, omnia ſuſtinere, laceſſitos cedere, patienter ferre, paſſuros privatâ manſuetudine furorem publicum refrænare, vincere detrectando: ſed prædeſtinata gloria maturi exitus titulis perurgebat, quos debitus ordo pepererat. Nam prætermiſſis ambagibus & longis anfractibus amputatis, [ſolum non reticebo] quibus eſt virtus nutrita Martyrum, damnum laudis ablaturo compendio.

*in quo prædicantes Sancti,*

3 Cum adhuc eſſet in ſupradicta regione nomen Domini peregrinum, neque ullum ſignum eſſet, quod [fidei] ſignaculum demonſtraret; fuerunt hi, tunc numero, nunc merito ſingulares advenæ, tam religione quam gente, à quibus non immerito Deus prædicaretur ignotus, longi temporis quieta converſatione compoſiti, dum nulla fidei utilitas titillaret. Verum nunc, ſi cauſa in Dominum ſurgentis odii requiratur, [violatę] pacis titulus fuit; quia unus ex his nomine Siſinnius, utroque grandævior, in quo eſſet [vel] ſola venerabilis ſenectus, eccleſiam propriis ſumptibus elevavit.
C Fide ditior quam facultate, locuples ſpiritu, pauper cenſu, tradidit ovile Paſtori. Factus eſt cujus erat conditor, excubator: ſed fuit lupis ovile contrarium. Invidit ruina diaboli culmen erectum;

*dum ad luſtrica ſacra cogi fideles prohibent,*

hæc fuit ſors prima martyrii, ut oves, dum agnum perſequuntur, occiderent. Addita eſt, velut hoſtia, illa Deo juſtior cauſa, quod cum luſtrale malum circa fines agrorum cuperent ducere ſcena ferali, ac ſata naſcentia tam protererent quam fœdarent; Chriſti quoque germina calcaturi, luctuoſis ornatibus coronati, ululato carmine diaboli, diverſarum pecorum pompis, erectis in Domini ædem vexillis, nuper de ſua gente converſum, victimas dare cogebant operibus tenebrarum. Quod cum Domini miniſtri ſine ſuo reatu fieri vix viderent, [quia] adſiſtentes ipſi quoque operibus videbantur communicare confuſis; oppignerata ſunt illa die Sanctorum corpora cædi funeſtæ, dilata tamen palma victoriæ.

*Martyres ſunt effecti,*

4 Hic conferre, Frater, paululum volo tecum titulos rerum, ne cui pedeſtre videatur martyrium eſſe humilitate ſuſceptum: quia vile putatur bonum omne quod præſens eſt; cum novum ſit atque mi-
e randum, ſine invidia *e* temporis ſuſcitatum, & ita completum, ut nec ante quid præceſſerit nec ſequatur, ſed ſit ſingulare quod ſolum data conſummatione concluſum. Ovem qui à prædone cuſtodit, A.S.VIGI-
puto, non mercenarius, ſed Chriſti oſtenditur eſſe LIO TRID.
diſcipulus; & [qui] fugit, conductitius; qui non EX MS.
deſerit, paſtor. Qui ponit animam, vivit; qui ſervat, amittit. Nam quid aliud egit Magiſter & Dominus, niſi ut non derelinqueret deſertores, aut Agnus niſi ut agnam defenderet, ut pro ovibus pia victima conſummaretur? Sed ingreſſurus paſſionum portam, poſt editam multiplicem cauſam, peregrinam laudem non contraham, neque furabor: quia nec aliena velle, Martyrum eſt; nec fallere, Sacerdotum; niſi quia *f* impoſſibilem me, ut inſequendo iſta, confiteor referendo; & in hoc minime, quia minora dicturus. f

*ab armata gentilium plebe:*

5 Poſt vexillum namque diabolicorum luſtrorum, quod (ut retulimus) erat indicium gloriæ mox futuræ, una nocte dilatam aſcenditur ad coronam. Nam matutinis horis, auroræ repente cæli umbra cedente, manus inopinata ſed conſpirata colligitur, præuſtis armata ſudibus atque ſecuribus, & quod rimantibus diaboli ira telum feciſſet; ibique Levitis aliquantis in eccleſia deprehenſis, hymnum cantantibus matutinum, fit vaſta depopulatio, ſæva direptio; profanantur omnia tam ſecreta quam divina B
myſteria; fit poſtremo præda religio. Ne quis hoc vulgare putet fuiſſe certamen, cum aut inſenſibilia idola à ſenſibilibus diruuntur, aut ſaxorum moles cum ſuis molitoribus commoventur, ut de cultore & de colendo incertum habeas, quem judices duriorem. Petra Chriſtus in omnibus vexabatur, angula-

*quæ ex vulneribus pridie acceptis decumbentem Siſinnium rapiebat,*

ris lapis reprobabatur à Gentibus, probandus iterũ; mundo ſanguine ædificaturus ruinam ſurgentem. Habebat inter iſta fides ſpectaculum ſuum. Siſinnii tunc Diaconi corpus lectulo tenebatur, confoſſum ac ſaucium priſtinis quoque vulneribus, cum aut ovem ad hoſtiam revocare, aut hoſtia fieri juberetur niſi feralibus hoſtiis conſenſiſſet; tuba percuſſus, qua canticum diaboli perſonabant, non immerito, qui ſonum fidei primus intulerat; ſecuribus cæſus, qui ſecurem ab infœcunda gentilitatis arbore defendebat. Ac ne longius protraham confirmata; emeritâ, ut diximus, lectuli deprehenditur quiete; confoſſus credo, ut privato myſterio ad crucem citius perveniret, paralyticum populum ſoluturus.

*ſimul cum aſſiſtente ei Martyrio,*

6 Per lignum funibus alligatur Lector quoque Martyrius, Confeſſor conſimiliter & aſſertor nomi-
F nis ſui; qui canticum novum, tunc primus, & nunc ſolus in terra aliena cecinerat; inter ſtrepentes & horridos jubilos paſtorales, jam tunc dulcis eloquii redditis Deo laudibus, ut ſuperius memoravi; ac Diacono Siſinnio medicinam vel fomenta contulerat ſanaturus dolores, quamvis vulnera ſuſcepturus; revocans eximiis hauſtibus animam fugientem, non corpori, ſed paſſioni. Verum Sanctus, jam martyrii ad Chriſtum itinere deſtinato, aquæ potum, quia vinum paſſionis venerat, refutabat, quod vitæ verioris fluentis miſcuerat calice propinato. In hac itaque cura deprehenſus, qui ſemper de animarum ſanctitate ſolicitus, non ſibi ſoli natus, aut ſibi ſoli certe victurus, in horti qui contiguus jungebatur ſecreta receſſit, hoc eſt ab eccleſia non receſſit. Eſt enim, ſicut melius noſti, hortus eccleſia, ſepibus

*fruſtra ad hortum vicinum fugiens:*

mandatorum plantata viventium. Non ingeſſit corpus, quod negare nolebat: nec temeritatis ſumpſit audaciam confidentia pietatis. Sicut in Africanis regionibus dicitur, qui in ultroneum funus armantur, quod ſine timore faciunt ambiunt præ tumore. Stetit autem Martyr futurus, captus, liber; intrepidus, confeſſus; agens gratias, vulneratus; ſaucius corpore, mente ſecurus; cæſo capite, privato baptiſmate, lotus cruore. Nemo illum ſequi meruit, qui

A.S.VIGILIOTRID. EX MS.

fugere putabatur, unde vana ſimiliſque timori eſt ſeceſſiſſe religio: ſed comprehenſi juſta confeſſio [demonſtravit], quod ille *g* ſtetit tantum, ut vinceret; ille ſeceſſit, ut & perſecutor in ejus gloria deperiret. De horto, quo *h* fugerat, Martyrius adducitur. Genus eſt hoc ſeceſſiſſe myſterii; ut purpureus flos, locis vernantibus inquilinus, non immeritâ tingeretur rosâ novum præcedens Martyrem; aut inter albentes liliorum per baptiſmum comas, rigatis omnibus recidiva morte plantatis, voluntas vitæ tacita dictaretur. Transfixus etiam ſtipitibus ducebatur ad idolum: ſed antè victima eſſe promeruit, quam ad aram diaboli perveniret.

g h *quibus inter raptandum extinctis*

*junctus Alexander,*

7 Tertia quoque, Alexandrum honoratura, Domini corona completur. Familiariter invenit aditum, qui ad Chriſti januas excubabat; quo cuſtode velum templi tecta Gentilium corda diruperant. A multitudine ſtudioſe quæſitus, quia zelo fidei ſatis omnibus notus, captus, non tamen captivatur; timor, non timuit. Illuſus ſæpe eſt Chriſti diſcipulus, in hocque vivaciorem pœnam [fecit] major in tormentis martyrialibus labor: ac ſic compenſaturus dignitatem *i* exceſſu paſſionis, ſorte promeruit, ut nihil in tribus eſſet inferius. Nam in ceteris furor tormenta non diſtulit, hunc lenta in Dominum pœna ſervavit; ſenſit ſe ſcire quod ſuſtinebat, ſpectator corporis ſui: & quamvis ſupradictum ex Diacono Martyrem illata vulnera diſtuliſſent, hunc ſibi exhibuerunt tormenta cuſtodem. Junctis namque ac nexis corporibus, ac per publicum tractis more canum, ſed non ad vomitum reverſuris; vivus inter illos Alexander, innexis pedibus ducebatur, per ſcopulos partem membrorum palpitantium dimiſſurus, donec ad loci, vitæ inquam, terminum duceretur. Itum eſt poſt hæc in religioſa faſtigia, hoc eſt alta Dei templa: poſt corpora, ſtrata ſolo culmina: ſacratis facta pyra trabibus, in conſpectu Saturni, idoli veteris tempeſtate longæva. Præmiſſis in ignem geminis atque germanis ante corporibus, ſtetit ſaucius Alexander, iterum confeſſurus; cui præmium vitæ propoſitum eſt, ut vita careret; flammam præſentem ſi velit evadere, [dicat] ſe eorum tenebris conſenſiſſe. Verum illi, tranſverſa tuenti & impiorum munera reprobanti, contra lucem lux ante oculos fuit; pœnam, timor pœnæ prohibuit: calor fidei, repulit flammam: gradûs reverentiam ordo quoque tenuit paſſionis. Ultimus ſuſcipitur: ſed non inter fratres infimus coronatur. Impletum eſt, Fratres, in tribus miniſtris, nunc vero in cæleſtis lætitiæ convivio, myſterium Trinitatis; cum & alii potuiſſent hoſtia viva pati; ſorte conſimili, niſi cuncta trino perfecta numero cenſerentur. Fuimus enim inter hæc portio forte non minima: & horum cauſa ſumus à Gentibus increpati; nec dereliquimus ſocios: ſed electionem habet gradus.

i

B

*conſtat in fide ante rogum ex trabibus eccleſiæ ſtructum,*

*& in eum cum ſociorum corporibus jactatur.*

C

8 Multa præterea diebus propinquantibus paſſionis, non tam demonſtrata ſunt, quam veritate depicta, quæ in compendium dimittimus, ut per hæc pauca quæ geſta ſunt plenius myſteria doceamus. Si tamen mecum patienter relegere relata dignaberis, ab ipſis cunabulis regionis quidem, Siſinnius fuit Cappadox gente vel Græcus, apud vos olim ſanguinis primi; fide velox, ſpiritu magnanimus, laboris prodigus, ad omnia perſeverans, metam ſuam palma concludens non ſera, ſeptima *k* repromiſſionis ſorte venturus, junctus ſemper copula caritatis, pace concordans, divinæ fræna retinens diſciplinæ, jugalis tanti populi domitor, Chriſti index; poſtremo futuri gregis aut ſanguinis germani (ſicut uſus magiſter rerum loquitur) ducatum viæ tenens, periculi proculcator audax & auctor agnoſcitur, ut

*virtutes Siſinnii, cui ut aliorum duci,*

k

ſecure pone tenus agmina ſubſequantur. Ita in noſtro fidei indice matutino primatus fuit ſanguinis & ducatus; qui poſt demonſtratam viam duxit ad vitam, aut induxit ad gloriam, ſeductor ſalutis, cognitor veritatis, Propheta teſtante, Et index *l* meus in matutino. Atque ut plus facta myſteria cumularent, & Indici ſuo non deeſſet indicium; cum velut animal traherent S. Siſinnii corpus exanime, collo aërei teſtis tinnitum concavum ligaverunt, quod vulgus tintinnabulum vocant; inſultantes corpori, increpantes morti, exprobrantes non vindicem Chriſtum; [&] irridentes Domini diſcipulum, impleverunt ſalutare myſterium. Quid enim voluit ſibi ille tinnitus, aut ſequacibus animalibus utilis ſonus, decori quoque congruus, collo ſuſpenſus? niſi [quod] vox ructaret [nomen] Chriſti, rauca clamando ſurdis; & principem, ut gregis, ita gentis, in omnibus approbaret. Primus enim verbum religioſæ vocis increpuit, primus concavis vallibus perſonavit: adhuc prope brutis animalibus aut certe pecoribus dux paſtus intacti, novi tinnitor auditus, florulentę legis ruminator in Gentibus.

D

*tintinnabulum fuit: alligatum collo.*

9 Ordine propoſito, Martyrii ſibi quoque conſequens nomen, prophetiam quam tenebat implevit: expoſuit vocabuli parabolam verus in omnibus revelator: adriſit quod vocabatur nomen, [&] meritis cumulavit: ſtatuit natale vocabulum, ut origine, ſic paſſione venturum. Quid pœnæ conſcia horti ſecreta diſſolvam? quod illo ſe primum contulit, ad quod iterum Martyr intravit, januam paradiſi, mundam voluptatem, ac venerandas ſui veris delicias meditatus; animatum florem, male hærentem adhuc ſpinæ ſeculi, locis virentibus plantaturus; à virgine demonſtratus, cujus erat hortus. Quid me iterum ad myſteria facta revolvitis? Illa virgo prodidit, quæ ſuos tenere ſemper optavit: noluit dimittere, quem recepit: cultorem, quem probavit, elegit. Jam noti amoris affectu Deum quoque tenuit invitatum, dicente in Canticis Salomone, Deſcendat frater meus in hortum ſuum. Deſcendit, & certe deſcendit: nam exire noluit, quem dives voluntas adamavit quoque tempore paſſionis, ut rem notam noſtris temporibus exprimamus. In horto cum Judæis comprehendit Dominum Scariotes. Nemo de diſcipuli tali ſeceſſione cauſetur: ita Magiſter & Dominus invenitur. Putatus eſt hortolanus rigator viventium, plantator animarum. Hortus eſt ergo non fugientis, ſed confugientis *m* azylum, intelligentibus horti faciem meruiſſe paradiſum.

*Laus Martyrii,*

E

*exemplo Domini in hortum ſecedentis:*

m

F

10 Alexandro vero quod conferre myſterium mortis potuit, qui totum vivus implevit, niſi quod ad gentis *n* vitium nomen adriſit; ut Alexandria putaretur Anagnia, privatis religioſa portentis, numeroſa dæmonibus, biformis Anubibus, idolis multiformis ſemihominibus, quod eſt legis irriſoribus; plena Iſidis amentiâ, Serapis fuga; blanda poſtremo inquilinorum mater criminum, quin potius noverca; viperarum alumna progenie, per ſobolem venenatæ gentis, quæ neſcit concipi, niſi patris orbitate lætetur; neſcit creſcere, niſi morte naſcatur; neſcit vivere, niſi neſciverit matrem; ut in fidei converſione malæ ſobolis proles, concepta jacturâ Dei Patris, capite denegato nata, perfoſſâ alvo Matris Eccleſiæ parta, per Sanctorum mortem [vitæ ſumat] originẽ; ſed jam [creſcit] damno fœcundior, leto vivacior, lætior poſt mœrorem. Nam planum eſt & plene perſpectum, quod eſt Scripturis dictantibus reſeratum, cuncta uno peccato concuſſa, ut omnes miſericordiam mererentur. Hi ſunt centuplicati reditus paſſionis, [quibus] ſuos jam gens [illa] reatus abſolvit: captivitas liberos fecit, laxavit indulgentia

n

*& Alexandri Anagniæ Alexandriam inveniunt.*

vin-

A vinculatos. Cælum tunc conſenſit in tenebras, lux inhorruit paſſione, mentis (credo) perfidię cæcitate confuſa.

*Cædes immiſsâ tempeſtate punita:*

11 Crede, Frater; oculis fratris. Umbra quædam nigræ nubis totam texit ſive contexuit regionem, proxima terræ fulmina crepuerunt, dirus ſæpe fragor intonuit, coruſcans rutilus plus ignis emicuit: conſcium ſanguinis diceres cælum. Non eſt ultra poſt umbram peregrinæ, ut ita dixerim, noctis, manifeſtam celare ſub nebula veritatem. Dies quoque horrorem prodidit paſſionis, non tantum refugus, ſed privatus. Nam ſextæ feriæ lux alma proceſſerat, ſemper poſt Deum amica Martyribus: tenens reverenter partem adhuc Dominici corporis, per ſanctos alumnos famulis [Dei] præſtitit famulatum, æmulante tamen invidia religionis ſorte ventura. Sic ſe aſſerit Dominus operibus ſuis, ſic ſe ſocium præſtat in omnibus, ut æqualitate jungatur & tempore. Spectator, confiteor, fui inter iſta myſteria, & ad Sanctorum cineres excubator: qui particeps eſſe non merui, ſenſi ad quod pervenire non potui. Vidi, vix hodieque credulus mihi: excedunt facta reverentiam relata dictorum; unde Dei erit, Frater, aſſerere quod elegit, & teſtanti teſtimonium perhibere. Suſcipe nunc, Frater, trium

B *cadavera à S. Vigilio ſepulta.*

munera puerorum, aut tres pueros de camino, anheli ignis adhuc propemodum ambulantes incendia; & niſi invidus flammæ furor ſemineces ſuſcepiſſet, hiſtoriæ revixiſſet exemplum; ita omnia ſe pene ſimili honore pinxerunt: Vox, Ros, Numerus, Caminus. Vox, fidem conſonam; Ros, pluviam; Caminus, pyram; Numerus, trinitatem.

## ANNOTATA.

a Comes *videtur hic* Jacobus *fuiſſe.*

b *Quid ſi legatur?* Confiteor, multum privatam timui jacturam.

c *Reſpicit ad Apoſtolos* Jacobum & Joannem, *Germanos fratres, quibus Synonymi ii de quibus hic ſermo.*

d *Ecgraphum noſtrum*, lentitudo unica parte perderet; *quod correxi per conjecturam: poſſet etiam legi fortaſis*, in hac parte.

e *Quia ſcilicet in tempus publice graſſantis perſecutionis non potuit cædes referri, quam alia nulla præceſſit aut*

C *ſecuta eſt: niſi cum ipſe S. Vigilius ſimili modo Martyr effectus eſt.*

f Impoſſibilem, *id eſt* impotentem.

g *Videtur indicari* Siſinnius, *qui irruentibus Gentilibus loco ſe non movit.*

h *Ecgraphum noſtrum*, quo futurus Martyr.

i *Ms.* Acceſſum.

k *Fortaſis*, Optima repromiſſionis ſorte victurus.

l *Vetuſtam Latinam verſionem Scripturæ conſulas oportet, ut hunc locum invenias.*

m *Ms.* Auxilium.

n *Id eſt*, Ex more Gentilitatis, *vel*, more Gentilium.

D

## HISTORIA TRANSLATIONIS

## Anno MDXCVI à S. Carolo Borromæo celebratæ.

### *Ex Italica relatione, poſt Vitam S. Simpliciani, à D. Placido Puccinelli Caſſinenſi Decano editâ.*

*Inducti in locum ferè deſolatum Caſinenſes.*

CAſſinenſes Monachi, in poſſeſſionem Abbatiæ S. Simpliciani venerant, menſe Junio, anni MDXVII; annis LXVII, poſtquam eadem, per mortem Timothei ultimi Abbatis Regularis, deciderat in Commendam Joannis Alimenti Nigri, ſubnixi cognatione Mariæ-Blancæ Duciſſæ Mediolanenſis. Eadem fortuna, quæ ſolet ejuſmodi commendationes ſequi, priſtinum ei omnem ſplendorem abſtulerat, quo fuerat integris quinque ſeculis poſita ſub regimine Monachali, & Regula S. Benedicti; ut alia quinque ſecula taceantur, quibus eodem in loco, jam inde à tempore S. Ambroſii,

E *inventas ſub altari an. 1517 ſacras Reliquias.*

religioſum ibidem creditur viguiſſe inſtitutum, auctore, ut fama eſt, ipſomet S. Simpliciano, (à quo ibidem una cum Sanctis Martyribus ſepulto) appellata etiâ fuit eccleſia, quæ fuerat Deiparæ Virgini antiquitus conſecrata. Novis hic incolis prima cura fuit, divinis laudibus noctu diuque decantandis aptare Chorum; qui cum plus æquo anguſtus videretur, laxare ſpatium placuit, remoto, quod parieti abſidis adhærebat, altari majori; & ſubſtitutis in ejus locum ſedilibus Patrum Superiorum, illud ſub media tribuna ex adverſo ſedilium collocare, iſtic ubi nunc Lectoralis pluteus minor conſiſtit. Hoc dum agitur, reperta ſunt intra idem altare ſacra pignora SS. Simpliciani, Benigni, Geruntii, Antonini, & Ampelii, Antiſtitum hujus civitatis; nec non Sanctorum Martyrum, Siſinnii, Martyrii, & Alexandri, Sanctique Vigilii Epiſcopi Tridentini.

2 Non erat eo tunc ſtatu Monachorum conditio, ut Tranſlationem poſſent debita cum ſolennitate curare. Quapropter, præſcriptis Eccle-

F *cum ipſo privatim tranſferunt 30 Aug.*

ſiaſtico uſu Ceremoniis contenti, privatim omnia tranſtulerunt, ſub ipſum jam alibi locatum altare, hunc in modum. In fundo altaris poſita fuit arca plumbea, cum tabella cupreſſina, talibus litteris exarata: CORPVS S. SIMPLICIANI ARCHIEPISCOPI, MDXVII, XXI AVGVSTI. Juxta eſt poſita capſa alia, æque plumbea, trium ſcilicet Martyrum uniuſque Confeſſoris, his notis inſignita: CORPORA SS. SISINNI, MARTIRII, ALEXANDRI, ET BENIGNI ARCHIEPISCOPI MEDIOLANI, MDXVII, XX AVGVSTI. In medio denique iſtarum duarum tertia lignea eſt conſtituta, cum hiſce characteribus: CORPORA SS. GERVNTII ET AMPELII, ARCHIEPISCOPORVM MEDIOLANI, MDXVII, XX AVGVSTI. Supra haſce capſas compoſita fuit petra, altare medium dividens; & ſupra ipſam, ſpatioſæ duæ tegulæ: quarum una excepit oſſa S. Vigilii Epiſcopi Tridentini, abſque capite; quod Tridenti manſit, una cum capitibus trium Martyrum ab ipſo reſervatis, cum reliqua corpora Mediolanum mitteret, ubi etiam nunc venerabiliter habentur in Cathedrali eccleſia: in cujus rei teſtimonium ſolebat Madrutius, Epiſcopus Tridentinus, quando Mediolanenſi Statui Gubernator præerat, quotannis ad eccleſiam S. Simpliciani acce-

*in iis trium Martyrum & S. Vigilii corpora ſine capitibus.*

EX ITAL. PL. PVCCINELLII

dere in festo ipsius S. Vigilii XXVI Junii, & in festo Martyrum prædictorum, & ibidem Missam Pontificaliter decantare. Tegula sinistra suscepit ossa & caput S. Antonini, intra quæ compositum quoque est vas ligneum, cum nonnullis Reliquiis S. Dionysii Areopagitæ, S. Mauritii, S. Eustorgii, S. Gervasii, S. Antonini, atque sepulcri Dominici. Simul autem omnia cooperiebat atque claudebat mensa ipsius sacri altaris.

*Restaurato deinde splendidius choro & altari,*

3 Ita collocatis corporibus atque Reliquiis sacris, monasterii hujus regimen suscepit D. Seraphinus Fontana Mediolanensis, ejusdemque Abbatiæ professus; & applicuit mox animum instaurandæ fabricæ, præsertim sacræ: cujus pavimentum ad quinque cubitos attolli jussit, & vivis lapidibus insterni, ea cum elegantia quæ etiamnum patet: novum autem Chorum constituens, elegit altare marmoreum condere, eo quo nunc est loco. Opus hoc anno MDLXXXI absolutum, monebat adesse tempus dissolvendi altaris antiqui: itaque communicatum negotium fuit S. Carolo, Apostolico per Lombardiam Legato, ut recognitis quæ sub eo altari condebantur Reliquiis earum solennis Translatio celebraretur. Ille vero, privatim ipsas recogniturus, interim dum de die ac modo agendæ solennitatis deliberatur, VII Maji sub XXII horam, accessit ad S. Simpliciani; ubi advenientem excepere prædictus Fontana Abbas, & Joannes Baptista Bononiensis, Professus ad S. Proculi, & Abbas monasterii SS. Petri & Pauli in Glaxiato Mediolani. Tum clausis ecclesiæ valvis, diffractum altare præfatum est, inventæque Reliquiariæ capsæ, eo quo supra diximus situ: ac præmissa oratione, cum cereis & hymnis, delatæ sunt ad capellam Annuntiatæ prope portam, supra altare ejus loci, ubi præparata stabat ingens ex nuce arca, intus obducta serico, & aforis munita ferro, atque intra eam clausæ sub pluribus clavibus & sigillis.

B *an. 1581 recognoscuntur Reliquiæ à S. Carolo.*

*Translationi in annum seq. dilatæ,*

4 Cœptum deinde agi de die faciendæ translationis; neque conveniebant in ejus delectu Abbas & Archiepiscopus: siquidem hic intendebat prius celebrare translationem S. Eusebii Vercellensis, ac deinde post Pentecosten nostrorum Sanctorum Martyrum; iste vero maluisset hos transferri XV Aprilis anni MDLXXXII; quando, assistentibus omnibus totius diœceseos Sacerdotibus, celebranda erat Synodus, & ipse Abbas completurus quintum sui regiminis annum. Movebatur his rationibus pius Cardinalis, & desiderio Abbatis haud ægre annuit: sed rursus intervenerunt impedimenta alia, ob quæ usque in Septembrem differendam solennitatem ille censebat; aliis tamen rationibus iterum prævalentibus conclusum fuit, ut ea fieret post finitam Synodum ultima Dominica Maji. Sed neque ea res carebat difficultate sua; contigerat enim in idem tempus convocari sextam illam Provincialem Synodum, Mediolani habendam, quo Capitulum Generale totius Ordinis Cassinensis Mantuæ cogendum erat. Itaque sanctus Præsul, tum Pontifici Gregorio XIII, tum Præsidenti nostro D. Celso Guilielmi Abbati Patavino scripsit, suggerens ac petens, ut Capitulum differretur ad dies octo. Præsidens vero imperavit Joanni Baptistæ Stellæ, Abbati S. Mariæ Gratiarum extra portas civitatis Placentiæ, ut Mediolanum se conferens, simul cum Abbate S. Simpliciani accederet Cardinalem Archiepiscopum; indicarentque satius videri, si Capitulum octiduo citius conveniret; sic enim fieri posse, ut quam plurimi ex Abbatibus, inde regredientes, Mediolanensi solennitati assisterent; nec cuiquam eorum incommodaretur, qui jam Patavium iter instituerant. Placuit autem Cardinali prudens electio Præsidentis, eique inhærendum decrevit. D

*Deligitur ult. Dominica Maji.*

*Interim 4 Maji iterum visitantur Reliquiæ,*

5 Appropinquante deinde tempore decretæ festivitatis, ipso Ascensionis Dominicæ die, tunc IV Maji, peractis Pontificaliter in Cathedrali functionibus consuetis, sub horam XXII, cum modico comitatu rediit ad nos pius Pastor, denuo sacras Reliquias & accuratius recogniturus: quod tamen non ita secretum haberi potuit, quin populus id cognosceret. Mox ergo undiquaq; accurrens ille, non ecclesiam tantum, sed aream quoque & vicinas implevit vias: multi etiam intra ecclesiam, absque ulla casus alicujus formidine, subrepebant per sedilium fenestrarumque coronas, nec non per longurios, peristromatis excipiendis prætensos parietibus atque columnis; adeo ut Monachi, futuris prospecturi infortuniis, congruum duxerint, vulgare per turbas, quod Archiepiscopus sese recipiens, aliàs esset rediturus. Ita laxata sunt spatia, digredientibus plerisque, nonnullis tamen perseverantibus obstinatius, ut viderent finem. Interim clausæ sunt valvæ, & procedi ad actum designatum cœpit; quo intellecto, multi iterum, transcensis cœmeterii muris, per fenestras in ecclesiam irruperunt; non tamen tanto quam prius numero. E

*novisque ex sindone pannis involuuntur*

6 Eo igitur non obstante, & recitatis Letaniis, ac brevi oratione præmissa, aperta est arca prædicta memorata, non sine luminibus; & extracta inde capsa S. Simpliciani; intra quam reperta sunt ossa perquam grandia, cum tabellis ex cypresso & plumbo, quibus legebatur inscriptum nomen Sancti; caput item sindoni albæ involutum apparuit, cum litteris in pergameno vetustate corrosis. Caput seorsim servatum est, argento includendum: ossa reposita in novam sindonem albam, iterumque in ipsam arcam conclusa. Idem factum Reliquiis ceteris; nisi quod ossa S. Benigni recepta fuerint in sindonem rubeam. Visa est autem Monachis res miraculo similis, quod cum Archiepiscopus haberet in animo sacra isthæc pignora in novas sindones colligere, deque iis præparandis nihil ipsi cogitassent; inventus ibidem sit quidam mercator inter alios, tantum albæ ac rubræ sindonis penes se habens quanto opus erat; idque, recusato quod offerebatur pretio, gratis donare velle dixit. Corpora Sanctorum Geruntii & Ampellii, quia lignea erat eorum arca, in aliam plumbeam fuerunt transposita, quæ ad eum finem facta, atque per medium divisa erat; adhibitis insuper novis è sindone involucris, additisque ex ære inaurato laterculis, qui singulorum nomina habebant insculpta. Sustulit etiam caput S. Antonini, quod superne novem, inferne sex dentibus instructum adhuc erat, mandans ut argenteo capiti includeretur, ad eum modum quo caput S. Simpliciani jusserat exornari, duobus grandibus dentibus instructum etiam ipsum. Recepit etiam ad se quatuor digitos ejusdem S. Simpliciani, cum osse cubitali grandi, donandum ecclesiæ Metropolitanæ: digitorum vero unum dedit Cardinali Paleotto, alterum Abbati Fontanæ, qui illud detulit ad monasterium Brixianum S. Euphemiæ, cui erat designatus Abbas: tertium obtinuit Abbas S. Petri Glaxiatensis; & quartum ipse sibi Archiepiscopus servavit; retinens etiam sibi duos digitos S. Ampellii, cum nonnullis aliorum Sanctorum fragminibus: vasculum denique ligneum, supra indicatum cum Reliquiis, attribuit Monachis, in sacristia collocandum.

*& capita argento includenda auferuntur,* F

*ut & alia ossa nonnulla.*

Postea

A *Adſunt Epiſcopi, ad Synodum antea collecti,*

7 Poſtea finita ac dimiſſa Synodo, ſubſtiterunt tantiſper Mediolani, qui eidem interfuerant Epiſcopi, videlicet Cæſar Gambara, Dertonenſis; Nicolaus Sfondratus, Cremonenſis, poſtea Cardinalis ac denique Gregorius Papa XIV; Hieronymus Ragazzonius, Bergomenſis; Joannes Delfinus, Brixienſis; Dominicus Roboreus, Aſtenſis; Guarnerius Guaſcus, Alexandrinus; Vincentius Marini, Albanus; Franciſcus Galiatus, Vintemilienſis; & Alexander Andriaſius, Caſalis S. Evaſii. Adeſſe ſimili modo debuerant, non ſolum Synodo, verum etiam Tranſlationi Sanctorum, ſed magno cum dolore, quem per litteras teſtati ſunt, coacti fuerunt abſentiam excuſare; Ludovicus Taverna, Laudenſis Epiſcopus, apud Hiſpanicam Aulam Reſidens; Franciſcus Boſſi, Novarienſis, Genuæ occupatus Apoſtolicæ viſitationis officio; Vercellenſis, apud Imperatorem Pontificius Nuntius; & Savonenſis, Avenione; ac denique Aquenſis, impeditus morbo: nam Viglebanenſis & Albingaunenſis vita functi erant. Aderant etiam ad ſolennitatem invitati, Cardinalis Paleottus; Hippolytus Rubeus, Ticinenſis Epiſcopus, poſtea Cardinalis; Galeatius, Maceratenſis; & Joannes Franciſcus, Caſtrenſis; Monachi item ducenti cum

B *& alii inſuper invitati,*

Abbatibus Caſinenſibus ſeptemdecim; videlicet, Hieronymus Silva, Caſtellanus; Gaufridus, S. Salvatoris Papiæ; Celſus Guilielmi Veronenſis, S. Juſtinæ Patavinæ; Vitalis de Caſtro-Leonis, S. Spiritus Papienſis; Joannes Baptiſta Stella, S. Mariæ Gratiarum extra muros Placentinos; Antonius Regienſis, Parmæ; Germanus Agledunenſis, Lerini; Zacharias Taraſchi, Mutinenſis; Seraphinus Fontana, S. Euphemiæ Brixiæ; Joannes Baptiſta Bononienſis, SS. Petri & Pauli in Glaxiato; Syrus Papienſis, Regii; Placidus Brixienſis, & Cæſarius Veronenſis, Profeſſi SS. Fauſtini & Jovitæ; Bartholomæus Mediolanenſis, Profeſſus S. Xiſti Placentini; Laurentius Genuenſis, Abbas Boſchetti & Profeſſus Cervarienſis; Petrus Venetus, Profeſſus S. Georgii Majoris; Gervaſius Volaterranus, Abbas Senenſis; & Chryſoſtomus Pochi-panni, Profeſſus Mantuanus.

*cum 17 Abbatibus ac 200 Monachis,*

8 Denique omnibus quam magnificentiſſime adornatis, Sabbato Dominicam ultimam Maji præcedente, ad horam xx, licet hora præcedenti cælum in imbres vehementiſſimos ſolutum, non ſine intermicantibus crebro fulminibus, apparatum & picturas omnes haud parum deformaſſet; ſanctus Paſtor, cum omni ſuo Clero ad hanc baſilicam venit; ubi à prænominatis Abbatibus exceptus, ingreſſuſque eccleſiam, Pontificales amictus in Sacrario induit, ſupra thronum quinque gradibus elevatum. Mox etiam ſuperveniens Cardinalis Paleottus, in eodem throno ad latus Archiepiſcopi paratam ſibi ſedem occupavit; Epiſcopi vero conſederunt in ſcamno, violaceis inſtrato atque ad proportionem ſedilium choralium tribus gradibus elevato. Poſt hos ingreſſi Abbates duodecim per portam Chori,

*eoram quibus 26 Maji veſperi,*

C

cum Superpelliceis ac Stolis, occuparunt contigua Epiſcopis loca; Magiſtratus denique eodem appulſi, ad Capellam Annuntiatæ remiſſi ſunt. Coram iſtis omnibus inſtituta eſt denuo ſolennis inſpectio ſanctarum Reliquiarum: quæ deinde à Prælatis ſublatæ in humeros; & ſupra majus altare, eo fine ſpatio latiori diſtenſum, fuerunt collocatæ; interim dum ex campanili atque caſtello & ex area ante templum perſonarent publicæ lætitiæ ſigna, exploſis mortariolis, tubiſque ac tympanis aërem ferientibus. Cantatæ exhinc ſolennes Veſperæ, circumſidentibus majus altare Abbatibus; occidente autem ſole accenſi tota civitate ignes triumphales ſunt, & campanæ per noctem integram pulſari non deſierunt.

*tertium viſitatæ*

*in chorum deferuntur,*

EX ITAL. PL. PVCCINELLI

9 Altare inſtructum erat candelabris quatuordecim argenteis, & grandi ex eodem metallo cruce, vaſiſque diverſis, auro, gemmis & cryſtallo fabricatis, ingenioſe diſpoſitis ad recipienda quinque ſacra fercula, ſic ut unum alterius conſpectui non officeret. In Sanctuario erecti duo inſignes throni, ex holoſerico viridi ſub umbellis, quinque gradibus elevati, ita ut dexter Archiepiſcopum expectaret; ſiniſter ſedes duas holoſerico rubro veſtitas haberet, unam pro Cardinali Paleotto, alteram pro Gubernatore, qui tamen thronus ſeſquiulnam remotius ab altari ſtabat quam thronus Archiepiſcopi. Subtus vero, ad gradus tamen duos elata ſcamna, tapetiis cooperta, Senatum & Magiſtratus capiebant; ſicut è converſo juxta ſedem Archiepiſcopalem verſus Chorum diſpoſita erant ſcamna pro Epiſcopis undecim, Canonicis Monachiſque ſedilia Chori occupantibus. Media templi navis ornata erat pannis laneis delicatiſſimis, dependentibus ex ingenti coronide, ſupra quam duodecim grandes tabulæ diſpoſitæ ex utroque latere, Græcis Latiniſque elogiis ſeu titulis implebantur, opera Ludovici Quizzoli in hoc monaſterio Prioris, & Titi Proſperi Martinenghi, cujus

*Apparatus altaris,*

*diſpoſitio conſeſſus,*

E

Græcâ in linguâ peritia Pontificem ſummum deinde movit, ut ipſo imprimis uti vellet, ad Græcorum Patrum in Vaticanis ſcriniis extantia monumenta puriori Latinitati reddenda. Laterales vero naves Damaſcenis pannis aureiſque decorabantur, cum ſimili titulorum emblematicorumque ſymbolorum varietate.

*ornatus eccleſiæ,*

*erecti arcus ad capita plateærum,*

10 Ante portam frontemque eccleſiæ, erecta erat porticus lignea Dorici operis, arcubus, columnis, ſtatuis, picturiſque diſtincta, qua itur in plateam Comaſinam. Ad Pontem S. Marci proſpiciebatur inſignis altitudinis arcus, cum altari repræſentante Baptiſmum S. Auguſtini, peractum à S. Ambroſio; cui aſſiſtens S. Simplicianus, monaſticum habitum neophyto candidato porrigebat. Juxta Pontem eſt porta, Beatricis dicta, quæ ipſa inſtar arcus triumphalis ornata, pulcherrimum ſui præbebat aſpectum; in eaque reſidens muſicorum chorus, qui ſacras reliquias illac tranſituras præſtolabantur, cura Patrum Societatis Jeſu compoſiti, & inſtructi ad eaſdem ſalutandas, brevi ſed eleganti poëmate, quod ſtudioſorum adoleſcentium unus, Angelico ſchemate veſtitus, recitavit. Utrumque caput plateæ Cantarinæ arcubus æque magnificis præſtruebatur, & muſicorum choris modulate perſonantibus. Ad S. Andreæ ædem præſtolabatur cohors militaris, fiſtularum ænearum feſtiva exploſione applauſura pompæ: cui ad Cruculam Portæ Renzæ, verſus Servitas, offerebat ſe porta ingens, colomnis ornatiſſimis ſuſtentata; & auguſtior atque excelſior alia in platea contigua ei areæ, quæ à Verſario nomen habet, quam S. Carolus ibi erigi fecerat.

F

*per quas erat ducenda proceſſio*

11 Inde ad Metropolitanam ſpatioſiſſimæ frontis eccleſiam veniebatur: fronti autem prætendebatur excelſa quinque arcuum porticus, ſtructuræ Doricæ, ſupraque eam SS. Ambroſii atque Simpliciani ſtatuæ, cum amplis utriuſque elogiis. Medio in templo, pretioſiſſimè circumveſtito, occurrebat capax omnium ſimul ferculorum altare, inibi tantiſper collocandorum, dum, reſpirantibus bajulis eorum Epiſcopis, ſanctus Præſul Carolus orationes aliquas Sanctos invocans decantabat: quod & alibi ſimili modo factum locis pluribus. Aream Cathedrali prætenſam claudebat alter præcellens arcus, qui plateæ ducenti ad vetus Piſcarium forum

pro

EX ITAL. FL. PUCCINELLI.

pro frontiſpicio ſerviebat; in quo ſpecialiter ſpectabatur Caroccium Mediolanenſium triumphale, atque victoria de Frederico-Ænobarbo Sanctorum Martyrum ope relata. Sed & alterum ejuſdem plateæ caput alium ſimilem arcum habebat; & hinc procedebatur ad plateam Curtis-ducalis, Corduſi vulgo appellatam, ubi tres erant arcus, omnes muſicis choris inſtructi: quales etiam diſpoſiti erant per alios duos arcus, eccleſiis SS. Thomæ & Marcellini præſtructos; nec non ſupra eum qui ad Pontem-veterem conſpiciebatur. Ad ingreſſum plateæ in Caſtellum ducentis ſtabat Hiſpanicus peditatus, militariter ſpecioſus. Singulari deinde artificio ſtructus ornatuſque Conſtantinianus arcus viſebatur ad ingreſſum vici, ad Portam Comaſenam pertinentis; ſupraque cum Sanctorum Ambroſii atque Simpliciani præcelſæ ſtatuæ, pendentibus ex frontiſpicio Regis Hiſpani inſignibus, & paulo inferius inſignibus Communitatis hinc & inde, cum bono bombardariorum ſubtus digeſtorum numero. Similem autem arcum fabricaverant vicini, ad exitum vici, quà Crucula & Altare S. Rocchi proſpicitur. Sed & turricula ſive porta, ingreſſum præbens ad aream S. Simpliciani, ornatiſſima erat; indeque conſpiciebatur altera ala prælongæ porticus, quam diximus eccleſiæ ipſi prætenſam. Quorum omnium

B

ſpecialia ornamenta, inſcriptionumque & ſymbolorum argumenta perſequi, nimis foret operoſum.

*Poſtea Dominica iterum omnibus convenientibus,*

12 Die XXVII Maji, quæ & Dominica erat, à prima luce ſic implebantur populo frequenti plateæ, ut ægre per eas daretur tranſitus ad hanc eccleſiam: ad quam hora duodecima venit S. Carolus cum Clero. Paulo poſt eum venerunt eodem etiam Epiſcopi, ac denique Cardinalis Paleottus, cum D. Sancio Padilia hujus Status Gubernatore, Generali Syndico, Magno Cancellario, Senatu ac Magiſtratibus: qui poſtquam iis quibus antea locis ſeſſum ſeſe receperant, ad horam XIII ingreſſi Chorum Abbates ſunt, cum pluvialibus ac mitris pretioſis; dataque Prælatis & recepta ſalute, intra Sanctuarium conſederunt circa altare Reliquiarum. Tum vero datum eſt proceſſioni initium, prælato majori urbis vexillo, in quo expreſſus erat S. Ambroſius, ſequentibus Scholis, Diſciplinis, & Confraternitatibus. His ſuccedebant Parochiæ, ſub ſuis quæque crucibus ac labaris; Ordinum deinde Religioſorum chori; & poſt eos centum monachi Caſinenſes cum choro ſymphoniacorum: ac denique Presbyterorum Collegia univerſa, qui omnes ad tria millia numerati, veſteſque Sacerdotales pretioſas induti,

C

*procedit ordinatiſſima pompa,*

ceream facem geſtabant, agmen claudente Capitulo Cathedralis. Tum procedebant Abbates ſeptemdecim, & plus quam ſexaginta Monachi, in habitu ſacro, ad ferenda per vices ſacra lipſana operam ſuccedaneam præſtituri Epiſcopis, quoties vacare contigiſſet, junctim cum mitra & baculo ſecuturis.

*cum quinque reliquiariis ferculis,*

13 Umbellas autem, ferculis ſingulis ſuperextenſas, ſimili modo per vices portabant Gubernator, Syndicus, Cancellarius, Senatus Præſes, ipſique Senatores, Magiſtratus, Titulares, aliique primæ qualitatis Nobiles, quorum magnus ad id numerus confluxerat. Primum ferculum, auro textili inſtratum, ſuſtinebat arcam S. Antonini, & umbellâ integebatur ſerici viridis, auro diſtincti. Secundum operiebatur tapete holoſerico roſeo, varie laborato; & ferebat SS. Ampellii atque Geruntii exuvias, candidi ſerici auroque illuſi umbella obtectas. Tertium gerebat corpora Sanctorum trium Martyrum Sanctique Benigni, ſupra tapetium auri texti longe pretioſiſsimum, imminente deſuper umbella aureæ telæ, rubro ſerico intercurrente. Quartum, in quo S. Simpliciani oſſa, ex textili argento, obumbrabatur ab auro ſimiliter texto. Quintum denique, cum capite prædicti Sancti, portabatur à duobus Cardinalibus, Hippolytoque Rubeo Epiſcopo Papienſi, ac Cæſare Gambara Dertonenſi, obumbrante ipſum auro texto. Porro primaria juventus Parochiæ, variegato candidæ ſindonis aurique contextu ornata venuſte, & in plures diſtributa turmas, ſub ſuis quique ducibus, procedebant, armati haſtis atque bipennibus, ad ſacrorum pignorum cuſtodiam, ſecuritatemque Prælatorum ea ferentium, & totius pompæ ordinem tuendum ab irruente indiſcretius turba; qui eadem etiam occaſione uſi, ſuam liberaliter operam commodabant precatorias corollas offerentibus, eaſque ad ſacra fercula admoveri poſtulantibus.

D

*quæ variis in locis militariter ſalutantur.*

40 Ipſo momento temporis, quo ex altari ſuo attollebantur Reliquiæ ſæpe dictæ, omnia caſtri Regii tormenta ſoluta ſunt, ſimulq; pulſatæ campanæ hujus baſilicæ; ac pariter eodem ingreſſæ civiles turmæ bombardariorum, admiſcuerunt ſe choris muſicorum Sanctos invocantium; itáque procedere pompa cœpit ſub horam XV verſus Plateam-novam, ac porro per portam Beatricis verſus Breram, uſque ad regionem Cantaranam. Hinc flexo verſus Portam novam curſu, ex grandi ibidem erecta machinâ, ſalutata à bombadariis eſt; ac verſus S. Athanaſium progreſſa uſque ad S. Andreæ, ubi cum ſalutatione ſimiliter bellica fuit excepta. Tum tendens ad Cruculam Portæ-orientalis ac verſus Servitas declinans, convertit ſe in regionem nunc Pattarorum dictam ad Epiſcopium, tertiam ſalutationem iſtic exceptura. Poſtea Metropolitanam ingreſſa, exiit inde in aream ejus, ac verſus forum Piſcarium vetus tetendit, ingrediens aream Mercatorum, & per regionem Fuſtanariorum ad Cortem-ducis; unde reflexa verſus S. Thomam in Terra-amara, ferebatur ad Pontem-veterem. Tranſito poſthac Caſtello (ubi tormenta denuo exploſa, ſicut & bombardæ à militibus per viam digeſtis) intravit proceſsio burgum Portæ-Comenſis; atque Turriculam ſubiens, regreſſa eſt in eccleſiam hora XX. Tum vero ſanctus Archiepiſcopus, coram honoratiſsima illa Epiſcoporum, Abbatum, Procerum, Senatorumque ac Magiſtratuum cœtu Miſſam ſolenniter decantavit, atque circa XXII horam abſolvit.

E

*Cantata Miſſa,*

15 Deinde & ipſe & ceteri Prælati, ſacris exuti veſtibus, ſine mora ingreſſi in monaſterium ſunt, ad locum ubi nunc Capitulum cogitur; & præparatum eſt ibidem pauperculis duodecim epulũ, quorum manibus aquam affudit Abbas Fontana, & S. Carolo Benedictionis formulam pronuntiante aſſidentibus illis miniſtraverunt Epiſcopi, cum duobus Cardinalibus aliiſque Prælatis: acceſſit poſtmodum ab Archiepiſcopo, priuſquam refecti dimitterentur, eleemoſyna viritim diſtributa. Digreſſis pauperibus itum ad publicum Refectorium eſt, & menſis benedicens Cardinalis Paleottus ſancto Præſuli dexter aſſedit, atque ex oppoſito eorumdem Epiſcopi, Abbates, Monachique: ad quos interim dum veſcuntur Julius Calinus Brixienſis Monachus elegantem habuit orationem, in commendationem ipſius feſtivitatis. Hac dictione finita ſub horam XXIV, aſſurrexerunt Prælati, & à Monachis deducti ſunt uſque in plateam. Interim, ratione quadraginta horarum, quibus expoſitæ proſtabant Reliquiæ ſacræ, frequentabatur continuo eccleſia, ſingulis Parochiis ad horam ſibi deſignatam comparentibus: quo etiam tempore energumeni plures manifeſti facti ſunt, atque à dæmonibus liberati;

F

*S. Carolus cum Epiſcopis miniſtrat 12 pauperibus*

*& ipſe deinde prandium ſumunt.*

A liberati ; in quibus ſpecialiter notata eſt mulier, intra Metropolitanam eccleſiam abſoluta ad contactum capſæ S. Simpliciani. Die Mercurii mane. Miſſam pontificaliter cecinit Abbas S. Euphemiæ Fontana ; qui & Veſperarum Officium explevit ; & fama fuit, eadem hora liberatos à dæmoniis eſſe energumenos tres, ac unum fere cæcũ recepiſſe uſum liberum oculorum.

*Liberantur energumeni variii.*

*30 Maji concluditur feſtivitas,*

16 Ad Completorium adfuerunt ambo Cardinales, concluſuri ſolennitatem totam, depoſitis ſub altari Reliquiis ſacris, quod in hunc modum actum eſt. Pontificaliter indutus Archiepiſcopus Carolus, poſt decantatas Letanias, & incenſatas lipſanothecas, ac ſindonem albam quatuor plumbeis capſis inſtratam ; capſas SS. Simpliciani & Antonini intra altare ad cornu Euangelii collocavit ; in medio, capſam ſanctorum trium Martyrum ac S. Benigni ; ad cornu denique Epiſtolæ, tertiam SS. Ampelii & Gerontii, ac ſupra ipſas hujuſmodi titulos ----- Corpus S. Simpliciani, Archiepiſcopi Mediolani ------ Corpora beatorum Martyrum Siſinnii, Martyrii & Alexandri, ac Benigni, Archiepiſcopi Mediolani ------ Corpora SS. Geruntii & Ampelii, Archiepiſcoporum Mediolani ------ Corpus S. Antonini Archiepiſcopi Mediolani. Multæ Reliquiæ Sanctorum, repertæ in altari majori ſine nomine ------ quod poſtremum ita ſcriptum fuit, quia intra ipſam capſam, per medium diviſam, continetur corpus alterius innominati Sancti ; quod Monachi aliæque perſonæ ſeniores exiſtimabant eſſe S. Vigilii, Epiſcopi Tridentini ac Martyris. Denique clauſum altare eſt ad cornu Epiſtolæ, oppoſito candido & quadrato marmore : ipſoque in actu inchoatis Letaniis, viſum eſt aperiri cælum, præ ſuavi muſicorum inſtrumentorum gutturumque ſymphonia, cui extra eccleſiam reſpondebat boatus tormentorum omnium atque campanarum pulſus. Interim vero dum referuntur feretra, quibus impoſitæ capſæ fuerant ; accenſa eſt devotio popularis, ut ex iis unuſquiſque fruſtulum concupiſceret pro Reliquiis aſſervandum. Jamque eorum unum inter manus diviſum erat, quando accurrentes Monachi cum cuſtodibus ſedaverunt tumultum ; & omnibus in pace digreſſis, finem feſtivitas tota accepit.

B

*& capſa Reliquiaria ſub altare conduntur.*

C

*deinde S. Carolus energumenum liberat*

17 *Hactenus Italica apud Puccinellum Relatio, deſumpta ex Latinis Italiciſque Mss. mediante favore Abbatis Pii Mutii, nec non ex Actu Notarialibus in Sacriſtia eccleſiæ aſſervatis : ubi pag.* 43, *poſt ſummariam ejuſdem feſtivitatis expoſitionem, adjungitur ; à D. Pio Camutio Luganenſi, tunc eccleſiæ Sacriſtano, obſervatum fuiſſe, quod ſanctus Archiepiſcopus hac occaſione horas circiter quinquaginta in dicta baſilica orando tranſegerit, ejuſque inſignem erga Sanctos religionem inſigni miraculo remuneratus ſit Deus.* Cum enim, *inquit*, abſoluta comprecatione horarum quadraginta, ipſe die Martis veſperi ab eccleſia egrederetur ; obtulit ei ſeſe juvenis quidam energumenus, annorum quindecim, à prænominato Camutio inſtructus ; benedictioneque implorata & obtenta, velut mortuus corruit ; ſibique deinde redditus, apparuit liber à vexante ſe ſpiritu, Deum glorificans. In hujus rei monumentum perpetuum, ipſo in loco poſtea Monachi erexerunt capellam, quæ eſt contigua baptiſterio eccleſiæ, & habet ſtatuam S. Caroli, in habitu Pontificali formatam. *Idem Monachi, memoriam univerſæ rei complexi brevi titulo, hunc quadrato marmori inſculpendum, auroque illinendum curaverunt ſicuti in ſacrario ipſorum eſt legere hoc modo* : D. O. M. Diviſis Simpliciano, Geruntio, Benigno, Antonino, Ampelio, Archiepiſcopis Mediolani ; Vigilio, Siſinnio, Mar-

*& ſculpitur titulus Tranſlationis peractæ.*

tyrio, Alexandro, Martyribus, ſacer locus inſtauratus : quorum Reliquias ex altari veteri, in hoc, Gregorio XIII Pont. Maxim. Philippo II Hiſpaniarum Rege, Carolus Borromæus Mediolan. Gabriel Paleottus Bononien. Archiepiſcopi Cardinales, Epiſcopi undecim Synodi Mediolan. Seraphinus Mediolanenſis hujus cœnobii Abbas, aliique Abbates Caſinenſes, Pontificiis inſigniis ornati, Civitatis Provinciæque [Presbyteris] omnibus ſolenni pompa comitantibus, humeris ſuis tranſportaverunt, MDLXXXII, v kal. Junias.

EX ITAL. PLA. PUCCINELLI.

18 *Anno poſt ipſam Tranſlationem nono, placuit ab Apoſtolica Sede poſtulare, ut feſtum, quod in die Paſſionis ſanctorum Martyrum Tridentinorum eatenus celebrabatur, liceret, pro majori populi commoditate ipſiuſque feſti celebriori cultu, affigere proximæ alicui Dominicæ diei ; quod impetratum eſt per hujuſmodi Breve.* GREGORIVS PP. XIV. Ad perpetuam rei memoriam. Poſt inſignem victoriam, quam, ſicuti accepimus, Mediolanenſes divinitus ex Federico Imperatore, die feſto ſanctorum Martyrum Siſinnii, Martyrii, & Alexandri, videlicet XXIX Maji, reportarunt ; decretum fuit in civitate Mediolanenſi, ut feſtum eorumdem Sanctorum dicta die ab omnibus celebraretur, ac ſolenni Sacerdotum ac Populi ſupplicatione, eccleſia S. Simpliciani Mediolanenſis, in qua eorumdem Sanctorum Martyrum corpora requieſcunt, viſitaretur. Cum autem hæc ſolennitas, refrigeſcente Fidelium caritate, aut aliàs, intermiſſa fuerit ; ac dilecti Filii, Communitas & Homines Mediolanenſes, pie deſiderent, illam pro debito devotionis affectu, quem erga eoſdem ſanctos Martyres gerunt, renovari ; illamque, pro majori Populi commoditate & anni tempore, ultima Dominica menſis Maji perpetuo celebrari ; idque jam dudum bonæ memoriæ Carolus, tit. S. Praxedis Presb. Cardin. pius Eccleſiæ Mediolanenſis Præſul & Paſtor, Fidelium ſuorum animis infixerit : Nos, de conſilio Venerab. Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, ſuper Ritibus & Ceremoniis Eccleſiaſticis deputatorum, feſtum SS. Siſinnii, Martyrii, & Alexandri prædictorum, ad ultimum diem Dominicum menſis Maji, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium transferimus ; ita ut perpetuis futuris temporibus, ſolennitas horum ſanctorum Martyrum, ultima Dominica Maji, in civitate prædicta, quotannis celebrari, ac ſolenni Sacerdotum & Populi ſupplicatione, in eccleſia S. Simpliciani hujuſmodi, viſitari debeat. Non obſtantibus &c. Datum Romæ in Monte Quirinali, ſub annulo Piſcatoris, die XVII Maji, MDLXXXXI, Pontificatus noſtri Anno primo.

*An. 1591 ſtatuit Gregorius 14.*

*ut feſtum 3 Martyrum, 29 Maji ſolitum agi.*

*deinceps ſtato ultima Dominica.*

D

19 *Denique quinquennio poſt, uti habet jam ſæpe nominatus Puccinellus, in Vita eadem pag.* 41. Domini Vicarii ex duodecim, Proviſionum Mediolani, anno MDLXXXXVI, die Martis, XXVIII Maji, decreverunt, ut Abbates & Artes quadraginta novem, juncti proceſſionaliter, cum Tribunali Proviſionum, conveniant ad oblationem, in eccleſia S. Simpliciani faciendam, ea Dominica die, qua prædictorum Sanctorum Martyrum feſtivitas illic celebraretur. *Ita ille, ex regiſtro utique Proviſionum ipſarum, in quo jam alia mentio ipſorum Sanctorum Martyrum præceſſerat. Idem pag.* 47, *enumerans Indulgentias, Baſilicam prædictam viſitantibus à variis Pontificibus Romanis, & Archiepiſcopis Mediolanenſibus conceſſas ; nominat* Adrianum IV, *qui anno* MCLIX, in Tranſlatione Sanctorum trium Martyrum, *conceſſerit annos* L. *& infra eorumdẽ Octavas annos* XIV ; *quas Indulgentias* Lucius Papa III *confirmaverit, anno* MCLXXXII ; Cęleſtinus *autem III, anno* MCLXXXIII,

*An. 1596 decernitur Oblatio publicitus faciendа.*

*Indulgentiæ feſto eodem conceſſæ antè quitus,*

E

F

A *jusserit* in Solennitate *eorumdem trium Martyrum esse annorũ centum*, in Octava *vero annorum dumtaxat* VII. *Hinc dubium nascitur, distinctane seculo isto* XII *fuerit dies Translationis, à die Solennitatis seu* XXIX *Maji. Constare nihilominus ex* Adriani *Bulla videtur, ejus tempore aliquam Corporum prædictorum Translationem factam fuisse, pro qua sint istiusmodi Indulgentiæ postulatæ. Quæ tamen ipsa Indulgentia, an eo seculo fuerint cum tam amplo annorum numero concessæ; an vero postea à transcribentibus is sit auctus, majori simplicitate quam fide, haud satis constat mihi, confideranti tantam alibi in gravioribus etiam causis Apostolicæ sedis parcitatem, quantam in Conatu Chronologico præposuimus Dissert. 17 num. 8 & Dissert. 20 num. 9.*

*an genuina?*

D

# DE BEATA MARIA

## *VIRGINE ANTIOCHENA IN SYRIA.*

D. P.

## COMMENTARIUS PRÆVIUS.

### Acta, diu post rem gestam Antiochiæ scripta ex traditione, unde & quomodo hic dentur.

XXIX Maii

B

*Acta ex Ms. Florentino*

*Syriæ Metropolis* Antiochia *complures calo dedit, &, quoad ibi res Christiana stetit, religiosè venerabatur Sanctos, quorum alibi ignotus vel incertus cultus; propterea quod, quæ nunc extant Synaxariæ, licet originem fere habuerint ex divinorum Officiorum libris, per Sanctos Sophronium & Damascenum in Palæstina restauratis, in usum ecclesiarum ac monasteriorum terræ Sanctæ; in Patriarchatu tamen Constantinopolitano aliter, aliter in Antiocheno transcripta auctaque sint; ad Constantinopolitanum vero spectaverint illa fere omnia, quæ vidimus hactenus vel manu descripta vel typis impressa. Vnicum Ms. hoc mense exeunte sæpius allegatum, Mediceæ ad S. Laurentium Bibliothecæ, repositum Pluteo* IX *num.* XIV, *Antiochenis magis proprium fuisse videtur: sed, quod dolendum, continet solum Majum, & hunc dumtaxat dimidium. Vt interim eo quod suppetit fruamur, offertur ex eo* Βίῳ καὶ πολιτείᾳ τῆς μακαρίας Μαρίας τῆς Παρθένου, Vita & conversatio Beatæ Mariæ Virginis, *in urbe Antiochia nata, (& quantum ex dicto Ms. colligere licet) culta* Μηνὶ Μαΐῳ κ Θ', Mensis Maji XXIX, *sic enim habet titulus, quamvis in sequenti deinde Vitâ nulla fiat mentio mortis, nedum diei. Hæc autem Vita, si est Antiochia scripta, quod nusquam indicatur, scripta est longo post rem gestam tempore, absque ulla chronotacticorum characterum vestigio, cui prudens conjectura possit superstrui de ætate ipsius Sanctæ. Primam quidem in hac scena personam agit Anthemius quidam,* τῶν ἐπισημοτάτων τῆς πόλεως, ex illustrioribus civitatis: *sed temerarium foret asserere, hunc illum esse, qui in Actis S. Aphrodisii,* VII *Aprilis sub Imperatore Arcadio fuit* Præfectus ac Consul *pro Oriente, Collega Stiliconis, in Occidente Consulatum gerentis anno* CCCCV. *Nihilo facilius est divinare, ad cujus urbis Episcopum is se contulerit pœnitentiæ & absolutionis causa, postquam Christum ejusque baptismum scripto chirographo ejuravérat. Dicitur illa urbs abfuisse Antiochia intervallo* XVIII *Milliarium, sed in quam partem? Distant hoc fere intervallo, si more Syriaco milliaria sumamus horaria, ex Septemtrione, Alexandria Syriæ, indeque circumeundo, Cyrus, Chalcis, Apamea, Epiphania, Antaradus. Quod autem neque civitas neque Episcopus nominetur, justam præbet causam suspicandi, nihil horum cognitum fuisse Scriptori; adeoque rem, nullo scripto vetustiori traditam, styloque recentiori exornatam, eo habendam esse loco, quo multa in Vitis Sanctorum Patrum, utilem quidem institutionem continentia ad formandos mores, sed ad historicam certitudinem parum aut nihil. Igitur istam quoque ut talem hic damus, liberum lectori relinquentes, ut eam quo volet gradu credibilitatis collocet, dum nihil aliunde adfertur, quo vel confirmari possit vel infirmari.*

*absque ulla notæ temporis.*

E

C F

# ACTA

## Ex Ms. Bibliothecæ Mediceæ ad S. Laurentium Florentiæ.

### *Interprete R. P. Antonio Francisco Destieu S. I.*

### CAPUT I.

*Mariæ educatio casta, ejus pudicitia frustra tentata ab Anthemio, vocatus in auxilium magus.*

*Antiochia mater pauperculæ*

REm Antiochiæ urbe Syriæ maximâ gestam, scripto tradere, æquum esse duxi, & è divinâ gloriâ, & ex eorum, qui sive lecturi illam sunt, sive audituri, utilitate. Hunc autem in modum refertur. In urbe Antiochiâ degebat mulier, vitæ honestate, morumq; exemplo commendabilis, opum vero mediocri copiâ. Huic conjuge orbatæ puella erat, Maria nomine, quam ad imitationem vitæ suæ & in divino amore educabat.

Τὸ γεγονὸς πρᾶγμα, κατὰ τὸν μεγάλων Ἀντιοχείαν τὴν Συρίας, δίκαιον ἡγησάμην χαρᾶ παραδοῦναι, εἰς δόξαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ὠφέλειαν καὶ Σωτηρίαν τῶν τε ἀναγινοσκόντων καὶ τῶν ἀκουόντων· ἔχει δὲ ταύτης διηγήσεως ὧδε. Ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ πόλει γυνή τις κατῴκει, σεμνὴ τὸν βίον, χρηστὴ τὸν τρόπον, μέτριον δὲ τῇ τοῦ παρόντος βίου περιουσίᾳ. Αὐτὴ χηρευθεῖσα τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, εἶχεν θυγάτριον καλουμένην Μαρίαν, ἣν περ

A ὥσπερ ἀνέτρεφεν καὶ μίμησιν τῆ θεοφιλοῦς αὐτῆς βίου. Τῆς δὲ παιδὸς προκοπάσης χρόνοις καὶ ἡλικίας ὑπελίθετο αὐτῇ ἡ μήτηρ, Συμφέρειν αὐτῇ τὴν παρθενίαν ἐλέσθαι, εἴπερ τῷ γάμῳ προσομιλίσαι· διότι ἡ παρθενία ἐν τούτῳ τῷ βίῳ ἀμεριμνίαν ἔχει, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι πολλῆς χαρᾶς καὶ τιμῆς ἀξιωθήσεται. Ἡ δὲ, ὡς ἐκ τοιαύτης μητρὸς ὑπάρχουσα καὶ τοιούτων διδασκαλιῶν ὑπακούσασα, ἀπέπατο μὲν τῷ γάμῳ, τῇ δὲ ἁγνῇ παρθενίᾳ ἑαυτὴν συνήρμοσεν. Ἦν οὖν σὺν τῇ μητρὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ταῖς ἐκκλησίαις καὶ ψαλμῳδίαις ἀπαύστως προσκέχυσα· καὶ τοσούτῳ πόθῳ ἐκρατήθη πρὸς τὸν Θεὸν, ὥστε ἐκ τούτου καλοφθῶσαι αὐτὴν καὶ τὸ ἱερὸν ψαλτήριον.

Τούτων οὕτως εὐαρέστως τῷ Θεῷ βιούντων, διαπονηθεὶς ὁ τῶν καλῶν ἐμποδιστὴς διάβολος, ὑπέφερε αὐτῶν τινα τῶν ἐπισήμων τῆς πόλεως, ὀνόματι Ἀνθέμιον· ὅστις κατοπεύσας διαφόρως τὸν Σεμνὸν μητέρα αὐτῆς, ἅμα τῇ θυγατρὶ συχνάζουσαν τῇ ἐκκλησίᾳ, προσέβη τῇ κόρῃ σφοδρῶς. Καὶ ἐπειλάμενος ἑνὶ τῶν παίδων αὐτοῦ καλαμαθῇ ἔνθα τὸν οἴκησιν ποιοῦνται, ἤρξατο διὰ τῶν παίδων τῇ κόρῃ ὑποσχέσεις καὶ ἐπαγγελίας διαβολικὰς ὑποτίθεσθαι. Ἡ δὲ παντελῶς ἀδεμιᾶς ἀποκρίσεως αὐτὸν ἠξίου, ὡς λοιπὸν αὐτὸν ἐκ δι' διαβόλου Σωσωθέμενον, δι' ἑαυτοῦ ἐμφανίσαι αὐτῇ κολαπείαις καὶ ὑποσχέσεσι παρασχών, ἐκλύειν αὐτὴν πρὸς τὸν σπουδὸν καὶ τὸ πόθον. Τῆς δὲ μητρὸς προσπεσούσης αὐτῷ, καὶ ἅπαξ καὶ δὶς, ἐπὶ τὸ ἐνδοῦναι αὐτῇ, καὶ μὴ παρενοχλεῖν πρός τε αὐτοῦ ὕβριν, πρός τε αὐτῆς θλῖψιν, διὰ τὸ μὴ εἶναι δυνατὸν αὐτάς τι τοιοῦτον διαπράξασθαι· αὐτὸς δὲ δόλως τῆ διαβολικῆς ὑπεθυμίας ἐπαύετο· ἀλλὰ λοιπὸν καὶ διὰ γυναικῶν, ἅς ἐᾶν πρέποντας τοιαύταις ἀποκρίσεσιν ὑπουργεῖν, ἐμήνυσεν, καὶ διαφόρως ἔχειν αὐτῷ νομίμως γυναῖκα, καὶ δωρεᾶς καὶ θεραπείας ἀμέλασθαι τῷ τε παῖδα καὶ τῷ μητέρα. Τῶν δὲ μεθ' ὅρκων ἀπομοσαμένων μὴ πρᾶξαί τι τοιοῦτόν πω ὅλε, αὐτὸς τοῦτο μαθὼν ἀνθωμόσατο, ὡσεὶ δέοι αὐτῷ πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ δαπανῆσαι, πάντως κατακυριεύσῃ τῆς κόρης.

Ὡς δὲ δύω ἔτη παρῆλθον μυρίαις χρωμένῳ τέχναις διαβολικαῖς, καὶ ἀνοήτος ἡ σπουδὴ αὐτοῦ ἐγένετο, ὧν λοιπὸν Σωεχόμενος τῇ διαβολικῇ θλίψει, καὶ ἀπορῶν ὃ πράξει. Ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν, καθεζομένου αὐτοῦ μετά τινων τῶν τῆς πόλεως, ἦλθέν τις ἄνθρωπος, αὐτῷ μὲν ἄγνωστος ὑπάρχων, τοῖς δὲ σὺν αὐτῷ καθεζομένοις γνωστός. Τοῦτον ἰδόντες οἱ ἐκεῖσε σὺν αὐτῷ καθεζόμενοι, ὑπανέστησαν αὐτῷ, καὶ πάλιν ἐκάθισαν σὺν αὐτῷ. Μετὰ οὖν μίαν ὥραν ἀνέστη ὁ ἐλθὼν, καὶ ἀνεχώρησεν. Ὁ οὖν Ἀνθέμιος ἤρξατο ἐρωτᾶν σὺν αὐτοῖς· Τίς ἐστιν οὗτος ὁ ἄνθρωπος ὁ ἐλθὼν, ὅτι ὑπανέστητε αὐτῷ; Εἷς δέ τις ἐξ αὐτῶν, ἔφη αὐτῷ. Οὗτος ὁ ἄνθρωπος, τὸ μὲν ὄνομα αὐτοῦ Μέγας καλεῖται, σὺν τῷ ὀνόματι δὲ καὶ μέγας ὑπάρχει· γοῆς γάρ ἐστι δοκιμώτατος, δυνάμενος ποιεῖν πάντα ὅσα θέλει. Ἀκούσας δὲ τοῦτο ὁ Ἀνθέμιος ἐχάρη, τῷ διαβολικῷ αὐτοῦ ἐπιθυμίαν βουλόμενος δι' αὐτοῦ πληρῶσαι. Ἀλλ' ὁ μόνος παντοδυνάμιος Θεὸς, ὁ δυνάμενος σώζειν τὰς προσφευγούσας αὐτῷ ψυχὰς κἄν τε ἀνδρῶν κἄν τε γυναικῶν, ὁ θέλων πάντα ἄνθρωπον σώζεσθαι, ὁ μὴ βουλόμενος τὸν θάνατον ἁμαρτωλοῦ, ἀλλὰ τῷ ἐπιστροφῷ καὶ τῷ ζωῷ, ὁ κατὰ γενεὰν καὶ γενεὰν ποιῶν θαυμάσια μεγάλα μόνος, αὐτὸς καὶ νῦν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ ἔσωσεν καὶ τῷ πιστῷ μητέρα ἅμα τῷ συναγέτῳ αὐτῆς θυγατρίῳ· οὐ μόνον δὲ αὐτὰς, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐν ἀπολείᾳ αὐτοῦ τε καὶ ἑαυτοῦ σπεύδοντα ἄνθρωπον ἔσωσεν. Τὸν δὲ τρόπον τῆς σωτηρίας διηγήσομαι ὅπως ἐστὶν, ἵνα ἕκαστος τὸν

Porro filiæ ætate progreſſæ ſuggeſſit mater, conducibile magis ipſi fore inſtitutum vitæ cœlibis, quàm conjugalis; propterea quod virginitas in præſenti vitâ ſolicitudinum expers ſit, in futurâ verò multæ lætitiæ gloriæque compos. Puella autem, ut quæ ex tali matre genita talibus parêret documentis, renuntiavit conjugio, ſeque ad virginitatem caſtè colendam compoſuit. Igitur noctu diuq; eccleſias pſalmodiaſque cum matre frequentans, tanto Dei tenebatur amore, ut ex illo tempore ſacrum ipſa Pſalterium feliciter condiſceret. EX MS. FLORENT. *Mariæ filiæ cœlibatum perſuadet.*

2 Ambabus vitam Deo gratam hoc tenore degentibus, ægrè id ferens, qui pietati ſolet eſſe obſtaculo diabolus, objicit eis Anthemium quemdam è Primoribus civitatis: qui aliter probam illam matrem, aliter filiam æſtimans, dum curioſius obſervat frequenter templum una adeuntes, puellæ amore vehementi captus eſt; juſſoque earum domicilium perquirere ſervo, cœpit diabolicis per famulos pollicitationibus virginem aggredi. At hos ipſa nullo omnino reſponſo dignabatur, cum iſte per ſe demum & blanditiis iſtis & promiſſis ſatis manifeſte oſtenderet, ſeſe à dæmone impelli, dum ſic tentat diſſolvere earumdem erga Deum pietatem ejuſque potiundi deſiderium. Cum autem mater ſemel iterumque obteſtata eſſet, ſe ut dimitteret, neque turbaret, ad ſuam ipſe ignominiam earumque calamitatem, ad id ſolicitando, quod nefas erat eas facere; nihil ille de peſſimâ cupiditate remittens, deinceps per mulierculas, ad ejus generis commercia aptas, ſignificavit etiam ſæpius, ſe illam uxorem habiturum legitimam, puellam interim cum matre donis obſequiiſque pelliciendo. Utrâque verò etiam cum jurejurando negante, tale quid ſe unquam admiſſuras; ipſe eo intellecto contra juravit, ſe, quamvis facultates omnes conſumere oporteret, puellâ omnino potiturum. *hujus amore captus è primoribus Anthemius.*

3 Ut verò duos annos exegit, uſus mille fraudibus diabolicis, & incaſſum illi cecidit conatus omnis; ſathanico tabeſcebat mœrore, neſciens, quid ageret. Forte autem, ipſo cum quibuſdam civium conſidente, ſupervenit homo aliquis, ipſi quidem ignotus, at notus iis qui una conſidebant. Hi vero illum contuiti aſſurrexerunt, ac rurſum eum eodem conſederunt; iſque unâ poſt horâ, quam venerat, abiit. Igitur Anthemius confeſtim rogare cœpit; Qualis vir is eſt, quod venienti illi aſſurrexiſtis? Reſpondit unus è numero: Vir iſte vocatur Magnus, &, quod nomen indicat, magnus revera eſt: etenim peritiſſimus magiæ cum ſit, quidlibet poteſt. Quo audito, gaviſus eſt Anthemius, ut qui magi operâ ſceleſtam cupiditatem ſuam explere vellet. At omnipotens Deus, qui virorum mulierumque ad ſe recurrentium animas ſervare poteſt, qui omnem hominem cupit ſalvari, neque mortem peccatoris vult, ſed ejus converſionem ac vitam, qui per generationem & generationem facit mirabilia magna ſolus, nunc etiam ſuâ ſapientiâ ſervavit matrem iſtam fidelem cum dilectâ ejuſdem filiâ; neque illas ſolum, ſed virum quoque, in ſuum ipſarumque interitum ruentem. Quis autem fuerit ſalutis modus, enarrabo; ut audientium quiſque laudet eum, qui ſalvos facit ſperantes in ſe. *cum nihil proficeret.* *tandem ita dicatum ſibi magum adire conſtituit.*

4 Anthemius ergo itentidem ad locum illum regrediens, & in commemoratum magum incidens, diabolicam ſuam concupiſcentiam ei exponit, multum obſecrans atque aiens: Puellam quamdam amo, patre orbam, matre ſolâ ſuperſtite, ſed paupere. Iſtam multis & precibus & promiſſis ipſe per *hic pollicitus ipſam ante lectum ejus ſiſteret.*

EX MS. FLORENT

me, tùm per alios plùres adorsus, nihil persuadere potui, toto jam biennio. Cui magus: Domum mulierculârum istarum mihi commonstrato, de cetero ne sis solicitus: cras etenim nocte ipsâ, tibi sistam puellam ad lectum, in quo dormis. Anthemius hominem obtestatus cum amplexu, pollicitusque operæ mercedem, recessit, dato famulo, qui indicaret, ubi mulieres commorarentur. Consecutâ igitur nocte expectabat Anthemius magi promissa; sed totam noctem vigilasse frustra illi fuit. Mane igitur ivit ad expostulandum cum mago: quem reperiens, ait cùm reverentiâ: Nihil, Domine mi, eorum, quæ heri pollicebare, mihi evenit. Respondit ille: Oblitus tui sum hesterno vespere, sed hac omnino nocte ad te ventura illa est. Ut rursum nox venit, insomnis ille diabolica magi promissa præstolabatur: postquam autem neque etiam tum rem à mago conditam consecutus est, indignatione & mœrore plenus, simulque vigiliarum molestiâ dejectus, festinavit enixius cum mago expostulatum. Quem ut invenit, Si tibi, inquit, nimis est difficile puellam meâ in domo mihi sistere, fac saltem aut illas venire, aut ab illis me admitti ad colloquium. Cui magus, Sile tu, inquit, homo væcors: quia mihi obvenit negotium magis urgens, ei vacavi: tamen etiam res tua perfecta est. Ceterum abi, sine curâ jubeo te esse: hac certè nocte veniet ad te puella, velit nolit. Id autem rursum credens Anthemius se recepit: nocte vero redeunte, turbatus nefariâ illâ cogitatione, rursum vigilabat, multumque speculabatur ipse secum.

*Iis Anthemium fallit*

B

ἀχυδόνλων δοξάσῃ τ σώζοντα τοὺς ἐλπίζονλας ἐπ' αὐτόν. D

Οὗτος ὧν ὁ Ἀνθέμι☉ συγχάσας τῷ τόπῳ ἐκείνῳ, καὶ περίλυχνον τῷ προφρωδύῳ φαρμάκῳ, προσέπεσεν αὐτῷ διηγούμν☉ τὼ διαβολικὼ αὐτοῦ ἐπιθυμίαν, εἰπών· Ὅτε κόρης τινὸς ἐρῶ, ἥτις ἔσιν ὀρφανὴ, πενηχρὰν μητέρα μόνον ἔχυσα· ὡὔτινά πλείσως παρακλήσεσί καὶ ὑποσχέσεσι, διάτε ἐαυτοῦ διάτε ἄλλων πλ-όνων παρακαλέσας, πεῖσαι δ δεδιώγμαι, τοῦτον ἤδη δεύτερον ἔτ☉. Ὁ δὲ φαρμακὸς ἔφη αὐτῷ· Δεῖξόν μοι τ οἶκον, ἔνθα καλαμβύσσι τὰ γυναικάρια ἐκεῖνα, καὶ ἀμέριμν☉ ἴσο· Σήμερον γὰρ τῇ νυκτὶ ταύτῃ ποιῶ τῷ κόρῳ ἐλθεῖν καὶ παρασταῖαι τῇ κλίνῃ, ἐφ' ἣ σὺ καθεύδεις. Ὁ δ' Ἀνθέμι☉ προσκυνήσας καὶ ἀσπασάμν☉, καὶ ὑποσχόμν☉ αὐτῷ θεραπείαν ἀνεχώρησεν, δοὺς αὐτῷ ἕνα παῖδα, ὀφείλοντα ὑποδεῖξαι ἐνθά καλύφκυν τὰ γυάγια. Τῆς δ νυκτὸς ἐπελθούσης, ἔμβυεν ὁ Ἀνθέμι☉ προσδοκῶν δ φαρμακοῦ τῷ ὑποσχέσιν. Ὡς δ πᾶσαν τῷ νύκτα ἀχρυπνήσας ἐματαιώθη, προῆλθεν πρωῒ ἐγκαλέσαι τῷ μάγῳ. Καὶ εὑρὼν αὐτὸν καὶ προσκυνήσας ἔφη· Οὐδὲν, κύριέ μυ, ὃ ὑπέσχού μοι χθὲς, γεγένηται πρός με. Ὁ δ ἔφη αὐτῷ· Ἐπελήθου σὺ δ' τῇ ἑσπέρᾳ, ἀλλὰ πάνλως τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἔρχεται πρός σε. Ὡς δὲ πάλιν ἡ νὺξ ἐφθασεν, ὡ αὐτὸς ἀχρυπνῶν, καὶ περιμένων τῷ διαβολικῷ ὑποσχέσιν. Ὡς δ ὄδε τότε τ τοῦ μάγυ σωτάξεως καλέτυχεν, ἀποδυσπετῶν καὶ θλιβόμν☉, ἅματε καὶ τῷ κόπῳ τ ἀχρυπνίας σωεχόμν☉, πρωῒ ἦλθεν σπυδαιοτέρως ἐγκαλέσαι τῷ μάγῳ· καὶ εὑρὼν αὐτὸν ἔφη· Εἰ δυσχερὲς ὑμῖν ὑπάρχῃ τὸ παρασταῖαί μοι τῷ κόρῳ σὺν τῇ οἰκῇ μυ, κἂν τὸ προσομιλεῖν αὐτὰς μετ' ἐμοῦ ποίησον, καὶ δέχεσθαί με εἰς ὁμιλίαν αὐτῶν. Ὁ δὲ φάρμακ☉ λέγει αὐτῷ· Ἡσύχασον σὺ νεκρόψυχε, ἐπειδὴ ἄλλο ἀναγκαιότερόν μοι πρᾶγμα ἀνέκυψεν, ἐκεῖ ἠσχολούμν· ἐπεὶ ἂν καὶ τὸ σὸν πρᾶγμα ἐγεγόνει. Πλὴν ὕπαγε, ἀμερίμνῳ, ταύτῃ τῇ νύκτι ἔρχεταί ἡ κόρη πρός σε κἂν μὴ θέλῃ. Ὁ δ' Ἀνθέμι☉ καὶ πάλιν πιστεύσας ἀνεχώρησεν. Ὅτε οὖν ἡ ἑσπέρα καλέλαβεν, συγκοπτόμν☉ τῷ ἀθέσμῳ ἐκείνῳ λογισμῷ, ὡ πάλιν ὁ αὐτὸς ἀχρυπνῶν καὶ ἀδολεσχῶν.

## CAPUT II.

*Inducta per magiam ad Anthemium Maria, prudenter se ab illo expedit.*

AT magus ad ædes honestarum istarum mulierum digressus, duos dæmones inibi collocat, ita præcipiens eisdem: Habitant hic mater ac filia, filiam deperit Anthemius ille clarissimus, qui domum istam incolit: Satagite igitur omnino ut hîc commoremini, puellamque eo abducatis, ubi is cubat, alioqui nequaquam vobis parcam. Et duobus dæmonibus illic relictis, abit. At dæmones, ad illas dormientes ingressi, variis eas visionibus turbarunt. Mater interim expergefacta, seque signo Crucis muniens, ait puellæ. Age, nata, surgamus, adeamusque templum: nox enim tota per insomnia mihi ducta est; visusque est sceleratus ille apprehendisse te, atque à me velle abstrahere: at ego retinebam contrà nitens, te complexa, illumque adjurans per Deum & Sanctos, ut à nobis recederet. Cum autem nil remitteret, Non recedam, inquiebat, nisi hanc ἀte abstulero. Confestim autem visâ mihi sum videre apparentes Clericos, populique turbam, ut solet Archiepiscopo veniente. Atque hic te illico liberans desiit videri, nos vero in templum ingressæ Deo liberatori nostro gratias egimus. Veni ergo, nata mea, ac templum reipsâ adeamus, Deum oraturæ, ut salvas nos velit, nostræque paupertati suâ providentiâ occurrat.

C *De imminenti periculo per somnum monita mater*

*& filia,*

6 Adhæc respondit filia, ac dixit: Eamus, domina mea mater, eamus: & ego magno in certa-

Ὁ δὲ μάγ☉ ἀπελθὼν εἰς τ οἶκον, ἔνθα κατέμνον τὰ τίμια ἐκεῖνα γυάγια, παρεκαλέσησεν ἐκεῖ δύο δαίμονας, σὺν τελάμν☉ αὐτοῖς, ὅτιπερ ὧδε καταμένουσιν μήτηρ καὶ θυγάτηρ, τ δ θυγατρὸς ἐρᾷ Ἀνθέμι☉ ὁ λαμπρότατ☉, ὁ εἰς τόνδε τ τόπον οἰκῶν· θελήσαλε οὖν πανλὶ τρόπῳ παραμεῖναι, καὶ ἀπαγαγεῖν τὼ κόρω ἔνθα αὐτὸς καθεύδει, ἐπεὶ δ φέσομαι ὑμῶν. Καὶ καλαλιπὼν ἐκεῖ τοὺς δύο δαίμονας ἀνεχώρησεν. Ἐπισελθόντες δὲ αὐτᾶς κοιμωμένας οἱ δαίμονες, διαφόροις αὐτὰς φανλασίαις ἐτάραξεν. Ἡ δὲ μήτηρ διυπνισθεῖσα καὶ κατασφραγεσαμένη ἔφη τῇ θυγατρί· Δεῦρο τέκνον, ἀνασῶμν καὶ ἀπέλθωμν εἰς τὼ ἐκκλησίαν, ὅτι ὅλη ἡ νὺξ αὕτη φανλασία μοι γέγονεν· ἐδόκυν γὰρ ὅτι ὁ κακὸς ἐκεῖν☉ ἄνθρωπ☉ ἐκράτησέν σε, καὶ ἤθελεν ἀποσπᾶσαι ἀπ' ἐμοῦ· κἀγὼ ἀντέκυν κἀπολεμαχόμν☉ αὐτῷ, κρατοῦσά σε καὶ ὁρκίζυσα αὐτῷ, κατὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τ Ἁγίων, ἀναχωρῆσαι ἀφ' ἡμῶν. Ὡς δ οὐκ ἐπείθου, ἀλλὰ ἀπομύελό μοι, μὴ συγχωρῆσαι, εἰ μὴ ἐπάρω αὐτῷ ἀπό συ. Εὐθέως φησὶν ἰδέσθη με ὅτι ἐφάνησαν κληρικοὶ καὶ ὄχλοι πολλοὶ, ὡς ὅτι ὁ Ἀρχιεπίσκοπ☉ ἔρχεται· κἀκεῖν☉ εὐθὺς ἀπολύσας σε ἄφαντος ἐγένελο, καὶ ἡμεῖς εἰσήλθομν εἰς τὼ ἐκκλησίαν, καὶ εὐχαρισήσαμν τῷ Κυρίῳ, τῷ σώσανλι ἡμᾶς. Δεῦρο οὖν, τέκνον, καὶ αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ ἀπελθοῦσαι, ἱκελεύσωμν τ Θεὸν, ὅπως σώσῃ ἡμᾶς, καὶ πρόνοιαν τ πλωχείας ἡμῶν ποιήσηται. Ἡ δὲ

A Ἡ δὲ Δυγάτηρ ἀποκριθεῖσα λέγει αὐτῇ· Δεῦρο, κυρία μου μῆτερ, ἄγωμαι, καγὼ μαὶ ἐν μεγάλῳ ἀγῶνι ἐγενόμην· ἐδόκουν γὰρ σωὶ Θεῖ ἀπιέναι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ εὑρέθην, οὐκ οἶδα πῶς, ἐν οἴκῳ τινὶ μεγάλῳ, καὶ ὁ μιαρὸς ἐκεῖνος ἄνθρωπος εὑρέθη ἐκεῖ, κρατῶν μὲ καὶ δεικνύων μοι ἀργύριον πολύ, κόσμια διάφορα, ἱμάτια χρυσόκλαβα, στρωμνὰς μεγάλας, δούλους καὶ δουλίδας πολλὰς, λέγων μοι· Τούτων πάντων κυρία ἔσῃ, ἐὰν μείνῃς ἵνα μεθ' ἐμοῦ. Ἐγὼ δὲ ἔκλαιον λέγουσα· Οὐ θέλω ταῦτα, πρὸς τὸν κυρίαν μου θέλω· καὶ ὕπνος κλέψας διύπνισα. Ἀλλὰ ἄγωμαι εἰς τὸν ἐκκλησίαν. Καὶ ἐνδυσάμαμαι ἦλθον ἐκ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, ἀπιέναι εἰς τὸν ἐκκλησίαν. Ἦν δὲ τάχος πολύ· αὗται δὲ ἐκ τοῦ πόνου τῆς φαντασίας αὐτῷ διυπνισθεῖσαι, ἐνόμισαν τὴν καλὰ σωνήθειαν αὐτῶν ὕπνον πεπληρωκέναι. Καὶ ὡς διῆλθον μίαν ῥύμην καὶ εἰς ἄλλην ἔμελλον εἰσιέναι, ἐνέβαλον ἑαυτοὺς οἱ δύο δαίμονες μέσον τῆς μητρὸς καὶ τῆς θυγατρός· καὶ ὁ μὲν εἷς ἀφωμοίωσεν ἑαυτὸν τῇ μητρὶ, καὶ ἐπὶ ἑτέραν πλατείαν προάξας τὴν κόρην, λέγει αὐτῇ· Ἔνθεν ἔρχου, τέκνον μου, ἀκολούθει μοι. Ἡ δὲ κόρη, νομίζουσα τῇ μητρὶ ἀκολουθεῖν, ἠκολούθει τῷ δαίμονι· καὶ ὁ δαίμων ἀπήγαγεν αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ἀνθεμίου· καὶ
B ἀνοίξας τὰς θύρας, παρέστησεν αὐτὸν τῇ κλίνῃ ἔνθα ἐκάθευδεν, καὶ ἀνεχώρησεν. Ὁ δὲ ἄλλος δαίμων ἠκολούθει τῇ μητρὶ, καὶ σωνελάλει αὐτῇ ἐν σχήματι τοῦ θυγατρὸς αὐτῆς ἄχρι τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ νάρθηκος, καὶ ἀνεχώρησεν.

Ὁ οὖν Ἀνθέμιος διασάμενος τὸν κόρον, ὃν πολλοῖς χρόνοις ἐσπευδεν κἂν εἰς ὁμιλίαν αὐτῆς γενέσθαι, τότε δὲ παρέσωσαν αὐτῷ τῇ κλίνῃ, ἐκθαμβος ἐγένετο, καὶ ἀναπηδήσας τῆς κλίνης ἐκράτησεν αὐτὸν τῆς χειρὸς, καὶ λέγει αὐτῇ· Τί ἐστι, κυρία μου Μαρία; πόσακις παρεκάλεσα ὑμᾶς, καὶ δι' ἄλλων καὶ δι' ἑαυτοῦ, κἂν εἰς ὁμιλίαν μου ἔλθῃς, καὶ οὐκ ἐβουλήθητε· ἰδοὺ σὺ ἀφ' ἑαυτῆς ἦλθες εἰς τὸν οἶκόν μου, καὶ εἰς τὸ κοιτῶνά μου, καὶ εἰς τὰς χεῖράς μου ἔσῃ. Ἡ δὲ θεοῦ δούλη Μαρία, θεωρήσασα ἑαυτὸν ἐν τοιούτῳ τόπῳ καὶ τοιούτῳ σχήματι σωνεχομένον, σώφρονος γεγενομένη ἀνέκραξεν, μετὰ δακρύων ἐπεῖσα· Οὐαί μοι τῇ ἀθλίᾳ! τί ἔπαθον; Κύριε ὁ Θεὸς, πρὸς ὃν ἔσπευδον ἀπιέναι, σὺ βοήθησόν μοι ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ, ὅτι οὐκ ἔστιν βοηθῶν μοι. Ὁ δὲ Ἀνθέμιος ἔφη αὐτῇ· Μὴ δειλιάσῃς, κυρία μου Μαρία, μηδὲ ἐκστῇς ἑαυτῆς. Δεῦρο ἴδε τὸ ἀργυρόν μου, πόσον ἐστιν. Δεῦρο θέασαι κόσμον γυναικεῖον, πόσον μοι ὑπάρχει· πόσαι καὶ διάφοροι ἐσθῆτές τε καὶ στρῶμναι, πόσοι δοῦλοι
C καὶ δουλίδες μέλλουσιν ὑπηρατεῖν σοὶ καὶ τῇ μητρί σου· καὶ εἰ μὴ θελήσῃς οἰκεία σου προαιρέσει συζευχθῶσαί μοι, ὡς πολλαχῇ σοι χρήσομαι, καὶ δύνασαι συγχωρίσω σοι τὸ φῶς τοῦ ἡλίου ἰδεῖν, ἐν ᾧ ὅλως εἰς τὰς χεῖράς μου ἦλθες. Καὶ κρατῶν αὐτὸν τοῦ χαμαὶ ἐπεδείκνυεν αὐτῇ τὸ ἀργυρον, τὸν κόσμον, τὸν ἐσθῆτα.

Τῆς δὲ δούλης τοῦ Θεοῦ Μαρίας μὴ ὅλως μεταβλησομένης τῇ θεωρίᾳ τοῦ ἀργύρου ἢ τῶν ἄλλων εἰδῶν, ἀλλὰ συχνῶς ἐκ βάθους τῆς καρδίας στεναγμοὺς ἀφιούσης μετὰ δακρύων, ὁ τὰ βάθη τῶν καρδιῶν ἐρευνῶν Θεὸς, ὁ μόνος ἐκ πάσης βίας καὶ ἀνάγκης ῥύεσθαι δυνάμενος τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτὸν, ἐξαπέστειλεν τὸν ἅγιον Πνεῦματος βοήθειαν ἐπ' αὐτόν. Καὶ δὴ ἀναλαβοῦσα ἑαυτὸν, προσπίπτει τῷ Ἀνθεμίῳ καὶ λέγει αὐτῷ, Κύριέ μου, ἐν ᾧ εἰς τὰς χεῖράς σου ἐνέπεσα, καὶ οὐκ ἔστι μοι ἐκφυγεῖν, ἐρῶ σοι πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Ἡμεῖς πενιχρὰ γυναικάρια ἐγενόμεθα ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἐσμέν· ἡ δὲ μήτηρ μου πάντοτε ταῦτά με ἐδίδαξεν, λέγουσα· Ὅτι τέκνον μου οὐκ ἔνι ἄλλως παρὰ Θεῷ σωθῆναι, εἰ μή τις ἐντολὰς καὶ εὐποιίας ἐργάσηται· ἐπεὶ οὖν ἡμεῖς ἐν πενίᾳ ὑπάρχομεν, μὴ δυνάμεθα ἐλεημοσύνην τῷ Θεῷ ποιῆσαι, καὶ παρθενίαν ἐν ταῖς νυξὶ καὶ ἡμέραις φυλάττομεν· καὶ ἐν τῇ κρίσεως ἡμέρᾳ εὑρεθῆναι ἐν ἐλπίδι ἀγαθῇ. Ἐγὼ δὲ ἀκούσασα ταῦτα παρὰ τῆς μητρός μου, ἐνόμισα ἐν τῇ καρδίᾳ μου ὅτι ἐὰν ἐγὼ ἐν τῷ γάμῳ ἔλθω, οὐ δύναμαι τὴν παρθενίαν φυλάξαι· καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐλθοῦσα, ἐν τῷ ἀκούειν με τὰ τῆς ἐκκλησίας, ἐνόμισα ὅτι ἐν τῷ μοναστηρίῳ ἐλθοῦσα, ἐκεῖ

peccatâ, atque ita judicio divino tradêris damnata. Sed si me audis, & virginitatem servas, Deo
EX MS. FLORENT serviemus, numquam ab invicem divellendæ, æternæque lætitiæ inibimus hereditatem. Hac de causâ non sustinuimus tecum convenire: quoniam autem mihi promittis matrem apud me habendam, ultro parata sum tibi esse pro famulâ: tantum vehementer oro, ne quid modo in me sceleratè fiat: etenim matrem ego inducam, ut mihi assentiatur; quod si induci nequit, ipsam me tibi trado.

*ad quam regressa,*

9 Anthemius porro, & puellæ promissis delinitus, & jurejurando persuasus, rem dierum quindecim spatio perfectum iri, puellam dimisit. Sic igitur dimissa Dei famula Maria, tetendit ad ecclesiam; ubi matrem cum lacrymis orantem Deum, ut sibi filiam commonstraret, invenit: nam & domum redierat eam quæsitura, at non repererat. Illam autem contuita mater, simul interrogat: Quo abieras filia? quia una mecum ad templi usque Narthecem fuisti, & quo recessisti? Illa autem matri, Ne time, inquit, domina mea; etenim mali nihil mihi contigit, propter preces tuas: sed oratione nostra peracta, domum nostram redux, quo abierim, referam tibi. Quam primum ergo domum
B *quid sibi acciderit narrat.* sunt regressæ, mater filiam jussit dicere quo abivisset. Illa autem rem omnem, prout erat, exposuit: quâ auditâ in humum se projiciens mater, magnopere lamentabatur. At filia matrem hortabatur temperaret lacrymis, quod, quæ Dei fuerat providentia, siniſtri nihil perpessa foret: sed Oremus, inquit, Deum, ut hinc nobis excitatam tentationem dissipet; & qui nos hactenus servavit, idem deinceps protegat. Multum ergo plorantes oranteſque continuabant dolorem, Deum precatæ, sibi ut salutis opportunitatem aliquam objiceret, intra pactum tempus dierum quindecim, quod puella etiam cum jurejurando condixerat Anthemio: atque ita evenit, rem hanc, qui
*& amba Deumorant ut sibi subveniat,* solus alias omnes rectè potest, dirigente Deo. Siquidem Anthemius, dimissa ab ædibus suis Dei famulâ & virgine, multum apud se, quod actum erat, demirabatur; quomodo mater potuisset à mago induci, ut filiam à se amandaret; aut quomodo filia, ut in suas ædes ad se veniret; atque hæc apud animum suum dicebat: Nimirum vir iste, qui talia efficere potuit, omnibus hominibus præstat: quidni igitur facultates meas prope omnes illi offero, ut me sui similem reddat?
C *quod & impetrant.* Tali rursum cupiditate incensus, etiam alia incendebatur, apud se dicens: Si talis evado, quidquid desideravero, id totum in promptu habeo. Et hujusmodi cogitatio, quasi à divina providentia illi incidit, quo sponte ipse sua virginem dimitteret, neque hæc nefario illo juramento teneretur; & quo meretriciæ rei magister diabolus, tum propter virginem istam, tum propter virginis hostem confunderetur.

τοιῆσάς τινα, κἀν τῷ παρθενίαν καὶ ἀγυπνίαν τῷ Θεῷ προσάσομαι, ἵνα εὑρωμαι ἔλεον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως· ἐὰν γὰρ λάβῃς ἄνδρα, ἐμὲ ἐγκαταλεῖψαι ἔχεις, κἀγὼ ἐν ἀνάγκῃ γενομένη μέλλω σε νικᾶν κατά σου, καὶ σὺ μέλλεις περιπίπτειν θλίψεσι καὶ ἁμαρτίαις, καὶ ὅτως καταικριτὸν γενομένη τῇ κρίσει τοῦ Θεοῦ παραδοθήσῃ. Ἐὰν δὲ ἀκούσῃς μου καὶ τῷ παρθενίαν φυλάξῃς, ἀπερισπάστως τῷ Θεῷ δουλεύσομαι, καὶ τῷ αἰωνίαν χάριν κληρονομήσομαι. Τούτου οὖν χάριν σὲ καὶ ἰδιεσχόμεθά σου σῶσαι εἰς ὁμιλίαν· ἐν ᾧ δὲ σωτίθῃ μοι ἔχειν μετ' ἐμοῦ καὶ τὸν μητέρα μου, ἕτοιμός εἰμι προαιρέσει δούλη σου γενέσθαι, μόνον δυσωπῶ μηδὲν παραχθῶναι ἐν τῷ τέως ἐν ἐμοὶ κακόν· ἐγὼ γὰρ πείσω τὸν μητέρα μου σωελθεῖν ἐν τῷ πράγματι· ἐὰν δὲ καὶ μὴ πεισθῇ, ἐγὼ ἑαυτόν σοι ἀποδίδωμι.

Τοῦ δὲ Ἀνθεμίου θεραπευθέντος ἐπὶ τῇ ὑποσχέσει τοῦ κόρης, πισωθεὶς παρ' αὐτῆς ὅρκῳ, ὀπίσω εἰ ἡμερῶν τοῦτο πράξει, ἀπέλυσεν αὐτόν. Ἡ δὲ δούλη τοῦ Θεοῦ Μαρία ἀπολυθεῖσα, ἀπῆλθεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ εὗρεν τὸν μητέρα κλαίουσαν καὶ δεομένην τῷ Θεῷ, ὑπὲρ τοῦ φανερωθῆναι αὐτῇ τὸν θυγατέρα αὐτῆς ὅτι καὶ εἰς τὸ οἶκον ἀπῆλθεν ζητοῦσα, καὶ οὐχ εὗρεν αὐτόν. Ἰδοῦσα δὲ αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτῆς ἐπηρώτα αὐτὸν λέγουσα· Ποῦ ἀπῆλθες, τέκνον, ὅτι μέχρι τοῦ νάρθηκος τῆς ἐκκλησίας σὺν ἐμοὶ ἦς, καὶ ποῦ ἀνεχώρισας. Ἡ δὲ λέγει αὐτῇ. Μὴ φοβοῦ, κυρία μου· οὐδὲν γὰρ κακόν μοι γέγονεν, ταῖς εὐχαῖς σου· ἀλλὰ τὸν εὐχὴν ἡμῶν πληρώσασαι, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ γενόμεναι, ἐρῶ σοι ποῦ ἀπῆλθον. Ὡς δὲ ἐγένοντο ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῶν, ἠρώτα ἡ μήτηρ τὸν θυγατέρα αὐτῆς εἰπεῖν ποῦ ἀπῆλθεν· ἡ δὲ διηγήσατο αὐτῇ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Ἡ δὲ μήτηρ ἀκούσασα, βίψασα ἑαυτὴν χαμαὶ ἐθρήνει δεινῶς· ἡ δὲ θυγάτηρ παρεκάλει συνδοιῦσα καὶ κλαίειν, διὰ τὸ μηδὲν κακὸν αὐτὸν ὑπομεῖναι, διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ προνοίας, Ἀλλὰ δεηθῶμεν, φησιν, τῷ Θεῷ, ὅπως τὴν πεπληθέντα ἡμῖν τοῦτον πειρασμὸν διασκεδάσῃ ἀφ' ἡμῶν· καὶ ὡς ἔως τοῦ νῦν σώσας ἡμᾶς, αὐτὸς καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν ἀντιλήψεται ἡμῶν. Καὶ πολλὰ κλαυσάντων αὐτῶν καὶ δεηθέντων, ἔμεινον ἐν λύπῃ, παρακαλοῦσα τὴν Θεὸν προφάσιν Σωτηρίας καταπεμφθῆναι αὐτᾶς ἄχρι τῆς ὁριζούσης προθεσμίας τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν, ὧν ὡς μὲν ὅρκων σωσθεμένη τῷ Ἀνθεμίῳ· ὅπερ καὶ γέγονεν ὑπὸ μόνου τοῦ τὰ πάντα καλῶς διοικεῖν δυναμένου Θεοῦ. Ὁ γὰρ Ἀνθέμιος, μετὰ τὸ ἀπολύσαι τὸν θ Θεοῦ δούλην καὶ παρθένον ἐκ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, λίαν θαυμάζων καὶ ἑαυτὸν τὸ γεγονὸς, ὅτι πῶς ἐδυνήθη πεῖσαι τὸν μητέρα ἀπολύσαι τὸν θυγατέρα αὐτῆς ὁ μάγος, ἢ πῶς ἐπείθη ἡ θυγάτηρ ἐλθεῖν πρός με ἐν τῷ οἴκῳ μου· καὶ ἔλεγεν ἐν αὐτῷ, ὅτι ὁ ὢν τοιοῦτος ἄνθρωπος καὶ τοιαῦτα ποιεῖν δυνάμενος, πάντων ἀνθρώπων κρείττων ἐστίν· διὰ τί οὖν μὴ προσαγάγω αὐτῷ σχεδὸν πάντα τὰ πράγματά μου, ὅπως κἀμὲ ποιῆσαι ὅτως γενέσθαι ὡς ἔστιν αὐτός; Καὶ ὑπὸ τῆς τοιαύτης λοιπὸν ἐπιθυμίας πυρούμενος, τῇ ἄλλῃ ἐπιθυμίᾳ ἐχλεαίνετο, λογιζόμενος καθ' ἑαυτὸν, ὅτι εἰ οὕτως γένομαι πάντα τὰ καταθύμιά μου ἔχω ἕτοιμα. Καὶ οὕτως ὁ λογισμὸς, ὡς ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ διοικήσεως, αὐτῷ ἐπῆλθεν, ὅπως καὶ τὴν παρθένου ἐξ οἰκείας προαιρέσεως ἀποσῇ, καὶ κἀκείνῳ τῇ ἐπορκίᾳ μὴ ὑποπέσῃ, καὶ ὁ πορνείας διδάσκαλος διάβολος ἀσχυνῇ ἐπί τε τῇ παρθένῳ καὶ ἐπὶ τῷ ταύτης πολεμίῳ.

CAP.

## CAPUT III.

EX MS. FLORENT

*Anthemius, ut Magus fiat, Chriſtum ejurat ac mox pœnitentiam agit.*

Καὶ πρωΐας γενομένης προσῆλθεν σπουδαίως ὁ Ἀνθέμιος εἰς τὸ Ϛωτυχεῖν τῷ φαρμακῷ καὶ εὐχαριστήσας αὐτῷ. Εὑρὼν οὖν αὐτὸν καὶ προσκυνήσας δίδωσιν αὐτὸ τὸ Ϛωταχθὲν χρυσίον μετὰ πάσης εὐχαριτίας· καὶ μετὰ τοῦτο προσπεσὼν αὐτοῦ τοῖς ποσὶ, παρεκάλει, πολλὰ ὑπισχνούμενος, δώσειν αὐτῷ ὅσα ἐὰν αἰτήσηται αὐτῷ χρήματα, ἐὰν μόνον ποιήσῃ αὐτὸν ὡς αὐτός ἐστιν. Ὁ δὲ φαρμακὸς λέγει αὐτῷ, μὴ δυνάσθαι αὐτὸν γενέσθαι μάγον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν Χριστιανὸν, καὶ ἔχειν τὸ βάπτισμα. Ὁ δὲ Ἀνθέμιος λέγει τῷ μάγῳ· Ἐγὼ ἀπαρνοῦμαι καὶ τὸ βάπτισμα καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Χριστιανισμοῦ, καὶ μόνον γένωμαι μάγος. Ὁ δὲ φαρμακὸς λέγει αὐτῷ· Οὐκ ἔχεις δυνηθῆναι γενέσθαι μάγος, καὶ φυλάττειν τὰ φυλάγματα τῶν μάγων· καὶ ἐὰν μὴ φυλάξῃς, ἐκπεσεῖν ἔχεις, καὶ οὐκ ἔχεις παραλαβεῖν. Ὁ δὲ πάλιν τῶν ποδῶν αὐτοῦ ἀπτόμενος, ὑπισχνεῖτο φυλάξαι πάντα τὰ μέλλοντα αὐτῷ παραδίδοσθαι ὑπ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ θεωρήσας τὴν ὑπομονὴν αὐτοῦ, λέγει αὐτῷ· Ἔνδος ἐγὼ ποιῶ· καὶ αἰτήσας χαρτίον, ἔγραψεν εἰς αὐτὸ ἃ ἠθέλησεν, καὶ δίδωσι τῷ Ἀνθεμίῳ, καὶ λέγει αὐτῷ· Δέξαι τοῦτο τὸ χαρτίον, καὶ ἀπόδειπνος νυκτὶ βαθείᾳ ἔξελθε ἔξω τῆς πόλεως, καὶ στῆθι εἰς τὸ γεφύριον ἐκεῖνο, καὶ περὶ τὸ μεσονύκτιον ἔχουσι παραίρεσθαι ἐκεῖθεν ὄχλος καὶ θορυβὸς πολὺς, καὶ ὁ ἄρχων εἰς ὄχημα καθεζόμενος. Ἀλλὰ βλέπε, μὴ δειλιάσῃς· οὐδὲν γὰρ κακὸν δυνήσῃ ὑποστῆναι, ἔχων τοῦτο τὸ ἐγγραφόν μου· κράτει δὲ αὐτὸ εἰς ὕψος ἐν τῷ φανερῷ, καὶ ἐάν ἐρωτηθῇς, τί ποιεῖς ὧδε τὴν ὥραν ταύτην; ἢ τίς εἶ σύ; εἰπέ· Ὅτι ὁ κύριός μου Μέγας ἐπεμψέν με πρὸς τὸν δεσπότην μου τὸν ἄρχοντα, ἀναγεῖν τοῦτο τὸ χαρτίον πρὸς αὐτόν. Βλέπε δὲ μὴ δειλιάσῃς ἢ καταφραγίσῃ ὡς Χριστιανός, ἢ ὀνομάσῃς τὸν Χριστὸν, ἐπεὶ ἀπολυχὴν ἔχεις τοῦ Ϛκοποῦ σου.

Ὁ δὲ λαβὼν τὸ χαρτίον ἐπορεύθη, καὶ βραδείας ὥρας ἐξελθὼν τῆς πόλεως, ἔστη εἰς τὸ γεφύριον, κρατῶν εἰς ὕψος τὸ χαρτίον. Ὡς δὲ καλὰ τὸ μεσονύκτιον ἐρχονται οἱ ὄχλοι καὶ καβαλλάριοι πολλοὶ, καὶ αὐτὸς ὁ ἄρχων εἰς ὄχημα καθεζόμενος, φθάσαντες οἱ προλαβόντες λέγουσιν, Τίς ἐστὶν ὁ ἐσὼς ὧδε; Ὁ δὲ Ἀνθέμιος ἔφη· Ὁ κύριός μου ὁ Μέγας ἐπεμψέν με, ἀναγεῖν τῷ δεσπότῃ μου τῷ Ἄρχοντι τὸ χαρτίον τοῦτο. Καὶ λαβόντες ἀπ' αὐτοῦ τὸ χαρτίον δεδώκασι τῷ Ἄρχοντι καθεζομένῳ εἰς τὸ ὄχημα. Καὶ λαβὼν καὶ ἀναγνοὺς, ἔγραψέν τινα ἐν αὐτῷ, καὶ ἐδώκεν τῷ Ἀνθεμίῳ φέρειν τῷ μάγῳ. Ἐλθὼν δὲ πρωΐας ὁ Ἀνθέμιος ἀπέδωσι τῷ μάγῳ τὸ χαρτίον, καὶ ἀναγνοὺς ὁ φαρμακὸς, λέγει τῷ Ἀνθεμίῳ, Θέλεις μαθεῖν τί μοι ἔγραψεν; καθὼς εἶπόν σοι τὰ αὐτά μοι ἔγραψεν. Οὐκ οἶδας ὅτι Χριστιανός ἐστιν; καὶ ἐγὼ τοῦτον οὐ δέχομαι, ἐὰν μὴ τὰ κατὰ Ϛωήθειαν πάντα ποιήσῃ καὶ ἀπαρνήσηται καὶ ἀναθεματίσῃ. Ὁ δὲ Ἀνθέμιος τοῦτο ἀκούσας ἔφη· Ἐγὼ, κύριε, καὶ τότε καὶ ἄρτι ἀρνοῦμαι τὸ ὄνομα τοῦ Χριστιανοῦ, καὶ τὴν πίστιν, καὶ τὸ βάπτισμα αὐτῆς. Τότε πάλιν γράψας ὁ μάγος τινὰ, δίδωσι τῷ Ἀνθεμίῳ λέγων· Πορεύου πάλιν, καὶ σήμερον ἐκεῖ τὴν νύκτα, καὶ ὡς ἔλθῃς δὸς αὐτῷ, καὶ βλέπε τί σοι λέγει. Ὡς δὲ ἀπελθὼν ἔστη ἐκεῖ, ἦλθον πάλιν τῇ αὐτῇ ὥρᾳ οἱ αὐτοὶ, καὶ λέγουσιν αὐτῷ· Τί ἦλθες πάλιν ὧδε; Ὁ δὲ Ἀνθέμιος ἔφη· Ὁ κύριός μου Μέγας

B

C

Illuceſcente ergo die, exivit maturè Anthemius ad magum conveniendum, agendaſque ei gratias: quem inveniens ſalutanſque, cum ampla gratiarum actione pactum aurum tradit; eique poſt ad pedes accidens enixè obſecrabat, ſimul pollicens, daturum ſe, quantum pecuniæ is poſceret, modo ſe efficeret, qualis ipſe eſſet. At illi magus reſpondit; fieri eum nequaquam poſſe magum, quod Chriſtianus eſſet per ſuſceptum baptiſma. Anthemius autem mago ait: Et baptiſmati renuntio, & nomini Chriſtiano, tantum magus ut fiam. Magus vero: Neque fieri magus potes, neque magorum ſervare inſtituta, quæ tamen niſi ſervaveris, loco excides numquam recuperando. Sed is pedes iterum amplexus, pollicebatur ſe imperata ab illo cuncta perfecturum. Ille autem perſpecta iſta perſeverantia ait: Hic intus habito: & chartam modicam poſcens, quæ lubuit, inſcripſit: eamque tradens Anthemio, inquit: Accipe chartulam hanc, & nocte profunda incœnatus, civitate egredere, ac ſta in ponticulo iſto. Illac ingens turba cum immani tumultu circa noctem mediam pertranſibit, ſedente in curru Principe: at vide ſis, ne timeas, neque enim moleſtiæ quidquam ſuſtinebis, ſcriptum iſtud meum habens: ipſum autem tene in altum ſublatum, ut conſpici poſſit. Quod ſi rogatus fueris; Quid hic agis hac hora? aut quis es tu? dic: Dominus Magnus me ad Dominum meum Principem miſit, cum hac charta illi deferenda. Sed caveris timere, aut te ut Chriſtianum ſignare, aut invocare Chriſtum; alioqui voto tuo fruſtraberis.

*Magus fieri cupiens Anthemius*

11 Chartula igitur accepta ivit, ſeroque urbe egreſſus ſtetit in ponticulo, extollens manu ſchedulam. Ut autem mediâ ferme nocte advenit turba, equiteſque magno numero ac Princeps ipſe currui inſidens, qui præibant, accurrentes ajunt, Quis ille eſt, qui hic ſtat? Ad quod Anthemius: Dominus Magnus me miſit, delatum Domino meo Principi ſchedulam hanc; quam de manu ejus acceptam tradunt Principi, in curru ſedenti. Ille autem acceptâ eâ perlectâque, quædam etiam ipſe in eâdem ſcripſit, reddiditque Anthemio, ut ad magum deferret. Mane vero regreſſus Anthemius ſchedulam reddit mago; qui eâdem perlectâ, ait Anthemio; Vis noſſe, quid mihi ſcripſerit? ea ipſa ſcilicet, quæ tibi ego prædixi: An neſcis Chriſtianum eſſe hunc? talem ego neutiquam admitto, ni de more noſtro præſtiterit omnia, abjuret ac deteſtetur. Id audiens Anthemius; Ego Domine, inquit, & aliàs & nunc abjuro Chriſtianorum nomen fidemque & eorum baptiſmum. Ac rurſus quidpiam exarans magus, danſque Anthemio addit: Vade iterum, & ſta illic noctu; atque ubi venerit, da ei, & quid dicturus ſit, attende. Abivit ille, ibidemque conſtitit. Atque ecce eâdem hora iidem redeunt, ajuntque: Quamobrem huc revertiſti? Quibus Anthemius: Domine, inquit, Dominus Magnus me remiſit cum hac ſchedula. Princeps vero accipiens & legens; iterum inſcripſit ei quiddam, referendum mago. Ad quem rurſus mane accedenti Anthemio, ille, accepta charta lectaque, Sciſne, inquit, homo, quid mihi iterum ſcripſerit? Illi ego ſcripſi: Omnia, Domine, coram me iſte abjuravit; ſi ita placet, eumdem admitte. Reſcripſit autem mihi, Niſi ſcripto, manuque propria abjuraverit omnia,

*dæmoni ſiſtit ſemel iterumque a*

*Chriſto & baptiſmo renuntians e*

E

F

cum

EX MS. FLORENT

eum non admitto. Ceterum aſpice, quid velis, ut faciam tibi.

*quod cum etiam ſcripto feciſſet,*

12 Ad hæc miſer Anthemius: Paratus ſum, inquit, Domine, & id ipſum facere: conſidenſque in hunc modum ſcripſit. Ego Anthemius abjuro Chriſtum, ejuſque fidem: abjuro etiam ejus baptiſmum, ac crucem cum nomine Chriſtiano; promittoque numquam iſtis me uſurum, numquam ea appellaturum. Dum autem ita ſcriberet, fluebat ei largus ſudor, à ſummo capite ad imos pedes, tota ut veſtis interior, quam ferebat, immadeſceret, uti poſtea continuis ipſe cum lacrymis faſſus fuit. Nihilominus proſecutus eſt ſcribendo, abſolutumque, mago relegendum tradidit. Qui, poſtquam legiſſet; Bene, inquit, habet: abito rurſum; quia omnino te admittet. Poſteaquam autem admiſerit, dicito cum reverentia: Oro te, Domine, da mihi qui ad obſequia eſſe debent; & tot eſt daturus, quot volueris. Hoc autem te præmoneo, ne plures uno aut altero famulos admittas: quandoquidem negotium tibi faceſſent plures, noctu diuque te aſſidue turbaturi, ut rerum agendarum materiem illis des. Regreſſus autem

*ſcripturamque damoni tradidiſſet,*

B Anthemius ibidem ſtetit: regreſſi quoque ſunt & alii, quorum is, qui præibat, agnito ſtatim Anthemio, clamare cœpit: Hominem iſtum, Domine, iterum Magnus venire juſſit cum mandatis: & Princeps accedere eum jubet. Accedens ergo Anthemius dat illi abjurationis profeſſionem, plenam luctus & calamitatis. Ille vero acceptam perlectamque attollens manu, vociferari cœpit: Chriſte Jeſu, ecce tuus aliquando Anthemius ſcripto te execratus eſt: ego facti auctor non ſum: ſed ipſe multis precibus id poſtulans, profeſſionem abiurationis ſponte conſcripſit, mihique tradidit: ne igitur illius curam geras impoſterum: ac rurſus bis terque eadem eſt vociferatus.

*hujus contra ſe proteſtatione audita*

*pactum retractat,*

13 Aſt Anthemius, horribili illa voce exaudita, toto tremens corpore, cœpit pariter clamare, ac dicere: Redde mihi ſcripturam meam: Chriſtianus ſum: oro; obſecro: Chriſtianus eſſe volo; redde mihi, quam nefariè ſcripſi, confeſſionem. Cum autem eadem infelix clamare pergeret, ait illi Princeps: Tuam hanc profeſſionem amplius recipere nequaquam potes, ſed eam ipſam ego in

C formidabili iudicii die proferam: tu enim ex hoc momento meus es: ego te, ut volo, habeo in poteſtate, niſi vis aliqua juri inferatur. Atque his dictis præteriit, Anthemio illic relicto. Et ipſe quidem pronus in faciem uſque ad lucem jacuit ipſo in ponte, lacrymans, lugenſque caſum ſuum. Quam primum vero diluxit, ſurgens revertitur domum, ubi perpetuo in luctu ac planctu, quid ageret, dubitabat. Diſtabat autem inde urbs alia ad octodecim millia, quæ Epiſcopum habere dicebatur amantem Dei ſervum. Ejus ergo adeundi conſilium cœpit, ut illo deprecatore uteretur, ab ipſoque baptizaretur, rem totam, uti evenerat, confeſſus: verecundabatur enim in propria civitate confiteri id quod acciderat ſibi. Detonſis ergo ſibi capillis, aſperaque tunica indutus & ſacco, diſceſſit ad Epiſcopum illum; ſeque indicans ſuſceptus eſt, ingreſſuſque ad ejus ſe pedes abjecit cum precibus, dicens: Te obſecro, baptiza me. Reſpondit autem Epiſcopus; Credamne ego te hactenus baptizatum non eſſe? At is ſevocato Epiſcopo rem totam enarravit, addens: Baptiſmum quidem ſuſcepi puer, ſed illo per ſcriptum à me abjurato, character ejuſdem extra me abiit. Ad quod reſpondit Epiſcopus: Atqui, quomodo mihi perſuadebis, quem ſuſcepiſti baptiſmum, à te

*& alterius urbis Epiſcopum adit,*

ἐπεμψέν με δέσποτα, ἀγαγεῖν τοῦτο τὸ χαρτίον. Καὶ D
ὁ ἄρχων λαβὼν καὶ ἀναγνοὺς πάλιν ἔγραψέν τινα ἐν
αὐτῷ, καὶ ἔδωκεν τῷ Ἀνθεμίῳ φέρειν τῷ μάγῳ. Ἐλθὼν
δὲ πρωΐας ὁ Ἀνθέμιος, ὅπι δίδωσι τῷ μάγῳ τὸ χαρ-
τίον, καὶ ἀναγνοὺς ὁ φαρμακὸς λέγει αὐτῷ· Οἶδας, ἄν-
θρωπε, τί μοι πάλιν ἔγραψεν. Ἐγὼ ἔγραψα αὐτῷ,
ὅτι ἀναθεμάτισεν, δέσποτα, πάντα ἐπὶ ἐμοῦ, καὶ ἐὰν
κελεύῃς δέξαι αὐτόν· καὶ ἀνέγραψέν μοι, ὅτι ἐὰν μὴ
ἐγγράφως καὶ ἰδιοχείρως ἀναθεματίσῃ πάντα, ὃ δέ-
χομαι αὐτόν· λοιπὸν βλέπε, τί θέλεις ποιῆ σι.

Ὁ δὲ ἄθλιος Ἀνθέμιος ἔφη· Ἕτοιμός εἰμι δέ-
σποτα, καὶ τοῦτο πρᾶξαι· καὶ καθίσας ἔγραψεν ὅτως.
Ἐγὼ Ἀνθέμιος ἀπαρνοῦμαι τὸν Χριστὸν, καὶ πάντα ὅσα αὐ-
τὸν πίστιν, ἀπαρνοῦμαι δὲ καὶ τὸ βάπτισμα αὐτοῦ, καὶ
τὸ ὄνομα τῶν Χριστιανῶν, καὶ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ
Σωτίθημι μὴ δέπολε αὐτοῖς χρήσασθαι ἢ ὀνομάσαι
αὐτά. Καὶ ἐν τῷ ταῦτα αὐτὸν γράφειν, ἐξῆλθεν αὐτῷ
ἱδρὼς πολὺς, ἀπὸ κορυφῆς ἕως ὀνύχων, ὥστε διάβρο-
χον γενέσθαι ὅλον ὃ ἐφόρει ἐσωθεν ἱμάτιον, καθὼς
αὐτὸς ὕστερον πολλοῖς δάκρυσι Σωεχόμενος ὡμο- E
λόγισεν. Ὅμως γράψας καὶ πληρώσας ὁ Ἀνθέμιος δί-
δωσι τῷ φαρμακῷ ὅπισχέσθαι, καὶ ἀναγνοὺς, ἔφη·
Καλῶς ἔχει· ἀπάγαγε αὖθις καὶ δέχεσαί σε πάντως,
καὶ ἐπ' ἂν δέξηταί σε προσκυνήσας εἶπε αὐτῷ· Δέο-
μαί σου, δέσποτα, χάρισαί μοι τὰς ὀφειλομένας με ὑπουρ-
γεῖν, καὶ παρέχει σοι ὅσας ἐὰν θέλῃς· τοῦτο δέ σοι
προλέγω, Μὴ πλέω ἑνὸς ἢ δεύτερα λάβῃς ὑπουργοῦς,
ἐπεὶ κόπους σοι παρέχειν ἔχουσι, καθ' ἑκάστην ἡμέραν
καὶ νύκτα ὀχλοῦντές σοι, ἐπὶ τὸ παρέχειν αὐτοῖς προ-
φάσεις ἔργων. Ὡς δὲ ἀπελθὼν ὁ Ἀνθέμιος ἔσχε ἐκεῖ,
ἦλθον οἱ αὐτὸς, καὶ εὐθέως ὁ προάγων ὅπι γνοὺς τὸν Ἀν-
θέμιον, ἔκραξεν λέγων· ὁ Μέγας, δέσποτα, πάλιν
ἔπεμψεν ἐκεῖνον τὸν ἄνθρωπον μετὰ ὑπομνηστικοῦ· καὶ
ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐλθεῖν πρὸς αὐτόν. Καὶ ἀπελθὼν ὁ
Ἀνθέμιος ἐπέδωκεν αὐτῷ τὸν παντὸς θρύλλους καὶ
ἀπειλὴς γέμουσαν αὐτοῦ ὁμολογίαν τῆς ἀρνήσεως. Ὁ δὲ
λαβὼν αὐτὸν καὶ ἀναγνοὺς, ἀνατείνας αὐτὸν εἰς
ὕψος, ἤρξατο κραυγῇ λέγειν· Χριστὲ Ἰησοῦ, ἴδε Ἀν-
θέμιος, ὁ σὸς, ἐγγράφως σε ἀπηρνήσατο· ἐγὼ
οὔτι ὤκ εἰμι. Αὐτὸς πολλὰ παρακαλέσας, καὶ προαι-
ρέσει τὸν ὁμολογίαν τῆς ἀρνήσεως ποιήσας, ὅπι δέδω-
κέν μοι· μὴ δὲ σὺ ἔτι φροντίδα αὐτοῦ ποιήσῃς· καὶ πά- F
λιν δὶς καὶ τρὶς τὸν αὐτὸν φωνὸν ἔκραξεν.

Ὁ δὲ Ἀνθέμιος, ἀκούσας τῆς φρικτῆς ἐκείνης φωνῆς
καὶ τρομήσας ὅλῳ τῷ σώματι, ἤρξατο καὶ αὐτὸς κράζειν
καὶ λέγειν· Δός μοι τὸ ἐγγραφόν μου, Χριστιανός εἰμι· δέο-
μαι, παρακαλῶ, Χριστιανὸς θέλω εἶναι· δός μοι λοιπὸν κα-
κῶς ἐποίησα ὁμολογίαν. Ὡς δὲ ταῦτα ὁ ταλαίπωρος
ἐπέμενεν κράζων, λέγει αὐτῷ ὁ ἄρχων· Ταύτην τὴν
ὁμολογίαν σὺ ἔτι λαβεῖν οὐ δυνάσαι, ἀλλὰ τὴν ὁμο-
λογίαν σου ταύτην προκομίσαι ἔχω ἐν τῇ φοβερᾷ
ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως· σὺ γὰρ ἀπάρτι ἐμὸς εἶ, κἀγώ σου
ἔχυσίαν ἔχω ὡς βούλομαι, εἰ μή σου βίαν τινὰ ὑπο-
μένει τὸ δίκαιον. Καὶ ταῦτα εἰπὼν παρῆλθεν, ἐάσας
αὐτὸν ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ. Ὁ δὲ μέχρις ὀρθρου ἔμενεν
κείμενος ἐπὶ προσώπου ἐν τῇ γῇ, κλαίων καὶ
θρηνῶν τὴν ἑαυτοῦ πλῶσιν. Ὡς δὲ ὄρθρος ἐγένετο,
ἀνασὰς ἦλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ μὴ διαλειπῶς θρηνῶν
καὶ κοπτόμενος, ἀπορῶν ὅτι πράξει. Ἦν δὲ ὡς ἀπὸ
δέκα ὀκτὼ μιλίων ἑτέρα πόλις, ἥτις ἡγοῦτο ἔχειν Ἐπί-
σκοπον πάνυ θεοφιλῆ καὶ δοῦλον τοῦ Θεοῦ. Ἐβουλεύσατο
οὖν ἀπελθεῖν πρὸς αὐτὸν, ὅπως παρακαλέσῃ αὐτὸν,
καὶ ὁμολογήσῃ αὐτὸν τὸ ὅλον τοῦ πράγματος, καὶ
ἵνα βαπτίσῃ αὐτόν· ὅτι εἰς τὴν πόλιν αὐτοῦ ἰσχυίετο
ὁμολογῆσαι τοῦτο τὸ συμβὰν αὐτῷ πρᾶγμα. Ἐκέλευσε
δὲ

A δὲ τὰς τρίχας αὐτοῦ πάσας, καὶ βαλὼν σοιχάριον τραχὺ, καὶ σάκκον περιφλισάμβυος, ἀπῆλθεν πρὸς τὸ Ἐπίσκοπον ἐκεῖνον, καὶ μιώυσας ἐδέχθη, καὶ εἰσελθὼν, ῥίπτει ἑαυτὸν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ καὶ παρεκάλει λέγων· Δέομαί σε βάπτισόν με. Ὁ δὲ λέγει αὐτῷ· Καὶ πιστεύω ἐγὼ, ὅτι μέχρι δὲ νῦν οὐκ ἐβαπτίσθης; Ὁ δὲ λαβὼν τὸ Ἐπίσκοπον κατ' ἰδίαν, ὡμολόγησεν αὐτῷ τὸ ὅλον δὲ πράγματος, καὶ πῶν, Ὅτι ἔλαβον μὲν αὐτὸ πᾶς ὢν, ἐγγράφως δέ με αὐτὸ ἀπαρνησάμενος ἐξῆλθεν ἀπ' ἐμοῦ. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἐπίσκοπος· Καὶ πῶς πέπεισαί με ἔχειν, ὅτι ἐξῆλθεν ἀπό σε τὸ βάπτισμα ὃ ἔλαβες; Λέγει αὐτῷ ὁ Ἀνθέμιος· Ἐν τῇ κακῇ ὥρᾳ, ὅτε ἐκαθέζων γράφων τὴν ἀπάρνησιν δὲ δεσπότου με Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ δὲ βαπτίσματος αὐτοῦ, ἐπῆλθέν μοι εὐθέως ἱδρὼς πολὺς ἀπὸ κορυφῆς ἕως ὀνύχων, ὥστε γενέσθαι διάβροχα τὰ ἐν τῷ σώματί με περικείμενα ἱμάτια· καὶ ἐκ τούτου πέπεισμαι, ὅτι ὥσπερ ἐγὼ ἐκεῖνον ἀπηρνησάμην, οὕτως κἀκεῖνός με ἐγκαταλέλοιπέν. Ἀλλ' εἴ τι δύνῃ, βοήθησόν μοι, τίμιε πάτερ, σπλαγχνισθεὶς ἐπὶ τῇ αὐτῇ προαιρέτῳ μου ἀπωλείᾳ· καὶ ταῦτα ἔλεγεν κείμενος καμαὶ πολλοῖς δάκρυσι σπενεχόμενος.

Ὁ δὲ θεοῦ δοῦλος Ἐπίσκοπος ταῦτα ἀκούσας, ῥίψας καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν εἰς τὴν γῆν, ἔκειτο σὺν τῷ Ἀνθεμίῳ καὶ αὐτὸς, κλαίων καὶ δεόμενος δὲ Θεοῦ. Πολλῆς δὲ διαγενομένης ὥρας ἀνασὰς ὁ Ἐπίσκοπος, ἤγειρεν τὸν Ἀνθέμιον καὶ λέγει αὐτῷ· Οὕτως, τέκνον, ἐγὼ ὁ τολμῶν ἄνθρωπον βαπτισθέντα πάλιν βαπτίσαι, οὐδὲ γάρ ἐστι παρὰ χριστιανοῖς δεύτερον βάπτισμα, εἰ μὴ τὸ τῶν δακρύων. Μὴ ἀπελπίσῃς οὖν τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίας, μηδὲ τὴν δὲ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἀποσῇς· ἀλλὰ δὸς ἑαυτὸν τῷ Θεῷ, δεόμενος καὶ ἱκετεύων αὐτὸν τὰς ὑπολοίπους ἡμέρας τῆς ζωῆς σου· καὶ ὁ Θεὸς, ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος ὑπάρχων, δυνατός ἐστι, προκομιζομένης τὴν ἐγγράφου σου ἀπαρνητικῆς ὁμολογίας, συγχωρῆσαί σοι τὸ τοιοῦτον ἀσέβημα, ὥσπερ τῷ τὰ μυρία τάλαντα ὑποφείλοντι· ἄλλην ὁδὸν ταύτης πρείττω μοὶ προσδοκήσῃς οὐκ ἔστιν εὑρεῖν. Ὁ δὲ πεισθεὶς καὶ λαβὼν παρ' αὐτοῦ εὐχὴν, ἐξῆλθεν ἔξωθεν, θρηνῶν καὶ ὀδυρόμενος τὸ σὺν αὐτῷ γενόμενον ἀτόπημα. Καὶ ἐλθὼν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, διεπώλησεν πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, καὶ τὰς παῖδας αὐτοῦ καὶ τὰς παιδίσκας ἀπέλυσεν, ἐλευθερώσας καὶ παρασχὼν ἑκάστῳ ἃ ἠθέλησεν, τὰ λοιπὰ δὲ ἐκκλησίαις καὶ πένησιν ἀγνώστως διὰ ἑνὸς πιστοῦ αὐτοῦ παιδὸς διένειμεν πάντα· τῷ δὲ μητέρα τὴν κόρης ἐκείνης, εἰς ἣν ἐξεκαύθη ὑπὸ δὲ διαβόλου, ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ ἀπολείᾳ, μεμισεικάμβυος σὺν μιᾷ τῶν ἐκεῖσε ἐκκλησιῶν, δέδωκεν αὐτῇ τρεῖς λίτρας χρυσίου ἐπῶν· Δέομαί σου κύριε, εὐχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ· ἐμὲ γὰρ οὐκ ἔτι ἕξετε παρενοχλοῦντα ὑμῖν ἢ ἄλλῳ τινί· ἀλλὰ ἀπέρχομαι, ὅπου οὐκ οἶδα, κλαίειν τὰς κακάς μου πράξεις. Καὶ ὅτως διαπραξάμενος ἐκ τότε ἀφανὴς ἐγένετο ἄνθρωπος ἐκεῖνος, ῥίψας ἑαυτὸν πάντως εἰς τὰς οἰκτιρμοὺς τοῦ Θεοῦ, εἰς οὓς οὐδεὶς προσφυγὼν ἀπώλετο.

Ἡμεῖς δὲ οἱ ἀκούοντες τὴν φρικτῆς ταύτης διηγήσεως, δοξάσωμεν τὸν παντοδυνάμων Θεὸν ἡμῶν· θαυμάσωμεν δὲ καὶ τὰ μεγαλεῖα τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὅτι καὶ τοῦ ἀγαθοῦ προθέσεων τὴν παρθενίας τὴν κόρης Μαρίας διεφύλαξεν, καὶ τοῦ μητέρα ἄθλιπτον διετήρησεν, καὶ τὰ πρὸς τοῦ χρείαν αὐτάρκως καὶ τροφοῦ δαψιλῶς ἐχορήγησεν, καὶ δὲ φόβου καὶ τὴν ἁμαρτίας ἐρρύσατο, καὶ τὴν παραβάσεως τοῦ γενομένου ἔργου μελλοῦ τὴν παρθένου Μαρίας καὶ τοῦ ταύτης ἐχθροῦ Ἀνθεμίου ἀναμαρτήτως διέλυσεν. Πρὸ γὰρ τοῦ πληρωθῆναι τοῦ σοῦ ὅρκου τεθεῖσαν προθεσμίαν τοῦ δεκαπέντε ἡμερῶν, ταῦτα ὁ Κύριος ἐργάσατο, ὡς λέγειν καὶ ἡμᾶς κατὰ τοῦ τοῦ Εὐαγγελίου φωνοῦ· Καλῶς πάντα πεποίηκεν ὁ Κύριος ἡμῶν· κακεῖνον δὲ ὃ μὴ ἀπόλωλεν, προσπίπτοντα αὐτῷ καὶ μετανοοῦντα, διότι ἐλεήμων ὑπάρχει ἐπὶ τοῖς μετανοοῦσιν, καθὼς αὐτὸς ἔφη· Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.

receſſiſſe? Reponit Anthemius: Hora illa infelice, qua ſcribebam ejurationem Domini mei Jeſu Chriſti, ejuſque baptiſmi, confeſtim ſudor copioſus mihi erupit, à ſummo vertice ad ungues uſque pedum, adeo ut veſtes corpori indutæ penitus madefierent: ex eoque tempore credidi, quod, ſicuti illum ego abjuraram, ita me ille deſeruiſſet. Nunc, ſi quid potes, juva me, venerande Pater, ſpontaneæ ruinæ meæ miſertus. Atque hæc dicebat jacens humi, multiſque lacrymis continuo perfuſus. *EX MS. FLORENT. à quo rebaptizari petit.*

14 Talia cum audiviſſet Dei ſervus Epiſcopus, ſe ipſe projecit in humum, & cum Anthemio plorans jacebat, Deumque orans. Poſt multum vero temporis ſurgens excitat Anthemium, cui ait: Revera, fili, non auſim ego hominem baptizatum expiare rurſum baptiſmo, neque enim ſecundus eſt inter Chriſtianos baptiſmus, niſi lacrymarum: ſed ne deſpera de tua ſalute, neque de divina miſericordia; quin potius trade te Deo, orans obſecranſque illum ſuppliciter toto, quod tibi ſupereſt, vitæ tempore: & Deus, bonus cum ſit ac miſericors, reddita ſcriptæ à te abjurationis ſcheda, poteſt inſuper tibi condonare iſtam impietatem, ut debitori Euangelico talenta decies mille condonavit: viam aliam hac meliorem ne ſperes, non enim eſt reperire. Ille autem perſuaſus bonaque impertitus apprecatione receſſit iſtinc, lugens ejulanſque ob perpetratum à ſe crimen; ac domum redux res ſuas omnes vendidit, utriuſque ſexus mancipia libertate donavit, imo etiam rebus quas vellent aliis, reliqua vero omnia templis ac pauperibus occulte diſtribuit ſervi fidi manu. Porro matri ejus puellæ, cujus amore in perniciem ſuam dæmonis opera exarſerat, in aliquo illic templo collocatæ, auri libras tres etiam dedit, ajens: Oro vos, pro me peccatore Deum orate: neque enim amplius me aut vobis, aut alteri cuicumque moleſtum habebitis; ſed ſecedo, neſcio quo, ad deflendam actionum mearum malitiam. Atque id agens poſtea videri deſiit vir ille, totum ſe in Dei miſericordiam conjiciens, ad quam nullus eorum qui confugerunt, periit. *ab eoque cum bona ſpe venia dimiſſus. cuncta in pauperes diſtributis recedit.*

15 At nos, qui horribilis rei narrationem audivimus, omnipotentem Deum noſtrum laudabimus, operumque ejus admirabimur magnalia, quod & ſanctum puellæ Mariæ de virginitate colenda tuitus ſit propoſitum, matremque eduxerit de afflictione, ambabus, quod in uſum & in alimentum erat, liberaliter præbens, ac timore etiam peccati illas liberarit quin imo tranſgreſſionem juramenti, quod inter Mariam virginem ejuſque adverſarium Anthemium interceſſerat, innoxie caverit, ipſum diſſolvendo. Prius enim quam dies quindecim, de quibus erat conventum, elaberentur, iſta fecit Deus, adeo ut nobis liceat uſurpare has Euangelii voces: Omnia bene fecit Dominus noſter: neque illum ſibi cum pœnitudine ſupplicem perdidit, quoniam pœnitentium miſeretur, quemadmodum ait: Non veni vocare juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. At nos flagitare perſiſtamus, ut omnipotente dextera ejus protegamur, omnique liberemur diabolica machinatione; ut nos quoque ſimus digni, qui in regnum cæleſte pertingamus, Sanctorum adjuti precibus: quoniam Deum noſtrum decet gloria omnis, & honor atque adoratio, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen. *cuncta optime diſponens.* Mar. 7, 27 & 2, 17.

EX MS. FLORENT

Ἡμεῖς δὲ διαμφίλλομεν αὐτοὺμμυοι αὐτὸν, διὰ πανὸς ⟨κέπεδαι ὑπὸ τ πανοδωνάμυ δεξιᾶς αὐτῦ, καὶ ῥυδιῶσαι ἀπὸ πάσης διαβολικῆς ἐπηρείας· ὅπως καὶ ἡμεῖς ἀξιωθῶμεν καταντῆσαι εἰς τὸν ἐπουράνιον αὐτῦ βασιλείαν καὶ ταῖς τῶν ἁγίων αὐτῦ ἱκεσίαις. Ὅτι αὐτῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν πρέπει πάσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. D

# DE SANCTIS VOTO ET FELICE, FRATRIBVS CÆSARAVGVSTANIS, ET S. IOANNE DE ATARES,

## EREMITIS MONTIS PINNATENSIS IN ARAGONIA.

### COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De eorum Actis, primum ab Anonymo, deinde à Macario Monacho ſcriptis, elevatione corporum, & cultu.

D. R.

SEC. VIII. *Situs loci.* B

*Elebre admodum eſt* cœnobium Pinnatenſe, *ſub loco ab antiquis* Panno *dicto, vulgo* S. Juan de la Penna *appellatum, in Septentrionali regni Aragoniæ parte, ac diœceſi Iacenſi ſitum; à qua urbe diſtat duobus circiter milliaribus Hiſpanicis, duodecim vero ab urbe primaria Aragoniæ Cæſarauguſtana. Locus ipſe aſpectu jucundiſſimus eſt, utpote longa denſaque arborum compoſitione cinctus, ſed difficilem habet acceſſum: circumcirca fontana aqua ſcaturiunt ex viſceribus rupium, & in plures diſperſa rivulos luxuriantia prata irrigant: undique prærupti montes ſublimia ſuſtollunt cacumina: convalles vero tanta fructuum ubertate ac varietate decoravit natura, ut mentes accedentium primo aſpectu inculta loci pulchritudo in admirationem trahat. Ibi aliquot ante conſtructum cœnobium ſeculis, cum Aragonia & reliqua fere Hiſpania gemeret ſub jugo Saracenorum, vixerunt ſanctiſſimi Eremitæ* Votus & Felix (*Priorem aliqui* Otonem *nominant*) *nobiles fratres, ex urbe Cæſarauguſtana prognati, imo & hiſce antiquior* S. Joannes, de Atares *cognominatus à ſua patria, qua medio itinere inter Pennam & Iacam interjacet.*

*ubi Sancti vixerunt.*

2 *Loci hiſtoriam amplo volumine Hiſpanice deſcripſit, & anno* 1620 *vulgavit Ioannes Britius Martinez Abbas; dumque illi ibi viverent, ibidem vult ab accolis Chriſtianis electum coronatumque eſſe primum Sobrarbiæ, &* (*per quamdam anticipationem tituli*) *Arragoniæ Regem, Garciam Ximenez, cujus ibi epitaphium tale habeatur.* Hic requieſcit famulus Senior Garcia Scimeno, primus Rex Aragonum, qui ampliavit eccleſiam S. Joannis, ibique vita functus ſepelitur DCCLVIII. *Sed impoſturam recentis fictionis arguunt, titulus* Regis Aragonum, *ignotus uſque ad* XI *ſeculum, annuſque Æræ vulgaris Chriſtianæ; pro Æra, Hiſpanis uſque ad* XIV *ſeculum uſurpata; imprimis autem vicinia Maurorum Iacenſium, inter Sobrarbam & Pinnatenſem eremum interpoſitorum, qui uſque poſt mortem Garciæ tenuerunt urbem ſuam, primum inde ab ejus filio Tnico pulſi. Credibile enim non eſt, tenentibus iis Iacam, liberum Sobrarbiis tranſitum Pinnam fuiſſe, ad iſtic coronandum ſuum qualemcumque Regem, & mortuum ibidem tumulandum, locumque vel eccleſiam adificiis augendam. Fieri tamen poteſt, ut Garcia iſto regnante, ab anno* (*ut vult Brixius*) DCCXXIV *ad* LVIII, *vel etiam paucis annis ante, iſtic conſederint* Votus *ac* Felix, *ibidemque vitam eremiticam produxerint quamdiu ille regnum.*

C *tempore Garciæ Ximenii Sobrarbæ Regis.*

3 *Acta illorum ſcripſiſſe traditur Macarius, Monachus illius cœnobii; eaque ibidem in ſchedis Mss. ſervari teſtatur Ioannes Tamajus Salazar: qua ut inſereret ſuo Martyrologio Hiſpanico prolixius poſtulaverit, interpoſita etiam auctoritate Pellicerii Regii Chronographi, & Andreſii Hiſtoriographi regni Aragoniæ, ſed penitus obtinere non valuerit. Concinnavit ergo Acta illorum,* ex fragmentis, *ut inquit,* ejuſdem Macarii Monachi, à Joanne Brixio relatis, & nonnullis aliis: *poſtea vero addit:* Hactenus Acta, quæ ex fragmentis diverſorum potuimus elicere. *Nos Romæ exiſtentes anno* MDCLXI, *in quadam antiquorum ſcriptorum Collectione, quæ Cardinalis Sanſeverini fuerat, deſcribendi facultatem offerente illius hærede ac nepote D. Joſepho Coſta, invenimus ſcripturas nonnullas eodem ſpectantes, acceptaſque* (*ut præferebat titulus*) Ex proceſſu diſſolutionis unionis Oſcenſis & Jacenſis, & erectionis Balbaſtrenſis, & applicationis fructuum monaſteriorum, inter jura productæ pro parte monaſterii S. Joannis della Penna, habeturque folio 915 & ſeqq. Vita Sanctorum Voti & Felicis, & Joannis primi Eremitæ dicti monaſterii. *Hujus Vitæ fragmenta nonnulla, Latine allegata à Brizio prædicto fuerant, eidemque in Romano exemplari ſubnectebantur miracula quædam Auctoris alterius, ut apparebat: quæ deinde cognovimus accepta fuiſſe ex Vita per Macarium Monachum ſcripta, poſtquam hanc etiam integram obtinuimus ex originali Pinnatenſi, beneficio R. D. Thomæ Placidi de Saraſſa y Claves Archiviſtæ, mediante R. P. Paſchaſio Caniſio, p. m. Societatis noſtræ ac provinciæ Flandrobelgicæ Presbytero, tunc Barcinone reſidente ad obſequia ſacra Alexandri II Ducis ac Principis Bournonvillani Catalaunia Proregis, totam qua iſtic pollet auctoritatem huic operi promovendo velle impendere dignanter gratioſeque profeſſi.*

*Vitam ſcripſit Macarius monachus,* E

*qua antiquiorem aliam Romæ invenimus,* F

4 *Collatione porro utriuſque vitæ inſtituta, apparuit Macarium iſtum, non modo non fuiſſe Sanctorum ætati* (*uti Brizius prætendit*) *vicinum; ſed auctorem perquam eſſe recentem; qui aliud non fecerit, quam Acta, ab alio incultius collecta, ex* antiquorum fama & ſcriptura *quadam, exordio epilogoque exornare, verbis plerumque iiſdem ſervatis, & qui miracula duo addiderit ex majorum traditione accepta. Priora autem illa Acta, cum duobus in locis numerent* annos Domini *vel* Chriſtianæ ſalutis, *non videntur antiquiora eſſe ſeculo* XIV; *quo, ſicut ſupra inſinuavi, Æra Hiſpanica, annis* XXXVIII *vulgarem nunc Æram prævertens, abrogata fuit apud Aragones. Sed neque ſcriptura, quam allegat Auctor, valde vetuſta poteſt judicari; cum Pinnatenſe monaſterium aliquoties exuſtum fuiſſe dicatur, deplorantibus Auctoribus jacturam veterum omnium privilegiorum atque inſtrumentorum, inter flammas factam; adeo ut præcipuum fundamentum rerum hic narratarum traditio ſit, & quidem hominum montanorum ruſticorumque, penes quos ea ſervata uſcumque fuerit, quoad iterum pulſis ab Aragonia denuo invaſa Mauris,*

*& cognovimus neutram ſcriptam ante ſec. 14.*

*Macarii vero nomen ex alia Synopſi.*

A *Mauris, locus, quem pauci olim Eremitæ tenuerant, commendatus eſt Clericis, ac poſtea Monachis. Quod autem ſecundæ Vitæ auctor fuerit nuncupatus* Macarius, *neſciremus; niſi tertius quidam ſcriptor, in prædicto Proceſſu etiam relatus, hiſtoriæ Pinnatenſis Synopſim collegiſſet, & ex priori Vita referens aliqua, id nobis indicaſſet, dum num.* 3 *ita loquitur*: ſed nos ſatis miramur, quare Dominus Macarius, qui illius (*Voti ſcilicet*) Vitam ſcripſit, iſta prætermiſit. *Damus ergo etiam hanc Synopſim, licet utrâque Vitâ (eâque, ut oſtenſum eſt, non admodum vetuſtâ) recentiorem, neque parochroniſmis carentem; multum enim facit ad qualiſcumque hiſtoriæ integritatem. Nec omiſerim indicare, quod unaquæque pars Romani ecgraphi* fuit collationata & comprobata cum originali XXX Januarii MDLXVIII, *uti fidem faciebat ubique ſubſcriptus* Martinus de Iribas Notarius.

*cultus 29 Maji.* 5 *Ad cultum ipſorum Sanctorum quod attinet, prælaudatus Abbas Brizius indicat cap.* 14 Feſtum SS. Voti & Felicis celebrari XXIX Maji, quo creditur Votus, ſenior frater, deceſſiſſe: *ubi etiam habet potiorem partem veteris Hymni, in eorumdem Officio recitandi, juxta antiquum Breviarium Pinnatenſe, quem una cum*
B *propria Collecta inde accipimus; fidem facientibus, cuncta illa ſimul cum Vita à Macario ſcripta* in Regio *ipſius monaſterii* tablino *aſſervari*, Dominico la Ripa, Præpoſito Hiſtoriographo Regni Aragoniæ; Joanne de Murite, Priore de Salvatierra ejuſdē monaſterii Decano, Petro Bernet, Priore de Lucſia poſt Decanum ſecundo. *Cap.* 27 *ab eodem Brizio indicatur elevatio ſacrorum Corporum. Prius autem elevatum fuit corpus* S. Joannis de Ateres, *quod ſub finem priorum Actorum dicitur* collocatum inter duo altaria, ſcilicet S. Joannis Baptiſtæ & Beatorum Juliani & Baſiliſſæ: *quorum Acta illuſtravimus ad diem* IX *Ianuarii. Addit Brizius, tunc etiam fuiſſe* elevata corpora SS. Voti & Felicis, *cenſerique eos iſta ratione* Catalogo Sanctorum legitime inſcriptos. *Antonius Blaſcus de Lanuza lib.* 5 *Hiſtoriarum Aragonenſium cap.* 8, *deducit* Vitam S. Ioannis Atares *& cap.* 9 Vitam & glorioſam mortem S. Voti & S. Felicis: *atque cum Brizio ſentit*, primam elevationem corporum horum trium contigiſſe *anno* DCCCXLII: *poſtea vero, cum* an. MXCIV nova eccleſia fuiſſet conſtructa, periiſſe memoriam ſepulturæ B. Ioannis Atares, aſt Reliquias SS. Voti & Felicis, in quadam arca cum magna venuſtate de-
C poſitas, & ſumma in veneratione habitas, utpote quod eſſent corpora talium & tam illuſtrium Sanctorum, Patronorum ac Fundatorum iſtius Sanctuarii, quorum memoria hactenus permanet. *Idem auctor edidit metricum opus lingua Latinâ, Periſtephanon ſive de Coronis Sanctorum Aragonenſium, in cujus libro* 2 *deſcribit Acta horum trium Sanctorum, atque pro* Voto *nominat* Ottum: *ubi hiſce Sanctis fratribus tribuitur victoria de Mauris obtenta, quaſi ſub illorum auſpiciis & patrociniis, hoc modo*:

*victoria de Mauris tributa illis,*

6 Sanctus uterque, Patrum concordi fœdere primum
Compoſitas, jungunt felici in pace cohortes;
Mox animant verbis, præconia laudis adire
Concupiant, ſumant vindictā, bella ſequantur.
Nec mora, convicti monitis, ardore triumphi
Et zelo fidei allecti & dulcedine laudis,
Inſtituunt leges, Regem, mox arma capeſſunt.
Ejiciunt Mauros victos de montibus altis
Viribus inſtructi, totamque deinde Pyrenem
Subjiciunt Chriſto. Munitam mœnibus urbem
Iaccenſem capiunt, Barbaſtrum, florida multa
Oppida conquirunt, longum ſubjecta per ævum &c.

*Reliqua carmina legi poſſunt apud ipſum Auctorem aut apud Tamajum Salazar, qui ad hunc* XXIX *Maji ea re-*

*cudit. Hieronymus Blanca, in Commentariis Aragonenſium rerum, tertio tomo Scriptorum Hiſpaniæ illuſtratæ editis,* AUCTORE
*pag.* 580 *& ſequenti deſcribit actum modum vivendi horum trium Eremitarum: ac de* Ioanne *addit, eum* dum D. P.
mortuus fuit, magna à noſtris coli religione cœpiſſe, jam ut ſine ulla dubitatione crederetur in concilio Cæleſtium collocatus. *Martinus Carillo, acturus de Abbatibus S. Ioannis de Penna, primos proponit* Eremitas, Ioannem Atares, Votum & Felicem fratres, quorum tempore & interceſſione actum fuerit de reſtauratione Aragoniæ, ejectis Mauris: *deinde addit*, eorum feſtum celebrari die XXIX Maji, eorumque Reliquias in veneratione aſſervari. *Idem lib.* 3 *Annalium pluribus eorum Acta proſequitur. Franciſcus Didacus de Aynſa, in Antiquitatibus Oſcanis lib.* 3 *de Epiſcopis cap.* 3, *Acta horum Eremitarum cum tranſlationibus deſcribit: quæ non eſt opus repetere, uti nec ea quæ habet Ioannes Marietta lib* 6 *cap.* 31 *de Sanctis Hiſpaniæ, ſub hoc titulo*, de Sanctis Ioanne, Voto, & Felice Eremitis.

7 *Similia habent Garibayus lib.* 21 *cap.* 7, *Antonius Yepez tomo* 3 *Chronici Benedictini ad annum* 718, *& paſſim alii: quibus accenſendus etiam venit Reverendiſſ. P. M. Fr. Antonius de Heredia, quondam Generalis Valliſoletanæ Congregationis S. Benedicti, deinde vero Abbas monaſterii Hyrachenſis in Navarra, inter Vitas Sanctorum Benedictinorum in formam Martyrologii digeſtas; quales ſe apud ipſum Auctorem in dicto Hyrachenſi monaſterio nuper vidiſſe, manuſcriptas quidem, ſed prælo paratas, teſtatus nobis eſt Archiviſta Thomas Placidus prælaudatus. Inhæſit ille ſententiis Yepezii, Brizii, aliorumque, Auctorum, Eremitas noſtros Benedictino Ordini adſcribentium; contra quos nolo equidem diſputare: cenſeo tamen Ioannem Mabilionem prudentius caviſſe, in Actis Sanctorum Benedictinorum, ne illos imitaretur: ſed nihil hoc obeſſe, quo minus Monachi Pinnatenſes ſpecialiter venerentur, ut ſibi proprios, iſtos ſui loci fundatores ac primos incolas, quorum etiam ſacra Corpora ibidem depoſita ſint. In Actis ſolum dicuntur* habitum eremiticum aſſumpſiſſe, *nulla facta ullius Ordinis mentione. Martinus vero Carillo ſupra nominatus*, primum Abbatem Benedictinum *ſtatuit* Paternum, ad annum MXX: *& antea aſſeruerat, poſt Eremitas, ibidem* aliquos Clericos, caſtitatem obſervantes, ſimul in quadam communitate ſub Abbatibus vixiſſe. *Non videntur fuiſſe Benedictini.* E

# VITA PRIOR

## *Ex veteri Ms. Monaſterii Pinnatenſis.*

CUm magnitudo meritorum venerabilium Chriſti Confeſſorum Voti & Felicis exigat, ut eorum geſta, quantum dignatio Divina permiſerit, exponamus: quæ antiquorum tum fama, tum ſcriptura noſtris impulſit *a* auribus (immenſis hiſtoriarum *b* ſagminibus cedentes, hujus [rei] ubique terrarum *c* meminentium) brevi proloquio in mentem quotannis revocare tenemur. *Occupata à Saracenis Cæſarauguſta.* a b c

2 Arabum igitur ſævitia *d* Cæſarauguſtam (aliis interim Hiſpaniarum partibus prætermiſſis ſilentio) ſubjugante, in præfata urbe duo conſtiterant Fratres, alter Votus, alter Felix nomine; perfectiſſimi Chriſtiani, divitiis affluentes, nobilique proſapia orti. Quorum Votus ferarum venatui deditus, quadam die dum perluſtraret abdita non minima montium, cervum reperiſſe dicitur: quem dum canibus gladiiſque perſequeretur, tamdiu aufugientem quàm perſequebatur, fera montuoſa ac campeſtria decurrit loca, quo uſque ad altum devenit montem. Equo namque poſt cervum evo- d *S. Votus cervum perſequens.*

EX MSS. lante, ipſoque nihil in aliud, quam in interitum cervi, gladio extracto intendente, ad altiora evolavit montis. Igitur ex utraque parte concluſus cervus, ex una, quia perſequebatur ab hoſte; ex alia, quia ſub eminentiſſima devenerat rupe, anguſtiabatur undique convictus *e*; quando quidem ſaltum ex alto ſpecu dedit, & ſibi mortem intulit. Cumque ſonipes in ipſo montis confinio, unde cervus interierat, deveniſſet, ac miles acerrimus morti propinquaſſe ſe cerneret; tantum dixiſſe fertur, Sancte Joannes, ſuccurre mihi. In hac voce ita omnipotens Deus equi pedes, meritis ſancti ſui Joannis, duro ſilici adhærere fecit, quod adhuc *f* appareant ſonipedis veſtigia. Qui ſtupefactus ex tam improviſo miraculo, ad ſemetipſum rediit; & liberatori ſuo Chriſto, meritis ſancti ſui Joannis, gratias reddidit.

*à præcipitio ſervatur,*

3 Enimvero de equo deſiliens, ceu avidus ſcrutator, invitantem habitationis locum ſcire cupivit. Hinc extracto gladio quo accingebatur, præſcindendo quæ illic habebantur arbuſta, ſemitam introeundi reperit, qua ferarum genera ad fontem, qui ſub montem derivatur deſcendere ſolita erant. Proſpectis itaque concavis rupium ac intimis locorum, tandem eccleſiolam reperit, in honore S. Joannis Baptiſtæ antiquitus fundatam, & inſepultum hominem ad cornu altaris jacentem. Tunc vir Dei admiratus, & diu cogitabundus, ſignans ſe ſigno ſanctæ Crucis, orationeque facta, acceſſit intrepidus; & proſpiciens vidit lapidem triangulatum, ejus capiti ſuppoſitum: in quo litteras ſtylo ferreo ſculptas in hanc ſententiam perlegit: Ego Joannes, hujus eccleſiolæ conditor & primus habitator; qui ob amorem Dei ſpreto hoc præſenti ſeculo, ut potui, hanc eccleſiolam fabricavi, ſanctoque Joanni Baptiſtæ conſecravi; in qua & vixi diutius Eremita, & nunc mortuus in Domino requieſco. Amen *g*.

*deſcendens in ſpecum,*

*reperit in eccleſiola corpus S. Ioannis eremitæ*

4 Hæc cum legiſſet, multis perfuſus lacrymis, ſæpe Deo gratias agens, Eremitæ corpus, ut potuit, humo cooperuit, præfatum lapidem ſupponens. Non enim paſſus eſt Dominus tantæ ſanctitudinis viri neque corpuſculum dimitti inhumatum, neque converſationem poſteros latere, ſed ſibi providit tumulum, nobis virtutis exemplum. Fuit ab Ateres loco natus, tam ſancta tamque ſincera vitæ integritate, ut ab omni fæce terrena igne divini amoris excoctus credatur: qui, cum pius Dominus ſervum ſuum ab agri operæ fatigatum requieſcere vellet, cælicas advolavit ſedes, circa annum Domini ſeptingenteſimum decimum *h* quartum.

*& illud ſepelit:*

*circa annum 714.*

5 Sancto igitur Eremita ſepulto, Votus vir Chriſtianiſſimus, divino admonitus conſilio, ad propria remeans, prædiis, vineis, patrimoniis omnibus ac ſupellectilibus venditis, ſervis & ancillis libertati donatis, nec ne omnium rerum ſuarum, auri & argenti pretio, in cibos pauperum & captivos redimendos diſtributo; cum Felice fratre Creatoris jugo collum, ſuperioribus *i* acceptis, ſubmittere parato, ibidem Deo pro poſſe & ſcire ſerviendum devovit. Memorati ergo Dei famuli, totos ſe ejus ſervitio mancipare deſiderantes, ad præmiſſum locum pervenientes, cellulis inibi conſtructis, eremitico habitu aſſumpto, ceu milites acerrimi patientiæ armis hoſtibus effugatis, in oratorio S. Ioannis Baptiſtæ, viridariis, mulſo, herbiſque utentes, uſque ad finem vitæ velut in cælo feliciter converſantes, ſancte efflarunt animas, anno ſeptingenteſimo quinquageſimo ſeptimo *k*.

*Ibidem ipſe cum S. Felice habitat:*

*qui ambo mortui circa an. 757.*

6 Quibus hoc in cœnobio *l* honorifice ſepultis, excubantes ad eorum ſanctiſſima corpuſcula divinam ibi ſemper ſentiunt cuſtodiam: & aliquando deificum lumen, à cælo delapſum, apertis perceperunt oculis. Infirmis etiam, quacumque infirmitate depreſſis, ad ſepulcra illorum venientibus, meritis eorumdem, præſtante Domino, ſalus omnibus modis adhibetur. At ineunte tempore, jam Chriſtiana religione *m* vigente, Catholici ampliorem fabricantes eccleſiam in honorem Chriſti Præcurſoris B. Ioannis, Ioannis Eremitæ *n* corpus tranſtulerunt: quod in tumba parvula, inter duo altaria, ſcilicet ſancti Ioannis Baptiſtæ & beatorum Iuliani & Baſiliſſę *o*, prædicto lapide *p* deſuper poſito, collocaverunt, anno Chriſtianæ ſalutis nongenteſimo vigeſimo *q*.

*declarent miraculis.*

*eccleſia conſtruitur anno 920.*

## ANNOTATA.

a Impulſit *pro* Impulit, *aliaque ſimilia, barbaro ævo facile invenies.*

b Sagmina *ſunt* onera, *unde equus vel aſinus* Sagmarius.

c Meminens, *id eſt*, memoriam faciens, *neſcio an alibi adhuc legatur: verum hiſtorias haſce vix crediderim ſeculo 12 vel 13 antiquiores, quando ſtabilitis contra Mauros Chriſtianorum rebus, majorique provinciarum parte recuperata, cœperunt litterarum ſtudia refloreſcere apud Hiſpanos.*

d *Anno 716 Cæſarauguſtam captam eſſe docet Brizius: nec ante an. 1118 recuperata eſt: Hueſca vero citius ſcilicet an. 1098.*

e *Ita etiam Macarius, mallem tamen legere* conſtrictus.

f *Aſt ea non amplius apparere ſatis indicat Brizius.*

g *Simile hoc eſt ei, quod de S. Roſalia Virgine Sicula legitur.*

h *Vereor ne hic annus per meram conjecturam ſit ſcriptus, quia victus tunc à Mauris Rodericus Rex eſt; qui tamen in Aragoniam fortaſſe non penetrarunt niſi biennio poſt. Certe poſt captam Cæſarauguſtam dici debet obiiſſe Ioannes, niſi velis aliquot annis poſt mortem ejus primum fuiſſe revelatum corpus. Mallem ergo hæc facta credere circa annum 718.*

i Superioribus acceptis, *id eſt, Auditis quæ ſupra relata ſunt.*

k *Brizius ſerius obiiſſe vult: nam cap. 14 aſſerit, Regem ſepultura præſentem, non fuiſſe Garciam Ximenium, utpote jam mortuum; ſed filium ejus Garciam Ynicum; verum hæc gratis aſſeruntur.*

l Cœnobio, *id eſt, Eremitorio quod tunc erat.*

m *Aynzam enim acquiſiverat, & Sobrarbienſis Regni caput conſtituerat Garcias Ximenius: filius vero eidē Iacam adjunxerat, & ſic loci iſtius Chriſtianitas, circa eremitorium S.* Ioannis *tuta ſatis, florentior paulatim ibidem evaſit, uſque ad funeſtam cladem Regis Sancii, acceptam à Mauris an. 835.*

n *Ecgraphum noſtrum,* Hoc emittere, *ſed manifeſto mendo; cum ſenſus exigat ut legatur,* Ioannis Eremitæ.

o SS. Iulianus & Baſiliſſa *coluntur 9 Ianuarii. Brizius ſolius* Baſiliſſæ *meminit cap. 27, & ait omnium trium corpora ab eccleſia ſubterranea, in qua primitus humata fuerunt, elata fuiſſe ad novam ſuperiorem.*

p Lapide *ſcilicet* triangulato, *qui ſub mortui capite inventus narratur ſupra num. 3. Sed incendio anni 1492 omnem hujus ſepulcri corporiſque memoriam abolitam, dolet Brizius; ſolatio autem fuiſſe ait Reliquias* SS. Voti & Felicis, *in arca decenti conſervatas; eo fortaſſis quod hæc ab olim portatilis eſſet, corpus vero* Ioannis *recluſum fuerit inter prædicta altaria ſepulcro marmoreo, & ſic conſumptum cum eccleſia ſit.*

q *Idem Brizius hoc factum vult anno 842 die 4 Febr. tali enim anno & die conſecratam novam eccleſiam, ait conſtare ex ſcriptura bene authentica, ſed ipſe eam non profert,*

A *profert: & vereor ut hac ſcriptura alia ſit quam quæ allegatur in Vita 3 num. 5 ſub finem, in qua ſolus notatur dies dedicationis, facta annis 30 ante donationem, ibidem conſequenter indicatam ſignatamque tempore Comitis Fortunii: quod tempus cum extendi poßit ultra annum 950, Dedicatio melius referetur ad annum circiter 920. Ita credetur locus, poſt Sancii cladem deſolatus per annos 70 aut plures, ad priorem celebritatem reſtitui cœpiſſe ſeculo 10 pridem inchoato: quando ad ejus cuſtodiam inducti Clerici Abbatem acceperint, qui Tranſlationem* B. Ioannis, *& quidem ſolius, faciendam curarint; ac deinde in Monachos commutati omnia paulatim auxerint, & novam denique à fundamentis eccleſiam fecerint, anno 1094 conſecratam: quando alteram ſanctorum Corporum tranſlationem fuiſſe factam idem Brizius pro certo habet. Cum autem biennio poſt recepta eſſet de Saracenis Hueſca, ſecuritas omnino Pennatenſi cœnobio facta eſt, cœpitque in tantam amplitudinem opulentiamque excreſcere, quantam Auctores deſcribunt.*

# VITA RECENTIOR

## Auctore Macario Monacho Pinnatenſi.

B *Ex Ms. ejuſdem Monaſterii.*

I *Quia Sanctorum quos colimus*

QUi Sanctorum merita religiosâ caritate mirantur, quique juſtorum glorias frequenti laude colloquuntur, eorum mores ſanctos, atque juſtitiam imitentur: quoniam quem delectat Sancti alicujus meritum, delectare debet par circa cultum Dei & obſequium. Quare aut imitari debet, ſi laudat; aut laudare non debet, ſi imitari detrectat; ut qui alium laudat, laudabilis reddatur; & qui Sanctorum merita admiratur, mirabilis ipſe vitæ ſanctitate reddatur. *Nam ſi propterea juſtos,

II *imitandæ ſunt virtutes,* fideleſque diligimus, quod in ipſis juſtitiam fidemque ſuſpiciamus; poſſumus & nos eſſe quod ſunt, ſi faciamus ipſi quod faciunt. Neque enim difficile nobis eſt, quod ab ipſis geritur imitari, cum ſine præcedenti exemplo ab antiquis talia geſta conſpiciamus; ut non ipſi aliorum æmuli redderentur, ſed æmulandæ virtutis ſe ipſos nobis præberent exemplum; ut dum nos ex ipſis, & ex nobis alii proficiunt, ſic Chriſtus in ſuis ſemper in Eccleſia laudetur. Vere, inquam, eſt

C laudandus, qui corda humana ſancti Spiritus afflatu dilucidat, ut terrena poſtponere faciat, atque ad æternum præmium anhelando, mundum cum ſuis actibus celerius provocent exequendo.

III *ſcribitur Vita SS. Voti & Felicis,* 2 *Sed quia magnitudo meritorum Venerabilium Chriſti Confeſſorum Voti & Felicis traxit nos ad hoc, ut in quantum dignatio divina permiſerit, exponamus eorum geſta; vel qualiter mentes eorum illuſtravit ignis divinus, ut favores hujus ſeculi reſpuerent, & ad illam civitatem cæleſtem, quæ mater eſt fidelium, pervenirent: non certum ex incerto; ſed ſicut fama antiquorum noſtris impulſit auribus, cunctis fidelibus audire cupientibus enucleabimus.

IV *Cæſaraugustæ ſub Mauris* 3 Tempore quo ſævitia Arabum, dirutas Hiſpaniarum partes occupaverat, atque nobiliſſimam ac excellentiſſimam omnium urbium Cæſarauguſtam ſuo dominio ſubjugaverat, in præfata urbe duo conſtiterant fratres, perfectiſſimi Chriſtiani: quorum unus vocabatur Votus, alter Felix. Hi ergo inter rabida Paganorum degentes commercia, ni-

V *nobiliter uatorum;* miis affluebant divitiis: * erantque milites ſtrenuiſſimi, acceſſu placidi, mente ſobrii, caſtitate glorioſi, amatores juſtitiæ, miſericordiæ integri, humilitatis inſtructores; poſtremo tales, quorum ſingulas laudes lingua humana enumerare non valet. Sed quo caſu ad hunc tam remotiſſimum devenerint ſpecum, ſubſequens enarrat eloquium. A. MACAR EX MS.

4 *Occaſio tamen accidens eſt, ut prius de ſitu hujus loci parum loqui debeamus, ut deinde ad eorum acta exponenda tranſitum faciamus. Situ ergo loci, condenſiſque arborum viriditatibus, pratorum quoque amœnitate, fontium *a* quoque venis [per devexa] pinnarum ſcaturientibus, bene ſe conveniſſe, nulli, qui proſpicit, dubium eſt. Ad hunc (ut fert antiquorum fama) devenit ſuprædictus Beatiſſimus Votus, tempore quodam *b*: quia, (ut ſupra diximus) ex Cæſarauguſtana urbe ortus nobili proſapia, venerabilis Votus, venatui cervorum, aprorumque atque ceterarum ferarum erat deditus. *Quadam vero die, dum perluſtraret abdita non minima montium, concavaque vallium, amœna nec ne loca ſilvarum ac pratorum, cervum reperiſſe dicitur: cujus dum ob interitum canibus gladiiſque perſequeretur vitam (tamdiu aufugiente, quam perſequebatur, ferâ) montuoſa ac campeſtria decucurrit loca, quouſque ad præfatum deveniret montem. *quorum prior in Pennam* VI a b VII *venando progreſſus,*

5 Equo namque, poſt cervum evolante, ipſoque nihil in aliud, quam in interitum cervi, gladio extento intendente, cervus ad altiora evolavit montis. Igitur ex utraque parte concluſus cervus, ex unâ, quia perſequebatur ab hoſte, ex alia, quia ſub eminentiſſima devenerat rupe, anguſtiabatur undique convictus *c*; quando ſaltum ex alto ſpecu dedit, ſibique mortem intulit. * Cumque ſonipes in ipſo montis confinio, unde cervus interierat, deveniſſet, ac miles acerrimus morti propinquaſſe ſe cerneret; tantum dixiſſe fertur: Sancte Joannes, ſuccurre mihi: In hac voce ità Omnipotens Deus equi pedes, meritis S. Joannis, duro ſilici adhærere fecit, quod adhuc apparent ſonipedis veſtigia. Qui ſtupefactus ex tam improviſo miraculo, ad ſemetipſum rediit; & liberatori ſuo Chriſto, meritis Sancti ſui Joannis, gratias reddidit. E *atque ſervatus à præcipitio ope S. Ioan. Baptiſtæ,* c VIII

6 Enimvero de equo deſiliens, & ut avidus ſcrutator *d* tantæ habitationis [ſcire] cupiens locum, extento gladio, quo accingebatur, præcidendo quæ illic multa habebantur arbuſta, ſemitam introeundi reperit, qua ferarum genera ſolito more, ad fontem, qui ſub monte derivatur, deſcendere ſolita erant *. Proſpectis, itaque concavis rupium, ac intimis locorum, tandem eccleſiolam reperit parvulam, in honorem Sancti Joannis Baptiſtæ antiquitus fundatam: cujus delectatio, ita animam ejus pellexit, quo devoveret, ſe ibi Deo, pro poſſe &, ſcire, ſerviendum; multa quoque prece depoſcens, quo ſuperna Divinitas concepta animi ejus dignaretur perficere, atque adjutrix bonorum Jeſu benignitas ejus juventutis ne rememoraretur delicta; tandem conſilio reperto, ad domum propriam redire diſpoſuit. * Redditis itaque gratiis Deo, & Sancto Joanni ſuo liberatori, ad propria remeavit. Venditis namque patrimoniis, prædiis quoque ac vineis, omnibuſque ſupellectilibus, ſervis & ancillis libertati donatis, totum ſe Dei ſervitio mancipare deſiderat. d *ejuſdem ibi eccleſiolam invenit;* IX F *& ibidem eremiticam vitam agere decernens.* X

7 * Diſtributo ergo pretio auri atque argenti, omnium necne rerum ſuarum in cibos pauperum ac in captivis redimendis, cum uno ſibi germano ad præfatum deliberat reverti locum. Germanus vero, Felix nomine, ejuſdem voluntatis, ejuſdemque actionis, non renuit: ſed ejus juſſis obtemperans, Creatoris jugo collum ſubmittere parat. * Die conſtituto, ad eumdem locum perveniunt, habitu Religionis *e* aſſumpto; ac ſimiliter acerrimi hoſtibus effugatis, armis patientiæ, caſtrum Dei ſeſeque XI *eodem & fratrem Felicem adduxit.* XII e

EX MS. pervigiles cuſtodiunt. Multis denique annis in certamine decurſis, quot ab incentore omnium malorum bella paſſi ſunt, nulli mortalium abſque eo, qui cuncta è cælo proſpicit, patet: quas ergo pertulerint tentationes, aut quibus modis, aperte
f neſcimus *f*.

*quibus miniſtrantem Presbyterum ſecuta ſoror,*

8 Miraculum vero valde mirabile, quod à pleriſque religioſis viris hujus regionis narrantibus cognovi, interſeram. Quadam die, dum vir Domini ſolito more, in cella, quam ſibi conſtruxerat, conſediſſet; Presbyter quidam, qui ex vicino venire conſueverat, ad ſibi
g *g* ſerviendum, more ſolito advenit. Quem dum ſoror perquireret, quo ire vellet, & nullo modo indicare vellet; ſoror, timens diſpendium fratris, pedetentim veſtigia ejus ſubſecuta, ad montem uſque pervenit. Qua aſcendente, per devexum montis, deſcendentem eminus cernit, quaſi per gradus, cujuſdam vultus Angelici virum: qui ſolito more (Angelus ſcilicet, miſſus à Deo) panem viro Dei deferre conſueverat. Cumque [is] cerneret, ſeculares ad virum Dei cucurriſſe, & eum [ipſos] ita familiariter ſuſcepiſſe, (maxime quia mu-

*cauſa ſit ſubtracti ipſis alimenti Angelici.*

B lierum ſocietas obſtare ſolet viris præmaximis) zelo zelatus virum Dei redarguit; eique micas panis, quem deferebat, ex alto ſuper crus miſit; atque imminente indignatione ſuperna, ſupradictum crus
h fractum *h* reddidit. Ab inde ergo ſic cæleſtem ſuperna dignatio cibum ei negavit, nec ulterius Angelo obſequente tranſmiſit; quo vir Dei exinde laborioſius viveret, & ne ulterius ad ſe introeuntes taliter reciperet, ut famâ ſeculi illicitas mulieres (quod abſit) ad ſe intrare permitteret: timuit enim internus arbiter, totus pietate redundans atque ju-
i ſtitia, ne unde ipſi *i* ad pietatem ſerviretur, inde ille
k ad caſum & alii tenderent *k*.

*Tranſmiſſo ad conſanguineos fratre,*

9 Alio quoque tempore (ſicut religioſis narrantibus viris agnovi) vir Dei, dum laborioſius viveret propter ſupradictorum ſecularium familiaritatem, & ei divinus cibus deeſſet; cœpit viridariis uti, atque exinde poma colligere, & ſibi cauſa potus mulſum præparare. Cujus cor, cum parentum cura tangeret, & ad omnipotentis Dei ſervitium eos vellet convertere, ne æſtimaretur eum cibi ac potus obiiſſe penuria, beatiſſimum germanum ſuum Felicem tranſmiſit, & hæc mandare curavit. Qui ſuperni Judicis obediunt mandatis, & ejus amore ſeculariбus ſe fruſtrantur pompis, quamvis ab hominibus longe ſint remoti, inter hujus ſeculi tamen deſerta ſuſtentantur alimentorum pabulis. Vos

C *qui ad ſeculi contemptum eos hortetur,*

hæc cognoſcentes, cariſſimi, ad aliam, quæ eſt abſque laboribus vitam, totis viribus tendite; & hanc lenocinantem, ærumnis & doloribus plenam, relinquite; quæ à mœrore incipitur; &, dum eſt, cum laboribus agitur; ac termino appropinquante, cum labore & luctu terminatur, nihil
l abſque *l* peccati gravamine ſecum reportans. Divitiis, cum maximo ſudore acquiſitis, filiis ac filiabus remanentibus, ac ipſis peſſimo luxu eis utentibus, nihil pro parentum liberatione ex eis tribuentibus; caro acquiſitoris à vermibus corroſa, pulviſque futura, nuſquam cum Angelis in æternum erit vi-

*multos converſit.*

ctura. Multi namque hæc audientes, ſeculi funditus lenocinia totâ mente reſpuêre, ac Dei ſervitio ſeſe mancipaverunt. Exemplum hic ter beatus ſanctiſſimi ac glorioſiſſimi Martini ſecutus, qui poſt tam magnæ converſationis vitam, poſt tot miraculorum inſignia, ad patrium ſolum repedavit; ac matri,
m Baptiſmatis unda purificante *m*, vitæ aditum patefecit æternæ.

10 Quia ſancti viri hoc quod pro ſe, etiam pro proximorum ſalute ac libertate cupiunt; illud imaginarium geſtantes opere, quod docente Domino ſuper Propitiatorium habebatur typicali myſterio. Arca ergo in Propitiatorio poſita, quæ eſt Eccleſia ex gentibus collecta, duarum retinens urnarum manna, ſcilicet duarum Legum, corporis *n* ac ſanguinis Domini ſacramenta; virgamque Aaron quæ fronduerat, Beatam quoq; Mariam, [quę] nullo humano ſemine prægnata, [creditur] peperiſſe humani generis Salvatorem; duorum Cherubim obumbratur aſpectu: quæ etiam Cherubim verſis ſtabant vultibus, invicem ſe reſpicientia. Cherubim autem ſuper arcam ſtare, eſt Sanctos contemplatione ſuperni amoris proximos præcellere; ſe invicem vero reſpicere, caritatem proximorum, ab illo interni intuitu amoris, ad infirmorum uſque condeſcendere compaſſionem, verbo prædicantium, ſicut ſcriptum eſt: Qui audit, dicat, Veni. Sancti etiam, hæc & plura alia [ſacrorum] voluminum noſcentes teſtimonia, ſe corrigendo, alios admonendo; [ne] extorres forent promiſſo, multa in hujus ſeculi ſpatio pertulerunt tormenta. Nam etſi ſunt duo Martyrum genera, unum gladio, aliud longa patientia; eſt tamen unus æternus arbiter, qui utrumque examinat, perpenditque perſecutorum minas ac illatos cruciatus Sanctorum conſtantiis; ſed non [contemnit] aliter ab hoſte humani generis in cordibus fidelium diurnas allatas paſſiones.

D *Sancti enim in Eccleſia quæ aſſimilatur Arcæ,*

n

*ſimiles ſunt Cherubinis ejus, ſeque invicem reſpiciunt;* Ap. 22, 17.

*nec ſolum dicendi Martyres, qui ſanguinem fundunt;*

E

11 Vere *o* quandoque laborioſius eſt vitam ducere ſolitariam, ſitis famisque interire compendio, ac inter rupes montium frigore obrigeſcere, & abſque ullius conſolatione vitam anxiam & plenam ærumnarum in longum protrahere; quam cruciatu unius temporis aut unius diei, gladio occumbere. Aliquando vero antiquus hoſtis, quos ſibi prompte reſiſtere proſpicit, pluribus laqueis enecare tentat. Aliquoties namque ſuæ improbitatis calliditate incentivam eis ingerit libidinem, aliquando cibi ac potus voracitatem, aliquando impatientiam, aliquando murmurationem, aliquando perturbationem mentis. Si vero conſpexerit, nihil ſuam prævalere calliditatem, terrere incipiet per ſomnum. Quod ſi, nec ita prævaluerit, mirificas eis oſtendit viſiones. Omnibus autem, quas dinumerare longum eſt, calliditatibus peractis, ſi viderit ſervum Dei immobilem in cunctis permanere, ad apertas ſe convertit inimicitias, & aliquando conſpectibus ſe manifeſtabit. Servo autem Domini tot ejus evitante aſtutias, tritus aufugiet; & Deo ſuum famulum protegente, qui prius terrebat, poſtea territus diſcedet.

o *ſed etiam qui ſolitarie viventes,*

*cum tentationibus demoniacis jugiter colluctantur.*

F

12 Has ergo tam innumerabiles calliditates antiqui ſerpentis Beatus Votus patienter devicit; & in longum temporis ſpatium [vitam] trahens, ferendo ſuperavit. Cumque jam tempus remunerationis adeſſet, & pius Dominus ſervum ſuum ab agri opere fatigatum, requieſcere vellet, ne denarius, vineæ [cultæ] merces, diu fatigato operario negaretur; vocationis ſuæ terminum impoſuit. Qui percepto Viatico totius perfectionis, cum centeſimo fructu, lampade præfulgente, thalamum ſponſi & regis ſui prudens virgo intrare meruit. Qui cum die ultimo clauſiſſet finem, in Oratorio Beati Baptiſtæ Ioannis honorifice ſepultus eſt; reſumpturus ultimo examine carnem, cum Angelis in æternum victuram; eadem veſtigia fratre ejus ſequente. Excubantes autem ad eorum ſanctiſſima corpuſcula, divinam inibi ſemper ſentiunt cuſtodiam; & aliquando Deificum lumen, è cælo delapſum, apertis percipiunt oculis. Infirmis vero, quacumque infirmitate depreſſis, ad ſepulcra illorum venientibus ſalus omnimodis adhibetur *p*. Præſtantur ibi beneficia quæ-

*ſicut SS. Votus & Felix.*

*tandem beato fine mortui,*

*& miraculis clari.*

p rentibus, meritis Beatiſſimorum Confeſſorum Voti atque Felicis, præſtante eodem Domino noſtro Ieſu

A Ieſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat.

## ANNOTATA.

a *Ms. & ex eo Brizius,* fontium aquæ venis pinnorum ſcaturientibus, *quod corrigendum cenſui: ſunt autem* Pinnæ, *vulgo* Peñas, *idem quod rupes excelſæ, nomen iſtud ab aſperitate adepta apud Hiſpanos.*

b *Ibidem,* qui. c *Et,* quandoque.

d *Priora Acta*, imitante habitionis locum ſcire cupivit; *ubi,* invitantem *legere malui, ut ſenſus commodus haberetur.*

e *Hinc effici vult Brizius, vere* Religioſos, *non ſolum* Eremitas *ſimplices*, (*quod ſolum ex prioribus Actis intelligebatur*) *& quidem Benedictinos fuiſſe,* SS. Votum & Felicem, *eoque comminiſcitur Oſcanum aliquem Epiſcopum, qui in Montanis iſtis, inter Chriſtianos profugos, ſuum utcumque munus exercens, eos habitu donarit, & eorumdem profeſſionem exceperit: atque in his totum* II *Caput Brizio inſumitur.*

f *Hactenus Lectio* XII, *& finis eorum quæ ex anterioribus Actis habuit Macarius.*

g *Veroſimile eſt hunc Presbyterum ſanctis Eremitis* B *Sacramenta ſolitum miniſtrare, atque hanc fuiſſe ſervitutem indicatam à Macario: quem ex hoc loco fruſtra conaberis propinquum Sanctorum ætati facere: cum quantumcumque longi temporis intervallum patiatur traditio, per quam ipſe ea quæ ſequuntur cognovit.*

h *Vereor ne diuturnitas temporis facti hujus circumſtantias nonnihil alterarit à vero, verſando illas per ora rudis ac montani vulgi (unde poſtea Monachi dedicere ac tradidere poſteris, & hi Macario) ſuſpicor vero, quod ex difficiliori, quo deinceps Sanctus uſus ſit greſſu, paulatim invaluerit ut diceretur, crus ei fractum fuiſſe. Cauſam quoque ſubtracti Angelici cibi, non crediderim primum hunc unius mulieris acceſſum fuiſſe; ſed quod is jam non eſſet neceſſarius ei, cui ab illa aliiſque ejus admonitu ad Sanctum Eremitam viſendum accurrentibus, neceſſaria ad victum cœperant ex devotione miniſtrari.*

i *Ecgraphum Romanum,* nemini ipſe; *Pennatenſe,* Ne unde ipſe, . . . inde illi.

k *Romanum*; tenerent; *Pennatenſe,* tenerentur.

l Abſque: *id eſt,* Præter.

m *Vide Vitam S. Martini, ſcriptam à Severo Sulpitio apud Surium cap.* 4: *ubi tamen aliud non leges, quam iter hoc in patriam ſuſceptum fuiſſe à Sancto,* C *ſtatim poſtquam Clericali in ordine Exorciſta fuit conſecratus, primis ſanctioris converſationis annis, nulliſdum patratis ab eo miraculis.*

n *Brizius, neſcio quid non excogitans, ut ſuadeat ſanctos Eremitas, Presbyteros quoque ordinatos, & ipſimet Regi Garciæ à Confeſſionibus fuiſſe; etiam hæc verba eo trahit; cum referenda ſint ad Eccleſiam, quam auctor Arcæ comparat; ſicut deinde Sanctos in ea viros comparat Cherubinis, Arcam obumbrantibus ſeque mutuo reſpicientibus.*

o *Ita ecgraphum Romanum*; *in Pennatenſi eſt* Verum.

p *Neque hæc atteſtatio miraculorum eam auctoris vetuſtatem neceſſario infert quam prætendit Brizius; cum etiam ſeculo* 14 *aut* 15 *potuerint eadem fuiſſe continuata.*

# SYNOPSIS HISTORICA a EX MS. a

## Ex Anonymi Pennatenſis Ms.

### *Iuxta ecgraphum Romanum.*

CUm pro deteſtandis facinoribus accolæ Hiſpaniæ traditi eſſent, cum Rege Viſegotorum noviſſimo *b* Ruderico, in manus Saracenorum; ſicuti in geſtis Regum Hiſpaniæ continetur; Chriſtiani, qui evadere potuerunt, quidam in ſervitute eorum ſubacti, quidam fugientes per latebras & montuoſa loca conſcendentes, & diverſa per loca vagantes, turres & munitiora tutaque loca fabricare voluerunt. Contigit ex his quoſdam, amplius quam *c* ducentos, devenire in excelſo quodam monte, nomine *d* Oroli, in Aragona provincia: qui venientes, & ſpatioſum & delectabilem locum perſpicientes, in loco qui vocitatur Panno fabricare conati ſunt muros.

*Occupata à Saracenis Hiſpania* b

*Chriſtiani 200 ſugiunt in montem Aragoniæ* c d

2 Cumque opus cœptum perficere conarentur, nuntiatum eſt hoc Regi Cordubenſi nomine Abderraman *e* Iben Mozavia. Tunc Rex nimium iratus miſit exercitum validum, ex omni terra Hiſpaniæ, cum Duce quodam nomine Abdelmelik *f* Iben Quartan: & præcepit ei, ut omni terra Aragonenſi uſque Pyrenæos montes peragrata, quibuſcumque in locis invenire poſſet Chriſtianos, qui defendere ſe vellent & Regi Cordubenſi ſervire nollent, deleret uſque ad interemptionem; & dirueret munitiones & caſtella, vel in quibus locis poſſe confidere videbantur. Cumque hoc decretum perficere conaretur ſupradictus Abdelmelik, veniſſetque in ſupradicto monte, ex latere quo vocitatur Rubeo, fixere tentoria in planitie Panni: & facto impetu adverſus eos, mox ab ipſis fundamentis diruerunt muros, ſicuti cernitur hodierno tempore: & duxerunt uxores ſuas, & filios filiaſque eorum in captivitatem.

e E
f

*ubi in loco ſe munito obſeſſi capiuntur.* g

3 Qui locus inhabitabilis, & inacceſſibilis extitit hominibus, donec Deo favente, ventum eſt ad tempus Beatiſſimi Voti: qui ex Cæſarauguſtana urbe genitus, ut in ejus geſtis continetur, exempto mucrone vepres & arbores ſecans, ſemitam anguſtam invenit, & eccleſiolam parvulã, in honore Sancti Ioannis Baptiſtæ conſtructam, ſub ipſo montis vertice in ſpelunca quæ maxima reperitur, & inſepultum hominem ad cornu altaris jacentem: & ſignans ſe ſigno ſanctæ Crucis, orationeque facta, acceſſit intrepidus: & proſpiciens vidit lapidem triangulatum ad caput, continens ita exaratum ferro: Ego Ioannes, primus in hoc loco Eremita, qui ob amorem Dei ſpreto hoc præſenti ſeculo, ut potui, hanc eccleſiolam fabricavi, in honorem ſancti Ioannis Baptiſtæ: & hic requieſco. Amen *g*. Qui gratias Deo referens, accepto corpore involvit, ac ſepelivit, ſuperponens præfatum lapidem, deſuperque cooperuit terra, ut potuit: ſed nos ſatis miramur quare Dominus Macarius, qui illius Vitam ſcripſit, iſta prætermiſit. Nunc vero revertamur ad cœptum opus.

*Venit eo poſtea S. Votus* F

*& S. Ioannem ſepelit.*

4 Memoratus igitur Dei famulus *h* Votus cum ſuo fratre Felice, ut potuere, inibi cellulas conſtruxerunt, & uſque ad finem vitæ feliciter permanſerunt, & ſuperſtites quoſdam viros honeſtos dimiſerunt, ſcilicet *i* Benedictum & Marcellum. Qui Benedictus conſtruxit eccleſiam S. Stephani Protomartyris & Martini beatiſſimi Præſulis & Confeſſoris: Marcellus vero conſtruxit eccleſiam in hono-

h

*ibique cum S. Felice fratre vivens,* i

honorem ſancti Petri Apoſtolorum Principis. Qui & ipſi cœlibem vitam ducentes, poſt non multum temporis ſpatium thecam corporis relinquentes; ut credimus, collocarunt animas ſuas in æthereis ſedibus. Ab illis temporibus cœpit creſcere eorum ſanctitatis fama. Cumque annuente Domino jam cœpiſſet plebs Chriſtiana creſcere, & decreſcere infidelitas Saracenorum; contigit ut profiſceretur Comes in Aragona provincia, ſub regimine *k* Fortunii Garſianis Pampilonenſis Regis, nomine *l* Galindo, filius Aſinarii Comitis. Qui Comes fabricavit quoddam caſtellum, & impoſuit illi nomen *m* Athares: & populare fecit per totam Aragonam, quantum ſibi licuit, multas ac diverſas villulas, quas nobis referre per ſingula longum eſt: & diviſit ſingulis villulis, ſecundum ſuum arbitrium, proprios terminos. Illo vero in tempore à paucis quodammodo ſupradictus habitabatur locus.

*Ex MS. Benedictum & Marcellum ſucceſſores relinquit.*

k
l
m

*Chriſtiani poſt reſtauratas villulas,*

5 Non multo vero tempore tranſacto, in temporibus ſcilicet Regis Sancii Garſianis Pampilonenſis, mortuo Comite ſupradicto, iterum facta eſt magna percuſſio adverſus Eccleſiam Dei: quoniam ſuperatus eſt Rex *o* Ordonius, & facta eſt magna ſtrages Chriſtianorum ab *p* Abdaraman Rege Cordulenſi: In tempore illo Saraceni tranſeuntes Pyreneos montes, pervenere nullo reſiſtente uſque ad Toloſam urbem: fugientes vero pauci Chriſtiani ex ſupradictis villulis pervenerunt ad ſupradictam ſpeluncam, & illic morantes fabricaverunt ampliorem eccleſiam in honorem S. Joannis Baptiſtæ: & tranſtulerunt corpus præfati Joannis Eremitæ, & poſuerunt in tumba parvula inter duo altaria, ſcilicet B. Joannis Baptiſtæ & SS. Juliani & Baſiliſſæ, ponentes ſuprafatum lapidem deſuper. Inſtruxerunt etiam alia duo altaria, unum dedicantes in honorem B. Michaelis, alterum in honorem B. Clementis; feceruntque domos ad habitandum: & præfecerunt Abbatem *q* Tranſinicum, & elegerunt Clericos, qui voluntates propria relinquentes, habitare voluerunt ibi. Tranſacta vero hac tempeſtate, iterum eſt pax Eccleſiæ Dei reddita; & unuſquiſque regreſſus eſt ad propria, præter Clericos qui remanſerunt in jam dicta ſpelunca. Eiſdem vero temporibus dedicata eſt eccleſia S. Joannis ab Ennicone *r* Epiſcopo, die Nonarum Februariarum.

*denuo fugati à Saracenis,*

o
p
B

*in monte Panno*

*conſtituunt Abbatem.*

q

r

6 Cumque tranſiſſent anni pene triginta, & fama illius loci per ora vulgi crebreſceret, contigit pervenire ad aures comitis *s* Fortunii eximii, qui tunc in temporibus ſub regimine Regis Garſiæ Sanctionis filii, toti regimini præerat in Aragonenſi provincia. Qui veniens in prædictum locum, conſtipatus caterva Militum, factaque oratione, ſuſceptus eſt ab Abbate eximio cum Collegio cæterorum Clericorum caritative; & viſis officinis cunctis, aſcenſuque montis cum planitie, placuit ſibi locus, converſatioque, & vita eorum. At illi cadentes ad pedes Comitis, flagitare cœperunt, ut illis hujus montis terminos impenderet, ubi laborare, vel caulas ovium inſtruere, ſueſque paſcere poſſent. At ille, benigne annuens petitioni eorum, dedit eis unam ſpeluncam, quæ eſt ſub Orolis facie, cui nomen eſt Spelunca Gallionis, & inde devallat contra illa ſerra de Trafillos, arriba de fonte frigido, qui eſt à facie Aragonis, & inde vadit contrario de Caulo, quemadmodum dividit illa penia S. Cypriani in Suſo; & quomodo vadit via, quæ exit de Spina-alba, & vadit ad ſumma de En-el-ſito: & ex illa via quæ venit de Borzo rubro, ad illa Crola S. Juliani, & exit ad illum collem ſub Oroli. Hac vero oblatione corroborata & firmata, mox commendans ſe, obnoxius illis receſſit glorificans Dominum; eo quod ipſe in hac patria dignatus eſſet demonſtrare locum talem, qui & remotus eſſet à ſecularibus perturbationibus, & ad habitandum viris religioſis delectabilis. Qui veniens ad palatium, retulit cuncta Regi, quomodo in tali loco deveniſſet, & qualiter aptus religioni exiſteret, qualiterve habitatoribus terminum ad laborandum impendiſſet.

C
s

*à Fortunio Comite*

*donatur ſpelunca Gallionis.*

D

7 Audiens hæc Rex Garſias Sancionis, ad viſendum locum non multo poſt ipſemet, cum Palatino officio & Epiſcopo ejuſdem temporis Fortunio, properare dignatus eſt: qui cum cuncta ut ſibi relata fuerant vidiſſet, & placuiſſet nimium ſibi locus talis, obtulit ſibi quingentos ſiclos argenti, ut pro illo & pro ſtatu Regni Dominum deprecarentur. Quin etiam terminum ſuprafatum, quem Comes illis impenderat, firmari præcepit Regalibus inſtitutis: addens quoque herbarum paſtum & abſcindendorum lignorum licentiam de illo monte, qui vocetur Abitiro: abſtulitque Comiti de Athares omnem calumniandi atque pignorandi adverſus eos potentiam. Solutis vero jam annis multis, ſcilicet circa diſcurrentem *t* nongenteſimum nonageſimum ſeptimum, iterum venit Rex Garſias Sancionis, cauſa viſendi locum & Fratres. Videns vero Abbatem & fratres inermes non poſſe defendere terminos, quos dederat loco; poſuit tale decretum ſuper terminum, ut ſi non fuiſſet tranſitione unius diei vel noctis, aut ſi non fuiſſet per bonam voluntatem Abbatis vel Fratrum, nullus præſumeret in totum illum terminum intrare vel paſcere, neque tentorium pecorum figere: quod ſi aliter feciſſent, haberent inibi habitantes poteſtatem occidendi vaccas, porcos, camelos, ſine ulla dubitatione & ſine ullo pleyto Regali: facta donatione, anno quem ſupra memoravimus videlicet nongenteſimo nonageſimo ſeptimo, regnante Domino Jeſu Chriſto. Et ego ſervus illius, Garſia Sancionis, cum conjuge mea *u* Omeca, in Pampilona & in Aragona. Sub ejus imperio Epiſcopus *x* Fortunius in Pamplone. Fortunio Ximenones Comes in Aragona. Confervantibus & augmentantibus decretum ſit pax & ſalus victoriaque in æternum, Amen: non ſervantes autem ſpolientur in infernum, Amen.

*à Rege Garcia Sancionis,*

*eadem donatio firmatur & augetur,*

t
E

*& dein anno 997 novo decreto ſtabilitur.*

u
x

## ANNOTATA.

F

a *Hæc Synopſis, incertum à quo ſcripta, minus accurata eſt prioribus Vitis, neque caret chronologicis mendis, uti de pluribus chartis hujus monaſterii obſervat Sandoval in Epiſcopis Pampilonenſibus fol.* 19: *eo quod monaſterii incendiis deperdita monumenta, ſatis ignoranter fuerint reſtaurata.*

b Rodericus *pugnavit cum Saracenis* 3 *Septembris Dominica, anno* 713, *Littera Dominicali A, & poſt octo dies inter pugnandum obcubuit. Porro ſequenti ac proximis tribus annis tota denique Hiſpania eſt à Saracenis ſubacta exceptis Aſturia montanis.*

c Trecentos *fuiſſe aſſerit Hieronymus Blanca; Ecgraphum Romanum* quadringentos.

d *Brizio & aliis paſſim mons* Urveli *dicitur; qui etiam multa hariolantur circa etymon nominis* Panni: *quibus omiſſis, ſolum noto ex Brizio, monaſterio Pinnatenſi ſupereminere locum undique abruptum, & duabus dumtaxat viis acceſſibilem, iiſque tam anguſtis, ut aſcenſus poſſit à paucis prohiberi, quamvis non haberent niſi lapides ad ſui defenſionem.*

e Abderaman, ex linea Aben-Alaveri, *à Stephano Garibajo lib.* 37 *cap.* 1 *ſtatuitur primus Rex Cordubenſis*

A *benſis factus anno* 758, *ſed abſque mentione harum rerum contra Chriſtianos actarum:*

f Abdemelik *Garibajo lib.*36 *cap.* 15 *ſtatuitur Rex Maurorum ab anno* 685, *uſque ad annum* 707, *ergo ante acceſſum illorum in Hiſpaniam. Apud Blancam* Abdemelichus Aben-catanus ſpeluncam in Urvelis obſidione cœpit, Chriſtianos omnes cum feminis & parvulis gladio jugulavit, ac præſidia funditus evertit. *Miſſus autem dicitur ab* Abdulazizio Præfecto ſub Alcalifa Ulit, *primo in Hiſpania Rege Maurorum. Et dein dicitur* Abdulazizius Hiſpali à ſuis anno DCCXIX interfectus.

g S. Joannem cęlicas advolaſſe ſedes circa annum 714 *in Vita prima dicitur num.*4.

h SS. Votum & Felicem, *poſt incurſionem Abdelemichi ſolum illuc acceſſiſſe poſſet dici, cum jam aliquot annos vendendis poſſeſſionibus, & in pauperes diſtribuendis impendiſſent.*

i *Brizius de iis agit lib.*1 *cap.*15 *& ſeqq. & hoc illorum quaſi Epitaphium addit: haud dubie à poſteris, diu poſt eorum mortem, compoſitum:* Benedictus & Marcellus Eremitæ Cæſarauguſtani, viri honeſti & continentes, adhuc magis ampliaverunt præſentem eccleſiam, & duo altaria conſtruxerunt,
B dedicaveruntque S. Petro & S. Stephano (quorum conſilio Judex, medius inter Regem Enecum Ariſtam & Regnicolas Aragoniæ, Juſtitia vocatus, efficitur) & etiam ſepulti hic ſunt. *Verum hic eſt* Garcias Enecus, *ſine* Yaniguez, *cujus regni initium ſtatuit Garibajus lib.*21 *cap.* 9 *ad annum Chriſti* 758, *mortem ad annum* 815: *& tempora conveniunt cum ætate* Benedicti & Marcelli, *quos Martinus Carillo vixiſſe ait uſque ad annum* 815. *Alius vero ab hoc Rege eſt* Unniguez Ximenes Ariſta, *qui apud Garibajum lib.*22 *cap.*1 *cœpit regnare anno* 840, *& ſic in Epitaphio videtur nomen* Ariſtæ *perperam intruſum.*

k Rex Fortunius, *dicti Garciæ filius, ei ſucceſſit anno* 802, *ob Pampelonam (ut creditur) à patre Mauris ereptam,* Pampelonenſis *dictus.*

l Galindo *patri ſuo* Aſnat, *primo Comiti Aragoniæ creato anno* 780, *& anno* 795 *vita functo, ſucceſſit: de quibus agit Garibajus lib.*30 *cap.*3 *&* 4.

m Atharas *ſive* Ateres, *patria S. Ioannis, inter montem Pinnatenſem & Iaccam urbem, jam pridem nomen iſtud habebat, ſi fides prima Vitæ detur.*

n Sancius Garcias *ſucceſſit* Fortunio *patri anno* 815, *mortuus ex vulnere in prœlio cum Mauris habito, de quo Garibajus lib.*21 *cap.* 11.

C o Ordonius *Rex Ovetanus & Legionenſis, quo anno cœperit regnum, variant auctores, aliqui annum* 827 *aut ſequentem, alii annum* 837, *alii* 841 *aſſignant, alii ſerius cepiſſe regnum ajunt.*

p Abderaman II *apud Garibajum lib.*27 *cap.*5, *legitur regnaſſe ab anno* 819 *ad ann.*839, *ubi dicitur* Ordonius *cepiſſe regnum Ovetanum anno* 832, *& tempore Regis Mahomet è vita deceſſiſſe anno* 841, *atque ſub utroque victorias obtinuiſſe: proinde videtur iſti hæc clades ad præcedens ſeculum pertinere: quam tamen Blanca ad hæc tempora ſervat.* EX MS.

q Tranſinicus, *aliis* Tranſinirus, *aut* Tranſiricus, *à Martino Carillo aſſignatur ad annum* 872.

r Ennico, Eneco, Inico, *Epiſcopus Aragoniæ habitus, inter Oſcenſes collocatur.*

s *Hæc iterum non videntur ſatis convenire. Nam* Fortunius, *infra* Fortunio Ximenones *dictus, ſub initium noni ſeculi ſtatuitur vixiſſe. At Rex* Garcias Sanctionis filius *ſeculo decimo circa annum* 920, *aut paulo citius, inquit Garibajus lib.*22 *cap.* 11: *in cujus charta ad annum* 926 *ſubſcribunt* Dux Fortunus, *&* Fortunus Garſeonus: *& in alia charta ad annum* 944 Fortunius Semenonis: *occaſione quorum videtur confuſio nominum facta.*

t *Debet* Æra *intelligi* 997, *qui eſt annus* 959, *quando adhuc vivebat* Garcias Rex.

u *Aliis conjux appellatur* Tereſa, *ſed plures ſucceſſive habuiſſe uxores potuit.*

x *Sandoval inter Epiſcopos Pampelonenſes non admittit* Fortunium: *quem alii* Epiſcopum Aragoniæ & Jacenſem *appellant.*

## HYMNUS E

### *Ex veteri Breviario Pinnatenſi.*

O Vote, & Felix, meriti Patroni;
Ut queat noſtrum reſonare quiſque
Geſta tantorum, date, Monachorum,
Quæſumus omnes.
Inſequens cervum Votus, in ſuprema
Rupis advenit juga, devolando
Quo cadit cervus nimis inde laſſus,
Undique preſſus.
Inſcius caſûs eques ipſe tanti;
Mox equi pinnæ pedes applicantur,
Cum ruens clamat, Mihi tu faveto,
Sancte Joannes.
Hinc reviviſcens, vepribus putatis,
Gratias reddens Domino, tetendit
In ſpecum, quo funus erat Joannis,
Quod ſepelivit.
Parce nunc noſtris, Deus alme, culpis
Et domum ſemper tuearis iſtam:
Qui globum mundi regis & gubernas, F
Trinus & unus. Amen.

OREMVS.

MIſericordiam tuam, quæſumus Domine, intervenientibus Sanctis Confeſſoribus tuis, Voto & Felice, clementer impende, & nobis peccatoribus ipſorum propitiare ſuffragiis. &c.

# DE SANCTO ELEVTHERIO

*ARCANI IN LATIO.*

G.H.

Ex Martyrologio Romano & Ferrario.

XXIX MAII

ARcanum *vulgo* Arce *oppidum antiqui Latii, in hodierno regno Neapolitano, ſupra collem prope Melſem fluvium inter Arpinum & Aquinum, ab illo quatuor, ab hoc ſeptem milliaribus diſitum; à Cicerone, cujus ibi prædium fuit, memoratur in epiſtolis ad Quintum fratrem lib.*3 *ep.*1 *lib.*5 *ep.* 1 *& lib.*16. *Verba ejus Cluverius adducit lib.*3 *Italiæ antiquæ pag.* 1046. *Hunc locum honoravit ſuo obitu & cultu Eccleſiaſtico* S. Eleutherius, *de quo Martyrologium Romanum hoc* XXIX *Maji iſta habet:* Arcani in Latio S. Eleutherii Confeſſoris. De quo, *addit Baronius,* vetera monumenta Eccleſiæ Aquinatis. *Verum ea non potuimus hactenus obtinere, &* Ferrarius *in ſua Annotatione* *Memoria in Martyrol. Rom.*

*tatione ad hunc diem ait*, Acta propria S.Eleutherii
AUCTORE G. H. ſe non vidiſſe, licet ea ab Epiſcopo Aquinate non ſemel, per alios tamen, flagitaverit, Quæ autem ex incolarum relatione accepit, *hæc ſunt.*

*Elogium ex Ferrario,*

2 Eleutherius, natione Anglus, SS. Grimoaldi & Fulci frater, una cum illis ex Anglia in Italiam peregrinationis ergo venit. Cum autem loca ſancta Romæ multa cum devotione viſitaſſet, ac Aquinum cum fratribus perveniſſet; apud Arcanum oppidum Latii ſubſedit: ubi clarus miraculis ſancto fine quievit. Extat ibi eccleſia ſuo nomini dicata: ad quam plures infirmi confluunt, & ſanitatum gratias referre ſolent. *In Ms. Vaticano Eccleſiæ S. Petri indicatur* S. Eleutherius, *ſed* Epiſcopus *appellatur: & forte eſt* S. Eleutherius Papa *relatus* XXVI *Maji.*

3 *De* S.Fulco *egimus* XXII *Maji. Hujus corpus eſt in oppido, Sancti-Patris dicto, diœceſis Aquinatis, ad limitem Regni Neapolitani, quod oppidum diſtat Arcano paucis dumtaxat paſſuum millibus: propius etiam eidem adjacet vicus vulgo dictus* San-Lotiero, *quod* S.Eleutherii *eſſe vix equidem dubitaverim. Alter frater* S. Grimoaldus *colitur* XXIX *Septembris apud Pontem-Corvum, olim Fregellas, inter Ceperanum & Minturnas in regno Neapolitano, ubi Epiſcopi Aquinates ſæpe reſederunt. Memoria porro S. Eleutherii inſcripta eſt etiam Martyrologio Anglicano, ſed ad diem tertium Iunii, cujus auctor* Arcanum *ſive* Arke *collocat* in Apulia, *ibique ait* S. Eleutherium ex itinere Hieroſolymitano reducem ſancte obiiſſe. *Quæ per conjecturam videntur ſcripta. Nicolaus Epiſcopus Sarſinæ in Martyrologio Poëtico eum hoc diſticho exornat.* D *fratres Sancti.* *Memoria Iunii.*

Cum Sanctis properans, patriis peregrinus ab oris,
Fratribus, ex Latio ſcandit ad aſtra poli.

# DE SANCTA THEODOSIA,

## *SANCTIMONIALI ET MARTYRE CONSTANTINOPOLITANA.*

B

## COMMENTARIUS PRÆVIUS.

D. P. Cauſa & ſeries Martyrii ex Mss. Synaxariis: encomium à Conſtantino Logotheta ſcriptum: hujus ætas & dignitas. E

ANNO DCCXXVI *Statuam Salvatoris, in porta Palatii collocatam à Conſtantino M.*



*Ecimum* Leonis-Iſaurici *annum funeſtavit ſacrarum imaginum abolitio, quam pridem ille animo decretam meditans, effectui tandem mancipavit, amoto Sanctiſſimo Germano Patriarcha, & in ejus locum ſubſtituto impio Anaſtaſio. Mox enim atque idolum iſtud ſuum ſupra thronum Eccleſiæ collocavit, illarum removendarum initium fecit à veſtibulo Palatii, quod ab ænea Chriſti ſtatua ibidem collocata nomen acceperat, ut χάλκη diceretur. Veſtibulum iſtud, teſte Codino libro de Originibus CP. Magnus Conſtantinus fundarat, in eaque ſtatuam prædictam erexerat:* quæ ibi ſtetit annos quadringentos & quindecim *; cujus virtute mulier, ſanguinis profluvio laborans, ſanata fuerat, & multa alia facta erant miracula: *adeoque poſita illa eſſet anno* CCCXV. *Sed decepit Codinum ſupputatio ſua, vel librarii in numeris tranſcribendis erraverunt; conſtat enim quod ante annum* CCCXXVIII, *Conſtantinus non applicuerit animum Conſtantinopoli ædificandæ.*

* Gr. *vis'*

C

*cum dejici juſſiſſet Leo Iſauricus,*

2 *Ad rem ipſam quod attinet, teſtem de ea habemus, qui tunc vivebat*, Stephanum magnæ eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Diaconum, *in vita S. Stephani Iunioris, memorabile Martyrium ea occaſione paſſi, dandâ à nobis* XXVIII *Novembris, unde hac accipe.* In his per poteſtatem agens hæreſeos tyrannus, tentavit continuo Dominicam Chriſti Dei noſtri imaginem, ſupra regias fores poſitam, eo loco quæ ab ipſa dicitur Sancta Chalce demoliri & igni tradere: quod & fecit. In ipſa autem demolitione zelo corroboratæ quædam mulieres venerandæ, generoſe inſurrexerunt: apprehenſiſque ſcalis demolitorem ſacræ imaginis Spatharium devolverunt in terram, eumque diſcerpentes tradiderunt morti; nulla deinde interpoſita mora procurrentes, invaſerunt Patriarchalem domum, lapidibus impetentes impium Anaſtaſium, vociferanteſque, O caput impuriſſimum! ô inimice veritatis! Ideone Præſulatum arripuiſti, ut ſacroſanctas ſtatuas everteres? Quam contumeliam non ferens profanus ille, fuga ſeſe ſubduxit è conſpectu religioſarum mulierum; atque ad tyrannum ſeſe recipiens, effecit ut illæ omnes morti traderentur.

*ad conatum ſpatharium occidunt piæ mulieres,*

3 *Hæc ille, quæ pene iiſdem verbis legere eſt in ea, quam inde accepit Metaphraſtes, ejuſdem S. Stephani Iunioris Vita, quamque invenire eſt apud Lipomanum & Surium, nec non, inter opera S. Ioannis Damaſceni, propter vicinitatem argumenti de cultu imaginum, ab eodem S. Ioanne egregiis orationibus propugnato. Ex dictis autem facile eſt corrigere Theophanem, de tentata Dominicæ imaginis ſubverſione, imo & perfecta, agentem uno anno citius quam de S. Germani depoſitione & Anaſtaſii intruſione. Interim ei credere poſſumus dictarum mulierum ſupplicio non ita repreſſum eſſe zelum Orthodoxorum, quin viri plures, muliebri ſtimulati exemplo, conati ſint ab eadem imagine arcere injuriam, vel factam ulciſci; vereque acciderit, quod* Conſtantinopolitanus populus, ob novam iſtam doctrinam maximo dolore percitus, cum ipſum Leonem ſtatuit invadere, tum multos ex Imperatoris famulitio, qui ab ærea porta Domini imaginem deturbabant, neci dedit: quo factum eſt ut in multos, pietatis ergo, membrorum mutilatione, verberibus, exiliis, damnis illatis animadverſum fuerit. *& capite plectuntur.* *idem ſcelus impedientes poſtea alii varie puniuntur.* F

*Illarum dux S. Theodoſia*

4 *Sed quantumcumque animoſe egerint viri, egregii tamen conatus initium feminis adſcribi debet: imprimis autem earum duci* Sanctæ, *de qua agere inſtituimus,* Theodoſiæ: *cujus nomen & vitam mortemque ut non ignoraremus, effecit religioſa Conſtantinopolitanorum civium pietas, qui crudeli laniena ſubtractum corpus, tum quidem pie condiderunt; poſtea autem, reddita Eccleſiæ pace, extulerunt religioſius, fortaſſis in eo ipſo, ubi Sanctimonialis vixerat, cœnobio. Quoniam autem, diem, quo mactata crudeliter fuerat, adduxerat in oblivionem ſævæ perſecutionis diuturnitas & taciturnitas ſcriptorum, placuit aſſumere hunc* XXIX *diem Maji quo Orientalis omnis Eccleſia celeberrimo cultu proſequitur* S. Theodoſiam, Martyrem Cæſareæ in Palæſtina, *de qua nos egimus die* 2 *Aprilis.*

*colitur* 29 *Maji.*

5 *Ita nomen ejus inſcriptum reperitur Menæis excuſis, quæ fere ſequitur Maximus Cytheræus* ἐν βίοις Ἁγίων, *ubi poſt encomium prædictæ antiquæ* Theodoſiæ *additur*

*Memoria*

*Memoria* Sanctæ Hosio-Martyris Theodosiæ Constantinopolitanæ, *cum allusione ad Arietinum cornu, quo cervix ei confracta est, per hujusmodi distichon:*

Κέρας χριοῦ κλεῖνάν σε, Θεοδοσία,
Ὤφθη νέον σοι τ' Ἀμαλθείας κέρας.

Alterum Amaltheæ visum est, Theodosia, cornu
Hoc tibi, quo Christo victima pulchra cadis.

*cum elogio in Mss. Synaxariis.*

6 *Eadem memoria, cum simili distichо, reperitur in Ms. Synaxario Chiffletiano: ubi insuper hoc de vita, martyrio, & cultu ejus Elogium additur, quod ex ipso collatum cum textu Synaxarii Claromontani ad* XVIII *Iulii, sic sonat.* Αὕτη ὡῖ ἐν τοῖς χρόνοις Θεοδοσίου [τοῦ Ἀτραμυτίου] γονέων εὐσεβῶν θυγάτηρ, ἐκ τ' Κωνσταντινουπόλεως· ἧς γενομένης ἐπαέτους ὁ πατὴρ ἐτελεύτησεν, ἡ δὲ μήτηρ λαβοῦσα τὸν παῖδα ἀπέκειρεν ἔν τινι τῶν ἐν Βυζαντίῳ μοναστηρίων· εἶτα καὶ ἡ μήτηρ τελευτᾷ, καταλείψασα τὴν Μακαρίαν τὸν ὅλον περιουσίαν αὐτῆς. Ἡ δὲ ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου τρεῖς ἁγίας εἰκόνας κατασκευάσασα [τοῦ Χριστοῦ], τ' Θεοτόκου, καὶ τ' ἁγίας Ἀναστασίας, τὰ λοιπὰ διένειμε τοῖς πτωχοῖς [καὶ ὀρφάνοις]. Μετὰ δέ τινα χρόνον Λέοντος τοῦ δυσεβοῦς τ' βασιλείας δραξαμένου, ὡς τοῦ εὐσεβεστάτου Θεοδοσίου ὑποχωρήσαντος, διὰ τὸ μὴ πείθεσθαι τοῖς ἀσεβέσιν αὐτοῦ
B δόγμασι τ' μεγαν ὧν Πατριάρχας Γερμανὸν [τοῦτον μετὰ ῥοπάλων καὶ ξιφῶν τοῦ Πατριαρχείου κατέωσεγκε]· ἀλλὰ καὶ τὴν ἁγίαν καὶ δεσποτικὴν εἰκόνα Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τὴν [ἱδρυμένην] ὑπεράνω τῶν πυλῶν, ὃν ὥσπερ [διὰ τ' χαρακτῆρα] ἡ ἁγία Χαλκὴ λέγεται, ἔσπευδεν ὁ Ἀρειανὸς καθελεγκεῖν καὶ πυρὶ παραδοῦναι. Καὶ ὃν ᾧ ταῦτα ἐτελεῖτο, καὶ ὁ σπαθάριος ὡῖ ἐπὶ τ' κλίμακος [μετὰ τ' ἀξίνης], βυλόμενος τὴν [ἁγίαν] εἰκόνα καταβαλεῖν, εὐθὺς ἡ μακαρία Θεοδοσία μετ' ἑτέρων γυναικῶν εὐσεβῶν, τ' κλίμακος δραξάμενα, καὶ τ' σπαθάριον τῇ γῇ προσρίψασα, τῷ θανάτῳ παρέδωκαν· καὶ καταλαβοῦσα τὸ πατριαρχεῖον, ἐλιθοβόλουν τ' δυσεβῆ Ἀνασάσιον τ' πατριάρχην. Παραπλήσια οὖν αἱ μὲν λοιπαὶ τῶν γυναικῶν ἀπεκεφαλίσθησαν, τὸν δὲ Ἅγιον ὠμός τις καὶ ἀπάνθρωπος ἕλκων δήμιος πρὸς τ' Βῆν, λαβὼν κέρας κριοῦ, καὶ μανιώδως καὶ τὸν αὐχένα ἐλάσας, τ' τοῦ μαρτυρίου στέφανον αὐτῇ προξένησε. Περὶ δὲ τ' ἀπείρων θαυμάτων, τῶν καθ' ἑκάστου δι' αὐτῆς ἐνεργουμένων, ἔξεστι πάντι τῷ βυλομένῳ μανθάνειν. Τελεῖται δὲ ἡ αὐτῆς Ξωάξις, ἐν τῇ μονῇ τοῦ Διοκράτους, ἔνθα κεῖται τὸ ἅγιον αὐτῆς λείψανον.

C *Hæc ibi; verbis quæ [ ] inclusi è Claromontano sumptis, ubi finis etiam sic diversus reperitur.* Λαβὼν κέρας ἀπέσφαξεν αὐτόν. Οὕτως οὖν καλῶς ἀγωνισάμενα εἰς χεῖρας Θεοῦ τὰ πνεύματα ἑαυτῶν παρέθεντο. Τελεῖται δ' ἡ ταύτης Ξωάξις, ἐν τῇ ἁγίᾳ μονῇ τ' Σωτῆρος Χριστοῦ τοῦ Εὐεργέτου.

7 Fuit hæc in diebus Theodosii [Adramyteni] piorum parentum filia, ex urbe Constantinopoli; quæ cum septennis facta amisisset patrem, mater accepit filiam, & in uno monasteriorum Byzantiorum attondit; deinde obiit etiam ipsa, relinquens filiæ suam omnem substantiam. Hæc ex auro argentoque tres sibi imagines comparavit, [Christi scilicet], Deiparæque sanctissimæ, & S. Anastasiæ, cetera distribuit in pauperes. Post aliquod vero tempus, cum impius Leo arripuisset imperium, piissimo Theodosio sese subducente; Magnum Patriarcham Germanum, eo quod nollet impio ejus dogmati adhærere, [cum gladiis & fustibus è Patriarchio] expulit, & sanctam atque Dominicam imaginem Domini nostri, supra portam quæ, [ab ipso simulacro, sancta] Ænea dicitur, collocatam, conatus est dejicere efferus atque igni tradere. Cum autem hoc ageretur, & spatharius [cum securi] jam esset in scalis; volens sacram effigiem amoliri; continuo S. Theodosia aliæque piæ mulieres arripuere scalas, & dejectum in terras spatharium neci dederunt; incurrentesque in Patriarchium, Anastasium pseudo-Patriarcham cœperunt lapidare. Statim igitur reliquæ quidem mulieres capite plexæ sunt, Sanctam vero crudelis quidam atque inhumanus carnifex trahens ad locum Bovis dictum, & cornu arietis rapiens, illud in cervicem furibundus impegit, eique martyrii coronam attulit. De infinitis porro miraculis, quæ quotidie per ipsam fiunt, cuivis scire volenti promptum est discere: agitur autem illius festivitas in monasterio Diocratis, ubi sancta ejus lipsana requiescunt. AUCTORE D. P.

8 *Eadem, sed ad* XVIII *Iulii, quando forte aliqua elevati translative corporis memoria agitur, habentur in Ms. Synaxario Claromontano, aliisque Mss. in Bibliotheca Ambrosiana Mediolani, & Ducali Subaudica Taurini repertis: sed in Ambrosiano Codice, pro tempore* Theodosii Adramyteni, *qui Leoni Imperium cessit, notatur tempus* Constantini Copronymi, *per manifestum errorem: & monasterium, quod alibi* Diocratis, *istic* E Dexiocratis *appellatur sic autem revera appellandū docet Codinus, ex quo Cangius in sua Constantinopoli Christiana asserit,* Dexiocratem *hunc Patricium fuisse, & sub Theodosio Iuniore floruisse, & ecclesiam una cum Gerocomio ipsi addito de suo nomine appellasse. In Claromontano autem, omissa miraculorum aut reliquiarum mentione, hæc ponitur clausula.* Accipiens cornu mactavit eam. Sic igitur pulchre decertantes, animas in Dei manus tradiderunt: illius vero festivitas agitur in sancto monasterio Salvatoris Christi, dicti Benefici. *Cangius in sua Constantinopoli Christiana de hoc monasterio fuse agit, docetque haud procul à Blachernis juxta littus fuisse: cum quo videtur facere quod sequitur Encomium, dum num.* 34 *ait, prope littus sedisse contractum quemdam, indeque sublatum humeris esse ad tumbam Sanctæ, ubi curatus est. Fortasse sociarum mulierum corpora sepulta in Dexiocratis monasterio fuerunt; & propter communem earum cum* Theodosia *passionem, hujus quoque festivitas ibidem agi censetur.* *Item* 18 *Iulii.*

*Ad sepulcrum facta olim & scripta miracula*

9 *Pratactum miraculum, aliaque deinceps in Encomio narrata, seculo primum* XIII *exeunte aut* XIV *inchoato patrata sunt: ante quæ tempora oportet pridem accidisse illa, quorum mentio fit in Synaxariis, & antiquiora aliqua ipsius Sanctæ extitisse Acta, unde accepta sint Synaxariorum Mss. Elogia: quæ Acta modo non inveniantur. Vtcumque, jacturam* F *utcumque supplebit,* Τοῦ σοφωτάτου μεγάλου Λογοθέτου Κυροῦ Κωνσταντίνου, τ' Ἀκροπολίτου, λόγος εἰς τὴν ἁγίαν ὁσιομάρτυρα Θεοδοσίαν: Sapientissimi & magni Logothetæ, Domini Constantini Acropolitæ, sermo in sanctam Hosio-Martyrem Theodosiam: *descriptus ex Codice Vaticano. Constantinus iste, propinquas sepulcro Sanctæ ades habitans, magnisque ab ea, tam in sua quam in generi sui persona, affectus beneficiis, hanc illius laudationem publice recitandam composuit: qualem invenimus in Ms. Vaticano, intelligimus autem Viennæ quoque in Cæsarea Bibliotheca extare, & hic primum Græco-Latinam exhibemus: sed antea quærimus, quis Constantinus iste fuerit, & quo tempore vixerit. Ad hoc indagandum ipse nobis suggerit, generum sibi fuisse filium Principis Cholcorum, eumdemque nepotem defuncti Imperatoris ex filia, regnantis sorore; quæ Constantinopolitanæ historiæ periti facile intelligunt ad* Michaelis Palæologi, *filiique ejus* Andronici senioris *tempora sic aptari, ut ad nulla alia æque possint accommodari. Cœpit autem imperare Michael anno* MCCLX; *& filium Andronicum, conjugio Annæ filiæ Regis Pannoniæ* *intercederunt cum primis Actis.*

*pro his danhanc illius laudationem publice recitandam composuit: tur facta & scripta circa finem sec.* 13

*à Constantino Acropolita Magno Logotheta.*

AUCTORE D. P.

*nonia junctum, ascivit Imperii sui consortem anno* MCCLXXII, *ipse autem obiit sub finem anni* MCCLXXXI. *Ejus ac filii res gestas accuratis commentariis prosecutus est Georgius Pachymeres, non ita pridem Latinitate donatus à nostro Petro Possino, & Græco-Latine editus Romæ magnificentissimis ac plane regiis typis Barberinis. Ex eo discimus, quod filiæ Michaeli fuerint tres, etiam nominatæ à Christodulo in epistola prævia ad historiam Ioannis Cantacuzeni*; Irene *scilicet*, Eudocia, *&* Anna. Irene *nupsit Asano Iuniori, Bulgariæ Regi*; Eudocia, *Principi Lazarorum collocata, marito mortuo in monasterium sese recepit*; Anna, *filio Cralis Serviæ Regis desponsa quidem, sed conjuncta numquam, anno* MCCLXXVIII Michaeli *consanguineo suo nubens, attulit ei titulum* Despotæ : *& huic potuit datus esse* Principatus Colchorum, *ut ex eo matrimonio natus filius potuerit, circa annum* MCCXCV, *ducere uxorem filiam* Constantini Logothetæ, *de quo nobis in præsentiarum est quæstio.*

*cujus filia circa an. 1295 nupsit nepoti Michaelis Imperat. ex filia Anna*

10 *Leo Allatius, in sua de Georgiis Diatriba edita post Georgii Acropolitæ historiam, inter Legatos à Michaele missos ad Gregorium* X, *anno* MCCLXXIII, *nominatum inveniens apud Pachymerem lib.* 5 *cap.* 17, ex Senatorio ordine, *primum* Magnum Logothetam Acropolitam ; *dubitat, locusne hic intelligendus sit de prædicto* Georgio, ( *quem etiam* Magni Logothetæ *functum officio constat* ) *an de* Constantino, cujus complures orationes in Sanctorum festivitates tempus non invidit : *in Diatriba autem de Simeonum scriptis, præter hanc de S. Theodosia, tres earum à se conspectas numerat*, in S. Neophytum, in S. Theodorum Tironem, & in S. Joannem Damascenum. *Sed dubium ipse suum solvere videtur Allatius, quando ex Pachymere prælaudato allegat locum, ubi dicitur Andronicus Palæologus, post obitum patris*, ante alios usus Muzolone Theodoro, quem illius pater in Magni Logothetæ Acropolitæ demortui locum subrogarat : *utique* Georgii : *nam* Constantinus *noster vixit cum Andronico, uti jam supra dictum est.*

*Non ipse anno 1273 legatus ivit Romam,* B

*sed pater ejus Georgius:*

11 *Quin imo* Georgii *illius filius fuisse* Constantinus, *plane colligitur ex lib.* 6 *cap.* 26 *ubi narratur, quomodo Michael* Constantinum Acropolitam, quem à Patre Magno Logotheta acceptum educarat apud se, informarique optimis artibus curarat, *propter pertinaciam in Schismate*, privarit loco gratiæ quem prius habuerat, & à sua familiaritate removerit : *quod factum antepenultimo Imperii anno. Verum cito apud filium Andronicum recuperavit Constantinus, quod apud Michaelem amiserat : uti & Theodorus, ob eamdem causam gradu Logothetæ motus : qui cum eumdem ab Andronico recepisset, in ipso perseveravit, Protovestiarii titulo insuper auctus, usque ad annum* MCCXCIV, *quo obiit ; & in ipso Logothetæ munere successorem habuit prædictum Gregorii filium Constantinum, Imperatoria mox affinitate, uti supra diximus honoratum. Quamdiu hic postea vixerit non reperio : unum verosimiliter videor posse dicere, Encomium* S. Theodosiæ, *ab eo scriptum fuisse ante annum* MCCCVI, *alioqui non*

*à quo Michaeli Imp. commendatus puer, sed adultior privatus gratia;*

C

*sub filio ejus Andronico an. 1294 videtur factus Logothetæ,*

*omisisset celebertimum illud miraculum quod lib.* 5 *de Andronico cap.* 32 *narratum à Pachymere infra dabimus, quodque eodem contigit anno. Est autem* Magni Logothetæ officium proprium, *ut ait Codinus libro de Officiis*, mandata regia & aureas bullas ad Reges, Sultanos, Satrapas expedire : *isque ab eodem Codino numeratur in ordine Officialium Palatinorum duodecimus. Nec aliud præterea notandum circa hæc occurrit, quam* Acropolitæ *appellationem, non fuisse patriæ, sed familiæ cognomentum : cum satis certum videatur, tam Georgium quam ejus filium Constantinum Constantinopolitanos fuisse : alia autem gentilium ejusmodi cognominum, seculis illis usitatarum exempla, quæ nequaquam credi possint patriam, uti alias viderentur, notare, vide apud Leonem Allatium, in præcitata de Georgiis Diatriba, ubi de Acropolita agit.*

D

*familiæ nomine dictus Acropolitæ.*

12 *Hactenus de auctore & tempore scripti Encomii. De loco Martyrii à* S. Theodosia *tolerati verbum unum hic præmittendum superest. Constantinus num.* 29 in Macello *pertractam Sanctam ait : Synaxaria, utique ex antiquioribus Actis,* πρὸς τὸν βοῦν, ad Bovem. *Hic locus an olim, vel saltem Constantini ævo*, Macellum *sibi adjunctum habuerit, eaque occasione mactatorum animalium cornua ibidem ad manum essent ; an vero id Constantinus per conjectandi licentiam ita scripserit, non divino* : de Bove *scio ex Ioanne Tzetse inter fora publica nominatum fuisse*, βοὸς ἀγορὰν, ἤτοι βοῦν τὸν τόπον ; Bovis forum, seu locum qui Bos dicitur : *ex Codino vero de originibus, eum fuisse non valde remotum à Palatio : siquidem inter quatuor porticus, quibus urbem ornavit Eubulus, duas numerat*, à Chalce per Milium & Forum usque ad Taurum & Bovem & Hexakyonium ductas : *postea vero de Statuis agens* : in loco, *inquit*, nuncupato Bove, Maxima erat fornax, Bovis caput habens, in qua malefici puniebantur : quare etiam Julianus multos Christianos in ea combussit. Erat vero fornix illa, in figuram bovis conformata spectaculum longe maximum ... & mansit usque ad Phocam, sed Heraclius eam conflavit, follium ( *aerea moneta genus erat* ) cudendorum causa. *Torsit hic locus Codini interpretem Ioannem Leunclavium, quod pro,* ἐχωνεύθη conflatus est, *in Ms. legebatur,* ἐφονεύθη mactatus est : *quæ si metaphora non est bovi æneo aptata, sphalma est librariorum ; ille autem eo non animadverso ita vertit.* Integra autem permansit fornax illa usque ad tempora Phocæ tyranni, qui ultimus omnium ab Heraclio in eo combustus. *Hoc de Phocæ morte nemo hactenus somniavit, neque vel per umbram extundi ex hisce verbis potest,* ὡς δὲ ἡ κάμινος ἕως Φωκᾶ· ἀλλὰ ὑπὸ Ἡρακλείου ἐφονεύθη λόγῳ φολεῶν : *unde vides quam parum possimus interpretibus nimium in opere festinantibus fidere. Est tamen verum, quod in Chronico Constantinopolitano, Alexandrino perperam dicto, pag.* 876 *legatur, Phocæ cujusdam & Leonis Sacellarii corpora, trunca & diu raptata, ad Bovem delata tandem & concremata fuisse. Plura de Bove apud Cangium vide in Constantinopoli Christiana lib.* 1 *cap.* 24 ; *ubi de Foris publicis num.* XI, *multa lectu & scitu dignissima invenies.*

*Martyrii locus ad bovem,*

E

*unde sic dictus?*

*Codinus de eo illustratus.*

F

ENCO-

# ENCOMIUM

## Auctore Conſtantino Acropolita, magno Logotheta.

## Interprete R. P. Daniele Cardono S. I.

*Ex Bibliothecæ Vaticanæ Codice* 800 *fol.* 91.

### PROLOGUS.

Γυναῖκα μὲν ἀνδρείαν τοῦ τις ἂν καὶ ὅπως εὕροι, ὁ Θεὸς ἠπόρησε Σολομῶν. Καὶ μάλα γε εἰκότως ἠπόρησε. Πρὸ γὰρ τῆς χάριτος ἀδενεῖς καθάπαξ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τοφλωσάσης διὰ τὸν τοῦ δυσμενοῦς ἡμῖν ἐξαπάτην Σατὰν, καὶ τὸν τῆς δεσποτικῆς παραβασιν ἐντολῆς, τοσαύτης ὡς ἀδραντέσερον, ἐξ ἀκολασθίας ἐξίτηλον. Ἀφ' οὗ δὲ Θεὸς γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ τὸν τοπλωκυῖαν ἀνώρθωσε, καὶ τ' τέως καθ' ἡμῶν ἰσχύοντα καταβέβληκε, καὶ χάριτι κατ' αὐτοῦ κοινῇ πάντες τοῦ νικῶσαν ἐλάχομεν· οὐχ ὅτι γε ἄνδρες χρείττους ἀνεδείχθησαν φύσεως, καὶ ὑπὲρ φύσιν ἠρίσευσαν, ἀλλ' ἤδη καὶ γυναῖκες ὑπερφυεῖς τινες ἀνεφάνησαν, καὶ τοῖς ὑπὲρ ἡμᾶς ἠμιλλήθησαν ἀγγελικῶς ἐπὶ γῆς τὰς ἀληθείας τολιτευσάμεναι, καὶ τοῦ τῆδε καὶ γενεῶν ὅσα δὴ καὶ ὑπέρλεραι φύσεις ὑπεριδοῦσαι, καὶ ὡς ἀσώματοι τὸ σῶμα τεριφρονήσασαι. Συχναὶ μὲν οὖν γυναικῶν, μετὰ τὸ μέγα καὶ φρικτὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος μυστήριον, ἀνδρεῖον τρὸς τοὺς κατ' ἀρετὴν ἄθλους ἐνεδείξαντο φρόνημα, γεννα῀όν τε ψυχῆς τρὸς τοὺς ὑπὲρ Χριστοῦ καὶ κατὰ Χριστὸν ἀγῶνας τταράσημα· ἡ δὲ νῦν ἡμῖν ἤδη τροβεβλημένη τρὸς εὐφημίας ὑπόθεσιν, τὸ φερωνύμως Θεόσδοτον ἄγαλμα, Θεοδοσία, ἡ ἐν Ὁσίαις τυρίπις, καὶ ἐν Μάρτυσι τεριβόητος, τῆς μὲν τοῦ τρὸ αὐτῆς ἠμιλλήθη, τοῦ δὲ οὐ τάμπαν ἀπελείφθη, τὰς δὲ λαμπρῶς ὑπερήλασε, τοῦ δὲ μεθ' ἑαυτὴν ἅπασῶν τρόβολός τις ἄτρεπτος ὡς ἀληθῶς ἀνεδείχθη, καὶ ἀκαλαγώνιστος τρόμαχος· τοῦτο μὲν γνησιωτάτη καὶ καλῶς καταρλίζουσα, τοῦτο δὲ ὑπαλείφουσα, καὶ τρὸς τοὺς καλὰ Θεὸν ἀγῶνας ἐπάρξουσα, καὶ τὰ εἰκότα ὑπερασπίζουσα, ἢ μᾶλλον Ἐπινδὴρ τις εὐσεβείας εὑρέθη ὡς ἐν σποδιᾷ τῇ τότε κατεχούσῃ Σολομῶντα τὸ Ἐκκλησίας τὸ πῆρωμα· ὃς τρὸς μὲν μικρὸν, ὅ, τι διέλαθεν ἤρδη δὲ εὐθὺς, εἰς τυρσὸν καὶ τοὺς μὴ τυφλώττοντας ἐκονὶ καθωδηγήκει τρὸς τὰ Σωτήρια. Ἀλλὰ τούτων μὲν ἄλις· Τὸ δὲ ἐωθὸς τροσφθεγξαμένῳ καὶ νῦν, ὡς ἔστι μοι τοῦ τροκειμένου Συλλήπτωρ Θεὸς, ἐγχειρητέον ἄγε τοῖς τῆς Μακαρίας ἀγῶσι, καὶ τοῖς καλὰ Θεὸν ταύτης ἐπιβλητέον παλαίσμασιν.

1 MUlierem fortem ubi quis terrarum & qua ratione facilè poſſet reperire, non parum addubitabat ſapientiſſimus Salomon. Neq; id ſane immerito. Ante enim quam uberiore divinæ gratiæ copia cælitus nobis uti eſſet conceſſum, & quo tempore natura humana, tum ob numquam non infeſti nobis ſatanæ inſignes fraudes, tum ob mandatorum divinorum prævaricationem continuam, ſuis admodum viribus erat defecta; nil profecto mirum, ſi in majorem ſemper imbecillitatem delapſa, magis etiam quotidie magiſque corrumperetur. At vero poſtquam hominis naturam Deus aſſumere, eamque miſerabiliter ſane habitam rurſum erigere, quin etiam eum, quem ut infeſtum, ſic longe quoque nobis eſſe valentiorem triſti experimento ſentiebamus, graviter vulnerare non dubitavit; omneſque, communi ac ſufficiente adverſus dæmonem gratia inſtructi, victoriam ſperare potuimus; tum ſane non viri modo, qui robuſtiorem ſortiti ſunt indolem, eamdem præclare demonſtrare ſunt aggreſſi, etiam ſupra naturæ limites ſeſe efferentes; verum imbecillioris quoque ſexus virgines quædam & matronæ extitere illuſtres, quæ adverſus eos, quorum vires noſtris longe ſunt ſuperiores, animo plus quam muliebri decertare non fuerunt veritæ, Angelicam, ſi verum dicamus, in terra vitam ducentes, & veluti ex alto deſpicientes quæcumque in orbe hoc non ſunt, ſed videntur magni facienda: animæ profecto ſeipſis altiores effectæ, quæ cum corpora ſua ubique circumferrent, ſic tamen quaſi extra corpora, abſque ulla eorum cura, verſabantur. Earum igitur, quas modo dicebam, mulierum non paucæ, poſt ingens illud ac ſacro quodam horrore pleniſſimum Dei ac Salvatoris noſtri, carnem noſtram ſuſpicientis, arcanum, ingentes ad virtutum quantumvis arduarum exercitationem ſubeundam animos, & virile quoddam mentis robur ac propoſitum in iis certaminibus oſtenderunt, quæ pro Chriſto & exemplo Chriſti ſuſtinuere. Verum illa quæ laudanda, hodiè nobis eſt propoſita, & velut pulcherrimum quoddam donum à Deo mortalibus conceſſa, non à rei veritate alienum ſortita eſt nomen, Theodoſia, interque alias Virgines ſanctiſſimas ferventiſſimæ fidei prærogativa inſignis, & inter Martyres celeberrima, cum iis omnibus quæ ante ipſam extiterunt pulcre contendit de victoria. Harum enim aliis nihil admodũ de gloria conceſſiſſe, alias etiam non ſine præclara ſua laude viſa eſt ſuperaſſe; cunctis vero, quæ ipſam aut ſecutæ jam fuerunt aut porro ſequentur, præſes certaminum fortiſſima, & inexpugnabilis facta eſt propugnatrix; partim ad fortiter certandum, impellens verbis & pulcras in pugnam vires ſufficiens; partim ad propius cum hoſte congrediendum fortiterque pro Deo audendum, rebus inſtruens & ſermonibus incitans, atque etiamnum certantes ipſa pro cujuſque meritis auxilio ſuo fovens ac protegens; niſi dicere malis ſcintillæ cujuſdam rationem habuiſſe Theodoſiam. Quod ſi dicas, vivam intellige pietatis ac religionis ſcintillam, ſub ſordido illo repertam cinere, quo univerſa Eccleſiæ facies, veluti caliginoſa quadam nocte, id temporis obtegebatur: quæ quidem paululum prius deliteſcens, ac dein repente excitata, in flammam erupit clariſſimam, ut ea duce quotquot non omnino cæcutiebant, in rectum pulcherrimæ ſalutis tramitem ultro reducerentur. Sed de his modo ſatis: ideo autem ea præmittenda duxi, ut operis ſuſcepti adjutor mihi Deus adſit. Nunc igitur B. Martyris in certaminibus fortitudinem, & in arena pro Deo ſuo glorioſe depugnantis conſtantiam exhibeamus.

*Prov. 3, 11*

*Natura humana per dæmonem & peccatum corrupta,*

*per gratiam Salvatoris reſtituta,*

*ſexum etiam fragiliorem ad fortia robora,*

*E quo non pauca evaſere illuſtres;*

*ſed præcipue Theodoſia*

*Omnibus Dei cauſa certantibus in exemplum*

*& ducem propoſita.*

A.CONST. ACROPOL. EX MS.

## CAPUT I.

### *S. Theodosiæ natales, adolescentia, vita monastica.*

*Constantinopoli urbe regia,*

2 ATque ut inde initium ducamus sermonis, unde ars dicendi (quæ & ipsa positis à natura sanctionibus religiose obsequitur) incipiendum esse præscribit, ex iis quæ in terra sunt posita, & ex quibus principium omnes ducimus; à loco, inquam, & aliis nascendi adjunctis, principium quoque faciemus dicendi. Nativitatis igitur locum nacta est Theodosia, ipsam magni Constantini urbem, decantatam adeo Ausoniorum Imperatorum sedem regiam, universi quondam orbis complexam imperium, cujus ad quatuor mundi partes extremas fama nomenque inclitum pervasit; quam innumeris abundantem bonis, nihil ita ad posteros ornavit, aut unquam est exornaturum, quam ipse qui eam condidit, & præsentia sua præsidioque fulcivit, Magnus Constantinus; pulcris in Dei causa laboribus ad finem perductis memorandus, & Regum omnium Christianorum longe primus, firmum religionis ac pietatis fulcrum, fidei nostræ

*nata Theodosia,*

B sanctissimæ propugnaculum sane validum, ac post præcipuos illos Apostolus ipse quoque dicendus Apostolus. Tali itaque natali solo Virgo ista beata prodiit, tali civitatis suæ patriæ gavisa est Principe & inclaruit Patrono. Dicam equidem, & quod res est dicam; eumdem illum, quem modo descripsi, ipsa habuit Progenitorem, eumdem instituendæ vitæ Præceptorem, eumdem ad veram, quæ in Deo & à Deo est, gloriam ductorem.

*parentibus valde piis,*

3 Estne autem qui illud quoque cognoscere fortassis desiderat, quales Theodosia quantosque felici sorte nacta sit parentes? qua in Deum fide ac religione? Ita profecto habeat; supremam illos Dei majestatem præcipuo quodam cultu & amore fuisse prosecutos; tum vero summa accuratione universa ejusdem Dei mandata semper impleviſſe. Quid opus pluribus? Quantis circumfluxerint divitiis, quantaque gloria, silentio prætereo; breviter pronuntio, parentem utrumque habuit Theodosia, prole tam sancta tamque illustri dignissimam. Ipsa autem, cū tenera adhuc virguncula septimum ætatis suæ annum nondum esset prætergressa; cumque ad hoc ut sine reprehensione vitam hanc mortalem decurreret, & cacodæmonis insidiis facta superior, illud vivendi institutum, quod Deo potissimum esset

C visum, arriperet, patris etiamnum consilio & providentia indigere videretur, eodem orbata fuit. Sed nec ita necessariis ad instituendam recte vitam præsidiis fuit destituta. Idem quippe ille qui omnia nostra, diu etiam ante quam lucem hanc ingrediamur, cognoscit; qui nobis deinde obventura, ab eo jam tum tempore quo materno adhuc utero coërcemur, pro sapientia sua optime disponit; & quos vult præcipua quadam cura, sive è maribus sive è feminis, fovendos eligit; hic, inquam, paternam suam providentiam erga tenellam adhuc virginem desiderari non est passus. Simul enim parens Theodosiæ vitam hanc cum morte seu meliori potius vita commutavit, simul & mater caducis mundi rebus, mundoque ipsi nuntium remittens, secretæ ac religiosæ domus septis seipsam filiamque inclusit, ubi ad vitam præclare ducendam pulcherrimis eam præceptis curavit imbui.

*primum patre septennis orbatur;*

*& in monasterio collocata,*

*tribus post annis etiam privatur matre.*

4 Tribus omnino annis una cum filia traductis in loco illo & exercitatione, nihil quod laude dignum aut Deo placitum cognosceret omittens, pia Theodosiæ mater, vivendi finem fecit, & terreno

2 Ἀλλ' ἵν' ἀρξώμεθα, ὅθεν πόθεν ἡ τέχνη, τοῖς τῆς φύσεως τάχα καλακολουθοῦσα δεσμοῖς, παρέδωκεν ἄρχεσθαι, ἐκ τῶν κάτω καὶ καθ' ἡμᾶς, ὅθεν καὶ τῶν ἀρχῶν πάντες ἐχόμεθα, τῆς γενέσεως τῶν ἀπαρχῶν ποιησόμεθα. Ταύτῃ πατρὶς μὲν ἡ Κωνσταντίνου, τὸ περιλάλητον Αὐσόνων βασίλειον, τὸ παλαιὸν τῆς οἰκουμένης ἀρχεῖον, τὸ μέχρι περάτων τῆς γῆς διαβόητον ὄνομα, ὦ, μυρίοις καθ' αὑτὸν εὐδαιμονίοις ἀγαθοῖς, οὐδὲν οὕτως ἐκόσμησε καὶ εἰς τὸ δαιμονιώτερον ἐκεῖ κοσμεῖν, ὡς ὁ ταύτης πολίτης τε καὶ πολιοῦχος, Κωνσταντῖνος ὁ μέγας, τοῖς κατὰ Θεὸν ἀρισεύμασιν ἡ τῶν καλὰ χρισὸν ὡς ἀληθῶς βασιλέων βάσις, τὸ τῆς εὐσεβείας ἔρεισμα, τὸ τῆς πίστεως στήριγμα, ὁ μετὰ τοὺς Ἀποστόλους Ἀπόστολος. Τοιαύτης ἡ Μακαρία πατρίδος ἔτυχε, τοιούτῳ πολίτῃ καὶ πολιούχῳ Θεμιλίωνος ἔλαχεν· ἐρῶ δὲ, καὶ τάχα γε εἰκότως ἐρῶ, τοιοῦτον ἔσχε τὸν πρόγονον, τοιούτῳ διδασκάλῳ, τοιούτῳ γε ὁδηγῷ πρὸς τὸν ὀρθὸν περὶ Θεοῦ δόξαν ἐχρήσατο. E

3 Ἀλλὰ ποθεῖ τις ἴσως μαθεῖν καὶ ὁποίων ἠξιώθη τῶν ἀρχηγετῶν τῆς γενέσεως, καὶ ὁποῖοί περ οὗτοι τὰ πρὸς Θεὸν ὄντες ἐτύγχανον; Εὐσεβέστατοι, καὶ φιλόθεοι, καὶ τῶν τοῦ ὑπερτάτου Θεοῦ ἀκριβεῖς φύλακες. Τί δεῖ πολλὰ λέγειν; ἐγὼ γὰρ ὡς ἐκόμων πλούτῳ, καὶ δόξης ἀπύλαβον· ἐν βραχεῖ δὲ φημι, γεννήτορες τοιούτου τῷ ὄντι γεννήματος ἀξιόχρεῳ. Ἀλλ' οὔπω τελείας γέγονεν ἡλικίας, καὶ ἀποφάνισαι τοῦ παιδὸς, ἐπαίτης ἔτι τυγχάνουσα, καὶ πολλῆς ἔτι δεομένη τῆς προμηθείας, ὡς ἀμέμπτως τὸ ζῆν ἐκμελήσεται, καὶ τῶν παγίδων ἀνωλέθρια γενομένη τοῦ δυσμενοῦς, ὡς τῷ Θεῷ βουλητὸν τοῦ βίου δρόμον ἀνύσειεν· ἀλλὰ ταύτης οὐκ ἠμοίρησεν. Ὁ γὰρ εἰδὼς τὰ πάντα πρὸ τοῦ τούτων γενέσεως, ὁ ἀφορίζων ἐκ χιλιῶν μυρικῶν ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας ὁμοῦ, καὶ ἐκλογὴν ἀεὶ περιποιούμενος ἑαυτῷ, καὶ τῆς Μακαρίας ταύτης, ὅσα καὶ παῖδα, προωμοίωσατο. Ἅμα τε γὰρ ὁ πατὴρ τοῦ βίου μετήλαξε, καὶ ἅμα γε ἡ μήτηρ κόσμῳ καὶ τοῖς ἐν κόσμῳ χαίρειν εἰποῦσα, ἑαυτὴν καὶ τὴν ἑαυτῆς παῖδα σεμνείῳ τὲ περιέκλεισε, καὶ σεμνὸς βιοῦν προὐξένησεν ἐκπαιδεύεσθαι. F

4 Τρεῖς τε γὰρ ὅλους ἐνιαυτοὺς αὐτῇ συνασκήσασα, καὶ πᾶν ἔτι συμπραξαμένη καλὸν καὶ θεάρεστον, καλῶς ἔλυσε τὸν βίον, καὶ τῶν γηΐνων μέλεσι πρὸς τὰ οὐράνια, πλοῦτον ὁραῖον αὐτῇ καταλιποῦσα, ὅσῳ γε ὑπελείφθη καὶ μήπω διαδοθεὶς ἔφθη τοῖς πένησι, καὶ πρός γε τὸ κρεῖττον καὶ ἀληθέσαιον, ὃς καὶ περιοῦσι σώμασι, καὶ μεθισαμένοις σωμάτεσιν, ὃς οὐχὶ καλὰ τὸ ὁμώνυμον αὐτῷ τυφλώττει, ἀλλὰ καὶ λίαν ὀξυδορκεῖ, καὶ τὸ δὴ μεῖζον πρὸς τὴν κατὰ Θεὸν πορείαν καθοδηγεῖ, καὶ πρὸς τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄγουσαν, ἀπρόσκοπα βαδίζειν ποιεῖν. Τί γοῦν ἡ Μακα-

relicto domicilio in cælestem sese habitationem transtulit. Tantum vero earum quæ hic videntur Filiæ suæ reliquit divitiarum, quantum à piis in egenos elargitionibus ipsi superfuit: illas videlicet meliores ac veriores rata esse opes, quæ & hic viventibus numquam non adsunt, & hinc emigrantes posi-

A possessores suos minime deserunt; quæ eos, qui ipsis potiuntur, non secundum id quod habent nominis, excæcare, sed ad acutissime videndum oculos aperire ipsis possunt & solent; quæ denique ut plurimum suos ad Deum amatores recto tramite perducunt, &, cum ipsissimam in cęlos viam absq; errore demonstrent, in eosdem quoque sine impedimento ullo ut perveniatur efficiunt. Quid igitur B. Theodosia? Qua, putatis, ratione divitiis, parentum morte sibi relictis usa est? An imperfecte? An sine fru-

*cum bonis in pauperes distributis.*

Μακαρία, τοῖς διαφόροις αὐτοῖς κλήροις ἐχρήσαλο, μᾶλλ', ὡς ἀτελής; μᾶλλ', ὡς ἀνῆλιξ; πολλοῦ γε δεῖ. Τὸν μὲν γὰρ φθειρόμενον πλοῦτον παραυλὰ Cκορπίζει τοῖς πένησι, τοσοῦτον παρ' ἑαυτῇ κατασχοῦσα, ὁπόσον εἰς θείους ἀποχρήσειν τύπους ἐνόμισε. Δι' οὗ δὴ τρεῖς εἰκόνας ἐκλήσαλο, τὴν τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν τῆς παναγνοῦς τῆσδε Μητρὸς, καὶ πρός γε τὴν τοῦ πολυάθλου Μάρτυρος Ἀναστασίας, ὧν ἐκ τῆς δοθείσης ταύτῃ περὶ αὐτὰ χάριτος, Φαρμακολυτρίαν ὁ Χρισώνυμος κατονομάζειν οἶδε λεώς.

B 5 Ἀλλ' οὕτω μὲν περὶ τούτου διενοήθη καὶ διεπράξατο. Περὶ δὲ τοῦ λοιποῦ πλούτου, τοῦ ὡς ἀληθῶς πλούτου, καὶ μὴ διαψευδομένου τὴν κλῆσιν, πῶς, ἆρα ζητεῖ τις, ἐσκέψατο; Λίαν Cωτηρίως. Καὶ ὡς οὐκ ἄλλως ἐχρῆν· Οὐ δὲ γὰρ ἐν ἐσχέλο μὴ παραυτὰ φιλοσοφῆσαι τελεώτερόν τε καὶ ὑψηλότερον, καὶ ἀποσέρξαι μὲν τὰ τῇδε, περὶ δὲ πλείστου τὰ ἐκεῖσε ποιήσασθαι, ἀμέλειτος καὶ ὡσὰ τελείας οὔσα τῆς ἡλικίας· καὶ ὡς εἰς ἄκρον ἐληλακυῖα φρονήσεως, τὴ κατ' ἀρετὴν Cωτονίας οὐ καθυφῆκεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἀρχεδεσάτων ἀρξαμένη, τοῦ ἀκροτάτων μέχρι ἀφείκελο, οὐδὲν ὑδόλως παραποδισθεῖσα. Οὐ δὴ δ' ὃ καὶ τελείως καλὰ κομψοὺς ἐσφηλε περὶ τὰ μέσα· καὶ ἃ δὴ τοῖς πολλοῖς ὑπὲρ τὰ ἄκρα νενόμισαι φθάσασα, μεῖζόν τι περὶ ἑαυτῆς ἐφαντάσθη· ἀλλὰ καλὰ τὴν δεσποτικὴν διὰ παντὸς προσαγωγὴν, ἀχρείαν ἑαυτῇ δούλην ἐνόμιζε, καὶ ὡς οὐδὲν οὐδαμῶς τοῦ ὀφειλομένου ἐκπλήσασαν ἐταλάνιζε· Κατά τε τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου θείαν καὶ Cωτήριον ὑποθήκην, ὑπλανθανομένη τοῦ ὄπισθεν, ἐπεκλίνετο τοῖς ἔμπροσθεν ἔσπευδεν, ἐγκρατείᾳ τὸ Cῶμα μαραίνουσα, ἀκρυπνίαις ἀδιαλείπτως ἐμμένουσα, διηνεκεῖς τὰς πρὸς Θεὸν ἱκετηρίας ποιουμένη, καὶ ὅλη

C καθάπαξ γινομένη τοῦ κρείττονος.

6 Ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸς τὸ θεῖον καὶ τὰ θεῖα ὕτως ἐν Cεργὴς, οὕτως ἐν Cωτὸν· πρὸς δὲ τὰς σωασκουμένας αὐτῇ μοναχὰς, ὅπως ἔχεν; ὅπως διέκειτο; Ἆρά γε ἐκ τοῦ ὑπερέχοντος ὡμίλει; ἆρά γε ὑπερεῖθη σφῶν ἐν τισιν ἑαυτῇ; Οὔμμυν οὐδαμῶς. Ὡς γάρ τις ἀμελὴς, ὡς τῶν ἐπηγγελμένων ἐκπληχθεῖσα μηδὲν, μετ' αἰδοῦς ἁπάσας προσήει, ὅτε δήποθε τῶν πρὸς Θεὸν ἐντεύξεων ἦγε σχολὴν, καὶ πάσας ἑαυτῆς ὑπερφέρειν ἡγεῖτο, καὶ κὐδαμόνιζε. Τὸ δὲ μεῖζον, οὕτω φρονοῦσα, οὕτω διαλογιζομένη περὶ τῶν ἀδελφῶν, οὐδὲ μιᾷ τούτων ἐφρόνησε, πρὸς οὐδεμίαν ἐζηλοτύπησεν· ἀλλ' ἠγάπα πάσας καὶ ἔσεργε· καὶ ὥσπερ τις ἀρτιπαγὴς, ὡς τὸ κατὰ Θεὸν πορείας ἀήθης, ἐζήτει παρ' ἑκάστης ποδηγεῖσθαι, καὶ πρὸς ἀρετὴν παρ' ἑκάστῃ ἰθυνέσθαι. Οὕτω τε πνεῦμα τεταπεινωμένον, καὶ καρδίαν Cωτετριμμένην ἐκέκλητο, ἃ μὴ ἀξυθενοῦντι τὸ Θεὸν, φθάνει μεμαρτυρικὼς ὁ Δαυΐδ.

7 Ἀμέλειτο τῷ θυμικῷ ἔχουσα ἐφ' οὐκ ἐν τῇ ψυχῆς, ὅτῳπερ ἂν χρήσαιτο, ὅλον κατὰ τοῦ ἀρχεκάκου τὸν θυμὸν ἀξέχεε Cατανᾶ, πόῤῥωθεν αὐτὸν ἀπερύκυ-

ctu? Minime vero. Bona quippe corruptioni & amissioni obnoxia in pauperes distribuit omnia, tantum sibi dumtaxat ex eis reservans, quantum ad sacras imagines coëmendas necessarium fore arbitrabatur: ex quibus tres sibi præcipue comparavit, primam Domini ac Salvatoris nostri Jesu Christi, purissimæ Dei Parentis alteram, unam insuper sanctæ Martyris Anastasiæ, tot Dei causa labores perpessæ, quam ob singularem divinitus acceptam gratiam, populus Christianus cognominare solet Veneficiorum-dissolutricem *a*. A.CONST. ACROPOL. EX MS.GR. a

5 Atque hæc sunt quæ de iis quas dixi divitiis Theodosia sibi facienda, & mente concepit, & reipsa executa est. Bonis vero iis quæ vere sunt, nec falsâ nomenclaturâ dicuntur bona; quomodo animum intenderit, quisquamne interrogat? Sapienter profecto, nec aliter quam illis uti par est. Non enim differendum sibi amplius existimavit quin, secundum altissimæ perfectissimæque sapientiæ placita, iis sese omnibus quæ ad mundum spectant bonis exspoliaret, ut plura & meliora deinde consequeretur. Tum vero curam omnem & solicitudinem non necessariam abjiciens, sic quasi ad perfectam jam perveniisset ætatem, & ad summum prudentiæ omnis vocata esset apicem, à continuo ad virtutem conatu ita non recessit, ut potius à pulcherrimis ejusdem initiis & ipsa sumens initium, ad summum tandem perfectionis culmen pertigerit. Nihil interim in virtutum cursu nacta impedimenti, nec circa postrema vitæ suæ tempora iis quæ ante egerat maculam ullam inferri passa, quæ multis jam tum putabatur ad summa quæque curriculo perveniisse; magnum nihil de se sibi persuasit; quin potius secundum id quod à Domino inculcari probe noverat, famulam se ducebat inutilem; & veluti nihil omnino quod ad profectum suum faceret peregisset, miseram se & bonorum operum inopem reputabat; nec non, secundum divinam & salutarem Pauli admonitionem, quæ retro erant oblivisceus ad anteriora se extendebat; abstinentiaque corpus suum emacerans, & numquam non vigiliis se exercens, atque assiduas Deo preces offerens, continenter proficiebat in melius.

*virtutis studio incumbit,* E *humilitatis præsertim.* Luc.17,10. Phil.3,14.

6 Ad Deum igitur & divina quod attinet dicta jam ratione erat operosa atque assidua. Cum iis autem virginibus quæ in eodem monasterio sacris cum ipsa exercitationibus vacabant, Deus immortalis! quo modo se gerebat? quo modo conversabatur? quo modo reliquas omnes de sua spiritualium donorum copia reddebat participes? Insuper illarum pluribus habebat se inferiorem; neque id solum, sed quasi rerum bonarum incuria, & ad omnia foret inutilis, ac divinorum mandatorum nullum non negligeret, cum ingenuo quodam pudore ultro accedebat universas, propterea quod in sanctæ cum Deo conversationis studio ab omnibus se superari arbitrabatur, miseram sese & infelicem appellans. Quodque longe est majus, cum tanta ei inesset prudentia, tamque præclara agendi ratio, inter ejusdem contubernii sodales, nulla elatioris animi edebat signa, nullam suarum sodalium invidia prosequebatur, sed amore cunctas & benevolentia complectebatur singulari. Non aliter quoque quam si in divino obsequio fuisset novitia, & methodi ad Deum appropinquandi ignara aut insueta, à singulis petebat instrui, & in rectam virtutis semitam, si forte aberrare contingeret reduci. Ita spiritum ipsa habebat humiliatum, & cor contritum, quæ duo despicere Deus nequaquam solet, quemadmodum sanctus testatur David.

*& sanctæ inter Monachas conversatur.* F

7 Omnem animi fastum & motum vehementiorem plane exuerat, cum nihil accideret quod Virginē sanctam ad iracundiam posset provocare; illud solum seri-

retinuerat zeli & animoſitatis, quod in dæmonem effundere non ſine gloria poſſet. Longe igitur illum à ſe abigere, longe fugientem perſequi, neque omnino appropinquandi, aut ex æquo, quod ajunt, congrediendi ſecum occaſionem permittere. Non enim adverſus hoſtis vaferrimi impetus vel eminus ſuas experiri volebat vires, nec in palæſtram omnino ſuſtinebat deſcendere & cominus cum eo congredi; ſed meliori longe conſilio procul illum à ſe jubens faceſſere, egregii prorſus militis & antagoniſtæ partes omnes implebat, dum è longinquo & quaſi fugiens inimicum ſuum caute impeteret. Nulli earum rerum quas hic miramur intenta, nullis mundi hujus voluptatibus irretita, omnia ſua vota deſideriaque in unum Deum defigere fuit ſolita: illius unius capiebatur amore, toto animo diu noctuque Deo ac rebus divinis intendens. Ita à primis, quod ajunt, unguiculis Virgo iſta beatiſſima præſcriptas à Deo hominibus vivendi leges implebat omnes, id ſolicite curans, ut ne punctum quidem unum unuſve apex divinæ legis incuſtoditus elaberetur, quemadmodum ipſemet Dominus id faciendum conſti-
Matt. 5. 18 tuit. Sed nunc majus quiddam, imo maximum, aggredior dicere.

A. CONST. ACROPOL. EX MS. GR.

*Diabolicas fraudes egregie eludit,*

*Deum impenſe dilegit.*

κα, πόῤῥωθεν ἐκδιώκουσα, καὶ μὴ παραχωρεῖσθαι τὸ παράπαν προσεγγίσαι, μὴ δὲ ὅ φασιν ἐξ ἀγχωμάλου συμπλέκεσθαι. Οὐ γὰρ ὅτι γε πρὸς βολὰς ἀκροβολίζειν οὐκ ἐνεδίδου τὸ πολυμήχανον, οὐδὲ εἰς πάλιν ὅλως ἀνίει χωρεῖν καὶ ξυμπλέκεσθαι· ἀλλ' εὖ μάλα πόῤῥωθεν εἶργε, καὶ ὡσεί τις ἄριστος στρατηγὸς, ὡσεί τις δεξιὸς ἀνταγωνιστὴς, ἐκ τοῦ ἀπωτάτω κατηγωνίζετο φθάνουσα. Μηδενὶ δὲ ἀσχολουμένη τοῦ ἐνταυθοῖ, μηδενὸς ἐπιστρεφομένη τοῦ κόσμου τερπνῶν, ὅλον τὸ ἐπιθυμητικὸν ἀνέτεινε πρὸς Θεὸν, καὶ τὸ αὐτῷ καλάχρως ἀγάπης ἐάλωκεν, ὅλη Θεοῦ καὶ τοῦ θείων ἱμειρομένη ψυχῆ. Οὕτως ἐκ πρώτης, ὅ φασιν, ἡ Μακαρία τριχὸς, πᾶσα μὲν καὶ ἐνολαλῶ ἐπλήρου δεσποτικῷ, μέχρι κεραίας καὶ ἑνὸς ἰῶτα, τὰ τοῦ θείου νόμου φυλάττειν, ὡς αὐτὸς ὑπέθετο, σπεύδουσα. Ἀλλὰ τὸ μεῖζον, ἀλλὰ τὸ μέγιστον, ἐρῶν ἔρχομαι.

D

## ANNOTATA.

B a S. Anaſtaſia *cognomento* φαρμακολυτρία *colitur hoc nomine à Græcis* 22 *Decembris, quæ an diſtinguenda ſit à Romana iſtius appellationis Probi uxore, nobiliſſima Martyre ſub Diocletiano, videbimus, ſi non ante, certe ad* 25 *Decembris. Codinus de Originibus ait templum illi aedificatum eo in loco, ubi fuerat domus cujuſdam* Patricii, *cognomento* Pharmaci: *quæ an ſit prima occaſio cognominis, aut ipſam contra* Pharmaca *id eſt veneficia invocandi, aliàs quæri poterit.* E

## CAPUT II.

*Leo Iſauricus, Imagines aboliturus, Gymnaſium publicum cum Magiſtris ſibi adverſantibus incendio perdit.*

*Dæmonis adverſus juſtos*

C 8 HAnc pulcherrimam ſane vivendi rationem tenebat Theodoſia, virtutis ſtudio continenter intendens, Virginum ſacrarum cœnobio clauſa, & mente in Deum ſemper erecta. Notum autem eſt, quomodo cum omnia noſtra ſalva adhuc eſſent & incolumia, & de Deo diviniſque rebus recte omnes ſentiebamus, eramus populus eximius & electus, qui velut novus Iſrael, ipſi proprie obtigimus in funiculum hereditatis ſuæ. At poſtquam è cælo pulſus ſuperbiæ ſpiritus ſuam in homines invidiam in apertum cœpit proferre, multis ac variis frequenter machinis animos noſtros oppugnare eſt aggreſſus. Ut vero adverſus illos parum valuit, & hac ex parte proficiendi quidpiam ſpem omnem machinaſque abjecit inutiles, alia deinde ratione omnia ſuſdeque, ut dicimus, vertere, & ipſam Dei Eccleſiam aggredi inſtituit. Cumque rurſum nihil eorum quæ ſingulatim conceperat efficere valuiſſet, quin etiam effuſo riſu meruiſſet excipi, ad ſuas ſeſe artes totum convertit, ac novum plane conſilium excogitare cœpit. Non enim unum quodpiam divinorum dogmatum ſuſpicioni falſitatis obnoxium reddere eſt aggreſſus, ſed adverſus cuncta ſimul inſurgens, in ea rabiem ſuam omnem conatus eſt effundere. Quid igitur mali molitus eſt? quas machinationes adhibuit peſſimus genius? Venerandas Dei Divorumque imagines, ſacras illas & omni honore digniſſimas effigies, utpote quas pluribus non parum ad recte agendum prodeſſe judicabat, ſtatuit è medio ſibi eſſe tollendas. Et via quidē ad hoc tetendit, recta in ſpeciem: ſed rectâ, qualem declinandam
Prov. 14, monuit ſapiens Salomon, utpote quæ talis videatur, ſed non ſit, verum ad ſequiora ducat. Suggerit, ipſas æſtimandas eſſe idola, & omne circa eas ſtudium, veteris eſſe erroris atque antiquæ ſuperſtitionis evanidum veſtigium, inter Chriſtianos relictum. Vah

*& Eccleſiam univerſam conatus*

*tandem in Imagines ſacras convertitur.*

Ἦν μὲν οὕτως ἡ μακαρία διάγουσα ἀρετῆς ἐπιμελομένη, ἑαυτῆς τῇ μονῇ περικλείουσα, καὶ μόνῳ Θεῷ διὰ παντὸς προσανέχουσα. Ἀλλ' ἕως τὰ καθ' ἡμᾶς εἶχε καλῶς, καὶ περὶ Θεοῦ καὶ τῶν θείων φρονοῦντες ἡμῶν ὀρθὰ, τὸ εἰς κληρονομίαν ἰδιωθὲν αὐτῷ σκοίνισμα, ὁ νέος Ἰσραὴλ, ὁ περιούσιος λαὸς καὶ ἐξαίρετος. Ἐπεὶ δὲ ὁ ἄνωθεν βασκαίνων ἡμῖν, πολλαῖς πολλάκις καθ' ἡμῶν ἐχρήσατο μηχαναῖς (Οὐδὲν δὲ ὅτι καὶ ἰῶντο) κἀνθεῦθεν ἐξηπορήθη καὶ ἠμηχάνισε, πᾶν μὲν, ὅ φασι, καλὸν κινήσας, καλὰ δ' Ἐκκλησίας Θεοῦ, μηδὲν δὲ ἐκπλῆσαι δυνηθεὶς τῶν πρὸς βούλησιν, ἀλλὰ καὶ πλατὺ ὀρλήσας κατάγελων, ὅλος ἑαυτῷ γίνεται καὶ κομψότερόν τι τεχνάζεται. Οὐ γάρ τι τῶν θείων παραποιῆσαι δογμάτων ἐπῆρεν· διὰ γὰρ πάντων ἐπιχειρήσας, διὰ πάντων καὶ ἀποκέκρυται. Τί οὖν ὁ σκαιωρεῖ; τί μηχανᾶται ὁ πολυμήχανος; Τὰς θείας εἰκόνας, τὰ ἱερὰ καὶ πάνσεπτα ἐκλυπώματα, ἐκ μέσου, ὡς ἱκανοῖς ταῦτ' ἐνεργῆσαι διέγνωκε, ποιήσασθαι ὑποτίθεται· καὶ ἡ ὑποθήκη, τὸ δοκοῦν, δεξιὰ, δεξιὰ δὲ ὁποῖαν ἐκκλίνειν ὡς δοκοῦσαν, ἀλλὰ μὴ οὖσαν, καὶ πάντα φέρουσαν ἐπαρίσερα, ὁ Θρὸς ὑπέθετο Σολομῶν. Εἴδωλα νομίζειν ὑπέβαλε, καὶ τῷ περὶ ταῦτα σπουδῶ τὰ παλαιᾶς εἶναι πλάνης, καὶ τὰ ἀρχαίας ἐκείνης τερθρείας ἀπᾶδον πᾶν τὸ περιὸν ἐναι χρισιανοῖς λέληθον. Βαβαὶ τὸ τόλμης! βαβαὶ τὸ σκυθρωπότητος! φεῦ τῶν μηχανῶν ὃ ἀλάστορος! Νῶν μὲν οὕτως, νῶν δὲ ἑτέρως ὑπεχαρεῖ, κἀκ τῶν δεξιῶν βάλλει, κἀκ τῶν ἀριστερῶν, ὁ περὶ τὸ κακουργεῖν ἀμφοτεροδέξιος.

F

Τίνες δὲ οὗς καὶ συνέκρινε, καὶ τίσιν ὑπηρέτας ἐπὶ τούτοις ἐχρήσατο, ὅτε δὴ τῶν βασιλείαν Θεοῦ παραχα-

A audaciam peſſimi dæmonis & impiam ſtultitiam! vah inſanas molitiones! Modo ſcilicet hanc, modo illam perdendi homines rationem init: à dextris & à ſiniſtris miſeros impetit, ambidexter ad inferendum nocumentum.

9 Quinam autem fuere quos judicavit idoneos? aut quibus uſus rei eſt adminiſtris, quando Dei permiſſu regnum ſibi erat vindicaturus? Leo is fuit, ab Iſauria dictus, ſæviſſima abſque dubio bellua, ca-

ραχωρήσει σφετερισάμθω; Λέων ὁ ἐξ Ἰσαύρων, ὁ ἄγριος ὡτόχρημα θὴρ καὶ ἀτίθασος, ὃς καλὰ τὰ πρώτιμνης εὐθὺς Θεοῦ δεινὸν ἐβρυχήσατο, καὶ κατὰ μέσης αὐτῆς καθάτις ὠμηστὴς ἤλατο· καὶ ὁ κατ' ἀντίφρασιν Ἀνασάσιος, ὁ μετὰ τὸν μακάριον Γερμανὸν ἐπὶ κακῷ τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐπεισφρήσας Θεοῦ, καὶ πολλοῖς ὅτι θανάτου καὶ ἀπωλείας γενόμθος αἴτιος. Ἀλλὰ πῶς ἂν πρὸς ἀξίαν ἐκβραγχιάσαιμι τὰ τότε δεινὰ; τὰς τῶν Ἀρχιερέων ὑπεροψίας; τὰς τῶν Ἱερέων καθαιρέσεις; τὰς τῶν οὐ τέλει ζημίας ἅμα καὶ ἀτιμίας; τὰς τῶν ὁσίων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, ἔκ τε τῶν ἀσκητηρίων ἀπελάσεις καὶ ἐπὶ πλατείων δημεύσεις; τὰς ἀνυποίσους τούτων χολάσεις; τὰ δεσμὰ; τὰς στρεβλώσεις; τοὺς βιαίους θανάτους; τὰ χείρω θανάτου βασανιστήρια. Ἀλλ' ἵνα μᾶλλον τὸ τῆς μακαρίας γεννᾶον καὶ ἄτρεσον παρασήσαιμι φρόνημα, ἕν τι τῆς βασιλικῆς ἀπιθανίας, τἄλλα τοῖς βυλομένοις ἔνθεν ἀφεὶς σκοπεῖν, διηγήσομαι.

B 10 Πρὸς τῶν ἄνω Βασιλέων, οἳ καὶ τῷ κλήσιν ἠλήθευσαν, ὡς σκὸν διὰ βίου σκιέχοντές τε καὶ σηρίζοντες τὸ ὑπήκοον, καὶ τῇ φιλοκαλίᾳ τῶν ἀρχῶν κατεκόσμησαν, ἅπαν ὁ ταύτῃ εὐκλεεσέραν καθίσησι, διὰ σπουδῆς αὔξειν ποιούμενοι· πρὸς οὖν τῶν μεγαλεργῶν ἐκείνων ἀνδρῶν, διδασκαλεῖα σὺν ταύτῃ δὴ τῇ μεγαλοπόλει δεδόμηται, διηρημένα πως καὶ σκημμένα τυγχάνοντα· διηρημένα μὲν τοῖς οἰκήμασι, τῇ δὲ ἀλληλοχίᾳ καὶ τῷ κοινῷ περιβόλῳ εἰς ἓν δήπουθεν σκαγόμενα, ὡς ἕνα γε δοκεῖν οἶκον τοῖς ἔξωθεν ποικίλον καὶ πολυόροφον· καὶ διδάσκαλοι ἐπ' αὐτοῖς, ὅσα δὴ ταῦτα δυοκαίδεκα δέ ἐω, εἰς ἀεὶ καθιδρύοντο, καὶ ἐπὶ τούτων ὁ τῶν ὅλων καλὰ πᾶν εἶδος παιδείας ὑπερφέρων, καὶ ταῖς ὄψεσιν ἐπισημότερος, ὃς καὶ οἰκουμενικὸς διδάσκαλος ἤκουε· ταύτῃ γὰρ τῷ τιμίῳ πρὸς τοῦ Βασιλέως ἐλάμβανε, καὶ τὴν ἐφορείαν μυσαγωγῶν ὁμοῦ καὶ μυσῶν ἐπεῖέτραπτο. Ἦν μὲν οὖν ὕτω τοῦτο διενεργούμενον ἄνωθεν, καὶ ὁ λόγος ἔνθεν εἶχεν αὐξάνεσθαι, καὶ τὸ καλὰ φύσιν ἀνθρώπῳ πρὸς τοῦ αὐτολόγου, πρὸς τῆς αὐτοσοφίας αὐτῆς, ἐξ αὐτῆς τῆς γενέσεως ἐγκαλασπαρὲν, καὶ ὃ δυνάμει πᾶσι κοινῶς ἔνεσι, πρὸς τὴν κατ' ὄψιν τηδειότητα διήρετο κίνησιν, καὶ πολλοῖς εἰς ἐνέργειαν, εἰ καὶ μὴ πᾶσι προήγετο, τῇ τε καλῶς διοικεῖν εὐδύια φιλοσοφίᾳ, καὶ πρὸς τὸ χρεῖττον τὰ καθ' ἡμᾶς μεταφέρειν καὶ ὑψηλότερον, καὶ βασιλεία πεπαιδαγώγητο, καὶ πολιτεία καλήρτισο, καὶ τὸ δημῶδες καὶ ὡς ἐπίπαν ἀσάθμητον, ὡς σκὸν ἐρρύθμιστο καὶ σκωέσαλτο.

11 Ἦν μὲν οὖν ἐκ μακροῦ τοῦ οὕτως ἔχον· Κατ' ἐκεῖνο δέ γε χρόνου ἄνδρες ἀριπρεπεῖς καὶ διάσημοι τοὺς πανταχὰς σπουδὰς θρόνους ἐπὶ κόσμῳ σφῶν ἔλαχον, καὶ μᾶλλον ὁ τῶν ἄλλων πρωτεύων, καὶ τῷ τιμίῳ ὕπατος. Οὐ γὰρ δὴ τὰ ἐκτὸς οὗτοι καὶ θήραθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔνδον καὶ θεῖα φιλοσοφεῖν ἤθελον, ἀμέλητοι καὶ θεῖα ἤσκηντο δόγματα, καὶ παραδώσεις ἐκκλησιαστικὰς ἠκριβώκεσαν· εἶχον τότε τούτων καὶ περιέχοντο, καφὶ ταύταις πάσας σω-

demque indomita: qui contra Domini gregem continuo infremere aggreſſus, in eum non aliter quam carnivora quædam fera inſiluit. Quemadmodum & is qui per antiphraſim vocatus fuit Anaſtaſius; quippe poſt B. Germanum in Dei Eccleſiam magno ejuſdem malo introductus, mortem non paucis & interitum attulit. Sed qua tandem ratione pro rei dignitate, quæcumque id temporis miſera acciderunt atque acerba, verbis efferam? Epiſcoporum exilia, comprehenſiones Sacerdotum, virorum principum calamitates ſimul & ignominias, ſanctorum hominum & virginum ſacrarum è monaſteriis violentas detruſiones, & publice conſtitutas eorumdem proſcriptiones, vexationes non ferendas, vincula, cruciatus, violenter allatas mortes, & pejora mortibus tormenta? Verum ut ſanctæ hujus Virginis illuſtrem prorſus ac intrepidam magnitudinem animi clarius in medium adducam, unum quodpiam crudelitatis regiæ exemplum proferam, reliqua iis quibus lubitum fuerit inſpicienda penitius relinquens.

A. CONST. ACROPOL. EX MS. *Leone Iſaurico Imp. & Anaſtaſio Patriarcha miniſtris uſus.*

10 Superiorum Regum temporibus, cum qui regnorum moderabantur habenas, eo quod gerebant nomine ſeſe haud oſtendebant indignos, ſubjectamque ſibi ditionem ex æquo juſtoque adminiſtrabant fulciebantque, rerum nonniſi honeſtarum amore ac proſecutione exornantes Principatum ſuum, & quidquid eumdem ad poſteros illuſtriorem poterat reddere magno ſtudio promoventes ad incrementum. Horum, inquam, Regum temporibus plura tradendis diſciplinis loca exædificata ſunt, quæ certa quadam ratione ſejuncta erant ab invicem, eademque conjuncta; ſejuncta quidem locis & ædificiis, at vero mutua quadam conjunctione & communi porticu in unum veluti ædificium coaleſcentia; ita ut, quamvis exterioris formæ varietate & numero diſtinguerentur, non plures tamen, ſed una dumtaxat domus dici poſſet. In his porro ædificiis, quæ duodecim omnino cenſebantur, numquam non collocati erant præceptores, atque inter eos unus aliquis, qui alios omnes cunctarum diſciplinarum peritia ſuperaret. Hic, ut omni ſcientiarum genere ceteros inter plane eminebat, univerſalis quoque Magiſter appellari ſolitus erat: ut autem iſto nomine honoris cauſa vocaretur, ab ipſo videlicet Rege acceperat, & tam in eos qui ſacris initiandi, quam qui iis initiati jam erant, auctoritatem ſuam exercere poterat. Res autem ſic erant diſpoſitæ ab initio, ut ibi ratiocinandi augeretur facultas; & quod homini ex quo in mundum gignitur à natura communiter inſitum eſt, ut intellectu diſcurrere atque ſapere per ſeipſum valeat, ad congruum, prout opus foret, motum excitaretur; multiſque, ſi non omnibus, daretur commoditas recte philoſophandi; adeo ut & imperium iſtic erudiretur, & civilis ſtatus ordinaretur, ipſaque etiam plebs, quamvis inconſiderata & vaga, qua fieri poteſt ordinaretur componereturque.

*Ille fundatum ab Imperatoribus pricribus gymnaſium* E

*ubi per duodecim claſſes diſtributi magiſtri ſub uno Gymnaſiarcha,* F

11 Hac igitur, quam dixi, ratione res ſeſe habebant antiquitus. Iiſdem vero temporibus viri inſignes prorſus atque præclari eas quæ per ſtudia honoris cauſa obtinentur ſedes in maximum ſui accipiebant ornamentum, potiſſimum autem is qui reliquis omnibus & erat & habebatur præſtantior, quique Conſulari præfulgebat dignitate. Non enim externam ſolum & ſecularem Philoſophiam illi, ſed interiorem quoque religionis noſtræ tractabant, ſeque cum otio divinis dogmatibus exercebant, & magna cum diligentia traditiones ſcrutabantur Eccleſiaſticas. His ipſi intendebant, harum ſtudio toti occupabantur, nullaque earum ut negligeretur ſuis curis ſuaque vigilantia efficiebant; unde & illud conſequebatur, ut ſecundum omnes honeſtatis ac religionis

*diſciplinas etiam ſacras tractabant,*

ligionis leges vitam ducerent. Tales cum essent, nihil prius habuit Imperator quam ut eos in suam A. CONST. ACROPOL. EX MS. sententiam pertraheret; ita sibi scilicet fore persuadens, ut si viros illos impietati suæ haberet consentientes, aliorum quoque animos facili negotio expugnaret. At vero eorum nullum, non primum, non infimum, non medium à sana doctrina rectoque vivendi instituto deducere valuit; & quamvis modos omnes viasque tentasset, nihil tamen omnino effecit. Principio quippe cum omni mansuetudine & modestia suam illis mentem renuntiari fecit, quod illos opinionis suæ socios ac suffragatores habere plurimum desideraret. Verum ut ab eis suam amentiam acriter incusari perspexit, neque, quacumque demum fortuna periculove proposito, adduci viros posse ut sanctarum cultum Imaginum ac venerationem rejiciendam dicerent, ad minas & contumelias conversus est.

*frustra conatus magistros pervertere,*

12 Cumque hoc etiam modo apud viros fortes nihil proficeret, & aliud nihil quo eos cogeret superesse animadverteret; suæ se ferocitati abripiendũ totum tradidit; concessoque ipsis deliberandi spatio, submisit qui ædibus eorum flammas injicerent. Hi opportunum maxime observantes tempus, cum sapientissimi homines, qui ad multum noctis adversus omnium domitorem somnum fortiter pugnare soliti erant, eidem etiam succumbere essent coacti, & cubitum tantisper se contulissent; alii alias ædium partes circumeuntes, ignem spargere, verissimumque sapientiæ ipsius hospitium flammis undique involvere cœperunt; omnem intus manentibus exitum præcludentes. Modico igitur spatio temporis omnes devorantibus cuncta flammis hausti atque absumpti sunt, una cum libris atque ipsis ædibus. O cladem, ô afflictionem! quam sustinuisse videtur urbs Constantinopolitana, revera autem natio Romana sustinuit universa, ipsique etiam gentiles, quotquot, teste Paulo, sapientiam ab initio quæsiverunt. Non enim talium virorum dumtaxat facta est jactura, verum etiam plurium ac pulcherrimorum librorum, quos sapientissimi homines conscripserunt *a*. Sed huc deveni, dicere volens unum nostri Imperatoris facinus, ac veluti procœmium ejus quæ secutura esset calamitatis; cetera si quis cognoscere cupiat, ipsam quæ de illis conscripta est, historiam *b* consulat.

*cum ipsis comburi facit.*

B

a

b

τηρεῖν ἔργον πεποίλωτο, ὅθεν ϗ διὰ τιμῆς πάσης, διὰ πολλοῦ τε σεβάσματος εἶχον σφᾶς ἅπαντες. Οὗ δὴ ϗ Βασιλεὺς ἕνεκα τούτους πρὸ πάντων ἄλλων ὁμόφρονάς τε ϗ ὁμογνώμονας σχεῖν ἐπαράσατο· ἐνόμισε γὰρ ὡς εἴπερ ὁμοδόξους αὐτοὺς κλήσαιτο, ἕξει σχεδὸν πάντας ὁμόφρονας. Ἀλλ' οὐκ ἴσχυσεν οὐδένα σφῶν μεῖσαι, οὐ πρῶτον, οὐκ ἔσχατον, οὐ μέσον· πᾶσι μὴν γὰρ ἐπὶ τῷδε τρόποις ἐχρήσατο, οὐδὲν δὲ ὅ, τι ϗ ὠφέλει. Τὰ μὲν γὰρ πρῶτα μεῖα πολλῆς ὅτι πραότητος τὰ τῆς γνώμης ἐξήγγελε, ϗ οἱ Σύμφρονας σχεῖν ἤθελεν. Ὡς δὲ ἐλέγχοντας εἶδεν αὐτῷ τὴν ἀπόνοιαν, ϗ μὴ δὴ ἂν, εἴτι ϗ γένοιτο, τὴν τῶν ἁγίων εἰκόνων διισχυριζομένους ἀθεῖσαι προσκυνήσιν, πρὸς ἀπειλὰς ϗ ὕβρεις ἐχώρησεν.

12 Ὡς δὲ οὐ δὲ οὕτω μεῖ ἔπαθε, πάντων ἀπογνοὺς ἄλλων, ὅλος τῆς ἀπωλείας ἑαυτῷ γίνεται, ὅθεν ϗ χώραν δοὺς αὐτοῖς σκέψεως, πέμπει τοὺς αὐτοῖς οἰκήμασι καλαχαύσοντας. Καὶ οἱ τὴν ὥραν τηρήσαντες, ὅτε ϗ οἱ πρὸς τὸ κοινὸν ἁπάντων δωμάτιον ἀντιβαίνοντες ὕπνου, ἥττηνται τούτου ϗ ἀνακλίνονται, ἄλλοθεν περιελθόντες, πῦρ ὑπανάπτουσι, ϗ τὸ τῆς Σοφίας ὡς ἀληθῶς ἐνδιαίτημα, τῇ φλογὶ πανταχόθεν περιλαμβάνουσι, ϗ πᾶσαν τοῖς ἔνδον ἀποκλείουσιν ἔξοδον. Ἐν οἷς πάνυ βραχεῖ τῷ παμφάγῳ πάντες πυρὶ, αὐτοῖς βίβλοις, αὐτοῖς οἰκίαις κατανάλωνται· ὢ πάθους, ὢ ζημίας! ὡς ὑποσμῆ μοι τὸ δοκοῦν ἡ Κωνσταντίνου, ταῖς δ' ἀληθείαις γένος ἅπαν Ῥωμαίων, ϗ οἱ τὴν Σοφίαν ζητοῦντες ἀνέκαθεν Ἕλληνες, ὥσπερ ϗ ὁ θεῖος Παῦλος διεμαρτύρατο, οὐ γὰρ ὅτι γε τοιούτων ἀνδρῶν ἐστέρηται, ἀλλὰ ϗ Σοφῶν ἀνδρῶν συγγραμμάτων πλείστων τε ϗ καλλίστων Σωατεστέρηται. Ἀλλὰ τούτῳ μὲν ὡς ἔφθιν, εἰπὼν ἓν τι τῶν τῆς Βασιλέως καθ' ἡμῶν ἔργον, ἓν τι τῶν τότε δεινῶν, ϗ τὸ μελλούσης ὡς εἰπεῖν κακίας προοίμιον· τὰ λοιπὰ δὲ ἐκ βούλοιτό τις μαθεῖν, τῇ περὶ αὐτῶν ἱστορίᾳ περιτυχέτω.

## ANNOTATA.

C

a *Theophanes ad annum Leonis* 10, animadversum in eos præcipue *ait*, qui sanctitate & doctrina clarebant: adeo ut Scholæ una cum sacra doctrina exciderint, quæ à seculo S. Constantini Magni usque ad ea tempora floruerant.

b *Nullam de hoc argumento Historiam singularem nunc novimus, nec alibi citatam reperimus: mirum autem foret eam auctoris ætate extitisse, nunc ignorari; quare ad Theophanis chronographiam aut simile aliquod opus lectorem hic remitti existimo.* F

## CAPUT III.

### *Spatharium, Christi imaginem dejecturum, præcipitat Theodosia, & fidei suæ rationem tyranno reddit.*

*Pro ex Spatharius*

13 CUm igitur tam gravia tamque intolerabilia supplicia inferrentur sacras Imagines venerantibus, illæ autem abolerentur, & funditus ut sic loquar extirparentur; Spathariorum aliquis etiam contra Salvatoris Christi divinam effigiem, stantem in ea porta quæ *a* Ænea dicitur, suum est aggressus furorem exercere, eamque in terram prosternere. Hoc autem ut beatæ Theodosiæ est renuntiatum, Phinees mox illam zelus & Eliæ invasit. Plures deinde religiosas matronas, quæ mundum mundique ornamenta omnia à se removerant, toto animo soli adhærentes Deo, socias sibi adjungens, sancto quodam furore in hominem Virgo

a

*Christi imaginem dejicere aggressio,*

Ἀλλ' οὐ οὕτω δεινῶν οὕτως ἀνυποίστων ἐπαγομένων κατὰ τῶν τὰς ἱερὰς εἰκόνας προσκυνούντων τιμητῶν, ἀμαυρουμένων δὲ τῶν θείων ἐκτυπωμάτων, ϗ ὡς εἰπεῖν κατερραπωθέντων πάντων ἀπαλλαχῆ, τῶν τις σπαθαρίων, ϗ κατὰ τῆς θείας εἰκόνος τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ, ὁ ἰσαμοῦς ἐπὶ τὸ οὕτω καλουμένης Χαλκῆς, ὥρμησεν ἀπελθεῖν, ἐφῷ γε ταύτῃ καθαβαλῶν. Ἀλλ' ἀνηγγέλη τοῦτο τῇ μακαρίᾳ, ϗ ἡ ζῆλον παρὰ Φινεὲς, ζῆλον ἀνέλαβεν Ἠλιοῦ, τῷ τοι ϗ γυναῖκας, κόσμου ϗ τῶν κοσμικῶν ἀποῤῥαγέσας ὁλοσχερῶς ϗ προσκολληθείσας ὅλας Θεῷ, μεθ' ἑαυτῆς λαμβάνει,

A βανέα, καὶ ὅλῳ κάλλει τοῦ σπαθαρίου κινεῖται θυμῷ. Τάγμα τοῦτο τῶν περὶ τὰ Βασιλέα σπαθηφόρων, οὐ πελεκυφόρων, ὡς καὶ ἡ κλῆσις δηλοῖ, δεσπεζεῖα μὲν φέρον τῶν ἐπωμίδος ἀνεχόντων τοὺς πελέκεις, Σωτηρουῖ δὲ σφίσι τὰ τῶν Βασιλέων ὀπίσθια, Συμπαραμένον τοῖς ἀνακλίτοις, καὶ τοὺς βασιλείους νυκτὸς θαλάμους περιπολοῦσι, κἂν ταῖς πρόοδοις τὰ βασιλέα περικυκλοῦσι. Κατὰ δὴ τούτου γενναίῳ πάνυ καὶ ἁπλοΐτῳ βαίνει φρονήματι.

14 Τί μὲν δὴ διαλογιζομένη τὸ πρὸς τὸ ὑπὲρ Θεοῦ ζῆλον ἐπαιρόντων; τί δὴ τὸ πρὸς δυσωπήσιν ἱκανῶν οὐ διαλεγομένη Θεῷ; τί δὲ οὐ νυθετοῦσα ταῖς Σωαὐτῆ καὶ περὶ αὐτὴν ἀδελφαῖς, καὶ πρὸς τὸ ὑπὲρ τὰ ἀληθείας ἆθλον ἀλείφουσα; Πρὸς μὲν γὰρ ἑαυτὴν, τοιαῦτα δή τινα διεννοεῖτο καὶ διεσκέπτετο· Ἔδοξε μὲν ὃν ἑλόμην βίον τηρῆσαι διὰ παντός· Τοῦτο γὰρ πρωθέμην, τοῦτ' ἐπηγγειλάμην, Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἐπίπροσθεν, ἐμαυτῇ μόνῃ προσλαλεῖν καὶ Θεῷ, ἀλλ' οὐ δι' ὑποτρέσεσθαι μηδενός· ἐπεὶ δὴ ὁ βασκαίνων ἡμῖν ἄνωθεν καὶ καθ' ἡμῶν τεκταίνων ἀεὶ τὴν Ἐκκλησίαν Θεοῦ διετάραξε, καὶ δεινὸν ἐπήγειρεν αὐτῇ κλύδωνα· ἄγε δὲ προϊτέον, τὴν ἡσυχίαν παροπατέον, ψυχῆς ἀφειδητέον ἅμα καὶ σώματος, ὑπὲρ τοῦ προαγαγόντος ἡμᾶς καὶ προνοουμένου τῶν καθ' ἡμᾶς, καὶ τὰς τῶν πρακτέων ἐπ' ἐσχάτων ἀμοιβὰς ἡμῖν ταμιεύοντος.

15 Τῷ δέ γε Σωτῆρι Θεῷ ἐκείνα πως τῶν ψαλμῶν ἀναλεξαμένη καὶ ὑπαλλάξασα, ἀνθωμολογεῖτο καὶ διελέγετο· Δίκασον, Κύριε τοὺς ἀδικοῦντάς σε, πολέμησον τοὺς πολεμοῦντάς σε. Ἐπιλαβοῦ ὅπλου καὶ θυρεοῦ, καὶ ἀνάστηθι εἰς τὴν βοήθειαν τῶν κληρονομίας σου. Ἰδοὺ γὰρ, ἦραν οἱ ἀνομοῦντες καὶ' αὐτῆς κεφαλήν, καὶ τῶν σῶν θυσιαστηρίων κατοχοῦνται οἱ ἀναιδεῖς, καὶ τὰ ἅγιά σου βεβηλοῦσιν οἱ πανάγεστοι. Ἀλλ' ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ἐν τῷ Σωτηρίῳ Σου, τοῦ ἰδεῖν ἐν τῇ χρηστότητι τῶν ἐκλεκτῶν σου, τοῦ εὐφρανθῆναι ἐν τῇ εὐφροσύνῃ τοῦ ἔθνους σου. Εὐφροσύνη δέ σου τῷ λάχει ἡ τῶν σῶν Σεβασμίων εἰκόνων προσκύνησις, ἡ πρὸς τὴν ἀρχαίαν αὖθις τῶν θείων ναῶν εὐπρέπειαν ἀναμόρφωσις. Καμοὶ νῦν καὶ τοῖς ὁμογνώμοσι ταύταις ἐμοὶ καὶ ὁμόφροσι, πρὸς τῶν ὑπὲρ τῶν Σῶν θείων εἰκόνων ἆθλον χωρούσαις, καὶ τῆς σῆς παναμώμου μητρὸς, τῶν τε ὑπὲρ σοῦ καλὰ διαφόρους καιροὺς καλαπροεμένων τὸ ζῆν, καὶ τῶν ἄλλως Σοι εὐαρεστησάντων, χεῖρα βοηθείας ἄνωθεν ἁγίου σου κατοικητηρίου καλάπεμψον· ἐνίσχυσον, μόνε δυνατὲ, τὴν ἡμέλειαν ἀσθένειαν, δὸς ἡμῖν δύναμιν καὶ κραταίωσιν.

16 Ταῖς δέ γε Σοῦ αὐτῆ καὶ περὶ αὐτὴν τοιαῦτα δήπουθεν προηγόρευε· Νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, νῦν ἡμέρα Σωτηρίας· ἐνδυσώμεθα ὅπλα τοῦ φωτὸς, καλὰ τῶν ἐχθρῶν τὰ ἀληθείας χωρήσωμεν. Θάνατος ἡμῖν προκειται, μὴ φιλοψυχήσωμεν· βάσανοι προ θανάτου καὶ κολασήρια, μὴ δειλιάσωμεν, μὴ δὲ φοβηθῶμεν τοὺς τὸ Σῶμα μὲν ἀποκτεῖναι, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ παραβλάψαι δυναμένους, ὡς προσετάχθημεν. Ἡ γὰρ οὐ τὰ ἡμέτερα φύσεως ἐτύγχανον οὖσαι αἱ ἄνωθεν καὶ ἀπ' αὐτῆς τὰ πρὸς ἀνθρώπους ὑπόδημα Θεοῦ, ὑπὲρ Θεοῦ καὶ τῶν θείων δεσμῶν διαθλήσασαι; Ἴσμεν τοὺς, τὰ πρωτομάρτυρος Θέκλης ἀγῶνας καὶ τὰ παλαίσματα. Οὐκ ἀγνοοῦμεν τοὺς τὰ μακαρίας ἄθλους Βαρβάρας, τὰς τὰ γενναίας Εἰρήνης, τοὺς τὰ μεγαλόφρονος ἐκείνης Μαρίνης, ἢ καὶ τυράννοις ἀντέσχε, καὶ δαίμοσι προσε-



fertur. Ex eorum hic erat ordine, qui gladio, non ſecuri, inſtructi Regem ſtipant, qui ordo eſt ordine ſatellitum, uti indicat *b* nomenclatio, poſterior; Regem autem cuſtodit, & à tergo ſubſequens atque ab Imperatore nuſquam diſcedens, regium noctu conclave ſervat, Principemque in publicum prodeuntem cingit. Contra hujuſmodi hominem, generoſo plane atque intrepido animo, Virgo progreditur. A. CONST. ACROPOL. EX MSS. *oppoſitura ſe Theodoſio.* b

14 Quibus autem illa ſermonibus audientium mentes, ut zelum Dei conciperent, excitabat? quibus Deum ipſum verbis alloquebatur, ut juſtam ejus adverſus homines iram placaret? quam generoſos comitantibus ſe Sororibus indebat ſpiritus, & ad pulcrum pro veritate certamen ſubeundum quam fortiter animabat? Sic enimvero ſecum ipſa cogitabat, ſic ratiocinabatur: Oportebat equidem eam me, quam ultro ſuſcepi, rationem vivendi ſartam tectam conſervare. Hoc enim coram Deo & hominibus facturam me propoſui, ad hoc ſacramento me obſtrinxi, cum Deo ſolo & mecum ut verſarer, reliquorum autem hominum ſocietatem effugere conatu omni contenderem. Poſtquam autem generis humani oſor acerrimus, & nullo non tempore inſidias nobis ſtruens, Eccleſiam Dei cœpit perturbare, & gravem adeo contra eam excitare tempeſtatem, tum ſane prodeundum etiam nobis, quieta tantiſper vita deferenda; non vitæ parcendum, non corpori; illius potiſſimum gratia, qui pulcrum hac in parte exemplum nobis præbuit, quique nos & noſtra non minus bene quam provide gubernat, & operum noſtrorum mercedem nobis ad extremum ſervat repoſitam. *primum ſe ipſam ad audendum excitat;* E

15 His dictis, ſelectas quaſdam è Pſalmorum libro ſententias proferens, alterno cantu Deo Salvatori ita concinebat ac confitebatur: Judica Domine nocentes me, expugna impugnantes me; apprehende arma & ſcutum, & exurge in adjutorium hereditatis tuæ. Ecce enim legis tuæ prævaricatores contra te levaverunt caput, profanarunt impiis tripudiis altaria tua, & ſancta tua homines impuri ac ſcelerati polluerunt. Sed reſpice nos in ſalutari tuo, ut videamus in bonitate electorum tuorum, ut exultemus in lætitia gentis tuæ. Lætitia porro tua in eo poſita eſt, ut cultu & veneratione omni digniſſimæ, ſacræ tuæ tuorumque Sanctorum adorentur imagines, utque ſecundum eam quæ antiquitus erat decentiam templa iiſdem exornentur. Nunc igitur mihi, & cunctis meis ſodalibus, unum mecum idemque ſentientibus, quæque pro ſacrarum Imaginum, pro matris tuæ puriſſimæ, pro eorum qui variis temporibus vitam tui cauſa & ſanguinem effuderunt, pro aliorum denique qui quoquo modo grati tibi extiterunt honore, certamen mecum ſubire minime detrectant; nobis, inquam, univerſis auxilii tui dexteram ex habitaculo tuo ſancto porrige; infirmitatem noſtram, qui ſolus potes, confirma; largire vires & fortitudinem. *& divinam opem implorat;* Pſ. 34. C F

16 Exinde ad ſodales ſuas converſa, hiſce eas vocibus eſt allocuta: Nunc tempus, ſorores, acceptabile, nunc vere dies ſunt ſalutis. Induamur arma lucis, & adverſus hoſtes veritatis progrediamur. Mors nobis eſt propoſita: vitæ igitur amorem nullum præferamus. Cruciatus mortem præcedent ac ſupplicia, ſed non terreamur, neque formidemus eos qui corpori quidem mortem afferre, ſed animam noſtram lædere nulla ratione poſſunt; quemadmodum præcipitur nobis. Numquid enim naturæ noſtræ conſortes non fuerunt ſublimes iſtæ animæ, quæ apud ſuperos modo verſantur, quæque ab ipſo Dei in terras adventu, pro Deo diviniſque legibus de- *2. Cor. 6. 2. Rom. 13. 12. tum ſocias animat ad contemptum mortis,* *exemplo Martyrum*

A. CONST. ACROFOL. EX MS.

C

decertarunt? Theclæ, inter Martyres primæ, agones & certamina novimus: non beatissimæ Barbaræ, non generosæ Irenes, non magnanimæ illius Marinæ ignoramus prælia, quæ Tyrannis pariter & dæmonibus opposita, glorioſum de utrisque tropæum posuit.

*& propositi certaminis pulchritudine,*

17 Exigui fortassis momenti quibusdam videatur ista nefariorum hominum machinatio: sed vos longe melius institutæ, illud optime scitis, non mediocre esse malum, quod contra veteres Ecclesiæ sanctiones impii ubique nunc sunt aggressi. Divinas enim Imagines, calce oblitas, ex oculis tollere, & sacra templa informia ac inutilia reddere, quid aliud est quam pietatem, quam religionem omnem evertere funditus, & universum Incarnationis divinæ mysterium inane reddere atque nullum. At faciamus parvum quod conantur. Quanti tamen illud faciendum sit, quod vel mediocre quidpiam de lege divina & mandatis infringatur, Salvator noster ac Dominus in sacrosanctis Euangeliis docuit, viam perfectionis unius jota uniusque apicis rigore circumscribens. Jam vero quam glorioſum erit, si divinarum legum ne minimam quidem partem infringere sustineamus. Illustres quondam Machabæi, nec non beatissima illorum mater, præsentes assistunt: quale illi exemplum obſervandæ legis similiter certaturis reliquerunt? Porcinas carnes solum ut gustarent, à Tyranno compulsi, non modo ei non obediverunt, sed innumeros quoque propterea cruciatus sustinuerunt; ignique ac ferro traditi, & quantumcumque gravia tolerantes tormenta, inconcussi perseverarunt. Nunc igitur & nos, illustre adeo exemplum mente animoque versantes, ad pulcrum pro religione certamen subeundum fidenter accinctæ nos conferamus, & festinemus Spatharium istum, qui impuras manus in divinam Salvatoris nostri imaginem parat injicere, cohibere à scelere.

Matt. 5.18

B

*ut zelum Machabæorum imitentur.*

*Mox Spatharium è scalis deturbat:*

18 Hæc illa, & confestim ad Chalcen accedit: & (ô insignem animi fiduciam) mox ut fuit in loco, à nemine mortalium prohiberi se passa, quin & fidenti vultu cunctos præsentes intuita, scalas ipsa omnium prima arripit, ac sodalibus, idem ut ipsæ faciant, fortiter imperat. Qui igitur in scalarum summitate jam fere consistebat impius, sacram effigiem antequam corriperet, iis excussus, in profundum inferni corruit: dejectus est enim: & qui paulo ante insolenter se jactans, os suum in cælum aperire, & cælis omnibus Excelsiorem impetere blasphema lingua fuerat ausus, miserandum ante oculos omnium cadaver jacuit, sepulturæ etiam honore privatus. Repentina quippe hominis nefarii punitio omnes, qui spectaculo interfuere, attonitos reddidit, atque alium alio fecit abscedere; ita B. Theodosiæ, & cunctis quæ cum ipsa erant Virginibus, domum se tutis referre licuit.

C

*quo per lapsum extincto,*

*Imperator omnes comprehendi jussus objurgat,*

19 Verum quod factum fuerat, latêre minime potuit ferociſſimum Regem, qui magna mox rabie in sacras Deo Virgines concitatus, infrenduit. Quidquid igitur habebat supercilii, ut ita dicam, in unum congregans: Per caput, inquit, meum (hic scilicet Regibus pridem usitatus jurandi mos est) haud equidem credam ex vobis aliquem amare me, si vel una quæpiam è facinorosis istis mulieribus manus meas effugiat, aut non omnes continuo, ex abditis suarum ædium in publicum protractæ, audaciæ tantæ pœnas persolvant. Hæc vix edixerat Imperator, cum è ministris ejus plurimi, per alia alii urbis loca dispersi, religiosarum Virginum domos & urbis totius monasteria perscrutari sunt aggressi; requirentes quidem & alias omnes, quæcumque injicere in Spatharium manus fuerant ausæ, sed beatam Theodosiam comprimis comprehendere cupientes. Non enim mediocria quædam aut vulgaria adversus illam meditari suis visus fuerat Rex, quam omnium primam facinus fuisse aggressam didicerat, & rei totius extitisse causam. Comprehensas ergo omnes in publicum pariter protrahunt: sed & cum omnibus eam quoque, quæ præcellens omnibus, uti sol præstellis, alias superabat fulgore

πάλαισε, καὶ λαμπρὰ καθ' ἑκατέρων ἔστησε τρόπαια. D

17 Μικρὸν μὲν ἴσως δοκεῖ τισι τὸ τολμώμενον· ἀλλ' ἴστε μέγα κακὸν, τὸ παρὰ τοὺς τῆς Ἐκκλησίας δεσμοὺς ἁπανταχῆ νῦν ἐνεργούμενον. Τὸ γάρ τοι τὰς θείας ἀπαλείφειν εἰκόνας, καὶ τοὺς ἱεροὺς νεὼς ἀχρειοῦν, ὅλως ἁπλῶς παραποιεῖ τὴν εὐσέβειαν, ὅλον ἀθετεῖ τὸ τῆς ἀνανθρωπήσεως θεῖον καὶ Σωτῆριον μυστήριον. Ἀλλ' εἰ καὶ μικρὸν ἴσως, ὁποσόν ἐστι, τὸ καὶ μικρόν τι νόμιμα παραβαίνειν καὶ ἐντολῆς, ὁ Σωτὴρ ἡμῶν καὶ Δεσπότης ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἐδίδαξεν, εἰς ἓν ἰῶτα καὶ μίαν κεραίαν τὸ τέλειον περιγεγραφώς· ἡλίκην τε φέρει τὴν εὐκλειαν τὸ μὴ ἀθετῆσαι τῶν τεθεσπισμένων βραχύ. Οἱ γενναῖοι πάλαι Μακαβαῖοι, καὶ πρός γε ἡ μακαρία τούτων μήτηρ, παρέστησαν, καίπως ὑπόδειγμα τοῖς ἐσαῦθις ἀκριβοῦς φυλακῆς τῶν νομίμων καταλελοίπεσαν· ὑείου κρέως ἀπογεῦσαι μόνον ἀναγκαζόμενοι, οὔμενοῦν οὐ καλένευσαν, ἀλλὰ καὶ μυρίας ὑπὲρ τοῦδε βασάνους ὑπέστησαν, καὶ πυρὶ γὰρ καὶ ξιδήρῳ παραδοθέντες, καὶ πᾶν ὑπενεγκόντες δεινὸν, διέμειναν ἀπερίτρεπτοι. Τοῦτοι δὴ ἐν νῷ βαλλόμενοι καὶ ἡμεῖς, ἄγε πρὸς τὸ ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἆθλον, μελὰ θάρσους ἀποδυσώμεθα, σπεύσωμεν φθάσαι τὸν κατεπιχειρήσαι βυλόμενον, τῆς θείας τοῦ Σωτῆρος εἰκόνος Σπαθάριον.

18 Ταῦτ' ἔφη, καὶ ἦ τάχος παρὰ τὴν Χαλκῆν γέγονεν. Ἀλλ' ὦ γενναίας ψυχῆς παρασήματος! Αὐτίκα τῷ παραγενέσθαι, μηδ' ἑνὸς ὀπισθαφεῖσα, πάντας ὁμοῦ παραβλέψασα, τὴν κλίμακος δράπετα, καὶ ταῖς Σὺν αὐτῇ Συνεπιλάβεσθαί οἱ διακελεύεται. Καὶ γοῦν ὁ μέλεος τολμητὴς, πρὶν ἔτι τῆς θείας εἰκόνος λωβήσασθαι, εἰς ἅδυ βάραθρον καταπωλείσθαι· πίπτεται καὶ γὰρ, καὶ ὃ τέως γαυριῶν, καὶ τὸ σῶμα εἰς οὐρανὸν θέμενος, καὶ τὸ ὑπερφράνιον ἄντικρυς βλασφημήσας, πτῶμα δύσλυτον γέγονε, μὴ δὲ ἐκφορᾶς ἀξιούμενος· ὁ γὰρ ἀπρόοπτος θάνατος τοὺς περὶ αὐτὸν διεθρόησε, καὶ ἄλλον ἄλλαχῆ διεσκέδασε, τήν τε Μακαρίαν, καὶ τὰς Σὺν αὐτῇ πάσας ἐλευθέρως ἀνῆκε τῷ ἐπ' οἴκου πορεύεσθαι.

19 Ἀλλ' ἤδετο τῷ γενομένῳ ὁ θηριώνυμος Βασιλεὺς, καὶ μέγα τι καὶ ἄχθιον κατ' αὐτοῦ εὐθὺς ἐβρυχήσατο. Συναγηοχὼς γὰρ, ἵν' οὕτω φαίνοιτο, ὅπισκιον· Οὐ μὰ τὸν ἐμὸν, ἔρηκε, κεφαλὸν, τοῦτο δὴ τὸ εἰς ὅρκον τοῖς βασιλεῦσιν ὡς ἐπὶ πολὺ προφερόμενον, οὔ τινά με φιλεῖν ὑμῶν ἡγήσομαι, εἰ τῶν τις κακούργων τυτωνὶ γυναίων, χεῖρας τὰς ἐμὰς διαφύγοι, καὶ μὴ διὰ τάχους ἐκ τῶν Σχολίων σφῶν οἰκημάτων Σωαθροισθῆσαι, δίκας τῷ τολμήματος τίσειαν. Ταῦτ' ἔφη, καὶ οἱ παρευθὺς, ἄλλος ἀλλαχοῦ, διαμεριζόμενοι, τὰ τῆς πόλεως Σεμνεῖά τε καὶ φροντιστήρια διειλήφεσαν. Ἀναζητοῦντες μὲν καὶ τὰς ἄλλας, ὅσαι γε τῷ Σπαθαρίῳ κατεπεχείρησαν, περὶ δὲ ἄλλων ἁπασῶν τὴν μακαρίαν ταύτην Θεοδοσίαν, οὐκ ὀλίγα καὶ γὰρ ἰδιάτατα φθαίη σφίσι περὶ αὐτῆς ὀπισκήψας ὁ Βασιλεὺς, πρω- E F

# DE SANCTO GERALDO,

## *EPISCOPO MATISCONENSI IN GALLIA.*

### SYLLOGE HISTORICA.

D. P. De ejus ſepultura, actis & ætate.

ANNO DCCCCXLII *Cultus in Breviario,*

IAcobus Severtius, *Pariſienſis Theologus & Eccleſiaſtes Lugdunenſis, anno* MDCVIII *edidit Chronologiam hiſtoricam ſucceſſonis Hierarchicæ Antiſtitum Lugdunenſis Archiepiſcopatus: cui Matiſconenſium Epiſcoporum ſeriem, chronologice nihilominus explicatam, ſubtexuit; vigeſimum ſextum numerans* S. Geraldum, *alii* Giraldum, Gerardum, *vel* Girardum. *Ait autem pag.* 188, ex ritualibus Breviarii Matiſconenſis, *quod de eo* Officium eccleſiaſticum per diœceſim fit IV kalendas Junias, attamen ſine peculiari Hiſtoria, quæ legatur. *Antea vero egerat de* vico & Sacello ſui quondam nominis Matiſcone, diruto

B *cum ſacello.* à Calviniſtis, *ut habet Nota marginalis, anno* MDLXVII. *Atque ex his duobus capitibus abunde probatur antiquus illius cultus. De vita ac ſepultura ejus pauca hæc ex eodem Severtio accipe:*

*Fundator fuit Eremi Broüenſis,*

2 Ipſe Geraldus conſtruxit primus eam Eremum, quæ ſupereſt apud Sebuſianos in agro Breſſiano Galliæ Celticæ, poſtea à Pedemontano Principe ditatam; & quidem in ſaltu ſeu loco, quem nuncupant Brou, aliis quoque Broz dictum, ubi reliquum dierum ex voto tranſegit, ibidemque demum ſepultus eſt, ex San-Juliano: quin imo in pauperum Xenodochio collocari voluit, ex Bugnonio. Quo ſane in ſitu Duces Subaudi elaboratiſſimas ſuas ſepulturas deinceps appoſuere, conſtructo vel aucto eleganti monaſterio Eremitarum Ordinis S. Auguſtini. Alii vero cenſent, eum Matiſcone humatum, in ſacello ſui quondam nominis: atque ea eſt vulgaris fama, ex veterum traditione retenta: ob idque prudenter concludendum, ejus poſtea corpus vel tranſlatum fuiſſe ex Eremo ſeu monaſterio in ſacellum; vel etiam econtra (& forte verius) ex urbano hujuſmodi ſacello in idem rurale cœnobium. *Auctores, à Severtio citati, laudantur*

C *ab eodem in Prolegomeno partis ſecundæ*, Petrus à S. Juliano, *qui uſus* libro de titulis antiquis Eccleſiæ Matiſconenſis, nuſquam typis mandari ſolito (*Chartularium Matiſconenſe Ms. appellaret alius*) *libro ſuo 2 Gallico* de Antiquitatibus Matiſconenſibus *intexuit Catalogum Epiſcoporum*; & Philibertus Bugnonius in Maticenſi Chronico.

*non tamen in ea tumulatus videtur.*

3 *De Broüenſi eccleſia & Conventu fundatis per Margaritam Auſtriacam, Philiberti Pulchri anno* MDIV *defuncti uxorem, ad eum iſtic tumulandum, ubi mater ejus Margarita Borbonia ſepulta condebatur, fuſe agitur in Chronica Sabaudiæ lib.* 3 *cap.* 96 *editionis tertiæ, ubi Guilielmus Paradinus, illius Chronicæ primus auctor; vel potius recognitor ejus & locupletator, Ioannes Tourneſius, deſcribit eximiam præſtantiſſimæ fabricæ pulchritudinem & ſplendorem. Hujus occaſione ſi veterem eccleſiam deſtruendo, & novæ fundamenta jaciendo inventum fuiſſet aliquid ad* S. Geraldum *pertinens, non omiſiſſent hoc annotare diligentiſſimi hiſtorici Paradinus atque Severtius. Eſt tamen quod miremur, locum adeo celebrem à ſcriptoribus Auguſtinianis, ac nominatim ab Herrera in Alphabeto, nec nominari quidem. Interim legi poteſt ipſius Margaritæ Auſtriacæ teſtamentum, ex monaſterii Archivo productum à Guichenono, lib.* 6 *Hiſtoriæ Genealogicæ Du-*

*cum Sabaudiæ pag.* 481; *ubi ſe* in eccleſia conventus S. Nicolai de Tolentino, prope Burgum in Breſſia, *deponi mandat, à ſiniſtris viri ſui, matrem à dextris habituri. Corrigendus eſt autem Atlas Blavianus, primam loci fundationem, à* S. Gerardo *factam, adſcribens anno* DCCCCXXXVII; *cum uſque eo Sanctus non vixerit, & Bernonis ſucceſſoris notitia in publicis Tabulis inveniatur pro anno* VIII *Rodulphi. Etenim primus hujus nominis Burgundiæ Rex, anno* DCCCLXXXVIII *coronatus, filio ſibi Synonymo, qui hic intelligendus eſt, Regnum moriens dereliquit, anno* DCCCXX: *quemadmodum patet ex hiſtoria Regum, Ducum, Comitumque Burgundiæ, ab Andrea du Chêne accuratiſſime deducta.*

4 S. Geraldus, vir valde religioſus, dicitur in Commentariis Nantuacenſibus, *inquiunt Sammarthani, & ordinatum fuiſſe ſtatuunt anno* DCCCLXXXVI; *id quod confirmat Mabilio, ſeculo* V *Benedictino, ex charta quadam Cluniacenſi, in qua* Geraldus, Matiſconenſis Antiſtes, *Ingelario Abbati Caroliloci confirmaſſe dicitur capellam S. Martini, cum cœmeterio, vicinam monaſterii ſui* anno Incarnationis DCCCLXXXVII, imperante Domino Auguſto Carolo, Ordinationis ſuæ fecundo, Indict. V. *Primus igitur Ordinationis annus eidem fuit præcedens, quo* apud eccleſiam S. Marcelli in ſuburbio Cabilonenſi XV kalendas Junii, *duo Archiepiſcopi cum Epiſcopis ſeptem (quorum quartus* Giraldus) *conſederunt, & Geyloni Lingonenſi Epiſcopo, ipſorum uni adjudicarunt res Eccleſiæ in Luco, contra Adalardum Capellæ S. Marcelli Presbyterum evindicandas. Et ibi quidem non exprimuntur tituli Epiſcopales, ſed exprimuntur ſub privilegio quodam Carolilocenſis monaſterii apud Severtium; ubi idem* Geraldus Matiſconenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſit. *Similiter alteri Synodali Epiſcoporum trium judicio, in cauſa Gerfredi Flavinacenſis monachi, qui Adelgarium Æduorum Epiſcopum veneno interfeciſſe infamabatur, ſedit ad eum audiendum* anno DCCCXCIV Indict. XI, kalendis Maji apud Gabilonenſem urbem in eccleſia beati Præ- F curſoris Chriſti: *ac deinde Flaviaci, facta ejuſdem purgatione per corpus Domini, ſcriptæ deſuper chartæ* Geraldus, Rector & humilis Epiſcopus Matiſconenſis, ſubſcripſit. *Eâdem in Synodo ſubſcripſiſſe eumdem teſtamento Herivæi Epiſcopi Æduenſis, docet Mabilio. Poſtea anno* DCCCCVI, *una cum Lugdunenſi Archiepiſcopo Auſterio*, Geraldus Maticenſis Epiſcopus *judex ſedit in controverſia Canonicorum S. Vincentii Matiſconenſis, & Monachorum S. Eugendi; ac rurſum anno* DCCCCXV, cum reſideret Dom. Auſterius, venerabilis Archi- *uſque ad* epiſcopus, in ſuburbio Cabilonicæ civitatis, in eccle- *926.* ſia B. Marcelli Martyris, Indict. III, *ſententiam tulit in favorem parochiæ S. Clementis, cum aliis duobus Archiepiſcopis & Epiſcopis quatuor, inter hos nominatus* Geraldus Matiſconenſis. *Denique* anno Incarnationis Dominicæ DCCCCXXVI Domnus Anchericus, ſanctæ Lugdunenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus; Domnus quoque Geraldus, Matiſcenſis Eccleſiæ Venerabilis Pontifex; nec non Odebardus, Maurianenſis Epiſcopus, ad Caroliſocum monaſterium convenerunt.

E *Acta ejus in variis Synodis ab an.* 886,

5 *Sammarthani, in Epiſcopis Lugdunenſibus & Maurianenſibus, eumdem Caroliſocenſem conventum allegantes pro anno* 926, *non potuerunt in Matiſconenſibus ſcripſiſſe,*

# APPENDIX

## *Ex Georgii Pachymeris de Andronico lib. 5 cap. 32.*

### Interprete Petro Poſſino S. I.

46 *Ad hanc S. Theodoſiam ſpectare videtur*

ANdronici Imperatoris Senioris anno XXIV, Chriſti MCCCVI, *cum Athanaſius abdicatum ultro Patriarchatum poſtliminio recepiſſet, in eoque pro hac ſecunda vice ageret annum* III; *res Conſtantinopoli accidit, quam ſua Hiſtoriæ inſerendam Pachymeres cenſuit, & exiſtimamus hoc pertinere; licet non exprimat Auctor, de* Theodoſia Cæſarienſi, *an* Conſtantinopolitana *velit intelligi. Nam ut in hanc potius propendeam, faciunt prænotata in Encomio præcedenti miracula: quæ hujus omnino temporis eſſe cum jam demonſtraverimus, conſequens eſſe videtur, ut hæc quoque miraculoſa, quam ſubjungimus, curatio ejuſdem Divæ patrocinio impetrata credatur. Rem accipe ipſis Interpretis Poſſini verbis, licet aliquanto quam textus Græcus exigat prolixioribus.* Inter hæc perpetratum eſt prodigioſum miraculum ſanctæ Martyris Theodoſiæ, quod equidem horum hiſtoriam temporum tradere litteris profeſſus, haud citra periculum reprehenſionis, & inofficioſi culpam ſilentii, diſtincte

B *quod narrat Pachymeres*

hoc loco referre omitterem: utique cum Dei opera vulgari, & ſcriptis ſermonibuſque celebrari digna ſint: nec fraudanda poſteritas rei notitia utiliſſimæ cognitu, quam niſi audiret me narrante, detrimento afficeretur haud modico. Eadem porro promulgata, certo demonſtrabit argumento, invigilare rebus humanis Providentiam divinam; noſque Deo curæ eſſe, præſenti quaſi pignore, fidem faciet.

*de adoleſcente ſurdo & muto*

47 Adoleſcens quidam Conſtantinopoli ſurdus annis non paucis & mutus fuit: qua ipſa miſeria victum aliter ſibi parare prohibitus, mercede famulans victitabat, idque non apud unum permanens conſtanter, ſed ſubinde mutans Dominos. Locavit is inter alios operam cuidam Pegonitæ nomine, proxime conſpicuum templum Dei præconum Apoſtolorum habitanti. Apud hunc muto juveni diverſanti, ſancta Martyr & Virgo per ſomnum ſuperne apparens ſe obtulit: eumque omnino juſſit ad ſuam ipſius ſacram ædem cum cera & thymiamate proficiſci. Experrectus ille, nutu &

C *qui viſo monitus ad Sanctam accedere*

& geſtu, prout potuit, viſum expoſuit domeſticis, ita ut ſatis illi perciperent. Quare ab iis acceptis quæ ſancta Virgo afferri mandarat, cum his accurrit ad templum; illicque ſat longo veneratus Divam ſpatio, & oleo lampadis inunctus, prociens ſub pedes, juxta morem, ſupplex Martyri fit. Inde revertenti neſcio quid moleſte pruriebat in auris intimo. Quare cum ſubinde illuc immiſſo indice, non parceret ſcalpere; ecce inde inopinatiſſime decidit forma quædam inſecti, vivi, ut apparebat, & alis inſtructi. Quod cum ille admirans contrectaſſet cupide, ac mox indulgens naturali odio quo ferimur in infeſta, ulciſci noxiam beſtiolam elidendo pararet, illud, quidquid erat, confeſtim ex oculis evanuit. Solatio tamen fuit, quod incommoda prurigo, qua in penitiſſimis auriculæ cavernis importune punctus paulo prius fuerat, vel plane reſediſſe, vel remiſſius inquietare vide-

*muſcam ex aure elicit;*

batur. Qua experientia ejus animus, quodam eventus felicioris augurio, in ſpem plenæ curationis excitabatur.

48 In hoc gaudio, ſurdus tamen ut prius, ingreſſus herilem domum, admonetur, quibus ſolebat, ſignis à familiari miniſterio Præfectis, ut ignem accenderet pani coquendo; jam enim à piſtore farinam afferri, mox in maſſam ſubigendam. Ille ad focum advolans, parendi ſtudio prunis inſufflabat ſtridule:

*deinde loquelam recipit*

Sed nec flamma micat crepitans, neque fulgurat ignis.
Solus ſe denſa glomerat caligine fumus.

Dum labor ſic in longum irritus trahitur, offenſus juvenis contumacia ignis, ad tam crebro intenſeque afflatos ſuſurros perſiſtentis ſurdi; ſpiritum in verba mutat, erumpitque voces, penitus conceptam iram uſitata declarantes indignantium formula.

E

Maledicit enim foco, & magno ex affectus vehementia clamore; Numquam ex te poſſit oriri flamma, ſonore pronuntiat. Exaudita cum ſtupore in-

*& auditam*

genti à domeſticis vociferatio eſt. Atque ii primo vix credentes auribus, alterum duorum admittendum neceſſario videbant, ut aut ab igne prolata quam audierant vox eſſet, aut ab eo articulata homine, quem ipſi mutum certiſſimo hactenus noſſent. Ergo procul inclamant: Cujus hæc vox eſt? quis iſta loquitur? Tunc vero qui mutus eſſe deſierat, etiam ſe non amplius ſurdum eſſe declaravit. Auditis enim quæ ex intervallo inclamabantur, apte intelligibiliterque repoſuit; eumdem ſe, qui auditu percepiſſet quæ fuerant ipſi locuti, auctorem quoque vocis eſſe cujus ante ſonum ſenſerant; qua nimirum, iræ impatientis æſtu, ore ac lingua propriis foco maledixiſſet.

49 Illico igitur certatim omnes accurrentes, prodigioſum illud miraculum præſentibus ſubjiciunt ſenſibus, ac per viciniam urbemque differunt.

F *quo cognito publicam Sanctæ gratiarum actionem inſtituit.*

de momento res vulgata, ad Imperatoris quoque notitiam pervenit. Ad hunc, ſic ſtatim fieri jubentem, præſente etiam Patriarcha, ducitur qui ſurdus & mutus fuerat. Iſque interrogatus, à principio rem totam, uti contigerat, ore proprio narravit. Tam mirabilem eventum haudquaquam Auguſtus æquum cenſens ſilentio premi, agit ſtatim cum Patriarcha, ut pervigilium noctis ſolidæ hymnis & gratiarum actionibus, apud templum ſanctæ Virginis miraculi auctoris impendendæ, indiceretur. Nec inde Imperator abfuit. Quin etiam ut abundantius oſtenderet, quam prolixo animo tam juſte debitum mirificæ Martyri gratulandi venerandique officium perſolveret, permiſſo aliis ut vehiculo aut equo ad ejus templum, ſi liberet, geſtarentur, ipſe ſub crepuſculum inſtantis noctis, univerſo Senatu & Patriarcha comitante, pedibus incedens, ad templum pervenit, ſanctæque illic ſtitit Martyri.

A. CONST. ACROPOL. EX MS.

præstitit, breviter potero explicare? Ille ego, qui paulo ante membris omnibus per paralysin videbar dissolvendus, jam plures transegi annos; & toto corpore firma compage utens, sic incedo ut incedebam cum viginti dumtaxat annorum essem: manus quoque mihi feruntur liberè & transferuntur, quocumque animo collibitum est, aut vitalis spiritus impellit. Tanta videmus fieri à Sancta & quotidie admirabiliter perfici. Sed quid attinet vetera commemorare, aut ea quæ in nobis nunc contingunt scripto tradere: cum nullam ipsa sibi cessationem indulgeant, sed uti fluctus fluctum, sic aliud alterum consequendo excipiat? Etenim qui illa omnia scriptione vellet complecti, iis mihi non videtur futurus absimilis, quorum alii fluctus maris, stellas alii numerare, nonnulli aliud nescio quid ex iis quæ fieri nequeunt non sine stultitia perficere aggressi, omnibus se ridendos præbuerunt.

παρῳδῶ, τοῖς ἐπ' ἀφροσύνῃ διαβωήτοις ἐκείνοις, ὧν οἱ μὲν ἀριθμεῖν προήχθησαν κύματα, οἱ δὲ ἀστέρας, οἱ δὲ ἄλλῳ τινὶ τ' ἀδυνάτων ἐπιχειρήσαντες, ἐπαράχθησαν. D

## ANNOTATA.

a Rhyndacus *fluvius* Mysiæ *(Phrygiæ majoris ea pars est) in Propontidem influit ad cognominem sibi urbem. Sunt qui credant Plinio* Lycum *dici.*

b *Coluntur* S. Demetrius 8 *Octobris,* S. Nicolaus 11 *Novembris,* S. Euplus 12 *Augusti.*

## EPILOGVS.

*Auditores ad Patronam sibi adsciscendam Sanctam hortatur auctor,*

B

44 VErum, quod jam ante quoque dicebam, quid nos tandem par est facere, qui tanta videmus, tanta accepimus per Sanctam beneficia? Lætitia utique maxima exultare, mediatricem adhibere apud Dominum, cum gratiarum actione excipere singula, Patronam in omnibus sine cunctatione accersere & nobis vindicare debemus: idque magna cum ratione. Nam ut optima quæque & præstantissima, quæ ab ea & per eam accepimus, omittam proferre; assiduis illa Deum supplicationibus fatigat nostra causa, nostrique eam magna capit miseratio, qui multis adeo delictis divinam majestatem ad irascendum nobis provocamus. Quod si medicam ejus solius manum in morbis gravissimis & imploremus & sentiamus, quantam illi putatis mercedem esse reddendam? quo honore dignandam? Cum autem non corporum tantum medeatur infirmitatibus, sed animorum quoque morbos tollere non cesset; eja, pro suis quisque viribus debitum cum gratitudine persolvat, & ipsam adversus mala omnia morbosque invocet.

Ἀλλ' ὅπερ ἔφλων, τί γε δέον ἡμᾶς ποιεῖν τοιαῦτ' ὀρῶντας, τοιούτων παρ' αὐτῆς ἀπολαβόντας, χαίρειν μὲν χαρὰν ἔνδειον, πρεσβεύειν δὲ ποιεῖσθαι πρὸς Κύριον, καὶ δεξιοῦσθαι μὲν εἰς δύναμιν ἕκαστον, E προσάτιν δ' ἀφιλονείκως ἰδιοῦσθαι πάντα καὶ σφετερίζεσθαι. Καὶ μάλα γὰρ εἰκότως· ἵνα γὰρ ἐάσω τὰ χρειώδη καὶ ὑψηλότερα, ὧν παρ' αὐτῆς ἢ δι' αὐτῆς ἀπειλάβομεν, ὑπὲρ ἡμῶν εἰς ἀείδιον τυγχανούσης Θεῷ, καὶ ἱλεουμένης συχνὰ πλημμελοῦσι καὶ παροργίζουσιν. Ἀλλ' εἴπερ ἰατρὸν ἀνιάτων νοσημάτων μόνον κηδεμόνα αὐτὸν, πόσους ἔχρῃ αὐτῇ καταβάλλεσθαι τοὺς μισθούς; πόσης γε τιμῆς ἀξιοῦν; Ἐπεὶ ἦ καὶ σωμάτων νόσους ἰᾶται, καὶ ψυχῶν θεραπεύει νοσήματα, ἄγε δὴ ὡς ἰσχὺς ἕκαστος ἀποτινύτω μεῖ' εὐγνωμοσύνης τὸ ὀφλημα, καὶ πρὸς ἅπαν πάθος ἐπικαλείσθω καὶ γόσημα.

*Auditores ejus invocandæ formam præscribit.*

C

45 Quod cum ego numquam non facere sim solitus, nunc quoque non omittam id ipsum agere: sed pro me meisque supplicationes instituens, aliis quoque formam præscribam similia pro se obsecrandi, eademque flagitandi à Sancta. O quę à primis ætatis tuæ annis corpusculum tuum Deo voluisti esse sacrum, & hoc quidem extenuavisti exercitatione diuturna; animum autem, ante etiam quam ex hac vita migraret, à rebus omnibus creatis alienissimum habuisti; ac demum tam hunc quam illud generose contempsisti ac parvi fecisti, illius videlicet causa, quem ex tota anima totaque mente desiderabas; mentem, oro, animamque nostram ab omni labe puram nunc quoque, cum in cælo existis, conserva; cogitationem omnem perversam arcens ab animis nostris menteque in Deum transferens, atque (ut breviter omnia complectar) universam vitæ nostræ ac sermonis rationem secundum beneplacitum divinum dirige. Misericordem Deum nobis redde placatum, ut recte & absque offendiculo vitæ nostræ cursum instituamus, ab omni labis periculo remoti, cunctisque malis superiores; ex hac autem vita abeuntibus nobis patrocinare ferventer, supplica instanter, deprecare operose, ut severo exempti judicio, divinæ illius ac ineffabilis beatitatis partem aliquam capiamus: quod nobis omnibus contingat, per gratiam & benignitatem Dei ac Salvatoris nostri Jesu Christi, cui omnis gloria, honor, & adoratio debetur,

45 Ὁ δὴ κἀγὼ ποιεῖν εἰωθὼς, οὐκ ἐάσω μὴ ποιῆσαι καὶ νῦν εἰς ἐπήκοον· ἀλλ' ὑπὲρ ἐμοῦ τε τοῦ ἱκεσίαν καὶ τ' ἐμῷ δέμῳ, τύπον ὥσπερεὶ δώσω τὰ παραπλήσια λιπαρεῖν, καὶ τὰ αὐτὰ δήπεθεν τοῦ Ἁγίαν ἐδυσωπεῖν· Ἣ καὶ Σῶμα καὶ ψυχὴν ἐκ παιδὸς παραθεμένη Θεῷ, καὶ Σῶμα μὲν ἀσκήσει χρονίᾳ τήξασα, ψυχὴν δὲ τ' ἐνταῦθα καὶ πρὸ διαλύσεως μέλαν ἡήσασα, καὶ τέλος ἄμφω προεμένη, καὶ τῷ μηδενὸς ἄξια κρίνασα, ὑπὲρ τῷ ἐξ ὅλης σε ψυχῆς ἐξ ὅλης σοι διανοίας πεποθημένῳ Θεοῦ· βλάβης ἡμῖν ἁπάσης καὶ ἄμφω πρὸς τὸ παρὸν ἀνώτερα διατήρει, ἅπαν διανόημα πονηρὸν τ' ψυχῶν ἀπελαύνουσα, καὶ τ' νῦν ἡμῶν πρὸς Θεὸν ἀεὶ μεταφέρουσα, καὶ τὸ σύμπαν ἐπᾶν, βίον τε καὶ λόγον ἡμῖν πρὸς τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν ἴδιον, καὶ τ' συμπαθῆ Θεὸν ἱλεῖν, ὡς εὐμαρῶς τε καὶ ἀπροσκόπως τοῦ βίου τρίβον διεύθυνον, πάσης περισάσεως ἐξαιρούμενοι, καὶ δεινοῦ παντὸς ἀνώτεροι σωτηρούμενοι· τῶν δ' ἐνταῦθα μεταστάντων πρόσηθι, θερμῶς πρόσηθι, ἱκέτευσον λιπαρῶς, δυσώπησον ἐκλιπαρῶς, ὡς τ' καλὰ δίκης ῥυσθέντες, καὶ τ' θείας ἐκείνης καὶ ἀφράστου μακαριότητος τύχοιμεν, ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς τυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ καὶ ὁμοφυεῖ αὐτοῦ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τ' αἰώνων. Ἀμήν.

*Et invocat.*

*cum eo qui principio caret Patre, & sancto ejusdem naturæ Spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.*

A P-

A Καρῶς ὑπισχοπῆς ἄγημα, ὁ μέιζον Θαυματυργίας λογίζομαι.

41 Ἀλλ' ὃ δὲ τὸ ἐῶ ἐμοὶ παραδραμεῖμαι τ' Ἁγίας τεράσιον. Ἐπλήγιω πόδα τ δεξιὸν, πρὸ χρόνων ὅτι συχνῶν, ἡ δὲ πληγὴ, ἵππῳ ἐπὶ κνήμης λὰξ ἐτυψεν, ὃ πρὸς τὸ παρὸν εὐπεριφρόνητον ἔδοξεν, ἀλλά μοι μεῖα τιὼ τελάρτιν ὀδυνα γεγόνεισαν ὑδοπωσῦν φορηταί, οὐκ ἐφ' ᾧ γε ἐπεπλήγιω μέρει, ἀλλ' ἐπὶ σφυροῖς, ἐπὶ δακτύλοις, ἐφ' ὅλῳ τῷ ταρσῷ καὶ τῷ πέλματι· ἰὼ οὖ πονήρως ἔχων ἐφ' ἱκανᾶις, καὶ τῦ πάθους λωφήσαντος, χωλεύων αὖθις ἐπὶ πολὺ, καὶ οὐκ εὖ ὑπεκριζόμενος τῷ πεπονθότι ποδὶ, δύο τῶν σφαυτῶν παρερρύησαν, καὶ πόδα τ αὐτὸν ἤλγησα, καὶ τῦ λοιποῦ μοι καλέτος ὅς τι τῶν ἐκ περιόδου ξυναντᾶν εἰωθότων νοσημάτων, τὸ τ ποδῶν ἄλγος ἀνέσκηπτε, μεῖα δὲ χρόνους ὑ πάνυ πολλοὺς δὶς τῦ ἔτους ξυνέβαινέ μοι τὸ πάθος καὶ τρίς. Καί μοι δέος ἔνδεν εἰσήει, μή πως προϊόντος τῦ χρόνου καὶ τῦ κακῦ· ἐκ γὰρ φιλοζωίας οἶμαι πᾶς τις ὡς κἀγὼ φαντάζεται τὸ μακρόβιον, καὶ μᾶλλον ἐ καὶ' ἐμὲ προσείκως εἴη τοῖς γηίνοις τοῖσδε καὶ κηλῦσι τιὼ αἴσθησιν· φόβος οὖ μοι γεγόνει μὴ χεῖράς τε παραλυθείω καὶ πόδας·, ἢ καὶ τὸ Σύμπαν ἄχαρθρωθείω, καὶ καθάπαξ κατασαίω κλινοπελὴς· ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἐφόβυν οἱ τῶν ἰατρῶν δοκιμώτεροι, ξυνήθεις ὄντες ἐμοὶ καὶ ἡλικιῶται, μηδέν πως ἰσχύειν πρὸς τιὼ νόσον τιὼ τέχνιω ἰσχυριζόμενοι.

42 Τί γῦν ἐπεπόνθειν, ὅθεν μοι δὶ ἐλπίδος ἰὼ ἦ βοήθεια, λαβὼν ἐκεῖθεν τιὼ ἀπαγόρευσιν, ἀθυμίᾳ καλεσχέθιω, καὶ ὡς τὸ εἰκὸς ἠκηδίασα· ἀλλ' ἐμνήσθιω κατὰ τιὼ Δαυιδικιὼ εἰσήγησιν τῦ Θεοῦ, καὶ θυμηδίας ἐπλήσθιω εὐθὺς, ἐν γὰρ αὐτῷ, καὶ γὰρ ἔρρω, εἰ καὶ ἡ νόσος ἰσχυρὰ καὶ τιὼ τέχνιω νικᾶ, ἀλλ' ἠγήσεται τ κραταιᾶς ἰσχύος Θεῦ· ὡς γὰρ πεπιστεύκαμεν, καὶ τὰ ἀδυνάτα Θεῷ δυνατὰ, καὶ ᾔδειν ὅτι τ αὐτῦ δυνάμεως ὑπερκείσεται. Καί γε ἐνενοησάμιν, ὅπως τε ἡ πάναγνος αὐτῦ Μήτηρ κοινῇ τε καὶ καθέκαστα ἡμῶν κηδομένη, πάντων ὑπερεντυγχάνει διιωνεκῶς, Ἁγίους τε καὶ Ἁγίας ἀνελογισάμιν, οἷς καὶ τῆδε χάρις ὅτι μείζη πρὸς τῦ ἐν οὐρανοῖς δοξάσαντος δίδοται, ὡς καὶ θεραπεύειν ἀνήκεστα καὶ ἰᾶσθαι ἀνίατα δυνάσθαι· Δημήτριόν φημι τὸν ἐν μάρτυσι διαβόητον, τὸν ἱεράρχα μέγα Νικόλαον, Εὔπλον τὸν πολύτλαν καὶ τῦ Εὐαγγελίου τῷ ὄντι διάκονον· ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ μεῖα τούτων τιὼ Θσίαν ταύτιν καὶ Μάρτυρα, ἧς ἐγγειτόνων ὢν τῇ Θρᾴ, τὰς ὁσημέραι τε καὶ ὁσᾶραι θαυματυργίας ἐπὶ τοιοῖς δὲ τισιν ἐπωθαμόμιν τελαμῶνας καὶ χείροσι. Τοῖς οὖ ἰατροῖς αὐτίκα χαίρειν καὶ αὐτοῖς φαρμάκοις εἰπὼν, τούτους μόνους παρεσκαμόμιν τ νόσου θεραπευτάς.

43 Πῶς τοίνιω παρασκῶ, πῶς τ ἔλεον, ὃν ἐνεδείξατό μοι τῷ ἀχρείῳ τούτῳ δούλῳ Θεὸς, διὰ τ εὐηρεστηκότων αὐτῷ, διὰ βραχέος ἐρῶ; Χρόνοις ἐν ὀλίγοις ἀχαρθρωθείσαι προσδόκιμος ὢν, πλείους ἤδη παρήμειψα, καὶ διαρτίας εὖ ἔχων μελῶν, καὶ βαδίζω, ὡς ὅτε ἰὼ εἰκοσιέτης ἐβάδιζον, καί μοι ἐλευθέρως αἱ χεῖρες, ὅποι τε βυλητὸν ἐμοὶ, καὶ τὸ ψυχικὸν πνεῦμα κινῶ, φέροντά τε καὶ μεταφέροντα. Τοιαῦθ' ὁρῶμεν τῇ Ἁγίᾳ τελούμενα, τοιαῦθ' ὁσημέραι τερατυργούμενα. Τί γοῦν δὴ τὰ πάλαι καλαλέγειν, ἢ παραδιδόναι τὰ ἐφ' ἡμῶν συγγραφῇ; μηδεμίαν σφῶν λαμβανόντων διέχειαν, κυμάτων τε δίκιω ἕτερον ἑτέρῳ καλαλαμβάνοντος· καὶ γάρ πως παραπλήσιον ἂν παθεῖν δόξαιεν ὁ ταῦτα συγγράφων

poris prærogativis; quod ego profecto ſingulari cuipiam Dei erga illum providentiæ attribuere, nec minoris miraculi loco habere mihi poſſe videor. A. CONST. ACROPOL. EX MS.

41 Sed neque aliud, quod eadem Sancta admirandum mihi beneficium præſtitit, ſilentio duxi prætermittendum. Ante non exiguum tempus crus mihi fuit valde affectum, ex vulnere quod recalcitrans equus impegerat, nec magni ſub initium eſſe videbatur momenti. Poſtquam autem quatuor omnino elapſi erant dies, doloribus oppreſſus ſum non ferendis, non ea ſolum qua læſus eram corporis parte, ſed ima etiam pedis planta, digitis, talo. Peſſime igitur mihi diu erat: cumque dolor ille nonnihil leniretur, claudicabam tamen vehementer, nec ſine magna moleſtia affecto crure niti poteram. Duos in iſto cruciatu annos exegeram, nullo mali quod patiebar levamine, anniſque deinceps ſingulis, quemadmodum certi quidem morbi certis recurrere ſolent temporibus, pedum quoque meorum dolor increſcebat. Ac rurſum haud ita multum poſt temporis, anni unius ſpatio bis terve idem me tenebat malum. Metus erat, ne creſcente ætate incrementum pariter dolores acciperent. (Fit enim ex immoderato quodam vitæ amore, ut omnes paſſim homines, ac ego imprimis, multos hic nobis polliceamur annos, idque præſertim, ſi mei adinſtar, vanis mundi hujus rebus, & ſenſus noſtros nimium ad ſe rapientibus, addictus ſit.) Metus igitur mihi erat, ne manibus pedibuſque ac toto etiam corpore paralyſi diſſolutis, affixus omnino lecto hærerem. Ipſi inſuper medicorum præſtantiſſimi, qui moribus & ætate & conſuetudine propiores mihi erant, non exiguo tenebantur metu, cum nullus artis medicæ conatus adverſum mala mea quidquam valeret efficere. *Auctor ipſe pedes graviter affectus.* E *quotannis ac ſæpius recurrente malo,*

42 Qualia igitur paſſum me credis, cum inde vetarer exſpectare meliora, unde certo mihi adfuturi auxilii ſpes omnis fuerat? Jam animos abjeceram, & quod conſequens eſt, inerter languebam; quando ſecundum Davidicam doctrinam, memor fui Dei, & repente delectatus ſum; In ipſo quippe, ajebam, eſto validiſſimus ſit quo laboro morbus, & omni medentium arte ſuperior, attamen potenti illius virtute domabitur. Simul enim atque firmiter credere & ſperare in ipſum ſtatuimus, continuo quæ fieri poſſe non videbantur, Deo fiunt poſſibilia, nec eſt quidquam quod divinam ejus potentiam ſuperet. In memoriam quoque revocare cœpi, quomodo puriſſima Dei mater, rerum noſtrarum quotidie haud parum ſatagens, divinam pro omnibus miſericordiam implorare non ceſſet. Sanctos quoque illos cogitavi ac Sanctas, quibus ab altiſſimo in cælis Deo tantum hic gratiæ fuit conceſſum, ut inſanabiles curare morbos & malis immedicabilibus mederi poſſent: Demetrium dico, illum inter Martyres celeberrimum, nec non magnum Epiſcopum Nicolaum, & Euplum *d* tot tamque acerba quondam Dei cauſa perpeſſum, ac ſacri Euangelii veriſſimum diaconum. Præter hos & cum hiſce ſanctam illam Martyrem, à cujus tumulo haud longe commorabar, quæque perpetuis ac admirandis non modo in dies, verum etiam in horas operibus, non mei tantum ſimiles morbos, ſed longe etiam graviores depellere poteſt, in auxilium vocavi. Medicorum itaque & pharmacorum ope valere juſſa, hoſce ſolum morbo curatores proponebam. *Pſ. 76. 4. Deipara & Sanctorum.* F d *imprimis Theodoſia ope invocata, ſanatur;*

43 Nunc vero qua ratione ediſſeram quæ acta ſunt? quo modo miſericordiam, quam mihi, ſervo ſuo inutili, per Sanctos ſuos Deus *& alia infinita miracula fiunt.*

dica: ipſe vero nihil magis audiebat quæ dicebam
A. CONST. quam ſi exanimis omnino fuiſſet.
ACROPOL. 38 Jamque nox illa præterierat, nihil omitten-
EX MS. tibus medicis eorum quæ hac occaſione ut fiant, ars
medica præſcribit: utriuſque manus apertæ ſunt
venæ, alia tentata remedia omnia, omnia mota
*ac tandem delirare deprehenſus,* ſus deque, ut dicunt, & nihil non adhibitum ope-
ræ, ut ſenſibus redderetur adoleſcens: qui nihilo
tamen melius inde habuit, ſed eâdem prorſus ra-
tione jacebat ſenſus omnis expers. Præteriit quo-
que ea quæ noctem jam dictam ſubſecuta erat dies,
atque ille in eodem uſque ſtatu permanere viſus;
cum ecce ſub veſperam quaſdam, quaſi coactas,
nec diſtinctas ſatis voces, ſeu potius deliramenta,
proferre cœpit; deinceps vero conciſa quædam
loquebatur, aliud quam quod interrogabatur re-
ſpondens. Diurnis ut plurimum horis, maxime ve-
ro nocturnis, modo hoc, modo illud dicens, nihil
certi indicare aut exprimere manifeſte valebat.
Clamores ſubinde edebat ingentes, quaſi intole-
rabile quiddam cogeretur perferre, ac vehementer fa-
ne lamentabatur.

39 Nos interim, qui curam ejus gerebamus, gra-
B viter, ut par erat, angebamur: metus quippe nobis
*non ſine ju-* incutiebatur, ne perpetuo delirus, aut tota vita
*ſta ſuſpicio-* impos mentis perſeveraret. Sed nec boni quidquam
*ne maleficii,* ominabamur ex porcis: illos enim cogitabamus dæ-
mones, qui & olim à Domino id petierunt, ut in
porcos immitterentur, & à principio inſidiari no-
bis non ceſſant; maxime cum audiremus, quomo-
do depulſi à via, in eamdem rediiſſent; idque non
ſimpliciter egrediendo rediendoque; ſed tamquam
aſſilientes cedenteſque, ac denique audacius in-
currentes, juvenem ſubvertiſſent. Quod vero haud
longe à rei veritate conjectura noſtra abeſſet, ip-
ſemet qui hæc patiebatur, poſtquam à malo ſuo
liberatus deinde fuit, planiſſime declaravit. Aſſe-
ruit quippe, viſum ſibi fuiſſe virum, atro colore,
ſevero vultu, corporis magnitudine inuſitatâ, qui
funibus conſtrictos porcos ſub ipſos equi pedes
adigebat. Porcos autem fugere primum com-
pulſos, alia deinde vi in equum denuo immiſſos,
donec ſic impedito collapſus, pateretur ea quorum
*attactu re-* amplius non meminit.
*liquiarum S. Theodo-* 40 Non igitur abſque ratione angebamur, quo-
*ſiæ,* modo è tam grandi malo eximeremus adoleſcen-
tem, & nos ipſos mœrore & ſolicitudine libera-
remus. Vix autem ea quæ S. Theodoſia quotidie pa-
C trat admiranda, cœperamus mente revolvere, cum
ecce quaſi ex tempeſtate delati in portum, animos
continuo majores ſumpſimus, & nobis veluti de-
repente ſumus redditi, qui paulo ante conſilii in-
opes extra nos ipſos verſabamur, & iiſdem quo-
dammodo, quibus adoleſcens, excruciabamur dolori-
bus. Omnia igitur alia ſeponentes, ad Sanctæ ſe-
pulcrum pergimus, ipſumque in templi pavimen-
to collocamus. Tum ædituus ſacrum è lipſanotheca
theſaurum promere, iiſque hominis, ſpirantis qui-
dem, ſed quem ob virium naturalium defectum
*priſtinæ ſa-* intermortuum æſtimaſſes, totum corpus ſignare,
*nitati reſti-* initium à capite ducens; oleoque è lampade accep-
*tuitur.* to in modum Crucis vultum, pectus, ac dorſum ja-
centis oblinere. Ecce autem, (ô admiranda Dei
opera! ô gloriæ inſignis magnitudinem, qua in cæ-
lo perfruuntur animæ, quæ Dei cauſa in corpori-
bus certaverunt, animæ quæ ſecundum Deum
vixerunt cum corporibus) quaſi nihil umquam
mali perpeſſus, neque aliquid præter rationem lo-
cutus, integris corporis ac mentis facultatibus exi-
vit, expedite loquens, & ea quæ loquebatur in-
telligens. Omitto dicere, quantum ex eo tempore
profecerit, non minus quam ætate, ſpiritus & cor-

τί πάσχῃς ἐφ' ὧ; τί ὀδυνᾷ; δήλωσόν μοι πᾶσι D
φίλταλε, ὑ δ' ὑδέν τι χρῆπον ἀφύχυ τ λεγομένων
ὠῦ ἐπαίων.

38 Παρῆλθεν ἡ νὺξ ἐκείνη τῶν Ἀσκληπιαδῶν ὑ-
δὲν ὑδαμῶς παριεμένων, ὅσαπερ ἐπὶ τοῖσδε πράπειν
ἡ τέχνη παρεγγυᾷ, φλέβας δηλαδὴ τεμνόμενον ἀμ-
φοτέρων χειρῶν, ϗ βοηθουμένων ἄλοθεν ἄλλως, κά-
τω τὰ ἄνω κινύμενον, ὅ φασιν οὗτοι, ϗ πάντα
τρόπον μηχανομένων ὡς εἰς ἀνάδησιν ἀγαγεῖν, ὃ
δ' ὑδὲν ἄμεινον ἔιχεν, ἀλλ' ὁμοίως ἀναδήτῳ ὢν.
Παῤῥερύη ϗ τὸ τ διαδεξαμένης ἡμέρας διάτημα, ϗ
ὅτ@ ὁ αὐτὸς ὢν· Ὄφε δὲ ϗ πρὸς ἑσπέραν ἐφθέγ-
ξατο, βιαιόν τι ϗ ἀδιάῤῥηϰτον, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν
παρεφθέγξαλο. Καὶ τῦ λοιπῦ, παρακεκομμένα λα-
λῶν ὢν, ἄλλα μὲν ἐρωτώμεν@, ἄλλα δ' ἀποκρι-
νόμεν@, πλειάκις τ ἡμέρας παραφρονῶν, ϗ ὐχ
ἥκιτα τ νυκτὸς, νῶν μὲν τῦτο, νῶν δ' ἐκεῖνο φθεγ-
γόμεν@, μηδὲν δ' ὅτι ϗ παρισάνων, μὴ δὲ δηλο-
ποιῶν, μέταξύ τε βοῶν γεγονὼς, ϗ ὡς πε-
πονθώς τι τῶν ἀνηκέσων, μέγα κράζων ἄφνης ϗ
ὀδυρόμεν@.

39 Ἠσχάλομεν οὖν ὥς τὸ εἰκὸς, ἐδυσφορῦμεν E
οἱ κηδεσᾶ, δέ@ γὰρ ἡμῖν ἐπῆει μὴ μένῃ διὰ
παντὸς ἄτω παραληρῶν, ϗ τὰς ῥῖνας ἂν διὰ
βίᾳ παράκοπ@. Οὐ γὰρ δήπως εἰς ἀγαθὸν ϗ τὰ
τῶν χοίρων ἀνελαμβάνομεν, τὰς ἀπαιτησαμένας
τ Κύριον ἐμβληθῆναι χοίροις δεινθυμήμενοι, τοὺς
ἡμῖν ἀρχῆθεν ἐπιβυλεύοντας δαίμονας, ϗ μάλιτα
μαθόντες ὡς διωχθέντες ὑπέστρεψαν οἱ χοῖροι, ϗ ὡς
ὐχ ἅπαξ ἐσιόντες τε ϗ ἐξιόντες, προσβάλλοντες
ὡσπερεὶ ϗ ἠθήμενοι, τελευταῖον δρασύτερον ἐπι-
τεθέντες καλέβαλον. Ὅτι δ' ὐ πόῤῥω τ ἀληθείας
ἐσοχαζόμεθα, αὐτὸς ὁ ταῦτα παθὼν, μετὰ τῶν
τῦ πάθυς ἀπαλλαγῶν, Σαφῶς ἡμῖν διεδήλωσεν.
Εἴρηκε ϗ γὰρ ὡς ἔδοξεν ἄνδρα ὁρᾶν, μέλανα τῶν
χροιὰν, ἄγριον τῶν ὄψιν, ὑπερμεγέθη τὸ Σῶμα, σχοί-
νοις περιϊσχημένυς τὺς σῦας, ἐφέλκονία τοῖς ἵπποις
ποσίν· ἐκφεύγειν τε τύτυς βιαζομένυς, πρὸς ϗ βίαν
ἀπαγομένυς, ἕως Συμποδισθέντ@ πεσὼν, ὑ μέμνη-
ται ὅτι ϗ πέπονθεν.

40 Ἐφ' ἱκαναῖς ὖν ἡμῖν ὕτω διαπορῦμενοι,
ὅπως τῦ ἀνυποίσυ παῖδυς αὐτὸν ἀπαλλάξαιμεν,
ὅπως ἑαυτὺς τ ἐπὶ τῷδε φρονίδος τὲ ϗ λύπης ἐλευ-
θερώσαιμεν· Ἀλλ' εἰς νῦν μόγις ἐβάλομεν τὰ τῆ F
Ἁγίᾳ καθεκάστω τερατυργύμενα, ϗ ὡς ἐκ ζάλης
εἰς λιμένα παραυτὰ καθορμίσθημεν, ϗ πρὸς τὸ
εὐθυμότερον εὐθὺς ἐπανέημεν, ϗ ὥσπερ ἑαυτῶν
ἐγεγόνειμεν, οἱ πρὸ μικρῦ σχεδὸν ἀνεσηκότες, καί
τινα τρόπον τῷ πεπονθότι Συμπάσχοντες. Πάντων
ὖν ἄλλων αὐτίκα ἠλογηκότες παρά γε τὴ Θρῷ τ Ἁγίας
γινόμεθα, ϗ ῥιπτοῦμεν ἐπ' ἐδάφυς αὐτὸν· ϗ ὁ νεω-
κόρ@ τῦ κιβωτῦ τ ἱερὸν ἀνενεγκὼν θησαυρὸν, τὸν
ζῶντα τῆς ἐνεργείας ὄντως νεκρὸν, ὅλῳ ὑπεκρίζει
τῷ Σώματι, κεφαλῆς αὐτῆς ἀπαρξάμεν@, χρίει
τε λαβὼν ἔλαιον τ φωταγωγῦ σαυρωειδῶς τῷδε τῷ
προσώπον, ϗ πρός γε στέρνα τε ϗ μετάφρενα. Καὶ,
ὦ θαυμασίων Θεοῦ! ὦ δόξης, ἧς ἀπήλαυσαν ψυχαὶ
μετὰ Σωμάτων ὑπεραθλήσασαι τῷ Θεοῦ, ψυχαὶ
καλὰ Θεὸν τοῖς Σώμασι Συμβιώσασαι· ὡς ὑδὲν
πεπονθὼς, ὡς ὅ ποτέ τι παραφθεγξάμεν@, ἤκει
ῥώμης εὖ ἔχων ϗ τῶν φρενῶν ἀπρόσκοπα ὁμιλῶν,
ϗ τῶν λεγομένων ὀρθῶς Σωτὴρ γινόμεν@· ἐῶ γὰρ
ὡς ϗ προκόπτειτο ἀπὸ τῦδε, ὐχ ἧττον ἢ τῇ ἡλικίᾳ
ψυχικοῖς τε ϗ Σωματικοῖς προτερήμασιν, ὁ θείας

Σαφῶς

A χρὸν, ὃν ἑαυτῷ τε γενόμθ⊙, καὶ ὅθεν ἦκέ μοι Cυνιδὼν ἡ βοήθεια, τῇ τ' Ἁγίας προσδεδραμήκειν Cρῷ, καὶ τῇ ταύτης περιφὺς εἰκόνι, καὶ συχνὰ ταύτων περιπυξάμθ⊙, ἐξῆλθον ὡς ὁρᾶτε τῷ ἐπ' ἐμοὶ δοξάζων θαυματουργήματ⊙, καὶ νυῶ ἡμέραν τέτ⊙αρες ἤδη ἐξ ὅτου πόλιν περινοστῶ, ἐλευθέρως ὅποι καὶ βύλομαι πορευόμθ⊙.

36 Ἀλλὰ μὴ δὲ τὰ ἐμὰ ὅτιπερ ἐμὰ παραληπτέον ἐμοί, ὡς μὴ καὶ αὐτὰ λήθης παραπεμφθεῖεν βυθῷ, κἀγὼ μέμψει δικαίᾳ καθυποβληθείην ἀχαριστίας, μὴ δὲ λόγῳ φιλῷ παραδῦναι προθυμηθείς, ἔπερ εὖ τοῖς ἔργοις ἐφθάνω παθών· περὶ δὲ τοῦ δευτέρου τ' λόγου ποιήσομαι πρότερον. Γαμβρὸς ἐμὸς ἐπὶ θυγατρὶ, τῆς εὐγενοῦς οὕτ⊙ καὶ περιβλέπτου, ἀδελφιδοῦς γὰρ τοῦ νυῦ εὐσεβῶς ἡμῶν βασιλεύοντ⊙, παῖς δὲ τοῦ τότε τ' Κολχίδ⊙ ἀρχὼ ἐκ τε πατέρων, πάππων, καὶ ἐπιπάππων κληρωσαμένη, τύτῳ γὰρ ἡ τοῦ προβεβασιλευκότ⊙ θυγάτηρ γάμου Cωαφθεῖσα, μήτηρ τοῦδε γεγένηται· ὅτ⊙ δὴ πρὸς ἑσπέραν τ' ἀνακλίρων ἥκει, καὶ τότε ἐπ' οἴκου Cὼ τοῖς περὶ αὐτὸν ἐπορεύετο· οἷα δὲ τὰ τῶν νέων ἔτι τότε ἡλικίαν, καὶ μάλιστα τῶν ἐφήβων, ὁποῖ⊙ οὗτ⊙ ἐτύγχανεν ὤν, ἐπηλαλήκεσαν οἱ ἐπῆλθεν, ἐφ' ᾧ γε διαχυθῶσι μικρόν. Τοὺς οὖν ἀμφ' αὐτὸν συχνᾶς καὶ ταῦτα κωλύοντας, καὶ τότε ἀωρίαν προϊσχομένους περιῆδεν, ὅλως τοῦ πρὸς θέλησιν γέγονε, τοῦτο μόνον σφίσιν ἐγκελευσάμθ⊙, Ἄπιτε, τοὺς Cῦας ἀπώσασθε, τ' γὰρ λεωφόρου πλησίον ἦσαν οὗτοι νεμόμενοι. Καὶ οἱ μὲν ὡς προσετάγησαν ἐποιήκεσαν, ὁ δ' εὐθὺς συχνὰ μυωπάζων ἐφέρετο, ἀλλ' ἐφέρετο ἕως οἱ ἀπελθέντες δίς τε Cυσταφέντες καὶ τρὶς, τοῖς τοῦ ἵππου ποσὶν ὤφθησαν κυλινδούμενοί τε καὶ Cυμποδίζοντες. Ὅ τε γὰρ ἵππ⊙ ὀξέως οἱ σύες περιεσκέλιζον, ἔργον ὥσπερ τοῦτο ποιούμενοι, πίπτων ἅμα καὶ ἐγειρόμθ⊙, τέλ⊙ ἐπῆν, ἀνήγερται πέπτωκε· καὶ ὁ ἀναβάτης ἐκτιναχθεὶς, καὶ ὥσπερ ἀποσφενδονηθεὶς, εὕρηται κείμθ⊙ παρευθὺς, ἄγχι πως τοῦ ἵππου πρώτης, μηδὲν ὅλως νεκροῦ διενδοιοχὼς, πλὴν ὅσον σφυγμὸς ἀμυδρὸς, καὶ πνεῦμα τοῖς περιεργαζομένοις λεπτὸν, τοῖς περιοῦσιν ἔτι Cυγκαλαλέγειν τοῦτον ὑπέβαλεν.

C 37 Οὐκ ἄπο ταὐτὰ τοῦ ἀνακλίρων ξυμβέβηκε, τόπ⊙ γὰρ ἐν ᾧ ὁ ὑτωσί πως Γυρολίμνη καλούμεν⊙· ἀλλ' οἷα δὴ τὰ τ' φήμης ἐν ἀκαρεῖ διαπεφήμισαι πανταχῇ, ὡς τέθνηκεν ὀδοῦσι ἱππηλατοῦ, καὶ οἱ μὲν, Ὢ τοῦ Cυμβάματ⊙! ὦ τ' δεινῆς ταύτης ἔλεγον Cυμφορᾶς! οἱ δ', Ὢ οἷον αὖφνης γέγονεν! ὦ οἷον ἀπροσδοκήτως Cωπέπτωκε! Καί μοι τίς ἐρίσατο δακρύων ὑπόπλε⊙, θέλων μὲν ἀγγεῖλαι τὸ γεγονὸς, τῷ δὲ φωνῷ οὐχ ἧττον τοῖς σπαγμοῖς ἢ τοῖς ἄθυμασιν ἐγκοπτόμθ⊙, ἐκ μόνης τ' τοῦ προσώπου καταφείας, καὶ τ' πρός με Cυμπαθείας, ᾗ ὑπεφαινεν ἐμοὶ γνωρίζων τῷ Cυμφορὰν ἐμοί γε, κἀγὼ διαταραχθεὶς, Τίνι τῶν ἐμῶν ξυμπέπτωκε τὸ δεινὸν, καὶ τίπερ ὃ πέπονθε; διεπυνθανόμην εὐθύς· καὶ ὅς, Ὁ Cὸς ἱππηλάτης γαμβρὸς, καί οἱ Cυμπέπτωκεν ὁ ἵππ⊙, καὶ εἰς ἔτι κεῖται, μηδέν τι λέγων, μηδενὸς αἰσθανόμθ⊙· ἤειν αὖθις τοῦ διηγουμένου, καί μοι παρὰ τὸν ὁδὸν ἰόντι, ἀλλ' ἢ τοῦτο μόνον ἠκούετο, Ὢ οἷον ἀκούσεται; ὦ οἷον ὁ κηδεστὴς τοῦδε θεάσεται; σπαγμοί τε τῆδε κακεῖσε, καὶ χειρῶν πάταγοι. Ἀλλ' ἐπείγων οὗπερ ὑπὸ κείμθ⊙, καὶ λαβόμθ⊙ τ' χεῖρός, καὶ περιδεὴς αὖθις τὰς ἀγκάλας,



tum, ita me ſanum exiliens reperi, ſtetique in pedes erectus, & modicum progreſſus ſum. Tum vero in meipſum regreſſus, & unde auxilium mihi veniſſet intelligens, ad Sanctæ ſepulcrum cucurri; & ſacræ ejus imagini affuſus, cum illam complexu frequenti ſtrinxiſſem, exivi ut videtis, miraculum in me factum celebrans. Quartus vero nunc dies eſt, ex quo urbem hanc omnem ſanus obambulo, & quocumque locorum fuerit libitum abſque impedimento pergo. A. CONST. ACROPOL. EX MS.

36 Sed quæ mea ſunt, tamquam ſi mea non eſſent, præterire non debeo; ne ſi profundo ea ſilentio obruam, ingratitudinis notæ ſubjiciar, quod nec ſermone quidem exili dignatus ea fuerim, in quibus opere benefico præventus ſum cum eſſem infirmus. Quod autem poſterius accidit, de eo prius ſermonem inſtituam. Gener mihi per filiam eſt nobilis atque illuſtris, utpote nepos ejus qui modo pie Imperium moderatur; illius vero filius, qui ex legitima parentum, avorum, & proavorum ſucceſſione Colchidis Principatum hereditate tenuit; quam enim hic Imperatoris defuncti filiam matrimonii lege ſibi conjunxit, hujus quo de loquor mater extitit. Hunc, cum ſub veſperam ex aula Imperatoria domum ſe cum ſuis referret, cupido ſubiit equo ſe exercendi, ineoque nonnihil ſe exhilarandi, quemadmodum frequenter ſolent ætatis iſtius juvenes, in prima præſertim pubertate, qualis ipſe erat. Eos autem qui circa ipſum erant, & multo magnoque conatu diſſadere id conabantur, intempeſtivum eſſe ſuggerentes, contemnens, in ſententia omnino permanſit; hoc tantum illis imperans, ut ſues, qui propter viam publicam paſcebantur, abigerent. Fecerunt illi ut juſſi erant: ipſe vero multimodis equum tentans ferebatur, donec ſcilicet ſues abactæ, ter quaterve redeuntes, ſub ipſis equi pedibus volutari cœperunt, eumque impedire. Equus enim, quoties ſub pedibus ejus verſabantur ſues, veluti de induſtria id agentes, cadens ſimul aſſurgenſque, tandem ita concidit, ut reſurgere nequiret; ſeſſor autem, excuſſus tamquam e funda, ſtatim humi jacuit pronus juxta equum, parum admodum diſtans à mortuo, niſi quod tenuis quidam arteriæ pulſus, à medicis deprehenſus, eum adhuc in vivis numerandum ſuggerebat. *Iuvenis nobilis, auctoris gener.* *equo lapſo*

37 Non longe à palatio hæc acciderunt, eo ſcilicet loco, qui Stagnum rotundum dicitur. Sed, quemadmodum ea ſolent quæ fama feruntur, repente ubique vulgatum fuit, obiiſſe ex infelici equitatione juvenem. Tum vero alii; O infelicem exclamant, caſum! ô infortunium! Alii; Quam, inquiunt, ſubito id accidit! quam inexpectato corruit! Ad me quoque è veſtigio quidam accurrit, lacrymarum plenus, & cupiens quidem id quod acciderat renuntiare, ſed voce non continuis minus ſingultibus quam multo anhelitu impedita, ex ſola demiſſi in terram vultus mœſtitia, & commiſerationis quem demonſtrabat affectu, triſte mihi quidpiam videbatur ſignificare. Atque ego non parum animo commotus, Cui, inquam, meorum & quid tandem infortunii accidit? Tuus, reſpondit, gener equo ferebatur, cum quo pariter in terram corruit; ac etiamnum infelix jacet abſque loquela & ſenſu. His narratis egredior domo: neque aliud audire per viam mihi contigit, quam, O quomodo id intelliget, quomodo videbit ſocer ejus! Hac illac gemitus & manuum complosiones audiebantur; cum ego ad locum ubi jacebat perveniens, manumque apprehendens & brachia circumdans; Quid pateris, ajebam, quid doles? cariſſime fili: age indica: *pro mortuo habitus.*

A. CONST. ACROPOL. EX MS.

lac per civitatem oberrabat. Ecce autem, ô rabiem dæmonis, omnium contra nos malorum auctoris! die quadam impletur tenebris & vertigine. Meridianum ſcilicet erat tempus, quando etiam David ait, non habitantibus in adjutorio Altiſſimi, & in Dei tabernaculo non commorantibus, dæmoniacas imaginationes ingruere. Cum igitur ſic agitaretur, & ratio ei non parum eſſet conturbata, derepente etiam contortis ita repertus fuit genibus, ut tibiæ femoribus adhærerent, & abortivis illis haud diſſimilis appareret, quos ad prætereuntium concitandam commiſerationem plateis expoſitos frequenter conſpicimus; quin etiam apoplecticus totus erat, nec plane intelligere poterat quid pateretur. Cum autem natura cogeret ad ea quibus aſſuevit, tunc ſatis cognoſcens quid mali eſſet (reptilis enim factus erat, qui eatenus ſolebat pedibus incedere) manibus æque ac pedibus utens, ſupra ſua ſe genua non promovebat, ſed protrahebat, eatenus ſaltem rationis compos, ut victum quæreret mendicato. Sic hac illacque repentem ſeque volutantem (nec enim aliter poterat) ad meas quoque ædes eum contigit devenire, mihique in conſpectum venire, non greſſu debilem, non claudicantem, ſed manifeſte repentem & gradientem ſupra pectus ac ventrem, ſecundum veterem maledictionem ſerpentis.

Pſalm. 90.

*cuicum ſtupore mentis adveniens contractio gradiendi facultatem abſtulerat,*

B

*quemque humi repëtem auctor ipſe viderat*

34 Non multi inde effluxerant dies, cum rurſus ad ædes noſtras idem ſe adoleſcens contulit, abſque omni impedimento omnique incommodo progrediens, utroque firmiter conſiſtens pede, & corpore in altum erecto, quemadmodum ſolent ii quibus omni ex parte abſoluta membrorum omnium conformatio obtigit. Prodigium hoc omnibus qui aderant non mediocre viſum eſt: ac alii confeſtim alios, ut fit, advocantes, ſuper adoleſcente illo multa ex invicem ſciſcitabantur: Nonne, inquiebant, ille hic eſt, qui non à multo tempore huc ad nos fuit delatus? Nonne idem ipſe ab heri & nudiustertius contracta habebat genua? Multum igitur dubitabamus, num vera eſſent quæ videbamus oculis; donec ego ipſe propius ad eum accedens, percunctari cœpi, qua tandem ratione, quove tempore pedum ſanitatem conſecutus eſſet. At ille; Non ita pridem, inquit, hinc ad littus egreſſus ſum, ut à prætereuntibus eleëmoſynæ aliquid rogando conſequerer; cum ecce è tranſeuntibus unus quiſquam (nec enim quis fuerit ſcio, qui ante numquam hominem videram, & deinde non conſpexi amplius) inſolitam mihi eleëmoſynam contulit; dum arreptum me atque in humeros ſuos ſublatum, depoſuit apud Sanctam: hoc quippe nomine beatam Theodoſiam appellari, in hac magna civitate fecit miraculorum multitudo: exiſtimo autem ſic etiam in aliis ubique urbibus nominari; ubique enim gratiam divinitus ſibi collatam explicat; quare etiam undique confluunt male habentes, & diſcedunt ſanitatis reſtitutionem conſecuti.

*ab homine ignoto delatus*

C

*ſupraque tumbam relictus,*

*mentis & corporis ſanitatem recipit.*

35 Itaque Sanctam quoque puer iſte vocans abſque proprio nomine. Super hujus, inquit, tumulum me ponens ille, & deſuper appenſæ lampadis oleo inungens, oravit & abiit. Ego vero derelictus, quid agerem neſciebam: nam neque progredi neque digredi inde poteram, ſed inutilis inſtar ponderis remanebam, omnibus ad vitam neceſſariis rebus deſtitutus miſer. Tres abierant dies, cum mihi quædam mentis concuſſio accidit, non qualis ante exiguum tempus ſuperveniens mihi genua contraxit, & vel ſola recordatione ſui horrorem mihi incutit; ſed animum implens tranquillitate, optimeque componens; unde, veluti ſi ſomnianti tantum oblatum fuiſſet pedum impedimen-

ἀνέκαθεν τῦ ἀρχεκάκυ πρὸς ἡμᾶς δυσμενείας! Σκότυ τε καὶ δίνης μιᾶς πληρῦται τὰ ἡμερῶν. Μεσημβρίας μὲν ὁ καιρὸς, ὅτε δὴ καὶ ὁ Θεῖος ἔφη Δαυὶδ, τοῖς μὴ καλοικῦσιν ἐν βοηθείᾳ τῦ ὑψίςυ, μὴ δ' ἐν τῇ σκέπῃ τῦ Θεοῦ αὐλιζομένοις, τὰ δαιμονιώδη συμπίπτειν φαντάσματα· πάθος οὖν οὕτω καὶ τὸ λογισμὸν ὅσον ἐπ' ὀλίγον σκοτωθὲν, τὰς ἰγνύας συνεσταμένας ἄφνως ἔσχον εὑρέθη, τοῖς μηροῖς τὰς κνήμας συμπεφηκύας, ὁποῖα τὰ ἐκ γενετῆς ἀμβλωμάτων συχνὰ παρὰ τὰς πλατείας ὁ πόλεως ἐρρίπτε, τὸν τῶν παριόντων ἔλεον ἐκδεχόμενα· ἀλλ' ἐμοὶ ὡς ἐπίπαν ἀπόπληκτον τὸ παιδάριον, καὶ μηδ' ὅτι πεπόνθει, σωῆναι τὸ παράπαν δυνάμενον. Ἐπεὶ δ' ἡ φύσις πρὸς ἅπερ ἔωθε καὶ μάλιςα ἀνάγκασε, τότ' ἔγνωκεν ἀκριβῶς οὐ κακῦ γέγονεν (ἑρπυσικὸν γὰρ κατέςη τὸ τέως βαδιςικὸν) χερσὶ μὲν ἴσα καὶ ποσὶ χρώμενον, τοῖς δὲ γόνασιν οὐχ ὅπως γε πρεσβᾶνον, ἀλλὰ συρόμενον, νῦν οὕτως ἔχων ὅπως πολῦ, τὰ πρὸς χρείας ἐξ αἰτήσεως πορίζόμενον. Ἕρπον τε τῇδε κἀκεῖσε καὶ κυλινδούμενον, ἡ τοιαύτη γε μόνη ἄλλη τύτυ, καὶ παρὰ τῶν ἐμῶν οἰκίαν γενέσθαι πεποίηκε, καί μοι πρὸς ὄψιν ἦλθεν, ὃ χωλεῦον, οὐκ ὀκλάζον, ἀλλὰ σαφῶς ἕρπον, κἀπὶ τῷ ςήθει καὶ τῇ κοιλίᾳ καὶ τῶν παλαιὰν ἐκείνων καλάρων τῦ ὄφεως πορευόμενον.

D

43 Ἀλλ' ὑ πάνυ γε συχνὰ παρῆλθον τ' ἡμερῶν, καὶ βαδίζων αὖθις πρὸς ἡμᾶς ὁ πᾶς γέγονε, βαίνων ἀπρόσκοπα, ἐπεί τε τοῖν ποδοῖν ἀμφοῖν σκηριπόμενος, καὶ ἰσάμενος ὀρθιος, ὥς γε δὴ πάντες οἱ διὰ πλάσεως εὖ ἔχοντες, τέρας τῦτο τοῖς προϊδῦσιν ἅπασιν ἔδοξε, καὶ ἄλλος ἄλλον εὐθὺς μεταλαβὼν ἤρετο, καὶ ἕτερος ἑτέρυ περὶ αὐτῷ ἐπυνθάνετο, Οὐχ οὗτος ἐκεῖνος, λέγων, ὁ πρὸ μικρῦ μεταφορητός; ὐχ οὗτος ὁ χθὲς ἔχων καὶ πρότριτα συγκεκαμμένα τὰ γόνατα; καὶ ἐπὶ πολύ πως διηπορύμεθα, εἰ ἐπαληθεύοντά εἰσιν ἡμῖν τὰ τ' ὄψεως, ἕως αὐτὸς ἐγω γε ἐγγύτερον ἀγαγὼν ὅπως τε ἠρώμην, καὶ πότε ὑγιεῖς οὕτω τοὺς πόδας ἐγένετο. Καὶ ὃς, ἐξῆλθον, ἔφη, τῶν ὧδε παρὰ τ' ἀγιαλὸν γέγονα, ὡς τῶν παριόντων αἰτοίμην ὡς τῦ παρ' αὐτῶν ἐλέυς τυγχάνοιμι· ἀλλά τις τῶν ὁδιτῶν, οὐκ οἶδ' ὅπως τις, ὃ γὰρ ἑώρακα πρότερον, ὃ μελὰ ταῦτα τῦτον τεθέαμαι, χαλεπώτερον ἐμοὶ πεποίηκεν ἔλεον, ἅρας με, καὶ γὰρ ἐπωμάδιον παρὰ τὼ Ἀγίαν φέρων καλέθετο, οὕτω γὰρ καλεῖσθαι τὼ μακαρίαν ταύτην Θεοδοσίαν ἡ τῶν θαυμάτων σωτήρια, παρά γε τῇ μεγαλοπόλῃ ταύτῃ πεποίηκεν, οἶμαι δὲ καὶ τῶν πόλεων πανταχῇ, πανταχῇ γὰρ ἁπλοῦν τὼ χάριν, ὅτι καὶ πανταχόθεν ξυῤῥέοντες οἱ κακῶς ἔχοντες, τῶν ἰάσεων ἐπανίασιν ἀπολαβόντες· τοίνυν καὶ ἀνωνύμως οὕτω τὸ παιδάριον ἀπεκάλεσεν.

E

35 Καὶ δή με ὑποθεὶς, ἔφη, τῇ ταύτης θρᾷ, ἐλαίῳ τε χρίσας τ' ἐπηωρημένης φωταγωγῦ ἤδιον εὔχετο, ἐγὼ δ' ὁ ἀπολειφθεὶς ὃν ἀμηχάνῳ γεγένημαι· ὃ γὰρ προβαίνειν ὅλως, ὃ μεταβαίνειν ἠδυνάμην, ἀλλ' ὥς τι παρερρίμμενον ἄχθος καὶ τ' πρὸς χρείαν ἑτερόμενον ὁ δείλαιος. Τρεῖς τῶν ἡμερῶν παρερρύησαν, καί μοι ζάλη τις περὶ τ' λογισμὸν γέγονεν, ὐχ οἵαπερ ἐκείνη ἡ πρὸ μικρῦ ξυμπεσῦσα, καὶ τὰ γόνατα παραρθρώσασα, φρίκω μοι καὶ μόνης ἀπὸ μνήμης ἐκείνης ποιᾶ, γαλκύης δὲ τῶν καρδίαν πληρῦσα, καὶ πρὸς τὸ εὔθυμον μεταβάλλυσα, ὅθεν καὶ ὡς ὂν ὕπνῳ πεπεδημένος ἅνω δόξας, ὑγιὴς ἀναδοθῶν εὖρημαι, ἕρπω τε ἐπὶ πόδας, καὶ προέβλω ἐπὶ μα-

χρὸν,

A γενόμδμον ὕμνοιὼ τὲ ϗ ἐδόξαζον. Ἡ μὲν γὰρ τῷ εἰς τρίτον οὐρανὸν ἀνελθόντι Παύλῳ, ϗ τὰ ἄῤῥητα μυηθέντι καὶηκολούθησε, διά τε πολλῆς ὅτι μυσαγωγίας πρὸς τὸ τῦ μαρτυρίυ στάδιον ἐπεδύσατο· ἡ δὲ οὐχ ὅπως διδασκάλῳ κατὰ Παύλον ἐχρήσαλο, ἀλλ' οὐ δὲ τῷ πολὺ μεῖ' ἐκῖνον· τὸ δέ γε μεῖζον, ὅτι ϗ συχνοῖς ἄγαν τῷ ὁμογνωμόνων δῆθεν πρὸς τοὐναντίον μεθελκομδύη, τῦ ὀρθροῦ περιέσχελο, ϗ ὑπερθανεῖν αὐτῦ εἵλελο. Καὶ ἡ μὲν ἐπὶ πράγματι τιὼ ἐνστάσιν ἐνεδείξατο, πας' ἅπαντι ὁμολογημδύῳ, τελείῳ τὲ ἅμα ϗ ἀτελεῖ, ἢδὲ ἐπ' ἀμφιβαλλομδύῳ συχνοῖς, ἀτελέσι λέγω, οἳ ϗ πλείυς ὥς φασι ϗ πολλὰς ὅτι τὰς ἀντιλογίας εὑρίσκυσιν, ὥφθη τε ἀπερίτρεπ⟨τ⟩, ϗ τὰ παραπήσια ἐνστᾶσα τῇ πρωτομάρτυρι τὰ ἴσα διεκαρτέρησε. Πόσον δὲ ἂν ἡγήσαντο ὅτι ϗ Σωάθλυς πλείας ποιήκε, ϗ πρὸς τ αὐτὸν ὑπὲρ Θεοῦ ζῆλον ἐπῆρε, ϗ τ ἄνω βασιλείας κληρονόμυς καλέσησεν. Ἀλλ' Ἄγγελοι μὲν οὕτωσί πως ἐχαιρον. Ὁσίων τε δῆμοι ϗ Μαρτύρων ἄλλοθεν ἄλλοι προσυπαντῶντες, ὡς τὸ εἰκὸς ἐδεξιῦντο τιὼ Ὁσίαν ἅμα ϗ Μάρτυρα, ϗ τ σφετέρας μοίρας ἑκάτεροι ποιῆσαι ταύτῃ ἐπόθουν ϗ ἰδιώσασθαι· Θεὸς δὲ ὑπὲρ οὗ ϗ δι' ὃν ἠγωνίσατο διαιτήσας ἀμφοῖν, τ ἀμωνίων ἀγαθῶν ἀμφοῖν Σωαπολαύειν ἐνδέδωκεν.

nato decantatos fuiſſe arbitror, quam tunc cum Protomartyris Theclæ *e* animam deduxere Angeli. Illa quidem Paulo in tertium uſque cælum rapto, & arcana non revelanda edocto, diſcipula adhæſit, à quo cum non pauca de rebus cæleſtibus didiciſſet, ad martyrii ſtadium alacriter decurrendum egregie profecto fuit inſtructa. Quid autem Theodoſia? non Paulum, Paulive ſimilem; aut etiam eorum unum qui diu ſane poſt Pauli tempora vixerunt, præceptorem nacta eſt: ſed quod pluris faciendum, cum plurimi *f* Chriſtianorum palam in contrariam partem traherent, rectam tamen viam tenuit, & pro veritate mori elegit. Illa conſtantiam tenuit ſuper re, imperfectis æque ac perfectis indubitata; Theodoſia, pro ea quæ à multis vocabatur in controverſiam, ab imperfectis ſcilicet, qui multas & magnas in contrarium rationes invenerant, ut ajebant, manſit inconcuſſa; in ceteris vero pari cum Protomartyre perſeverantia nihil quam illa minus egit fortiter. Illud porro quanti faciendum eſt, quod plures ejuſdem certaminis effecerit ſocias, quas ad ſimilem zelum pro Deo excitavit, ſuoque exemplo in cæleſtis regni hereditatem immiſit? Hoc ergo, modo lætabantur Angeli, Sanctorum vero & Martyrum turmæ, aliæ aliunde progredientes obviam, Sanctæ ſimul ac Martyri occurrebant, ut par erat, & ſuæ quique parti cupiebant propriam vindicare. Deus autem, cujus ope & cujus cauſa certaverat, cum utriſque converſans, fecit ut cum utriſque præmio perfrueretur æterno.

A. CONST. ACROPOL. EX MS. C *comparatur S. Thecla.*

B

E

## ANNOTATA.

a Anaxarchi Abderitæ, *cum juſſu Nicocreontis Cypri tyranni in ſaxeo mortario contunderetur, ea vox laudatur, à Laertio, Cicerone, Valerio*: Tunde, tunde Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non tundis.

b *De loco ſupra jam actum eſt.* Μάκελλον *autem, Latina licet vox ſit, etiam Paulus dixit,* 1 Cor. 10. Μακελλεῖον *alii; hinc* λεωμακέλλιον, Macellum publicum *apud Cedrenum.*

c Arictinum cornu *fuiſſe indicat auctor diſtichi in Synaxariis.*

d *Melius forte Ambroſianum Synaxarium,* καλὰ τὼ αὐχλῶα in cervice: *quis enim neſcit* vertebras *in cervice, non in gutture eſſe?*

e S. Thecla, *diſcipula S. Pauli, colitur* 23 *Septembr.*

f *Quia* τῶν ὁμογνωμόνων ejuſdem ſententiæ, *de fide circa Chriſtum dumtaxat intelligi hic debet,* Chriſtianorum *verti.*

## CAPUT V.

### *Miracula ad S. Theodoſiæ invocationem patrata.*

C Ἐν μὲν οὖν τοιαῦτά τοι τῇ Μακαρίᾳ τῇδε Σωιλώτηκεν, ὅσα γε ἐκ τῷ εἰκότων ἔστι σοχάσασθαι· τοὺς δὲ ἐπὶ γῆς εὑρισκομδύυς ἡμᾶς ϗ τὸ ἱερὸν αὐτῆς καὶέχοντας λείψανον, τί ποιεῖν ἔρα χρὴ, ϗ ὅπως δεῖ διακεῖσθαι, Σκοπήσωμδν, ϗ ταῦτ' ὀσημέραι τῷ θαυμάτων αὐτῆς ἀπολαβόντας, τοὺς τίως παρειμδύυς τιὼ ὁλομέλειαν τ σφῶν διαρτίας ὁρῶντας, αὖθις αὖ ἀπολαβόντας, χωροὺς ϗ ἀλάλυς, φωνῆντάς τε ϗ ἀκούοντας ἐρηδωίσθαι, πάντως τᾶς θαυματυργίαις εὐχαριτεῖν τῷ ἐφ' ἡμῖν τοιαῦτα διενεργῦντι Θεῷ, ϗ τιὼ δ' ἧς ταῦτ' ἐνεργούμεθά τιὼ δεδοξασμδνίων ταύτῃ ἐν οὐρανοῖς, ϗ οὕτω μεγάλα ἰσχύυσαν ἐπὶ τ γῆς, τὰ εἰκότα ϗ γεραίρειν ϗ εὐφημεῖν· πλεῖσα μὲν οὖν ἡ Ἁγία ὀσημέραι τερατυργεῖ, ἀλλ' οὗπερ αὐτόπτης ἐγενόμλν οὐκ ἀνήσω μὴ διηγήσασθαι.

32 Atque hujuſmodi ferme fuere ea quæ Sanctæ in cælo contigerunt, prout congrue conjectare licet; nos vero qui in terra poſiti ſacras ejus Reliquias feliciter poſſidemus, quid tandem facere, aut qua ratione affectos eſſe oportcat, conſideremus; præſertim cum tot ejus admiranda opera nullo non die experiamur; videamuſque homines, corporis uſu viribuſque deſtitutos, hactenus membrorum ſuorum rectam conſequi conformationem; ſurdos ac mutos, recuperato aurium & linguæ uſu, ob inſignia adeo miracula gaudio exultare, & Deo, qui tanta erga homines operatur, gratias exhibere; & illam propter cujus merita tantum beneficiorum accipimus, quæque tanta in cælo gloria, tanta in terris poteſtate pollet, debitis honorum & laudum titulis, ut par eſt, proſequi. Multa ſunt quidem quæ Sancta quotidie facit admiranda, ſed quæ ipſis hiſce ocuiis videre merui, non poſſum non enarrare.

F *Ad ſepulcrum Theodoſiæ miraculis clarum*

33 Παιδίον τιὼ ἡλικίαν ἤδη προσηβον ὄν, πατρὶς τῇδε τῷ περὶ τ Ῥυνδακὸν πολαμὸν μία κωμῶν, τ προενεγκούσης μέλανασὰν, τὸ δ' ὅπως λέγειν οὐ φορηλὸν, ἀσεβῶν τὰ κύκλω καλαδραμόντων Ἀγαρλωῶν, ϗ παρὰ τιὼ Κωνσανλίνυ γενόμδνον, τῇδε κἀκεῖσε τ πόλεως ἀλώμδνον ἰῶ, ἀλλ' ὦ τ

33 Puer quidam erat ætate ad pubertatis annos jam progreſſus, ex eorum pagorum uno aliquo, qui in Phrygia ad fluvium *a* Rhyndacum ſunt, oriundus, ſed à patrio ſolo peregrinus. Hic, quod dictu abominabile, vagorum Agarenorum impietatem ſectabatur, & Conſtantinopolim adveniens, hac il-

a *adoleſcens vagus,*

A. CONST. ACROPOL. EX MS.

becillis sexu, pœnitentiis exhausta, corpore verberibus sic lacerato, atque ut ita dicam discerpto, talia inter medios cruciatus sentire & profari? Equidem sic existimo, divinam Theodosiam, Machabæorum exemplo, corporearum omnium affectionum dominam constituisse rationem, vere invictam, vere insuperabilem. Ceterum, ut tam fortiter tamque constanter cruciatus peracerbos ab ea sustineri viderunt qui eos inferebant, partim quidem quod à femina victi seipsos erubescerent, partim contra suam ipsorum pravitatem agentes, & in rabiem quodammodo acti, quod tunc unum superarat, in carcerem amandatam carceralibus tradunt ærumnis, ita eam fatigare volentes, & regiæ tandem subjicere voluntati.

*In carcerem data,*

*& paulo post morti adjudicata,*

29 Non paucis deinde elapsis diebus, cum de ea iterum periculum facerent, eamdemque sicut ante persistere invenirent, ac ejusdem cognoscerent manere sententiæ, mortem ejus decernunt. Mox alii manibus eam accipientes, alii per capitis velum trahentes, aliis alii corporis membris eam raptantes, velut pecus quoddam, ducebant ad lanienam innocentem Dei buculam, ejusdem stabuli & pascui consortem, neque ab eis divelli unquam se passam. Non deerant interim qui eam percuterent, & inclementer verberarent; nam ceteros qui eam convitiis, è pleno (ut dicitur) plaustro petitis, onerabant omitto dicere. Postquam autem eo venerunt, ubi decreverant finem facere iis quæ intendebant; decreverant autem id facere in macello *b*, ut tamquam ovis jugularetur aut veluti jumentum mactaretur, tam ad contumeliam ipsius, quam ad aliorum idem cum ipsa sentientium irrisionem; postquam, ut dixi, pervenere quo volebant, carnificum nonnemo novum quiddam & insolitum excogitavit: illam enim quæ capitis abscissione aut machæræ impulsu peragitur, mortem acerbam quidem accidere, attamen tolerabilem arbitrabatur. Arrepto itaque quod in via publica forte offerebatur *c* cornu, Virginem sanctam prosternit solo; & crinibus eam corripiens, magna vi in jugulum *d* cornu impellit, & diffractis quæ deinde occurrunt vertebris, acerbissimo cum doloris sensu spiritum Martyri vitamque ademit.

B

b *ad macellum pertrahitur & jugulatur.*

c

d

*Quæ in cælos gloriose vecta,*

30 Atque hi quidem ea qua dictum est ratione furorem suum expleverunt, Theodosia vero votis ac desideriis suis omnino potita est. Cælestium quippe geniorum præcedentium subsequentiumque comitatu stipata, non sine insigni laudum præconio, è terris in cælum deducta fuit. Dum autem ascenderet, poterat ad Principatus & Potestates sic fidenter loqui; Exaltatum est cornu meum in Deo meo; illo quippe propitio, inimicos meos ventilavi cornu; & ecce nunc ad eum proficiscor, ipsummet qui pro me factus est homo, velamine amoto adoratura, & Matris ejus sanctissimæ fruitura conspectu, ac salutatura ceteras quæ vel pro Christo passæ sunt vel secundum ejus præcepta vixere, & ex earum conversatione non exiguum captura gaudium. Abeo, inquiebat, earum Imaginum, quas religioso semper cultu venerata sum, ipsamet conspectura prototypa. Discedite à me igitur omnes qui operamini iniquitatem. Hoc itaque modo Theodosiæ res sese habuere, hac ratione in cælos evasit. Nunc autem, qui illam præcedebant, qui comitabantur, quique subsequebantur Angeli, quid fecisse aut quibus incessisse modis arbitramur? Etenim si super uno peccatore pœnitentiam agente, quemadmodum ipsemet Dominus testatus est, tantum ipsis sit gaudium; quanta eos lætitia, quanto gaudio dicemus fuisse repletos, ob eam quæ à primis vitæ suæ annis ei placuit per mandatorum ejus observationem?

C

*plaudentibus Angelis,* Luc. 15. 7

ὡς εἶδον οὕτω γενναίως τὰς βασάνους, οὕτω καρτερῶς φέρουσαν, τοῦτο μὲν γυναικὸς ἡττώμενοι καὶ τὴν ἡτταν ἐπαισχυνόμενοι, τοῦτο δὲ τὸ σφῶν αὐτῶν κακοδοξίας ἀντιποιούμενοι καὶ οἷον ἐκθηριούμενοι, τόγε νῦν εἶναι, φρουρᾷ παραπέμπουσι, καὶ τοῖς τὸ φρουρᾶς παραδιδοῦσι δεινοῖς, κάμψαι ταύτην οὕτω βουλόμενοι, καὶ τῷ βασιλείῳ καθυποτάξαι βουλήματι.

D

29 Ὡς δὲ τῶν ἡμερῶν οὐκ ὀλίγαι παρεληλύθεσαν, καὶ πεῖραν αὐτῆς ποιησάμενοι ἐπὶ τὸν αὐτὸν αὖθις εὗρον, τὸν αὐτὸν αὖθις ἀνέγνωσαν, καταδικάζουσιν αὐτῆς θάνατον. Ἐνθέν τοι καὶ οἱ μὲν τῶν χειρῶν ταύτης λαβόμενοι, οἱ δὲ τῆς τῆς κεφαλῆς καλύπτρας δραξάμενοι, ἄλλοι δ' ἄλλου μέρους τῷ Σώματι εἷλκον, καὶ ὡς βόσκημα ἦγον ἐπὶ σφαγὴν τὸν ἀπειρόκακον ὡς ἀληθῶς Θεοῦ δάμαλιν, καὶ τὸ αὐτῆς νομῆς τε καὶ μάνδρας ἀνθελκομένου, καὶ μὴ μέλασιν τὸ παράπαν αὐτῆς ἀνεχομένου. Εἰσὶ δ' οἳ ἔτυπτον καὶ τῷ μέλαξυ καὶ ἀνηλεῶς ἔτυπτον, τοὺς γὰρ ὕβρεσι πλουσίας καὶ ὡς δὴ ἀμάξης ὅ φασι διαλοιδορουμένους παρίημι. Ἀλλ' ἐπείπερ ἔφθασαν ὅποι δὴ τέλος δοιῶν προύκειτο τοῖς κατὰ σκοπὸν (καὶ μαχέλλῳ δ' αὐτοῖς προύκειτο, ἵν' ὡς ἀμνάδα παραδῶσι σφαγῇ, καὶ ὡς ἔν τι τῶν κλιτῶν κλείνωσιν, ἅμα μὲν εἰς χλεύην τε μακαρίας, ἅμα δὲ καὶ τῶν ὁμορρόνων ταύτῃ καλάγελων) ἀλλ' ὡς ὅποι δὴ καὶ βούλοιντο παραγένοιντο, τῶν τις δημίων χαυνότερόν τι διενοήσατο· τὸν μὲν γὰρ διὰ τοῦ ξίφους τομὴν, σικρὰν μὲν καὶ ἄλλως ὀδυνηράν, ἀλλ' οὖν φορητὸν δήπως ἡγήσατο, καὶ τὸν διὰ μαχαίρας ὡσαύτως. Κέρας οὖν τῶν παρευρεθέντων λαβὼν, εἰς γῆν τε τὸν Ἅγιαν καταβαλὼν, καὶ τὸ κόμης πρὸς ἑαυτὸν ἀνακλάσας, διὰ τοῦ γαργαρεῶνος ὠθεῖ, καὶ τοὺς σπονδύλους τούτῳ διαλεμὼν, σικρότατα τὸ πνοῆς αὐτὸν ἀφαιρεῖται σωμάτων καὶ τὸ ζωῆς.

E

30 Καὶ οἱ μὲν οὕτω τὰ καλὰ θυμὸν ἔπλησαν, ἡ δ' εὐθὺς τῶν καθ' ἑαυτὴν ἔτυχε· παραπομποὺς γὰρ Ἀγγέλους εὑρήκει καὶ προπομποὺς, οἳ καὶ προηγοῦντο ταύτης, καὶ μεθ' εὐφημίας παρέπεμπον, καὶ εἰς οὐρανὸν ἐκ γῆς μεταβίβαζον. Τάχα δ' ἂν ἀναγομένη τοιαῦτα τὰ πρὸς τὰς Ἀρχὰς, πρὸς τὰς Ἐξουσίας μετὰ παῤῥησίας ἐφθέγγετο, Ὑψώθη χέρας μου ἐν Θεῷ μου. Ἐν γὰρ αὐτῷ τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς ἐκεράτισα, καὶ νῦν ἰδοὺ πρὸς αὐτὸν ἄπειμι, αὐτὸν ἀμέσως τὸ δι' ἐμὲ γεγονότα καθ' ἐμὲ προσκυνήσασα, τὸ τὸ θεομήτορος θέας ἀπαπολαύσουσα, τὰς διὰ Χριστὸν ἀθλήσασας, τὰς βιωσάσας ἄλλως καὶ Χριστὸν ἀσπασομένη, καὶ τὸ σφῶν ὁμιλίας καθατρυφήσουσα, εἴπω Σωτῆρα, τῶν τέως μοι προσκυνητῶν τύπων ὀφομένη νῦν ἀπέρχομαι τὰ πρωτότυπα· ἀπὸ γοῦν ἐμοῦ οἱ πονηρευόμενοι πάντες ἀπόστητε. Ἀλλ' ἡ μὲν οὕτως εἶχεν, οὕτως ἀνήρχετο. Οἱ δέ γε ταύτης προπορευόμενοι, παρεπόμενοί τε καὶ Σωτερπόμενοι τί ἂν ἐποίουν, καὶ ὅπως διέκειντο; εἰ γὰρ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, ὡς ὁ Κύριος αὐτὸς εἴρηκε, χαρὰ γίνεται, πόσης ἂν ἐπὶ τῇ ἐκ παιδὸς εὐθὺς εὐαρεστησάσῃ τὸν τοῦτον δεσμὸν χαρᾶς τε καὶ θυμηδίας ἐπλήσθησαν;

F

31 Ἔγωγε οἶμαι ὡς οὐκ ἦσον ἢ ὅτε τὸν τῆς πρωτομάρτυρος παρέπεμπον Θέκλης ψυχὴν, καὶ ἐχρότουν καὶ ἐχαιρον, καὶ τὸ ἄνθρωπον ὑπὲρ ἀνθρώπων γενό-

31 Ad me quod attinet, non minori illam plausu lætitiaque exceptam, nec pauciores laudum ac gratiarum hymnos Deo propter hominem humanato

ἐκτησομένῳ οὐδέποτε· οὐ γὰρ μέ τις πλήσει, τὴν ἀποκλεῖναι μὲν τὸ Σῶμα δυναμένων, λυμήνασθαι δὲ μηδοπωσοῦν ἰσχυόντων μου τῇ ψυχῇ, ὡς ὁ τῷ ψυχῷ συὸς τῷ Σώματι δυνάμενος ἀπολέσαι, ἅτε δημιουργὸς ὢν ἀμφοῖν καὶ δεσπότης ὑπέθετο.

26 Πῶς οἴεσθε ταῦτ' ἀκούσαντες διεῖλθησαν· πῶς οἱ τῷ ὀργῷ ἐκ τοῦ βασιλέως κράτους αὐχοῦντες, τῷ τοσαύτῳ σφῶν περιφρονήσει ὠΐγκων; βέλει καλά τινι τῷ καρδίαν ἐβλήθησαν, τοίνυν καὶ συνεχύθησαν τῷ θυμῷ, καὶ ἐκμανεῖς ἐγεγόνεισαν, κἀκ τοῦ ἔργου, τοῦτο παρέσησαν· οὐ γὰρ ὅτι γυνὴ, οὐδὲ ὅτι τὸ βίον ὁσίως τε καὶ ἀμέμπτως διῴυσεν, εἰς νοῦν ὅλως ἔβαλον, ἀλλ' ὡσεί τινα λῃστὴν, ὡσεί τινα κακοῦργον, ἢ καί τι τῶν ἀπωλεστάτων ἄλλως γυναίων ῥιπτοῦσι καλὰ γῆς, μαστίζουσιν ἀπλῶς. Ἀλλ' οἱ μὲν ἔτυπτον, καὶ ὅση γε ἰσχὺς ἔτυπτον, ἡ δὲ εἰς οὐρανὸν τὰ νῶν ἀναλέπασα, καὶ ὅλη γενομένη τοῦ χρείττονος, εὖγε τῆς θάρσους! εὖγε τῆς εἰς Θεὸν πεποιθήσεως! ὑπέρευγε ταύτης τῆς γενναιότητος! ὑπέφαλλε κειμένη· Κύριος ἀντιλήπτωρ μου καὶ καταφυγή μου, καὶ ῥυστής μου· ὁ Θεός μου βοηθός μου, κέρας σωτηρίας μου, καὶ ἀντιλήπτωρ μου, ὃν ἐπικαλουμένη σωθήσομαι, καὶ τεῖχος· ἐν αὐτῷ ὑπερβήσομαι τὸ τῆς κακοδοξίας τοῦτο διάφραγμα, ὃ διατειχίζει μὲν Θεῷ, διατειχίζει δὲ καὶ τῆς ἀφράστου ἐκείνης καὶ ἀπήκτου μακαριότητος.

27 Ἦν οὖν ἰδεῖν αἱμάτων ἐκ διαφόρων τοῦ Σώματος μερῶν προχεομένους χρωτοὺς, ἔδαφος φοινισσόμενον, κέρματα Σαρκῶν ἄλλοθεν ἄλλα διασκεδαννύμενα, Σῶμα καθάπαξ κατατεθλιμμένον, Σῶμα κατατεθλιμμένον, καὶ πρὸ τῆς φθορᾶς μικροῦ φάναι διαφθαρὲν, ψυχῇ δὲ ἀπαθεῖ, καὶ ὅλως οὐρανοβάμονα· τῷ γάρ τοι κεφαλῇ ἡ μακαρία διάρασα, Τύπτετε ὡς ἰσχὺς ὑμῖν ἔφη, τύπτετε, ἐμὲ γὰρ εὖ ἴσε, τῆς προθέσεως οὐδόλως ἐκστήσεσθε, οὐ δὲ τοῖς ὑμετέροις θελήμασιν ὑποκλίναι δυνήσεσθε. Ἆρ' οὐκ ἐμφιλοσοφώταλα τὸ τοῦ Ἀναξάρχου διενοήσαλο; ἆρ' οὐ κρεῖττον ἐκείνου, τοῦ ἐπὶ γενναιότητι διαβοήτου, τοῦ τῷ Θρίαν πολυθρυλλήτου τὸ Σῶμα περιπεφρόνηκεν; εἰ γὰρ καὶ μὴ θύλακον ἔφησεν, ἀλλ' ἐνόμισε καὶ τοῦ μηδενὸς ἐτίμησε, κρεῖττον ὅλως ἐκείνου καὶ ἐφιλοσόφησε καὶ ἠνδρίσαλο. Ὁ μὲν γὰρ ἐπ' ὀλίγον ἐμανίχθη, καὶ ὡς ἐν θεάτρῳ τοῖς παραλυχοῦσιν ἐμφανίζεσθαι ἤθελε, καὶ τῷ παρ' ἀνθρώπων δόξαν ἑκαστέρει θηρώμενος, οἵ τε γὰρ ὁρῶντες σιζόμενον, καὶ ταῖς σίξεσιν οὐ καλαχαμπόμενον ἐτεθήπεσαν, καὶ οἱ μανίζοντες παραυτὰ μεταβληθέντες ἐθαύμαζον· τῷ δὲ γε μακαρίαν ταύτην οἱ τύπτοντες Σωμάτα καὶ οἱ τυπτομένῳ θεώμενοι, οὐχ ὅτι γε σὺν ἠλέουν, ἀλλὰ καὶ ἐμίσουν ἐκ ψυχῆς, καὶ ἐλοιδοροῦντο ταύτῃ τῆς ἀπονοίας, καὶ ἐταλάνιζον.

28 Οὕτως μετὰ τοῦ τῆς ὑπερφυοῦς Θεοῦ σαρκώσεως, καθιερεῖν τὰ ὑπὲρ φύσιν τοῖς ὑπὸ φύσιν κεχάρισται, καὶ καλὰ λόγον ὅλως. Ὁ γὰρ ὑπὲρ φύσιν Θεὸς, καὶ τῆς φύσεως δημιουργὸς, ὑπὲρ φύσιν τε γεγονὼς, καὶ τὰ ὑπὲρ φύσιν ἐνηργηκὼς, φέρειν τῇ φύσει τὰ ὑπὲρ αὐτὸν ἐχαρίσατο, ὁποῖά γε κἂν τῇ μακαρίᾳ ταύτῃ τετέλεσαι· καὶ πῶς γὰρ ἄλλως ἴσχυσεν ἂν γυναῖον ἁπαλὸν τῇ φύσει, ἐλαχὺ τῇ ἀσκήσει, τὰς Σάρκας οὕτω κατασιχθὲν, καὶ ὡς εἰπεῖν διασπαραχθὲν, τοιαῦτα φιλοσοφεῖν ἐν τοῖς πάθεσιν, ὅλως αὐτοκράτορα τοῦ παθεῖν τὸν λογισμὸν κατὰ τοὺς πάλαι Μακκαβαίους παρέσησεν, ὅλως ἀήττητον, ὅλως ἀκαλαγώνιστον. Πλὴν, ἀλλ'

A

B

C

me ab ea quam nunc habeo mente diſceſſuram nunquam. Nec ſane quiſquam me terruerit eorum, qui corpus quidem iſtud occidere poſſunt, animæ autem meæ moleſtiam ullam afferre non poſſunt, quemadmodum poteſt is qui animam una perdere valet cum corpore, quia tam hujus quam illius factor eſt & creator. A. CONST. ACROPOL. EX MS. *rurſumque propoſiti firmitatem profeſſa,*

26 Qua ratione affectos fuiſſe putatis hæc audientes? Quo modo tantum ſui ipſorum contemptum excepiſſe eos, qui ob datam ſibi à crudeli Imperatore poteſtatem, tollebant ſupercilium? Transfigebatur cor eorum velut jaculo quodam, & toti confundebantur præ furore, efficiebanturque rabidi, & per iracundiam agebant omnia. Non enim omnino in mentem ſibi venire patiebantur, aut quod mulier eſſet, aut quod adeo religioſe inculpateque vixiſſet; ſed, veluti maleficam & feminarum omnium ultimam nequiſſimamque, ſolo afflixerunt & inclementer flagellarunt. Verberabant illi, & verberabant viribus totis; ipſa vero mente in cælum defixa, & majora melioraque omnia cogitans (ô inſignem animi fortitudinem! ô præclaram in Deum fiduciam! ô numquam ſatis laudandam generoſitatem!) in terram licet proſtrata, hæc è Pſalmis ſuaviter concinebat: Dominus firmamentum meum & refugium meum, & liberator meus. Deus meus, auxiliator meus, cornu ſalutis meæ, & ſuſceptor meus, quem invocans ſalva ero. In ipſo tranſgrediar murum; murum, inquam, perverſitatis hujus, qui ſeparat à Deo atque ab æterna ineffabilique in cælis beatitudine. *immaniter flagellatur;* Pſ. 70. 3. E Pſ. 17. 3. Pſ. 17. 30.

27 Cernere igitur erat, rivos quaſi ſanguinis è variis virginei corpuſculi partibus profluentes, ſolum purpuratum, carnium fruſta alio alia loco ſparſa, corpus prorſus lacerum, corpus diſſolutum, & ante mortem quaſi præmortuum; cum anima interim perturbationis expers in ipſo quodammodo cælo verſari videretur. Etenim ſublato aliquantiſper capite; Verberate, inquiebat, quantum poteſtis, quin etiam cunctas in verba afferte vires; noſtis enim, à priſtina mentis ſententia nullo me modo dimovendam; nec veſtris umquam deſideriis me ſubjicere poteritis. Nonne ergo quod in Anaxarcho a Philoſopho fuit præclariſſimum inſigniter tenuit? nonne melius quam ille, ob nobilitatem celebris, & ob ſapientiam clariſſimus, corpus ſuum contempſit? Si enim femina exiſtens molle nihil, nihil ſenſit aut dixit femineum, nec reverita eſt quemquam; ſublimius profecto quam ille philoſophata eſt, & generoſius egit. Hic videlicet exiguo ſolum tempore verberibus contuſus, ſpectatoribus geſtiit quemadmodum in theatro conſpicuus eſſet; & hominum tantummodo laudem conſectatus, fortiter fecit; cum ſcilicet præſentes obſtupeſcerent hominem, ſub ipſa contuſione nequidem ſeſe torquentem in latus, ipſique qui eum contundebant commotis animis eumdem demirarentur. Beatam vero hanc, tam qui cædebant, quam qui cæſam ſpectabant, non modo non miſerabantur, ſed infenſiſſimo quoque proſequebantur odio; & dementiam ei objectabant, propter quam eam putabant infelicem. *a tanto quam Anaxarchus Philoſophus dignior laude* F *quod nemo ea dignam putabat;*

28 Revera poſt illam Dei ſupra naturam omnem poſiti incarnationem, iis quoque qui ſub natura ſunt ſupra naturam agere multa & pati conceſſum fuit. Neque id immerito; quippe natura omni ſuperior, naturæque effector Deus; & præter naturæ leges natus homo, multaque ſupra ejus vires efficere valens; naturæ quoque dedit nonnulla ſupra vires perpeti, quemadmodum in hac Beata fecit. Quo enim modo valeret femina, imbecillis *& diſcerpatur;* *quamvis ſupra naturam patere-tur.*

A.CONST. ACROPOL. EX MS.

genti ad hæc verba furore impletus Tyrannus: Inſanas, exclamat, mulieres è conſpectu meo quantocius abripite, aut potius, ut merentur, crudeli morte perimite, ut ſi quæ iſtius adhuc fortaſsis ſunt dementiæ, ſimilia perpetrare exhorreſcant.

βίᾳ τὰ κάκιστα ποιήσατε γυναῖκα, βιαίῳ θανάτῳ παράδοτε, ὡς ἂν αὐτῇ τῆς αὐτῆς ἀπονοίας, μὴ δὲ λοιποῦ καταπολμᾶεν τὰ παραπλήσια. D

## ANNOTATA.

a De Chalce *jam pluribus dictum ſupra.*

b Securigeri *ſcilicet præcedebant, ſequebantur* Spatharii. *Sed quomodo in ordine Stipatorum regiorum ſecundum locum tenuiſſe Spatharios indicat ἡ κλῆσις? Suſpicor non tam* nomen *indicari, cui ejuſmodi notio haudquaquam per ſe conjuncta eſt; quam* matriculam Palatii, *ſeu* nomenclaturam *Officiorum, qualis paſſim in manibus erat, indicabatque officii cujuſque ordinem, obſervandum quoties in publicum progrediebatur Imperator, in iis quos παρεκένσεις vocabant, nos* Proceſſiones *diceremus.*

c *Coluntur,* S.Barbara 4 *Decembris,* S.Irene 5 *Maji,* S.Marina, *Latinis* Margarita, 20 *Iulii: quas CP. præcipuam venerationem habuiſſe, alibi docuimus.*

## CAPUT IV.

*S.Theodoſiæ poſt ſociarum necem crudele martyrium & gloria in cælis.*

B *Ceteris mactatis*

23 TAlia cum dixiſſet tyrannus, continuo miniſtri ejus, tamquam ignis ligna corripiens, Sanctam auferunt à conſpectu ipſius; & ceteras pariter cum ea abducunt, trahunt per crines, maxillas percutiunt, per plateas raptant inſolenter. Atque has quidem abſque mora crudeliter trucidant, venerandaſque revera victimas, religionis cauſa mactatas, Numini ſupremo ſiſtunt homines nefarii, poſtremæ condemnationis in ultimo mundi tempore, non ſine inſigni ſuo pudore, futuri rei: Beatam vero Theodoſiam, de qua plurimus Regi fuerat ſermo, ad alteram ſervantes quæſtionem, iterum cum ea loqui cœperunt; & quamobrem pertinaciter adeo iis quæ imperabantur contradiceret, percunctari.

23 Καὶ ὁ μὲν ταῦτ' ἔφη. Οἱ δ' εὐθὺς, ὥσπερ ὕλης ξηρᾶς δραξάμενον, τῷ τε ἁγίαν μεθιστᾶσι καὶ τὰς σὺν αὐτῇ συναπάγουσι, τῇ τριχῶν ἕλκοντες, κατὰ παρειῶν τύπτοντες, διὰ πλατειῶν σύροντες. Ἀλλὰ τὰς μὲν ἄλλας εὐθὺς σφάττουσι, καὶ θύματα ταύτας τίμια τῷ ὄντι γε τῷ Σεβάσμια προσιώμεναν τῷ Θεῷ, οἱ, τῆς ἐσχάτης πρὸς τῇ ἀνυπερβλήτῳ ἀσχημοσύνῃ καὶ δίκης ἐσχάτῳ καὶ ὑπεύθυνοι· τὴν δέ γε μακαρίαν ταύτην Θεοδοσίαν, ἧς περὶ καὶ τῷ Βασιλεῖ λόγος ὅτι πολὺς ἦν, ἐς δευτέραν ἐταμίευσαν τὴν ἀνάκρισιν, καὶ ἐς λόγους αὖθις ἦλθον αὐτῇ, καὶ ὑπὲρ ὅτου τοσαύτην ποιεῖται τὴν ἔνστασιν, πυνθάνεσθαι ἤθελον. E

*iterum interrogata Theodoſia pro imaginibus loquitur:*

C

24 At vero beata Martyr, ſumma ſapientia ſummaque animi fortitudine ita eos eſt allocuta: Ego quoque id, ô boni, ex vobis quæro, quid tandem eſſe poſsit in cauſa, cur ad cruciatus & mortem me deſignetis? An propterea quod religioſe venerari ſtuduerim ejus imaginem, qui cum Deus eſſet, propter me, natus eſt homo, ſimilis mei? aut ejus qui Deum & hominem abſque ulla virginitatis ſuæ labe peperit? aut eorum qui Salvatoris adventum mundo univerſo annuntiarunt? aut denique eorum qui ſuum pro Chriſti doctrina fuderunt ſanguinem, quique alia etiam ratione divinam ſibi amicitiam conciliare ſunt conati? Quomodo vero non optima cum ratione ſtultam me dicerent & inſanam, ſi veſtra profecto deliria ego etiam delirare in animum inducerem? aut ab iis perſuaderi mihi ſinerem, qui ad abſurda adeo pertrahere me conantur? Id autem qua tandem ratione valeam tolerare, quod ſacræ & venerandæ Imagines odio vobis ſint & ludibrio, & pro idolis habeantur. Idola certe novimus eſſe ſimulacra rerum non ſubſiſtentium, & ſolerti induſtria repræſentatarum figmenta: quorum prototypa cum vera non ſint, neque per ſeſe æſtimationis ullius aut pretii, conſequens eſt, ut ipſæ imagines nihilo majori veneratione ſint dignæ.

24 Καὶ ἡ μάλα σωτῆς, μάλα γενναίως πρὸς αὐτοὺς ἔφησεν· Ἀλλ' ὑμεῖς γε ὦ λῶστοι πυνθάνομαι, τίνος με ἕνεκα καταδικάζετε θάνατον, ὅτε προσκυνεῖν ἐθέλω τὴν εἰκόνα τοῦ δι' ἐμὲ κατ' ἐμὲ γεγονότος Θεοῦ; πρὸς δέ γε τοῦ ἀχράντως τοῦτον τεκούσης; τοῦ κηρυξάντων αὐτὸν ἐν τοῖς πέρασι; τοῦ ὑπεραθλησάντων αὐτοῦ; τοῦ ἄλλος εὑρεσησάντων αὐτῷ; Καὶ πῶς οὐκ ἔξω γενοίμην νοῦ καὶ φρενῶν, τοῖς αὐτόχρημα παραπλῆξιν ὑμῖν συμφρονήσασα, ἢ καθάπαξ πεισθεῖσα, τοιαῦτα καταναγκάζουσι. Πῶς δ' ἀνασχοίμην, τὰς θείας καὶ σεπτὰς εἰκόνας χλευαζόντων ὑμῶν, καὶ καλούντων αὐτὰς εἴδωλα; Τὰ γὰρ εἴδωλα ἀνυποστάτων καὶ φιλῇ διατυπωμένων ἐπινοίᾳ πλάσματά τε καὶ εἰκάσματα διεγνώκαμεν, οὐ δ' ἀληθῆ τὰ πρωτότυπα καὶ τίμια καθ' αὐτὰ καὶ σεβάσμια, τῆς αὐτῆς καὶ αἱ εἰκόνες ἐκ τοῦ εἰκότος τιμῆς καθεσήκασιν ἄξια. F

*verberibus atrociter excipitur.*

25 Ut igitur verbis nihil contra eam effici poſſe cognoverunt, quam tanta animi firmitate reſpondentem, tamque ſapienter errores confutantem audiverant, immaniter eam cædere cœperunt; quodque oratione perſuadere non valuerant, verberum atrocitate extorquere ſunt aggreſſi. Sed quod intenderant non modo non ſunt conſecuti, verum etiam omni prorſus exciderunt ſpe, quæ paululum eos decipiens, probavit eſſe, ut ait ille, ſtultiſſimos virorū. Illi enim verberantes inſtruebant & dirige-

Prov. 30.2

25 Ὡς οὖν ἔγνωσαν οὐ λόγοις πεῖσαι ταύτην δυνάμενοι, οὕτω τοι σεβασμίως ἀποκρινομένην ὁρῶντες καὶ σωτῆς αὐτὴν περιτρέπουσαν, ἀνηλεῶς μαστίζειν προσήχθησαν, καὶ ὃ μὴ φθάσειν δυνηθέντες πεδοῖ, βίᾳ κατισχύσαι διενοήθησαν. Ἀλλ' ἀπέτυχον τοῦ σκοποῦ, ἀλλὰ διήμαρτον τῆς ἐλπίδος· πρὸς μὲν γὰρ μικρὸν αὐτὴ θέλξασα, βροτοῦ φρονεσάτως, κατὰ τὸ εἰπόντα, διήλεγξεν· οἱ μὲν γὰρ τοὺς τύπτοντας ἐπέσησαν καὶ τὰς μάστιγας διεσπάραξαν· ἡ δ' οὐδένα λόγον σφῶν ποιησαμένη, ὡς εἰς λόγους αὖθις ἔγνω χωρεῖν μέλλοντας, Ὅ βούλεσθέ, φησιν, μὴ μέλλετε διαπράττεσθαι· ἴστε δ, ἧς ἔχομαι γνώμης, ἐκ-

bant ictus: ipſa vero nihili eos faciens, ut vidit à verberibus ad verba rurſum devenire paratos; Quod, inquit, facere vultis incunctanter peragite. Noſtis me

A πρωτυργὸν ἀτε μεμαθηκὼς ϗ τὸ πᾶν δι' αὐτῆς γενέσθαι διεγνωκώς. Καὶ δὴ ταύτας συλλέξαντες, εἰς ἓν ἁπάσας συνήθροισαν, συὸ δ' ἁπάσαις τῷ ὑπὲρ ἁπάσας ϗ ἡλίῳ δίκην ἀστέρας τὰς ἄλλας ὑπεραυγάζουσαν, μέσον αὐτῶν ἔστησαν, ϗ τῷ βασιλεῖ συμπαρέστησαν.

20 Ὁ δὲ ϗ πρὸς μὲν τὰς ἄλλας, βλοσυρὸν ἔβλεψε, ϗ, Ἵνα τί, φησι, δύσλωτα γυναῖα εἰς τοσοῦτον ἥκετε τόλμης, ὡς ϗ προσαγῆς ἐμῆς ἀλογῆσαι, ϗ τ' ἐμὸν σπαθάριον, οὐχ ὅτι γε τῷ ἔργῳ παραποδίσαι, ἀλλὰ ϗ βιαίῳ θανάτῳ παραπέμψαι; Πρὸς δὲ τὴν μακαρίαν ταύτην Θεοδοσίαν ἀποτραφεὶς, Οὐκ ἔλαθές μοι, κακοῦργον, ἔφη, ϗ μιαρώτατον γύναιον, οὐκ ἠγνόησά σε τὸ ἀλόγιστον θράσος, οὐ τὴν παράβολον τόλμαν, οὐχ ὅ περὶ τ' σπαθάριον ἔδρασας, ϗ ὡς ἀνεῖλες τῷ ἐμῷ προστάγματι ὑπηρετούμενον· ἐμοί γε ἀντῆρας, καὶ ἐμοῦ τὰς χεῖρας ἐκίνησας· τοιγάρτοι διανασὰς ἐγώ γε, τὰς ὑπὲρ ἐμαυτοῦ δίκας ἀπαιτήσω, ϗ δικαίως ὅτι λήψομαι, ϗ τὰ εἰκότα σε τὴν ἀλάστορα τίσομαι, ὡς μὴ τ' βυλόμενον τῶν βασιλευόντων εἰς νέωτα καλεπαίρεσθαι, μὴ δ' οὕτω κατὰ τ' ἀρχῆς ἀνθαδιάζεσθαι. Ἀλλ' ἔνεστι μεταβουλευσαμένῃ ϗ πειθέσθαι B συμβουλεύοντι πλέον, ἢ ὡς βασιλεῖ σοι προσάντι, περισωθῆναι μὲν τῇδε ϗ διαβιῶσαι περιφανέστατα, ἐκεῖ δὲ γενομένῃ τ' μακαρίας ἐκείνης τυχεῖν λήξεως.

21 Ἀλλὰ πῶς ἂν ἀξίως παρασήσαιμι λόγῳ, τὴν μὲν πολλῆς ὅτι σωφρεσύνης τ' μάρτυρ ἀπόκρισιν πρὸς τ' τύραννον; ποίαν λόγου περιττοτέρως δυνάμιν; ἢ μᾶλλον ποίαν εἰλικρινῆ ἐπίνοιαν ἄνωθεν, δι' ἧς αὕτη ϗ θρασὺς ἀπεκρίνατο, ϗ νυνεχῶς ἐπεσόμισε, τ' βλοσυρὸν τὸν ὀφρυῶν, τ' τὸν γλῶτταν πολύν, τ' ἀντικρυς καταπιεῖν αὐτὸν βρενθυόμενον καὶ τ' συνοικοῦντά οἱ, τ' τὸν γλῶ ϗ θάλασσαν ἁλαλάξειν ἐπαιρόμενον, ὡς σὺν μοι ταῦτα διεννοήσομαι; ϗ ὡς ἐξ εἰκότων ἐρῶ. Ἐγω γέ φησι, βασιλεῦ, ἐκ παιδὸς εὐθὺς τὴν ἡσυχίαν ἐπόθησα, ϗ τὴν ἐμὴν σωτηρίαν ἐζήτησα, καὶ οὐδέν με τῶν τοῦ κόσμου τερπνῶν, Θεοῦ συναραμένου, τ' προθέσεως μεταστῆσαι καλίσχυσε· ϗ νῦν ἴσθι τ' πρὸς Θεὸν ἀγάπης τῶν ἁπάντων οὐδὲν ἀποστήσειν. Ὃ γοῦν ἂν εἴη σοι βουλομένῳ μὴ κατοκνήσας, ἄγε δὴ πέρανον· Σάρκες ἰδοὺ, ξαίνειν αὐτὰς προσήκει ἁρμονίας μελῶν διασπᾶν, ὀστᾶ συνθλάσειν, κεφαλὴ τὸν τομὸν ἐπενεγκεῖν, σὺν βραχύ φημι τ' σὺν τάδε ζωῆς στέρησον, ὡς ἂν μὲ θᾶττον τῇ ἀγωνίᾳ ϗ κρείττονι παραπέμψειας.

22 Τούτοις ὁ τύραννος ἀπορηθεὶς, ϗ πρὸς τὰς λοιπὰς τὸν λόγον τρεψάμενος, Ἀλλ' ὑμεῖς γέ φησι μὴ, τῇ ματαιόφρονι ταύτῃ κατακολουθήσετε, μὴ δ' ἐς τοσοῦτον μανίας ἔλθητε, ὡς ϗ τῶν σὺν ταῦτα ἡδέων στερηθῆναι, ϗ τῶν ἐκεῖσε οὐχ ἧττον εἰ μὴ μᾶλλον ἀμοιρῆσαι τερπνῶν, ϗ πρός γε καταδικασθῆναι θάνατον τ' ἀθάνατον. Αἱ δὲ, ὡς καλῆς διδασκάλου καλαὶ τῷ ὄντι μαθήτριαι· Μὴ γένοιτο ἡμᾶς, φασὶ, τῇ θεοπνεύστῳ ἡμῶν σωφίᾳ φρονῆσαι μυσαγωγῷ, μὴ ταῖς σαῖς ὑπείξαι θωπείαις, μὴ θρυπτικαῖς ταῖς ἀπειλαῖς· ταύτης ἐσμὲν ὀπαδοὶ, ταύτης ϗ συνταγῆς ποιούμεθα δ' εὐχῆς· ἃ γοῦν παρὰ ταύτης ἀκήκοας, ταῦτ' ἄντικρυς ϗ παρ' ἡμῶν ἀκηκοὼς γίνωσκε. Θυμοῦ πληθὲς ἐπὶ τούτοις ὁ τύραννος, μεταστήσατέ φησι τὰς ἀπονενοημένας ἐξ ἐμοῦ διὰ ταχέος, ἢ μᾶλλον ἐκ τοῦ fulgore, ipſarum in medio, coram Imperatore conſtituunt. A. CONST. ACROPOL. EX MS.

20 Ille vero, in alias quidem omnes torvum intuens; Ut quid, ait, infelices mulierculæ, eo proceſſiſtis audaciæ, ut non mea modo mandata contemnere, ſed meum quoque Spatharium ab eorumdem mandatorum executione prohibere; neque id ſolum, verum funeſta etiam morte delere non ſitis veritæ? Ad beatam deinde Theodoſiam converſus: Non, inquiebat, latere me potuiſti, facinoroſa & mulierum omnium peſſima: non mihi fuit ignota tua illa infrænata jactantia, non audacia inſignis. Novi profecto quidquid adverſus ſatellitem meum, te hortatrice ac duce, geſtum fuerit, & qua ratione miniſtrum regiis obtemperantem mandatis interimere minime dubitaveris. Mihi cum eo modo auſa es adverſari, tuas contra meipſum manus à te compulſas fuiſſe ignorare non potes. Nunc igitur haud ſane injuſto adverſum te furore conſurgens, pro ſceleris magnitudine pœnas repoſcam; nec minus juſte reipſa ſumam ſupplicium ſimul & vindictam, ut nemo regiis ſeſe juſſis impoſterum opponere, aliave ratione audeat contra Principem efferre. Potes tamen (ſi vis mutare mentem, & ſuadenti, aut potius, ut Regem decet, imperanti parere) hic quidem ſalvari & ſplendidiſſime vivere, in altero autem ſeculo beata perfrui requie. *Theodoſiam imprimis,* E

21 Qua nunc ego dicendi facultate ſapientiſſimam Martyris ad Tyrannum reſponſionem in medium proferam? qua verborum ac ſententiarum copia inſtructus, vel potius qua de cælo inſpiratione commotus? per qualem ſcilicet ipſa & prudenter reſpondit, & obmutelcere fecit illum, ſupercilio ferocem & ore turgidum; illum, inſtar dæmonis ſe inhabitantis, frendentem ex adverſo ad deglutiendam ipſam, terramque & mare ſe poſſe abolere præſumentem; quomodo talia mihi credam comprehenſibilia eſſe, aut ea convenienter valebo eloqui? Ego, reſpondit Theodoſia, jam inde à prima ætate quietioris & ab omni hominum ſtrepitu remotioris vitæ deſiderio accenſa fui, ô Imperator, nec minus conſequendæ ſalutis meæ ſtudioſa; ſed nec ex iis quidquam, quæ mundus in bonis ſuis gaudiiſque habet, à ſuſcepto conſilio revocare me, Deo bene propitio, valuit. Nunc quoque hoc tibi eſt ſciendum, è rebus omnibus nullam reperiri, quæ à Dei caritate poſſit me modo ullo abducere. Si igitur ita tibi videtur, age, nulla interpoſita mora, necem affer: exhibeo corpus meum ad ſupplicia: verberibus illud jube diſcerpi, membrorum quoque omnium compagem diſſolvi, confringi oſſa; capitis abſciſionem impera, atque, ut breviter dicam, vitæ hujus uſura privari me jube; ut citius ad immortalem melioremque vitam per te tranſmittar. *Sed hæc generoſius reſpondente.* F

22 Hoc reſponſo ad ſummam conſilii inopiam adductus Tyrannus, Virgines alias hoc iterum ſermone compellat: Vos certe nolite inſanæ huic mulieri pertinaciter adhærere, eoque dementiæ progredi, ut vos & iis quæ hic ſunt bonis orbas eſſe, & quæ in altera vita reperiuntur, paribus certe, ſi non majoribus, voluptatibus privari, quin etiam ad mortem condemnari æternam, patiamini. Illæ autem, quemadmodum egregiæ magiſtræ diſcipulas decebat non minus egregias: Abſit, inquiunt, ut cum divinitus inſpirata Matre ac Magiſtra noſtra non eadem ſentiamus, ut tuis morem geramus blanditiis, ut minis terreamur. Hujus nos inſtituta ac mores ſequimur, ab hac ne ſeparemur, cum obſecratione petimus. Quæcumque igitur ab ea tibi dicta ſunt, eadem à nobis dicta tibi putato. In- *Virgines alias fruſtra quoque tentat.* *& ſimul omnes morti addicit.*

A *post quem mox abdicato Episcopatu.*

*fisse*, 906 : *sed errori typothetico imputari hujusmodi defectus debet. Posito autem quod sciverint, sicut sciverunt, verum annum ultimi Carolilocensis Conventus, non potuerunt scripsisse de* Geraldo, *quod* feliciter migravit ad Dominum, terrena despiciens, 912 Indict. 15, ut est in veteri kalendario ; *sed similis typotheticus error hic quoque agnoscendus venit, ad cujus correctionem nulla verosimilior occurrit conjectura, quam si legamus* annum 942, Indict. 15. *Ita quatuordecim aut quindecim annis vixisset in prædicta anachoresi* Geraldus, *si vere* Ledbaldus *anno* 928, *ut notant Sammarthani, Episcopatum Matisconensem tenebat. Sed scrupulum hic injicit Claudius Robertus, primus Auctor Galliæ Christianæ, à Sammarthanis postea auctæ ; cum ait,* Quo, *Geraldo*, obeunte, legimus in Monimentis Nantuæ, Adalrannum, ex Presbytero ordinato à S. Aureliano Lugdunensi Archiepiscopo, electum fuisse Matisconensem ; indeque renuntiato Episcopatu transiisse ad Nantuacenses, Bertherio Abbate, qui non cœpit abbatizare ante annum DCCCXC. *Interim nec ipse nec Sammarthani* Adalrannum *istum Episcopis Matisconensibus adnumerant, ut videantur credidisse, quod Electus quidem, sed numquam fuerit Ordinatus. Vtinam qui nobis notavit initium abbatiz are incipientis Bertherii, etiam docuisset, an ultra annum* DCCCCXXVI *Abbatiam tenuerit, itaque suscipere potuerit*

*obierit anno 942.*

*Imitatus illum Electus Alderannus fit monachus Nantuæ.*

B *Alderannum*, Geraldo, *non* obeunte, *sed* abeunte *electum successorem ! Tunc sane consisterent bene omnia:* & Geraldi *exemplo motus videri posset* Alderannus, *ad seculi contemptum. Sed oportet ut ille vel admodum juvenis factus Episcopus sit, vel perquam senex obierit, si obiit anno* DCCCCXLII. *Quamquam enim Indictio* XV, *etiam cadat in annum* DCCCCXXVII, *non tamen verosimile est, eodem anno quo Episcopatu abiit* Geraldus, *etiam Vita excessisse.*

6 *Hugo Menardus, post eumque Bucelinus & Mabilio, ipsum* Sanctis Benedictinis *adscribunt ; haud immerito præsumentes, nullius alterius Ordinis monasteria, seculo* X *condi potuisse. Non immerito etiam præsumit Majnardus, hunc* S. Geraldum, fuisse familiarem S. Odoni, *Reformationis & Congregationis Cluniacensis propagatori præcipuo, circa idem tempus Abbati facto, quo iste Episcopalem Cathedram cum cella eremitica commutavit ; atque* cum eo aliisque Cluniacensibus de re monastica communicasse. *Recte etiam idem Menardus Severtum confutat, judicantem verosimile esse, quod hic* Geraldus *sit ille* sanctus Aureliacensis Comes, *qui colitur* XIII *Octobris : ex ejus enim Vita, à prædicto Odone Cluniacensi scripta, liquet, hunc neque Episcopum, neque Monachum unquam fuisse.*

D *utergite adscribendus Benedictinis.*

7 *Notabile porro est, quod ejusdem nominis atque ordinis alius, paulo post* Geraldi Matisconensis *morte, inveniatur Cluniacensis Monachus factus ; probante id Instrumento, quod in hæc verba conceptum profert Mabilio.* Ego Geraldus Archiepiscopus, memetipsum Deo offero, per seculi renuntiationem & habitus commutationem, & omnes res meas, in cœnobio Cluniacensi, ubi nunc Dominus Eymardus præest : in quo, si Deus annuerit, meipsum sub ordine regulari mancipare cupio. Res vero meæ sunt in Comitatu Uzetico, in Vicaria Cazionensi, id est ecclesia S. Saturnini. *Subscribunt autem*, Geraldus Episcopus, Rostagnus Episcopus : *& denique additur*, Actum apud S. Saturninum publice, mense Augusto, anno Incarnationis DCCCXLV. *Hæc Mabilio, digna sane examine nonnullo ; nec enim ita facile est definire cujus Ecclesiæ* Archiepiscopus *fuerit* Geraldus *iste. Considerans tamen quod* Comitatus Uzeticus (*vulgo* Uzés) *aliis* Uccetica *&* Utica, *fuerit sub Archiepiscopatu Narbonensi, ubi inter* Annonem, *notum pro anno* DCCCXXIV ; *&* Aimericum, *ante annum* DCCCLV *nemini cognitum, facile potuerit intercessisse aliquis, cujus memoria nulla nunc superstit, suspicor istum* Geraldum *eodem pertinere ; nec enim Arelatensis Archiepiscopatus eo anno vacabat. Qui simul cum* Geraldo *subscripsit* Rostagnus Episcopus, *videtur fuisse* Archiepiscopus Viennensis, *atque adeo præponendus Alexandro, quem absque ulla probatione Claudius Robertus ac Sammarthani Rostagno postponunt. Mirum autem videri non debet, quod Archiepiscopi inter subsignandum simplici titulo* Episcopi *utantur.*

*Alius Geraldus fatuus anno 945 Monachus Clun.*

E *ex Archiepiscopo, an Narbonensi ?*

# DE B. IOACHIMO ABBATE

## ORDINIS FLORENSIS FUNDATORE,

### *IN CALABRIA ET REGNO NEAPOLITANO.*

### COMMENTARIUS PRÆVIUS. D. P.

### § I. Cultus sacer Sepulcro B. Joachimi & Reliquiis delatus.

AN. MCCIX XXX MAR. *Antiquo cultui occasionem dedere*

*Vemadmodum* Florensis Ordinis, *quondam in Calabria celeberrimi, cœnobia pleraque maligniores temporis, edacitas absumpsit. & ex variegato Ecclesiæ ornatu gemmam non minimi splendoris sustulit ; ita præjudicatæ quædam de sanctissimi instituti auctore* Joachimo *opiniones nomen illius, non modo ex Sanctorum, sed penè etiam è Catholicorum numero exemerunt. Vtrique malo remedium aliquod ab Apostolicâ Sede allatum est : cum quæ supererant Florensia monasteria reflorescere jussit sub Ordinis Cisterciensis communi Regulâ observatione que, nam propriam jam aboleverat neglectus usus ; & amplissimis decretis, pro integritate famæ Ioachimo mortuo servanda conditis, ejus honori consuluit, neque aliquid unquam voluit immutatum circa eam reverentiam, quæ ipsi, potissimum in suo Floris monasterio, ab omni retro memoriâ delata est ; quæque in hunc usque diem perseverans talibus continetur argumentis, qualia solemus requirere, ut* Beatus *aliquis censeri & esse dicatur, & propterea locum sibi in hoc opere vindicare. Hæc autem expositurо mihi cum bona venia Congregationis sacræ, libris probandis improbandisve præsidentis, liceat uti proscripto leviter & donec corrigatur suspenso opere, D. Gregorii de Laude alias de Lauro, Sagitiarienſis Abbatis Ordinis Cistercienſis ; cui Neapoli edito sub annum* MDCLX *titulus est*, Magni divinique Prophetæ B. Joannis Joachim Abbatis Hergasiarum Alethia apologetica, sive Mirabilium veritas defensa. *Spero ego quod usus libri, quatenus historicus est prorsus innoxii, extra culpam habendus sit ; protestatione præmissa, quod eorum nihil tenere velim, quorum causa ille censuram promeruit.*

2 *Ita præfatus, dico, quod colendi religiosius* Joachimi *occasionem & fundamentum dedere, tum egregiæ ipsius virtutes, quæ magnum de Patris sui sanctimoniâ optimis*

*virtutes & miracula.*

AUCTORE D. P. ex Ms. dando:

*filiis ingenerarunt opinionem ; tum prophetiæ ſpiritus, quo toti mundo vivus celebrabatur ; tum denique ingentia miracula, quibus ipſius merita & ſanctitatem Deus teſtatam fecit. Horum narrationem ex Ms. quodam Florenſis monaſterii libello, uſuque & vetuſtate pene evanido tranſcripſit Fr. Iacobus Gracus, & paulo poſt annum* MDCXII, *in archivium repoſuit : unde acceptum ecgraphum nobis, ut plura alia anno* MDCLXI, *humaniſſime donavit Reverendiſſimus Ferdinandus Vghellus, Abbas SS. Vincentii & Anaſtaſii ad Aquas Salvias extra muros Vrbis : quod accurate examinatum, invenimus evidentia ejus quem diximus cultus religioſi indicia continere. Nam in Grangiâ S. Martini, ubi mortuus & primum humatus* Joachimus *eſt, ad ſepulcrum coruſcaſſe lampades, etiam poſtquam inde ablatum eſt corpus, dicitur in Miraculo* 19 : *& in monaſterio Floris ſimili honore cultum fuiſſe novum ejus ſepulcrum, apparet ex gemino miraculo, quod circa eaſdem lampades contigiſſe narratur Mirac.* 26 *&* 28.

*In his apparet arſiſſe ad ſepulcrum lampades,*

*Miſſam dici,*

3 *Ad idem ſepulcrum auxilii cauſa, tum energumenos, tum alio quocumque morbo laborantes accedere ſolitos & juvari, pluribus exemplis manifeſtatur ; & Mirac.* 27 *expreſſe dicitur,* Tranſlatio ejus ſolenniter celebrata, in eoque loco piè & devote recoli. *Quin etiam Mirac.* 28 *habemus* Miſſæ ſacrificium, *ante dictum ſepulcrum fieri ſolitum ; & Mirac.* 39 *narratur vir quidam, ſumptâ ſecum* ſepulcri iſtius raſurâ, *præſens vita evaſiſſe periculum ; ac deinde ſolitus* eâdem in potione exhibitâ, multorum curare infirmitates ; *quo factum ſit, ut, aliis id imitantibus,* uſque in hodiernum diem ſepulcrum totum corraſum cernatur. *Eâdem raſurâ hoc ipſo ſeculo Dominicani Ordinis Religioſum quemdam curaturus Florenſis Prior, eam non niſi impoſitâ ſibi Stolâ accepit ; utique ex more pridem uſurpato, & (uti dicitur Mirac.* 40) *cum bibendam obtulit,* Collectam B. Joachim *recitavit : quæ ab infra citando Gregorio Lauro tota exhibetur, qualem ſolent eccleſiæ de ſuis ſingulæ Patronis ſub finem Officii non ſolennis quotidie decantare.* ANTIPH. AD VESP. B. Joachim, ſpiritu dotatus prophetico, decoratus intelligentiâ errore procul hæretico, dixit futura ut præſentia. AD LAVDES B. Joachim, primus Abbas Florenſis, humilis & amabilis claruit miris, per quæ fuit mirabilis. ℣. Implevit eum Dominus ſpiritu ſapientiæ & intellectus. ℟. Stolam gloriæ induit eum. ORATIO. Deus, qui gloriam tuam tribus Apoſtolis in monte Thabor manifeſtaſti, & in eodem loco Beato Joachim veritatem Scripturarum revelaſti, tribue quæſumus, ut ejus meritis & interceſſione ad eum, qui via, veritas, & vita eſt, aſcendamus.

*Raſuram Sarcophagi eſſe in pratio,*

*Commemorationem in divinis fieri.*

B

C

5 *Habemus ergo veneracionem ſepulcri in hoc uſque ſeculum, & quidem viſitantium concurſu celebrati atque miraculis clari : adde & votivis anathematis ornati, non tantum à devotâ fidelium plebe, ſed etiam à viris in eccleſiaſticâ dignitate conſtitutis, ut liquet de duobus Canonicis Conſentinis Mirac.* 29 *&* 30. *Nunc videamus imagines ejus, quales & quibus Beatorum inſignibus ornatæ reperiantur. Primum, præter illam, quæ cernitur* in eleganti ſed veterrimo ejus cœnotaphio, *inquit Gregorius Laurus cap.* 68, erecto ſecus antiquiſsimum ac ſumptuoſum altare Beatiſsimæ Deiparæ Florenſis eccleſiæ, paſtoralem baculum dextrâ, libellum ſiniſtrâ manu retinens ; *extat* alia *ſimilis,* cum radiis & tali nominis expreſsione : BEATVS JOACHIM ABBAS FLORIS, plurimam præferens vetuſtatem, & ejuſdem eccleſiæ parieti appicta, ad dextram ingredientis eccleſiam, ſubtus aquam luſtralem ... ubi ſucceſsivè Sanctorum Benedicti & Bernardi Abbatum, S. Joannis Euangeliſtæ, Deiparæ Virginis cum ejus Nato, atque ſanctiſsimi Crucifixi ſpecies, pariter picturatæ cernuntur antiquiſsimo opere.

*Ioachimi imago cum radiis*

*& titulo Beati in monaſt. Floris,*

5 *Calici autem (quod Conſentinæ diœceſis eſt oppidum haud procul ab urbe, quodque* B. Joachimi *patriæ fuit*) domus longitudinis palmorum triginta octo latitudinis viginti quinque, & altitudinis triginta octo, in quâ eum ſua mater enixa eſt, in eccleſiam converſa reperitur, à tempore de quo nulla extat in contrarium memoria, ſub titulo S. Mariæ de foſſo ; cum beneficio, cujus fructus nunc tantum ad aureorum Neapolitanorum quadraginta ſummam aſcendunt, cum prius majorem multo redderent calculum ... In hujus eccleſiæ laqueato tecto, Beatæ Virginis imago depicta eſt, à dexterâ habens B. Joachimum Florenſem Abbatem, à ſiniſtrâ S. Franciſcum de Paulâ. Similiter in choro & oſtio organi matricis eccleſiæ, D. Michaeli Archangelo dicatæ, ejuſdem viri Dei Abbatis Joachim ſimulacrum in nimiâ veneratione & devotione recolitur, & ſpeciales quotidie preces à Cælicenſibus ad ipſum diriguntur. *Ita Laurus cap.* 99 : *qui cap.* 15 *verſimilitudines aliquas allaturus, quibus ſuaderi poſſet ſuum Sagittarienſe in Calabriâ monaſterium prius à B. Ioachimo aditum fuiſſe, quam Caſam-Marii aut Foſſam novam ; unam ſumit* ex ejuſdem beati viri antiquiſsimâ effigie, diverſis compactâ coloribus, ſupra oſtium archivii, cum radiis circum caput, & antiquis deſuper characteribus, hoc diſtichon exprimentibus.

D

*Item Calicè in natali domo, nunc verſâ in templum,*

*In ede parochiali,*

*In Sagittarienſi monaſterio.*

Hic Vates nobis quam plura futura recludens,
Divino plenus ſpiritu, vera canit.

E

6 *Ad Reliquias quod attinet ; eſt in Squillacenſi diœceſi monaſterium S. Stephani de Buſco, à Rogerio Guiſcardo, junioris Roberti ex fratre nepote, conditum S. Brunoni ejuſque diſcipulis : qui locus cum anno* MCLVII *in Ciſtercienſium tranſiſſet inſtitutum, nova diſciplinæ magiſtris è Foſſa novâ acceptis ; poſt tempus deinde aliquod, cum eſſet eodem introducta auſterior Florenſis diſciplina obſervantia, ſimul etiam ablatus eſt* B. Joachimi *dens unus ; qui, ſimul cum ceteris ejuſdem loci pignoribus ſacris, in Carthuſianorum poteſtatem venit, quando iidem à Leone X obtinuerunt ut ad hoc antiquiſsimum ſui Ordinis monaſterium poſtliminio poſſidendum reducerentur, uti cap.* 15 *præcitato idem Laurus affirmat. In hunc modum alia Florenſis inſtituti cœnobia aliquid de ſacro corpore participarunt, quod nunc in ipſis vel deſolatis vel alio traductis ſimilem cum ſuis cultoribus paſſum ſit fortunam. Potior tamen pars apud Florenſe monaſterium ſemper manſiſſe credenda eſt ; unde egregius ex Ordine Minimorum concionator, idemque Calicenſis indigena, extorſit magnis & efficacibus precibus totum viri ſanctiſsimi mentum, quod, ut Laurus cap.* 99 *ſcribit, tradidit ſuo ex fratre nepoti Antonio Ripoli ; tum & nuper, inter alia Beneficia ſua, iſtam, de quâ ſupra egimus in Calico eccleſiam numeranti ; quam proinde digniſsimam cenſuit, quæ, ad inflammandam Calicenſium erga beatum ſuum civem devotionem, eſſet tam ſacri pignoris conſervatrix. Statim etiam à* B. Joachimi *morte, tam apud religioſos ſuos quam ſeculares ipſi devotos, veneracioni fuiſſe particulas veſtium, quibus vivens uſus fuerat, plura inferius miracula declarabunt.*

*Inter Reliquias Sanctorum dens ejus,*

F

*veſtes,*

7 *Quibus ſic deductis, verendum non eſt, ne adverſus eccleſiaſticam aliquam ſanctionem* Beati *titulum ei vide amur aſſerere : quem ei tributum vidimus in quotidiana Collecta & antiquiſsimis picturis. Accedit autem quod, (ut ſuâ præfatione concludit Laurus, objectionem præverſtens)* conſtet eaſdem illius imagines cum radiis ſeu ſplendoribus poſitas eſſe in templis & oratoriis ac aliis Regularium locis ; ſacras quoque illius Reliquias cum aliis Sanctorum exuviis aſſervari ; & cum Archiepiſcopis, Epiſcopis, atque Primatibus oſtenduntur, id fieri ſolere à Sacerdote Stolam circum collum tenente, aſsiſtentibus Religioſis omnibus, conventualiter Antiphonam Verſiculumque & Collectam cantantibus, luminaribus accenſis & incenſatione præviâ. *Tali autem fundamento poſito tutius poſſumus nominare Arnoldum Wion, Guilielmum Bu-*

*quæ reverenter monſtrantur,*

*mentum.*

A *Memoria in Hagiologiis Benedictinis.*

*Bucelinum, Chryſoſtomum Henriquez: quorum prior in Ligno vitæ Ramo* IX, *eos complectente* qui ſpiritu Dei illuſtrati futura prodixerunt, B. Joachim Abbatem & Prophetam *ante omnes collocat.*

*Ciſtercienſi Menologio.*

8 *Bucelinus ſumptam à Wione elogium prolixum in Menologium Benedictinum retulit ad diem* XXIX *Maji, quamvis fateatur alios* XIX *ejuſdem menſis* Ioachimo *tribuere, intelligens Menologii Ciſtercienſis auctorem Henriquez; qui elogium brevius atque concinnius texens,* In Calabriâ, *inquit,* B. Joachim Propheta, cujus matri Angelus in magnâ claritate apparuit, & filium edituram promiſit opinione ſanctitatis illuſtrem: qui poſtmodum aſſumpto habitu Ciſtercienſi inſtitutum noſtrum egregiis virtutibus decoravit, rigidiſſime vixit, ſpiritu prophetico claruit, & multis editis miraculis migravit ad Chriſtum. *Chalemotus, Henriquezium ſecutus, ad eumdem diem* XIX *Maji, poſuit* B. Joachim, *in Serie Sanctorum ac Beatorum Ordinis Ciſtercienſis, eique longiſſimum denuo elogium texuit, quod apud eum legi poteſt. Ego, cui juſtæ cauſæ fuerunt* Joachimi *prætereundi, non ſolum* XXX *Martii, quo mortuum demonſtrabo, ſed etiam* XIX *quo præfati ſcriptores Ciſtercienſes illum referunt, Bucelinum ſequar, licet ignarus quibus Auctoribus aut rationibus motus diem* XXIX *prætulerit; quo uſque ex ipſo Florenſi monaſterio, unde nihil unquam reſponſi ad litteras eo pluries datas accepi, diſtinctius docear, uter dies ibi teneatur feſtivus; niſi forte pluries tranſlatum corpus, utrumq; diem fecerit in veneratione eſſe. Matthæus Guerra, poſt probatam inſigniter in Concilio Tridentino operam ſuam, propter egregiam qua excelluit Theologiæ Canonumque peritiam Fundanus factus Epiſcopus, indeque anno* MDLXXVI *ad Epiſcopatum S. Marci in Calabriam patriam ſuam tranſlatus, in ſuis ſupra Pſalterium* B. Joachimi *Notulis, quæ apud PP. Capucinos in conventu Conſentino extant manu exaratæ, hæc de eo ſcripſit, relata à Lauro pag.* 303: Ego Matthæus Guerra ſcripſi. Abbas Joachim compatriota meus, Cælici natus (locus diſtat à civitate Conſentinâ quatuor milliaribus) Monachus Ciſtercienſis, Inſtitutor Ordinis Florenſis, in vitâ, in morte, & poſt mortem miraculis claruit. Obiit in monaſterio S. Martini de Canale ſupra Petram-fittam Conſentinæ diœceſis. Poſt ab Abbatibus ſui Ordinis ejus corpus tranſlatum eſt in principalem abbatiam S Joannis de Flore, quæ in ſilvâ Conſentinâ poſita eſt.

*& Ms. Matthæi Guerræ Ep. S. Marci.*

## § II De ſcriptoribus Vitæ & Miraculorum B. Joachimi, nec non de die & anno mortis atque nativitatis ejus.

C

*Scripſit de B. Ioachimo Lucas Archiep. Conſent.*

ANtiquiſſimus eorum, quos nunc de B. Joachimo *habemus, Auctorum, Lucas eſt, ex Sambucinâ Abbate Conſentinus Archiepiſcopus, verbotenus relatus ab Anonymo miraculorum Ioachimi Auctore, eo ipſo, quantum ceteris indiciis colligimus, ex cujus autographo ipſa reſtituit Iacobus Gracus. Attento autem tenore Commiſſionis, proferendæ ad calcem Vitæ per eumdem Iacobum compoſitæ, confecto ſub annum* MCCCXLVI, *probabiliter ſuſpicamur, ea Miracula ſic collecta fuiſſe ex indulto Clementis VI, tunc Pontificis, cum Petrus Florenſis Abbas à ceteris ſui Ordinis Abbatibus ablegatus ad Curiam eſt, ut tum alia Ordini utilia impetraret, tum* Commiſſarios ex Epiſcopis ſeu Prælatis Calabriæ, qui poſſent requirere & referre de miraculis, factis & viſis in vitâ & poſt mortem, per quondam Abbatem Joachim, qui fuit principium & fundamentum totius Florenſis Ordinis. *Quod ſi prædicto Florenſium Decreto antiquior eſt illa Miraculorum collectio, multo etiam magis digna fuit quam optaremus ex autographo ſuo habere deſcriptam: ſed poſtquam, multâ operâ datâ, fruſtra id optari intelleximus; eo quod libellus, quo Gracus uſus fuerat, non eſſet in archivio conſer-*

*relatus in collectione miraculorum,*

*circa an. 1346 aut citius factâ:*



*vatus; gaviſi ſumus haberi à nobis ipſum contextum Græci, ſub juramento teſtati, nihil ſe* de eorum ſubſtantia addidiſſe, diminuiſſe, aut immutaſſe, tantum aliis verbis retuliſſe. AUCTORE D. P.

10 *Damus ergo paragrapho ſequenti Synopſim virtutum, conſcriptam à prædicto Conſentino Archiepiſcopo, prout illam ex tom.* 7 *Italiæ ſacræ Ferdinandi Vghelli accepimus, ei loco inſertam, ubi agitur de monumentis ad dictum Lucam ſpectantibus: qui etiam Lucas, biennio poſtquam factus Epiſcopus eſt, anno ſcilicet* MCCVI; *in ſuo erga Florenſem Ordinem affectu perſeverans,* Inſtante Matthæo, ſecundo Florenſi Abbate, omnium monaſteriorum Florenſis Ordinis Apoſtolicus Viſitator eſt deſtinatus, & omnia luſtravit; &, una cum eodem Matthæo & Abbate ſancti Spiritus, Panormi ſanxivit aliqua ſaluberrima decreta, impoſterum obſervanda, & ab Innocentio III XI kalend. Martii anno MCCXV confirmata. *Mortuus autem Lucas anno* MCCXXIV, *creditur ad cælum evolaſſe, & Sambucinæ in templum relatus ibi quieſcere; Præſul ſane digniſſimus, & præcipuâ ſanctimoniâ vitæ clarus, Ordinis ſui Ciſtercienſis ac Conſentinæ Eccleſiæ fulgentiſſimum ſidus, quare à Marafiotto in Calabriæ deſcriptione inter Beatos recenſetur.*

*qui Lucas an. 1206 fuit Florenſis Ord. Viſitator Apoſtolicus,*

E

11 *Alter huic ætate, & auctoritate, & cum* B. Joachimo *familiaritate proximus, fuit Ioannes de Bonatio. Hic in opuſculo quod ſcripſit de Prophetis ſui temporis, ex occaſione cujuſdam oraculi ad inſtantiam Henrici Imperatoris peracti, de* Joachimo *non aliter loquitur, quam cum titulo* Beati Patris noſtri; *deinde ipſius oraculum, ſuper propoſitâ per Henricum quæſtione relaturus, præmittit elogium breve ejuſdem, cujus elogii hæc eſt concluſio:* Mitto vos ad volumen noſtrum, in quo Beati hujus vita longe lateque enarratur. *Vbi ſive* 70 noſtrum *ad ipſum Ioannem de Bonatio referas, quaſi ipſe fuerit ejus voluminis auctor; ſive ad monaſterium Florenſe, cujus erat Monachus, intelligi datur, tale volumen ſcriptum fuiſſe ante annum* MCCXL, *circa quem credibile eſt ſcriptum à Bonatio præcitatum opuſculum: quippe qui in illo de anno præcedenti ſcribat, ſe tunc* in extremo decrepitæ ætatis relictum *fuiſſe. Quidni autem hoc illud ſit, quod* de duplici ſpiritu Joachim Abbatis *ſcripſit, ex cujus lib.* 2 *num.* 6 *verba inferius num.* 65 *proferenda citat apud Gregoriam Laurum pag.* 70 *Georgius Fotinus, in Chronicis Regni Neapolitani, ex rhapſodiis ejuſdem Regni (quo loquendi modo videtur antiqua Mſs. intelligere) pag.* 214: *qui Bonatii libri ſi uſpiam potuiſſent reperiri, non effugiſſent Georgii diligentiam, & magnam ipſius operi materiam, noſtro autem lucem attuliſſent indubie.*

*Item Io. de Bonatio Floren. familiaris Beato,*

*qui citat amplum de vitâ volumen:*

F

12 *Verum & volumen iſtud & hi libri, ſive unum omnes idemque ſint, ſive non, & à quocumque compoſiti, nunc fruſtra requiruntur; nec eos exiſtimamus habuiſſe vel Leandrum Albertum ſeculi ſuperioris ſcriptorem,* cum B. Joachimi *vitam conſcriberet (ſcripſiſſe enim teſtis nobis eſt Arnoldus Wion) vel Paſchalinum Regiſelmum, cum Vaticiniis ſub* B. Joachimi *nomine Latine Italiceque edendis Venetiæ anno* 1589 *præfixit compoſitam à ſe paucis ejuſdem Beati Vitam. Si enim habuiſſent, plus novæ materiæ ſubminiſtraſſent aut ipſi Arnoldo, ſuum ex illis Elogium contexenti; aut Iacobo Graco, tam diffuſe Vitam ſcribere aggreſſo, ut nobis, eam ex impreſſo Conſentiæ anno* 1612 *hic daturis, opus fuerit parerga multa reſcindere, quibus moles operis inutiliter augebatur. Iſti autem operi nec* Chronologiæ *titulum, ab Auctore factum, putavimus relinquendum: quam enim diligens & fidelis ſcriptor, tam plerumque infelix chronologus fuit, præſertim in Siculorum Regum annis cum ortu obituque* B. Joachimi *componendis.*

*ſed illud poſteri non viderunt,*

*nec ultimus vitæ auctor Iacobus Gracus,*

13 *In obitu certe longe aberrat à vero: & licet cauſſam habuerit non omnino probandi, quod* Aloyſius Contarenus, in Viridario de viris illuſtribus inquit, Jo-

AUCTORE D. P. *rectè quidem statuens non obiisse Beatum an. 1200.*

Joachim obiviſſe anno Domini MCC: *ſi tamen tam bene excuſsiſſet omnia archiviorum Florenſium monumenta, quam id poſtea fecit Gregorius Laurus; ſciviſſet etiam nihil cauſſa eſſe, cur viri beati mortem differret uſque ad annum* MCCXIV. *Inveniſſet enim ſolidiſsimum refutandi Contareni fundamentum in archivio monaſterii Fontis-Laureati, inſtrumentum ſcilicet authenticum, quo anno* MCCI *Menſe Septembris quinta Indictionis, Simeon de Mamiſtra Dominus Montis frigidi & Caytegrima ipſius uxor, proponentes adificare domum religionis intra fines terra ſua, ita loquuntur:* Quia vero multa loca eâdem intentione inchoata, pro eo quod non haberent Rectores & Ordinatores, vidimus ad deſolationem venire; cupientes ipſum Deo dicatum opus perpetua ſtabilitate firmare, cum conſilio & voluntate Domini Riccardi Tropæenſis Epiſcopi, vocavimus vos, Domine Joachim Venerabilis Abbas Floris; rogantes vos omni devotione, quatenus tam ordinationem ipſius monaſterii, quàm ipſum monaſterium acciperetis in manus veſtras aut ſucceſſorum veſtrorum. *Non igitur vel anno* MCC *vel* CCI *mortuus erat Ioachim,* XIX *aut* XXIX *Maji, ut volunt Henriquez & Buzelinus, aliique quos ipſi ſecuti ſunt.*

*cumextet ei facta donatio an. 1201 in Septembri:*

B *ſed male in an. 1214 differens obitum,*

14 *Sed nec ad annum illius ſeculi* XIV *pertingere potuiſſe, poterat Græco conſtare ex omnibus Privilegiis, quæ ab anno* MCCII *uſque ad* XIV *complura extabant, vel nullius Abbatis Florenſis nomen præferentia, vel habentia nomen Matthæi, ejus qui Ioachimo ſuffectus, poſt laudabile multorum annorum regimen, anno demum* MCCXXXXIV *aſſumptus eſt ad Epiſcopatum Geruntinenſem, itaque geſsit hoc quoque munus, ut inter Calabriæ Provinciæ Beatos numeretur. Hujus autem Matthæi prima mentio reperitur in pradicto Fontis-Laureati Archivio, in eo Inſtrumento quo prænominatus Tropæenſis Epiſcopus Ricchardus, anno* MCCII *Menſe Iunii quinta Indictionis, pradicto Matthæo ejuſque ſucceſſoribus tradit eccleſiam S. Dominicæ, juxta quam dictum Fontis-Laureati monaſterium adificabatur, una cum duabus aliis S. Petri & S. Barbaræ eccleſiis, cum juſtis poſſeſsionibus & tenimentis earum:* volens inſuper ut tenimentum quod Dominus Simeon de Mamiſtra . . . Venerabili quondam Abbati Joachim . . . conceſſit, libere & in perpetuum tenerent.

*cum ann. 1202 in Iunio Abbas fuerit Matthæus:*

*intra quos terminos* 30 *Martii mortuus Ioachim*

C

15 *Vtrumque Inſtrumentum integrè apud Gregorium legi poteſt cap.* 71, *ubi etiam invenientur Auctores varii allegati, quaſi anno* MCLVI, LVII, LVIII, LXX *vel* LXXXV *mortuum* Joachimum *judicarent: qui tamen reverà tantum ſcribunt, ipſum tunc claruiſſe vel floruiſſe. Interim ibidem rectè concluditur, inter Septembrim anni* I *& Iunium anni* II *iſtius ſeculi* XIII, *ex hac vita* Joachimum *migraſſe.* Ceterum, *inquit Gregorius,* Menſis Martii diem XXX Dei famuli Joachim præfigimus obitui, non ex eo tantum moti, quia Græcus ſcripſerat: ſed quia in pervetuſtis quibuſdam manuſcriptis, nullâ factâ anni mentione, regiſtratum reperimus; hæreticorum malleum, vitiorum hoſtem, monaſtici ſpiritus reſtitutorem, Floriſque monaſterii primum Abbatem, ex hac lacrymarum valle ad æternam felicitatem tranſmigraſſe die XXX Martii. *Quod ita in genere ſcriptum a viro, alias tam ſolicitè proferre ſolito ipſa documentorum antiquorum verba, & locum ubi invenienda ſint indicare, non prorſus nobis ſatisfaceret; niſi à Lucâ Conſentino Archiepiſcopo ſcriptum inveniremus, quod ob ſingularem* B. Joachimi *devotionem, quo erga quindenam Dominicæ* Paſsionis *afficiebatur,* forte ei datum ſit, ut in Sabbato, quo SITIENTES cantatur, mortalis vitæ dolore arderet; & verum adeptus Sabbatum, ut cervus ad fontes properaret aquarum. *Annus enim* MCCII *Paſcha retulit ad diem* XIV *Aprilis, adeoque Sabbatum Dominicam Paſsionis præcedens, quando Introitus Miſſa ſic incipit:* Sitientes venite ad aquas dicit Dominus, *fuit die* XXX *Martii.*

*probatur ex Sabbato Sitientes.*

D

16 *Quod ad annum attinet nativitatis, quem Græcus* MCXLV *fuiſſe ſtatuit, nihil ei foret fidei adhibendum, ſi admodum ætate grandævum obiiſſe* Joachimum, *& (ut Græcus ipſe ait)* ſenio confectum, *conſtaret novis. Verum hoc tam grande ſenium ſi non probatur, nihil eſt magnopere cur ipſum redarguamus, quamvis multiplices ex ipſo Græco contradictiones adduci poſſe putet Gregorius, qui ideo primis Seculi* XII *annis natum probare nititur. Etenim nihil evidentis contradictionis reperimus. Certe non in commendatitia, à Guilielmo Siciliæ Rege datâ in favorem* Joacchim, Venerabilis Abbatis S. Mariæ de Curatio; anno MCLXXVIII, anno XIII regni ejus, XII die menſis Decembris, Indictione XII. *Quamvis enim ipſe Græcus, memoriâ anni à ſe prænotati amiſſâ, indicet hujus privilegii auctorem fuiſſe* Guilielmum, cognomento Malum; qui, *ut inquit,* regnavit ab anno MCXLIX uſque LX, *(intra quod tempus ſi quæras Indictionem* XII, *delabaris neceſſe eſt ad annum regni iſtius primum, ac ne primum quidem, quia December Indictionis* XII *ad annum ſpectaret præcedentem, quando quadrimus tantum fuiſſet* Joachimus) *quamvis, inquam, ipſe ſui oblitus id dicat; aliud tamen non ſequitur, quam non attendiſſe Græcum, ut annos Regum Siculorum, quos non rectè callebat (regnavit enim Guilielmus Malus uſque ad annum* MCLXVI) *componeret cum ipſius* Joachimi *annis, confideraretque non potuiſſe Beatum, tam ætate juvenem, magnam apud iſtum Guilielmum familiaritatem vel auctoritatem habere; nedum ſub ipſo Abbatiam regere.*

*Natum eſſe anno* 1145;

*ex epiſtola Guilielmi R. an.* 1178 *non refutatur,*

E

*licet aliàs veroſimilius ſit natum eſſe circa an.* 1130

17 *Hoc autem diſsimulato, ſi eum, qui vere Commendatitiam illam dedit, Guilielmum Bonum accipimus, ſatis congruent omnia; & ipſe Rex illud dederit anno regni ſui* XIII, *& Ioachimus acceperit vitæ ſuæ anno* XXXIII, *quæ non adeo incongrua & auctoritati habendæ eſſet ætas, & regendæ Abbatiæ; illius maximè, in qua anno dumtaxat* MCLXXIII *fundatâ, omnes, ſi non ætate, religione certe oportebat juvenes eſſe. Quia tamen incertum eſt, quod fundamentum habuerit Græcus pro anno* MCLIV. *& fieri potuit, ut alicubi invenerit Ioachimum circa ætatis annum* LXVIII *exceſsiſſe è vivis, aut fere fuiſſe ſeptuagenarium; quia, inquam, fieri tali aliqua ex cauſſa potuit, ut, poſtquam annum mortis per errorem accepit* MCCXIV, *ad iſtum nativitatis annum determinandum adigeretur: ideo rem totam indefinitam relinquimus, & magis eo propendemus, ut circa annum* MCXXX *Beatum veniſſe in hanc lucem conjectemus. Verum non tam in hoc, quam in natali Imperatricis Conſtantiæ anno, omnem evincenda contra Græcum cauſſa evidentiam ſe reperire exiſtimat Gregorius. Citat enim Græcus Auctores eos, qui* Joachimum *tradunt illa naſcente pradixiſſe, Siciliæ facem cum ipſa natam, quique eamdem jam vetulam & quinquagenaria majorem è monaſterio eductam, ac diſpenſante Pontifice, Henrico poſtmodum Imperatori junctam volunt: quam fabulam Gregorius, pro re ex omnium Siculorum hiſtoricorum conſenſu certa, accipit. Fateor illos citari à Græco: ſed ita ab eo citantur hi omnes, ut tantum intendat demonſtrare,* Joachimum *vel ab illuſtribus Scriptoribus prophetam eſſe habitum, vel Regibus fuiſſe familiarem: nam aliàs numer.* 10, *ubi primum meminit* Ioachimi, *velut ex Boccatii teſtimonio coram Guilielmo de Conſtantia prophetantis, ita inquit:* Quidquid ſit de Boccatii aſſertione, non eſt vertendum in dubium, Ioacchim pariter Guilielmo, talis nominis quinto, & in ordine Regum tertio, qui propter nimiam in religionem obſervantiam ab amatis & amantibus populis Bonus Guilielmus dici promeruit, non pauca fuiſſe familiaritate conjunctum.

*nec obeſt vaticinium de Conſtantiâ Imperatrice,*

F

*utpote non aſſertum à Iac. Græco*

18 *Quod autem dixit Græcus de Boccatii aſſertione, idem cenſeri debet dictum voluiſſe de ceteris quos poſteà ſect.*

A *& ut alia plura, conficta à Siculis.*

*sect. 17 allegat Auctoribus, quatenus & illi tradunt, de Conſtantia naſcente prophetaſſe* Ioachimum. *Nam ſi illa, cum Fridericum II peperit anno* MCXCIII (*non dicò annorum* L, *quæ eſt meriſſima fabula*) *ſed annorum fuit* (*ut revera fuit*) XLI, *utpote patri ſuo Rogerio, quem ſui ſepulcri epitaphium anno* MCLIV *mortuum teſtatur, poſthuma proles, prout Auctores coævi ſcribunt; potuit quidem Henricus Imperator, ob magnam uxoris ætatem, & expertam per annos aliquot ſterilitatem conjugii, vereri ne ſibi ſupponeretur filius, ideoque de eo conſuluiſſe* Ioachimum; *ſed hic non potuit de Conſtantia naſcente prophetaſſe, niſi in principio ſeculi natus. Verum hoc, æque ac plurima alia de Conſtantia, mentiti ſunt Siculi: finxerunt enim, per Innocentii Pontificis miniſtros raptam ex monaſterio, quod quinquagenaria Abbatiſſa regebat, & traditam eſſe Henrico uxorem ad ejiciendum è regno Tancredum: quam tamen ex lapide, ad perpetuam memoriam poſito Reate* (*ubi per Procuratores matrimonium celebratum eſt*) *conſtat anno* MCLXXXV; *die* XVIII *Auguſti, temporibus Lucii III, eſſe deſponſatam, cum ſcilicet adhuc in vivis eſſet Siciliæ Rex Guilielmus Bonus, perperam ab aliis pater aut frater Conſtantiæ creditus: conſtat item, in Tancredi poteſtate non fuiſſe Conſtantiã, niſi quando ipſam Salernitani una cum ſua urbe tradiderunt Regi: qui abductam in Siciliam collocavit in monaſterio, unde ut eriperetur operam Innocentius III dedit. Sicut igitur hæc & alia plura, in odium crudelitatis ab Henrico exercitæ & deſolationis regno illatæ, finxere Siculi de Conſtantia; ſic iſta* Joachimi *de ipſa prophetia potuit ab ipſis, non tantum quoad tempus, ſed etiam quoad rei ſubſtantiam conficta fuiſſe, ut ei fidere nulla ratione poſſimus. Nam & hoc merito dubitatur, an tota illa de Conſtantia ante nuptias Monachatu opinio, aliud habeat fundamentum, quam quod captivitatis ſuæ tempore inter Monachas in obſervantia monaſtica vixerit, ſed conjugata, adeoque religioſæ profeſſioni ineptâ, niſi maritus conſenſiſſet.*

B *ejus cum Henrico nuptias ſibi infelices execratis.*

## § III Virtutum B. Joachimi ſynopſis, per Lucam Archiepiſcopum Conſentinum, ipſius Beati olim ſcribam familiarem.

19 *Vnde hac ſynopſis accepta?*

VIr per omnia reverendus Lucas Cuſentinus Archiepiſcopus, ea quæ modo ſequuntur primo ſenſu compoſuit, ore dictavit, pagellis exaravit: *ut loquitur apud Ferdinandum Vghellum tom. 9 Italiæ ſacræ, ubi de Conſentinis Archiepiſcopis col.* 279 Anonymus miraculorum Joachimi

C Auctor. *Atque utinam hujus Anonymi contextum habuiſſemus potius quam Iacobi Graci paraphraſim, quantumcumque in ea ab originali textu ſumenda profiteatur ſe rerum narrandarum ſubſtantiam prorſus immutatam tradere! Sed non omnino nobis deeſt, ex cujus calamo tam egregium antiquitatis monumentum ad nos pervenit: quod hic ad verbum reddere libet; non tantum ad Ioachimi, ſed etiam ad ipſius Lucæ cognoſcendam virtutem; unde, quæ de ſanctitate Magiſtri dicta ſunt & dicenda remanent, magis fient corroborata. Sic ergo ait.*

20 Ego Lucas Archiepiſcopus Cuſentinus, anno ſecundo Pontificatus Domini Papæ Lucii jam Monachus, primo in Caſa-Marii, vidi virum nomine Joachim, tum Abbatem Curatii, filium Sambucinæ, filiæ Caſæ-Marii: propterea tamquam nepos omni honore & amore habebatur in Caſa-Marii, ſed magis obtentu ſapientiæ & intelligentiæ à Domino ſibi datæ. Tunc, coram eodem Domino Papâ & Conſiſtorio ejus, cœpit revelare intelligentiam Scripturarum, & utriuſque Teſtamenti concordiam: à quo & licentiam ſcribendi obtinuit, & ſcribere cœpit. Mirabar autem quod vir tanti nominis, tam efficax in ſermone, veſtes haberet vetuſtas & abjectiſſimas, & per fimbrias ex parte combuſtas: ſed cognovi poſteà, quod toto vitæ ſuæ tempore de vilitate habitus non curavit. Manſit autem in Caſa-Marii ſedulo quaſi anno uno & dimidio, dictans & emendans ſimul librum Apocalypſis & Concordiæ. Ubi in ipſo tempore librum Pſalterii decem chordarum incepit.

*Lucas anno 1183 cognoſcit Ioachimum in Caſa-Marii;*

AUCTORE D. P. *cui, iſtic ex permiſſu Papæ ſcripturas interpretanti*

21 Mox verò ut me cognovit intelligere aliquid, & notarium eſſe Abbatis mei, rogavit eum ut me ſibi concederet ſcriptorem: quod & actum eſt: quia nil ſibi Abbas Geraldus negare poterat, ita eum ferventiſſime diligebat. Sedens igitur ad pedes ejus, tam infra ſepta monaſterii quam in grangiâ S. Angeli de Corneto, monaſterio proximâ, obedienter & humiliter, die noctuque ſcribebam in caterno, in quo ipſe dictabat & emendabat in cedulis, ſimul cum duobus Monachis ſuis ſcriptoribus, Fr. Joanne & Fr. Nicolao, quorum alter Abbas & alter Prior Curatii poſteà extiterunt. Miniſtrabam etiam ei celebranti Miſſam, admirans omnes mores ipſius; quia dum celebraret, levatâ manu altius aliis Sacerdotibus, benedicebat Hoſtiam, & omnia ſigna vel officia propenſius exhibebat: & vultum habens coloratum velut arida [folia], eum [habebat] verè Angelicum in horâ ſacrificii Miſſæ tantum, ſicut tunc notavi & bene memini. Sed & lacrymantem nonnunquam eum in celebratione Miſſæ conſpexi, & cum in Miſſâ Paſſio Dominica legebatur.

*datur amanuenſis;*

*& miratur pietatem ſacrificantis.*

E

22 Dicentem quoque audivi, numquam ſe leviorem eſſe per totum annum, quam in diebus quindecim Paſſionis: ita quod ſemper eos finiri dolebat. Et forte propterea datum eſt ei, ut in Sabbato, quo SITIENTES cantatur, mortalis vitæ dolore arderet, & verum adeptus Sabbatum ut cervus ad fontes properaret aquarum. Ad commiſſionem quoque Abbatis mei ſolus ipſe, cum nullum in hac parte haberet ſimilem, ſermonem tam in feſtis quam in feriis frequenter in Capitulo faciebat: & tunc etiam intuebamur vultum ejus, tamquam Angeli præſidentis in nobis. Nam ſermonem humiliori voce incipiebat: aliquantiſper [autem] procedens, non jam ut homo, ſed verè ut Angelus, fortiori voce & vivâ quadam affectione, verbum Dei auditorum mentibus imprimebat. Nullum audivi aliquando conquerentem quod ſermonem Domini protraheret, cum omnes noſtri orationis ejus deliciis ſatiari non poſſent.

*affectumque erga Paſſionem Chriſti.*

*nec non concionantis fervorem;*

23 Pernoctabat aſſidue in ſcribendo & in orationibus, & tamen ad conventuales vigilias properabat humiliter, canens & vigilans: ita quod numquam eum in choro Caſæ-Marii dormire conſpexi. De qualitate vel parcitate cibi aut potus numquam curabat: ita quod diebus aliquot non guſtavit coctum in menſa: & cum per errorem ſervitoris contingeret in vaſculo ejus non apponi vinum, quia putabat hoc per refectorium ferri; aquâ tantum contentus [erat], quam accipiebat de ſervitorum manu. Retulit mihi aliquando, quod cum in Syria juvenculus, habitu jam Religionis aſſumpto, ſolus fuiſſet apud quamdam viduam hoſpitatus; illa in eum oculis impudicis intuens, laſciviis ipſum ad crimen invitare tentavit: ſed ſervus Dei reſtitit ſapienter & fortiter. Et quia nox erat, & congruenter exire non poterat; miſerâ eunte dormitum, ipſe totam noctem in oratione duxit inſomnem; hoſpitantis ſe ſpreto lectulo ſibi parato, lignorum faſciculis incumbens, & carnis tentationem ſuperans; donec mane, aperto oſtio domus, ſine licentia tentantis exivit.

F *item ejus Vigilias.*

*ſobrietatem.*

*caſtitatem in occaſione probatam.*

AUCTORE D. P.

24 Verè fateor, numquam vidi virum ita ſemper fortiter pro caſtitate zelantem, ita cunctos quos poterat ad pudicitiam animantem, & impudicitiam in omnibus quibus poterat corrigentem. Audivi à Domino Raynerio intimo ejus, quod numquam noviſſet virum ſic ab hoc vitio liberum; & hoc ipſum audiviſſe ab Epiſcopis & multis Fratribus aſſerebat. Vidi eum nonnumquam ſtantem flexis genibus, ac manibus & oculis erectis in cælum, & cum Chriſto, ac ſi videret eum facie ad faciem, vultu alacri colloquentem. Feci apud eum in Petralatâ Quadrageſimam totam, in quâ, exceptis diebus Dominicis & feſtivis, quotidie panem & aquam guſtare potius quam comedere videbatur: cum diebus ac noctibus indeſinenter aut ſcriberet, aut legeret, aut oraret, & Miſſam quotidie celebraret: acceperat enim à Domino abſtinere poſſe à cibis & potibus, quantum volebat, & quanto magis abſtinebat alacrior & fortior apparebat. Extra monaſterium cum ceteris comedens, cibos opportunos cum gratiarum actione ſumebat.

*quam etiam alii eximiam eſſe teſtati ſint.*

*laudat eum ab orationis inſtantiâ,*

*& jejunii rigore.*

25 Cum à Fratribus Sambucinæ, de ſuo & Domini Raynerii conſilio, poſtulari me contigit in Abbatem; ſcripſerunt mihi ambo, ut venirem & nullatenus dubitarem, & quod non aſſumerem in excuſationem quia eram impeditioris & tardioris linguæ: quorum epiſtolas reverentiâ, quâ debui, cuſtodivi. Et electus in Abbatem in feſto S. Clementis, ſequenti Dominicâ de Adventu Domini, ſuper me habens epiſtolas ipſas in pectore meo, ut plus de illorum qui illas miſerant, quam de meâ fide præſumens, ſermonem Fratribus in Capitulo feci, & abſolutus à vinculo linguæ gratias Deo egi, & eorum qui me confortaverant meritis miraculum applicavi.

B

*teſtatur ejus meritis ſolutam ſibi linguam,*

*depulſam febrim,*

26 Cum in Sambucina paſſus febrem acutiſſimam ad extrema veniſſem, viſitatus ab eo ſum & caritative deductus ad Florem: qui cum videret me debilem præ defectu appetitus, [eo quod] carnes nollem nec poſſem comedere; appetenti mihi caules conventuales: Comede ſecurus in nomine Domini, ait, comede quotidie caules & bibe de muſto ejus: & infra paucos dies receſſi plena ſanitate recepta. Sequenti menſe Novembris ivi cum eo Panormum: cumque jejunans & tarde hoſpitans cum eo cœnarem, ſitiebam & bibebam in nocte. Quodam vero mane dixit mihi, quod non eſſet regulare ſic de nocte me bibere, ſed deberem confidens de miſericordiâ Domini abſtinere. Credens [autem] Dei monitum, ſtatim ex tunc hæc ultra non ſenſi.

*repreſſam intempeſtivi potus appetentiam:*

C

27 Sexta feria in Paraſceve ſedebam cum eo in clauſtro ſancti Spiritus de Panormo: & ecce vocatus ad Palatium fuit ad Imperatricem Conſtantiam, quæ illi confiteri volebat. Ivit, & invenit eam intra eccleſiam in ſellâ conſuetâ ſedentem; juſſus [autem] ſedere, in ſellulâ pro ipſo poſitâ ſedit; ſed cum Imperatrix aperuit ei propoſitum confitendi, eam qua debuit auctoritate frænavit, & reſpondit dicens, Quia ego nunc locum Chriſti, tu vero pœnitentis Magdalenæ tenes, deſcende, ſede in terrâ, & ita fideliter confitere: aliter enim non debeo te audire. Deſcendit & ſedit Imperatrix in terrâ, & humiliter confeſſa eſt peccata ſua; mirantibus omnibus cum ipſâ, quæ retulit auctoritatem Apoſtolicam in Abbate fuiſſe.

*ut juſſerit Imperatricem confeſſionis cauſſâ ſe dimittere:*

28 Didicerat à Chriſto mitis eſſe & humilis corde: itaque Abbas in Curatio ibat frequenter & mundabat ſuis manibus totum infirmitorium; primo videlicet tectum, & deinde parietes uſque ad pavimentum; deinde minima quæque & [vix] manifeſta decurrebat: domo vero mundatâ, conſiderabat & componebat lectiſternia: & protinus quantum opportune poterat [proſpiciebat neceſſitati ægrotorum] in coquinâ, ut numquam negligeret debiles etiam inferiores. Nec ſolum infirmis, [ſed etiam] pueris ſuis per viam laſſis erat compatiens: ita quod deſcendens famulum ſuum aliquamdiu equitare compelleret, quem proſequebatur pedes, donec famulum [vires] reparaſſe cognoſceret, & ſic iterum equitaret. Illâ hieme quâ deceſſit, fames maxima in Siciliâ & Calabriâ totâ fuit; ita quod multi pauperes præ ineſiâ morerentur: ille verò pio ſtudio quibuſcumque poterat ſubveniebat, & ad ſubveniendum alios admonebat; veſtes ſuas pauperibus tantâ compaſſione diſtribuens, ita quod ſolo ſcapulari Cuſentiæ viſus ſit coopertus in nocte.

D

*& famulo una itineranti equum cedere:*

29 Per Octavas Paſchæ & Pentecoſtes quotidie conſueverat celebrare: itaque ſi tunc exire monaſterio cogebatur, deferebat ſecum veſtimentum & calicem, ut in quacumque eccleſiâ poſſet celebrare. Dicebat non oportere veros & novos Judæos inferiores eſſe illis Hebræis, qui ſeptem diebus azyma comedebant. Auctoritatis tantæ erat apud ſeculares in conſiliis [rerum] temporalium, ut nobiles Cuſentiæ audiverimus, cum per circuitum [urbs] fatigabatur ab hoſtibus, quod ſecuriores eſſent illo in civitate præſente, quam ſi centum mille milites armati ad eorum defenſionem adeſſent. Circa cultum divinum in ſacris Officiis ſtudioſiſſimus ubique ac ſemper erat, ita quod in Sila conſpexi etiam eum Crucem figentem, & coram ea ſuper candelabra lignea illuminantem cereos, ſi feſtivitas erat: & ſic ordinatis horis, cum ſociis vigilias & veſperas cum devotione cantabat. Cura quoque, ubicumque habitavit, permaxima ei fuit de munditia altaris.

*quam ſollicitus circa officia divina,*

E

*quantam præſentis fiduciam faceret.*

30 Obedientiam, qua ipſe ſubditus [eximius] extiterat, à ſubditis mirabiliter exigebat; inobedientes tot & tam diuturnis monitis non deſiſtens corrigere, donec eos ad humilitatem cordis & ſpontaneam obedientiam invitaret. Hoſpitibus omni loco ac tempore liberaliſſimus fuit, quos verbis & obſequiis, in menſa potiſſimum, honorabat. Solis conſanguineis durus erat & inhumanus, tamquam ignotos illos reſpiciens, ut nihil eis unquam tribuere, plerumque à monaſterii ſervitoribus & Fratribus rogatus, acquieſceret. In labore manuum incredibiliter fortis fuit, & cum conventu Fratrum plurimum delectabatur in eo. Robuſtus corpore, parum de frigore vel æſtu, de fame vel ſiti curavit. Hæc ut jam diximus retulit vir bonæ memoriæ Dominus Lucas Cuſentinus Archiepiſcopus, *& verbotenus Anonymus ipſe tranſcripſit.*

*quam eſſet obediens.*

*hoſpitalis.*

F

*laborioſus.*

# VITA

## Auctore Jacobo Græco Syllanæo, Monacho Florenſi:

### EPISTOLA DEDICATORIA

Franciſco Monacho ex urbe Conſentiâ, ex patritiâ familiâ Monacho, Pontificii & Cæſaræi Juris conſulto clariſſimo; & ſanctæ Marturanenſis Eccleſiæ Epiſcopo.

QUoniam in exordio monachatus mei D. Juſtus Florentinus, religione conſpicuus, utriuſque Siciliæ undequaque Ciſtercienſis Ordinis memorabilis Præfectus, mihi impoſuerat; ut, ſi quæ de venerabili Ioachim Abbate, atque de ejus Floren-

*Ex Superiorum mandato Ven. Ioachimi geſta conſcripta*

ſi

A si Ordine adinvenire poſſem, chronicè in memoriam nullatenus revocare deſiſterem: quod profecto rerum vetuſtas & obſcuritas perdifficillimum reddens, tenellum adhuc animum ab his ferè ſevocavit. Nolens tamen obedientiæ bono, cujus gratia arborem etiam aridam fructificaſſe compertum eſt, inſufficientia deſidiaque orbari, ſuſcepi adhortantis ac conſulentis imperium: in quibus, quæ potius memoranda & irrefragabilibus documentis comprobare potui, omiſſis ceteris, in medium adduxi. Hæc autem, cum nec inter ipſa mediocria recenſeri, ita nulli dedicanda fore exiſtimavi; nam adeo humillima retinent, ut ſicut nullius protectione elevari, ita deſpectione ad inferiora calcari non valeant. Propterea, ſicut à tironicio meo collecta nunc in manus inciderunt; ita Amplitudini tuæ, quæ non ſolum monaſtica audire, verum etiam innata pietate excolere conſuevit, legenda devotiſſimus offero. Non enim ut dedicata præſentare præſumo: nam tanto viro; non niſi præexcelſæ inſpectionis monumenta dedicanda forent. Nuſquam tamen hæc continget inexpugnabili clypeo protectionis privari: nam inſpecto ipſius in

B exordio celeberrimo nomine, unuſquiſque, etſi non laudare ea, ſaltem non niſi vereri præſumet. Quis enim non, tanti viri nomine & virtutum jubare victus, quæ ſub illius ſaltem inſpectione prodibunt, non ſolum non detrahere, verum etiam ſatis laudare compellatur? Amplitudo ſiquidem tua ſtat Conſentinæ ſplendore nobilitatis; cum tu ex utroque parente nobili genere ortus exiſtas: & etiam ſtat morum honeſtate, & Pontificii & Cæſarei Juris eminenti ſcientia, quibus eam decoravit Altiſſimus; ideoque ſolis inſtar, inter ſidera nubeſque, obtutibus omnium mirum in modum illuxit, ſeſeque admirabilem & venerabilem in non modica amabilitate præbuit. Hoc autem denudat teſtans ipſa inexpugnabilis veritas: divina namque providentia, cujus ſuavi diſpoſitione cuncta attinguntur, & ad debitum finem infallibiliter diriguntur, cordium omnium ac meritorum indagatrix, te tunc laicum, & nulla adhuc nec quidem prima Clericali tonſura inſignitum, ex ſecularibus & forenſibus negotiis, dum in urbe Conſentia patria tua Advocati munere ſumma cum laude fungereris, magnum tunc de jure reſpondendi onus ſuſtinens, ad Epiſcopatum non ſine expectatione majori

C ſignanter vocavit: cujus munera ſic comples Dei protectione munitus, ut omnes in te Deum pariter glorificare videantur. Fulgent etiam tecum Horatius & Flaminius, ambo etiam ipſi Iure-conſulti, fratres tui germani. Lege ergo, quæſo, quæ tanta tibi devotione offeruntur: in quibus, etſi non tam delectabilia miraberis, non ſatis forſan abjicienda reperies. Nam licet gloſſematibus non ſint obtecta, ac bellorum rerumque quæ in hujuſmodi tempore ſucceſſerunt enarratione permiſta; poterunt tamen, ſola earum lucubratione inſpecta, votis ineſſe Celſitudinis tuæ. Non enim fuit propoſitum noſtrum hiſtorias, per tot viros longe lateque exaratas, eiſdem intermiſcere; ne forte illud, quod erat in his per ſe, fieret objectum per accidens. Proinde ex eorum inſpectione, ſi quis in Domino benedixerit mihi, ſit ille benedictus; qui vero maledixerit, etiam benedictionibus innumeris repleatur; hac ſolum conſolationis expectatione congaudebo, quod ſi nulli prodeſſe, nec alicui obeſſe conſpiciar: & ſi non benedicendi, ſic maledicendi nemini objecta eveniet occaſio: quod ſufficiet ad obſtruendum ora inſipientium. Valeat Amplitudo tua colendiſſima, cui Deus in tua mira gubernandi vigilantia perpetuam perſeverantiam concedat.

*offert Epiſcopo Maturano,*

*egregio Iuriſ-conſulto,*

*& Conſentino civi.*

*Cur non admiſceat ſecularem hiſtoriam.*

Datum ex monaſterio noſtro Florenſi, anno à Ieſu Chriſto nato milleſimo ſexcenteſimo duodecimo, Summi Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri Pauli Papæ quinti anno ſeptimo, & Epiſcopatus tui anno vigeſimo.

AUCTORE IACOBO GRÆCO

## ANNOTATA.

*Librum hunc Græcus diviſit in Sectiones 56, quibus ſingulis Diſtichon unum, tituli vel argumenti inſtar, præfixit: quos Verſus libenter hic dediſſemus, ſi aliquam vel à vetuſtate, vel ab elegantiâ, vel ſaltem à perſpicuitate laudem mererentur: nunc, cum nihil horum eis inſit, ſed prorſus obſcuri & inſulſi videantur, non magnam iis neglectis jacturam nos facere arbitramur. Satis igitur ſit monuiſſe, Numeris ſingulis totidem in originali reſpondere Sectiones, ideoque ipſos ſervatos à nobis, etiam ubi totam Sectionem omittimus, ob rationes infra dandas: quæ autem poſt Sectionem 38 ſupererant, ea nihil ad B. Ioachimi hiſtoriam pertinebant: quatenus autem Florenſe monaſterium ſpectant, in Appendice § 1 & 2 ſatis plene invenientur, ut multiplici illa farragine rejecta nihil amiſſurus lector ſit, quod hic requiſitum vellet*

*Antiqua diviſio libri.*

E

## CAPUT I.

### *Ioachimi adoleſcentia, peregrinatio in Terram-ſanctam,*

IOacchim, ſeu Ioacchinus, primus Abbas venerabilis monaſterii Florenſis, ſub invocatione ſancti Spiritus, beatæ ſemper virginis genitricis Dei Mariæ, & S. Ioannis Euangeliſtæ, in partibus Calabriæ citerioris, ubi de Flore eſt nomen; in Conſentina diœceſi, honeſtis quidem & piis parentibus, patre ſcilicet Tabellione, cui nomen erat *a* Maurus, & matre, cui nomen erat Gemma, circa annum à nativitate Domini milleſimum centeſimum quadrageſimum quintum, Sanctam Catholicam Eccleſiam regente *b* Eugenio tertio, regnante Conrado hujus nominis tertio, natus eſt in urbis Conſentiæ, Brutiorum & totius Calabriæ metropolis, oppido, cui nomen eſt *c* Cælicum: tamen ex Sapientum ſententia, Qui ex vico eſt, de civitate eſt. Et hinc, ex eorumdem cenſurâ, oppida ſeu vici eiſdem, quibus urbs, gaudent privilegiis: quique etiam venditi, & ab urbe alienati non deſinunt eſſe prioris naturæ (etſi Cælicum ceterique vici ab urbe Conſentia alienati non ſint) quia ſunt veri cives, gaudent omnibus gratiis & privilegiis ſicut cives ceteri, & eo magis urbs Conſentia verè Ioacchin poteſt dicere ſuum. Nam cum anno Domini nongenteſimo ſeptuageſimo, ſecundum Blondum libro decimo tertio, tempore Ioannis Papæ hujus nominis Decimi-tertii & Ottonis Imperatoris hujus nominis Primi, Conſentia ab Africanis *d* Saracenis fuiſſet depopulata & combuſta; qui Conſentia evaſerant, circumcirca caſtella ſeu vicos Conſentinos ædificaverunt, non valde ab ipſa urbe diſtantes. Idcirco non ſunt aliud niſi pars ejuſdem civitatis, ex his quæ ſcribit antiquus auctor Ptolomeus *e* de Lucca, qui ſcripſit hiſtorias Calabriæ, idemque teſtatur Bernardinus Martiranus ex eadem Conſentia, ex patricia familia Martiranorum, qui fuit regni Neapolitani ſub Carolo Quinto Cæſare Secretarius; & idipſum refert Ioannes Paulus de Aquino Patricius Conſentinus, in ſua oratione funebri in obitu Bernardini Tileſii philoſophi peritiſſimi, ex patricia familia Tileſiorum ejuſdem Civitatis Conſentiæ: qui quidem Bernardinus fuit ingreſſus viam univerſæ carnis anno

*Naſcitur Ioachim*

a

b

c

*Cælici propè Conſentiâ,*

F

*Conſentinis accèſendus,*

d

e

*quia hi vicinos urbi vicos incoluerunt.*

Do-

AUCTORE IACOBO GRÆCO.

Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo octavo, in ejus patria, ætatis ſuæ anno ſeptuageſimo nono. Ioachim ſiquidem, non niſi magnis parentum prodigiis in lucem prodiit *f*: qui ad annos uſque quatuordecim grammaticæ incubuit, eamque maxima coævorum ejus admiratione faciliter aſſecutus fuit. Erat enim & ingenii acumine conſpicuus, & memoria tenaciſſimus: corporis vero ſpecie ſatis elegans, morumque integritate ſuaviſſimus: quæ omnia futuræ excellentiæ ſpecimen referebant. Pater autem, ſibi magis quam Domino puerum genuiſſe putans *g*, Regis curiæ honorifice collocavit: ubi patri aſſentiens, ad tempus laudabiliter inſervivit. Comperiens denique in adoleſcentia, pocula ſibi à mundo propinanda parari; ſerpentem vitare peroptans, Dominum jugiter precabatur, ut eum ab ejus morſibus tutaretur *h*. Hiſque animo volutatis, pietate inſignis, mente manibuſque erga Chriſti egenos pro viribus effundebatur. Ideo cœpit divini amoris æſtu flagrare, aula regia abire, & ſanctæ peregrinationis longo itineri ſe accingere.

*f* *Grammaticâ imbutus,*

*g* *ad aulam mittitur;*

*h* *quam faſtidiens,*

*in Terram ſanctam peregrinus abit:*

B 1 Maxima Dei clementia, in electis ad ſe revocandis, mirum in modum viſa eſt jugiter operari: nam dum animo conceptam, remiſſius tamen, peregrinationem Ioachim in corde volutat; ad ſacra Paſſionis Dominicæ loca viſenda illico Dei ſpiritu actus movetur: iterque agens, quorumdam ſecum peregrinantium inopiam proprio ſumptu levavit. Succedente vero Paſchatis feſto, paratis ſibi veſtimentis novis, Novo Paſchate, inquit, nova mihi veſtimenta præparo. Quo vix prolato, ſui ipſius ſpiritum amoris vigere percepit; eoque impulſus cœpit de temporalibus cogitare, atque illorum voluptatibus ſolicitari; ſic ut ſibi ad mundi, quas abjecerat, vanitates rediiſſe videretur. At, qui non deeſt timentibus eum, in adjutorium ſibi præſto fuit: nam vim pati deprehendens, mentis elevatione ad Deum, Amorrhæos & Iebuſæos cordis ſui debellare promeruit. Ceterum ad Thraciæ Boſphorum Byzantium ingreſſus, ibidem, tangente manu Domini urbem illam, plurimam hominum multitudinem interire conſpexit: quo ſe cernens abſolutum periculo, prorſus ſe mundo renuntiaturum vallavit. Depoſitis ergo ſtrophiis ceteriſque ſeculi indumentis, albo rudique panno opertus ac excalceatus, peregrinationem de cetero continuavit; & ſic gaudens ibat à conſpectu hominum, ut dignitatem non modicam etiam æſtimaret, ſi daretur pro viſendis locis Ieſu contumeliam pati. Inſuper cæſariem, naturaliter nigram, at germani artificio flaveſcentem, cum non poſſet priſcæ reſtituere naturæ, velut vanitatis reliquias abhorrens, eam truncare maluit, quam ejus in obtutibus hominum levitate notari. Unde non pauca devotione & ædificatione, religioſi inſtar, reliqua peregrinationis loca luſtrando, Deo & hominibus ſe dilectum exhibuit: ea ſiquidem quæ Dominus cordi ejus impreſſerat, fideliter operibus comprobavit.

*novam veſtem induitentatur,*

*& vanitatis victor*

C

*etiam comam detondet.*

ANNOTATA.

a Ex Ioachinorum familiâ (quæ uſque huc perſeverat, vulgo Iaccinorum dicta) *inquit Gregorius cap. 1; & cap. 9 exhibet inſignia illius familiæ, accepta ex aræ exiſtente ad dextram majoris altaris in eccleſiâ PP. Carmelitarum Conſentiæ; in campo ſcilicet caruleo tres montes aureos, quorum medio anſer argenteus inſiſtit: huic imminent tria lilia aurea, ac denique ſupra omnia raſtrum, item aureum. Verum jure metuo, ne recentiora ſint iſtæc tam inſignia quam cognomen: nec ſcio quo auctore Gregorius, acceperit prænomen* Ioannis, *quaſi* Ioachim *cognomentum ſit: cum ea ætate tam Clerici quam Monachi abſtinuerint cognomentis Gentilitiis ſi qua habe-*

*reut, & ſoli nomini baptiſmali adderent nomen dignitatis vel Ordinis, dicendo v. g.* Ioachim Abbas *vel* Abbas Ioachim. *Cognomen certe non apparet, in eo quod ipſemet Gregorius præcitato loco exhibet Inſtrumento pacificationis, inter* Notarium Maurum de Cælico (*quem vult ipſe patrem Ioachimi fuiſſe*) *& inter Eccleſiam Conſentinam confecto ſub annum 1169.*

D

b *Illo ipſo anno 1145, Februarii 14, electus fuit* Eugenius III.

c *Matthæus Guerra* Cælicum *diſtare ait à civitate Conſentinâ quatuor milliaribus.*

d *Idem Gregorius cap. 34 ex Ioanne Diacono narrat, quomodo anno 901, Abraham eorum Rex, multis Calabriæ urbibus everſis, in obſidione Conſentiæ, tum adhuc in ſeptimontio ſitæ, vitam amiſerit; ab ipſo D. Petro, in quadam D. Michaelis eccleſiâ dormienti apparente, percuſſus: hanc autem fuiſſe cauſam Sarracenis, cur irritos tunc conatus totius urbis voluerint excidio vindicatos, poſt annum 69 à deſertâ primum obſidione.*

e *Videndus Voſſius de Hiſtoricis Latinis lib. 2 cap. 64, ubi geminum Ptolomæi opus indicatur; alterum Annalium, ab anno 1060 ad 1303; alterum Hiſtoriæ eccleſiaſticæ, uſque ad annum 1342, quod Hiſtoriam Pontificum Geſnerus appellat; additque ex Volaterrano, ipſum vixiſſe tempore Cæleſtini V: & hoc ſatis apparet in Actis 19 Maji cap. 3, inter vetera de Sancto iſto Pontifice monumenta, ex Ptolomæo ipſo ſumptis.*

E

f *Ea ſic narrat cap. 1 Gregorius:* Cum Ioannem mater concepiſſet, in ſomnis juvenem quemdam, formâ pulcherrimum lineiſque valde nitentibus amictum, mirabiliter ſibi apparuiſſe teſtata eſt, qui ſic illam eſt allocutus: Scias puerum feliciter te concepiſſe, quem ſi ſupervicturum exoptas, non niſi expleto ſeptennio baptiſmatis lavacro eum perfundi permittas. Orto jam & in lucem edito infantulo.... altera patri viſio facta eſt. Videbatur enim Mauro genitori puerum reſpicere ſuum, ſuper aram S. Michaelis Archangeli (cujus ſacellum parum ab ejus diſtabat domicilio) ejuſque tectum attingere vertice; nec non & Angelos, candidis indutos veſtibus adſtantes, feſtive, leniter, & dulciter canentes, Puer natus eſt nobis. Alleluia. Et filius datus eſt nobis. Alleluia. Ioannes ergo Ioachim, non niſi magnis parentum prodigiis, in lucem prodiit. Baptiſma tamen ejus ad decennium uſque dilatum eſt: expleto ſiquidem ſeptennio Gemmam matrem infirmari contigit, diuturnoque morbo gravata ad Superos evolavit. *Hæc ille, neſcio unde ſumpta, & merito dubito an revera Angelus juſſerit pueri baptiſmum differri.*

F

g *Hunc Regem oportet tunc fuiſſe, ſi non Wilhelmum anno 1150 in regni conſortium aſcitum, ſaltem ejus patrem Rogerium: jam inde ab anno 1102, poſt Fratris Simonis mortem, paternarum ditionum heredem, & in Calabriâ fere commoratum uſque ad annum Coronationis ſuæ qui fuit Chriſti 1129. Interim, ſive adeſſent ſive abeſſent Principes, Curia eorum erat Conſentiæ.*

h *Huc refert Gregorius cap. 107 quod* ex Cælicenſium omni exceptione majorum atteſtatione *accepit:* produnt enim, *inquit*, ac in verbo veritatis teſtimonium perhibent, quod cum Ioannes Ioachim, tunc impubes, latitaſſet in quodam loco arboribus undique ſepto, cujuſdam vineæ Mauri genitoris ſui, in agro Cælicenſi poſitæ..... Cannavino amni conterminæ; & incubans ſupra magnum & durum lapidem, ibidem à naturâ in declivi loco poſitum, preces ad Deum eructare conſueviſſet; lapidem illum ex eodem loco, cui Ioannes incubuerat, florem jugiter produxiſſe tantæ virtutis, ut applicatus cum devotione ac fide ad infirmitates quaſlibet ac vulnera, extemplo optatam omnibus redderet ſanitatem. At cum Cælicenſis quædam mulier, Pacifica Ferrara appellata, circa annum 1500 aſinum haberet malo

A malo ulcere laborantem (pro cujus ſoſpitate naturalia remedia omnia fruſtra fuerat experta) mirum florem applicuit ulceroſo. Convaluit quidem aſinus ſed .... flos omnino deperiit. Verum eodem ex loco, unde flos oriebatur, humor quidam ad inſtar gummi ſive incenſi naſcitur, qui ad hodiernum uſque diem à frequenti fidelium cœtu inviſitur, & in magnâ etiam devotione habetur.

## CAPUT II.

### *Labores à Ioachimo peregre tolerati : reditus in patriam.*

*Per iter cum ſocio dirâ ſiti vexatus,*

2 ETſi plurima, quæ digna effatu in tanto itinere ſervus Dei Ioachim vidit & proprio corpore pertulit, perprobe metiri ſufficiunt, qui hujuſcemodi ſe actionibus commiſerunt: perpauca tamen adducam, quibus in Deum ardens ejus deſiderium pateat, dum nulla peregrinantium pericula ſubire formidat. Pergens namque ad iter ſolo comite proceſſit, quod multorum ſolebat conſtipatione parari. Ambobus interea ſiti valida hærenti lingua palato, occumbere formidarunt.
B Ioachim autem, pro certo autumans, ſe Domino ſpiritum redditurum, humavit in ſabulo, jugi Deo oratione utriuſque neceſſitatem commendans, abſiſtente comite: & ſic famulus Dei Ioachim, licet non modica anguſtia premeretur, ſuperna tamen meditans, aliquali ex ſopore experrectus, frigidi & humidi excandentem appetitum libentiſſime de cetero non curavit; Deus ſiquidem amborum neceſſitati ſubvenerat. Comes enim, inventione quæſiti, periculo obviavit: at Ioachim, antequam ſoporaretur, Domini pollicitationis memor, cum ait, Qui ſitit veniat ad me, & bibat, ſanctarum rumi-
Ap.22.17 natione Scripturarum in conſolatione expletus remanſit; *α* in quibus quantum gratia Domini illum prævenit in benedictionibus dulcedinis, patet ſua ſcripta legenti. Convenientes iterum juxta Dei beneplacitum conſolatione recepta, ſe ad invicem in Domino cohortantes, proceſſerunt: at Ioachim caritatis magis viſcera indutus, ut magis proximi quam ſua quæreret; licet ſimilia libens pateretur, commeantis neceſſitati jugiter compatiens, nuſquam pro adhibendo remedio diffidebat: nam qui plurium inopiam gratanter levaverat, non fuit unius quavis neceſſitate fatigatus. Ad votum autem non
C ſuccedentibus, patientiæ clypeo remedium ſemper adhibere ſtuduit: præſertim Dominum, fatigatum ex itinere & puteo inſidentem, memorans, animo alacri ſemper & ubique procedendum eſſe ſuaſit.

*divinitus refocillatur,*

3 Non ſurdis interea percipiens auribus, in ſeceſſiore *a* Thebaidos regione, Anachoretas concinne
a Regis æterni laudibus inſudare, Andrea quodam *ad eremum divertens* Religioſo comite, eos in facie ſalutare perarſit. Pro habendis vero aquis, etiam ſolis ardore cupitis, ab itinerantibus divertendum fuit, eoſque ab invicem ſegregari oportuit. Defluentes inter media montium aquas Ioachim ſedulo invenit; eaſdemque captantes onagri in ſiti ſua, adveniente ſervo
*iterum periclitatur ſiti,* Dei, extemplo abſiſtentes, facultatem hauriendi viſi ſunt ceſſiſſe, pro ſedanda commeantis ſiti: ſed
b licet elementum attuliſſet, *b* illum de cetero non invenit. Præterea æſtuantem meridiei horam atque Sarracenorum incurſus vitare peroptans, ſeſe ad
c modicum recepit in antrum, ubi diſſimiles *c* perſenſit hiatus. Unde tanta rei protinus diverſitate
d penſata, mox ſeceſſit, & denique *d* Pentapoli ab Arabia ac Paleſtina interſectæ adfuit: cujus facinora ejuſdem ſolum cinereum, non ſine ſervi Dei

admiratione vehementi, ultro ejus luminibus obtulit. Porro eum perurentibus ſolis ardoribus, ſulfureis ſe undis abluit: quæ *e* ſordis inſtar, ſupra corpus, ab eis ſublatum aruere per totum: atque hujuſmodi velut glutine valde cruciandus fuiſſet, ni ſpiritu auræ tenuis eum Dominus demulſiſſet. Nec ulterioris cauſa exacerbationis defuit: nam in regione eadem in copioſam tribulorum aculeitatem impegit, quibus oberrantis membra cruore non modico maduerunt, & adeo perduraverunt, ut in hoc quaſi martyrii genere Deo animam ſe redditurum cunctaretur. At in his ceteriſque ſimilibus ſuperavit, propter eum qui dilexit illum; jugiter ex pectore promens, ſibi vivere Chriſtum eſſe & mori lucrum.

AUCTORE IACOBO GRÆCO.

e *& alia duplici corporis afflictiones*

4 Poſtquam devotus Chriſti famulus Ioachim ad Anachoretas *f* ac Cœnobitas non paucos uſque pervenit, eoſdem acclivi devotione recolens, uti non modicâ fuerat caritate ſuſceptus, ſic non exili receſſit inſtructione formatus: ſecedenti tamen enumerata ab Apoſtolo quædam pericula, ab itinerantibus ſubeunda, non defuerunt. In tres ſiquidem nequiſſimos Sarracenos, obſcœnâ cum muliere degentes, incidit; qui mutuo de proſpecti nece muſſitantes, naturalibus tamen, imo infuſis cælitus femineis tunc precibus flexi, pepercerunt; ac dimiſſo juxta
E vicum proximum ducatum præſtiterunt: ubi hoſpitio collectus, pariter fuit hilari fronte moratus. Qui autem fecerat miſericordiam cum illo, octo parvulorum grege premebatur: quibus egenis Ioachim, Dominici non ignarus præcepti, unam ex duabus tunicam elargitus; reliquam denique, quibuſdam pro ſe obtegendo paratis, ad Dei gloriam nimiâ pietate retribuit. Cum autem Ioachim ægrotare contingeret ſecus illos, puerulos præſertim miſericordes ex Dei munere comprobavit: eum ſiquidem fructuum atque aſpectus exhibitione ſedulo exhilarabant. Convaleſcens poſtremo, ab humano & callido hoſpite, ne quavis contumeliâ afficeretur, de vico eductus in viam latam, inque iter rectum intromiſſus, inceſſit; donec plurima commeante catervâ, poſt tanta diſcrimina atque libata pericula rerum, exoptatam tamdiu venerandamque Hieroſolymam conſcendit.

f *ab eremo rediens*

2.Cor.xi.

*in periculum mortis venit,*

*à quo liber veſtes pauperibus largitur,*

*& viciſſim eger ab his fovetur:*

5 Quaſi unus ex his, qui cæſis ex arboribus ramis decerptiſque floribus candidis, nec non ſtratis veſtimentis ſuis, olim Domino viam conſtraverunt, ingreſſus eſt Ioachim ſanctam civitatem; imo pectori ejus, velut aſinæ pullo, aſſidente Chriſto, ad inclitam pergebat Hieroſolymam: cujus ſacris ubique locis piis greſſibus veneratis, adeo fuit Dominica devotione ſuccenſus, ut ad montem inde Transfigurationis advolaret. Ibi divino æſtuans ardore, ad veterrimi ſpecus ſe profunda conjecit: ubi ſupra recentium hominum ſuæ præcipue tempeſtatis morem, in hymnis & pſalmis ceteriſque ſpiritalibus documentis, per totius Quadrageſimæ curriculum contemplationi ſe viriliter addixit: & dum mentis oculis ſpecimen Domini intuetur, tabernaculum à Petro expetitum ſe incolere arbitrabatur. Ideo nec inediâ, nec maceratione victus, ſuſpirabat ob expectata ſolamina illius beatæ noctis, quæ meruit ſcire tempus & horam, quando Chriſtus ab inferis victor aſcendit. Quantum autem dominicâ affectus eſt tunc illic illuminatione *g*, poſt ejus inde receſſum claruit: nam tria opera, Concordiam nimirum duorum Teſtamentorum, Apocalypſis elucidationem, & Pſalterium decem chordarum exorſus fuit, quæ omnia felici conſummatione complevit: in quibus quanta de pectore ejus fluenta doctrinæ manarunt, rite ac recte opera ipſa ſcrutantes teſtimonium veritati perhibebunt.

*perluſtrata Hieroſolyma*

F

*in monte Thabor quadrageſimam agit;*

*& die Paſchæ cælitus illuſtratur;*

AUCTORE IACOBO GRÆCO.

6 Perguſtatâ ſpiritus ſuavitate, in monte electionis & puritatis; in regionem terræ, lac olim & mel fluentis, tunc vero converſæ in falſuginem, remeavit: & partibus in illis non ſolum loca, ubi Chriſtus Dominus naſci, converſari, mori, reſurgere, ceteraque humanæ ſalutis opera explere dignatus eſt; verum homines ipſos, qui ſanctitatis culmine præpollere cenſebantur, ſummâ devotione recoluit. Quæ autem paſſim in fide & moribus cauterizanda reperit, quæque ad normam veritatis ac puritatis (quantū in ſe fuit) revocare ſtuduit, ſunt penitus reticenda. Tandem abſiſtere inde decrevit: nec Dominicæ commiſerationis immemor, videns civitates illarumque regiones, flevit ſuper illas; prænoſcens qualiter Dominus daturus erat pulcritudinem illarum in manus inimici *h*, eo quod declinaverant à mandatis ſuis. Similiter declinandi eidem valida occaſio non defuit, cum corruendi tentatio adfuit: ſecedens enim, inter tot impietates pius, in eâ Aſiæ parte *i* quæ Euphrate ac mediterraneo mari concluditur; ſecus mulierem viduam, formâ & pietate inſignem, hoſpitari contigit. Porro Ioachim, adhuc juvenculus, licet itineris tantâ continuatione & compunctione macreſceret; naturali tamen elegantiâ erat conſpicuus valde: unde miſerrimâ dæmonis inſtigatione exarſit mulier, & nocturnu geſtis nutibuſque impudicis continentis animum pulſavit. Qui ſicut fuerat Domini virtute roboratus, præcinctus lumbos amore caſtitatis, allicientis petulantiam ſtrenue rejecit. Nec deſtitit impia: at putans conceptæ iniquitatis voluptate potiri, paratum pro utriſque cubiculum ingreſſa, Ioachim priſcâ laceſſatione monebat, ut accederet, ſi forte Chriſti miles utcumque mollitus eſſet. Qui nequiens ſine ſcandali perpetratione aufugere, lignorum ſtrui admotus & inſomnis noctem totam orationi aſſiſtens, nullique animum inclinans iniquitati, Dei cooperatione victor evaſit. Inter apparentia tandem crepuſcula mane, abſque licentia ab hoſpite petitâ, ex acherontinâ habitatione receſſit. Hinc factum eſt, ut gratiam continentiæ, à Domino receptam, de cetero à cunctis amplexendam, dulciter prædicaret: & ſicut recedentes ab eâ acriter ferebat, ſic pro viribus ad emendationem irritabat. Purus enim Chriſti ſervus Domino conſimiles præparare nitebatur, qui caſtitate dealbatus lucernas ardentes in manibus habens, ſpurcitias diaboli immaculato calle tranſivit. Non ergo ei merito flores aliquando atque lilia deſunt *k*. Relictis denique & jure regionibus illis, in Siciliam inſularum præcipuam trajecit: quam videns omnium copia & glebæ ubere celeberrimam, ut illius errata defleret, ad radices montis Ætnæ, perpetuo incendio clariſſimi, juxta cœnobium *l* Græcum ſeceſſit in antrum; in quo biduanis ac triduanis orationibus & contemplationibus intentus, nullo prorſus corporali cibo refocillatus perſiſtebat. Nec mirum: nam ſic erat & meditationibus abſorptus & lectione occupatus, ut in eo priſcorum Patrum renovata veſtigia præfulgerent. Poſtremo B. Martinum, pro reviſione ſuorum trans Alpes commeantem, imitari conſtituit: Dominus ſiquidem qui illum præordinaverat, in talenti multiplicatione illic valde profuturum, eidem ad patriam redire & trajicere inſpiravit.

*Redit è Terra ſancta,*

*miſeratus ejus ruinam,*

*& impura hoſpitæ illecebras*

*fugâ declinat;*

*atque poſt aliquam in Siciliâ moram,*

7 Ut terra, cui Dominus dederat omnium fructuum genere pergravari ac bona ſuapte naturâ producere, verbo Dei rigaretur, ac ſervi ejus Ioachim fœcundaretur exemplo, atque juſtitiæ incrementa produceret; eumdem in Calabriam ipſam reſtituit. Qui vallem Chratis *m* ingreſſus, juxta Biſentum *n*, Alarici ſepulcro aureo memorabile, gradiens; urbem Conſentiam, florentem jugi populorum frequentiâ, ne forte agnoſceretur *o*, abhorruit. Ceterum ejus comes, ficus in pomario quodam collecturus, Ioachim renuente, inverecunde intravit; unde pro illo deprehenſo, pro re tam modicâ fuit ſupplicare coactus. Interea à Cælicenſi prætereunte compertus agnoſcitur: & an talis filius eſſet interrogatus, nec mentiri voluit, nec celari valuit. Rogatus vero ille, ne de agnito cuipiam verbum faceret; Inhumane, inquit, agerem, ſi patrem tuoſque, de te velut mortuo ingemiſcentes, celarem. Si aliter fieri nequit, quæſo, mecum divertas, quo patrem ſolum ad me perducas, ait. Conveniens autem genitor ac genitum intuens, de viſo quidem gaudens, de modo vero non; talia voce retulit: O terque quaterque me miſerum! huccine, fili mi, de te devenit expectatio noſtra? Quare factus es velut vir vagus? Putabamus omnes per te domum noſtram ſublimari genuſque nobilitari: quare ergo nos à tantâ expectatione confudiſti? At ille humilibus denique ſermonibus patris dolentis mitigavit affectum, & paucis mirâ devotione locutis, eum lætificare non deſtitit; Pater, inquiens, pro terreno, perenni Regi modo milito. An neſcis qualiter contemnentes aulam regiam meruerunt habere coronas perpetuas? Hiſque ſimilibus mollitum parentem reliquit; attonitis ſiquidem auribus Dominicam ſententiam conceperat, cum dicit: Qui vult venire poſt me, & non odit patrem ſuum, & matrem ſuam, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus *p*. Contulit ſe ergo ad cœnobium *q* Sambucinæ, tunc miræ celebritatis, modo quaſi penitus deſtitutum: ubi in ſupernam Hieroſolymam aciem mentis intendens, hominis in carne præter carnem vivere exoptabat; atque ad futuræ pacis ſigna & ad cæleſtium culmina gaudiorum aſpirans, ex Monachorum conſortio proficiebat *r*. Licet enim in ipſo monaſterio adhuc Regulæ jugo colla non ſubdidiſſet; ex tali tamen religionis deliberatione quibuſdam viſum eſt, Joachim Sambucinæ filium appellare.

*patrem placat, ſpes ſuas fruſtrari querentem,*

*Luc. 14.*

*& in cœnobio Sambucinæ moratur.*

*reverſus in Calabriam;*

## ANNOTATA

a *Addit Gregorius cap. 4* paululum quieſcenti apparuiſſe flumen defluentis olei, hominemque adſtantem & dicentem; Joachim, bibe de flumine: viſumque ei uſque ad ſatietatem bibiſſe. Viſioneque completa evigilanti ſacram Scripturam patuiſſe.

a *Exiſtimo hic & à Luca Conſentino in Prolog. §. 3. Thebaidis nomen indefinitè pro eremo accipi, quales intra & circa Paleſtinam varia in iiſque non tantum per Lauras diſperſi Monachi, ſed etiam Anachoretæ prorſus ſolitariam ducentes vitam: nam Thebaidem proprie dictam, in Ægypti finibus, non crediderim Ioachimo aditam fuiſſe.*

b *Scilicet Andream itineris comitem.*

c *Gregorius ſic explicat*: Vidit duos hiatus, ſinguli ventos diverſiſſimos emittentes; unus ſcilicet intolerabiliter frigidum, alter inſolenter calidum, ideoque retraxit ſe ad os ſpeluncæ, ubi oportebat contrarios flatus patentiore in aëre è ſuâ pernicie lenteſcere, *deinde ſubjungit*: Iterumque propoſitum continuans iter, ad aliam maritimam regionem devenit; ubi mira quædam ſe vidiſſe teſtatus eſt; oleas ſcilicet, fructus diverſimode proferentes miræ quantitatis. *Venienti autem per Syriam Ioachimo & porro pergenti, occurrebat mare Galileæ; atque inde Iordanis ripas tenenti, Mare-mortuum, de quo mox: ut appareat non ultra loca ſancta Paleſtinæ peregrinando profectum Ioachimum.*

d *Gre-*

d *Gregorius Pentapolim in Libyâ hic ſibi imaginatus, quinque illius urbes nominat : & deinde eas confundit cum regione, quæ olim irrigabatur ſicut paradiſus Dei, nunc autem poſt Sodomæ, Gomorrhæ, & aliarum duarum civitatum ſubverſionem converſa eſt in mare mortuum ſeu lacum Aſphaltiten, ſolâ Segor, quæ cum quatuor aliis Pentapolim conſtituebat, propter Loth conſervatâ. Hæc autem regio evidenter media eſt inter Arabiam & Paleſtinam, uti hic dicitur : non autem Africana illa in Libyâ.*

e Solis *legitur apud Græcum : ſed typographico, ut putamus, mendo.*

f *Puta inter rudera Lauræ S. Sabæ & alia locâ, quæ à Mari-mortuo Hieroſolymam euntî fuerunt tranſeunda in ſolitudine.*

g *Multo ſane poſt, ut in Diſquiſitione Actis ſubjungenda apparebit : quamvis Gregorius loca temporaque confundens, omnia ad hanc peregrinationem referat cap. 6 operis ſui.*

h *Factum id eſt an. 1187, quando capta eſt à Sarracenis Hieroſolyma.*

i *Gregorius Aſiam minorem intelligit fuſeque deſcribit : non video tamen cur non magis definite Euphrateſia Provincia intelligatur, dictis duobus terminis ita clauſa ab Ortu & Occaſu, ut media ſit inter Syriam Aſiamque minorem.*

k *Perſtringit hic Angelum Manriquez. Gregorius, quod hanc tentationem ſomniaverit in Sicilia obveniſſe Ioachimo.*

l *Rochus Pyrrhus, in Notitiâ Eccleſiæ Catanenſis, duorum monaſteriorum ad radices montis Ætnæ ſitorum meminit, quorum alterum ſit S. Leonis de Pannachio, in loco Foraſtellâ, ab Henrico Policaſtri Comite ædificatum anno 1136, & circa an. 1200 traditum Benedictinis : alterum S. Nicolai de Arenis, ad 12 M. P. ab urbe Catanâ, anno 1156 Benedictinis ædificatum : quid ni autem alterutro loco prius Monachi Baſiliani fuerint ?*

m Chrates, *vulgo* Gratti, *fluvius ipſam prope Conſentiam alluens, moxque Buſentum amnem excipiens.*

n *Iornandes de rebus Gothicis cap.* 30 Spoliata Româ, Campaniâque, & Lucaniâ ſimili clade peractâ, Brutios acceſſerunt : ibi ergo veniens Alaricus Rex Viſegothorum cum opibus totius Italiæ, quas in prœda diripuerat, . . . ſubito immatura morte rebus exceſſit humanis. Quem nimia dilectione lugentes, Bazentinum amnem juxta Conſentinam civitatem de alveo ſuo derivant, & in medio alveo collecto agmine captivorum ſepulturæ locum effodiunt : in cujus foveæ gremio Alaricum cum multis opibus obruunt, rurſuſque aquas in ſuum alveum reducentes, ne à quoquam quandoque locus agnoſceretur, foſſores omnes interemerunt: *quæ ex hiſtoria Miſcella lib. 13 accepit Iornandes, cujus verba apud Baronium lege ad annum 411.*

o *Gregorius ait, quod declinata urbe,* per locum qui dicitur Guaraſſanum (*forte in tabulis* Ciriſſanum, 4 P. M. *à Conſentiâ ad occaſum.*) in, *ſeu verſus* præfatum Crathis *flumen deſcenderit.*

p *Admirandam hîc Gregorius proponit viri Dei virtutem : qui patrem ultra annum 1169 in vivis habens, numquam legatur Calicum remeaſſe, niſi in ſororis cujuſdam ſuæ morte : nempe Ioachimum putat initio ſeculi natum fuiſſe, quod nobis non probatur : uti nec ſatis conſtat, quod Notarius Maurus, de quo ipſe, fuerit Ioachimi pater.*

q *Apud oppidum Luciorum diœceſis Biſinianenſis, adeoque ad 13 circiter* P. M. *diſtans Conſentia verſus Boream. Angelus Manriquez. anno 1160 illud fundatum dicit à Goffredo Comite & ejus matre Bertha : quod conatur refutare Gregorius, ne Ioachimum cogatur facere juniorem quam facit. Chronologia antiqua Ms. fundationum ponit hanc ad an. 1157, cui credere malumus, & opinari dotem pleniorem poſtea acceſſiſſe.*

r Sub Abbate Simeone, *inquit Gregorius,* per annum unum monaſterii janitorem agens : ubi in hortum egreſſo & divina contemplanti apparuerit vir forma pulcherrimus, manuque amphoram tenens dixerit : Ioachim, cape : bibe vinum hoc, eſt enim optimum. Quod audiens ille bibit ad ſatietatem, amphoramque reddidit, inquiens, ſatis ſe bibiſſe: Cui vir reſpondit; O Ioachim, ſi totum exhauſiſſes vinum, nulla te ſcientia fugiſſet. AUCTORE IACOBO GRÆCO.

## CAPUT III.

*Ioachim Monachus Curatii factus, ibidem eligitur Abbas, & privilegio Regio muniri curat monaſterium.*

IOachim Dei famulus, æſtuans ſpiritus fervore concepto, à memorato cœnobio Ciſtercienſium Sambucinæ ſecedens, contra elatâ vallis Chratis terram, ubi Bucchita eſt nomen, juxta a Rendarum oppidum tranſvolavit, ibidemque ſalutis opera non deſeruit. Verum lucerna ſuper candelabrum poſita, cunctis quæ in domo ſunt ſplendens, occultari nequiverat. Ea propter qua fuerat unctione præventus, Rendenſi populo devotione plurima Dei verbum audienti diſſeminavit, & pullulantes in eo ſimultates ferventi concione ſedavit. Aſt in agro Dominico uberiores fructus indies ſe producere comperiens, ſcrupuloſitate quadam turbatus fuit : metuit ſiquidem abſque prævia Epiſcopi ordinatione prædicationis munus exercere ; expaveſcens ne in illum Apoſtolica comminatio caderet, cum ait ; Quomodo prædicabunt niſi mittantur ? Propterea b Cathazorii civitatem proceram ad Adriaticum mare, ob tale munus habendum, devotione maxima non imparatus adire conſtituit. Accidit autem ad flumen c Crothalum in monaſterium de Curatio Ciſtercienſis ordinis divertere, ubi ex caritate hoſpitatus, Religioſorum humanitatẽ inſpexit. Verum, quia civitas in monte poſita occultari nequit, de ore ſuo ab erudito Religioſo agnitus, ad certam religionis aciem amplexandam rationibus validis compulſus, remanſit. In Curatio ergo, ut fieri mandat Ciſtercienſis Ordo, ſecundum Regulam Sanctiſſimi Patris noſtri Benedicti, ſtabilitatem ac morum converſionem vovere ſtatuit, ſub Columbano Abbate, qui illum ad columbinæ habitum religionis admiſit ; atque juxta propoſitum ordinari curavit. Qualiter autem per primordia ſuſcepti habitus Chriſti athleta cucurrerit, ex effectu præcipuo evidentiſſime comprobatur : nam poſt pauca, monaſterii Prior ex debita omnium electione ordinatus fuit. Mortuo denique memorabili memoratoque Abbate, cuncti pariter, nemine penitus diſcrepante, in eorum Priorem convenerunt ; qui, ut erat humilitate ſublimis, exemplo Domini, qui in Regem eligi recuſavit, edoctus, inſciis Fratribus ex monaſterio receſſit, & in cœnobium Sanctæ Trinitatis ad oppidum d Acræ Ordinis prælibati, ſi forte latitaret, aufugit, & inde in Sambucinam repedavit : cujus Monachi à Curatio receſſum ejus zelantes, quaſi non receperunt, ipſius tamen humilitate perſpecta ad modicum ſuſtinentes, quantum erat ab ambitione alienus non immerito mirabantur.

*Ioachim juxta Renda concionari incipit.* a

*ad quod rite ordinandus cum abit,* Rom. 10. b

*Curatium divertit.* c

*ibique Monachus factus,* F

*in Abbatem eligitur.* d

9 Perſeverantibus interea Curatii Monachis in electione præpoſita, Joachim redire perdifficillimum erat. Interpoſita vero deprecatione e Ruffi Archiepiſcopi Conſentini, Symonis Sambucinæ Abbatis, & ejuſdem Prioris Hilarii, Mellis Juſtitiarii, nec non plurium Nobilium exhortatione pulſatus ; ſciens tandem, nolle acquieſcere eſſe quaſi peccatum

*& minus obedientia adactus ſuſcipit.* e

AUCTORE IACOBO GRÆCO.

tum ariolandi, in communi exultatione Abbas in Curatium redit. Non ergo immerito Clementina ſanctione, ſuper Ciſtercienſis Ordinis firmitate emanata Peruſii, quinto idus Iunii *g* anno primo Pontificatus ſui, ad ſimilium renuentium eruditionem cautum eſt in hæc verba: Electa quoque perſona, ſi ſufficiens & idonea vacanti monaſterio fuerit, non recuſet: qui contra fecerit, graviter puniatur. Factus ergo monaſterii Pater, erat quaſi fidelis ſervus & prudens, quem conſtituerat Dominus ſuper familiam ſuam, ut conſervis ſuis menſuram tritici erogaret. Ideo ſuſcepti oneris cura pervigili ſolicitus erat in temporalibus, magis tamen ac magis in ſpiritualibus inſudabat: & præſertim ſuper eâ, qua fuerat intelligentia edoctus, commentabatur. Verum quia ſancitum erat in libro Definitionum Ordinis, diſtinctione prima undecimo capite, hujuſmodi ſub tenore: Libri Iuris civilis vel canonici in armario communi minime reſideant, nec præſumat aliquis novas librorum expoſitiones facere niſi conſenſu Capituli generalis; ſcholia non niſi in occulto retinens, a Capitulo vel ab ipſo Pontifice maximo licentiam petere maluit, ſub aliquali formidine; interim privatæ ac piæ exercitationis ſtudio intentus, in optima futuri progreſſus aura confortabatur, attendens illud quod ſcriptum eſt, Qui elucidant me vitam æternam habebunt.

*atque ad commentandum facultatem expectat.*

B Eccleſ. 24

10 Etſi monaſterium Curatii, in territorio caſtri *h* Sylani, quod eſt patria mea, ante Ioachim Abbatiatum, non modicæ conſiderationis extiterit; tamen tanto viro Præſide, in utriuſque ſtatus excellentiam mirum in modum auctum fuiſſe dignoſcitur: & ſicut ſervum Dei Ioachim facies Principum admirabantur, ita ejus intuitu & monaſterium & Fratres privilegiorum culmine cumularunt: quibus uſque modo perfrui eoſdem nulli prorſus ambigendum eſt. Inter innumera vero, etſi minimum, unum tamen interponendum, quod in eodem monaſterio legitur de verbo ad verbum depromptum, forſan non immerito duxi; ſic autem ſe oſtendit. Redemptoris noſtri Domini noſtri Ieſu Chriſti anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo octavo, *i* & tertio decimo regnante Domino Guilielmo glorioſiſſimo Rege Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ, tertio decimo menſis Februarii, duodecimæ Indictionis. Nos Gualterius de Moac Regii fortunati *k* Stolii *l* Ammiratus, & Regiæ *m* Duhanæ de ſecretis, & Duhanæ Baronum Magiſter; dum eſſemus in *n* Baroli pro regiis agendis, Ioachim venerabilis Abbas Sanctæ Mariæ de Curatio, detulit nobis ſacras litteras à ſacra Regia Majeſtate, quarum continentia talis eſt.

h *Efflorescit ſub eo Curatiense cœnobium.*

*& munitur privilegio*

i

k l m

n

C

Guilielmus, Dei gratia Rex Siciliæ, ducatus Apuliæ & principatus Capuæ, Gualterio de Moac fortunati Stolii Ammirato, & *o* Regiæ Duhanæ de ſecretis, & Duhanæ Baronum Magiſtro, dilecto fideli ſuo, ſalutem & dilectionem. Venerabilis Abbas Sanctæ Mariæ de Curatio, nuper Panormum veniens, oſtendit in Curia noſtra duo ſcripta de *p* diviſis terrarum, quas eidem monaſterio miſericorditer olim conceſſimus; aſſerens te diviſas ipſas à camerariis ipſius coarctari, frangi, & terminari feciſſe. Supplicavit idem venerabilis Abbas, quatenus præciperemus fieri privilegium de diviſis ipſis monaſterio ſupradicto. Sed quoniam Curia noſtra neſciebat pro certo, qualiter diviſæ ipſæ fuerunt factæ; mandamus fidelitati tuæ & præcipimus, de diviſis ipſis, quas tu fieri feciſti, ſecundum conceſſionem noſtram, mandato & auctoritate noſtra facias fieri privilegium ex parte tua eidem monaſterio, ut habeat illud ad memoriam & ſecuritatem noſtræ conceſſionis. Datum Panormi, duodecimo die menſis Decembris, Indictionis duodecimæ. Series vero ulterior privilegii hujuſmodi, ad abolendam prolixitatem, reticetur *q*.

*Guilielmi Regis.*

o

p

D

q

E

11 . . . . . ?

12 . . . . . .

13 . . . . . .

## ANNOTATA.

a *Abeſt* Renda *ſolum 6 paſſuu millibus Conſentiâ, inter Apennini jugâ & fluvium: hunc olim* Arintham *dictum, putat Gregorius.*

b *Vulgo* Catanzaro, *juxta Scillaceum ſinum ad Flumarellam, inter Coracium & Allium amnes: quo Vghellus tom. 7 Italiæ ſacræ docet Leonem Grandi anno 783 Tabernis tranſtuliſſe magnæ Græciæ Epiſcopatum. Hic reipſa, poſt ſuſceptum Curatii habitum, ordinatum fuiſſe Ioachimum, credit Gregorius: ſed cum Marturanæ diœceſis Curatium fuerit, non putamus illud abſque teſte liquere.*

c *Ita Plinio dicitur, qui vulgò nunc* Corace, *fortaſſis à mox nominando* Curatio, *ad ejus initia ſito in Marturanenſi diœceſi, juxta Villam Scilliani.*

d Acra, *in tabulis* Acri *nominatum, Biſiniano, ad cujus diœceſim pertinet, verſus Ortum, intervallo ſex milliarium.*

e *Matricula eccleſiæ Conſentinæ, aſſervata in area trium clavium, hujus Ruſi meminit ad annum* 1184.

f *Gregorius addit cognomentum* de Rende.

g *Chriſti anno* 1188, *electus enim eſt Clemens III* 16 *Ianuarii.*

h *Iuſtus Buffolatus, in Mss. Viſitationibus, appellat* Villam Scilliani. *Abeſt nomen à tabulis, ex ſitu tamen Diani (quod Marturano vix diſtat 5 P. M. ad Euroboream, & infra ſect. 14 propinquum hujus caſtro fuiſſe intelligitur) ſtatui de ejus ſitu poteſt.*

i *Fruſtra hunc annum ſuſpectum haberi à Gregorio, oſtendimus in Commentario num. 15.*

k *Id eſt exercitus: pro qua re eſt egregius locus Chronici Ceccanenſis, Foſſa-novæ dicti ab Vgello, an.* 1185. Hoc anno Guillielmus Rex Siciliæ fecit ſtolium maximum per mare & per terram. Super ſtolium maris ordinavit Capitaneum Comitem Tancredum, ſuper ſtolium terræ fecit Capitaneos Comitem Alduinum & Comitem Richardum de Cerra, & mandavit eos omnes in Romaniam, ad acquirendum Imperium Conſtantinopolitanum. Totum ſtolium intravit in mare III Idus Junii. *Græcus* στόλος *proprie ſignificat* Claſſem *& exercitum ad expeditionem navalem, ab* ἔστελλω *præterito medio verbi* στέλλω *mittere: ab his Græcizantes etiam nunc Siculi Calabrique haud dubie* Stolium *retinuere.*

l *Vocem barbaram eſſe à proſpiciendo ſumptam: cui apud Græcos* Ephori *nomen reſponderet, alibi indicavimus: hic obſervo, ut nunc inter Francos Mareſcalli plures, ſic tunc inter Normannos, utriuſque Siciliæ dominos, plures fuiſſe Ammiratos: unde apud Rochum Pyrrhum in Chronico Regum, præfixo Notitiæ Eccleſiarum Sicilienſium pag. 10, invenies Guilielmi Mali diploma, datum* per manus Majonis, Magni Ammirati Ammiratorum, *anno* 1156.

m *Aliàs* Doana *&* Dohanna *ſcribitur, lib. 1. Sicularum conſtitut. tit. 39, 78, & aliis: eſtque etiam hodie apud Italos Francoſque in uſu pro telonio, ſeu loco ubi ſtatæ pro mercibus invectis pecuniæ penduntur.*

n Straboni Baretum, *inquit Ferrarius in Lexico Geographico*, ad Aufidi fluminis oſtia, totius Italiæ clariſſimum. *Tabulæ* Barlettam *notant, ſed 4 circiter milliariis removent à dicto oppido.*

o *Ex titulis, hic ordinatius poſitis, ſuſtulimus confuſionem, quæ ſuperius irrepſerat, ubi ſic legebatur*: Magiſter Regiæ Duhanæ de ſecretis & Duhanæ Baronum.

p *Italia*

A *Italis hodieque usitata vox*, divisa, *pro divisione & electione: ex cujus postremi sensus proprietate etiam* divisæ, *Francis* devis, *dicuntur sententiæ breves, quas scutariis tesseris subscribendas nobiles familiæ eligebant.*

q *Mirum est Græcum, qui annum dati diplomatis accuratè transcripserat, tam fuisse socordem in eo rememorando, ut potuerit hoc diploma tribuere Guilielmo Malo, quem scribit ab anno 1149 ad 1166 regnasse: quo toto tempore Indictio 12 non cadit, nisi in primum regni ipsius annum, quando ex Græci ipsius calculo non fuisset Ioachim nisi annorum 14. Quare & hæc & alia de Constantiâ Imperatrice absurda hic expunximus.*

r *Sequebatur Bulla exemptionis Curatiensis, per Michaelem Episcopum Marturanum, quam anno 1177 datam ostendimus: item ejusdem exemptionis confirmatio, per Franciscum Monachum, itidem Marturanum Episcopum anno 1603: tum index Reliquiarum Curatiensium: ac denique supposititia bulla Honorii III. quam merito rejicit Gregorius, & simul innixam ei opinationem Græci, de antiquitate Curatii majori quam ipsius Ordinis Cisterciensis. Nos omnia hæc, ut nihil vel parum ad Ioachimum spectantia, omittimus; maxime cum apud Ughellum, tom. 7 Italiæ sacræ in Episcopis Marturanensibus, ipsa legi possint.*

B

## CAPUT IV.

### *Spiritu intelligentiæ & prophetiæ clarus Ioachim, facultatem commentandi supra Scripturam à Romanis Pontificibus obtinet.*

14 *Crucis apparentis mysterium enodat.*

AD venerabilem porro Joachim, Curatii Abbatem, supervenientibus arduis quibusque, cum omnes pariter confluerent; Sylanæi, velut ad propriū patrē sedula devotione incurvi, pro re non modica pariter convenerunt. Crucis etenim signum, fere omnibus visibiliter apparens in cœmeterio ecclesiæ parochialis a Diani, de significatione territos inquirere fecit: quibus perpaucis seorsum apparitionis mysterium enodavit, ita ut de cetero simile non appareret b. Quid autem edixerit, non satis clare comperitur. Cæterum si apparens signum cum rerum eventibus comprobare licebit, omni prorsus dubietate semota, quod duorum unum edixerit, est tenendum (dicente namque Apostolo, Verbum crucis pereuntibus stultitia, qui vero salvi fiunt, virtus Dei est; ac ut malis ad patibulum, sic bonis est ad salutis oraculum) civiles seditiones, quas demum perpessi sunt Sylanæi, primum comprobavit; templum vero, in eodem loco Scigliani Diani erectum, indicavit. Sic ergo utrumque verus rerum comprobavit eventus: & Dei tandem munere, civilibus sopitis ubique simultatibus, ecclesia conspicua in memorato ac signifero cœmeterio Scigliani Diani constructa remanet. Nam anno millesimo quingentesimo septuagesimo nono, die vigesima octava mensis Augusti, diruto veteri templo, sub invocatione Sanctissimæ Deiparæque Virginis Mariæ, sub invocatione eadem, Marianus Camerinensis, ex familia Perbenedicta, tunc Antistes Marturanensis ampliſſimus, me quoque adstante in coadunatione cleri ac populi plurima, lapidem primum Cruce signatum in prima memoratæ ecclesiæ fundamenta jecit, ac in fastigia non modica erigendam curavit. Zelo siquidem ecclesiasticæ disciplinæ accensus, antequam ad Cardinalatus apicem sublimaretur, velut in corrigendis relaxationibus morum gregis sibi commissi, ita in ecclesiarum renovatione explenda mirum in modum insudavit: nec usque modo, in supremis constitutus, insudare desistit. Vir iste zelo divini cultus,

a

b

Cor. 1. 18.

C *videturque prædixisse templum Diani exstruendum.*

ut præfertur, armatus, quam plurimas in sua Marturanensi diœcesi corruptiones extirpavit; Cathedralem ad meliorem formam redegit; Romæ tandem Gubernatoris officio integerrime functus, ad illustrissimum Cardinalatus ordinem à Sixto quinto P. M. promotus, expectatione majori omnibus se amabilem exhibuit. Consecratio vero templi matricis Diani facta est ab ampliſſimo Episcopo Francisco Monacho, sub die decima septima mensis Septembris, anno à Jesu Christo nato millesimo sexcentesimo septimo, Indictione quinta, Paulo Papa hujus nominis quinto, anno Summi Pontificatus sui tertio sedente, & Episcopatus ejusdem Franciſci Monachi anno decimo quinto. AUCTORE IACOBO GRÆCO.

15 Adeo autem venerabilis Abbas Ioachim erat intelligentiæ spiritu præclarus, ut reliquis posthabitis sese ad illius explenda munera converteret, malens ejus consolatione potiri, quam reliquis ipsius occupationibus extolli. Et licet assertio de ejusdem intelligentiæ spiritu ex confectis inspectisque ab eo operibus evidentiam habeat, probatorum tamen testimonio virorum comprobatur. Guglielmus c Parisiensis in libro de virtutibus hæc asserit: Scire debes, quod donum intellectus est tantæ claritatis & acuminis in quibusdam, ut valde assimiletur spiritui prophetiæ, quem nonnulli in Abbate Joachim fuisse credunt. Et quidem liquet, plurimos testari, spiritum seu donum intellectus habuisse; an vero prophetiæ quoque spiritum habuerit, in sequentibus indicabitur. Ceterum apertissimum est, Joachim humilitatis intuitu dixisse, se donum intelligentiæ, & non prophetiæ habere. Verumtamen qui duo talenta acceperat, ut duo alia lucraretur, cœnobium Curatii, (Fratribus concurentibus) studuit commendare Sambucinæ. At illud Sambucinenses recusarunt d: igitur illud monasterio de e Casamarii (eo quod ibidem Marii, septenarii Consulatus toga illustris, villa extiterat, sic nuncupato) commendare tentavit. Cujus Monachis pariter renuentibus, Curatium monasterio f de Fossanovâ, inter Cistercienſia præclarissimo & in omni sanctę conversationis puritate conspicuo, commendavit; ut hon immerito miram in eodem sepulturam Dominus sanctissimo & Angelico Doctori Thomæ Aquinati providerit, dum mandante Gregorio hujus nominis decimo, anno Incarnationis Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, ad Concilium Lugdunense properavit. Porro Ioachim, ut securius super habitam ad exponendum gratiam proficeret, Lucium tertium, qui fuit creatus Pontifex, à Christo nato anno millesimo centesimo octogesimo primo, vigesimo nono Augusti, anno secundo Pontificatus ejusdem, humilibus gressibus petiturus, urbem Verulanam g adiit; ... h ab eoque sacram Scripturā elucidandi facultate potitus, eidem multa vera ac ventura prædixit. Eamdem profecto auctoritatem interpretandi, in præfatione Apocalypsis talibus verbis induxit: Non ergo de meo, quod non habeo, sed de Christi benignitate confidens, Apocalypsim, quam Beatus Ioannes in Patmos insulâ relegatus descripsit, non meæ præsumptionis audacia, sed Romani auctoritate Pontificis exponendam assumpsi. Quantum autem tum in his tum in ceteris enucleandis sacræ Scripturæ arcanis profecerit, veniat qui cupit, & videat: loquela etenim sua eumdem manifestum facit: ut infra ex suæ professione fidei sole illustriori clarescit.

*vi intelligentiæ donum divinitus sibi concessum,*

c

E

*à cura regiminis exolutus,*

d

e

f

*interpretandis Scripturis possitimpendere,*

F

g h

*facultatem à Papâ obtinet:*

16 Expletum opus de utriusque Testamenti concordiâ, cujus absolutioni plurimum in monasterio de Casamarii invigilaverat, Lucio tertio memorato devotissimus præsentavit: quod à Papâ ac Consistorio nimium fuit commendatum. Ceterum com-

*& sicut antea Concordiam utriusque Testamenti obtulerat Lucio 3*

AUCTORE IACOBO GRÆCO.

periens Pontifex quantâ Ioachim ſpiritus illuſtratione fulgeret, ſuperindultæ ſcribendi facultati adjunxit pro talenti multiplicatione, ut de cetero, depoſito temporalium monaſterii onere, enodandis ſacræ paginæ arcanis ſe dederet; illud eidem memorans, in theſauro & ſapientiâ abſconditis nullum adeſſe profectum; quemadmodum hiſce Pontificis litteris comprobatur.

*ita à Clemente extremam manum apponere juſſus Apocalypſi.*

Clemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Dilecto filio Ioachim Abbati de Curatio ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Rationis ordo ſuadet & debitum exigit caritatis, ut in cunctis actibus noſtris ad id plurimum intendamus, qualiter ſecundum veritatis Euangelicæ teſtimonium opera noſtra luceant coram hominibus, ut ex eis proficiendi materiam capiant & exemplum. Cum ergo, jubente & exhortante te beatæ memoriæ Lucio Papâ prædeceſſore noſtro, expoſitionem Apocalypſis & opus Concordiæ inchoaſſe, & poſtmodum de Papæ Urbani auctoritate ſucceſſoris ipſius compoſuiſſe dicaris; Caritatem tuam monemus & hortamur in Domino, per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus laboribus tuis in hac parte optatum & debitum finem imponens, gratia Dei proſequente, ad utilitatem
B proximorum opus illud complere & diligenter ſtudeas emendare: & veniens ad nos quam citius, ſi opportunitas dederit, diſcuſſioni Apoſtolicæ Sedis & judicio te præſentes. Si enim velis in abſcondito retinere, diligenti curâ proſpicias, quâ poſſis ſummi patrisfamilias offenſam, de talento ſcientiæ tibi commiſſo, ſatisfactione placare. Datâ Laterani ſexto Idus Iunii, Pontificatus noſtri anno primo.

*Curatienſi Abbatia renuntiat,*

Porro venerabilis Abbas, ad votum retinens conſulentis ac præcipientis imperium, grates Deo reddidit; liberiori ſe curſu poſſe cetera proſequi ex conceſſione prænoſcens. Reverſus ergo in Curatiũ, renuntiavit adminiſtrationi temporalium, & feſtinus inde receſſit. Curatienſes vero Monachi, receſſum hujuſmodi, & incolatum continentis ſe in loco, cui Petra-lata eſt nomen, valde ægre ferentes; cum de ejuſdem regreſſu deſperarent (vel quia tanti Patris nequibant carere præſentiâ, vel quia munera Dominicæ diſpenſationis ignorabant) ſi quomodo ad redeundum compellere poſſent, de ſeniorum conſilio ad Pontificis auctoritatem cucurrerunt. At Romani Pontificis auctoritas, expetita ſaniori conſilio perpendens, Ioachim & ab onere Curatii abſolvit, & alibi confedendi poteſtatem adjunxit. Un-
C de non exterâ tantum quam intimâ libertate potitus, totus pergebat in Deum, ut unus efficeretur ſpiritus cum eo. Et quia cogitatio ejus erat apud Altiſſimum, de ventre ejus flumina jugiter fluere cœperunt: Hinc factum eſt, quod petram manſionis prioris, Petram olei nominavit: & hoc non immerito; unctionem etenim Domini in ſe non parum profeciſſe cognovit.

i 17 ..... i
18 .....

*Ioachimus à S. Cyrillo agnoſcitur, ut Propheta*
*k*

19 Quod vero Dominus ſervo ejus Joachim futura noſcendi non modicam gratiam contulerit, eſt irrefragabile teſtimonium deſumptum ex Vitâ S. Cyrilli *k* Carmelitæ; ut videre eſt in vitis Sanctorum, quæ paſſim & vulgari idiomate ab Eccleſiâ nunc habentur. Tanti profecto teſtimonii cauſa fuit apparitio Angeli, offerentis Cyrillo, celebri prærogativâ in Carmelo celebranti, duas argenteas tabulas, divinitus eidem inſcriptas atque directas: qui, Sacrificio expleto, eaſdem prius legendas ac demum in obſequium Domini in thuribulum conflandas fore mandavit: ſcripturam vero illam, undecim Capitibus diſtinctam, quod futurum erat in Eccleſiâ continere, pariter affirmatur; cujus initium lectionis erat; Tempore annorum Chriſti milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto &c. Etſi autem Sanctus Dei Cyrillus tabellarum ſenſum optimè teneret Fratribuſque enodaret; humilitatis tamen intuitu, ad Joachim in Calabriam & monaſterium Floris dirigere procuravit, ſcribens illi in hæc verba. Cum Deus tibi, velut ſecundo Euangeliſtæ Joanni, miram futura noſcendi gratiam contulerit, humiliter, quæſo, Reverende Pater, ut brevius prophetiam hanc enucleare digneris: quo dilucidius hujus divini muneris abyſſum penetrare valeamus; frange nubem, denſa revela, ut ſplendeat cunctis claritas clariſſimi ſolis. Cui Joachim: Cyrillo Carmelitæ, ſpeculo paupertatis & normæ ſanctitatis, qui ex Carmelo mundum virtutibus exornat, in vero ſalutari ſalutem. Perlectis litteris tuis exultavit valde ſpiritus meus: quis enim ſentiens tanta, divini muneris largitate percepta, non tibi conjubilaret? A me expetita, à te, cui à Domino exhibita, expetenda erant. Verum, ſicut Dominus dederit, poſtulatis parebo *l*. Hæc ibi.

*& miſſi cœlitus oraculi interpretationem rogatur.*

## ANNOTATA.

a *Iam ſupra dixi* Dianum *abeſſe à Maturano ad Euroboream* 5 P. M.

b *Gregorius tamen cap. 16, multa de Scillano præfatus, incunctanter hanc prophetiam profert*: Hoc Crucis ſignum tribulationem & anguſtiarum afflictionem prænuntiat, nec non civilis ſanguinis effuſionem in certamine & domeſticâ ſeditione ſignificat: *ac deinde ſubjungit*; O vere plus quam propheta, quomodo vera prophetaſti! Tanta enim poſt annos aliquot inter cives diſcordia eſt ſecuta, ut diviſis urbis civibus tribubuſque, nedum effuſionem ſanguinis ad invicem, ſed & ruinas domorum cum igne & præparatis arietibus procurarent. Imo ita convaluere inter Syllanenſes ſeditiones iſtæ, ut innumeri eorum necarentur, & vix per Regis proviſionem ad concordiam devenirent. Regiſque decreto non obſtante, nunc uſque maledictionis inter illos fomes remanet, priſcis reliquias ſuis parvulis relinquentibus.

c *Mortuus an.* 1249, *de quo videndus Bellarminus in libro de ſcriptoribus Eccleſ.*

d Aſſerentes, *inquit Gregorius*, ſe Monachorum inopiam pati. *Addit autem idem reſpondiſſe Abbatem & Monachos ſanctiſſimæ Trinitatis: ad quod monaſterium anno* 1185 *primum deductos Ciſtercienſes ſcribit Iongelinus ex Chronologiâ Fundationum. Suſpicatur deinde Gregorius ab his Curatio vicinioribus ad ſuum Sagittarienſe monaſterium eadem ex cauſa veniſſe Ioachimum; eaque occaſione multa profert documenta circa prima iſtius cœnobii exordia & Palumbum illius Abbatem: cum tamen aliâ exordia ejus referant ad an.* 1202.

e Caſæmarii *monaſterium, in confiniis urbis Verulanæ inter Baïcum & Soram, inchoatum anno* 1005, *& anno* 1140 *Ciſtercienſi Ordini ſub linea Clarevallenſi incorporatum. Rei geſtæ hiſtoriam ex antiqua Chronica profert Vghellus tom.* 1 *Ital. ſacra col.* 290*.

f *Abeſt paucis à Caſæmarii cœnobio milliariis* Foſſanova, *monaſterium antiquiſimum Ordinis Benedictini, ſed anno* 1135 *Ciſtercienſibus datum invenitur: ait autem Gregorius pag.* 21, *quod tabulæ eccleſiarum Claravallenſium, Curatii Abbatiam faciant quartam Foſſæ-novæ filiam.*

g Velitris *principio ejus anni exiſtentem Pontificem, ut ex Annalibus Baronii patet, orta Romæ adverſus ipſum ſeditio, & hoſtiles in Pontificias terras Romanorum excurſiones, facile compellere potuerunt, ut longius ab Vrbe recedens, Anagniam atque inde Verulam ſe reciperet ad* 60 P. M. *remotam.*

h *Addiderat Gracus ad eam facultatem concedendam motum*

A *motum Pontificem, alias tergiverſantem, prædictione de nuntio intercepta à Sarracenis Hieroſolymæ poſt triduum deferendo: in quo quia per errorem, vel triduum pro triennio poſitum eſt (capta enim eſt urbs ſancta anno 1187 IV Kalendas Octobris) vel ad hoc tempus & ad hanc occaſionem perperam relata eſt prophetia, alio tempore & occaſione, non Lucio, ſed Vrbano Papæ III facta; locum ipſum expunximus: eo magis quod Lucas Conſentinus § 3 in Commentario prævio nil ſimile dicat.*

i *Sequebantur collecta Auctorum teſtimonia de dono Prophetiæ, quod habuit Ioachim; & dein querebatur, quomodo idem vere poſſit Benedictini, Ciſtercienſis, Florenſis imo & Baſiliani Ordinis (quatenus nempe ſummam ejus ſectabatur perfectionem) à variis dici: quæ ſatis in Appendice libanda hic tranſilimus.*

k S. Cyrillus Carmelita, *colitur 6 Martii, ubi Vitam dedimus ex Palæonydoro, egimuſque de ea Vita quæ ſub nomine Petri de Natalibus habetur; revera autem ab Antonio Verlo Vicentino an. 1494 ad calcē illius adjecta eſſe oſtenditur: quam Græcus hic, multo gravius hallucinatus, haberi* ſub de Voragine inſcriptione *dixit: quod expungendo correximus.*

l *Ab harum duarum Epiſtolarum ſimplici brevitate, multum abeſt verboſitas earum, quas legimus ante & poſt prædictum Oraculum editas per Philippum à ſanctiſsimâ Trinitate: ſed nec cum ea editione reſpondet initium,*
B *ſub quo illud citat Theleſphorus, inter Prophetas ejuſdem ſeculi numeratus à Boccatio.*

## CAPUT V.

*Secedens Ioachim ſcribendis libris vacat, quos Apoſtolicæ Sedis judicio committens, viciſsim ab ea contra detractores defenditur.*

20 VEnerabilis Pater,' divinorum ſaporem melleum, velut apis argumentoſa nimiâ ſuavitate collectum, in cordis alveario recondens, ac eumdem de pectore promens, omnibus qui audierant circumquaque deſiderabilem exhibebat. Ex plurimis ergo qui venerant, etiam de longinquo, ut audirent eum & curarentur ab inſipientiâ ſuâ, Raynerius a quidam præcipuus, à regni Neapolitani finibus, ab inſulâ ſcilicet Pontianâ, ad tanti ac talis viri captandam ſapientiam advolavit; qui licet eſſet in liberalibus eruditus & ſermone luculentus; tamen ad Joachim pedes deveniens, didaſcalum ex magiſtro ſe evaſiſſe fatebatur. Ceterum proficientibus ſimul duobus viris virtutum, ut ſole luna, ita Raynerius ſapientiæ Joachim fulgoribus emicabat. Porro in Scripturarum conferentia ſic agitabantur, ut dogma taciturnitatis, non inquam Pythagoricæ, verum Nitriæ & Carmeli conventus, priſcorumque gravitatem Patrum refloreſcentem omnibus præmonſtrarent. Tandem ne convenientium multitudine innumera turbarentur, ſecluſiores eremi partes adeundas fore ſtatuere: idque Patri venerabili nimium cordi fuit, ne forte qui à monaſterio receſſerat ſeculo implicaretur. Non enim vox illa deſierat clamare in pectore ſuo, Ducam eam ad ſolitudinem, & loquar ad cor ejus. Siquidem incunctanter recenſebat, quatenus expectans eum, qui ſalvaret illum à puſillanimitate ſpiritus, ne à tantæ faſtigio contemplationis caderet, pariter à nimia confluentium frequentia liberaretur. Ad eos enim vero venientes, de his quæ audierant mirabantur; & ex tantorum humili ac diſerta converſatione accenſi, in non modica Dei magnificatione & mentium olei devotionis perfuſione redibant. Ioachim intereà Chriſti famulus in operibus lucubrandis inſiſtens, ſic pergratus petentibus vacabat, ut à lucubrationibus non deficeret.

*Aſſumpto Raynerio ſocio,*

*Secedit in eremum,*

*Ea libris ſcribendis vacat:*

AUCTORE IACOBO GRÆCO.

21 Quæ autem opera ſub tanto meditationis æſtu cuderit, enumeranda fore exiſtimavi: ut qui eorumdem auditione lætatur uſque modo, de non habita retentione condoleat: ſunt namque utilitatis peroptimæ, profunditatis eximiæ, & delectationis non modicæ. Eorum ſiquidem lucubrationem, Pontificum, Regum, ac Sanctorum obtentu, mirâ eorum conſolatione, curavit. Verumtamen unum valde notabile viros probos nullatenus latere deſidero. Adeo noſtræ etiam tempeſtatis quorumdam temeritas inolevit, ut ſicut ſcioli ſunt, mundo quædam curioſa propinent: qui audientes Ioachim Abbatem prophetico ſpiritu claruiſſe, atque de rebus magnis quamplurima prophetaſſe, vel proprio marte aliqua cudunt & ſub Ioachim nomine typis tradenda procurant, vel alicui ex Ioachim operibus immixta, ſub ſignorum atque characterum involucro impreſſa, foras emittunt; & ſic illorum dementiam ſub alterius nomine obtutibus ceterorum opponunt. Hinc evenit, ut quidam, hujuſmodi veræ aſſertionis ignari, Ioachim, vaticinandi arte callidum & divinum inverecunde appellent; & quod etiam majus eſt, aliqua ejus opera à Lateranenſi Concilio examinata, nunc expurgatione digna (quod olim per generale Concilium non eſt factum) tam impiorum, hujuſmodi vana apponentium, temeritate à viris probis eſſe cenſeantur. Verum qui talia agunt, à Domino, cui omne cor patet & quem nullum latet ſecretum, ſentient, Væ vobis, dicentibus bonum malum & malum bonū, ponentibus tenebras lucem & lucem tenebras, amarū in dulce & dulce in amarum. Nam ſicut generale Concilium opus unum (ut infra dicetur) abjecit, ſic cetera etiam expurganda mandaſſet. Patet ergo, ex iniquorum appoſitione, innocentis Ioachim opera quædam fœdari: ſcripſit autem iſta.

*à quibus ut ſecernantur ſuppoſititii,*

*etiam genuinos reddituri ſuſpectos,*

*horum Catalogus texitur.*

De concordiâ utriuſque teſtamenti libros quinque *b*, in quibus agit de quinque ſigillis, mandante Lucio Papâ tertio. b

Pſalterium decem chordarum, tribus diſtinctum voluminibus.

Apocalypſis expoſitionem, exhortantibus Clemente & Urbano ſummis Pontificibus.

In Cyrilli Carmelitæ revelationem, eodem requirente *c*. c

Super Erythræam & Merlinum, precibus Henrici ſexti Imperatoris.

Scripſit in Euangelium Joannis. F

Super Iſaiam *d*, Jeremiam, Habacuc, Zachariam, Nahum, & Malachiam Prophetas. d

Condidit librum de Flore, id eſt, de ſummis Pontificibus *e*. e

Volumen egregium ſententiarum.

Librum de conſolatione.

Librum Epiſtolarum ad diverſos.

In Bibliothecâ Vaticanâ ad primæ ingreſſum aulæ VZ. 125, eidem Joachim hæc pariter adſcribuntur.

Joachim de vitâ ſolitariâ.

Item ejuſdem de vitâ ſolitariâ.

De virtutibus.

Super regulâ Sancti Benedicti.

De ultimis tribulationibus.

De articulis fidei *f*. f

Si quæ vero alia deſcripſerit, quæ reperire nequivi, inveniens his addere non dedignabitur *g*. g

22 Quoniam (quantum in nobis eſt) nullus debet adeſſe defectus in iis quæ de venerabili Patre Joachim cognoſcenda, ad piorum mentes [volumus] revo-

AUCTORE IACOBO GRÆCO.

*Ne propter libellum in Concilio Lateran. damnatum,*

revocare ; eorum præſertim qui ſanctionum Pontificalium & ſacrorum Canonum alta ſcrutari nequierunt, ſcrupuloſitas de medio eſt penitus removenda : notitiam ſiquidem cujuſcumque rei, ingerendæ mentibus hominum, non niſi claro encomio proponendam decreverunt præſcripta priorum. Quia ergo œcumenicum Lateranenſe Concilium tractatum Joachim, editum contra Petrum Lombardum, damnaverat ; quamplurimos à retentione ac devotione ceterorum ipſius operum pedem retraxiſſe de facili comperiebatur : quinimo Florenſibus Religioſis, non tantum à vulgo craſſo, verum etiam à Clericis nequam, olim detrahebatur. Ad horum autem evidentiam ſancta Sedes Apoſtolica, etiam cum de illius operis damnatione egit, os oppilari mandavit hujuſmodi latrantibus. Ad uberiorem tamen horum declarationem, quæ extat in Bibliotheca Vaticanâ Honorii Bulla verbatim tranſcripta ſupponitur, ut ad Lucanenſium *h* Epiſcopum directa conſpicitur :

*Ipſi aut Florenſi Ordini detrahatur*

h *Scribit Honorius Papa, ſcribens Lucanenſi,*

Ad audientiam noſtram noveritis perveniſſe, quod cum Abbatem tum Monachos Ordinis Florenſis de crimine hereticæ pravitatis infamas, & à tuis permittis ſubditis infamari ; ſumens occaſionem ex eo, quod felicis memoriæ Innocentius Papa prædeceſſor noſter libellum ſive tractatum, quem Abbas

B Joachimus ejuſdem Ordinis Inſtitutor edidit contra Magiſtrum Petrum Lombardum de unitate ſeu eſſentiâ Trinitatis, generali approbante Concilio damnavit. Cum igitur prædeceſſor noſter in ſententiâ prædictæ damnationis expreſſit, quod per hoc nolebat aliquatenus monaſterio Florenſi derogari (quoniam & in eo regularis eſt inſtitutio, & obſervantia ſingularis) idemque Joachimus omnia ſcripta ſua ipſi prædeceſſori noſtro aſſignari mandavit, Apoſtolicæ Sedis approbanda judicio vel etiam corrigenda, dictans epiſtolam cui propria manu ſubſcripſit, in quâ firmiter confitetur ſe illam fidem tenere, quam Romana tenet Eccleſia, quæ diſponente Deo cunctorum eſt mater fidelium & magiſtra : Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus atque præcipimus, quatenus Fratres Ordinis ſupradicti ſuper hæreſeos crimine nec ipſe infamare præſumas, nec à ſubditis tuis permittas vel aliquatenus diſſimules infamari. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, quarto Nonas Decembris, Pontificatus noſtri anno primo. Non deſunt quoque ejuſdem Honorii litteræ, quæ in plumbeo ſigillo in monaſterio Floris hucuſque aſſervantur, ſuper rem eamdem, hujuſmodi ſub tenore.

C *Cuſentino, & Biſinianenſi Epiſcopis :*

Honorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabilibus Fratribus Cuſentino Archiepiſcopo *i*, & Epiſcopo Biſinianenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex parte filiorum dilectorum Abbatum Conventuum de Ordine Floris, tam capitis, quam membrorum, fuit propoſitum coram nobis, quod is qui ſaluti hominum invidet & quieti, occaſione aſſumpta ex eo quod libellus, quem bonæ recordationis Abbas Joachimus contra bonæ memoriæ Magiſtrum Petrum Lombardum edidit, in generali fuit Concilio damnatus, contra eos, nonnullos tam clericos quam laicos, prælatos & ſubditos concitavit ; qui, ut ipſos ab otio contemplationis avertant, & funes extendentes in laqueum pedibus eorumdem ponant, ſcandalum juxta iter ipſis objiciunt ; exprobrando quod idem Abbas, qui Pater & Inſtitutor fuit Ordinis eorumdem, hæreticus ab Eccleſiâ Dei habetur. Propter quod non ſolum ſimplices lactis participes à conſortio ejuſdem Ordinis avertunt ; ſed etiam fortes, qui uti cibo ſolido didicerunt, & ad diſcretionem boni & mali exercitatos pro conſuetudine habent ſenſus, circa inſtituta Ordinis ejuſdem incipiunt fluctuare. Licet igitur libellus iſte ſive tractatus damnatus fuerit in Concilio memorato, quia tamen dictus Abbas omnia ſcripta ſua Romano mandavit Pontifici aſſignari, Apoſtolicæ Sedis judicio approbanda ſeu etiam corrigenda, dictans epiſtolam, cui propriâ manu ſubſcripſit, in quâ firmiter eſt confeſſus ſe illam fidem tenere, quam Romana tenet Eccleſia, quæ diſponente Domino cunctorum fidelium mater eſt & magiſtra ; Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus per totam Calabriam faciatis publice enuntiari, quia eum fuiſſe virum Catholicum reputamus, ſanctæ fidei orthodoxæ ſectatorem, & regularem obſervantiam quam inſtituit ſalutarem ; eoſque qui Ordini memorato ex hoc detrahere velint & inſultare præſumpſerint, monitione præmiſſa, ſublato appellationis obſtaculo, animadverſione digna, veritate cognita, caſtigare. Datum Lateraní, ſexto Kalendas Januarii, Pontificatus noſtri anno quinto.

D

An vero aliquid fuiſſet appoſitum in opere illo, antequam Concilio præſentaretur, Dei judicio examinandum relinquatur. Nam hoc ipſum apertiſſime idem Joachim prædixiſſe videtur in caput XI, ſuper Jeremiam in verba illa, Ad viros Anathoth *k*, qui quærunt animam tuam. Profeſſio tamen fidei Joachim propriâ manu deſcripta, infra ſcriptis ac ſequentibus verbis aperitur. Univerſis quibus litteræ iſtæ oſtenſæ fuerint, Frater Joachimus, dictus Abbas de Flore, æternam in Domino ſalutem. Sicut ex litteris Domini Papæ quondam Clementis, quæ apud nos ſunt, percipi poteſt, ex mandato Domini Papæ Lucii & Domini Papæ Urbani, viſus ſum aliqua ſcriptitaſſe, & hucuſque quod occurrit ad gloriam Dei ſcriptitare non deſino : denique librum Concordiæ, quinque voluminibus comprehenſum ; expoſitionem Apocalypſis, octo pariter telis inſignitam ; Pſalterium decē chordarum, tribus voluminibus inciſum, prout Deus melius inſpiravit & facultas ingenii adfuit, ad conſummationem conduxi : præter alia quæ in parvis libellis, ſeu contra Judeos, ſeu contra Catholicæ fidei adverſarios, comprehendi ; & dum ſum in hoc corpore præſervatus, ad ædificationem fidelium Chriſti & maximè Monachorum dare operam non poſtpono. Quia vero præ anguſtia temporum non potui hucuſque opuſcula ipſa, præter librum Concordiæ, Apoſtolico culmini præſentare, ut ab eo corrigerentur, ſi quæ ibi, (quod non abnuo, etſi mihi conſcius non ſim) occurrerint corrigenda ; & incertus eſt homini numerus dierum ſuorum ; ſi me contigerit prius egredi ex hac luce, quam poſſim, ſecundum quod accepi in mandatis (ſiquidem ea conditione ſuſcepi dictanda) omnes libros, ei cui datum eſt omnimode magiſterium, præſentare ; rogo ex parte Dei omnipotentis Coabbates meos, & Priores, & ceteros Fratres metuentes Deum, & ea qua poſſe videmur auctoritate præcipio acſi pro teſtamento, quatenus præſens ſcriptum aut exemplar habentes ſecum ; opuſcula, quæ hactenus confeciſſe videmur, & ſi quid me de novo uſque ad diem obitus mei contigerit ſcriptitare, quam citius poterint collecta omnia, relictis in ſalvâ cuſtodiâ exemplaribus, Apoſtolico examini præſentent ; recipientes ab eadem Sede vice meâ correptionem, & exponentes ei meam circa ipſam devotionem & fidem ; & quod ea ſemper paratus ſim quæ ipſa ſtatuit vel ſtatuerit obſervare, nullamque meam opinionem contra ejus defendere ſanctam fidem ; credens ad integrum quæ ipſa credit, & tam in moribus quam in doctrina ſuſcipiens correptionem ; abjiciens quod ipſa abjicit, ſuſcipiens quod ſuſcipit ipſa ; credens fir-

k E *quia Joachimus ſcripta ſua omnia*

*recenſenda juſſit Pontifici præſentari,*

F

*& ita ſe velle ſcripto ſignavit an. 1200.*

A firmiter, non poſſe portas inferi prævalere adverſus eam; &, ſi ad horam turbari & procellis agitari contingat, non deficere fidem ejus uſque ad conſummationem ſeculi. Hoc ſcriptum feci ego Joachim Abbas, & propria manu roboravi, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo: & ſic me tenere confiteor, ſicut in eo continetur.

## ANNOTATA.

a *Neſcio quo fundamento Gregorius hunc eumdem faciat cum* Raynerio Cardinali Capoccio, *ex monaſterio SS. Vincentii & Anaſtaſii ad Aquas-ſalvias per Innocentium III aſſumpto, anno 1212. Nam quod ait, Inſulam Pontiam, quæ in ſinu Formiano Cajetæ objacet, 20 milliarium intervallo, ſub ditione prædicti monaſterii fuiſſe, nullo probat argumento; & ut probaret, nihil evinceret. Manet interim quod, ad hujus cujuſcumque* Rainerii *inſtantiam, Joachim ſuſceperit Iſaiam explanandum, ut ex Præfatione liquere dicitur.*

b *Excuſos Venetiis per Simonem de Luere an. 1519, inquit in Bibliotheca Ciſtercienſi Carolus de Viſch, ex quo cetera quoque hic damus: editionis autem iſtius exemplar habet Collegium noſtrum Lovanii, una cum duobus ſequentibus operibus ibidem impreſſis an. 1527 apud Bindonum & Palynum: & extant ambo Mss. in Dunenſi monaſterio Brugis Flandrorum.*

B c *Philippus à SS. Trinitate, eamdem Revelationem ſub titulo Oraculi Angelici illuſtrare conatus, amplo Commentario edito Lugduni, pagina 34 aſſerit,* duo *ejus* exemplaria, cum Interpretatione Abbatis Joachim, *conſervari in Bibliotheca Vaticana. Et ipſe quidem nobis dedit Reſponſum ad epiſtolam Cyrilli,* cum interpretatione compendioſa *Oraculi; ſed poſt hanc addit, quod* Abbas Joachim poſtea edidit Commentarium ſeu interpretationem paulo fuſiorem *ejuſdem Oraculi.*

d *Incipit*: Si ad hoc rotarum materialium centrum: *edituſque eſt Commentarius ille in Iſaiam Venetiis per Lazarum de Soardis an. 1519; uti & commentarii in Hieremiam, qui in dicto Dunenſi & S. Giſleni monaſteriis reperiuntur Mss. quoſque ex editione Colonienſi anno 1577 habemus. Venetiis ſimiliter impreſi ſunt liber unus in Danielem, & alius in Ezechielem hic prætermiſi, manuſcripti autem apud eoſdem Dunenſes. Quæ porro in Prophetas quinque minores hic dicuntur ſcripta, ſimiliter Venetiis 1519 impreſſa habentur.*

e *Non eſt hic liber ille Vaticiniorum, pro quorum veritate vindicanda ſatagit Gregorius de Lauro, quod plenius jam alibi probavi, & hic poſt Vitam probare pergam num.* 64.

C f *Eſt forte quem,* de futuris temporibus, *indigitat præcitatus de Viſch, ſic ordientem*: Quia generale Mundi *&c. cujus compendium Ms. apud ſuos Dunenſes extare dicit.*

g *Addenda ergo imprimis, quæ ipſemet* in parvis libellis, ſeu contra Judæos ſeu contra Catholicæ fidei adverſarios, comprehenſa *à ſe profitetur inferius. Ait etiam dictus de Viſch, in monaſterio S. Fidis apud Cæſarauguſtam Ordinis Ciſtercienſis, extare ſequentes libros Mss. ſub nomine Ioachimi.*

| | |
|---|---|
| De ſeminibus Scripturarum | lib. 1 |
| Commentaria in Pſalterium decachordon. | lib. 3 |
| De prophetia ignotâ | lib. 1 |
| Expoſitiones verſuum extraneorum | lib. 1 |
| De provincialibus præſagiis | lib. 1 |

*Quæ autem contra Iudæos ſcripſit,* de ſeptem ſigillis; *pud de Viſch intitulantur hoc principio,* Primum tempus Synagoga: *& libellus in Nahum &c. alibi inſcribitur* de oneribus futuri temporis, *& pariter in dicto S. Fidis monaſterio extat Ms.*

h *Acheruntinum Metropolitam intelligo* Andream *nomine: quæ hac in parte nemo mirabitur exceſſiſſe, qui leges*



*in tom. 7 Italiæ ſacræ col. 63 an. 1217 de ſimoniâ accuſatum, minimèque ad judicium comparentem & aliorum publicorum ſcandalorum reum, depoſitum tandem fuiſſe ab officio, poſtquam Gregorius IX an. 1231 Barenſi & Regino Archiepiſcopis, & Fr. Ioſepho Florenſi monachis, commiſiſſet delictorum examen, ea quæ ibidem exilit bullâ.* AUCTORE IACOBO GRÆCO

i *Conſentinus ille Epiſcopus,* Lucas *fuit, alibi laudatus & laudandus: Biſtnionenſes Epiſcopos, olim Roſſanenſis Archiepiſcopi Suffraganeos, non habet Vghellus; unde ſuſpicor Epiſcopatum eum nunc extinctum.*

k *Ibi Auctor, per* Viros Anathot, *intelligit* quoſdam Ciſtercienſium, *quorum* operibus & conſiliis *fiet,* ut reprobetur, *idque* in Concilio forſan Generali, *ubi* (*ſicut antea dixerat*) futurũ *erat,* ut ſummus Pontifex veritatem inſinuet, ut unus moriatur, id eſt, damnetur Doctor pro populo, ut non tota gens pereat in errore, *quem is non docuerit, ſed docuiſſe credatur, exhibito in judicium libro manifeſtas hæreſes continente: hoc enim dubitari non poteſt, licet de libro forte dubitetur fuerithe ejus cujus nomen præferebat. Sed de hoc alias.*

## CAPUT VI.

E

*Florenſis monaſteri initia & felix etiam turbulentis temporibus progreſſus.*

CUpientes (ut dictum eſt) Joachim & Rayne- 27
rius, inter tam dulces Rachelis amplexus remotiora tenere vallium; à Petra-olei recedentes, ſuperatis *a* Sylæ jugis, inter alpes frigidiſſimas, ad *b* Lelæ fluvii partes percunctando devenerunt: ubi inæquali loci illius aſperitate dimiſſa, aſcendit venerabilis Pater ad interiora deſerti, duorum, ſcilicet Converſi & laici, comitatum ducens. Placuit ergo (Deo diſponente) in Albanetho, ubi propriè de Flore eſt nomen, veſtigia premere: locus ſiquidem Floris, amne duplici, à Meridie ſcilicet Albula, à Septemtrione vero Netho, alluitur, qui, velut Jor & Dan à radicibus Libani manantes Jordanem, ita *c* Albanethum efficiunt. In Flore porro duobus remanentibus (ſi quo modo, paſtorum more, magalia ac caſunculam tuguriumve parare daretur) Pater Joachim ad Raynerium, adhuc in Petra manentem, non ſine venturæ calamitatis horrore, rediit; & ex mutui denique aſpectus exhibitione lætantes, ubi primo in Flore conſtructum habitaculum ſenſere, illuc ſe conferre procurarunt. Ceterum, regnante adhuc memorato Bono Guilielmo, qui tanti viri veſtigia ſequi decreverant, ſecum in Florem devenientes, electum locum non ſine jubilatione probarunt. Et quia tunc omnia nimia pace gaudebant, inventam eremum, tugurio tandem ſublato, in Abbatiam conſtruere cœperunt: & ſic oviculæ Domini inter alpes Floris, floribus paſtæ divinis, florere viſæ fuerunt. Idcirco illarum odore ſuavitatis ubique diffuſo, non immerito ad lactis melliſque ſilveſtris captandam dulcedinem non pauci confluxerunt: qui tanti ac talis floris jugi fructificatione retenti, alvearia divini obſequii mirum in modum compleverunt. Quibus cum eſſet cor unum & in Domino anima una, in caritate non ficta, imitatione perenni penes omnes digni divulgabantur.

*Eremo ad Nethum inventâ,* a b

c

F

*monaſterium Floris conditur.*

24 Filii hominum, gravi corde, cum datur eis in pace ſua amariſſima vivere, arbitrantes quod liceat eis quidquid libet, ambire, flagitiorum aſſiduitate ultionis divinæ jacula jamdiu retardata laceſſunt jugiter: Deus autem, cujus miſericordiæ non eſt numerus, aſpera furoris ſui adducturus ſuper eos, ſic arma juſtitiæ pietatis oleo emollire aſſuevit,

*Ioachimus prophetico ſpiritu,*

AUCTORE IACOBO GRÆCO.

ut illorum feritatem ſine lenitate clementiæ nuſquam effundere viſus fuerit. De his ergo, quæ facturus eſt ſuper terram, ſi non cunctis paſſim, quibuſdam ſaltem notitiam fieri benignus indulſit. Tempeſtate ſiquidem Boni Guilielmi, cum pacata vigerent omnia, admirabilis Joachim, ea qua fuerat præventus gratia noſcendi futura, inſtantis præſcius calamitatis, occulta nudavit; cum boni teſtimonii ſanctæque converſationis Fratribus ſeorſum vocatis *d*, Bonatio ſcilicet & Peregrino ac Jacobo ejuſdem germano, ut in ore duorum vel trium veritas ipſa pateret, in hæc verba prædixit: In proximo eſt tribulatio; nec ultra differtur quod, juxta prophetarum oracula, ſuper filios hominum in ira furoris ſui adducturus eſt Dominus: qui licet mihi talia noſcendi gratiam contulerit, fugiendi tamen à facie arcus & ab illorum delibatione, remedium non præmonſtravit. Rogate ergo quæ ad pacem ſunt, ſi forte convertatur Dominus, & eruat nos à malis, quæ jam parantur in nobis. Nec in eventus talia proceſſerunt inanes. Nam mortuo Guilielmo quinto *e*, & à Siciliæ populis naturali *f* Tancredo in Regem electo, Clemens tertius creatus Pontifex, ſub anno Deiparæ partus milleſimo centeſimo octogeſimo octavo, à die ſextâ Januarii coronatus, ab invalidâ Tancredi coronatione diſſentiens, devoluti jam Regni dominium vendicaturus, paratis copiis utriuſque Siciliæ regiones invaſit *g*: unde inenarrabili cæde & devaſtatione hoſtili cuncta permiſta ac confuſa fuerunt; ſic ut etiam ad eos, qui ſolitudinem incoluerant, calix Domini propinandus adiret.

*Ventura Siciliæ bella diuinitat.*

d e f B g C

*A miniſtris Regiis*

25 Interim non ſolum bellantium diſcurſione validâ, verum etiam aliunde inſtigatione ſatanæ non defuerunt turbationes quamplurimæ; ita ut, qui piè vivere nitebantur, non modicam perſecutionem paterentur. Quoniam Guilielmo, pietate in religionem inſigni, jam defuncto, ſucceſſor illius, Pharaonis inſtar, Ioſeph contritionis ignari, ſervos Dei Florenſes non ſatis benignus inſpexit. Præſides ſiquidem ejus, cum in regiis montibus Sylæ conſediſſe Ioachim, Chriſti Domini ſtipatâ catervâ, non ſurdis auribus retinerent; velut fiſcalium occupatores inquiri mandarunt. Unde miniſtri ad ſanguinem fere ſævientes, cuncta turbatione replebant; ſic ut homines ſtipati ſolitudine, occluſi nemoribus, allecti cæleſti culmine, ſecularium immemores, ſecularia iterum non expectata inviti ſentire cogerentur. Satellites inſuper, etſi in manſuetudine plurimâ pietatis ac humanitatis obſequia non deeſſent (quia tale genus hominum nec precibus flectitur, nec alterius contritione mollitur) quaſi ad deſperandæ quietis limina ſervos Dei compulerant: ipſi vero Deum protectorem habentes, talia velut in perpetuum duratura non formidabant. Venerabilis Joachim interea, ſciens per tribulationes multas intrandum eſſe in regnum Dei, filios ſuos aliquali puſillanimitate compunctos è regione demulcens, & ſatellitum pariter ſævitiam ſedans, promptumque in perturbatione conſilium habens, omnibus providâ accuratione ſuccurrit, dum ad Regis majeſtatem recurſum habere decrevit. Tali ergo deliberatione miniſtri ſiſtentes, inſolenti temeritate quidquam attentare nullatenus præſumpſerunt: ea vero ſunt orta, ut mutante dexterâ Excelſi, ex malo bonum, ex labore quies, ex turbatione pax, ex pavore ſecuritas, & tandem ex obſcuritate ſerenitas oriretur.

*Monachi Florenſes conturbantur*

26 Nam quia vexatio non modica plurimum dat intellectum, ingruente tanto diſcrimine rerum, decretum fuit, tam aſſiduis miniſtrorum perverſitatibus non eſſe ſtandum; ſed potius Regiam adeundam majeſtatem, ex qua rivulos quietis & pacis, velut à clariſſimo fonte, emanaturos ſperabant. Noverant profecto Apoſtolicum edictum; Subjecti eſtote omni creaturæ propter Deum, ſive Regibus tamquam præexcellentibus, ſive Ducibus tamquam ab eo miſſis: ne etiam poteſtati reſiſtentes; Dei ordinationi reſiſtere viderentur, conſilium inierunt, quæ Cæſaris, Cæſari; & quæ Dei, Deo penitus eſſe reddenda: quippe quæ etiam volentes retinere nequibant. Venerabilis autem Abbas Joachim, ne infruniti animi labe notaretur, in manſuetudine purâ & humili corporis exinanitione coram Rege adſtitit; divinæ prorſus clementiæ innixus, quod retributionis arrhâ remunerandus feſtinus rediret. Et ſicut erat circumſpectione providus, affabilitate amabilis, venerabilis facie, cum ſimilibus non ſolum fari ſed converſari ſolitus, nulla propriæ reputationis fiducia allectus, nec aliquatenus Regis auctoritate devictus, in hæc Regem ſalutavit: Jubet Regis clementia tantaque majeſtas, ut ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in unum, ad Domini conjuratos militiam, in ea parte Sylæ, quam elegi, cervorum inſtar fatigaremur? Regis magnificentiam decet, non tantum viſibiles Chriſti hoſtes ſtipato milite, verum etiam principes ac rectores tenebrarum harum in cæleſtibus, inviſibilis militiæ gratiis munitâ ac undique bene proſpectâ religioſorum catervâ, debellare. Hujuſmodi verbis Regis animum alligavit: qui licet cupiditatis levitatiſque notâ fœdaretur, virum tamen tam rectum ac beneſonantem nequivit ſibi non copulare. Ceterum Monachorum ſtatui inſidiantes, ſedulâ piæ converſationis amabilitate, devinxit. Factum ergo fuit, ut nuper malorum turbatione laſſati, eorumdem protectione foverentur, mutatione dexteræ Excelſi. Regi ſane offerenti monaſterium de Matinâ *h* in San-Marcenſi diœceſi, inquit; Abſit mihi Rex, ut in aliorum laborem introeam: ſed, ſicut mandavit mihi Dominus, ducam oviculas meas ad interiora deſerti. Recedendum eſt ſiquidem à ſeculo nequam, ne videntes filii Dei filias hominum, earum minus piâ ſpectatione molliti, ſub corruptione aliqua abominabiles fiant; & ſic victores à victo proſtrati, ipſi quoque ſuccumbant. Rex tandem, tanti Patris allocutione allectus & auctoritate devictus, ne de cetero quavis moleſtiæ occaſione turbarentur, ſuæ Coronæ auctoritate mandavit. Et ecce, vineam Domini Sabaoth, quam aper de ſilvâ & ſingularis ferus devaſtare contenderat, florere & palmites ſuos uſque ad mare extendere, omnes pariter conſpexerunt *i*.

D

1. Petr. 2.

*Ioachimus cauſſam apud Regem agit*

E

h

*& evincit.*

F i

27 Qui bonis æmulatoribus nihil defuturum ſpoponderat, pietate ſumma ſervorum ſuorum luctum convertens in gaudium, ſervum ſuum in conſpectu Regum magnificans, immenſam gratiam in oculis eorum invenire providit. Divinâ ergo bonitate; qui cum filiorum anxietate non modica ad Regis faciem acceſſerat, cum eorum jubilatione quam plurima in locum Floris receſſit. Ubi jam ante receptam in funiculo diſtributionis terram, in cœnobi alia loca diviſerunt; ita ut, ubi ferarum cubilia quondam, religioſorum dormitoria jacerentur. Hinc viſa ſunt advenientium hoſpitum tecta parari, hinc infirmantium hoſpitalia erigi, hinc fabrilium operum domus conſtrui, hinc templum illuſtre Reginæ cælorum inter cetera ad ſublimia duci: unde non incongruè de cœnobio Florenſi dici potuerit:

*atque ad ſuos reverſus*

*cœnobium ædificat.*

Miratur molem Joachim, magalia quondam. Lætificans ergo familiam ſuam, ut ſervirent Domino in timore & exultarent ei cum tremore, ut apprehenderent diſciplinam, ne forte irafcente Domino perirent de via juſta, ſine intermiſſione inſtruebat;

Virg. 1 Æn. 425.

*quibus obedienter agentibus,*

A ſtruebat ; & Florenſis Ordinis inſtituta fundavit ; ut ſanctorum Canonum & Pontificii diplomatis auctoritate probatur, cum fertur; Quoniam ibi & regularis eſt inſtitutio, & obſervantia ſalutaris. Adeoque Dominus ſuper domum Floris benignus illuxit,ut etiam declinaret in eam, ut flumen pacis ; & propheticum elogium in illam adimpletum fuiſſe non ſine admiratione roboraret, Gaudete omnes gaudio, qui lugebatis ſuper eam ; ut potemini à lacte,& ſatiemini ab uberibus conſolationis ejus. Hoc ſiquidem totum factum eſt, cum filii ſui ad eam de longe venirent, & æquanimiter de latere ſurgerent ; cum Regum protectio & Imperialis majeſtas ſub protectionis clypeo eamdem ſuſcipientes, eam ab egeſtatis & à ceterorum malorum invaſione tutarentur, velut infra patebit. Domus ergo Domini in Flore Joachim auctore conſtructa,alta fundamenta jecit,& Regum tutamine floruit,dum in refugium Chriſto famulantibus patuit.

*eo confluunt multi,*

*& inter hos Ioannes quidam :*

28 Adoleſcens quidam, cui nomen Joannes,inter innumeros ad Florenſem Ordinem confluentes, ab Aquæ-auguſtæ *k* civitate comperitur in magnâ pietate deveniſſe ; qui, etſi eſſet temporalium ubertate perfuſus, erat tamen morum integritate conſpicuus : precibus ergo indefeſſis Altiſſimum pulſans,ut pedes ejus dirigeret in viam pacis, in cordis compunctione perſiſtebat devotus adſiſtens. Hinc, non ſine Dei nutu, eorum quæ fecerat venerabilis Joachim & Florenſis obſervantiæ fama accenſus, Romam Mundi & Eccleſiæ caput, ad Bajonæ *l* Cardinalem,eidem & patriæ & ſanguinis arcta neceſſitudine junctum, primum advenit, ut clarius de Joachim certior fieret : ubi percipiens quod erat vir propheta,in opere & ſermone mirabilis, in partibus Calabriæ ; omni ſublatâ morâ, receptis papyris Cardinalis ſubſcriptione vallatis, ad cœnobium Floris tamdiu peroptatum intravit : ubi venerabilem Abbatem non inventum, futurus Monachus, in concepta jam devotione exſpectavit. A veniente denique de acceſſu quæſitus, obtinuit gratiam expetitam ut in Monachum reciperetur. Hic profecto Novitiis aſſociatus, ſic erat ſimplicitate roboratus & in converſatione diſcretus, ut imitandum ſeipſum omnibus exhiberet. Elapſo tandem probationis tempore, ſi Regulæ jugo ſuavi colla ſubmittere, & de cetero Chriſti miles fieri vellet, interrogatus, talia reſpondit : Promptus uxorem ducere, & loca converſationis dominicæ peregrinari, cum jubetis,huc ab Aquitania acceſſi. Conticuere omnes intentique ora tenebant, hujuſmodi reſponſionis mentem ruminantes. Dimiſſum ergo uſque ad craſtinum, ſi forte præter debitum de fide ſentiret ambigentes, ſuſcipiendę Religionis ſemitas an ſequi penitus conſtituiſſet, interrogarunt. At ille hilariter Abbati redixit, quod non niſi ut Monachus profiteretur, à ſuis receſſerat. Comperto idcirco ſtabiliendæ firmitatis zelo, per ſolennem ſponſionem Domino Deo vota ſua redditurum dedicaverunt. Unde annos triginta novem, juxta S.Benedicti Regulam & Ordinis Florenſis morem, in Dei beneplacito & Fratrum ita clara ædificatione cucurrit, ut in cœnobio Florenſi Domino, cui indefeſſe ſervierat,ſpiritum reddere promeruerit. Fratres vero Joannem hunc velut Sanctum reputaverunt : nam devotus venit, purus vixit, fortiter dimicavit, & in ſancta pace quievit *m*.

*qui admiſſus à Ioachimo*

*ſancte ibidem vixit annis 39,*

## ANNOTATA.

a Sylæ montes *ſunt Vrbi Conſentinæ ad Orientem ſiti, & (niſi qua flumina intercurrunt) conjuncti cum iis, qui totam Calabriam tranſverſim ſecant, eamque in citeriorem & ulteriorem dividunt.* Sylvam *ſcripſit Matthæus Guerra, forte à Græco* ὕλη *Calabris* Syla, Sylva *dicitur Latinis.*

AUCTORE IACOBO GRÆCO.

b Leſam *Netho ad Cerenthiam infundi, ait Gregorius : ex cujus, ut experientioris, fide corrigenda foret Geographica tabula, trium hic nominatorum fluviorum alveos minus rectè ducens.*

c *Non quod eſſet hoc proprium loco nomen, ſed quod hoc ei reipſa convenire videatur : aliàs* Albanetum, *ut idem Græcus num.* 39, *locus eſt ad* caput Cratis *fluvii, &* Non dicimus, *inquit,* ibi ædificaſſe monaſterium, ſed in loco Floris, qui ex Albula & Netho alluitur: qui duo amnes, ex diverſis orientes fontibus, flumen unum efficiunt ſubter Florem.

d *Gregorius cap.* 14 *indicat id factum,* tertio die poſt feſtum Dominicæ Reſurrectionis.

e *Anno* 1189 *obiit* Guilielmus *Bonus, à Roberto Guiſcardo, Dominii Siculi conditore,* quintus, *alias nominis ſui Rex ſolum* ſecundus : *& annus iſte liquet ex ejus Epitaphio, apud Pyrrhum & alios paſſim.*

f Rogerii Ducis filium *(ejus nempe qui titulum Comitis Siciliæ, permittente Papa Honorio, in Ducis titulum mutavit anno* 1127 ; *Rex deinde ab Innocentio II dictus an.* 1139) *ipſe ſe* Tancredus *nominat, in quodam privilegio, an.* 1196 *Panormi dato, citatoque à Pyrrho in chronol. pag.* 13.

g *Ita etiam Platina : quamvis enim* Conſtantia, *poſthuma prædicti Rogerii filia, anno* 1185 *Henrico Friderici Imperatoris filio nupta ſupereſſet, Regnum tamen, ut Eccleſiæ feudum, deficiente ſtirpe maſculâ Normannorum, ſibi vindicabat Pontifex : addit tamen idem Platina, occurrentibus ſibi Tancredi Ducibus, Pontificem deſtitiſſe ab incepto; quin etiam Neubrigenſis ait, inveſtituram regni Tancredo eſſe à Clemente conceſſam.*

h *Monaſterium* Matinenſe, *ab ipsâ* S. Marci *urbe, quæ Conſentia intervallo* 18 *milliarium ad Boream eſt, duobus diſſitum eſt milliaribus, inquit Gregorius pag.* 69, *à Roberto Normanno Calabriæ & Apuliæ Duce ejuſque uxore Sirlegatta fundatum anno* 1066, *tunc Nigrorum, modo Ciſtercienſium monachorum, filiationis Caſamarii.*

i *Ita tunc quidem : verum poſtquam Henricus magno, licet irrito, conatu Tancredum tentavit ejicere ; de eòque, ut pacifice tandem regnaturo, prænuntiare multa Abbas Ioachimus nuntiaretur Tancredo ; cœpit hic in eum vehementer excandeſcere : primum anno* 1191, *deinde biennio poſt, quando idem* Joachimus *delatus eſt conſpirare cum Imperatoriis miniſtris : tunc enim comminatoriam ſcripſit Tancredus (quæ integre poteſt apud Gregorium legi) majorum ſuorum exaggerans beneficia, ac noviſſime Guilielmi Boni erga Eccleſiam à Frederici Ænobarbi oppreſſione liberandam.* Paternitas tamen veſtra, *inquit,* eumdem quoad fieri poterat foviſti ac foves, qui diabolicas partes ſectatus, Eccleſiæ nuper deſtructionem totis viribus procuravit. Nec prioribus erga me facinoribus commiſſis contentaris, verum etiam nunc obſtinatior revocas occultis tractationibus in Calabriam Henricum Kalâ Suevum,& Fridericum Lanceam Neapolitanum, ut rurſus commoveant populos. Quapropter teſtor Deum, ut excuſatum me habeas, ſi brevi in utraque Sicilia conſtructa cœnobia Ordinis tui cuncta,injuſte irritatus,demoliar. *Quibus, Nonis Iulii an.* 1193, *reſpondit Ioachimus ea epiſtola, quam infra dabimus, acturi de Prophetiis ejus.*

k Aquæ-Auguſtæ, *vulgo Bajona in Aquitania, unde Bonatius, ipſius Ioannis Magiſter, in opuſculo de Prophetis,* Joannem ab Aquitania *nominat.*

l Bajonæ Cardinalem, *nullum novit Ciacconius, nec quiſquam inter nominatos ab eo hoc tempore eſt, qui poſſit à patria ſic cognominatus cenſeri : ſed multorum nomina ipſi deſunt* 12 *primis ſeculis.*

m Obiit, *inquit Bonatius,* Beatus ipſe Joannes ab Aquitania anno ætatis ſuæ 57, Dominicæ vero

AUCTORE IACOBO GRÆCO.

Incarnationis anno 1239, Pontificatus D.N. Papæ Gregorii anno 13 : meque ipſius Patrem, in extremo decrepitæ ætatis, reliquit ſemper dolentem, dum tantum ac talem amiſi filium. *Cultum tamen aliquem, ut Beato, ipſi deferri necdum compèri, latente adhuc die obitus; unde nec monaſticis ullis Faſtis adſcriptus inveniatur.*

## CAPUT VII.

### *Ioachimi apud viros Principes auctoritas ſumma & virtutes eximiæ.*

29 *Ioachimus Henrico Imperatori*

DUm Chriſti militia in cordis compunctione corporiſque jugi maceratione lætanter, pacatis intus vexationibus, in Flore ſanctitatis, per incrementa virtutum floreſceret, foris omnia perturbari non deſtiterant : nam quid mortalia pectora non coëgit regni utriuſque Siciliæ obtinendi fames ? Mortuo enim Clemente tertio, Cæleſtinus hujus nominis tertius, ſucceſſor ejus, qui fuit Pontifex ſub anno à nativitate Chriſti milleſimo centeſimo nonageſimo primo *a*.... Henricum hujus a
B nominis ſextum, Friderici primi filium, Imperatorem in Urbe coronavit die decima quinta Aprilis, annorum Domini milleſimi centeſimi nonageſimi primi. Qui profecto Imperator ſtipato milite Neab
polim, inter ceteras Europæ urbes inclitam, *b* obtinuit : ceteris vero expetitis ad votum non ſuccedentibus, cuncta cæde & exterminatione confundebantur : & quia poſuerat in carne brachium ſuum, non parum manus Domini viſa eſt gravari ſuper eum, ſic ut ex copiis ſuis plures languoribus quam vulneribus occumberent. At Joachim intelligens quæ ventura erant ſuper eum, ſi quo modo tantis calamitatibus ſubvenire poſſet, in Dei adjutorio confidens, Imperatorem adivit, & de tam dira in populos Dei perpetrata iniquitate redarguit; addens non immeritam, ob ſtragem inflictam in alios, eam in ſuos recepiſſe; & ni abſiſtentes deſiſterent, omnes pariter in proximo morituros. Plurimis tamen cor ſuum obdurantibus, ſervus Dei Regulo cuidam, quem inter ceteros dociliorem putaverat, adjunxit; Futurum eſt, ut Tyrum & regnum ejus Rex dejiciat Babilonis. Intuens denique Imperatorem ait : Poſtquam à tanta, quam Ezechiel prædixit, depopulatione ceſſaveris, in hac tua
C afflictione confuſus ſecedens; Siciliæ regno (tibi ſiquidem ſatis probatur habendum) reverſus abſque diſcrimine potieris : quod aggregato Scripturarum teſtimonio Imperatorem nimium perſuaſibilem fecit. Henricus denique Abbatem abeuntem inter milites, nulli prorſus ætati vel ordini parcentes, uſque Salernum educi in ſecuritate mandavit. Nec barbarorum aliqui defuerunt, qui muſſitantes dicerent; Quanta mala latent ſub cuculla illa ! Nam qui cuncta devaſtare decreverant, vix fulgura tantæ ejus correptionis ſuſtinuerant. Imperator interea, re tacite ponderata, Joachim velut à Deo miſſo fidem præbens, collectis copiis ſe ad ſua ſine palma
c reduxit *c*. Joachim poſtremo, tamquam ſuæ fatigationis objecto non defraudatus, Confratres, velut viſcera ſua, in jucunditate reviſit : nam omnium ſaluti Dei brachio ſubvenerat. Hinc omnes mirabantur, videntes, quomodo utriſque factus adjutor in tribulationibus, in propria remeavit.

*primum pro Siciliâ conatum irritum,*

Ezech. 28 *deinſi ſecedat, pacatam ejus poſſeſſionem prædicit;*

*quam ille poſt trien nium adeptus*

30 Poſt trium curricula annorum ſermonem, quem venerabilis Abbas Imperatori prædixerat, impleri contigit. Henricus ſiquidem ille, qui in tanta tribulatione ſuorum ac regni ſeceſſerat, ſtipato milite innumero, cunctis in ejus aſpectu ſilentibus, ad promiſſum ſibi regnum equitavit. In gravi ergo magnitudine in Calabriam triumphator ingrediens, D
venerabilem Patrem greſſibus obviis occurrentem inſpexit; quem præcuntes ſui, à longe cognitum & invicem indicatum, in veneratione plurima ſalutaverant. Imperator vero ipſe, venerans atque arridens ſalutanti, ait : Hic eſt Abbas Joachim, qui præterita, dudum ſic adverſantia, fore tam proſpera, ut cernimus, prophetavit ? De cetero Henricus Joachim ex plurimâ veneratione ſic coluit, ut etiam diem natalis ejus *d*, Stanzaram Teuthonice dictum, d
venerabilem haberet, atque cum eo perpetua fuit & familiaritate devinctus & devotione detentus. Ex quo facies Principum venerabantur eum; & ſicut Ioachim magnificatus eſt in conſpectu Regum, qui in tempore iracundiæ fuerat effectus reconciliatio; ita locus Floris omnibus domus refugii, & in die malorum confugientibus ad eam protectio evaſerat Nam Henricus, eâ quâ in virum Dei neceſſitudine ferebatur, innumeras gratiarum facultates Ordini Florenſi in illius gratiam indulſit; ex quibus unam, in ceterarum teſtimonium, velut nunc cœnobium Florenſe illius fruitione gaudet & inſpectione munitur, apponere ductum eſt æquum, ut hujuſmodi ſub formâ conſpicitur.

*Ioachimum honorifice excipit,*

Henricus ſextus, divina favente gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Rex Siciliæ. E
Imperialis munificentia dignitatis illis præcipuè conſuevit manuum ſemper extendere largitatem, qui divinis obſequiis inſiſtentes ſub ſanctæ Religionis habitu propoſuerunt Domino militare. Ea propter univerſis noſtris fidelibus, tam præſentibus quam futuris, præſens ſcriptum cernentibus, innoteſcat, quod nos attendentes honeſtatem & religionem Fratris Ioachim, venerabilis Abbatis Sancti Ioannis de Flore, dilecti noſtri; conſtituimus perpetuo, pro redemptione animæ noſtræ, monaſterio ejus quinquaginta aureos Byzantinos de redditibus Salinæ *e* de Netho : quæ eſt in territorio Sanctæ e
Severinæ prope monaſterium Calabro-Mariæ, in feſtivitate S. Ioannis Baptiſtæ annis ſingulis perſolvendos. Statuentes ut nulla omnino perſona, eccleſiaſtica vel ſecularis, alta vel humilis, hanc noſtræ paginam conceſſionis audeat infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis tamen hoc attentare præſumpſerit, iram & indignationem noſtri Culminis incurrat, & in pœnam tranſgreſſionis quinquaginta auri marcas componat, medietatem fiſco noſtro, & reliquam injuriam paſſo; nihilominus F
conceſſione & donatione noſtra firma & integra permanente. Ad hujus autem noſtræ donationis memoriam & ſtabile firmamentum, præſens ſcriptum ſcribi præcepimus, & noſtri ſigilli munimine roborari. Datum apud S. Maurum, anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo nonageſimo quinto, pridie nonas Martii decimæ tertiæ Indictionis *g*. g

*& annuum reditum ejus monaſterio conſtituit,*

31 Denique quoniam Panormum, Trinacriæ urbem celeberrimam, virum Dei Joachim devenire contigit : dum ſe in cœnobio ſancti Spiritus Ciſtercienſis Ordinis contineret, Conſtantiæ Imperatrici non ignotus, quando fama ejus totum peragraverat orbem, mandante ea feria ſexta in Paraſceve ad Imperiale palatium debita veneratione vocatur. Imperatrix ſiquidem, tanti viri cupiens præſentiâ teneri, & ſanctæ ejus converſationis ac doctrinæ mutuâ allocutione lætari, in oratorium ingreſſa eſt; & tantæ invaleſcentis acceſſionis cauſam expoſtulanti, indicavit quod eidem peccata ſua confiteri decreverat. Quod audiens, & illam ſublimi throno reſidentem ſibique humiliori loco ſedem adductam intuens, ut Eccleſiæ auctoritati & hujuſmodi actus judi-

*Ejuſdem videndi avida Imperatrix,*

*eique de peccatis confeſſura,*

A judicialis ſententiæ proſpiceret, ea qua præditus erat ligandi atque ſolvendi auctoritate, ait: Cum tu Magdalenæ & ego Chriſti Domini ſim vicem geſturus, deſcendens ut debes Confeſſionem facias: aliàs, ut debeo, te merito non intelligam. Quæ, ſicut erat ab ineunte ætate devota, tanti viri & veritatis majeſtate conſpecta, ſecundum verbum Ioachim in omnibus gratanter paruit. Interea mirati ſunt univerſi, videntes qualiter Ioachim, Ambroſii inſtar, tantæ majeſtatis culmen humiliavit. Ceterum Conſtantia ſervum Dei tali obſervatione colebat, ut audito eo multa faceret; qui autem adfuerant, benedicentes laudabant Deum, qui dedit talem poteſtatem hominibus, ut ſervi ejus, loquentes de teſtimoniis ſuis in conſpectu Regum, non confunderentur.

*monetur ut ex throno deſcendat.*

32 Dilectus Deo & hominibus venerabilis Pater, ut duarum infulis Eccleſiarum meruit decorari, ita duplici narrationis encomio, humili ſcilicet & illuſtri, exornari deberet; quibus clarius, quæ circa illum Dominus digna effatu dederat, aperirentur: mediocri tamen eloquio, quæ de eo veritate præviâ ſunt comperta, lectoribus apponuntur. Erat venerabilis Joachim moderata corporis ſtatura ſpectabilis, & devotus facie; effigies ſiquidem ejus in Florenſi eccleſia adhuc conſpicitur, in celebri capella Virginis glorioſæ, poſt illius altare veterrimum in cœnotaphio inſculpta, quæ dextera baculum, læva libellum retinere conſpicitur. Viſitur adhuc & alia, diverſis expreſſa coloribus, vetuſtatem plurimam intuentium mentibus ingerens; quæ Joachim magnæ abſtractionis virum fuiſſe prædicat, ſub cuculla alba. Sic Sacerdos Dei altiſſimi in diſciplina morum, non niſi in ædificatione plurimâ, extima corporis compoſitè gerebat, ut animi ſui moderationem de facili prædicaret. In Miſſæ præparatione ſæpiſſimè lacrymarum imbre perfundebatur, & in celebratione alacri Angelum ſonans, præ ceteris Sacerdotibus eminentius benedicebat Hoſtiam. Tempore Paſſionis Dominicæ, ergaſtulo Chriſti Domini Jeſu ſic erat compatiens, ut quaſi de mundo alienus, in eamdem amaritudinem transformatus, & ſacroſanctâ agoniâ allectus, de talium brevitate dierum lamentaretur. In Capitulo Fratribus ſic euangelizabat, ut humiliori incipiens, & altiori tandem ſermone orationem terminans, cunctis timorem pariter & amorem devotionis ac compunctionis incuteret. Numquam in vigiliis perſolvendis obdormire apparuit. Qualitatem ſeu quantitatem cibi nullatenus attendens, ſic erat orationi intentus; ut oculis manibuſque in cælum erectis, ecſtaſim fere perpetim in oratione inſinuaret. Extra monaſterii ſepta, ſalvâ Regulæ obſervantiâ, Apoſtoli veſtigia inſequens, cum alacri diſcumbentium ædificatione appoſita ſumpſit. Et quia in multorum filiorum patrem conſtituendus erat, ei Dominus bene & pie vivendi gratiam contulit; ſic ut multis in partibus verbum ſalutis prædicans, in omnium devotionem caderet, & mirum ac venerabilem virum appellare non deſiſterent.

*Ioachim exteriori formâ venerabilis,*

B

*qualis in ſuis imaginibus cerniſtur.*

33 Pater venerabilis, veraciter inſtructus in divini ſcholâ ſervitii, ſciens ſpiritum Domini non requieſcere niſi ſuper humilem & quietum & tremen-tem verba ejus, humilitate ſublimis, abhorruit ſuperbiam mente cordis ſui; nec tantum in interiori homine, verum etiam in eis quæ foris ſunt actionibus humillimum ſemper ſe exhibuit, in iis præſertim quæ pietatis naturam induunt. Nam & in Curatio Præpoſitus & Abbas propriis manibus totum pluries viſus eſt purgare infirmitorium; languentium quoque agones, tamquam ejus pectori infixos, dulciter conſolans qua poterat, ſedulâ pietate demulſit. Sæpiſſime itinerantem comitem ac famulum, ad laſſitudinem reſtaurandam, proprio equo aſcendere mandans, pedeſter fuit ipſe aſſidue ſecutus. In quopiam levamine indigentibus ferendo non meritum vel dignitatem ſolum, verum neceſſitatem & naturæ copulam intuens, omnibus ſe officioſum exhibuit, & pro viribus retocillatione levavit. Unum præcipuum de tanto viro non eſt reticendum, quod pietatem ejus ſummopere redolet. Cum tempeſtate quadam fames valida utriuſque Siciliæ partes invaſiſſet, ita ut inediâ plurimos interire contingeret; Ioachim Dei gratiâ tantâ in pauperes miſericordiâ effundebatur, ut poſt reliqua ab eodem itinerante impenſa egenis, pallium & cucullam recipientibus, ipſe tunica & ſcapulari indutus, viſus ſit Conſentiâ pertranſire. Nec ſolum operibus, verum & concione ſolenni, ad ſimilia caritatis opera Chriſti pauperibus eroganda, ceteros inflammavit. Inter alia ab ejus ore procedentia, illud maxime audientium præcordiorum aures aperuit: Facite vobis amicos de mammonâ iniquitatis; ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula; quæ præſertim aperta ſunt eis, qui diſpergentes dederunt pauperibus, ſtatuentes eorum juſtitiam in ſeculum ſeculi. Eos vero pauperes qui in monaſterio ad eum confluebant, E in menſâ ejus magis quam divites ipſos, qui auctoritate ſuâ ſe faciunt venerabiles, velut Chriſtum Dominum viſus eſt venerari: Dominicam ſcilicet ſententiam jugiter præ oculis habens, Quod uni ex Matth. 25. minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Ideo ex tali 40 ac tantâ caritatis exhibitione diffamatus, Deo & hominibus omnibus pergratus extitit. Tanta porro apud homines de eo exiſtimatio creverat, ut etiam publicis in actionibus, præſente illo, nemo quidquam auderet. Nam cum eſſet & in conſulendo providus, & in deliberatione maturus cum pietate, præ ceteris conſultatione & auctoritate pollebat.

AUCTORE IACOBO GRÆCO.

*miſericordiâ erga pauperes,*

Luc. 16. 9.

*Excellit mirâ humilitate,*

C

*ſacrificans & prædicans, devotionem ingerit.*

34 Admirabilis atque imitandus Pater Ioachim, quamvis ex Magiſtri gentium ſanctâ admonitione teneret, Qui ſuorum & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negavit & eſt infideli deterior; hujuſmodi, noviſſima licet neceſſitate preſſis, ad culmen pietatis profectumque virtutis illorum magis intendens, ſemper & ubique reſpexit ſuos, velut non habitos, ditandi extollendique gratia. Et licet à fratribus quandoque ſentiret, ne tam rigidam circa illos gereret voluntatem; ajebat, Non F ſolum Dominus comminatur ædificantibus in ſanguine; ſed facientes voluntatem Patris, propinquos appellavit; acſi aperte dixiſſet, religionis Præpoſitos, nullatenus meritis conſanguineis dignitates, & penitus non egentibus alimoniam, Chriſto deſervientibus præſtitam, erogare numquam debere. Eos tamen ita dilexit, ut per eum iota unum aut unus apex non præteriret à lege; ne qui in ſalutis exemplum ceteris præpoſitus fuerat, carnali affectione devictus in ruinam caderet. Ad diluendam ergo eorum pravitatem, qui Chriſti ſervis, eccleſiis atque pauperibus debita ſubventione fraudatis, Religionis bona pro ditandis conſanguineis inverecunde impendunt, hæc prædicare ſolebat: Qui ponit manum ſuam ad aratrum Luc. 9. 62. & reſpicit retro, non eſt aptus regno Dei: & jam Apoſtolica veſtigia inſequentes, peram & retia, quæ carnales occupationes deſignant, nullo pacto ſecum afferre debuiſſe. Sic autem domeſticis & conterraneis bene proſpexit, ut numquam à ſalutis ſemitâ aberraret. Supplicantibus autem ſibi, non niſi pro neceſſariis ac juſtis, apud Proceres, ſed ſatis opportunus ingeſſit, & quæ Religionis erant vivaci protectione fovit. Ergo

*diſcretâ conſanguineorum dilectione,*

1 Tim. 5. 8.

in juſtitiæ tramite currens, & favoribus & gratiâ apud omnes extitit admirabilis.

AUCTORE IACOBO GRÆCO.

35 Non immemor Apoſtoli, ſibi & qui cum eo erant neceſſaria miniſtrantis, Regulæ pariter ordinationi proſpiciens, ut ceteris fieret in exemplum, manibus ut plurimum propriis laboravit. Neque in hoc fuit à divinâ bonitate deſtitutus; nam licet mentis acie præpollentes, corporis viribus non roborari, ſæpe conſpiciantur; ipſe tamen bonâ corporis habitâ valetudine, nullis deliciis in otio abutens, conventui exercitationi immiſcebatur. Verum magis ac magis in enudandis ſcripturæ arcanis incubuit: quæ autem à ſe edita per ſe emendare nequivit, Sanctæ matri Eccleſiæ corrigenda reliquit. Tandem numquam erat minus otioſus quam in otio. De ejus autem devotione quis enarrabit? Regem ſiquidem Regum, potenti irâ commotum, precibus ipſe mitigabat aſſiduis; præſertim ſanctiſſimam altaris Hoſtiam pro vivorum defunctorumque ſalute offerens. Per Octavam Reſurrectionis Dominicæ ac Pentecoſtes de cœnobio exiturus, ad Miſſæ celebrationem cuncta neceſſaria ſibi afferri mandavit; hac utique ratione ductus & devotione accenſus, quod ſicut veritas à figura, ita Chriſtiani à Judæis, diebus ſeptem azima comedentibus, nullatenus ſuperari deberent. Munus pariter divini Officii perſolvendi ita ante oculos ſemper habuit, ut extra monaſterium inventus, erecta Cruce accenſiſque luminaribus, illud devotiſſimè, juxta temporis & loci qualitatem, perſolveret: non enim in vacuum ſanctiſſimi Patris Benedicti locutionem audiverat, cum ait, Divinam ubique credimus adeſſe præſentiam, & oculos Domini ſpeculari bonos & malos. Quid dicam tandem, quantum ei cordi fuerit, altaris & ſpectantium ad deificum cultum, munditia? Ipſe profecto cenſebat damnabilis opinionis eſſe nec penitus ſuſtinendos, qui in immundis vaſis ceteriſque opportunis, mundo corde Domino ſacrificia munda offerre ſe jactant: addens Chriſti miniſtros mundiores etiam in extrinſecis, & officioſiores in Sacrificio adeſſe debere, quam olim Salomonis menſæ deſervientes, quos beatificans Sabæorum Regina laudavit. Devote denique & munde miniſtrantes, & Dei timentes, & propriæ conſcientiæ providos commendavit. In ſuis ergo cœnobiis & Sacerdotale & Leviticum munus perpolitè & cum Dei tremore expleri curavit, in Fratrum auribus intonans ſententiam illam comminantis, Facientes opus Dei negligenter, maledicti; & ſi negligentibus maledictio imminet, duplici impuritate immundi ubi patebunt? In hujuſmodi Dei ac proximi obſequio venerabilis Pater curſum vitæ perducens, jam ſenio confectus, multorum filiorum, quos in Domino & Religione genuerat, pater effectus præmio approximaverat.

*operatione ſedulâ,*

*devotione in rebus ſacris tractandis,*

Reg. c. 19,

*& curanda altaris munditiâ,*

B

C

Ier. 48, 10

## ANNOTATA.

a *Addit Græcus*, à die vigeſima nona Martii; *ſed male: conſtat enim creatum* XII *Aprilis, conſecratum ipſo die Paſchæ* XIV *ejuſdem menſis, pridie quam coronaret Henricum. Hanc vero Coronationem nihilo melius dicit idem Græcus factam*, ad incepta prælia in Tangredum propellendum: *ſed quam id falſum, ideoque jure hic omiſſum ſit, declarabit Arnoldus Lubecenſis Abbas, illius ipſius temporis ſcriptor, lib.* 4 *cap.* 5 *apud Baronium, ad hunc annum.* Igitur Dominus Imperator profectus eſt in Apuliam, accepturus totam terram Wilhelmi Siculi, quæ eum cum Imperatrice uxore ſuâ contingebat: de qua tamen profectione animum Domini Papæ non parum offenderat; quia alius Rex, Tancredus nomine, à Sede Apoſtolicâ jam ibi ordinatus fuerat. *Poſtea autem rerum potitus Henricus, totam Tancredi ſtirpem avexit aut extinxit, cum Normannicâ nobilitate eidem favente: quod quam inique tulerit ſatis declaravit Cæleſtinus, latâ contra Imperatorem excommunicationis ſententiâ, prout plenius apud Baronium videre eſt.*

D

b III Kalendas Maji, *capta ab Henrico Neapolis eſt.*

c *Menſe Auguſto ejuſdem anni* 1191 *reduxit copias Henricus, anno* 1194 *felicius regreſſurus.*

d *Fortaſſis* Stam-zame *vel* Stams-gare, *id eſt, Conventus totius Stirpis ſeu Familiæ: quæ quia per arboreum truncum, ſtam dictum, ramos ſuos effundentem, exprimi ſolet, uſitatâ paſſim metaphorâ etiam ipſa* ſtam *nuncupatur:* Zame *vero ſeu* Gare, *collectionem conventumque ſignificat. In natali autem die Principum virorum, familiam omnem ad feſtas epulas convenire, etiam hodie uſitatum eſt.*

e *Abeſt* Salina *illa à San-Severinenſi urbe circiter* 6 P. M. *ad Nethi fluminis Auſtralem ripam: quæ autem proxima eſt Abbatia,* Serrachia, *indigitatur in tabulis. Ab utraque vero Florenſe monaſterium ſolis* 16 P. M. *diſtat.*

f *Lucaniæ ſeu Baſilicatæ hodiernæ caſtrum* S. Mauri *eſt, in ipſo pene regionis umbilico, circa Salandrellam flumen.*

E

g *Cum utique victor rediens è Siciliâ, ubi fuerat coronatus, Tancredi conjugem liberoſque & gazam plurimam ſecum aveheret, Pontificis eâ violentiâ offenſi ditiones declinans.*

## CAPUT VIII.

*Mors Abbatis Ioachimi, Tranſlatio, Examen miraculorum ejus.*

36 *Senio gravatus infirmatur* i

SEneſcens interea venerabilis Ioachim, famulus Dei, in conſummatione bona cæleſtis gratiæ præmia expectans à Domino Ieſu, cui tamquam fidelis ſervus toto corde deſervierat, in loco qui dicitur S. Martinus de Jove, alias de Canale, prope a Petrafittæ oppidum (quem locum ipſe Ioachim ab Andrea Conſentino Antiſtite, ſub anno Domini milleſimo ducenteſimo primo, acceperat) infirmari cœpit. Ubi non imparatus, cæleſtium fercula deliciarum prælibare exoptans, totus ferebatur in Deum, cui animam ſuam ab ineunte ætate, tamquam capturam ſalutis hereditatem, præparaverat. Etſi ægritudine corripiebatur, intuens in cælum præſtolabatur Chriſtum, quem toto corde dilexerat; ut ſic in alacritate devotionem eximiam comprobaret. Concurrentibus inde Abbatibus Curatii, Sambucinæ, & b ſancti Spiritus; Monachis item non paucis adſtantibus, & de tanti Patris receſſu languentibus, in ſpiritus vehementia viam ſalutis prædicavit, ac eiſdem Ordinis exterminationem prædixit, hoc ipſum pluries repetens: Hoc vobis memorandum relinquo, ut diligatis invicem, ſicut Dominus Ieſus dilexit nos. Benedictis ergo prius Curacenſibus, tamquam prioribus filiis, & demum Florenſibus; Sacramentorum ſacra perceptione munitus, velut ad fercula invitatus, inter manus filiorum & confratrum, leni ac ſuavi agone, ſpiritum Deo reddidit Abbas Florenſis, die trigeſimo menſis Martii c.

a

F

*& ſuos extremum adhortatus.*

b

*moritur* c

37 Placuit tandem filiis ſuis, quos magiſterii ſui ſucceſſores reliquerat, tanti Patris ergaſtulum in Florem transferre; ubi, donec tuba canat, in monumento atque parato cœnotaphio quieſceret. An modo in eodem loco reſideat, mihi compertum non eſt: ſarcophagum profecto ipſum priſci in non modica veneratione inſpexerunt d.

*atque ad monaſt. Florenſe transfertur,*

c

d

38 Quia

A *ubi eum miraculis claruiſſe*

38 Quia de venerabili Patre Joachim, & ejus Florenſi Ordine, ea quæ lectoribus perlegenda adducuntur, non niſi probatis auctoribus & teſtimoniis (quoad fieri datum eſt) roborata, decretum eſt enuntiare; ne inventione noſtrâ vel alterius fictione exculta fuiſſe credantur: ideo, licet actiones, quæ naturæ ordinem ſuperant; à tanto viro factas fuiſſe etiam poſt mortem, non ſine veritatis aſſertione reperiatur; & ipſe non paucas papyris in vetuſtis perlegerim; quia tamen Sanctæ Sedis Apoſtolicæ auctoritate roboratas fuiſſe mihi non conſtitit, intermiſcere eas non curavi. Hoc ſanè nunc procuratione authenticâ hujuſmodi ſub tenore comprobatur. In nomine Domini. Amen. Anno Domini milleſimo trecenteſimo e quadrageſimo ſexto, die vigeſimâ quintâ menſis Septembris quintæ decimæ Indictionis, apud monaſterium Florenſe. Regnante Dominâ reginâ Joannâ, Dei gratiâ inclitâ Hieruſalem & Siciliæ Reginâ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ, Provinciæ f Folcaquerii ac Pedimontis Comitiſſa, regnorum ejus anno quarto feliciter, amen. Nos Petrus Spinus de Petrafitta, Regalis Judex Caſalis ipſius; Petromarius Judicis Guiſcardi de Petrafitta, publicus per totam provinciam Vallis-Gratis & Terræ-Jordanis auctoritate regia Notarius; & ſubſcripti teſtes, ad hoc ſpecialiter vocati & rogati; præſenti ſcripto publico notum facimus & teſtamur, quod conſtituti in noſtra præſentia & teſtium ſubſcriptorum religioſi viri, videlicet Fr. Nicolaus de Caccurio Prior, Fr. Petrus de Fontaneis Subprior, Fr. Philippus de Seminariâ Cellerarius, Fr. Nicolaus de Sanctoro, Fr. Marcus de Anagniâ, Fr. Angelus de Gerentyâ, Fr. Jacobus de Terraſonis, Fr. Ioannes de Ceriſano, Fr. Aloiſius de Taberna, & Fr. Nicolaus de Flumine-frigido, Monachi conventuales monaſterii Florenſis, nec non Fr. Ioannes de Taberna Abbas monaſterii Calabro-Mariæ Sanctæ-Severinæ diœceſis, & Frater Ioſeph de Piniano Abbas S. Mariæ-novæ, g Geruntinenſis diœceſis, dicto monaſterio Florenſi immediate ſubjecti; aſſeruerunt dicti Abbates & Conventus, habere multa utilia impetrare à Domino ſummo Pontifice, quę impetrata cedent & vertent ad honorem, commodum, & ſtatum bonum & tranquillum monaſteriorum & omnium Monachorum ipſorum, totiuſque Ordinis Florenſis. Eapropter confiſi ipſi Abbates & Conventus prædictus fideli prudentia & legalitate venerabilis in Chriſto Patris Fr. Petri Abbatis Florenſis, qui eſt Caput primum totius Florenſis Ordinis, ipſum Abbatem Florenſem conſtituerunt, fecerunt, & ordinaverunt eorum Procuratorem, actorem, geſtorem, œconomum, ſyndicum, & nuntium ſpecialem, præſentem & onus præſentis procurationis in ſe ſponte ſuſcipientem, ad transferendum ſe ad Romanam Curiam, ad impetrandum infraſcripta & omnia alia, quæ ad honorem & commodum ſupradictorum monaſteriorum & omnium aliorum Monachorum ipſius Florenſis Ordinis cadent, & verti poſſent. Videlicet, imprimis ad eligendum ibidem aliquem Cardinalem in Protectorem prædicti monaſterii & totius Florenſis Ordinis. Item ad ſupplicandum Domino Summo Pontifici, quod dignetur concedere & ordinare per ſuas Apoſtolicas litteras aliquos Viſitatores, qui poſſint inquirere & referre Sedi Apoſtolicæ de læſionibus & finibus dicti monaſterii Floris, prout melius dicto Abbati Florenſi videbitur expedire. Item ad ſupplicandum eidem Sedi Apoſtolicę, quod concedatur eidē Abbati Florenſi, ut poſſint reformare monaſteria vacantia & non vacantia, tam per reformationem generalem dicti Summi Pontificis quam qualicumque modo vacantia, eidem Abbati Florenſi, tamquam capiti totius Florenſis Ordinis, ſubjecta. Etiam dignetur Dominus Summus Pontifex committere aliquibus Epiſcopis ſeu Prælatis provinciæ Calabriæ, qui poſſint inquirere & referre de miraculis, factis & viſis, in vita & poſt mortem, per quondam Abbatem Ioachim, qui fuit principium & fundamentum totius Florenſis Ordinis: cujus Abbatis Ioachim multa miracula fuerunt viſibiliter patefacta, & viſa & manifeſta in provincia Calabriæ ſupradictæ, tam tempore vitæ ſuæ, quam poſt obitum vitæ ejus. Et ad impetrandum Conſervatores perpetuos privilegiorum monaſterii Floris & totius Ordinis Florenſis; & generaliter ad impetrandum omnia alia & ſingula, quæ ſunt ad bonum ſtatum & reformationem dicti Florenſis monaſterii & totius Ordinis ſupradicti: & nihilominus, quod poſſit ſubſtituere; conſtituere; & inſtituere unum vel plures Procuratores loco ſui, prout melius ſibi videbitur expedire. Et ad faciendum omnia alia & ſingula, quæ legitimus Procurator, actor, œconomus, & ſyndicus, & nuntius ſpecialis facere poteſt & deberet, ſicut ſi dictus conſtitutus perſonaliter adeſſet: dantes & concedentes eidem eorum Procuratori, ut ſupra, plenam & generalem & liberam poteſtatem comparendi & præſentandi ſe coram Summo Pontifice, ad impetrandum omnia ſupradicta, & quæ melius ſibi videbuntur expedire; promittentes, dantes, conſtituentes, rata, grata, & firma habere, tenere, & inviolabiliter obſervare prædicta omnia & ſingula, circa præmiſſa & quodlibet præmiſſorum, quæ per dictum Abbatem Florenſem, eorum generalem Procuratorem, vel ab eo ſubſtitutum, acta & geſta fuerint, etiam procurata ſub hypothecâ, omnium mentibus ſolenniter & legitimè ſtipulantes. Quod actum & ſcriptum eſt, per manum mei præfati Notarii, meo ſolito ſigno & ſubſcriptione ſignatū. Signo tamen noſtri, qui ſupra, Judicis idiotæ & teſtium ſubſcriptorū, ac etiam ſubſcriptorum Monachorum & Abbatum ſignis & ſubſcriptionibus roboratum, ſcriptum, & actum, anno, die, loco, menſe, & Indictione præmiſſis.

AUCTORE IACOBO GRÆCO.

*tum pro examinandis Ioachimi miraculis Commiſſarios impetret.*

*per ſe vel alium à ſe delegatum.*

E

† Signum Crucis propriæ manus Petri Spini de Petrafitta, qui ſupra, regalis Judicis, ſcribere neſcientis.

† Ego Syr-Goffridus Ritrandus, Canonicus Geruntinenſis, prædictis interfui & me ſubſcripſi.

† Ego Presbyter Thomas de Petra-fittâ, Canonicus Geruntinus, prædictis interfui & me ſubſcripſi.

F

† Ego Neapolus Nicola de Caccurio, prædictis interfui & me ſubſcripſi.

† Ego Fr. Ioannes de Tabernâ, qui ſupra Abbas, fateor, volo, & teſtor.

† Ego Fr. Ioſeph, Abbas monaſterii S. Mariæ-novæ.

† Ego Fr. Nicolaus de Caccurio, Prior Monaſt. Floris.

† Ego Fr. Petrus de Fontaneis, Supprior Monaſt. Floris.

† Ego Fr. Iacobus de Terraſonis, Monachus monaſt. Floris.

† Ego Fr. Aloiſius de Tabernâ, Monachus monaſt. Floris.

† Ego Fr. Philippus de Seminariâ, qui ſupra.

† Ego Fr. Nicolaus de Fiume-freddo, qui ſupra.

† Ego prædictus Notarius publicus, qui ſupra, præſens ſcriptum publicum propria manu ſubſcripſi, & me ſubſcripſi rogatus &c.

An autem hujuſmodi informatio & relatio expetita, ut ſupra, vel procuratio ipſa effectum aliquem fuerit aſſecuta, dum nihil niſi ipſam quæ innotuit adderem, laborandum fore nullatenus exiſtimavi.

B *ab Ordine Florenſi*

C *dnis Abbati Petro,*

*ut velit Procuratorem alia apud Papam agat,*

*e patet ex inſtrumento procurationis,*

*f*

*g*

AN-

AUCTORE IACOBO GRÆCO.

## ANNOTATA.

a Petrafitta *ſolum 4 milliaribus diſtat Conſentiâ, cui ad Orientem jacet, Cratem fluvium ad Auſtrum reſpiciens: ab hoc autem oppido uno milliario ad urbem propius ſita eſt* Grancia, S. Martini *dicta: quam anno* 1544 *adhuc celebrem Ordinis Benedictini locum fuiſſe, oſtendit Breve Indulgentiarum, eidem datarum per Guidonem Aſcanium Cardinalem Sforziam, Pontificis Pauli III, avi ſui, Camerarium: quod Breve extat apud Gregorium pag.* 304 *: qui ait, nunc ibi non niſi immundorum animalium habitaculum conſpici.*

b S. Spiritus *monaſterium in Sicilia, Ciſtercienſis Ordinis, Sambucinæ filia, prope Panormum, fundatum an.* 1173; *ubi primus forte Abbas Alexander fuit Ioachimo familiaris, ut infra Mirac.* 13; *& poſt eum Matthæus, de quo ad an.* 1206 *mentio invenitur.* Sambucinæ *autem Abbas Lucas erat, Ioannes* Curatii, *Mirac.* 15 *nominandus.*

c *Addiderat Græcus*, circa annum à Nativitate Domini MCCXIV: *quod in Commentario rejecimus.*

d *Sequebatur Epitaphium, verſu elegiaco compoſitum initio hujus ſeculi: quod ſatis eſt apud Vghellum tom.*7 *col.* 272 *legi.*

B e Quinquageſimum *tranſcripſerat Græcus: ſed lapſus probatur, tum ex numero Indictionis, tum ex anno* 4 *Regni; convenitque cum pactis conventis inter Reginam Ioannam & Fridericum Aragonium Trinacriæ detentorem initis, ſignatiſque anno Chriſti* 1373, *regnorum Ioannæ anno* 31: *prout in annalibus Bzovii ea leguntur.*

f *Ita ex eodem Bzovio correximus: apud Græcum* Forcalgrerii provincia *erat.*

g *Abeſt à Monaſterio Florenſi* Geruntia, *vulgo* Cerenza, P. M. *ad Orientem, unde de ſitu hujus Abbatiæ ſtatui poteſt.*

# MIRACULA

## Quæ Deo cooperante Venerabilis Abbas Joachim, Ordinis Florenſis Inſtitutor, edidit; per Fratrem Jacobum Græcum Syllaneum, Sacræ Theologiæ Profeſſorem, collecta & armario Florenſis Monaſterii intercluſa.

### *Ex Ms. Ferdinandi Vghelli, collato cum editione Gregorii de Lauro.*

### PRÆFATIO.

*Poſt editum de Vita Ioachimi libellum,*

QUoniam, annis jam prope præteritis, libellus, à nobis ex vetuſtiſſimis collectus, Chronologiæ Ioachim Abbatis & Ordinis Florenſis inſcriptione vulgatus, typis traditus fuit; ubi geſta, etſi non omnia, aliqua tamen ejuſdem & Ordinis ejus, oculis multorum, quomodo geſta fuerunt, ſe præſentarunt: actiones autem quaſdam, quæ naturæ ordinem & facultatem ſuperant, & miracula dicuntur, eo quod per ſanctam Apoſtolicam Sedem mihi non conſtiterant probata, opuſculo eidem intermiſcere nequivi: ne hujuſmodi mirabilia temporum edacitate & injuriâ delerentur, ea quæ adinvenire ſuffeci, adnotare & Monaſterii Florenſis armario intercludere conſtitui: non enim in conſpectu hominum abſque Sedis Apoſtolicæ probatione vulganda fore exiſtimavi. Ceterum tanti viri miracula, mundo vulgata & patentia fuiſſe, eaque per Beatiſſimum Lucam Archiepiſcopum Conſentinum eſſe deſcripta, procuratio authentica, quæ nunc D uſque in armario Florenſi legitur, cum traditione veterum, latiſſime probat & abſque dubietate confirmat: quod etiam in prælibato opuſculo noſtro diffuſius monſtratum *a*. Miracula vero tanti Patris a adnotare tali intentione conſtitui, ut talis ac tanti *ad fidem ſanctitatis ejus,* viri ſanctitas, & Dei omnipotentis bonitas atque majeſtas, ab omnibus glorificetur. Et quamvis ab homine perpetrata miracula non ſint de eſſentiâ ejus ſanctitatis; ut perprobe dicet Dominus in noviſſimo die, his qui in nomine ejus dæmonia ejeciſſe & multa feciſſe miracula profitebuntur: tamen in Eccleſia ſuâ per viros ſanctos mirabilia operari, ad ſuæ plebis utilitatem, facientis ſanctitatem, ſuamque glorificandam majeſtatem, non deſtitit. Inſuper, licet aliquando, ad aliquam veritatem aperiendam, etiam per improbos, Deus miracula fieri permiſerit; velut filiis Judæorum, in nomine Jeſu dæmonia ejicere, etſi cum Jeſu non ambularent, conceſſerit; ad claritatem tamen fidei ſemper in Eccleſiâ miracula haberi, donavit. Sunt enim ipſa miracula in fide, velut conditio ſine quâ non: nam quæ Deus de ſe & inviſibilibus, credendis per fidem & ejus habitum, intellectui humano indidit credenda, per miracula credenti approximari & conglutinari E voluit. In miraculis ergo ab hominibus perpetratis primo Deus ipſe, qui facit mirabilia magna ſolus, agnoſcendus & glorificandus eſt: ille etenim eſt, *aliqualiter confirmandum.* qui ſicut homini fidem tribuit, ita ad ejus confirmationem miracula fieri, & ad eam capeſſendam coruſcare conceſſit. Nec homo, quacumque ſanctitate præfulgeat, ex ſe habet poſſe miracula facere. Quid enim inquit Scriptura de Moyſe & Aaron? Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum. Quin imo educenti Moyſi aquam de petrâ, nec nomen Domini glorificanti, in pœnam temeritatis, quod populum in terram Promiſſionis non introduceret, fuit comminatum. Tandem, ſi ea quæ inferentur, aliquibus perpauca eſſe videbuntur, & ideo parvifacienda, non erit ſic. Nam ſicut Dominus Deus eſt magnus in magnis & innumeris, ita eſt magnus in parvis & in paucis. Satis igitur ſit agnoſcere, qualiter Dominus Deus univerſorum, ſervum ejus Ioachim Abbatem, Monaſterii Florenſis conditorem & ejus Ordinis Inſtitutorem, in vitâ, in morte, & poſt mortem plurimis decoravit miraculis. Quæ vero extiterint, ad dicti Ioachim Abbatis præconium, Domini Dei noſtri Ieſu Chriſti laudem, & Trinitatis Deificæ laudem & gloriam, ſub Eccleſiæ Catholicæ & Sedis F Apoſtolicæ & Romanæ fidei perpetuâ correctione, inchoantur in nomine Domini.

a *Quæ Lucas ſcripſit, in Commentario dedimus, & ideo traditioni iſti non admodum fidimus: quia neque de Luca quidquam legitur in præcitato inſtrumento. Auctor* Admirabilia *vocat, & ſingula ſingulis numeris inſcribit conſequenter: ego, ſervato numerorum ordine,* Miracula *malui appellare. Ipſos deinde Titulos, quos ſingulis Admirabilibus auctor præfixerat, ad marginem invariatos pro ſynopſi locavi.*

### CAPUT I.

*Miracula à vivente Ioachimo patrata.*

*ſcribuntur miracula,*

FUit vir illuſtris, vita lucidus, & nomine, Lucas; qui Monachus Monaſterii Caſæ-Marii, 2 ab illius Abbate Gerardo in ſcribam Venera- *Vincula impedita lumbilis Patris Ioachim, dum ibidem ſe contineret, gua reſe-* traditus fuerat; ibi Calabriam autem repedantibus *rantur.* ambobus, contigit tunc temporis Abbatem de Sambucinâ

A bucinâ viam univerſæ carnis ſubire. In quo monaſterio licet viri, vita & doctrina celeberrimi, Domino Deo univerſorum ſanctiſſimè militarent; de quorum numero eorum Abbas eligendus erat; omnibus tamen humilitatis intuitu ad hujuſmodi ſubeundum onus ſe minus dignos ac idoneos deprehendentibus, de concilio *a* Domni Raynerii, inter eos præcipui, Lucas ille ab omnibus in Abbatem expetitur. Ceterum cum ipſe Lucas tardioris & impeditioris linguæ vinculo teneretur, tale onus recipiendum penitus recuſavit. Non enim immemor erat illius humilitatis propheticæ, aſſerentis: A a a, Domine, neſcio loqui, quia puer ego ſum; & alterius etiam Moſaicæ aſſertionis, ad Pharaonem tranſmittendi, ac pro linguæ impedimento recuſantis. Verum quia ad onus illud à Domino electus erat, factum eſt, ut Vener. Pater & Abbas Joachim ad eumdem Lucam epiſtolâ mitteret, quâ eum ad curâ ſuſcipiendam, ad quam electus fuerat, hortabatur; affirmans, ne de tali impedimento formidaret; nam Dominus benigniſſimus de remedio provideret. Cum vero Lucas alibi tanti pollicitâ Patris multoties in veritate ſanctitatis expertus eſſet, Joachim epiſtolâ in pectore conditâ, non de ſuâ, ſed de tanti Patris & Dei bonitate confiſus, in monaſterium de Sambucinâ devenit. Ubi cum balbutiens ad Fratres ſermonem haberet (mirabile dictu!) illico os ejus & vincula linguę ejus reſerantur: unde rectè locutus benedixit Dominum Deum Iſrael, qui per merita Vener. Patris Joachim viſitavit & fecit ſanitatem linguæ ſuæ. Ordinatus ergo Abbas, in Sambucinâ remanſit; Religioſi vero, nimio terrore correpti, de pectoris imo laudaverunt Deum, qui talia in talibus viris fieri & recipi mirabilia dignatus fuerat; quin imo omnes qui audierunt circumquaque & metu & lætitia percellebantur, benedicentes & laudantes Dominum in famulis ſuis.

*Vincula impedite linguæ reſerantur:*

*a*

*Ier. 1, 6 Ex. 4, 10*

B

*Eadem Lucæ ſanitas iterum reſtituitur.*

2 Quemadmodum humana corpora, non ex uno elemento, ſed ex contrariis compoſita ſunt; ita ſæpeſſime ea infirmari & alterari contingit. Adveniit tamen aliquando, ea infirmitatem & alterationem ſubire, ut manifeſtentur opera Dei in illis. Nam inter alia dona credentibus à Domine conceſſum eſt, quod ſuper ægros manus imponent, & benè habebunt: acſi diceretur, quamplurimi Dei permiſſione ægrotantes & corporum alterationem patientes, Apoſtolorum experiendo curationem, Deum benedicent & ad Dominum convertentur, magnificantes eum qui dedit talem poteſtatem hominibus. Lucas igitur (vel contrarietate urgente, aut Domino hujuſmodi ordinante, ut novit ipſe) magnis tenebatur febribus, ſic ut morti penè approximari videretur; adeoque invaleſcendi debilitate vexabatur, ut nec carnes, quomodolibet præparate appoſitas, comedere poſſet. Ioachim autem Dei famulus, viſcera caritatis indutus, anguſtiis talibus & ægritudinibus compatiens, ægrotanti Lucæ caules præparari & apponi juſſit eidem; eorumdemque benedictione peractâ, inquit; Ede, in nomine Domini, & eſto ſecurus. Et quid dicam? Ita ex comeſtione convaluit, acſi divinum pharmacum ſeu poculum è cælo demiſſum deguſtaſſet. Ceterum non eſt omittendum illud, quod evenit eiſdem venerabilibus Joachim & Lucæ, in Trinacriam inſulam una pergentibus. Accidit ſiquidem ut menſe Novembris, itineris cum laſſitudine tum hoſpitii tarditate, mirum in modum Lucas ipſe ſitiens, de nocte ſurgendo biberet; idque Ioachim pluries compatienter paſſus, tandem obſervantiæ zelo ſuccenſus, eum Regulæ contra facere illiuſque obſervantiam demoliri, in lenitatis ſpiritu benigne monuit; addens, eum non debere paſſione ſuperari; ſed ut de bonitate Dei confidens, penitus abſtinere curaret. Obtemperans ergo illius præceptis, & precibus ejuſdem adiutus, de cetero non ſitivit. Iſte Lucas tandem, Dei donante providentia, ob præclaræ vitæ meritum, effectus Archiepiſcopus Conſentinus, fuit ita bonitate celeberrimus, ut, ſi quibuſdam recentioribus fides adhibetur, Beatus credatur: in hujus enim Lucæ gratiam eccleſia & baſilica Conſentina, Imperatore adſtante, à ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legato conſecrata reperitur, ut in memorato libello noſtro latius probatum agnoſcitur *b*.

A. IAC. GRÆCO EX MS.

b

3 Quemadmodum teſte beato Job, de poteſtate dæmonis nuntiante, non eſt poteſtas in terrâ quæ comparetur ei; ita attendendum eſt, quia dæmon, cum ſpiritus ſit, ſuperioris eſt ordinis & poteſtatis creaturis horum inferiorum, ubi ea quę ſunt vel corporea ſunt vel mixta: eſt ergo majoris poteſtatis corporeis ſolum vel mixtis, cum ſpiritus ſit, etiamſi creatura corporalis deſerviat ſpirituali ad motum localem. Sed licet poteſtas ejus maxima exiſtat, non poteſt tamen uti & exercere illam, niſi Domino Deo permittente. Novimus etenim Satan, ceterorum nequam ſpirituum & mundi hujus tenebrarum harum principem, non ſolum animam ipſius beati Job tangere non potuiſſe, ſed nec oviculam ejus, niſi Domino Deo donante: & legionem dæmonum, de corpore obſeſſi ejectam, nec in porcos, niſi Domino noſtro Ieſu Chriſto concedente, intrare potuiſſe. Deo ergo donante exercet ſuam in iſtis inferioribus poteſtatem, præcipue ad damnum hominii inferendum: velut novimus in rebus Ægyptiorum ad eorum damnificationem ſæviſſe. Quandòque etiam in homines ipſos, propter injuriam Deo inferendam, dæmones poteſtatem & ſævitiam operantur: nam cum nequam voluntate & rebelles obſtinatione exiſtant, non valentes Deo aliquid mali inferre, hominibus ad Dei imaginem factis nocere procurant. Dat vero Deus dæmoni hominibus inſidiari ac officere poſſe variis de cauſis, vel propter peccatum ab hominibus perpetratum, & dæmon ſævit in peccatorem tamquam in mancipium ejus (nam qui facit peccatum ſervus eſt peccati) vel propter augendum patientis meritum, ſicut fuit datus angelus ſathanæ, qui colaphizaret Paulum; aut ad alicujus Dei ſervi patientiam aperiendam, quemadmodum de eodem Iob Scriptura teſtatur: aut ad ipſius Eccleſiæ ædificationem, ut non tantum fide, ſed ſenſibus etiam externis ſimplices principaliter percipiant, homines à dæmonibus vexari, cum oculis cernant & auribus percipiant dæmonia homines obſidere: tandem ad alicujus viri ſanctitatem propalandam; nam cum quis dæmonem à corpore alicujus obſeſſi dejicit, eſſe magnæ virtutis & eximiæ poteſtatis aperitur. Et licet non ſit hominis, propter eam quam diximus rationem, dæmonem ejicere poſſe, ſicut patet in Apoſtolis non valentibus ejicere dæmonium; non niſi in oratione & jejunio profugandum; dat tamen ejicere poſſe, propter ejus gloriam & ejicientis bonitatem aperiendam. Ut ergo manifeſtaret Dominus, quanti meriti & ſanctitatis Ioachim famulus ejus extiterit, accidit in terrâ *c* Mydæ ſeu Maydæ, in Neocaſtrenſi diœceſi, filium cujuſdam Roberti *d* de Benettâ male à dæmonio vexari & torqueri: qui ſiquidem Robertus, audiens famam viri, miſit ad eum, rogans ut ad illum venire dignaretur. Vir autem Dei Ioachim, cum profundæ eſſet humilitatis & ingentis caritatis, properare non recuſavit. Audiens vero ac cernens tandem vocationis cauſam, ne hujuſmodi dæmonis ejectio viribus aut ſanctitati ejus adſcriberetur, in monaſterium de Curatio, ubi

*Dæmoniacus per merita ſancti Patris liberatur.*

E

F

c

d

A. IAC. GRÆCO EX MS.

tunc Pater & Abbas extabat reversus, rem Fratribus & Religiosis adaperiens, per triduum orationem ad Deum fieri pro tali necessitate omnibus imperavit. Iterum denique Maydam repetenti, ilico puer est humiliter præsentatus : & ecce confestim coram omnibus acriter à dæmone correptus est. Venerabilis autem Abbas Ioachim, ad modicum orationi se donans, in nomine Domini nostri Iesu Christi immundo spiritui imperavit : quo mox dejecto & absistente, adolescentulum ab eodem liberatum reddidit patri suo. Demum cum omnium qui aderant & viderant admiratione, & gratiarum actione ad Dominum, in monasterium suum reversus, omnibus extitit admirabilis.

*Religiosus per merita B. Ioachim à tentatione liberatur.*

4 Etsi tentationes variis ex causis hominibus evenire contingat ; illæ tamen præcipue, quæ à dæmone, ad auferendam homini beatitudinem, immittuntur, valde pertimescendæ sunt. Sicut enim quondam patribus in deserto, à cupiditate suâ allectante atque abstrahente, tentari accidit ; sic ut nauseato manna, ceparum & alliorum amissionem & carnium ollas deflerent (unde in terram promissionis aditus merito denegatus fuit) ita pariter, si quando aliquibus à Domino Religionis ingressus conceditur, vigilandum nimium est, ne dæmonis tentatione recedentes ab ea, se indignos ad glorificationem constituant. Non enim adultis ad glorificationem devenire conceditur, nisi (teste Apostolo) per quosdam gradus : sicut scriptum est, quos prædestinavit, hos & vocavit. Vocatio ergo ad fidem, & ingressus ad Religionem, gradus est ad glorificationē, tamquam ad finem & effectum prædestinationis. Quando autem ab aliquibus à Fide seu Religione propter tentationem dæmonis fit egressus, magnum est signum reprobationis. Propterea, contra hujusmodi tentationes, valde vigilandum & colluctandum est : sicut accidit cuidam Monacho in cœnobio de Sambucina. Hic vocabatur Maximus ; & dum novitius adhuc militiæ religiosę iter ageret & arma indueret, magnam recedendi tentationem patienti, manus Domini præsto fuit. Contigit siquidem ad dictum monasterium Ven. Abbatem Ioachim devenire : quo ibidem discumbente Frater Maximus, tanti Patris sanctitatem cogitans, inquit intra se : Si de pulmento paropsidis, in quâ manus B. Ioachim intingit, haberem & comederem, à tentatione diu perpessâ liberarer. Ioachim autem divina illico præventus gratia, agnito Fratris desiderio, & vasculum porrexit & ferculum obtulit : quo degustato factum est, Domino cooperante, ut penitus à tentatione maxima Maximus liberaretur. Qui denique in vitæ sanctitate perseverans, dicere consueverat : Sancti escam Abbatis degustans, ab esca dæmonis liberari promerui ; & talia passim cunctis in cunctorum admiratione ad Dei gloriam enuntiabat.

B

Rom. 8, 30

C

*Adolescens ad Christi militiam vocatur.*

5 In Aquitania & civitate Aquæ Augustæ, vulgo Bajonæ, quidam adolescens, cui nomen erat Ioannes, spiritum sortitus est bonum, per quem erat docilis & amabilis valde : & quia rebus exuberabat temporalibus super omnes concives suos, in bonitate & caritate sua Religiosos hospitari consueverat, à quibus verbum Dei mirum in modum audire exardescebat. Ceterum, qui verbum Dei audientibus & facientibus illud beatitudinem pollicetur, eidem Ioanni, sicut & hospitalitatis, ita pariter & devotionis donum contulit. Propterea quotidie, ad divina Officia exhaurienda, Cathedralem ecclesiam ingrediebatur. Quodam vero die evenit, dum Chorus pedes ejus dirigi in viam pacis decantando expeteret, eumdem flexis retro altare genibus auscultantem, in spiritus suavitate demorari, & ibidem oculis manibusque sursum erectis ecstasim quodammodo perpeti. Nam ecce (mirabile dictu) visum est illi ecclesiæ convexitatem aperiri, & se oculis conspicere Dominum in majestate apparentem. Ceterum quia anima ejus quæsitum Dilectum invenerat, in miram conversa dulcedinem, nihil aliud ultra inde curabat. Affectans intereà sanctissimæ invocationem Trinitatis, audivit vocem de cælo dicentem sibi : Si vis ad vitam ingredi, vade ad Ioachim Abbatem, & quidquid præceperit facito. Cui adolescens, Abacuc imitatus, respondit ; Domine, Ioachim nec vidi nec novi. His autem dictis visio prægustata disparuit : verumtamen qui vocem dederat, intellectum præbuit. Relictis ergo omnibus suis, Romam festinanter adivit ; & inde, Cardinalis Bajonæ ejus propinqui eruditione edoctus, ad virum Dei Ioachim in Florem devenit. Quomodo autem sub disciplina tanti Patris Religionis habitum susceperit, & viam mandatorum ejus cucurrerit, & sancto fine quieverit, in libello nostro jam memorato c monstratum est.

D

*& sub disciplinâ beati viri coronatur*

6 Inter cetera ad humanam creata servitutem & obsequium, animalia præstant, sicut sensu hominibus proximiora : unde fit, ut possessione belluarum incolæ mundi hujus non parum glorientur, & valde de illarum perditione doleant. Novimus propterea sæpe, propter usum hominum & eorum iuvamen, itidem animalibus opem & auxilium præstitum esse à Sanctis. Divus namque Bernardus animalia à peste liberavit, eo quod humana ex eis corpora infirmantia reficiebantur. Non ergo spernendum est, quod famulus Dei Joachim in animali stupendum admisit. Accidit siquidem vice quadam, servum Christi Jesu Joachim Sylam Consentinam pertransire, ubi nocte superveniente divertendum ei fuit & hospitandum in villa cujusdam Jordani de f Madarâ, à quo fuit nimia amabilitate & caritate susceptus. Colligatis vero prope equis hospitantis & hospitis, dum se ad invicem non paterentur, & Iordani equus se alio convertere niteretur ; incidit in stipitem præacutum, ita ut interiora de corpore exirent. Qua de re Venerabilis Abbas nimium tristis effectus, si aliquo remedio equo subveniri possit anxius procurabat. Quo agnito hospes, hilari vultu, ne de hujusmodi casu tristaretur, Abbatem verbis dulcibus deprecabatur. Visa tandem tanti viri anxietate, fidenter ait : Si equo compateris, signa illum, & sanabitur. Ac quid mirum ? Attenta fide & devotione hominis, in Domino confisus Ioachim, Crucis signo equum signavit, & illico ex vulnere convaluit. Ideo accepit omnes timor, qui viderunt & audierunt ; & gloriam Deo dederunt, qui non tantum hominibus, sed etiam propter illorum consolationem & devotionem, per servum ejus tam insolitè & stupendè belluis sanitatem restituit.

E

*Animalia etiam viri Dei sanctitate curantur.*

f

F

## ANNOTATA.

a Raynerium de Pontio *vocat Gregorius cap. 41. Forte* de Pontiâ *scribere voluit, & conjectavit ipsum esse, qui ex ista insula Ioachimo socius adhæsisse dicitur num. 20.*

b *Scilicet Sect. 41, ubi Nicolai Episcopi Tusculani Legati instrumentum integrè refertur, cum aliorum novem Episcoporum subscriptionibus, anno 1222, 3 kalend. Febr. Indict. 10 : quod & apud Vghellum totum legere est. Is autem qui* Lucam Beatum *scripsit, Marafiottus est in Chronicis Calabriæ lib. 4 cap. 19, ubi ferè omnes hic nominati discipuli Ioachim vocantur* Beati, *absque ulla probatione cultus.*

c Mydę, *seu* Maydæ *oppidum, olim* Melanium, *inquit*

A *inquit Gregorius, Calabriæ ulterioris, quà illa inter ſinus Scillaceum Hipponiatemque arctiſſima eſt, ad Amatum flumen: diſtans à monaſterio Floris circiter* 30 P.M. *& ultra Neocaſtrum ad milliaria* 8.

d *Addit idem ipſius* Maidæ, Cortalis, Corigæ, Petrei, atque Iacorſi *Dominum fuiſſe hunc Robertum.*

e *Num.* 28, *& plenius in opuſculo* 30. *Bonatii.*

f Mandaram *ubique ſcripſit Gregorius.*

## CAPUT II.

### *Alia beneficia viventis Ioachimi meritis imputata.*

*Sanitas claudo per virum Dei reſtituitur.*

7 TEmpore quo vir Dei Ioachim magnæ apud homines erat ſanctitatis, & plurimæ apud Dominum bonitatis, contigit ſororem ejus infirmari, vocatuſque eſt Abbas ad eam. Properans ergo ad illam, magis animæ quam corporis ſoſpitate attenta, inter alios qui honoris & venerationis intuitu adventum ejus prævenire curabant, illummet Iordanum præmemoratum feſtinanter obviam habuit. Ceterum priuſquam ad invicem oretenus ſalutarent, Deo permittente, Jordanus ab
B equo cadens, pedem ſibi extorquendo confregit; ita ut nec ceterorum auxilis ſeſe aliquo convertere poſſet. Interea occurrente famulo Dei, cujus ſanctitatem jam expertus fuerat, inſtanter & humiliter ab eo ſignari popoſcit. Servus autem Chriſti, vehementi ejus dolori compatiens & in Dei pietate confidens, ſupplicantem ſacroſancto Crucis munivit ſignaculo, & mox in priſtinam ſanitatem reſtituit. Sanus ergo effectus, de terra proſiliens, ſanatorem ſuum comitabatur, præ lætitia & devotione ſeipſum non capiens: ceteriſque conjubilans effundebatur in gratiarum actione & Dei laude, qui non tantum in brutis, verum etiam in corpore ejus, mira per ſervum ejus operari dignatus fuerat. Ceteri vero, attonitis auribus vultibuſque immutatis, in amborum comitatu grates Deo egerunt, dicentes, Quia vidimus mirabilia hodie.

8 In territorio & pago civitatis Tabernæ, modo
a *a* Trebernæ, erat quidam, cui nomen erat Leo, natione Græcus & moribus. Hic in corde ſuo poſuerat & ore protulerat, donante uxore, ſe mundo valefacere velle: erat ſiquidem Sacerdos, & Græcorum more uxorem de eadem generatione habebat: mulier autem illa guttæ morbo atrociter
C laborabat. Medio vero tempore evenit, ut illac *Mulier ad beati viri deprecationem convaluit.* prætereuntem virum Dei Joachim Leo obvium haberet, quem caritatis intuitu ad hoſpitandum domum ſuam introduceret. Ceterum infirmans mulier, neſcio quâ prævenia gratiâ & ſpiritu edocta, ad Abbatis introëuntis pedes devoluta illoſque amplexans, tales prorupit in voces: Domine, ſi vis, potes me ſanare. Cui vir Dei, pietate incaleſcens, ait; Credis quod ex Dei munere poſſum te ſanare? Et illa: Utique, Domine, credo. Admirans ergo ſervus Ieſu Chriſti, erectis ad Deum ſurſum manibus, ac demum ſuper mulieris infirmæ & deprecantis caput impoſitis, in eodem ſanctiſſimæ Crucis peracto ſignaculo, dixit: Vade mulier, fides tua & devotio tua te ſalvam fecit: & ſanata eſt mulier ex illâ horâ. Qui autem viderunt & audierunt, gloriam Deo protulerunt, experientes inpoſterum mulierem illam numquam & nuſquam conſueto morbo vexatam, ſed perfecta ſoſpitate potitam, in devotione & gratiarum actione dies continuaſſe ſuos.

9 Cum ſervum Dei Ioachim, comitantibus Pe-
b c tro & *b* Bonifacio Monachis, *c* Longobuccum gra-
d tia conficiendorum calicum *d* devenire contingeret (effodiebatur ſiquidem in terra illa tunc argentea e minera) die qua perventum eſt illuc, cataractæ cæli ita apertæ ſunt, ingenti aquarum inundatione ſubſequente, ut nulli de terra illa egredi penitus concederetur. Neque in hoc firmatum eſt. Per ſeptem namque dies inundatio aquarum ita prævaluit, ut in ipſa terra tres domus diruerentur, in quarum una, veluti filii Iob, ſeptem homines demergerentur: in flumine autem, perſonæ decem & octo necatæ ſunt. Hinc omnes, proximam atque evidentem necem expectantes, pariter ad virum Dei confugiebant; & ex pectoris imo confitentes peccata ſua, dolentes miſericordiam poſtulabant. Servus vero Dei Ioachim, ut contritio eorum fructuoſius ac magis augeretur, recipere eos quodammodo diſſimulabat. Septimo tandem die, de inexſtinguibili Dei pietate confidens, conſequente eum omni populo, ad eccleſiam devenit; in qua Venerabilis Abbas, ad eumdem populum concionem habens, acriter ac dure illorum non memoranda crimina incuſans, timorem & dolorem in oſſibus eorum incutiebat. Promittentibus autem eis de cetero emendationem, *Per magnæ aquarum inundatio viri Dei concione ſedatur.* etiam juramento vallandam, non tantum de criminibus non perpetrandis, at quod neque ad loca facineroſa accederent, imo vitia pullulantia inter illos pro viribus extirparent; factum eſt, adhuc durante concione, ut aliquis ab eccleſia egrediens diem
B clareſcentem aſpiceret, tenebraſque pluviarum ſerenitate adveniente deſiſtere: unde præ gaudio exclamare auditus eſt; Ecce dies clareſcit, ecce dies clareſcit: & ita clamans intrando, eccleſiam perſonare fecit. Abbas denique Dei famulus, prædicatione completa, intonuit hymnum, Veni creator Spiritus: quo ſubſequentibus Clericis perſoluto, ſeptē Collectas Domino Deo pro gratiarum actione decantavit. Exeuntes ergo, diem ſerenum ſole irradiante meruerunt. Ceterum decurrentibus adhuc aquarum inundationibus, die illa Abbas & comites illinc abire non valuerunt. Puſilli interea, metuentes inundationem pluviarum forſitan reverſuram, humiliter ſupplicabant, ut illic per dies aliquot commorari dignaretur. Abbas autem, de Dei pietate confiſus, remanere ſpondendo ſecuros eſſe prædixit: & ſic die octavo, quamplurimis eum comitantibus, in gratiarum actione deventum eſt in Florem.

10 Non tantum Dominus Deus, à quo bona cuncta procedunt, in elementis & hominum corporibus, per ſervum ejus Joachim mira operari dignatus eſt; verum etiam in animarum potentiis, *Illuminatio intellectus meritis Ioachim religioſo donatur.* quemadmodum factum eſt in Religioſo, ætate grandevo, moribus & vita venerando, beatum virum pro rebus monaſterii ab illo egreſſum comitante. Hic in itinere, & animo & vultu, mœſtus ac triſtis
F tenebatur: cui beatus Joachim inquit; Frater, quare triſtis incedis? At ille: Pſalteriolum oblitus, cum Pſalmos memoriter non teneam, te in Officio perſolvendo & in vigiliis Matutinis adjuvare nequibo. At Pater ſanctus, Eſto alacri animo, & corde ſecurus: nam Dominus providebit. Sed quid dicam? Per merita & interceſſionem B. Joachim, ita Frater ille cum eodem Pſalmos & Officium memoriter recitavit, ut numquam in ipſo codice aliter ſe perſolviſſe recoleret. Ideo devotus & gaudens cogitabat, qualiter manus Domini erat cum beato Patre Joachim: & demum adſtando tremens, tanto viro & Deo grates retulit: quia Dominus, cum ſit lux indeficiens, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, lumen eidem intellectus præſtitit, & memoriam ejus, ad ſui laudem & gloriam, roboravit: unde de cetero intellectu illuſtratus, memoria roboratus, voluntate inflammatus, pro-

propensius opus Dei explens, in divinis laudibus perseveravit.

A. IAC. GRÆCO EX MS.

*Damoniacus item ad viri Dei precationem liberatur.*

11 Non tantum semel Dominus, in loco uno, & unius actione rei, famulum ejus magnificare dignatus est; verum iterato consimilium operatione admirabilem reddidit. Evenit siquidem, ut Venerabilis Pater Joachim in jam memoratam Mydæ terram deveniret: cujus cives, alias virtutem & gratiam, quibus beatum Virum decorarat Altissimus, experti, alterum à dæmonio vexatum offerunt; rogantes, ut ei manum imponens, ab immundo spiritu liberaret. Ceterum, cum propter consimile opus idem Joachim ad monasterium redierit, ad jactantiam & gloriam inanem profugandam, ne illum regressum attentaret, subjungunt: Nos scimus & credimus, quod Dominus, per tuam intercessionem & preces, potest filium nostrum de manibus dæmonis liberare. Abbas ergo Venerabilis, agnitâ necessitate illorum & fide tantorum perspectâ, nec non eorumdem precibus confossus, sese ad modicum orationi donavit. Et ecce, in nomine Domini manu impositâ dæmoniaco, sanum confestim ac liberatum factum reddidit matri suæ: unde per regiones illas divulgabantur omnia facta hæc, & f
B omnes tenuerunt, Ioachim *f* Abbatem, magnum esse coram Domino. Posuerat siquidem signa sua in eo, & prodigia ejus in terra eorum: & videntes qualiter potestatem haberet super spiritus immundos, laudabant Deum in corde eorum, cernentes per illum, quomodo, quem ab eis contigerat vexari, curabatur.

*Virò Dei nuntiante futura, plurimi à morte liberantur.*

12 Quantâ Dominus gratiâ noscendi futura servum suum Ioachim prævenerit, diffusius in libello nostro demonstravimus: nunc vero memorabile dignum intermisceamus. Factum est namque, cum Ioachim esset juxta Propheticum, Vir bonorum desideriorum, quod demonstrata sunt ei, quæ ventura erant. Nam dum vice quadam Ven. Pater cum Raynerio ejus Monacho, probitate etiam venerando, quodam in loco deambularet; deventum est ab eis ad ecclesiam veterrimam, prope cujus parietem plurimis cum aliis confederunt. Cum ecce sermo Domini ad Ioachim servum ejus factus est, ut confestim illinc absisterent: nam ex templo paries casurus erat. Surrexit ergo, & ait; Festinanter hinc discedamus, nunc enim paries iste diruetur. Et ecce (mirabile visu) vix recedentibus illis, paries corruit, cunctis remanentibus illæsis. Ex quo jam videntes
C se absolutos periculo, se præ lætitia non capientes & mirabundi, genu flexo gratias Deo & servo ejus egerunt; & de cetero sicut Prophetam, non solum corde tenuerunt, verum ore passim eum prædicaverunt.

*Bruta animalia servo Dei parent.*

13 Magnus Dominus & laudabilis nimis, qui non solum dedit homines servi ejus sanctitatem admirari, & in admiratione recolere, verum etiam ipsa animalia bruta obtemperare mandavit; sicut noscitur evenisse tempore quodam. Colloquente namque famulo Dei Ioachim in cœnobio sancti Spiritus de Panormo, cum Alexandro illius Venerabili Abbate, de rebus valde ad rem pertinentibus; gracilla quædam, prope ac procaciter, eos vocibus infestare non desistebat. Sed vir Dei Ioachim, humili impatientiâ gracillæ comminans, inquit: Heus, tace: tuumne tanti es venditura fimum? absiste hinc. Et ecce illico, acsi intellectum habuisset humanum, depositâ cum capite voce, tantum jubentis voci nec strepentis obtemperavit imperio. Interea Alexander Abbas, admiratione plenus, laudavit Deum in corde suo; considerans qualiter intellectu carentia, quandoque hominibus dociliora, parendo servis Dei exhibentur; sicut scriptum est de eis: Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israel autem me non cognovit. Verumtamen viro Dei non tantum animalia pusilla in memoratâ civitate Panormi, verum etiam Reges ejus cum omnium admiratione paruerunt: qualiter namque Constantiam Imperatricem ibidem humiliaverit, diffusius in opusculo nostro videndum relinquimus. Pro nunc, ad gloriam Dei & laudem Domini nostri Iesu Christi, sciatur, velut de munere ejus, &c. animalia pusilla & Reges magnos humili Servo Dei Ioachim obtemperasse. D Isa. 1. 3

*Mulier de gravi morbo viri Dei auxilio convalescit.*

14 In castro seu terrâ Sylani, nunc Scigliani divulgata, in ea parte quod Dianum appellatur, erat quædam mulier, lunâ in horoscopo existente, caduco morbo valdè laborans: quæ audiens sanctitatem & famam B. Joachim, in Curacensi monasterio, constituto in territorio prædicti castri, tunc Abbatis; pro recuperandâ sanitate, devotione ingenti & humilitate maximâ, eidem supplicabat. Cui beatus Pater, ut ad monasterium commemoratum de Curatio curaret devenire, respondit. At totum hoc factum est, ob vitandam inanem gloriam; ne illius curationis gratiam homines beato viro adscriberent. Accessit ergo in devotione mulier, atque ad ostium monasterii se continens, promissæ benedictionis gratiam præstolabatur. Vir autem Dei, ea qua erat humilitate donatus, ad hujusmodi infirmitatem tollendam tale remedium adhibuit: Sanctorum Reliquias, numerose in dicto monasterio asservatas, qua decuit ac debuit veneratione, assumpsit; & jam dictam mulierem lunaticam, ante fores præstolantem, cum amborum devotione ex ablutione potavit; unde, Dei Sanctorumque & servi Domini munere, factum est, ut statim sanitate percepta, quæ ægrotans accesserat, incolumis ad propria remigraret. Quatenus autem eisdem Sylanæis Crucis apparentis, non autem existentis, Abbas Vener. Ioachim mysterium enodaverit, ut de cetero non appareret, in sæpius memorato jam opusculo nostro prætactum est, in nomine Domini. E

*Contemnens monita viri Dei graviter punitur.*

15 Deus ultionum Dominus, Deus ultionum, qui pro famulo suo Joachim justè & condignè vindicavit in Joanne Abbate Curatii. Hic Joannes, adhuc Monachus, sub magisterio sancti Patris fuerat secundum formam Regulæ beatissimi Patris Benedicti Abbatis; &, sicut Pater unicum amat filium, ita eum diligebat. Quodam vero tempore accidit, ut jam magister à didascali instructione absisteret; unde pro condignis rebus Ioachim ad Ioannem epistolas mittere necessarium fuit: quas ille, admonitus ab admonito ægrè ferens, in conventus necessaria communia epistolas dejecit. Dominus autem vindictarum, impatientis temerarium ausum digna ultione redarguit. Percussit siquidem Ioannem eumdem in posteriora: cujus opprobrii morbo (ut ipsemet fatebatur) usque ad mortem laboravit, idque dignè perpeti profitebatur; malens cum rubore suum propalare peccatum, quam merita tanti Patris occultare: & quia ut Patrem pium attendere recusavit, ideo verberantem magistrum fuit venerari coactus. F

## ANNOTATA.

a Trebornam *olim* Trischenem *dictam vult Gregorius, estque Calabriæ ulterioris, inter Coracium & Simerinam amnes, millibus passuum ab Ionio mari duodecim.*

b Bonacium *idem legit: Calabris fortassis usitata contractione.*

c Longobuccum *est oppidum ad Triontum flumen, pari*

A *pari 15 milliarium intervallo à Conſentiâ urbe & prædicto mari Ionio, verſus Euronotum tenendo iter.*

d *Addit Gregorius*, pro Aquavivæ ſui Ordinis monaſterio.

e Minera, *id eſt Vena metallica, ſic dicta à Teutonico* Mine; *quod nunc Italis, Hiſpanis, Francis, Angliſque commune, ductum quemvis ſubterraneum ſignificat: hinc* Mineralia, *metalla inde eruta.*

f *Addit Gregorius* Curacii Abbatem, *ideoque hoc miraculum refert cap. 21, inter patrata antequam Florenſe monaſterium conderetur.*

## CAPUT III.

### *Miracula ante & poſt Tranſlationem Corporis facta.*

16 *Extrema mandata beati viri ſpernens, atrociter corripitur.*

QUam ſuaviter ac feliciter Venerabilis Abbas Ioachim die trigeſimâ menſis Martii, in Granciâ S. Martini de Jove, nunc de Canale, juxta Petrefittæ oppidum ſpiritum Deo reddiderit, in præfato opuſculo noſtro latius commemoravimus. Ipſe etenim, ſicut fuerat ſervus Chriſti Domini Jeſu ferventiſſimus, ita in ejus tranſitu velut invitatus ad epulas, ſuavi agone ſuſceptus ab eo, de laboribus coronari promeruit. Con-

B currentibus itaque in ejus tranſitu quamplurimis cum Abbatibus tum Monachis, eos ad munera caritatis & pacis exequenda vehementi allocutione inſtruxit, illiſque pariter in Domino benedictis, uni tantum benedicere recuſavit: nec id propter amoris aut caritatis defectum renuit; ſed ut ille ſuper impietate ac ſcelere ſuo humiliter compungeretur.

Prov. 10, 6 Pſ. 128, 8 Iſ. 48, 22 Scriptum namque eſt, Benedictio Domini ſuper caput juſti: & iterum, Et non dixerunt qui præteribant, Benedictio Domini ſuper vos, benedixímus vobis in nomine Domini. Et iterum: Non eſt pax impiis. Et licet Dominus Judæ ſe tradenti oſculum non negaverit, ei tamen à ſatanâ inhabitato non benedixit: verum ſcandens in cælum, centum & viginti diſcipulis, ejus amore flagrantibus, benedixit. Joachim tandem Reverendorum Dominorum Abbatum Curatii, Sambucinæ, & ſancti Spiritus deprecatione & lacrymarum imbre pulſatus, non benedicto ſub conditione benedixit; & deprecantibus cauſam ejus examinandam reliquit, ut animæ ejus in timore remanentis ſaluti forſitan provideret. Hic Frater, nulla contritione mollitus, poſt tranſitum Viri ſancti in monaſterium de Curatio repedavit: & factum eſt, ut nocturno tempore eidem in cellâ

C ſe continenti, exin terribili aſpectu increpans, & ad emendationẽ provocans; facinus ejus exprobrando, Joachim Abbas appareret. Nec quidquam egit, niſi quod de mane conſurgens, quod illi de nocte evenerat, ſenioribus retulit. Subſequente autem nocte, Frater ille in dormitorio clamans, omnes pariter conſurgere fecit: qui inventus denique demens ac phreneticus, fuit in infirmitorium adductus, ubi nihil aliud ore proferebat, niſi quod ingeminabat: Heu me! quia peccavi in ſervum & filium Virginis. Idque Fratres intellexerunt, eumdem facinoribus ſuis, poſt Dominum, ſervum ejus Joachim, Virginis glorioſæ devotiſſimum famulum, offendiſſe; præcipue quia ad ejus admonitionem ſe corrigere recuſavit. Nec mirum: nam B. Gregorio teſte, Dominus, quos diu ut convertantur tolerat, non converſos durius damnat. Et ſic miſer ille, qui placidam correptionem reſpuerat, duriori ſub vindictâ in correptione remanſit.

17 Erat mulier quædam, neptis Iordani de Madarâ, de quo ſupra meminimus: hæc dum gravi oculorum dolore, ab aliquibus ophthalmiâ nuncupato, dirè cruciaretur, jam de ſalute deſperabat: adhibuerat ſiquidem ſibi innumera cum medicorum tum mulierculârum (ut earum moris eſt) remedia; ex quibus nullo juvamine habito, in ærumnis & doloribus moritura jacebat. Patruus tandem, qui B. Joachim viventis in ſe & aliis merita & ſanctitatem expertus erat, ægrotam ſic admonere curavit: Procura, filia, in Salvatoris gloriam & B. Joachimi laudem, Sacrifium devotè offerri; & confidens juvaberis? Quid plura? Sacrificio ab ea juxta monita in mirâ devotione expleto, oculorum lumen & integram ſanitatem recepit: quod beneficium, Dei munere acceptum, nec ſilere potuit, nec celare valuit: nam ſicut externa fuerat illuſtratione potita, ita interna devotione accenſa, paſſim prædicabat, ſe per merita B. Joachimi, & lumen oculorum accepiſſe, & de gravi infirmitate convaluiſſe. A. IAC. GRÆCO EX MS. *Mulier per merita ſancti viri ab ophthalmia liberatur.*

18 Sicut, uti prætactum eſt, in Grancia S. Martini Vener. Pater Joachim ſpiritum debitum cælo refudit; ità ſarcina corporis ejus per aliquot annos ibidem in plurimâ veneratione remanſit. Placuit tandem Patribus Florenſibus, è loco jam memorato, ergaſtulum tanti Viri in monaſterium de Flore, id eſt, ad S. Ioannem transferre. Ad hujuſmodi ergo Tranſlationem, cum honoris tum devotionis & dignitatis gratia, cum Religioſis quam plurimis tres ſanctæ opinionis Abbates cucurrerunt: accenſiſque luminaribus ac veſtibus religioſis indutis, E ad corpus detegendum atque tangendum deventum eſt. Dominus autem Deus, ut comprobaret, quia erat & fuerat placita ei anima illius, & qualiter etiam corpus illud templum Spiritus ſancti exſtiterat, miro Tranſlationem illam ſpectaculo honorare dignatus fuit. Unus ſiquidem dictorum Abbatum, cui nomen erat Guilielmus, quartanario morbo laborans, licet corporis viribus mirum in modum deſtitueretur, ſedulo tamen pro devotione tanti Patris illuc ſe adduci curavit. Tangens ergo Guilielmus Abbas devotione non modica Beati Ioachimi corpus, non tantum à quartanæ morbo, verum etiam ab ægritudine ſtomachi extemplo convaluit. Ad cujus rei eventum quis explicare ſufficeret admirationem & lætitiam, non ſolum ſanitati reſtituti, ſed & cunctorum tum monachorum tum ſecularium, qui illuc convenerant? Cognoverunt enim Dominum, ejus famulum Joachim, in vita, in morte, & poſt mortem, ſignis & virtutibus decoraſſe. Peractâ tandem cum divinis laudibus & exultatione corporis Tranſlatione, illud in cœnotaphio Florenſis eccleſiæ, jam ante ad oſtium ſacriſtiæ in capellâ beatæ Virginis parato, depoſuerunt. An autem nunc uſque ibidem requieſcat, mihi compertum non eſt: vidi vero partem aliquam oſſium illius, in caſſulâ Sanctarum reliquiarum, in magna devotione aſſervari. Nec extra rem talia dicuntur: quoniam exiſtente in ſepulcro illo corpore ſancti Patris, Dominus plurima mirabilia per illud oſtendere dignatus eſt: de quibus, etſi non de omnibus, breviter tamen, prout ipſe Dominus dederit, enuntiabimus cunctis devotis qui auſcultare deſiderant. *In tranſlatione corporis B. Ioachim infirmus ſanatur.* F

19 Antequam ad cetera pauca accedamus, præmittendum eſt, qualiter Dominus ſervis ejus, de latronum periculo liberando, ſubvenerit: quod utique ita evenit. In præfatam S. Martini Granciam advenerunt furandi cauſa prædones, ut cuncta vaſtando popularentur. Intrantibus ergo, & ibidem omnibus ad libitum devolutis, ad locum ubi ſancti Viri corpus quieverat, & ubi propter reverentiam ejus adhuc lampades coruſcabant, deventum eſt. Fratres ergo, in loco illo ſe continentes, humili *Latrones viri Dei tumine coërcentur.*

A. IAC. GRÆCO EX MS.

cordis compunctione, beato ſe viro commendare cœperunt : unde ex Domini & ſervi ſui Joachim gratia factum fuit, ut quamvis illuc aditus & janua pateret, intrare nitentes minime valerent. Nec ad talis impedimenti bonum emolliti, illorum imitatores devenerunt, qui ad alligandum Dominum accedentes, quamvis verbo ſolo in ſolum proſternerentur, numquam converſi fuerunt. Nec mirum: quia tale genus hominum nec miraculis flectitur, nec minis emollitur. In ſua ergo perverſitate maligna remanentes, illinc inanes abſiſtendo abierunt. Quo viſo Fratres magnificaverunt Deum, ab incurſu & invaſione malorum eos liberantem, & tam ipſi, quam ceteri qui audierunt, ajebant: Terribilis eſt locus iſte; qui invius malis, & pervius bonis, ad invocationem ſancti Patris extiterat. Meritoque in eum de cetero non niſi magnâ cum devotione appropinquare audebant : ex quo magis ac magis divinus honor & ſervi ejus devotio augebatur.

20 Perbrevem uſque modo narrationem fecimus de aliquibus mirabilibus, quæ Dominus per ſervum ejus Joachim indicere dignatus eſt : nunc autem perpauca addemus, peracta poſt obitum ejus. Nam poſtquam corpus beati viri in monaſterio Floris conditum eſt, Deus de bene in melius proſpexit
B ſuper domum illam die ac nocte. Inter alia ſiquidem evenit, ut Religioſus, cui nomen erat Thomas, peroptime artem callens lignariam, adeo peſſime lum-
*Monachus ad ſepulcrum viri Dei ſanitati reſtituitur.* borum vexaretur dolore, ut non tantum ſuper pedes non poſſet conſiſtere, at penitus cubare aſtringebatur : nec hujuſmodi cubatione contentus erat, verum lamentationibus & ſtridoribus cunctos compatientes infeſtabat. Deus vero, qui non obliviſcitur clamorem pauperum, cum patientia eorum non pereat in finem, opportunum patienti remedium miniſtravit. Inſpiravit ſiquidem menti ejus, ut ſe ad ſepulcrum Beati Joachim deferri confeſtim procuraret: quo expleto & fuſis precibus, mox inſperatâ exoptataque ſoſpitate potitus, in devotione maximâ & Dei laude, prædicare ſolebat, Joachim ſibi commiſſos nullo tempore dereliquiſſe; imo, ſicut in ſanitate, ita & infirmitate, à Domino opportuna & vera auxilia miniſtraſſe.

21 Bonum eſt nos hîc eſſe: faciamus ergo tranſitum ad reliqua quæ Deus ad ſepulcrum, imo ſarcinam ſervi ejus, dignatus eſt efficere miracula. Sciendum ergo eſt, qualiter die quadam (more Ordinis ex ſtatutis Regulæ) laborantibus Monachis, Novi-
C tius erat inter eos. Hic, ut demum ore proprio ajebat, cum pudore ad neceſſaria naturæ exire adſtringebatur. Verum, cum ſimplex ac verecundus eſſet,
*Novitius quidam item ad ſepulcrum beati viri convaleſcit.* pro neceſſitate hujuſmodi ab adſtante Magiſtro nec veniam petere, nec ab aliis ſegregari auſus eſt. Adſtrictum ergo mirum in modum neceſſitate illâ, interius tandem rumpi neceſſarium fuit : inteſtino propterea & lætali dolore cruciatus in cœnobium deportatur, ubi imminentem ac proximam mortem præſtolabatur. Deo autem inſpirante ceteriſque ſuadentibus, factum eſt, ut ad ſepulcrum B. Joachimi conduceretur : ubi precibus lacrymiſque profuſis, corpore proſtrato, ab eo aliiſque ſupplicabatur. Illius vero Deus nec dolore nec pudore deſpectis, illico, ſemotis omni periculo & dolore, novitium Fratrem convaleſcere dedit. Nec ignaviæ homo ille carpendus eſt, qui tanta gratia dignus fieri promeruit : nam priſcis in Patribus tanta patientia, timor, & humilitas redundabat, ut non tantum in ſupervacaneis, verum nec in neceſſariis, citra facultatem à ſeniore obtentam, quidquam audere præſumerent : & ideo Dominus quaſi holocauſti hoſtiam accipiebat eos. Unde merito dicere poterant; Tranſivimus per ignem tribulationis, & aquam tentationis, & eduxiſti nos in refrigerium conſolationis : ut patet jam in Mirabili prænarrato, & patientiam Fratris, meritum Patris, & Dei auxilium enuntiante. D

22 Homo quidem de Caſtro *a* Cuccurii, cui nomen erat Baſianus, dum optimâ & conſuetâ gauderet valetudine, repente infirmitate corripitur, ita ut, doloribus & periculo conſtringentibus, de ſanitate amplius habendâ quodammodo deſperaret. Interea (Deo dante) beati Joachim memoriâ reminiſcitur, & qualiter præſto erat omnibus invocantibus eum, beneficia & juvamina inferendo. Sperans ergo per merita tanti viri ſe convaleſcere poſſe, multorum auxilio ductus in monaſterium Floris, in eo ad ſancti Patris ſepulcrum advenit. Cum ecce (mirabile dictu!) acclivi ſupplicatione peractâ, de tam iniquâ infirmitate convaluit: & qui tantorum deportatione & conſtipatione devenerat in laboribus & ærumnis aſſociatus, per ſe & gaudens in ſanitate redivit. Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum, qui fecerat miſericordiam ſuam cum illo, & congratulabantur ei ceteriſque dicentibus, quomodo vir Dei factus fuerat adjutor omnibus in tempore tribulationis : unde & domus Floris confluentes pro conſimilibus undique excipiebat. Videbant ſiquidem tam ſuaves & ſaluberrimos fructus ex fructiferâ & ſalvificâ radice illâ pullulare, ut non immerito properarent ad eam, videntes ſigna quæ fiebant ſuper his qui infirmabantur. a *Item in eodem ſepulcro ſanitas recipitur.* E

23 Ut ille, qui eſt Deus benedictus in ſecula, qualiter anima & corpus ſervi ſui Joachim pergrata ei fuerant, mundo & fidelibus ſuis aperiret; per merita ejuſdem & animis & corporibus eſt dignatus ſanitatem reſtituere. Inter alios autem qui hujuſmodi favoribus digni effici meruerunt, fuit quidam Roggerius nomine, qui inſaniens & furioſus, omneſque in fugam convertens, omnibus timorem non modicum incutiebat. Dum vero Religioſus quidam, inſanientis quoque nomine nuncupatus, & ſancti Viri alumnus, Conſentino in agro olivas colligeret; ecce inſano ſuperveniente à cunctis acclamatur, ut Roggerius à Roggerio cavens ſe cuſtodiret. Religioſus tamen, quia pius & religioſus erat, nec timore corripitur, nec in fugam convertitur; quin immò inſanienti benignus occurrit, illumque ad hoſpitium ejus blandè adducens, per biduum retento neceſſaria miniſtravit. Demum Fra-
F ter, Chriſti Jeſu Domini noſtri miſericordiam attendens, & Beati Joachim merita pernoſcens, particulam veterrimæ tunicæ tanti Patris inſanientis Roggerii Pileo conſuit, & capiti ejus fidenter impoſuit. Sed quid referam? Ad contactum veſtimenti Beati Ioachim Roggerius inſanus reſipuit, & ſanus evaſit. Cognoſcens ergo tanti beneficii munera, ne gratiæ conſecutæ immemor videretur Roggerius olim furens, apud Roggerium Monachum eidem multo tempore miniſtrando remanere curavit; & diebus ac noctibus Deum benedicere non deſiſtebat, qui per merita Beati Ioachim, & diſcurſum illi reſtituit, & ab omni inſaniâ & inſanientis improperio liberavit. *Infanus per merita beati viri reſipiſcit.*

24 In monaſterio S. Ioannis de Flore, quidam nomine Amatus, in devotione plurimâ & cordis compunctione maximâ, juxta Florenſis Ordinis ſtatuta habitum Religionis induens, ſe Domino militaturum demonſtraverat. Diebus autem quibuſdam tranſactis, illius fraude, qui ſaluti hominum invidet & quieti; habitum Religionis aſſumptum exuit ac dimiſit. Quod videns Domnus Roggerius de Apriliano, Monachus miræ devotionis & perfectionis magnæ, qui etiam ſæpiſſimè Beati Ioachim ſan-
*Monachus meritis B. Ioachim ab apoſtaſiâ recedit.*

A ſanctitatem expertus fuerat; & non patiens oviculam Domini, angendam à lupo, & jam oberrantem, deperire; eidem Amato vinum exhauriendum & guſtandum, in juſtitiâ & ſanctitate Beati Ioachim attendendo, miſit: quo hauſto, à Domino veritatis & ſanctitatis auctore pœnitenciæ gratiam accepit. Dolens ergo & pœnitentiâ ductus, regularia indumenta, quæ depoſuerat, in perpetuâ ſtabilitate reſumpſit. Itáque tandem, toto ſuæ vitæ tempore in monaſticâ ſtabilitate & obſervantiâ perſeverans, Deo gratias agebat; profitens, ſe non tantum per merita Beati Ioachim reſipiſcentem ad Religionem remeaſſe, at in adjutorio ejus fideliter cucurriſſe; imo in eadem & bravium & palmam accepturum ſe ſperans, de præteritis oblitus, ad ea quæ ante erant manum extendens, & bono fine quievit, & in Domino obdormivit.

25 In monaſterio eodem S. Joannis de Flore, totius Florenſis Ordinis capite, religioſus alter, Rutilius nomine, ſed non mente rutilus, peſſimâ cruciabatur phreneſi; ſic ut non tantum præſentes, verum etiam abſentes, ad quos clamor & rugitus ejus pervenire poterant, mirum in modum conturbaret. Infirmarius vero, cui præ ceteris onus ejus incumbe-
B bat, tantam moleſtiam ultra perpeti non ſufficiens, cœpit in ſemetipſo meditari, quonam remedio ſeu juvamine languenti, ſuæque & omnium quieti, ſubvenire poſſet. Deo tandem inſpirante, & ſanum reſtituit, & omnium tranquillitati conſuluit hoc modo. Nam ille Roggerius Monachus, de quo ſupra, ſuaſit Infirmario, ut phrenetico in vaſculo, in quo Servus Dei Joachim bibere conſueverat, potum in devotione exhiberet, nec non portiunculam indumenti Beati Joachim capiti infirmantis admoveret: quod utique ubi expletum fuit, phreneticus de ſero obdormiens, de mane anus & incolumis reſurrexit. Facta ergo eſt lætitia magna in Fratrum conventu, dum, qui ad omnium perturbationem & moleſtiam inſaniebat, ad omnium tranquillitatem & lætitiam, per merita ſancti Patris, reſtitutus ſanitati fuit *b*.

*Phreneticus per merita ſancti Patris convaleſcit.*

## ANNOTATA.

a Caſtrum Cuccurii *abeſt à monaſterio Floris, trans Nethum fluvium ad Orientem, octo circiter milliariis*: Cuccaci *perperam notatum in bulis.*

C b *Additur apud Gregorium* quam ad Dei laudem & Beati Joachim honorem uſque in vitæ ſuæ finem retinuit.

## CAPUT IV.

### *Miracula ad ſepulcrum beati viri aut ad ejus invocationem facta.*

26 MIrabilis Deus in Sanctis ſuis, terribilis in majeſtate ſuâ, dedit non tantum ſervum ejus Ioachim ab hominibus venerari, à dæmonibus timeri, à belluis cognoſci, ab infirmantibus invocari: verum etiam ab inſenſatis demonſtrari, ſicut enuntiante Domno Roggerio, de quo ſupra, veraciter auditum eſt. Hic Roggerius, dum in monaſterio Florenſi capellam, in qua corpus beati Patris quieſcebat, particularem in cuſtodiam haberet, lampademque perpetuo inibi coruſcantem curaret; conſurgentibus nocte quadam Fratribus ad vigilias, Frater Roggerius, antequam in illis cum eiſdem conjungeretur, lampadem, ante ſepulcrum viri Dei ſplendere conſuetam, jam extinctam invenit. Quod utique ægre ferens, ad illam accendendam annutu Fratrem Amatum accerſivit: ille vero, defectu olei in ea penitus extincti, id explere nequivit. Ad oleum ergo capeſſendum properavit: verum coagulato oleo, ob aëris & temporis rigiditatem, & non niſi igne reſolvendo, lampadem accendere nequibat. Ne autem Officium divinum, in Choro perſolvendum, pro re tam modicâ omnino dimitteret; lampade in extinctione ſuâ derelictâ, Chorum intravit, & Officium perſolvit: quo expleto, ad lampadem anxius accendendam cucurrit. Accedens vero ad capellæ oſtium, in ea luminaria ſplendeſcere agnovit; intranſque, lampadem quam accendere non potuerat, flammeſcentem invenit: nec ſciens unde eſſet, admiratione correptus, qui valde triſtis fuerat, lætitiâ perfuſus & quaſi ecſtaſim patiens in eo quod contigerat, Deo laudiferum hymnum protulit in corde ſuo; & eo magis, quod in eadem capellâ extra ſolitum quaſi cæleſtis ſuavitatem odoris miro fragramine perſentiret, & jugi conſolatione guſtaret. Tandem lampadem illam, ſic divinitus accenſam, uſque poſt Nonam ita ſplendeſcere permiſit; ac demum conſultò propriis manibus Domnus Roggerius extinxit: quod ſiquidem optimâ conſideratione peregit: in iis enim neceſſitatibus tantummodo quærenda ſunt mirabilia, ubi E humana operatio nec operari nec providere ſufficit. Ex his ergo, quæ à Domino de die in diem demonſtrabantur, mirabilibus, & Servi ſui ſanctitas creſcens in mentibus hominum eluceſcebat, & omnium in eum devotio ſemper in Chriſti Domini laude exuperabat.

*Lampas ante ſepulcrum ſancti Patris divinitus accenditur.*

27 Miſericors & miſerator Dominus, cum ſit lumen indeficiens, creator omnium luminum, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, nihil odiens eorum quæ fecit; per merita & invocationem famuli ſui Joachim cæcutientem illuſtrare dignatus eſt, ordine ſcilicet tali. In prælibato monaſterio Floris erat Monachus quidam ſanctæ & bonæ opinionis, & habebat nomen Joannes: hic dum optimâ ſoſpitate gauderet, uno veſpere cum dolore magno repentè lumen oculorum amiſit. Permanens ergo in cubili ſuo, flens & ejulans indies, ſicut dolore ita cæcitate cruciabatur, adeo ut die quarto dolor intolerabiliter excreſceret. Viſitur propterea à Fratribus & à Prio- *Cæcus ad ſepulcrum viri Dei lumen recipit.*
re: qui pro rebus monaſterii neceſſariis de claſtro exiturus, ad patienter ferendum exemplo Tobiæ & Job infirmum Fratrem hortabatur. Abſiſtentibus tandem eis, infirmans talem in vocem prorupit: Sanctus ac Venerabilis Pater noſter Joachim, ut in Tranſlatione ſuâ à nobis ſolenniter celebrata viſus eſt, in loco ubi piè & devotè recolitur menti nunc meæ ſt præſentatus. Quibus vix prolatis, quia nondum viribus corporis deſtitutus erat, locorum benè conſcius, pedetentim in devotione plurimâ ad capellam & ſepulcrum ſanctiſſimi Patris ſe contulit: quo poſtquam quaſi cælitus conductus advenit, ibidem in terram proſtratus, propter ſepulcrum tangendum manibus palpabat: in quod utique inventum intraſſet, ſi potuiſſet. Hærens denique ei, contritione & devotione magna præventus, & in cordis compunctione & planctu liqueſcens, magno lacrymarum imbre corripitur, non ſecus acſi glacies ſoli & cera igni approximaretur. Interea intra ſarcophagum munitiſſimum commotionem percepit, velut ſi quis in latus de latere moveretur. Talibus ergo attentis, illico ſomno correptus eſt: & tenuem vocem, velut ſi amicus amicum alloqueretur, audire viſus eſt. Experrectus denique præ nimio dolore caput ſuper ſepulcrum declinavit: nec mora, & ecce ex oculis ejus ambobus aquam calidam in multa quantitate de-
F

defluere percepit (quod ipſemet lacrymans referre ſolebat) ubi autem defluens ab oculis humor ceſſavit, & cæcitas & dolor penitus ceſſaverunt. Priſtinæ ergo ſanitati reſtitutus, uſque ad mortem talia prædicare non deſinebat. Curioſis vero & qui horum repetitionem replicari curabant, in hunc modum reſpondere ſolebat: Neſcio, Deus ſcit: unum tantum ſcio, quia cum dolens & cæcus eſſem, in effuſione lacrymarum & aquæ ad ſepulcrum Ioachim famuli Dei modo video.

A. IAC. GRÆCO EX MS.

28 Quoniam minimis in rebus aliqua evenientia, propter ſubjecti parvitatem, vel à quibuſdam non attenduntur, vel attenta forte aſpernuntur; [ideo] nullius ſeu parvæ eſſe attentionis putantur. Quod utique non eſt rationi conſentaneum: nam res ipſa non venit in conſiderationem; ſed quidquid circa ipſam, & per ipſam Dominus operatur. Scimus namque abſtractionem bipennis ab aquis parvæ eſſe conſiderationis: facere autem bipennem ab aquis venire ſurſum contra ſuam naturam, & lignum recipere ad nutum attrahentis & imperium, magnæ & mirę conſiderationis extitiſſe. Ita pariter quidquid circa lampadem in ſepulcro beati Viri aliâ vice evenit, attentâ ſubjecti parvitate, nihil apparet; conſideratâ vero illius qualitate, magnæ attentionis eſt. Celebrante ſiquidem ante ſepulcrum Beati Joachim in capellâ Beatæ Virginis Mariæ divina myſteria Sacerdote, unus de duobus miniſtrantibus accommodaturus lampadem acceſſit; mox autem ad illius contactum cadens in pavimentum lampas, confracta non eſt; quin imo, acſi manibus depoſita eſſet, nec ad dexteram neque ad ſiniſtram declinavit. Nullam ergo læſionem perpeſſa, cum omnium admiratione adſtantium, in locum ſuum reſtituta, in cernentium atque audientium mentes majorem devotionem ingeſſit. Exiit ergo ſermo iſte inter Fratres, quod lampas cadens non frangitur; ideoque magis ac magis ad magnificandum Deum, ſervumque ejus Ioachim venerandum, inflammabantur.

*Lampas ante ſepulcrum Ioachim cadens non frangitur.*

B

29 Quoniam beati Viri merita magna & innumera erant apud Deum, horum facere participes, non tantum magiſterii ejus alumnos, aſt etiam in ſeculo degentes; non ſolum ſimplices, verum etiam Sacerdotes in populis præpollentes, dignatus eſt: quemadmodum cuidam eccleſiæ Conſentinæ Canonico eveniſſe percipitur. Hic re & nomine Placidus, beneficium per merita B. Ioachim receptum propriis adnotavit manibus, & poſteris relegendum reliquit hoc modo: Ego Placidus, Canonicus Conſentiæ, dum humero in dextero, per ſex annos continuos ad minus, labore & dolore continuo fatigaret, ita ut brachium movere vel erigere, quaſi mancus, ſine gravi & ingenti dolore non poſſem; multorum ſæpius quæſivi remedia medicorum; quæ nonnumquam curioſe adminiſtrata, nullum juvamen intulerunt: quia id temporali medico non [erat] tribuendum, at cæleſti ſervabatur. Cumque nullum diutius juvamen per tot medelas eveniret, imò detrimentum; deſperanti mihi de ſalute perſuaſum eſt [ut] brachium [facerem] cauterizari, ſi fortè ignem ſuſtinere poſſem. Et quia animus & corpus ignem abhorrebat, diſtuli, & tali conſilio minimè acquievi; tum quia non erat tempus cauterizandi, tum quia ignem ſuſtinere nequiſſem. Et cum pharmacæo juvamine deſtituerer, ad Sanctorum ſuffragia invocanda converſus ſum; ut eorum meritis & auxiliis Dominus à tantæ aculeo paſſionis, potentiâ ejus & pietate, liberare me dignaretur: & cum indignus [eſſem], exaudiri non potui; quia nondum illi preces meas firmaveram, cui medela mea ſervabatur, ſicut exitus mihi adaperuit. Sero enim quodam cubaturus (ſicut Domino placuit) invocare cœpi in devotione & fiduciâ nomen Sanctiſſimi Patris Joachim Abbatis, dicens lacrymando: Libera me, Domine, per merita ſanctiſſimi Patris Joachim; libera me, Domine, ab hac tanta brachii paſſione: & ego tenebor in ſignum afferre brachium cereum ad ſacroſanctum ſepulcrum ejus. His in ſpe dictis decubui, mente fixus ad merita ſancti Patris. Et ecce ex tunc benedictus Deus non deſeruit ſperantem in ſe: [ſed] dolorem amplius non ſenſi: & ſanus evadens, ſicut numquam fueram, voti ſolutionem in gratiarum actionem procuravi: factoque cereo brachio, in arcâ aulæ Lucæ Archiepiſcopi mei poſui, commodum [tempus, illud ad ſepulcrum ferendi,] expectans. Quodam vero ſero, deficientibus candelis in camerâ Archipræſulis, nec tam cito aliunde procurandis propter noctis profunditatem, & neceſſario habendis; putavi brachium etſi tremens accipere, & inde candelas perficere; opportunam ejus putans reparationem. Adaperiens ergo pavidus arcam, & tentans brachium capere, illico fui ſolito dolore correptus, & quod timueram, invitus ſenſi. Brachio igitur dimiſſo, ut verè ad Florem mittendo, receſſi; iterumque in precibus & lacrymis S. Joachim ſupplicavi pro recuperandâ valetudine: quæ mihi iterum per gratiam tanti Patris data eſt. Et hæc deſcripſi, Dei gratiam in S. Joachim invocatione expertus, ut unuſquiſque mecum Domino & ſervo ejus ſine intermiſſione gratias referat, quia de tanta ægritudine bis ejus meritis convalui. Hæc ille: non enim aliquid dilucidius [dici poteſt], ad cognoſcenda tanti ac talis Patris merita & ſanctitatem.

D

E

C

*anonico Conſentino per merita B. Ioachim bis ſanitas redditur.*

30 Dominus Jeſus teſtem duplicem ad propalandam ſervi ſui Joachim ſanctitatem in Conſentina Eccleſia, in quâ & ejus diœceſi Ordo & Religio tanti Patris ortum habuerat, adhibere dignatus eſt. Alius ſiquidem Conſentinæ Eccleſiæ Canonicus [fuit], cui nomen erat Petrus. Iſte magiſter in artibus, moribus & ſcientiâ præditus erat; ideoque aliquando in eadem Eccleſiâ electus in Paſtorem fuit: adverſante autem ſibi alio electo, utriuſque corruit electionis effectus. Petrus ergo iſte, dum valetudine ad votum potiretur, membrorum ariditatem ſentiens, ſubito fuit dolore correptus; & primo, Domino inſpirante, in mentem ejus Joachim invocandus advenit. Humiliter ergo & devote [eum] invocare incipiens, ajebat: Adjuva me, Vir beate & ſancte Pater Joachim, meritis & precibus tuis apud Dominum, ut mihi ablatam dignetur reddere ſanitatem: & ego promitto muſculum & manum cum brachio cereo, pro his quos doleo amiſiſſe, in monaſterium Floris mittere, ad tuum ſanctum mauſoleum, pretioſiſſimam tui corporis margaritam inclùdens. Quibus prolatis [accidit] res mira ac memoranda: nam facto voto & verbo prolato, voti verbique fuit conſecutus effectum. Habitâ ergo ſanitate, votum reddere non ceſſavit. Cum hæc igitur non tantum per Conſentiæ urbem, verum [etiam] per regiones ceteras divulgarentur; omnes qui audierunt, gloriam Deo cantaverunt, qui mirificavit Sanctum ſuum, donans ei poteſtatem, ut qui credentes invocarent auxilium ejus, curarentur ab infirmitatibus ſuis.

F

*Item alter Canonico Conſentino per merita beati viri reſtituitur ſanitas.*

31 Cum in Grancià de Terrata propè Rocca-de-Netho duo Fratres Converſi, pro rebus ad monaſterium pertinentibus actitandis, demorarentur; & ſibi pro ſanitate recuperandâ panem, ex radicibus herbarum confectum, apponentes, manducarent; ex illius ſumptione non ſolum non convaluerunt, verum nova ac maligna ægritudine pergravati,

A gravati, in foveam quam foderant inciderunt; ſic ut illorum unus, ex hac vita diſcedens, ſepulturæ traditus fuerit; alter autem in dementiam converſus, ad cœnobium S. Joannis de Flore reductus ſit: ubi tam dirè bacchabatur, ut in omnes irruens à nemine detineri poſſet. Merito ergo ab omnibus expectabatur, à tali ægritudine quamcitius occidendus, ſicut ſocius ejus: verumtamen Deus, qui mortem non fecit nec delectatur in perditione morientium, patientem Fratrem ab illius morſibus hujuſmodi remedio liberavit. Acceptum eſt à Monachis aliquantulum de veſtibus B. Joachim famuli Dei, [quod] in fide & ſpe recuperandæ ſanitatis capiti patientis impoſuerunt. Et ecce mirabile! illico fugatur inſania, & Frater Converſus in ſanitatem converſus convaleſcit. Cognoſcens tandem qualiter inſanierat, omnium pedibus Confratrum devolutus humiliter ſupplicabat, ut ſi quid in verbis vel actibus dementium more in eos deliquiſſet, dimittere dignarentur. Et ſic de cetero cautius & devotius Domino ſervienti numquam ab ore, nuſquam à corde beneficium, meritis & interceſſione ſancti Patris Joachim à Domino perceptum, recedebat; ſed ſemper Deo gratias agebat, qui non tantum ab eo dementiam depulerat, verum ſaniorem & devotiorem mentem, ad eum laudandum & ſervum ejus benedicendum, ei tribuerat. In omnibus ergo his & conſimilibus ille ſemper eſt agnoſcendus & glorificandus, qui numquam malum permitteret, niſi adeo eſſet potens, ut ex malo bonum elicere poſſet,

*Religioſus demens per merita B. Ioachim reſipiſcit.*

B

32 In monaſterio de Aquavivâ Filiationis Florenſis juxta terram *b* Cropanitanam, in illo tempore magnæ obſervantiæ, nunc penitus Religioſorum abſentia deſtituto, erat puer quidem, ad mores religioſos induendos ſub tutela Monachi avunculi ſui. Hic ita dire fuit à dæmone correptus, ut non tantum ab omnibus delirans judicaretur, verum vociferaretur, clamitans ſe innumeros cernere dæmones, & propter eorum imagines vitandas faciem manibus operiret; nec cuiquam parcens, adſtantium facinora revelabat, inquiens, Hoc egit iſte: hoc ille: exceſſus quoſdam pronuntiando. Cunctis ergo compatientibus, ac pro eodem deprecantibus, miſericordia Dei non defuit. Avunculus namque ſuus, præ ceteris triſtis, Spiritus Domini inſpiratione edoctus, deſumens aliquantulum ex indumento B. Joachim, à religioſo Florenſi præhabitum, reverentiſſime lavit, & ablutionem puerulo propinandam tribuit. Guſtata igitur ablutione & aufugiente dæmonio, obſeſſus fuit priſtina libertate donatus. Unde lętanter omnes benedicebant Dominum, qui fecerat miſericordiam ſuam cum illo, ſuſcipiens puerum ſuum de manu inimicorum ſuorum liberatum: ita cum eodem avunculo ejus in gratiarum actione devenit in Florem. Sed quid mirum, ſi indumenta Joachim dæmones abhorrebant, quibus olim ſe induens templum fuerat Spiritus ſancti, à quo bona cuncta procedunt? Ipſi ergo uni Deo honor & gloria, cum Patre & Filio viventi in ſecula ſeculorum. Amen.

b

C

*Damoniacus puer per merita beati viri liberatur.*

33 In tempore illo tanta priſcorum in virum Dei Joachim devotio exuberabat, ut non ſolum à ſeculo, verum etiam Eccleſiæ Principes ad ejus devotionem confluerent. Inter alios illuc Illuſtriſſimus Conſentiæ Archiepiſcopus *c* devotionis gratiâ properavit: qui ubi monaſterium fuit ingreſſus, expletâ ibidem oratione, cum mirum in modum infirmis compateretur, infirmitorium adire popoſcit. Infirmarius autem, dum ad infirmantium ſuſtentationem butyrum calefaceret, & tanti ac talis viri adventum perciperet, fervens in lagenam butyrum refudit. Vix ergo expletâ infuſione vas in gyrum diſrumpi & aperiri viſum eſt: fervorem ſiquidem liquoris ſuſtinere non valuit. Videns propterea Infirmarius, abſque remedii ſpe tantam fieri jacturam, & infirmantium incommoditatem evenire, quodammodo ſuſurrans talem prorupit in vocem: Sancte Pater Joachim, ſuccurre mihi, & ne patiaris precor tantam in tantorum languentium [incommodum] provenire jacturam. Nec mora: Ecce butyrum, quaſi ſuæ immemor naturæ, ſtetit. Expavit propterea homo ille, hujuſmodi defluentem liquorem ad ſimplicem viri Dei invocationem conſtitiſſe: in devotione igitur perfectiori roboratus, rem tam miram ſæpiſſime, ad Dei honorem & gloriam, & ad ſervi ejus Joachim memorabile prędicium, in veritate referebat. Qui autem perceperunt, in veritate ajebant: Vere ſervus Dei erat ille: nam ad invocationem ejus ex Dei munere rerum qualitates immutantur, nec deeſt invocantibus eum.

c

A. IAC. GRÆCO EX MS.

*Mirabile quod infirmario Florenſi ad invocationem viri Dei accidit.*

## ANNOTATA.

a Rocca de Netho, *eſt mediâ viâ inter urbem S. Severinæ & Nethi oſtium, quaſi 5 milliarium intervallo utrimque diſtans.*

b *Notatur in tabulis* Cropani *vicus, intra decimum milliarium ab urbe Tabernenſi ad Euronotum. Ex quo colligimus*, Aquavivæ *nomen ſoli proprium monaſterio fuiſſe, non autem quæri longius debere, puta in Barienſi territorio, etſi ibi oppidum ejuſdem appellationis ſit, & alibi alia.*

c *Ex ſequentis mox miraculi tempore datur intelligi, hunc non alium quam* Lucam *fuiſſe.*

## CAPUT V.

### *Reliqua mirabilia ad invocationem B. Ioachimi & per raſuram ſepulcri ejus patrata.*

34 IN monaſterio de Sambucinâ erat quidam homo, non re, ſed nomine, Bonus. Hic exiſtens ſecularis, mirum in modum in verbo aſpero, quia ſcribendi artem callebat, pro tranſcribendâ Apocalypſi gloſſatione in dicto monaſterio ſe continebat, tempore *a* Domni Bernardi Abbatis, demum Geruntinenſis Epiſcopi. Cum ergo ab eodem ſcriba deventum eſſet ad locum illum, Qui habet aures audiendi audiat, quid Spiritus dicat Eccleſiis; neſcio qua inconſideratione abſtractus, uſque tertio eamdem ſententiam exaravit: qua aberratione indignatus & indignatione commotus, in Auctorem & Auctoris gloſſatorem blaſphemiam merito reticendam protulit. Sed Deo ita diſponente, ultio non nimium dilata properavit: ſubſequente etenim nocte delinquenti apparuit vir canicie venerabilis, & aſpectu admirabilis, qui prius interrogavit eum, cur deliquiſſet: nec videns delinquentem pœnitentiâ aut humiliatione aliquâ commoveri, tradidit eum tortoribus: à quibus non parum correptus extitit. Acceptâ itaque in nocte de iniquitate mercede, languens de mane repertus, nullam aliam condignam emendationem exhibuit, niſi quia in eadem cella remanere noluit.

*Blaſphemus ad ſui ceterorumque inſtructionem corripitur.*

a

F

35 In civitate Conſentiæ fuit quidam nomine Petrus, qui cum eſſet devotus homo & ſpectabilis valde, ex uxore ejus filium Dei munere habuit. Puerulum ergo, adhuc tenellum & infantulum, etiam ex Dei diſpenſatione infirmari contigit, ita ut per biduum materno ex ubere nec lac libare potuerit: unde parentes, ejus de ejus morte ſecuri, doloribus & ſingultibus jugiter premebantur. Ve-

A. IAC. GRÆCO EX MS.

ruintamen Deus, omnium viventium auctor, pacis & totius consolationis præstator, luctum & mœrorem illorum in gaudium commutare dignatus est, modo tali. Dum Petrus nocte quadam jaceret in cubili suo, talem est passus visionem. Videbatur siquidem sibi cernere S. Joannem Euangelistam, S. Nicolaum Confessorem, & B. Ioachim inter utrumque medium: quibus Petrus ait: Bene veniatis, Domine Abbas, & unde? Cui Ioachim: Cognoscis ergo me? At Petrus: Cognosco, quia tu es Dominus meus sanctus Abbas Ioachim. Sed Ioachim addidit: Cognoscis quoque hos viros, mecum adstantes? Petrus vero ait: Non, Domine. Ioachim inquit: Hic est sanctus Euangelista Ioannes, & hic S. Nicolaus Confessor: roga ergo eos, & impetrabunt unigenito

*Infantulus fere mortuus per merita sancti Patris ad vitam revocatur.*

tuo sanitatem. Petrus reverenter respondit: Et eos, Domine, & te humiliter obsecro, ut dignemini unico meo impetrare sanitatem. Cui Ioachim: Factum est petitum tuum, jam convalescit. Ceterum credidit homo, & continuo disparentibus eis, surgens de cubili suo, uxorem adiit, eam ita alloquens: Accipe infantem, & admove ubera, ut possit sugere: quia sanus est. Cui uxor sua: Vere scio quia non suget ubera mea in æternum. Tandem imperio viri paruit: & ecce factum est infantem tanta aviditate

B ubera materna suxisse, ut numquam aliquod ægritudinis signum habuisse dignosceretur. Tanto ergo parentes ejus stupentes miraculo, profusis precibus laudaverunt Dominum. Genitor tandem de mane consurgens, narraturus omnia ad Archiepiscopum Consentinum cucurrit. Narranti igitur per ordinem universa, Archiepiscopus respondit: Qualis erat, fili mi, imago S. Ioannis? Et ille: Elegans facie, & canicie venerandus. Et Archipræsul iterum: Et de S. Nicolao quid dicis? Petrus vero: Formosus erat, & vir magnæ staturæ. Ea vero quæ in tenebris & in occulto facta fuerant, prædicata sunt super tecta: ex quo omnes Deum glorificantes, Ioachim vere servum ejus prædicaverunt: qui Sanctorum consortio admixtus, devotorum miserias respiciens, auxilium præstare non desistit.

36 Religiosus quidam, Nicolaus nomine, in monasterio S. Ioannis de Flore, propter ejus simplicitatem & meritum paupertatis, in ceterorum mentibus magni meriti habebatur. Iste ergo, pro rebus monasterii agendis egressus, ad villam quamdam approprinquarat. Prospiciens autem [vidit] in eâ ignem ruptis habenis debacchari taliter, quod nil aliud quam ipsius consumptio villæ sperari potuisset: accolæ siquidem ejus, viribus omnibus destituti, consilio atque auxilio penitus orbati, in confusione permixti, huc atque illuc discurrebant. Accurrenti

C ergo eidem Fratri Nicolao insperate magna cum devotione se commendabant, ut oraret pro eis, & Dominus parceret peccatis eorum, nec non de loco sancto suo populum suum misericorditer liberare dignaretur. Quod utique Deus omnipotens præstare dignatus est: nam Religiosus ille, misericordiæ & pietatis viscera indutus, & caritate accensus, in spiritu collectus, silenter quodammodo talem prorupit in vocem: Sancte Pater Ioachim, ora Deum pro

*Incendium villæ ad invocationem viri Dei extinguitur.*

istis. Cum ecce vix expleta oratione, extincto igne, flamma in fumum convertitur, & cum eodem fumo evanescit. Monachus igitur viso miraculo stupore corripitur, & expavit, & ad illud mirandum perpetratum contremuit; & ægre ferens laudes & gratiarum actiones eorum, modestam fugam arripuit. Ceterum cum admirabile hujusmodi & beneficium acceptum patentissimum esset, occultari non valuit: villicolæ namque talia passim & ubique prædicabant, licet penitus non callerent ad cujus gratiam & intercessionem jam fuerant ab incendio liberati:

Frater autem, qui invocationem fecerat, omnia sciens, nequaquam sibi, verum sancto ac venerabili D Patri Joachim, gratiam admirabilem adscribebat.

37 Quoniam expositio in Apocalypsim, quam B. Joachim famulus Dei ediderat, mysteria & sacramenta in ea occlusa veraciter & ad vivum enodabat, omnes quotquot poterant propter illam habendam ad describendum de civitatibus properabant. Tali igitur causa, quidam cui nomen erat Joannes, scriba de civitate *b* Neocastri ad monasterium Floris b se conferebat. Conscendens igitur alpes quas proprie Sylam appellant, recti ignarus itineris, locorum asperitate oberrans, divinare cœpit. Cumque jam, propter temporis inæqualitatem & montium & silvarum asperitatem, periclitari cœpisset (non enim in tanto discrimine nocte insequente evadendi modus patebat) melius recordatus, se ad Dominum converten-

*Homo quidam in vitæ periculo oberrans, securus ad iter perducitur.*

tens, inquit: Succurre & dirige me, Domine Deus, per pietatem tuam & merita beatissimi Patris Joachim, ad cujus divinum atque præclarissimum opus describendum festino. Diffusis ergo precibus vocibusque prolatis, cœpit abire: & quemadmodum ille nescivit, ita pariter nescitur, velut alter Abacuc, superatis montibus Sylæ, & itinere recto intromissus, securus, gaudens, & cito devenit in Florem; ubi in devotione majori majorique exultatione E opus ad quod accesserat explevit: nec in aliquo tempore gratiarum tantarum immemor, laudare desistebat nomen Domini, qui per merita B. Joachim servi ejus vitæ ejus parcens, direxerat pedes ejus in viam prosperitatis & pacis.

38 Deus omnium bonorum largitor, non tantum expellendo dæmones, infirmitates curando, brutorum & inanimatorum obtemperatione in terra; verum etiam in aquis sanctitatem servi ejus ostendere dignatus est: ut, sicut aëreæ potestates illum expaverunt, infirmitates aufugerunt, animalia paruerunt; ita elementa muta prædicarent: quemadmodum didicimus etiam flumina, imo homines in fluminibus, auxilium Dei per servum ejus Joachim percipiendo benedixisse. Hoc siquidem in monasterio Calabro-Mariæ *c*, nunc de Altiliâ, apertissimum c accidens mirabile demonstravit. In tali ergo cœnobio Religiosus quidam Cellerarius, qui curam de omnibus sub imperio Abbatis sui gerebat, pro necessariis agendis de conventu egrediens, ad Nethum flumen tranaturus accessit. Ceterum cum flumen illud, ab alpibus repentino cursu descendens, multitudinem aquarum includeret, se impertransibile exhibebat. Religiosus tamen ille, nescio qua fiduciâ F captus, dementiâ inductus, & audaciâ deceptus, licet periculum quodammodo cerneret, tamen eva-

*Monachus ad invocationem sancti Patris de flumine eripitur.*

dere non curavit. Ingressus itaque flumen, pauciss-imis in eo passibus intromissis, illico undarum & cursus rapidi rapina devenit. Quasi ergo suffocatus, & mente magis quam voce clamare incipiens, inquit: Sancte Pater Ioachim, succurre mihi: miserere mei: adjuva me. Cui fiducialiter invocanti manus Domini subvenire non tardavit, & de tanto discrimine liberare non defuit. Extemplo namque de aquarum gurgite & fluminis rapina ad littus se incolumem restitutum invenit; ubi propter rem tam subitam & mortis repentinæ timorem conceptum, an in ripâ consisteret dubitabat. Agnoscens tandem tantum tamque admirabile Dei beneficium, & genua flectens, de pectoris imo gratias omnipotenti Domino egit, qui [eum] ad invocationem servi sui, de mortis tam diræ & proximæ [periculo] liberavit. In gratiarum ergo actione in monasterium regressus, in lacrymarum effusione & cordis compunctione Fratribus hujusmodi beneficia retulit: omnes propterea pariter Dominum collaudarunt, qui Petrum mergentem,

A gentem, Paulum naufragentem, & Fratrem Nicolaum de flumine miſericorditer liberavit.

39 Homo quidam, ex oppidis Conſentinis, æſtatis tempore Sylam tranſiturus, devenit in Florem: & quia proſcriptorum inimicitiâ implicabatur, aſcenſurus juga & loca illa, conſtitit ibidem, cogitans ſi quomodo periculo obviare poſſet: non enim ei propter neceſſitatem imminentem alio divertendum erat: quin imo, ſicut hiemis tempore, propter nivium exuberantiam; ita æſtatis, propter proſcriptorum olim magis quam nunc multitudinem, Conſentina Syla mirum in modum eſt ad tranſeundum periculoſa. Venit ergo in hominis illius mentem, ut, pro ſecuritate ab inimicis habendâ, lapidem ſepulcri B. Joachim abraderet, ſecumque deferret. Deſumpto vero lapide, in magnâ devotionis ſecuritate abiit; & veniens tandem ad interiora ſilvarum, in latrones, quos pertimeſcebat, hoſtiles incidit: ex quibus Deo adjuvante nil damni aut læſionis paſſus, de illorum manibus evaſit. Aucta eſt ergo in eodem devotio & confidentia in virum Dei Ioachim: ſic ut ipſemet cum raſurâ eâdem, in potione exhibitâ, multorum curaret infirmitates. Vulgatâ igitur famâ facti, quamplurimi concurrerunt ut eâdem, ex

*Securitas à latronibus per merita viri Dei viatori donatur.*

B raſurâ illâ, utilitate potirentur: ſic ut uſque in hodiernum diem ſepulcrum totum corroſum cernatur. Ubi non eſt ſegniter attendenda divinæ exuberantia dignationis, [quæ] non ſolum ex Reliquiis famuli Dei, veru ex raſurâ lapidis ſepulturæ ejus, infirmos curari ac periclitantibus ſubveniri conceſſit.

40 Cum annis non longe præteritis, ego Frater Iacobus Græcus Syllaneus, licet ſufficientiâ & meritis imparibus, in monaſterio S. Ioannis de Flore Officium Prioratus adminiſtrarem; [fuit] quidam Religioſus Sacerdos Ordinis Dominicanorum adhuc vivens, nuncupatus Frater Andreas Mancuſius, incola terræ dicti monaſterii S. Ioannis, à Petrafittæ oppido oriundus, ætatis ſuæ annorum ſexaginta circiter, itáque probatus vitæ meritis apud ſuos, ut jam in civitate *d* Montalti Novitiorum curâ in ſuâ Religione fungeretur. Iſte Sacerdos, non tantum ſemel verum pluries, mihi & aliis in veritate fatebatur, in ſeipſo & perſona ſua tale recepiſſe miraculum.

e Cum adhuc juvenculus eſſet, & Tertiarius *e* in Con-

f ventu civitatis *f* Belli-caſtri, ad caſalem tunc Floris, gratiâ videndi ſuos, devenit. Ceterum cum ipſe Frater Andreas gravi morbo in brachio per annos multos laboraret, ità ut uſum ejus fere penitus amiſiſſet;

C adeo ut penitus deſperaret ad Ordines promoveri mancus, & ultra in Religione ſua ad gradum altiorem aſcendere; ex pago ad monaſterium S. Ioannis ingreſſus, ad ſalutandum Religioſos acceſſit. Monachi vero amabiliter eum exceperunt; à quibus interrogatus de valetudine, reſpondit eis: Patres mei reverendi, male me habeo, propter brachium jam fere deperditum, nec pro illius juvamine aliquod invenire [remedium] ſuffeci. At Prior ejuſdem monaſterii S. Ioannis, ætate grandævus & canicie venerandus, inquit: Cur te non commendas B. Ioachim? At ille reſpondens ait: Ego me illi commendo: ſed quid facere debeo? Cui Prior, Veni poſt me. Subſequens ergo Frater Andreas Priorem, ceteris comitantibus, ad ſepulcrum B. Ioachim devenit. Ubi Prior, deſumpta & impoſita ſibi Stolâ, genuflexo & confidenti ibidem Fratri Andreæ obtulit de raſurâ dicti ſepulcri, in

*Religioſus Dominicanus moderniter per ſepulcri raſuram ſanatur.*

g hauſtu cum devotione propinandâ, cum *g* Collectâ B. Ioachim. Deſumpta ergo & guſtata raſura illa, Deo opitulante, de ejus infirmitate convaluit; & exinde ad ſacros Ordines promotus, perpetuaque brachii ſui ſanitate potitus, egit propterea innumeras Deo gratias, velut nunc etiam agere non deſiſtit. Quod utiq; magnum & admirabile beneficiũ noſtro tempore perpetratum, ego per Notarium Petrum Ioannem de Oliverio, accolam dictæ terræ S. Ioannis, in charta *h* probante, ad Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti gloriam, & Beati Ioachim memorabile præconium, adnotari publice feci; eodem Fratre Andrea ore proprio talia de ſe referente, me quoq; omnibuſque Monachis monaſterii S. Ioannis adſtantibus, & cum eodem Fr. Andrea tale admirabile ſubſcribentibus: & hujuſmodi adnotationem, ad futuram rei memoriam, in armario monaſterii, quo reliquæ Conventus ſcripturæ aſſervantur, includi manibus propriis procuravi; ut filii, qui naſcentur & exurgent, enarrent filiis ſuis. Nam quis erit tam impiũs & pertinax, qui tantis ac talibus aſſertionibus convictus nõ dicat? Benedictus Deus in donis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis: Confitebimur ei facienti nobiſcum miſericordiam ſuam, qui reſpiciens de excelſo cœlorum habitaculo, mirificavit ſervum & ſanctũ ſuum. Regi ergo ſeculorum immortali, inviſibili, ſoli Deo honor & gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

A. IAC. GRÆCO EX MS. h

41 Nullo pacto putandum eſt, Deum omnipotem plura beneficia fidelibus ſuis non conceſſiſſe, & ad ejus invocationem non alia niſi commemorata confeciſſe miracula, famuli ſui Ioachim patrocinio

E *Quare admirabilia plura non adducantur.*

interveniente. Commemorata vero ita collegimus, ut ex paucorum relatione multitudo ceterorum per pios devotoſq; auditores attendatur. Recitata etiam non inventione aut fictione noſtra retulimus: nam teſtor Deum verum, unum & trinum, auctorem veritatis & mirabilium operatorem; omnia quæ deſcripſimus (noviſſimo excepto, quod de ore Fratris Andreæ accepimus) de libello manuſcripto, in monaſterio S. Ioannis de Flore [exiſtente] à tempore monachatus mei in eodem monaſterio, quod fuit ſub anno Domini milleſimo quingenteſimo octogeſimo ſexto, tranſcripſimus & adnotavimus: nec de eorum ſubſtantia aliquid addidiſſe, diminuiſſe, aut immutaſſe; tantum aliis verbis retuliſſe, ſub eodem Domini juramento confitemur. Qui quidem libellus tum vetuſtate tum etiam uſu cum quadam quaſi difficultate legebatur, nec cujus fuerat compoſitione conditus inſigniebatur: ne vero mirabilia veterum induſtriâ collecta deperirent, quodammodo recenti recitatione deſcripta ſunt. Ceterum viſiones & apparitiones, quæ inibi & alibi videbantur, his adjungere minime

i curavi: ea ſiquidem tantummodo renovare ſtudui, quæ Prælati, Sacerdotes; religioſi, ſeculares; homines, mulieres; magni & parvi in ſeipſis experti ſunt: reliqua vero & brevitatis & claritatis cauſa omittere

F *Hymnus cæleſtis admonitu de B. Ioachim compoſitus.*

ſtudui. Et ne gratis hoc aſſerere videar, apparitionem cuidam Judici evenientem in civitate *k* Materæ addens, finem imponam. Cum judex quidam, nomine Petrus, eſſet valde diſertus, nocte quadam talem vidit viſionem. Apparuerunt ei duo viri valde mirabiles: quorum unus ait illi, Noſcis me, & qui mecum

k eſt? Cui Petrus: Domine, neminẽ veſtrũm cognoſco. Apparens autem ſubjunxit: Ego ſum Apoſtolus & Euangeliſta Joannes, egregie depictus: & hic eſt Joachim, primus Abbas Florenſis: intuere diligenter in eum, & pro ut melius noveris omni conatu depinge. At Judex, ego, Domine, non ſum pictor, nec talem callui artem. Apoſtolus tandem: Vade, & prout ſcis depinge. His dictis diſparuerunt: Judex ergo de viſione tanta trepidans, nec tanti ac talis viri audens juſſa deſpernere, cum prudentibus & ſanctis hominibus hac de re conſilium habuit: ex quibus uno ore percepit, ut Hymnum in eccleſia decantandum, in laudem beatiſſimi Abbatis Ioachim, condere non ceſſaret. Cum devotione ergo & non modica reverentia Hymnum compoſuit, qui opportune & luculenter ita exordiebatur.

Hic Abbas Floris, cæleſtis gratia roris, &c. *l*

## ANNOTATA.

a *Ergo intra annum* 1204 *quo Lucæ prædeceſſor, Conſentinus; &* 1209, *quo Bernardus factus eſt Geruntienſis Epiſcopus, mortuus anno* 1216, *& inter Calabriæ Beatos à pleriſque Calabriæ ſcriptoribus numeratus, inquit Vghellus tom.*7 *col.*703.

b Neocaſtrum *vulgo* Nicaſtro, *Calabriæ ulterioris civitas, diſtat à Florenſi monaſterio* 18 *circiter* p.m.

c *Diſtat à Marturanâ civitate* Altilia *ad Boream* 4 p. m.

d Mons-altus, *oppidum inter Conſentinam & S. Marci civitates medium.*

e Tertiarios *inde dici puto, quod in Ordine S. Dominici, ultra annum Probationis, alios duos annos juvenes Profeſſi habeantur ſecreti ab aliis: quod etiam in noſtra Societate obtinet.*

f Bellum-caſtrum *Vrbs Epiſcopalis in Calabriâ Vlteriore, Tabernæ ex intervallo* 10 *milliarium vicina, & cum ea atque Catanzaro ad Auſtrum diſcedente triangulum fere æquilaterum conſtituens.*

g Collecta, *proprie vocaretur Oratio, quæ in Miſſa vel Officio divino, vel ex præſcripto Eccleſiæ, vel ex pietate privatâ legitur, poſt primariam cujuſque diei aut feſti Orationem. Et quia in iis locis ubi peculiaris eſt alicujus Sancti cultus, frequens eſt propriam de illo Sancto Orationem hoc modo ſubnectere poſt principalem, & (ut fic) dicam* conlegere: *ideò tales Orationes paſſim dicuntur* Collectæ, *etiam ſolitariè ſumptæ. Eſt hæc ergo vera & unica nominis ratio: præter quam fruſtra aliam alii quærunt; quaſi ea ſuper populum collectum fiat, vel omnium preces in eâ colligat Sacerdos, vel etiam eleemoſynæ ſub eâ colligi ſolerent: quæ omnia longius quæſita ſunt, & abſque fundamento excogitata. Ipſam porro de B. Ioachimo Collectam dedimus in Commentario Prævio num.*3.

h Charta probans *ea dicitur, quæ legitime coram teſtibus ſignata, in quocumque judicio locum habet irrefragabilis & publici teſtimonii: quo ſenſu etiam vocamus* inſtrumenta, *ad cauſam ſcilicet quam continent evidenter probandam: & ſic etiam dicitur ſcribi aliquid* in forma probante.

i *Curaremus id nos, ſi contigiſſet veterem illum libellum hactenus conſervatum fuiſſe, nobiſque communicatum.*

k *A* Matera, *tamquam præcipua Sede ſua, nomen nunc ferè habet Lucanorum Archiepiſcopus, propriè & principaliter Acheruntinus dicendus: ſed quia is in deſerta prope-modum Acheruſia ſuam non poterat tueri dignitatem, anno* 1203 *ſtatuit Innocentius Tertius ut Materana D. Petri Eccleſia erigeretur in Cathedralem, & utrobique Archiepiſcopus poſſet Pallio uti.*

l *Eum Hymnum libenter integrum hic dediſſemus, ſi aliquis nobis commonſtraſſet: ſed quoniam nec diligentiſſimus Gregorius eum habet, vereor ne poſterorum negligentia prorſus exciderit ex uſu & memoria.*

## APPENDIX

### *Ex Gregorio de Lauro cap.* 107 *& ultimo.*

41 *Calicenſium jurata atteſtatione conſtat,*

QUamvis de ſancto viro Joachim alia nonnulla, & quidem egregia ac admiranda, vulgus prædicet in Calabria, aſſerentes, traditione majorum talia ad ipſorum uſque perveniſſe notitiam: quia tamen humanæ fragilitatis conditio eſt, in rerum traditione aliquando veritatis alterare ſubſtantiam; idcirco merito talia duximus reticenda .... Verum non eſt ſilentio concedendum, quod ex atteſtatione Reverendorum Rectorum, Sacerdotum, ſecularium-que Cælicenſium, authenticæ fidei juramento firmata, nuper accepimus. Produnt enim ac in verbo veritatis teſtimonium perhibent, quod cum Ioachim, tunc impubes (mundi hujus fortaſſis expertus divertimenta, quæ à ſpiritualibus hominem abſtrahere ſolent exercitiis) latitaſſet in loco quodam, arboribus undique ſepto, cujuſdam vineæ Mauri genitoris ſui, in agro Cælicenſi poſitæ, capacitatis in ſemine tumulorum trium cum dimidio, Orientem & Auſtrum reſpicientis, Iovino aliàs Cannavino amni conterminæ; & incubans ſupra magnum ac durum lapidem, ibidem à natura in declivi loco poſitum, preces ad Deum non exiguas ex corde eructare conſueviſſet; lapidem illum, ex eodem loco, in quo impubes Ioachim incubaverat, Florem produxiſſe jugiter, tantæ virtutis, ut applicatus cum devotione & fide, ad infirmitates quaſlibet & vulnera, extemplo optatam omnibus redderet ſanitatem. At cum Cælicenſis quædam mulier, Pacifica Ferrara appellata, circa Dominicæ Nativitatis annum milleſimum quingenteſimum, aſinum haberet malo ulcere laborantem, pro cujus ſoſpitate naturalia omnia fruſtra experta erat remedia (magis illius fortaſſis quam ſuæ animæ ſalutem expetiſcens, ut in ſimilibus humanæ conditionis probat experimentum) mirum florem applicuit ulceroſo. Convaluit quidem ab ulcere aſinus; ſed quia res ſancta animanti fuit applicata bruto, ne dum flos virtutem amiſit (ut quid ſimile de aqua S. Barnabæ, alias S. Euſtorgii, refert Morigia) ſed etiam omnino deperiit. Verum eodem ex loco, unde flos oriebatur, humor quidam, ad gummi ſive incenſi inſtar, naſcitur; qui locus, ad hodiernum uſque diem, à frequenti fidelium cœtu inviſitur, & in magna veneratione habetur.

*ex eo lapide in quo puer Ioachim genua flexerat orans,*

*naſcentem florem ſalutiferum deſiiſſe, cum aſino adhibitus eſt,*

42 *Pauli Morigiæ locus, à Gregorio indicatus, reperitur in ejus opuſculo cui titulus, Hiſtoria originis omnium Religionum, ubi cap.* 51 *lib.* 1 *agitur de Fratribus Apoſtolinis, ſeu Apoſtolorum; qui fuerunt ex prima ſua inſtitutione laici uſque ad annum* MCCCCLXXXIV, *quando Innocentius VIII eos, certo habitu donatos & Regulæ Auguſtinianæ adſtrictos, etiam ad ſacros Ordines aſcendere permiſit; & nomen iſtud accepiſſe videntur, quia in communi vivere profitebantur, ſecundum Regulam Apoſtolicam primitivorum Chriſtianorum; quorum* nemo (*ut dicitur Actorum* IV) eorum quæ poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. *Placuit autem Morigiæ horum originem ignotam evehere uſque ad S. Barnabam, qui primus creditur Euangelium Mediolani prædicaſſe; & de curatione canis leproſi iiſdem omnia verbis, ſed Italicis, dixit, quæ Latinis de aſini infirmi ſanatione Gregorius; in hoc ſolum diverſis, quod Cælicenſis flos renaſci deſiit; fons autem Euſtorgianus (ſic enim vulgo vocatur, non S. Barnabæ) manat uſque hodie, & religioſe bibitur à fidelibus. Interim ſicut Flos Cælicenſis haud dubium fuit præſagium, divinitus datum, fundandi à Ioachimo Ordinis Florenſis; ſic ejus interitus ſub illud ipſum tempus, quo in Commendam dari ejuſdem Ordinis Archimonaſterium cœpit, totalem ejus abolitionem præſignavit, exinde ſecuturam. Omitto conſiderationes alias, quas inde quiſque formare poterit, quod manantem ex flore iſto gratiam, ab hominibus ad aſinum curandum transferri, viſus ſit Deus improbaſſe.*

*ut S. Euſtorgii fons Mediolani,*

*ex ſimili cauſa dicitur virtutem amiſiſſe.*

DIS-

A

# DISQUISITIO HISTORICA

## De Florenſi Ordine, Prophetiis, Doctrina B. Joachimi.

### §. I. Ordinis inſtitutio, incrementa, deſolatio.

*Vt ceteris Ordinibus Fundatores Sanctos,*

*Quotquot religioſorum Ordinum inſtituta, in militantis Eccleſiæ ornatum ſubſidiumque, divina induxit Providentia, iis, ut futuris eximiæ ſanctimoniæ gymnaſiis, ſemper cognoſcitur dediſſe initium per teſtatiſſimæ probatiſſimæque virtutis viros; tantiſque in vitâ ac morte illuſtratos prodigiis, ut merito eos in Sanctorum numero univerſa collocatos habeat venereturque Eccleſia. Itaque* Joachimi *Abbatis ſanctitatem, ſi non poſſemus alio probare argumento, quam quod Florenſis Ordinis, per annos omnino trecentos totâ Calabriâ florentiſſimi & Apoſtolicæ Sedis auctoritate probati, fuerit Inſtitutor; vel hoc ſolum ſufficeret ad perſuadendum, haud adeo ab illo univerſali ſuæ providentiæ ordine Deum optimum maximum in hoc ſolo opere ſuo deflexiſſe; ut, quod aliqui ſibi perſuaſere, non hominem prorſus ſanctum, ſed hæreticæ ſatorem pravitatis & confingendis prophetiis celebrem impoſtorem, illi ordiendo delegerit.*

B

*ſic & Florenſi Deus Ioachimum dedit:*

*Et nos quidem utramque calumniam, donante Deo, diluemus inferius: hic autem dicimus, præmiſſam theſim etiam locum habituram fuiſſe, licet diſciplinæ non admodum ſeveræ auctor* Joachimus *fuiſſet. Nunc vero, quando proprio magis exemplo quam præcepto, ad tantam vitæ religioſæ auſteritatem inſtituit ſuos, ut Ciſtercienſis Ordo, ſecundum ab exortu ſuo ſeculum recens ingreſſus, & adhuc in vivida Regulæ obſervantia perſiſtens, laxior præ Florenſi videretur; nefas eſt dubitare, quin ejuſmodi plantatio, uti neceſſario fuit à Deo, ſic etiam habuerit cultorem, Deo ex virtutis raræ merito cariſſimum.*

*qui in ſolitudine cellam ſibi delegit,*

2 *Nempe à Curatienſis monaſterii adminiſtratione penitus abſolutus Pontificiâ indulgentiâ* Joachimus, *dum ſecretum idoneumque ſacris contemplationibus & eruditis commentationibus locum quærit cum ſocio* Rainerio, *reperit eum circa Conſentiam, inter montana* Sylæ *dicta: ibique cellulam ſibi atque oratorium aggreſſus ædificare, ſedem ſtatuit, anno (ut ſcribit Gregorius de Lauro, & ex documentis vetuſtis probabile fit)* MCLXXXIX *die* XVIII *menſis Iulii, Indictione* VI. *Hic vero non multo tempore ſic potuit Sanctus commorari in comitatu pauculorũ Fratrum,*

C

*quin lucerna, ſub modio abſcondi neſcia, etiam ex illius ſolitudinis horrore radios paulatim ſuos diffunderet; eorumque fulgore allectos identidem alios atque alios, ad idem cum ipſo eremiticæ vitæ inſtitutum tenendum, provocaret. Ita paulatim novum eo in loco, qui* Floris *dicebatur, ſurrexit cœnobium, juxta oratorium primitus ibi conſtitutum à* Joachimo, *& S. Ioanni Euangeliſtæ dicatum. Opportuna vitæ ibidem ducendæ ſubſidia, quibus deficientibus non poterat perpetuitas loco ſperari, tum alii plurimi contulere,*

*ad quam aggregatis aliis natus eſt Ordo:*

*quorum nomina Iacobus Græcus ante præludium operis ſui digeſſit, tum imprimis Henricus Imperator, ejus nominis Rex VI. præcipuus fautor æſtimatorq; Joachimi. Huic tamẽ non adeo curæ fuit ut temporales ſuis compararet poſſeſſiones, quam ut ſanctiſſimis inſtitutis formaret cunctos, quos novæ diſciplinæ ſectatores Dominus ibidem aggregabat. Vt ergo in Apoſtolicæ firmitatis petrâ ſolidarentur,* Cæleſtini III *gratiam quæſivit, tamque Brevis ſequentis tenore expreſſam impetravit.*

*cui ſcriptas conſtitutiones probavit Cæleſtinus 3*

3 Cæleſtinus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, Joachimo Abbati & Conventui de Flore, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum in noſtrâ eſſes, fili Abbas, præſentiâ conſtitutus, tuis nobis relationibus expoſuiſti, quaſdã Conſtitutiones, de vitâ monachorum tuorum & monaſteriorum tuo cœnobio ſubjectorum, & de rebus ab ipſis Fratribus poſſidendis, & eorum numero, te feciſſe; quas, ut in eiſdem monaſteriis & ab ipſis Fratribus obſerventur, confirmari à nobis cum inſtantiâ poſtulaſti. Nos igitur, tuis precibus inclinati, prædictas Conſtitutiones, ſicut à te provide factæ ſunt, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; firmiter inhibentes, ne ipſarum Conſtitutionum forma in monaſteriis ſupradictis temeritate cujuslibet enervetur. Nulli ergo &c. Datum Romæ, VIII Kal. Septembris, anno Pontificatus noſtri ſexto, *qui fuit Chriſti* MCXCVI. *Tria autem eatenus monaſteria fuerant ab* Joachimo *fundata (præter ſuum Florenſe præcipuum & reliquorum caput) quæ inferius in diplomate Conſtantiæ Imperatricis nominantur: ſed quæ his Conſtitutionum forma præſcripta fuerit, poſtremorum ſeculorum calamitas,*

AUCTORE D. P.

*Eas nunc deperditas fruſtra quærimur.*

*infra quoque memoranda, fecit eſſe ignotum: adeo ut* Iacobus Græcus *Sect.* 46 *profiteatur, plurimum ſe laboraſſe in iis requirendis; & vix demum aliquod eorum ſpecimen, circa ordinem divini Officii à communi Ciſtercienſium diverſi potuiſſe reperire, quod & Gregorius pag.* 337 *ſuo libro inſeruit.*

E

4 *Refert hic quidem à Conſtantino* Cajetano *ſibi dictum, eas in bibliotheca Vaticana reperiri: ſed ſi aliud ibi inveniretur, quam quæ Græcus Sect.* 20 *indicat, aut ſi ea poſſent pro Conſtitutionibus accipi; non prætermiſiſſet* Lucas Holſtenius, *Bibliothecæ illius dum viveret Cuſtos primarius, idemque ſimilium monumentorum eruderandorum ſtudioſiſſimus, inſerere illa parti 2 Codicis Regularum, à ſe collecti typiſque ſubjecti, ac demum poſt mortem Collectoris evulgati. Itaque hoc unum dicere poſſumus, beforma vitæ à* B. Joachimo *inſtituta, quod Gregorius* IX *anno* MCCXXVII *prohibens diſcedentes à Florenſibus recipi à Ciſtercienſibus,* religionem eorum ſatis arctam eſſe dicat. *Qui idem Gregorius, deſcribens in Bulla Canonizationis S. Dominici divina militiæ auctoratos exercitus, primam quadrigam Martyrum ac Confeſſorum inducit, ſecundam Monachorum ſub S. Benedicti Inſtituto*

*Florenſem Ordinem laudat Gregorius 9.*

poſt quos, *inquit*, quaſi lapſum reparaturus exercitum *Deus*, & redditurus jubilum poſt lamentum, applicatis ad quadrigam tertiam equis albis, Fratribus Ciſtercienſis Ordinis & Florenſis, velut tonſarum greges geminos, caritatis fœtibus uberes, de pœnitentiæ lavacro fecit aſcendere; S. Bernardo, ariete ovium, in virtute ſpiritus, quâ ex alto indutus extitit, & in abundantiâ frumenti vallium, præeunte: ut tranſeuntes, liberati per eum, in fortitudine clament ad Dominum, dicant hymnum, &

F

ponant caſtra Dei exercituum ſuper mare.

5 *Ex his duobus* Florenſis *Ordo, Ciſtercienſi junior, imo ipſius propago quædam, tanta per Italiam ac præcipue Calabriam ſumpſit incrementa; ut Gregorius de Lauro, poſtquam illius monaſteria triginta quinque recenſuiſſet, minimam eorum partem ſe inveſtigando aſſecutum credat. Omnia autem, velut Ordinis Generales, venerabantur monaſterii* Floris *Abbates, quorum hæc ex eodem Gregorio pag.* 349 *Græcum ſecuto, ſeries eſt. Poſt* B. Joachimum *præfuit* Matthæus, *uſque ad annum Domini* MCCXXXIV, *quo eſt ad ſedem Geruntienſem aſſumptus: exinde* Sannes, *tum* Orlandus, *anno* MCCLIX *memoratus. Orlando* Bernardus, *huic* Gerardus, *ac deinde* Guilielmus *ſucceſſere; incerti temporis præter ultimum, cujus eſt memoria ad annum* MCCXC. *Poſt Guilielmum extant monumenta de* Nicolao *Abbate, ad annum* MCCCXV; *deque altero* Guilielmo, *ab officio remoto, &* Marino, *ad annũ* MCCCXXXI. *Anno vero* MCCCXXXVIII, Joannes; *ejuſdem ſecundo anno* LVI, Petrus; *anno* LXXI, Joannes *alter*; XCII, Nicolaus *item hujus nominis ſecundus, geſſiſſe Prælaturam inveniuntur. Nicolao II exempto è vivis, anno*

*Abbatum monaſterii Floris ſucceſſio,*

AUCTORE D. P.

MCCCCVI, *immediatè succeßiſſe* Hieronymum (*qui ad annum* MCCCCLI *nominatur in Regiâ camerâ libro ſummario executorialium* 8 *pag.*7) *non auſim aſſerere : multo minus, ſi tam diuturnum magiſtratum habuit, ſuperfuiſſe ipſum uſque ad Calixti* IV *Pontificatum : à quo, ab ejuſdem ſeculi anno* LV *ad* LVIII *præſidente, eccleſiam Florenſem, ad honorem S. Spiritus, Deiparæ Virginis, & S. Ioannis Euangeliſtæ, fuiſſe conſecratam, auctor eſt Gregorius pag.*339.

6 *Florebat tamen, ut vel hinc conſtat, tunc adhuc inſigniter* Florenſis Ordo, *& imprimis monaſterium, cui tantum honorem ipſe Pontifex habebat, additis magnis Indulgentiis, eccleſiam à ſe conſecratam viſitantium cauſſâ: quam etiam eccleſiam primus ſuus fundator* Joachim *ditaverat, magnò theſauro Reliquiarum, ab Imperatrice Conſtantia impetratarum, ut conſtat ex illius ad eamdem epiſtola, in hæc verba.* Mitto R.D. Cherubinum, contubernalem meum, ut Majeſtas tua tradat ſibi illas Reliquias, quas mihi ſpopondit : præſentaneam ſiquidem opem mihi ac familiæ meæ præſtabit, ut orationibus noſtris licet indignis commendemus incolumitatem Majeſtatis tuæ, quam humillime revereor. Ex monaſterio Florenſi, kalendis Iunii. *Harum Reliquiarum partem nunc poßidere dicitur Illuſtriſſimus Don Ioannes Beſcara de Diano, Dux Saracenæ,* B *in domeſtico ſuo egregiæ ſtructuræ ſanctuario : reſiduæ parti aliud magnum & amplum reconditorium extruxit Don Emmanuel Peluſius ; ante annos ſex, cum Gregorius ſcriberet, Abbas Clauſtralis, cui Florenſis eccleſia reſtituta atque ornata laus præcipua debetur.*

*Reliquiæ eidem à Conſtantia Imp. per Ioachimum obtentæ.*

7 *Etenim, poſt* Hieronymum *prænominatum, ſoli quatuor ſediſſe leguntur electi ex ipſis Monachis Abbates,* Carolus, Hippolytus, Ioannes III, *&* Euangeliſta ; *quo circa annum* MCCCCLXX *exempto ex hac la incubuit Florenſibus, æquè ac ceteris per Italiam monaſteriis,* annus viſitationis eorum, *ab Ioachimo prænuntiatus : & illi in* Commendam *dati* Ludovico de S. Angelo, *facti conſequenter ſunt in prædam eorum, per quos pene ad nihilum redactus eſt locus tanto jam tempore ſacerrimus. Ex his* Salvator Rota *unus fuit, ſub cujus violentiâ gementes Monachi, cum ferre ulterius jugum ferreum nequirent ; deſeruere pro parte majori ſtationem, duce Don Franciſco de Notarioanne ; inventoque prope Excalceatorum caſalem idoneo loco, monaſterium conſtruxerunt, quod nunc S. Mariæ de Succurſu dicitur : cujus hiſtoriam, ipſiuſque Franciſci ſanctam Vitam, heroico verſu ab illius ævi Monacho conſcriptam, exhibet Gregorius pag.*340, *& nos ex Ms. Abbatis Vghelli poſſemus dare correctiorem, ſi, qui iſtic* Franciſco *datur* Beati *titulus, publico cultu confirmatus eſſet.*

*Commendatores an.* 1470 *inducti :*

*dilapſi monachi monaſterium de Succurſu erigunt :*

C

8 *Salvatori tamen Rotæ, poſtea fortaſſis ad ſaniorem mentem reverſo, & illata à ſe ſuiſque deceſſoribus damna utcumque reparare ſtudenti, poſitus ejuſmodi titulus legitur :* Salvator Rota, Patricius Neapolitanus, Florenſis Abbas, baſilicam collapſam reſtituit, ſimulacris ſacraque ſupellectile exornavit, ac cenſus in duplum auxit, pagum ditionemque addidit, anno Domini MDXXXVI. *Interim Florenſes Monachi, quo ſeſe utcumque tuerentur, ad petram unde exciſi erant, Ciſtercienſem, inquam, Ordinem videntur acceßiſſe ; cujus in Italiâ potißimum reformandi & reſtaurandi curam ſuſcipiens Hieronymus Cardinalis de Claravalle, ſub Pio Papa V, Sanctionem edidit anno* MDLXX, *quæ apud Græcum extat ſect.*49. *Ex hac utrum aliquid remedii acceſſerit Florenſium malis, neſcimus : nam pietati inſignium eccleſiæ Prælatorum* Julii Sanctorii Cardinalis S. Severinæ *dicti, ejuſque in Archiepiſcopatu S. Severinæ ſucceſſoris, ſimulque ex ſorore nepotis,* Alfonſi Piſani, *qui poſt Rotam Abbatis geſſere titulum, potius tribuendum exiſtimamus, quod locus non prorſus perierit ; ſed demum ad clauſtrales Abbates redierit, poſt decretum uniendo-*

*Salvator Rota eccleſiam inſtaurat*

*Florenſes Ciſtercienſibus uniti an.*1570

*rum Calabriæ atque Lucaniæ monaſteriorum. Decretum hoc anno* MDCV *conditum eſt in Capitulo Generali Ciſtercii, ſub formâ apud Græcum expreſſa ſect.*50 ; *& executioni mandari cœptum anno ſequenti, per R.D. Rogerium de Geſus, Priorem de Ferrariâ ; expletum autem perfectè eſt anno* MDCXXXIII, *vigore litterarum Apoſtolicarum, in Capitulo quod celebratum ait Gregorius pag.*161 *in monaſterio præfato S. Mariæ de Succurſu. Ex eo tempore, in die S. Ioannis Baptiſtæ, Clauſtralis Abbas, poſt Miſſarum ſolennia, citat ſubjectarum ſibi Abbatiarum Prælatos, eorumque recipit obedientiam titulo filiationis : quam quæ agnoſcere poßint, ſolum nunc duodecim monaſteria videntur ſupereſſe, quantum colligimus ex Mss. Iuſti Buffolati Vicarii Generalis, quæ vidit citatque Gregorius pag.*161. D

*an.*1633 *Regulares Abbates recipiunt.*

## §. II. Rei temporalis in monaſterio Floris ſub Abbate Joachimo ſtatus.

HÆc *fuit Florenſis cœnobii Ordiniſque ab eo dependentis fortuna : cujus primam amplitudinem metiri licebit ex diplomate Conſtantiæ Imperatricis, quod tale extat apud Gregorium de Lauro cap.*45. 9 *Conſtantia Imp. ann* 1198

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Conſtantia, divinâ favente clementiâ, Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta & Regina Siciliæ. E Cum omnia humanitatis opera, quæ pietatis feruntur intuitu, ſtabile apud Deum habeant firmamentum ; illud præcipuè æternas prómeretur divitias, quod locis religioſis & Chriſti pauperibus impertimur. Inde eſt, quod ad petitionem tuam, Venerabilis Abba Joachim, benignum habentes reſpectum ; pro remedio animarum Domini patris noſtri, famoſiſſimi Regis Rogerii divæ recordationis, & Domine Beatricis Illuſtriſſimæ Reginæ matris noſtræ, nec non pro ſalute noſtrâ, & dilectiſſimi filii noſtri Friderici, glorioſi Siciliæ Regis ; confirmamus in perpetuum, tibi & ſucceſſoribus tuis atque monaſterio tuo S. Joannis de Flore, omnes poſſeſſiones ſeu etiam libertates, quæ factæ ſunt tibi & eidem monaſterio tuo, à Domino Henrico, glorioſiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto & Rege Siciliæ, cariſſimo quondam viro noſtro. Concedimus & donamus tibi tuiſque ſucceſſoribus, in ante dicto monaſterio tuo de Flore, terras laboratorias, aquas & ſilvas, adjacentes eidem monaſterio, à vado fluminis Neheti, quod eſt ſubtus caſtellum de Sclavis, ſicut vadit via ipſa verſus meridiem, per Petram Caroli-Magni, & per Serraricum, uſque ad vadum Sabuti ; & ab ipſo vado verſus ortum ipſius fluminis uſque ad alveum Ampulini ; & deſcendit idem fluvius uſque ad eum locum, ubi miſcetur flumini Neheto ; & aſcendit terminus per alveum ejuſdem fluminis Neheti, & vadit ultra flumen per fines monaſterii trium Puerorum, & monaſterium Abbatis Marci, uſque ad viam quę venit à civitate Cherentię, & vadit per Portium : quæ videlicet via manet in confinio à parte Aquilonis, uſque ad locum qui dicitur Fraſſinetum : & exinde revertitur terminus ad alveum fluminis Neheti, & adſcendit idem alveus uſq; ad vadum quod eſt ſubtus caſtellū de Sclavis, & concludit cum priori fine.

*confirmat monaſterio donatas ab Henrico 6 poſſeſſiones,*

F

*terminos ejus definiens,*

10 Concedimus præterea & confirmamus, tibi & jam dicto monaſterio tuo de Flore, tenimentum Fluce, ſitum in maritimâ Calabriæ, ac libera paſcua ovium mandrarum prænominati monaſterii Floris, & aliorum quorumlibet animalium, quæ illuc mittere libet : prohibentes, ut nemo vobis in eodem tenimento aliquam moleſtiam inferat, aut ibi ſua vel aliorum hominum animalia ſuperinducat, ſeu aliquo modo paſtoribus vel ani-

*& immunitates,*

ma-

malibus, quæ ſub curâ illorum ibi fuerint, damnum vel injuriam facere præſumat. Inſuper concedimus tibi & ſæpe dicto monaſterio Floris, per totam Calabriam, libera paſcua, pro animalibus eccleſiæ tuæ, abſque herbatico & glandatico: permittentes ut liceat Fratribus monaſterii tui liberè percipere ſalem per ſalinas Calabriæ, emere quoque & vendere abſque ullâ exactione, & tranſire liberè terrâ marique; indulto vobis ubique per terram Domanii noſtri plateatico & paſſagio. Adhæc concedimus & confirmamus tibi & monaſterio tuo quinquaginta Byzantios aureos, percipiendos annis ſingulis abſque aliquâ diminutione de ſalinâ Neheti, aut ante feſtum S. Joannis Baptiſtæ aut in ipſa feſtivitate. Ipſumque monaſterium ſæpe dictum de Flo-

*Iisque addit 50 Byzantiorum cenſum:*

re, & monaſteria quæ de novo fundaſti in loco qui olim dictus eſt Caloſuber, nunc autem Bonumlignum, & in loco qui dicitur Taſſitanum, & monaſterium Abbatis Marci (quæ & ipſa ad tuam curam, conſtitutis ibi à te Prælatis, pertinere cognoſcuntur) & ſi qua te vel Fratres tuos alia in futurum largiente Domino ædificare contigerit, cum omnibus poſſeſſionibus & bonis ſuis, Fratres, homines, & loca veſtra, ſub noſtrâ ſpeciali protectione & defenſione ſuſcipimus: confirmantes vobis hactenus acquiſita, & in antea juſto titulo acquirenda; & inſultum in vos, & in homines, & poſſeſſiones, & res veſtras temerarium prohibentes ..... Datum in civitate Meſſanâ, anno Dominicæ Incarnationis MCXCVIII, Menſe Januarii, primæ Indictionis .....

*ejus filius Fridericus paternam fundationem agnoſcit & fovet,*

11 *Hæc Conſtantia: quibus motus Fridericus II, anno* MCCVI, *prædicta omnia confirmavit & innovavit, diplomate Panormi ſignato. Quod autem pene puer fecit, iteravit adultior alio diplomate, ſignato Brunduſii ſub annum Chriſti* MCCXXII, *primum vero Imperii ſui. Rurſumque exemptionem à fori ſecularis poteſtate, ſpeciali indulſit decreto* in caſtris in obſidione Ianuenſi, XVIII Auguſti, X Indictionis, *puta anni* MCCXXXVII, *cum maxime victricibus armis Lombardiam & Liguriam premeret. Vt autem in hoc teſtatur, quod* parentes ſui, piæ recordationis Auguſti, monaſterium Floris piâ & liberali donatione fundarint, *ideoque* paternum opus ſingulari prærogativâ gratiæ proſequi velit: *hæc & in primo diplomate dicit, quod* venerabile monaſterium Floris tanto ardentius teneatur diligere, & condignis beneficiis ampliare, quanto benignius & devotius feliciſſimi quondam Auguſti, Dominus Sereniſſimus Imperator pater ſuus, & Domina glo-

*& uxor Frederici Conſtantia novum fundum addit.*

rioſiſſima Imperatrix mater ſua, ipſum monaſterium divino intuitu conſtruere, boniſque quæ poſſidet dotare corde puriſſimo ſtuduerunt. *Ejuſdem autem Frederici uxor etiâ Conſtantia, Regis Caſtellæ ſoror, nihil viro ſuo hac parte inferior, per inſtrumentũ Meſſanæ conditũ an.* MCCXV, *tum cetera omnia Florenſi monaſterio confirmavit, tum eidem conceſſit* granciam, quâ habebat in tenimento prope caſalem Verdo, in loco qui dicitur Albe, cum molendino in flumine Leporis, terris, vineis, & arboribus, quas tenebat in tenimento præfatæ civitatis, *ut apud Græcum Sect.* 40 *videre eſt.*

*Lis ab Abbate trium Puerorum mota*

12 *Verum tanta rei temporalis incrementa, ſtatim ab ortu ſui invidiam excitaverunt, vicinorum præſertim, per quorum fines Imperatoria liberalitas aſſignatam monaſterio dotem deſcripſerat. Ergo Iſaias, monaſterii Sanctorum Trium Puerorum Abbas, quod Caccurio milliari uno, & quinque milliariis à monaſterio Floris diſſitum, Ordinis Baſiliani monachi Græci tunc tenebant, controverſiam* Joachimo *movit de finibus coram Imperatrice, apud Roccam Nicephori agente, anno* MCXCV. *Hac lis cum eſſet in favorem* Ioachimi *deciſa (ſolus quippe proferebat documenta legitima poſſeſſionis, adverſariis nihil è contra adducentibus) cumque eadem deinde prorſus ſopita videretur, quia* Abbati Iſaiæ & Fratribus ſuis, *(ſicut Lucas Conſentinus poſtea inſtrumento compoſitionis inſeruit)* conceſſerat Sanctus, propter bonum pacis, quod viris religioſis convenit, ad preces & conſilia proborum virorum, ut haberent ovilia ſua in Miſocampo & Vulturno; itemque vaccas, jumenta & porcos in Fraxinitris, ſub annuo quatuor ſolidorum aureorum cenſu; tantum ut dimitterent monaſterio Floris in pace tenere Calo-ſuberum & Farоclovium, & omnes terras quas aperuerat Ioachim prope ipſa tenimenta, cum omni jure plantationis & ædificationis, quod ſe in ipſa credebant habere: pro quibus eis Ioachim commutaverat obedientiam, quę dicitur S. Martini de Netho, cum terminis & poſſeſſionibus ſuis, ſub cenſu duorum ſolidorum auri. *Hæc, inquam, cum ſic tranſacta & compoſita eſſent, conditum eſt in Calo-ſubero Florenſis ordinis monaſterium, & prima eo deducta colonia. Huic tantiſper pax à vicinis fuit, dum in hac vita fuit Conſtantia: ipſa vero ſublata de medio* V *kalend. Decembris anni* MCXCVIII, *Græci Monachi de non præſtito trium annorum cenſu poſtulati, non modo eum non perſolverunt, ſed* ferentes ſecum arma multa, fecerunt inſultum, *invaſeruntque* Fratres qui cuſtodiebant oves eccleſiæ *Florenſis*; *&* quoſdam quidem percuſſerunt, alios vero exſpoliaverunt. Deinde per dies aliquot congregati in majori numero cum multitudine armatorum, invaſerunt ſuffraganeum monaſterium ejus quod dicitur de Bono-ligno, trahentes inde Monachos violenter, deſtruentes officinas & oratorium ipſius monaſterii, & diripientes bona quæ ibi inventa ſunt. Cumque Abbas Ioachim & Fratres ejus querimoniam deponerent, Iuſtitiarii Cuſentini ſcripſerunt Græcis, ut venirent ad juſtitiam faciendam; & prohibuerunt eis, ſub pœna centum unciarum auri, ne de cetero invadere præſumerent tenimenta eccleſiæ monaſterii Floris. At illi nec ad juſtitiam faciendam venerunt, nec ab invaſione ceſſaverunt.

*& ab Imperatrice deciſa,*

*refuſcitatur per violentiam adverſariorum:*

13 Præterea miſſæ ſunt eis ſimiles litteræ à Comite Raynerio Marchi Forte, dicto tempore Calabriæ Capitaneo, & ad extremum à Domino Legato: & nihilominus contempſerunt: quin potius ducentes ſecum multos viros armatos per tenimenta monaſterii, multas violentias Fratribus & moleſtias irrogaverunt, freti quorumdam hominum Caccurii conſilio & auxilio, qui & ipſi tenimenta eccleſiæ & terras, contra prohibitionem & Regis præceptum, invadere præſumpſerant. Perſeverante autem Joachimo in petendo juſtitiam *a Bartholomæo Archiepiſcopo Panormitano, eodemque Regis Friderici familiari ſeu primario Status Miniſtro*, ſuper invaſionibus & damnis, quæ paſſa eſt eccleſia ejus; conſignatæ ſunt litteræ, ex parte Regis præcipientes, ne tot exceſſus ipſe *archiepiſcopus* relinqueret impunitos, ſed faceret juſtitiam injuriam paſſis, ſecundum quod dictaret jus & ratio poſtularet. *Verum accerſitus Abbas monaſterii trium Puerorum, & juſſus venire vel mittere ad Archiepiſcopum præfatum apud S. Maurum, ut in præſentiâ ejus cauſâ definiretur, nec mittere voluit, nec venit ipſe.*

*quibus non ceſſantibus ab invaſione*

*nec ad eau ſam dicendam comparentibus,*

14 *Archiepiſcopus itaque, litteris Coriolani datis* XXV *Maji, anni* MCXCIX, mandavit D. Bon-homini, Cuſentino Archiepiſcopo, D. Riccardo, Abbati S. Euphemiæ; D. Simeoni de Mamiſtra, Capitaneo & Magiſtro Comeſtabulo atque Juſtitiario vallis-Crathis, vallis-Signi, & vallis-Layni; D. Guillelmo de Biſiniano, D. Rogerio filio Joëlis, D. Alexandro filio Guillelmi, Regiis Juſtitiariis; quatenus lectis litteris Capuani Archiepiſcopi, Panormitano Archiepiſcopo in favorem Joachimi miſſis (qui Capuanus Archiepiſcopus noverat plenius radicem con-

*jubet Archiepiſcopus Panormitanus*

controverſiæ inter monaſterium Floris & monaſterium trium Puerorum, quam deciſam in Curiâ Dominæ Imperatricis Monachi Sanctorum trium Puerorum reſumere præſumpſerant poſt obitum ipſius) & inquiſitâ de omnibus veritate, tam de contemptu mandati Regii & Archiepiſcopalis, quam de illatâ violentiâ & damnis, venerabili Abbati Ioachimo plenitudinem juſtitiæ exhibere curarent; datâ prius ſayſinâ rerum & poſſeſſionum, quibus vel ipſi Monachi vel homines Caccurii monaſterium Floris diſſagire præſumpſerunt: facientes nihilominus juſtitiam fieri, & de his qui facientes inſultum vaſtaverunt monaſterium de Bono-ligno, & de ceteris qui invaſerunt terras & tenimenta eccleſiæ, & de his qui incedentes armati per tenimenta eccleſiæ damna & contumelias Fratribus intulerunt. Si autem adhuc contumaces forent, tantum de rebus ipſorum caperent, quantum digne ſufficeret ad reſtaurationem damni & expenſarum, quas ipſe Abbas Ioachim, quærendo & expectando juſtitiam, illis differentibus feciſſe comprobaretur: de cetero ipſum monaſterium Floris & Fratres ejus, ab invaſione præfatorum Monachorum Sanctorum trium Puerorum & hominibus Caccurii, manere facerent in pace.

AUCTORE D. P.

*cauſam ex litteris Epiſcopi Capuani cognoſci,*

*& B. Ioachimo juſtitiam fieri,*

B

15 *Quibus litteris lectis, & attentâ ſummi Pontificis commendatitiâ epiſtolâ, pro monaſterio Floris ad Archiepiſcopum Conſentinum directâ; nec non litteris Matthæi Capuani Archiepiſcopi, exponentibus quid ſub Imperatrice geſtum eſſet & judicatum; præfati Iudices, ſayſinam Ioachimo ſuiſque conceſſerunt, & Abbatem Græcum peremptorie citaverunt; latâ interim velut in toties anteà contumacem proviſionali ſententiâ, anno ſupra memorato, menſe Iunii ſecundæ Indictionis: quæ omnia integrè apud Gregorium de Lauro cap. 46 legi poſſunt. Quid autem ulterius contra Græcos ſit decretum, incompertum ſibi eſſe fatetur Gregorius: Vghellus autem, tomo 7 Italiæ ſacræ, de Lucâ Archiepiſcopo Conſentino agens, profert illius auctoritate confectum amicæ compoſitionis inſtrumentum, inter Matthæum Floris & Hilarium electum monaſterii trium Puerorum Abbatem, quod* XII *anno præfati Lucæ, Chriſti vero* MCCXV *ſignatum, Honorius III anno* MCCXVIII *Bullæ ſuæ confirmatoriæ inſeruit. Addit autem Gregorius, prædictam Græcorum Abbatiam tandem etiam Florenſi cœnobio ſubjectam fuiſſe: quippe quæ inter ejus Filias ſub titulo S. Mariæ de Novâ numerabatur ſeptima, quando à Cardinali de Claravalle miſſus Iuſtus Buffolatus, Ciſtercienſium monaſteriorum per Lucaniam, Calabriam, Siciliamque Viſitator, eo advenit; ut ipſemet in ſuis Mss. à prædicto Gregorio pag.* 161 *citatis, conſignatum reliquit.*

*ut factum per ſententiam proviſionalem an.* 1199.

*Initur concordia,*

C

16 *Porro Græcorum Monachorum inſolentiâ iſtum in modum coërcitâ, fructum patientiæ ſuæ* Joachimus *retulit, fundato quarto Ordinis ſui monaſterio; cui quis fuerit attributus fundus, & quomodo ipſum Florenſe monaſterium Apoſtolicæ Sedi eſſet immediatè ſubjectum, patet ex ſequenti inſtrumento Centii Cardinalis Legati; ejus fortaſſe, cujus in controverſia ſupra notata etiam facta eſt mentio, quod apud Græcum Sect.* 39 *hoc tenore legitur:* Centius Dei gratia S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis, Sedis Apoſtolicæ Legatus, dilecto in Chriſto Fratri Ioachim Abbati de Flore, ejuſque ſucceſſoribus in perpetuum. Piæ conſiderationis vota, quæ de cordibus [divinitus] inſpiratis prodire noſcuntur, eo ſunt à Sancta Romana Eccleſia libentius admittenda, quo omnes, qui pro ſalute animarum ſuarum boni aliquid proponunt, ne aliquod in perficiendo patiantur obſtaculum, ad eam, velut ad ſingulare præſidium, habere refugium didicerunt. Inde eſt, dilecte in Chriſto Frater, quod, cum in regno Siciliæ ex mandato ſummi Pontificis Legatione fungeremur, & euntes in Siciliam haberemus tranſitum per Calabriam, veniens ad præſentiam noſtram dilectus filius Unfredus Culinus, obtulit in manibus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ quemdam fundum, in loco qui dicitur Albanetum; de vicino autem fonte fluminis generali nomine Caput-gratis; petens ut in eodem loco deberet de licentia noſtra ædificari monaſterium, à te vel à ſucceſſoribus tuis, ſecundum ſtatuta Ordinis tui, quod nulli, niſi Romano Pontifici debeat ſubjacere; &, quantum ſpectat ad ſtatuta Ordinis tui, tantummodo tibi & ſucceſſoribus tuis.

D

*novo monaſterio locus in Albaneto datur*

17 Nos autem attendentes ad offerentis devotionem & preces illuſtris viri Simeonis de Mamiſtra, Regii Calabriæ Magiſtri Juſtitiarii, qui cupiens ejuſdem pii operis particeps effici, coadjutorem & cooperatorem ſe eſſe ſpopondit; ipſum fundum ordinandum in monaſterium ſecundum ſtatuta Ordinis tui, in ejus & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ proprietatem gratanter ſuſcepimus, ſecundum quod in ejus proprietatem monaſterium Floris conſtat eſſe ſuſceptum; dantes tibi vice ſummi Pontificis, cujus fungimur Legatione, liberam poteſtatem ædificandi in præfato loco Abbatiam ad honorem Dei, ſecundum ſtatuta Ordinis, & eam formam ſeu libertatem, quam tibi & ſucceſſoribus tuis & domui tuæ de Flore à Romano Pontifice conſtat eſſe conceſſam. Ita tamen, ut ſi competentius tibi viſum fuerit in vicino loco tuo, quod dicitur Caput-album, capere locum ipſius monaſterii, propter aquarum quæ ibi eſt abundantiam; liceat tibi & ſucceſſoribus tuis in uno duorum præfatorum locorum ſub eadem libertate fundare, ſicut dictum eſt, ipſum monaſterium; & conſtituere ibi Fratres & Abbatem ſecundum ſtatuta Ordinis tui, omnium hominum contradictione & contrarietate remotâ. Inſtitutus autem ibi Abbas, ab aliquo Epiſcopo Catholico, quem maluerit, munus benedictionis accipiat, qui munus Apoſtolicâ auctoritate, quod poſtulatur, impendat. Ut autem hæc noſtra conceſſio firma in perpetuum tibi tuiſque ſucceſſoribus illibata permaneat, plenius Privilegium inde tibi fieri præcepimus, noſtro ſigillo & auctoritate roboratum. Anno Dominicæ incarnationis milleſimo ducenteſimo, menſe Martii, tertiæ indictionis, Pontificatus autem D. Innocentii tertii Papæ anno tertio.

*& ut reliquus Ordo, immediatè ſubeſſe Papæ declaretur,*

*aliud cœnobium in Grancià S. Martini*

F

18 *Denique in loco*, Grancià S. Martini de Jove aliàs de Canali *dicto; quem paſſuum millibus quatuor ab urbe Conſentinâ, unico vero milliario diſſitum à caſtro Petræ-fittæ, ab Andrea Archiepiſcopo obtinuerat* Joachim *anno* MCCI, *propriis expenſis conſtruxit monaſterium: in quo, dum forte illius abſolutioni intendit, diem etiam vitæ ſupremum obiit, & aliquamdiu ſepultus requievit: eodemque anno & nono ante obitum menſe, ſuſcepit de manu prædicti Simeonis de Mamiſtrâ dotem inſignem, fundando prope terram Fluminis frigidi, quæ Tropæenſis diœceſis eſt, monaſterio, quod* Fontis-laureati *nomen poſtea tulit, ut patet ex Inſtrumento, quod in Comm. pr. n.* 13 *allegavimus; in quo, apud Gregorium verbatim poſito, eſt legere ſigillatim poſſeſſionũ eidẽ fundationi attributarum terminos, ceteraq; jura & privilegia, quæ hic brevitatis cauſa prætermittimus: contenti monuiſſe etiam Sanctimonialiũ cœnobia varia ſub Florenſi vixiſſe ac floruiſſe Regula: quorum, quæ ſcire potuit, nominavit Gregorius cap.* 38, *in iiſque numerat* monaſterium S. Helenæ, in extremitate territorii civitatis Scalarum prope Amalphiæ urbem: *quod à tempore ipſius Abbatis* Joachim *extitiſſe teſtatur patriarum antiquitatum, ex Gregorii judicio, vir peritiſſimus, D. Abbas Ioannes Bapt. de Afflitto, Scalenſis Patricius. Ad hæc omnino obſervatione eſt dignum, Ciſtercienſium Ordinem, poſtquam in interiorem ſe Italiam penetrarat, ſeptuaginta annorum ſpatio ad ſexaginta fere monaſteriis ibidem auctum*

*& juxtà opp. fluminis frigidi*

*monaſteriis ſanctimonialium;*

*Florenſes ad invidiam Ciſtercienſium in Calabriâ creſcens.*

A *auctum esse (uti ex antiqua Fundationum chronologica tabula, ad annum usque* MCLXXXVIII *ducta, ejusque Supplemento, facile est supputare) ex quo autem Florensis Ordo cœpit efflorescere, vix unum alterumve in toto regno Neapolitano atque utraque Calabria acquisiviſſe; cum alibi plurima quotannis erigerentur.*

## §. III. Quos libros, quando, & quo spiritu Abbas Joachim scripserit.

19 *Joachim Curatiensis mon. fundatio an.* 1177

*Fuisse* Joachimum *Curatiensem Abbatem, antequam Florensis Ordinis fundamenta jaceret, Lucâ Consentino & Iacobo Græco referentibus, jam cognovimus. Quamvis autem ignoretur, quo tempore cœperit Prælaturam istam gereret credibile tamen est, illius initia non multum præcessisse finem anni* MCLXXVIII, *quo ad supplicationem ejus Guilielmus Sicilia Rex scripsit epistolam mense Decembris, in Vita num.* 10 *prolatam: cum ipsum Curatii monasterium (in quo credibile non est, ante exactum conversationis religiosa triennium, Abbatem fuisse* Joachimum) *anno dumtaxat ante hunc quarto, seculi* LXXIII, *fuerit vel primo ædificatum, vel Cisterciensi Regula informatum, prout constat ex antiquissima Fundationum Cisterciensium chronologia, quam aliquoties*

B *allegavimus ad Vitam, sicut Chronologiam illam, anno* MCLXXVIII *scribi desitam, ex monasterii Dunensis Ms. pervetusto, ad Calcem Bibliothecæ Cisterciensis vulgavit Carolus de Visch, ibidem Prior. Neque sanè obest Michaelis Episcopi Marturani Bulla, qua, juxta Cisterciensis Ordinis privilegia, à Romanis concessa Pontificibus, Curatiensem Abbatiam à sua suorumque successorum jurisdictione emancipat, quam Bullam Græcus num.* 11, *vulgavit, ut datam* anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo: *addi enim debet,* ſeptimo (*quod librarii socordia excidit*) *ut cum* Indictione decimâ *annus conveniat. Et hoc potius facere debuerat Vghellus, tom.* 9 *Ital. sacræ col.* 361, *Bullam ex Græco, ut præfatur, transcribens; quam auctoritate sua pro* Indictione decima *substituere* tertiam. *Quia autem Abbatis nomen in ea Bulla nullum exprimitur, non audemus affirmare cum Græco, in* Ioachimi *jam tum Abbatis, favorem eam fuisse expeditam: idque adhuc multo minus probaremus, si magis nobis constaret, quod Græcus ait, anno* MCXLV *natum fuisse Ioachimum, adeoq; anno* MCLXXVII, *dumtaxat* XXXII *annum ætatis egisse. Quia tamẽ in eo monasterio ubi tam recens erat disciplina Cisterciensis professio, difficile fuit habere viros vel istic vel alibi diu in Regula eadem exercitos (quis enim ubi juvencula mater est senes requirat filios? uti Carolo V Imperatori Sociorum Iesu plerorumque juventutem admiranti respondit B. Franciscus Borgia, rationem ipsi reddens ingressus sui in Societatem, & objecta refellens) ob hanc, in quam, causam nihil miraremur, si, mortuo, qui Fossâ-novâ coloniam deduxerat, Abbate Columbano post primum regiminis sui triennium,* Ioachimus, *quantumvis ætate vel professione juvenis, Abbas electus fuerit ab iis, quibus inter istæc principia haud magnus esse potuit virorum ad gubernationem idoneorum, nedum in Ordine seniorum, delectus.*

C *an sub Alexandro* 3 *scripserit aliquid contra Mag. Sententiarum dubitatur.*

20 *Quidquid ejus sit, ad monasterii regimen communibus votis electus* Ioachim, *non tantum temporalibus & spiritualibus illius necessitatibus prudenter sedulo que prospexit: sed insuper tempus vel fecit vel reperit, quod sacris Scripturis diligenter meditandis non infructuose impenderet; quemadmodum subsecutæ exinde commentationes ejus, tam multæ, tam profundæ, luculenter probarunt. Eodem tempore* in diebus Alexandri Papæ, *scripsisse eum aliquid* contra Magistrum Petrum Lombardum, libellum *scilicet* de unitate seu essentia Trinitatis, *affirmat Matthæus Parisius, dimidio solum seculo junior Ioachimo; negat Gregorius à Lauro. Hoc constat, Libellum istum, uti nomen auctoris Ioachimi præferebat, sic esse damnatum in Concilio Lateranensi. Quando autem*



*& utrum revera editus ab illo fuerit (licet hæc puri facti quæstio sit, & forte nequaquam in Concilio agitata) discutere supersedeo: unum dico, & uti spero dilucide probabo,* Ioachimum, *si æstu disputationis abreptus junior, talia, qualia damnat Concilium, vel sensit vel visus merito est sensisse; omnia prorsus retractasse in Psalterio, non jam libello, sed justo* trium *ut (ipse appellat)* voluminum *seu librorum opere. De hoc aliisque hodiedum extantibus operibus sancti Abbatis priusquam loquar; explicandum nobis videtur, quomodo circa annum (ut supra dixi)* MCLXXXIX, *auctoritate Papæ solutus à regimine præfati monasterii, ex obedientia totum sese ad sacras illas lucubrationes transtulerit; & quo spiritu in iis directus fuerit.*

AUCTORE D. P.

*si fecit retractavit in Psalterio.*

21 *Primum patet ex Protestatione inserta Vitæ n.* 22; *ubi,* de mandato Domini Papæ Lucii & Domini Papæ Urbani aliqua scriptitasse *dixit, quorum præcipua deinde enumerat. Eodem etiam facit Epistola, quam Ioanni Kalá direxit, ob relucentem in ea virtutem humilitatis, digna quæ tota hic transcribatur: est autem talis.* Devote sancteque vir, quem vocavit Dominus & segregavit, speciali gratuitaque desuper tradita gratia, à malignantium conventu. Accepi ex litteris tuis; quod nimium exoptas derelinquere Castrum, quod primo elegisti in die conversionis tuæ, ; ut ab hominum assiduo separatus consortio, sola dulcissimi animæ tuæ sponsi Iesu mellita gustares colloquia. In hoc clarè respondeo tibi, Pater carissime, quod idem Dominus & Redemptor mihi oranti pro te respondit: Joannes degat, usque ad mortalis consummationem cursus, in monte, quem primo sibi elegit; quemque prædestinavimus, ad humani generis salutem & refrigerium. Hæc mihi, peccatorum omnium pessimo, dixit Omnipotens, ut voluntas ejus manifestetur tibi. Nec facessit, quod mihi sæpe objecisti: Tu, inquis, ô Joachim, cum Dei donum accepisti, domum Curatii sanctam liquisti, & ad solitudinem abire gavisus es. Possem equidem respondere, vias Domini multiplices esse; quodque uni expedit, alteri non expedire. Sed hoc feci jussu Romani Pontificis; qui eligens me, peccatorem omnium indignissimum, ad onus interpretandi Scripturam sacram, expediens sanè putavit, me solvere ex tot Monachorum gubernio, & ex tot facultatum administratione molestâ. Tu contra, in solitudine degens, quid majorem affectas solitudinem, ô Ioannes? Non tibi tradidit Deus spiritum sapientiæ, intellectus, & prophetiæ, ut

E *post quam à regimine absolutus*

*scribere ex mandato Pontificis cœpit in Scripturam.*

F silvas & bruta convertas, sed homines. Mane igitur in loco in quo vocavit te Deus, ad laudem & gloriam nominis sui. Vale, vir sancte, & me peccatorem commenda Domino.

22 *Ad hanc obedientiæ virtutem, quam ad scribendum sanctus Abbas attulit, accessit magna cum Deo in oratione familiaritas: cujus indicium expressum nobis reliquit in Præfatione ad Psalterium, ex qua tum priorum librorum argumentum licebit discere, tum etiam quam speciali Dei favore præventus, exorsus sit illum tractatum scribere: sic igitur inquit:* Eram aliquando ego ipse anxius ad verba Dei, & quærebam per exercitium lectionis ad veritatis notitiam pervenire. Cumque ad eam per legendi studium properare flagrarem, assumens sibi pennas velut aquilæ, longius quam erat recedebat à me. Cum autem, positus in fervore novissimo, cœpi Dei causa diligere psalmodiam; multa mihi in Scriptura divina psallenti sub silentio referari cœperunt, quæ anteà legendo vestigare nequiveram. Non solum ante, sed etiam tunc sentire incipiebam, quid sit illud quod in alio Psalmo scriptum est: Beati qui habitant in domo tua, Domine, in secula seculorum laudabunt te. Sed cum mihi

*prius egregiè in eâ meditandâ exercitus.*

Psal. 83, 5

(qui,

AUCTORE D. P.

(qui, ut jam videbatur, cogitatione & aviditate ſupernæ illius civitatis habitator effectus, fruebar ſecundum interiorem hominem non modica viſione pacis) accideret illud, quod ſibi multi, etſi fruſtra, accidiſſe queruntur, ut rurſum Eccleſiæ cura familiaris me cogeret implicari negotiis monaſterii, quæ ſecundum cujuſdam coloris ſui ſpeciem, aut verè ſecularia ſunt, aut penè ſecularia judicanda; compulſus ſum iterum cum cordis gemitu, non ſine formidine, exclamare: Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt, habitavi cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mèa. Et illud, Præciſa eſt velut à texente vita mea: cum adhuc ordirer, ſuccidit me.

*quamvis interpellantibus monaſterii curis:*

*unde meritus à Deo ſingulariter illuſtrari,*

23 *Quod illud fuerit tempus, & an poſt cœnobii Florenſis fundationem requirendum, mox videbimus: ſatis eſt modo hinc diſcere, quo ſpiritu ad orandum laudandumque Deum ageretur Ioachimus; ut minimè mireris, ſi is qui cor ſuum tanto affectu tradebat, ut vigilaret diluculo ad Dominum, & in conſpectu Altiſſimi deprecaretur, os ſuum aperiens in oratione; viciſſim ab eo meritus ſit, ut ſpiritu intelligentiæ repleretur, atque ita tamquam imbres emitteret eloquia ſapientiæ ſuæ: cum*

B

*Dominus, cui in oratione confitebatur, conſilium illius omne dirigeret, & in abſconditis ſuis conſiliaretur, quemadmodum de Sapiente loquitur Eccleſiaſticus; & ut ſibi reipſa eveniſſe teſtatur Ioachimus, ſic proſequens cœptum præfationem;* Cum ejuſmodi gemitus verſaretur in corde meo, accidit poſt annos aliquot, *ſcilicet interna illius viciſſitudinis (de hac enim ſola hic agitur, & hac una cum Prælatura Curatienſi cenſeri debet habuiſſe exordium)* cum eſſem apud cœnobium Caſæ-Marii, detinentibus me ibi viro venerabili Geraldo Abbate ipſius domus & Fratribus ejus, & colligantibus me ſibi inſolubili vinculo caritatis: Accidit, inquam, diem adeſſe ſolennem, in quo dona ſancti Spiritus ſuper Apoſtolos effuſa ſunt, & [corda eorum] oleo illo ſpirituali infuſa, quo unctus eſt Unigenitus Dei præ conſortibus ſuis. Quia vero non omnino eram expers ab intellectu olei, ſed ſciebam quod ad hoc ipſum pertineret ſacrificium laudis; dolens quod tam diuturno tempore, *propter negotia monaſterii abſens à Choro*, tanti beneficii gratia expers eram; ſtatui apud me die illo dicere mihi aliquot Pſalmos ad honorem tanti Spiritus, ob reverentiam & honorem diei; ſperans donari aliquid in die ipſo ab eo, qui dat omnibus affluenter & nemini improperat.

*cum eſſet in Caſa-Marii in Pentecoſte,*

C

*poſt moleſtiam in fide hæſitationem,*

24 Interea cum ingrederer oratorium, & adorarem omnipotentem Deum coram ſancto altari; accidit in me velut hæſitatio quædam de fide Trinitatis, acſi difficile eſſet intellectu vel fide, eſſe unum Deum omnes Perſonas, & omnes Perſonas unum Deum. Quod cum accideret, oravi valde; & conteritus vehementer, compulſus ſum invocare Spiritum ſanctum, cujus ſacra ſolennitas præſens erat, ut mihi dignaretur oſtendere ſacrum myſterium Trinitatis, in quo nobis promiſſa eſt à Domino omnis notitia veritatis. Hæc dicens cœpi pſallere, ut ad propoſitum numerum pervenirem. Nec mora, occurrit animo meo forma Pſalterii decachordi, & in ipsâ tam lucidum & apertum ſacræ myſterium Trinitatis, ut protinus compellerer clamare, Quis Deus magnus, ſicut Deus noſter? Tu es, Deus, qui facis mirabilia. Et illud: Magnus Dominus Deus noſter, & magna virtus ejus, & ſapientiæ ejus non eſt numerus. Igitur, donante ipſo, mox ſubſcripti operis librum primum in ipſo monaſterio poſitus inchoavi, & ex parte perfeci: ſecundum vero & tertium non ibi tunc, nec eodem tempore, ſed quaſi poſt duos annos. Siquidem in tribus libris diſtinctum eſt opus iſtud, ſecundum quod tres ſunt Perſonæ Deitatis, in quibus fidei noſtræ pulchritudo conſiſtit. Et quamvis poſt opus Concordiæ, quod incepimus primo; & expoſitionem Apocalypſis, quę, ignorante me omnimodis exitum rei, neſcio quâ Dei providentia, ex eodem primo opere naſcendo proceſſit; Spiritui ſancto, qui & donat quod exhibemus, hoc tertium opuſculum dedicare decreverim: quia tamen nihil eſt in rebus creatis, quod ſic attribuatur uni Perſonæ, ut alienum ſit à regno & operatione duarum; non inconvenienter in hoc ipſo myſterium rutilat Trinitatis: dum primus liber, in quo agitur de Vaſe muſico, proprietate alti myſterii attribuitur Patri, à quo omnia; ſecundus, in quo agitur de numero Pſalmorum, Sapientiæ divinæ, per quam omnia; tertius, in quo agitur de modo Pſalmodiæ & inſtitutione pſallentium, eidem ſanctæ Unctioni, in qua omnia: quæ cum ſit gaudium ſummi Dei, eos quos ſacris replet muneribus, lætos efficit & jucundos.

D

*atque in tres libros ſucceſſivè extendit.*

25 *Hæc ibi, quæ ut ad chronologicos calculos reducantur, definiaturque quo tempore abſoluta inchoataque ſint opera illa; revocandum in memoriam eſt, quod ſcribit Lucas Conſentinus Archiepiſcopus,* ſeſe anno 11 Domini Papæ Lucii jam Monachum, primo in Caſa-marii vidiſſe Joachimum, tunc Abbatem Curatii; qui coram eodem Domino Papâ & Conſiſtorio ejus, tunc etiam revelare cœpit intelligentiam Scripturarum, & utriuſque Teſtamenti Concordiam, à quo & licentiam ſcribendi obtinuit & ſcribere cœpit. *Addit Græcus, eidem Pontifici oblatum fuiſſe librum de prædicta Concordiâ; adeoque probatum,* ut ſuperindultæ ſcribendi facultati pro talenti multiplicatione adjunxerit, ut Joachimus de cetero, depoſito temporalium monaſterii onere, enudandis ſacræ paginæ arcanis ſe dederet, illud eidem memorans, in theſauro & ſapientiâ abſconditis nullum eſſe profectum. *Sed hæc à principio Vitæ num. 16 expungens abſtuli, quoniam ex ipſis Clementis III litteris, anno Pontificatus illius* I, *id eſt Chriſti* MCLXXXVIII *ad* Joachimum *datis (quas velut confirmatorias aſſerti ſui ibidem adducit Græcus, & nos retinemus) clare habetur, ſanctum virum,* jubente & exhortante beatæ memoriæ Lucio Papâ, expoſitionem Apocalypſis & opus Concordiæ inchoaſſe, & poſtmodum de Papæ Urbani auctoritate ſucceſſoris ipſius compoſuiſſe. *Itaque quietem, quam ſe adeptum fuiſſe gratulatur, & à quâ ſe rurſum revolutum queritur in ea negotia, quæ pene ſecularia ſunt judicanda, & propter quæ diuturno tempore expers fuit ejus beneficii gratiæq; ſolitæ ex monaſticâ pſalmodiâ percipi; iſtam, inquam quietem nolim cum Gregorio Lauro abſolutionem à gubernationis onere interpretari, ſed tranquillam rerum divinarum contemplationem, quam identidem interpolabant regiminis curæ; neque ſemel aut bis, ſed etiam ſæpius in Curiam eum atque ad res forenſes revolvebant. Quam viciſſitudinem moleſtiarum & conſolationum cum jam inde ab initio ſuſceptæ Prælaturæ experiretur, & experiendo ingemiſceret; accidit* poſt annos aliquot, *nempe (quemadmodum Bellovacenſis lib. 29 cap. 40) anno* MCLXXXV *exeunte, vel initio ſequentis, ut* Abbas Joachim de Calabriæ partibus veniret ad Urbanum Papam, morantem apud Veronam, *utique negotiorum monaſterii cauſa; eaque occaſione cum eo de Apocalypſeos myſteriis à ſe explanari cœptis multa conferret, qualia iſtic fusè Bellovacenſis ex relatu non ſatis certo exponit. Vrbano autẽ operis cœpti abſolutionẽ urgente, cum otium ſibi cauſaretur deeſſe Ioachimus, facile potuit impetraſſe, ut monaſterii curâ tantiſper alteri demandatâ, quemcumque vellet ſeceſſum eligeret. Itaque ad Caſam-Marii eum arbitramur rediiſſe, ubi à Geraldo Abbate detentus* manſerit, *ut Lucas Conſentinus ſcribit,* quaſi anno uno & dimidio, dictans & emendans ſimul

E

*Dederat facultatem ſcribendi Lucius 3 circa an. 1183.*

*ſub quo nihil abſolutum eſt.*

F

*ſed opus urgente Vrbano III an. 1185,*

*eidem perficiendo vacat Ioachim in Caſa-Marii.*

*myſterium Trinitatis divinitus edocetur;*

*de eoque ſcribere Pſalterium intipit,*

A mul librum Apocalypſis & Concordiæ. Ubi *etiam* in ipſo tempore, *poſt illuſtrationem mentis in Pentecoſte obtentam*, Pſalterium decem chordarum incepit.

*interiori ſpiritus magiſterio uſus*

26 *Quamvis autem non tam ſtudii quam orationis fervore iſta ſcriberet Ioachimus, utpote non externo hominum ſed interno Spiritus ſancti magiſterio, quam adeptus erat Scripturarum intelligendarum facultatem in actum opuſque educens; colligere utcumque poſſumus ex iis, quæ ſuper* I *Caput Apocalypſeos textu* 13 *ſcribit, ad hæc verba*, Fui in ſpiritu in Dominicâ die; *ubi ipſe de ſe in hunc modum narrat*: Cum decurſis præcedentibus libri Capitulis, pervenirem ad locum iſtum; tantam, fateor, difficultatem & quaſi præter ſolitum perpeſſus ſum anguſtias intellectus; ut ſentiens oppoſitum mihi lapidem, ab oſtio monumenti hebetatus ſubſiſterem; & dans honorem Deo, qui pro velle ſuo claudit & aperit, relicto loco ipſo intacto, ad ſequentia pertranſirem, ſervans difficultatem eamdem univerſali Magiſtro . . . Cumque me occupatum in multis, circa hoc ipſum oblivio procul duceret; factum eſt, verſo anni circulo, diem adeſſe Paſchalem; mihique, circa horam matutinam excitato à ſomno, aliquid in libro iſto meditanti occurrere; pro quo, confiſus de dono Dei, audacior factus ſum ad ſcribendum; quinimo in ſilendo & non ſcribendo timidior, nequando tacenti mihi diceretur à Judice: Serve male & piger &c.... Etenim cum nonnulla jam caperem, & majora adhuc ſacramenta neſcirem, quaſi quædam pugna gerebatur in mente mea; his quidem, quæ patebant, ſuadentibus auſum; ceteris autem, difficultatem minantibus. Cum ergo in ſupra-

B

*qui in Paſchali nocte totam ipſi Concordiam & Apocalypſim explicuit.*

ſcriptâ nocte ſimile aliquid contigiſſet; circa medium, ut opinor, noctis ſilentium, & horam quâ leo noſter de tribu Juda ſurrexiſſe æſtimatur à mortuis, ſubito mihi meditanti aliquid, quadam mentis oculis intelligentiæ claritate perceptâ, de plenitudine libri hujus, & totâ veteris ac novi Teſtamenti concordiâ revelatio facta eſt. *Eadem fere noviſſima verba ex Præfatione ad librũ Concordiæ profert Gregorius, ſed male ipſa referens ad tempus, quo Beatus in monte Thabor pernoctabat ante initam Religionem: quæ patet prorſus ſpectare ad tempora, paucis annis anteriora Vrbani Pontificatu, & ad initia ſuſceptæ ſcriptionis ſub Lucio pertinere.*

27 *Sed nec hac quidem vice, poſt prædictam in Caſamarii moram, incepta Concordiæ & Apocalypſis opera abſolviſſe* Joachimum; *verum in Curatium rediviſſe, circa finem anni* MCLXXXVII, *omnino exiſtimamus. Sublato enim* XX *Octobris è vivis Vrbano, nihil erat cur abſolvendo incœpto operi vellet porro inhærere, cum tanto monaſterii ſui incommodo, quantum Prælati diuturnior abſentia nata erat creare. Vrbano Gregorius* VIII *ſucceſſit, cum quo, menſium vix duorum Pontifice, nihil negotii ſcimus* Joachimo *fuiſſe. Huic autem ſuffectus primis anni* LXXXVIII *diebus Clemens, quem diximus, ubi ſe utcumque evolvit præcipuis novi Pontificatus curis, & ſextum illius menſem ingreſſus fuit; ſcripſit continuo ad Ioachimum*, per Apoſtolica ſcripta mandans, quatenus laboribus ſuis in hac parte, *ſcilicet jam nominatâ Concordiæ & Apocalypſeos, quas ſciebatur habuiſſe præ manibus*, optatum & debitum finem imponens . . . opus illud complere & diligenter ſtuderet emendare; & veniens quamcitius opportunitas dederit, diſcuſſioni Apoſtolicæ Sedis & judicio ſe præſentaret. *Ergo nihil moratus, mox ſe ad Pontificem contulit, nec expectandum duxit donec utrumque opus ex voto elimaſſet; ſed prompta obedientiæ ſtudio, quod abſolutum habuit, opus Concordiæ, devotus obtulit. Hinc benevolo erga ſe Pontifice uſus, videtur impetraſſe, ut Prælaturam abdicare omnino, & cum uno alterove comite poſſet ſolitariam vitam ducere. Hoc obtento, primum in Petra-latâ vivere cœpit, ſocium habens Raynerium: inde vero in Florenſem ſolitudinem ſe tranſtulit anno ſequenti, ſedemque fixit die* XVIII *menſis*

C

*an.* 1187, *reverſus Curatium*

*Clementis* 3 *hortatorias accipit:*

*eique opus Concordiæ exhibet.*

*Iulii. Ex dictis conſequens eſt, neque mirum eſſe, ſi Concordiæ opus finiatur in Vrbano, etſi fuerit non huic ſed Clementi præſentatum; neque dici poſſe quod opus Pſalterii*, non ibi *abſolutum ſit ubi fuerat inchoatum, ſed alibi* quaſi poſt duos annos, *mox à Ioachimi è Caſa-marii receſſu, fuerit per ductum ad finem, antequam Florenſis commoratio plane conſtituta haberetur.*

AUCTORE D. P.

28 *Scripſit poſt hæc omnia* Joachimus *ſingulares libellos, in Iſaiam & Ezechielem Prophetas, atque in S. Ioannis Euangelium, item de ſeptem Sigillis contra Iudæos, alioſque nonnullos; quos quoniam necdum potuimus videre, nequimus conſequenter ſtatuere quando fuerint exarati; num ſcilicet ante vel poſt fundatam Henrici Imperatoris beneficentia Florenſem Abbatiam. Commentarios in Hieremiam Prophetam habemus in noſtri Bruxellenſis Collegii bibliotheca, ex editione Colonienſi anni* 1577, *& in eorum cap.* 24 *legimus, cum ſcriberentur, in curſu fuiſſe annum Chriſti* MCXCVII. *Quia vero in eorumdem Commentariorum capite* XI, *videtur ſeipſum haud obſcure deſignare, ſub nomine* Doctoris, cui revelabitur ſententia Danielis; *conjecturam facimus, trium ſubſequentium annorum aliquo primùm inchoatum fuiſſe librum, qui ſuper illum Prophetam legitur à Ioachimo compoſitus. Alia quoque nonnulla, Prædicti Henrici Imperatoris rogatu ab eodem elucidata, huc referenda credimus; imprimis librum ſuper aliqua capita Nahum, Abacuch, Zachariæ & Malachiæ Prophetarum, ad eumdem Imperatorem. Quæ omnia cum prioribus tribus præcipuis operibus in unum collecta volumen, merito optamus excuſa videre, partim ex obſoletis editionibus Venetis, partim ex antiquis Mſs. nec ſcimus unde juſtius id ſperari poſſit, quam ex Dunenſi Brugis in Flandriâ monaſterio, ubi & viri docti ac curioſi rerum iſtiuſmodi ſunt, & complures ex libris prænotatis manuſcripti, ex quibus puriorem lucem accipere poſſent; quæ nunc multis Venetorum typorum mendis obſita ſqualent: maxime ſi collatâ aliorum ejuſdem Ordinis Romæ degentium operâ, ad bibliothecæ Vaticanæ aliarumq; almæ Vrbis manuſcripta iidem libri recenſerentur. Idem poſſet in Arragoniâ fieri, ubi in monaſterio S. Fidis, ſecundo lapide à Cæſar-auguſtâ, ſimiliter extare varia Abbatis* Joachim *Mſs. auctor eſt Carolus de Viſch Dunenſis, in præcitata Ciſtercienſis Ordinis Bibliotheca.*

*Dein Florenſe monaſterium condit;*

*& inter alia*

B

*an.* 1197 *ſcribit ſuper Hieremiam*

*tum in Danielem.*

*Varia ejus opera Mſs. Brugis.*

## §. IV. Quam ſolide catholiceque de myſterio Trinitatis Joachimus in Pſalterio ſcripſerit.

29 F

*Ioachimus in libro Pſalterii*

EST *ſanè in omnibus* Joachimi *operibus ingens & ſublimis ſpiritus, ſive cum profunda Scripturarum indagat, & ſenſus etiam occultiſſimos; ſive cum vitia, quibus obſitus erat Eccleſiæ ager imperterritus redarguit, ſuperventuraque propterea denuntiat mala; ſive cum ipſi Imperatori arguendo deſcribit, vel prænuntiat prophetando, præterita, præſentia & futura damna, per ipſum & ſucceſſores ejus Eccleſiæ juribus ac libertati violenter illata & inferenda. Verum in Pſalterio decachordo immenſum quantum ipſe ſe ſuperet, & quantâ verborum exemplorumque claritate myſteriorum omnium abditiſſimum elucidet; quanto etiam divinorum ſenſuum guſtu effundat ſeſe in Scripturarum loca eadem facientia, ac velut divinus quidam Pſaltes omnes creatæ cognitionis modos ad citharam ſuam pulſando accommodet: fortis interim & efficax adverſus Sabellii atque Arii hæreſes, quas validis divinorum librorum telis configit; eam etiam nonnumquam tangens, quam in Gilberto Porretano D. Bernardus confutavit, demonſtrans quaternitatem ab eo pro Trinitate induci, dum Eſſentiam divinam à tribus Perſonis diſcernere nititur, hoc paralogiſmo nixus (uti Lucius Turrianus ſcribit tomo unico diverſorum opuſculorum, opuſculo* 7 *diſp.* 1 *dub.* 1.) Si eadem res eſt Eſſentia & Perſonæ, ergo ſicut perſona Filii eſt incarnata & mortua, ita Divinitas: & ſi-

*contra ſolas Arii, Sabellii & Gilberti hæreſes diſputans.*

eut perſona Filii eſt genita, & Patris generans; eadem res, ſcilicet Eſſentia, dicetur generans & genita: *quod quia apparebat dici non poſſe, conſequens eſſe volebat, ut aliud eſſet Divinitas, aliud Deus ſive tres Perſonæ.*

AUCTORE D. P.

*clariſſimè docet*

30 *Iuvat autem hic paulo exponere fuſius ipſa* Joachimi *verba, & ex principio Pſalterii jam dicti colligere quædam, Catholicam veritatem ſolidiſſimè clariſſimèque continentia ac propugnantia. Igitur ſtatim ac ingreſſus in materiam eſt, velut diviniori quodam incitatus afflatu, ſic loquitur*: Quis eſt, *inquit*, Catholicorum omnium, niſi fruſtra ſibi nomen orthodoxorum adſcribat, qui hoc (*ſanctorum ſcilicet animalium acroama*, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens) diu noctuque non clamet? qui Deum omnipotentem non unum confiteatur & trinum? Omnes hoc una voce, una confeſſione fatentur. Eſt enim Deus unus, ſine confuſione Perſonarum; trinus in Perſonis, ſine diviſione Subſtantiæ ..... Hæc Subſtantia, quæ Deus eſt, una eſt, & ſummè una; &, ſupra quam dici poſſit, ſimplex eſt & una Natura. Nec negamus Trinitatem in unius confeſſione Subſtantiæ; ſed partium ſciſſiones, quas carnalis ſibi finxit intellectus, horremus. Veraciſſimè enim tres Perſonas hoc unum, & hoc unum tres Perſonas piè ac fideliter confitemur: Patrem à nullo, Filium à Patre, ab utroque Paraclitum: naſci ſolum Filium à ſolo Patre, Spiritum vero ſanctum ab utroque procedere. Tres itaque unum ſunt, & unum tres; non diviſi natura, ut terra, aqua & ignis; non perſonarum diſtinctione, ut tres homines ejuſdem naturæ; non ſitu locorum, ut ſtagnum & fluvius derivatus ab ipſo; ſed nec omnino ut omnia quæ creata ſunt; quia non poteſt opus opifici, aut factura coæquari factori ſuo, nec poteſt figmentum in eum qui ſe finxit operatione ſuſtolli.

B *unamtrium Perſonarum ſubſtantiam,*

*eamque nullaſimilitudine explicabilem,*

31 Quia tamen inviſibilia ejus, quæ exuperant omnem ſenſum, non poteſt infirmitas captivitatis noſtræ niſi per res viſibiles contemplari; ſtudeat ſaltem ſeipſum homo, cum de illa Majeſtate loqui cupit, ad creaturas nobiliores contemplandas extendere; ut eſt, in rebus viſibilibus, lux; & in inviſibilibus, propria quæ hæc cogitat anima. Et ſi ſeipſum homo comprehendere poteſt, inveniet in ſeipſo ſimilitudinem Dei: ſi etiam ſemetipſum comprehendere nequit, ſtudeat incunctanter credere ſpiritualibus viris, quibus datus eſt ſpiritus ſcrutans omnia, etiam profunda Dei, & ſuam imprudentiam ab hac temeritate compeſcat. Iniquum

C

eſt enim incircumſcriptum lumen corruptibilibus coæquare corporibus, quibus ſtultum eſt vel animam aut Angelum comparare: & ſatis eſt infidelis & improbus, qui ſeipſum diſcutere neſciens, Deum qui ſupra ſe eſt, ſicut vere eſt, comprehendere ſe poſſe ratione confidit. Non igitur Divinam ſubſtantiam, aut unum Deum, quem trinum eſſe audis, ſic in tres Perſonas diviſum putes, ut tria diviſa arbitreris, ſicut olivam, myrtum, & palmam, quæ diverſæ ſunt naturâ & genere: ſed nec ut tres olivas, quæ unius ſunt naturæ, ſed tamen corporum proprietate diſjunctæ: neque ut tres ramos, uni radici infixos, ut Subſtantiam radicem & tres ramos Hypoſtaſes arbitreris, juxta aliquorum perfidiam, quod eſt inducere quaternitatem: ſed ſi coactis aliquâ neceſſitate figura viſibilis accipienda eſt, ſaltem, quod nobilius eſt in rebus ratione carentibus, ipſam lucem accipiamus, quam conſtat iſtius veræ lucis qualemcumque habere imaginem.

*& prorſus induiduam Trinitatem:*

32 *Hinc progrediens eoſque redarguens, qui Eſſentiam dividere nitebantur à Perſonis; cum eos ſimilibus quibuſdam redarguiſſet, quorum aliqua inferius exponentur commodius, adverſus proſtratum errorem his verbis inſurgit:* O humana temeritas, quam cæca ſemper! o inimica ſemper humanæ pietati præſumptio! Si ſic exiſtimaſti ſimplicem divinam Subſtantiam, ut ſeorſim à Perſonis cogitaveris illam, Sabellium ſub Arrio palliaſti: ſi ſeorſim à Subſtantiâ tres Perſonas, Arrium ſub Sabellii palliatione excuſas. *Rurſum vero cum in formâ Pſalterii nonnullam Trinitatis ſimilitudinem requiſiviſſet; ne forte putaretur eam uſquequaque perfectam credere:* Diximus, *inquit*, ſuperius, quod & ſæpe dicendum eſt, quod ſimplici illi Naturæ, quæ Deus eſt.... non poteſt humanis verbis certa ſimilitudo aptari; quia neceſſe eſt ut cedat quantitas illi magnitudini, quæ quantitatem non habet; & viſibilis forma inviſibili Naturæ, & comprehenſibile corpus incomprehenſibili Deitati.... Quid igitur? cenſemus his omnino abſtinendum, ne aliter ſermo accipiatur?... Nequaquam .... ſed opitulante Deo, per Sanctorum orthodoxorum Patrum gradientes itinera, in quorum explanatione plures ſuſtinuerunt labores, confiteamur Deum unum, & ſumme unum; confiteamur trinum, & veraciter trinum: Patrem à nullo; Filium à Patre, non factum, non creatum, ſed genitum; Spiritum ſanctum ab utroque, non factum, non creatum, non genitum, ſed procedentem. Confiteamur eum ſic

D

*in quâ non ſit eſſentia diſtincta à Perſonis*

E

procedere à Filio, ut tamen hoc ipſum Filius à Patre habeat, à quo eſt, non donatione gratiæ, ſed ſimplicis unitate naturæ. *Poſt hæc ad Pſalterii formam triangularem, & ipſius unius tria cornua conſideranda digrediens; cum oſtendiſſet à ſingularitate differre unitatem, quod hæc non niſi in perſonis pluribus, ipſa in una ſola poſſit conſiſtere, de ſummâ fidei noſtræ iterum ſic concludit.* Credimus ergo hanc Subſtantiam, quæ una eſt, eſſe tres Perſonas, non unam tantum; ne ſingularitas, ſicut accidit Sabellio, occurrat pro unitate; & tres Perſonas unam Subſtantiam, ne ipſis tribus Perſonis diviſio ineſſe putetur.

*ſed tribus una communis, & eadem cum ipſis Deitas*

*ideoque veritas 3 Perſonarum*

33 *Denique poſt multa, ad ipſarum, quibus in hoc myſterio utimur, vocum ſignificationes deſcendens, cum Bernardo lib. 5 de Conſideratione; ut oſtendat non eſſe illas voces caſſas, neque vacua nomina; ſic concludit*: Quamvis Perſonæ ſecundum Subſtantiam dictæ ſint, & quamvis Eſſentia ſecundum Subſtantiam dicta ſit: hoc tamen intereſt, quod nomen Perſonæ pluralem admittat numerum, ita ut tres eſſe dicantur; Eſſentia, ut una trium modis omnibus execretur ſciſſionem. Non quia nomen iſtud habet hoc in proprietate ſui: ſed quod ita poſitum eſt à Patribus, ut eſſet quo reſponderemus hæreticis, quærentibus à nobis, Quæ tria, vel quod unum? (quamvis melius quæreremur; Quomodo unum tria, & tria unum?) quia non aliud eſt ibi unum, & aliud tria; ſed ad aliud: quia ipſe quidem tres Perſonæ ſunt unum, & hoc unum tres Perſonæ: & tamen ad aliud dictæ ſunt tres Perſonæ, ad aliud una Subſtantia vel Eſſentia. Quia illud dicitur, ut intelligantur etiam tres; iſtud, ut intelligatur, quod illi tres non ſunt à ſemetipſis aliquâ partium ſciſſione diviſi. Neque enim aliqua pars eſt ibi Pater, ſicut radix arboris, quæ quodammodo à nullo eſt; alia Filius, ut ſurculus, qui à radice, in quâ & manet; alia Spiritus ſanctus, ſicut cortex, qui pertinet ad utrumque: quia nulla corporalis imago poteſt ſummam illam exprimere unitatem, in quâ non eſt minus aliquid in ſingulis quam in tribus. Quamvis ſi illa tria, quæ propriis exprimuntur vocabulis, non ſunt tres arbores, ſed una arbor; quid mirum, ſi tres Perſonæ dicantur eſſe Pater, Filius & Spiritus ſanctus, & tamen unus Deus, una Eſſentia, una Natura?

F

*non autem Perſonæ unius ſingularitas.*

34 *Quibus per totam primam Diſtinctionem fuſe deductis, & magna auctoritatum, ſimilitudinum, rationum luce declaratis*; ſupereſt, *inquit in ſecundâ*, quærere

&

A & inveſtigare, quomodo totus Pater intelligatur eſſe in Filio, & totus Filius in Patre, & totus Spiritus ſanctus in Patre & Filio. *In tertia proponit*, ſubtili ſcrutatione penſandum, quomodo in Deitate Trinitatis, quidquid eſt potens, quidquid eminens, quidquid glorioſum aut felix, totum eſſe dicatur, credatur, & intelligatur cujuſcumque Perſonæ; ita ut plenitudo ipſa divinæ ſublimitatis non minor ſit in ſingulis quam in tribus; imo & quod trium eſſe dicitur, non per ſingulas Perſonas dividatur in partibus, ſed totum ſit integre ſingulorum; excepto quod proprium eſt Patris, eſſe Patrem; proprium Filii, eſſe Filium; proprium Spiritus ſancti, eſſe Spiritum ſanctum. *Inde ad eum articulum tranſiens*, ex quo pendet notitia Perſonarum; *trium in uno Pſalterio cornuum myſteria explanat, quartâ & quintâ Diſtinctione: in ſextâ proponit ordinem communis orationis, qua omnes fere Eccleſia preces circumſcribuntur, cum primam invocationem ad Patrem facimus; dein addimus*, Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum; *& concludimus*, In unitate Spiritus ſancti. *Ac denique, Diſtinctione ſeptima & ultima, contemplatur numerum & ordinem decem chordarum, unde* Pſalterium decachordon *nominatur. Atque ita* explicit liber primus, *qui proprie eſt*, de contemplatione Trinitatis. *Hæc ſumma doctrina, quam nobis, de ſubtiliſſimo Trinitatis arcano, divina irradiatus luce* Ioachimus *reliquit: poſt quam fruſtra ſit alia ejus ſcrutari opera, in quibus ex occaſione dumtaxat attingit, non ex profeſſo tractat materiam iſtam. Sic autem eam hic tractat, ut nihil diſputet, niſi contra antiquas Arrii aut Sabellii hæreſes; novatores autem aliquos (qui ab alterutra ægre ſeipſos poterant ſecernere, cum Deitatem ſive communem Naturam, à Perſonis diſtinctam, velut aliquid quartum, inducerent) tacitis dumtaxat nominibus arguit, eodem prorſus modo, quo tales ante ipſum arguerat S. Bernardus.*

*Argumentum reliquarum Pſalterii diſtinctionum eodem facit,*

35 *Quia tamen his non obſtantibus venire alicui formido poſſit, ne locis ſuperius productis fortaſſis quadret, quod de libello à ſe damnato dicit Concilium; & verba quidem ſententiæ Catholica, ſenſus hæreticus ſit, indicantibus eum adjunctis aliis manifeſte hæreticis; placet exhibere primum verba Concilii id in libello arguentis; deinde oſtendere, eas Scripturas atque ſimilitudines, quas in Libello ut perperam uſurpatas damnat Concilium, in Pſalterio neutiquam ſic uſurpari, ut redargui poſſint. Verba Concilii ſunt.* Quamvis concedat, *Auctor Libelli*, quod Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, ſunt una Eſſentia, una Subſtantia, & una Natura; unitatem hujuſmodi, non veram & propriam, ſed quaſi collectivam & ſimilitudinariam eſſe, fatetur;

*non uſpiam jam dictis contraria in Pſalterio docet Ioachim*

C quemadmodum dicuntur, multi homines unus Populus, & multi fideles una Eccleſia, juxta illud, Multitudinis credentium erat cor unum & anima una; & Qui adhæret Deo, unus Spiritus eſt cum illo; item, Qui plantat, & qui rigat, unum ſunt; & Omnes unum corpus ſumus in Chriſto: rurſus in libro Regum, Populus meus & populus tuus unum ſunt. Ad hanc autem ſententiam adſtruendam, illud potiſſimum verbum inducit, quod Chriſtus de fidelibus inquit in Euangelio, Volo, Pater, ut ſint unum in nobis, ſicut & nos unum ſumus: ut ſint conſummati in unum. Non enim, ut ait, fideles Chriſti ſunt unum, id eſt una res quæ communis ſit omnibus: ſed hoc modo ſunt unum, id eſt, una Eccleſia, propter Catholicæ fidei veritatem; & tandem unum Regnum, propter unionem indiſſolubilis caritatis: quemadmodum in Canonica Joannis Epiſtola legitur, Quia tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, & hi tres unum ſunt: ſtatimque ſubjungitur, Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis, & hi tres unum ſunt, ſicut in quibuſdam codicibus legitur.

*licet iiſdem cum Libello damnato Scripturis & ſimilibus utens;*

AUCTORE D. P.

36 *Scrutatus Pſalterium tria potiſſimum invenio loca, qua, ſi ſolum attendas verborum ſonum iiſdem & ſcripturis & ſimilitudinibus nituntur; ſed ſenſu & fine perquam diverſiſſimo. Nam quoad illud,* Volo Pater, *habetur id paulo poſt principium Diſtinctionis* 2, *ubi non quæritur*, quomodo unus Deus ſint tres Perſonæ, ipſique tres in una communi Eſſentia ſubſiſtentes, *quod fuerat in prima diſtinctione tractatum; ſed* quomodo totus Pater intelligatur eſſe in Filio, & totus Filius in Patre, *quorum eſſentialis beatitudo in indiviſione voluntatis conſiſtens, quadamtenus hominibus communicatur, per ſimilitudinem; imperfectiſſimam illam quidem, ſed talem tamen, quam etiam Chriſtus ſuis fidelibus optaverit commendaveritque. Locus ipſe ita habet:* Si de creatura dicitur aliquid, quod ſit bonum & felix; neceſſe eſt, ut dicatur verius de eo, qui ſine quantitate bonus & felix eſt, habens eſſentialiter in ſeipſo, quod communicet exterius Electis ſuis, ſive per imaginem & ſimilitudinem, ſive per gratiam. Quocirca, quia ipſe in unitate trinus eſt, quæſivit ſemper, & quæret, quomodo plures homines & diverſi populi convenirent in unum; ſciens, quod nulla poſſit eſſe felicitas, ubi E ſciſſio & diviſio eſt, omne enim regnum in ſeipſo diviſum deſolabitur. Inde eſt quod Filius orat pro Electis ſuis, ut ſint unum, ad ſuæ & Patris ſui ſimilitudinis unitatem, dicens ſic; Pater ſancte, ſerva eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, ut ſint unum, ſicut & nos. Et hoc quidem de Apoſtolis; deinde, poſt pauca quæ retulit, adjecit & ait: Non pro his rogo tantum, ſed pro eis qui crediturí ſunt per verbum eorum in me, ut omnes unum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipſi in nobis unum ſint. Et paulo poſt: Ego claritatem, quam dediſti mihi, dedi eis; ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus. Certe audivimus ex verbo veritatis, quomodo nos velit Filius eſſe unum, ad imaginem & ſimilitudinem illius unitatis, qua ipſe & Pater unum ſunt. Eſt autem veritas illa (*ſecundum quam ſimiles ipſis fieri poſſumus*) in ſpiritu, ſecundum illud quod ſcriptum eſt in Actibus Apoſtolorum, Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una: & ſecundum hunc modum unitatis accipiendum eſt illud quod Apoſtolus ait: Qui adhæret Domino, unus ſpiritus eſt, &c.

*quia iis utitur ſenſu plane diverſo:*

*ut patet ex locis ubi Chriſtus unitatem ſuis petit.*

37 *Item Diſtinctione prima, volens demonſtrare quod aliter dicatur* Unus, *aliter* Unitas; *eo quod τὸ* Unus *ſingularitatem importet;* Unitas, *id eſt* Unio, *pluralitatem, ſic diſcurrit Ioachim.* Et hoc, quod mirabile eſt, diligenter attende. Aliud ſonat Unus, aliud Unitas. Unum enim abſolute dici nequit, niſi de una perſona; Unitas vero proprie dici non poteſt, niſi de duobus ad minus. Neque enim cum jubemur conſiſtere in unitate ſpiritus, ad ſingularem perſonam referri poſſe credendum eſt; ſed ad populum, ad conventum, ad plebem. Cum enim dicitur abſolute, Unus eſt hic aut illic; Non eſt in loco illo niſi unus; perſonam incunctanter intelligo. Si vero dicitur, Unus eſt in loco, ut protinus addatur, Quaſi; poteſt Unus accipi de collectione multorum, ut Unus populus, Una plebs. Sic igitur cum dicimus, Pater, & Filius & Spiritus ſanctus; non audemus dicere, Unus ſunt; niſi conſequenter addatur, Deus. Si ergo dicimus, Tres Perſonæ unum ſunt, Catholica confeſſio eſt: qui autem dicit, Pater, Filius & Spiritus ſanctus unus ſunt, Sabellianæ hæreſeos aſſeverator efficitur. Conſtat igitur, quod neque Trinitas, neque Unitas de una Perſona ſimpliciter dici poteſt: ſed Trinitas dicitur, de tribus Perſonis;

F

*& Ioachim unitatem non niſi inter plures eſſe docet;*

AUCTORE D. P.

Unitas de Subſtantia una, non unius Perſonæ, ſed trium Perſonarum. *Vides, ut hæc, integre conſiderata, orthodoxa ſint quam quæ maxime, nec ullam habeant affinitatem ad doctrinam damnatam in Concilio, licet ex eiſdem Scripturis procedant.*

*aut quomodo alia ſit hujus vocis ſignificatio quam qua dicitur Trinitas.*

38 *Idem procul dubio judicabis de tertio loco, qui ſumi poſſet ex eadem prima Diſtinctione, cum dicitur*: Multum intereſt inter aſſignationem Trinitatis, & aſſignationem Unitatis, & non eodem pondere rationis demonſtratur utrumque. Non enim invenio aliquod quartum, quod poſſim oſtendere ſciſcitanti, quando oſtendimus illa tria: & ideo neceſſe habemus reducere mentis oculos ad tres illas Perſonas, in quibus aſſignavimus Trinitatem, & dicere; tria ipſa, eſſe Unum, eſſe unam Subſtantiam, unum Deum. Quomodo, (ut non rem ſimilem, ☞ ſed diſſimilem dicam) Tribus Juda, & Tribus Benjamin, & Tribus Levi, quæ remanſerunt filiis David in templo Domini, unus ſimul Populus dictæ ſunt. Neque enim cum dico, Unus populus, quartum aliquid aſſigno; ſed dico, quod unitas eſt in tribus illis; eo quod non ſint ſciſſæ à Domo David, quomodo reliquæ Tribus. *Quo ſane loco non ſtatuitur inter divinas Perſonas unitas ſolum ſimilitudinaria & collectiva, quod aliqua forte verba, accepta ſeorſim, & abſq; notata ab Auctore per appoſitam parentheſim diſſimilitudine facerent videri; ſed, uti ex totius ratiocinii contextu apparet, hoc ſolū oſtenditur; Vnitatem, ſive veram, inter tria relativa, quales ſunt tres Perſonæ divinæ; ſive ſimilitudinariam, inter tria abſoluta, quales ſunt tres ſupranominatæ Tribus; poſſe & debere intelligi, abſque eo quod quartum aliquod intelligatur; ita ſcilicet commune tribus in modo concipiendi & loquendi, ut tamen ab ipſis realiter diſtinguatur: nam de Rationis diſtinctione nulla hic eſt quæſtio, ut patet in exemplis allatis; cum alius ſit conceptus formalis trium Tribuum vel Perſonarum, alius unius Dei vel Populi.*

B

*Diſtinctionem rationis nominare inſueti Veteres,*

39 *Atque hic obſerva, eam Diſtinctionem, quæ à ſolo intellectu eſt, rem eamdem aliter atque aliter repræſentante, uti veri nominis Diſtinctio non eſt, ſed ſolum ſub quadam alienatione vocis, à ſuo primario ſignificato abducta; ſub ea tamen alienatione aptiſſima ad enodandas multas in Logica & Metaphyſica ipſaque Theologia difficultates; ita vix aut ne vix quidem antiquis Patribus nominatam fuiſſe. Hinc factum ut Gilbertus, & qui poſt ipſum, utendo voce Diſtinctionis, viſi ſunt aliquam realem diverſitatem inducere inter Eſſentiam & Perſonas, Deum & Divinitatem, paſſi-ſint à S. Bernardo aliiſque contradictiones tantas, ac pro hæreticis fuerint exploſi. Audi Bernardum lib. 5 de Conſideratione ad Eugenium*: Quid? inquiunt; Negas, Deum habere Divinitatem? Non: ſed quod habet, hoc eſt. Negas, Divinitatem Deum eſſe? Non: ſed non aliam quam quæ ipſe eſt. Si tu aliam inveniſti, adjuvet me Trinitas Deus, adverſus illam tota me contumacia erigo. Quaternitas orbem diſterminat, non ſignat Trinitatem. Deus, Trinitas eſt: Deus, trium ſinguli Perſonarum: ſi quartam adjicere placet Divinitatem, interim ego hanc, quę Deus nō eſt, perſuaſi mihi non adorandam. *Mirum porro videri non debet, ſi* Diſtinctionis *vocē, nunc inter Scholaſticos, etiam cum de Divinis loquuntur, uſitatiſſimam, vix aut ne vix quidem tolerabilem viſam dixerim antiquis, non niſi realem diverſitatem ea ſignificare ſolitis. Multa, olim aſpera & auditu dura, uſus & neceſſitas commodius explicandi conceptus noſtros lævigavit, etiam in myſterio de quo agimus. Quid enim hodie uſitatius quam* tres Perſonas, *appellare* tres Hypoſtaſes? & Hypoſtaticam *unionem, quæ naturam Humanam Verbo conjungit*? *Hæc tamen ſi tunc dicta fuiſſent, cum Latinis vox* Hypoſtaſis *putabatur* Subſtantiam *ſive* Naturam *ſignificare, Tritheitarum, in Deitate Ternionem adſtruentium; vel Eutychianorum, unam ex Divina & Humana in Chriſto naturam ſomniantium, inſinuaſſent errores. Poſtea autem cum Græci docerent,* Hypoſtaſim *aliud ſibi non eſſe, quam quod Latine diceretur* Subſiſtentia; *immeritoque ſe argui à Latinis, ſi quando* tres Hypoſtaſes *nominabant; & eoſdem urgerent ut ſecum loquerentur, qui idem ſecum profitebantur ſentire: S. Hieronymus tamen modis omnibus obteſtabatur S. Damaſum Papam Epiſt. 57,* ut tres Hypoſtaſes tacerentur, & una teneretur: quia tota, *inquit*, ſecularium litterarum ſchola nihil aliud Hypoſtaſim, niſi Uſiam, *id eſt Eſſentiam*, novit. *Econtrario Græci diu horruerunt*, Perſonæ *nomen multiplicare in Deo: quantumvis Latinis eos multum conciliare conatus S. Athanaſius, operoſe oſtenderet, notionem unam eamdemq; ſubeſſe utrique voci,* Hypoſtaſis *&* Perſona, *prout hanc Latini, iſtam ipſi multiplicabant.*

C

*horruerunt eam vocem in Divinis, realem intelligendo:*

D

*ſicuti olim tres Hypoſtaſes Latini,*

*& Græcè tres Perſonas.*

40 *Ex dictis ſatis liquido conſtat, quam pura & orthodoxa fuerit* Joachimi Abbatis *doctrina, circa myſterium ſanctiſſimæ & individuæ Trinitatis, ſaltem ultimis quindecim aut ſedecim vitæ annis, intra quos elaboratum Pſalterium fuit, quæcumque demum fuerit ſententia junioris. Et hoc poſito multiplex ſubnaſcitur quæſtio circa* Libellum, *citra controverſiam hæreticiſſimum meritoque damnatum in Lateranenſi; ipſiuſne revera, an alterius Auctoris,* Joachimi *nomine & auctoritate abuſi, ille fuerit: tum etiam extremane Patris ſui voluntati Florenſes ſatisfecerint, omnia ejus opera ac nominatim* Pſalterium *iſtud, unde certius ſciri ejus ſententia potuiſſet, Sanctæ Sedi offerendo; an vero ſolam ſubjectionis Epiſtolam, cujus ſolius Decretum meminit: ac denique quomodo in ea cauſa Florenſes ſe geſſerint, haud dubie præſentes Concilio etiam ipſi, & inter illos ipſe veroſimiliter Ioachimi Scriba Lucas, ſtatim à Sancti morte factus Conſentinus Archiepiſcopus. Verum nulla hactenus occurrente ratione, quæ omnibus omnino faciat difficultatibus ſatis, tantiſper ſuperſedendum mihi cenſeo diſquiſitione, non abſolute neceſſaria. Satis ſit dixiſſe, fruſtra hinc ſibi præſidium petere noſtri temporis Novatores, quaſi ejus pro quo depugnant Auctoris & Ioachimi ſimilis cauſa ſit. Nec enim dubitari volunt illi, quin ſui Auctoris liber ſit quem Pontifices damnaverunt: hi vero definitive pronuntiarunt, ſententias quinque ex eo ſumptas, à ſe confixas ſecundum Auctoris ipſius mentem, expenſam à ſe examinatamque. Quare prætermiſſis illis, tamquam nodum in ſcirpo quærentibus, & omnem Pontificiarum definitionum infallibilitatem ſuffodientibus etiam circa quæſtionem juris; ad alia tranſeo.*

E

*Exurgentes hinc circa Libellum in Lateran. damnatum quæſtiones, cur reſecanda ſint.*

## §. V. Propheticus B. Joachimi ſpiritus, veris rerum eventis comprobatus, in Henrico VI ejuſque poſteris.

F

41 *Multa de eo feruntur vel incerta,*

QVibus B. Joachimi *doctrina vel damnata hæreſeos vel ſuſpecta fuit, nihil mirum eſt eos aliter de prophetico ejuſdem ſpiritu locutos eſſe quam viri ſanctitas merebatur: quos antequam refellamus, operæ pretium eſt in paucis minimè ambigua ſed clariſſima veritatis exemplis, iiſque ex ipſius ſcriptis, non vero ex alieno relatu acceptis, manifeſtum facere, quam veracem illuſtrationem ſuperni luminis, præ humanæ præſagitionis incerto fulgore, fuerit vaticinando ſecutus: ut ex his quæ facta ſunt, de illis quoque quæ necdum evenere impoſterum ferri judicium poſſit. Non igitur utriuſque Siciliæ regno inauſpicatas Frederici atque Conſtantiæ nuptias, ut Ioachimi notatas vaticiniis; non infelicem Tranſmarinæ expeditionis ſucceſſum, prædictum Philippo Richardoque Franciæ & Angliæ Regibus, Meſſanæ ſub annum* MCXC, *aut Frederico Imperatori Veronæ ante quinquennium; non denique ipſius Henrici ex Conſtantia illa nati primam ad obtinendum maternum regnum expeditionem adverſus Tancredum irritam, & proſperum iterandi conatus*

*vel privatis perſonis data vaticinia:*

A *tus eventum, aliaque ſimilia in medium adducemus; quia hæc aliorum dumtaxat relatu, nec ſatis convenientibus ſcriptorum teſtimoniis novimus. Non etiam privatorum hominum caſus præviſos, aut ſecreta cordium manifeſtata attingam; quia horum vix minima pars notata eſt, & ſolius referentis fide nituntur. Sed res publice notas, & ab ipſomet* Joachimo *prius quam acciderent conſignatas ſcripto, adducam in probationem prophetici ſpiritus, quo fuit cunctis admirabilis; & Deo, ſoli præſcio futurarum, magnæ familiaritatis prærogativâ conjunctus apparuit.*

*publica & exipſiusmet ſcriptis certa ſunt,*

42 *Primus igitur veridicæ prædictionis teſtis nobis erit* Tancredus, *Rogerii Ducis filius nothus, præteritâ Conſtantiâ, ejuſdem Ducis ac deinde Regis prole poſthumâ, Rex electus à Siculis, & confirmatus ab Apoſtolicâ Sede; ad cujus jus videbatur devolutum Regnum, deficientibus ſexus maſculi heredibus legitimis, per mortem Guilielmi Mali, qui erat Conſtantiæ frater, & filii ejus itidem Guilielmi, ſed cognomine Boni. Huic* Tancredo *cum ſuſpectus eſſe cœpiſſet* Joachimus, *quaſi Henrici partibus contra ipſum favens, excanduit impotens iræ animus adverſus virum Dei, eaſque minas jacere auditus eſt, de quibus amicus quidam Meſſanenſis* Joachimum *admonens, hoc reſponſum accepit,* Nonis octobris *anno* MCXCI

B *quod prædixerit exterminandam Tancredi poſteritatem,*

*ſcriptum:* Accepi litteras tuas, ex quibus Tancredi Regis minas contra me & contra familiam meam intellexi: ſed præſidium Altiſſimi non modo ſervabit cœnobium patriamque meam, ſed omnia in bonum convertet. Suſcitabit ab Aquilone potentiam, & rurſum confringetur cornu ſuperbi: *quod nempe, in prima Neapolitani regni occupatione per Henricum, ut cumque fractum; comminutum eſt penitus, in ejuſdem Henrici reditu feliciori, cujus favore* Joachimo *& Florenſi Ordini ad votum ferme fluxerunt omnia.*

*litteris ad ipſum Regem datis:*

43 *Hoc autem multo clarius diſtinctiuſque ipſimet Tancredo denuntiavit; quando comminanti,* ſe brevi in utràque Siciliâ conſtructa cœnobia Ordinis ſui demoliturum, *anno* MCXCIII Nonis Julii, *reſcripſit in hunc modum:* Perlegi minacem epiſtolam Majeſtatis tuæ, cui numquam officere volui, ſed voluntatem Regis Regum Dei adimplevi. Hæc dicit Dominus: Egredietur rurſus ut ignis indignatio mea, & ſuccendetur Rex impius. Cadet qui ſedet in axe, & ob deſperationem tabeſcet. Nati ejus ſterilèſcent ferro, & oculi eorum igne perdentur, ut pereat memoria generationis ſuæ. Oro tamen inceſſanter, ut avertat Deus iram ſuam à Majeſtate tuâ, quam humillimè, ut par eſt, revereor. *Extat epiſtola utraque, nec non comminatoria Tancredi ad* Joachimum, *in libro Ms. Abbatiæ Florenſis, indeque profertur à Gregorio de Lauro cap. 32. Quam autem verax prædictio fuerit, annus mox ſubſequens declaravit, quando præmortuo primogenito eodemque regni jam conſorte Rogerio,* Tancredus *ipſe contabuit Februario menſe: & hanc ſuam occaſionem ratus Henricus in Italiam rediit, quidquid in ea Siculæ ditionis erat in poteſtatem redegit, Panormum menſe Decembri tranſiit,* Wilhelmum *Regem puerum, cum matre & ſororibus, ac præcipuis Normannicæ nobilitatis capitibus, fraude ac dolo cepit, & anno* MCXCV *in Alemanniam avexit; ubi excæcatum Wilhelmum Baronius ait: exectum alibi necdum legimus, credibile tamen facit iſte non inuſitatus huic Henrico ſævitiæ modus, Rogerio teſte exercitus in Margaritum Siciliæ Admiralem. Quin & Ioannes Caſinenſis Monachus, in Chronico Foſſæ-novæ apud Vghellum, generalibus terminis incluſiſſe videtur evirationem & excæcationem* Wilhelmi, *dum de ipſo ejuſque matre & ſororibus, in captivitatem abductis, ſic canit:* ——— Pueri cum matre ligantur..... *& poſt pauca:*

*prout anno mox ſecuto factum.*

C Lumine turbato puero, & poſt multa necato,
Mater & imbellæ binæ vixere puellæ.

44 *Sed iſta de Tancredo ex epiſtolâ privatim ſcriptâ habemus: quæ autem de* Henrico *Imperatore, ejuſque in Imperio ſucceſſoribus duobus, nec non de Henrici filio* Frederico II *vaticinatus eſt, ſuper Hieremiam ſcribens, publico totius orbis judicio expoſuit, & certiſſimo videmus eventu probata. Ita ergo ſuper Caput 4 commentans ait:* Tolletur Imperium poſt Henricum, cujus eſt liber iſte, & ad quem ſermo dirigitur juſſu ſuo, volentem ſcire myſteria Danielis .... Utrum autem inter Henricum hunc & heredem alius ſurgat, illi videbunt, qui ſupererunt: quia neceſſe eſt ut inter Balthaſſar & Nabuchodonoſor detur Imperium de pauperibus terræ, Regibus in modico regnaturis. *In Caput autem 20, ita ſcribit:* Vide autem tu (*Henricum alloquitur*) qui Vipera diceris, ne te pereunte morté-que prævento, Imperii latera diſrumpantur; & aliqui, quaſi duæ Viperæ, ad apicem poteſtatis aſcendant: & quaſi alter Evilmerodach unus eorum obtineat, qui in brevi tempore à morſu Reguli retro cadat.

AUCTORE D. P.

*Item Henrico IV mortuo ſcindendum inter duos ſucceſſores Imperium.*

45 *Annus agebatur, cum iſta ſcriberet* Joachimus MCXCVII; *& mox vaticinii ſui eventum vidit. Mortuus enim* Henricus *eſt anno ſubſequenti, die* XXX *Septembris; & ſciſſis in partes Electoribus pariter ad Imperiũ evecti ſunt,* Otho *Saxoniæ Dux, & demortui frater* Philippus *Dux Sueviæ; hic Moguntiæ, iſte Aquiſgrani coronatus. Hinc lites & bella per novem annos continua extitere, donec pax coaluit, traditâ* Otthoni *in uxorem Beatrice Philippi præmortui filia, cum titulo Romanorum Regis. Decem deinde annis ſuperſtes Otho, Imperium neque pacatum nec felix habuit.* Fredericus *enim,* Henrici *filius, quem Siciliæ Regno inveſtiendum ab Apoſtolicâ Sede paulo ante mortem curaverat pater, contra Otthonem ſe ſublevavit, imo & in Germaniam anno* MCCXI *venire non extimuit; obtinuitque anno ſequenti, ut in publicis Imperii comitiis Rex deſignaretur Romanorum; itáque paulatim invaluit ejus potentia contempto* Otthone, *ut hic demum ab omnibus derelictus expiraverit, anno* MCCXVIII *die* XV *Martii. Atque hoc eſt quod* à morſu Reguli retro caſurum *Otthonem prædixerat Vates, de quo Regulo,* Frederico *videlicet, ita fuerat eodem loco paulo ante vaticinatus:* Audi tu, Domine Imperator, & attende quod dicitur, De radice Colubri egredietur Regulus, & ſemen ejus abſorbens Volucrem. Tu enim es Coluber in via, *ob mala nempe Siciliæ & Italiæ illata, & ob dolos quibus Normanniã nobilitatẽ ipſumque Pontificem circumveniſti: ſed* Succeſſor *tuus, ſcilicet filius Fredericus, multo potentior futurus in eccleſiæ Romanæ ſubverſionem, erit quaſi* Ceraſtes in via: ſub quo, *apud matrem in puerilibus annis poſt tuam mortem in Sicilia deliteſcente,* ejus Imperium ſcindetur, *duobus ſimul ad Coronam electis;* & cadet Aſcenſor aliquis ad ipſum perveniens, *ſcilicet Philippus.* Tu enim, Henrice, velut Coluber tortuoſus, *ultro citroque ſerpens ex Germania in Italiam, tandem in Sicilia moriens,* educeris è regno: Succeſſor *autem tuus Fredericus, poſtquam adoleverit, de Sicilia, velut* de caverna ſua, exiliet; qui *in Germaniam veniens contra Otthonem, non tam armis quam præſentia ſua, quaſi Regulus ſeu Baſiliſcus,* intuitu ſuo omnia diſſipabit. Hic dicitur Ceraſtes, id eſt Cornutus: quia forſitan ad regna plura aſcendet. Vel timendum eſt, ne ungulam equi mordeat, lacerando Eccleſiam ſcilicet, circa extrema tempora ſua; & cadere faciat Aſcenſorem, ſummum Pontificem vel Prælatos, quaſi ceſſare [faciens] Principem opprobrii ſui, quia forſitan ſibi ſuam malitiam improperabunt: vel forſan cultum Dei imminuet, adhibitis ſibi cornibus gentium immundarum.

*Poſteà, Philippo occiſo, contra Otthonem ſine ſocio regnantem*

*etiam Pontificem conatus ſubvertere,*

46 *Nemo tam eſt eccleſiaſticæ incurioſus hiſtoriæ, quin, ſi modo primis eam guſtavit labris, noverit non tantum ſubrutum Imperium* Otthonis *machinationibus* Frederici, *qui primus eſt oraculi ſenſus: ſed &* Frederi-

E *quod item factum proximo à prædictione anno.*

F *inſurrexit Fredericus II, eoque ſupplantato,*

AUCTORE D. P.

dericianum ſchiſma *in Eccleſiâ ſuſcitatum, & Crucesignatorum pios conatus eluſos, primum diuturna cunctatione, deinde turpi fœdere inito cum Saracenis, Terra ſancta invaſoribus, quos etiam ex Africa in Italiam induxit: quæ duo per diſiunctivam* Vel *ſubnectuntur, copulativè autem capi etiam poſſunt. Sed abſque disjunctione paulo poſt loquitur, & illa Iſaiæ verba, quibus dicitur* Leæna, & Leo, & ex eis Vipera, & Regulus volans, *ſecundo loco interpretans* de afflictionibus Romanæ Eccleſiæ; Videtur *inquit, Eccleſia ſcilicet,* quadripartitam ab Imperio ſuſtinere jacturam. Et primo quidem ab Henrico primo Alemannorum Rege, quaſi à Leæna; ſecundo à Friderico Patre tuo, quaſi à Leone; tertio quaſi à Viperâ, à teipſo, Henrice; quarto quaſi à Regulo ſucceſſore tuo; qui idcirco volatilis dicitur, quia majoris dignitatis erit ceteris Regibus filiæ Babylonis. Quod ſi ita eſt, imo quia ſic futurum *(nota, non conjectantis, ſed propheticè aſſeverantis fiduciam, etſi modeſtiæ cauſa alias ſæpè utatur dubitativis particulis)* videtur quod in eo Imperiale faſtigium deficiat, *ſcilicet de familia Suevorum*; & protendatur vita ejus, non quaſi Imperatoris ſupremi, ſed quaſi Regis unius privati, intrà ſive in ſexaginta annis, in quibus neceſſe eſt dolorem & laborem perpeti Eccleſiam, tam ab extraneis quam à ſuis: *quos annos à Frederici electione, facta anno* MCCXII, *ad Rudolphum Habſpurgicum, anno* MCCLXXIII *electum, numerabit, quiſquis continuas Eccleſiæ & Imperii turbationes, ad illum uſque annum inter Electorum ſchiſmata protractas, conſiderabit.*

*& majorum ſuorum exemplo vexans Eccleſiam,*

B

47 *Poſthæc autem de* Frederico, *ad* Henrici *immediatos ſucceſſores ſe reflectens* Joachimus, *ſubjungit de Imperii ſciſſione prophetiam, verbis ſupra allegatis; &* Otthonis, *per Regulum ſubvertendi, expoſito lapſu, ſic de eo proſequitur.* Sanè ipſe Regulus altius volabit & latius, ut per cunctam Imperii latitudinem affligat Eccleſiam; & quaſi abſorpturus Volucrem, id eſt Eccleſiam, quæ ſolet deſignari per Columbam, in ſeipſo vel in ſemine, in templo ſedeat, quaſi Deus. Hic tamen interim blandietur facie, in principio ortus ſui *(quippe ut in caput 51 dicit;* Mamillis Sponſæ Agni lactandus, ſcilicet Eccleſiæ auxiliis, *qua eum primum ad Sicilia regnum adhuc infantem, virum deinde ad Imperium Romanum evexit)* ſed tempore procedente, velut alter Balthaſſar, abutetur in feminarum concupiſcentiis, Templi, ſcilicet Eccleſiæ, vaſis. Nam volatus ejus, etſi culpam inſinuet, tamen doloſe & invide ipſum innuit eſſe venturum: Verba, inquit, oris ejus iniquitas & dolus, quo uſque veniatur ad odium Mardochæi, *manifeſtam contra Pontificem Romanum rebellionem*; & ſit cor ejus contra teſtamentum ſanctum, *fœdus ſcilicet Cruce ſignatorum pro recuperatione Terræ ſanctæ*: quemadmodum Aman *contra populum Iudæorum.* Si enim quæris, ſicut & quæris, quis ſit finis ejus: Eſaias edocet, qui deſcribit: Cadet in gladio non viri, & gladius non hominis vorabit eum ... gladius ſcilicet non humanus, ſed gladius ſpiritus verbi; ut ſcias, quod ſine manibus conteratur & educatur de cavernâ Eccleſiæ. *Dira nempe anathemate, identidem variis de cauſis innovato, obſtrictus Fredericus; tandem in Concilio univerſali Lugduni, anno* MCCXXIV, *Imperiali exutus eſt dignitate, tamquam ſacrilegus, hæreticus, blaſphemus, & Eccleſiæ rebellis; exindeque totis viribus conanti Romanum Pontificem ſubvertere, & propalam Eccleſiam oppugnanti, retro abiit fortuna; donec tandem à Manfredo notho ſuo ſuffocatus interiit anno* MCCL, *turbarum plenum relinquens Imperium, quæ uſque ad Rodulphi Habſpurgici electionem anno* MCCLXXIII *factam perduraruni.*

*à quâ fuerat ſublimatus,*

C

*tandem Imperio privatus eſt,*

*ſententiâ Concilii Lugdunenſis,*

48 *Eamdem depoſitionem* Frederici *clarius etiam expreſſit Propheta, ſuper Caput* 4, *ubi Suevorum Imperatorum adverſus Eccleſiam ſacrilegos auſus, partim præteritos, partim futuros, deſcribit his verbis:* Prorſus futurum eſt, ut de Philiſthæâ, id eſt, Italiâ ſcandala ſurgant, quæ non tantum ſeipſos, ſed etiam Eccleſiam Romanam exturbent: quia de radice Colubri egredietur Regulus *(ſcilicet Fredericus Ænobarbus, prognatus filia Henrici ſenioris, qui in Eccleſiam ſchiſma per Antipapæ ſublevationem induxit)* & ſemen ejus Henricus Junior, & ceteri qui de ſuâ progenie vel propagatione procedent, *nempe Fredericus, Manfredus, Conradinus*: quorum cor erit ad affligendam Eccleſiam & delendum populum Chriſtianum, & maximè Clericorum: quia ſecundum quod legitur, Cor ferreum dabitur ei; & cum infidelibus habitatio, id eſt converſatio ejus, donec creſcant ungues ejus, filii & propinqui, in ſimilitudinem aquilarum volantium altius, id eſt extollentium ſe ſupra omne quod dicitur Deus, & ſupra quam credi poteſt univerſa devaſtet. Nec obſtat quod tranſlatum eſt regnum & imperium Babylonis à Nabuchodonoſor, & datum Evilmerodach: quia revera tolletur Imperium poſt Henricum *&c. ut ſupra num.* 44: *& poſtquam declaravit, quomodo nihilominus regnum Nabuchodonoſoris, id eſt Henrici reſtituendum eſſet Frederico ejus filio, addit futurum,* ut abutatur vaſis eccleſiæ, libertatibus, legatis, & fidelibus aliis, *quos ad Concilium proficiſcentes fraudulenter & violenter intercepit atque captivos habuit; & propter hoc aliaque graviſſima ſcelera,* videat manum in pariete deſcribentem, id eſt, ſententiam contra ipſum de Imperio corruendum; & velut alter Balthaſſar abutatur regno contra Samuelis imperium, imo contra Domini voluntatem, *Imperatoris titulo per annos* XXV *poſt ſuam abdicationem utens, & tyrannice regnans.*

D

*prout non uno loco clariſſimè*

E

*omnia & ſingula prædixit Ioachimus;*

49 *Atq, hac hactenus manifeſta omnia de* Manfredo, *Frederici II notho & Sicilia tyranno, poſt patrem adverſus Eccleſiam ſurrecturo, non ita manifeſtè. Videtur tamen etiam de illo prophetaſſe. Nam prater ſuperius dicta univerſim de totâ Henrici progenie, ad ipſum videtur nominatim reſpexiſſe, quando ſuper caput* 20 *Hieremiæ,* regno Siculo, tribulando atque anguſtiando, *adaptat quod dicitur Iſaiæ* 30, *verſu* 6, In terrâ tribulationis & anguſtiæ Leæna & Leo, ex eis Vipera & Regulus volans; *itáque ipſum Henricum alloquitur:* Quod ſi tu es Leo, Leæna Regina Siciliæ, *Conſtantia Henrici uxor,* ex vobis Vipera filius orietur, *Fredericus ſcilicet,* de qua *Vipera* eſt Regulus egreſſurus, qui ſub ſpecie pietatis, *legitimis Frederici beredibus, Conrado ac deinde Conradino, ſervandæ,* cultum Eccleſiaſticum immutabit; *utriuſque Sicilia regna trahens in rebellionem contra Eccleſiam, ipſoſque contra eam Saracenos immittens. Quæ aliaque ſimilia, hactenus ex pracitato ſuper Hieremiæ Caput* 20 *Commentario ſuperius prolata de Frederico, cum ſcripſiſſet* Joachimus, *nihil Henricum, quantumcumque erga ſe beneficum, & in cujus gratiam ſcribere aggreſſus erat, reveritus, ita concludit:* Si proſpera tibi annuntio vel adverſa, non ſatis timeo neque placere contendo: quia divini verbi conſilium non eſt hominibus alligatum.

F

*qui etiam videtur vaticinatus de Manfredo.*

*tyrannidem in Sicilià occupaturo.*

§. 6. De-

A

## §. VI. Deſtruuntur figmenta, quorum occaſione ſuſpectus quibuſdam fuit Abbatis Joachimi Propheticus ſpiritus.

50 *Ob præjudicium de ſanâ doctrinâ Ioachimi,*

*Enimvero tam certas determinataſque futurorum eventuum prænotiones, quales ſuperius explicuimus, quiſcumque attente conſiderabit; eum putamus, haud facile aſſenſurum ſcriptoribus, quamvis magnæ auctoritatis, qui, ob præconcepta adverſus ſanam* Joachimi *doctrinam judicia, credidere, ipſum iſtiuſmodi prævidiſſe,* non prophetico ſpiritu, ſed conjectura mentis humanæ, quæ aliquando ad verum pervenit, aliquando fallitur, *ut ait D. Thomas in 4 diſt. 43 qu. 1 art. 3 ad 3, addens,* ſimiliter videri eſſe de dictis Abbatis Joachim, qui per tales conjecturas de futuris aliqua vera prædixit, & in aliquibus deceptus fuit. *Salvâ enim ſancti Doctoris reverentiâ, perſuademus nobis, libros* Joachimi *levi dumtaxat oculo & mente præoccupata lectos ei fuiſſe, aut ne lectos quidem, ſed incerto relatu perlata ad ipſum in quibus prædicendis deceptus fuerit; vel in genere tantum ſecutum eſſe ſui ſeculi ſenſum, quo multa ſub* Joachimi *nomine circumferebantur, fictitia prorſus atque inania; quorum nugacitas efficiebat, ut ſuſpenſi hærerent ſapientiſſimi quique, quo loco haberent* Joachimum, *vel quid de ſpiritu illius ſtatuerent. Quanticumque enim eum facerent Florenſes ſui, plurimi tamen ob definitionem Concilii pergebant habere ſuſpectum de hæreſi; Florenſium æmulis Ciſtercienſibus haud ſegniter eam famam promoventibus, ad denigrationem eorum, quorum rigori ſua collata diſciplina, tantopere antea commendata, laxioris obſervantiæ eſſe videbatur.*

*ſuſpectus ſit illius ſpiritus,*

51 *Hoc tamen futurum, ſimul & mala ideo Ciſtercienſi Ordini obventura, prægnoviſſe ipſum* Joachimum, *ſuper caput 11 Hieremiæ ſcribentem, haud exiguâ veri ſimilitudine aſſeritur ab illius defenſoribus, totum autẽ locum quem huc diſtulimus, nunc exhibemus. Verba Prophetæ hæc ſunt:* Ad viros Anathoth, qui quærunt animam tuam & dicunt, Non prophetabis in nomine Domini, & morieris in manibus noſtris: propterea hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego viſitabo ſuper eos: juvenes morientur gladio, filii eorum & filiæ in fame, & reliquiæ non erunt ex eis: inducam enim malum ſuper viros Anathoth, annum viſitationis eorum. *Hunc autẽ locum ita exponit Ioachimus.* A quibuſdam Ciſtercienſium egredietur iniquitas hęc, ut Doctor ille (*quem antea prædixerat in judicio Eccleſiæ invidioſè traducendum atque damnandum*) non prophetet in nomine Domini; & in eorum manibus, id eſt operibus & conſiliis, moriatur, ſcilicet, reprobetur: *dum nempe prophetias ejus pro impoſturis irrident, & doctrinam velut hæreticam traducunt.* Sed quid inde ſequitur? Juvenes eorum *&c.* Juvenes ſunt Priores, filii Monachi, filiæ Monaſteria (*quæ Ciſtercienſibus per Filiationes à quinque Matribus procedentes diſtinguuntur*) vel Obedientiæ eorum. Primi, morientur in gladio reipublicæ, *inductis ſuper eos nempe Abbatibus Commendatariis:* fecundi, in fame doctrinæ catholicæ deficient; *dum ſcilicet mercenarii illi, ſe ſuoſque de bonis monaſteriorum impinguantes, Monachis vix neceſſaria relinquent victui, nedum de ſacratum litterarum ſtudiis excitandis promovendiſque laborabunt:* reliquiæ Ordinis, in defectum regularis obſervantiæ. Inducam enim malum ſuper viros Anathoth, ſcilicet ſuper Prælatos majores Ciſtercienſium, annum viſitationis eorum, ſcilicet tribulationis immiſſæ.

*Ciſtercienſibus æmulis ipſum deprimentibus*

C

*quos prædixit puniendos per Commendas,*

*tempore ſchiſmatis introducendas.*

52 *Quam gravis ea calamitas fuerit totâ quidem Italiâ, ſed maxime in regno Neapolitano atque Calabriâ; quot monaſteria deſolaverit, ipſumque imprimis Curatienſe, unde egreſſus* Joachim *fuerat; norunt, qui ſtatum monaſteriorum ibidem, ante excogitatas introductaſque tem-*

*pore ſchiſmatis Commendas, ex libris norunt, & cum præſenti tempore conferunt; ut nihil ſit opus pluribus id exaggerare, quod fecit plus quam ſibi expediebat Gregorius de Lauro toto Cap. 54. Hic autem addo, falſa illa judicia, quæ pene omnem* Ioachimo *detraxere auctoritatem; non tam ex libris ab eo ſcriptis, & oculo haud ſatis æquo lectis fuiſſe nata; quam ex plurimis figmentis, quæ ſub nomine ejuſdem circumferebantur, tamquam vaticinia celeberrimi Prophetæ. Talia enim cum humana curioſitas late vulgaret, varieque differmaret etiam ipſa verâ, quæ multis falſis permiſcebantur; eveniebat, ut eorum ſucceſſu temporis detecta falſitas, etiam homines cordatiſſimos, nihil habentes cauſæ cur illa putarent* Joachimo *affictâ, abduceret in errorem; tanto majora indies ſumpturum incrementa, quanto paulatim obſcuranda magis eſſet* Ioachimi *ſanctitas, & recta in rebus fidei mens. Neque tantum ipſo mortuo talia ſunt conficta, ſed etiam vivente adhuc atque florente. Ita apud Rogerium Hovedenum, ejuſdem ævi ſcriptorem in Angliâ, legimus, quod Anno* MCXC, Richardus Rex Angliæ, *cum Philippo Rege Franciæ Meſſanæ agens, donec in Terram-ſanctam tranſmitterent,* audierit per famam & multorum relationem, quod quidam vir religioſus erat in Calabriâ, dictus Ioachim Abbas de Curatio de Ordine Ciſtercienſi, habens ſpiritum propheticum, & ventura populo prædicabat; miſitq; pro eo, & libenter audiebat verba prophetiæ ejus: eruditus enim vir erat in Scripturis divinis, & interpretabatur viſiones B. Ioannis Euangeliſtæ, quas ipſe Ioannes narrat in Apocalypſi, in quibus audiendis Rex Angliæ & ſui multum delectabantur. *Quomodo autem explicabat? Inſanus ſit, qui exiſtimet aliter explicaſſe, quam fecit in eò quod ſuper Apocalypſim ſcripſerat opere. Interim tamen aulica quædam muſca, ex iis ſcilicet qui videri volunt omnia ſcire & noſſe, totius velut doctrinæ Synopſim perſcripſit in Angliam, qualem poſt citata verba Hovedenus tranſcripſit; addens (quod nuſquam vel per umbram in* Ioachimi *operibus leges, ſed contrarium potius) Saladinum, qui tunc Hieroſolymam tyrannus occupabat, in proximo illam perditurum.*

AUCTORE D. P.

*Inter cetera Ioachimo affictæ eſt,*

*libenter audienti expoſitionem Apocalypſeos,*

53 *Tum vero quia fama ſpargebatur, id quod etiam Bellovacenſis atque alii referunt, conſultantibus de ſucceſſu expeditionis Regibus* Joachimum *reſpondiſſe,* quod nondum adeſſet tempus recuperandæ Hieroſolymæ, adeoque Chriſtiani non multum eſſent eâ expeditione profecturi: *id ne delatum in Angliam exanimaret populum, finxere aulici aſſentatores, qui politicos tunc ſe maxime credunt, cum rumoribus, quos veros aut eſſe aut haberi profit rebus agendis, opplent creduli vulgi aures; finxerunt, inquam,* Joachimum *à Rege interrogatum, quando futura eſſent illa de Saladino, reſpondiſſe;* quando ſeptem anni elapſi erunt à die captivitatis Jeruſalem, *adeoque circa finem anni* MCXCIIII: *capta enim illa fuerat anno* MCLXXXVII IV *kalend. Octobris. Adhæc ſubintuliſſe Regem:* Ergo, quare venimus huc tam cito? *Cui* Joachim *reſponderit:* Adventus tuus valdè neceſſarius eſt: quia Dominus dabit tibi victoriam de inimicis tuis, & exaltabit nomen tuum ſuper omnes Principes terræ. *Quod purum putum eſſe commentum,* Joachimo *affictum, ad ſpem bonam Anglis immittendam, nemo dubitabit; qui infeliciſſimam Fortunam Richardi, in eâ expeditione victi captivatique, conferre volet cum indubitatâ ſanctitate* Joachimi, *qua nollet Regem in tanti momenti negotio falſa revelationis prætextu decipere. Apud nos certè plus fidei obtinet Ioannes Bonacius Florenſis Monachus, & beato Abbati perquam familiaris; qui cum dixiſſet, Tancredum, cum duobus Regibus ſacræ expeditionis ſociis, audito* Joachimi *reſponſo fuiſſe turbatum, addidit,* interfuiſſe præter ipſos *colloquio illi* D. Petrum Kalà, Theologum & conſanguineum Regis Richardi: qui D. Petrus, nimis turgidus & elatus, ob immenſam ſcientiam & ſanguinem Regalem, irâque

*dixerit recuperandam brevi Hieroſolymam,*

E

*quod Regi Angliæ,*

*ipſique felicisſimam ſo reexpeditionem illam;*

*cum planè contrarium dixerit.*

irâque excandeſcens, ait: Numquid aliquid boni
AUCTORE ex cuculla? Tunc ſanctus Abbas procidens in fa-
D. P. ciem ſuam, iracundi Prælati pedes deoſculatus eſt: Petrus vero ſtatim Angelum videre ſibi viſus eſt, à terris Abbatem Joachim elevantem: & audivit vocem dicentem, Sibi veritatem revelat Deus. *Ita Bonacii verbis Gregorius cap. 29.*

54 *Nihilo majoris fidei eſt, quod in eadem Hovedeni narratione ſequitur*: De Antichriſto dicit idem Joachim, quod jam natus eſt in civitate Romanâ, & in Sede Apoſtolicâ ſublimabitur: & de iſto Antichriſtro dicit Apoſtolus, extollitur ſuper omne quod dicitur Deus. Et converſus ad eum Rex ait: Putabam quod Antichriſtus naſceretur in Antiochiâ, ſive in Babyloniâ, de progenie Dan, & regnaret in templo Domini, quod eſt in Hieruſalem *&c. Oblitus eſt ineptus relator ſaltem congruam* Joachimo *reſponſionem fingere: ſed quod ille neglexit in ipſius ſcriptis requirentes, primum nullam Roma nati aut naſciturі Antichriſti invenimus mentionem: de Antichriſto vero non aliud quam hoc ipſum, quod aſſerit Epiſtola* 1 *Joannes Euangeliſta*: Filioli, noviſſima hora eſt: & ſicut audiviſtis, quia Antichriſtus venit: & nunc Antichriſti multi facti ſunt. Quod idcirco dicit, *inquit Joachim ſuper Apocalypſim parte* 1. *cap* 1 *textu* 3, ut quo magis appropiat dies ultimus, eo magis pſeudo-chriſtos & pſeudo-prophetas crebreſcere ſciamus in mundo: *& parte* 3 *cap.* 9 *textu* 13. Non unum Antichriſtum aut unum pſeudo-prophetam prædixit Chriſtus, ſed multos: *& parte* 4 *cap.* 13 *textu* 9. Nonnulli Doctorum Regem undecimum nominant Antichriſtum ... quod mihi ideo verum videtur, quod unus eſt draco, ſed multa capita: & malitiam quam non complet in uno Antichriſto, complebit in alio; & qui deterior eorum erit, ipſe dicendus eſt maximus Antichriſtus. *Qui ita ſentiebat, & ſentiebat rectè; præноſcebat autem quanta mala imminerent Eccleſiæ ſub Henrici Imperatoris ſucceſſoribus, ut ſupra demonſtratum eſt; nil mirum profecto, ſi de propinquo Antichriſto (qualis revera futurus Fredericus erat, intra triennium à memorato ſupra Regum conventu naſciturus) multa loqueretur; & de noviſſimo tempore, velut jam præſente, ad imitationem Apoſtoli, ſecundum ſenſum quem parte* 3 *cap.* 6 *textu* 11 *expreſſerat.*

55 Sane, *inquit ibi*, in verbo illo quod dixi de extremi judicii die, pium efflagito auditorem; tam ſcilicet in hoc loco, quam in aliis, ubicumque me contingit de eo fore locutum. Volo enim illum ſcire, duobus modis accipi diem ultimum, & diem judicii. Accipitur enim largo modo, pro quodam incerto tempore, ut apertè aſſerit Auguſtinus in libro de Civitate Dei: & accipitur ſtricto modo, de concluſione ipſius temporis; quando conſummatis cunctis myſteriis, ibunt impii in ſupplicium æternum, juſti autem in vitam æternam. Si ergo largo modo accipitur, poteſt quidquid dicitur in hunc modum, ad diem noviſſimum incunctanter referri, id eſt, ad extremum ultimum & noviſſimum tempus. *Et ibidem cap.* 10 *textu* 3. Quis ſcit, inquit, quantum debeat durare tempus illud, quod dies noviſſimus in Scriptura vocatur? ..... Quando autem ſic accipimus ultimum diem, debemus ipſum ultimum diem, ultimam, hoc eſt ſeptimam, æſtimare ætatem. Ut enim dies ſeptimus, hebdomadæ finis eſt; ita ultima ætas, quanticumque ſit ſpatii, finis eſt mundi. *Hæc ibi, tantum abeſt à vero, ut in libello ſuper Apocalypſim (quod ait Bellovacenſis præcitatus, & præ ceteris notabile atque ſuſpectum habet)* mundi diffiniat terminum; & infra duas generationes, quæ juxta ipſum (*Ioachimum*) annos faciunt ſexaginta, arbitretur implendum. *Ex eo tamen quod hæc Ioachimo Bellovacenſis impingat illo loco, ubi dicti operis ſummam quamdam exhibet; facile apparet, quam male informati de* Ioachimi *ſcriptis illius temporis Doctores eſſent, interq; ipſos etiam D. Thomas, Bellovacenſi coævus, & paria ſentiens de libris illius, vel alieno ſolum relatu cognitis, vel cum ejuſmodi quale ſuperius diluimus præjudicio lectis.* D

56 *Atqui tunc notior eſſe poterat doctrina contenta in opere illo, variorum manibus deſcripto, quam cum illam adhuc recentem ex ipſius dumtaxat ore audirent Angli Francicique Prælati, Reges ſuos ad bellum ſacrum comitati. Ideoque facile credimus verum eſſe, quo ſuam relationem Hovedenus concludit*: Licet Abbas de Curatio, hanc ſententiam de adventu Antichriſti proferret, (*nempe qualem hic exhibuimus, non qualem ipſe credidit mendaci relatori*) tamen Walterus Rotomagenſis Archiepiſcopus, & Archiepiſcopus de Apamiâ, & Gerardus Exonienſis Archiepiſcopus, & Ioannes Eboracenſis, & Ioannes Bajonenſis Epiſcopi, & alii viri Eccleſiaſtici, in divinis Scripturis bene eruditi, nitebantur probare in contrarium. Et quamvis multa veriſimilia hinc & inde proferrent, tamen adhuc ſub judice lis eſt. *Hæc Rogerius: quorum præcipua Baronius perſtringens*: Auctor, *inquit ipſe*, qui tunc illa ſcribebat, veritatem ab eventu jure fore noſcendam aſſerens, ex eo plane longe diverſo ab ipsâ prædictione convicit, toto cælo Ioachim pſeudoprophetam fuiſſe. Quando autem ſententiam condemnationis acceperit & ipſe & ejus ſcripta, ſub Innocentio III, ſuo loco dicetur. *Quibus* B. Joachimo *uſque adeo injuriis, nec ſatis cum ſcriberentur penſitatis, aliter non reſpondemus, quam optando ut ad Annales eccleſiaſticos proſequendos ulterius vita & otium Baronio ſuffeciſſent: vix enim dubitamus, quin pro ſua ingenuitate emolliſſet ſententiæ præcipitatæ rigorem: ut enim, tum ex ipſo Concilii Decreto, tum ex Pontificum conſequentium Bullis cognoviſſet, unicum dumtaxat qui ſub nomine* Ioachimi *ferebatur libellum fuiſſe damnatum, idque citra pratitulati Auctoris notam; ita fortaſis etiam ad ipſam Apocalypſeos expoſitionem legendam aliquando applicuiſſet animum, agnoviſſetque, quam falſis præjudiciis plerique ejus accuſatores nitantur.*

## §. VII. Quid de Joachimi circa Antichriſtum doctrinâ ſenſerit Adam Perſeniæ Abbas, quid Theoloſphoro Eremitæ fuerit cœlitus revelatum.

57 EX *dictis porro conſtitui poteſt, quæ fides adhibenda ſcriptori Anonymo, cujus opus Ms. Pariſiis extans in Bibliotheca S. Victoris, ab Hippolyto Maraccio allegatur ante Mariale* Adæ Abbatis Perſenię, *& cujus ab eodem hæc iſtic verba laudantur*: Hac tempeſtate extitit quidam Abbas non longe ab Urbe Româ (*ſi hoc dici poteſt de intervallo plus quam centum miliarium*) Ordinis Ciſtercienſis, ſed Ciſtercienſibus minimè ſubjectus: qui quamdam Expoſitionem ſuper ſeptem Viſiones Apocalypſis edidit, acceptâ divinitus, ut ajunt, ſapientiâ; cum ferè eſſet illiteratus &c. (*Ioachimum Abbatem haud obſcurè deſignat, quamvis ille non ſupra ſeptem Viſiones dumtaxat, ſed ſupra totam Apocalypſim ſcripſerit, nec ita illitteratus fuerit, ut dicebatur*) Dicit autem quod anno MCXCIX incipiet ſexta Viſio, & ſexti Sigilli apertio: ſub quâ Viſione probat auctoritate Apocalypſis, quod complebitur omnis Antechriſti perſecutio, & ejuſdem mors & perditio: ſed ante ejus perſecutionem dicit Euangelium ubique prædicandum, & Eccleſiam fidelium per omnes gentes dilatandam. *Dicit ſane hoc poſtremum, & dicunt cum Ioachimo Catholici omnes: ſed annum, quem nominare dicitur*

*Idem quod jam tum Romæ natus eſſet Antichriſtus;*

*tum Romæ nuſquam meminerit,* B

*nec niſi in ſenſu Apoſtoli*

*de Frederico 2 ut Antichriſto futuro loqueretur:*

*de noviſſimo autem die in ſenſu Auguſtini,* C

*prout in determinati ſpatii tempus ſonat:*

*quod minimè ad annos 60 reſtrinxit.*

*in illo ipſo tamenetiam habuit contradictores*

*& Baronium Hovedeni ineptiis credulum.*

E

F

*Non dixit Ioachimus, ſextam Viſionem Apocalypſis inchoandam an. 1199.*

A *dicitur nuſquam nominat, illo quem ſupra citavimus Textu II, à quo uſque ad finem partis 2 agitur de ſexti Sigilli apertione:* Sextam autem ætatem, *vel ipſo Bellovacenſi teſte, non ab anno illo* exorditur, *ſed* à Chriſto nato. *Pergit porro prædictus Auctor, pari utique levitate qua ſcripſit priora.* Hic Romæ interrogatus à venerabili viro, & in Dei verbo facundiſſimo & æquè religioſo, Abbate Perſeniæ, quonam auſu talia prædicaret? an ex prophetiâ, an ex conjecturâ ſeu revelatione? reſpondit, ſe neque prophetiam neque revelationem de his habere: Sed Deus, inquit, qui dedit olim Prophetis ſpiritum prophetiæ, mihi dedit ſpiritum intelligentiæ, ut in Dei ſpiritu omnia myſteria ſacræ Scripturæ clariſſimè intelligam; ſicut ſancti Prophetæ olim intellexerunt, qui eam olim in Dei ſpiritu ediderunt. Requiſitus autem ab eodem Abbate, quid ſentiret de Antichriſto; reſpondit ipſum jam eſſe adoleſcentem: quod reſponſum Adam confutavit.

*nec Adamo Ab. Perſeniæ Antichriſtum jam eſſe adoleſcentem:*

58 *Confutaverit Adam* Joachimi *doctrinam eo modo, quo ipſam confutavere prænominati Epiſcopi; dum quiſque in ſuo ſenſu abundat: non tamen confutaſſe credemus reſponſum, quale hic dicitur è Ioachimi ore manaſſe. Eſto enim poſt natum* Fredericum *horum duorum Abbatum Romæ congreſſus fuerit, quem mallemus ad Ordinis Florenſis initia paulo poſt annum* MCXC *referre*: Fredericum *quidem potuit Ioachimus* Antichriſtum *futurum dicere, ſed dicere non potuit* Adoleſcentem; *qui, cum ipſe anno* MCCII *moreretur; non niſi octavum annum ætatis expleverat. Adamum tamen non redarguimus; quia illum loquendi modum, de judicio ut proximè futuro, licet multis ſanctorum Patrum uſurpatum; itemque de qualicumque Antichriſto quamvis in Scripturis fundatum; nō probavit: nam modus iſte loqendi puſillis animis & vulgo, diverſos Scripturarum ſenſus diſtinguere neſcio, ſed conſueto pro famoſiori ſignificato accipere voces iſtiuſmodi, ſcandalum poterat generare. Sic* S. Bernardus *ſignificat ſe* B. Norberto, *in ſimili materiâ haud uſquequaque potuiſſe aſſentiri, ſic ſcribens, in epiſtolâ* 56: Ante hos paucos dies faciem ejus videre, & de cæleſti fiſtulâ, ore videlicet illius, plurima haurire merui ..... cumque de Antichriſto inquirerem quid ſentiret; durante adhuc ea quæ nunc eſt generatione revelandum illum eſſe, certiſſimo ſe ſcire proteſtatus eſt. At cum eamdem certitudinem unde haberet ſciſcitanti mihi exponere vellet; audito quod reſpondit, non me illud pro certo credere debere putavi. Ad ſummam tamen hoc aſſeruit, non viſurum ſe mortem, niſi prius videat generalem in Eccleſiâ perſecutionem. *Et vidit: nam, ut recte Gregorius de Lauro pag.* 165, *ſciſſis inter Cardinales ſtudiis, anno Domini* MCXXX, *vacante per obitum Honorii II Sede, pars Gregorium Papareſcum ſub nomine Innocentii II, pars Petrum Leonis ſub nomine Anacleti II Pontificem delegere. Hujus enim ſchiſmatis cauſa, ingentem Dei Eccleſia perſecutionem ſuſtinuit; quatuor utique annis cœptam, antequam è vivis migraret* Norbertus, *anno* MCXXXIV *mortuus, & per decennium fere continuatam; longeque acerbiora ſuſtinuiſſet, niſi idem ſanctiſſimus* Bernardus *ſe pro vero Pontifice medium intuliſſet.*

B *fortè hic illius loquendi modum improbavit,*

*in Anacleto antipapâ tamen verificatum,*

59 *Ut ergo ſalva* S. Norberti *reverentiâ, ab eo innoxie diſſenſit* Bernardus; *ſed poſtmodum, minimè fallaci ductum ſpiritu, ex iis quæ ſunt ſecuta haud dubiè cognovit: ſic &* Adamus, *Perſeniæ Abbas, potuit ab Abbate* Joachimo *diſcedere; donec res ipſa comprobavit, quo & quam vero in ſenſu prophetia illius adimpleretur; maximè cum diſſimularet Prophetiæ donum, illudque ſub minus ſpecioſo nomine Spiritus intelligentiæ occultat. Nam quæ prædixit, in* Friderico *hujus nominis II impleta eſſe nemo negaverit, niſi aliquis Pontificio nomini parum æquus: adeo ut merito admiremur, quomodo Ioanni Trithemio, Spanheimenſi Abbati, in opere de Scriptoribus eccleſiaſticis, exciderit hæc de* Ioachimo *cenſura*: Ut propheta ſuo tempore habitus, etiam futura prædicere conatus eſt: ſed mihi videtur (ut ſalvâ opinione ſuâ vel ſuorum loquar) ex conjecturis Scripturarum illum magis locutum, quam prophetaſſe. Nam, ut de ceteris interim taceam, Fredericum Imperatorem hoſtem Eccleſiæ futurum ſomniavit: quem omnes novimus uſque ad mortem pacificum & Romano Pontifici ſubjectum & fidelem perſeveraſſe. *Fortaſſis ætatem* Ioachimi *ignorans Trithemius hoc impegit, & neque Henricum Aucupem ab aliis quoque in numerandis Imperatoribus præteriri ſolitum, neque Henricum Thuringiæ & Haſſiæ Lantgravium ſubrogatum Frederico viventi & uſque ad mortem ſe pro Imperatore gerenti, numeravit; itáque factum fuerit, ut Henricum Luxemburgium ſextum hujus nominis faciens, eum eſſe crediderit, cui Ioachimus librum ſcripſerit hoc principio,* Piè petis aliquid: *atque adeo putaverit ea, quæ legebat de Henrici ſucceſſore operibus* Ioachimi *inſparſa vaticinia, ad* Fredericum Auſtriacum, *ejus nominis Tertium ſpectare; idque eo facilius, quod etiam poſt Henrici Lutzemburgii mortem diviſis Electorum votis, Ludovicus Bavariæ Dux Aquiſgrani electus & coronatus fuerit, & Bonnæ ab altera parte Fredericus jam dictus.*

*ſed non ſic ut perperam Trithemius intellexit.*

E

60 *Vt ut eſt; non debet contra* Ioachimum *recipi tam evidenti errori innixum Trithemii de illo judicium, ſed neque Abbatis Porſenienſis diverſa ab eodem ſentientis auctoritas tanta eſt, ut non æque magnæ aut majoris ſanctitatis viris probatus fuerit ſpiritus Ioachimi. Atque ut S. Cyrillum Carmelitam taceam, cujus Vitam dedimus* VI *Martii, turſumque de eo in ipſa* Ioachimi *Vitâ egimus; egregium de* Ioachimo *cœlitus teſtimonium accepit* Theoloſphorus *quidam; aliis* Teleſphorus; *raræ virtutis Eremita, & a Conſentinis ſcriptoribus Beati titulo honoratus; idq; expreſſis in opere* de magnis tribulationibus & ſtatu Eccleſiæ; *quod Angelico mandato compoſitum Vincentius Bernalius typis dicitur ediditſe, ſed a Fr. Ruſticiano abbreviatum. Illius autem apud Gregorium de Lauro pag.* 255 *hæc eſt atteſtatio, de factâ ſibi revelatione.* Univerſis & ſingulis fidelibus perſonis, eccleſiaſticis & ſecularibus. Humilis Frater Theoloſphorus de Cuſentia, pauper Presbyter & Eremita prope Thebas (*Lucanas ſcilicet, Plinio ſic dictas à Lucio conditore: cujus olim celeberrimæ urbis veſtigia extare in arce, cui* Caſtelluccio *nomen, in Calabriâ ſuperiori ad Coratium amnem, perſuaſio tunc inter eruditos erat*) humiliavit ſe ſub divinæ potentiæ majeſtatis, & ipſius gratiâ & gloriâ. Cum triſtus & dolens de malis inſtantis ſchiſmatis, Eccleſiæ occurrentibus & veroſimiliter occurſuris, manſuetiſſimum Dominum cum magnâ jejuniorum & lacrymarum copiâ ſæpius humiliter exoraſſem, quatenus inſtantis ſchiſmatis cauſam, & quis ipſo ſchiſmate durante (*duravit autem ab anno* MCCCLXXVIII *ad* MCCCCXV) aſſerentium ſe Summos Pontifices, verus Pontifex ſit, & quis Pſeudopontifex exiſteret; ipſiuſque ſchiſmatis qualem finem habebit, & quomodo finito ſchiſmate Dei Eccleſia regeretur, ipſe Dominus mihi ſervo ſuo oſtendere dignaretur.

*Ioachimi ſpiritum S. Cyrillus Carmelit. probavit &*

*& Theoloſphorum eremitam,*

F

*de exitu ſchiſmatis ſolicitum,*

61 Anno à nativitate Domini MCCCLXXXVI, circa auroram Reſurrectionis præfati Domini noſtri, mihi dormienti leviſſimè & quaſi ex hoc ſtupenti, accidit videre unum Angelum Domini, virginei vultus & altitudinis cubitorum duorum, ornatum duabus alis valdè nitentibus, albâ, latâ & talari veſte amictum, mihique dulciter loquentem hæc verba: Dominus exaudivit preces tuas, dicens, quod ſervis ſuis dilectis Cyrillo Presbytero & Eremitæ in monte Carmelo, Ioachim Abbati, & multis aliis ſervis ſuis inſtans ſchiſma futurum, & ejus cauſas, & quis eſſet eorum verus Pontifex, finemque ipſius, & poſt ipſum ſchiſma futurum Eccle-

*Angelus ad libros Ioachimi remiſit:*

AUCTORE D. P.

siæ regimen, per Spiritum sanctum & Angelum jam diu indicavit & aperuit. Quæras igitur prædictorum libros & scripturas, & tunc tuæ erit satisfactum voluntati: & quod in ipsis libris reperies scriptum, etiam aliis pro tua & ipsorum salute indica & revela. Quibus dictis & auditis illico Angelus disparuit. Ego autem timidus à somno surgens, vocavi socium meum carissimum Eusebium Vercellensem, cui omnia supradicta patefeci: cujus consilio ipse & ego, cum maxima diligentia, in civitate Thebarum & Cusentiæ, ubi ortus est præfatus Joachim sanctus Propheta, & in aliis locis vicinis ipsis civitatibus, prædictorum virorum libros quæsivimus, & tandem invenimus Cyrilli librum, qui incipit, Domini totius &c. cujus libri verba Angelus Domini in duabus tabulis argenteis, continentia futura magna negotia, incipiendo ab anno nativitatis Domini MCC*LXIV, ipsi Cyrillo nuntiavit & dedit. Item reperimus libros omnes præfati magni Prophetæ Ioachim, & maximè ipsius singulares libros, missos Henrico de Sueviâ Imperatori sexto, & alium singularem librum ipsius intitulatum Liber de Flore de Summis Pontificibus, ab Innocentio quarto usque ad Antichristum, qui incipit: Tempore colubri Lœnæ filii, *& post pauca*, Quibus omnibus & singulis per me Fr. Telesphorum vigilantissimo studio perlectis, ac orationibus & lacrymis Domino sæpe effusis, ut veritatem prædictorum mihi ostendere dignaretur, valde gavisus fui, tamquam clarificatus de iis quæ scire desideraveram diu. Per quos libros clarè cognovi instans schisma ejusque causas, prædictis viris sanctis fuisse monstrata & revelata.

*qui ex illis studiosè quæsitis repertisque*

* *alias* LIV

B. *ea didicit quæ cupiebat.*

62 *Hæc ille: libri autem singulares ad Henricum VI scripti, quorum hic præcipue mentio fit, potissimum sunt, unus* In Danielem Prophetam, *qui manuscriptus extat Brugis in monasterio Dunensi, & alius* In nonnulla capita Nahum, Abacuch, Zachariæ & Malachiæ Prophetarum: *qui etiam* de Oneribus sexti temporis *inscribitur; & Venetiis excusus per Lazarum de Soardis, Lovanii extat in nostri Collegii Bibliothecâ; ex quo à pag.* 11 *ad* 28 *transcripsit Gregorius Laurus & operi suo inseruit, quæ de singulis civitatibus Episcopalibus, secundum catalogos Ecclesiarum (qui tunc in manibus erant, nominibus propriis admodum vitiatis scriptorum incuria)* Ioachimus *vaticinando prædixit: sed stylo, qualis esse prophetarum solet, perquam obscuro: sic tamen, ut, post tot annorum spatium, historiarum intermedii temporis peritus lector facile deprehendat, multa jam nunc impleta esse, ex iis quæ prædici videntur; unde pro ceteris, necdum suo eventu probatis, judicium ferri possit. Quibus aliisque similibus, quæ passim inspersa sunt aliis ejusdem sancti Abbatis libris, super Isaiam, Hieremiam, Ezechielem &c;* in quibus pene omnibus veluti futurorum præscius, *(ut loquitur Trithemius)* consuevit miscere prognostica, *puto subscribi posse Epilogum, quo suos* de concordiâ veteris ac novi Testamenti *quinque libros concludit, in hæc verba.* Consummato vero hoc opusculo, comitante nos gratiâ Christi, his qui me præsumptorem & non magis necessarium judicant, per modicum respondere compellor; supernæ utique caritatis intuitu, non humanæ gratiæ appetitu; sciens scriptum esse in Psalmorum volumine, Dominus dissipat ossa eorum qui hominibus placent, quoniam Deus sprevit eos. Sciant ergo, & hoc oro ut sciant, non ex præsumptione supernâ, sed nec alicujus pietatis securitate hæc me attentare voluisse; aut meo hoc ingenio, ut ista mundo loquerer, invenisse: sed quia tempus præfinitum adest. Is qui per diversa seculorum tempora multa operatur & complet, quomodo vult & quando vult, mysteria secretorum suorum voluit in hoc opere necessarie magis quam

*In his fuerunt libelli ad Henricum Imp.*

C *pleni prophetiis,*

*à Ioachimo non ex præsumptione.*

Psal. 52, 6

*sed divinâ compulsione scriptis.*

curiosè, [per] sermones diu significatos, suis fidelibus aperire: non quod digniores sumus, quia ista scimus: sed ut sciamus quanta sint nobis pro meritis præparata flagella: ut si quis est ex domo Loth, festinet elongari à finibus Sodomorum; si quis ex familiâ Noë, recipiatur inter eos qui salvantur in arcâ. D

## §. VIII. Oracula Florensi monasterio à Beato Fundatore relicta, circa religiosos Ordines noviter nascituros.

*Prædicit Cisterciensium monasteriorum incrementa,*

*Monasterii & Ordinis sui desolationem fuisse Ioachimo præcognitam, & à moriente Patre filiis prænuntiatam Graecus asserit, ex eoque Laurus. Et sane omnino verosimile est, non prorsus ignaros superventurorum malorum dimisisse Florenses suos, qui de toto Cisterciensi Ordine, atque imprimis de Ordinis Matribus, ut vocant quinque, Cistercio, Firmitate, Pontiniaco, Claravalle ac Morimundo, ita fuerat Vaticinatus lib.* 4 *Concordiæ cap.* 39. De Abbatiis autem, quæ creatæ sunt primæ, illud est inferendum, quod sicut quinque majores Tribus, tamquam priores ceteris & multarum matres familiarum, primæ acceperunt hereditatem; ita quinque primæ Domus Cistercienses Ordinis, in omnibus aliis primatum tenent, & quasi patriarchatum. Sed & sicut Patriarchæ illius populi gaudebant in propagatione familiarum, ita & istæ, nec minus in possessione ovium & armentorum. Quæ tamen omnia, quia non tam pertinent ad sublimitatem liberæ, quam ad abjectionem ancillæ, in eodem diu statu, sicut sunt, manere non possunt. *Qualis autem & quomodo ea esset successura mutatio, potissimum in Italia & Galliæ monasteriis (ad quæ infamati Ioachimi invidiæque in Florensem Ordinem culpa spectabat propius) explicavit super caput* XI *Ieremiæ scribens, uti jam antea attigimus num.* 51; *sicuti etiam supra Florensis Ordinis desolationem, ubi de illius felicibus egimus incrementis, ut lætis tristia temperarentur.*

E *decrementa,*

*& reformationem*

64 *Nunc ergo stylus convertatur ad ea, quæ ab eodem prædicta* Ioachimo, *futuræ mutationis acerbitatem lenire possunt: ita ergo locum priorem prosequitur, indicans reformationem egregiam Ordinis, quam postremo hoc seculo fieri cœptam boni omnes laudant & gratulantur, atque ut continua sumat incrementa, ad primum instituti vigorem magis indies magisque accedens, Deum bonorum omnium largitorem precantur.* Necesse est, *inquit,* ut succedat similitudo vera Apostolicæ vitæ, in qua non acquirebatur possessio terrenæ hereditatis, sed vendebatur potius, sicut scriptū est. Quotquot enim domorū & agrorum erant possessores, vendentes afferebant pretia eorum quę vendebant ante pedes Apostolorum: dividebatur autem singulis prout cuique opus erat: & non gaudebat aliquis in filiis, sed in fratribus. *Similia, aut etiam longe manifestiora, habuisse potuit liber* intitulatus de Flore, *quem prænemoratus B. Telesphorus reperisse gratulatur: & quoniam agebat ille* de Pontificibus Romanis ab Innocentio IV, *annis post* Ioachimi *obitum quadraginta creato*, usq; ad Antichristum, *id est* Clementem Antipapam *Vrbano VI oppositum anno* MCCCLXXVIII; *vel etiam ad famosum illum, tempore extremo apparituru; opinari possumus, etiam istic multa fuisse, quæ prænuntiatas ibi Ecclesiæ Vniversalis calamitates solarentur. Sed talis liber omnino periit, vel à Commendatariis Abbatibus abolitus, vel ab ipsismet Florensibus Monachis obscuratus, metu incommodorum & molestiarum ab iis sibi provenientium, qui istic se notari dolebant, aut ibi lecta potuissent importune contra alios torquere, quibus minus bene afficiebantur. Interim ex initio & fine libri per Telesphorum indicatis, patet operam & oleum perdidisse Gregorium de Lauro, aliosq; qui velut* Ioachimi

F

Act. 4, 34

*similia forte habebat etiam liber de Flore intitulatus,*

*de*

A *Severissimus à fictitiis de Pontificum successione oraculis.*

*de Pontificibus Prophetias perquam anxie & laboriose tuentur, figmenta quædam, ipsius Schismatis tempore adinventa ab iis, qui* Urbanum VI *volebant Antichristum credi, ac porro ad sequentes alios quindecim Pontificatus protracta, tam dissimili à prioribus prorsus sorte, quam inter se distant præterita & futura: de quibus videtur locutus Græcus in Vita Ioachimi num.* 21 *ubi dolet quod sint,* qui vel proprio marte aliqua cudunt, & sub Ioachim nomine typis tradenda procurant; vel alicui ex Ioachimi operibus immixta, sub signorum atque characterum involucro impressa foras emittunt; & sic illorum dementiam, sub alterius nomine, obtutibus ceterorum opponunt. *Hanc autem dementiam, aque ac eorum, qui sub S. Malachiæ Episcopi nomine ficta vaticinia amplectuntur, quia peculiari Dissertatiuncula confutavimus, in Conatu nostro Chronico-historico de Pontificibus; satis fuerit hic notasse, ea quæ habentur Ioachimo supposita incipere cum* Nicolao III, *præteritis octo prioribus, de quibus etiam Ioachimus tractaverat; & pertingere usque ad Innocentium VIII anno* MCCCCXCII *defunctum, absque ulla Antichristi tunc futuri mentione, quod satis est ad genuinum* Ioachimi *fœtum à supposititio distinguendum.*

B *Idem Ioachim prædicit exurrecturos duos novos Ordines,*

65 *Verum si liber* de Flore *dictus periit, non perierunt alii, ex quibus magnum solatium sumere præteritis temporibus Ecclesia poterat, & secuturis confirmationem de veraci spiritu Ioachimi; iis præsertim, quibus continetur certa promissio præsentissimi auxilii laboranti ferendi, à duobus religiosis Ordinibus, jam jam in Ecclesia nascituris, sub SS. Dominici & Francisci ducatu. Nam (ut alia loca, minus determinata, & plus propheticæ obscuritatis habentia, prætermittam) quid clarius, quam quod cap.* 13 *super Isaiam à* Ioachimo *dici testatur Gregorius pag.* 170? In ducatu isto; *scilicet Spoletino, cui Umbria & Assisium tunc suberat,* & in territorio Hispano, duo Ordines, ac si stellæ lucidæ, orientur ad prædicandum regni Euangelium. *Item super illud Zachariæ* 11, Assumpsi mihi duas virgas, unam appellavi decorem, alterum funiculum, *asserit S. Antoninus tit.* 23 *cap.* 1 §. 1 *scripsisse Ioachimum,* duas Virgas esse duos Ordines Mendicantium, virgas rectas sanctitate, exiles & graciles auctoritate, percutientes doctrinæ auctoritate: *ubi* ✠ Mendicantium *explicationis causa à S. Antonino adjectum existima, uti & quod sequitur;* Decor est Ordo Prædicatorum, per habitum decorum quasi Prælatorum; funiculus est Ordo Minorum, quia funiculo manifestè cinguntur.

*Prædicatorum scilicet & Minorum,*

C *Sub alia vero figura ad cap.* 7 *Isaiæ sic loquitur Ioachim:* Sanè secundum cursum temporis hujus sexti, Vacca boum innuit Romanam Ecclesiam, Doctoribus insignitam; duæ Oves, duas Religiones futuras, in quibus tanta fiet ubertas sermonis & lactis, ut ad capiendum butyrum spiritualis intelligentiæ vasa cordium deficiant. *Sed & super Hieremiam cap.* 4. Isti sunt duo Ordines designati in duobus Prophetantibus in castris Israel, ut quasi duplicato cibo in sexta feria, cujus initia jam habemus .... ad montem Oreb transeant, ad superbas & nigras mentes perfidæ gentis convertendas.

*eòsque ad monasterium Floris diversuros excipi jubet religiosè.*

65 *Ex quibus credibile fit, quod utriusque Ordinis Scriptores dicunt, vario quique modo & ad suos magis aptato; etiam ipsum eorum habitum, & verbis expressum & picturâ adumbratum fuisse in Florensi monasterio, antequam utriusque Professores manifestarentur mundo. Credibile item fit, quod habet in Vitis Fratrum Gerardus de Fracheto, centum circiter annis Ioachimo posterior,* monuisse illum Fratres suos, ut cum tales Ordines exurgerent (*quod autem de suo singulariter dicit hic Auctor, etiam alii de suo dicunt*) susciperent eos devote: quod & fecerint, recipientes Fratres cum Cruce & Processione, quando primum venerunt ad eos. *Ceterum non admiserim, ut veram* Ioachimi *prophetiam, quod S. Antoninus similesque Auctores dicunt,* priusquam *Sancti ipsi Institutores* nascerentur in mundo, *eorum imagines, suo in habitu, quem Fratribus quique suis daturi erant, pingi ipsum curaviſſe Venetiis in templo S. Marci: & Dominici quidem* (*ut ait Antoninus*) cum lilio in manu, *atque hac epigraphe,* Agios Dominicus, *Franciscivero, ut scribit Robertus de Licio Episcopus Aquinas,* cum stigmatibus. *Etenim primum, quoad tempus, nulla subsistit ratione: quia constat S. Dominicum natum esse* MCLXX, *Franciscum vero* MCLXXXII: *& templum D. Marci, quemadmodum colligitur ex Historia Veneta Petri Iustiniani, lib.* 2, majori ex parte instructum instauratumque fuisse opibus Sebastiani Zani, qui Ducatum *non iniit ante annum* MCLXXI; *& VII anno regiminis, Christi* MCLXXVIII, excessit è vitâ, cum prius omnes fortunas opesque suas, quæ amplissimæ erant, in pias causas distribuisset. *Quis autem dubitet quin pluribus annis fuerit in ea mole laboratum, antequam ad ornatum interiorem, qui ultimus esse solet, curandum deveniretur; ut consequens sit, templum quod* S. Dominico *nascente vix inchoatum erat,* S. Francisco *nascente necdum eo fuisse perductum, ut ejus ibi imago posset à* Ioachimo *collocari.*

AUCTORE D. P.

*non tamen Fundatorum imagines Venetiis*

E *in templo S. Marci, aut alias figuras in eo descriptas*

66 *Et hoc quidem de tempore: ad rem ipsam quod attinet, omnino ambigimus, an revera in Veneta illa Basilica partem ullam habuerit* Ioachimus. *Affirmat id quidem Arnoldus Wion. atq; dici ipsum* in ejus ecclesiæ pavimento, parietibusque ac fornicibus, simulacra alia pleraque, effigiata emblemate, vermiculatoque opere futura protendentia, quæ indies exitus comprobat, formari effingique fecisse: *sed opponi meritò potest dicti Petri Iustiniani silentium, eo loco, ubi fusè atque minutim singularem illius templi majestatem describit. Is de his ipsis rebus sic loquitur:* Multa quoque Prophetarum vaticinia intus, foris, sursum ac deorsum, toto templo conspiciuntur; omnis etiam veteris novique testamenti pulcherrimo aspectu auro effulgens figuratio apparet. Nam (*& hinc causam argumentumque prænotati ornatus disce*) quidquid in Geneseos, Exodi, Judicum, Regum, Deuteronomii, Esdræ, Josuæ, sacris Bibliorum voluminibus continetur, id totum diversis templi locis miro opere repræsentatur. In his quoque novi Testamenti res divinæ expressæ sunt, ex Euangeliis, ex Actis, ex Apocalypsi excerptæ, magna cum spectantium admiratione & augustissimi templi ornamento: cujus moles Zani Principis opibus in hanc magnitudinem erecta fuit. *Poteratne de* Joachimo *tacere Iustinianus, si vel tunc creditum passim fuisset, vel ipse fidem adhibuisset credentibus, ex* Ioachimi *designatione ista sic esse fabricata? Profecto cum consideramus, plerorumque* Ioachimi *operum idem quod horum emblematum esse argumentum; cogimur suspicari, ob argumenti similitudinem visum esse non nemini, eumdem librorum & marmorum fuisse compositorem; idque à nonnullis absque ulteriori indicio receptum, ejusmodi quorumdam opinioni fundamentum dedisse apud vulgus hominum. Fortassis etiam admirator aliquis librorum Ioachimi, ex ipsis desumpsit picturarum ejusmodi argumenta ea, quorum prædictio jam cernebatur ipso eventu completa; & sic dicta sint* Prophetiæ Ioachim *istic esse depictæ.*

F *credimus prophetias ipsius contineri,*

*vel ab ea Venetiis præsente designatas*

67 *Quod Gregorius de Lauro ex Bellovacensi sumit,* Joachimum *Veronam venisse ad Vrbanum Papam, anno* MCLXXXV *ibidem electum, eaque occasione potuisse Venetias excurrisse; haud sanè tantæ rei firmandæ sufficit. Esto autem, natis pridem sanctissimis Patriarchis, Venetias adierit* Joachimus, *eoque jam tum perducta fuerit templi fabrica, ut de ejus ornatu cogitantibus argumenta præscribere ipse potuerit, etiam prophetica, nempe ex sacris libris accepta; an continuo consequens erit, ab illo tempore nihil fuisse imaginibus illis adjectum, vel in iis varia occasione mutatum, postquam prædicti Sancti ex hac*

AUCTORE D. P.

*vita ſublati eſſent*, Dominicus *quidem anno* MCCXXI, Franciſcus *autem* MCCXXVI, *& paucis poſt annis inter Divos relati? Et tamen diverſitas illa temporis tanta non fuerit, ut poſt ducentos à Sanctorum exceſſu annos, quibus S. Antoninus floruit, non potuerint omnia illa ejuſdem videri eſſe ætatis, & ita in aliquibus decipi vulgus. Antiquiores certè de vita eorumdem Sanctorum ſcriptores non videntur tam evidentem claramque, & qua vulgo notiſſima eſſe poſſet, prophetiam fuiſſe prætexturi, ſi quid de eâ tunc ſciviſſent; maximè Gerardus in Vitis Fratrum, talia ſtudioſè colligens, & Chronici Prædicatorum Auctor.*

*ſed potius aliquas poſt mortem Sanctorum pictas.*

*Varia oracula reperiuntur in libris Joachimi*

68 *Quidquid ſit, non eſt opus, iſtiuſmodi tam incertis argumentu, propheticum* B. Joachimi *ſpiritum confirmari, cum alia longè certiſſima habeamus. Quapropter libenter prætermimus quæcumque ex ejuſdem operibus varii Religioſorum Ordines variè ad ſe trahunt, & ad noſtram Ieſu Societatem etiam nonnulli. Vt, quod ſuper Apocalypſim parte 4. diſp. 7, textu 11, cap. 14. dicit:* Arbitramur in eo qui viſus eſt, ſedens ſuper nubem candidam, & eſſe ſimilis filio hominis, ſignificari quemdam Ordinem juſtorum, cui datum ſit perfectè imitari vitam filii hominis, & S. Joannis Euangeliſtæ: habere nihilominus linguam eruditam ad Euangelizandum Euangelium Regni, & ad colligendam in
B aream Domini ultimam meſſionem. *Et ibidem aliquammulto poſt:* Surget Ordo, qui videtur novus, & non eſt, induti nigris veſtibus, ac incincti deſuper zona. Hi creſcent, & fama eorum divulgabitur, & prædicabunt fidem, quam etiam defendent uſque ad mundi conſummationem in ſpiritu Heliæ. Qui erit ordo Eremitarum, imitantium vitam Angelorum. *Talia etiam ſunt, quæ ſuper cap. 1 Hieremiæ ſcribit*, Revelandi ſunt in proximo in eccleſia Doctores prædicatoreſque fideles, qui terrena carnaliaque corda omni plaga percutiant, atque erectis & tumidis magiſteriis ſilentium ſtudiis ſuis imponant. Et benè filius Helciæ Hieremias deſcribitur: quia Ordo ille futurus, ad obedientiam ſummi Pontificis dirigetur. *Et iterum ſuper cap. 4 ejuſdem Prophetæ:* Filia Sion, Eccleſia Romana eſt: quam neceſſe eſt tempore partus ejus, qui nimis accelerat, in dolore & anguſtia parere filium, ſpiritualem pariter & vocalem: ſpiritualem, quoad vitam; vocalem, quoad doctrinam: ut quaſi alter Chriſtus, primogenitus de utero matris Eccleſiæ prodeat, & æternæ vitæ pabulum hauſtumque ſalutis adducat.

*etiam de aliis Ordinibus, magnum fructum facturis.*

C *& potiſſimum de nôviſſimo aliquo*

69 *Hæc aliaque ejuſmodi ſunt, ut præter eos, qui tum in Eccleſia vigebant florebantque Ordines Monachorum, uni fere contemplationi ex inſtituto deditorum, alios naſciturosque præviderit* Joachim, *qui in gradu Clericali operoſam Marthæ actionem conjungerent cum quiete Mariæ; & ex utroque mixti genere, non tantum ſuæ ſed proximorum etiam ſaluti perfectionique promovendæ vacarent: de quorum ad barbaros & infideles miſſionibus fructuoſis, egregiiſque contra vitia, hæreſes, ipſumque Antichriſtum certaminibus cum multa dicat, operoſum foret omnia congerere: multo autem operoſius & longe invidioſiſſimum foret, ſingula velle applicare ſingulis, poſt Ioachimum natis, ad excluſionem aliorum, qui eadem de ſe pari vel majori jure æſtimarent intelligi potuiſſe. Quid autem quod habetur ſuper caput 3 Apocalypſeos textu 9 in prima parte?* Deſignatur etiam in ſexto menſe, (*quo nempe gravida erat Eliſabet, Baptiſta futura mater, quando concepit Maria Angelo nuntiante Ieſum*) ſextum tempus Eccleſiæ, in quo oportebit concipere Eccleſiam... prolem præ ceteris ſpiritualem, hoc eſt ipſum Ordinem quem deſignat Jeſus: qui videlicet Ordo præ multis aliis, qui præceſſerunt eum, amabilis & præclarus, infra limitem quidem ſecundi Status initiandus, hoc eſt in tempore ſexto (ſi tamen uſque adhuc non eſt in aliquibus initiatus, quod tamen mihi adhuc non conſtat, quia initia ſemper obſcura & contemptibilia ſunt) multiplicandus vero & dilatandus in tertio illo Statu ſeculi, qui in tempore noviſſimo futurus eſt. D

*futuro in tertio mundi Statu;*

70 *Ad Ordinis iſtius ſic prædicti tempora exiſtimamus pertinere, ſacrorum ſtudiorum reſuſcitationem; quorum multo tempore tractatio ſterilis atque intra meras Dialecticorum argutias, & Metaphyſicorum abſtractiones, implicatiſſimorumque terminorum farraginem multiplicem, velut in ſepulcro concludenda eſſet; ac demum, poſt triplicem Eccleſiæ tribulationem, à* Ioachimo *præviſam, in vitam quodammodo revocanda per eos, qui Divinarum rerum & Scripturarum cognitionem ita ſectarentur ipſi, & aliis traderent; ut extra Scholaſticæ exercitationis umbram, in ſolem pulveremque educti, eâdem uti ſcirent atque docerent, ad redarguendos Catholicæ fidei adverſarios, hæreticos confutandos reducendoſque, convertendos idolalatras, rudes ac barbaros inſtruendos, & Chriſtianam plebem piis moribus informandam: de quibus Ioachim hoc modo videtur vaticinatus ſuper caput* XI *Hieremiæ.* Quia tribus diebus Chriſtus in corde terræ jacuit mortuus, & nunc ſpiritus vitæ ſub littera occultandus eſt, adhibitis militibus, id eſt, Doctoribus & Magiſtris, in cuſtodiam litteræ occidentis, quaſi ſepulcri: donec tranſeat tribulatio reipublicæ, novæ ſcilicet Babylonis, tribulatio gentis infi- E
delis, & tribulatio hæreticæ ſynagogæ. Quarum prima, *quam ſcilicet ab Imperio Eccleſia paſſa eſt, & erat paſſura adhuc per annos plures ſub Imperatoribus Suevis, jura & libertatem eccleſiaſticam indefinenter carpentibus atque infeſtantibus*, deſignata eſt in captione Chriſti: ſecunda, *quam intulere Mahometani, Saraceni, ac Turcæ, univerſo demum Orientali Imperio ipſaque urbe Conſtantinopolitana potiti, figurata eſt* in percuſſione *ejuſdem Chriſti:* tertia *denique, ab hæreticis imminens ſub Luthero aliiſque hæreſiarchis, & in magna Occidentalis Imperii parte, vel depreſſura Catholica ac Romana fidei profeſſionem, vel prorſus etiam extinctura, maximè in regionibus Borealibus, repræſentatur* in *Chriſti* morte. Poſt quam, velit nolit mundus, ſeptimus Angelus, id eſt, ſpiritus Dei ſepti-formis, reſuſcitabit intelligentiam ſpiritualem, qua cæci videant & intelligant myſteria Trinitatis, *totiuſque fidei Chriſtianæ.*

*deq; efficaci ſacrarum Litterarum ſcientia*

*poſt tres Eccleſiæ tribulationes inſtaurandæ.*

71 *Illa autem tam præclara atque illuſtria, ſive de Ordine prædicto* quem deſignat Jeſus, *ſive de Spirituali intelligentiâ, id eſt operoſâ efficacique doctrinâ Scripturarum, qua eſſet Eccleſia reſtituenda, nequidquam mundo obnitente; an hoc quo vivimus ſeculo impleri cœperint, aliis relinquimus judicandum; & illorum arbitrio Lectoribus relicto, properamus ad alia, atque imprimis ad diluendam calumniam,* Ioachimo *impactam per Guidonem quemdam de Perpiniano Carmelitam, atque à Prateolo, Trithemio, Alphonſo à Caſtro lib. 2 de hæreſibus, Gualterio in Tabulâ chronol. ſeculo 12 cap. 20, nimis leviter creditam. Hoc ut fiat, neceſſe eſt hic explicare triplicem illum Statum, quem loco ſupracitato & variis aliis ſæpius* Ioachimus *attingit, itâque deſcribit cap. 5 libri introductorii ad Apocalypſim:* Primus trium Statuum, de quibus nobis ſermo, fuit ſub tempore Legis, quando populus Domini adhuc pro tempore pauculus, ſerviens erat ſub elementis hujus mundi.... Secundus Status fuit ſub Euangelio, & manet uſque nunc, in libertate quidem reſpectu præteriti, ſed non in libertate reſpectu futuri: dicit enim Apoſtolus, Nunc ex parte cognoſcimus, ex parte prophetamus... Tertius ergo Status erit circa finem ſeculi, jam non ſub velamine litteræ, ſed in plenâ ſpiritus libertate... Et primus quidem Status, qui claruit ſub Lege & Circumciſione, initiatus eſt ab Adam. Secundus, qui claruit ſub Euangelio, initiatus eſt ab Oziâ.

F

*Quomodo tres mundi Status Ioachimus diſtinxerit?*

1 Cor. 13

A Oziâ. Tertius, quantum ex numero generationum datur intelligi, à tempore S. Benedicti, cujus præcellens claritas expectanda eſt circa finem. *Vbi per ſervitutem aliud non intelligit, quam eſſe in eo Statu, qui fuerit figura futurorum: & libertatem vocat, ipſam fruitionem atque præſentiam rerum figuratarum.*

*quam nihil ſimile intellexit ei quod ipſi affingitur à Guidone?*

72 *Sic libro 4 Concordiæ cap. 3* Scimus, *inquit*, quod in primo Statu præceſſerint ſignificantia, in ſecundo ſignificantia & ſignificata, in tertio amotis ſignificantibus ſequuntur tantummodo ſignificata: *Et quia figurarum conditio carnea eſt, rerum vero figuratarum intellectus ſpiritualis; hinc fit, ut eidem inſiſtens diviſioni, libro 2 Concordiæ tract. 1 cap. 5, dicat*, Aliud tempus fuiſſe, in quo vivebant homines ſecundum carnem; hoc eſt uſque ad Chriſtum, cujus initiatio fuit in Adam: aliud in quo vivebant inter utrumque hoc, eſt inter carnem & ſpiritum, uſque ad præſens tempus; cujus initiatio facta in Eliſæo Prophetâ ſive ab Ozia Rege Iuda: aliud in quo vivitur ſecundum ſpiritum, uſque ſcilicet ad finem mundi, cujus initiatio à diebus B. Benedicti. *Singulis nempe Statibus, ut ſuam quamdam auroram, ſic etiam velut meridiei claritatem aſſignat* Ioachim: *quod ita intellectum, aliud profecto eſt, quam quod Guido ſomniavit*

B Ioachimum *affirmaſſe*: in primo quidem Statu datam eſſe Legem carnalem; in ſecundo vero ſpiritualem, ſcilicet Euangelium, quod tamen ab Apoſtolis prædicatum non fuerit ſecundum ſpiritualem ſenſum, ſed tantum ſecundum litteralem; in tertio vero prædicandum ſit ſecundum ſenſum ſpiritalem, idque à Monachis S. Benedicti: *quæ eſſet turpis & horrenda blaſphemia.*

*quomodo Ordinibus conjugatorum, clericorum, monachorum eoſdem attribuerit?*

73 *Quod autem Capite 6 ejuſdem libri & tractatus,* Ioachim *primum Statum Ordinem vocet* Conjugatorum, *& dicat cœpiſſe fructificare in Abrahamo: ſecundum* Clericorum, *dicat* initiatum ab Ozia, qui cum eſſet de Tribu Iuda obtulit incenſum Domino, etſi non impune; *hunc autem* fructificaſſe in Chriſto, qui verus eſt Rex & Sacerdos: *tertium vero* Monachorum Ordinem, ſecundum quamdam propriam formam .... cœpiſſe à B. Benedicto .... cujus fructificatio futura ſit in temporibus finis. *In ejuſdem Concordiæ lib. 2 Tract. 2 cap. 4 magis illuſtrat, cum quadam ad tres Perſonas divinas analogia, inquiens*: Scimus quod primus Ordo, qui inſtitutus eſt primo, vocatus eſt ad laborem Legalium præceptorum; ſecundus, qui inſtitutus eſt ſecundo, vocatus eſt ad laborem Paſſionis: tertius, qui procedit ex utroque, electus eſt ad libertatem Contem-

C plationis. *Vbi rurſum nihil eſt quod arguat Guido, quaſi Statum ſecundum Eccleſiæ minus perfectum finxerit, quam nunc ſit tertius: quiâ non vult aliud ſignificare, quam quod fideles nunc expediti à labore confitendæ in perſecutionibus fidei, & ejuſdem inter Gentes annuntiandæ, majori quam tunc numero ad cœnobia confluant, contemplationi vacaturi: prout factum in Occidente, maxime poſt S. Benedicti tempora, quamvis* ante ipſum fuerint Monachi & ſatis clari Monachi. *Nuſquam vero vel per umbram dicitur, quod fingit Guido, hunc Monachorum ſtatum* fructuoſum eſſe cœpiſſe tempore ipſius Ioachim. *Ita nempe male tractantur Auctores, de quibus formato ſemel undecumque præjudicio, judicant alii, ſecundum quæ vel perfunctorie legunt, vel quæ alii in ipſis pro affectu ſuo ſomniant ſe legiſſe.*

*Fratereulis de vita paupere ſuos errores per ſimilia firmantibus*

74 *Quod ſi contingat eos, qui talia ſic excepta & in ſenſum minus bonum Catholicumque detorta uſurpant, homines eſſe in fide ſuſpectos aut hæreticæ pravitatis palam convictos; tum enimvero hoc quoque neceſſariâ conſecutione ſequitur, ut fidei puritatem zelantibus ſuſpecti quoque fiant ipſi auctores, quorum illi ſe teſtimoniis armant, ſiquidem alias ignoti ſint. Itaque cum* Fraterculos, de vitâ paupere nuncupatos, ſic mendax ſpiritus dementaſſet, ut ſub uno capite Chriſto quaſi duas fingerent Eccleſias; unam carnalium; ſuper quam ſummus Pontifex præſideret ... alteram ſpiritualium, de quâ ſe eſſe aſſerebant ...; & ad hanc dementiam fundandam tertium novum fingerent Statum, & ſine Teſtatore Chriſto novi ſpiritus Teſtamentum, ſub quo Status Eccleſiæ deberet novo illo tempore innovari: cumque iidem hæretici fomentum erroris ſui peſtiferi ſumerent ex dictis Abbatis Ioachim, *S. Thomas de Aquino, qui ut ſcribit in ejus Vita Guilielmus de Thoco n. 21 tom. 1 Martii noſtri fol. 667*, diverſis in libris ſuis dictos errores eliſerat in quodâ monaſterio petivit librum præfati Abbatis, & oblatum totum perlegit: & ubi aliquid erroneum reperit vel ſuſpectum, cum lineâ ſubductâ damnavit: quia totum legi & credi prohibuit, quod ipſe ſuâ doctâ manu caſſavit. *Ita Guilielmus, animo jam præoccupato ut videtur: cum ea Sancti Doctoris recognitio & linearum ſubductio lenius potuerit accipi, quaſi ſolum monere voluerit ejuſmodi loca cautius eſſe legenda, quia ipſis perperam acceptis abuti hæretici prædicti poſſent.*

*D. Thomas opus Concordiæ recognoſcit.*

75 *Talia porro cum ſint omnia toto hoc §. prolata, & plura quæ proferri poſſent, nunc quidem & ſemper, à rectè ſentientibus intelligenda de innovatione pietatis, per Ordines Religioſos in Eccleſiam inducendâ, tunc autem à Fraterculis ad ſuos errores applicabilia; nemo mirari poteſt quod ſanctus Doctor, minus cognitam habens* Joachimi *ſanctitatem, & ſuſpectum ejuſdem ſpiritum, ob plurima figmenta, de quibus Vita num. 21 & nos hic §. 6 egimus; lectum à ſe Concordiæ opus (de hoc enim loqui Guilielmum planè nobis perſuademus, ob ea quæ ſcribit D. Thomas, in 4 diſtin. 43 quæſt. 1 art. 3, adverſus eos qui volebant Status veteris ac novi Teſtamenti inter ſe adæquatè componere, ac denique Abbatis Ioachimi prædictiones ſibi velut objiciens*, qui per tales conjecturas de futuris aliqua vera prædixit, & in aliquibus deceptus fuit) *mirari, inquam, nemo poterit quod dictum opus ita lectum nō valdè probaverit Doctor Angelicus, ſpiritu non quidē minus bono quam Ioachim, valdè tamen diverſo procedens. Sed quod minus probavit ipſe eo tempore, quo propter hæreticorum pravitatem periculoſius talia legebantur; id antea, cum talis nulla cauſa ſubeſſet, probavit ſummus Eccleſiæ Pontifex; itaque probavit, ut tam ipſe quam ſucceſſores ejus inſtarent, quatenus ſimili ſpiritu expoſitionem quoq; Apocalypticam idem* Joachimus *perficeret, uti ſupra oſtenſum eſt. Sicut autem ætate S. Thomæ, quidam abutebantur aliquibus libris* Joachimi; *ſic etiam annis quinquaginta poſt, inventa eſt*, quædam peſtifera ſecta illorum, qui Be-

F guini ſunt vulgariter nuncupati, ipſi autem ſe Fratres pauperes de tertio Ordine S. Franciſci communiter nominabant, per judicium Prælatorum & Inquiſitorum hæreticæ pravitatis tamquam hæretici condemnati, *ut dicitur in Vita Ioannis Papæ XXII, à nobis ex Ms. Bernardi Guidonis data: hæc autem ſecta*, ſumebat originem & fomentum ex peſtifera quadam Poſtilla, quam Fr. Petrus Joannis, olim Ordinis Fratrum Minorum, de Serviliaco diœceſis Biterrenſis, fecerat ſuper librum Apocalypſis Ioannis; *quamque* anno Domini MCCCXX Dominus Papa reprobavit, & finaliter condemnavit in publico Conſiſtorio, tamquam continentem hæreticum & peſtiferum dogma, contra unitatem Eccleſiæ Catholicæ, & poteſtatem ſummi Pontificis Romani & Sedis Apoſtolicæ. *Vix autem dubito, quin eadem Poſtilla veneni aliquid, loco mellis, ſuxerit ex Ioachimi Expoſitione in Ioannem; fortaſis etiam (ſi ætas Auctoris conveniat) unus ex libellis fuerit, quos D. Thomas confutavit.*

*non abſque ſiniſtro alicujus præjudicio,*

*Poſtillæ Ioannis Petri in Apocalypſim*

*auxiſſe pōtuit.*

AUCTORE D. P.

E

# DE S. BONA VIRGINE

## ORDINI CANONICORUM REGULARIUM DEVOTA,

### *PISIS IN HETRVRIA.*

### COMMENTARIUS PRÆVIUS.

G. H. **De anno ac die mortis & cultus, corpore nunc apud Clariſſas ſervato, Actis fideliſſime ſcriptis.**

ANNO MCCVII. PIſę, *urbs Hetruriæ Archiepiſcopalis & Academia, olim ſui juris & Reſpublica potens, nunc Magno Hetruria Duci ſubjecta, à Florentia Ducali Sede abeſt verſus mare* XL *milliaribus Italicis, æque ac illa Arno alluente ſpectabilis. Habet hæc inter alios Patronos* S. Bonam Virginem, *qua iſtic nata, educata, & poſt vitam ibidem ſanctiſſime peractam mortua, ſepulta, & illuſtribus in vita atque poſt obitum miraculis clara effulſit. Nata autem circa annum Chriſti* MCLVI, *decennis etiamnum inſpiratione divina aſſumitur* in Devotam & Sororem à Priore & Fratribus S. Martini Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, *atque poſt plurimas peregrinationes in Terram-Sanctam, & Romam ad limina Apoſtolorum, nec non ad S. Iacobum in Galitiam piiſſime inſtitutas; ad Chriſtum Sponſum ſuum relicto in terris corpore, evolavit anno* MCCVIII, *uti infra in Actis num.* 55, *legitur. Quia autem Piſanis mos eſt communis anni initium noven. menſibus prævenire, ut alibi ſæpe notavimus, ideo intelligendus hic eſt annus* MCCVII. *Ibidem etiam additur, fuiſſe, cum obiit,* diem tertium exeuntis Maji; *id eſt* diem tertium ante finem Maji, *qui eſt ejuſdem menſis dies* XXIX. *Id confirmatur in Appendice infra addita, ubi in Tranſlatione corporis anno Piſanis* MCCCLXIV *facta, dicitur inventa tabula plumbea, cum hac inſcriptione.* Anno Dominicæ Incarnationis MCCVIII, IV Kalendas Iunii, venerabilis re & nomine Bona, Devota hujus Eccleſiæ & Miniſtra, requieſcit. *En* dies IV Kalendas Iunii *idem eſt, qui ſupra* dies tertius exeuntis Maji, *& convenit in hunc* XXIX *Maji.*

*Mortua 29 Maji.*

B 2 *Scriptura, dicta Tranſlationis teſtis, facta fuit ipſo anno* MCCCLXIV, dies XIV Aprilis, *qui forte ipſiusmet Tranſlationis dies fuit. Interim, quaſi dies is mortis fuiſſet, & quidem non* XIV, *ſed* XXIV, *de ea agendum ſibi ſumit Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ ad dictum* XXIV *Aprilis, cum aliquo elogio, in quo ſub finem iſta habet*: Denique laboribus confecta, orans & pſallens, læta migravit ad Sponſum, VIII Kalendas Maji, anno Salutis MCCVIII, multis poſt mortem miraculis coruſcans: *quæ iterum repetit in Catalogo generali poſtmodum edito, allegatis monumentis Piſanis & Silvani Razzii libro de Sanctis Hetruriæ. Verum hic accurate conſentit cum ipſis Actis, quæ in Italicam linguam tranſtulit, atque pagina* 270 *iſta ſcribit*: l'anno del Signore mille dugento otto, il terzo giorno dopo il ſuo ritorno, che fù il terzo dell' uſcente Maggio, la cultrice della Trinità, laſciata la ſoma del corpo ſe n'andò al Signore. *Quæ infra num.* 55 *ita ſunt expreſſa*: Anno Domini milleſimo ducenteſimo octavo, tertio die poſt reditum, qui fuit tertius exeuntis Maji, Trinitatis cultrix, relicta corporis Sarcina, migravit ad Dominum. *Interim errantem Ferrarium plures ſecuti ſunt. Abrahamas Bzovius in Annalibus ad annum* 1208 *num.* 8 *iſta ſcribit*: Octavo Kalendas Maji hujus anni ad cæleſtem beatitudinem exceſſit S. Bona, Virgo Piſana: *ac deinde relato vitæ compendio ex Ferrario deſumpto, iſta in fine ex eodem verba appoſuit*; Ex codice Ms. Eccleſiæ Piſanæ. *Ferdinandus Vghellus tomo* 3 *Italiæ ſacræ, relato obitu Vbaldi Archiepiſcopi Piſani columna* 494, *ſub finem iſta addit*: Quo *Vbaldo* Præſule, VIII Kalendas Maji ad cælum evolavit B. Bona Virgo Piſana, multis poſt mortem miraculis coruſcans, ad annum Chriſti MCCVIII. Ferrarius in Catalogo Sanctorum & Piſana monumenta.

*Bzovio,*

*Vghello:*

C *male refertur ad 24 Aprilis à Ferrario.*

3 *Arturus à Monaſterio eamdem adſcripſit ſuo Martyrologio Franciſcano, dicto* XXIV *Aprilis*; Piſis in Tuſcia B. Bonæ Virginis: *& in Notis*, Florebat, *inquit*, circa naſcentis Ordinis primordia ad annum 1218, ſeu 1228, non vero anno 1208, niſi commutatis litteris legatur Anno 1280. Memoratur à Ferrario in Catalogo Sanctorum hac die, & in nova Topographia ad Martyrologium Romanum verbo Piſæ, Silvano Razzio de Sanctis Hetruriæ, Brautio in Martyrologio Poëtico. *Sed nonne poterat Arturus etiam legere hanc Ferrarii Annotationem?* Miror hanc Virginem ab aliquibus inter Moniales Minorum cenſeri, cum eo tempore, quo illa vixit, Ordo Minorum non eſſet. *Verum mox poſt mortem ejus Ordo cœpit,* & anno MCCXI reliquit S. Franciſcus Piſæ duos ex Sociis, qui oblati conventus à civibus jacerent fundamenta & ſtructuram curarent: *uti ad dictum annum ſcribit Waddingus num.* 25. *Occaſio ſumpta ex eo videtur, quod prædicta eccleſia, diu poſt ſcriptam Vitam, venerit in poteſtatem Fratrum Minorum: qui deſtructa eccleſia veteri, novam amplioremque condentes anno* MCCCLXIV, *ipſum* S. Bonæ *corpus ad novum quoque ejus altare tranſtulerunt; ut patet ex Inſtrumento publico deſuper confecto, quod infra dabitur in Appendice. Erant tamen quando Vita ſcribebatur Franciſcani Piſæ, ut conſtat ex num.* 72, *Nec illi tantum, ſed etiam Prædicatores, quorum aliqui num.* 57 *&* 58 *dicuntur à ſuis infirmitatibus liberati. Gerardus de Fracheto in Vitis Fratrum Ordinis Prædicatorum, juſſu Humberti V Generalis conſcriptis, lib.* 1 *cap.* 2 *præponit titulum*, Quod iſtic Ordo Prædicatorum fuit à multis præviſus & prænuntiatus, *ubi tertia præviſio ita narratur.* In civitate Piſana fuit quædam femina devotiſſima, de qua fertur, quod integra mente & corpore à Chriſto Domino fuit annulo ſubarrhata, & annulus in quodam monaſterio juxta Piſas cum devotione ſervatur. Hæc à Lucanis & Piſanis S. Bona vocabatur. Ipſa quidem inter multa, quæ prædicebat, hunc Ordinem Prædicatorum dixit eſſe venturum, ſicut teſtati ſunt qui audierunt ab ea. *Hæc ibi: quæ vererer ne intelligi deberent de cingulo ejus, cujus fit mentio in Vita num.* 10 *&* 16, *quodque deinde num.* 49 *in Crucem transformatum ipſa tradidit eccleſiæ S. Iacobi de Podio, à ſe extra urbem conſtructæ: ſed ſcrupulum hunc eximunt Lectiones de Vita, quarum prima pluribus quidem locis legi non potuit, litteris tota una pagina corruptis, hæc tamen circa finem utcumque exhibebat*; In deſerto ubi quadragenarium perfecit jejunium, [& in] Hieroſolymitanis [locis] .... per-

E *male etiam adſcribitur Franciſcanis,*

*poſteà in eccleſiam ubi corpus inductis,* F

*quæ Ordinem Prædicatorum prophetavit venturum.*

peragentem ..... annulo aureo .... desponsavit; [& circulum] S. Bonæ [ferreum] quem gerebat ad carnem, ponens ubi sua crux in monte Calvariæ fuerat..... sanctificavit. *Diversus est ergo à Circulo Annulus, solumque restat votum sciendi, an & ubi supersit: potest autem datus ei credi in caverna montis Quarantenæ, cum ibi Quadragesimam ageret; ubi Christus, uti dicitur in Vita num. 14, filiam simul & sponsam appellans, matrem ipsam constituit multorum quos ei ostendebat spiritualium filiorum, de quibus plura ibi.*

*Annulus sponsalitius ei datus à Christo.*

*Acta dantur ex Mss.*

4 *Acta ipsa, unde tota fides dictorum pendet, ex antiquis Pisanis monumentis accepimus anno Domini* MDCLXV, *curante Valerio Chimentello, in Academia Pisana Professore: in qua deinde Civilis juris Cathedram primariam tenens Franciscus Maria Ceffinius Eques S. Stephani, quædam insuper suggessit in Appendice proferenda. Acta autem illa scripta fuerant* paulo serius; *cum* S. Bona *palam colebatur ut Sancta (nulla tamen, quod quidem sciatur, Canonizatione Papali præcedente) & habebat sibi dicatum altare in Ecclesia S. Martini, atque sub eo sacrum ejus corpus depositum; solenni veneratione festum ejus colentibus Pisanis, cum Vigilia & cessatione à servilibus, ac proprium etiam Officium de illa recitantibus, quod nobis quoque transmissum est. Distat ab urbe Pisana decem milliaribus Italicis urbs Luca, in qua etiam ad publicam*

B

*exarata cum haberet cultum,*

*venerationem in quadam ecclesia expositam fuisse ejus imaginem Acta num. 63 confirmant. Mentio quoque fit in Actis num. 74 anni* MCCXLIX, *quo festum* S. Bonæ *celebrare negligens aliquis, fuerit punitus dolore manus, ejusque famulus simili in pedibus afflictione, qui emisso voto festum dum viveret celebrandi, obtinuit sanitatem; septem vero annis transactis vacillans in suo proposito, ut continuaret, monitus est. Annus ergo is fuit* MCCLVI; *post quem jam dicta Acta sunt conscripta. Ita etiam num. 36 puerulus unius anni à* S. Bona, *dum viveret osculo & signo Crucis sanatus, dicitur adhuc supersuisse vir quinquaginta circiter annorum, dum auctor Vitam scriberet. Quibus inter se collatis, videtur id factum circa annum* MCCLVII *elapsis ab obitu ejus annis fere quinquaginta.*

*circa annum 1257.*

5 *Ipsa quidem adhuc vivente intenderat Donnus Paulus, Canonicus Regularis, miracula quæ patrabat scripto colligere, sed ab eâdem prohibitus fuit num. 47, asserente id postea faciendum ab alio, cui* Deus ipse revelabit, ut faciat quod ille facere proponebat. *Non est ergo Vitæ Auctor Paulus, quod sub dubio indicat Razzius: sed aliue; qui licet nusquam indicet visam sibi vel notam Sanctam fuisse, omnia tamen videtur habuisse ex iis qui ipsam familiariter novetant. Ita num.* 8 Domnus Ciconia, &

C

*in quibus sæpe allegatur testes oculati.*

quidam pii viri, viderunt & postea retulerunt, imaginem Christi se totam inclinasse B. Bonæ, extensaque manu benedixisse eamdem. *Ita num.* 10 Bonacursius Boschettus, in peregrinatione socius, vidit oculis propriis S. Bonam cum asino & puero cecidisse in aquam fluvii impetuose currentis, at nec membris nec vestibus madidam pertransivisse, ac puerum post se attraxisse, atque ita opus illud esse divulgatum. *Ita n.* 28 imago Christi, ab hoc S. Bonę data, adhuc perseverabat in ecclesia S. Jacobi. *Præterea num.* 40 *&* 44 Marcus Presbyter sanctæ vitæ, familiarissimus S. Bonæ, *qua de ea sciverat*, revelavit Gerardo Presbytero; *item* Guardiano, qui scriptori hujus operis retulit, adhuc superstes cum scriberet. *Imo* foveas manu Christi, per S. Bonam adductâ, in vertice dicti Marci impressas, aspexerunt plures propriis oculis & manibus tractaverunt, qui adhuc supererant. *Demum num.* 53 puer, peccata sua sibi à S. Bonâ revelata, nec dandam ei sepulturam ad S. Iacobum, retulit Gerardo Presbytero, & ipse viva voce scriptori. *Et num.* 71 Henricus incurabili apostemate liberatus, *cum scriberet auctor*, vivus & sanus erat. *Plura colligere non est animus, sed addimus*



*ex Officio Orationem propriam, ut ab iis qui ejus imploraturi sunt patrocinium, recitari possit.* Deus, qui Beatam Bonam, singulari filii tui Iesu Christi dilectione ad ipsam, sibi beneplacitam ostendisti; concede nobis peccatoribus, ejus meritis à peccato mundari, & ad tua gaudia feliciter pervenire. Per eumdem Dominum &c.

AUCTORE G. H.

*Oratio.*

# VITA

## Per supparis ævi scriptorem, ab ore Testium oculatorum accepta.

### *Ex pervetusto Ms. codice Ecclesiæ Pisanæ.*

### PROLOGUS.

BOnus Deus, bonorum omnium Conditor & Largitor, sic cuncta, hoc ipso quod ab eo essent, voluit esse bona, ut inter ipsa ampliori bonitatis participatione quędam exisserent meliora. De quorum innumerabili multitudine meliorem Virginem quamdam, Bonam re & nomine, suo gratuito munere talem fecit, ut de ipsa illud Davidicum merito dici possit; Elegit eam Deus, & præelegit *a* eam ex multis, in suum utique famulatum. Volens siquidem conditor ejus Deus circa ipsam, suæ naturam ostendere & expandere bonitatis, dona multiplicia gratiarum effudit ei uberrime ac infudit. Natura etenim à B. Dionysio Areopagita sui esse dicitur diffusiva. Quod in ipso etiam nomine satis evidenter ostenditur, dum Bonæ nomen habuit proprium, quod satis omnibus aliis est commune. Per quod etiam quadam necessitatis consequentiâ omnibus efficitur & ostenditur gratiosa; quæ divinâ perfusa gratiâ veneranda est merito ab omnibus & amanda. Omnia namque bonum appetunt; ut quidam Sapiens dicit. Quod in ista apertissime completum est Sancta, quæ non solum à videntibus eam, sed etiam à longe positis, ac de ipsa audientibus illico amabatur; Diffusa est, inquit, gratia non modo in interioribus, verum etiam in labiis tuis, ô S. Bona: propterea Dominus omnibus te reddidit benedictam. Hujus sanctæ Virginis ortum, conversationem, & obitum, nec non etiam quædam miracula, sanctitatis ejus indicia, prævia & semper comite veritate, assumpsi describere: fidens, quod ipsa suis sanctissimis precibus & meritis perficiendi gratiam impetrabit.

*A Deo præelecta.*

E

a

F

*Bona apparuit re & nomine.*

a *Nihil tale habet vel David in Psalmis, vel filius ejus Salamon in Sapientialibus libris; sed Ecclesia istud usurpat pro Versiculo ante Lectiones tertii Nocturni in Officio de B. Maria.*

### VETUS DIVISIO.

POst *hunc Prologum*, incipit Legenda sanctæ Bonæ Virginis, de civitate Pisana, & primo de nativitate ipsius; *atque ita per brevia Capitula reliqua Vita distinguitur, quorum titulos hic placet consequenter subjungere, ut integrum nobis sit novam partitionem nobisque aptiorem inducere, juxta numeros subsequenter notandos.*

2 Quod nativitas ejus est Parisiis Joanni Presbytero revelata, & ipsa commendata eidem.

3 Similitudo nativitatis ejus ad ortum solis.

4 De profectu ejus, & præcepto ei dato à Christo, ac sanctis primordiis vitæ ipsius.

5 De revelatione secunda Joanni Presbytero facta de ipsa.

6 Quomodo ex præcepto Christi cilicium emit & induit.



7 Quod

EX SUPPARIS ÆVI MS.

7 Quod pictura imaginis Chriſti inclinavit ſe ipſi,& benedixit eamdem.

8 Quomodo apparuit ei Chriſtus, & ex ejus inſufflatione ſancto Spiritu eſt repleta,ac eidem præſentiæ aſſuefacta.

9 Quomodo adhuc puella, cum voluntate Domini,à Priore & Fratribus S. Martini in Sororem recepta,& ipſa in devotione profecit.

10 Quomodo Chriſtus ipſam à matre petiit, & ultra mare duxit.

11 Quomodo pater ejus & frater ultra mare eam capere voluerunt, & quomodo ipſa aufugit & latuit.

12 Quomodo poſt novem menſes ultra mare, direxit ſe ſancto cuidam Eremitæ, & ſacra loca viſitavit.

13 Quod Quarantenam fecit ubi Jeſus Chriſtus: & de filiis ei promiſſis ac datis, & de tolerantia paſſionum ab ea.

14 Quomodo ad Eremitam rediit, à quo eſt ad redeundum Piſas monita; quæ ipſi contigerunt in via prædicta.

15 Quid circa cingulum ferreum, quo erat ſuccincta,operatus ſit Chriſtus in Calvaria.

16 De adverſis in via,& de patientia ejus,& quo- B
modo Piſas eſt reverſa.

17 Quomodo ex præcepto Chriſti limina B. Jacobi viſitavit, & in reditu ædificationem eccleſiæ Sancti Jacobi de Podio promiſit,& fecit.

18 De commendatione peregrinationum ejus,& miraculis ibidem oſtenſis.

19 Quomodo aquam non madefacta tranſivit,& ſibi adhærentem puerum liberavit.

20 Aliud ſimile,ſed majus.

21 Quomodo in via S. Jacobi Peregrinum redarguendo ſanavit, & latronem prædicando convertit.

22 Quod cogitationem Dominæ Gaitanæ,de capite ejus portando Piſas, Romæ cognovit.

23 Quomodo ad ſimilitudinem B. Petri contractum puerum in ejus eccleſia Romæ ſanavit.

24 Quomodo per Chriſtum eſt ultra Arnum portata, & ab ipſo ac B. Maria & S. Petro vadens Romam ſociata.

25 De miraculis ab ipſa, non in via aliqua,ſed in vita patratis.

26 Quomodo per ipſam Donnus Paulus ad S. Jacobum de Podio eſt tranſmiſſus.

27 Quomodo quibuſdam Clericis cantantibus C
apparuit ei Chriſtus,ſuaviſſime cantans.

28 De icona,quam Chriſtus ei,& ipſa eccleſiæ S. Jacobi dedit.

29 Quomodo ea imago locuta eſt ei, & eidem forma Trinitatis oſtenſa.

30 De pane,B. Jacobo apud S. Jacobum de Podio, & ab eodem ſanctæ Bonæ præſentato.

31 Quomodo ad S. Jacobum de Podio inviſibilis ivit & volavit, ac Monachos duxit inviſos.

32 De liberatione Fratris Thomæ, per vinum ſanctum,à febre.

33 De cujuſdam ſanatione puellæ.

34 Quomodo Chriſtus, propter B. Bonam & cum ea,puellæ cuidam apparuit, ac finem ei vitæ prædixit.

35 De ſanatione vulneris capitis in pueto unius anni.

36 De gratia prophetali & cognoſcendi cordium ſecreta,quam excellenter habuit S. Bona.

37 Quomodo periclitationem cujuſdam navis, & hominum exiſtentium in ea, prædixit; & ita evenit.

38 Quomodo adventum trium mulierum, dactylos ſibi afferentium, prædixit,& mentem unius D
earum.

39 Quid circa lampadem accidit viro Dei Preſbytero Marco.

40 Quædam laudabilia de ipſo Presbytero Marco.

41 Quomodo cognovit quod propter pollutionem nocturnam Presbyter Marcus renuerit canere Miſſam,& ipſum inde reprehendit.

42 Quomodo adventum cujuſdam mulieris Presbytero Marco prædixit, & quod de ipſa mandavit.

43 Quomodo virum Dei Presbyterum Marcum ab infirmitate capitis liberavit, & finem ei vitæ prædixit.

44 Quomodo quamdam, S. Gregorium dicentem ſuum,redarguit & convicit.

45 Quomodo prædixit quemdam puerum uſque ad novem dies moriturum, & ita evenit.

46 Quomodo cognovit & revelavit propoſitum Donni Pauli, de factis ipſius mirabilibus conſcribendis.

47 De immutatione vultus ejus, & quomodo E
Monachos de ſcandalo liberavit.

48 De mirabili formatione Crucis ex cingulo ferreo, quod Sancta in vita ſua deportavit ad carnem.

49 De illius virtute Crucis.

50 De his quæ circa Sanctæ tranſitum acciderunt: & primo de ultima ejus via ad S. Jacobum, quam in unius horæ ſpatio mirabiliter conſummavit.

51 De equo nigro, & percuſſione pueri Jacobi, ejuſque ſanatione mirabili.

52 De revelatione,quam fecit eidem Iacobo de loco ſepulturæ ipſius.

53 Quomodo apud S. Iacobum de Podio remanſit,& inde Piſas mirabiliter portata fuit.

54 De felici tranſitu S. Bonæ, & de ſepultura ipſius.

55 De miraculis poſt Sanctæ deceſſum oſtenſis.

56 Miracula circa religioſas perſonas facta.

De ſubita ſanatione cujuſdam Monachi, in Curia exiſtentis.

Quomodo Fratrem Rebaldum Ordinis prædicatorum, qui ei detraxerat, à graviſſima infirmitate ſanavit.

57 Quomodo eumdem à dentis dolore intolera- F
bili liberavit.

Quomodo Priorem Provincialem Fratrum Prædicatorum, per quadriennium quartanarium, liberavit.

58 De miraculis circa Perſonas laicas perpetratis, in quibus pro poſſe ordo temporis obſervatur.

59 De quodam ex equo dejecto, & per Sanctam tertiò reſtituto.

Quomodo navim cum quatuor galeis ab imminente naufragio liberavit.

60 De alia navi, & duabus galeis ſimiliter liberatis.

De quadam navi,in portu Achon, mirabiliter per Sanctam à confractione defenſa.

Quomodo in navi ſuper Cruce apparuit, & navem ac homines à periculo liberavit.

61 Quomodo S. Bona navigantium ſit patrona.

Quomodo in ſpecie medicæ, cujuſdam nobilis feminæ confractum brachium reſtauravit.

62 De

A 62 De puero novem menſium, ab infirmitate mortali curato.
63 De puero, ſubito à febribus liberato, de quo medici deſperabant.
64 De muliere, à validiſſima infirmitate ſanata.
65 Quomodo puellam cadentem à morte defendit.
66 De ſanatione puellæ, quæ contracta jacuit ſeptem annis.
67 Quomodo quoſdam mortales inimicos, ne ſe mutuo perimerent, impedivit.
68 Quod puerum, de quo medici deſperabant, à vitio lapidis liberavit.
69 De ſanatione pueri fracti.
70 De puella gingivarum confricatione ſuffocata.
71 De ſanatione incurabilis apoſtomatis.
72 Quomodo mulierem, quæ ſe diabolo dederat, monuit & docuit ejus evadere poteſtatem.
72 De dextrario, ab infirmitate graviſſima ſubito liberato.
73 De ſanatione manus cujuſdam, & pedibus altrius, obſervare nolentium feſtum ejus.
74 De liberatione mulieris, ex abortu triduo
B cruciatæ.
76 Quomodo quemdam de adverſariorum vinculis liberavit.
77 De urceolo, ſine olei effuſione verſato.
78 De juvene pene exanimi, liberato.

## CAPUT I.

*Caſta educatio, familiaris cum Chriſto converſatio. Iter Hieroſolymitanum.*

2 *Nata Piſis, patre Bernardo, matre Berta.*

IGitur S. Bona nata eſt in civitate Piſana, parte quæ Chincitha dicitur, juxta Arnum fluvium, in parochia S. Martini, Ordinis S. Auguſtini: in cujus S. Martini eccleſia uſque hodie Deo ſerviunt Canonici Regulares. Pater ejus Piſanus natione,
2 Bernardus nomine fuit; mater vero *a* Corſicana, vocabatur Berta: ex quorum matrimoniali copula nata eſt S. Bona, velut quædam pretioſiſſima margarita. Hujus pater uxorem ſimul & filiam, cum tantum [trium] eſſet annorum effecta, relinquens, profectus eſt ultra mare, nec ad ipſas ulterius eſt reverſus.

C 3 Hujus nativitas Virginis cuidam Presbytero,
b Joanni nomine, *b* Muſellino vero natione, ſtudenti
*ab Angelo commendatur Ioanni Presbytero:* Pariſiis, eſt per Angelum divinitus relevata; ut etiam ipſa ejus primordia, ad quorumdam inſtar privilegiatorum Sanctorum, obſequio Angelico non carerent. Apparuit ſiquidem ibi dicto Presbytero Angelus Domini, dicens ei: Quædam puella nata eſt in civitate Piſana, quam tibi recommendatam eſſe vult Dominus: unde divinam exequens voluntatem, vade Piſas, & ibidem à Priore ac Fratribus S. Martini poſtulabis recipi in Canonicum Regularem: factuſque Canonicus, eam quoque animam eidem facies in Devotam recipi & Sororem. Ecce quantum Sanctam iſtam Bonam circa ipſius primordia Chriſtus voluit ſublimare: privilegium ei de cuſtodiâ ſimile Matri concedens: ſic enim pendens in cruce Matrem virginem Joanni Apoſtolo virgini recommendavit: ſic cælo præſidens virginem S. Bonam, quam, ut infra dicetur, eſſe voluit & fecit matrem, Ioanni recommendavit, Presbytero honeſtiſſimo & pudico.

*fulget inſtar ſolis:* 4 Sic Virgo hæc quaſi quidam ſol cum miraculoſo fulgore mundum ingreditur, ſuis ſanctis exemplis, ac per eam divinitus oſtenſis miraculis, tamquam fulgidiſſimis radiis, civitatem illuſtratura Piſanam, imo vero totam Eccleſiam ornatura, ut illud Sapientis de ipſa dictum prope videatur: Sicut ſol oriens mundo in altiſſimis Dei, ſic mulieris bonæ ſpes in ornamentum domus ſuæ. EX SUPPARIS ÆVI MS. Ecc. 26. 2.

5 Nata vero puella, tamquam arbor plantata divinitus in affluentia gratiarum, ætate proficiebat & gratia: & ut etiam tenella & parvula non vacaret à fructu, apparuit ei Dominus Jeſus Chriſtus, cum ſeptem eſſet annorum, & cum matre ſua parvularum more jaceret; præcipiens ei, ut nulli perſonæ, nec etiam matri proprie, ſociaretur in lecto: quod ipſa omni vitæ ſuæ tempore devote obediendo complevit. Inſuper culcitris, linteaminibus, & coopertoriis non eſt uſa, quaſi jam carnis delicias ab- *jubetur à Chriſto ſolâ dormire:* horreret: ſed in lectulo de paleis aut ſtramine artus teneros reclinabat; Chriſto parvulo in hoc vicem parvula ipſa rependens, qui pro inſtructione omnium & ſalute reclinatus eſt in præſepio ſupra fœnum. Jejuniis quoque & abſtinentia illo jam in tempore corpus affligebat in tantum; quod in qualibet hebdomada tribus diebus in pane jejunabat & aqua. Erubeſcant noſtri temporis viri barbati, qui non dico tribus diebus, neque in pane & aqua, ſed E etiam uno die gravantur in hebdomada jejunare. *& rigida vitamin- ſtituit.* Diſcurſum etiam vitabat inutilem, domi corpore conſiſtens & corde, ut ibidem eo purius, quo ſecretius Dominum precaretur. Hæc & his ſimilia in ſuarum viarum initio ſibi impoſuit Virgo ſancta, tamquam vitæ ſuæ fundamenta, aſſueſcens in his parvula, à quibus nolebat diſcedere viva; quaſi jam legiſſet illud Proverbium Salamonis, Adoleſcens juxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit non recedet ab ea. Pro. 22. 6

6 In his ſanctis & Deo acceptis primordiis aliquantum Virgo tranſegerat tempus, & Joannes *Ad Ioannem jam Canonicum Regularem* Presbyter ſupradictus, juxta mandatum Angelicum, jam de Pariſius Piſas venerat, & apud S. Martinum factus fuerat Canonicus Regularis; ubi ſub Auguſtini Regula militans, Deo erat acceptus, & hominibus gratioſus; & vitam ducens virtutibus plenam, continuatæ perſeverantiæ merito & virtute, felicem in terris conſecutus eſt finem, & in cœlo fructum ſuorum bonorum operum glorioſum. Huic quodam mane, finitis laudibus Matutinis, ex more privatis orationibus inſiſtenti, apparuit Angelus F Domini, dicens ei: Puella, quæ vilibus induta ad te *ab Angelo iterum mit- titur.* veniet iſto mane, ipſa eſt quam tibi recommendavi Pariſius & vocatur Bona. Cum ergo puella Bona, divinitus ut creditur monita, mane uti Angelus prædixerat, ad Ioannem veniſſet Presbyterum, dicit ei ille: Quid vis, filia? Illa, cum prudentia ſimul & ſimplicitate reſpondens, ait: Volo eſſe ad Dei præcepta & veſtra. Cui reſponſum reſponſo conformans, ac trepidans tantæ Virgini aliquid *& ipſa monita ob- ediit:* ſine condigna deliberatione mandare, dixit ad eam: Quod tibi præcipit Deus, illud fac: & ad me, cum ei placuit, revertêris. Oratione ergo facta reverſa eſt domum.

7 Et ecce tibi, quadam die apparuit ei viſibiliter Dominus Ieſus Chriſtus, præcipiens ei, quod ſibi *Chriſto præ- cipiente emit cilicium.* cilicium compararet. Quæ cum velut puella, ſe non habere ejus pretium reſpondiſſet, dicit ei Chriſtus: Fila tantum in bombycinis, unde duos denarios merearis. Cumque rurſus trepidando penſaret, quod illud pro tam parvo pretio invenire non poſſet; confortans eam Dominus, dixit ei: In ponte quemdam invenies mercatorem, à quo cum illud petieris, pro illis duobus denariis tibi dabit. Duos ergo filando lucrata denarios, cum quadam die ex præcepto matris herbas emptura perrexiſſet ad fo-

EX SUPPARIS ÆVI MS.

rum, ut divinum præceptum totaliter adimpleatur, emit etiam cilicium, quod mercator quidam in ponte, ſicut Dominus prædixerat, pro illis duobus denariis dedit ei. Quæ, divina inſtructione formata, ſtatim in ejus medio fecit pro caputio aperturã; &, in modum caputii ante pendentis & retro, aliis veſtibus ſupponens, domum revertebatur ad matrem. Ecce qualibus veſtibus voluit Chriſtus Sponſam ſuã, quibus & ipſa libenter induta eſt, procedere. Habeant, quæ volunt & poſſunt, veſtes delicatas & varias, nonnumquam ex pupillorum hereditate ac viduarum ſudore comparatas, multa vanitate confectas, de ſtercore vermium adornatas, denique ſua amplitudine & longitudine ponderoſas: Virgo noſtra Bona, præceptis ſalutaribus monita, & divina inſtitutione formata, cilicio vadit induta, ut memoriale mortis ante oculos corporis habens & mentis, non peccaret.

*& ſub veſtibus induit ſe*

8 Quam vero cæleſtis Sponſus hujus talis ſponſæ ſuæ zelotypus, imo venerator extiterit, illico demonſtravit. Nam cum domum à foro ſic induta rediret, contigit ut ante fores eccleſiæ *c* ſancti Sepulcri tranſiret, ſuper quibus, ab Aquilonari parte eccleſiæ, picta eſt imago Domini Ieſu Chriſti. Cui cum, velut devota divinis & ſacris, ſe ſignando more fidelium, caput cum reverentia inclinaſſet, Chriſtum adorans in ea; imago eadem, versâ vice ſe totam inclinans B. Bonæ, extenſa manu benedixit eamdem: quod Dominus Ciconia, & quidam pil extra ſedentes aperte viderunt, ac poſtea retulerunt. Cum autem tali ſuperveſtita capucio domum rediſſet ad matrem; mater hoc videns, eam inde cum quibuſdam aliis mulieribus devote laudavit.

c

B

*à Chriſto in imagine ab ea ſalutato benedicitur.*

9 Alia etiam vice, cum adhuc valdè juvencula ex præcepto matris iviſſet ad forum, ante prædictam ſancti ſepulcri eccleſiam pertranſibat. Extra quam quia donum jam fuerat conſecuta divinum, de ampliori confidens, orandi gratia eccleſiam intravit eamdem. Et ecce ipſi devotè, & inſtanter oranti, apparuit juxta cancellos Dominus Jeſus Chriſtus, cum Matre ſua glorioſa ſemperque Virgine Maria, aliiſque duabus Mariis *d* Sororibus ejus, nec non & cum B. Jacobo Apoſtolo, cujus limina in Galicia, quæ à totius mundo hominibus viſitantur. Illa, viſionis magnitudine ac viſorum gloria ſtupefacta, quia nondum aſſueta erat talibus, fugiebat: quam B. Jacobus inſecutus, confortando eam, dixit ei? Filia, noli timere, quia qui tibi dignatus eſt apparere eſt Dominus Jeſus Chriſtus, cum Matre ſua benedicta, & duabus Sororibus ejus. Quæ, ex verbis Apoſtoli conceptâ fiduciâ, reverſa eſt ad cancellos. Tunc Chriſtus manum ſuam ſanctiſſimam capiti ejus imponens, dixit ad eam: Aperi os tuum. Quod cum illa feciſſet, inſufflans Chriſtus tribus vicibus in os ejus, dixit ei: Accipe Spiritum ſanctum; ſtatimque S. Bona ipſo Spiritu adeo eſt repleta, ut deinceps in vultu, verbis, & geſtibus ejus gratia ipſius Spiritus redundaret. Et quia B. Jacobo Apoſtolo mediante, tantam fuerat gratiã conſecuta, ſpecialẽ devotionẽ ex tunc concepit ad ipſum, & ininterruptam omni tempore conſervavit. Qui vicem rependens eidem; comes ei frequentiſſimè fuit, cum ea ſtans, vadens, & loquens, in cani effigie Peregrini. Ipſe etiam Dominus Jeſus Chriſtus ex tunc adeo cœpit ei eſſe familiaris & notus, ut ei omni vitæ ſuæ tempore appareret. Cujus jam apparentiæ ac præſentiæ aſſuefacta, cum eo familiariter loquebatur, ambulabat, & ſtabat, ſicut unus homo cum alio ſolet.

*ab eadem cum Deipara & S. Jacobo apparente*

d

C

*& inſufflante accipit Spiritum ſanctum,*

*& ſæpe ab illo viſitatur:*

10 Beatâ vero Bonâ factâ decem annorum, in oratione dictum eſt ei, quod ad Presbyterum Joannem pergeret, quatenus eam à Priore & Fratribus S. Martini in Devotam recipi faceret & Sororem: quod ab eiſdem, dicto Joanne Presbytero mediante, multa eſt devotione completum. Non enim poterat ætas revelationi & dono præjudicare cæleſti, ut propter ætatis defectum non admitteretur in Sororem, cui divinitus jam fuerant talia dona collata, & ut Soror fieret relevatio facta. Et quia, velut pauper, non habebat unde ſe Sororum more veſtiret; ſæpe dictus Presbyter Ioannes, cui jam fuerat pluries per Angelum recommendata, dedit ei cappam ſuam pro clamyde facienda; in diviſione veſtium Beatum imitatus Martinum, in cujus eccleſia Domino ſerviebat. Effecta vero Soror, quotidie fiebat Deo devotior, ſibi ipſi aſperior, & egenis miſericordior; meritis proficiens apud Deum, & apud homines creſcens fama. Cingulum etiam ferreum ex eo jam tempore ſubtus ad carnem in ſuis quoque peregrinationibus continuè deportavit, donec ipſum prope vitæ ſuæ terminum ex præcepto depoſuit Chriſti: circa quod cingulum Dominus eſt plura magnalia operatus, ut ex ſubſequentibus apparebit. Nec jam cum matre in domo propria morabatur; ſed manibus propriis laborando, quod ſuæ parcitati ſufficeret, & unde pauperibus ſubveniret, in domo quadam juxta eccleſiam S. Martini degebat; ut divinis obſequiis mancipata, orationis eſſet loco vicina, & ei cui divinitus fuerat commendata.

D

*decennis aſſumitur in devotam.*

*cingulo ferreo cincta.*

*habitat prope ædem S. Martini.*

E

11 Cum autem annum tertium decimum *e* attigiſſet, & quadam die veniſſet ad eam mater ſua; apparuit eis in peregrinorum ſpecie Dominus Ieſus Chriſtus, cum ſocietate prædicta; dixitque Chriſtus matri S. Bonæ: Nos de ultramarinis partibus peregrini nuntiamus tibi, de viro tuo Bernardo, quod vivus eſt, & ibi proſpere commoratur. Volumuſque, quod hanc illius & tuam filiam tradas nobis, ut eam ad ipſum ultra mare ducamus. Quæ à loquente exterius, inclinata interius ad conſenſum, protinus cum liberalitate reſpondit: Quia boni mihi videmini peregrini, concedo vobis ipſam, ut petitis, & humiliter recommendo: tamen qui eſſent hi penitus ignorabat; S. Bona eos, utpote ſibi familiariſſimos, optimè cognoſcente: unde & eos proficiſcentes ſine ulla trepidatione illico eſt ſecuta; comitantibus eam Domina Gaitatana, & quadam puella nomine Maſſaja: quæ totius hujus peregrinationis comites fuerunt indiviſæ; tamen hos peregrinos, & quæ circa ipſam divinitus agebantur, penitus ignorabant.

e

*anno 13 ætatis à Chriſto*

*abducitur peregrinatum:*

F

12 Navigantibus ergo ipſis, de S. Bona ultra mare publica fama pervenit, quod filia ſcilicet Domini Bernardi, quam de uxore Corſicana genuit, veniebat; Angelo ejus hoc ad probationem ipſius, ut traditur, divulgante. Pater vero propterea de hac fama dolebat, quia longo tempore antequam Piſis Bertam matrem S. Bonæ matrimonialiter ſibi copulaſſet, in ultramarinis partibus quamdam Dominam valde nobilem habuerat in uxorem, de qua etiam tres genuerat filios; unus quorum tunc erat Patriarcha Hieroſolymitanus, alius fuit Magiſter Templi, tertius Hoſpitalis. Qui una cum Patre dolebant, & præcipuè Patriarcha, quod hæc illuc accederet, quam audiebant à patre de matre Corſicana genitam: hoc ſibi in opprobrium reputantes, quia Corſicanæ ſunt ibi deſpectui, & plus nobilitatem carnis, quam ſocietatem animi attendebant. Navi ergo applicante, pro S. Bona capienda pater acceſſit ad navem, & Patriarcha per nuntios pluries laboravit. Aſt aliis cum ea loquentibus & videntibus ipſam, ab his nec videri potuit, nec audiri. Sancto quoque Spiritu revelante aufugit de nocte cum ſociis, per nemoroſa & aſpera tranſeundo.

*Navigat in Terram Sanctam.*

f

*ubi ne capiatur à patre & fratribus*

Et

A Et videbatur S.Bonæ dum fugeret, quod poſt eam curreret hominum multitudo,Cape eam,Cape eam, ingeminantium cum clamore. Erant autem dæmones,ejus profectibus invidentes. Fugiens itaque in quamdam ſe projecit foveam, ut lateret.

*fugiens latet in fovea:*

13 Et cum moraretur in ea,cuidam ſancto Eremitæ, Ubaldo nomine, qui in vicinis partibus per triginta annos incluſus in cellâ ſervierat Deo, eſt cælitus relevatum, ut pro juvencula illa mitteret, quæ in illa fovea latitabat, & quod ad ſe faceret eam duci. Quod per quemdam virum Dei,fratrem ſuum, Deo obediens Eremita complevit. Cum ergo ipſa adducta veniſſet ad eum,cum neuter de altero prius notitiam aliquam habuiſſet, propriis ſe invicem nominibus ſalutarunt,videntes ſe mutuo cum gaudio magno valde. Ad illius vero Eremitæ conſilia & præcepta direxit ſe S. Bona in partibus illis menſibus novem. Quo in tempore loca ſacra, in quibus Dominus ſalutem omnium procuravit, nec non & Jordanis fluvium, ubi fuit Dominus baptizatus, cum duabus ſuis comitibus devotiſſime viſitavit; in locis, ubi ſteterunt pedes Domini oſcula figens, ac pro beneficô ſacramento, in loco quolibet geſto, cum lacrymis ibidem Domino gratias reddens pias & devotas.

*adducitur ad Ubaldum Eremitam:*

*viſitat loca ſancta:*

B

14 Cum autem ſacra Quadrageſima adveniſſet, eam in quadam caverna, in eodem loco in quo & Chriſtus, multa cum abſtinentia obſervavit. Qua completa,apparuit ei ibidem Dominus Jeſus Chriſtus, cum eiſdem cum quibus apparuerat ei Piſis, dixitque ei: Filia,oportet ut habeas filios; ut quæ es filia mea ſimul & ſponſa, propter me & pro me efficiaris etiam mater. Illa ſibi conſcia de propoſito virginitatis perpetuô conſervandæ, audito nomine filiorum & matris, Beatam imitata Mariam, cum quodam pavore reſpondit: Et quomodo habebo filios? Dixit ei Chriſtus: Noli timere, quia non de carnalibus, ſed de ſpiritualibus tibi dixi. Educenſque eam de caverna prædicta,oſtendit ei ſuper quodam excelſo monte multos parvulos, candidiores nive, nitidiores lacte: & ait ad eam: Illi erunt filii tui, qui omnes ob reverentiam tui capita tibi & manus inclinant in terram: in cujus indicium rei annulum digito ejus impoſuit, de prædictis filiis conſtituens eam ſponſam ſimul & matrem. Filios iſtos merito poſſumus accipere, qui omni tempore ſubſequenti ejus ſanctiſſimis meritis, ſalutaribus monitis, aſſiduis orationibus, glorioſis exemplis, evidentibus miraculis, ſunt, aut per converſionem à malo, Domino acquiſiti; aut per conſervationem in bono, nutriti; aut per promotionem in melius, educati: ex quorum multitudine numeroſa plures apud S.Michaelem de Orticaria, & apud S. Jacobum de Podio,filii fuerunt & ſunt. Beata vero Bona,ex his conceptâ fiduciâ,dixit Chriſto: Omnes infirmitates,quæ poſſunt hominibus & beſtiis evenire, volo pro te & talibus filiis ſuſtinere. Reſpondit ei Chriſtus: Et ego promiſſionem hanc recipio, ut dixiſti. Quæ promiſſio ab ea & in ea eſt operè adimpleta tempore ſubſequenti, una infirmitate per aliquod temporis ſpatium in ea durante, & alia ſuccedente. Unde etiam Martyr poteſt non incongrue appellari, quia nulli paſſioni defuit, quæ ad alia etiam toleranda parata fuit.

*Conſtituitur mater ſpiritualium filiorum*

C

*poſtea ab ea dirigendorum:*

g

15 Ibidem etiam præcepit ei Chriſtus, ut ad dictum rediens Eremitam,quod ſibi diceret adimpleret; aſſignans ei Angelum, qui eam comitaretur in via. Quæ præceptum adimplens Dominicum, ad illum reverſa eſt Eremitam, de ipſius reditu gaudioſum, & cum eo dierum ſeptem ſpatio eſt morata. Qui facta ſibi revelatione divina, dixit ei: Voluntas eſt Dei, quod revertaris Piſas, multa tamen adverſa tibi contingent in via: nam in Saracenorum manus devenies, & vulneraberis, ac incarceraberis ab eiſdem.

*monita de reditu,*

EX SUPPARIS ÆVI MS.

16 Quæ cum,Deo etiam per ſervum obtemperans, iter pro reditu cum ſociis inchoaſſet; duce Chriſto,ſolitis comitibus ſociato, Calvariam pervenerunt. Ubi dixit Dominus S. Bonæ: Da mihi cingulum, quo es cincta. Illa de occultatione cinguli ferrei ſibi conſcia,quaſi etiam ipſum Dominum hoc lateret,cingulum ei præbebat laneum, quo ſuperius cingebatur. Domino autem prodente ad gloriam, quod Sancta celabat ad cautelam,ſtatim ipſum cingulum eſt ſolutum, & in terram cecidit ad pedes ejus. Quod Chriſtus ſuſcipiens, miſit illud in illo foramine, ubi quondam lignum ſalutiferæ Crucis fixum fuit. Ac poſtea ſe cingens ex ipſo, reddidit illud Sanctæ. Quæ ipſum de cetero pretioſius reputans, cariuſque conſervans, ipſo iterum eſt ſuccincta.

*montem Calvariæ viſit ferro cincta.*

17 Ut autem verborum ſervi Dei veritas, & S. Bonæ patientia probaretur; omnia ab illo prædicta circa ipſam ſunt adeo veraciter adimpleta,ut à Saracenis,ad inſtar Chriſti,in latere vulnus acciperet,cujus cauſa ſanguinem per os diverſis temporibus vomuit quoad vixit. Febres quoque omni pene tempore paſſa fuit. Quæ omnia,virtutis femina, Dei armaturâ induta, pro ſponſi ac filiorum amore patientiſſimè toleravit. Unde etiam febrem,ſociam, cum gaudio quaſi ludendo vocabat. Porro Domina Gaitana & ſocia eam etiam in carcere minime reliquerunt, ſed ei indiviſæ comites & adminiſtratoriæ ſedulo extiterunt. Audientes vero quidam Piſani mercatores & cives S.Bonam in carcere detineri, eam à Saracenis dato pretio redemerunt, & ad navem cum ſociis adduxerunt. Quæ tandem ſimul reverſæ ſunt Piſas: ipſaque dilectam ſibi ingreſſa eſt domum, in qua facta Soror cœperat habitare. Ubi dum in peregrinatione non eſſet,multas Quadrageſimas in arcta abſtinentia & diſtricto ac continuato ſilentio obſervavit, legumine in victu, & aqua in potu contenta. Ibidem etiam,quantum poſſibilitas permittebat,in lectione aſſidua,meditationi intenta, orationi dedita, contemplatione ſuſpenſa,vitam cæleſtem ducebat in terra. Et cum jam, odore virtutum ejus & famæ, ad ipſam conflueret hominum multitudo diverſorum ſexuum, morum, ſtatuum, conditionum,& voluntatum;omnibus lætam faciem exhibebat: licet, ut dictum eſt, febres pene continuas pateretur; omneſque largo excipiebat affectu, & tamquam cæleſtis medici apotheca, mulier gratioſa, ſingulis competentia medicamina offerebat; adeo ut de tanta multitudine nullum à ſe, abſque conſolationis vel ædificationis antidoto, recedere pateretur. Unde domus illa,horum & aliorum ſpiritualium ejus operum officina, cæli vere facta eſt domus & porta: in qua non modo ſancti Angeli ipſam inviſere deſcendebant, verum etiam ipſe Sanctus Sanctorum frequentiſſime veniebat,cum Matre ſua Domina Angelorum.

*Piſas reverſa vitam cæleſtem ducit:*

E

*capta à Saracenis vulneratur:*

F

*& multos benigne ſibi ſtruit.*

## ANNOTATA.

a *Nata eſt circa annum* 1156, *quando Corſica inſulæ adhuc ſub Piſanis erat.*

b Mugellum *p. m.* 14 *diſtat Florentia ad Boream, uti conſtat ex Gonzaga, de ſui Ordinis ibidem conventu agente: ſed in Lectionibus videtur dici* de Metello, *nobis adhuc ignotus locus.*

c *De eccleſia S.Sepulcri agimus, ubi de* S. Ubaldeſca 28 *Maji.*

d *Quomodo* S.Maria Cleophæ *ſeu* Jacobi *fuerit dicta* Soror Deiparæ Virginis, *ad illius Acta* 9 *Aprilis*

*deduximus, ubi etiam* de Salome, *aliquibus* Maria *dicta, & confusa cum matre filiorum Zebedæi atque etiam* Soror Deiparæ *credita; quamquam ea omnia merito videantur rejici posse.*

EX SUPPARIS ÆVI MS.

c *Circa annum* 1169.

f *Hic videtur* Heraclius *esse, non quidem tunc regens, sed postea circa annum* 1180 *Patriarcha creatus, sub quo Hierosolyma amissa anno* 1187, *nam ejus decessor* Amalricus *ab anno* 1157 *Ecclesiam istam, regens erat* Francus ex diœcesi Noviomensi. *Consule tractatum de Patriarchis Hierosolymitanis ante tomum* 1 *Maji.*

g *De* ecclesia *& domo* S. Jacobi de Podio, *uno ab urbe milliario, quomodo exordium sumpserit à* S. Bona, *dicitur infrà num.* 18. S. Michaelis de Orticaria *num.* 25 *mentio fit, intelligiturque haud procul etiam à civitate abesse trans Arnum flumen, Romam ituris: hodie autem dicitur* S. Michaelis Discalceatorum, *pertinetque ad eos qui Scopetini vocantur, inquit Razzius.*

## CAPUT II.

### *Variæ peregrinationes ejus, & miracula in iis facta.*

B 18 *Peregrinata ad S. Iacobum,*

POst aliquantum tempus à reditu apparuit ei Christus, societate solita sociatus, dixitque ad eam: Volo te hujus B. Jacobi limina in Hispania visitare, qui te mecum jam pluries visitavit. Quæ cum devotione obediens, viam aggressa est, & complevit. Cum vero rediens ad locum quemdam extra Pisas à parte Aquilonari per unius milliarii spatium circa solis occubitum pervenisset, ubi in quadam domuncula paleari quædam vetula habitabat, declinavit ad eam cum socio suo S. Jacobo, qui gratia hospitandi, & cujus rei causa ibi moraretur, inquirit. Quæ suæ dixit existere voluntatis, ecclesiam aliquam ibi construere, licet unde hoc faceret non habebat. S. Bona respondit: Si ecclesiam ipsam vis construere ad B. Jacobi honorem & nomen, senex iste (manu eum demonstrans) B. Jacobum multum amat, & omnia necessaria ministrabimus tibi. Illa præbente consensum, S. Bona una cum B. Jacobo dispositionem omnem murorum ecclesiæ designavit; dein subsequentibus temporibus manum porrigens ad jutricem, donec ecclesia ipsa, quæ hodie S. Iacobi de Podio dicitur, ac domus necessariæ sunt completæ. Qui locus ex tunc, S. Bonæ dum vixit devotione & opere, ac postquam mortua est, ob ejus reverentiam, in bonis crevit & crescit. Mane vero facto Sancta reversa est domum, ibidem in afflictione carnis, in misericordiis ad egenos, in compassione ad miseros & afflictos, in psalmodia & oratione quasi continua, nec non in aliis operibus vitam ducens.

*à reditu ecclesiam S. Iacobi de Podio construit:*

C

*Inter peregrinandum claret miraculis*

19 Inter alia vero sancta & Deo accepta ejus opera, peregrinatio frequens fuit. Novem etenim vicibus B. Iacobi limina, & sæpe B. Petri, ac Sancti Angeli, cibo contenta modico, ferreoque semper succincta cingulo, visitavit. Quam vero Deo gratæ ejus peregrinationes exisserent, dignatus est ipse Dominus, ad laudem Sanctæ suæ, & ad commonitionem fidelium declarare, tum ipsam cum B. Iacobo comitando, tum plura & varia miracula, circa eam vel per eam, in ipsis peregrinationibus ostendendo. Quæ licet diversis temporibus sint patrata, omnia tamen simul ad commendationem peregrinationum, in ipsa & in aliis fidelibus, sunt merito copulanda.

*In fluvium lapsa, siccis vestibus emergit,*

20 Cum quadam vice S. Bona B. Iacobi limina in Galicia visitaret; ad quemdam fluvium pervenit cum aliis peregrinis, quem quidē per pontem, propter ejus excrescentiam, nemo poterat pertransire. Aderant ibi cum asinis pueri, peregrinos pretio transportantes. Cum ergo B. Bona, iter volens persequi inchoatum, dato pretio unum pro transitu ascendisset, ac post se in eodem asino portans puerum, fluvium pertransiret; asino cespitante, in aquam impetuosè currentem asinus, puer, & ipsa pariter ceciderunt. Sancta vero Bona, nec membris madida nec vestibus, pertransivit; puerum pannos ejus pertinaciter retinentem, post se attrahens super aquam. Inde homines, aqua plenum puerum existimantes, ipsum pedibus suspendere, ac aquam evomere, cogitabant. Quod puer intelligens, Nolite, ait; quia non sum aqua plenus, ut creditis, sed indicibili gratia fruitus, & immensa sum jucunditate perfusus, quamdiu in aqua extiti cum ista Domina glorioſa. Audientes hæc homines, & eam ac sua nullâ omnino perfusam humiditate videntes, ipsam cum admiratione ambiebant, eam insatiabiliter intuentes. Quæ videns multitudinem, ad se ob hoc undique confluentem, aufugit. Ecce in uno eodemque facto Virgo Christi salutare nobis præbet exemplum, de humana laude & gloria fugienda, & Christum sequitur suum in via socium & magistrum. Per Bonacursum tamen Boscettum, qui vicinus ejus erat in domo, & in peregrinatione tunc socius, quique oculis propriis ista vidit, est opus Domini, ad hominum ædificationem, sanctæ Virginis honorem, & Dei gloriam, divulgatum. Ut verum sit, quod si nos tacuerimus glorioſa de nobis, alii publicabunt, & quo ad umbræ modum gloria sequitur fugientem.

D

*& puerum secum extrahit,*

*testis qui adfuerat.*

E

*Iubente Christo ponitem dissipatum transit;*

21 Simile quiddam, in alia ad eumdem locum peregrinatione, operatus est Dominus circa eam. Nam ad quemdam fluvium ambulando pervenit, cujus pons erat adeo dissipatus, quod nullus peregrinorum, qui illuc convenerant quasi mille, transire per ipsum poterat vel audebat. Tunc Dominus Iesus, qui cum sociis solitis erat cum B. Bona, in effigie peregrina aliis incognitus peregrinis, dixit ad eam: Transi per pontem manibus semper elevatis in cælum. Quæ cum transitum inchoasset, ab omnibus clamabatur in eam: Noli attentare, Domina, quia sine dubio submergêris. Illa, de præcipientis potestate secura, fiducialiter cunctis peregrinis cum pavore cernentibus pertransibat. Et statim Sanctorum innumerabilis multitudo, mitris Episcopalibus ornatorum, in ipsum fluvium corporali specie descenderunt: quos tamen peregrinorum nemo videbat, uno dumtaxat excepto, cui de privilegio speciali, ad testimonium & divulgationem miraculi, divinitus concessa est gratia hæc videndi. Cum autem S. Bona pontem & fluvium illæsa transisset; Christus, qui cum ipsa pariter transierat invisus, dixit ad eam: Voca ad te omnes peregrinos, ex alia parte fluminis consistentes, quia nemo peribit ex eis, si donec transierint manus tuas tenueris elevatas. Fecit, ut dixit, & sic omnes peregrini illæsi ejus orationibus transierunt. Peregrinus autem ille, qui miraculum noverat, post B. Bonam anhelando currebat. Dicunt ergo ei alii peregrini: Quare sic curris, frater? Quid habes? Quibus ille respondit; Numquid non modo divinum miraculum attendistis? Et illi quod? & peregrinus ad eos: Nonne vidistis quinque peregrinos, primo cum ipsa Domina mirabiliter transeuntes, & qui ad eam descenderunt in aquam? Sancti sunt illi & illa etiam Sancta. Illo peregrino hæc & his similia repetente, & post S. Bonam clamando currente, dixit S. Bonæ Dominus Iesus Christus: Latita in domuncula, ne te peregrinus, qui miraculum vidit, inveniat. Cui Sancta tam libenter, quam utiliter obedivit. Cumq; nihilominus in currendo & clamando ille insisteret peregrinus,

*& oratione sua aliis transitum obtinet,*

F

*ideoq; ubi condere se jussa,*

A grinus, quemdam in quadam villa ſuentem pannos reperit juxta viam: & cogitans, quod illic S. Bona cum ſociis pertranſiſſet, interrogavit ab eo; Vidiſtis quamdam Dominam, cum duobus maſculis peregrinis & tribus feminis tranſeuntem? Etiam in ſignum veſtimenta eorum expreſſit, & effigies & ſtaturas. Admiratus ſutor, quod ille ſic anhelando & currendo quærebat; undique cœpit attendere diligenter, ſi illos videret, & illam. Et ecce per data ſigna, maxime autem per infuſam ad hoc ſibi gratiam, peregrinos illos quinque & Dominam recognoſcens, non tamen quod Chriſtus & Sancti eſſent intelligens, vidit eos in domum cujuſdam hoſpitis introire. Et bonos eos exiſtimans peregrinos, cucurrit ad hoſpitem, dicens ei: Multum gauderes, ſi eos, qui ſunt in domo tua agnoſceres. Et converſus ſutor ad unum ex illis quinque, qui erat B. Iacobus, dixit ei: Facite me ab ipſa Domina benedici: nomen enim ejus proprium ignorabat. Dicit ei Apoſtolus: Accipe pileum ejus, & cum exierimus recedentes, quod te benedicat poſtulabis ab ipſa. Fecit ut dixit. Quæ non benedictionem negans, ſed Apoſtolo deferens, B. Iacobo dixit: Signate vos eum. Ait ille: Non ego, ſed vos. Ipſum ergo humiliter obediens benedixit. Porro benedictio illa tanto eum ſtatim ſpiritus ardore ſuccendit, ut ad inſtar Apoſtolorum, relictis omnibus & inſalutatis domeſticis, B. Bonam ſequeretur & ſocios, omnium terrenorum oblitus. Quem cum B. Iacobus de reditu pluries admoniſſet, & ille nihilominus eis pertinaciter inhæreret, dicens; Quia vobiſcum eſt Chriſtus, non recedam à vobis; tandem ipſe Dominus Ieſus Chriſtus eum ſimiliter admonuit, ut rediret. Qui ab ipſo benedictione recepta revertebatur quidem, ſed cum triſtitia & dolore: & in via poſitus redeundi domum, arreptus febribus dormivit in Chriſto: cujus obitum & ſalutem Dominus B. Bonæ illico revelavit. Ex iſto miraculo Sancta iſta evidenter apparet Moyſi famulo Domini comparata, non ſolum in frequenti apparitione & familiari collocutione divina, verum etiam in elevatione manuum virtuoſa. Pariterque, ſi tu auditor & ego lector attendimus, admonemur, de humano favore & gloria fugienda, de honore invicem impendendo, & quod Sanctis eſt reverentia & obedientia impendenda.

*& nihilominus ab ejus agnita,*

*Benedictione ei ſua felicem mortem obtinet.*

22 Alia vice & tempore, dum eadem iterum B. Jacobi limina viſitaret, quantum ſua reprehenſio fuerit libera, efficax, & ſalubris, ac ipſa ſecretorum cognitrix, per hoc quod accidit eſt oſtenſum. Peregrinus etenim quidam, in ipſo itinere ab aliis aliquanto ſpatio ſegregatus, quemdam incidit in latronem: qui ait ad peregrinum: Extrahe pecuniam, & da mihi. Quo non dante, ſed ne ſibi tolleret ſuppliciter deprecante, dixit iterum ei latro: Da mihi quod habes, alioquin tibi faciam quod propoſueram ulterius non facere alicui peregrino: nutu etenim divino correptus ſpoliare quidem, ſed non occidere propoſuerat peregrinos. Cum ergo Iacobi petam nullatenus latroni pecuniam exhiberet, latro evaginato gladio ipſum in ſiniſtro ubere ſic percuſſit, quod quaſi mortuus cecidit ſuper terram. Tunc B. Bona, eodem pergens itinere, facta ſibi revelatione totum negotium intellexit; & feſtinanter approperans, clamavit à longe fugienti latroni; Noli fugere, ſed me aliquantulum præſtolare. Qui volens fugere, ſed non valens, prope peregrinum immobilis & trepidus expectabat. Quibus appropians Sancta, jacere vidit Iacobipetam ſemivivum: & increpans ipſum dixit ei: Miſer, qualem peregrinationem faciebas? Duo etenim peccata mortalia ſubticuiſti ſcienter, quando ſuperficialem pœnitentiam accepiſti: unde, ſi ſic fuiſſes mortuus, ſine dubio in ſupplicium iviſſes æternum. Porro vulnus ejus ſanctis digitis ſuis tangens, invocato virtuoſo nomine Trinitatis, ſalutiferæ Crucis ei ſignum impreſſit: quod ſtatim eſt adeo ſolidatum, acſi nulla fuiſſet unquam ibi facta percuſſio, ipſeque ſanus ſurrexit & fortis. Et cum ei pecuniam ſuam feciſſet reſtitui à latrone; præcepit eidem S. Bona, quod duo illa peccata confiteretur, primò quod ſibi occurreret Sacerdos. Converſa vero ad latronem, ipſum de perpetrato ſcelere acriter increpavit, tormenta talibus rememorans præparata. Quo virtutis voce correpto, Sancta increpationi monitionem adjungens; Miſerere, ait, animæ tuæ, ut non pereat in æternum. Et his dictis & factis S. Bona progreditur iter ſuum: latro autem ille gratia divina converſus, & aſpectu Sanctæ ac verborum ejus ſuavitate illectus, per totum iter Beatam ſecutus eſt Bonam, uſque dum Bonithi-podium *b* pervenerunt: ubi per ipſam illi facta eſt cella latroni, in qua ipſe toto ex tunc tempore vitæ ſuæ Domino fideliter deſervivit, & vitam in pace finivit. Ecce quam evidenter apparet, quod ſancta noſtra Bona, divinorum verborum auditrix obliviosa non fuit, ſed operum factrix; dum Samaritanum Euangelicum imitata, tam peregrino quam latroni vinum infudit & oleum, illi de vulnere putridæ mentis increpans, & à vulnere corporis miſericorditer ſanans: huncque ſimiliter de perpetrati ſceleris atrocitate redarguens, & ad pœnitentiam leniter admonendo convertens.

*latronique converſo extruit cellam.*

*b*

23 In peregrinationibus quoque ipſius ad S. Petrum virtus ejus & gratia divina non defuit: nam in ultima quarantenarum, quas Romæ cum abſtinentia multa & devotione peregit, eſt adeo graviter infirmata, quod Domina Gaitana, devota ejus & ſocia, de vita ipſius deſperans, caput ejus detruncare, & piſas proponebat afferre. Cui talia cogitanti B. Bona, quaſi de gravi evigilans ſomno, dixit: Præparate nobis cibum, Domina, ut peregrinationem noſtram perficere valeamus: quia caput meum Piſas non portabitis, quemadmodum cogitaſtis, ſed ego ipſa portabo. Quæ de revelatione mirata, cibum ut illa dixerat, præparavit, ac ſimul iter aggreſſæ ſunt redeundi.

*Roma ægræ ſociæ cogitationem revelat:*

24 Ante tamen quam de Roma recederent, B. Petri eccleſiam orationis gratia intraverunt; ad cujus fores eccleſiæ puer contractus cauſa petendi eleemoſynam ponebatur. Beata ergo Bona cum ſocils, oratione completa, eccleſiam exeunte, languidus ab ipſis more ſolito eleemoſynam poſtulabat. S. Bona, plus ceteris affluens compaſſionis affectu, dixit ad eum; Ut magiſtrum meum B. Petrum, cujus devotione ad hanc urbem acceſſi, & hoc oratorium viſitavi, verbo ſequar & facto; argentum & aurum non habeo, ſed hoc vaſculum vini (barlettum *c* ſuæ peregrinationis oſtendens) quod Dei poſſum gratia & virtute, hoc tibi eum imitando concedo. In nomine Ieſu Chriſti ſurge, & bibe. Qui protinus ſurrexit ſanus, & de vaſculo illo bibit. Illa vero iter ſuum cum ſociis proſecuta, Piſas eſt cum bona proſperitate reverſa. Et in iſto miraculo tam evidenter B. Petrum Apoſtolum eſt ſecuta, ut hoc non videatur illi ſimile judicandum, ſed idem potius repetitum. Nec mirum alicui de tanta ad ipſum conformitate videatur; cum ad ejuſdem pergens limina, ipſius ſocietate frequentius ſit uſa.

*ad eccleſiam S. Petri puerum contractum ſanat.*

*c*

25 Cum enim more ſolito quodam tempore vellet ipſius B. Petri Apoſtoli limina viſitare, à Priore S. Martini & Joanne Presbytero, procuratore ſuo pariter & cuſtode, eundi licentiam poſtulavit. Qui, conceſſa licentia, cum quibus ſit itura perquirunt. Quę dixit, Guidonem & Guidam

*Itura Romam puerum ſocium ſumit,*

cum



*Peregrinum à latrone graviter læſum*

*monet de peccatis,*

*& ſigno Crucis ſanat:*

cum ipſa ituros, & Petrum. Porro Guidonem & Guidam, Chriſtum Dominum nominabat & Matrem, ſicut ipſa poſtmodum expoſuit requiſita. Et quidem proprie valde, cum ejus eſſent Rectores d & Duces, & ducalis ipſe vulgariter appellatur Guida. Iacobum tamen juvenem, qui eam frequentiſſime ſociaverat, petiit à Priore, ut eam uſque parum ultra S. Michaelem de Orticaria ſociaret, ubi in quodam prato à prædictis e tribus ſe aſſeruit expectari. Quo ſibi conceſſo, cum mane valde diluculo procederent verſus Arnum fluvium; Jacobus ille dixit ad eam: Quomodo tranſibimus, Domina? Illa reſpondit: Inveniemus Guidonem, qui nos in ſua navicula tranſportabit. Cumque ad ripam fluminis perveniſſent; illa dixit Iacobo; Voca, voca, Guido. Qui cum clamaſſet, O ſer Guido; ſtatim ille reſpondit, Quis eſt? Et Iacobus ad eum: Quædam Domina, quæ fluvium vult tranſire. Et Guido ſubjunxit: Eſtne illa, quæ partim eſt Piſana, partim Corſicana? Beata etenim Bona, quod in principio hujus operis diximus, de patre Piſano & matre Corſicana nata fuit: & ideo Chriſtus familiariſſimus ejus, cum ea & de ea quaſi ludendo, hujuſmodi de multa familiaritate dicebat. Sancta vero Bona dixit Iacobo: Reſponde, quod ipſa eſt. Quod cum ille dixiſſet; reſpondit Guido: Si ipſa eſt, eam tranſportabo libenter. Per Guidonis ergo naviculam tranſportati, cum ipſo ortu diei perveniſſent ad pratum, in quo Sancta ſe dixit expectari; Jacobus undique circumſpiciens, neminem vidit adeſſe. Et reputans opportunitatem aſſociandi eam uſque Romam ſibi eſſe conceſſam, ſolus dixit ad ſanctam Bonam; Gratias Deo, quia illi, de quibus dixeratis, non adſunt, & veniam ego vobiſcum. Cui illa reſpondit: Poſt ſepem hanc aſpice, quia hic debent me procul dubio expectare. Cumque diligenter aſpexiſſet, neminemque vidiſſet; hilarior factus, iterum dixit ei: Ecce non ſunt, & ego vobiſcum veniam. Quæ rurſus dixit ad eum: Volve te, & undique conſpice. Cumque ſe volvens aſpiceret, de ſepe tres exire aſpicit peregrinos. Et dixit: Ecce hic ſunt. Et illa: Iſti ſunt, inquit Guido, & Guida, ac Petrus, quos mecum dixi venturos. Porro Iacobus, unum ex his, Guidonem videlicet, ætate juvenem & ſpecie formoſum attendens, & nimio quo ad Sanctam tenebatur amore ſiniſtrum aliquid ſuſpicatus, dixit Sanctæ: Nolo vos ire cum iſtis, ne forte vobis in via ab eorum aliquo violentia inferatur. Tunc illi tres & S. Bona pariter ſubridentes, dixerunt ad eum: Sine illam ſecure venire nobiſcum, quia nullum ei malum aut violentiam inferemus. Et ille: Non ſinam ait, niſi iſte, qui pulchrior eſt inter vos, Guidonem demonſtrans, pacem mihi tribuat, hujus veſtræ promiſſionis ſignum & pignus. Tunc Guida ad Guidonem converſa dixit ei: Licet rem magnam petierit, tamen fac ei, fili, quod petit. Guido itaque Jacobum, in ſignum pacis & fœderis, oſculatus, duas radices gingiberis dedit ei; dicens, ut alteram Presbytero Joanni, alteram Presbytero Matco ex ejus parte portarent. Ipſe autem Jacobus ſtatim, per oſculum illud, tanto eſt ſuavitatis odore repletus, acſi in ejus corpore eſſent omnia mundi aromata congregata: ut ipſa ſuavitas inexperta, eſſet ipſi promiſſionis ſecuritas plena. Poſt hæc profecti ſunt illi cum Sancta, & ad S. Martinum Iacobus eſt reverſus: ac ante fores eccleſiæ Presbyterum Ioannem, cui hæc omnia jam revelata fuerant, reperit expectantem. Et videns Iacobum dixit ad eum: Bonum os fuiſti hodie oſculatus. Accede huc, fili mi, & præbe mihi oſculum pacis, ac radicem gingiberis mihi miſſam. Fecit ille, ut dixit: & ſtatim poſt oſculum, odor ille ſuavitatis de ipſo egreſſus, totaliter in ipſum Joannem Preſbyterum introivit: cum radice vero gingiberis os ſuum tangens & oculos, ipſam pro Reliquiis reſervavit. Presbyter vero Marcus ſuam radicem comedit.

EX SUPPARIS ÆVI MS.

d

e *cum quo per Arnum,*

B *à Chriſto tranſvecta,*

C *ipſum cum matre & S. Petro ſocios invenit,*

*ex quibus Chriſtus puerum oſculatus,*

*miræ ſuavitatis odore, eum replet:*

*quem ille tranſfert oſculo in Ioannem Presb.*

D

## ANNOTATA.

a *Id eſt* S. Michaelis in monte Gargano, *qui mons nunc vulgo* Sancti Angeli *dicitur.*

b Bonizi-podium, *vulgo* Poggio-Bonzi, *in Ducatu Florentino verſus Senenſium fines, de quo pluribus ad vitam S. Luchefii 28 Aprilis; quia autem Piſa in Galiciam eunti vel redeunti non eſt tranſeundus locus iſte; verosimile fit, peregrinationem de qua hic agitur, non fuiſſe ſimplicem; ſed regredientem maritimo itinere Sanctam, petiiſſe Romam; atque ita tranſitum iſtac habere potuit, cum Roma pedes Piſam deſcenderet.*

c Barlettum, *Tuſcis diminutivum à* Barile, *Francis* Barillet, *lagena, vini vaſculum.*

d Viæ ducem *Itali, Franci, Hiſpani, ſecundum ſuam quiſque dialectum, dicunt* Guida, Guide, Guia.

e *Scilicet Chriſto, Deipara, & Petro.*

## CAPUT III.

### *Varia miracula Piſis patrata.*

E

26 *Etiam domi miraculis claret:*

SAncta vero Bona, non ſolum in peregrinationibus poſita, ſed etiam domi habitans, vitæ ſanctitate pollebat. Et ut vitæ ipſius ſanctitas miraculorum teſtimonio probaretur, virtus divinæ potentiæ illi ſemper aderat ad ſanandos infirmos, & diverſa (prout expediebat) miracula perpetranda. De quorum multitudine numeroſa quædam hic quaſi exempli gratia ſubjunguntur, quæ per eam adhuc in carne viventem eſt Dominus operatus: ex quibus quam potens fuerit apud Deum, & quam compatiens proximis, evidenter apparet.

27 Cum jam eccleſia S. Jacobi de Podio eſſet, per ipſius B. Iacobi & S. Bonæ auxilium, ſicut ipſa promiſerat, conſummata; ut divino conſtructa conſilio, divino Officio non careret; ac B. Iacobus, ejus deſignator & factor, ibidem venerationem debitam haberet; Monachi S. Michaelis de Orticaria, qui de S. Bonæ voluntate ipſam eccleſiam fuerant conſecuti, cœperunt de mittendo illuc Presbytero pertractare. Et tandem in hoc prudenter & communiter conſenſerunt, ut ille ex Monachis, de quo S. Bona voluiſſet, illuc pergeret moraturus. Ad quam cum Abbas Simeon propterea acceſſiſſet, illa reſpondit: Vult Dominus Ieſus Chriſtus, quod eat Donnus Paulus, ibidem S. Iacobo ſerviturus. Et per ipſum Abbatem, ad inſtar mulieris fortis, mittens cingulũ Cananeo, id eſt Donno Paulo, eum à voluntate propria per Sanctæ reverentiam commutando, dixit, ut ſequenti mane iter arriperet Paulus ad ipſam, ut ei loqueretur accedens. Cum ergo Abbas omnia Monachis retuliſſet, reſpondens Donnus Paulus, ait: Domina Bona de me optime cogitavit, quod ad S. Iacobum acetum bibiturus accedam. Verumtamen S. Bonæ conſentiens voluntati, mane facto iter arripuit, vadens ad ipſam, ut mandaverat per Abbatem. Cujus manus illa ex reverentia Ordinis voluit oſculari, ſed eo renuente nequivit. Dixit ergo ei S. Bona, ipſius mentem cognoſcens & verba; Vade, quia non bibes acetum, ut times, ſed de bono vino ſufficienter habebis. Beatus etenim Jacobus mihi dixit, quod vult eſſe tuus amicus & frater, imo te pro Domino vult habere. Qui abiit, & illi eccleſiæ deſervivit.

F *Electum à ſe monachum*

*ad S. Iacobum de Podio manſurum,*

*liberat metu penuriæ ibi tolerandæ.*

Ad

A 28 Ad dictam ecclesiam in festo S. Jacobi septem Clerici Pisani, cantores optimi, accesserunt. Cumque ibi modulatis vocibus cecinissent; finito cantu cœperunt compuncti, de transitu omnium, excepto Dei servitio, ex ipsius cantus transitu, cogitare. Et tandem, ut apud S. Michaelem de Orticaria communiter Domino deservirent, juramento se invicem adstrinxerunt. Die sequenti tres ex ipsis ad eamdem ecclesiam cum redirent, & à longe vidissent in ea Dominam Bonam, cum quadam devota femina & puella; dixerunt ad invicem: Cantemus Domino, ut Domina Bona ejus delectetur in cantu. Et dum cantando illud Responsorium, quod incipit, In conspectu Angelorum, ad fores ecclesiæ perveniissent; attentius ibi & dulcius cecinerunt. Cantantibus illis apparuit super altari S. Jacobi Dominus Iesus Christus, cum duodecim Apostolis, cum eis ibidem suavissime cantans. Quod tamen nemo videre potuit vel audire, nisi S. Bona & illa puella: quæ etiam exinde territa, clamabat ad matrem: cum puris enim & simplicibus sermocinatio ejus & cantus. Cantorum cantu finito, dixit Donnus Paulus B. Bonæ: Isti Clerici mirabiliter cantaverunt. B. Bona, bonis præferens meliora, respondit: Cantus ipsorum illius comparatione, quem interim audiebam, cantus extitit asinorum. Super quo Donnus Paulus admirans, dixit ei: Et quem cantum audistis? Cui illa respondit: Quia cantores illi ex devotione cantabant, Christo Domino placuerunt: ideoque ipse cum duocecim Apostolis suis apparuit visibiliter in altari, & ibi suavissime cantantibus cantoribus decantavit. In hoc facto in B. Bona beata nobis Cæcilia præsentatur, nisi quod majus gratiæ munus apparet, quod Dominus isti; quam quod illa Domino decantabat.

*Clericisquibusdam devote canentibus*

*accepta ab illo imagine sua,*

29 In eadem ecclesia cum quadam vice more solito cum Christo familiariter loqueretur, dixit ei, sancta Bona; Vellem unam à vobis habere iconam, quæ vestri expressam similitudinem contineret; ut per ipsam memoriale & signaculum vestri in brachiis corporis tenens & cordis, sæpius consoler in ea. Qui statim tribuit ei unam, quam ipsa postea donavit ecclesiæ S. Jacobi, in qua fuerat ei data, & in ipsa usque hodie perseverat.

30 Ante eamdem iconam cum quadam vice in eadem ecclesia S. Bona orationi dedita moraretur; imago illa cum S. Bona, sicut frequenter consueverat, loquebatur. Quod videns quædam spiritualis femina, cum ipsa existens ibidem, facta est pallida sicut cinis. Sed B. Bona, tamquam subtilius & attentius contemplata, pallidior satis est facta, ut ipsi tamquam sponsæ propriæ conveniat illud Sponsæ; Nigra sum, sed formosa. Qua femina ad Donnum Paulum, ut veniret videre mirabilia, proclamante; venit ille: & dum B. Bonam pallidissimam intuetur, ad imaginem illam convertens aspectum, vidit ipsam, quasi incarnatam & tumidam, ac ex ipsa quasi solis radios scintillantes. Et dum causam palloris ipsius inquirens instaret, tandem dixit ei Sancta: Apparuit mihi in forma fulgidissima Trinitatis, cujus gloriam & fulgorem non potui sustinere. Per hoc vero ei Epithalamicum istud convenit evidenter; Nolite me considerare quod fusca sum, quia decoloravit me sol, qui rotunditate, splendore, & calore exprimit Trinitatem.

C *empalleſcit ad gloriam Trinitati; in ea viſam.*

Cant. 1. 4

Cant. 1. 6

*panem à cellario datum S. Iacobo ab eo accipit.*

31 Volens etiam B. Jacobus ad dictam suam ecclesiam S. Bonæ devotionem, & ad ipsam S. Bonam hominum reverentiam augmentare, ad sæpe dictam ecclesiam venit in senis specie peregrini, & à Cellario eleemosynam postulavit. Ille dicens se non habere denarios, an panem vellet inquirebat ab eo. Et B. Iacobo respondente, quod panem gratanter acciperet, Cellarius unum tradidit ei panem. Quem illico Pisis sanctæ suæ Bonæ B. Iacobus præsentavit & dedit, dicens: Hunc mihi tui Monachi tradiderunt, qui apud ecclesiam meam & tuam de Podio commorantur. Paulo post illo Cellario ad S. Bonam, tunc sociatam pluribus, veniente; dixit ei S. Bona: Nuper ad te venit optimus peregrinus, & bene fecisti largiens ei panem. Quo de unius singularitate peregrini & laudibus admirante, cum pene innumeri inde transeant peregrini; addidit S. Bona: Peregrinus ille B. Iacobus fuit, & mihi panem detulit, quem ei dedisti. In quorum signum & fidem protulit illum panem, an illum noscat, inquirens. Qui panem certissime recognoscens, amplius mirabatur his auditis. Cum de pane illo à S. Bona, qui aderant, postularent, noluit eis dare. Dare autem ex tenacitate non renuit, cujus manus erat admodum porrecta, & quæ palmas ad pauperes semper habebat extensas: sed de ipso pane nescio quid mysticum cogitabat. Forte etiam ibi esse aliquam personam, [indignam] de illo pane edere & accipere, intellexit: unde si omnibus tunc dedisset, contra præceptum Euangelicum, sanctum daret canibus, & margaritas poneret ante porcos. Porro si dans quibusdam alicui denegaret, suspicionem sinistram de illo in mentibus aliorum necessario generasset. Ut peccatum ergo simul vitaret ac scandalum, Virgo prudentissima de pane illo dare alicui recusavit.

EX SUPPA RIS ÆVI MS.

*& illi oſtendit;*

*ſed aliis de illo dare renuit.*

B

32 Facta est aliquando contentiosa disputatio inter Monachos S. Michaelis de Orticaria, qui eorum deberent ad imminens festum S. Jacobi de Podio destinari, ita quod usque ad dicti festi Vigiliam nullus ibat. Nolens autem B. Bona eorum discordiam in scandalum populi publicari, & ecclesiam Sancti sui Jacobi, in ejus festo præcipuè, ministros necessarios non habere; ad S. Michaelem in ipsa Vigilia festivitatis accessit, & in ecclesia in medio eorum stetit. Et ut illud, cujus causa venerat, adimpleret, dixit ad eos: Est aliquis vestrûm, qui ad S. Jacobum velit ire? Quibus se excusantibus de eundo, ne de ipsis homines loquerentur, quia hora erat jam tarda, & quia strata multitudine illuc euntium erat plena; dixit eis iterum S. Bona: Et si à nullo videremini veniretis? Quo audito sperantes aliquod videre miraculum, illico sufficientes cum ipsa aggressi sunt iter. Et pergentes, per totam viam, à nullo ex tanta pariter euntium multitudine videbantur. Cum autem sic invisibiliter ambulantes, ad quamdam largam planiciem pervenissent; ut miraculum miraculo cresceret, & Sanctæ in omnibus obedirent, dicit eis illa: Vultis videre quomodo ad S. Iacobum ambulo, quando volo. Qui responderunt hoc se plurimum affectare. Et statim videntibus illis elevata est à terra, & per jactum arcus in aere, quasi sagitta transivit. Cumque ipsam cernerent sic euntem, currendo insequebantur eamdem, nullum impedimentum ab euntium multitudine sentientes. Ecce per Sanctam istam factum nobis repetitum Christi, dum sicut ille per exemplum parvuli elatos discipulos ad humilitatis eduxit viam; sic ista discordes Monachos per exhibitionem miraculi ad concordiam revocavit. Spiritu etiam viguit Elisæi, nisi quod majus videtur videntes alios invisibiles facere vel invisos, quam visos ab aliis efficere alios non videntes. Et ne alicujus sociorum spiritus defuisse credatur, in sancto Abachuch ejus motum per aërem contemplemus.

*Monachos ſecum invicem invisibiles ducit,*

*& ipſa elevata per viam tran-ſit:*

33 Frater Thomas apud S. Iacobum de Podio infirmatus, propter febres abstinebat à vino. Qui vinum, ex quo Sancta gustaverat ex parte bibens, ipsius meritis statim sudans evasit.

*febrim pellit,*

34 Sed ecce una dierum, Donno Paulo, Abbate S. Michaelis de Guanio Lucanæ diœceſis, [ſedente] cum ſancta Bona in domo ipſius, quædam puella portans tabulam cecidit; & illiſa eſt adeo graviter ſuper marmor, quod ſemiviva, numquam poſſe vivere credebatur. Per devotas ergo feminas, quæ ex aliis jam miraculis S. Bonæ ſanctitatem & in talibus potentiam cognoſcebant, ſublata eſt juvencula in domum Sanctæ, & poſita coram ipſa, ut puellæ ſuccurreret in mortis articulo conſtitutæ. Quæ ex humilitatis abundantia ac ſexus ordiniſque reverentia, dixit Abbati: Signate juvenculam iſtam. Quo penitus renuente, B. Bona, ſuper afflictis pia geſtans viſcera, juvenculam leniter tetigit, dicens; Quid habes filia? Quid habes? Illa, vocis virtute ſanata, primo paululum ſuſpiravit; & aperiens oculos, quaſi eſſet excitata de ſomno, reſpondit: Nihil habeo malitſtatimque ac ſi non cecidiſſet, eſt pleniſſime liberata.

*graviter laſam tactu ſanat:*

35 Vinibaldus civis Piſanus B. Bonam vehementi diligebat affectu: qui ſanctitatem ejus agnoſcens, cum ipſam theſaurum incomparabilem, ſed à Piſanis incognitum, nominaret, & innumera de ſanctitatis ejus laudibus replicaret; filia ejus annorum ſexdecim videndi B. Bonam incredibili eſt deſiderio inflammata. Quam cum ad B. Bonam adduxiſſet; viſa illa & audita, circa ipſam adeo eſt affecta, ut trecias ſibi valde dilectas ab ipſa abſcindi libentiſſime pateretur, & patris ac domus oblita, cum S. Bona vellet ulterius indiviſibiliter remanere. Quæ cum tandem ſuaſione Sanctæ domum cum patre rediſſet, maxime quia Sancta ad ipſam promiſit ſe eſſe venturam; febribus eſt arrepta, & nihilominus in deſiderio Sanctam revidendi perſtabat. Et ecce, ipſa puella ſola in camera exiſtente, apparuit ei Chriſtus cum ſolita ſocietate, & cum B. Bona. Et divinâ gratiâ illos cognoſcens & illam, cœpit altis vocibus diem, qua B. Bonam noverat, dicere benedictam. Quas voces pater & familia audientes intraverunt ad eam, & quare ſic clamaret inquirunt. Quibus illa reſpondit: Hic eſt B. Bona, & videte ipſam; alii vero qui cum ea pariter intraverunt, non ſunt ab hominibus nominandi. Cumque pater & alii circumſpicientes undique neminem aſpexiſſent, relicta puella cameram exierunt. Tunc Chriſtus, & qui cum eo erant, ac B. Bona dixerunt puellæ: In medietate diei craſtinæ ex hac valle miſeriæ ad cæleſtia regna tranſibis. Et his dictis abierunt. Puella vero erigens ſe in lecto, quia pedibus eos perſequi non valebat, magnis poſt eos vocibus proclamabat: Audite me, audite, & quod mihi dignati eſtis promittere, adimplete. Et quia res ſperata & promiſſa, ſi differatur, affligit animum præſtolantis; quæ hora eſſet, quærere non ceſſavit; donec facto meridie audivit à patre, Quoniam media dies eſt. Cumque inde repleta gaudio Dominum collaudaret; ecce iterum Dominus Ieſus Chriſtus, cum quibus prius venerat, & cum B. Bona, apparuit ei dicens, ut cum patre & aliis domeſticis de vino communionem faceret cantando. Quo facto, ſpiritum ſuum in Chriſti manibus recommendans, quievit in pace. In puella iſta nobis apertiſſime demonſtratur, quantam Chriſtus Dominus reverentiam ac devotionem ad S. Bonam accepiſſet; cum puellæ iſti, ex hoc ſolo laudatæ, donum ſuæ apparitionis conceſſerit vivæ, & gloriam fruitionis æternæ tribuerit jam defunctæ.

B *Puellam ſibi pie addictam,*

*cum Chriſto apparens viſitat:*

C

*& de hora mortis monitam iterum reviſit.*

36 Alius Piſanus ſimiliter, nomine Bonſeniorus, ex uxore ſua, Palmeria nomine, unicum filium generavit. Cumque ſancto Epiphaniarum die ad cœnam læti ſederent ex more, & mater filium, qui unius anni erat, in gremio retineret; accepit ipſa cultellum aliquid inciſura. Quem infantulus ex improviſo arripiens, in propria fronte confixit. Quod videntes pater & mater, triſtiſſimi ſunt effecti, quia filium alium non habuerant, nec habebant, nec ulterius expectabant. In matrem tamen pueri pater, triſtitia ſtimulatus, maledictionis verba ingeminando dicebat. Mane facto patrem pueri, ad eccleſiam (ut moris eſt) venientem Sancta videns, & advocans ipſum; primo de maledictis acriter increpavit, quæ contra uxoris meritum dixerat in eamdem; admonens ut occulte ſibi puerum deportaret. Quem cum ei, ſicut monuerat, attuliſſet; illa vulnus tribus vicibus oſculata, ſignum ipſi ſalutiferæ Crucis impreſſit: & ſtatim vulnus eſt adeo ſolidatum, quod in loco vulneris neque veſtigium aliquod apparuit cicatricis. Puer etiam vivus uſque hodie perſevetat, nomine Bonajonta, annorum circiter quinquaginta. Sancta vero, virtutum veritate repleta, laudem humanam tamquam vanam & falſam deſpiciens, ac deſpiciendam docens, præcepit patri pueri, ut hoc factum, donec ipſa viveret, nemini revelaret. Ecce quam evidenter in modo liberationis S. Bona imitata eſt Eliſeum, & in præcepto diſciplinæ Chriſtum.

D *Abſens cognoſcit maledicta à pueri laſo patre in uxorem jacta.*

*& puerum oſculo ſanat.*

E

## CAPUT IV.

### *Spiritu prophetico futura præſcita, & arcana cordis cognita.*

37 Sicut autem in B. Bona vitæ ſanctitas per præcedentia miracula apertiſſime comprobatur, ſic ſpecialiter & appropriate mentis ejus puritas per pauca ſubſequentia demonſtratur: in quibus & ex quibus apparet aperte, quantum in ea gratia viguit prophetalis, dum tot futura prædixit, & multorum cordium ſecreta, nec non quædam occulta Scripturarum, quantum expedivit, aperuit. Nec mirum iſtud aut difficile alicui videatur. Virgo etenim, corpore ſancta & ſpiritu, ſpiritum habebat in modum ſpeculi, compaſſione latum, lenitate planum, ſimplicitate purum, exercitatione terſum, ac divino Spiritui per intenſum deſiderium ſociatum. Unde in eo ſine ulla difficultate ab ipſo divino Spiritu, in quo ſunt omnia, clariſſime tam cordium ſecreta, quam etiam futura & myſtica, quæ divinus volebat Spiritus, reſultabant.

*Spiritu prophetico futura & ſecreta cordium cognoſcens;*

38 Quidam civis Piſanus, navi & neceſſariis præparatis, propoſuerat transfretare, ſed morte præventus non potuit. Ne ergo ex præparatione prædicti uxor damnum incurreret, quidam compatiens, de tranſducenda navi compoſuit cum eadem. Quo facto ille doluit vehementer, ſe abſque Sanctæ ſuæ Bonæ conſilio hoc feciſſe: quia in omnibus ſuis negotiis, egentibus conſilio, ſolitus erat ipſius conſilium requirere. Igitur dolens & triſtis ad S. Bonam accedit. Ecce autem Sanctæ oranti totum eſt hoc negotium revelatum, & inſuper adventus ejus ad ipſam. Quæ miſſa foras Agnete ſervitiali ſua, dicit ei: Vade, dic tali venienti, quod male operatus eſt facta ſua: nec modo loquetur mihi, tamen ad me in veſperis revertatur. Fecit illa, ut ſibi Domina imperaverat: & ille quoque tunc recedens, veſperi eſt reverſus. Dixit ergo reverſo Sancta: Male tua egiſti negotia. Noli dicere mihi quidquam: ſed vade, & cum illa Domina, cui obligatus es, ſic pertracta, quod te à vinculo tuæ promiſſionis abſolvat. Si enim iveris, cum navi peribis & rebus. Similiter, & ſi ipſa navem miſerit iſta vice, & navis & res ac omnes exiſtentes in ea peribunt, uno dumtaxat excepto, qui rei geſtæ renuntiet veritatem. Abiit ille, & ut Sancta conſuluit, per ſui induſtriam eſt

F *contractum ea clam initum de navi ducenda,*

*reſcindi juſſit.*

A est à promissione facta ab illa Domina absolutus. Quæ irridens verba prophetica S. Bonæ, per aliam misit navim. Sed, mirum, & triste dictu! omnia, sicut Sancta prædixerat, evenerunt; unusque divinitus est salvatus, qui ad similitudinem Job rem gestam prædictæ Dominæ nuntiaret, & per consequens B. Bonam in omnibus veridicam comprobaret, pariterque Dominam illam & alios, verba Sanctæ non contemnere, edoceret.

*& ipsam si solvat periuram prædicit.*

*Inter pia colloquia*

39 Donnus Paulus, de quo superius fecimus mentionem, & alius Monachus ac Presbyter suus Ioannes, quodam die cum S. Bona in domo ipsius non parvam contraxerant moram, illa eis & cum eis de spiritualibus ac cælestibus colloquente. Quibus ab ea postulantibus licentiam recedendi, ut sermones utiles signo subsequente firmaret, dixit Sancta: Expectate paululum, quia volo vobis dare de dactylis, quos mihi tres deferunt mulieres, suos earum qualibet afferente. Una quarum suos quasi portat invitè, utpote Presbyteris tribuendos; & modo transeunt pontem. Ei vero quæ portat invita, ipsi dactyli in tabernariorum ludo cadent in via; sed lotis illis & tersis, tandem cum aliis afferet, & habebitis inde. Et ecce post modicam horam tres intravere mulieres ad eam: illa quæ portarat invita, & cui ea evenerant, quæ prædixerat Sancta, erat multæ verecundiæ rubore in vultu perfusa. Oblatos ergo dactylos placide accipiens Sancta & cum multa benignitate, prius illos illius invitæ, miscuit omnes simul. Ut Sancta illius verecundiam minueret, non discernebantur hi qui fuerant ab ipsa delati, quamvis (ut dictum est) ipsi soli paulo ante loti fuissent & tersi, deditque de ipsis dactylis Sancta, sicut promiserat, Presbyteris & Monachis prædictis. Illam tamen invitam de cogitatione ac verbis debite increpavit, dicens: quod non Presbyteris fit, sed Deo, quod eis Dei intuitu & Ordinis reverentia exhibetur, ipso Domino protestante; Qui vos audit, me audit; & quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Et, ut pro omnibus mirabilibus ejus factis de hoc solo dixisse sufficiat; cum istud, & alia ejus miracula semper (si bene attenditur) aliqua utilitas & spiritualis instructio comitetur; patet aperte, quod ipsa non per artem aliquam, sed Dei tantum virute fiebant. Miracula namque per artem aliquam vel diaboli ministerium perpetrata, qualia erunt miracula Antichristi, nulla utilitas comitatur, ut est volare per aërem, & ad horam facere mortuum aliquem commoveri vel loqui. Patet etiam quod S. Bonæ miracula Christi miraculis similia extiterunt, quia ad utrumque semper aliqua utilitas sequebatur.

Luc. 10, 16
Matth. 25 40

*& hilarem animum donantis requirit.*

C

*Absens defendit lampadem suam.*

40 Habebat sancta lampadem in ecclesia S. Martini, ad cujus lumen solita erat, finitis Laudibus matutinis, legere psalmodiam: & cum quadam nocte venerandæ memoriæ Presbyter Marcus dormire non posset, ne otiosum nocturnum tempus transigeret ante horam matutinalem surgens è lecto, ut Psalmos legeret, accessit ad lampadem supradictam. Cui profectui diabolus invidens (quia vir erat sanctus & bonus) lampadem ipsam ad ejus faciem impellendo movebat, ut ipsam aut extingueret aut frangeret. Neutrum vero potuit efficere, S. Bona suis ipsum meritis cohibente. Mane facto dixit Sancta Presbytero Marco, ulterius dormitorium ante horologii pulsationem non exeas, quia non defendam de cetero, ut hac nocte defendi. Salubris admonitio Sanctæ, dum ovis tutior est in grege quam sola, & à Salomone dicitur, Væ soli: ac ut dicit Dominus, Non est bonum hominem esse solum.

*in gratiam Marci,*

Eccl. 4, 10
Gen. 2 18

41 Et quia de Presbytero Marco modo fecimus mentionem, omnia facta & dicta Sanctæ ipsum contingentia, conjunctim hic decrevimus enarrare, licet diversis sint temporibus perpetrata; de ipso Presbytero Marco pauca, ad sanctitatis ejus notitiam, præmittentes. Presbyter ille in sæpe dicta S. Martini ecclesia sub B. Augustini regula militans, per sexaginta annos & amplius usque ad vitæ suæ felicem terminum in carnis virginitate, mentis & operis puritate, Domino ac numeroso ejusdem ecclesiæ populo deservivit. Et quia simplex & purus fuit in opere, dedit ei Deus gratiam in sermone, præcipueque in his, quæ in Confessore utili requiruntur, scilicet peccatorum receptione benigna, pertractatione affabili, satisfactionum injunctione discreta; adeo ut non solùm Pisanæ civitatis homines, sed etiam aliarum urbium Tusciæ pene innumerabiles ad ipsum confluerent gratia confitendi. De quorum tamen multitudine tanta, nullus ab eo unquam non consolatus abscessit, quoniam à S. Bona hoc acceperat in mandatis, ut nullum peccatorem sine consolatione & consilio à se recedere pateretur, sicut ipse tribus diebus ante vitæ suæ terminum revelavit cuidam ejusdem ecclesiæ Presbytero, Girardo nomine, ad instructionem scilicet ejus & aliorum in eodem populo futurorum.

EX SUPPA RIS ÆVI MS. *Presbyteri sancta vita*

*& Confessarii prudentis,*

*cui suaserat pœnitentes sine solatio non dimittere.*

B

42 Ab isto Presbytero Marco quædam devotæ feminæ mane quodam, ut eis Missam caneret, postulabant. Qui dicens se [peritiam] cantandi non habere, quod illæ petebant facere recusabat, causam præcipuam, quare renuntiaret canere, subticendo. S. Bona, quæ in eadem erat ecclesia, hoc totum plene cognoscens, dixit ei secreto: Tu non vis facere, quod istæ ex devotione postulant, quia in pollutionem cecidisti hac nocte. Sed confitere hoc alicui Sacerdoti; &, dicto Pater noster, confidenter cantaturus accede, quia diabolus per hoc tuum profectum voluit impedire. Quis obsecro magistrorum quæstionem de hac materia clarius & discretius absolvisset, dum per discretionem spirituum astutias cognovit diaboli, & secundum justitiæ exigentiam rationemque peccati, attendit illud non esse imputandum homini ad peccatum, cui nullo modo liberum communicavit arbitrium: ac ad humilitatis cautelam confessionem & satisfactionem suadens, culpam in hoc docuit esse timendam, ubi culpa non erat.

*Eumdem reprehendit, quod pollutionem passus nolit Missam canere.*

F

43 Quodam iterum mane, finitis Laudibus matutinis, dixit S. Bona eidem Presbytero Marco: Jam ad te pro Confessione veniet mulier, onerata peccatis: cui pro satisfactione præcipias, quod S. Iacobi in Galicia limina visitet, laneis ad carnem induta: ob quam causam remittentur ei peccata, & Pisas reversa de more, cito per mortem ad vitam transibit æternam. Simile huic multoties & pene innumeris vicibus fecit, prædicens diversarum personarum adventum, gratia Confessionis, ad ipsum. Unde ipse ab ea præmonitus & instructus, melius noverat, qualiter se circa unumquemque deberet habere. Ideoque specialem gratiam obtinebat in pœnitentiis injungendis; & peccatoribus liberandis.

*Præscribit adventuræ peccatrici injungendam pœnitentiam;*

44 Sæpe dictus Presbyter Marcus non parvo tempore, interpolatim tamen, patiebatur in capite gravedinem & dolorem: super quo S. Bonæ conquestus, audivit ab ea: Vis liberem te? Ille, cum desiderio simul & humilitate respondens, ait; Volo, Domina. Manibus ergo suis cœpit virtutis femina circa tempora stringere caput ejus, premereque simul super ejusdem Presbyteri verticem manum potentissimam Jesu Christi. Qui dolorem ex pressurâ

*ipsum à dolore capitis liberat;*

ex suppa ris ævi ms.

sentiens & strictura, querimoniam extorquente natura, dixit; Heu! vultis me occidere? Miratusque de tertia manu premente, elevatis oculis vidit ibi Dominum Jesum Christum, & super verticem suam sanctissimam manum ejus. Porro differentia manus ad manum non solum in dignitate extitit, verum etiam in signo visibili demonstrata fuit. In cute namque verticis ejus, ubi manus presserat Christi, tres aut quinque foveæ ex tunc omni vitæ suæ tempore apparebant, sicut solet in cera molli vel terra, cum in eis digitus imprimitur, apparere: quas foveas in ejus vertice plures, qui adhuc supersunt, propriis oculis aspexerunt, & manibus tractaverunt. Tunc S. Bona Presbytero Marco dixit: Ulterius usque ad mortem meam, & inde usque ad triginta annos non patieris in capite. Quibus completis pro infirmitate quidē calidam aquam nō bibes, nec jacebis in lecto; sed cito post, quando Dominus voluerit, ad gloriam evolabis. Quæ omnia rei postmodum probavit eventus. Completis etenim triginta annis ab obitu S. Bonæ, sequenti die, qui tunc fuit Dominicus, vocavit prædictum Presbyterum Gerardum: qui usque hodie in eadem ecclesia populo servit & Deo, & qui mihi scriptori hujus operis hoc & plura alia retulit, quæ à dicto Presbytero Marco acceperat familiarissimo Sanctæ. Et ad diligentiam & benignitatem circa populi regimen ipsum monens, præcipueque de benignitate ad peccatores habenda, dixit ei: Jam completi sunt triginta anni, de quibus mihi S. Bona prædixit. Parum vivam ulterius, quia hac hebdomada moriar, sed qua die non dico. Sicque factum est, ut Sancta prædixit & ipse. Nam die Mercurii subsequenti, qui à completione illorum annorum extitit dies quartus, in sero post cœnam terminus hujus miseriæ, initium ei fuit fruitionis æternæ; cum nulla in eo infirmitas præcessisset, imo eâdem die per civitatem plus solito perrexisset, in diversis locis cum diversis personis caritatis communionem ultimam faciendo. Sepultus est autem in sæpe dicta S. Martini ecclesia, extra cancellos à latere eorum sinistro, juxta se in eodem cancellorum latere habens Presbyteri Joannis venerandæ memoriæ sepulturam. Porro ab alia parte alioque cancellorum latere, tumba est & tumulus S. Bonæ. Satis autem congrue in medio eorum idem Joannes Presbyter mortuus requiescit, qui vivus unius magister, alterius vero minister & custos fuit. Hic sanctus vir Dei Marcus, in vita & post mortem, fertur miraculis claruisse; de quo plura dicenda suppetunt, sed illa propter sui multitudinem & dignitatem proprium opus desiderant: & insuper tractatus iste de S. Bona ultra quam credidimus prolongatur. Ex his omnibus de S. Bona colligitur evidenter, quam potens apud Deum fuerit in opere, & quam verax apud homines in sermone.

*& sibi 30 annis superviturum prædixit:*

B

C

*qui & prope ipsam est positus.*

45 Sicut autem per immediate præcedens ostenditur, quantum Deo, qui se in eodem opere dignatus est ei sociare, extiterit digna; sic per istud sequens, quantum fuit à Sanctis amata. Nam mulier quædam, Theodora nomine, S. Gregorii devota, S. Bonæ proxima habitabat; quæ in omnibus suis necessitatibus solita erat ipsum S. Gregorium invocare, dicendo suum. Cum ergo ipsum sic sæpissime invocaret, dixit ei quadam vice S. Bona: Estne B. Gregorius ita totaliter vester, quia ipsum taliter invocatis? Respondit: Est. Et illa: Laborate, inquit si potestis tenere & defendere, quod sit vester. Currente tempore festum Sancti advenit Gregorii: & quia prædicta Theodora ecclesiam jam longo tempore minime visitarat, quam juxta quoddam

*latronam S. Gregorio votam ut proprie suo,*

castrum, Fisecchum nomine, Lucanę diœcesis instruxerat in ejus nomine & honore; illuc perrexit cum Sacerdotalibus indumentis, quæ pro illa ecclesia paraverat, in festo illo desiderans ibi esse. Cum ergo illuc juxta suum desiderium accessisset, mane festivitatis facto, videns illa, se Devotarum grata sibi societate privatam, Domino faciente, illico voluntas ei affuit redeundi. Ne vero sine Missa veniret, rogavit dictæ ecclesiæ Sacerdotem, ut legendo diceret sibi Missam. Quo vix præbente consensum, dum ad Missam necessaria præpararet, subito quidam intravit ecclesiam, qui vocata dicta Theodora dixit ei: Domina Bona & aliæ vestræ consociæ ac sorores, mittunt vobis, quod Missa, cibo, & omnibus prætermissis, Pisas ad eas absque dilatione aliqua redeatis. Admirans illa, non dolens, ait; Quare sic mittunt? Quid accidit? Ille respondit: Aliud non dico: & his dictis abscessit. Ut autem miraculum evidenter crederetur, cœpit illa dicere intra se: Quare non quæsivi à nuntio isto, quis esset. Multa etenim admiratione stupida, nec nuntium illum de comedendo invitaverat, nec inquisierat nomen ejus. Ipso ergo nuntio, qui jam abscesserat revocato, quis esset inquisivit ab ipso. Qui post multa dixit, se Gregorium nominari. Cumque vellet ipsum saltem pro prandio retinere: ille, nullatenus acquiescens, abscessit. Illa etiam Domina eodem die Pisas circa Vesperas est reversa. Et cum S. Bona, & sæpe dictus Presbyter Ioannes cum quibusdam devotis mulieribus consederent, visa dicta Theodora reversa sic velociter, subriserunt. Quæ pro suo tam accelerato reditu hunc risum factum intelligens, dixit eis: Quare ridetis? Nonne pro me nuntium destinastis? Presbyter Ioannes & aliæ (S. Bona dumtaxat ne mentiretur excepta) se nullum nuntium misisse dixerunt. Cumque illa assereret se ab eis nuntium recepisse, addens, quod nuntius ipse Gregorius vocabatur; S. Bona, totius negotii conscia, dixit ei: Vos dicebatis S. Gregorium singulariter vestrum; sed ipse plus me, quam vos exaudivit hac vice; ad petitionem meam, pro vestra correctione porrectam, sic subito faciens vos redire. Ne ergo ulterius dicatis, Meum, sed Nostrū. Religiosa mulier nos instruit in his verbis & facto, nullum spirituale donum esse ab aliquo ex præsumptione aliqua sibi appropriandum; & quod commune bonum, sit proprio præponendum, tamquam Domino magis gratum, qui omnes desiderat esse salvos.

D

*per ipsum Sanctum ad se vocans,*

*docet eum aliis quoque communem esse.*

E

F

46 Eidem Sinibaldo, de quo superius fecimus mentionem, amicus quidam ipsius frequentissime suadebat, ut filium suum sibi traderet in arte mercatoria instruendum. Qui de hoc, sicut & de aliis suis negotiis, sine S. Bonæ consilio aliquid facere non volebat, quia in multis jam expertus fuerat, ejus sibi preces, merita, nec non & consilia profuisse. Et tandem ad S. Bonam ipsi tres pariter accesserunt, scilicet pater, & filius, & amicus: & Sanctæ causam pro qua venerant exponentes, audierunt ab ipsa: Modo recedite: vobis vero pro ut Christo placuerit & quando placuerit, respondebo. Ut Sancta jusserat recedebant. Porro amicum illum, qui post patrem & filium aliquantulum remanserat, Sancta revocans, dixit ei secretò, nullo penitus audiente: Noli pro hujus juvenis instructione ulterius laborare, quia hic ad novem dies sine dubio morietur: quod licet primo cum veniſtis agnoscerem, tamen patre aut filio audiente nolui revelare, ne ante tempus diutinam tristitiam paterentur. Tunc vero cum hoc completum videris, sicut dixi, suadeas patri juvenis, ut ipsum apud S. Iacobum de Podio faciat sepeliri.

*mortem ejusdam prædicit in diem 9.*

A ſepeliri. His dictis ille receſſit à Sancta. Quod vero ipſa prædixerat, & quod ſuaſerat, ſunt impleta. Ecce quam diſcreta prædictrix, & ſedula fuerit procuratrix in promotione eccleſiæ S. Iacobi de Podio, ipſius S. Iacobi ſui familiariſſimi intendens honorem & laudem.

47 Cum jam per Sanctam ſuam ſuiſſet Dominus multa mirabilia operatus, & ejuſdem gratiâ faciente, nova quotidie prioribus adderentur, adeo ut eorum numeroſitate creſcente, ipſorum multitudo pene innumerabilis redderetur; Donnus Paulus ſæpe ſuperius nominatus, S. Bonæ valde devotus, prudenter excogitans quod hæc non eſſent oblivioni tradenda, & jam non poterant ſine ſcripturæ auxilio ab ipſa oblivione ingratitudinis matre defendi; pro hujuſmodi conſcribendis chartas

*Proponentem ejus miracula ſcribere* propoſuit comparare. Contigit autem ipſum S. Bonam, ſicut ipſe & alii S. Michaelis Monachi frequentiſſime erant ſoliti, viſitare. Quæ propoſitum ejus, in armario cordis ipſius repoſitum, Spiritu revelante cognoſcens, cum quadam inhibitione modeſta dixit ei: Non ſis auſus facere quod proponis, quia non placet Domino, quod modo fiat. Tempus autem

B adveniet, quo Deus ipſe alicui, de quo voluerit ut faciat quod proponit, facere revelabit, ad ſui nominis gloriam & honorem. Donnus vero Paulus, aut illius ſui oblitus propoſiti, aut, an ipſa determinate ſuum noſſet propoſitum, cupiens experiri, cum quadam quaſi ignorantiæ ambiguitate reſpondit; Et quid propoſui facere, Domina? Quæ de propoſiti ejus cognitione certiſſima dixit; Bene ſcio, bene. Pro aliquibus conſcribendis quæ per me

*Jubet id alteri faciendum relinquere.* ancillam ſuam eſt Dominus operatus, chartas emere cogitaſti. Ecce Virgo noſtra Domina S. Bona, vere eſt prudens ut ſerpens, & ſimplex ſicut columba, dum ex intentionis puritate ad humilitatis cautelam, ſic propter ſe de ſe prohibet mira conſcribi, ut tamen ex abundanti prudentia eorumdem conſcriptioni locum tempuſque relinquat, eadem quandoque ad laudem divini nominis aſſerens conſcribenda, ad inſtar ſerpentis, honorem ſui capitis in omnibus & ſuper omnia conſervans.

## CAPUT V.

### *Acta ultimo vitæ biennio. Morbus, obitus, Sepultura.*

C

48 *Coram duobus Monachis* Duo digna memoria de Sancta noſtra ideo hic ſeorſum videntur eſſe ponenda, quia creditur, quod hæc duo non multum ante vitæ ſuæ terminum acciderunt. Unum quorum eſt iſtud. Una dierum Donnus Paulus & alius Monachus cum S. Bona, à mane uſque ad ſiderum apparentiam, conſederunt: dulcedine namque verborum, quæ ex ore Sanctæ procedebant abſorpti, nec de cibo, nec de tempore, imo nec de ſeipſis aliquid cogitabant. Aſpectus etiam ipſius & facies inter ipſa eloquia mutabatur adeo, ut cum tunc quinquaginta annos haberet & amplius, ſubito facies ejus ſicut puellæ annorum duodecim appareret: rurſuſque, cum per vultum proprium manus duxiſſet ſuas, facies ejus & vultus ſecundum ætatis exigentiam & debitum temporis reddebatur: ſicque quando & quoties hoc voluiſſet facillime faciebat, acſi in manibus ejus eſſet potentia tranſmutandi naturam. In hujuſmodi mirabilibus totam diem, quaſi unius breviſſimæ horæ ſpatium, tranſegerunt: & tandem facto ſero ad ſe reverſi Monachi, dixerunt ad Sanctam: Quomodo tali jam hora recedemus, per civitatem tranſeuntes, & pontem? Timebant enim notam incurrere, ſi de nocte inter homines ambularent; quod eos, inevitabiliter facere oportebat: quia cum omnino eſſet ad monaſterium redeundum, ne exterius pernoctarent; & inter domum Sanctæ, in qua ſteterant, & eorum monaſterium fluvius magnus, nomine Arnus fluat; ac propter horæ tarditatem non adeſſent naviculæ, homines tranſportantes; neceſſe erat eos tanto ſpatio, ſcilicet fere medii milliarii, per civitatem & homines, tam deſcendendo ad pontem, quam à ponte verſus monaſterium aſcendendo, tranſire, quanto ab invicem diſtant ipſum monaſterium & domus Sanctæ. Et licet ſic faciendo viam eos contingeret duplicare, comparatione itineris quod fieret tranſeundo per flumen; tamen plus ſcandalum, quam ponderationem itineris ponderabant. Illis ergo, in hac anguſtia conſtitutis, S. Bona ſuccurrit, dicens; Ite ſecuri per viam compendii, quia juxta Arnum invenietis juvenem, qui vos in navicula tranſportabit. Porro à domo Sanctæ uſque ad fluvium & brevis erat via, & homines rari. Iverunt, & flumen per auxilium juvenis, ſicut Sancta prædixerat, tranſierunt, breviantes viam, & omne ſcandalum evitantes. Tantoque redeundi deſiderio timore ſcandali tenebantur, quod dum tranſirent nihil penitus illi juveni ſunt locuti. Poſtea vero quando tranſierant, converſi ſunt, quis eſſet ille juvenis inquirere cupientes: & undique circumſpecto, neque juvenem, neque naviculam videre potuerunt. Ex quibus colligitur, quod juvenis ille ex Angelorum numero extitit vel Sanctorum, qui S. Bonæ precibus & meritis, Monachos de illo perplexitatis articulo liberavit: in tantum etenim ſupernis civibus erat cara, ut non tantum ipſi, ſed etiam aliis propter ipſam adeſſent auxilio, in omni negotio & tempore opportuno.

EX SUPPARIS ÆVI MS.

*de ſpiritualibus loquens identidem mutat viſum.*

*eoſque diutius apud ſe morari.*

*fluvio tranſvecti per Angelum facit.*

E

49 Aliud vero eſt iſtud. Duobus annis vel circa hoc, ante mortem Sanctæ apparuit ei Dominus ſuus Ieſus Chriſtus, dicens ei: Cingulũ ferreum, quo ſuccincta es, tolle; & Presbytero tuo Ioanni tradens illud, dic ei, ut exinde ipſemet faciat unam Crucem. Fecit Virgo devota quod Dominus imperavit. Presbyter quoque Ioannes, fabrica portatili acquiſita, cum eſſet ſolus, cingulum ipſum miſit in ignem; & de igne extrahens calefactum, poſuit in incude. Cumque malleum, ut cingulum percuteret, elevaſſet; mox abſque percuſſione aliqua in Crucem pulcherrimam ipſum cingulum mirabiliter eſt converſum; ipſam Crucem ſine dubio fabricante, qui fabricatus eſt auroram & ſolem, & qui filius dictus eſt fabri. Et ſubito lux magna cælitus veniens, Ioannem Presbyterum circumfulſit: ex cujus lucis ſplendore gutta una ſanguinis cecidit ſuper Crucem, ipſo Ioanne Presbytero intuente: quæ gutta ex divino Chriſti corpore, & ex ejus pretioſiſſimo ſanguine creditur emanaſſe. Unde Crux illa, ex ſui formatione mirabili, eſt merito veneranda, & ex profuſione ſanctiſſimi ſanguinis eſt conſecrata. Quam Crucem, tam mirabilem & tam dignam, Virgo ſanctiſſima eccleſiæ ſuæ ſancti ſui Iacobi de Podio tradidit, ibidem pro Reliquiis reſervandam, ubi etiam uſque hodie in memoriam miraculi hujus oſtenditur: & ut vere venerabilis adoratur. Ex iſto miraculo colligitur evidenter, quantum deportatio illa cinguli Domino placita, & ex ipſa deportatione Virgo ſancta Deo extitit grata; cum ipſum cingulum tam mirabili miraculo ipſe Dominus ſublimarit; ex cingulo, quod Sancta deportabat ad carnem, faciens ipſemet formam Crucis, cui divina caro applicata fuit, ut ſic mediante cruce caro Sanctæ, carni videatur copulata & ſociata divinæ. Pres-

*Cingulum ejus formatur in Crucem.*

F

*& gutta ſanguinis irroratur.*

EX SUPPARIS ÆVI MS.

byter quoque Joannes Abrahæ ſanctiſſimo comparatur: quia ſicut ille Deo, per obedientis promptitudinem voluntatis, ſine operis præpoſiti ſubſecutione, oſtenditur Domino placuiſſe; ſic etiam hujus obedientia, ſine percuſſione, per aſſociationem divini operis, & exhibitionem ſublimis miraculi, Deo probatur accepta.

50 Hujus reverentia Crucis verbis ſacræ Virginis eſt adaucta. Cum enim quidam S. Michaelis Monachus, Magnus nomine & ut creditur re, graviter infirmatus, vitæ hujus termino, & futuræ initio propinquaſſet; Donnus Paulus, volens ejus exitum ſanctiſſimæ illius Crucis virtute munire, Crucem ipſam in manibus tenuit coram eo, donec dictus Monachus expiravit. Quarto vero ſequenti die, cum Donnus Paulus, quaſi nuntians diceret; Frater noſter Donnus Magnus eſt mortuus; illa reſpondit: Non eſt mortuus, ſed de morte ſine ullius mediæ pœnę moleſtia tranſivit ad vitam. Et Crucem, quam eum credebas tenere in manibus, non tenebat, quia ipſo migrante ablata eſt ſibi de manibus, & tunc ultra purgatorium apportata. Ex quibus Sanctæ veridicis verbis colligitur, quod Monachus ille à pœnis purgatorii, illius virtute Crucis, fuerit liberatus; cum ſecundum verba Sanctæ, non citra, ſed ultra purgatorium ſit delata.

*cujus virtute monachus abſque purgatorio in cælum tranſit.*

B

51 Appropinquante vero tempore, quo placebat Domino, Virginis ſuæ ſanctiſsimę merita condigno præmio compenſare, ac curiæ cæleſtis ſatisfacere voluntati, quæ hujus tantarum virtutum animæ præſentiam cupiebat (imo, ut ita dicam, quæ de ipſa vindictam aliter congrue ſumere non volebat, quod Sponſum univerſitatis ipſorum & Dominum, cum beatiſsima Maria eorumdem Domina, gloria & Regina, multisque aliis ex curia illa non modicis, è cælis ad terram ſuis odoriferis meritis precibusque validiſsimis toties attrahebat; ibique diu, quaſi pro ſuæ voluntatis arbitrio, detinebat) venit S. Bona una cum familiari ſuo Presbytero Marco humiliter ad Priorem, ac ſui animi dicens eſſe propoſitum, iterum B. Jacobi limina in Galicia viſitare; hoc faciendi ab ipſo, ut à Prælato, licentiam poſtulavit. Cui Prior, quaſi admirando, reſpondit: Quo vultis ire, Domina, cum omnes dicant quod tempus imminet mortis veſtræ (Angelo enim ejus, ut creditur; divulgante, tunc quaſi communiter dicebant, quod Dominæ Bonæ de S. Martino tranſitus imminebat) Nolo ergo quod eatis modo, ne domum iſtam vobis privari contingat, & per conſequens multis bonis, quæ per veſtram ſaltem corporalem præſentiam ei perventura ſperantur. Quæ horum non ignara, ſed conſcia, humili cum inſtantia dixit: Licentiam mihi eundi præbete, ac equum veſtrum & puerum Iacobum uſque ad pontem *a* Serchii concedatis: quia antequam ipſum tranſeam, ſciam de meo tranſitu veritatem: &, ſi me cognovero morituram, cum puero revertar & equo, alioquin iter meum proſequar his remiſſis. Prior de ipſius promiſſione ſecurus, quod ipſa non poſſet decipere vel mentiri, eam abire permiſit, & poſtulata conceſſit. Cum ergo ipſa cum puero aliquantulum ultra S. Iacobum de Podio proceſsiſſet, ex equo deſcendens, ipſi puero Iacobo dixit: Poſt ſepem hanc aliquantulum requieſcã, tu vero hic cum equo patienter expectans, nullo modo voces me. Illuc ergo poſt ſepem venit ad eam familiaris ſuus comes & ſocius B. Iacobus Apoſtolus: & ne Sancta ſua ſuo propoſito fruſtraretur, ſpatio quaſi mediæ horæ ad limina ſua in Hiſpaniâ duxit pariter & reduxit, utrum in corpore, an extra corpus, neſcio ego, ſed ſcit ipſa. Poſt hæc reverſa ad puerum, ut ſibi juſſum ab eâdem fuerat expectantem, Beato eam Iacobo comitante, in cujuſdam candidi induta ſpecie peregrini, ait ipſi puero lacrymoſa: Fili, ego ſum infirmata; & poſtquam à te diſceſsi, ad S. Iacobum ivi, ſicut propoſueram & volebam, ac ut adſpicis ſum reverſa. In cujus viæ indicium exhibuit ipſi ea, quæ ſolerent peregrini à S. Iacobo de Galicia reportare, quæque conſtabat puero ipſam prius nullatenus habuiſſe. Qui audita infirmitate, & viſis lacrymis, illatam ei violentiam ſuſpicatus, ait: Forſitan peregrinus iſte intulit vobis injuriam. Illa reſpondit: Non fili, quoniam iſte bonus eſt peregrinus, & me in eundo & redeundo portavit. Quibus dictis ille diſparuit peregrinus.

*instante hora mortis ſuæ,*

*petit licentiam eundi ad S. Iacobum in Galicia;*

C

a

*& illuc intra mediam horam transportata,*

D

*redit inde cum signis consuetis:*

52 Sancta vero Bona, volens quod Priori promiſerat adimplere, pro redeundo equum volebat aſcendere, nec valebat. Dixit ergo ad puerum: Adjuva me, ut aſcendam: & poſt me ſedebis in equo, ut in eo me teneas debilem & laſſatam. Quibus ab ipſo humiliter adimpletis, eiſque ſic revertentibus Piſas, apparuit ſubito dextrarius *b* quidam niger, frendens & fremens, ac ſine fræno circumquaque diſcurrens. Dicit ergo puero ſancta Bona: Timeſne de equo illo, qui ſine dubio malus eſt? Qui, ſanctæ Bonæ præſentia roboratus, reſpondit: Nihil timeo quamdiu vobiſcum ſum, Domina. Ecce autem ſubito ipſis ille dextrarius propinquavit, ac puerum Jacobum in coxia *c* calcibus ſic percuſſit, quod eam penitus fregit, pelle ipſius coxiæ ea parte dumtaxat, quæ equo hærebat, illæſa. Quod illico beata Bona cognovit, & puero compatiens dixit: Jacobe es aliquid mali paſſus? Qui præ ejus amore dolorem non ſentiens, dixit: Non Domina. Illa tamen quæ vi compaſſionis à paſſione eſſe non poterat aliena, dixit ad eum: Sta firmiter ſicut es ſuper equo, & ego ſola de ipſo deſcendam. Et compaſſionis merito viribus Sanctæ datis deſcendit, ac pueri ipſius tenuit crus & coxiam dependentem. Quam ſic pendulam intuens puer ploravit, Sancta vero confortans ipſum, dixit: Noli timere. Et partem reducens ad partem, manum ſuam virtuoſam leniter ſuperduxit. Mirabile dictu: protinus conjunctæ ad invicem & totaliter conſolidatæ ſunt partes, & puer ipſe ſaluti & robori priſtino reſtitutus. Cui, in teſtimonium plenæ ſanationis & ſignum, juſsit, ut de equo deſcenderet, ac ſibi tranſcendenti *d* ſedipem retineret. Qui Sanctæ in omnibus hilariter & humiliter obedivit.

*& pueri crus à demone fractum,*

*tactu redintegrat.*

b

c

d

E

53 Cumque Sancta equo inſidens, & puer Jacobus pedibus vadens, pariter procederent verſus Piſas; Beata Bona, facta ſibi revelatione triſtis ex compaſsione ad puerum, qui ei valde devotus pluries fuerat comitatus, dixit ad ipſum: Videtur in peccato coram Deo anima tua, quia in peccato mortali decedes, & ideo in cœmeterio S. Martini non poteris tumulari: nullus enim ſic moriens ibi poterit ſepeliri. Quod in ipſo Jacobo ſubſequenti tempore eſt impletum. Nam cum uſque ad ſenium vivendo veniſſet, tandem infirmatus ad mortem, apud S. Martinum voluit ſepeliri: ſequenti die iterum eamdem voluntatem manu publica faciens roborari. Sed invaleſcente morbo, factoque ſero, quaſi prudenter excogitans, ait intra ſe; Major eſt Deus, quam Sancti. Unde Sacerdote ſancti Sepulcri vocato, ipſius ſe adjudicavit eccleſiæ, ſtatimque defunctus eſt ac ſepultus ibidem. Verba iſta ſibi dicta à Sancta, nec non & ea, quæ in hac via ultima contigerunt, Jacobus iſte, tertio die ante vitæ ſuæ terminum, ſæpe dicto Gerardo Presbytero, & ipſe poſtea mihi ſcriptori retulit viva voce.

*Eidem puero revelatur quod ob peccatum,*

*non ſepelietur ad S. Martinum.*

54 Jam verba ſua progrediendo finierat Sancta, cum prope eccleſiam ſuam ſancti ſui Jacobi de Podio ipſa veniſſet & puer, ubi adhuc erat domuncula

A cula, de qua diximus, & vetula quę habitabat in ea. Dixitque S. Bona puero : Non poſſum ulterius equitare, ſed hac nocte cum iſta muliere illoque ſene morabor. Erat autem ſenex ille B. Jacobus, qui diſparens eis paululum præceſſerat ipſos. Tu autem vade Piſas cum equo, dicaſque Priori, quod infirmata ſum in infirmitate, qua moriar. Unde craſtino ante lucem, Presbyterum Marcum & Presbyterum Vitalem Fratres & Canonicos mittat mihi, faciens pariter lectum mortuorum afferri, in quo volo portari, quia non valeo equitare : & cave, ne de his loquaris alteri quam Priori. Qui abiit, & ſibi imperata complevit. Illi quoque Presbyteri mane, ſicut Sancta petierat, advenerunt; ac in præ-

*ægra defertur Piſas.* dicto mortuorum lecto domum ſuam apud S. Martinum portaverunt eamdem, per civitatis Piſanæ medium tranſeuntes, nullo penitus ab ipſis quæ eſſet quærente, ac (ut ideo credimus) eos aliquo non vidente.

55 Ecce autem poſt deportationem ipſius, ſubito volavit fama, inſonuit rumor, quod Bona de S. Martino (ſic enim ſolebat ab omnibus nuncupari) infirmata eſt infirmitate, qua morietur. Unde ad

B *Munita Eccleſiæ Sacramentis* ipſam hominum confluebat multitudo, videre cupientium ejus faciem gratioſam, ac ſibi poſſe benedictionem ab ipſa pro maximo munere obtinere finalem. Sanctæ vero infirmitate cogente jacenti, & inſtanter ac devote petenti, à Priore & Fratribus S. Martini ſunt fideliũ more omnia exhibita Sacramenta, in fine fidelibus exhibenda. Quibus ab ipſa debita cum devotione ſuſceptis, omnibuſq; rite peractis, anno Domini milleſimo ducenteſimo octavo, tertio die poſt reditum, qui fuit *e* tertius ex-

c euntis Maji, Trinitatis cultrix, relicta corporis ſarcina, migravit ad Dominum; vitæ hujus terminum initio continuans ſempiterno, ut ipſum in cælis

*moritur 29 Maji.* deinceps continue ſine medio in ſpecie contemplaretur propria, qui ei in terris multoties & cum omnibus aliis Sanctis frequentius ac familiariter in ſpecie apparuit aliena. Et ſic tanto theſauro, beatæ ſcilicet ipſius animæ, depauperata eſt terra, & cæli ditati. Corpus vero ejus virgineum, frequentibus peregrinationibus incurvatum, variis & ſibi ſuccedentibus infirmitatibus confectum, ſtudiis ſpiritualibus attritum, jejuniis & abſtinentia exſiccatum, & ad quod deoſculandum, cum in eccleſia S. Martini jaceret exanime, fere tota Piſana civitas confluebat (quia ex ſpirituali gratia manus ejus non

C mortuæ, ſed viventis, & quaſi niveæ videbantur) per quemdam *f* Archiepiſcopum & quoſdam Epiſcopos, adſtantibus Religioſis multis & Clericis, ac

F *& magno concurſu populi honorifice ſepelitur.* prælente virorum & mulierum innumera multitudine laicorum, cum debita reverentia, tamquam ſancti Spiritus apotheca & organum, in ſæpe dicta S. Martini eccleſia, extra cancellos in latere dextro, traditum eſt ſepulturæ; ut quietis locus eſſet mortuæ, qui orationis extiterat vivæ. Ad cujus tumbam, ſepulturæ ejus tempore, in teſtimonium feliciſſimi tranſitus ejus ad Patrem, ſunt dæmoniaci liberati, contracti erecti, ac multa & varia miracula divinitus perpetrata, ad laudem illius & gloriam, qui S. Bonam munere ſuæ gratiæ talem fecit, quod mirabilis eſſet in vita miraculis glorioſis, & tandem poſt mortem in terris merito veneranda, ac in cælis ſine fine beata, in ſecula ſcilicet ſeculorum.

## ANNOTATA.

a De Serchio *fluvio Piſis vicino, pluribus dictum ad Acta S. Torpetis 17 Maji cap. 1 litt.* f

b Dextrarius, *à medii ævi ſcriptoribus pro equo ſtrenuo & qui bello idoneus eſt ſumitur : idque infra num.* EX SUPPA
59 *apparet.* RIS ÆVI

c Coxia, *pro* Coxâ, *ſimilibus medii ævi ſcriptoribus* MS.
*uſurpatum.*

d Sedepem *Italice apud Razzium* Staffa, *idem quod* Stapedem *alii dicerent.*

e tertius dies exeuntis Maji, *ſive ante ejus finem, eſt* 29 Maji : *annus autem qui tunc Piſanis erat* 1208, *nobis eſt* 1207, *adeoque eadem dies* 29 Maji *erat etiam Feria* 3 *hebdomadæ* 5 *poſt Paſcha, quod Cyclo ſolis* 12, *lunæ* 11 *litt. Domin. G. celebratum fuerat* 22 *Aprilis.*

f Archiepiſcopus Piſanus *tunc erat* Ubaldus Lanfranchus, *creatus anno* 1174, *mortuus* 20 *Maji anno* 1209, *cui ſubſunt modo tres Epiſcopi inſulæ Corſicanæ; ſed veroſimile eſt, alios aliunde Epiſcopos tunc Piſis adfuiſſe, occaſione expeditionum tranſmarinarum, in quibus præcipuus fere uſus erat Piſanarum navium : quin etiam dum ſepultura curata ſolum dicitur, per* quemdam Archiepiſcopum; *datur locus dubitandi, an is fuerit* Piſanus.

## CAPUT VI.

### *Miracula poſt obitum patrata.*

E

56 *Ex pluribus miraculis pauca ſeligunturPOſt tranſitum Sanctæ ex hoc mundo ad cælos, divina non defuere miracula, quibus ingreſſus ejus in potentias Domini probaretur; nec ipſius miſericordiæ defecerunt, quibus ad inſtar miſericordis Patris ſui ſolita erat eſſe parata auxilio omnibus invocantibus eam. Verum multa & pene innumerabilia precibus ejus & meritis divinitus ſunt oſtenſa, quæ omnia ſi ſcriberentur ſuâ numeroſâ multitudine lectori faſtidium generarent, ſicque ſingula multitudine celarentur; & dum volumus multa, cognoſceretur nihil. Eſt ergo melius æſtimandum, ut pauca ſciantur ex multis; quam legendi pigritia vel faſtidio mediante, ignorentur pauca cum multis. De innumera igitur miraculorum multitudine, per S. Bonæ merita ad invocationem ejuſdem divinitus patratorum, veritate ſemper præſidente, quædam quaſi exempli gratia ſunt conſcripta, pro iis maxime qui ex paucis colligere & concludere ſciunt multa. Et quoniam inter alia membra eccleſiæ Religioſi præcellunt, prius illa ponantur miracula, quæ circa religioſas perſonas per Sanctam ſuam eſt Dominus operatus; ut per ipſius magnifica merita Religioſi curati, teſtes ſint mundæ & immaculatæ religionis in ipſa.* *ac primò circa Religioſos facta.*

F

56 Monachus quidam S. Michaelis de Guanio *a* a
Lucanæ diœceſis, dum ex Abbatis ſui præcepto in Romana Curia moraretur, infirmitatem, quæ à medicis malum *b* moreca vocatur, incurrit, & nec quieſcere poterat, nec dormire. Hic omnipotentem b
Dominum deprecatus, ut eum ab illa infirmitate *Sanantur monachus S. Michaelis,* Virginis ſanctæ meritis liberaret; oratione finita, ſtatim eſt ſic pleniſſime liberatus, acſi in eo nulla talis infirmitas præceſſiſſet.

57 Frater Rebaldus, Ordinis Prædicatorum, aliquando in ſuis prædicationibus de S. Bona ſiniſtre locutus fuit, dum ipſam Sanctam homines nominarent. Et quia vexatio nonnumquam intellectum tribuit, plus quam verbum; hac vel alia cauſa tam gravem infirmitatem incurrit, quod etiam non proderant medicinæ neque conſilia medicorum. Humano ergo auxilio deſtitutus, ac virtutum quæ per Sanctæ ſuæ merita in infirmis Dominus oſtendebat, præconio excitatus, verborum quæ in Sanctam Dei *ante ſiniſtre de ea locutus,* dixerat, pœnituit : & coram tumba ipſius corpore proſtratus & corde, his verbis deprecatus eſt eam : O Domina S. Bona, rogo te, ut ſicut te Chriſtus *& Rebaldus Ord. Prædicatorum,*

dili-

EX SUPPA RIS ÆVI MS.

diligit & dilexit, ita pro me roges eumdem, quatenus me dignetur tuis ſanctiſſimis meritis ab infirmitate hac maxima liberare. Mirum dictu! Unus orationis & infirmitatis extitit finis, & tamquam pleniſsime liberatus, in teſtimonium hujus miraculi poſtea diu vixit. In quo facto docet nos Sancta, quod non ſimus difficiles aut tardi nos offendentibus parcere, & ſi indigerent etiam ſubvenire. Idem Frater cum procedente tempore dentis dolore admodum torqueretur, per artificem voluit ipſum trahi. Sed dente rupto per medium, dolor dentis eſt auctus, licet dens fuerit diminutus. Neceſsitate ergo cogente, recurrit ad locum orationis & modum, quo prius virtutem & auxilium ſenſerat Sanctæ: & ſtatim, ſine difficultate aliqua vel moleſtia, partem dentis quæ remanſerat propria manu traxit, acſi non in carne, ſed in cera molli pars illa dentis eſſet infixa. Ediſce, ô homo, exemplo Sanctæ, finem non ponere in benefaciendo etiam inimicis, ſed priora novis beneficiis cumulare.

*à gravi morbo*

*& dolore dentis:*

§ 8 Ejuſdem Ordinis Provincialis Prior in Tuſcia, quatuor annis quartanam paſſus eſt febrem. Qui tandem ſanctæ Bonæ miraculis excitatus, hiſque præcipue quæ circa dictum Fratrem Rebaldum fuerat Dominus operatus; exemplo ſui ſubditi, ante tumbam Sanctæ, pro ſui liberatione, Deum devote rogavit & ipſam: ſtatimque infirmitatis illius cauſa ſuccida, febris illa receſſit ab eo, ac diu poſtea vixit ſanus.

B

*& Provincialis Prædicatorum à quartana febri.*

59 In ſequentibus miraculis ordinem temporis patrationis ipſorum, pro ut inveſtigare potuimus, decrevimus obſervare; niſi forſitan, propter identitatem loci, vel materiæ ſimilitudinem, aliqua connectantur: quorum primum eſt iſtud. Joannes Piſanus civis, in quadam congreſſione populi, de ſuo dextrario eſt dejectus; & inter adverſarios conſtitutus, memor extitit S. Bonæ. Ipſam ergo invocans adjutricem, ab ipſa eſt ſtatim elevatus in equo. Cumque rurſus congrediens de eodem dextrario iterum cecidiſſet; ipſa, quam nuper ad auxilium paratam ſenſerat, iterum invocata, ab eadem eſt ſub conſimili celeritate reſtitutionis beneficiū conſecutus. Tertio pergens ad bellum, gravius aliis vicibus eſt dejectus, ita quod jacens in terra, equorum & adverſariorum pedibus erat ſtratus. In tali ergo neceſſitatis articulo conſtitutus, votum emiſit ad Sanctam, quod ſi ipſum, ut prius, in equo reſtitueret, ac de illo periculo liberaret; ante tumbam ipſius lampadem, quoad viveret, faceret ſemper ardere. Qui quod petierat conſecutus, votum quod voverat adimplevit. Ecce S. Bona, naturæ boni non inſcia, exemplo divino non improperat, quod jam dedit; ſed petita inſtanter, tribuit affluenter.

*In pugna terra dejectus ab equo toties ſuper eum reſtituitur.*

C

60 Quadam navi, quæ Leo dicebatur, cum quatuor galeis, propter commotionem maris maximam, in tanto periculo conſtituta, quod homines exiſtentes in ipſa mortem jam in januis æſtimarent; ſubito quibuſdam ex ipſis venit in memoriam S. Bona. Qua pro ſui liberatione ab ipſis in auxilium invocata, illico in ſuperiori navis parte apparuit eis ipſa Sancta, veſtibus albis in teſtimonium integerrimæ virginitatis & lætitiæ ſignum induta: & tempeſtate ſedata, facta eſt tranquillitas magna. In conſimili neceſſitate, conſimili modo Sancta affuit invocata navi S. Chriſtophori, ipſam & duas cum ipſa galeas, reſque, ac exiſtentes in ipſis homines liberando. Qui tamquā de mortis periculo liberati, nudis pedibus & laneis ad carnem induti, ad altare Sanctæ in eccleſia S. Martini cum cereis proceſſionaliter acceſſerunt, gratias pro ſua liberatione reddentes Deo & ſanctæ. Simile penitus circa navem Bulgarini & ſociorum, in portu Acchon c rebus pretioſis onuſtam, Sancta auxilium præſtitit invocata: & in ipſa homines conſtituti conſimilem reverentiam Sanctæ, pro ſua & navis ac rerum liberatione, fecerunt.

*Anaufragio liberatur navis cum 4 triremibus,*

*& alia cum 2 triremibus,*

D

c

*item tertiâ*

61 Dum quadam vice adeo eſſet magna tempeſtas in mari, ut in quadam navi homines exiſtentes, non niſi mortis exitum expectarent; quidam Piſanus, Joannes nomine, acceptam Crucem tenebat oppoſitam tempeſtati. Cumque mare ſuo tumore intumeſceret ſuper navem, neceſſitas ipſi S. Bonam ad memoriam revocavit: quæ ab ipſo in auxilium invocata apparuit ſuper Crucem, ceſſavitque mare ab ipſis, furorem ejus præſentiâ Sanctæ placatiſſime cohibente. Et quia longum eſſet nimis omnia mirabilia ſingulariter enarrare, quæ in marinis periculis circa ligna *d*, & homines per S. Bonam ſunt divinitus perpetrata, hoc unum pro omnibus dixiſſe ſufficiat, quod in ipſa Sancta, ex hujuſmodi miraculorum multitudine, beatiſſimi Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris eximii videtur Spiritus ſuſcitatus, ut jam in utroque ſexu Patronum & Patronam habeant navigantes.

*ac quarta apparente ſuper Crucem Sanctæ.*

d

63 Quædam nobilis Domina de civitate Lucana, cum equo inſidens extra civitatem ipſam aliquantulum proceſsiſſet; ſubito cecidit equus ejus, & ipſa ſub equo devenit, brachiumque dextrum ipſius ſic fortiter equus calcando compreſsit, quod enormiter eſt confractum. Quæ ſuper equo cum doloribus reſtituta, domum & ad lectum proprium eſt reducta. Cumque ſola exiſtens in camera apertis oculis vigilaret; quamdam indutam albis feminam ad ſe adſpicit venientem, & ſuum confractum brachium conſtringentem. De illius ergo adventu incognito ac brachii conſtrictione mirata, quæſivit; Quæ eſtis vos? S. Bona, ex adventu & eventu ſibi nomen aſſumens, reſpondit: Medica ſum. Et Domina illa dixit: Unde eſtis? Sancta reſpondit. Ego ſum Bona S. Martini Piſani, quæ ut te ſanem adveni: rurſumque conſtrinxit læſum brachium, ſuperducens aliquoties manus ſuas. Quo facto Sancta ei diſparens abſceſsit, & illius Dominæ brachium priori ſanitati & robori reſtitutum eſt ſtatim. Domina vero illa ſentiens ſe pleniſsime liberatam, vocavit deforis exiſtentes, præcipiens quod aperirentur oſtia & feneſtræ. Super quo admirantibus illis, dixit Domina: Nolite mirari, quia liberata ſum plene. Et illi ad eam: Quis vos tam ſubito liberavit? Illa, credens prædictam medicam tranſire per eos, cum quadam admiratione reſpondit: Nonne vidiſtis medicam, quæ venit ad me? Negantibus & admirantibus illis, habitum ejus dixit & formam, quod Bona S. Martini vocaretur adjungens. Pro veritate ergo miraculi requirenda Piſas nuntii deſtinantur, ſcrutaturi, an apud dictum S. Martinum Sancta aliqua vel femina talis vocabuli haberetur. Qui ut eis juſſum fuerat inquirentes, de S. Bona, Deo acceptiſſima Virgine, laudabilia in operibus & mirabilia in virtutibus quaſi innumera audiverunt. Quæ cum Lucam reverſi nuntii fideliter retuliſſent; Domina illa nobilis à ſui confractione brachii liberata, cum honorabili ſocietate nudis pedibus ad tumbam S. Bonæ medicæ cilicio venit induta; & donec vixit, Piſas in vigilia feſtivitatis Sanctæ annis ſingulis veniebat, ac ante altare ipſius devotiſsime pernoctabat. Sic cœpit S. Bonæ nomen & virtutum ejus fama in locis illis circumquaque diffundi, & ei ab hominibus illarum partium reverentia exhiberi. Sic factum eſt, ut occaſione ſanati brachii per preces & merita S. Bonæ, virtutis divinæ brachium extenderetur in illis partibus ad multa mirabilia operanda.

B

*Curatur brachium fractum*

f

*à S. Bona ultro apparente*

Mor-

A *puer moribundus unus*

63 Mornetto civi Lucano & uxori ejus Juliæ filius erat mensium novem, qui adeo gravi est infirmitate percussus, quod de ipsius liberatione medici desperantes, noctem immediate sequentem vitæ ipsi terminum, & mortis ei statuebant adventum. Mater ergo, omni humano auxilio & consilio destituta, ante quamdam imaginem S. Bonæ, quæ in quadam ejusdem civitatis ecclesia habebatur, Sanctam ipsam oravit, & sub obligatione votali promisit eidem, quod si filium suum Dominus liberaret, singulis annis comestionem sex pauperibus in festo S. Bonæ præberet. Votiva oratione finita, per S. Bonam, procuratricem pauperum & consolatricem mœstarum, liberatus est puer: ac in sexto decimo mense pulchrior est inventus & major, quam essent ceteri convicini pueri, anni & dimidii vel duorum: ut hoc ipsum esset certissimum signum, quod sanaverat eum Dominus.

*votis elemosynis,*

*& alter:*

64 Puer quidam civitatis ejusdem tanta vi febrium tenebatur, quod de vita ipsius omnes vocati medici desperabant. Cujus mater & soror cum S. Bonæ in ecclesia S. Martini se datutas unum pallium convovissent, statim est puer plenissime liberatus. Amant Sancti se ab hominibus honorari, quia in hoc sui Creatoris laus & gloria procuratur.

B *Item mulier.*

65 Mulier in civitate eadem tanta infirmitate corporis premebatur, ut natura pene succumberet morbo. Hæc pro sua liberatione sanctam deprecata est Bonam, & bonitatis ejus efficaciâ liberata est statim. Duorum annorum puella, de parochia S. Christophori Pisani, stabat ad fenestram quamdam, à via publica duobus solariis elevatam. Quam cum ex incautela puerili de dicta fenestra cadentem mater econtra sedens cum aliis aspexisset; cum festina devotione clamavit; S. Bona, tibi commendo ipsam. Et ecce, cum puella cadendo deveniset in terram, quæ ab aspicientibus, propter casus altitudinem & puellæ teneritudinem, confracta & exanimis putabatur, statim propria virtute surrexit, ab eâ cui commendata fuerat illæsa servata; ac cum panis, quem cædendo interruperat, reassumpsit.

*Salvatur puella ex alto lapsa;*

*aliaque 7 annis contracta.*

66 Alia septem annorum puella, de parochia sæpe dicti S. Martini Pisani in Chinzica, sic fuerat à pueritia sua contracta, quod per se de lecto non valebat exsurgere, nec cibum ad os proprium applicare. Ad quam cum plures feminæ, in quadam Vigilia festivitatis S. Bonæ, visitationis gratia accessissent; pulsatione pro Vesperis Sanctæ ejusdem memores factæ, dixerunt ad matrem puellæ Quare non vovetis S. Bonæ hanc filiam vestram, ut meritis ipsius & precibus liberetur ab angustia tanta? Qua vovere eam penitus renuente; prædictæ feminæ, puellæ sic jacenti compassæ, ac in devotionem Sanctæ festi ipsius occasione excitatæ, votum communiter emiserunt, quod si ipsam Dominus liberaret, imaginem ceream librarum septem, juxta numerum annorum infirmæ, offerrent ad tumulum Sanctæ. Emisso voto, statim puella brachiola sua cœpit extendere; & de lecto consurgens, liberata est ab illa angustia, ad venerandi festi Sanctæ reverentiam augmentandam. Porro feminæ illæ, quod devote voverant, integre persolverunt.

C

67 Cum quidam potentes homines armata manu ad domum adversariorum accederent, ipsique adversarii armati eis nihilominus contra starent, duo fratres scilicet contra decem; subito quædam fratrum illorum propinqua, inter ipsos jam sese ferientes projecit se extensam in terra, pro tanto periculo imminenti invocans S. Bonam. Et subito feroces homines, & irati ad invicem, sunt sine percussione aliqua separati; Domino, per Sanctæ sibi caræ merita, effusionem sanguinis prohibente, ac illorum crudeles animos mitigante.

*Invocata Sancta dirimitur pugna.*

EX SUPPARIS ÆVI MS.

68 Bonajontæ, ejusdem S. Martini parochiæ, filius erat unius & dimidii anni, qui ex vitio lapidis doloribus stimulatus, querulosis vocibus parentes & familiam cruciabat. Cumque vocatus medicus nullum remedium malo illi adhiberi posse dixisset; incisione dumtaxat excepta; de voluntate patris pueri, sequentem diem terminum fiendæ incisioni præfixit. Porro mater, ex teneritudine dilectionis ad filium, incisionem abhorrens & timens, facto sero discincta & discalciata, & ad terram humili cum devotione prostrata, cum aliquamdiu S. Bonam pro filii sui liberatione rogasset, tandem orationem in votali obligatione complevit; promittens, quod si absque incisione contingeret puerum liberari, ad S. Bonæ tumbam discalceatis pedibus cilicio induta veniret. Mane facto cum medicus pro pueri incisione veniset, dixit ad virum & ad ipsum: Non incidatur puer, quia cum à solitis clamoribus quieverit in hac nocte, forsitan ipsum sine incisione Dominus liberabit. Cumque medicus explorans more solito membrulum pueri attrectaret; reperit lapidem ad collum virgulæ juxta foramen exisse, & leni compressione adhibita absque omni molestia lapillus exivit. Mater ergo, Dominum benedicens & Sanctam, quod voverat multa cum devotione complevit.

*puer calculo liberatur 8*

E

*alius hernia:*

69 Teberto, ejusdem parochiæ, duo erant filii: minorem puerum ætate quinquennem, Hugolinus frater ipsius amoris gratia amplexatus, dum super sua genua ei blandiretur, commotione ipsa ludrica ruptus est puer: qui ex clamoribus querulosis indicans passionem, patrem & fratrem ipsum admodum contristavit. Cumque, ut propter hoc incidi deberet puerulus, esset medicorum consilium inclinatum; mater incisionem abhorrens in filio, non permisit. Sero facto se in oratione prosternens, pro liberatione filii Dominum & S. Bonam humiliter precabatur, sub voti obligatione promittens, quod laneis ad carnem induta, nudis pedibus ejus altare cum reverentia visitaret. Gratiaque Dei & meritis Sanctæ Bonæ, puer ille repertus est totaliter liberatus. Mater ergo vota persolvens, ad altare Sanctæ, sicut promiserat, præsentibus multis venit; gratias agens Deo, qui per merita Sanctæ suæ Bonæ confracto suo filio præstitit sanitatem.

F

*puella suffocata revixit:*

70 Bartholomæa, ejusdem parochiæ, cum gingivas suæ nepotulæ novem dierum, occasione cujusdam infirmitatis cum qua nata fuerat, confricaret; anhelitu præpedito, subito est infantula suffocata. Quam cum ipsa Bartholomæa lividam aspexisset, capitis velamento dejecto, se homicidam clamitans, cœpit percutere pectus suum. Multi concurrunt & multæ: per evidentia signa puellam mortuam esse perpendunt. Ex quibus una dictam Bartholomeam, hujus ream periculi, consolando ipsam admonuit, ut percussionibus & clamoribus prætermissis, S. Bonæ, quæ tot mirabilia operatur, suam nepotulam commendaret. Quæ sano consilio acquiescens, flexis genibus cum lacrymis humiliter votum vouit, quod si S. Bona puellam, quam præter votum suffocando occiderat, redderet sibi vivam; cereum libræ unius ad ejus altare nudis pedibus, laneis ad carnem induta, portaret. Verbis voti completis, subito oculos aperuit puella, ac brachiola extendit & manus; & mamilla ori ejus admota lac suxit, ut prius; & per annum & amplius postea supervixit; illaque voto promissa persolvit.

71 Henricus, ejusdem parochiæ, apostema gra-

vissimum habebat in corpore: quod cum medici
LA SUPPA RIS ÆVI MS. incurabile perspexissent, de salute desperantes ipsius, deseruerunt eumdem. Humano ergo consilio & auxilio destitutus, divinum humiliter imploravit, votum emittens ad Sanctam; quod si ipsa, quam tot indigentibus succurrere audiebat, sibi quoque conferret beneficium sanitatis; nudis pedibus, laneis ad carnem indutus, cum luminaribus ad ipsius venerandum altare veniret, ac ulterius semper in ejus Vigilia in pane ejunaret & aqua. Facto mane invenit se homo à dicto apostemate liberatum, votumque quod promisit exolvens, usque hodie sanus perseverat & vivus.

*apostema incurabile abfertur.*

72 Benvenuta, ejusdem parochiæ, cum quadam die diu cum socera litigasset, tandem spiritu iracundiæ concitata, extensis manibus diabolum pluries invocavit, ut eam in sua reciperet potestate. Et inimico humani generis faciente, qui semper ad illaqueationem hominum est paratus, sensit stringi aliquantulum manus suas. Nocte vero sequenti apparuit ei S. Bona, dicens ipsi: In malas manus heri dedisti te ipsam. Sed tuæ miserta animæ, vade ad Presbyterum Gerardum Canonicum S. Martini; & ei confitens quod fecisti, à potestate diaboli, per ejus ministerium & virtutem Sacerdotalis ordinis, [libertatem] obtinebis. Et ut ipsam Benvenutam absolutione ostenderet indigere, pariterque pro ipsa obtinenda solicitã ipsam redderet & attentam, eadem nocte idem ei secundo præcepit & tertio. Mane facto, dicto Presbytero, propter ejusdem verecundiam, tamquam noto noluit quod fecerat confiteri: sed semiplenè præceptum sibi factum adimplens, Fratri cuidam Minori in Confessione totum negotium revelavit. Qui præcepto Sanctæ suum conformans consilium, ad dictum Presbyterum remisit eamdem. Ecce Sancta nostra, ad multorum confusionem, ordini clavium reverentiam exhibet & exhibendam docet.

B *Mulier quæ damoni se devoverat,*

*Sancta apparente & confiteri jubente liberatur:*

73 Albertus, ejusdem parochiæ, habebat dextrarium, centum librarum pretio æstimatum: qui subito quadam die in stalla cecidit extensus in terra; ibique cum multo sudore sic jacebat immotus, ut nec pedibus tractus, aut auribus, aut cauda, ullatenus se moveret. Cumque pro tanto damno tam subito accidente dictus Albertus ac tota familia ejularent; tandem uxor ejus, B. Bonæ virginis memorata, genua fixit in terra: statimque equus, omnibus aliis prætermissis, qui eum frequentissime pertractarant, in illam solam oculos direxit & fixit; quasi ei innueret, ut illam, cujus memorata fuerat, pro sua liberatione rogaret. Quæ orationem suam inchoavit his verbis: Licet videatur indignum, vos, tam pretiosam & Deo carissimam virginem, pro irrationabilibus animalibus deprecari: tamen quia damnum istud est magnum, vos piissimam Dominam pro hujus equi liberatione instanter exoro; promittens, quod si ipse de hoc mortis articulo fuerit liberatus, laneis ad carnem induta, nudis pedibus cum condignis luminaribus, ad vestrum accedam altare. Mirum dictu! orationis fini continuata est erectio equi, ipsum S. Bonæ precibus liberante, qui salvat homines & jumenta. Domina vero illa, divinæ gratiæ, quam per S. Bonam consecuta fuerat, non ingrata, Deo & Sanctæ reddidit vota sua.

C *equus moribundus sanatur:*

*festum ejus negligens, ideoque punitus,*

74 Magister Joannes, natione Salonitanus, de parochia S. Andreæ in Chinzicha, cum à vicinis suis festum S. Bonæ observantibus moneretur, ut ipsum festum cum aliis custodiret; respondit; Et quæ fuit hæc Sancta Bona? Cumque ei responsum fuisset, quod mulier sancta fuerit, Deo serviens & devota, & ideo ejus festum à populo celebrari; dictus Joannes adjecit; Si ipsa bene facta sua exercuit, bene fecit, ego etiam bene volo facere mea. D Et rediens ad fabricam cum proposito operandi, subito sensit dolorem in manu, & eam respiciens vidit ipsam tumidam cum rubore. Cumque nihilominus sic ad fabricam perveniisset, invenit os quoddam pedem sui intrasse discipuli & læsisse, in eodem secum operandi proposito existentis. Perpendens ergo sæpe dictus Joannes, quod hæc propter indevotionem ad festum Sanctæ contigerant; ad ejus accessit altare, rogans eam, quod ipsum suis precibus liberaret; & vovens, quod si hoc faceret, ejus festum perpetuo dum viveret custodiret. Oratione finita, cum domum revertitur, à dolore, rubore, ac tumore manus est plenissime liberatus: os quoque pedem exivit discipuli, & vulnus ex illo factum osse, totaliter est sanatum. Hæc autem sunt facta circa annum Domini millesimum ducentesimum quadragesimum nonum. Septem vero annis ab inde transactis, cum quædam ipsi incumberet necessitas operandi; confidens quod Crucis assumptione à voto esset quolibet absolutus, in festo S. Bonæ, quod tunc imminebat laborare, firmiter proponebat. Sero tamen diei termino præcedentis precibus pulsavit Sanctam, ut quid circa hoc sibi placeret, in visu ei ostendere dignaretur. Et ecce F nocte sequenti vidit in somnio, se juxta prædictam S. Martini ecclesiam positum, contra quemdam vicum, per quem poterat respicere versus Arnum fluvium ad Aquilonem; & duos viros super ripa ejusdem fluvii, ligna securibus incidentes; quibus usque ad vultum, ipsis sic distentis *f* non modicum, lignorum particulæ veniebant. Ipsos etiam viros aspiciens; post modicum vidit, quod ligno relicto se invicem securibus feriebant. Cumque de his secum in somnio plurimum miraretur, cum dolore clamavit in somnio; Heu! unde provenit tantum malum? Et statim vocem sibi respondentem audivit; Quare homines non custodiunt Virginis festa? Expergefactus ergo de somnio, quasi divino certificatus esset oraculo, festum ipsum cum aliis fidelibus custodivit. Non ergo est mirandum, si hoc in tempore, pestilentiis, sterilitatibus, guerris, aliisque tribulationibus plenus est mundus, quo Sanctorum festa, qui hominum sunt intercessores apud Deum, pessime observantur. Sicut enim Sancti pro devotis & humilibus intercedunt, sic superbos, & Sanctorum festa contemnentes & Deum, justitia exigente, in sua duritia & ex ipsa provenientibus angustiis derelinquunt. F

*promissa emendatione sanatur.*

*& ne amplius festum violet,*

*somnio quodam monetur.*

75 Pretiosa nomine, de sæpe dicta S. Martini parochia, aborsum passa, tribus diebus in cruciatu maximo jacuit & dolore, cum creatura mortua, in matrice interius transversata, nequiret exire. Quæ talibus angustiis circumsepta, cognatam monuit, ut se B. Bonæ sua vice voveret. Cum ergo illa fecisset, subito abortivum exivit, & ipsa Pretiosa est ab angustiis & à mortis periculo liberata; ac postea tempore congruo ad altare S. Bonæ cum luminaribus venit, nudis pedibus & laneis ad carnem induta, sicut pro sua liberatione ejus cognata promiserat, sub vicaria obligatione votali.

*liberatur ex aborsu moribunda,*

76 Bonajonta, ejusdem parochiæ, in quodam exercitu captus fuit ab adversariis & ligatus. Cumque ipsum adversarii post se traherent sic ligatum, de rebus ejus & armis, cujus ex ipsis esse deberent, invicem pertractantes; necessitas ipsi S. Bonam ad memoriam revocavit. Devoto ergo corde & humili eam deprecans, votum vovit, quod si ipsum de illorum manibus liberatum reduceret domum suam, ad altare

*& alius ex vinculis adversariorum.*

A altare ipſius cum cereo unius libræ veniret. Poſt votum emiſſum, qui eum trahebant, in tantum ſunt ſpiritu iracundiæ concitati, quod ſe mutuo ferientes ipſum Bonajontam reliquerint ligatum. Cui ſentienti quidem, ſed neminem intuenti, ſubito ſunt manus à vinculis diſſolutæ. Et reverſus domum, reddidit votum ſuum; gratias agens Deo, qui per ſanctę Virginis merita, vincula ſua rupit, & vinctum de adverſariorum manibus liberavit.

77 Quædam devota femina urceolum olei, in Vigilia S.Bonæ, hora veſpertina, ante ejus altare portavit. Quem cum Clericus, circa altare ambulans, occaſione cereos accendendi, inconſiderate pedibus impulſiſſet, pluribus videntibus eſt urceolus ipſe verſatus ad terram. Quod mulier, quæ ipſum portarat, aſpiciens, urceolum ipſum S. Bonæ commendavit, dicens: Eja Domina S.Bona, ego urceolum ipſum ob veſtram reverentiam apportaram. Res nova & mira! erecto urceolo, ipſe ſine ulla diminutione ſub oculis adſtantium repertus eſt plenus, & nec veſtigium alicujus humiditatis in lapide, ſuper quo verſatus fuerat urceolus, potuit reperiri.

*urceolus olei ante ejus altare evertitur abſque effuſione.*

B 78 Duobus juvenibus in equis ſibi currentibus ex adverſo, equi ipſi capitibus invicem ſic fortiter impegerunt, quod ambo equi in terram pariter ceciderunt, ac cingulis ſellæ alterius eorum diruptis, ſella ipſa cum ſedente in ea, nomine Iacobo de parochia S.Martini, vi percuſſionis cecidit retro: & quod majus eſt, equus ille, cui prædictus Iacobus inſidebat, de loco illo vivus amplius non eſt motus, & alter etiam equus, ob percuſſionem illam, parvo poſt tempore expiravit. Porro dictus Iacobus in terra ſic jacebat exanimis, quod cum motus pulſalis non ſentiretur in ipſo, plurimi cogitabant ipſum non domum, ſed immediate ad eccleſiam tamquam mortuum deferendum. Sublatus tamen de loco caſus in lectum, ſine locutione aliqua aut voce, uſque ad medium noctis permanſit immotus. Cum pater ipſius, ſuaſione quorumdam, ipſo tamquam mortuo, votum emiſit ad Sanctam, quod ſi filium ſuum Dominus reſtitueret ſibi vivum, imaginem ceream librarum decem ad ejus altare portaret. Voto completo, ſtatim juvenis, quaſi de profundiſſimo ſomno evigilans, cum motu corporis primo, quamdam vocem emiſit: & poſtea cibo petito & ſumpto, vitæ & ſanitati eſt priſtinę reſtitutus. Pater etiam juvenis, quod voluntarie vovit, devote complevit.

*lapſus ex equo & morti proximus ſanatur.*

C

## ANNOTATA.

a Abbatia S. Michaelis de Guanio *quo loco ſitá fuerit, & cujus Inſtituti, libenter diſcam.*

b *Academicis della Cruſca*, Morice *in plurali dicitur*, hæmorrhoidum morbus, *ex copia ſanguinis ad venas ſecretarum partium concurrentis.*

c Accon, *vulgo* Acre, *olim* Ptolomais *in Syria, poſt amiſſam Hieroſolymam, Regis & Patriarchæ Sedes.*

d Ligna *Itali appellant*, naves.

e Stalla *vox Longobardica*, ſtabulum *ſignificans, Teutonice* Stal.

f Diſtentus, *hic eſſe videtur*, Occupatus.

## CAPUT VII.

### *De Tranſlationibus & cultu hodierno ſacri corporis.*

87 *Tranſlationis primæ in Commentario prævio num. 3 indicatæ monumentum, authentica forma ſcriptum, hoc invenitur*: Clareat omnibus manifeſte, quod corpus S.Bonæ, in renovatione eccleſiæ S.Martini, de altari, in quo quieſcebat, tranſlatum eſt ad novum altare novæ eccleſiæ. Tunc autem cum corpore fuit inventa una tabula plumbea, infra dictum altare cum dicto corpore, in qua tabula ſculpta erant infra ſcripta verba, videlicet. Anno Dominicæ Incarnationis MCCVIII quarto Kalend. Junii, venerabilis re & nomine Bona, devota hujus eccleſiæ & miniſtra, requieſcit. Quam tabulam viderunt, & propriis oculis legerunt Fratres, Ligelius de . . . . . tunc Guardianus dicti loci, & Joannes de Sancto Vito Lector dicti loci, & Bartholomæus de Sarzana, & Jacobus de Sardinia omnes Ordinis Fratrum Minorum, in loco prædicto commorantes. Hæc omnia & vidit, & legit, & prædicta manu propria ſcripſit Specialis Bettus Stephani, dictæ Capellæ S. Martini de Piſis, qui pro tunc erat actualiter [ſanctorũ] Corporum Viſitator. Scriptum anno Domini MCCCLXIV die XIV Aprilis. D

*Corporis tranſlatio facta an. 1364.*

80 *Ex hoc inſtrumento, in quo tam expreſſe nominantur*, Guardianus, & Lector, prædicti loci, *& alii duo Fratres* in prædicto loco, *S. Martini ſcilicet*, commorantes; *luce meridiana clarius eſſe videbatur, quod eumdem tunc obtinebant Fratres Minores, cum juſto tot Religioſorum numero, ut Lectorem junioribus dari operæ pretium eſſet: non diu tamen iſtic ibi perſtitiſſe credebam; ſed ineunte ſeculo* XV *tranſlatos ad eum quem nunc quoque obtinent locum ſanctæ Crucis, ſubſtituiſſe ſibi Sorores ſui Ordinis. Hanc porro opinionem ut deponam ſuadet quidem, ſed agre perſuadet Codex antiquus, apud Sorores prædictas aſſervatus (quem Agneſinum nominant) ubi Cap.* 2 *dicitur, quod* anno MCCCXXXII, mortuo Priore Canonicorum Regularium S. Auguſtini, Magnificus D.Bonifacius, novellus Comes de Donoratico, ex indulto Joannis Papæ XXII ædificaverit atque dotaverit ibi monaſterium S.Claræ pro quadraginta Sanctimonialibus, victuris ſub regimine Fratrum Minorum, qui ad hoc eligerent quatuor è ſuo numero: curam autem animarum, eccleſiæ ipſi (utpote parochiali) attributarum, gererent quatuor. Capellani, ad id à Pontifice deligendi. *Vtinam extaret ipſum Pontificium Breve de ea mutatione: donec enim id producatur, expreſſam mentionem faciens Sororum S. Clara, iſtic ex tunc collocandarum, manebit ſemper præſumptio vehementior pro mea priori ſententia, in jam dicto Inſtrumento fundata. Siquidem potuerit fieri, ut libri prædicti auctor duas loci mutationes in unam conflaverit; & Parochiam quidem cum ſuo omni jure tenuerint Fratres, cum onere tamen alendi ex reditibus loci Capellanos ſeculares quatuor ad miniſtranda paſtoralia: cumque experientia doceret ſeminarium hoc eſſe rixarum inter Clerum & Fratres, maluerint hi alibi liberius vivere, ſicque locum Sanctimonialibus ceſſerint, eodem forte regredientes ubi primitus habitarant. Vt ut eſt, tali vel alia occaſione imminuti admodum fuerunt loci ipſius reditus, ſic ut pro quatuor Capellanis, agre potuerint ſuſtentari duo; & totum demum onus reciderit in unum, conſtitutum anno* MCCCCXLIX, *tempore Nicolai Papæ V, de conſenſu Iuliani Archiepiſcopi; ſub cujus etiam regimine monaſterium erat, neſcitur quando exemptum juriſdictioni Fratrum, ſicut hodieque manet.* E

*locum tenentibus Franciſcanis*

*aut ſaltem Clariſſis.*

F

*cum aliquot Capellanis.*

81 *Idem Franciſcus Maria Ceſſinius, qui has notitias communicavit, etiam ſequentes adjecit, quas ex Italico Latinas exhibeo.* Poſt Tranſlationem prædictam requieverunt Reliquiæ ſupra proprium ſui nominis altare, intra ſacellum nobiliſſimæ familiæ à Colle dictæ, uſque ad annum MDCVII, quando quidam Eques Philippus Capriani ædificavit dotavitque ibidem altare novum ſub invocatione S.Mariæ Magdalenæ. Dum autem illud ædificabatur, manſerunt Reliquiæ penes Monachas intra ipſarum clauſtrum; & opere finito, illuc cum magna ſolennitate relatæ fuerunt, collocatæque ſuper altari non admodum

*Anno 1607 renovato altaris.*

A dum ſplendide. Manſit tamen intra monaſterium caput, vaſi incluſum argenteo, ſolumque in die feſto Sanctæ conſuetum fuit ad publicam venerationem exponi. Verum refloreſcente paulatim Piſanorum erga hanc ſuam Patronam devotione, & eleemoſynis in notabilem quantitatem accumulatis, honorificentiorem formam acceperunt omnia: & caput quidem anno MDCLXXVII elegantiſſimè ex argento novi operis thecæ impoſitum fuit, brachium quoque unum alteri argenteo vaſi incluſum: reliqua vero ſacri corporis membra repoſita intra capſam, ligneam illam quidem, ſed cryſtallis pretioſis ita cinctam, ut univerſum opus, una cum thecis capitis atq; brachii, ad ducentos quinquaginta ducatos abſumpſiſſe exiſtimentur. Et caput quidem atque brachium tenentur ſupra altare interius Monacharum, corpus vero exterius; omniaque conſpicienda præbentur die tertio Pentecoſtes, poſtquam veſperi diei ſecundæ inſtituta fuerit ſolennis proceſſio, cum maximo civium accolarumque concurſu.

*caput ſeorſim munet.*

*an. 1677 transferuntur oſſa in novam arcam:*

82 Celebratur nihilominus feſtum tota civitate ac diœceſi in die XXIX Maji ſub ritu Duplicis, idque jam olim etiam uſitatum fuiſſe antiqua kalendaria probant. Dum autem hæc ſcribuntur, menſe Auguſto anni MDCLXXXII, ſub prælo eſt libellus, complexus Exercitium cujuſdam devotionis, die Jovis ſpecialiter applicatæ; quando devoti ipſius Sanctæ multas gratias per ejus interceſſionem recipere ſe agnoſcunt, quarum tamen ſcribendarum ratio nulla habetur, eo quod nobis ſufficiat vivus fervor devotionis noſtræ. Ipſæ ſacræ Reliquiæ ſæpius ab Ordinariis viſitatæ, ſemper abſque omni ambiguitate fuerunt approbatæ: iidemque non paucis vicibus venerunt ipſi, ad Sacrum coram iis Pontificaliter celebrandum. Plures quoque locis variis ad populi commoditatem S. Bonæ imagines habentur: imprimis in noſtra Cathedrali, ubi unius altaris tabula repræſentat illam, ſuſcipientem habitum S. Auguſtini. Ante aram vero, ſupra quam collocatum eſt corpus, continuo ardet lampas; & præter hanc diebus Jovis, tempore prænotati Exercitii, ibidem accenduntur cerei ut minimum quatuor.

D

*Exercitium diei Iovis in ejus honorem inſtitutum*

*imagines in templis.*

E

# DE B. GERARDESCA PISANA

## ORDINIS CAMALDVLENSIS TERTIARIA.

## COMMENTARIUS PRÆVIUS.

D. P.

### Exoleta fere ejus memoria, unde & quomodo hic reſtaurata.

CIRCA MCXL

*Queſtris Ordo, ſub nomine & invocatione S. Stephani Papæ ac Martyris, ad annum* MDLXI, *à Coſmo Medicæo inſtitutus; & à ſucceſſoribus ejus, Magnis Hetruriæ Ducibus, auctus multis juribus ac fundis; favore Ducis Ferdinandi & Pii Papæ IV auctoritate, poſſidet inter alia vetuſtiſſimam Piſis* S. Savini *eccleſiam, quæ à Carolo Longobardorum Rege originem ſuam repetens, ad ſeculum uſque* VIII *videtur aſcendere, quando vix alius intelligi eo nomine poteſt, quam qui à rebus geſtis cognominatus Magnus, ante Romani Imperatoris titulum ſcribebat ſeſe Regem Francorum ac Longobardorum. Invenitur autem in veteribus membranis fundatio vel dedicatio adſcripta* ſexto die ante Kalendas Maji Indict. III. *Huic antiquitus conjunctum monaſterium, quin Nigrorum Monachorum fuerit, dubitare non poſſumus: quando autem illuc introducti ſint Camaldulenſes, ſub Regula S. Benedicti, ſed albo habitu militantes, inſtitutore S. Romualdo Abbate, non eſt facile divinare. Florebant illi iſtic, & diſciplina & numero, ante medium ſeculi* XIII, *quando* ejuſdem profeſsionis & Ordinis *habitum titulumque ſuſcepit* S. Gerardeſca; *viro, quicum annis nonnullis Chriſtiane convixerat, perſuaſo ibidem Monachum agere; vivens ipſa in cella vel domo prope monaſterium, non ut Recluſa, ſed ut Tertiaria; quippe quæ ancillam ſecum habebat ad miniſterium, & pro ſuo arbitratu nunc has nunc illas adibat eccleſias, ad quas eam feſtivitatum per annum occurrentium invitabat opportunitas.*

*Eccleſiâ S. Savini à Camaldulenſibus tranſlatâ ad Equites S. Stephani,*

C

*B. Gerardeſcæ, juxta eam moratæ,*

*In eaque ſepultæ memoria*

2 *Hujus corpus, in eadem ſepultum eccleſia, quin etiamnum ibidem requieſcat, Piſanorum dubitat nemo, licet ignotus ſit locus; quia bellis inter Florentinos Piſanoſque graſſantibus everſa ſunt omnia; & demum, mutatis Dominis, totam quoque faciem eccleſiæ illæ mutavit, nullis ibidem relictis veſtigiis veterum monumentorum ac titulorum in pavimento, parietibus, aut columnis. Reliquiæ nihilominus aliquæ ejuſdem* B. Gerardeſcæ, *dicuntur apud Moniales quaſdam in veneratione haberi de quibus diſtinctius doceri vellem. Vnicum veteris ac publici cultus indicium ſupereſt* in tabula lignea, ad majorem aram S. Michaelis in Burgo civitatis Piſanæ, *ſcilicet* imago, inter alios Sanctos Camaldulenſis Ordinis, *depicta. Latet interim annus ac dies obitus: latuiſſe etiam diu vita Acta, colligitur ex Razzii Ferrariique de* Gerardeſca *ſilentio. Illa vero non niſi trunca exhibet tandem antiquus codex, de Vitis variorum Sanctorum atque Sanctarum, ante annos plures quam quadringentos exaratus in membranis, & apud Moniales S. Silveſtri aſſervatus. Ibi non ſolum per ipſius Vitæ decurſum deſiderantur evulſæ quædam pagina; ſed abeſt pars ultima, & forte major, certe ad hiſtoriam magis ſpectans; ex qua diſcere potuiſſemus certius aliquid, de die mortis, eamque ſecuta populi Piſani veneratione publica, vel etiam miraculis ad invocationem illius tumulumve patratis, quibus* Sanctæ *titulum & cultum, ſaltem ut* Beatæ *meruit, quemadmodum in parte ſuperſtite centies ac centies vocatur, atque ac in titulo his verbis præfixo:* Incipit hiſtoria ſive vita Sanctæ Gerardeſchæ, de civitate Piſana, quæ apud monaſterium S. Savini requieſcit.

*renovatur ex ejus alibi imagine,*

F

*ex veteri Ms. cum titulo Sanctæ.*

3 *Hanc Vitam, qualem reperit, talem manu ſua nobis deſcripſit idem, qui nos de fortunâ eccleſiæ S. Savini ſupra memoratâ inſtruxit, Illuſtriſſ. D. Franciſcus Maria Ceſſinus Florentinus, Eques S. Stephani, & in Piſano Lyceo è prima Sede Iuris civilis Profeſſor; idem qui pro* XVII *Auguſti ex eodem Codice ſimiliter nobis tranſcripſit Vitam* S. Rayneri Piſani, *ſimili fere ſtylo exaratam anno* MCLXI. *Intereſt tamen quod Vita S. Raynerii crebris interpoletur titulis, hæc continuo decurrat filo. Ne autem idem videri Auctor poſſit, obſtat longius intervallum temporis, lapſi inter annum prænotatum & obitum* B. Gerardeſchę. *Etenim obiit hæc poſt* B. Bonam, *anno* MCCVII *defunctam, uti apparet ex num.* 47: *& quidem ita diu poſt, ut non videatur eamdem viventem familiarius noviſſe, adeoque nec coæva eidem fuiſſe. Coævam autem habuit* Venerabilem

*ex Vita à Franc. Ceſſino communicatâ.*

*Illa junior quam B. Bona,*

A rabilem Villanam, *cujus ad* Gerardeſcam *venientis mentio ſit in ultimo fragmento Vitæ num.*68: *initio autem paginæ, alio charactere, ſic habetur adſcriptum* : Notá quod hæc D.Villana, mirarum virtutum femina, de qua hic fit mentio,fuerit avia Joannis de Cinquinis, patris Fratrum Bartholomæi, Jacobi, & Franciſci Cinquinorum, Fratrum Prædicatorum. *Atqui, ſubjungit* Ceſſinus, Invenio in quadam membranacea Chronica Fratrum Prędicatorum, compilatâ per Fr.Dominicum de Peccioli, qui obiit anno MCCCCIX, Fr.Bartholomęum de Cinquinis floruiſſe anno MCCCXXXIII: *adeo ut proavia ejus ad medium ſeculi* XIII *vixiſſe potuerit, &* B.Gerardeſca *ſaltem debuerit ad annum circiter* MCCXL *pervenisse.*

*& Vener. Villana, avia obiit circa an. 1240 :*

4 *Circa hunc etiam annum, in ipſomet originali codice, ſcripſiſſe prædictas omnes Vitas potuit aliquis Sanſavinenſis Monachus, eidemque ad finem attexuiſſe Vitam B. Gerardeſcæ, eo quò mirabilia ejus exceperat & annotaverat ordine, ipſemet Scriptor idemque Confeſſarius Beatæ, vel alius à Codicis ſcriptore diverſus, Pater tamen ejuſdem Beatæ ſpiritualis, omniumque ejus arcanorum conſcius ac particeps gratiarum*, cuidam Religioſò (*ut loquitur*) *impetratarum ; nolens ſcilicet ſeipſum nominare. Ceterum caret hæc Vita hiſtoricis illis luminibus notarum chronotacticarum & perſonarum illuſtrium, nominatim expreſſarum, quibus alia accuratius ſcripta ſolent nitere: & quamvis ibi mentio fiat num.*22, *cujuſdam* Urbani, quondam Abbatis S.Savini; *& num.*27, D.Deodati Monachi S. Jacobi de Podio; *ac num.*43 Fr. Petri; *& rurſus num.*54, Gregorii Abbatis monaſterii S. Michaelis Diſcalceatorum, *cui paulo antequam is moreretur confeſſa fuit Beata: dum tamen hi non habentur aliunde noti, nec invenitur illius monaſterii Chronicon, nihil ſubſidii ex nominibus iſtis habere poſſumus.*

*poſt quem ſcripta à Confeſſario Vita,*

*plena cæleſtibus viſionibus,*

5 *Vt autem luminibus iſtis caret Vita iſta, ſic abundat revelationibus extaticiſque viſionibus, ſubinde talibus, ut, attento ſeculi hujus malignioris genio, dubitaverim an expediret plures earum efferre in lucem ; eas potiſſimum, in quibus ſitus & forma cæleſtis Hieruſalem, ejuſque arces, montes, palatia, platea, fluvii, ornatus, feſta, & gaudia exprimuntur, tam materialiter, ut delicatæ quorumdam aures offendendæ videantur potius, quam ad ſupernarum rerum deſiderium ſalubriter excitandæ. Sed cum S.Ioannis Evangeliſtæ, cujus hic frequentiſſima mentio, Apocalypſim conſidero, divinis haud dubie plenam myſteriis ; ſimili tamen ſtylo ac modo explicatam ; futurum exiſtimo, ut in vera humilitate fundatæ animæ, deque Sanctorum atque Sanctarum dictis factiſque ſentire ſolitæ in bonitate ac ſpiritus ſimplicitate, ædificentur fideliter. Velim tamen in iſtis legendis meminiſſe lectorem ejus Parergi, quod Vitis S.Mariæ Magdalenæ de Pazzis interpoſui : quia eo ſatis præmuniendum credo lectorem, quantumvis criticum & faſtidioſum.*

C *haud abſimilibus Apocalypſi Ioannis.*

6 *Si ſpem aliquam habuiſſem, vel illius Vitam aliquando integram obtinendi, vel alicunde eliciendi certiores notitias de hac, jam fere ab hominum memoriis extrita, Beata ; voluiſſem cuncta in aliud tempus differre. Sed intelligo alia omnia ejuſdem Vitæ exempla, ex eodem Codice recentius tranſcripta, eiſdem ubique locis defectuoſa inveniri ; quod ſignum eſt antiquam ſatis eſſe jacturam, nec veroſimiliter reparabilem. Quapropter convenientiſſimum eſt viſum, poſt Vitam* B.Bonæ, *hanc* Gerardeſchæ *proponere, propter huic revelatam illius inter Sanctos gloriam, & multam inter ambas ſimilitudinem, locique ac temporis proximitatem ; ad eum ſaltem finem, ut ne omnino pereat, quod jam potiori ex parte amiſſum eſt. Quis autem novit, an non occaſione hinc ſumpta, unde ſperatur minus, eruendum ſit quidpiam certioris notitiæ à*

*Ea fit hoc die datur.*

B

D

# VITA

## Veroſimiliter à Confeſſario collecta,

## *Ex Veteri Ms. Monaſterii S.Silveſtri Piſis.*

## CAPUT I.

### *Piam Gerardeſcæ conjugium : ſuſceptio monaſtici habitus, divinarum revelationum primordia.*

*Monaſterium ingreſſa ſeptennis,*

EUit quædam his diebus in Piſanis partibus ſanctimonialis femina, nomine Gerardeſca, prope monaſterium S.Savini, & ejuſdem Profeſſionis & Ordinis. Oppreſſis compatiens, afflictis erat miſericors ; caritate fervens, omnibus imbuta virtutibus ; mitis & timens Deum. Etenim in puellaribus annis, antequam ſeptenarii finem attingeret, docta timere Dominum, & parentum ſuorum oblectamenta faſtidiens, ad quoddam monaſterium aufugit, ibique toto tempore vitæ ſuæ famulari Domino diſponebat. Denique dum ibidem per aliquod tempus maneret, & mater ejus pro ea vehementius triſtaretur ; maternis inducta doloribus, velut quæ necdum ad ætatis maturitatem pervenerat, ad vocem matris ſimpliciter de monaſterio eſt egreſſa. Cumque per aliquod tempus maneret cum matre, in omnibus voluntati ejus ſubjecta ; eidem, volenti ipſam maritali connubio tradere, non negavit aſſenſum ; imo tamquam ovis coram tondente ſe obmuteſcens, utpote mundi hujus ignara, periculis tantis [non ſua] ſponte [& conjugii] voluptatibus ſe immerſit.

*indeque educta & nuptui tradita,*

2 Sed poſtquam cogitavit ſe à Jeſu Chriſti prolongatam ſervitiis, & curis ſecularibus involutam ; cœpit vehementiſſime contriſtari, quod erat ſuaviſſimo gaudio deſtituta. Verum, quia Juſtus ex fide vivit, credens etiam in maritali copula Domino complacere ; cœpit jugiter corpus ſuum jejuniis & orationibus macerare ; ſicque factum eſt ut quotidie neque manducaret neque biberet, donec in eccleſia ſexcentis genuflexionibus Dominum lacrymabiliter precaretur. Erat enim in orationibus ſedula, in jejuniis fervens, & ut ſacris ſemper poſſet intereſſe myſteriis non remiſſa. Quid plura ? Sic in mundo manebat, mundo jam mortua, ut nec aliquantum in mundanis deliciis lætaretur. Jam enim ſcala paradiſi effecta, bonorum operum in ſe omnibus perhibebat [exempla]. Docta ſiquidem erat à Domino non abſcondere operationes [bonas] ſub modio, ſed eas ponere ſuper candelabrum, ut exinde laudaretur Pater noſter cæleſtis qui in cælis eſt. Igitur dum hæc Sancta maneret in ſeculo cum viro ſuo, facta tamquam vitula Ephraim docta diligere triturám, ſemper portabat in mente quæ non adhuc gerebat habitu.

*eilam ſic Deo ſervit impenſius.*

*bono exemplo aliis.*

E

F

3 Cumque non poſſet ex viro ſuo prolem ſuſcipere, mater ſua jugiter Dominum precabatur, ut filiæ ſuæ daretur filius ; in quo poſſet divina collaudari clementia, creans de nihilo omnia, & vocans ea quæ non ſunt tamquam ea quæ ſunt. Verum quia Dominus eam jam elegerat in ſuam, apparuit matri, in ſomniis loquens & dicens ei : Quoniam deſideras filiam tuam ex viro prolem ſuſcipere, ut tua devota petitio impleatur, in ſuum filium præbeo Joannem Evangeliſtam. Et ſtatim eadem hora tradi-

*Prolem nullam ſuſcipienti*

dit ei Dominus, salviam, & sabinam *a*; & transmarinum *b*. O quantis jam Sancta poterat gaudere tripudiis! ô quanta lætitia exultare! quæ dum petitionem matris impletam ex ore Altissimi percipit, natum sumit adultum, qui potius tueretur nutricem, quam nutrix supportaret eumdem. Unde factum est, ut sicut B. Joannes Virginem in morte Domini suscepit in suam, ita isti Sanctæ ex tunc suum impenderet patronatum. Cumque mater ejus à somno surgeret stupefacta, nec se posset continere præ gaudio; ad convicinas suas foras perrexit, portans in manu sua herbas prædictas, quas ei Dominus in signum dilectionis reliquerat, ut ipsi quidem videbatur. In quo utique facto Dominus indignatus, tanta potentia dictas herbas de manibus ejus excussit, quod manu & brachio fistulis fauciatis, per duos annos (post quos eidem sanitas divinâ clementiâ redivit) mansit infirma.

Ex Ms. a b

*filius datur S. Ioannes Euangel.*

4 Demum, quoniam Sancta in magnis jugiter gestiebat affectibus, mundo & ejus posttergatis illecebris, in aliquo monasterio in Jesu Christi servitiis ducere vitam suam (non enim credebat in seculo vitam posse promereri æternam) ferventi studio cœpit suum monere maritum, ut una cum ea hujus mundi transitoria relinquentes, vitæ melioris frugem in monasterio sumerent, & deinde cælestis regni participationem & gloriam obtinerent. Sicque factum est, ut, cum semper in admonitione viri persisteret, vir ejus, utpote partem meliorem accipiens, tam piæ voluntati uxoris assensum præbuit & consensum. Timens itaque sancta mulier ne mutaretur sanctum sui viri propositum, cum omnis ætas prona sit ab adolescentia sua in malum; festina iter arripuit in monasterium S. Savini, ubi eodem tempore erat Abbas vir vitæ venerabilis, ejusdem Sanctæ in gradu consanguinitatis propinquus. Qui cum audisset à sancta femina, quod volebat assumere habitum ejusdem monasterii cum viro suo, quia eos semper fovebat in visceribus Jesu Christi, statim ejusdem monasterii cœtu sacro Monachorum adscito, de communi & avido consensu Fratrum & suo, dictis Dominæ memoratæ ac viro donavit sacræ Religionis habitum: & eos in sacris ulnis suis benigne suscipiens, deinceps cœpit eos ut spirituales filios pertractare.

B *Persuaso viro ut monachus fiat ad S. Savinum,*

*ipsa juxta manens habitū etiam suscipit,*

5 Sancta vero femina, postquam persensit se sanctimonialibus vestibus adornatam; tamquam in omnibus abundaret deliciis, læta & hilaris cœpit Deo gratias agere, qui non derelinquit sperantes in se. Illico itaque data fuit ei extra monasterium cellula, ubi jugiter Dominum collaudando, totis viribus corporis divinis servitiis inhærebat. Miranda quidem res, & à seculo inaudita! Illa, dum in seculo mansit, numquam hilaris, numquam læta videbatur: postquam autem habitum sanctæ Religionis accepit, sumens de Religione lætitiam, tanta cœpit alacritate perfrui, tantoque gaudio exultare, quod facies ejus & oculi, velut numquam visuri mœstitiam, infinibili alacritate splendebant. Et porro, dum cœpit in oratorio suo manere, de virtute in virtutem proficiens, Spiritus sancti gratiam, quam etiam in seculo possederat, in eodem oratorio abundantius redolebat.

C

*exinde hilaris semper & spiritu fervens.*

*Coram matre extasim patitur:*

6 Quadam igitur die, dum mater B. Gerardeschæ venisset ad eam, ut ejus posset visione lætari; ista, dum nollet genitricem turbare, nec etiam à solita contemplatione desistere, extra cellulam suam egrediens, exivit oratura in hortum. Cumque ibidem devote in oratione remaneret, apparuit ei quædam aquila aurea, veniens contra eam. Quæ cum appropinquasset Sanctæ, adeo Sanctam percussit in pectore, quod velut mortuam prostravit ad terram. Cumque mater ejus exiisset in hortum, ut videret quid faceret; & inveniret eam velut extinctam, cum lacrymis asportavit eam in domum. Sancta vero parum post ad memoriam rediens, cœpit Altissimum plenis exultationibus laudare .....

D

*Audito cælesti concentu*

7 Cum quadam die B. Gerardesca tempestivius solito in oratione maneret, audivit voces canentium in cælo & laudes Domino resonantium. Quæ cum aperuisset cellulæ suæ fenestram, si potuisset aliquid in cælo aspicere, statim cantus ille sub silentio depressus conticuit. Cum autem præfata Domina hujusmodi silentium sua occasione crederet contigisse, protinus deflendo amare, cœpit dicere infra se; Non sum digna tam suavissimum gaudium contemplari. Hæc itaque ea dicente, tres columbæ in oratorio comparuere, alas habentes aërias, & stellas in fronte, & aureas coronas in capite, & pectora alba crystallinis lapidibus adornata. Et expandentes alas suas altrinsecus, secrete manserunt continuis tribus diebus ac noctibus. Itaque cum quarta lux eluceseeret, apparuit in eodem oratorio quædam aquila, quodam pluviali induta, habens coronam auream & in collo thuribulum aureum, & quinque stellas in fronte, ac etiam quemdam librum aureum deferebat in pectore. Cumque Sancta conspexisset stellas, quæ consistebant in aquilæ fronte, totius vitę æternæ triumphum & gaudia testata est se vidisse. Et statim apparuit quoddam regale solium, quod & positum est supra dorsum aquilæ, & venit Dominus, & sedit: & erat cum eo B. Maria Virgo & B. Joannes Euangelista. Sancta autem Gerardesca omnia hæc attente conservabat, conferens in corde suo.

E

*& viso Domino,*

*nomen cari sibi monachi impetrat inscribi libro vitæ,*

8 Cum ergo esset quidam Religiosus, quem diligebat hæc Domina, qui desiderabat divina mysteria contemplari; ad preces beatæ Virginis dictus Religiosus fuit coram Domino præsentatus. Et cum B. Ioannes Baptista & B. Ioannes Euangelista d. Religiosum coram divina præsentia ducerent; tulerunt pluviale de dorso aquilæ, & dederunt illud beatæ Virgini: quæ d. Religiosum eodem pallio induens, præsentavit eum coram Domini majestate. Sed & Dominus auferens coronam de capite aquilæ, posuit eam in capite Religiosi præcepitque B. Ioanni Euangelistæ, ut tolleret librum de pectore aquilæ, & scriberet nomen ejus in libro vitæ. Cumque B. Ioannes mandatum Dei impleviset, demonstravit scripturam S. Gerardeschæ. Quam cum Sancta vidisset, & præfatum Religiosum agnoscere, exultavit gaudio magno. Præterea mansit ibidem Dominus per tres dies, noctis omnino caligine procul pulsa.

F

*& Dominum per desertum comitata ad cælum,*

9 Post hæc ivit Sancta cum Domino in desertum, ibique mansit per septem dies & noctes. Tunc, sive in corpore, sive extra, Deus scit, plena visione conspexit; qualiter Dominus stetit ibi, jejunans quadraginta diebus & noctibus. Viditque qualiter Dominum, orantem & lacrymantem, Angeli venientes sæpius confortabant: & qualiter Dominus ibat sursum, cum carne & sine carne, ad Patrem, rogans eumdem ut calix mortis transiret ab eo. Post hæc misit ei Dominus annulum aureum, habentem in se litteras scriptas, quæ dicebant: Hunc annulum do tibi pro arrhabone, quoniam quæ vidisti & audivisti de Religioso non præteribunt donec fiant: ligavitque Sancta præfatum annulum in collo suo, ut demonstraret illum d. Religioso. His ita peractis, B. Gerardesca ivit cum Domino in vitam æternam: & ordinavit Dominus processionem, cum beata Virgine & tota cælesti Curia, extra civitatem Ierusalem, ubi erant duo Angeli, dolantes lapides pretiosos. Cumque Sancta quæreret de opere illo, taliter

*videt eidem monacho parari mansionem.*

taliter reſponſum eſt ei: Hæc debet eſſe domus Religioſi tui. Statimque præcepit loco illius Religioſi parari Angelum. Tunc B. Ioannes dixit Sanctæ, Annulus, quem habes, debet auferri à te per aliam *c*, quæ diligit eum plus quam tu. Sancta itaque turbata exinde ait, Quę eſt illa? .....

*& animam ejus poſt judicium*

10 ..... *Deſideratur initium viſionis, de ejuſdem Religioſi defuncti anima, ad judicium adducta à dæmonibus, quantum quidem ex ſequentibus colligitur.* Beatus autem Ioannes ait: Non habetis aliquid contra ipſam: ite ergo, & ſinite liberam. Stabat autem anima illa coram eis, timore magno perculſa, & quaſi ex validis periculis nondum ſe in caſtra ſecuritatis receperat. Et ſequenti die, dum adhuc omnia, quæ geſta fuerunt de anima illa, eſſent coram oculis Sanctæ; rogavit Sancta ſuppliciter, ut propulſa viſione hujuſmodi, dignaretur ab intuitu dæmonum liberari. Confeſtim raptus eſt ſpiritus ejus, & fuit in quadam domo, pulchra venuſtate decora, in qua quidem erat B. Michael cum animâ præfati defuncti, afflictionibus maximis fatigatâ. Et cum eſſent in domo illa cubicula plurima, ornamentis pulcherrimis adornata, & Sancta pulchritudinem hoſpitii mirareretur hinc inde; ſubito B. Michael diſceſſit à loco, accedentibus ſtatim in via B. Ioanne Euangeliſta, S. Savino *d*, nec non B. Martino. Tunc alloquens eam B. Martinus, dixit: Quoniam defunctus iſte magnam devotionem habuit plenamque fidem geſſit in B. Ioanne Euangeliſta, B. Ioannes non eſt oblitus ejus, ſed rogavit Deum pro eo, & ſedulus preces effudit: & Dominus dedit ei poteſtatem pleniſſimam, uſque ad diem tertium quas meruit pœnas abſtergere; ac ipſo in feſto Annuntiationis B. Mariæ, quod erat futurum in ultimo die illorum trium, in requiem ſempiternam adducere. Itaque præfato adveniente feſto, defunctus ille pœnis exutus quibuſlibet, locatus eſt coram oculis Sanctæ in uno cubiculorum illorum, quæ prius beata mulier, ſicut dictum eſt, ſic ornata conſpexerat.

*In eadem recipi.*

*Oſtenditur ei Annunciatio B. V.*

11 Poſt hæc venit B. Ioannes Euangeliſta, & locutus eſt ei dicens: Vis videre domum, in qua gloriоſa Virgo extitit ab Angelo ſalutata? Sancta inquit, Utique, ſancte Pater. Et veniens cum B. Ioanne ad domum illam, invenerunt in ea Dominam noſtram, in veſtibus & ætate diſpoſitam, velut erat cum verbum ſalutationis accepit: qualiter quoque cuidam incumbebat columnæ, manens in oratione devota. Omnia vidit per ſingula, quæ tunc geſta fuerunt à beato Angelo & Maria.

*& futura mundi conſummatio.*

12 Quadam nocte, cum magnis revolutionibus animi Sancta cogitaret, quanta & qualis eſſet divina potentia, in momento ad eccleſiam S. Petri *e* ad gradus delata extitit, quæ quidem eccleſia diſtat quatuor millibus à civitate Piſana. Cumque ibi remaneret magno ſtupore circumventa, vidit magnam multitudinem gentium circumquaque morantium: cujus ſubitæ viſionis contuitus vehementer ipſam exterruit. Et quidam venit ad eam dicens: Tu habebis in viſione hac turbationem non modicam, & terroris acumine mens tua quodammodo conteretur. Et illico aperti ſunt cæli, & ignis ex eis egreſſus conſumere videbatur totam ſuperficiem terræ, prout continget in mundi fine. Tunc Sancta vidit ſe mortuam, & anima ſua tremefacta corpus intuebatur, reſonante undique inaudibili ſtrepitu populorum. Apparuit autem ei B. Petrus Apoſtolus dicens; Ego ſum qui paulo ante tibi locutus fui, & vidiſti prout conſummari debet mundus iſte. Tu autem non debes adhuc mori. Tunc Sancta quæſivit ab eo dicens; Suntne adhuc mortui homines hujus ſeculi? Ille autem reſpondit: Nequam. Statimque Sancta, integritati reſtituta corporeæ, per multos dies poſt timore correpta extitit, & multis tentationibus conturbata. EX MS.

## ANNOTATA.

a Sabina, *planta eſt de cupreſſorum genere, ſatis ſimilis foliis, ſed humilior ſtipite, ethnicis ſuperſtitionibus apud Poëtas nota.*

b Tranſmarinus *hic dici videtur, quod aliis paſſim* Roſmarinus, *Italice* Ramerino.

c B. V. Mariam *intelligi patet ex num. 15 infra, ubi hæc jubet ablatum à* Gerardeſca *annulum, ſervandum ſibi tradi uſque in diem mortis ejus.*

d *Plures* S. Savini *in Italia coluntur, ſive* Sabini: *celebrior videtur Epiſcopus Martyr, qui Firmi atque Faventiæ Patronus habetur, etiam Romano Martyrologio inſcriptus 7 Decembris.*

e *De hac eccleſia actum ad Paſſionem S. Torpetis 17 Maji cap. 2 litt.* i

## CAPUT II.

*Favores à Beata divinitus impetrati pro aliis, ſanis & ægris, intermixtæque eis viſiones.*

*Coram amica orante elevatur in aëreum.*

13 IN feſto B. Joannis Euangeliſtæ erat quædam Domina, Theodeſca nomine, civis Piſana, in eccleſia S. Iacobi de Podio, quæ eſt extra civitatem Piſanam, cum B. Gerardeſca. Et cum Sancta oraret, ſtabat in aëre ferme decem cubitis elevata. Tunc mulier illa tremebunda ſurgens, cum videret Sanctam ſublevatam ſuavi cantu Angelorum more concinere, cœpit grandi lætitia intra ſe dicere: Vere hodie cum Sancta ero in Paradiſo, particeps regni Dei. Et cum inter hæc ad Horam pulſaretur Matutinalem, & Sancta ad locum ſuum reverſa ab oratione ſe levaſſet; mulier illa nullatenus attentavit à Sancta inquirere de præmiſſis. Iterum cum præfata Theodeſca haberet filium ſupra mare, appelleretque idem filius ejus ad portum Piſanum, & quædam filia ejus obiiſſet; ſtabat dicens, audito filii ſui adventu: Domine Deus, ſi adhuc filia mea viveret, modo cum filia mea & ipſo plenum gaudium obtinerem. O Domine, quare placuit tibi hoc? Et illico revelatum eſt S. Gerardeſchæ, quod dicta mulier ſic fuiſſet conqueſta, & quod filius ejus grandi ſuborta tempeſtate in mari ſubmerſionem pertimuit. Cumque illa iret ad Sanctam, ut lætaretur cum ea de adventu filii ſui, ipſeque filius ejus veniret cum ea; Sancta narravit eis omnia, cum ſtupore non modico audientium, ſicut ſupra dictum eſt, ob quod ipſi vivis vocibus laudaverunt Dominum Jeſum Chriſtum. E

*ejuſdem de filia morte querelas abſens cognoſcit.* F

*Videt Sanctos ad Euangelii lectionem coronas deponere.*

14 Nocte quadam, in feſto omnium Sanctorum, erat Sancta in eccleſia S. Savini, ut audiret ibi Matutinum: & ecce quædam aquila viſibiliter apparuit ei, habens in capite coronam auream, & in ore quemdam ramuſculum, in quo erant aves, quæ ſuaviſſima componebant vocum diſcrimina. Volabat autem dicta aquila per totam eccleſiam, repauſando ſuper capita quorumdam dignorum, ibi morantium. Et cum Euangelium diceretur, vidit Sancta cælos apertos, & Sanctos ſtantes coronis depoſitis, propter reverentiam Euangelii. Ex tunc itaque Sancta perpendit, quod dum Euangelium in terra canitur, coronæ Sanctorum cum reverentia deponuntur.

15 Cum autem quadam nocte gravi eſſet infirmitate detenta, & vigilaret in lectulo; ecce quædam manus ſtabat ſub capite ſuo, & audiebat [quoſdã] colloqui lateraliter. Percepto autẽ colloquio revoluta

in

EX MS. in latus, vidit beatam Virginem, S. Catharinam, S. Joannem Euangeliſtam, & S. Paulum Apoſtolum: habebat autem B. Catharina in manibus ramos olivarum cum palmis. Sancti quoque Joannes & Paulus, euntes ad Sanctam, ſublevaverunt eam de lectulo, quatenus reverentiam Dominæ noſtræ faceret. Ait autem glorioſa Virgo Sanctis Joanni & Paulo, Ducite huc [tales] Religioſos. Et abierunt, & duxerunt ſecum illos, de quibus dixerat eis beata Virgo. Dixitque etiam B. Joanni Domina noſtra: Sume ramos illos, & da unicuique Religioſorum ramum. Et cum hoc fieret, beata Virgo manus ejus tenebat, veluti ſi illa porrigeret, oſculantibus illis ſemper manus Dominæ noſtræ. Cum autem B. Paulus haberet binas coronas in manibus, ait ei; Domina, Tu videris. Mox B. Maria inquit, Auferte ei annulum, quia melius eſt ei ipſum non habere, propter diabolum & inanis gloriæ fumum: volo autem recondere eum pro ea, uſque in diem mortis ejus. Statimque ablatus eſt ei annulus, & reverſans ſe, inquit: Vere omnia, quæ audivi & vidi, vera ſunt.

*& Deiparam commendatos ab ea Religioſos ſuſcipere.*

16 Quadam etiam nocte, dum S. Gerardeſca vocaretur à quodam ut iret cum eo; confeſtim de cubili ſuo ſurrexit, & cum eodem iter arripuit: & pergentes ſimul venerunt ad locum, qui erat tribus ſemitis tripartitus. Cum igitur cœpiſſent per unam ſemitarum illarum gradi, invenerunt duo flumina, quibus prædicta ſemita vallabatur hinc inde; quæ quidem flumina continebant dæmones quamplurimos & ſerpentes: ſed & dæmones, ut canes latrando, avide perquirebant prætereuntes animas uſurpare. Secunda quoque ſemita ex uno latere flumen habebat, & ex altero rupes erat abrupta, periculoſa plurimum & profunda. Tertia vero ſemita habebat ex una parte flumen, & ex aliâ viridaria, pulcra nimis & dignitate clara, quæ nemo dinumerare poſſet. Igitur per ſemitam, quæ dirigebat ad medium, videbant animas tranſeuntes pergenteſque ad Purgatorium. Itaque dum per viam tranſirent hujusmodi, ecce flabant quatuor venti, concutientes eam tam fortiter, quod vix poterat ſe in pedibus continere. Ductor autem prædictus, videns quod Sanctæ fragilitas nimium quaſſabatur à ventis, porrecto ei quodam baculo, ait: Accipe baculum iſtum, & oppone ipſum ventis, ut non valeant tibi nocere. Porro cum Sancta ſumpſiſſet baculum, illico venti ceſſantes nullam ei moleſtiam inferebant. Poſt hæc venientes per viam, ubi erat (ut dictum eſt) rupes permaxima, pervenerunt ad locum vehementer horribilem, qui dicebatur Infernus.

B *In viſione ducta ad Purgatorium.*

*per varias formidines,*

C

17 Dumque Sancta vix poſſet ibidem continere ſe ſupra pedes, propter exufflationes ventorum horribiles ac pericula infinita; per medium tamen Infernum tranſiens abſque læſione, licet eſſet in pœnarum viſione perterrita, vidit in capite cujuſdam viæ Purgatorium. Accedens autem Sancta ad Purgatorium, & loquens cum illis qui erant ibi, quæſivit diligenter ab illis, à quo viſitarentur, an à beata Virgine, an à B. Joanne Euangeliſta. Qui protinus reſpondentes dixere; Dominus nos viſitat ſemel in menſe, & tunc nullum ſuſtinemus tormentum. Quoniam autem anima cujuſdam, qui multa diverſa ac fœtida peccata commiſerat in ſeculo, nuper venit huc, magna diverſaque ſupplicia paſſura, Dominus jam quaſi quadraginta diebus elapſis non venit viſitare nos. Cum tamen accedit, facit nobis in regreſſu ſuo miſericordiam, ducens ſecum animas quæ purgatæ fuerint in vitam æternam. Tunc ita dictis mox venerunt Angeli & Sancti quamplurimi [& erex]ere tria vexilla, unum quorum ha[bebat] Crucem, & aliud imaginem [.....] & tertium imaginem [.....] Angeli continebat. Sancti itaque ſtantes in [Purgatorio], Angeli quoque in[trantes], animas ſanctas maximis laudibus advehebant in Paradiſum. Et ille qui duxerat Sanctam, omnia quæ viſa fuerant referans & exponens, inquit: Animæ quæ gravia & horribilia in ſeculo commiſerunt, Dominum graviſſime offendentes, pœnis infernalibus damnatæ ſunt: inter quas [aliquorum] Religioſorum animæ permanent, qui filios vel filias habuerunt in mundo, & ideo [dæmones] tenentes ſerpentes per[cutiebant] illos. Statimque Sancta vidit Religioſorum filios exeuntes, [qui], velut rixantes & ex[probrantes], pœnas quas patiebantur intolerabiles referebant in patres.

D

*& quomodo puniantur Religioſi fornicarii.*

18 Igitur his ita tranſactis & per ordinem viſis, is qui ducebat Sanctam dixit ei; Oportet te adhuc mecum pergere, ut aures tuæ audiant & oculi videant, quæ ventura ſunt. Et duxit eam in vallem non modicam, ubi erant oſſa mortuorum innumerabilia, & Angeli & dæmones ſtantes, & ſeparantes oſſa ab oſſibus, electorum oſſa videlicet à damnatis. [Vidit] etiam qualiter electi gaudebant, & condemnati triſtabantur & murmurabant ad invicem. Et illico venit Dominus cum furore magno & ira, & Angeli & Sancti cum eo, timentes atque tremente. Et ecce quidam Angelus venit, portans in manu ſua faculam accenſam; & percutiens terram cum ea, conſumebat omnia quæ ſub cælo ſunt. Videntes autem electi quod tam aquæ quam montes conſumpti eſſent, cœperunt ſimul uno ore nomen Altiſſimi ineffabilibus laudibus collaudare. Statimque ſurgentes, audierunt vocem Domini dicentis, Venite benedicti, &, Ite maledicti. Factumque eſt ita: & ibant juſti, gaudentes & exultantes, à conſpectu Domini in vitam æternam; damnati vero, gementes & ululantes, in ſupplicium ſempiternum.

*Videt etiam mortuorum reſurrectionem*

E

*& judicium.*

19 Poſt hæc dicta Domina, reverſa in mundum, cum vidiſſet ſe à tantis divinis myſteriis, quæ prius viderat, ſequeſtratam, cœpit vehementiſſime contriſtari; unde factum eſt ut præ nimio dolore velut mortua remiſſa maneret. Cumque ejus mater, pergens ad eam, inveniſſet ipſam tamquam ex uno latere aridam, cum tota domo ſua amare deflebat, altiſque vocibus ejulabat; ita quidem quod audientes hoc convicini, ſurrexerunt feſtinanter ad clamorem eorum. Interea hæc Domina, tamquam de dormitione ſomni ſtupefacta conſurgens, cœpit matris cuncta delicta ſeriatim exprimere, quæ in vita ſua commiſerat. Mater vero ejus, mirata valde ſuper his quæ audierat nimiſque perterrita, confeſſa eſt, omnia, ſicut Sancta dixerat, ſe patraſſe. Dixitque iterum Sancta: Quoniam hodie ante horam tertiam debeo de hac vita tranſire, volo hinc feſtinanter diſcedere, ne carnis debitum in hoc loco perſolvam. Fratres enim mei indignati ſunt contra me, quamobrem volo apud eccleſiam S. Jacobi de Podio ſepeliri: ſequimini ergo me: & ſequebantur mater ejus, & quæ erant cum ea. Cumque Sancta procederet paululum, nec poſſet propter cruciatum ulterius ambulare, cecidit ſicut extincta in terram. Tunc apparuerunt ei B. Ioannes Euangeliſta & B. Iacobus Apoſtolus, confortantes eam. Et cum S. Gerardeſca recubuiſſet in ſinu B. Ioannis Euangeliſtæ, ait ei B. Ioannes: Tu cogitabas in animo tuo, omnia revelare quæ Dominus oſtendit tibi: verum, quoniam adhuc non debes rebus humanis exui, ne exinde captares inanis gloriæ laudem, penitus tale propoſitum (à quo omnino deſiſtas) Domino diſplicebat.

F

*Hinc ſibi reddita,*

*matris peccata revelare juſſa:*

*alia viſa jubetur tacere.*

cebat. Statimque tangentes eam confeſtim ſanata
A eſt, & diſceſſerunt : & perrexit Sancta propriis pedibus ad eccleſiam B.Iacobi, laudans & glorificans Deum.

*Ex filiis ſuis ſpiritualibus unum*

20 Item apparuit ei quodam die beata Virgo Maria cum B.Joanne Euangeliſta, & habebat ſancta Virgo quamdam vitem in manu ſua, quæ habebat truncum non modicum margaritis ornatum, & uvas ſeptem odoriferis floribus adornatas. Quæſivit igitur S.Gerardeſca à B.Joanne, quidnam illa vitis portenderet. Beatus vero Joannes, hilari vultu reſpiciens Sanctam, vehementer collætabatur ei ; & ducens eam ad pedes beatæ Virginis, quæſivit diligenter, quid ſibi vellet illa vitis. Beata autem Virgo reſpondit : Hanc vitem teneo in manu mea, pro Religioſo filio tuo ; quam quidem quoties rogata oſtendo Filio meo, toties perpendit quod appeto. Beata itaque Gerardeſca cum lacrymis inquit : Domina mea, debet idem Religioſus mori ad præſens ? Ad hæc beata Virgo reſpondit : Non debet ſeculari vita deſtitui, donec uva quæ in hac vite permanet matureſcat. Dixitque etiam : Non rejiciam hanc vitem de manu mea, quouſque ani-
B mam ejus, in ulnis meis cubantem, repræſentavero coram conſpectu Filii mei. Quapropter dicas dicto Religioſo, quod omnino ſuo curet obedire Prælato,

*Deiparæ carum eſſe intelligit ;*

cui repugnare non timuit ; cum obedientia non minus Deo placeat, quam hoſtia ſalutaris. Et cum hæc diceret, diſceſſerunt. Sancta autem Gerardeſca, ſuper his d.Religioſum interrogans, didicit ab eo omnia, ſicut ei fuerat revelatum.

21 Cum autem quadam die famula ejus in oratione maneret, vidit quemdam Religioſum aſcendentem, habentem coronam in capite, & quatuor Angeli eum devotiſſime bajulabant. Et cum hoc diligentiſſime intueretur, videbat duos ſeniores ſtantes in aëre, & cum eis erat reverendiſſima Domina, extendentes unanimiter brachia, ut ſumerent d. Religioſum in cælum. Videbat ſimiliter quamplures viros ſtantes in terra, qui ſuſpicientes in cælum laudabant & benedicebant Deum, dicentes ;

*eumdem ancillæ ſuæ viſum in gloria,*

Dignus es, Domine, accipere regnum & gloriam & honorem : & gratulabantur omnes ad invicem. His itaque viſis præfata famula pergens ad S. Gerardeſcam, ei per ordinem ſicuti viderat indicavit. Sancta autem Gerardeſca hæc audiens, cœpit intimis præcordiis ineffabilem Dei clementiam collaudare, qui miſericordiam ſuam oſtenderat circa d.
C Religioſum.

*ipſa quoque ſic videt*

22 Poſtea vero ſancta mulier, cum lacrymis quærens diligenter à famula ſuper his quæ viderat, cogitabat in animo ſuo, d. Religioſum in brevi præſenti vita deſtitui, ex quo plurimum turbabatur. Cumque in tali hæſitatione perſiſteret, mox ſpiritus ejus eſt aſſumptus, & erat cum Domino & cum beata Virgine : ſicque factum eſt ut de voluntate Domini beata Virgo, S.Joannem alloquens, diceret ; Quoniam Dominus vult implere deſiderium Gerardeſchæ, Joannem Baptiſtam atque Jacobum advoca. Et cum eſſent coram beata Virgine, inquit eis beata Virgo : Ite & ſatisfacite Gerardeſchæ, dotando Religioſum, quemadmodum Joannem Euangeliſtam. Et cum irent ſimul cum Sancta, pervenerunt ad quemdam locum, ubi erat clauſtrum non modicum, & arbores miro decore venuſtæ. Cumque irent ſuperius, viderunt ibi cubile mirabile, & juvenes ineffabili pulchritudine fulgidos, ſtantes circa illud : videruntque Trinitatem & totam cæleſtem Curiam manentem in domo. Et erat ibi quidam Abbas, Urbanus nomine, qui olim fuerat Abbas præfati monaſterii S.Savini, gaudens quam plurimum propter ornamenta Religioſi. Re-

*& ſibi adverſantes damnandos intelligit.*



cordata itaque ſancta mulier Fratrum ſuorum, qui ſoliti erant tribulationem ei inferre, cœpit vehe- EX MS.
mentiſſime dubitare. Sanctus autem Ioannes Euangeliſta dixit ei : Jam ſunt in inferno, qui faciebant tibi anguſtiam, caneſque infernales rabidi linguas eorum comedunt : ego enim Dei juſtitiam contra illos incito, qui tibi perſecutionem facere non formidant. Vere itaque hanc Sanctam gratulari decebat, quæ filium habebat adjutorem in cælo protectoremque in terra.

23 Erat quidam Frater de ſacro Ordine S.Franciſci, qui jugiter patiebatur in animo tribulationem ingentem. Perrexit itaque quodam die ad S.Gerardeſcam, & deprecatus eſt eam dicens : Quidam Frater eſt, quem diligo ſicut meipſum, ſuſtinens jugi- *Pro alio graviter afflicto orans,*
ter tribulationes innumeras : rogo itaque ſanctitatem tuam, ut roges Altiſſimum, quatenus dignetur tibi oſtendere, unde idem Frater tam graviter conturbatur : tanto enim dolore occupatur, quod videtur quaſi duci in veſaniam, & penitus in deſipientiam venire. Illa vero Fratris preces, ut ſolita erat, grato ſuſcipiens animo, obtulit ſe procuraturam, quæ ad conſolationem memorati Fratris & ſalutem ipſius animæ redundarent. Et cum eſſet quadam E
die in eccleſia, rediit ad illius memoriam unde præfatus Frater ipſam tam ſuppliciter fuerat deprecatus : & ponens genua ſua in terra, cœpit devotiſſime orare pro eo : & rediens ad cellulam, depoſitis veſtibus ſe acriter verberabat. Cum autem ſic in carnis ſuæ maceratione perſiſteret, aperte de cælo omnia audivit, propter quæ præfatus Frater tanta *diſcit ejus peccata ob quæ ſic afflagebatur :*
tribulatione afficiebatur. Rediit autem poſt aliquantum temporis dictus Frater ad Sanctam : & illa recitavit ei omnia quæ contra Deum egerat, & quod in die Veneris ſancta peccaſſet. Tunc ille confitens omnia ſic eſſe vera, quemadmodum ſancta mulier dixerat, inquit : Vere, Domina, hæc omnia mala feci, & dignus ſum morte. Et reverſus ad propria, gaudio magno plenus dixit cuidam collegæ ſuo : Congratulare mihi, demuſque gloriam Deo noſtro vivo & vero, quoniam dedit mihi conſolationem præcipuam, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

24 Eodem tempore, cum filius unicus cujuſdam *agro mox morituro brevem impetrat ſanitatem :*
nobilis mulieris civitatis Piſanæ ægrotaſſet ad mortem, mater ejus ivit ad Sanctam, depoſcens humiliter, ut rogaret Deum pro filio ſuo. Mox autem F
cum Sancta, miſeriis matris benigne compatiens, deprecaretur Deum pro eo, audivit vocem de cælo dicentem : Ego reſtituam ei ſanitatem, propter deſiderium matris : ſed poſt paucos dies auferetur ab ea. Statimque ſanus effectus eſt qui erat infirmus : & poſt non multum temporis mortuus eſt.

25 Quędam ſimiliter mulier habebat filium mi- *pro alio ægro orans,*
litem, qui valde infirmabatur : miſit itaque neptem ſuam ad Sanctam, ut rogaret eam pro filio. Tunc illa, velut pia & humilis, è veſtigio ponens genua ſua, cum lacrymis deprecabatur Dominum pro memorato infirmo. Et cum in oratione maneret (ſive in corpore, ſive extra corpus neſcio, Deus ſcit) ſtatim ducta eſt in pratum pulcherrimum nimiſque amœnum. Eratque plenum roſis aliiſque florum generibus, ſuavitate non modica redolentibus : ex fulgore autem florum ejuſmodi totum cælum videbatur roſeum & jucundum. Cum autem Sancta pulchritudinem tanti prati conſpiceret, vidit tres peregrinos contra ſe venientes. Appropinquantibus autem illis adoravit eos Sancta cum omni devotio- *poſt oſculum confixis Domini pedibus datum,*
ne : cumque reſpiceret pedes [unius] eorum, & videret fixuras clavorum in eis, ſtatim perpendit quod erat Dominus : cœpitque uberrime lacrymari, & ex lacrymis implere loca clavorum. Dum autem

desideraret Sancta lacrymas illas bibere, mox Dominus fidem ejus respiciens, submoto pede à terra, ipsum ori Sanctæ porrexit: illa autem gaudendo suscipiens, totam aquam illam potavit. Aperiens itaque Dominus os suum, inquit Sanctæ: Propter amorem Genitricis meæ & tuum & Jacobi, preces supplicantis exaudiam, quoniam magna est fides ejus; restituamque sanitatem filio ejus, ipseque sepeliet matrem suam. Et statim qui infirmabatur sanus effectus est, & vixit post matrem suam non multis diebus.

EX MS. *convalituram intelligit.*

## CAPUT III.

### *Inter cælestes visiones aliorum peccata cognoscens Beata, iisdem sapienter medetur.*

26 *Cognoscit tentandi causa se visitari,*

EOdem quoque tempore erat quidam Frater Ordinis S. Francisci, gerens magnam fidem & devotionem erga Sanctam, videndo & audiendo signa & prodigia, quæ Dominus jugiter ostendebat per eam. Cumque quodam tempore dictus Frater pergeret Romam, & inveniret ibi Ministrum Ordinis sui; cœpit ei omnia exponere,
B quæ Dominus operabatur illis diebus per S. Gerardeſcam. Minister autem stupefactus de iis quamplurimum, voluit eam tentare, dicens, Pergamus ad eam, & quidquid inter se facere proponebant. Non multum vero post, præfati Fratres appulerunt ad locum, ubi Sancta manebat: & cum essent cum ea, allocuta est eos Sancta dicens: Nolo loqui cum eis, qui venerunt me tentare. Mirati autem Fratres in iis quæ audierant à Sancta, & quoniam revelaverat secreta cordis, prociderunt in terram, quærentes osculari pedes ejus: & confitentes omnia sicut dixerat eis Sancta, discesserunt ab ea, laudantes & glorificantes Deum.

27 Similiter eodem tempore, cum quadam die in festo B. Mariæ ad ecclesiam B. Francisci pergeret, quidam Frater venit ad eam, & ait: Hodie summo diluculo, ego & quidam Frater simul stantes, magnum in Domino percepimus gaudium: *In ecclesia Minorum Missam audiens* & venit quædam vox de cælo dicens, Gaudium quod vidistis ad aliam transferri debet personam, cui etiam aliud majus ostendam: præpara te itaque, Domina, quoniam tanta tibi debetur gratia. Illa autem, plena omni humilitate, devote in oratione manebat, ut consueverat. Et dum chorus Fra-
C trum Minorum cantaret, Sanctus, Sanctus, Sanctus, tres radii solis venerunt per fenestram quæ erat juxta altare, tresque columbæ, nec non & stellæ aureæ; quarum columbarum duæ, hyacinthinum colorem habentes, cubaverunt in dextro & sinistro humero Sacerdotis, qui Missæ mysteria in altari tractabat, sustentando brachia ejus: altera vero co- *cælesti fruitur visione,* lumba, alba ut nix, sublevavit Corpus Dominicum, stans in medio Sacerdotis; ita quidem quod Sacerdos credens tractare Hostiam, invisibiliter palpabat columbam, quam sancta femina videbat aperte. Mox autem, S. Gerardesca in oratione manente, Spiritus ejus extitit delatus in cælum; & videbat, omnibus Sacerdotibus, qui illa hora Missæ mysteria celebrabant, glorioſam Virginem Mariam cum magna multitudine Angelorum adstantem: Eucharistiam quoque, quam sacrificabant, frangebant supra pectus beatæ Virginis cum dicebant: Pax vobis. Tunc audivit omnes Missas quæ jugiter celebrabantur in mundo, quibus similiter beata Virgo adstabat. Porro stetit corpus S. Gerardeschæ in prædicta ecclesia S. Francisci unius diei spatio velut exanime, ita ut mirarentur Fratres illius loci, ineffa- *& toto die in extasi manet.*

bilem Dei potentiam collaudantes. Cumque rediisset Spiritus ejus ad corpus, noluit sancta mulier de D
his quæ audierat & viderat illo die aliquid referare: altero autem die accedentes Fratres ad eam, didicerunt ab ea quidquid ipsa viderat & audiverat diligenter.

28 Altero quoque tempore erat quædam mulier, commater S. Gerardeschæ, habens quemdam *Mulieri quæ de adulterio infamata falso,* cognatum suum, quem plurimum diligebat. Factum est autem, cum hic vellet uxorem accipere, quod suasioni cognatæ annuens non accipere conjugem nisi de nobili genere, ab hujusmodi proposito penitus desistebat: quamobrem vir dictæ mulieris iratus, improperabat ei quotidie, dicendo: Tu non vis ut cognatus ducat uxorem. Illa autem dicebat: Hoc facio, quoniam diligo eum. Cumque præfatus cognatus mulieris prædictæ didicisset ab ea, quod vir suus talia ei diceret; indignatus juravit numquam uxorem accipere, præter suæ cognatæ licentiam & mandatum. Igitur vicini, perpen- E
dentes sacramentum hujusmodi, dicebant ad invicem: Pro malo hic fecit, quoniam fornicationis delictum participavit cum ea. Cum igitur quadam die præfata mulier iret ad Sacerdotem ut confiteretur peccata sua, cuncta sua crimina recitavit absque tanti peccati enormitate. Sed Sacerdos ille, quoniam audierat ejus infamiam, quæque referebant vicini ejus de ea, ait ei: Quid agere credis, infelix? Cuncta tua crimina pandis; scelus vero execrabile, quod cum cognato tuo egisti, non indicas: de hoc enim est publica fama, nec commode potes abscondere quod omnibus innotescit: vicini etenim tui dicunt, *ipsum pra indignatione commisserat,* quod tu cum cognato tuo fornicata, fecisti eum jurare, numquam absque tua licentia accipere uxorem. Tum mulier illa furore accensa, inquit, Quomodo potest hoc esse? Et surgens ait Sacerdoti: Nolo quod detis mihi indulgentiam, sed præstolemini me usque ad dies quindecim: & abiens, peccatum, quod numquam cum cognato fecerat, damnabiliter egit. Cumque rediisset ad Sacerdotem in termino velut promiserat, ait ei: Domine, illud quod non fuerat, factum est, & discessit: sicque Presbyter non intellexit verbum, nec illa confessa est peccatum.

29 Interea dicta mulier quodam die pergens ad ecclesiam B. Mariæ, posuit quoddam peplum super iconam beatæ Virginis, pro remissione peccatorum suorum. Tunc apparuit beata Virgo Maria S. Ge- F
rardeschæ dicens: Talis commater tua obtulit mi- *& deinde peplum B. V. obtulerat,* hi quoddam peplum, quod penitus renuo, propter peccatum quod cum cognato suo commisit, donec illud per lavacrum pœnitentiæ deleatur. Dico etiam tibi quod recondas illud, donec dicta mulier de tanto crimine pœnitentiam agat. Vade itaque & dicas D. Deodato, Monacho *a* S. Jacobi de Podio, a
[ut adeat Sacerdotem] qui est Pœnitentiarius ejus, ut sic eam monendo solicitet & solicitando moneat, quod pœnitentiam recipiat salutarem: dixitque ei omnia quæ mulier fecerat. Tunc surrexit Sancta, & abiit ad ecclesiam, & invenit peplum, sicut dixerat ei Beata Virgo; quod etiam recepit ab ea, & reposuit illud.

30 Cum igitur una die venisset Fr. Deodatus *jussa consulere* cum uno socio ad Sanctam, vocavit ad se socium Sancta, & dixit ei, Habeo loqui tecum. Et cœpit ei exponere, qualiter B. Maria apparens dedit ei quoddam peplum *b*, quod obtulerat ei quædam mulier b
pro remissione peccatorum suorum, quod utique sancta Virgo abhorruit, quoniam cum cognato suo fuerat fornicata. Dixit etiam mihi: Vade & custodi peplum istud, & dicas D. Deodato, quod ita omni solicitudine studeat, quod mulierem ipsam de

tanto

A tanto crimine ad pœnitentiam revocet, & poſtea dictum peplum reſtituat. Cum autem Sancta omnia prædicto Fratri per ordinem indicaſſet; inquit Frater: Conſulo tibi, Domina, ut omnia hæc feriatim exponas D. Deodato. Igitur Sancta, convocans ad ſe D. Deodatum expoſuit ei omnia, ut ſuperius dictum eſt. Ille autem, ſtupefactus de tanto myſterio, ait; Quid eſt ergo, Domina, faciendum? Paratus ſum equidem devote omnia exequi, quæ præcipis mihi. Sancta autem ait; Vade, & quære Sacerdotem qui ei conſuevit pœnitentiam exhibere: & ſi inveneris ita eſſe ut dixi, regredere ad me, & ego oſtendam tibi peplum. Abiens ergo D. Deodatus cum ſocio, & inveniens Sacerdotem, interrogavit eum in omnibus quæ dicta ſunt diligenter. Tunc Sacerdos reſpondens, dixit, omnia vera [eſſe] quæ dicta ſunt per Sanctam. Et revertentes ad

*per ejus Confeſſarium;*

mulierem *c*, narraverunt ei omnia, ſicut Sancta indicaverat eis: illa autem omnia diffitendo, dixit, ſe numquam peccatum hujuſmodi perpetraſſe. Tunc D. Deodatus dixit, Vade ad eccleſiam B. Mariæ, & vide ſi peplum eſt ibi. Illa autem pergens ad nominatam eccleſiam, nec inveniens ibi peplum,

B cognovit illud apud domum S. Gerardeſchæ eſſe: ſtatimque reverſa ad cor, ſumpſit de tanto peccato medelam. Tunc reverſus eſt D. Deodatus ad Sanctam cum magno gaudio, dicens: Accepit mulier pœnitentiam, & confeſſa eſt culpam. Sancta autem, plena gaudio magno, inquit: Ite, reſtituite peplum beatæ Virgini: illi autem abeuntes fecerunt per omnia velut Sancta præceperat.

*facit ei perſuaderi ut pœnitentiam agat,*

*quæ deinde mortua ipſi apparet.*

31 Igitur non poſt multum temporis dicta mulier expiravit: quadam vero nocte tranſivit anima ejus, cruciata plurimum, juxta cellulam Sanctæ, vehementer ejulando: & intravit ad Sanctam: & intraverunt duo dæmones, qui flagellabant eam, cum ea. Sancta autem compatiens ei, oranſque Deum pro ipſa, neſciebat quis eſſet. Stans igitur illa coram Sancta, dixit: Quare, ô commater, mihi non loqueris? Sancta vero, aliquantulum timore concuſſa, eam cognovit, & ait ei: Quid vis? Et illa: Noli timere, quia ego ſum talis commater tua. Rogo ergo te, obtentu divinæ miſericordiæ, quatenus roges Deum pro me: Dominus enim revelat vobis quidquid complacet ei ſuper aliqua perſona.

C Nonne fuiſtis vos quæ D. Deodato revelaſtis, quod ego de tanto crimine noluerim pœnitentiam ſumere? propter quod inæſtimabilem pœnam ſuſtineo & crucior in *d* gehenna: illæ etiam, quæ foris permanent, ſunt animæ peccatrices, quæ inceſſabiliter flagellantur. His ita dictis mox diſceſſit.

d

*Pro Religioſo minus obediente orans,*

32 Cum autem hæc & alia miracula Dominus per Sanctam ſuam oſtenderet, univerſo populo ad eam currente, acceſſit ad eam quidam Religioſus: qui confidens de meritis Sanctæ, rogavit eam, ut pro eo Dominum precaretur: erat enim de mandato Superioris cuidam obedientiæ deditus, quam animus ſuus moleſte ferebat. Illa vero, Religioſi precibus inclinata, oravit pro eo. Cumque in oratione perſiſteret devota, ſive in corpore, ſive extra corpus neſcio, Deus ſcit, delata fuit in chorum eccleſiæ præfati monaſterii S. Savini: & vehementer territa timebat ne inveniretur ibi à Monachis, propter quod dicebat: O! ſi venerint Monachi, & invenerint me hic ſtantem, quantam inferent mihi injuriam? Et reſpiciens portam, unde conſueverunt venire Fratres, vidit coram altari B. Mariæ Virginis quamdam valde venuſtam arborem, candidiſſimis liliis adornatam: & quædam Domina incumbebat ar-

*videt Deiparam in gloria,*



bori, manibus utique junctis ad orationem. Cumque Sancta videret eam, nolens ei tædium facere, EX MS. retroceſſit: & vidit hinc inde in choro, & juxta altare, quam plurimos Angelos ſtantes. Igitur cum Angeli venirent ad Sanctam, ut ſalutarent eam; interrogavit eos Sancta, dicens, Quid hic ſtatis? At illi reſpondentes, dixerunt: Nos ſumus hic cum Domina noſtra: & illa eſt quæ orat coram altari. Et cum hæc dicerent, confeſtim acceſſerunt ad B. Mariam, quæ jam ſedebat juxta altare in throno, ſtantes flexis genibus coram ea. Mox præcepit eis beata Virgo, ut ducerent S. Gerardeſcam ad ſe: qui ſtatim pergentes, ſtatuerunt Sanctam coram beata Virgine. Beata autem Maria dixit Sanctæ: Ut quid rogas pro Religioſo? Nonne refugit obedire. Ego volo ut ſit in omnibus obediens Abbati ejus, quoniam bonum eſt: & revelavit ei ſingulas cogitationes Religioſi. Statimque inveniens ſe in domo ſua, cœpit in Domino vehementiſſime gratulari.

*culpaiſtis offenſam?*

33 Similiter quodam tempore quidam proponebat in corde ſuo interimere quemdam inimicum ſuum: cumque inſidias pararet ut ſuum nequam propoſitum adimpleret, nec poſſet Domino impediente perficere; revelatum eſt Sanctæ per vocem dicentem ſibi: Condemnatus *e* eſt talis, quia in tali die voluit occidere talem. Illico autem Sancta, faciens vocari præfatum virum ad ſe, redarguit eum de tanto ſcelere. At ille iis auditis, amare deflendo confeſſus eſt, verum eſſe prout Sancta dixerat ei: & egit exinde pœnitentiam ſalutarem, laudans Dominum Jeſum Chriſtum, qui non vult mortem peccantium, ſed ut convertantur & vivant.

*eadem ab alio deſtinata tam revelat & impedit.*

E

e

## ANNOTATA.

a *Hinc intelligitur* eccleſia S. Jacobi de Podio *tunc monachalis fuiſſe, fortaſſis ſub Canonicis Regularibus, quarum Devota erat* S. Bona, *ipſius fundatrix, uti dicitur in hujus Vita num.* 18.

b *Ita ad Vitam* 1 *S. Lidwinæ* 14 *Aprilis num.* 72 *notavimus* Peplum *&* Capitegium, *etiam* Sertum *dici; & in Actis S. Wernheri* 19 *Aprilis*, Peplum ex ſerico multiplicatum, *quod deinde vocatur* Sertum de ſerico, *&* Vitta coccinea.

c *In exemplo noſtro*: revertentes ad Sanctam, narraverunt ei omnia ſicut Sacerdos indicaverat eis: *ſed ex ſequentibus intelligitur agi de muliere, atque adeo patet neceſſitas correctionis noſtræ.*

F

d Gehennæ *nomine non ſolemus paſſim intelligere niſi Infernum damnatorum; hic tamen accipitur pro Purgatorio: niſi velimus dicere, non tam loco quam damnationis æternæ ſententia, illos diſtingui à nonnullis, quorum graviora delicta inter dæmones puniantur & expurgentur: quod ſatis veroſimile fit ex relatis in Vita S. Lidwinæ num.* 111, *de Sacerdote ſuum purgatorium prope Infernum habente, & ſalutis ſuæ quaſi adhuc dubio.*

e Condemnatus, *id eſt, Damnationis reus, & damnandus niſi pœnituerit, uti loquitur Chriſtus Ioan.* 3, 18 Qui non credit, jam condemnatus eſt.

## CAPUT IV.

*Enarrat Beata quæ in cæleſti Ieruſalem ſibi oſtenſa fuerant per viſiones varias.*

VOlens igitur Sancta quadam die, ea quæ de regno Dei viderat aliis referre; dixit, quod dum quadam die, ut erat ſolitum, anima ejus portaretur in cælum, cum tranſiret planetas 34

cæli, vidit ingentem planitiem, quæ vocabatur
ex ms. a comitatus Ierusalem sanctæ civitatis : & erat ibi
castrorum mirabilis multitudo, & viridaria pulcra
*Explicat qualiter rapta in cælum* valde, omnesque plateæ civitatis Ierusalem erant ex
auro mundissimo & lapidibus pretiosis. Erant ibi
quoque arbores aureæ, ordinatim positæ, quarum
similiter rami pulcherrimi fulgebant ex auro: flores
etiam nitidi ac præclari in eis secundum proprietates suas manebant, multo magis his quos in viridariis mundanis conspicimus suaviores atque amœniores. In medio itaque comitatus hujus extat Ierusalem sancta, sublimis & pulcra valde, omni ornata decore: in illo etiam non habitat aliquis, nisi in civitate tantū. Et erant per gyrum arces septem, venustate decoræ, gloriosæ Virginis nomine insignitæ: quæ quidem sublimes in montibus, de lapide
*viderit cælestem Ierusalem,* pretioso abscissis, scalas habent in ascensu atque descensu, gemmis carioribus extructas: & jugiter supra ipsas ab alto gemmis & margaritis stillantibus, omni suavitate atque deliciis replentur ascendentes per illas atque descendentes. Arces autem inæstimabili præditæ ornatu, vexilla in se victricia continent, B. Mariæ imagine communita. Et quidem intus habent pretiosa sedilia, & sacris fulgori-
B bus relucentia, Salvatoris nostri & gloriosæ Virginis, Angelorum atque Archangelorum, Apostolorum & Prophetarum, Confessorum & Virginum, nec non & Sanctorum omnium: & erant universa dispositа secundum ordinem suum. Quæ quoque arces ter à tota cælesti Curia visitatæ per annum, ineffabili replentur jubilo, & inæstimabili gloria
*& circum eam arces varias speciosissimas :* imbuuntur. Aliæ autem pulchræ valde munitiones seu castra, assignatæ magni meriti animabus, sedulâ cum devotione excubantur : at eædem animæ *b*
b gaudentes, cum Sanctis quandoque veniunt ad civitatem: quando autem volunt ad civitatem ascendere, ascendunt per gradus argenteos, qui sunt per gyrum civitatis omni lapide pretioso ornati.

35 Similiter & civitas Ierusalem, de lapidibus pretiosis constructa, muros habet altissimos cum duodecim portis: castra quoque ejus, palatia, viridaria, & plateæ conditæ sunt ex auro & argento mundissimo & lapidibus pretiosis. Choro autem Angelorum à choro Sanctorum distincto, cum Angeli servituri Sanctis à choro suo moventur, ita divina operatur potentia, ut nequaquam chorus Angelorum diminutus appareat: sic etiam cum animæ
C extra civitatem egrediuntur, semper in locis suis
*in ipsa vero Angelorum choros,* apparent : & muri civitatis se nullo modo opponunt, quin clare ex omni parte omnia videantur : & quæ sunt extra civitatem in castris & in plateis, similiter omnia intuentur, totam videlicet vitam æternam. Est autem magnitudo civitatis sanctæ Ierusalem inæstimabilis; & iste similiter orbis, ad comparationem cælestis patriæ, velut area reputatur. Majestas etiam Patris ibidem manens sic eminet omnibus Angelis & Sanctis, uti aër hujus mundi eminet nobis. Filius quoque manet juxta Patrem, & beata Virgo aliquanto inferior Filio, ita quidem quod possunt se invicem tangere Mater & Filius. Et viginti quatuor Seniores permanent prope Patrem, similes aliis Sanctis. Beatus quoque Ioannes Euangelista habet locum juxta beatam Virginem, ita videlicet quod se possunt ad invicem tangere. Est autem B. Ioannes apud Dominum tam
*ordinem thronorum cælestium,* pretiosissimo privilegio gratiosus, ut cum Sancti pro his qui sunt in seculo intercedere petunt, principaliter ad eum deferant: qui pergens ad locum juxta Virginem sibi concessum, rogat eam singularis ille fidei Christianæ patronus, ut pro nobis apud Filium intercedat. Sancta autem Virgo preces ejus exaudiens, mittit manus Filii sui in manus B. Ioannis. Sanctus autem Ioannes, ut persentit se obti- D
nuisse petita, ad locum revertitur, quem cum Apostolis obtinet super omnes choros Sanctorum. Chori vero Sanctorum ita proportionaliter ordinantur in cælo, quod alter supereminet alteri, secundum uniuscujusque promerentis meritum.

36 Et cum B. Maria preces effundit pro aliqui- *& quomodo ibi Deipara oret pro hominibus,*
bus Filio, sublevat sibi coronam de capite, quam Angeli reverenter suscipiunt & conservant: & illico Christus assurgit ei, & omnes Sancti veniunt & assistunt eis. Necessarium est igitur quasque petitiones, Deo Patri oblatas, per Mariam obtineri. Porro in manto beatæ Virginis chori Apostolorum atque Sanctorum omnium miraculose apparent. In Dominicis autem diebus, B. Ioanne Missæ mysteria celebrante, omnibus sanctis Clericis in unoquoque ordine adstantibus Officiis Missæ, B. Maria Virgo Eucharistiam Domini pro peccatoribus omnibus septem vicibus sumit; & miro modo, cum Dominus vobiscum, &, Pax semper vobiscum dicitur, reverenter, unanimiter, atque uniformiter ab omnibus respondetur. Nullusque audet ibi canere Missam, nisi B. Ioannes: nec aliquis communicare est ausus, nisi beata Virgo: quod utique fit tantum in festo E
Natalis Domini, in Epiphania, in Resurrectione, in Ascensione, in Pentecoste, in Annuntiatione, & Assumptione B. Mariæ *c*. c

37 O beati oculi, qui tunc vident Dominum *præsertim pro sibi specialiter devotis,*
nostrum, Filium Dei, rejecto pallio apprehendere baculum aureum, & ire per vitam æternam, serviendo Sanctis. Et cum incedit, adoratur ab omnibus: respicientesque Sancti Deum Patrem, tota devotione immensas ei gratias referunt in tantis suavissimis donis, quæ nec oculus posset inspicere, nec auris percipere, nec cor hominis cogitare. At omnes Sancti procul dubio in cælesti patria B. Mariæ filii generaliter nuncupantur: verumtamen qui spem suam in beata Virgine locaverunt & servierunt ei, locum in cælo proprium habent, tali quidem modo quod ab omnibus reputantur filii B. Mariæ: magnum quoque est repositum eis meritum, nec non & compensatio meritorum: & quidem omnes in manto suo videntur, mira & perspicua visione. Igitur sciant omnes, quoniam qui in hujus mundi ergastulo spem suam in beata Virgine posuerint & servierint ei, non fraudabuntur ab ea: Angeli enim diligunt eos, rogant Deum pro ipsis: E
nam & Angeli sunt securi per eam post aliorum occasum *d*. d

38 Iterum Sancta dicebat: Cum B. Maria ex *item quanta istic gratia polleat S. Io. Evangelista*
hac vitâ migravit, nemo tetigit eam nisi B. Joannes Euangelista: ex qua utique gratia B. Joannes ineffabile gaudium consecutus, tanto exultavit tripudio, quanto numquam, etiam cum recubuit supra pectus Domini, fruitus est. Considerabat enim, manus Dominæ, quam tangebat, Dominum enutrisse Filium Dei vivi: ineffabili enim gratia tunc enitebat, *e* cum videbatur ab Apostolis in terra esse cum eis, e
& coram Majestate divina exultabat in cælis. Pater autem & Filius, tamquam ipsum singulari gratia diligentes, concesserunt eidem B. Joanni potentiam tunc ordinandi totam cælestem Curiam in honore Dominæ nostræ. Tunc venit Christus, cum Angelis & omnibus Sanctis, & corpus beatæ Virginis & animam cum magno gaudio & triumpho detulerunt in cælum. O quam delectabilis joculator! ô quam Christus tunc erat suavissimus organista! dum eo die, quo B. Maria cælestia regna con- *& qualiter assumpta V. Maria.*
scendit, tale dulcisonum novumque concinuit canticum, quale numquam extitit ab Angelis cogitatum

A tum in cælis, nec ab hominibus fuerat auditum in terris. Et cum eſſet beata Virgo aſſumpta in cælum, accepit eam Dominus Jeſus Chriſtus, & ipſam Deo Patri cum magna lætitia præſentavit. Quam ineffabili jubilo ſuſcipiens Deus Pater, eam ſupra omnes choros Angelorum atque Sanctorum mirifice collocavit, dixitque ei: Ecce poſui te ſupra gentes & regna, & tecum dividam regnum meum. Et cum hæc dixiſſet, impoſuit ei nomen glorioſiſſimum, ut omnes ſcilicet eam Matrem miſericordiæ nominarent, ad Filium autem dixit: Tu vero vocaberis Pater juſtitiæ, faciens judicium & juſtitiam. Hoc autem ſtatuo, quod juſtitia mea deinceps veſtræ cedat miſericordiæ, ut quod à vobis miſericorditer petitur, à me de plena juſtitia concedatur. Tunc ſedit beata Virgo in throno miſericordiæ atque benignitatis, regnans cum Deo Patre in gloria ſempiterna *f*.

*Quia dicta ſit Mater miſericordiæ.*

F

39 Tunc iterum aperuit os ſuum & dixit: In die Nativitatis B. Mariæ, omnes chori & ordines Angelorum mittunt majores ſuos, ut conferant Deo Patri honorem & gloriam de tanto beneficio benigne mundo conceſſo, de nativitate ſcilicet excelſæ genitricis Dei Mariæ. Tunc Angeli accedentes, beatam Virginem hinc inde omni humilitate ſuſtentant, coronâmque quam de capite ſuo deponit devote ſuſcipiunt. Et quidem omnium Sanctorum coronis depoſitis, ſancta Virgo in ulnis ſuſcipiens Filium, offert illum Deo Patri, & Pater ſuſcipit eum in gremio, & enarrabiliter gratulatur. O admirabile gaudium! ô inenarrabilis lætitia! Deus & homo, Dei Filius, requieſcit in ſinu Patris. Poſt hæc autem Chriſtus redit ad matrem, plenus omni alacritate & benignitate.

*Quale ibi feſtum in ejus Nativitate.*

B

40 Iis itaque dictis incepit narrare ac dicere de animabus, à pœnis Purgatorii liberatis, & ad ſempiternæ gloriæ gaudia properantibus, & dicebat: Decet quamlibet animam, æterna polorum gaudia ingredi cupientem, tria in ſe habere: primo, ut omni ſit purgata contagio; ſecundo, ut ſit unguentorum pretioſitate linita; tertio, ut ſit quarumlibet virtutum redimiculo prædita. De primo inquit Pſalmiſta, Tranſivimus per ignem & aquam: vere ſiquidem dicunt juſti, ſe tranſiſſe per ignem & aquam; quia in igne omnis rubigo deſtruitur, in aqua ſimiliter omnia ſordida eluuntur. De ſecundo autem Eccleſiaſtes ait, In odorem unguentorum tuorum ad te currimus: dicunt Sancti, in odorem unguentorum ſe currere, illorum videlicet qui bonæ in hoc ſeculo famam opinionis ex hortulo propriæ conſcientiæ metunt, atque de ſe ſanctæ operationis exemplum aliis largiuntur. De tertio autem inquit Iſaias *g*, Omnis lapis pretioſus operimentum tuum: quid enim per lapides pretioſos deſignare poſſumus, niſi altiſſima ornamenta virtutum, quibus veluti radii ſolis fulgent animæ Sanctorum in cælis. Dicebat ergo Sancta, Poſtquam ſic ornatæ ſunt animæ, in conſpectu præſentantur Altiſſimi, cum quo regnant in ſecula ſeculorum.

*Quomodo anima non niſi purgata,*

*ſanctificavit,* Cant. 1, 4

C

*pſ. 65, 12*

*& ornata eo perveniant,*

g

41 Iterum exorſa eſt dicere beatitudines ſpeciales, quas habent animæ in vita æterna cum ſanctis, [Angelis]: & dicebat quatuor beatitudines principales, quas condecet animas habere in cælis; ſapientiam quidem & pulchritudinem, jucunditatem atque requiem. Sapientiam namque habent cum Angelis, quia nullum venantur conſilium, ſed omnia noſcunt; pulchritudinem habent abſque aliqua labe, ut in ea delectetur Altiſſimus; jucunditatem habent plenariam, inceſſanter cum Angelis coram Deo gaudentes; requiem quoque perpetuam obtinent, qualibet dulcedine perfruentes. Et iterum dixit: Cum eſſem in eccleſia B. Stephani, audivi choros pſallentium in ipſa eccleſia & in cælo: & ecce Angeli aſcendebant & deſcendebant, & miſcebant de nobis coram Altiſſimo bona & mala. Audiente autem me dulciſonos cantus, ecce filius Dei Jeſus Chriſtus gratulabatur cum Deo Patre, cum bona nova ſuorum fidelium audiebat. Et illico Pater benedicebat Filio, Filius vero benedicebat omnibus in terra viventibus fidelibus Chriſtianis *h* ..... Quid igitur facit B. Joannes, virgo Chriſti electus? quid feſtinus procurat, cum mala audit de nobis? Certe compatiens nobis quam plurimum, cito accelerat, cito properat. Ordinat novum canticum coram Deo, ut iratum nobis pacificet Dominum, & ejus convertat furorem in gratiam, quem nobis noſtris ſceleribus ſæpe facimus furibundum. In feſto autem natalis Dominæ noſtræ, Sancti ornant Dominam noſtram quodam manto rotato, canentes omni dulcedine ac dicentes, Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem non horruiſti Virginis uterum. Tunc Angelis & Sanctis omnibus humiliter Dominum noſtrum reverentibus, S. Maria junctis brachiis reſpicit filium, ac ſi diceret: Gratias ago tibi pro his in quibus hi me honorant, non enim amplius poſſunt. Ah! beate Joannes, uti in terra Aquila diceris, ita ipſius officium non recuſas in cælis: etenim quandoque volas ad Patrem, & ejus pedes amplecteris, & pectus dulciter oſcularis. Præterea cum Sancti dulciſonis modulationibus canunt, Patrem immenſæ majeſtatis, coram Deo Patre omni cum reverentia inclinantur.

*Quatuor ex capitibus beatæ futuræ.*

*Ex MS.*

*Intercedit pro peccatoribus S. Ioan. Evang.*

h

E

## ANNOTATA.

a *Iam aliàs monuimus, & hic iterum monendum eſt,* Comitatus, *Italis dici regiones ſeu territoria quarumcumque urbium, unde & ruſticos* Contadinos *vocant, ſicut* Villanos *alii, alii* Paiſanos.

b *Videtur intelligere eas animas, quæ citra ullam aliam pœnam, à beatifica viſione arcentur ad tempus, defectum quemdam leviorem ſic purgantes, ſecundum exempla relata ante Vitam S. Mariæ Magd. de Pazzis Comm. prævii num.* 9.

c *Cum nullus quod ſciam Sanctorum Patrum, vel horum doctrinæ innitentium Scholaſticorum Theologorum, affirmet, Miſſæ ſacrificium, vel à Chriſto, vel à Sacerdotibus Sanctis ejus vice fungentibus, continuari & continuandum in cælo; nolim ego ſuſtinere, quod ea quæ hic de* Joanne *ſacrificante & Deipara communicante dicuntur, litteraliter ſint intelligenda: puto tamen eum qui hoc opinaretur, nihil opinaturum Scripturæ ſacræ vel ſtatui beato Sanctorum repugnans. Nam Chriſtum poſt reſurrectionem ſuam, glorificato jam corpore, & comediſſe cum Apoſtolis legimus, & in Emaus Euchariſtiam præbuiſſe diſcipulis communior ſententia eſt. Sicut autem infra num.* 57 *dicitur in eccleſia S. Savini conſpectus à Sancta Miſſam celebrare; ita in aliorum quoque Sanctorum Vitis viſum ſubinde idem facere invenimus. Tali vero opinione admiſſa, non eſſet difficile intelligere, quomodo in cœna Apoſtolis ſuis dixerit,* Non bibam amodo de hoc genimine vitis, donec illud bibam vobiſcum novum in regno Patris mei; *& magis ad litteram impleretur, quod dicitur,* Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. *Quia vero Deipara creditur corpore jam glorificato eſſe in cælis, cur in eo nequiret Euchariſtiæ participare? non quidem eodem proſus modo quo nos, ſed ſimili fere, & eo quo Chriſtus poſt reſurrectionem comedebat; quomodo etiam poſt reſurrectionem corporum ad litteram impleri poterit promiſſum Chriſti,* ut edamus & bibamus ſuper menſam ejus in regno ejus. *Etenim cum ceteri omnes corpo-*

*rei ſenſus in beatitudine fruituri ſint deliciis ſibi congruis,* Act. M3.
*cur non etiam guſtus, mira, ſed vera, nobiſque haud ſatis intelligibili ratione?* Ad Joannem Euangeliſtam *quod attinet, eum poſt mortem aſſumptum quoque cum corpore in cælum, nihil prohibet opinari; quandoquidem multorum eſt ſententia, eorum omnium Sanctorum corpora, quæ moriente Chriſto ſurrexiſſe dicuntur, numquam ad ſuos tumulos rediiſſe, ſed cum Chriſto pariter aſſumpta in cælos. Legimus quoque ad 19 Maji in Supplemento Vitæ S. Petri Celeſtini n.17* S. Ioannem Euangeliſtam *conſpectum in viſione celebrare Miſſam de Dedicatione, cum eccleſiam S. Spiritus de Magella à Sancto conſtructam Chriſtus ipſe eſſet conſecraturus. Sed quid in ea ſententia tenebitur, quam ad caput 25 de Vita B. Andreæ Sali, 28 Maji diximus, multorum veterum atque omnium fere Orientalium eſſe, necdum ſcilicet mortuum eſſe* Ioannem, *ſed cum Elia & Enoch ſecundum Chriſti adventum & Antichriſti perſecutionem præſtolari? An dicetur, quod, ſicut Chriſti corpus in transfiguratione glorificatum ad tempus, poſtea rediit in ſtatum paſſibilitatis prioris; ita & ipſe nunc quidem corpore glorificato cæleſti fruatur beatitudine, poſtmodum ad exiguum tempus priori humanitatis communis ſtatui reſtituendus ſit, ac in eo demum moriturus? Nihil equidem affirmo: ſed ſi affirmaret aliquis, puto quod idem poſſet de*
B *Elia & Enoch cum proportione affirmare: itáque ceſſaret ei multiplex quæſtio, de ſtatu illorum in Paradiſo; qui ſine ſcrupulo tunc diceretur eſſe, non terreſtris ille in quo conditus eſt Adam, quemque etiam nunc ſupereſſe nulla verosimili ratione creditur à nonnullis; ſed cæleſtis, qualis & in Apocalypſi & variis in Vitis Sanctorum, præſertim S. Lidwinæ deſcribitur, quatenus quidem humanis verbis deſcribi poteſt. Multo forſitan verosimiliora hæc fuerint, quam quæ de eodem Elia miratus eſt orbis, in Biterrenſibus quibuſdam Theſibus anni 1682 menſe Aprilis coram Epiſcopo loci publice per triduum propugnata, & quidem ut Theologicæ demonſtrabilia, imo tamquam proxime accedentia ad fidem.*

d *Quatenus ſcilicet, propter præviſa Chriſti ex Virgine naſcituri merita, Angeli fideles poſt damonum ruinam, fuerunt in gratia & gloria confirmati.*

e Chriſtus *ſcilicet, non* Maria.

f *Qui volet hæc omnia ex Sanctis Patribus probata legere, adeat noſtri P. Franciſci Poirei librum, ſcilicet* Triplicem coronam, Virgini Dei Matri ex humanis diviniſque ſententiis collectam; *vel* Theatrum excellentiarum Deiparæ, ex conſociatione excellentiarum ſui filii; *editum à noſtro item P. Martino*
C *Coenvelt, iſtic & alibi abunde reperturus, unde confundat noviſſimos Mariamaſtigas, ſive (ut dici ſubinde non erubeſcunt) Antimarianos.*

g *Imo* Ezechiel *cap. 28, verſu 13.*

h *Nullo modo credidi in contextu relinquenda, ſed velut certo apocrypha eximenda, hæc verba:* Angelis autem, quorum cuſtodiis animæ damnatorum fuerant traditæ, illis inter alios cognitis, numquam de cetero erunt animarum cuſtodiæ aſſignatæ, quoniam quas ſub ſua protectione habuerant, damnabantur. *Non enim id ipſis culpæ verti poteſt, neque quidquam decedit eorum beatitudini ex impiorum damnatione, cui, toti in Dei voluntatem reſignati, hilariter etiam acquieſcunt. Sunt tamen qui putent non niſi ſemel ſingulos ſingulis clientes committi, propter eorum inæſtimabilem multitudinem. Interim ad fidelitatem pertinebat ea non prorſus diſſimulare, quibus quadamtenus excuſandis, ſervire poteſt Parergon ſuperius allegatum.*

## CAPUT V.

D

*Viſitatur à Sanctis Beata: pro caro ſibi Religioſo & animabus purgantibus efficaciter deprecatur.*

CUm autem quadam nocte Sancta, graviter infirmata, nullo modo in lectulo quieſcere quiret, cœpit Dominum humili prece depoſcere, una cum glorioſiſſima Dei genitrice Maria, quatenus in tanta ægritudine ſecum dignaretur miſericorditer agere. Et ſtatim Dominus apparens ei, velut in mundo converſatus fuerat, oſtendit ei manus clavis affixas, revelavitque ei cogitationes ſuas, & omnia tam præterita quam præſentia & futura, quæ commiſſa erant ab aliis: & cum hæc dixiſſet diſceſſit, & Sancta convaluit. 42 *Ægrotanti Beata viſitatur à Chriſto;*

43 Quadam igitur nocte, cum anima ejus, delata in cælum, erat cum Chriſto atque beata Virgine; cœpit cogitare de quodam Religioſo, & dicere infra ſe: O ſi potuiſſet ille tantum gaudium conſpectare! Et reſpiciens Dominus fidem ejus, vocavit B. Joannem Euangeliſtam ad ſe, dicens ei: Poteſtatem tibi do faciendi Gerardeſchæ juxta deſiderium ſuum, quemadmodum velles ſatisfacere mihi. Abiens autem B. Joannes ait Sanctæ: Nullum peccatum, Religioſum devotum tuum poterit quoad vixerit impedire, quin vitam æternam poſſideat; neque tribulatio erit ei dum vixerit, neque anguſtia: & Fr. Petrus, amicus noſter, erit præſens in morte ſua. Poſt hæc autem Domina noſtra, regina mundi, in his omnibus altiſſimo Ieſu Chriſto gratias retulit, qui d. Religioſum ſuum proprium dignatus eſt ſervulum reputare. Ait autem B. Ioannes; Oportet me pro ſervis Dominæ noſtræ Dominum exorare frequentius quam pro aliis. *commendat ei ſibi devotum Religioſum.*

44 In feſto Natalis Domini, media nocte, ut ait Sancta, cum eſſet ſpiritus ejus in cælo, vidit omnes Sanctos & Angelos præparantes ſe, ut laudes conferrent & honorem & gloriam Dei genitrici Mariæ. Et venit Chriſtus Tunicella indutus; & B. Ioannes Euangeliſta cum eo. Tunc Sancti venientes inſimul perrexerunt ad locum ubi Dominæ noſtræ pretioſiſſima ornamenta manebant, ad Archiepiſcopatum videlicet B. Ioannis Euangeliſtæ. Et deſcendens beata Virgo Maria in plateam tertiam civitatis Ieruſalem, ad quam tribus gradibus deſcenditur à ſecunda, nec non & totidem ad ſecundam à prima, induta eſt per B. Ioannem quodam manto rotato mirabili, Ieſu ad pedes ejus inclinato manente: & dedit ei Ieſus chirothecas & annulum, & oſculatus eſt manus ejus. Sancta autem Gerardeſca cogitante de Religioſo devoto ſuo, quod poſſet tanta viſione gaudere; continuo beata Virgo vocavit ad ſe Chriſtum & B. Ioannem, dicens eis: Ite, & vocate Religioſum illum. Cumque mandatum Dominæ noſtræ impleſſent, reverſi ſunt & dixerunt S. Gerardeſchæ: Devotus tuus adeſt, & nunc ornat Dominam noſtram. Sancta autem gaviſa non modicum reſpexit: & vidit illum trahentem fimbrias Dominæ noſtræ cum omni devotione. Poſtea vero Virgo expandit mantum quo erat induta, recepitque Religioſum ſub eo, interrogans B. Ioannem & dicens: Si eſſem in mundo in aliquo indigens tui, numquid ſuccurreres mihi? Sed hoc propter te non dico, ſed propter adſtantem, ut ſatisfaciam ei. Sanctus autem Ioannes reſpondit; Si poſſem, pro vobis regnum Dei dimitterem. Et iterum ait Beata Virgo: Tu noſti voluntatem Dei, recommendo tibi hunc meum ſervulum. Beatus vero Ioannes reſpondit: Fa- *videt à Sanctis celebrari Natalem Domini.* *aſſiſtente eodem Religioſo.*

A Faciam quidquid vis, Domina. Tunc beata Virgo benedixit ei. Porro Chriſtus ait matri: Quid vis ut faciam, mater? Illa vero recommendavit ei dictum Religioſum.

*S. Ioanni Euang. ſub ſpecie peregrini eleemoſynam dat:*

45 Cum S. Gerardeſca quodam die in oratione maneret, & eſſet clauſum oſtium domus ſuæ, quidam peregrinus accedens petiit ab ea eleemoſynam, obtentu B. Mariæ & B. Joannis Euangeliſtæ. Protinus autem Sancta, ſentiens veſtimentorum ipſius fragrantiam & odorem, cucurrit ad januam, dixitque peregrino: Cum non ſit in hominum conſuetudine ſic expreſſe pro amore B. Joannis eleemoſynam petere, cur pro amore illius eleemoſynam poſtulaſti? Oculos quidem meos tibi pro ejus dilectione impenderem: intra itaq; in domum meam, & accipe quidquid vis. Et ait ille: Nolo omnia quæ dixiſti, ſed tantum affer mihi de pane tuo. Sancta autem pergens detulit ei tres panes & totidem caſeos: cupiebat enim talem ei eleemoſynam tradere: ſed ille illico ab oculis ejus evanuit, ex quo Sancta extitit non modicum ſtupefacta.

*qui ei deinde apparens gratias agit,*

B 46 Eodem quoque tempore in Quadrageſima, cum eſſet Sancta incluſa intra cubiculum domus ſuæ, & famula ejus iviſſet ad domum cujuſdam vicinæ ſuæ; vidit Sancta oſtium cubiculi ſui apertum, & tota domus ejus erat undique reſerata. Cumque mox ſurgeret ut videret quid eſſet, vidit ante januam aulæ ſuæ ſtantes tres viros, veneranda canitie decoros; & erat cum eis quædam venerabilis Domina, pretioſis veſtibus adornata: & quiſque eorum habebat manipulum roſarum in manibus. Et cum eſſent oratorium Sanctæ ingreſſi, cœperunt aliquantulum orare. Itaque cum ſederent & eſſent à Sancta incogniti, unus ex eis ait: O Beate Jacobe, dic. His auditis Sancta cœpit vehementer gaudere. Alter quoque inquit, Et tu S. Joannes dic. Ut autem Sancta nomen B. Joannis audivit, cecidit ad pedes ejus lacrymando præ nimio gaudio. Beatus itaque Joannes apprehendit eam per manum, & ſublevavit à terra, & ſtatuit eam juxta pedes ſuos, oſtendens ei annulum quem habebat in digito, & ait: Agnoſcis hunc annulum? Sancta vero videbat annulum, ſed gemmam illius (quoniam clauſa erat in vola manus) videre nequibat. Cumque B. Joannes oſtendiſſet ei lapidem annuli, Sancta vidit in eo totam vitæ cæleſtis gloriam & triumphum; & cum abſconderetur lapis, nihil de his Sancta videbat.

*coram S. Iacobo*

*& B. Bona,*

47 Dixit quoque S. Joannes, Hæc quam tu vides Domina, eſt B. Bona, quæ ideo venit nobiſcum, quia cum eſſet in mundo, ego & B. Jacobus ſimili modo viſitavimus eam. Sancta itaque Bona, habens in manibus fuſtes aureos roſis plenos, dedit unum ex eis S. Gerardeſchæ. Cum autem S. Gerardeſca illum ſuſciperet, dixit in corde ſuo, Dabo eum tali Patri meo in Chriſto, qui etiam & aliis demonſtrabit: & gratulabatur inde. Tunc dixit ei B. Joannes, Quid cogitaſti in corde tuo? Tulitque fuſtem de manu ſua, & ait: Dic tuam culpam. Illa autem confeſſa eſt, & non negavit, quod in corde ſuo conceperat. Et cum ibi manerent uſque ad horam tertiam, inquit ei B. Joannes: Lapis iſte, quem viſti in annulo, oculus tuus eſt; quem mihi, cum à te petii eleemoſynam, tradere voluiſti: alium ſimiliter oculum tenet B. Maria. Et Sancti diſceſſerunt ab ea.

*Inter caleſtes cantus*

48 Cum quadam nocte Sancta vigilaret in lecto, nec poſſet ſomnum accipere, dicebat: Surgam ad orandum: hora namque eſt. Et quoniam adhuc brevis hora tranſierat, iterum cogitando dicebat: Bene poſſum pauliſper quieſcere. Cum hæc autem & his ſimilia intra ſe quæreret, protinus audivit voces canentium pſalmodias; & ubi conſuetum eſt dicere, Gloria Patri; dicebant, Julitta eſt nomen ejus. Sancta vero cum audiſſet nomen Julittæ, quoniam ejus filia ſpiritualis erat, illico ſurgens de ſtratu in quo jacebat, exivit foras: & dum neminem videret, voces tamen cantantium inceſſabiliter audiebat. Tunc reſpiciens in cælum, magno cum gaudio vidit Dominum, venientem in quadam rota, quæ magnis refulgebat ſplendoribus: & Angeli ſtabant in circuitu ejus, habentes manipulos roſarum in manibus ſuis. Porro Angeli deſcendentes ad eam, dederunt ei duos ex illis ramis, atque dixerunt; Iſti rami ſunt talium: & erat unus ex illis ex omni parte ſcriptus; Non eſt ſimile velum, velo Julittæ in terra. Poſtquam autem diſceſſit Dominus, dicebat Sancta in corde ſuo. Mittam ramos hos illis, quibus ſunt aſſignati. Et cum eſſet prope oſtium viri illius, per quem miſſura erat ramulos illos, arreptis de manu ſua ramulis, nequivit eos ſaltem eidem oſtendere. Sed vir ille tantam (prout aſſeruit) exinde ſuaviſſimam ſenſit odoris ſuaviſſimi fragrantiam, quantam numquam in vita ſua perſenſerat.

EX MS.

*intelligit excellentiam Iulittæ ſibi caræ.*

49 Quadam etiam nocte, dum ſtaret in oratione, apparuit ei dæmon, humanam fingens effigiem viri ſui, nec non & prætendens habitum veſtium, quem idem vir Sanctæ, dum eſſet in ſeculo, deferebat. Et cum ei ſpurcida verba diceret & prorſus abhorrenda; Sancta vehementi timore atque tremore quaſſata, cœpit Dominum humili prece depoſcere, ut eam liberare de tanto periculo dignaretur: dicebatque dæmoni; Fac omnia quæ de me tibi permittit Dominus, te namque bene agnoſco: quoniam quidem ſi ille eſſes cujus tu fingis effigiem, mox eum propriis occiderem manibus, ejuſque animam tuæ potentiæ traderem. Tunc apprehendit eam dæmon, & fortiter flagellavit, percutiens faciem ejus ſolario domus, ita quod ſanguis ex ore ejus & naribus emanavit. Sancta autem Gerardeſca, dæmonis tormentis expoſita, Dominum collaudabat: qui ſuam permittebat ancillulam, tamquam inter incudem & malleum poſitam, velut aurum probari. Protinus autem apprehendit eam dæmon, & poſuit ipſam uſque ad eccleſiam S. Ioannis de Gaytano, quæ eſt verſus mare in ſuburbio civitatis Piſanæ: & miſit eam in quamdam naviculam, quæ erat in flumine Arni, volens ſubmergere ipſam: & vehementer concutiens naviculam, mittebat in eam aquam non modicam. Sancta autem jugiter acclamante, ille numquam ceſſabat in omnibus & per omnia, [nolens] à talibus deſiſtere diſcriminibus, quibus eam indeſinenter anguſtiabat.

E *A dæmone ſub ſpecie viri apparente tentata,*

*& flagellata.*

F *ad flumen defertur mergenda;*

50 Cumque Sancta, feſſa non modicum & attrita, de cetero reſiſtere non valeret; timens ne periclitaretur in aquis, cœpit adjutorium Domini atque B. Mariæ Virginis alta voce depoſcere, ut eam dignaretur à tanto periculo defenſare: eodem quoque modo auxilium B. Ioannis Euangeliſtæ ſæpius invocabat: ſtatimque apparuerunt ei B. Maria & B. Ioannes Euangeliſta, & multi cum iis Angeli juxta ripam fluminis, confortantes eam. Tunc adſtantibus Angelis præcepit beata Virgo Maria ut dæmonium flagellarent. Et cum cepiſſent eum Angeli, frequenter ſublevabant ipſum in aëra, & in flumine ſubmergebant: poſt hæc autem flagellaverunt eum juxta ripam fluminis. Sicque factum eſt, ut, dum ipſum ſic immaniter flagellarent Angeli, horrenda dæmonum caterva ubique manentium, altiſonis ſtridentes ſonoribus, ejus compatiebantur doloribus, & inſimul dæmones ejulabant. Porro B. Maria Virgo unà cum B. Ioanne Sanctam eduxerunt de

*& à Sanctis invocatis liberatur;*

*ac dæmone per Angelos flagellato dimiſſo.*

de flumine, & posuerunt illam in ecclesia, illico discedentes. Sancta autem Gerardesca, respiciens se in ecclesia solam, quæ numquam erat spirituali consortio destituta, cœpit, præ timore gelida, cogitare ac dicere: Quid faciam, Domine? Si aliqui venerint huc, & invenerint me sic stantem, quid dicent? Ignoro quid faciam. Certe vadam ad talem consanguineum meum, & ei omnia sicut gesta sunt indicabo. Quid si non credet? In nomine Domini mei Iesu Christi pergam.

EX MS.

*rogatur à defunctis ut pro se oret,*

51 Et cum iter arriperet, & esset ante domũ illius, audiens ibi [pulsari] matutinale Officium, cessavit à proposito volendi vocare consanguineum suum; Bene possum [inquiens] redire ad domum meam. Et cum hæc diceret & transiret per plateam civitatis, vidit homines vigilantes vigilias noctis super frumentum, & ait: Si hi venerint ad me, quid dicam? Ignoro quid faciam: Domine, succurre mihi. Progrediens autem pusillum versus pontem veterem civitatis illius, vidit ibi multitudinem hominum, ex quo perterrita est vehementer. Et duo ex eis in habitu mulierum, venientes obviam ei, dixerunt: O filia, nos sumus tales convicinæ tuæ, & scimus quod in nocte hac perpessa es tribulationem magnam: rogamus autem te ut intercedas pro nobis apud beatam Virginem, quatenus ad pœnas quibus affligimur nullo modo redeamus. Sancta etenim Virgo est in ecclesia S. Martini: propera ergo ad eam, & ora pro nobis. Porro cum Sancta transisset pontem, vidit totum convicinium, quod est versus ecclesiam S. Martini, splendere ac magnis fulgoribus radiare. Tunc cœpit cogitare in corde suo ac dicere; Quomodo in conspectum Dominæ nostræ pergam, cum sim undique vestibus lacerata? Sed resumptis viribus audacter pergebat. Et cum staret ad pedes Virginis, sancta Virgo dixit B. Mariæ Magdalenæ: Suscipe Gerardescam sub manto tuo, & cooperi eam. Hoc autem peracto S. Gerardesca ibat cum illis gaudens, & erat cum eis Dominus noster Jesus Christus, cum B. Joanne Euangelista, & cum magna multitudine Angelorum.

B

*apud Deiparam ad quam ducebatur:*

52 Cum autem transissent per loca, ubi erant qui rogaverant Sanctam, dixit S. Maria Magdalena S. Gerardescæ; Habes tu nobis aliquid dicere? Illa vero recordata precum illarum, inquit, Volo rogare Dominam nostram pro quarumdam animabus defunctarum, quarum preces admisi, ut à pœnis Purgatorii liberentur. Hæc ea dicente, B. Maria Magdalena, vocans ad se B. Ioannem, recitavit ei omnia quæ Sancta petebat. Igitur Dominus noster, tenens zonam matris, reverebatur eam, incedendo coram ipsa tamquam infantulus. Cumque beata Virgo, precibus Sanctæ commonita, rogaret filium suum ut Sanctæ dignaretur preces admittere; inquit Christus: Mater, multi videntes misericordiam tuam rogant te: at non deberes omnes exaudire, cum non omnis qui postulat dignus sit impetrare. Beata autem Virgo respondit; Cum propter te, humanissime fili, ab omnibus Mater misericordiæ vocer, numquam misericordiæ meæ januam alicui claudam. Tunc præcepit Dominus adstantibus Angelis, ut animas illas suscipientes, dignis cælestia regna panderent; indignas autem, usque dum dignæ invenirentur, in loco pœnalitate exempto locarent: factumque est ita. His ita peractis S. Gerardesca invenit se in domo sua, & Dominus noster erat cum ea; beata quoque Virgo, S. Ioannes Euangelista, & S. Maria Magdalena. Tunc exuit eam vestibus suis B. Maria Magdalena, ut videret contusionum vestigia, quæ ei dæmon iniquus intulerat. Beata itaque Virgo Maria novis eam induens vestibus,

C

*quod illa facit,*

*& impetrat ut solvantur à pœnis.*

dedit ei osculum pacis & dixit: Quia noluisti ore tuo tangere dæmonem, os tuum dulciter osculor: & procul eam in manibus Christo tradens, protracta aliquantulum mora, discesserunt ab ea. D

## CAPUT VI.

### *Alii divini favores varii, à Christo & Sanctis Beatæ impensi, aut aliis propter ipsam.*

53 *Sororem ægram tactu liberat à conspectu dæmonum.*

CUm quadam vice soror S. Gerardeschæ gravi ægritudine teneretur, jugiter coram se videbat dæmonium, teterrima qualitate horrendum. Cumque magis terrore concussa dæmonis, quam affiictione afflicta infirmitatis, plurimum anxiaretur in animo, semper timebat atque tremebat. Sancta autem Gerardesca, divinâ potius quam humanâ inducta dilectione, venit ad eam. Dum autem appropinquaret lectulo ægrotantis, & imponeret manum super pectus illius; dæmon, qui ægrotæ semper manebat visibilis, discedebat: sed & statim cum ad se manum trahebat; dæmon protinus infirmæ adstabat. Vocans igitur quæ ægrotabat Sanctam, ait ei; Appone manum tuam supra pectus meum: quoniam dum sic mihi tuæ gratiæ beneficium tribuis, dæmon à meis obtutibus effugatur. Restituta igitur infirma Sanctæ meritis pristinæ sanitati, cœpit magnalia Domini, quæ jugiter monstrabantur per Sanctam, omnibus referare. E

54 *à Confessario præmortuo absolvitur:*

Præterea cum quadam die Sancta, infirmitate præventa, sumpsisset à Domno Gregorio, Abbate monasterii S. Michaelis Discalceatorum, pœnitentiam de commissis; illeque injunxisset ei, ut convalescentiâ obtentâ Absolutionem susceptura iret ad eum; audivit à quibusdam quod dictus Abbas obierat. Statimque recordata præcepti quod ei fecerat Abbas, cœpit amare deflere; ac præ dolore cadens in terram, velut extincta manebat. Tunc raptus est spiritus ejus in cælum, & vidit ibi B. Bonam, Sanctumque Iacobum, sanctumque illum Abbatem: qui & absolvit eam, sicut promiserat.

55 *conspicit cælestem arcem S. Mariæ:*

Alio quoque tempore levatus fuit spiritus ejus in cælum, & fuit in loco ubi erat quædam rocca, quæ vocabatur Rocca S. Mariæ: quæ cum sit sita supra montem qui septem milliariis in altum extenditur, quolibet milliari undique quadam platea distincto, à cælesti Curia circumdatur processione aliquando: & est vexillis mirificis prædita Majestatis divinæ, atque beatæ Virginis, & omnium Angelorum. Hæc autem munitio, septem turres continens, habet etiam choros Angelorum, Apostolorum & omnium Sanctorum. Et erat ibi claustrum B. Bernardi: & ibi B. Joannes Euangelista Quadragesimali tempore, videlicet tribus diebus in hebdomade, celebrat Missam. Cumque in eodem loco sedes quædam ab Angelis fieret, & scisciteretur ab eis Sancta cujus esset sedes; meruit audire, quod esset talis sui in Christo devoti filii. F

56 *pro Monachis sibi molestis*

Similiter etiam cum quadam die summo diluculo cogitaret de quibusdam Fratribus monasterii S. Savini, qui ei jugiter petram scandali apponebant; hæc vel his similia intra claustra sui pectoris exorsa est dicere. Quare mihi tribulationem atque injuriam inferunt? Sane nullam eis molestiam infero: omnibus servio: & ipsi, cum multi in me ex Religiosis fidem habeant, me nullo modo reverentur: cœpitque magna lacrymarum copia deprecari Altissimum, ut parceret eis. Post hæc cœpit capite discooperto sedere, & ab oratione cessare. Et protinus odorem permaximum sentiens, vidit Dominum

A num Jeſum Chriſtum, tenentem pedes conjunctos, uti tenuit in cruce affixos, ſanguine de plagis manante: timuitque valde. Ait autem Dominus ei, *Crucifixum deprecatur:* Noli timere: ego ſum crucifixus, tam propter te quam pro multorum ſalute: ſed doleo quod Fratres tui me iterum crucifigunt, dum tibi ſemper inferre ſcandala non deſiſtunt: attamen ſicut tunc crucifixio mea eorum fuit redemptio, ſic & nunc eorum erit damnatio. Cumque Sancta genibus provoluta cogitaret proprio ore de pedibus Domini clavum extrahere, & ipſum in corpus ſuum immittere; inclinavit ſe Dominus, & apprehendit eam, fecitque ei conſolationem pleniſſimam, lacrymando cum ea. Dixitque illi: Ego non habui tantam compaſſionem in Maria Magdalena unquam, quantam habeo in te modo. Sed ego vindictam faciam, & te de injuriis vindicabo. Diſceſſitque ab ea.

*audit Miſſam à Chriſto celebratam;* 57 Poſt hæc quadam nocte, dum eſſet in lectulo, tempeſtive tentata extitit atque ſolicitata, ut ad orationem ſurgeret: itáque in oratione poſita conſolationem permaximam percepit; cum ſtatim (ſive in corpore, ſive extra corpus, Deus ſcit) ducta fuerit apud eccleſiam S. Savini. Porro cum inveniret ibi multos Angelos verrentes eccleſiam, allocuta
B eſt eos dicens: Quid ſibi vult quod facitis? At illi reſpondentes dixere: Pauſate pauliſper & requieſcite, quoniam plenius ſolito in hac nocte gaudebitis. Hæc autem eis dicentibus, ecce adſtiterunt Angeli alas habentes, qui ornaverunt eccleſiam cortinis pulcherrimis, quas ſecum detulerant. His ita geſtis audivit tonitrua ſonoſque terribiles: Dominus enim cum Angelis, & Apoſtolis, & cum Sanctis omnibus deſcendebat in eccleſiam. Tunc vidit ibi Dominum Miſſam canentem, & quemdam Religioſum devotum ſuum in Epiſcopum conſecrantem. Celebrata itaque Miſſa ivit Sancta cum Domino ad vitam æternam, & ita ſimiliter Religioſus cum eis. Igitur præſentatus fuit iſte Religioſus coram beata Virgine, & juxta pedes illius manebat. Cumque Religioſus ille applicaret manus ſuas manibus beatæ Virginis, ſancta Virgo oſculata eſt manus ejus & caput.

*ægra ab eodem ſe non deſerendam intelligit.* 58 Porro quadam nocte, cum S. Gerardeſca gravi eſſet infirmitate detenta, ſurrexit ad orandum: & cum longo ſpatii tractu oraſſet, mox delata extitit in ſpiritu ad cubile. Sed nec exinde turbata neque perterrita, non ceſſabat precari Dominum, ut
C eam dignaretur, carnis ergaſtulo deſtitutam, in requiem collocare. Tunc Dominus, apparens ei, dulciter ipſam conſolabatur, dicens: Noli timere, quoniam ego [tecum] ſum omni tempore vitæ tuæ, neque ſimiliter te in morte relinquam: brevis namque eſt vita tua. Et cum diſcedere vellet Dominus, illa clamabat dicendo, Noli me derelinquere, Domine, in hac vita, ubi labor eſt laborioſiſſimus & planctus continuus. Igitur Dominus tertio rediit ad eam, & conſolabatur eam non modicum, cum dicebat: Nolo te dimittere, filia, ſed ſemper tecum morari, tibique dare conſolationem omnimodam.

*Mulieris de conſenſu in peccatum pœnitentis* 59 His ita geſtis, quadam die venerunt ad eam mulieres quamplurimæ, ut audirent eam: inter quas erat quædam, magnum faciens ex contritione ploratum. Cumque Sancta exinde robur magnæ conſolationis aſſumeret, ſequente nocte cœpit cogitare intra ſe ac dicere, Domine Ieſu Chriſte, fac me participem lacrymarum illarum. Et illico anima ejus fuit in cælo cum B. Ioanne Euangeliſta. Tunc dixit ei B. Ioannes: Mulier, quæ heri coram te ſic amare plorabat, ideo ſic agebat, quia jam ſe ſciebat magni criminis laqueo irretitam: promiſit enim tali in tali loco cum eo libidinis ſcelus committere, & exinde nefanda ſtipendia jam recepit: & quoniam tanti ſceleris pœnitentia ducta eſt, in proximo veniet ad te: EX MS.
tu autem in ſermone prævio prædices ei omnia quemadmodum ſtatuerat facere. Factum eſt autem cum veniſſet mulier ad Sanctam, & criminis ſui enormitatem audiſſet à Sancta, cum lacrymis confeſſa eſt, dicens: Verum eſt, Domina, omnia quæ *diſcrimen cognoſcit & conſilio propulſat.* dixiſti me ſceleſtam feciſſe: & nunc veſtris pedibus provoluta, parata ſum, præter quamlibet ambiguitatem, peragere quidquid Sanctitas tua mihi, ad tanti delicti emundationem, voluerit imperare. Sancta vero reſpondens, dixit ei: Vade, & redde ei totum damnabile præmium, quod ab eo receperas. Statimque reverſa eſt mulier, laudans & glorificans Dominum, omnia devotiſſime, ſicut ei Sancta præceperat, exequendo.

*Errans circa Monachum quem credebat Sanctum,* 60 Quodam tempore, cum S. Gerardeſca devotionem in quodam Religioſo haberet, quem bonum & devotum reputabat, ſed vere malus erat; accidit ut in magnis affectibus gereret eum oculis corporeis intueri. Et dum in tanto animi fervore perſiſteret, apparuit quidam Monachus, dicens; Vis venire ad talem Religioſum, quem tu videre deſideras? Sancta reſpondit: Volo venire. Et ille: Abrade prius caput tuum more monaſtico, & indue te cucullam. Sancta autem Gerardeſca ſta- E
tim fecit ſibi radi caput, & induit ſe cucullam, & arripuit iter cum Monacho. Cumque aliquantulum pergerent ſimul, cœpit infra ſe Sancta cogitare ac dicere: Quare pergo cum illo? Non agnoſco eum, & pergo cum eo? Dixitque Monacho; Tanto gaudio, Frater, imbuta extiti, audito nomine Religioſi, quod tecum, quem numquam cognovi, ex abrupto iter arripui: ideoque nolo tecum venire amplius, quia te non agnoſco. Monachus autem, his cognitis, dedit Sanctæ quemdam baculum dicens; Noli expaveſcere, tene baculum iſtum *diſcit mala illius opera:* in manu tua, & nullus poterit te videre. Statimque Sancta, reſumptis viribus, cœpit ſecure cum Monacho pergere. Porro cum perveniſſent ad locum ubi Religioſus ille manebat, ait Monachus Sanctæ: Ecce locus, & ille eſt Monachus, cujus vult Dominus tibi vitam oſtendere, ut deinceps illum agnoſcas, & nullo modo ut conſueveras illum reverearis: intuere itaque & reſpice eum, opuſque illius pravum. Statimque vocaverunt ad ſe Religioſum: & loquentes cum eo cognoverunt opera ſua mala. Tunc autem Sancta in ec- F
cleſia illa Miſſam audivit, & aſſumpta ibi Euchariſtia Domini, uno momento invenit ſe in domo ſua. *Poſt hæc deſiderantur fortaſſis non pauca.*

*de eorum quos B. Virgini commendarat* 61 *In hoc porro, qui acephalus exhibetur, articulo explicat Sancta Deipara ſuos erga Chriſtum, recens ex ſe natum, affectus; quem, inquit, de præſepio* ..... ſumens denuo, talem tantamque odoris ſentiebam fragrantiam, quod jugiter affectaſſem ipſum in pectoris mei ſecretario condere. Similiter volebam, maternâ promptitudine monita, oſcula dulcedinis eidem porrigere, ſed humanæ conditionis reverentia debita nullatenus attentabat. Imo ſublevavi oculos meos in cælum, & aperti ſunt cæli, & Deus Pater circa oſculandi affectum mihi benedictionem ſuæ licentiæ tribuit: & oſculatis oculis glorioſiſſimi unigeniti mei, ſuaviſſimam illico perſenſi lætitiam, humanis colloquiis impoſſibiliter exponendam. Poſt hæc beata Virgo, aperiens mantum ſuum, recepit S. Gerardeſcam in eum, dicens ei: Univerſa & ſingula, quæ promiſit tibi Joannes *ſalute certificatur:* Euangeliſta, in filiis tuis de pleniori liberalitate confirmo, aſſerendo nominaliter de quibuſdam: & cum dies mortis eorum acceſſerit, ego & filius meus una cum Angelis veniemus obviam animabus

EX MS. bus eorum. Tunc S. Joannes Euangeliſta apprehendit Sanctam, ponens eam juxta pedes Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui omnibus aſſenſum pronum exhibuit, quæ beata Virgo promiſerat.

*videt Angelos cum Monachis pſallentes.*

62 Item cum quadam nocte Sancta Matutinum in feſto S. Andreæ Apoſtoli [audiret]; videbat ſplendorem quam maximum, totam viſibiliter eccleſiam illuſtrare: & Fratres ſtantes in eccleſia ſingillatim habebant contra manentes [Angelos] cum reverentia maxima, & pſallentes cum eis. Et unus ex Angelis erat cum Sancta, dicens: Reſpice & vide Fratrem illum, quia ſine mortali peccato mens ejus copulata eſt Deo, & Angelus ejus benedicit ei: & Angelus Fratris illius, qui eſt in peccato mortali, valde iraſcitur ei, dicente Propheta, Prævenerunt
Pſ. 67, 26 Principes, conjuncti pſallentibus in medio juvencularum tympaniſtriarum. Et iterum dicebat: Licet hi Angeli frequenter deſcendant inferius & aſcendant, glorioſi tamen & magni ſemper perſeverant in cælis.

## CAPUT VII.

B *Reliqui favores Dei erga Gerardeſcam, quatenus ex Codice mutilato habentur.*

63 *Videt ornatum cælitus impenſum cuidam moniali adhuc viventi,*

ALio quoque tempore voluit Dominus animam Sanctæ ſublevari in cælum, & eſſe juxta arcem beatæ Virginis. Tunc vidit ibi clauſtrum B. Michaelis, multaſque animas quę erant cum eo, quæ quidem purgatæ erant à contagiis delictorum: inter quas erat quædam Monialis, ſuper qua Sancta admirata eſt vehementer, quoniam adhuc erat vivens in ſeculo. Tunc interrogavit S. Michaelem de Moniali illa, cum nondum ſit à ſeculo evocata. Ille autem reſpondens dixit ei: Non dicam tibi de morte vel vita ejus, ſed quid de ea fieri debeat, conſpectabis. Tunc juſſit illam B. Michael expoliari, & corpus ejus pretioſiſſimo unguento inungi, ponique coronam magnam in capite ſuo. Et iterum inquit: Vis aſcendere arcem beatæ Virginis? Illa vero reſpondens, dixit: Volo, Domine. Cumque acceſſiſſent ad pedes ſcalarum, diffidens præ altitudine maxima de aſcenſu illarum, Domino volente, in ictu oculi ſuperius ſe invenit. Tunc vidit ibi ſanctarum Virginum multitudinem maximam, inter

*& chorum ſanctarum Virginum:*

quas agnovit S. Catharinam, interrogans eam & dicens; Quæ nam ſunt iſtæ? Domina mea. Illa autem reſpondens dixit, Ego ſum Catharina, & hæ
C ſunt Virgines omnes ſanctæ, quæ fuerunt fideliſſimę Dominæ noſtræ: & ſcimus quoniam ideo deputatus eſt nobis locus iſte, ut [ſuſcipiamus] conſolationem à Domina noſtra. Dico autem tibi, quod orans ego, cum ſim advocata omnium famulantium ei, majorem ab ea conſolationem ſuſcipio. Oſtendit etiam ei S. Catharina totam vitam æternam, & manſiones, & nomina aliquorum & aliquarum.

*item ſtellas aſcendere ac deſcendere*

64 Quadam nocte perrexit ad Matutinum, & Officio feliciter inchoato, magno cœpit Sancta gaudio exultare. Et elevans Sancta oculos ſuos ad cælum, vidit ſupra chorum eccleſiæ S. Savini, in qua ipſa manebat, quoddam cælum de Angelis, qui habebant alas junctas inter ſe, nihil quoque videbatur ex eis niſi vultus eorum; & ſtellæ apparebant, ex quibus exibat ſplendor mirabilis: & ſupra caput Abbatis & aliorum duorum veniebat quædam ſphęra, ſimilis ſphæræ ſolis, & ſtellæ. Aſcendentibus igitur & deſcendentibus aliquando ſtellis, ſplendor nihilominus fixus manebat in eis. Tunc cogitavit Sancta vocare Abbatem, ut videret hæc omnia, ſed timuit ne aliis eſſet ad ſcandalum. Sicque factum eſt, ut finito primo Nocturno anima ejus portaretur ad cælum: & erat ibi cum Domino. Tunc Dominus al-
D loquens eam dixit: Oſtendi tibi cælum de Angelis, propter quod vocare cupiebas Abbatem; ſed timore ducta ne offenderes alios, non vocaſti. Et bene quidem feciſti: nam ſi vocaſſes eum, forſitan aliquid *ſuper pſallentes Monachos:* [ingratum] perſpexiſſet. Stella quoque, quæ aſcendebat & deſcendebat, eſt illa [gratia]; quæ, cum homo conjunctus eſt Deo, fixa permanet ſuper eum; & cum aliquibus ſe ingerit vanitatum illecebris, ſeparatur ab eo: cumque Monachi dicebant, Gloria Patri, Angeli illi faciebant inter ſe ſonitum maximum. Interea dixit Dominus: Homines debent timere diem judicii, quoniam in illa die judicabit Dei Patris juſtitia, à qua nemo poterit appellare. In illa die Sancti contremiſcent & Angeli, eumque nihilominus videre deſiderant: timent propter judicii ſtrepitum, deſiderant propter reſurrectionem corporum.

*contemplatur Dei potentiam;*

65 Procedente tempore, cum vellet Dominus S. Gerardeſchæ ſuam revelare potentiam, poſuit ſpiritum ejus juxta ſolium Dei Patris. Cumque Sancta proſpexiſſet inferius, videns Sanctos & Sanctas omnes ſubter ſe ſtare, vehementiſſime mirabatur. Ait igitur ei Pater: Volo tibi monſtrare univerſa E quæ feci. Et aperiens os ſuum, cœpit ſeriatim exprimere, qualiter ab initio creavit Angelos, & poſtremo mundum & hominem: quomodo quoque ultimo, affectu ſummo conditoris erga hominem, mortī tradidit unigenitum ſuum. Tunc oſtendit ei, quot & qui ſalvi ſunt & ſalvari debent, virtuteſque eorum ab Adam uſque ad finem mundi. Et poſt hæc ait ei: Licet memoria nequeas comprehendere omnia, quæ vidiſti; nullus tamen eſt in terra vel fuit adhuc, cui tanta ſcire permiſerim.

*Sub miſſa certificatur*

66 Alio quoque tempore erat S. Gerardeſca apud S. Savinum, ut audiret Miſſam: & cum incepiſſet Officium, reſpexit Crucem, quæ eſt in illa eccleſia; & in ea videbatur corpus Dominicum ab umbilico ſuperius incarnatum: in pectore quoque ejus erat quædam avis, albiſſima & corpore parvula, quæ habebat roſtrum ex auro. Tunc avis illa erga Crucem alas expandens, cecinit tribus vicibus: & confeſtim volavit ad Sanctam: & ponens roſtrum ejus auriculæ, tamquam alicujus humanitatis portenderet effigiem, expoſuit Sanctæ omnia quæ in corde penſaverat, & qualiter rogaverat Deum pro quodam Religioſo: & dicebat: Licet pro Religio- F
*de bono ſtatu Religioſi ſibi cari:* ſo tuo rogaveris Deum, ut ipſe dignaretur tibi oſtendere, ſi Religioſus idem eſſet ab omnibus reatibus ſuis exutus: dico tamen tibi, quod ſicut videbis me in pectore Domini ablui, ſic ille perfecte mundificatus eſt à peccatis. Et his dictis avis illa confeſtim volavit ad Crucem: & in conſpectu Sanctæ in aqua, quæ de pectore Domini abundantius emanabat, ſe univerſaliter lavit, largiente Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui præparat omnibus indulgentiam affluenter. Diſcedente autem avicula, confeſtim & apparitio præmiſſa diſceſſit.

*rurſumque apparenti ſibi Chriſto*

67 Sancta Gerardeſca, quodam etiam tempore in oratione devotâ permanens, ſatis gaudebat in Domino, conſiderando lætitiam Beatorum. Cogitabat igitur in animo, dicens: Domine, quando erit anima mea tecum, qui habes ſuper omnibus poteſtatem? & cupiebat diſſolvi, & eſſe cum Chriſto, nec poterat. Tunc Dominus, reſpiciens fidem ejus, velut unicum oſtium cælos ei aperuit, ex quibus tam irradiatiſſimum Sancta egredi videbat ſplendorem, quod non poterat, præ nimio claritatis fulgore, ipſum recta fronte conſpicere. Capite hinc inde deflexo, tandem ſublevatis in medio ſplendoris oculis ſuis, aperte Sancta videbat Filium Dei, ſopita qualibet reverberatione ſplendoris. Stans igitur

A tur Sancta cum magno gaudio, conſtanter preces fundebat pro quibuſdam Religioſis. Tunc aperuit Dominus brachia, & illa hinc inde vidit illos Religioſos, ſtantes videlicet inter brachia Domini: & Sancta retulit pro illis Religioſis gratias immenſas Deo Patri, nihilque de his omnibus paulo poſt vidit. Poſt hæc cœpit affectanter ambire, ut alter illorum foret altero major in regno cælorum; & perinde Dominum & beatam Virginem ſedulo orabat, ut illud ei benigne concederent. Tunc apparuit Dominus in aëre, & cum eo ſplendor mirabilis: & appropians Sanctæ, locutus eſt ei dicens: Deſiderio magno deſideras videre filium tuum magnum in regno meo: & ego dico tibi, quod omnia quæ volueris faciam: & qui te diligit, me diligit; & qui te audit, & me audit; & qui te odit, & me odit. Omnem potentiam meam tibi manifeſtabo: proinde Joannem Euangeliſtam ad te miſi, ut tibi ore ad os voluntatem meam exprimeret; & qualiter Filius Dei ad te veniet, conſolationis tibi plenitudinem collaturus. Cum .....

*ejuſdem profectum petit*

*& impetrat.*

68 *Deficiente hic ut minimum pagina una, hiatum ſuppleo, exhibendo imaginem Beatæ, qualem ſupra num. 2 dixi adhuc ſpectari ſuper aram majorem S. Michaelis in Burgo, in quadam tabula, multis ſanctorum Ordinis Camaldulenſis Patronorum imaginibus per modum limbi circumornata, ſingulis ſingulas veluti conchas ſeu forulos implentibus. Harum una, ut dixi, eſt* S. Gerardeſca *in habitu Ordinis Camaldulenſis diademata more ceterorum Sanctorum; prout ipſam nobis inde delineandam curavit Fr. Gerardus Capaßius, ex Ordine Servorum B. Mariæ in Academia Piſana Theologiæ Profeſſor.*

B



C

*Sequentis porrò pagina continuatur viſio quadam de venerabili Villana, conſpecta orare ante quamdam imaginem; quærente ex Sanctis Virginibus adſtantibus Ge-*



*rardeſcâ, quænam eſſet mulier,* orans (ut dictum eſt) ante pedes iconæ. Reſponderuntque illæ dicentes: Mulier iſta eſt D. Villana, quæ orat pro civitate Piſana. Statimque deſcendentibus illis de oratorio, acceſſit ibi multitudo ſanctorum Apoſtolorum, Patriarcharum, & Angelorum, habentes cereos accenſos in manibus. Iterum autem quæſivit ab eis Sancta, quare haberent candelas in manibus. Et reſponſo accepto, quod venerant cauſa proceſſionis fiendæ, quoniam exaudita erat oratio præfatæ Villanæ; vidit B. Joannem Euangeliſtam celebrare Miſſam in eccleſiâ illâ. Et poſt hæc iverunt omnes cum eis & Sancto, cum hymnis & luminaribus, in vitam æternam, offerentes cereos ad pedes Dominæ noſtræ. Tunc Sancta vidit ibi D. Villanam, & accepit [ſignum] à quodam, qui dixit ei: Ecce ſignum do tibi, ut credas omnia quæ vidiſti. Ab hodie in die tertio, D. Villana cum tribus candelis, ut ardeant in feſto Annuntiationis beatæ Virginis, veniet ad domum tuam: factumque eſt ita.

EX M.

*intelligit auditas preces Ven. Villanæ.*

69 Quodam die Sancta erat in domo ſua, in Spiritu ſancto fervens, nec poterat verbis exprimere, quam penſabat in animo, potentiam Deitatis. Et reſpiciens paleunculam unam, dixit: O paleuncula, quam magna eſt potentia Dei, quæ in te manet! Eratque manens in tanto ardore ſpiritus, quod in cælo & in terra & ubique divinam potentiam quæreret, mirando in eis quod ſic excelſa eſſent undique & perfecta. Glorioſæ quoque Virgini laudes referebat immenſas, quæ tantam à Deo promeruit gratiam, ut qui cælum & terram gubernat & ſuſtinet, in alvo ſua mirifice gereret Dominum Jeſum Chriſtum. Et reſpiciens paleunculam unam, ſæpius ajebat: O paleuncula, vere Dominus eſt in te. Tunc videns Dominus fidem ejus, oſtendit ei in omnibus perfectam potentiam ſuam, [etiam] in paleuncula illa. Apparuit autem Sanctæ in paleunculâ illâ tota vita æterna cum omnipotentia Dei.

*Dei potentiam etiam in palea relucentem miratur.*

E

70 Recitavit aliquando de ſanctis Angelis & civitate ſuperna, dicens: Novem ſunt montes, in quibus diſcrete permanent novem ordines Angelorum. Primus itaque montium nominatur Sardius, ſecundus Topazius, tertius Iaſpis, quartus Chryſolithus, quintus Onychinus, ſextus Berillus, ſeptimus Saphyrus, octavus Carbunculus, nonus Smaragdus. Hi vero montes ſunt intra civitatem Jeruſalem cæleſtem, magnis irradiati fulgoribus; nec alicujus alterius ſpeciei vel generis lapides inveniuntur in illis. Et quatuor flumina tranſeunt per medium civitatis, habentia aquas fluidiſſimas, ſimiles auro & argento puriſſimo: ex undis autem illorum reſultat immenſum gaudium, & exultant lapides pretioſi. Et in ripis illorum Apoſtoli & Euangeliſtæ conſiſtunt, & Archiepiſcopatus qui majoris habentur in cælo dignitatis, ob ornatum fluviorum illorum, ibidem mirifice locati ſunt & fundati. Aquæ autem illæ per medium civitatis, ut dictum eſt, ex quatuor montibus effluunt: & inibi, qui majores ſunt in vita æterna, glorioſe morantur.

*videt 9 montes Angelicorum chororum;*

F

71 Iterum dixit: In feſto Annuntiationis beatæ Virginis, immenſis lætantur Sancti tripudiis, & novis jubilationibus hilarantur. Tunc Dominus noſter cum Sanctis Apoſtolis Dominam noſtram pretioſiſſimis ornamentis decorant; & pergentes ad illum ordinem Angelorum, in quo S. Gabriel permanet, ipſum ſimiliter ornant. Tunc ducunt illum ad locum Dominæ noſtræ, ferentes ſuper caput ejus quoddam pallium, in haſtis quatuor poſitum, & in qualibet haſta erat vexillum. Poſuerunt autem ſedem illius juxta thronum Dominæ, totaque vita æterna faciebat reverentiam illis. In illa die Sancti honorant Angelos magnis laudibus, quoniam dignati

*eorumque lætitiam in feſto Annuntiationis:*

ſunt eſſe advocati eorum : & locant eos reverenter in ſedibus, ac eis magnis ſubjectionibus obſequuntur. Angeli quoque B. Gabrielem magnis venerantur obſequiis, & quilibet Angelus proprio nomine nuncupatur. MS.

72 Item ſimiliter quadam die poſuit ſe in oratione, habendo conſolationem pleniſſimam. Cumque vellet aliquantulum ab oratione quieſcere, erat jacens in lectulo : & reſpiciendo in cælum, cogitabat in corde ſuo, qualiter Dominus Jeſus Chriſtus manet in cælo ; & ſi ſedet ut Pontifex ; & dicebat ; O quam beati eſtis Apoſtoli, qui fuiſtis cum Deo in terra, lavitque vobis pedes humiliatus ! Et illico fuit anima ejus in cælo, & vidit Dominum Jeſum Chriſtum, in ſolio excelſo ſedentem, Pontificalibus ornamentis ornatum. Eratque coram eo altare cum ornamentis rariſſimis, & in quolibet cornu ejus erat vexillum unum, ad honorem quatuor Euangeliſtarum compoſitum. Inter hæc cupiebat Sancta intueri Apoſtolos, & dicebat ; Ubi ſunt Apoſtoli ? Tunc Dominus, reſpiciens fidem ejus, apertis brachiis & ſublevato manto, oſtendit Sanctæ ſacratiſſimum pectus ſuum : & erat Domina noſtra, cum S. Joanne Baptiſta & S. Joanne Euangeliſta cum quinque Apoſtolis ex uno latere, & B. Petrus Apoſtolus cum aliis Apoſtolis ex altero latere ſtantes. B

*Item in ſede Pontificia Chriſtum,*

73 Quodam tempore in Quadrageſima erat ventus validus, & Sancta reſpiciebat iconam B. Joannis Baptiſtæ. Et ſublevato propter ventum ſendado, quod erat ad pedes iconæ, vidit pedem B. Joannis viſibiliter incarnatum : & ſurgens, cum feſtinatione cucurrit ad illum. Tunc poſuit oculos ſuos ſuper pedem, & lacrymata eſt valde, & cecidit velut extincta. Et paulo poſt ſurgens, invenit ſendadum illud totum ſanguinolentum.

*Item ſanguinem ex icone S. Io. Baptiſtæ.*

74 Inſuper quodam tempore in Sabbato ſancto, cum intraret eccleſiam S. Savini ut audiret Officium, reſpiciendo in cælum, vidit, permittente Deo, omnes Sanctos & Angelos gratias reddere glorioſæ Virgini, ob ſinceram fidem quam habuit in filio ſuo, cum jam totus mundus in errore maneret. Et poſt hoc audivit Dominum dicentem, qualiter diligit & dilexit matrem : & quod omnes Sancti, & Angeli, & quatuor Seniores non poſſent honorare adeo illam, quod exinde ſatisfacerent Deitati : ſed Divinitas quidem ſibimet ſatisfacit. D

*& honorem Deiparæ in Sabbato Sancto habitum.*

75 Nocte quadam manens in lectulo, amore Spiritus ſancti inflammata dicebat : Domine, veni ad me : nec tamen exibat de lectulo. Et cœpit rogare devotiſſime Dominam noſtram & B. Joannem Euangeliſtam, quatenus rogarent Filium Dei, ut dignaretur venire ad eam : & exiens de cubiculo ſuo, orabat attentiſſime pro amicis. Confeſtim autem fuit in cælo, in quodam loco in quo non poterat niſi de longe videre filium Dei. Tunc dixit : Quare non poſſum, Domine, cominus videre faciem tuam ? Tunc Dominus, devotioni ejus annuens, cum duodecim Apoſtolis, ſeptuaginta Diſcipulis, & Majoribus de vita æterna, venit obviam ei : & ad pleniorem conſolationem ipſius, dicebat B. Joanni Euangeliſtæ : O Apoſtole & dilecte Dei, quam carum ſupra omnes te habui ! tibi etenim revelavi univerſa ſecreta cæleſtia : reſpice & vide, qualiter iſti de S. Savino perforant manum meam, faciendo ſcandalum iſti, & oſtendebat Sanctam. Similiter oſtendit ei maritum ..... E

*viſitatur à Chriſto ejuſque Apoſtolis.*

*Cetera, & ad hiſtoriam potiora, deſiderantur.*

## *DE BEATIS MARTYRIBVS INQVISITORIBVS,*

## GUILIELMO ARNALDI, BERNARDO DE RUPE-FORTI, ET GARSIA DE AUREA, ORDINIS PRÆDICATORUM S. DOMINICI;

## STEPHANO DE NARBONA, ET RAIMUNDO CARBONII; ORDINIS MINORUM S. FRANCISCI;

## PRIORE AVINIONETI, MONACHO DE CLUSA;

## C RAIMUNDO SCRIPTORIS, CANONICO ET ARCHIDIACONO; F

## BERNARDO, CLERICO ILLIUS; PETRO ARNALDI, NOTARIO; FORTANERIO ET ADEMARO, CLERICIS NUNTIIS,

## *AVINIONETI IN OCCITANIA SVPERIORE.*

G. H. Sylloge ex Stephano de Salanaco, veteri Chronico Toloſano, Petro Marſilio, aliiſque coævis ſcriptoribus.

ANNO MCCXLII

*Contra Albigenſes inſtituti Inquiſitores fidei.*

*Occitania vulgo Langedociũ præclara eſt & notiſſima Galliæ provincia : in qua ob exortam Albigenſium hæreſim, ſanctiſſimæ Inquiſitionis officium ſumpſiſſe exordium oſtendimus, v die Martii ad Acta B. Petri à Caſtro-novo, ex Ordine Ciſtercienſi Legati Apoſtolici, ac primi Inquiſitoris fidei, atque effuſo ſanguine in ea functione glorioſi Martyris : cui inter alios cooperatores adjuncti fuerunt Didacus, Epiſcopus Oxomenſis ; & S. Dominicus, Ordinis Prædicatorum in tali functione factus Fundator. Hujus Ordinis Sacerdotes, cum aliis aliorum Ordinum viris, zelo fidei accenſis, in eo miniſterio ſeſe exercuerunt, & ſanguine ſuo quàm prædicabant fidem confirmarunt ; ut plures, qui eo tempore vixerunt, ſuis ſcriptis ſunt teſtati. Inter hos eſt Stephanus Salanacus Ordinis Prædicatorum, vir iſto tempore habitus opinione doctrinæ clarus, ac regularis vitæ obſervantiſſimus : qui in tractatu de Quatuor rebus, quibus Deus Prædicatorum Ordinem inſignivit, de hiſce Athletis iſta narrat.*

2 Cum Ordo Prædicatorum à B. Dominico contra hæreſes & errores ſpecialiter fuerit inſtitutus Toloſæ, Fratres de partibus illis annis multis in fame & ſiti, in frigore & nuditate, & in tribulationibus multis certaverunt contra illos & contra tyrannos, qui hæreticos defendebant. Tum à beatæ memoriæ Gregorio Papa Nono Inquiſitio contra dictos hæreticos

*Inter hoſce Ordine Prædicatorum circa an. 1234*

A ticos & eorum fautores Fratribus per Provinciam eſt commiſſa circa annum Domini milleſimum ducenteſimum trigeſimum quartum, decimo Kalendas Maji, Pontificatus ſui anno octavo: propter quod Fratres multis ſeſe periculis expoſuerunt. In Toloſa namque, poſt multas minas Principis & ſuorum, prohibitum eſt per edictum publicum, ne aliquod commercium aliquis haberet cum Fratribus, nec aliquid eis venderet, neque daret. Secundo ad omnes portas domus Fratrum poſiti ſunt cuſtodes, ne aliquid victualium eis inferretur, nec etiam aquam de Garona fluvio communi aliquis intus deferret. Inquiſitorem quoque Fratrem Guilielmum Arnaldi de civitate expulerunt. De quibuſdam vero male geſtis duco ob honorem civium ſatius tacere. Cumque Fratres omnes confeſſi, ad martyrium pro fide & obedientia Eccleſiæ Romanæ paratos ſe offerrent, & jam cum multo deſiderio expectarent, præcepto Principis de civitate exire compulſi ſunt omnes. Ibant ergo gaudentes à conſpectu concilii, digni pro fide Chriſti contumeliam pati. Proceſſionaliter autem bini & bini, non veriti animoſitatem malignantium, qui eis prohibuerant ne incederent tali modo, exeuntes alta voce, Credo

B in unum Deum, dehinc, Salve Regina, devotiſſime decantabant. Actum eſt hoc anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo quinto Nonis Novembris, vel ſequenti die, ſcilicet octavo Idus Novembris. Eadem cauſa fidei in Narbona domus Fratrum fuit effracta, & libri ſancti ab impiis lacerati. In multis etiam locis aliis Fratres capti & ſpoliati ſunt, nec ſine armatorum multitudine Inquiſitores procedere audebant.

*B. Guilielmus Arnaldi, cum aliis primum pulſus,*

*tum anno 1242 29 Maji occiſus,*

3 Anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſecundo, quarto Kalendas Iunii, in nocte Aſcenſionis Domini, apud Avinionetum in diœceſi Toloſana, in domo & camera Raymundi Comitis Toloſani, Frater Guilielmus Arnaldi, de Ordine Fratrum Prædicatorum de Monte-Peſſulano, vir diſcretus & doctus in Iure Canonico, devotus atque mitiſſimus, Inquiſitor hæreticorum datus, auctoritate Domni Papæ, ab iniquis hæreticorum Credentibus, pro fidei defenſione, fuit crudeliter gladio interemptus. Cum eo alii duo Fratres noſtri Ordinis Fratrum Prædicatorum, ſcilicet Frater Bernardus de Rupeforti & Frater Garſias de Aurea de diœceſi Convenarum. Item duo Fratres de Ordine Minorum, ſcilicet Frater Stephanus, & Frater Raymundus Carbonii; & Prior Avenioneti ejuſdem loci, Mo-

C nachus de Cluſa; & Raymundus Scriptoris, Canonicus Sedis Toloſanæ & Archidiaconus Letacenſis in eadem Eccleſia Toloſana; & Petrus Arnaldi, Notarius Inquiſitionis; & Bernardus, Clericus Archidiaconi; & duo Clerici, eorum nuntii, ſcilicet Fortanerius & Ademarus. Memoratus tamen Inquiſitor Frater Guilielmus principaliter quærebatur. Hos omnes interfecerunt Credentes hæreticorum, pro fide Chriſti & obedientia Eccleſiæ Romanæ, cantando Te Deum laudamus, de mandato Balivi Raymundi Comitis Toloſani, qui illuc eos duxerat in Cameram Comitis.

*& ſocii duo*

*dein duo Minores & alii 6 ex Clero,*

4 *Hactenus Stephanus Salanacus, & ex eo Thomas Malvenda in Annalibus Prædicatorum, ad relatum annum* MCCXLII. *Guilielmus Catellus Conſiliarius Regius in Parlamento Toloſano, in Hiſtoria Comitum Toloſanorum lib. 2 pag. 361, ex Ms. Chronico pervetuſto Toloſæ apud Patres Prædicatores aſſervato eadem refert, quæ jam de horum Athletarum martyrio ſunt relata: ubi Frater Stephanus ex Ordine Minorum dicitur,* Collega dicti Inquiſitoris *Guilielmi, &* Raimundus Archidiaconus Lexatenſis *ſupra*, Letacenſis; *ubi etiam dicuntur interfecti de* mandato Bajuli, *& melius*

*idque da mandato Balivi,*

*ſupra* Balivi, *qua voce indicatur Prætor aut Præpoſitus juſtitiæ. Floruit eodem tempore Gerardus de Bracheto,* AUCTORE G. H. *Ordinis Fratrum Prædicatorum & Provincialis Provinciæ ab anno* MCCLI *ad annum* MCCLIX; *qui juſſu Humberti Generalis conſcripſit Vitas Fratrum Ordinis Prædicatorum, quas habemus in pervetuſto Ms codice: ubi parte quinta caput primum exorditur, à verbis num. 2 jam relatis, ſed nonnullis hinc inde omiſſis, aliiſque in hunc modum adjunctis:*

5 Tandem anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſecundo, nocte Aſcenſionis Dominicæ, paſſi ſunt in caſtro Avinioneti in diœceſi Toloſana Fratres Ordinis Prædicatorum, à Domino Papa dati Inquiſitores, ſcilicet Guilielmus & Bernardus de Rupeforte, & Garſias de Auria; & de Ordine Fratrum Minorum Stephanus & Raymundus Carboni, & alii qui cum eis erant, ſcilicet * Raymundus Archidiaconus Toloſanus, & Prior Avinionenſis Monachus * Cluſinus, cum tribus aliis ſervientibus ſibi, ab hæreticis pro fide Chriſti & obedientia Romanæ Eccleſiæ interfecti, cantando Te Deum laudamus. Nocte vero qua paſſi ſunt, quædam mulier ejuſdem diœceſis, ſed in alio caſtro, in partu laborans, clamavit: Ecce video cælos apertos, & ſcalam inde ad terram dimitti, & multum E ſanguinem in terra iſta effundi. Cumque reſpiceret claritatem ſcalæ, & aſcendentium per eam ruborem miraretur; partum edidit doloris oblita. Eamdem aperturam viderunt paſtores, in eadem regione vigilantes. Item illuſtris Rex Aragonenſis Jacobus, cum eadem nocte in frontraria Saracenorum excubaret, vidit lucem magnam deſcendentem de cælo, & Militibus ſuis ait: Scitote quod hac nocte Deus magnum aliquid operatur. *Apud Malvendam ad hunc annum* Petrus Marſilius vetuſtus auctor, lib. 3 Hiſtoriæ Regis Jacobi cap. 58, affirmat hanc viſionem lucis ingentis, de cælo allapſæ, oblatam Jacobo Aragonum Regi, cum obſidione cinctam teneret, à Mauris infeſſam urbem Setabim, *vulgo Xativa dictam*, ubi prolixe totam hanc Martyrum hiſtoriam narrat. *Sed progrediamur cum Vitis Fratrum.* Item in conventu noſtro Barcinonenſi multi Fratres eadem nocte cælum aperiri, & inde lucem deſcendere, totum aërem perluſtrantem, viderunt.

*tum viſi cæli aperti*

*etiam à Jacobo Rege Aragonum,*

6 Francus quidam, Carcaſſone commorans, audita morte Fratrum ſe eis devovit: & ſtatim à gravi morbo, quo per biennium detentus fuerat, plene convaluit. Filia Mareſcalli de Miropiſce dictis Martyribus ſe devovit, & ſtatim à graviſſima infirmitate eſt liberata. Item Guilielmus quidam de Murello (*quod eſt caſtrum prope Toloſam vulgo* Muret *dictum*) gravi febre vexatus, veniens ad ſepulcrum Martyrum Chriſti, ſtatim ſanatus eſt. Et hoc pluribus factum eſt ad illorum ſepulcra.

*eorum interceſſione variis ſanitas collata*

F

7 Item * Arvandus Rufus de Sibers, Credens hæreticorum, audita morte Raymundi Archidiaconi, quo eum cauſa fidei frequenter vexaverat, dixit eadem multis audientibus: Vadam Avinionetum, & videbo, ſi Raymundus Scriptor, loquax ruſticus, potuerit mori. Qui veniens videnſque Sanctum Archidiaconum in ſuo ſanguine volutatum, pede percuſſit eum dicens: Jace ruſtice loquax: loquere nunc ſi potes: ſtatimque plaga inſanabili in eadem tibia eſt percuſſus.

* *alv.* Arnaldus

*alius blaſphemus punitus.*

8 Paulo ante paſſionem eorum, cuidam Fratri religioſo in conventu Burdigalenſi viſum eſt, quod tres Fratres ſub pede Crucifixi, à multis armatis occiſi, videbantur depicti. Cumque miraretur, mihi tunc ibi exiſtenti viſionem narravit. Item in domo Pruliani contigit Sororem quamdam, nomine Blanchiam, in maxilla graviter infirmari, in tan-

*Viſi depicti ſub pede Crucifixi,*

AUCTORE G. H.

tum ut nec cibum ſumere nec loqui valeret. In nocte autem S. Vincentii Martyris, cum Sorores quædam circa ipſam vigilarent, dixerunt eidem, ſi vellet habere pannos Fratris Guilielmi, apud Avinionetum pro fide Chriſti occiſi, ad tangendum locum infirmitatis. Quibus, ut potuit, annuit, quod volebat. Quibus apportatis, cum magna reverentia & devotione accepit, & poſuit ſuper maxillam: & ſtatim locuta eſt, dicens: Ego curata ſum meritis Fratris Guilielmi, Martyris Chriſti.

*Maxilla attactu panni Martyris Sanctæ.*

*B. Raymundus prævidit coronas Martyrum.*

9 Item Frater Raymundus Carbonii prædictus, vidit in ſomnis coronam auream, novem gemmis micantem, ſupra domum, in qua paſſi ſunt, de cælo demitti cum immenſo lumine, ante aliquot dies paſſionis eorum. Qui admirans dicebat: Heu! quam miſeri ſunt homines illius terræ, qui videntes nos pro fide Chriſti qua ſtamus taliter coronari, non convertuntur ad Catholicam fidem. Cumque evigilaſſet, Priori Pruliani & aliis ſociis quampluribus totum per ordinem enarravit. Quod cum dictus Frater Guilielmus audiſſet, dixit: Scitote quod in brevi pro fide Chriſti Jeſu occidemur. Frater quidam de conventu Burdegalenſi, poſitus in oratione, vidit, ut poſtea retulit, Dominum in cruce pendentem, ſanguinemque de dextro ejus latere fluentem copioſe, inſuper & Beatam Virginem in calice aureo recipientem. Tres etiam Fratres videbat, quos Beata Virgo de ſanguine, quem receperat, reſpergebat: quod cum videret, & vehementer aſpergi affectaret, viſio diſparuit. Non longe autem poſt eoſdem Fratres, quos imaginaria viſione viderat aſperſos, pro fide Chriſti audivit ab hæreticis interfectos.

*alios eos aſpergi ſanguine Chriſti.*

B

10 Pridie quàm Fratres ab impiis necarentur, ſcilicet in Vigilia Aſcenſionis, acceſſit ad Priorem, Fratrem ſcilicet Columbum, mulier quædam devota, & ait: Domine, hoc mane, cum Fratres Miſſam dicerent, ego paululum in eccleſia dormivi: & viſum eſt mihi, quod Crucifixus, qui ſtat in medio eccleſiæ, deponebat brachium dextrum, & ſanguinem ſtillabat. Quod cum ego ſtupens reſpicerem, vocavit me Crucifixus, & ait: Vade, & dic Priori, quod mihi Reliquias ponat in tali loco. In craſtinum ergo, cum Fratrum corpora afferentur; placuit Epiſcopo, Priori, & Fratribus, quod in loco à muliere oſtenſo, qui etiam erat competentior, qui locus erat ſitus in eccleſia Fratrum & ad dextram Crucifixi, ſepelirentur.

*locus ſepulturæ cælitus deſignatus*

C

11 Cum autem eo tempore Romana Eccleſia Paſtore careret, audito hujuſmodi ſcelere, ſcripſerunt Priori Provinciali & Fratribus Provinciæ omnes Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in hunc modum. Noſtis, cariſſimi Filii, qualiter Ordo veſter, ad defenſionem fidei, plantationem morum, conſolationem & ædificationem fidelium, ad extirpandas hæreſes & ceterorum vepres & tribulos vitiorum, à Sanctiſſimo Patre Dominico in Toloſanis partibus fuerit inſtitutus. Et ne veſtrę ſanctitati poſſent inferre aliquid maculæ infideles, poſſeſſionibus ac ceteris mundialibus renuntiantes, ſubdidiſtis colla veſtra ſpontanee jugo voluntariæ paupertatis; & ad legem & ad teſtimonium magis ac magis veſtros animos convertentes, obtinuiſtis à Domino vobis dari linguas cælitus eruditas. At quidam more phreneticorum, inſanientium in ſuos medicos ſpirituales, quod intelleximus cum dolore, horrendam immanitatem exercuerunt in ſervos Dei Inquiſitores, & eorum ſocios & miniſtros: quibus non potuerunt tantum officiando prodeſſe, quam perſequendo profuerunt. Nam per hoc, ut credimus, effecti ſunt Martyres Jeſu Chriſti, concurrentibus non ſolum mortis cauſa, ſed etiam tempore mortis, & genere, & modo, & circumſtantiis univerſis.

*à illorum nece epiſtola Cardinalium Sede vacante.*

*à quibus Martyres dicti.*

D

12 *Ita dicti Cardinales ad Priorem Provincialem Provinciæ, inter cujus proximos Succeſſores fuit Gerardus de Bracheto, qui ſupra num. 8 intellexit viſionem de inſtante martyrio, & illud poſt decẽ aut duodecim abeo elapſos annos deſcripſit. Vacabat autẽ Sedes Apoſtolica à die* XII *Novembris anni elapſi* MCCXLI, *quo è vita deceſſerat Cæleſtinus IV, cui ſucceſſit anno* MCCXLIII *Innocentius IV, electus die* XXIV *Junii. At palæſtra martyrii* Avinionetum, *quaſi* Avinio parva *dictum, erat caſtrum tunc in diœceſi Toloſana, modo, poſt erectum anno* MCCCXVII *Epiſcopatum S. Papuli, hujus diœceſi attributum, truncata prima litera* Vignonet *vulgo appellatum, prope Montisferrandi caſtrum, nec procul à Caſtro S. Felicis diſitum.*

*Palæſtra Avinionetum.*

13 *Guillelmus de Podio-Laurentii, in Chronico de Albigenſibus deducto uſque ad annum* MCCLXX, *cap.* 45 *de hiſce Martyribus iſta ſcribit:* Anno Domini MCCXLII Frater Guillelmus Arnaldi & Frater Stephanus ejus collega, Prædicatorum & Minorum Ordinis Inquiſitores, & eorum Fratres ſocii, & Archidiaconus Lezatenſis, & Prior Avinionenſis, ibidem contra hæreticos negotium fidei perſequentes, in aula ipſius Comitis, in nocte Aſcenſionis Domini, ab inimicis Dei & fidei fuere atrociter interfecti. *Bernardus Guidonis, qui eodem* XIII *ſeculo floruit, factus Epiſcopus Lodovenſis, in Commentario de rebus Ordinis Prædicatorum*, Glorificavit, *inquit*, tunc miraculis Martyres ſuos Dominus, & amplius glorificaſſet; ſed incredulitas illorum, inter quos & à quibus paſſi ſunt, ſicut probabiliter creditur, impedivit.

*teſtimonia de atrocicade*

E

*miraculis.*

14 *Sebaſtianus etiam de Olmeda in Magiſtro Ioanne Theutonico, cujus tempore paſſi ſunt, iſta addit:* Quorum martyrium nocte eadem ſignis de cælo clarificare non deſtitit Dominus, luminaribus crucibuſque oſtenſis ſuper eos in æthere. Horum corpora, beſtiis etiam volatilibus expoſita, conventus Toloſanus intra templi ſui ambitum recondere curavit. *Horum duorum teſtimonia è Malvenda tranſcripſimus. Supra laudatus Catellus aſſerit*, corpora horum Religioſorum Ordinis S. Dominici hoc tempore aſſervari in tumba lapidea ſeu marmorea, incluſa muro eccleſiæ Prędicatorum ſupra altare ſacelli ad dextrũ latus, è regione ſacelli in quo eſt depoſitum corpus S. Thomæ Aquinatis, in ſacello nunc S. Hyacinthi dicto. *Addit Dominicus Maria Marcheſius in ſacro Diario Dominica, impreſſo Neapoli anno* MDCLXXII, *quod* cum ſacriſta quidam, curioſus magis quam religioſus, aperiendi tumuli alte à terra locati cauſa, cœmentarium fabrum juſſiſſet illuc aſcendere admotis ſcalis; ad primum quem dedit mallei ictum, retuſum ferrum in percutientem rediit. Qui conterritus cum deſcendiſſet, veniamque præſumptionis temerariæ poposciſſet, evanuit dolor ex ictu repercuſſo naſcens. *De eiſdem agunt S. Antoninus, parte* 3 *Hiſtoria, tit.* 23 *cap.* 10 §. 4; *Leander Albertus, de Viris illuſtribus Ordinis Prædicatorum lib.* 2 *pag.* 56; *Abrahamus Bzovius, in Annalibus ad an.* 1242 *num.* 5, *& paſſim Ordinis Prædicatorum Scriptores hiſtorici.*

*Sepulturæ*

F

*Supra altum re.*

15 *Nec defuerunt ſibi Scriptores Ordinis Minorum in ſuis Martyribus recenſendis, è quibus Bartholomæus de Albizis Piſanus, lib.* 1 *Conformitatum fructu* 8 *par.* 2, *agens de loco Toloſæ iſta ſcribit:* In loco Toloſæ jacet Frater Stephanus; qui cum prius eſſet Abbas magnus, dimiſſa Abbatia factus eſt Frater minor. Hic cum eſſet Inquiſitor in partibus Toloſanis, ab hæreticis occiſus, corona martyrii meruit coronari. Ibidem jacet Frater Raymundus ejus ſocius, qui etiam martyrio cum eodem coronatus, juxta eſt ſepultus. *Secuti paſſim alii & cum illis Arturus in Martyrologio Franciſcano & Waddingus ad hunc annum num* 3, *ubi eadem, quæ ſupra retulimus, narrantur. Idem in Indice Martyrum cum Scriptoribus edito, iſta ad nomen Stepha-*

*E. Stephanus ex Abbate Ordinis Minorum.*

A *Stephani de Narbona. de utroque ſcribit* : Factus hic Sanctæ fidei Inquiſitor una cum Raymundo Carbonerio. Ab hæreticis capti, nudati, plumbo liquato ac ferventi pice & reſina perfuſi, atque ſemiuſti, martyrii palmam conſecuti ſunt die XXIX Maji. *Inſcriptio ſepultura B. Stephani* *Quæ porro fieri potuiſſe non negamus, ſed facta eſſe ne quidem aſſerit ipſe Waddingus in Annalibus, qui citantur, aut etiam tomo 7 in Additionibus ad Tomum primum, ubi ex Catello loco ſupra indicato eorum ſepulturam deſcribit,* ſcilicet in ſacello infra navem eccleſiæ, poſito utrique ſeparatim tumulo, ſuper altare columnis marmoreis innixo. Primo hæc inſculpta ſunt verba litteris aureis, *hoc modo.* Hic jacet Beatus Martyr Stephanus, Albigenſium gladiis pro Chriſto cæſus: cujus Reliquias recognovit Reverendus Pater à Meſſana anno MDCIX, Octobris XXIX. *B. Raimundi ſocii,* *At ſecundo iſta verba.* Hic jacet Beatus Martyr Raymundus, Albigenſium gladiis pro Chriſto occiſus anno MCCXLII, cujus Reliquias recognovit Reverendus Pater à Meſſana anno MDCIX, Octobris XXVI. *At* B. Raymundi Scriptoris, & Bernardi Clerici ejus, *Sepultura in Eccleſia S. Stephani hac inſcriptione exornata legitur apud Catellum,* IV Kalend. Junii obiit R. Scriptor, Sacerdos & Canonicus iſtius loci, & Archidiaconus Villæ-longæ, qui fuit interfectus cum Inquiſitoribus hæreticorum apud Avignonet, anno Domini MCCXLII, & cum Bernardo ejus Clerico, qui ſepelitur cum ipſo. D *B. Raimundi Archidiaconi, & B. Bernardi:*

16 *Supra indicatus* Stephanus, *quia ante fuerat Abbas, refertur à Menardo lib. 2 Obſervationum ad* XV *Martii: à Sauſſajo in Martyrologio Gallicano ad* XIII *Martii, at poſtea cum reliquis Martyribus memoratur in Supplemento ad diem* XXX *Maji, loco hujus* XXIX, *qui tunc conveniebat in diem Aſcenſionis, quo cyclo Lunæ* VIII, *Solis* XIX, *& littera Dominicali* E, *Paſcha celebratum fuerat die* XX *Aprilis. Hæc ſi examinaſſet Marcheſius, non dixiſſet noctem Aſcenſionis, qua paſsi omnes ſunt, anno* MCCXLII *incidiſſe in* XVIII *Maji, neque ad iſtum diem eorum memoriam retuliſſet in ſuo Diario. Invenerit fortaſsis alicubi relatos* XXVIII, *tamquam in Vigilia Aſcenſionis mortuos, idque per cyfram obſcurius expreſſam, itaque ex* 28 *fecerit* 18. *male referuntur 18 Maji.*

# DE BEATO MARQVARDO,

## *ORDINIS MINORVM, MONACHII IN BAVARIA.* E

### SYLLOGE HISTORICA.

De miraculis ejus, ſepultura, tranſlatione. D. P.

ANNO MCCCXXVII



Biit anno milleſimo trecenteſimo viceſimo ſeptimo *(ut ad eum annum ſcribit Lucas Wadingus tom. 3 Annal. Minor. num. 14)* Monachii in Bavariâ Fr. Marguardus Weiſmaler, Laicus ſive Converſus, vir miræ patientiæ & devotionis, quas in diuturnâ infirmitate confractus membris exhibuit. *Elogium ex Wadingo* Poſt mortem multis miraculis claruit: atque inter hæc puellam cæcam illuminavit, tres contractos ſanavit: cujuſdam auri-fabri filium ad ſepulcrum ejus orantem, dum ibi verſaretur B. Joannes à Capiſtrano, & alium à calculi dolore ſanavit. Sepultus prope altare S. Georgii, exhumatus eſt anno milleſimo quingenteſimo quinto, poſt obitum centeſimo ſeptuageſimo octavo, & honorifico conditus ſepulcro in profeſto S. Felicis Papæ & Martyris. *Hæc Wadingus, qui ejuſdem meminit tom. 2 ad an. 1289 num.* 49, *cum de fundatione Monachienſis conventus agit: atque ibi abſolute* B. Marquardum *appellat. Franciſcus Gonzaga 3 parte de origine Seraphica religionis in provinc. Argentina, Conv. 1, non* Laicum, *ſed* Sacerdotē, *videtur facere, dum* Patrem *appellat: ita enim ſcribit:* Eadem in eccleſiâ, honeſtiſſimo tamen loco, corpus beati Patris Marquardi de Weiſmaler, qui poſt diuturnam graviſſimamque infirmitatem, cum ſanctiſſime obiiſſet, & cæcum illuminavit, & contractum hominem priſtinæ rectificationi reſtituit, ac plurimis aliis miraculis claruit, reconditum eſt. C *& Gonzaga,*

2 *Facta eſt ejus Tranſlatio, ut ex Wadingo diximus, pridie feſti S. Felicis Papæ & Martyris, ſive* XXIX *Maji, anno* MDV. *Ideo Arturus à monaſterio in Martyrol. Franciſcano, cum ejus Natalem ignoraret, eo die illum retulit, his verbis:* Monachii in Bavariâ B. Marguardi Confeſſ. ſignis & portentis illuſtris. *At Ferrarius in generali Catalogo Sanctorum* XXIX *Iulii eum locat:* Monachii in Bavariâ, *inquit,* B. Marquardi Ordinis Minorum. *Memoria apud Arturum 29 Maji.*

3 *Quod Arturus ſcribit, eumdem videri* Maguardum *eſſe, ſive* Marguardum, *aut* Marcoaldum, *vel* Marcuatum, *quem Piſanus memorat Wratiſlavia ſepultum, id nobis haudquaquam probatur. Extaret enim aliqua tranſlati Monachium ejus corporis memoria & cauſa proderetur tam longinquæ tranſlationis. Hactenus de* Marquardo *jam olim commentatum noſtrum Bollandum invenio, neſcio qua occaſione; nullâ, quod miror, factâ mentione Matthæi Raderi noſtri in Bavaria ſua Sancta, iconibus pulcherrimis illuſtratâ, parte 1 pag. 155, repræſentantis accurſum infirmorum ad ejus ſepulcrum; cujus lapis modice elevatus de terra ipſius effigiem exhibet in habitu Minorum, capite radiatam atque ſupinam, complicatis ante pectus manibus. Idem, in deſcriptione adjuncta, ipſius Conventus Monachienſis Codicem Ms. allegat, ubi hæc habeantur, ſuntque fons eorum quæ ſupra legiſti ex Waddingo. Ipſum accipe.* *alius Marquardus Wratiſlaviæ ſepultus.* F

4 Eodem anno MCCCXXVII, in Monaco urbe Bavariæ obiit Fr. Marquardus Weiſmaler, Ordinis Minorum, vir miræ patientiæ & devotionis. Hic cum multis annis eſſet infirmus & contractus, pervenit ad tantam perfectionem, ut poſt mortem multis miraculis coruſcaret. Nam puellam cæcam illuminavit, tres contractos ſanavit, & filium cujuſdam fabri de Monacho, ad ſepulcrum ejus orantem, tempore beatæ memoriæ Joannis de Capiſtrano *(id eſt anno* MCCCCLVI) ac alium quemdam à dolore calculi totaliter ſanat; devotas perſonas, ad ejus ſepulcrum pro ſuis anguſtiis orantes & patrocinium ejus invocantes, conſolatus eſt. Sepultus fuit juxta altare S. Georgii, in dicto conventu: cujus oſſa de tumulo levata ſunt anno Domini MDV, poſt ejus obitum CLXXVIII, in profeſto, S. Felicis Papæ & Martyris. *Raderus addit, iſtud altare S. Georgii commutatum nunc eſſe* in novum altare S. Franciſci: *in cippo autem ſeu ſaxo ſepulcrali jam rupto hoc Epitaphium legi.* *Prima prioris notitia ex veteri Ms.*

Condita Marquardi penes hoc altare Beati
Oſſa peregerunt mira, favente Deo. *Epitaphium.*

Ex

A Ex utero cæcæ lux reddita clara puellæ,
Sæpius infirmis hic quoque parta ſalus.
Qui patiens,humilis,contentus vixit & æger,
Poſt ſua Marquardus funera,tanta poteſt.

*Idem hoc Epitaphium refert Franciſcus Haroldus, Epitomator Wadingi, ad annum* 1327 *num.*5.

5 *Pro eo quod Raderus allegat Ms. invenitur hodie in conventu Chronologia monaſterii, recentiori opere condita, quæ diei* XXIX *Maji bis adſcribit illius mortem, forſitan exemplo Arturi; dicitque quod* ſedecim annos manibus pedibuſque contractus & nutritus ut infans, admirandum patientiæ exemplum præbuit : *deinde ſubjungitur, quod* hodie, in deaurata metallina capſa ornatus, in altari maximo,inter alias inſignes Reliquias, velut domeſticum decus, publicæ veneration honorificentiſſime exponitur. *Inter eos vero, qui de ipſo cum laude meminerunt, nominatur ibidem etiam* celeberrimus Sanctorum Bavariæ ſcriptor,Matthęus Raderus S. I. *qui cum anno* MDCXV *ediderit ſuum primum tomum, ubi de Marquardo, & obierit anno* MDCXXXIV; *credibile fit ſerius etiam ſcriptam eſſe prædictam Chronologiam, adeoque recentis plane memoriæ eſſe tranſlationem ſecundam, de ſepulcro in prædictam arcam.* D *Tranſlatio in novam arcam.*

# DE B. ANDREA CHIO

## *MARTYRE CONSTANTINOPOLI SUB TURCIS.*

## COMMENTARIUS PRÆVIUS.

D. P. **Acta quomodo Romæ ſcripta, & ipſe ibidem habitus Martyr.**

ANNO MCCCCLXV B GEorgius Trapezuntius, vir in Creta natus, ſed qui à Trapezunte Cappadociæ civitate nomen ſibi impoſuerat,quia ad eam genus paternum referret, temporibus Eugenii Papæ ejus nominis IV, *circa annum* MCCCCXXX, Romam venit; atque ibi Gymnaſio præfectus, annos multos Rhetoricam ac Philoſophiam docuit; poſtea à Nicolao V Eugenii ſucceſſore, *adeoque circa annum* MCCCCL, Scriba Pontificius factus fuit: *Geſnerus in Bibliotheca* Pontificium Secretarium *appellat.* Multa hic è Græcis vertit, nec pauca ipſe Latinè ſcripſit; *quæ, prout partim Venetiis, partim in Germaniæ urbibus à typographiâ celebrioribus edita ſunt, longo ordine enumerat prædictus Geſnerus. Præter illa Romæ ſcripſit, neſcio an & imprimendũ curaverit,* Martyrium beatiſſimi Martyris Andreæ de Chio, quod Conſtantinopoli obiit, anno primo Pauli II Summi Pontificis, *creati* XXX *Auguſti anno* MCCCCLXIV; *primus proinde adhuc in curſu erat, ſequentis anni die* XXIX *Maji, quando* Andreas *obiit*; cujus ipſius anni MCCCCLXV menſe Novembri, Conſtantinopolim ſe veniſſe *ait Trapezuntius, initio prædicti Martyrii, quod excuſum habetur in ſecunda Suriani Operis editione; ſed in ultima, poſt mortem Surii curata, non ſine ſcrupulo : quia,* qui Trapezuntii opera enumerant,hanc Vitam inter illa non recenſent, neque ſcriptores illius temporis ullam hujus mentionem faciunt.

*A Georgio Trapezuntio, Secretario Papæ,*

C *ſcripta Acta,*

2 *Verum hunc ſcrupulum cunctis eximere poteſt Gerardus Ioannis Voſſii, de Scriptoribus Latinis libri* 3 *Caput* 8, *orſus ab ejus encomio, quod & nos ejus verbis alio charactere expreſſis dedimus; ubi de Trapezuntii ſtylo diſſerens, indicanſque eum ex Eraſmi judicio* virum *quidem* egregie doctum, deque re litteraria optime meritum,ſed abſolutiorem eo fuiſſe Theodorum Gazam, *illius æmulum; non auderet ſuum ſuffragium addendo ſcribere,* quod eſt veriſſimum, *niſi Trapezuntii characterem cognitum optime habuiſſet, vir in talibus diſcernendis non minus acutus quam ſincerus; Catholicæ tamen unionis exors, adeoque minime ſuſpectabilis in cauſa Sanctorum, quorum laudibus pro ſecta Calviniana originario vitio parum afficiebatur. Hic ergo cum Trapezuntii ſcriptum cenſeat, ac ſolum nominatim laudet* B. Andreæ de Chio Martyrium, *idoneus nobis auctor eſt, ad quemvis ſcrupulum deponendum. Nam quod alii ejuſdem temporis ſcriptores Latini non meminerint rei Conſtantinopoli geſtæ, haud valde mirum eſt. Scripſit autem Georgius, quæ recenti adhuc memoria ab oculatis teſtibus audiverat: & ſcripſit ex peculiari erga Martyrem devotione, qua ſe obligaverat in periculo naufragii conſtitutus, biennio poſtquam Romam rediit. Obiit idem ætate decrepita, ſed aliquot annis prius,quam ſtatuat Voſius, ex eoque Labbæus noſter,annum indicantes* MCCCCLXXXVI; *ſiquidem Andreas ejus filius,teſte ipſomet Voſio, in Præfatione ad paternam Ptolomaici Almageſti verſionem, Sixto IV inſcriptâ,excuſat patrem, quod morte præventus non potuerit opus perficere. Atqui ipſemet Sixtus obiit anno* MCCCCLXXXIV, *Pontificatus ſui* XIII *expleto.*

*etiam judicio Gerardi Voſſii.*

3 *Non veremur autem,ne,* Beati *titulum dando* Andreæ, *in Conſtitutiones Vrbanianas impingamus. Siquidem illum ei, annis* CLX *priuſquam hæ conderentur, ſciente & legente Pontifice Romano, dedit Georgius. Idem fecit in ſuis Annalibus eccleſiaſticis, Romæ poſt dictas Conſtitutiones excuſis, Baroniani operis continuator Odoricus Raynaldus, rurſumque in eorumdem Annalium Epitome ibidem Romæ impreſſa: ut nihil dicam de Andrea Sauſſajo,Tullenſi in Gallia Epiſcopo, qui ſub auſpiciis Alexandri VII Pariſiis edidit opus ſuum de S. Andrea Hic auctor lib.* 2 *cap.* 4 *oſtendit,* Multos extitiſſe Sanctos,qui Andreæ ſortiti nomen, illud auctius præclaris ſuis meritis condecorarunt: *atque Articul.* 1 Complectens Sanctos *hujus nominis* illuſtriores, *& ſub eo titulo* recenſens ſanctos Martyres,*decimum quidem ponit* Andream à Turcis interemptum; *ſed ſubjungit ex Martyrologio Franciſcano plures, quibus Beati titulum putamus dari non poſſe,citra novam ac ſpecialem Sedis Apoſtolicæ licentiam: diſſimulo quod etiam erret in anno,quem* 1406 *ſcribit pro* 1465.

*Ipſe Andreas Romæ habitus Martyr.*

F

4 *Baronium ipſum quid impedierit, cur* Andream *non inſereret recognitis à ſe ac multifariam auctis Romani Martyrologii tabulis, haud equidem video; niſi quod non habuerit ſecundam Surii editionem, ſolum quinque annis poſteriorem prima, nec multo auctiorem. Nam qui honorem illum detulit, Popponi Abbati Stabulenſi ad* XXV *Ianuarii, eo tantum quia Vitam & miracula legebat in Surio, licet alioqui nec hic nec alius quiſquam, nequidem Stabulenſes Monachi, eatenus ipſi dediſſent* Sancti *titulum; non puto quod voluiſſet* Andream *præterire. Niſi forte exiſtimet aliquis veritum fuiſſe, ne ſchiſmaticis Græcis ea res animos adderet ad pervicaciam, ſi hominem ſuarum partium invenirent Romanis faſtis adſcriptum. Aſt necdum triginta anni erant elapſi, quod Eccleſia Græca unionem Romanam profeſſa erat in Concilio Florentino; & licet ab ea cito reſilierint multi, ſimplici tamen & pio*

*cur non relatus in Martyrologium?*

A *plo vulgo, ſchiſma vix potuit imputari ad culpam, multo minus Chriſtiane fortiterque agentibus, atque pro fide vera uſque ad ſanguinem ac mortem & quidem crudeliſſimam ferendam decertantibus, quemadmodum fecit hic* B. Andreas. *Præterea ſi hujus ætatem, anno* MCCCCLXV *mortui, revocemus ad calculos; inveniemus eodem anno natum, quo dicta Vnio Eccleſiarum fuit concluſa. Anno ſiquidem* MCCCCXXXIX *ad æſtatem vergente id factum eſt;* & Andreas *erat* viginti ſeptem annorum *juvenis, quando Conſtantinopoli martyrium reperit: qui anni, prioribus additi, ad numerum anni* MCCCCLXV *nos perducunt: ut videri poſſit eum jam tunc elegiſſe Deus, velut primum novæ unionis fructum, qui ſua morte, Græcis æque ac Latinis in exemplum propoſita, oſtenderet,* quia non eſt perſonarum acceptor Deus; ſed in omni gente qui timet eum & operatur juſtitiam, acceptus eſt illi, *ut ait Petrus* Act. 10, v. 34.

5 *Vt tamen conſtaret (quod ſane non conſtat)* Andreæ *parentes vel numquam renuntiaſſe ſchiſmati, vel in ipſum eſſe cum plerisque relapſos, & in eo* Andream *educaviſſe, ignorantia non ſolum invincibili (ut idiotis plerumq, accidit) ſed etiam vincibili & culpabili, potuit nihilominus* Andreas *& credi debet, hoc ſi quid erat culpæ ſuo ſanguine diluiſſe, eo qui conſtantiam dabat qua tormenta vinceret etiam caritatem inflammante, qua excluderet omnem veræ pietati contrarium affectum. Ita ſane de iſtiuſmodi athletis credere ſe monſtravit tota Orientalis Eccleſia, quando in numero Martyrum colendos recepit illos quadraginta duos, ſub Theophilo Imperatore Iconomacho copiarum Duces, in Amorii excidio captos à Saracenis, atque in Syriam abductos, ibique ob conſtantem Chriſtiani nominis confeſſionem trucidatos. Nec eoſdem dubitavit Baronius Romano inſerere Martyrologio; & hoc, non quaſi ignarus temporis & impietatis tunc in aula graſſantis, atque adeo miniſtros Imperatoris pleroſque attingentis; ſiquidem in ſuis Annalibus eorum meminit ad annum* 841 *num.* 3 *ubi* cohortem quadraginta duorum Martyrum *appellat* quorum præcipui nominati ſunt Theodorus, Theophilus, atque Baburzicus, Duces exercitus. *Etenim non ignoravit Baronius, iſta ſcribens, eum exercitum fuiſſe Imperatoris Theophili, de cujus impietate multis ipſe agit, & cujus communioni numquam illi ſciuntur expreſſe renuntiaſſe; quod tamen eodem animo ſupponuntur facere voluiſſe, quo ſtatuerunt temporalia omnia, etiam vitam, pro Chriſti fide contemnere, adeoque & gratiam Imperatoris, ſi de ea quæſtio tunc fuiſſet.*

*ſed neque hoc vero obfuiſſet Martyrio.*

B

C

# ACTA

## *A Georgio Trapezuntio Romæ ſcripta ſtatim poſt rem geſtam: ex Laurentio Surio.*

*Poſt Philoſophi unius defectionem.*

QUando jam triennio è Creta Conſtantinopolim navigaſſem, univerſam illam urbem cum Galata ſimul in admiratione atque gaudio reperi non parvo, propter ſingulare & inauditum multis temporibus Andreæ de Chio pro Jeſu Chriſti confeſſione *a* martyrium: fuit enim paulo ante mirabili conſtantia per gratiam Dei geſtum. Nam ego quidem menſe Novembri applicui, anno ab incarnatione Domini MCCCCLXV *b*, Andreas vero martyr Chriſti præcipuus XXIX die menſis Maji, ejuſdem anni coronam martyrii miſericordia Chriſti conſecutus, in cælos aſcendit ad eum, pro quo multos cruciatus ſuſtinuit. Verum quod admirabilius rite conſideranti videbitur illud eſt, quod niſi Andreæ martyrium divinitus deſtinatum divina gratia Chriſtianis opem tuliſſet, & animos eorum firmaſſet, magna in eos clades ac ærumna ingens ab inimico generis humani procellæ in morem, fuiſſet effuſa. Quidam enim, quem honoris cauſa non nomino, ex Trapezuntana ortus urbe, Peripateticorum Philoſophiæ Profeſſor, ſive ſua ſponte (ut multi ajunt) ſive impulſus neſcio, nec ſi ſciam dicere auſim; Crucem Domini negavit, & Mahumeto adhæſit.

a

b

D

2 Quare Turcarum Rex elatus, virum quemdam, cujus nomen me fugit, ipſumque Trapezuntium, militiæ peritiſſimum, in carcerem conjecit; dignum ratus, ut Philoſophum concivem ſuum volens nolens ſve imitaretur: cupiebat enim ejus opera uti in re militari: cumque Chriſtiano non confideret, ad Mahumetum intrudere cupiebat. At ille animo Martyr; Philoſophus, dicebat, in deliciis educatus, majore ſpe ipſarum Chriſti crucem negavit: ego autem, qui pro Imperatore meo *a* mortali tot tantoſque labores, cum Scythis bella gerens, tuli vulneraque excepi (dixit, & aperto pectore, cicatrices oſtendebat) pro Imperatore cæleſti mortem timebo? Abſit à me tanta inſania. Quæ mens præterea eſſet mea, vel potius quæ ſtultitia, veritatem doloris fugiendi cauſa prodere, ac æterna cæleſtiaque regna repudiare, Mahumetoque adhærere, ut bellorum labores ſubeam, pericula magna pro Imperatore mortali ſuſcipiam, gladios in Chriſtianos Chriſtianus ipſe natus diſtringam; & denique in mortem ruam, quam fugiendam cenſuit Philoſophus, ut in æternam ac veram mortem deferar præceps? Hæc ille.

*ad eamdem fruſtra ſolicitatur miles Trapezuntius* c

d

E

3 Verum dum hæc Conſtantinopoli fierent, Andreas febribus graviter laborabat, cœlibemque ſe perpetuo fore reginæ miſericordiæ Virgini vovit, ſi evaderet. Sedatis illico febribus, paulo poſt quaſi ex morte ſurrexit, & albis ſe veſtimentis induit, ut ſcilicet numquam obliviſci poſſet munditiem corporis, quam Creatoris obtulit Matri. Conſtantinopolim deinde petiit, non ut mercator aut vagus quidam magnarum urbium viſendarum cupiditate: ſumma enim in juvene viginti & ſeptem annorum gravitas atque conſtantia illucebat: raro quis inane verbum ab ore ipſius excidiſſe audivit: à joco enim penitus erat alienus. Cur igitur ivit? A gratia Dei, ut ego arbitror, ad martyrium vocabatur, ut ipſe in cælis Chriſto cum aliis Martyribus aſſiſteret, & omnibus prodeſſet, qui Philoſophi ſive levitate ſive terrore fuerant conturbati. Statim cum in urbem applicuit, accuſatus fuit, quod cum Chriſtianis converſaretur, eccleſiaſque viſeret quaſi Chriſtianus, ſumma cum religione ac devotione, homo qui Crucem Alexandriæ negavit, conculcavit, ſputis fœdavit, & demum in ſtercora projecit. Hæc mercatores Ægyptii, qui tunc in urbe aderant, ad judicem detulerunt; ſeque ipſos vidiſſe eum negantem, confitentemque quod Mahumeto adhæreret, audiviſſe atteſtabantur.

*interim CP. venit Andreas*

F

*& falſo accuſatur ſidem negaſſe:*

4 Trahitur in judicium Andreas iniquum, accuſationeque recitata, numquam ſe à Chio, ubi natus educatuſque fuit, niſi tunc receſſiſſe affirmabat; idque multis teſtibus approbabat, univerſamque Chii civitatem hoc ipſum ſcire ajebat. Judex iniquus hac in re non eſſe audiendos Chriſtianos cenſebat. Tunc Chriſtianorum multitudo, quæ circumfuſa ſtabat; Si, inquit, Chriſtianorum teſtimonium in hujuſmodi cauſa refutandum eſt, Mahumetiſtarum quoque ſimiliter non recipiendum: nam ſicut nos Chriſtianum falſo accuſatum juſte defendimus, ſic Mahumetiſtæ accuſationem ſuorum veram eſſe contendunt. Quare prætermiſſis teſtibus, res ipſa quærenda eſt. Non aliter igitur, quam Judæi ſecundum Moſaicam legem, circumcidi ſuos Propheta veſter juſſit: quare ſi genitalia hujus membra ſimili notâ læſa ſunt, morte jure plectetur: ſin

*licet inveniretur non eſſe circumciſus,*

sin minime, cum ipsa re causa determinetur sua, & nil ambiguitatis hominum animis remanebit. Spo-
S. GEORG. TRAPEZ. liatur interea miles Christi, nudusque à tanta multitudine aspicitur: nullum in eo indicium, nulla circumcisionis macula, nullum Mahumetistarum apparet vestigium. Exclamant ex lætitia Christiani, confunduntur adversarii, & victi penitus prosternuntur: nisi diabolico astu adiuti, exposuissent moris esse in Ægypto, minoris homines ætatis circumcidi; majoris, si ad Mahumetum Dei Prophetam convertantur, circumcidi si volunt; si vero abhorrent circumcisionem, nullo cogi modo posse: quoniam melius sit lucrari animam hominis, ex totò nobis corde adhærentem in ceteris omnibus præter circumcisionem, quam rejicere quoniam circumcisionem reformidet. His rationibus, vel magis quia sectæ favebat suæ, confusus Judex, nullam pronuntiare sententiam velle in re tanta dixit, nisi Regem consuluerit: ita enim moris est in causis ambiguis & arduis.

5 Regem igitur, in carcerem conjecto milite Christi, consultum adiit: cui omnia cum retulisset, interrogatus de ætate ipsius habituque omni corporis; Juvenis, inquit ipse, animo invictus atque magna statura est, grandibus ossibus atque nervis convallatus. Rex, tales homines habere in militia cupiés; Vade, inquit, & primum illi, si noster voluerit esse, offerimus centurionatum in militia nostra: deinde, prout in virtute ipsum valere conspexerimus, ad majora provehemus. Quod si beneficiis non commovebitur, minis atque terrore ipsum concutias: & si neutra poteris prævalere via, capite plectas. Altero igitur die, producto ipso, primum Regis pollicitationes proponuntur mirabili cum amplificatione, Quod caput statim eris, Andrea, centum militum; & à privatorum tractus conditione, cum principibus connumeraberis: quod facile virtus & diligentia tua extollet te ad majora. Verum cum Martyr Christi, nihil respondendo, contemnere oblata videretur; qui circumfusi erant veritatis hostes, alii argentum atque aurum, alii vestes, alii supellectilem variam pollicebantur: cumq; in silentio acrius perseveraret, Quid, inquiunt, ne verbis quidem tuis nos dignos putas? Digni quidem, ait, vos estis multo majoribus, quam ego dicere aut excogitare queam: sed res, quas offertis, nulla responsione sunt dignæ. Quid enim caducam hanc vitam atque mortalem putatis magni aliquid habere, quo cælesti sit præponenda? Erras, ipsi respondent: nam nos, & ad illam tibi viam aperire studemus, & hanc insuper tibi felicem reddere conamur. Non cohærent, inquit, caduca æternis, non felicibus misera, non profana beatis. Sed quid opus est verbis? Ego felicitatem hujus seculi nihili facio: ego crucem, passionem, sepulturamque Christi mei numquam, auxilio illius fretus, negabo. Statuite in me quidquid malueritis: unum rogo, ne me verbis amplius tentetis.

B *damnatur capitis nisi fidem neget.*

6 His dictis, conjectus illico in carcerem, vinculis catenatus, pedibus atque manibus alligatus, ad meridiem sequentis diei, qui fuit XX Maji, jacuit. Post meridiem statim protrahitur, & in partem urbis, quæ Orientem spectat prope mare, ducitur; ubi ad palum nudus alligatus, flagellis atque loris cæditur, acriusque quam dici possit. Principio flagellorum & verberum contremuisse dicitur, & manibus ad pectus contractis, ac digitis in pugnum compressis, magna exclamasse voce, Virgo Maria, adjuva me. Inde pedibus altero ad alterum adductis stetit rectus in eisdem vestigiis (mirabile dictu!) usque ad solis occasum. Interea dum miles Christi his cruciatibus exercetur, Trapezuntius ille, de quo supra retuli, è fenestra turris, in qua fuerat inclusus, prominens clamabat: O felicem Christianum, ô beatam, quæ te genuit, insulam! ô nobilissimum atque omni laude dignum genus, unde ortus es! Utinam istic essem tecum, ut eadem paterer pro Christo! Hæc aliaque vociferabatur, martyrii coronam, ut arbitror, desiderans. Carnifices autem Andrea reducto, multis pretiosa membra, flagellis lorisque fœde dilacerata, ungunt unguentis; cibum quoque atque potum, ad fulciendam in corpore animam, de medicorum consilio, quorum multi ac peritissimi aderant, obtulerunt; ac aquam, in qua non parvum defæcati auri pondus bullierat, conducunt ad bibendum. Id faciebant, quo longior vita ejus aliquid ad negationem Crucis afferret, simul & ostenderent, quanti vitam facerent ejus: forte etiam, quoniam cum Christianis enutriti sunt, & nonnulli eorum Christiani fuerint; nec ignorabant, quomodo Martyres Christi olim in die cruciabantur, & in nocte convalescebant; quare, timentes ne id divinitus eveniret, medicamentis suis occultare veritatem studebant.

D *linitur unguentis medicis:*

7 Vigesima prima ejusdem mensis die, rursus producitur, denudatusque ferreis unguibus tergora, quæ pridie ejus diei fuerant flagellata, dilacerantur, nec quidquam aliud fecit, dixitque miles Christi; quamquam prius contremuit in principio, manusque ad se adduxit, digitos in pugnos contraxit, pedes in iisdem vestigiis tenuit, magnaque voce clamavit; Virgo Maria, juva me. Sic Trapezuntius etiam eadem, quæ pridie vociferabatur, è turri iterum atque iterum repetebat. Adveniente nocte, unguentis illinitur similiter; & medicamentis atque aquis, in quibus magna virtus auri fuerat infusa, sustentatur, quasi caram Crucis hostes salutem ejus haberent; magnam iis rebus inesse virtutem prædicantes, Spiritus sancti gratiam in medicorum peritiam, cibique ac potus commoditatem derivantes. Illucescente namque die, sanus omnino Martyr Christi apparuit, quæ res medicamentis fieri non potest; quæ cum naturaliter agerent, longiore indigent tempore, frequentationeq; conveniente, nec nisi digesta in dubium aliquid conferunt: quod tamen minime facere possunt, si denuo corpus ac sæpius exagitetur, sive etiam atrocius crucietur: nam quæ virtus opem afferre potest præter divinam? Profecto nulla.

B *idem sequenti die fit.*

8 Vigesima secunda ejusdem mensis die, producitur similiter post meridiem; ac manus & pedes sic torquentur, ut ne digitorum quidem articuli, nec cubiti, nec genua in locis suis remanerent, sed locis suis omnia salirent: qui dolor maximus omnium est. Cetera similiter gesta dictaque, non ab ipso solum (qui tamen nihil aliud, nisi, Virgo Maria juva me, in principio dolorum, idque semel clamabat) verum etiam à Trapezuntio illo, qui martyrium sic expetebat, ut multis, etiam Mahumetistis audientibus sæpius repeteret, quæ dicta superius sunt: medicorum quoque diligentia similiter, imo etiam major fuisse dicitur. Vigesima tertia die incolumis sanusque, non medicorum arte, sed illius primi Martyris & Domini omnium Jesu Christi, productus Andreas, novo genere cruciatus vexatur: humeros carnibus per gladios denudant, studentes semper, ne celerior mors ipsum invaderet. Sperabant enim, si non acerbitate ac magnitudine dolorum, attamen diuturnitate se victuros; sed defessi tandem jacuerunt. Declinato die reducitur, sicuti superioribus diebus, dictis factisque, medicamentis quoque non aliter quam prius adhibitis. Die vigesima quarta ejusdem mensis, eodem modo fiunt omnia, eodemque in loco quo *e*; pridie clunes carnibus novaculis spoliantur, non subito, sed

F *& tertia.*

C *Dire flagellatus*

e

sed cum mora, ut doloris acerbitas magis sentiretur. Cetera omnia similiter acta, ut in superioribus diebus, dictaque eodem modo etiam à Trapezuntio, Martyre animo atque voluntate, qui illis diebus, quibus Andreas patiebatur, similiter è turri clamitabat. Die vigesima quinta, partes pedum, quæ inter genua clunesque sunt, carnibus similiter denudantur: cetera eodem modo dicta gestaque fuerunt. Vigesima sexta die, suræ, id est, carnosæ partes pedum, quæ sunt intra genua & * poplites, similiter carnibus denudantur; ceteraque facta, dicta, procurata similiter fuerunt. Vigesima septima die, femur, quæque circa ipsum sunt corporis partes excoriantur. Vigesima octava die, totum corpus à capite ad pedes verberibus cæditur, ut doloribus renovatis, tandem moveretur. Maxilla quoque una uno ictu denudata carne fuit, quam Christiani rapientes servarunt, fuitque in monasterio f B. Francisci inusitato fragrans odore atque mirabili.

*deinde quotidie excoriatur per partes,*

A

* *imo* talos

f

9 Vigesima nona ejusdem mensis die, anno primo Pontificatus Papæ Pauli Secundi, ultimo producitur Andreas de Chio, martyr Christi præcipuus, in locum solitum ad Orientalem urbis partem, prope mare, sanus, vivax, vultu læto, decora facie. Mahumetistæ his rebus moti, medicamentorum virtute sic factum asserebant, & ingratitudinem illius accusantes; Non vides, clamabant, Andrea? Tuæ vitæ cura nobis habita est: nostro studio, imo Regis ipsius, incolumis es; & virtute medicamentorum, & Mahumeti gratia; qui te vult deliramenta Christianorum de cruce ac passione Jesu despicere: quæ beneficia quoniam ingratus non sentis, morte morieris. Non est mors sic mori, ait, sed vita. Quare nolite putare, me verbis vestris terreri posse: nec medicamenta profuerunt, quippe quæ vel in minimis vulneribus vix post multos dies aliquid afferre possunt. Me autem Crux Domini nostri Jesu Christi, & Virgo Maria ad hunc diem conservavit atque reservavit. His dictis securi caput supposuit, & ad cælestia regna evolavit.

*ac denique die* 8 *plecti tur capite,*

B

10 Tunc mortis ejus ministri, ut Judex jusserat, caput & truncum corpus trahere velociter ad mare conantur. Exclamant Christiani, qui lacrymis effusis circumstabant, quorum magna erat multitudo, sepeliendum esse mortuum, non in mare projiciendum. Illis resistentibus, Regiam ajunt majestatem esse consulendam, sepelirine velit ipsum jam mortuum, an in mare projici? Hoc audito, ipse Judex ad Regem procurrit, nec enim licet Judicibus, quando Regem consulendum esse audiunt, quidquam facere ulterius, nisi Regi prius referant. Sed Christianorum quoque Primates, quam velociter poterant Regem adeunt. Qui cum percepissent, quibus cruciatibus & quamdiu vexatus fuit Andreas, efferbuisse ira dicitur, & verbis in Judicem sic atrocibus usus fuisse, ut exanimis ne mutiret quidem Judex iniquus. Sed ea ira & illæ ingentes minæ simul cum verbis evanuerunt. Christianis deinde jubet, ut Andream honorifice, sicuti decet virum fortem, sepeliant. Qui appositio capite corpori suo, ad Galatam deportarunt. Aderat autem universus utrarumque urbium, Galatæ atque Constantinopolis, populus, viri simul ac mulieres, pueri atque puellæ, liberi & servi, nec Christianorum solum, verum etiam Mahumetistarum multi, admiratione commoti, non pauciores quam decies decem millia: qui omnes, alii lacrymantes, alii laudes ejus prædicantes, & alii constantiam ac robur animi, alii prudentiam atque gravitatem, alii contemptum humanarum rerum, multi fidem in Jesum Christum, in crucem & passionem ejus, & in immaculatam Virginem devotionem narrantes. Tandem in Galatæ partem extremam versus Ortum, mari contiguam, devenerunt; ubi est ecclesia *g* Virgini Mariæ, si recte memini, dicata: ibi depositus jacet.

*& honorifice sepelitur,*

C

*In ecclesia D. Virginis.*

EXLAUR. SURIO.

g

11 His ita gestis, magna Rex exarsit cupiditate Trapezuntii viri illius, de quo supra diximus, liberandi: sed quia honeste id facere, nisi rogatus, posse non judicabat; per quasdam, ut dicebatur, mulieres effecit, ut uxor illius pro marito supplicaret suo. Sic mors Andreæ atque martyrium, illum quidem palam, sed multos quoque alios à periculo liberavit, multos in fide orthodoxa confirmavit; eos, qui ante martyrium suum quavis ratione Mahumeto adhæserunt, pudore confudit, mœstitia affecit, ac inani denique pœnitentia & vexavit & vexat. His omnibus ego vehementer commotus, ardebam desiderio videndi corpus ejus: sed nive, frigore, glacieque detentus, hiemis marisque tempestate, illic fui. Vix mense Februario eam mihi oranti gratiam Deus intercessione Martyris concessit; vidique ipsum jacentem in sepulcro, nimium profundo, situ horrido, ea tamen integritate membrorum omnium, eo totius corporis colore & dignitate formæ, tali vultus splendore & habitu, ut non animum expirasse, sed dormire mihi leviter sub umbra videretur. Atqui jacebat loco ita humido, ut omnibus jam indumentis, quibus erat involutum corpus, putrefactis, nudum totum conspiceretur, præterquam quod genitales partes fragmento lini obtegebantur *h*. Exarsi cupiditate descendendi, tangendi, osculandi, pedes, manus, faciem præcipui Martyris; nec tantum loci humiditas, descendendique difficultas, quantum verba Presbyteri custodis, & spes posse id alias commodius facere, detinuerunt. Consilium deinde inivi cum Presbytero N. furto inde Romam reliquias illas deferre sanctas, resque jam ordinabatur: sed nescio quomodo ille deterritus, sententiam fidemque mutavit suam.

E

h

12 Ego cum inde decimo octavo Martii die solvissem, statim primo die, imo in ipsa solvendi hora, non in parvum incidi periculum. Cum nimbis contra flantibus inque saxa navem depellentibus, imploravi subito Martyris auxilium; promisique, si ad meos Romam incolumis devenirem, martyrium ejus summatim Latina lingua me conscripturum. Evasi maris & latronum pericula, quodque miraculo est, senex *i* ægrotusque hinc recessi, junior sanusque ac multo robustior remeavi; nec maris fluctuatio, nec terrarum itinera nimium aspera, quæ à Brundusio Romam æstatis tempore perducunt, mihi obfuerunt. Huc vero delatus, Martyris quidem nunquam fui oblitus, sed nocte ac die cum ipso fui. Ejus memoria fruebar; atque oculis aspicere putabam, non solum dormiens, verum etiam vigilans, jacentem ipsum in sepulcro. Promissionis autem meæ nunquam mihi venit in mentem, nisi post annos duos, dum Georgii Martyris *k* memoria celebratur. Nam cum ea die recolerem Georgii dolores, quos ille pro Christo Domino nostro subiit, illico pupugit animum promissionis memoria: nec enim minora toleravit Andreas, ne dicam multo etiam majora, propter conditionem temporum, in quibus nullo *l* juvantur exemplo, qui Christum amant; adeo in tenebris caritas intrusa marcescit. Itaque statim eo ipso die calamum accepi, & promissionis debitum jam solvi. Tu vero præcipue Martyr Christi, precor intercedas ad Dominum nostrum Jesum Christum pro Ecclesia universali, ac amplificatione ipsius; pro summo Pontifice Paulo Secundo,

*deinde à naufragio liberatus,*

F

i

*ubi diu post corpus incorruptum vidit auctor,*

k

*& martyrium scribit an.* 1468.

l

A cujus tempora martyrio tuo decoraſti, perpetuaque feciſti: & ſicut in Græcia perfidiam dejeciſti, ſic inſurgentes in Italia Platonicos *m* interceſſione tua reprime.

## ANNOTATA.

a *Surius invenit*, Paſsione: *ſed prudenter cenſuit legendum*, profeſsione.

b *Nimium ſcrupuloſi fuerunt tertiæ editionis curatores, non auſi evidens ſphalma, quo annus notabatur ſolum* MCCCLXV, *corrigere, niſi in margine; quod nos invenimus in noſtro exemplari anni* 1567, *ipſius Surii, ſi non manu, ſaltem juſſu correctum in officina, cum liber emptus eſt.*

c Mahumetes II, *qui anno* 1453 *Conſtantinopolim expugnarat, & Imperii Turcici ſedem fecerat.*

d Davidem Comnenum *intelligo, ultimum Græcorum Imperatorem, quem idem Mahomet anno* 1461, *capta Trapezunte eique adhærentibus adhuc urbibus, abduxit occiditque cum liberis.*

e *Ita corrigo, licet impreſſum reperiam*, in die.

f *Conventum Conſtantinopoli jam inde ab anno* 1304
B *habuiſſe Franciſcanos, ex Epitaphiis nobilium Latinorum ibi ſepultorum probare nititur Waddingus in Appendice ad dictum annum, eumque adhuc extare ait; ex quo colligitur, agi de parte urbis quæ velut urbs altera trans ſinum poſita, olim* Pera, *nunc* Galata *dicitur, nec vi ſed deditione venit in poteſtatem Turcarum, ideoque etiam ſervavit monaſteria & eccleſias, cum libero ac publico Chriſtianitatis exercitio, ubi & Societas noſtra Collegium cum Gymnaſio habet. Agit autem de* Galatino S. Franciſci monaſterio *etiam* Cangius, *lib.* 4, *cap.* 6 §. 42, *in ſua Conſtantinopoli.*

g *Etiam hujus eccleſiæ & monaſterii, tamquam adhuc extantis, ex Cruſio meminit* Cangius, *lib.* 4 *cap.* 2 §. 23.

h *Opera pretium foret intelligere, quo nunc in ſtatu corpus iſtud ſanctum ibi reperiatur.*

i *Scilicet natus annos* 70.

k *Colitur* S. Georgius *Martyr* 23 *Aprilis.*

l *Surius legerat*, multo: *quod contrarium eſt Auctoris menti.*

m *Videtur notare æmulos ſuos, quorum invidia denique coactus fuit Trapezuntius Roma excedere, ſeque Neapolim transferre; ubi comiter ab Alphonſo Rege habitum, & publico cum liberis alum ſtipendio, filius ejus Andreas indicat, in ſua ad Sixtum Papam Præfatione, de qua ſupra egimus ex Voſſio.*

D E

# DE B. PETRO PETRONO

## CARTVSIANO SENENSI IN HETRVRIA.

G. H.

ANNO MCCCLXI

*Plures Senis Sancti ac Beati.*

*Enenſem urbem illuſtrarunt plurimæ utriuſque ſexus perſonæ, ob eximiam virtutem Eccleſiaſtica veneratione dignatæ, & in hoc noſtro de Sanctis opere proferendæ: ex quibus hactenus dedimus* B. Ambroſium Sanſedonium & S. Catharinam Virginem *Ordinis Prædicatorum; illum* XX *Martii, iſtam* XXX *Aprilis*; B. Joachinum *Ordinis Servorum B. Mariæ* XVI *Aprilis*, B. Andream de Galeranis *ob miſericordiæ Sodalitatem inſtitutam celebrem* XIX *Martii*; *eidemque Sodalitati in juventute adſcriptos* S. Bernardinum *Ordinis Minorum* XX *Maji*; & B. Petrum Petronum, *Ordinis Cartuſianorum, de quo hoc* XXIX *Maji agimus, quo die in Maggiano monaſterio ex hac vita deceſſit anno* MCCCLXI.

C

*B. Petri Vita à S. Ioanne Columbino Italice ſcripta.*

2 *Vitam illius & res præclare geſtas ſcripſit Italice* S. Joannes Columbinus, *Fundator Ordinis Ieſuatorum, adjutus à* Nicolao Vincento *ſocio ſuo. Fuerunt hi ambo intima amicitia cum* B. Petro *conjuncti, & optime omnia perſcrutati: proinde infra ſæpius de iis agitur, potiſſimum cap.* 5, *& varia annotantur. Vtrique ſuam vel maxime operam contulit* Joachimus *quidam, cui juſſu divino, diebus ante obitum ſuum quindecim,* B. Petrus *arcanas multas ſuas extaſes ac revelationes aperuit: eidemque mandata dedit ad varios de vita corrigenda monendos; quorum etiam ſecreta intima revelabat Ioachimo, ad fidem ei apud ipſos conciliandam, prout late deſcribitur in Vita. Hanc Latine ex Italico tranſtulit, ac copioſo ſtylo exornavit Bartholomæus Senenſis, Cartuſiæ Florentinæ Monachus, in Prologo ſuo Lectorem de omnibus accurate inſtruens: ipſam autem in tres libros diſtinxit, ac libros in plura capita ſubdiviſit, iiſdemque ſuos titulos præfixit. Sed quia breviora ſunt Capita quam noſtro conveniat inſtituto, novam nobiſque aptiorem formamus partitionem in capita prolixiora, quorum pleriſque Annotata ſubjungimus, adjuti etiam Notis, ab auctore ad calcem appoſitis: quas integras quivis poterit apud ipſum legere, plures enim minus neceſſarias judicamus. Nobis quidem multo optabilius fuiſſet, præ illa ſic interpolata Vita, nanciſci genuinum ipſius B. Ioannis Columbini contextum, eumque ſimpliciter Latinum facere:*

*Latine reddita à Bartholomæo Senenſi.*

*ſed nulla hactenus aut Cartuſianorum aut noſtrorum Patrum diligentia profuit, ut vel apud Beringherios, unde acceperat Bartholomæus, vel alibi ille inveniretur: quandocumque tamen eum invenerit aliquis, ſciat excipiendum à meis ſucceſſoribus velut theſaurum ingentem, & operis Supplemento inſerendum.*

3 *Petrus Dorlandus Belga, apud Dieſtemium Brabantiæ oppidum Cartuſianus, anno* MDVII *vita functus, edidit libris ſeptem Chronicon Cartuſiense. In hoc cum quatuor prioribus libris (uti præfatur ad quintum)* majoris Cartuſiæ Patrum ſanctorum laudes attigiſſet, dein de diverſis domibus Sanctos ſuccincto ſermone promit, *libri vero quinti primum caput incipit*, de B. Petro Petronio Senenſi, *ac mox ita exorditur*: Inter hos primus occurrit Sanctus Petrus Petronius, Senenſis, Pater admodum ſanctitate venerabilis, Deo & hominibus vere dilectus... Hujus Divi Petri tam ſublimis ubique ſanctitas ac ſanctitatis ſerenitas promicabat, ut multa miraculorum per populos luce clareſceret; & plurimos à vitiorum tenebroſa caligine revocatos, ad verum juſtitiæ ſplendorem, qui Chriſtus eſt, revocaret. *Ecce ut jam tum appellatus ſit* Beatus Petrus, Sanctus Petrus, Divus Petrus. *Ita Bruno Prior Cartuſiæ & Generalis Ordinis approbans* hiſtoriam Vitæ, *addit*, Beati Petri Petroni Senenſis Ordinis noſtri Cartuſiani. *Imo primus Auctor Vitæ, Ioannes Columbinus ei præfixit hunc titulum*: Vita glorioſi Sancti Petronis, Chriſti Confeſſoris, *in calce vero*: Abſolvitur Legenda venerabilis Sancti Petronis, Chriſti Confeſſoris, Cartuſiæ Monachi, qui vocatur Dominus Petro. *Bartholomæus, qui ſuam Vitam Latinam inſcripſit* Cardinali Carolo Medici, optat Beatiſſimum Petronum ei Tutelarem exorare, & Divini Numinis cæleſtem Interpretem conciliare, *hortans ut eumdem ipſe* Tutelarem veneretur & colat.

*Titulus Sancti, Divi, Beati,*

*& Tutelaris.*

4 *Ob hanc venerationem*, formula profeſſionis, in membrana ſuo chirographo exarata, in ſacrario Maggiani templi aſſervatur, *hoc exordio*: Ego Petrus promitto obedientiam *&c. Plures quoque ejus imagines venerationi expoſitas eſſe, indicat Bartholomæus in Prologo, tum etiam in Vita num.* 11, *corporis formam deſcribens*

*Imagines venerationi in Eccleſiis expoſitæ,*

F

A *& peregrinationes facta.*

*deſcribens. Poſtea num. 45, addit,* Patrem ſimul & Patronum, decus, præſidium & ornamentum ſuum, ab univerſa Senarum civitate Petrum haberi: quem iconicum ducentos & quinquaginta annos & eo plus veneratur in templis. *Præterea num. 54 & 55 deſcribuntur frequentes, ad ejus ſepulcrum & corpus inventum, peregrinationes, pietate maxima inſtitutæ, & plurima eaque præclariſſima patrata miracula: quæ omnia antiquam venerationem eidem delatam comprobant.*

# VITA

## à S. Joanne Columbino Italice ſcripta.

## *Latine à Bartholomæo Senenſi exornata.*

### EPISTOLA DEDICATORIA.

### Illuſtriſſimo Principi ac S.R.E. Cardinali Ampliſſimo, Carolo Medici, Domnus Bartholomæus Carthuſianus Salutem.

B

*Card. Medicæi patrocinium optans auctor,*

QUas paucis ab hinc annis confeci, Carole Princeps Auguſte, lucubrationes in vitam reſque ſanctiſſime geſtas B. Petri Petroni, Senenſis Cartuſiani, coactus ſum multorum rogatu abſolvere, atque pro viribus, ut in lucem edantur, emendare, ne dicam expolire. Quod cum multo mihi factu facilius fuerit nunc temporis, quam antea rerum domeſticarum diſtento curis; reliquum profecto videbatur, ut veteri more, quando Beato ipſi Petrono tutelæ ac patrocinii ſatis in ipſo eſt, Patronum meis hiſce lucubrationibus adlegerem; & hunc quidem virtutis laude, generis ſplendore, majorum gloria perbeatum, tum vero ad honeſtiſſima quæque propenſa voluntate abunde pollentem. Quid enim in ſtadio virtutis ad utramque gloriam comparandam tam difficile, aut tam amplum, quod incitata ſtudio voluntas non aſſequatur? Hæc reputanti, tu, Cardinalis Ampliſſime, in mentem veniſti; quem ad Purpuratæ majeſtatis faſtigium evectum, ſummas imperii dignitates tuarum virtutum ſplendore tuique ingenii præſtantia exæquare, confiteamur neceſſe eſt; qui te jam novimus, quique coram tuam admirabilem deguſtavimus humanitatem, dum ſingularis tuæ benevolentiæ in Florentinam noſtram Cartuſiam fruebamur officiis. Et cum talis tantuſque ſis, Princeps Præſtantiſſime, in hoc tamen honore eam perſonam ſuſtines, in quam cadunt non tantum omnes virtutes, verum etiam pondus & labor; quando, Divo Bernardo teſte, numquam in honore ſine dolore, in prælatione ſine perturbatione aliquis eſſe poteſt: ac proinde cæleſti indiges auxilio, opeque divina fulciaris oportet. Nempe nihil ut facias, nihil cogites, in quo ſtatim decus ac vera Chriſtianaque pietas non eluceat, quæ omnia conſilia atque præclaras actiones tuas moderetur & regat: prorſus, ut pro ſalute atque Eccleſiæ dignitate tuenda excubans, animo ſanguinem ipſum pro ea quoque profundere ſis paratus, cum opus eſſet. Id enim perampla iſtius punicei Galeri inſignia abs te exigere, jam optime noſti; hoc ut præſtes, avita tuæ Domus religio expoſcit; hoc tui generis tot Heroum fama præcellens, totque tui ſanguinis Summorum Pontificum nomen, vel numen potius, quorum tu heres virtutum es & obſes, tibi plane, ut videmus, perſuaſe-

C *eidem inter labores regendæ Eccleſiæ*

runt; hoc etiam germana Sereniſſimi Magni Heturiæ Ducis Coſmi exempla, exquiſitæ nempe virtutis, religionis, pietatis, ſingularis quoque clementiæ, ac optimo dignæ Principe in ſibi ſubjectos populos beneficentiæ, abs te ſecundiſſime requirunt: idque naturæ vis generoſa, eique probe obſecundans educatio, ad Sereniſſimæ Matris votum conſtanter approbarunt. Quæ ſingula operoſum, ac difficile omnino aliis fuerit præſtare; Carolo vero Cardinali Medici, in tam mirifica excelſi animi indole, quis aditum veræ laudis non patere, quis æternæ viam gloriæ non eſſe facillimam exiſtimet? Quæ ut ſit omnino (ut ego omnium maxime opto) Beatiſſimum Petronum noſtrum tibi Tutelarem exorare, & divini Numinis cæleſtem Interpretem conciliaſſe velim. Qua enim ſanctimonia inſignis fuerit vir noſter divinus, dum in humanis ageret, quemve apud Cælites locum obtineat gloriâ præcellens, ipſe per te intelligere poteris; ſi quando, per plurimas eaſque graviſſimas occupationes tuas, integrum tibi fuerit, ejus illuſtria facta legere. Ex capite namque decimo tertii libri plane animadverti poteſt, quæ præmia eum maneant, qui opem ejus popoſcerit; quæque in terris ei ſubſidia pacis internæ divinitus promittantur, qui veneratione ipſum fuerit proſecutus. Nec mirum profecto. Tantam cum ſummi Regis poteſtate ac bonitate, eo impertiente, ſanctiſſimi viri conjunctionem juris habent: quin etiam vel adhuc mortales, anticipata liberalitate, non raro cæleſtia dona diſpertiunt. Accipe igitur, Cardinalis Ampliſſime, Petrum noſtrum, tamquam Deo carum; eum pietatis ſtudiis amplectere, eumque Tutelarem, ut dixi, adverſus hujus blandientis ſeculi fallacias venerare & cole, ut apud præpotentem Deum tibi perennem impetret beatitatem. Mihi vero, altius quam par erat provecto, pro tua ſingulari in me humanitate ignoſcas velim. Sed & ſiqui minus prudenter me feciſſe putabunt, dabunt & ipſi veniam; quando currentibus ad metam, atque etiam appropinquantibus haud moleſtas eſſe cohortantium voces, haud diſplicere plauſum, conſtat. Vale. Ex Cartuſia Pontiniana prope Senas, quarto Idus Julii, MDCXIX.

D

E *B. Petrum offert in Tutelarem.*

### PROLOGUS.

F

EN tibi, amice Lector, vita factaque præclara B. Petri Petroni Cartuſiani: quæ mihi ſingulari Dei munere conceſſa, vel ex eo non imperitus rerum æſtimator fateri poterit; quod cum jam inde uſque à puero noſſe cuperem, quæ olim fuerit in terris tanti viri ſanctitas, cujus rei gratia ejus effigies ex vero ſcitoque antiquitus depicta, paſſim ſpectatur in urbe patria; neminem tamen inveniebam, qui ſatis tum mihi ſciſcitanti facere poſſet. Hac igitur cupiditate incenſus adoleſcens, inde vigintiquatuor annos natus, Cartuſianam in Florentino cœnobio amplexus ſum diſciplinam. In quo cum indies magis flagrans animi mei ſtudium erga beatum Virum exardeſceret, nec quemquam apud noſtros etiam tum eſſe cernerem, qui mihi avidius percunctanti hujus viri virtutem & ſanctimoniam, aliqua ſaltem ex parte narraret, præter pauca quædam de admirabili ejus corporis inventione; vehementi quadam admiratione movebar, nec facile adduci poteram, ut crederem, quod quem iconicum Chriſtianæ pietatis veneratione univerſa Senarum civitas ſuſpiciebat in templis, quemque inter alia eximiæ religionis pignora gremio ſuo complectebatur; ejus illuſtria facta ſcriptorum præteriiſſet induſtria. Ergo dum hæc

*Auctor ob affectum erga B. Petrum*

*ex Cartuſia Florentina*

A. BART. SENENSI.

& alia id genus multa pro loco & tempore volvebam animo, Patrum meorum conceſſu Maggianam Cartuſiam, prope Senas conſtructam, incolendam adeo. In quam vix pedem intuleram, atque ad periſtylii locum, ubi auditione acceperam Beatum virum fuiſſe humatum, ſemel atque iterum deſideriorum plenus acceſſeram; cum ecce tibi ad cœnobium ipſum cum nobilitate tum virtute præſtantes viri aliquot, mihi de facie penitus ignoti, ejus inviſendi gratia, ut fit, adveniunt. Quos ubi juſſus ad colloquium recepiſſem, poſt mutui ſermonis officia, atque alia de re monaſtica, deque Cartuſianorum vita & muneribus colloquia, unus ex illorum numero juvenis lectiſſimus, cui Actilio Beringherio nomen erat, hunc maxime in modum compellare me cœpit.

*ad Maggianam migrat.*

2 Eſt mihi domi, Bartholomæe, pervetuſtus manuſcriptus Codex, in quo capita rubricato pigmento pro ſeculo eleganter conſpiciuntur exarata: quem codicem nuper è tenebris in lucem erutum, ſtatim atque domum reverſus fuero libentiſsime ad te perferendum curabo; non ut illum perlegas modo, verum etiam deſcribendum, atque elegantius retexendum (ſic enim loquebatur) ſuſcipias; quod, ut facias, ipſe tibi ſum auctor. Non enim vereor, quin tibi pergratum faciam: quippe ea eſt illius inſcriptio, iſque titulus, Vita, ſcilicet, glorioſi Sancti Petronis Chriſti Confeſſoris ex ordine veſtro, atque conterranei noſtri. In calce vero. Abſolvitur Legenda Venerabilis Sancti Petronis, Chriſti Confeſſoris, Cartuſiæ Monachi, qui vocatur D. Petro. Qui quidem libellus, quamvis admodum confuſe incertoque ordine elucubratus fuerit; optima tamen fide atque integritate conſcriptum, ac inſuper patria felicis illius ſeculi lingua exaratum legimus. Ipſe vero, ut primum ad aures meas Petroni nomen inſonuit, ampliſsimo exhilaratus gaudio, oculos ſimul ac manus in cælum ſuſtuli; immortales Deo gratias agens, quod in eam diem hujus cæli lucem lætus aſpicerem, qua me meo voto erga Beatum virum minime fruſtratum viderem. Mox ad Beringherium hilari fronte converſus, omnia illi pollicebar, omniaque (etiamſi jejunitatis atque ingenii mei inopię præclare conſcius) in me recipiebam, quæ eſſent ei in optatis, modo ille promiſſis ſtaret; quæ, perendino tranſacto ſpatio, peregregiè præſtitit. Interea exoptatum codicem tanta cum voluptate legeram, vel potius aviditſime devoraram; ut inter varios animi mei motus id unum ſane nonnihil me momorderit interdum, nimirum quod proprii auctoris nomine in prima ſtatim fronte careret. Ceterum totam rerum geſtarum ſeriem paulo acutius intuitus, novis repente perfundor gaudiis, ſimul atque Joannem Petri Columbini, virum ſanctiſſimum; atque Nicolaum Vincentum, Franciſci Vincenti germanum, totius hiſtoriæ noſtræ auctores fuiſſe deprehendo. Quippe qui & genere, & Chriſtiana pietate nobiles & clari, non modo æquales illius temporis fuerunt; ſed quod pluris eſt ad rem noſtram, ipſius Petroni ad arbitrium & nutum ſe componentes, illum in rebus ſpiritualibus tractandis ducem & moderatorem conſiliorum ſuorum ſequebantur.

B *accipit Italicum Ms. de Vita,*

C *a Ioan. Columbino & Nicolao Vincento ſcripta:*

3 Ergo tantorum virorum ſuffultus auctoritate, illorumque ſcriptis præſertim adjutus, ſtatim animum ad ſtylum converti; ſcilicet ut B. Petri Petroni noſtri res præclare geſtas Latinę conſuetudini traderem, plus oneris fortaſſe ſuſcipiens quam ferre poſſem; ſuſcepi tamen, non mei ingenii viribus, ſed Divinę gratię præſidio fretus; ſatis me honeſte diſceſſurum putans, ſi in Vita hujus Beati viri conſcribenda, temeritas tantum mea non reprehenderetur: quando quidquid mihi laboris in hoc opere vulgando ſuſcepi, id totum in Dei gloriam inque noſtri Ordinis hominum utilitatem cedere volui. Verum ne quis ullus in te inſideat ſcrupulus, quod nullis videlicet antiquitatis teſtimoniis, præter ſui Auctoris, qui inſtar omnium tibi eſſe deberet, noſtra fulciatur hiſtoria; ac propterea totum integrum opus vel fide minuas aliquando, vel certe in ſuſpicionem adducas; operæ pretium me facturum putavi, ſi totius ſcriptionis meæ ratio tibi conſtaret. Quod ex eo facile animadverti poterit, quo apparatu me inſtruxerim, antequam ad ſcribendum accederem, quodve ſtudium adhibuerim, ut quæ litteris conſignare decreviſſem, à vero non diſcreparent. Quamquam hoc loco objicies fortaſſe, ni fallor, hunc à me fruſtra ſuſceptum laborem, propterea quod Columbinus, ipſe id ſuis præclaris virtutibus ſuaque eximia ſanctitate conſequi apud omnes meretur, ut in iis quæ vel ſpectaſſe ſe de beato Patre noſtro Petrono, vel ab aliis fide dignis qui ſpectarunt ſe audiviſſe teſtatus eſt, fides illi penitus habeatur. At mihi tamen deeſſe nolui, quin me cupidum, ne dicam nimis religioſum, indagandæ veritatis oſtenderem; quandoquidem ii ſunt ut plurimum noſtri ſeculi homines, ut nihil magis propoſitum habere videantur, quam ut aliorum ſcripta paſſim carpant, iiſque inſidias ſtruant, ſic ut tranſiri nuſquam ſine periculo poſſit. Hac ergo mente ad pervolvenda omnia per me primo, quæ in Cartuſia Maggiana extant vetuſtatis monumenta, atque omnes excutiendas tabulas, ac vetera Mss. indaganda animum induxi; dein per idoneos viros, mei in primis ſtudioſos, intra patriam ſedem perveſtiganda ex publicis privatiſque Tabulariis curavi, quę uſui mihi & adjumento eſſe poterant. Nec irritus labor, ſtudiumque incaſſum adhibitum. Siquidem ea comperi, atque ea ad me mei detulerunt; ut, dum totus cum tineis ac blattis verſarer, Numinis providentiam in me magnopere ſuſpicerem, eamque conatibus meis adeſſe certo cognoſcerem: quandoquidem ſupputata temporum ratione, recognita perſonarum dignitate & conditione, cuncta inter ſe egregie convenire, cunctaque hiſtorię noſtrę adſtipulari, eique ſuffragari comperimus. Cujus ſtudii mei fructus ut extarent, ad rerum geſtarum veritatē maxime adſtruendam, conſtitui omnino, graviſſimorum hominum in id ipſum conſilio uſus, Animadverſiones quaſdam in calce operis attexere, quibus tempus, perſonarum nomina, atque loca cum Columbini noſtri ſcriptis conſentire, iiſque fidem conciliari, haud ita difficili ratione quiſque cognoſcere poſſit.

D

*ad eam confirmandam*

E

*perluſtrat antiqua monumenta:*

F

4 Hæc habui, amice Lector, quæ te ſcire in præſentia volui, non ut ſtudium meum induſtriamve, qualis-ea-cumque fuerit, jactarem & quaſi oſtentarem; ſed ut veritatem illarum rerum aſſererem, quibus fides tibi eſt habenda: cum has illorum eſſe partes haud ignorem, qui hiſtoriam aggrediuntur. Reliquum eſt, ut has noſtras in res geſtas B. Petroni lucubrationes ita accipias, ut eas cum aliquando legeris, ſcias non parum te debere Celſo Cittadino, viro & genere & virtute nobili, qui rerum antiquarum diligentiſſimus indagator permultum mihi contulit, in conquirendis atque ſuppeditandis ex publicis civitatis archiviis vetuſtatis monumentis. Habeo præterea quod Celſo, pro ſua mirifica in me liberalitate, gratias & ipſe agam habeamque maximas. Sed de Beringherio, qui primus omnium auctor mihi extitit, incentorque ad id opus aggrediendum, quid dicam? Is enim eleganti juvenis ingenio, & humanioribus ſtudiis quaſi quodam naturæ impetu

*gratias agit adjutoribus.*

*qua Latine reddita*

petu deditiſſimus, paucis poſt elapſis diebus ex quo ad Cartuſiam Maggianam adiit, meque in ea convenit, maximo cum mœrore omnium, quibus fuerat notus, hoc eſt plane omnium in patria, magno cum ſenſu pietatis; deceſſit. Hæc placuit appingere: cetera vero, quæ promittimus quæque ad notas faciunt, in calce (ut diximus) habebis. Quæ cuncta tamen accepta referas velim Clariſſimo Viro Ludovico Accariſio, qui inter eximia ejus animi ornamenta, ea eſt in patriam urbem caritate præditus, ut ſtudium ac operam ſuam lubens contulerit, quo hæc ipſa typis mandarentur. Ratus enim eſt exactæ prudentiæ vir, non exiguam ex hiſce admirandæ ſanctitatis exemplis utilitatem, ad veram pietatem excolendam, Religionis percupidos eſſe capturos: quod ut fiat, Deum ſupplex oro, cujus unius gloriam noſtra, cuicuimodi fuit, in hiſce edendis elucubrationibus, ſpectavit induſtria.

## VETUS PARTITIO OPERIS

Lib. I Cap. I ORtus Petri & educatio.
II Quid rerum quinquennis egerit, ad tertium uſque decimum ætatis annum.
III Ut in Sodalitatem Intemeratæ Virginis Mariæ, in Xenodochio, quod vulgo dicitur della Scala, conſtitutam, nomen ſuum dederit.
IV Ægris atque elephantiacis miniſtrando in publicis Valetudinariis dat operam.
V Suum Petrus in Carthuſienſium familiam dat nomen.
VI Salutarem ſiniſtræ digitum, ne Sacerdotio initiaretur, ſibi prorſus abſcindit.

Lib. II Cap. I Humilitas ejuſdem & obedientia.
II Ejuſdem paupertas & quidnam de ea ſentiret.
III De muliere ad Maggianam Cartuſiam ſub fœdo cadente imbre ſiccis veſtibus proficiſcente, & de ſigno Crucis in pane divinitus expreſſo.
IV Petri à cibo abſtinentia; & de corporis dolorum tolerantiâ, per omnem vitam declaratâ.
V Ejuſdem pietatis ſtudia, & quo maxime modo ad orandum, contemplandumque ſe compararet.
VI Caritas ejus erga Deum & proximos; atque de eximia innocentia vitæ, & ſanctimonia.
VII Ejuſdem prudentia, populi ad eum concurſus, & fructus animorum per eum facti.
VIII Joannes Columbinus ad arbitrium nutumque Petri totum ſe componit; eoque maxime auctore Euangelicam paupertatem ſuſcipit excolendam.
IX Petri ſoror amitina, hortatu ipſius & monitis, ſanctimonialis vitæ cœlibatum amplectitur.
X Prophetiæ dono fulget.
XI Petri virginitas & caſtimonia.

Lib. III Cap. I Obitum ſuum prædicit; præclaras viſiones ſibi divinitus objectas indicat, Chriſtus ſeſe illi viſendum oſtendit; mira contemplatur; mentis receſſus penetrat, & cordis penetralia reſerat.
II Futura item prædicit; Cælitum fruitur colloquio, & occultas cogitationes hominum videt.
III Ut Petrus ſexaginta horarum ſpatio ſupplicia ac pœnas, infernalium inſtar, pro cujuſdam amici hominis expiatione, Dei permiſſu ſubierit.
IV Tumultus atque diſſenſiones in Maggiana Cartuſia, pro Petri corpore poſt ejus obitum iiſdem ædibus aſſervando.
V Petrus, licet abſens & cubiculo clauſus, omnes tamen turbas domi à Patribus excitatas divinitus novit.
VI Petri obitus glorioſus.
VII Ejus corpus ſepulturæ traditur. A. BART. SENENSI
VIII De nubecula, quæ in aëre ſub mortis ejus tempus, inſtar columnæ eximio coruſcantis fulgore, divinitus apparuit.
IX Alia ſigna miranda de Petri in cælo beatitudine.
X Petrus vita functus multis ſeſe viſendum præbet.
XI Joannes Boccaccius Florentinus, Petri juſſu atque præſcripto, laudabiliorem vivendi diſciplinam amplectitur.
XII Ut ſacrum Petri corpus, ſexaginta jam annis ab ejus interitu, integrum incorruptumque inventum, atque alio tranſlatum fuerit.
XIII Cartuſienſibus per cauſam inventi Petri corporis cœnobium Venetiis attribuitur, Divo Bernardino Senenſi auctore.

## CAPUT I.

### *Petri infantia & adoleſcentia, pietatis ac miſericordiæ operibus addicta.*

PEtrus, è gente Petrona, (quem veteres *a*, à familia videlicet, Petronum identidem appellare conſueviſſe legimus) apud Senas, præclaram inter Etruſcos urbem, anno ab orbe redempto tercenteſimo undecimo ſupra milleſimum naſcitur, patre Gulielmaccio *b*, matre vero Agnete *c* Malavolta, pro ſeculi ac patriæ more, Neſe vocitata; ambo generis nobilitate, opibus & gloria inter primarios civitatis apprime florentes. Qui cum infantem, jam tum ab ipſis incunabulis ex ſe primo natum, aſpicerent egregiam animi indolem præſeferentem, quamdamque etiam illi divinitus inſitam ad probitatem naturam; ſingulariter illum atque unice diligebant. Quippe ejuſmodi plerumque eorum qui genuerunt ingenium eſſe ſolet, ut filiorum virtus acriores in eis impetus cieat benevolentiæ & caritatis: quam ſane parentum erga Petrum caritatem quis dubitet auctam, ad ſummumque perductam non eſſe ejus cum educatione, tum acceſſione ætatis, ſimul & Chriſtianæ virtutis? Etenim cum alienis uberibus nutriendus traditus eſſet, paterna cæleſtis Numinis providentia rem moderante, factum eſt, ut tanto erga Deum incenſam ſtudio, tantaque vitæ ſanctimonia præditam nanciſceretur altricem, ut quoties ubera illi ſugenda præberet, flexo in ſanctam quamdam lætitiam ore, hunc in modum puerum alloqueretur: Eja, fili, ſuge, ſuge, in nomine Jeſu; ſicque una cum lacte nutrix ſuo, ſuam pariter virtutem Chriſtianamque pietatem infanti paulatim inſtillabat: eumque tenera adhuc ætatula uni Deo jam educabat.

*Natus anno* 1311,

*pieque edita catus infans.*

2 Ex quo id vel in primis in eo ſuſpiciendum, oppidoque admirandum jam tum fuerit, ut divino afflatus Spiritu cœperit innocens puellus re & verbis oſtendere, ſe ad præclara Religionis facinora à Deo electum atque inſpiratum. Bimulus namque, prout exploratiſſimum fuit, vaticinandi dono fulgere cœpit. Mater enim ejus, cum iterum maſculæ prolis cupiditate flagraret, apud ſe ſtatuit pollicitaque eſt (modo benigne illi Deus annueret) filio naſcituro Franciſci nomen ſe illico facturam. Nec irrita ſane ad Superos vota. Etenim, divina piis ejus optatis aſpirante aura, contigit ipſam, ſui ipſius conceptus prorſus ignaram, concepiſſe. Quod ut ad cumulatam abſolutamque lætitiam præſtanti mulieri cederet, effecit præpotens ipſe Deus, ut filiolus

*bimulus prædicit matri alterum filium.*

A. BART. SENENSI. filiolus Petrus leni attactu quandoque parentis uterum demulceret, eique infans vix avulsus ab ubere, cujus lingua nondum sonabat eloquium, blando hoc indicaret affatu: Est tibi, Mater, ventre hîc occlusus Franciscus. Quibus mox pueruli verbis femina in stuporem acta, utpote quæ nulli hactenus mortalium cogitatum suum patefecerat, ipso concepti fœtus motu eodem temporis momento intra se jam perfectum esse cognovit, quod Petrus lumine collustratus divino præviderat prædixeratque. Quocirca ingenti Agnes voluptate perfusa, exoptatum infantulum in tempus effudit, eumque Francisci nomine ad sacros Baptismi latices pro voto insigniri jussit. Qui cum postea
d Petro triennium dumtaxat superstes *d* extitisset, suum à germano fratre divinitus prædictum exortum libenter, quemadmodum ab ipsa parente jam inde ab adolescentia acceperat, narrare solebat.

II 3 Infantili adhuc ætatula Petrus, quinque nempe annos natus, natum se, profecto eximiæ indolis infans, (uti paulo ante diximus) ad beatitudinis opera exequenda re ipsa commonstrabat. Siquidem divinitus agitatus, secreta ad orandum domi investigabat loca: atque domesticorum aspectum
B declinans, libero solutoque animo, diu multumque sacris precationibus vacabat. In quo quidem precandi studio ita se serius gerebat puellus, ut senilis in eo jam tum maturitas appareret. Interea primæ ætatis crepundiis depositis, Præceptori octavum vix annum agens, una cum Francisco fratre sexenni, primis litterarum rudimentis traditur instruendus. Quibus ediscendis ea lege operam se daturum arbitratus est, ut numquam pietatem à vulgaribus illis studiis sejungeret: quin etiam id illi cordi fuisse constat, ut nihil prius aut antiquius sacris precationibus haberet. Sic prorsus, ut (quemadmodum, eodem Francisco fratre referente, vulgatum est) sub vesperam cubitum cum discederet, nocte dein concubia è lectulo vigil exiliret: atque flexo humi geniculo, divinarum rerum commentationi ante Christum Cruci suffixum totum se daret; ac lacrymarum salsugine plenus integras ferme noctes insomnis duceret. Quod si longa fatigatus vigilia, sopore quandoque deprimeretur; in storea intra cubiculum humi strata, pronus ipse prostrata membra damnabat, parentibus provida solertique pueri circumspectione, rei factique penitus insciis. Exin cum jam decimum annum ageret, nihil eo amabilius, nihil comius:
C quippe qui sortitus animam bonam, eam gravitatem morum præseferebat, ut facta ejus ad divinæ legis normam sensu plane mirabili dirigeret: atque eo fiebat, ut mens ejus indies magis magisque illustraretur, & ad pietatis officia obeunda ita ferveret, ut inter orandum lacrymarum usus ei inoleverit, rerum cælestium dulcedine delibuto. Id ubi malus dæmon animadvertit, ejus perturbandæ quietis avidus, dolis illum petere aggreditur, torvum in eum defigens obtutum, quod tantam adhuc tantillus puellus supernarum rerum adeptus esset cognitionem. Eo itaque acerrimo orantem odio prosequebatur: ad cælestia illius animum inhiantem terriculamentis truculentus pulsare, lacessere, metumque incutere: ac eo denique impudentiæ nocte quadam devenit, ut vitreum lychnum, è summo cubiculi tholo ad Crucifixi schema dependentem, diffregerit; multas inde ei molestias creando, quo terrore expavefactus, tandem aliquando ab incepto desisteret. Ceterum tantum abfuit, ut hisce nequissimi impostoris technis de sententia beatus puer deduci se pateretur; ut etiam obfirmato constantique animo, in arrepto uni Deo corpore & D animo vivendi proposito, in dies singulos sese iteratis studiis confirmaret, hanc vigilandi orandique normam ad septimum decimum ætatis annum secutus.

4 Interea dum in hæc religionis & pietatis stu- *familiaris piis & pauperibus,* dia, quam intentissima cura, Petrus incumbit; iis familiariter utebatur, qui cum provecta ætate, tum honesta morum institutione, ac rerum spiritualium peritia, ad virtutes capessendas inflammare illum poterant: speciatim autem magnus cum iis, quo ad ejus fieri poterat, usus illi intercedebat, qui Christianam humilitatem & sensibus intimis colerent, & moribus exprimerent ac vita. Ultro etiam familiarius ob id ipsum sese cœtibus atque colloquiis egentium ac mendicorum quotidie inserens; ratus haud dubiè hujusmodi sordidatorum hominum consuetudine suam indies animi submissionem, ad Euangelicam disciplinam induendam, cumulatius excultum iri. Quod cum Gulielmacius pater resciret, vel in eum quandoque, ut fit, inter pauperum ac pannosorum greges confertim versantem incurreret; dici vix potest, quam iniquo id ipse ferret animo, asperrime hac eadem de causa E Petrum frequenter accipiens; quippe qui ardenti *cum indignatione patris:* humanæ laudis studio, & quotidianæ nobilium virorum consuetudinis impetu abreptus, eum primarios inter ephebos comparere expetebat, qui munditiarum atque urbanitatis articulos tenentes, opibus, elegantissimo corporis vestitu, formaque præstantes, illius haud absimiles essent. At Petrus nihilominus non modo cum iisdem ipsis amicitiam instituere non induxit animum; sed si qua jam incepta conciliataque cum illis quoquomodo esset, eamdemmet dissuere, eosdemque pariter aversari non dubitabat: videlicet veritus, ne, dum interim eorum lenocinia atque in moribus mollitiem sectaretur, profanos inde paulatim hauriret spiritus. Amicitiarum etiam tunc scientissimus puer noster eximius, etiamsi vim illarum & usum necdum per ætatem esset expertus; quandoquidem inter multa secularium amicitiarum genera illud unum verum, *humilitatis studiosus.* illud solidum, firmum atque insolubile denique illud sit, quod sola virtutum similitudo devincit. Ergo sui ipsius despicientiæ amore incensus Petrus, atque veræ Christianæque humilitatis perquam studiosus, id in ore frequentissime habebat; nimirum ingenti sibi molestiæ atque adeo pœnæ splendida vestimenta esse; quod ea quidem pauperum
F ac miserorum consuetudinem sibi mutilam redderent, prorsusque labefactarent. Tantum aberat, ut de constantia graduque humilitatis ullo unquam tempore, per minas & convitia, seu per verba atque verbera, dimoveretur.

III 5 Hujuscemodi ferme cælestibus institutionibus excultus Petrus, non sat sibi tamen fuisse putavit, *cupit inscribi congregationi nosocomii della Scala,* nisi & alia quidem aliis religionis opera adjicienda curaret. Ergo diu noctuque illi animo versanti, quo pacto id efficere exequique posset, in mentem venit, in laudatissimam B. Mariæ Virginis sodalitatem, sub concameratis fornicibus nosocomii illius celeberrimi, quod cognomento della Scala appellant, constitutam, inscribi cooptarique. Quippe qui tot præstantissimos viros, è prima omnes fere nobilitate Senenses, ac sanctimonia vel in primis præcellentes, ex ea, veluti præclara religionis lumina, processisse sciebat: totque jam mente futuros prælagiebat heroës, qui ex hac sanctitatis palæstra prodirent armati, quo adversus teterrima vitiorum monstra, adversus truculentissimas inferni centurias, prælia Domini incliti præliarentur. At quales? Nempe Andreas Galeranus Pa-

*anno 8 studiis imbuitur:*

*in storea dormit:*

*decennis insidias daemonis patitur:*

A Pater pauperum vocitatus; *f* Petrus Pettinarius, Franciſci Aſſiſinatis mundi contemptus atque inſtituti ſectator egregius; Ambroſius Sanſedonius, ille è præſtantiſſima ſanctiſſimaque Dominicanorum familia, cujus illuſtria *g* facta, omnis ſanctitatis affatim plena, juſſu Honorii Papæ hujus nominis Quarti olim conſcripta, noſtra quidem tempeſtate in lucem revocari, eumdemque inter Cælites, quos univerſa Catholica Eccleſia in terris veneratur & colit, Clemens Octavus Pont. Max. conſtanti omnino voluntate adnumerari collocarique voluit. Quis exinde Bernardus *b* Tolomeus, præſtantiſſimarum artium gloria inſignis, inſignior vero religione & pietate? Quis Franciſcus Picolomineus, quiſque Patricius, è Patricia gente, Montis Olivetani Ordinis conditores iidem ac rectores? Hiſce proximus prodit ſtrenuus bellator noſter Joannes *i* Columbinus, Congregationis Jeſuatorum Fratrum inſtitutor ac parens optimus, de quo plura hiſtoriæ noſtræ pro loco appingere eſt animus, una cum ſocio ac commilitone ejus Franciſco Vincento: quos eodem fere tempore ſecutus eſt, eadem in Deum pietate, hoc in Chriſtianæ virtutis ſtadio *k* Stephanus Maconus: qui deinde brevi poſt tempore Petrum noſtrum æmulatus, egregie Cartuſianæ familiæ divino plane admonitu nomen ſuum dedit. Et qualis quantuſque demum Bernardinus *l* Albizeſcus, ille Aſſiſinatis ardentiſſimæ in Deum caritatis eximius æmulator, univerſæque Franciſcanæ labentis familiæ reparator & cuſtos? Is nimirum Bernardinus dux & imperator fortiſſimus, ex quo jam inde ab ſuo tirocinio in certamē deſcendit, ſemper in acie, ſemper in ſole ac pulvere fortiter impigreque verſatus, & ſummi cæleſtiſq; Imperatoris memoria fiduciaq; quaſi galea munitus, acutiſſimos quoſdā cæleſtis ac divinæ doctrinæ gladios vibrare, atq; ut clypeum, ſic fidē caritatiſq; conſtantiā hoſtium telis tamdiu opponere, donec poſt multa prælia, adverſus immaniſſimam illam ac infernalem belluam commiſſa, ſpiritum effunderet in victoria.

*f* Franciſci Aſſiſinatis mundi contemptus atque inſtituti ſectator egregius; Ambroſius Sanſedonius, ille è præſtantiſſima ſanctiſſimaque Dominicanorum familia, cujus illuſtria *g* facta, omnis ſanctitatis affatim plena, juſſu Honorii Papæ hujus nominis Quarti olim conſcripta, noſtra quidem tempeſtate in lucem revocari, eumdemque inter Cælites, quos univerſa Catholica Eccleſia in terris veneratur & colit, Clemens Octavus Pont. Max. conſtanti omnino voluntate adnumerari collocarique voluit. Quis exinde Bernardus *b* Tolomeus, præſtantiſſimarum artium gloria inſignis, inſignior vero religione & pietate? Quis Franciſcus Picolomineus, quiſque Patricius, è Patricia gente, Montis Olivetani Ordinis conditores iidem ac rectores? Hiſce proximus prodit ſtrenuus bellator noſter Joannes *i* Columbinus, Congregationis Jeſuatorum Fratrum inſtitutor ac parens optimus, de quo plura hiſtoriæ noſtræ pro loco appingere eſt animus, una cum ſocio ac commilitone ejus Franciſco Vincento: quos eodem fere tempore ſecutus eſt, eadem in Deum pietate, hoc in Chriſtianæ virtutis ſtadio *k* Stephanus Maconus: qui deinde brevi poſt tempore Petrum noſtrum æmulatus, egregie Cartuſianæ familiæ divino plane admonitu nomen ſuum dedit. Et qualis quantuſque demum Bernardinus *l* Albizeſcus, ille Aſſiſinatis ardentiſſimæ in Deum caritatis eximius æmulator, univerſæque Franciſcanæ labentis familiæ reparator & cuſtos? Is nimirum Bernardinus dux & imperator fortiſſimus, ex quo jam inde ab ſuo tirocinio in certamē deſcendit, ſemper in acie, ſemper in ſole ac pulvere fortiter impigreque verſatus, & ſummi cæleſtiſq; Imperatoris memoria fiduciaq; quaſi galea munitus, acutiſſimos quoſdā cæleſtis ac divinæ doctrinæ gladios vibrare, atq; ut clypeum, ſic fidē caritatiſq; conſtantiā hoſtium telis tamdiu opponere, donec poſt multa prælia, adverſus immaniſſimam illam ac infernalem belluam commiſſa, ſpiritum effunderet in victoria.

*quæ tot alios viros Sanctos habuit ſibi aſſociatos,*

6 Ad hæc placet in horum fortiſſimorum numero bellatorum recenſere ſtrenuam bellatricem, ac Seraphicam Virginem, Catharinam Benincaſam Senenſem: quæ, quamquam per ſexum in hac palæſtra ſeſe exercere non potuit, potuit tamen in ipſis domeſticis incluſa caſtris, velut in acie poſita, cum harum tenebrarum poteſtatibus graviſſima gerere bella: quæ cum victa proſtrataque eſſe videbatur, tum victrix ipſa, Chriſtianæ vel maximæ humilitatis conſtantiâ, uti lata inſignique cincta lorica, ſtabat animo, & in quadam quaſi precationum aſſiduarum vigilia perſtans inconcuſſe, de profligatis hoſtibus triumphum agebat: ſic ut, cum malignantium ſpirituum certamina viciſſet, eorumque pariter ſuperaſſet inſidias, pulcherrimum ac jucundiſſimum Angelis, atque adeo ipſi Deo ſpectaculum præberet. Tu ipſe per te intelligis, ô nobiliſsimum Collegium (te nunc alloquor) quanto ſtudio te bellatrix iſta egregia incitaret, ut bella & tu fortiter gerenda ſuſciperes cum harum rerum humanarum inconſtantia & varietate, cum effrænatis cupiditatibus ac acerrimis hiſce ducibus atque ſigniferis hoſtium generis humani; & quanto amore, quam ſapientibus ſententiis, veræ pietatis ac ſanctitatis plenis, & qua denique animi contentione acrique ſtudio commilitones ſuos hortaretur, ut ſe dignos tantæ virtutis & fortitudinis viris exhiberent: quando ipſemet jam inde à pueris, aliquot hujus præclaræ Virginis epiſtolas, ſuo ſuorumve amanuenſium ad majores tuos conſcriptas chirographo, apud te me legiſſe memini. In iis enim videre erat eamdem ipſam Virginem, non verbis tantum, ſed etiam re ipſa miſcere hortamenta; modo hujus ſodalitatis Fratres, hujus, inquam, religioſæ

*S. Catharina Senenſis plures ad id excitante*

*per epiſtolas,*

palæſtræ athletas; Patres cariſſimos appellare, modo Fratres, modo aliàs dulciſſimos Filios vocare; nunc ductricis pariter & militis, nunc parentis ſimul & natæ partes egregie ſuſtinens. Proinde facere non poſſum, ut verum fatear; quin ex animo inter tot præſtantiſſimos viros principem locum clariſſimam hanc heroinam ſuſtinere dicam.

A. BART. SENENSI

7 Macte igitur animo illuſtris Congregatio, macte virtute: age quod tui muneris eſt, cura ut pietas religioque in te conſiſtat incolumis: fac, rogo, exaudiam ego de gurguſtiolo hoc meo, veterem ſanctimoniæ diſciplinam apud te incorruptam vividamq; indies magis magiſque perſeverare. Vix enim credas, quantum cœperim animo voluptatis, cum ad aures meas pervenit, non modo alios quondam atque deinceps alios, ſanctitate & innocentia vitæ conſpicuos, ex te prodiiſſe viros; ſed noſtra quidem memoria præ ceteris extitiſſe militem illum tuum, ſpiritualis athleticæ egregie peritum, Matthæum Guerram dico, quem vulgo Patrem Teium appellabant, Congregationis Clavorum *l* auctorem, ac civem noſtrum: cujus eximiæ in pauperes caritatis excitus fama Summus Pontifex Clemens, hoc nomine Octavus Romam illum acciri juſſit per litteras Beatiſſimi viri *m* Philippi Nerii Florentini, ad reintegrandam illius noſocomii diſciplinam; quod facerrimus Catholicæ Eccleſiæ Antiſtes, olim Sixtus Quintus, generoſa illa ſui animi præſtantia, ulceroſis ac mendicis *u* per compita miſere quiritantibus, velut unum in locum coactis, extruxerat alendis. Non enim dubitavit Summus idem Pontifex Clemens, *o* quin Tejus noſter, miſericordiæ operibus mire deditus, ſuam ad priſtinam inſtitutionem locum reſtitueret; ut brevi poſt tempore peregregie præſtitit, non modo illa ſua mentis alacritate ſtudioque ingenti in eo munere obeundo, verum etiam ſingulari quadam vitæ ſanctimonia: cujus gratia principes viri ampliſſimique Cardinales, tamquam virum Deo plenum impenſe amabant, ac magna proſequebantur veneratione. Ille tamen numquam his mortalium honoribus elatus, utpote qui caduca omnia contemneret, juſſa ſummi Sacerdotis exacte cum perfeciſſet, nihil habuit antiquius, quam Senas regredi: quo ubi pervenit, morte non diſſimili, brevis progreſſu temporis, ab ea quam ſancte egerat vita ſexdecim ab hinc annis evocatus, diem clauſit extremum.

*item Matthæū Guerra auctorem Congr. Clavorum.*

*l*

*m*

E

*u*

*o*

8 Atqui longius provehor: proinde, ne lacinioſa mea incedat oratio, ad reliquas Alumni tui & Patris mei Petri actiones præclaras enarrandas redeo. Qui quidem Pater, adhuc puer & quartum decimum annum agens, nil puerile præſeferebat: quod, cum eximiam indolem ad virtutem haberet, omnia reſpuebat ſeculi blandientis lenocinia; & carnis voluptatiſque illecebras immaculati affectus pede calcans, illibatum ſuæ virginitatis florem ipſi virginum Sponſo ac Deo conſecrabat. Cernere erat adoleſcentulum, converſationis maturitate ac morum caſtitate ſenem, ad ſeria incumbere, templa venerabundum obire, ſacris myſteriis pie caſteque aſſiſtere, integritatem, pietatem, & animi ſubmiſſionem, ut ſupra docuimus, ſectari; parentes præcipuo quodam obſervantiæ ſtudio proſequi, erga majores natu reverentiam oſtendere, manſuetudinem & lenitatem æqualibus exhibere; &, quod longe difficillimum eſt, inter delicias ac domeſticas opes paupertatem excolere; & ſevera quadam vitæ diſciplina inediaque, virtutis amore, corpus ſuum innocens caſtigare; &, ut multa paucis complectar, in omni genere virtutis, ſupra ætatem, ſupra conſuetudinem, ſupra vires, admirabili animi ſenſu ceteris per id maxime tempus in urbe patria præſtare. Itaque tanti jam tum ejus virtus rerumque ſpiritualium ſtudia ab omnibus fiebant

*His ſimilis B. Petrus*

F

*omni genere virtutis excellens,*

A. BART. SENENSI.

bant; tantumque venerationis caſtiſſimi ejus mores illi conciliarant, ut ex externo ipſius corporis habitu, ex vultu atque oculis, ad modeſtiæ religioniſque ſignificationem compoſitis, inſitum ejus animo candorem ac mentis ornatum cuncti facile intelligerent, moxque præclare de eo exiſtimarent. Quæ quidem eo magis in puero, nobili genere nato, ſuſpiciebantur, quo contumacior atque elatior cunctis Gulielmaccius pater ejus habebatur. Hiſce proinde de cauſis permoti impulſique Primores, una cum reliquo cœtu ejuſdem Sodalitatis B. Mariæ, non dubitarunt illum, id enixe *p* rogantem poſtulantemque, ſibi ipſis aggregare: etiamſi non admittebantur, niſi quorum ætas viginti ut minimum eſſet annorum, & integra forent exiſtimatione præditi. Ergo candidatum excipiunt, admittunt, & gravi Præſidentis oratione animatum pacis exoſculatione demulcent Confratres; & inter ſacrorum hymnorum concentus in ejus amplexus incumbunt.

*in ſodalitatem admittitur,*

P

9 Qui pius adoleſcentulus ſuo potitus deſiderio, non committebat ut partes ſuas eo loci quis deſideraret; quoniã cum prima ſpiritualis militiæ tirocinia apud tantos viros tenera adhuc ætate ponere ſtatuiſſet, ita ſe in officio continebat, ita ſe mature caſteque gerebat; ut pro Sodalitii more ſacras preces, corporis verberationes, atque alia id genus religionis munia dies noctesque inibi libenter obiret: fecitque, ut omnes una omnino voce pronuntiarent, illum decus aliquando ac lumen Sodalitatis futurum. Nec eos ſane fefellit opinio. Quantus enim, & quam inſignis evaſerit ſanctitate, apud poſteros teſtatum reliquerunt, qui eo loco ſuperſtites illi fuerunt: quandoquidem publico omnium conſenſu, ne tanti viri memoriam ulla unquam ex illorum animis deleret oblivio, atque ob oculos quotidie tum ſibi tum poſteris verſaretur, ejuſdem beati Viri Petri noſtri, Cartuſiana tunica induti, ac bacillo imbecilla ſua ſuſtinentis membra, effigiem qua monochromate in pariete, qua in icone egregio opere colorumque varietate pingendam poſt ejus obitum curarunt: quam ſane ad hæc uſque tempora pie omnes venerantur, & colunt: quadrata videlicet corporis ſtatura, facie ad aſpectum plena dignitatis, explicata fronte, magnis oculis, inque illorum albumine nigra pupilla, naſo oblongo, & à ſummo leviter incurvo; labris non nihil præeminentibus citra ullam tamen deformitatem, genis diſcreta confectis macie, colore inter cereum & album; breviter fuſco capillo *q*. Vellem faceret ille omnia contuens & regens Deus, ut beati Patris noſtri faciem virtutis, & gratiam decoris interni ſcribendo depingere poſſim. Sed quid ego tanto viro muneribus aucto divinis non ingenio modo, ſed vita ſimul & meritis impar? aut quibus meis rudis depingam coloribus cæleſtis ejus affectum animi, qui uno ſemper mentis ardore erga Deum afficiebatur? Proinde exiguum plane eſſet, aut nihil omnino, quod impudens pandere auſim: quoniam quidquid divini candoris & venuſtatis, quidquid cæleſtis pulchritudinis & dignitatis in ejus mente renituit, totum (ne quidquam ſcilicet humana mortalitas ſibi decerperet) præpotens ipſe rerum effector ac molitor Deus ſibi penitus vendicavit.

*eminet in exercitiis piis,*

B

*& ibi à morte depictus cernitur.*

C

*q*

CAP. IV. *Nec ibi tantum miniſtrat,*

10 Per incrementa ætatis ac virtutis in dies ſingulos honorarius ephebus noſter incedens, atque in Deum omnem curam ſuam, omnem affectum, actus, cogitationes, amorem deniq; omnem collocans, non poterat non amare & proximos, quos ipſe omnium Conditor & Opifex ſapientiſſimus vult in ſe diligi. Ergo tanta in Petro adverſus hominum ærumnas & calamitates inerat commiſeratio, ut cum in languentes, extrema vel maxime preſſos inopia, vel alio graviter affectos morbo, conjiceret oculos; ea ipſorum confeſtim miſericordia frangeretur, nihil ut loci vel diligentiæ reliquum faceret, quo minus illos, quantum in ſe poſitum erat, adjuvaret. Hinc erat, ut nihil æque lubens, ad illorum calamitates miſeriaſque ſublevandas, tum animo tum corpore agitaret, quam ut ſe totum illis miniſtrando traderet. Hanc unam ob rem igitur noſocomia publicaque valetudinaria adibat; ſed ad illud vel in primis, nullo adjuncto comite, itare frequentiſſime conſueverat, quod ad id tempus Divo Lazaro dicatum cernimus, quingentos ſupra mille amplius ab urbe Senenſi paſſus. Id ille ſibi præ ceteris deligendum duxit, in quo deſiderium ſuum expleret; ſe totum nimirum in obſequium caritatis erga elephantiacos impendendi, propterea quod hiſce curandis alendiſque conditum fuerat. Videres itaque nobiliſſimum adoleſcentem Petrum, ut tradunt, languentes ipſos blande amiceq; ſolantem; hos ad pietatem Chriſtianam hortantem, illos mœrore animi confectos cæleſtium ſpe bonorum erigentem, alios ad patientiam virtutemque excitantem, eoſdem quoque lavantem, atque eorumdem lectos ſternentem. Videres, inquam, eorum plagas & ulcera contrectantem, tergentem, circumligantem, & modis omnibus opem ferentem; &, quod caput eſt in tanta languoris deformitate, cibum ſibi potumq; una ſimul cum illis, dum fercula linteatus miniſtraret, ſumentem. O magnam tui, Petre, caritatem! quod non tabes, non ſanies fæculenta, non morbi denique evitandi contagia obſtiterint, quin temet in miſerorum miniſteria totum effunderes: paratus etiam omnes ſubire caſus, quos tetra illa lues ſe temere ingerentibus importare potuiſſet: perinde quaſi nihil tibi carius nec jucundius eſſet, quam inter eos domeſtice verſari; cum nullus ferme dies abibat (modo Columbino habenda ſit fides, cui vecors plane eſſet illam qui abrogaret) quin ad id Xenodochium te conferres. Nec mirum ſane, non enim in tantam humilitatem, tantus juvenis ſe demiſiſſet, ni prius ardentiſſimæ caritatis igne medullitus incaluiſſet. Nihil tam parvum aut tam vile eſt, ut eo ſe ducat indignum, qui perfecte diligit.

D

*ſed etiam leproſis in S. Lazari*

E

F

## ANNNOTATA,

a *In formula Profeſſionis & in Necrologio Domus, ſolum vocatur* Petrus Guglielmacci. *Latinum autem ac ſimplex nomen* Petrus, *augmentativa forma vulgariter producitur in nomen* Petronis, *quo ſolo in Vita utitur S. Ioannes Columbinus, idque ita proprium fuit Beato ejuſq; avo, & aliis ante ac poſtea in eadem familia pluribus, ut ipſum gentilitium quoq; factum ſit; & ſic* Petrus de Petronibus *nominatur in Vita S. Bernardini, de qua mox. Hujuſmodi autem cognomina familiarum, poſtquam in uſu eſſe cœperunt, ſumpta ſunt ex proprio ejus nomine, quem ex majoribus ſuis primum nominare nobilitas ejus temporis noverat: quare ad genealogias fundandas nihil obſcurius incertiuſque eſſe puto ejuſmodi patronymicis cognominibus, quæ multis, toto ſtipite diverſiſſimis, ex diverſo capite propter homonymiam potuerunt eadem eſſe. Quanto porro major eorum eſt vanitas, qui nec illo quidem quo majores ſui familiæ exordio contenti, audaci ſaltu in tempora ſeculo* x *anteriora, atque etiam in Romanas familias attolli volunt, novitio poſterioris ætatis invento atque adulationis pleniſſimo?*

b Guglielmaccius filius Petronis, nepos Accorridoris, mortuus anno 1348 ex lue peſtilentiæ, è quo tunc Senis eſſe mortua 70 millia hominum, in ſuburbiis 8 millia, *annotat Bartholomæus. Ejus alii filii ſuperſtites fuerunt.* Franciſcus, Andreas, Iacobus.

c *Si* Malavoltæ *cognomento uſus eſt B. Ioannes in Vita, bene eſt; ſin minus, probandum familiæ iſti relinquo, quomodo Beati noſtri mater ad ipſam pertineat. Bartholomæus, ejus & viri imagines adhuc ſuperſſe indicat, in ædicula, quæ extra civitatem* ad arborem S. Franciſci *dicitur, in qua ante Deiparam genuflexi pinguntur.*

d *Mor-*

A d *Mortuus anno* 1363, *relictis filiis* Nicolao, Angelo, & Salimbene.

e *Ad* B. Andreæ Galerani *Vitam* 19 *Martii explicatur inſtituto hujus Noſocomii.*

f B. Petri Pettinarii, *ſeu* Pectinarii *varia Acta nacti in Italia ſumus, danda* 4 *Decembris.*

g S. Ambroſii Sanſedonii *dedimus* 20 *Martii, ſed ut poſtea didicimus, in iis annus Chriſti* 1286 *non currit uſq; ad Paſcha ſequens, more Gallico; ſed in choatus erat à* 25 *Martii præcedentis anni* 1185 *more Piſano, adeoque tunc recte nominabatur* 1286.

h B. Bernardus Ptolemæus, *cum adjuncto hic ſocio, fundator Ordinis Montis-Oliveti, colitur* 22 *Auguſti.*

i S. Ioannes Columbinus, *inſcriptus Martyrologio Romano* 31 *Iulii; vita functus anno* 1367, *in cujus Vita agitur de* Franciſco Vincento, *ſocio hic memorato.*

k B. Stephani Maconi *Vitam ſcripſit idem Bartholomæus, qui hanc exaravit, edendam* 7 *Auguſti. Ex ea jam edidimus nonnulla ad Vitam* S. Catharinæ Senenſis.

l Congregatio Clavorum *Senis inſtituta an.* 1579, *in ſacello, quod a ſacro Domini Clavo ibidem ſervato nomen habet. Ita Faſti Senenſes ad* 25 *Septembris in elogio hujus ipſius* Matthæi Guerræ, *qui obiit tali die anno* 1601; *ipſam vero Congregationem Gregorius XIII an.* 1584, & *Sixtus V an.* 1586 *ſuis diplomatis confirmarunt ornaruntq;*

B m Vita S. Philippi Nerii, *auctore Petro Baccio à nobis allegata* 26 *Maji, in Faſtis iiſdem allegatur: dicturque Sanctus ipſe eidem voluiſſe adſcribi, una cum Cardinalibus, Sfondrato, Baronio, Borromæo.*

n *Anno* 1587 *Sixtus V edidit Bullam, quæ extat, de* Hoſpitali mendicorum, *in ædibus prope Pontem Sixti ad ripam Tiberis erigendo.*

o Clemens VIII, *poſt Sixtũ quartus in Sede Petri anno* 1592, *inter cujus Bullas hactenus editas nihil de cura Hoſpitali iſti impenſa invenio.*

p *In Vita* 3 S. Bernardini *ad* 20 *Maji edita dicitur cap.* 1 *hic inſcriptus huic Fraternitati, poſt alios viros illuſtres, inter quos numeratur* Petronius de Petronibus, qui Cartuſienſis poſtmodum effectus, Religionẽ eamdẽ illuſtravit. *Hic eſt autem* B. Petrus, *de quo hic agimus. Idem probari ait Bartholomæus per vetera monumenta & Codices Mss.*

q *Huic deſcriptioni cum plane ſimilis videatur imago in fronte editæ Senis Vitæ, non gravabor illam inde exceptam hic exhibere.*




*Obiit in Cart. Senen. 1367. 29 Maji.*

## CAPUT II.

### *Ingreſſus Petri in Ordinem Carthuſienſem, qui Sacerdotium declinans digitum ſibi amputat.*

11 CAP. V. CUm indies juvenis noſter Angelicus divini amoris ardore æſtuaret, ſecumque reputaret identidem, non poſſe ſe ſua deſideria ſuaque pariter ſtudia pietatis ad voluntatem explere, tot inter hujus ſeculi nequam diſcrimina poſitum; quandoquidem nihil ſibi prius aut antiquius eſſet, quam ut ſanctiorem perfectioremque degendæ vitæ cultum ſibi ſequi liceret, eumque ad extremum uſque tenere; cœpit ſecum ipſe ſerio varias excogitare vias, quibus rem ex ſententia ipſemet gereret. Ob id ipsũ itaque mens ejus verſatur crebro in ambiguo, & quid interdum conſilii capiat, aut quo ſe vertat neſcit. Nã cum plura, eaque ſubinde per ſpeciem abſolutiſſimæ ſanctitatis, ad quam unam perſequendam omnes curas ſuas cogitationeſq; omnes conferebat, ejus animo obverſarentur; eo plerumque adducebatur, ut ſummi Dei clementia fretus, difficillima quæque, ad novum vitæ genus victũ cultũque in primis aſperrimum inſtituendum, aggredi non dubitaret. At rurſus eadem, quæ jam generoſa alacritate in ſe ipſo excuſſerat, ad calculos dum per otium revocat; liquido animadvertit, nequaquam ſolutam expeditamque ſibi rationem eſſe, ad eum vivendi curſum tenendum, quem propenſione, quin etiam voluntate quadam abreptus conceperat, ſibique facillimum propoſuerat: ignarus adhuc noſter adoleſcens earum artium, quibus ad decipiendas incautas mortalium mentes utitur dæmon, eorum potiſſimum, qui in rebus ſpiritualibus nimio plus ſibi fidentes, ſuam voluntatẽ ſuumq; dumtaxat judicium ſequi decernunt. Quoniam admirabili quodam ſtudio ad Chriſtianam ex Euangelio paupertatẽ colendam concitatus, magno tenebatur deſiderio longinqua terrarum petendi ſpatia, ubi nullius congregationis cœtuſve legibus aut ſacramento adſtrictus, inter infimæ plebis quiſquilias lacernatus incederet inglorius: & a Alexii ſanctiſſimi viri Patritiiq; Romani inſtar, ſub dio vel certe in aliquo ſacrarum ædium veſtibulo noctes exigeret, omni humano ſolatio deſtitutus; ſicque ſine lare familiari mundus pro domo illi eſſet, pro tecto cælum, pro lecto ſolum; ac pauperum infertus gregi oſtiatim precario ſtipem colligeret; ut exin libero ſolutoque animo, quidquid ab hujuſcemodi emendicatione ſupereſſet otii, in templis ſacris, effundendis precibus id totum inſumeret. Ceterum pii adoleſcentis conſilia in tam ardenti rei expediendæ deſiderio ad nihilum ut reciderent, unus ejus pater Guliel[illegible]maccius effecit, cujus videlicet inſectationes maxime formidabat. Quippe cũ illum dudum frementẽ, ob ſordidatorum in ipſa patria ſede, atq; adeo intra ipſos paternos lares, contractam conſuetudinem puer eſſet expertus; tum vel maxime temporis eumdẽ ſibi magis tetricum aſperiuſq; furentem concipiebat animo: ut qui potentiæ viribus ferox, atque ingenio contumax, nec non augendæ indies gentis Petronæ avidus, nullo pacto tãto dedecore clariſſimũ ſuæ familiæ genus, ex filii ſordida atq; contẽptiſſima vitæ ratione, affici paſſurus eſſet.

12 Hiſce igitur anxio curis Petro, & ad Chriſti Sanctorumque veſtigia ſectanda optima quæque expetenti, ſaniora conſilia à Patre luminum ſubmiſſa ſunt, ut inde veluti efficaci ſalutarique remedio mentis ſuæ ſolicitudini tandem aliquando conſuleret: quod utique fuit ejuſmodi. Quartus decimus jam tunc agebatur annus, cum ampliſſimus pariter doctiſſimuſque vir Riccardus Petronus, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Vice-Cancellarius, titulique S. Euſtachii Diaconus Cardinalis Senenſis, non minori munificentia quam pietate ac religione in rem monaſticam, ex teſtamento quatuor cœnobia, ſcilicet Monachorum Cartuſienſium unum, Ciſtercienſium alterum, tertium Monialium ex ordine Prædicatorum, poſtremum vero Minorum divæ Claræ dicatum, à fratris filio Joanne, quem anno hujus ſeculi milleſimo tercenteſimo decimo quarto, XVII Kalendas Februarii Genuæ heredem dixit, ubi tum de-

A. BART. SENENSI.

*De ſtatu vitæ amplectando ſollicitus,*

*propendet ad imitandum S. Alexium.*

F *ſed reſpectu patris abterretur.*

*Ex teſtamento Riccardo Petroni Card.*

A. BARY. SENENSI

ceſſit, è pretioſa ſua tantummodo ſupellectili, atque grandi auri argentique magnifice celati pondere, intra Senarum ambitum, vel certe in ipſo circumjecto territorio civitatis, extruenda legavit. Quorum Cartuſienſe id noſtrum cum principem obtineret locum, ſolum in areas deſcriptum Patribus ordinis cœnobii ædificandi cauſa, in agro Maggiano, non longius ab urbe patria quam quingentos paſſus, attribuit, duobus *c* poſt annis ab interitu præſtantiſſimi teſtatoris, vir florentiſſimus Bindus, Bindi filius Falconiſque nepos, Senenſis: qui, ut ejuſdem Cardinalis conſobrinus, ejuſque ſupremæ voluntatis executor impiger fuit; ita opere ſumptuque, magnificentiſſimus extitit imitator; quando & ipſe Pontinianam Cartuſiam, edito gratoque ad adſpectum tumulo ſitam, ad tertium ab urbe Sena lapidem, anno poſt Chriſtum natum milleſimo trecenteſimo quadrageſimo tertio, à fundamentis excitavit; ejuſque Monachis alendis proventus prædiaque aſſignavit *d*. Ergo Maggianum id cœnobium, ab ſua familia conſtructum atque perfectum, adire frequenter conſueverat Petrus: quo enim propius aberat ab urbe, eo facilius ad id excurrere ſe poſſe putabat. In quo degentium Monachorum, cum in eccleſiæ odeo frequentando, tum in rebus divinis tractandis, admiratus erga cæleſte Numen reverentiam, in eam mentem denique occulto quodam inſtinctu acriter ſe ſenſit impelli, ut patriis bonis fociſque relictis, ad eos quam primum ſeſe aggregaret.

*conſtructam Cartuſiam Maggianã adire ſolitus,*

c

B

*afficitur Ordini:*

13 Nec irritus plane hanc ſibi divinitus inſtillatam mentem complexus eſt. Siquidem per multas preces conſulto ac propitiato Domino, uti cœptis ſuis in tam ardenti divinæ gratiæ promerendæ ſtudio perbenigne adeſſet, ad Cartuſiam ſemel tandem profectus eſt, patria incunabula ultra non repetere fixum habens. Quoniam quidem per hanc plenam ſanctimoniæ fugam in ſpem veniebat fore, ut voti compos effectus, qua parentes omnino deſereret, qua ſe totum, pariter à publicis domeſticiſque actis ſegregatum, Deo dederet: & cum eo, qui ſolus puriſſimus eſt, puriſſimâ, quoad humana mortalitas fert, conſuetudine vitæ conjungeretur: atque ex jugi oratione, ſacrarum rerum contemplatione, ſacrorum librorum familiari lectione, ſplendorem veritatis hauriret. Eo proinde conſilio ad Patrum cœnobii pedes, divinum tum quiddam ſpirans, ſupplex provolutus Petrus, eos, ut in ſuum contubernium admittant, enixe rogat. Qui Patres, primum ejus annos ad munera Ordinis ſubeunda nimis teneros cauſati, ſubſiſtunt paululum: tum egregia in Deum ejus pietate, verecundia, ſummaque exiſtimatione, atque eximia quam præſeferebat indole permoti, eum, annos natum ſeptemdecim, in ſuum Ordinem admittendum putant; quamquam Ordinis decreta viginti ut minimum annorum ætatem in ſuſcipiendo exquirant alumno, ut juxta Domini præceptum ad ſacra poſſit bella procedere. Tum demum excipitur, atque detonſo capillo, quem tum pro ſeculi more promiſſum impenſius comere ac alere conſueverant mares, regulari tunica, ſacro Monachorum agmine concinente, induitur: moxque, in noſtrorum gregem adnumeratus, regularibus itidem diſciplinis præceptori traditur inſtruendus. Tirocinii autem anno de more circumacto, juravit Petrus, & ſolennia Religionis vota, in Galgani *e* Vannis qui tum domui præerat verba, cœnobii Maggiani nomine, caſtiſſime ſuſcepit: plus utique ſplendoris ſuâ eidem cœnobio ſanctimoniâ allaturus, quam in eo condendo nominis attuliſſet Fundatoris ampliſſimi beneficentia.

C

*ad quem annos natus 17 admittitur:*

c

*& profitetur.*

14 Quanta vero dein ſedulitate, quod Deo ſanctiſſimo ſpoponderat ſacramento, reddere conaretur; quanta pietate, quanta religione ad Chriſtianæ perfectionis culmen aſcendere niteretur; ut in obedientiam, caſtitatem, paupertatem, ut in taciturnitatem & ſolitudinem incumberet; uti reliqua omnia, quæ religioſum decent ordinem, admirabili alacritate obiret, longum eſſet enarrare. Verum hoc unum in præſentia miſſum facere ſine ſcelere non queo, quod ſimul atque monaſterium eſt ingreſſus, uſque eo patrias opes omnes omniaque clariſſimæ familiæ inſignia ab ſe abdicavit, ut intra cellulæ parietes ſolitarius ex inſtituto latitans, numquam vel parentum affiniumque congreſſum excipere voluerit: quin cum ad eos, gravi morbo correptos (qui morbus vitam hauſit) officii cauſa adire quandoque potuiſſet, Patrum nimirum conceſſu; numquam tamen adduci ſe paſſus eſt, ut carni daret & ſanguini, quod virtuti debere ſe confitebatur. Atq; eo factum eſt, ut nuntium de ipſorum obitu ita forti ac conſtanti animo tulerit, ut nullo doloris morſu perſtrictum ſeſe cunctis exhibuerit; ſatius arbitratus impietatis erga parentes inſimulari, quam ſemel propter immortalem ſui omniumque parentem Deum arreptum ſolitudinis propoſitum temerarie violare. Neque hiſce tantum contentus, quin omnia quoque propinquitatis jura ſublimium appetens aſpernatus, ne contra Chriſti legem omnium ſibi vel primam & antiquiſſimam, carnis aſſenſum illis quandoque cogeretur præbere; nihil de rebus temporariis, quæ ad eoſdem parentes & affines pertinerent, vel ipſis ille auribus haurire, vel ſermonem coram inferri noluit unquã. Secum enim ſæpiſſime reputabat, nondum ex animo ſe Dei juſſa feciſſe, ſi, cum corpore propriam domum reliquiſſet, mente tamen eam incoleret, parentumque ſimul (etiam tum illorum cupidus) oblectaretur affatu: aut juxta Euangelii præceptum, ſi qui patrem, matrem, fratreſque jam volens ac lubens deſeruerat, uti Chriſti dignus haberetur diſcipulus; adhuc etiam ſe vexari induceret animum, cum ſeu domeſticorum blandimentis delinitus, ſeu quadam humano generi natura inſita mollitie adductus, ultro ipſemet illos admitteret colloquentes.

D

*Declinat parentum collequia & aſpectum,*

Matth. 37

15 Qua quidem Petri erga ſuos ſeveritate factum eſt, ut parentes tantam ejus animi firmitatem ægre moleſteque ferentes, ſe penitus contemni putarent: eo maxime quod ſe ſuaque nihili ab eo fieri ac repudiari cernerent. Contra vero dici vix poteſt, quanta ille perfunderetur voluptate, quam ſolidos quotidie, ex hujuſmodi gravitatis diſciplina, tranquillitatis ac internæ pacis fructus carperet: haud ignarus ſuique ipſius experimento apprime eruditus, non poſſe quemquam intra Cartuſiana ſepta divinarum rerum delicias animis percipere, niſi præmiſſis omnibus inſtar Jacobi ſolus remaneat, ut facie ad faciem Deum videat, & benedictione ſimul & nominis in melius mutatione felix efficiatur; neque Moyſis in modum frui Dei colloquiis in ſolitudine, ni prius hujus mundi excalceatus affectibus, carorumque nexibus expeditus, nudus ad nudum Chriſtum accedat: quando, Divo Hieronymo teſte, nudos tantummodo amat eremus. Hanc Petri affectuum in res humanas nuditatem omnino me poſſe clarius demonſtrare diffiderem, niſi auctores graviſſimi planis ac diſertis verbis, uti cetera, quæ hactenus demonſtravimus, memoriæ illam tradidiſſent; quorum verba hoc loco vel præcipue referre libet, quo planius cunctis pateat, nihil Petrum in rebus humanis ſolatii nihilque præſidii ullo unquam tempore ſibi conſtituiſſe. Si quando vero (ajunt illi) germani ejus fratres, parentibus è medio jam ſublatis, aliique qui cognatione nomen ejus & genus attingebant, ſtrenas, munuſcula, atque alia id genus humanitatis xenia ad Cartuſiam interdum benignitatis cauſa

E

F

*omni erga eos affectu nudatus.*

A *nec xenia ab eis oblata acceptat.*

cauſa mitterent; numquã Vir beatus, æque in illos ac in ſe ipſum graviter ſeverus, adduci potuit, precibus etiam adactus, ea ut acciperet, ſed obſtinato prorſus animo rejiciebat; cum ut votivæ paupertatis religioſa profeſſio conſtaret, tum ut re ipſa oſtenderet, nullam ſe cum illis rationem habere: quoniam eatenus eos amabat, quoad & ipſi Deum caritate officiiſque religionis proſequerentur. Id ſimul atque illis cognitum fuerat, aliorum nomine, qui ſive quotidiana amicitiæ conſuetudine ei intimi eſſent, ſive alio quovis pietatis ſtudio erga eum afficerentur, ea ipſi dona deferri curabant; rati nimirum haud aliter ac agebant ab eo eadem acceptum iri; quæ nihilominus tamen, non niſi Chriſti nomine injecto, accipienda cenſebat. Ceterum ut primum prophetiæ ſpiritu manifeſtius clarere, futuraque ſimul & longinqua divinitus proſpicere cœpit; tantum abfuit, ut ei ullo unquam tempore imponere poſſent; ut etiam omnia acta factaque illorum perinde, quaſi propter oculos ei eſſent, longiſſime puro mentis intuitu proſpiceret ineluſus.

CAP. VI

16 Petrum interim ad Euangelicæ perfectionis faſtigium hiſce gradibus, quemadmodum ſupra demonſtratum eſt, aſcendentem, majoreſque quotidie

B in Chriſtianæ humilitatis atque obedientiæ virtute efficientem proceſſus, viſum eſt cœnobii Præſidenti, ad Diaconatus ordinem jam promotum, ad Sacerdotii quoque apicem evehendum: quo per iſtiuſmodi dignitatis munus magis idoneus evaderet ad cetera Ordinis miniſteria exequenda. Hæc ut primum ad aures Petri perveniunt, mirum quam graviter ac dolenter ea ipſe acceperit: unum tantummodo per id maxime tempus laborans, quia ſcilicet ratione tam honorificum munus effugere poſſet: indignum ſe prorſus exiſtimans, cui tantum onus Angelicis humeris formidandum demandaretur; ſcilicet veritus, ne, per hanc ſpecioſam occaſionem, ad aliorum regimen rerumque adminiſtrationem iter ſibi aperiretur; cum & ſubeſſe perpetuo potius, quam præeſſe fixum illi eſſet; ſimulque conſtitutum, quoad per eum fieri poterat, numquam ſe rerum temporalium tricis involvere; in ſermone quotidiano uſurpare ſolitus, res temporarias illarumque curationes plurimum homini ad cæleſtia anhelanti afferre detrimenti, ac majoribus pretioſioribuſque muneribus eum expoliare atque nudare. Quocirca, cum id ipſum noſſet præclare, facere non poterat, quin omnem quo poſſet conatu obſepiret viam, qua cum honori-

C bus pro Ordinis conſuetudine, tum rei familiaris adminiſtrationi aditus pateret: minime dubius, hoc degendæ vitæ genere facilius ſe humilis magiſtri ſui Chriſti veſtigia perſecuturum.

*Indignum ſe ratus,*

17 In hac itaque deliberatione obfirmato animo cum eſſet Petrus, Cœnobiarcham ultro convenit; *inſtat apud Priorem, ut non fiat Sacerdos,* ejuſque pedibus advolutus, ſuum illi aperit conſilium; ſibique fixum in animo exponit, numquam ſe velle ſuſcipere Sacerdotii dignitatem: quoniam ſuæ ipſius imperitiæ conſcius, negat, ſe poſſe, ſalva religione, hujuſcemodi ſubire munus: proinde eum vehementer obſecrare obteſtarique per Chriſtum Dominum, ne ad id onus ſuſcipiendum cogatur. Munus longe ſuis viribus impar, dignioribus, doctioribus, ſanctioribuſque demandandum: ſe ſua pernoſſe vitia; ſuæque licet imbecillitatis haud ignarum, paratum tamen eſſe pro viribus in ceteris Ordinis functionibus, quæ ad privatæ vitæ rationem ſpectant, omnia ſemper excipere munia: in Sacerdotio vero ſuſcipiendo non eſſe eum ſe, qui ejus partes pro rei majeſtate adimplere poſſet: quandoquidem divinam pene virtutem, & omnibus numeris abſolutam tum corporis tum animi integritatem exigit. Satis ſuperque auctum ſe atque cohoneſtatum Diaconatus ordine, ad cujus dignitatis gradum ſe prorſus indignum aſcendiſſe, ſi recte meminerit quæ Apoſtolus ſcribit cum ad Timotheum, Diaconi mores, integritatem, & virtutes exponit: denique nihil non facere, nihil non dicere, ut ejuſmodi ſe munus declinare permitteret. Nec incaſſum plane: ſiquidem Cœnobiarcha, modeſtiam Petri atque animi ſubmiſſionem ſatis admiratus, gratulatuſque pariter illius *nec fruſtra:* mentis candorem, peramanter in ejus ruit amplexus (quippe nihil æque valet, ad hominum benevolentiam nobis conciliandam, atque ſubmiſſio moderatioque) eumque adhortatur ad Ordinis conſuetudinem ſe ut accommodet: quod per hanc, vel omnium primam uti & præſtantiſſimam inter omnes Monachorum functiones, majorem ſe liberius Deo conjungendi habiturus ſit facultatem. At pius juvenis nihilominus, parendi longe quam imperandi avidior, rurſus Cœnobiarcham precatur precibus quidem infimis, ne à ſuſcepto propoſito ſe patiatur abduci. Demum id in præſentia tenuit ægerrime, aliis quam plurimis excuſationibus ad fruſtrandum allatis, ut multum interceſſerit tempus, quo nulla ſolicitudine de propoſita ſibi dignitate premeretur.

A. BART SENENSI.

18 Interea loci Franciſco olim Altoviti, domus Præſidenti, Franciſcus Turæ Montaninus Senenſis *f* E ſufficitur:; qui cum Petri conſilium nullo pacto probaret, ut qui præclare intelligebat, quantum ad Dei f gloriam propagandam ſplendoris, ad mortalium vero *ſed ab illius ſucceſſore coactus,* ſalutem commodi, conferant per Sacerdotium, qui una cum morum integritate conjunctam habent innocentiam vitæ atque ſanctimoniam: non modo aliquid eorum, quæ ad Sacerdotii gradum detrectandum Petrus afferebat, ad animum non admittebat, ſed ne ad aures quidem: quin etiam illum monet hortaturque, ut oneri ſupponat humeros, & Patrum conſilia volenti libentique animo amplectatur. Et ecce tibi novum in Petro certamen ſui deprimendi ac ſubmittendi: ecce rurſus anguſtiæ. Etenim quibus humilitatis ſtudiis Cœnobiarchæ voluntatem ad ſuam flectere ſe poſſe putabat, iiſdem ipſis vehementius multo eum inflammabat, ut ſe de munere obeundo ad arbitrium ejus totum componeret. Quaproter *implorato* cum omnem præreptum precibus locum, atque nul- *Numine,* lum eſſe reliquum perfugium ad evadendum Petrus cerneret; ac propius jam abeſſet ut manus daret, quam optata ex ſententia conſequeretur; interiori quam antea cura excubavit animo, iis ſtudioſius obſervãdis, quæ potiſſimum eum voti compotem facerent. Sed primum omnium ad Numinis voluntatem explo- F randam, ejuſque auxilium in rebus ſuis afflictis vocandum, per multas preces incumbit: ut in ſumma voluntate Chriſti conſilia exequendi eam ſibi injiciat mentem, qua & aditum omnem huic dignitati obſtrueret, & ſui pariter contemptum, non verbis modo ſed re ipſa, per omnem vitam perſequeretur. Nec in irritum fuſa obſecratio. Nactus enim ſpa- *& medico* tium per eos dies medicum alloquendi familiariter, *conſulto,* quærit ab eo, utrumnam, ſi unus ex altera manuum digitus cuipiam omnino amputaretur, mortis ille diſcrimen adiret: ex quo cum hoc tuliſſet reſponſum, nihil videlicet in ea obtruncatione ſubeſſe periculi præter doloris; vix credas, lætior quam ſit effectus, non deſperans fore, ut ea maxime ratione, rem utique ex animi ſententia ipſemet conficeret. Id quod ab ipſo Phyſico, quem vocant, ea animi dexteritate atque adeo tortuoſis quibuſdam interrogatiunculis expiſcatus eſt, ut numquam cogitatione aſſequi potuerit, quorſum iſthæc Petri oratio tenderet.

19 Quid multa? Igne humilitatis, velut œſtro quodam, percitus Petrus, rem aggredi ſtatuit omnino; omni ſpe videlicet in uno Deo rei bene geren-

A. BART. SENENSI.

dæ repoſita. Per ſummam itaque ſpeciem quodam die cochlearia lignea conficiendi, ſalutarem ſiniſtræ g digitum putatorio ſcirpiculo ſibi prorſus abſcidit; atque uſque adeo conſtanter in ſe ipſum ſævire oſtendit, ut generoſo ac alto quodam ſui contemptus ſpiritu concitatus, nihil doloris vilus ſit pati; quoniam nullo emiſſo ejulatu, nullo edito gemitu, ac ſi omnino doloris vim non ſentiret, fortiter ſectionem illam tulerit. Neque tamen id egregium humilitatis facinus ſuo tum caruit præmio. Tanta quippe repente divinæ dulcedinis vi perfundi ſe ſenſit: ut, ſicuti ſub mortis ſuæ tempus confeſſus eſt, nova in præſentia divinæ gratiæ luce ejus menti oblata, certum de futura in cæleſti patria felicitate & gloria conſequenda pignus acceperit. Verum, ne quid hic deeſſet ad probandam Petri patientiam, factum eſt, ut experimento exin dicerit, valde ſibi caro illam qualecunque dulcedinem ſtetiſſe: quandoquidem (uti chirurgus, qui ei medicinam fecit, quique illi ſuperſtes fuit, ſatis conſtanter aſſeveravit) Petrus inter curandum ex nimio dolore in terram ſæpe numero corruebat exanimis. Atque tandem hoc validiſſimo impedimento fecit effecitque, ut in omni vita dignitatem ullam inire potuerit numquam: itáque in B ſinu gaudens deſiderium ſuum explevit, ſe ſcilicet omnium vel infimum cunctiſque ſubjectum exhibendi pariter ac vocitandi, Franciſcum Aſſiſinatem, cujus in defugiendo Sacerdotii munere exemplum in intimis medullis ſibi ſemper inhæſerat, imitatus; h dein Ammonium *h* Eremitam æmulatus eximie: in utroque vero altiſſimam Chriſti Domini humilitatem ſecutus, qui non miniſtrari ſed miniſtrare ſe veniſſe, verbis ſimul & factis ſane quam egregie, dum inter mortales immortalis ipſe Deus ageret, oſtendit.

*ſibi amputat digitum:*

## ANNOTATA.

a *Colitur* S. Alexius 17 *Iulii, & apud Græcos etiam in veneratione eſt, quaſi inter illos vixiſſet.*

b Ricciardi Card. *elogium ex Ciacconio profert Bartholomæus, quod ibi videri poteſt, corrigendum in eo, quod mortuum Cardinalem dicat anno* 1313.

c *Anno ſcilicet* 1316 *evocatus eſt Michaël, Carthuſiæ Triſultanæ alumnus, ad illius fundamenta jacienda: qui adhuc anno* 1324 *idem cœnobium rexit.*

d *Bindo morienti aſſediſſe B. Petrum, eumque ad pie religioſeque moriendum adjuviſſe annotat Bartholomæus: quod contigit* 17 *Maji anno* 1343: *habet etiam Epitaphium ejuſdem, apud Carthuſianos Pontinianenſes ſepulti.*

C

e *Idem* Galganus *præfuit anno* 1334 *Carthuſiæ Parmenſi, & anno* 1339 *adfuit conſtructioni Carthuſiæ Bononienſis extra portam Pratelli.*

f *Anno* 1336 *id factum annotat Bartholomæus, eumque vixiſſe in regimine uſque ad annum* 1369.

g *Dorlandus lib.* 5 *cap.* 1 *putavit* pollicem fuiſſe abſciſſum, *ſed* digitum *fuiſſe probat Bartholomæus, etiam ex pictura antiqua; de qua mox.*

h Ammonium *aurem ſibi præcidiſſe, ne Epiſcopali idoneus officio haberetur, ſcribit Palladius cap.* 12, *& ad Vitam S. Thomæ Aquinatis* 7 *Martii cap.* 4 *litt. b memini notaſſe me de* Thoma Hibernico; *qui ne ad celebrandam Miſſam cogeretur,* pollicem ſibi amputavit: *utique ex humilitate melius ille; quam ex inſano amore quidam, noſtro hoc ævo, Princeps in Belgio, teſtatum affectum ſuum voluit paris nobilitatis amaſiæ, abſciſſione auricularis digiti; quo tamen merito impetravit, ut ſibi nubere conſentiret.* Noſtris autem temporibus, *inquit Bartholomæus*, Petri factum depictum antiquitus aſpeximus intra ædiculam S. Bernardini, in clivo Cathedralis eccleſiæ ſitam, hoc eſt inter xenodochium Dom. Agnetis & oratorium Sodalitatis Mortis: in quam picturam, occaſione reparandi loci vitium facientis, Primores Sodalitatis B. Virginis Mariæ, cui locus ipſe annexus eſt, tectorium induci curavit. D

## CAPUT III.

### *Petri humilitas, obedientia, paupertas, abſtinentia & patientia.*

JAm vero enarratis, quæ Petrus ad vigeſimum quintum ætatis annum geſſit, non abs re fore exiſtimo, immo vero operæ pretium duco, ſi in ceteris deinceps rebus ejus geſtis proſequendis, ab humilitatis animique ſubmiſſionis virtute exordium cepero: quandoquidem hujuſce præclaræ virtutis ſtudium (ut quæ ceterarum eſt parens altrixque præcellens) ita in omni vita adamavit, ita complexus fuit, ita demum conſtanter ac perpetuo tenuit, ut in eo uno vel principatum ſibi vindicaſſe videretur. Arduum quidem nimis ac operoſum eſſe tradunt, ſingulas Petri virtutes recenſere; partim quod innumerabiles propemodum eſſent, partim etiam, quod quæque facta ſua exteriora, ſimul & interiora quæ à Deo acceperat dona & beneficia, omni ſtudio ceteros celare ſemper contenderit. Quin etiam viri graviſſimi aſtruunt, Petrum jam tum à puero à Domino ſtudioſe efflagitaſſe, ut mortalibus omnibus eſſet obſcurus, nemoque deprehenderet illius pietatis ſtudia atque exercitationes: id quod Beatus quoque Pater obtinuiſſe, ſub mortem divinitus juſſus, aperire non dubitavit; & hanc potiſſimum extitiſſe cauſam, cur pauca admodum de occultioribus ejus rebus geſtis litteris mandarentur. Nihilominus tamen non potuit, ut iiſdem Columbini verbis utar, tanta lux ſub modio latere, tantus theſaurus abſcondi, nec pretioſus tantarum virtutum liquor in vaſculo ejus corporis recondi, quin aliqua ex parte efflueret exundaretque: ut mortales poſt ſuaviſſimum odorem factorum ejus currerent, & quidquid inde ſibi & animarum ſaluti profuturum ducerent, ipſimet carperent. Aggrediar itaque ad ea de beato Patre noſtro Petro narranda, quæ nobis præ oculis proponuntur, non admiranda ſed imitanda: cum alioquin non ignorem, quæ à ſanctiſſimis Viris, divinis circumſeptis præſidiis, facta conſpicimus, quæque naturæ vires excedunt, ac hominum ſuperant captum, non eſſe imbecillitatis noſtræ ponderibus examinanda: ſed in ejus æternæ mentis Numen, quo præſide ac duce, immo per ſui ipſius afflatum imperante, ea ipſi patiantur, fide potius & ſilentio eſſe venerandum. Nos vero homunculos ad ea veræ pietatis, veræ ac ſolidæ humilitatis, & in Deum proximoſque caritatis exempla imitanda deſcendere æquum eſt: ex quibus diſcamus, quo nobis itinere gradiendum ſit, ad eam ſi velimus beatam patriam pervenire, quo ipſi pervenere, qui ſe ſancte caſteque geſſerunt. Horum unus vel præcipuus fuit Petrus noſter Beatus, cujus eximias virtutes, non admirari, ſed imitari; cujus vitæ rationem, non animo ſuſpicere, verum etiam factis amplecti; & cujus denique acta & operationes, felici ac beata immortalitate dignas, quoad poſſumus, & aliquanto etiam amplius quam quantum poſſumus, in nobis ipſis exprimere debemus. Quæ quo clarius pateant, ad animi primum humilitatem atque ſubmiſſionem, ut dixi, veniendum arbitror, in qua plus negotii reſidere videtur: utpote quæ ſine controverſia, ad cæleſtem beatitudinem conſequendam, ſummum in homine obtinet locum.

20 LIB II, C. 1

*Licet amore humilitatis*

F

*voluerit latere pia ſua exercitia,*

*ea tamen hic ad imitandū proponuntur.*

E

21 Petrus igitur, abſciſſione digiti maximum in modum lætus effectus, quod per hujuſmodi mutilationem,

A tionem, non modo omnem ſibi aditum ad honores ex ſacris Pontificum Patrumque ſanctionibus egregie obſepiſſe, verum etiam ampliorem viam ad ſui contemptum ac deſpicientiam aperuiſſe videbatur; totus ſibi concors, intra cariſſimæ ſuæ cellulæ fines, Deum ſpeculatum ſe liberius recipiebat; ſeque in ea libentius continebat, & in ſe tanto frequentius inibi deſcendebat, quanto longe omnium mortalium ſe infimum, atque auxilii opiſque divinæ in primis egentem, ex animo putabat. Hinc fiebat, qua erat animi humilitate, quod quamquam tantis naturæ & gratiæ adjumentis mirifice apparebat inſtructus, numquam tamen neque ſanctimoniam, neque prudentiam, qua eximie pollebat, neque ſcientiam pariter oſtentare eſt viſus: ſed de ſe, ſuiſque de rebus ita demiſſe ac humiliter ſentire, perinde quaſi unus ex infima plebe vel maxime foret: quin potius ſeipſum ſemper abjicere, ſemperque dejicere ſtudebat: cupiebatque convitia & ludibria in ſe ab aliis ingeri, verborumque ſimul contumeliis lacerari. Non dico ut nobiliſſimum familiæ genus jam inde à pueris contempſerit, honoresque fuerit aſpernatus per omnem vitam; quoniam tantæ virtutis non eſſe cognoſco, dignitates & honores in poſtremis habere,

B quam ſui ipſius deſpicientiam appetere: plus etenim eſt ut male accipi negligas, quam honorifice tractari non cupias: at vero illud ſummæ perfectionis, ut à graviſſimis ſanctiſſimiſque viris traditum eſt, ut peſſime affici exoptes. Id profecto beatus Pater noſter expetebat, & ad hoc votis omnibus inhiabat. Sed enim probe noverat, non ſat eſſe ad Dei gloriam illuſtrandam, in mentis tantummodo receſſibus virtutes abſtrudere, niſi & in opus, ad aliorum vel utilitatem vel ſolamen, aut certe ad exemplum erumpant. Ob id ipſum igitur, ne prorſus vacuus ab onere vel potius ab honore eſſet, hanc dignitatem intra cœnobium eſt aſſecutus; atque re ipſa ſic effecit, veri honoris ac ſolidæ virtutis haud ignarus, ut infima quæque munia & ſervilia miniſteria ſæpe obiret, quæ relatu etiam ſunt indigna: quæ vero ſplendida, quæve honorifica repudiare, & averſus manibus pedibusque refugere.

22 Neque hiſce tamen contentus fuit; à Patribus enim efflagitavit ægrotantium curam ſibi demandari, quam & obtinuit. Sane ex iis, quæ conſecuta ſunt, nemo ſanus quæſiviſſe Petrum locum, quo magis ſe abjiceret, quoque plus caritatis in eo munere exequendo ægrotis Fratribus exhiberet, liquido non perſpiciat. Adſtabat enim ille diu noctuque pro ratione morbi ægrotantibus: ipſe ſolus valetudinarii curator cibos porrigere, in os inſerere; ipſe ſedulo erigere jacentes, extruere pulvinaria; ipſe cubicula arrepto verriculo purgare; ipſe hortari, monere, nonnumquam etiam rogare; nihil ei eſſe gratius, nihil carius, quam languentes Fratres Patreſque ſuos omni qua poterat ratione juvare. Interdum item blandiſſime appellabat, aſſidebat, colloquebatur, & dolores corporis animique mœrorem, non oratione modo plena humanitatis & officii, ſed etiam re ipſa atque opere multo magis mitigabat. Neque porro hic ſtetit res: alia enim mirâ quadam animi contentione

C meditatus, atque factis ipſis eſt executus; quo per ea magis magiſque ſemet contemneret, ſeque aliis in dies ſingulos dicto audientem præberet: nempe, ut obſoletioribus Patrum veſtibus reſarciendis præficeretur, extorſit potius quam impetravit. O profundam, Petre, animi tui ſubmiſſionem! præclarum quippe tui ipſius exemplo Cartuſiani inſtituti hominibus documentum ſtatuiſti, quantum videlicet externa proſint ad interna reformanda; reformanda in te non dixerim, quæ numquam per letalem noxam deformata ac labefactata. Hoc eſt, dicam cum Divo Baſilio, ad humilitatē acquirendā plurimum exteriora humilitatis ſtudia atq; exercitationes conferre; ut in cultu externo humilitati ſtudeatur, in veſtitu, in cibatu, in domo, in lecto, in domeſtica ſupellectili, atque etiam in hominum uſu atq; conſuetudine, ac demum in omnibus; ut in omnibus opere pariter & verbis ſplendor hujuſce cæleſtis ac divinæ virtutis eluceat, ejuſque ſimul ſtudiū religionis cupidus perpetuo colat.

23 Nunc vero quoniam de mirifica Petri humilitate, animi ſcilicet & rei, dictum eſt; reſtat ut de ea quoque verba faciamus, quam ſermone præ ſe ſemper tulit, cum ad animi ſui ſenſa aperienda, tum etiam, ut alios ad virtutes generatim excolendas, ſubditis non humanæ ſed cæleſtis gloriæ facibus, inflammaret. Eam itaque Petrus humilitatem in loquendo oſtendebat, ut non ſecus de ſe prædicaret atque ſentiret. Et quoties cujuſque de virtutis laude ſermo illi habendus eſſet, proximos ad eam amplectendam exſtimulandi ſtudio accenſus, numquam in virtutem illam, quam tum maxime temporis ob mentis oculos ſibi laudandam proponebat, orationem ſuam retorquebat, ne quis forſitan illam ipſi adſcriberet: ſed hac ſumma in ea extollenda moderatione animi utebatur, ut vel ſemper in virum aliquem, ejuſmodi

E virtute inſignitum, totum negotii pondus ac dicendi vim inflecteret: quod ſi quando hominem, hiſce virtutibus excultum, videre illi contingeret; confeſtim ejus de laudibus ſermonem inſtitueret, atque de ipſo verbis adornando numquam deponebat memoriam: idque ad exemplum atque ſpiritualem eorum ædificationem illi factum tradunt, qui differentem auſcultabant. Contra vero ſi quis ipſum aliqua aliquando laude, vel virtutis præmio, vel honore verborum, ornare voluiſſet; mirum, quam indigniſſime id pateretur: quippe qui animo obturbatus vehementerque permotus, videbatur ſibi ea laudatione non ſolum non verum etiam onerari. Proinde numquam paſſus eſt ſe laudari: quin etiam ſe ſuaque contemni ac deſpici cupiebat, nullius eſſe numeri ſe dicebat, prædicabatque. Et ut hoc caput his paucis abſolvā, teſtati ſunt, qui Petro pro Cartuſiano inſtituto familiariter utebantur, numquam ſe hominem vidiſſe, qui ab humanis laudibus æque atque ille abhorreret, aut qui de ſe ſentiret humilius: quod quidem ex hoc uno vel præcipue conjici potuit. Vir quidam fuit virtute præſtans Petrique intimus, qui cum haud ſatis probaret ad infima quæque illum paſſim deſcendere, ſeque tanta humilitate dejicere, cum tamen alioquin facere non poſſet, quin ob re-

F rum ſpiritualium præſtantiam litterarumque peritiam dignus exiſteret, cui ceteri omnes præſto eſſent illique obtemperarent; per liberalem jocum ſemel ipſum perſtrinxit, majorē plane in rebus ejus gerendis auctoritatem & gravitatem requirens. Cui mox Petrus; Frater, inquit, Dominus meus Jeſus Chriſtus exinanivit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem: nil amplius in eam ſententiam effatus. Sapienter utique his verbis declaravit Petrus noſter, veram Chriſtiani hominis nobilitatem niti in obedientiâ, obedientiam vero in eximiâ quadam animi ſubmiſſione, ſic prorſus, ut homo homini propter Deum ſe ſubjiciat. Quo præclaro reſponſo, amico homini, tum vocem incluſit, & ſingularem apud eum quoad vixit egregiæ cujuſdā ſanctimoniæ opinionē reliquit; quā ille exin apud ſe ſæpiſſime reputaret, & ad alios volens ac lubens narrare ſolebat.

24 Etſi non imperitus rerum æſtimator, qui voCAP. II luntariæ paupertatis ſpiritus Petro fuerit, & quo illius deſiderio teneretur, quod ejuſmodi virtutis amore captus, mirabiliter patrio ſolo egredi, & remotiſſimas orbis partes obire, jam inde ab ineunte adoleſcentia expetiverit, ex iis clare noſſe potuit, quæ ſupra

A. BART. SENENS.

*Omnis oſtentationis expers,*

*laudat virtutes non ſuas ſed aliorum.*

*non ſolum non extolli, ſed & deſpici cupians,*

*ſe laudari non ferens.*

*& amat paupertatē:*

*infima miniſteria obit:*

*ægris ſervit:*

*præficitur reſarciendis veſtibus:*

*Chriſtum exinanitum proponit,*

A. BART. BENENSI

ſupra docuimus, tamen de ea ſingillatim exponere viſum eſt, quæ litterarum monumentis tradita quondam fuiſſe comperimus: quandoquidem huic virtuti tantum Petrus tribuit, ut eam, Divi Ambroſii ſententiam ſecutus, ordine primam & aliarum veluti virtutum cuſtodem exiſtimaverit. Cujus ita ſtudioſum, ita cupidum ac peramantem ſe præſtitit in omne tempus, ut omnium pauperrimum illum fuiſſe dixiſſes, modo virtutem ipſam animo potius quam re, uti æquum eſt, metiri velis; quin etiam in hoc omnes ſui ingenii nervos contenderet, ut Chriſtum, cujus humilitatem ſequi ſtudebat, per tolerantiam quoque paupertatis, omni ope in ſe ipſo exprimere curaret. Qvod tam inſigne Petri ſtudium adverſus divinam hanc virtutem Deus ipſe, pro ſua ſingulari clementia, ratum gratumque ſibi videtur habuiſſe; quando certis divinitus declaratis argumentis oſtendit, quanti apud ſe meriti hæc Petri paupertas fuerit, quantumque in eó ad extremum uſque illam ipſam adamaverit. Neque ſolummodo Pater noſter Beatus hujuſce virtutis appetentiſſimum ſe ſemper præbuit, verum etiam non mediocriter amabat, quos in eamdem virtutem animatos nanciſceretur; egregiam operam utique pro loco dando, ut in ea colenda perpetuo ſibi conſtarent: crebris inſuper ob id ipſum ſermonibus ſingularem aureamque hujus virtutis præſtantiam uſurpare ſolitus; ſæpiſſime autem, hominem ſublimium appetentem, hanc potiſſimum virtutem excolere; pietatis ſtudio deditum, & Chriſti amore flagrantem, hanc ſequi, hanc amplecti, & plurimum omnium amare ac magnifacere debere. Quæ uti præcipuo eſt homini impedimento, quo minus rebus hiſce infimis adhæreſcat, qui quidem fons omnium malorum eſſe ſolet; ſic viciſſim præclaro adjumento, quo mens ejus in æternitatis amore & ſtudio contineatur. Atqui, licet ex Cartuſiana diſciplina probe noſſet, omnem ſibi ereptam facultatem precario ſibi victum quæritandi; ut re ipſa liberius, quemadmodum vehementer expetebat, deſiderium ſuum explere poſſet; tamen omni ſtudio, quantum viribus conſequi poterat, in id vel in primis incubuit, ut, quod illi proximum eſſet, egregie præſtaret; nempe, ut, quod per ſui Ordinis ſtatuta haud ſibi licere cognorat, id ipſum per ſe intra ipſa periſtylia perſequi ſe poſſe numquam diffideret, ut ſaltem vel ipſo deſiderio meritum denudatæ prorſus paupertatis apud Deum conſequeretur.

*ſupellectili vix ulla utitur,*

C

25 Videres igitur Petrum noſtrum, in ipſo ſui aſpectu, in ſermone, in inceſſu, atque adeo in ipſis attritis ac reſarcitis veſtimentis, atque domeſtico cubiculi inſtrumento, quod more noſtro cellicolæ attribuitur Cartuſiano, ita divinam hanc paupertatis virtutem referre, ut in eo uno eadem ipſa paupertas ſedem ſtatuiſſe videretur. Quoniam quidquid ſupellectilis haberet in cellula, adhuc in humanis agens, & quod elato jam funere in eo reſederat, vix viginti ut ſummum ſeſtertiis nummis ſupputares: niſi ſi forte inter ea, viliſſima ſcruta, certo loco ſepoſita, Patrum videlicet attritis & laceris tunicis reſarciendis, adnumerare velis. Hæc non mea, ſed Columbini ſunt verba: quæ clarius ut pateant, hoc loco ex Hetruſco in Latinum converſa inſerere volumus. Levis, inquies, dictu res. Levis plane, fateor & ipſe: verum credas mihi velim, minime negligenda perfectionis Euangelicæ maxime ſtudioſis. Et quidquid, ait ille, de re mobili uſui illi erat ex Cartuſianorum inſtituto, non pluris eſſe ducimus, quam unius tantum floreni. Cujus quidem floreni ſummam, ſi ad pecuniæ hujus temporis ſupputationem inire velim, ſeſquinummum aureum non explere certum eſt: modo rationibus atque alîus ſeculi adverſariis fides ſit habenda, quibus utique habendam prorſus judico: quia in ea re veſtiganda fateor me ratiocinatorem fuiſſe, curioſum eumdem ac diligentem. Quæ omnia ferme apud ſe habere Columbinus profitebatur: & licet deſpicatiſſima mortalibus, certe non obſcuro argumento, quo loco apud beatum Patrem noſtrum iſthæc virtus eſſet, quantique illam feciſſet: quod ea tantam odoris fragrantiam etiamnum (ait idem Columbinus) ex ſe effundunt, ut nulla eis aromata vel opobalſami rivuli, ſi per ædes fluerent, comparari poſſent; cum nullus aut myropola, aut unguentarius ullus conjectare valeat, undenam ejuſmodi odoris fragrantia effluere ſeu manare poſſit. Rem miram! Ceterum quid, quæſo, effuſi odoris ſuavitas; niſi corpus ejus, cui hæc in deſpicabilem uſum adhibebantur, ab omni veſana turpitudine & corruptela dum viveret abhorruiſſe?

D

*tui poſtea odor cæleſtis inhæſit:*

26 Atque hæc in præſentia de paupertatis ſtudio dicta ſint. Cetera, quæ teneo, quæque ad hanc ipſam virtutem mirum in modum faciunt, ex iis quæ deinceps conſequentur animadverti poterunt. Verumtamen pauca quædam hiſce ſubnectere operæ pretium duxi, quo aperte quiſq; intelligat, quemadmodum Petrus avaritiam, tamquam, ut ipſe dictitabat, omnium virtutum virus peſtemq; teterrimam, ſemper fuerat deteſtatus; ſic viciſſim prodigalitatem ſumptumque immoderatum numquã probare auſus, quin etiam profligandum eſſe omnino perhibere: quippe quem aliud eſſe nihil affirmabat, quam quamdam incontinentiæ partem, turpitudinis ac ſceleris interdum affinem. Quod cum homines profuſe largiendo egere cœperint, alienis bonis vel manus plerumque inferre coguntur, vel ſibi ipſi veſano prorſus conſilio mortem conſciſcere meditantur, vel certe miſerandum in modum extremæ ſuæ ipſos pudet inopiæ. Proinde cum ad Petri aures perveniret, nobiles eoſque vel maxime religionis amantes patres familias, in urbe patria inconſulte effuſeque rem familiarem profundere, ad id præcipue luxu quodam inductos, ut inde munificentiæ ſplendorem acquirerent, aut in conſtruendis ædificiis templiſque condendis religionis famam colligerent; extemplo æger animi mittebat, qui rem illis periculi plenam demonſtrarent, docerentq; ea effuſione quantum in diſcrimen adducatur omnis familia, atq; idcirco viderent etiam atque etiam, quid prudentia in re domeſtica conſtituenda atq; moderanda requirat, aut quo loco eorum res eſſent, ne ſeipſos neve alios perderent: conſulerent ergo ſibi, proſpicerent familiæ, & modũ deniq; liberalitati ſtatuerẽt. Quibus de cauſſis fiebat, ut qui in iis profuſis ſumptibus ſuũ vellent ſequi ſenſum, nequaquã Petrum in cõſilium adhiberent: quoniam quidẽ jam paſſim vulgatum erat (quæ conſtans de ejus ſanctitate apud omnes opinio erat atque nomen) id illum ægre ferre prorſuſque abnuere.

*deteſtatur avaritiam, & prodigalitatem.*

E

F

CAP. III

*Pia mulier, panem eleemoſynæ nomine ad Petrũ ferens.*

27 Interea cum indies Petri virtus & nomẽ, domeſticis effractis clauſtris, latius manaret; populi cõcurſus ad Cartuſiam fieri cœptus. Alii enim Petrum conſulendi gratia adire, alii officii cauſa illum convenire, alii alio impulſi ſtudio ad eum ſe conferre: ſæpius autem, ut ejus incenſi officio & caritate precibus apud Deum juvarentur, viſere: ſæpe alias, ut caſtiſſimis ejus de rebus divinis ſermonibus ad pietatis ſtudium & religionẽ informarentur, ejus ſubire vultum. Quocirca ſilentio haudquaquam involvendum arbitror, quod per hujus rei cauſam femina primaria, nomine Agnes, quæ uxor olim fuerat Angelo Ugolino, ſatis conſtanter affirmabat. Narravit enim, ſe quondam familiaritate eſſe conjunctam cum quadam muliere, pietati eximie deditâ: quæ mulier cum magno arderet deſiderio Petrum alloquendi, utpote quæ de ejus ſanctimoniâ præclara, tum famâ, tum auditione acceperat, hanc potiſſimum ſibi rationem ineundam putavit, quo libe-

A liberior expeditiorque ad Petrum illi pateret aditus. Detulerat femina hæc religioſa munuſcula quædam Petro largienda ; inter quæ panis erat unus juſtæ magnitudinis, & ad ſpeciem concinne confectus ; ſeque nutrice beati Viri, de quâ initio mentionem fecimus, comitatam ad Maggianum cœnobium dat in viam. Quo ſimul atque pervenit, beatumque Virum ad fores domus convenit, pro voto ea ipſa munera illi dedit : quæ ſane, mulieris ille ſimplicitate mirifice delectatus, ſimulque ejus admiratus benignitatem, venerabundus excepit; quod per hæc ſibi quodammodo voti compos effici videbatur, ut ex emendicato videlicet aliqua ex parte ſibi vivere liceret ; & cum per inſtitutum, uti ſupra demonſtratum eſt, ad alienas januas ſacculo onuſtum accedere ſtipem corrogandi gratia ſe non poſſe cerneret animo, ad fores ſui ſaltem cœnobii inveniret, qui ſibi, juxta acſi unus ex ſordidato pauperum grege foret, eleemoſynam in Chriſti Domini gratiam præſtaret.

*ſemel*

28 Id mulier illa conſpicata, tanta repente religione erga Petrum ferri ſe ſenſit, ut mox eam inceſſerit cupido, eodem non iterum ac tertio, ſed ſæpius revertendi ; uti vel optato ei liceret ſancti viri

*& ſæpius,*

B frui conſpectu, pariter & gratiſſimis ejus collocutionibus ad pie ſanceteque vitam traducendam incitaretur. Quæ mulier quo facilius pietati ſuæ ſatisfacere poſſet, rata nimirum pergratum Petro ſe facturam, conſtituit quinta quaque feria, eodem nomine & cauſa, unicum panem illius ſimilem conficere, eidemque inter piſendum ſignum Crucis exſculpere, uti die exin Veneris beato Viro ipſamet perferret, quo die ſimplicem dumtaxat panis cibatum purumque laticem, more Cartuſiano, illi eſui eſſe ac potui didicerat. Ergo dum femina deſumptum jam ſibi humanitatis hoc inſtitutum tueri curat diligenter, illud accidit non indignum plane quod prorſus omittatur. Si quidem perſancte aſſeverabat eadem nobilis Agnes, ſe ſæpenumero hanc mulierem conſpexiſſe, ad Maggianam Cartuſiam cum decreto jam pane proficiſcentem, fœdiſſimo è cælo ruente imbre ac undique inundantibus vicis & compitis, cum tamen rurſus cerneret in itu redituque veſtibus atque crepidis adeo ſiccis, nulla ex parte videlicet imbre perfuſam, domum remigrare. Nec ſane mirum. Siquidem tunc imber feminam tangere expaveſcebat ; quia mox ut flammam caritatis ſentiret, ne injuriam faceret, gutta retorquebat ſeſe. Cetetum neque hic tamen ſtetit res. Aliud namque non

*ab imbre intacta it redituque,*

C minus admirabile, eâdem lectiſſima matrona referente, tradunt. Nam cum Venetis quodam die mulier illa ad panariam arcam, panem de more ſumptura, perrexiſſet, ut illum inde ad Cartuſiam deferret, ingenti perculſa ſtupore acutiſſimum clamorem edidit: quem cum Agnes exaudiret (utpote quæ, caſune, an Dei nutu? apud feminam tum temporis degebat) eo confeſtim accurrit, ubi mulierem ipſam defectæ ſimilem offendit : ſimulque (res mira) inſpexit ita divinam apparuiſſe virtutem, ut in pane beato Viro apportando, contrarius color duas exprimeret Cruces, & varietas diſtincta duplex ſalutis noſtræ ſignum monſtraret: alterũ nempe purpureo conſperſum ſanguine, alterum vero fulgentiſſimi auri inſtar elegantèr elaboratum affabreque diſtinctum. Quo præclaro viſo Agnes in admirationẽ acta, tantiſper expectandum duxit, dum mulier ſuæ eſſet mentis : quæ cum tandem ad ſe rediiſſet, palam teſtata eſt, alia ſe longe majori admiratione digna conſpicatam, quæ in præſentia effari propalareque ſe poſſe conſtanter negavit.

*& in pane Crucis ſignum expreſſum invenit.*

CAP. IV 19 Cum primum jam inde à teneris ſupra ætatem Petrus ſapere viſus eſt, Numinis providentia illum dirigente, primum omnium certamen adverſus corporis illecebras ſibi inſtituendum duxit. Hinc in ætatis illo quaſi tirocinio & diſciplina puerili protractæ vigiliæ, hinc ſomni parcitas incredibilis, hinc humi accubationes, atque cetera dein ſordium amovendarum deſumpta munia, uti ſupra demonſtratum eſt, in lepra laborantibus curandis conſpici poterant : ut iis videlicet exercitationibus valentior annis inſequentibus, ad præſtantiſſimas Chriſtianæ vitæ virtutes comparandas illius exurgeret animus ; atque uno eodemque tempore præclaros ejus mentis impetus ad rerum cæleſtium contemplationem facilius ipſemet erigeret. Scilicet per vitæ degendæ duritiem, Chriſti nomine ac cauſa rite ſuſceptam, perque corporis labores pro expiatione animi religioſe caſteque exantlatos, quis non cernit animo, vel priſtinum ac ingenitum mentis candorem ſecurius retineri, vel deperditum aliquando (quæ humanæ conditionis eſt fragilitas) facilius redintegrari ; &, veluti ſale perfricatam carnem, à corruptione totum ſpirituale hominem, ne turpiter laſciviens in luxuriem diffluat, aſſervari ? Quod cum Petrus optime intelligeret, animum adjecit ad ſuum caſtigandum corpus, quo, eo mortificato atque in ſervitutem redacto, una ſimul cum Apoſtolo Paulo, non ſibi, ſed Chriſto, & Chriſtus viveret in eo. Ergo in hanc ſententiam ingreſſus, ſtatuit ad ſuperiora Chriſtiani animi documenta non minus præclara adjungere alia : nempe inediam ciborumque abſtinentiam amplexandam, & mordicus ad extremum uſque tuendam putavit. Cujus rei perficiendæ eo majorem in ſpem veniebat, quo acriori-

A. BART. SENENSI. *Variis mortificationibus aſſuetus à puerâlia.*

E Gal. 2, 20

*jam Religioſus arctè jejunat.*

bus indies ſtimulis ad Euangelicam perfectionem ſectandam ſe ſentiebat impelli ; quam ſtolidus ac amens prorſus eſt, qui ſine hujus virtutis præſidio conſequi ſe poſſe putat: quandoquidem tanta in hac ipſa abſtinentiæ virtute vis eſt, tanta dignitas & ſplendor, ut ſine illa ceteræ nec lucere quodammodo nec cohærere queant. Cujus ſane virtutis ſapidiſſimos fructus in ſingulos dies tanto avidius Petrus deguſtabat, quanto frequentius ad ſuaviſſimas orationis & contemplationis epulas accedebat ; & eo uſque illius exarſit amore, ut intra Cartuſiana ſepta ſtudioſiſſimus omnium Conſtitutionum numquam non fuerit, quæ Patribus Ordinis ad ſingularem hanc parſimoniæ virtutem colendam antiquitus ſancitæ fuerunt : quæ quales ſint, quam prolixæ ac diuturnæ, ipſi per ſe intelligunt, qui Cartuſiana ſtatuta aliqua ex parte ſe perhibent tenere.

F

*certè præſertim temporibus:*

30 Siquidem à die ſanctiſſimæ Crucis Exaltationis in Cineralem uſq; lucem, in die ſemel dumtaxat exiguo victu vitam ſuam tolerabat: idem rurſus ab eo tempore, hoc eſt, à capite Quadragenarii jejunii ad ſacroſancta Dominicæ Reſurrectionis ſolennia, ægrius multo aſperiuſq; vitam tranſigere; idem tota hebdomada ante ſanctiſſimi Paracleti celebritatem ; idem multis aliis atque aliis deinceps diebus, quos ipſe privata quadam religione propter certorum Sanctorum merita obſervare ſolebat, non pulte tantum aut lacticiniis (de eſu quippe carnium capitale prorſus eſt in omni vita apud Cartuſianos verba facere, nedũ aliquid deguſtare) ſed omni fere cibo abſtinebat. Et in hoc tam aſpero ac duro vivendi genere illud imitatione dignum, quod ad communẽ menſam, feſtis more noſtro dumtaxat diebus, in triclinio ipſemet accumbens, iis communibus ſemper eſt uſus cibis, quibus eã inſtructã reperiebat: nihil inter edendum queſtus, nihilq; ſingularitatis præferre unquã viſus. In cellula vero eam frugalitatis ac parſimoniæ rationẽ retinere, tantumque de potu & cibo ſibi detrahere, quantum ſuum ipſe corpus, tamquam laſcivientem ac indomitum aſellum, perdomare conſueverat. Magna profecto laus Cartuſiani cellicolæ, omnes hujus ſa-

A. CART. SENENSI.

lutaris abſtinentiæ, quam ſibi ſuus præſcribit Ordo, explere partes. At Petri pietas eximia longe progreſſa eſt. Non hiſce ſolum finibus ejus animi religio circumſcripta tenebatur: quoniam incredibili pro Chriſto patiendi incenſus ardore, aſperiora & auſteriora ſui ipſius arbiter crudelis commentus eſt. Etenim acerbiſſimæ necis Servatoris noſtri proſequenda memoria, per totum quinquennium in ſomno capiundo caput ejus, ſive ab læva ſive à dextera, ab humeris per cervicis confinium, nullum ſublevavit cervical, nullo nixus ille tabulato, nulli denique parieti unquam adhæſit: ſed vel ſtantem vel ſedentem ſomnus opprimeret. Quid prius mirere neſcio, an ſtantem ac interrupte dormitantem, an ſecum dimicantem ſeque pariter vincentem, vel demum denſato, in ipſo ſtratu, modo æſtu caloreque pro tempore aduſtum, modo frigore rigentem. Cuncta plane dura factuque difficillima: niſi quod corporis debilitatem animus Deo occupatus minus ſentire potuit: etſi autem (quæ humana eſt imbecillitas) ea ſentiebat, pro Chriſti tamen amore leviſſima ducebat. Ceterum ad illuſtriora merita conſequenda factum eſt, ut præ ejuſmodi ſui corporis negligentia diuturnum in morbum inciderit. Nervis enim colli
B diu multumque diſtentis, ejuſque laxatis connexis, per omnem dein ætatem maximo cum cruciatu obſtipus inceſſit.

*& duriter dormit:*

31 Id cum primum cœnobii Patres animadvertunt, tanto malo omni ſtudio ſuccurrendum rati, mittunt medicum accerſitum, ut ei medicinam faciat. Quod ubi Petrus reſcivit, præclaro ſui ipſius odio inflammatus, neque incommodi cauſam neque dolorem ulli aperire conſtituit: veritus, ne dum remedia corpori adhiberentur, gravem utique meritorum jacturam faceret: quin etiam in ſemet acri verberum caſtigatione uſus, ita ſecum ipſe loquebatur: Poteriſne, Petre, æternas flammas effugere? Poteriſne ſupplicia cruciatuſque innumerabiles in ſumma rerum omnium deſperatione ſuſtinere? Si poteris, accipe, & hæc humana adhibe remedia. Sin, quorſus hæc? Ad quid curationes? ad quid tanta mollities animi? Quid medentium auxilia ad æternam felicitatem comparandam? Cur potius non omnes moleſtias devorandas, omnes miſerias expetendas, omnemque difficilem ac bene longam in teipſum dimicationem ſubeundam ſtatuis? Dejice proinde ac prorſus abjice hæc corporis ſolatia, excute ſocordiam, negligentiam procul repelle, & te virum præbe dignũ planè Chriſtiano nomine, dignum pietate ac religione. Pœnarum proinde cupidus Petrus, Chriſtum Jeſum ſuum
C liberatorem precibus quam intenſiſſimis rogat, ne pro ſua clementia eo ac tanto morbo illum unquam eximi patiatur; quin potius alia aliis in ſingulas horas cumulet incommodis: uti vel adumbrata quadam ſpecie, haud abſimilis ipſe creatura, in ſe ſui referat Creatorem, propter illum in terris olim tanta atque immania perferentem. Nec in irritum miſſæ preces. Siquidem quoad vixit, cum capitis dolore, tum aliis corporis languoribus pœniſque acerrimis adeo fuit exercitus, ut quinquaginta fere annos natus cũ eſſet, ſexagenarium & eo plus duxiſſes. Quas pœnas quam nihilominus libenter ſuſciperet, ferretque moderate, vel ex eo tum proſpici potuit. Laborabat aliquando Petrus ex laterum doloribus adeo acriter & acerbe, ut, cum medicus nobilis ei admodum carus, cui Angelo Domini Colletti nomen erat, ejus inviſendi gratia ad Cartuſiam veniret; eique graviter ægrotanti multa ac varia medicamenta, ad pœnas propulſandas, proponeret; ipſe, dum ſe illis indignum (qua erat humilitate) ducit, repente magno lacrymarum imbre ex ejus oculis ſeſe effundente, exclamavit, dicens: Recordare, fili, quod recepiſti bona in vita tua. Nec plura in eam ſententiam locutus: ſed ſe naturæ dumtaxat & tempori ſanandum permiſit, remediis quibuſcumque ad morbum rejectis; tantum abfuit, ut de ſententia graduque ſeveritatis dejiceretur, in id ſolummodo pro viribus incumbens, ut magnam languoris moleſtiam majori virtutum conſideratione frangeret, animo etiam fortior quam corpore debilior. Ergo miretur nemo, ſi Petrus noſter exterioris hominis curationes reſpuiſſe dicitur, quando ad interioris cultum tantummodo animum contulerat. Cujus rei cauſa neque horridum cilicium, neque laneam interulam, & aſperam intortamque reſtim, quam ad lumbos Cartuſianum in morem præcinctam ferebat, neque demum caligas reliquumque veſtitum, niſi poſt longum temporis intervallum ſibi detraxit unquam; atque ea, cum potiſſimum ſqualore obſita ac ſordida eſſent, exuere compelli oportuerit. Ita enim à veſtimentorum deliciis nimiaque munditia ſemper abhorruit, ita à reliquo corporis ornatu alienum ſe præſtitit; ut credam eſſe neminem, qui eam, quam per eadem appreſſa carnibus veſtimenta, in ſeipſum exercuit duritiem, magnæ illi fuiſſe moleſtiæ certo neget.

D

*plane ſui negligens.*

## CAPUT IV.

### *Donum orationis contemplationiſque in Petro, cum eximia in Deum ac proximos caritate ac vitæ ſanctitate.*

PEr languores aſſiduos & carnis macerationes, perque maxime ipſius virtutis pulchritudinem & amorem, quo indies mirifice Petrus capiebatur, tanta mentis tranquillitate ſe perfrui ſentiebat, ut omnia ei pacata cum eſſent, & in placidiſſimo quodam internæ pacis portu quaſi ſecurus conſiſteret; dictis factiſque rerum ſuarum ſtatum felicem atque jucundum tenere præferret; & cum in terris eſſet, primitiis quibuſdam frueretur cæleſtis illius ſtatus, ubi ad ſummam & perfectiſſimam pacem, per æterni Numinis conſpectum auguſtiſſimum, omnia rediguntur. Hinc plane erat, quod, ut Chriſtum vocantem ſequeretur; Chriſtumque, qui eum jam duxerat in ſolitudinem, loquentem ad cor ejus audiret; totum quidquid habebat virium, tum animi tum corporis, divinarum rerum meditationibus cæleſtiumque bonorum contemplationi impenderet. Cujus quem teneret modum in præſentia mihi
F ſcribenti, occurrit admirabilis illa precandi inſtitutio, qua, divinitus dixerim, jam inde à puero in paternis ædibus fuerat imbutus: quam cum ipſe reputo, magnam profecto rerum divinarum acceſſionem intra Cartuſiana periſtylia illi factam fuiſſe dicam neceſſe eſt, ubi nihil cum ſecularibus rebus commune eſt, nihilque rerum humanarum hominem cæleſtibus inhiantem perturbat; quin etiam omnia facultatem præbent orationi ſine ullo impedimento vacandi. Quæ, ut à vulgi conſuetudine longe remota ſunt, ita maxime accommoda ad mentem in ſupernarum rerũ contemplatione continendam. In his itaque periſtyliis, tamquam in ſtadio quodam, per quod ad veram ſolidamque Chriſtianæ virtutis perfectionem curritur, Petrus ſeſe exercens, tantos progreſſus in rebus ſpiritualibus fecit, Chriſto magiſtro ac præceptore, tantoſque in orando & meditando profectus habuit; ut id unum in eo ſane admirandum fuerit, inter præclara ac ſingularia dona & ornamenta, quæ Deus ipſe in eum plena manu congeſſerat, quod adeo divinarum rerum commentationi deditus fuerit; ut nulla unquam res, vel proſpera vel adverſa, mentem ejus interturbare aut impedire poſſet; quo

*Infirmus medicinas reſpuit,*

*pœnas æternas conſiderat,*

*Summa animi pace*

*cæleſtia meditatur,*

A quo minus Christo Domino, cui se totum dicarat, assidua meditatione frueretur, eique mira quadam spiritus dulcedine jungeretur. Quapropter satis compertum fuit (uti qui in intimis ejus amicis fuerant litterarum monumentis prodiderunt) id eum per hoc unum precandi studium assecutum, non modo ut mentem suspensam in Deum atque abstractam gereret, sive staret, sive ambularet, aut in cellula more nostro inclusus, vel una cum Patribus domus, vel cum aliis qui ad eum confluebant colloqueretur: sed eo caritatis erga Deum devenit, ut vim sibi ipsemet inferret sæpe numero, ne de rebus divinis verbum ullum faceret: propterea quod verebatur, ne spiritus vehementia atque divini amoris ebrietate à sensibus mox abstraheretur; sicque de eo jam tum dici poterat, divina magis illum pati quam agere. Tametsi, ut sibi suæque humilitati in omnes partes constaret, summa ope nitebatur, quantum re vera solerti dexteritate studioque consequi posset, ut nemo prorsus hominum adverteret, quæ & qualia munera atque altiora lumina, tamquam divini amoris in se monumenta eximia, rerum omnium Opifex sapientissimus inter orandum illi impartiret.

*nulla re prospera vel adversa impeditus,*

*divina potius patitur quam agit:*

B 33 Ceterum de tantis ornamentis ac beneficiis, in Petrum divinitus collatis in hoc precandi studio, fusius ut exponam, quæ sub idem orationis tempus ipse faceret, aut quo maxime modo ad divinum hoc opus quam castissime curandum se compararet, paulo mihi altius ordienda tota res est. Joachimus Cianus fuerat juvenis, ortu Senensis, honestoque loco natus; qui Petri virtute ac fama sanctitatis excitus, ad eum, ut erat pietatis sectandæ cupidissimus, se contulit, quo illi sese totum regendum ac gubernandum in rebus spiritualibus agendis traderet. Cujus egregiam juvenis ad studium pietatis & religionis indolem gratulatus Petrus, eumdem mirificos indies progressus in virtute habentem adeo diligebat, ut dignum illum judicaverit, quem consiliorum suorum participem faceret; & eo tamquam peridoneo internuntio uteretur, ad eos præsertim homines hortandos, rogandos, aliquando vero monendos, nonnumquam etiam objurgandos, quorum vel præcipue salus illi cordi esset; seu ad ea maxime negotia in rem Christianam gerenda, quæ per se, instituti ratione præpeditus, conficere vel explicare non poterat. Quibus de causis factum est, ut cœnobii Patres, & Petro pergratum se facturos rati, & ipsius *a* Joachimi precibus permoti, hominem in suam amicitiam & consuetudinem vocaverint; libera ei potestate facta ad Petrum suo arbitratu accedendi recedendique, nulla vel temporis seu loci habita ratione. Is igitur Joachimus, cum magno in singulos dies desiderio teneretur cognoscendi, quæ præcipua pietatis studia Petro essent inter orandum, quaque potissimum ratione in cælestibus contemplandis se componeret, neque idipsum apud Maggianos Patres consequi se posse cerneret, illorum cellulis in ipsum cœnobii peristylium omni ex parte septis; occasione nactus migrationis Petri ad Cartusiam *b* Belriguardi, duo ab urbe Sena millia passuum, quam anno hujus seculi à partu Virginis millesimo trecentesimo quadragesimo primo condendam testamento reliquit Nicolaus Cinughus, prædives ac nobilis trapezita Senensis, eo beatum Patrem Joachimus secutus est: tempus videlicet advenisse ratus, quo voti compos tandem redderetur.

*Joachimus Cianus familiaris Sancto,*

a

C

b

*in Cartusiã Belriguardi eum secutus,*

34 Nec eum sua fefellit opinio. Siquidem domunculis, Cartusianum in morem nondum in Belriguardi xysto per id tempus, æquato ordine atque discretis intervallis, extructis, cubiculum ad habitandum Petro domi attributum fuerat haud à ceteris disjunctum; ex quo facili negotio quid in eo solus faceret, quæ suspiria quosve gemitus ederet, ab sagaci scilicet exploratore cerni & audiri poterat. Qua in re loco usus in tempore Joachimus, sub vesperam primum, deinde à matutina precatione (quo tempore Vir beatus, quidquid supererat otii ad lucem, id totum non somno & quieti tribuere, sed in rerum divinarum contemplatione insumere consueverat) in omnes actus operaque Petri excubans animo, ad quamdam ejus cubiculi januam suspenso vestigio adrepens, Petrum ipsum observabat, modo genua humiliter flectentem, modo lumina sursum tollentem, modo item toto corpore humi se prosternentem: aliquando terram illum cernebat exosculari, atque se totum Deo humiliare; aliquando pectus miserabiliter verberare, & singultibus gemitibusque cubiculum implere; nonnumquam autem Euangeliorum codicem in manus sumere, atque sacræ lectioni ita studiose atque diligenter incumbere, ut lacrymarum profusione continuo oborta librum largissime inter legendum diluerit; quem, ut membraneus erat, sic ex oculis imbre fluente crispum undique (uti Columbinus testatur) videres, perinde ac aquis immersum. Exin alias beatum Patrem Joachimus se conspexisse præclara testificatione firmavit, vestigio stantem, mox in genua iterum se excipientem, & corpore & animo immotum, non secus atque à se ipso alienatum. Interdum pansis brachiis divina quodammodo charismata cælitus præstolantem: plerumque item post ejulatum ac mœstissimos fletus beatum Virum nostrum contemplabatur tanta gestire lætitia, ut oculis in cælum defixis ac manibus sublatis, satis superque ostenderet, se non in terris mortalem inter mortales agere, sed in cælo quasi immortalem regnare. Quis autem nunc dicendo consequi potest ejus animi ardorem, cælestibus ignibus flagrantem? quis oratione explicare ipsius divinæ mentis tacitos reconditosque sensus, è cælestium rerum contemplatione delibatos? quis gaudia, quis divinæ influxus auræ, quis denique cælestis Numinis radios in eum immissos mente & cogitatione complecti potest? ad quæ omnia recipienda non tam laborandum illi erat, quam animæ sinus laxandus atque expandendus. Quoties se ipsum, quoties suos, quoties Rempublicam Christianam universam Creatori ac Parenti omnium nostrum commendabat?

A. BART. SENENSI.

*videt in oratione varie se exercentem.*

E

35 Sed quid opus est alieno uti testimonio & opera, cum per se res ipsa loquatur? Ipsum inquam beatum Patrem nostrum audiamus, ac simul quæ jam Cælestium inhabitans patriam, beata immortalitate cinctus, voluit indicare, in animum nostrum patulis nos auribus demittamus. Quæ plane eo majorem auctoritatem & fidem sibi conciliare, gaudioque simul lectorem afficere debebunt, quo longe præstantiora celsioraque divina sunt humanis: & ab eo nimirum ea se mortalis homo accepisse gaudebit, qui in terris olim cum esset, tota mente tamen sublime elatus, non humanam sed divinam quamdam vitæ rationem semper fuerat persecutus. Petrus itaque cum post suum obitum cuidam viro, cælesti radians luce, apparuisset, ac multa tum de rebus divinis cum eo miscere colloquia; de his inter alia (uti Columbinus, qui hæc ipsa sacramento narravit, atque rem adeo testificatus est, ut æquus rerum æstimator facili conjectura consequi possit, eumdem ipsum fuisse, cælestium rerum ignarum adhuc & rudem, cui hæc ipsa contigerint) vir ille sublimium appetens beatum Patrem percunctari est aggressus; Dic amabo te, mi suavissime Pater, num qui se totum jam Deo dicavit deditque, percipiat, cum divinæ ac cælesti contemplationi vacat, voluptatem, aut aliqua suavitate spiritus perfundatur? Cui mox Petrus; Ea, inquit, afficitur ille voluptate, & ea capitur delectatione, ut intelligi percipique non pos-

*ipse à morte apparens,*

F

*indicat ita orantes summa afficí delectatione:*

A. BART. SANEN^us

sit, nisi ab eo qui cum ingenti animi dulcedine solidos inde divinæ voluptatis fructus capiat: quin etiam tanta cælestium gaudiorum copia, dum divinis meditationibus insistit, abundat, iisque divinis cumulatur donis, ut interdum exclamare possit, spiritu se divino ad cælum usque humo excitatum esse. Ita plane est. Quippe cum mortalis istius vitæ, tum cælestis hujusce ac divinæ mirabilem sibi notitiam comparat.

36 Hujus rei gratia exemplum afferre libet de sanctissimo Christi Domini Apostolo atque Evangelista Joanne; qui cum ingentem vim aquæ divinæ contemplationis bibisset, protinus eas altissimarum rerum notiones obtinuit, ut oratione exorsus sit eloqui adeo sublimi, ut nullus unquam alius eam attentare antea vel postea ausus unquam fuerit, quando ipse Deo plenus intonuit, In principio erat Verbum, &c. Quæ sane verba, altissimis gravida sacramentis, nisi qui præcipuo Dei munere sunt ornati, & madidi hujuscemodi perenni ac vera contemplationis aqua, intelligentia comprehendere nequeunt: ad cujus præcellentem eximiumque statum perpauci evehuntur, cum omni virtute ac perfectione sit refertus: nemoque ob id ipsum unquam fuit mortalium, qui cum vere de hac pellucida bibisset aqua, à Christo Domino desciviſſet. Huc facit sane id quod Apostolus Paulus de seipso dicit: Raptus sum, inquit, ad tertium usque cælum, hoc est ad thronum sanctissimæ Trinitatis: ubi è largissimo ac purissimo fonte Christo Jesu bene potus redivi; ita ut, velut ebrius hac divinæ contemplationis aqua, nihil deinceps aliud præter ipsum Christum & hunc Crucifixum vellem: atque hoc loco sic exclamabat divinus Apostolus, ut semet totum in ipsum Christum transferret, immutaretque; Cupio, dicens, dissolvi, & esse cum Christo: à quo neque Angeli, neque dæmones, neque contumeliæ; non mors, non fames, non sitis, nec quidquam aliud me separare potest; usque eo me meus secum colligavit constrinxitque Christus. Magdalenam rogita, quæ quotidie statis horis Angelorum ministerio sublimis rapiebatur, Deum ipsum speculatum. Hic animo præsumas velim quantum hujusce divini ac purissimi laticis exhauriret. Percunctare Franciscum Assisinatem, cujus in res divinas contemplatio præclarum sortita fuit effectum; quando manibus ac pedibus una cum lateris stigmate Dominicæ Passionis argumenta in se admodum insigniter repræsentavit. c Jacoponum sciscitare Tudertem, ex ejusdem Franciſci familia virum summa sanctimonia præditum; qui quo facilius spiritualibus invigilaret contemplationibus, sui in primis despicientiam atque contemptum adamavit peregregie, ut seculo atque sibi ipsi mortuus, soli Deo per tantas rerum divinarum meditationes inhæreret. Nec incassum plane. Siquidem mundana omnia, quæ cæca mortalitas præcipuo in honore habet, fastidiens ac totus in Deum absorptus, tanta plerumque divina dulcedine perfundebatur, ut per plateas & compita velut amens perrerrans, in ludibrium rerum humanarum, Insaniam, clamitaret, Insaniam.

*quod pluribus Sanctorum exemplis probat*

B

c C

37 Mox tum iterum ab homine rogatus Petrus; Ecquemnam saporem, adjecit ille, isthæc aqua divinæ contemplationis habet? Tot mirificos, respondit Pater beatus, refert sapores, ut apud mortales verbis exprimi nequeat. Quantum, quæso te, adjunxit, dulcissime Pater, de hac aqua bibisti, dum hujusce lucis usura fruebaris? Tantum de ea mihi bibendum deguſtandumque traditum est, ut millies in die pro Christo mortem oppetere non dubitassem. Tantum, inquam, ut orbem terræ universum pro palea commutassem. Tantum præterea divinæ intelligentiæ per hanc contemplationis aquam ebibi, ut aliud vellem nihil, nisi paupertatem sanctam, meique in omnibus despicientiam atque contemptum. Tantum de ea exhauriendum suscepi, ut omnium odia in me concitari, & in ipsam omnium mortalium invidiæ flammam conjici pro Christi Domini mei causa percuperem. Tantū plane hujusce aquæ perpotavi, ut per eam lacrymarum dulcedinem mihi comparaverim; erga peccatores ingentem commiseratione per eam acquisierim; per eam discretionem, per eam fidem, & per eam martyrii desiderium fuerim consecutus. Tantum hujus divinæ aquæ servis suis Deus porrigit bibendum, ut per eam sigillum illibatæ virginitatis, quæ soror est Angelorum, ac alia quælibet virtus acquiratur. Dic, obsecro Pater, qui sermones quæve colloquia huic viro sunt ad id contemplationis fastigium elato? Eos habet sermones, usque adeo suaves atque altissimos, respondit Vir beatus, ut his verbis Christum Dominum fidenter compellare posset interdum: In viridarium floribus distinctum pomiferisque arboribus adeo consitum me perduxisti, ut præ ingenti suavitate odorisque fragrantia languere in eo, ac prorsus deficere me sentiam; ad fontem, perennium aquarum copia exuberantem, ut summergar omnino; ad amœnissimum quemdam secessum, in quo grata opacitate, purioris auræ dulcedine tanta cum voluptate fruor, ut inde pedem efferre numquam vellem. Atque hic ad omnem remissionem spiritus, laxato apertoque cordis sinu, dulcissimum otium agit; inque Christum figens oculos, cum eo sic amanter miscet sermones: Pro te emori velim, pro te paratus sum ostendere me in omnem aleam, & ad quodlibet supplicium perferendum, quo vel tandem aliquando tecum ad istum egregie cultum hortum perducar, ubi miro colorum decore odorumque suavitate rosæ, flores, ac lilia perennant. Dein secum ipse loquitur, ex imo pectore mugitus emittens compunctionis, singultus edens pietatis & animi ardoris, atque plangores eliciens satisfactionis, omnis dulcedinis sapore conspersos. Roga hominem ad cælestia anhelantem, quidnam sibi principio sit in optatis; Fletus, ait, & suspiria mœroris interni, dum orationibus ac divinis meditationibus insisto: qui quidem fletus in omne gaudium dein ac suavitatem convertitur.

D

*& quibus colloquiis usus fuerit,*

E

38 Hæc & alia quam plurima in eamdem sententiam rogitatus Petrus dixit: tanta videlicet vultus tamque divina oculorum pulchritudine & splendore refulgens, tantoque oris decore ac corporis totius habitusque dignitate conspicuus; ut mirum sane non fuerit eum, qui horum postulator & auditor fortunatus extitit, extra se raptum, & ab omni sensu corporeo in terram decidisse alienatum; ibique tantisper exanimem jacuisse, donec illum beatus ipse Pater excitasset, opemque ei, ut inde surgeret, attulisset. Qui quidem Pater Beatus putandus est etiam (subdit Columbinus) non nihil jam tum de suavissima hac contemplationis aqua fideli suo servo guſtandum tradidisse, de qua eximio fulgore micans verba illi fecerat: iisque peractis, Petrus, Beatorum lumine fulgens, cælos conscendit. Nunc vero ex hisce, quæ modo demonstravimus, haud absurda ratione cordato prudentique viro conjectare licebit, qui sensus rerum divinarum Petro essent; quosque divini amoris impetus in cælestibus contemplandis, mortalitatis etiamdum mole prægravatus, sustineret; & quos denique ex hoc divino otio fructus internæ pacis & tanquillitatis in dies singulos caperet. Qui quamquam domestico affatu lætoque semper vultu omnes excipiebat, & inter omnes familiariter in cœnobio pro instituto ac tempore versabatur; tamen quoties vellet atque ubi se ferret occasio

F

*cum stupore talia audiētis.*

*& explicat quos effectus contemplationis sensit:*

A casio sui ipsius colligendi, protinus mente ac sensibus alienatis, totus scilicet divini ardoris vehementia abreptus, in Deum rapiebatur. O Virum Dei plenum! O Virum, inquam, prorsus cælestem! Non secus de rerum divinarum contemplatione pro humanæ imbecillitatis captu te loquentem audimus, atque in terris corpore cum morarere, animo in cælo collocatus, experiebaris.

CAP. VI *Ex amore Dei ingenti,*

39 Si quis animum cogitationemque intenderit in ea quæ paulo ante docuimus, nil dubium est, quin facilius ipse multo intelligat, qua caritate Petrus in Deum esset, quove illius desiderio in momenta singula æstuaret; quam ego, expers ingenii egensque virtutis, oratione persequi queam. Nam quid suavissimi ejus fletus in cælestibus contemplandis? quid tot labores, tot vigiliæ? quid tam acre ac diligens precandi studium? quid, inquam, illæ fervidæ ad cælum aspirationes, & ejulatus ex imo pectore missi? quid denique vehemens illud pro Christo, ejusque gloria illustranda, patiendi desiderium? Ingens sane erga Deum amor, quo ille dies noctesque flagrantissime ardebat, hæc & alia multa
B his similia operabatur. Quippe cum in eo, quem toto mentis affectu amabat, cor & mens ejus confluxissent; facere non poterat, quin divinæ bonitatis suavitatem jucundissime degustaret: præsertim cum ei nihil omnia humana, ab omnibus hujus seculi ne-
*cupit dissolvi:* quam sejuncto illecebris, essent præ ipso Domino & præ illius amore. Quibus de causis fiebat, ut ob suavem divini amoris unionem suæ vitæ diuturnitatem assidue deploraret, & cum dolore hæc & alia id genus sæpissime repetendo vociferaretur: Quousque miser, quousque hujus corporis curis distinebor? Ecquando aderit tempus illud, quo Christi mei optatis amplexibus fruar? Cupio, mi Domine, mi Jesu, mi dulcissime amor, dissolvi; ut tandem aliquando sim tecum, tibi jungar, & tecum vitam vivam cælestium. Quæ quidem verba tanto cum sensu pietatis, tantisque animi motibus, incredibili studio Deo fruendi elatus, beatus Vir proferebat; ut pene sui oblitum, atque adeo plane oblitum, totum in Christi amore absorptum diceres. Sane testantur auctores nostri, Columbinus nempe ac Nicolaus Vincentus, identidem se conspexisse Petrum nostrum, totum
*in Deum rapitur:* propter cælestis æternitatis desiderium à sensibus alienatum: nonnumquam vero ad Deum ferventissimis aspirationibus usque eo conversum, ut præ suavissima divini amoris dulcedine prorsus liquescere,
C & mente & corde à seipso deficere, & in Deum mox rapi videretur: idque illi usu venire tum potissimum solebat, cum rogaretur, cuperetne mori, atque deposita terrena corporis mole ad cælestia vellet evolare; perinde quasi in unius cælestis patriæ recordatione securus acquiesceret. Equidem (adjiciunt illi) publico testimonio confirmare non dubitamus, jam dudum nos Petrum ex ejus dictis factisque videlicet advertisse, minime dubia spe duci, quin etiam certo sibi constare, in cælo post suum decessum beatorum Spirituum se fruiturum consociatione: quod
*securus de æterna salute:* nihil magis expeteret in singulos dies, quam ut ad superos quamprimum demigrare ei contingeret. Sed enim, ut id ad votum consequeretur, minime solutam sibi voluntatem adesse certo sciebat: illud propterea pro viribus semper curavit, atque in idipsum animum viresque omnes intendit, ut ea ipsa faceret, quæ gratissima carissimaque Deo essent, & in ejus voluntatem explorandam atque exequendam totus incumberet.

40 Ea re igitur tanto amore mortales omnes complectebatur: quippe quos pretiosissimo Christi sanguine redemptos, ac propterea carissimos ei esse non ignorabat; ut die noctuque paratus esset pro illorum salute omnia subire pericula; famem, sitim, & ultima perferre; quo ad officium omnes traducti, omnes pariter ad Deum amandum, eique omnem cultum servitiumque præstandum se vicissim incitarent. Atque eo sane fiebat, ut plus solicitudinis de proximorum salute, & eorum vel maxime, quos ad bonam perfectæ virtutis frugem nanciscebatur idoneos, susciperet atque ipsimet. Hos non facile dixerim quo caritatis ardore ad virtutes Christianas colendas inflammaret, summa ope contendens, ut eos quibus poterat modis adjuvaret, & in bonæ mentis cursu retineret. Quos vero ex iis, quorum illi salus carissima vel præcipue erat, de recta regione deflexisse intelligebat, studiosissime dabat operam per idoneos certosque homines, seu per epistolas, ut detestatis erratis in se ipsos descenderent, & in viam virtutis & honestatis quam primum redirent. Quos autem peccantes, opera, studio, consiliove se adjuvare non posse cernebat, certe prece ac votis libenti animo illis succurrebat. Quam unam ob causam tradunt, neminem hominum vel mœrore confectum, vel duriori fortuna conflictatum, seu tentationibus appetitum, ad *& solatio,* B beatum Patrem nostrum adiisse, quem ille mirifice non solaretur, ac dulcedinis quodam affectu amplecteretur. Idque non ea solummodo ratione ab eo factum est, quod suavissimis verbis & ad commiserationem compositis totum se illis mitissimum leniissimumque præberet; sed, quod est longe majus, simul atque in ejus conspectum se darent, eumque propius adspicerent, tantis ac tam novis se pertentari gaudiis mox sentiebant, ut omnis angor molestiave ex illorum mentibus prorsus abscederet. Sed hæc & alia id genus paulo fusius suis locis persequi est consilium.

A. BART. SENENSI. *Ex amore in proximos, nihil non agit pro eorum profectu,*

41 Ad sanctimoniam ejus transeo, ex ipso caritatis fonte manantem & vim inde & virtutem accipientem, ad ea potissimum quæ vel Dei gloriæ propagandæ, vel proximorum saluti procurandæ serviunt: quoniam quidem tantum quisque habet sanctitatis, divo Augustino teste, quantum & caritatis; cum ipsa caritas, ut ait Apostolus, plenitudo sit le- Rom. 13.
gis. Ea igitur erat Petrus noster sanctitudine præditus, atque eam vivendi normam tenebat, tamque *factus perfectionis Christianæ speculum nitidissimũ.* illustria patientiæ, sobrietatis, mansuetudinis, religionis, atque omnium virtutum exempla præbebat; nihil ut in eo deprehensum fuerit unquam, quod quisque jure carpere posset. Quam sanctitatis disciplinam egregio ac publico testimonio vel inviti confessi sunt, eamque ratam probatamque habuerunt, F qui immutata voluntate incesto ore illum quandoque lacerare, & per hominum ora traducere conabantur: eo maxime quod illorum perditos mores acriter, Dei zelo inflammatus, castigaret. Quo factum est, ut una omnium omnino constanti voce speculum nitidissimum purissimumque probitatis, ac perfectionis Christianæ exemplar haberetur; quem qui intueretur, omnium virtutum admirandam consummationem inspiceret. Sed illud insigne ac longe omnium maximum, mea quidem sententia, testimonium fuit, quod illius sanctimoniæ & innocentiæ reddidit Sacerdos quidam (nomen ejus Auctores nostri supprimunt, quia ipse suppressum voluit) eximiæ religionis & fidei, qui fuerat ei à Confessionibus. Is etenim illustri testificatione firmavit, se non semel sed sæpius generales Petri Confessiones excepisse; nec non libellum quemdam, ejusdem Beati viri chirographo exaratum, vidisse; in quem totius vitæ suæ noxas, quotquot jam inde à puero ad extremum usque fere admisisse meminerat, & ordine adnotarat: nec ullum tamen vel ex ore ejus exitiale peccatum accepisse, vel conscriptum unquam reperisse. Proinde exclamat Columbinus

A. BART. SENENSI. noſter, Non eſt, inquit, quod quiſquam miretur tanta, tam magna atque mira Deum per virum hunc ſanctiſſimum operatum, & etiam nunc operari; quod in terris cum eſſet, letalis omnis criminis expers, vitam traduceret cæleſtem.

## ANNOTATA.

a *De hujus* Joachimi *familiaritate lib.* 3 *plurima dicentur. Creditur Senenſis ex familia Ciana fuiſſe, teſtimonio Celſi Cittadini in Annotatis relato.*

b *De hoc cœnobio plurima annotat Bartholomæus. Quod cum pene interiiſſet, novũ anno* 1618, *ſed ſede alio translata, ædificari cœptum, adjuvantibus Odoardo Farneſio Cardinale & Alexandro Petruccio Archiepiſcopo Senenſi, qui tum* 10 *Iunii primum lapidem jecit. Nominatur illud* 30 *Apr in Vita S. Catharinæ Senenſis num.* 321, *ſed pro* Bel-rigúardo, *quod pulchri aſpectus locum ſignificat, invenimus* B. Rignardi, *& Sanctum aliquem nobis ſumus imaginati: quod in Notis ad litt* c *corrigi volumus.*

c Jacoponus, *mortuus eſt anno* 1306 *die* 25 *Decembris, & inſcriptus Martyrologio Franciſcano. Ejus oſſa fuerunt tranſlata anno* 1596. *Conſule Waddingum alioſque Ordinis Seraphici Scriptores.*

B

## CAPUT V.

*Singulari prudentia præditus Petrus, tum ſibi aliiſque bene conſulit, tum B. Ioannem Columbinum & ſuam cognatam ad magnam dirigit ſanctitatem.*

CAP. VII. 42 IAm vero de Petri prudentia nunc ſe dat occaſio loquendi, quæ ut inter morales virtutes prima & veluti ceterarum lumen eſſe fertur, ſic in Petro eximie enituit; ut nihil aliud eſſe meditatus videretur in vita, quam ut in negotiis ſuſcipiendis ac tranſigendis, quæ vel ad Dei gloriam amplificandam, vel homines ad virtutis & honeſtatis ſtudium incitandos, & in recto vivendi curſu dirigendos, pertinerent, totus eſſet. Optime ſane à viris ſanctiſſimis traditum eſt, prudentiam non in ſola ratione conſiſtere, verum etiam magnam ejus partem ex appetitu recto pendere: atque idcirco per affectus potius depravatos, quam per oblivionem labefactari atque corrumpi: ex quo illud ſequatur oportet, ut in homine peccatis obnoxio perfecta non poſſit eſſe prudentia. Dicam proinde, Deum Optimum Maximum ſervum ſuum Petrum tanta exornaviſſe prudentia, ut ea cum eximia illius ſanctitate quamoptime congruret: ſic ut altera alteri ornamento præſidioque eſſet, utraque vero & Deo illum carum, & hominibus conſpicuum pariter & anguſtum faceret. Etenim ſi in vita rebuſque agendis laudatur vir prudens, quod quæ expetenda, quæque fugienda ſunt cognoſcit, & in hujuſmodi prudentiæ actionibus humana felicitas poſita eſt; cur hominem ſumma ſanctimonia, ſumma continentia, juſtitia, integritate, atque innocentia vitæ, uti ſupra docuimus, præditum, beatiſſimum cariſſimumque Superis non appellabimus? præſertim cum omnes curas ſuas, cogitationes, ſtudia, conatuſque omnes in rerum divinarum contemplatione defigit: ut ea uno eodemque tempore, quæ cum ſingulari pietate tractat, prudentiæ munera in proximorum commodis tuendis, atque illorum ſalute procuranda, collocet. Atqui, ne ab re longius labar, prudentiam Petri in hoc loco vel maxime teneo, qua id nimirum aſſecutus fuit non modo ut æquales ſuos in urbe patria, ſed etiam natu multo majores nominis ſplendore ſuperaret. Sic enim ſua tempeſtate, & in civitate, per id maxime tempus multis referta viris ſanctimonia præcellentibus, cum in conſulendo tum in exhortando gloria excelluit, ut nulli eorum eſſet ſecundus. D

*Summe prudens bene conſulit ſibi aliiſque,*

C

43 Hujus rei atque ſui ipſius exemplo locupletiſſimus ac graviſsimus teſtis eſt Columbinus noſter inter alios, uti paulo poſt dicemus: idipſum alii aliis de cauſis teſtati ſunt, nempe ut ſacrati viri atque recti ſtudioſi. Hoc quam plures vitæ monaſticæ cultores factitarunt, illuſtri ſane teſtificatione, quo conſtanti viri ſanctitatis opinione permoti, ad illum tamquam ad divinæ voluntatis interpretem adibant; & de rebus dubiis pariter graviſsimiſque illum conſulentes, ejus ſententiam, ut qua nihil eſſet aptius, maxime probabant. Id quoque permulti, ut paſsim cives privati, feminæ etiam atque exteri reipſa teſtabantur, cum ad Virum beatum ex longinquis partibus, virtutis nomine ac fama percelebrem, conſultandi gratia accederent. Qui Vir beatus, quamquam, ex Ordinis ſui propoſito, ſolitudinis atque ſilentii appetentiſsimus, cupidiorque intra ſuæ cellulæ amicos receſſus jugiter latitandi, quam ut ſe in cujuſquam colloquium daret; tamen facere non poterat, quin ſtimulante maxime Patrum imperio, congreſſus ad ſe confluentium populorum exciperet, amicas illis præberet aures, ſimul & eis conſuleret, & quacumque poterat ratione juvaret. Etſi autem honorificum doctrinæ munus, cum ingenii dexteritate conjunctum, ſat eruditum, duplicato videlicet bono, ideſt naturæ & induſtriæ, illum redderet; nihilominus tamen, cum ad eum conſilium quis petitum accederet, id conſilii propemodum dabat, pro ea qua erat animi moderatione ornatus, ut ad alios nempe ſpectatæ religionis viros idipſum ſe petiturum conferret: quandoquidem illorum conſilia ſuis meliora ſanioraque putabat; quod tum potiſsimum ab eo factum tradunt, cum ad res temporarias ejuſmodi conſultationes ſpectarent. Verumtamen ubi id oneris effugere ſe non poſſe circumſpiceret, dabat manum, conſultabat, decernebat; & urgente proximos adjuvandi deſiderio, utilia & ſalutaria conſilia impertiebat: nullum laborem declinans vel certamen defugiens (modo exaudiret, unum aliquem ex iis, qui ad illum adibant, vel piorum hominum ſtudio ad Cartuſiam adducebantur, laudabiliorem vitæ rationem inſtituiſſe, aut ex ſuis aliquando ſordibus emerſiſſe, & ad bonam frugem, ut ajunt, ſe recepiſſe) nunc illos monendo, hos exhortando; nunc vero eos qui in luctu & mœrore jacebant conſolando, atque animorum ægritudini ſapientiſsima ratione medicinam faciendo. Quæ fugere docebat, quæ amare, quæ ſequi, quæque amplecti quiſque deberet; rectum conſilium, rectum judicium, rectumque etiam præceptum eis accommodans, prout cujuſque perſonæ ſtatus atque conditio expoſcebat. Nec quiſquam erat, qui Petri conſilia jure reprehendere poſſet: ut quæ ad Dei gloriam ſpectabant, & multa diſcretione cum eſſent ornata, ab eo certe ea dimanaſſe lætabatur, qui Dei prorſus nutu dirigeretur.

*conſilii cauſa ad eum venientibus:*

*conſiliiſque adhibit ſalutaria monita:*

E

F

44 Quod ſi de mutandæ vitæ ratione aut inſtituto ejus exquireretur ſententia, uti ſi aliquis cuipiam ſacræ familiæ addicere ſe vellet, haud levis erat (ut verbo ipſius Columbini utar) præſertim cum hominem laudabilem vivendi curſum tenentem aſpiceret: niſi ſi tamen certa illi conſtarent de divina voluntate indicia, ut ex ea res ipſa omnino penderet. At ubi hominem proſpiceret, lumine ipſe colluſtratus divino, ad habitus, morum atque inſtitutorum mutationem faciendam impulſum, eumque ratione maxime duci ad arctiorem diſciplinã ſubeundam, ex qua vel in primis Dei honor conſequeretur; tum dici vix poteſt, qua ſedulitate ſolertiaque ipſum opus

*maxime ſi conſultatio erat de religioſo ſtatu mutando.*

A opus promoveret, quove religionis ſtudio ad ſolidas & veras Chriſtianæ vitæ virtutes illum informaret: quò Deo in eo, uti par erat, honos vel maxime haberetur; ille vero ſalutarem cordis pacem ac mentis tranquillitatem perpetuo obtineret. Et quod coram in idipſum agere per ſe non poterat, ad epiſtolas texendas protinus deſcendebat: in quo ſane munere pro rei gravitate ita ſerius ac officioſus erat, ut boni facile intelligerent, nihil ſibi magis propoſitum eſſe, quam animorum ſaluti quoquo modo conſulere: quandoquidem, ne pro ſummo Deo ſemel ſuſceptum negotium diſtractum abiret neglectumve jaceret, ipſis conſcriptis litteris adeo hominem urgere, atque validiſſimis Chriſti amoris argumentis & rationibus in mentem ejus influere ſolebat, ut ſalutaribus ſubinde inſtitutionibus perpolitus, atque ad optima quæque intra religionis ſepta aggredienda ſperandaque animatus, nullo prorſus negotio intra Dei caſtra ſeſe reciperet. Qui Pater beatus in ejuſmodi litteris mirum quam integer quamque rurſus religioſus exiſteret; quoniam quidem, ſi Columbino credimus (quis autem, niſi veræ pietatis expers, tanto viro non credat, quem tanti ob eximiam illius ſanctitatem facit Eccleſia?) ea illis inerat Chriſtiana

*epiſtolis eque ac colloquiis efficax,*

B perfectio, iiſque religionis & cæleſtis cujuſdam prudentiæ luminibus illitæ erant, ut eas ſemel qui legerant, omni abjecta cunctatione, ſapere viderentur, & mirificam quamdam morum inſtitutionem mox aggredi non dubitarent. Et ut in epiſtolis Petrus, ſic & in quotidiano ſermone nullis verborum calamiſtris uti, nulliſque orationis lenociniis oblectari: ſed quæ ex ore ejus fluebat oratio, lenis in primis erat & ſuavis; nullo videlicet clamore exaſperata, & (quod pluris eſt) ad pietatem & veram animi devotionem mirum in modum compoſita: cum præſertim in quibuſvis collocutionibus, ejus ſemper vox ſummum erga Deum amorem, atque ſummum ſui ac mundi contemptum ſonaret.

*maxime autem exemplo.*

45 Tradunt præterea, numquam beatum Patrem noſtrum Chriſtiana aliqua virtute aliquem inſtituiſſe, quin eamdem ipſemet virtutem egregie calleret, eamque re factiſque oſtenderet; optime eruditus, quantum ad permovendos animos ad virtutem facta dictis antecellant. Ad hæc, vitam, mores, acta, geſtus denique omnes ejus, pro concione ad illum accedentibus ſemper fuiſſe, pluſque ex ejus illos factis quam verbis ſanctitatis excerpere. Semper item

C eos, qui ad illum adibant, ab eo prorſus lætos diſceſſiſſe: non ex hoc ſolum, quod illum fuerint allocuti, ſed aſpexerint tantum. Nullum unquam ad Cartuſiam ſe contuliſſe beatumque Virum conveniſſe, in cujus ille animo vel virtutem aliquam non defigeret, vel vitium ex eo certe non extirparet. Quod ii conſecuti, dum apud eum fuerint, longe alii domum remigrabant, atque ad eum acceſſerant, pura in Deum pietate atque amore ſuccenſi, & ad novum quoddam rectiuſque vivendi ſtudium ſectandum animati. Eos, qui ad arbitrium ductumque Petri vitam ſuam moderabantur, nullo unquam

*Erga pœnitentes facilus,*

tempore à recto vitæ itinere deflexiſſe, neque per vitiorum ſalebras aberraſſe. Quamplurimos quoque, Petro auctore ac duce, aſperum & durum vivendi genus pro flagitiorum expiatione arripuiſſe, atque ejus dein præceptionibus vitam ad extremum uſque pie caſteque tranſegiſſe. Huc accedit, quod non pauci omnino ſe perdidiſſent, quos ille magna prudentia, ſingularique ſimul rerum moderatrice diſcretione, qua Deus illum mire ornarat, regebat moderabaturque. Præterea mortalium, qui flagitiis obnoxii eſſent, tanta tradunt illum frangi miſericordia, ut cum eos intuebatur, aut ad eum illorum deferebantur ſcelera, vix ac ne vix quidem ſe continere poſſet, quo minus multas profunderet lacry- A. PAET. mas, internæ ipſius in proximos caritatis præcliariſ- SENENSI. ſima teſtimonia: omnia ob id ipſum ſtudia, & omnem induſtriam ſuam, quo ad ejus fieri poſſet, ad

*obſtinatos abhorret.*

miſeros & perditos homines è peccatorum cœno extrahendos, & ad ſanitatem mentis revocandos, conferre paratus. Verum enimvero, quos intelligeret, omni conſcientiæ magiſterio exuto, in omni ſcelerum genere impune volutari; & quos omnis timoris & officii repagulis perfractis, nullam pene Dei atque Eccleſiaſticarum ſanctionum rationem ducere, ſed pertinaciter obduratos corrigi nolle; nihil cum iis commercii habere voluit unquam: cum alioquin intimis excruciaretur ſenſibus, animas pretioſiſſimo Chriſti ſanguine redemptas ad interitum ruere voluntarium. Qui vero, ſpretis aliquando Petri monitis ſalutaribus, ad ingenium redierant, hi ſane intima poſtmodum icti religione, vereri quodammodo videbantur beati ipſius viri amplius ſubire vultum. Erat enim Petrus noſter, ut bonis rectique amantibus ad virtutem incitamentum, & in officio iiſdem ipſis continendis apprime diligens; ita viciſſim, ubi per ſummam impudentiam & nequitiam quidpiam flagitii commiſſum reſciret, idipſum

E apertiſſime deteſtari, & hominem proterve peccantem ardentiſſima orationis acrimonia caſtigare non dubitabat; ut verborum pondere objurgantiſque conſtantia permotus ſeipſum reſpiceret, & à flagitioſo conatu deſiſteret.

*dexter in rebus agendis ac feſtivus.*

46 Nec ad eximiam ſancti viri laudem prætereunt ſilentio, qui hæc memoriæ prodiderunt, ejus cum in retinenda bonorum conſuetudine conſtantiam, tum in iiſdem ad virtutem erudiendis officium ſimul & dexteritatem, quamdam animi ſanctimoniam vel præcipue redolentem. Nec quiſquam illum tetricum vidit unquam, aut paulo acerbius loquentem audivit, aut vehementius commotum adſpexit; niſi forte in Dei cauſa; pro qua ſi ſeveriorem perſonam induere quandoque cogeretur, ita vehemens ac rigidus apparebat, ut nemo non loquentem timeret qui ei aſtabat. Hiſce vero ſublatis nominibus, hilaritatem, manſuetudinem, ac feſtivitatem quamdam præ ſe ſemper ferre, & ab omni indignatione ſe prorſus alienum præſtare. Hujuſcemodi igitur admirabilis prudentiæ artibus, aliisque permultis humanæ ſalutis ſtudiis, quæ illi cæleſtis Spiritus ſuggerebat, tantam ſibi ſuorumque civium &

F exterorum ad ſe confluentium conciliavit benevolentiam, tantoſque animorum motus effecit, licet (quod mirandum eſt magis) Cartuſianis circumſeptus parietibus; ut ejus cellula aſſiduo virorum uſu tereretur, qui non ex plebe tantum ſed ex prima nobilitate, atque adeo ex variis Religioſorum familiis,

*Chriſtianæque ſapientia magiſter eximius.*

ut diximus, frequentiſsimi ad eum tamquam ad Chriſtianæ ſapientiæ magiſtrum confluentes, ex illius ore atque præceptis pendebant: illum communem parentem in rebus ſpiritualibus agendis vocabant; cum eo arcana cordis communicare, & ad Cartuſiam, ceu ad ſecurum perfugium tutiſsimumque tranquillitatis portum, in rebus adverſis & tentationibus excurrere; atque beati viri cubiculum, gymnaſium ac veræ ſanctitatis ſcholam appellare. At in re aperta ne ſim fuſior, ipſius Columbini verba juvat hoc loco adnectere, qui poſt multa alia in idipſum commemorata, hæc ad extremum adjecit. Eos, inquit, Petrus animorum fructus lætos atque uberes tulit, ut jam per multum tempus ſit, cum in proximis ad æternæ beatitudinis ſtudium verbo & exemplo incitandis neminem ſuperiorem, vix etiam æqualem habuerit; tamen etſi complures noſtra quidem ætate intra ipſam natalem ſedem eſſent, qui ob

exi-

A. BART. BENENSI.

eximiam vitæ ſanctitudinem admirationem propemodum obtinerent. Hæc ille, quæ divino prorſus conſilio facta fuiſſe, per virũ maxime, non in ſole & pulvere, ſed in umbra & in ipſis virtutis caſtris ſeſe exercentem, nemo ſanus negabit, modo animum ad ea diligenter intenderit, quæ jã hinc à nobis dicentur.

C. VIII. *S. Ioannes Columbinus de ſtatu vitæ ambiguus,*

47 Etſi, quæ hactenus enarravimus, ſane quam luculenter amicitiam conſuetudinemque declarant, quæ cum Petro interceſſerat Columbino, qui inter ſpirituales ejuſdem Petri alumnos priores obtinuit partes; tamen haud abſurdum fore arbitrati ſumus, ea quoque hiſtoriæ noſtræ intexere, quæ a graviſſimi
a auctores, ejus temporis æquales, de eodem Columbino litteris conſignata reliquerunt; quæque ipſemet Columbinus, qua erat animi ſubmiſſione, ſilentio præteriit, dum egregia Petri facta una cum Nicolao Vincento conſcribenda ſuſcepit. Is igitur Columbinus, ab admirabili ſui ad Deum converſione occultis virtutum facibus agitatus, gravi coquebatur cura, quod necdum ſciebat in præſentia, quemnam potiſſimum pie ſancteque vivendi curſum inſtitueret: cum multa religionis ſpecie vel præcipue ejus animo
B quotidie obverſarentur, quæ ſummam ſanctimoniam ſummamque pietatis laudem præ ſe ferre videbantur. Quamobrem varie diſtractus, modo ſalutares incruenti ſacrificii Hoſtias litandas curare, modo ſacratos cujuſque Ordinis viros, qui vel Chriſtiana pietate ceteros antecellerent conſulere, modo ſacræ Theologiæ peritos doctrinave præſtantes conſultandi gratia adire, & alia id genus obire: quibus propitiato Numine mens ejus illuminaretur, ſimul & ſuam ipſemet voluntatem ad ſolidas virtutes Chriſtianas adeo excitaret, ut mirificum ſibi traditum divinitus ſuæ converſionis munus non modo perficeret indies, ſed etiam amoris in Deum ſtudiis expoliret, atque in momenta ſingula magis gratus memorque tanti beneficii extaret. Ex quorum virorum reſponſis multa licet eximia, vel pietate conſperſa, vel prudentiæ laude plena monita atque conſilia eliceret; non tamen iis contentus erat. Quippe, ut generoſus, nihil vulgare aut exiguum jam tum agitabat animo, ſed egregia quædam & ardua, ad Dei gloriam propagandam, ab ipſis converſionis initiis, mente atque cogitatione conceperat: quæ ſane ita hominem diu noctuque extimulabant, ut ei ad præclara tendenti tale, haud obſcura Dei providentia, conſilium peroportune oblatum ſit. Jam per ea
C maxime tempora Petri noſtri virtus & nomen ſanctitatis in ſermone hominum quotidie verſabatur, & ad eum, uti paulo ante docuimus, magni hominum concurſus fiebant ſubinde, uti tamquam virum ſanctimonia maxime præſtantem atque Deo carum conſulerent. Ad hunc itaque Columbinus, ancipiti cogitatione diſtractus, cum acceſſiſſet; talem primo eum conſiliorum rationumque ſuarum moderatorem nactus eſt, qualem dudum optarat. Cui cum converſionis originem & ſeriem, atque dein ſui animi ſenſa aperuiſſet; in hanc fere ſententiam Pater beatus, ubi divini amoris igniculos in viri pectore inſidere animadvertit, de rerum humananarum contemptu diſſeruiſſe dicitur.

*varios conſulit,*

*ne tandem B. Petrum:*

48 Non eſt, Joannes, cur animi pendeas, num id vel aliud vitæ degendæ inſtitutum deligas, quo per Apoſtolica veſtigia Apoſtolico inſignitus ſpiritu liber atque expeditus incedas. Ex iis enim rebus primum tibi pie religioſeque vivendi initium ſumendum eſt, quæ tibi hactenus fuerunt impedimento, quo minus tamquam excæcatus verius, quam rerum humanarum ſenſibus delinitus, cælum aſpexeris, hoc eſt ad cæleſtia anhelaveris, atq; tui ipſius ſalutẽ neglexeris. Tecũ ipſe perpendas velim, quas ſolicitudines, quos labores, quas prope dicam miſerias, ingentiaq; pericula & mala in hanc diem ſubieris, ut mundo & ejus voluptatibus deſervires, ut dives efficereris divitiiſque auctus, ac bene locuples, iter tu tibi ad cæleſtem felicitatem ipſis divitiis obſtrueres, & uno eodemque tempore multiplici te malo repleres. Nam quid, quæſo te, illud Servatoris noſtri oraculum ſonat, Væ vobis divitibus, niſi quod hoc uno verbo Væ, omnia mala omnesque bene longæ calamitates divites manent? Nonne ſatis malum, & ingens quidem malum, difficultas illa, quam idem Dominus divitibus eſſe dixit intrandi in regnum cælorum? Cujus nimirum difficultatis cauſas ſi ſcire velis, conſcientiam tuam diſcute, tecumque parumper ad calculos voca, qui coacervandis divitiis multa & gravia expertus es adhuc. Num inficiari poteris, quæ emendo, vendendo, quæ contrahendo, negotiandove peccandi impendent pericula? quæ ſane evitari ægre atque vix poſſunt, præſertim cum prava habendi libido humanæ menti ſemel inſederit. Ergo conſtitutum vel certe aliorum exemplo tibi omnino eſſe volo, homines, qui cupiditate maxime duce in quæſtu colendo multi ſunt, multas ſubinde incurrere mali dæmones inſidias: id quod Apoſtolus planiſſime
E tum videtur expreſſiſſe, cum dixit, eos qui divites fieri volunt incidere in tentationem, inque laqueum diaboli, atque deſideria multa & inutilia, quæ hominem mergunt in interitum ſimul & perditionem. Hæc ſunt ergo, Joannes, pericula, quæ divitiæ afferunt. Verum tantumne? Alia quidem atque alia connumerare poſſem, niſi mihi verendum putarem, ne tibi nimius in dicendo viderer. Sed enim quando jam tecum familiarius loqui cœpi, ſilentio haudquaquam involverim, quæ peccandi quoque diſcrimina ſubeunt, qui ipſas jam coacervatas poſſident opes, iiſque ſibi utuntur; quæ & qualia ſint, te teſtem præclariſſimum appello, quando ex tuis ipſe verbis liquido animadverto, meam tibi ſententiam in re haud ita obſcura probatum iri. Dicam proinde, num expertus ſis aliquando, quantopere divitiarum uſus, earumque adminiſtratio atque poſſeſſio, ipſius Dei recordationem memoriamque diſturbet? quomodo omne virtutis ſtudium extinguat, omnium rerum cæleſtium cogitationem deſideriumque diſſipet omnino atque depellat? Nonne magna & deploranda ſunt hæc? Magna profecto, quæ ex cura & ſolicitudine cuſtodiendi, quæ quiſque poſſidet, effluunt atque emanant.

D

Luc. 6, 2

Mat. 10, 23

*earumque uſus & poſſeſſio*

*qui ei oſtẽdit quantũ impedimentũ ſit amor divitiarum,*

49 Ad hæc quis recenſere unquam poteſt, quæ jurgia, quas lites, quamque incommodas ſuſpiciones, & noxias ſimul appetitiones, odiaque, & ut ſemel dicam, inexplebilem illam habendi ſitim, quæ omnia ex eadem divitiarum ſolicitudine manant, quæque per ſe hominem pecuniæ amplificandæ avidum diſtrahunt, ac multas in partes dividunt, ejuſque animum indies obtuſiorem ad cæleſtia ſpeculanda reddunt? Hinc præterea inſolentia & faſtus, hinc faſtidium & luxus, atque omnium malorum vitiorumque caput ſuperbia proficiſcitur. Namque, ut optime ait Auguſtinus, omne pomum, omne granum, omne frumentum, omne denique lignum ſuum habet vermem, vermis vero divitiarum eſt ſuperbia. His igitur de cauſis ſtatuendum videtur, tot divinis præſertim oraculis nobis illuſtratis, totque quotidianis exemplis ſat eruditis, divitias omnium vitiorum inſtrumentum dici poſſe; tum propter facultatem, quam præbet aurum, cui (ut eſt in ſacris litteris) obediunt omnia; tum propter magna peccandi irri-
Ec. 10, 19 tamenta, quæ ſecum ipſæ deferunt. Quod cum ita ſit, quid reſtat, mi Joannes, niſi ut etiam atque etiam videas, quid lucri quæſtuſve ad animæ tuæ ſalutem ad id tempus congregandis opibus, commerciiſque tractandis feceris; cum jam adeo illas eſſe noxias

*proinde hoc inſtrumentum omnium vitiorum*

F

A noxias, non ſolum ad veram cordis pacem acquirendam, ſed (quod omnium eſt longe maximum) ad cæleſtem felicitatem comparandam, toties expertus ſis? Proinde viſne, heus tu Joannes, tot mala totque peccandi illecebras effugere, & ad meliorem aſſurgere frugem? Eas ipſas divitias atque caduca omnia & mortalia contemne. Viſne Deo optimo maximo, ejuſque eximiæ caritati, qui te ex nihilo creavit, cujuſque divinam lucem proxime per internum illius afflatum tibi affulſiſſe fateris, quam optime reſpondere? Inde tibi bene beateque vivendi initium capias rogo, ex quo ſatis locupletem habuiſti materiam, quare averſum te ab eo ad id tempus præſtares. Hoc eſt ex tuis ipſis fortunis, uti principio dixi, incundam vitæ rationem eſſe ſtatuo: ſcilicet, eas, ut in pauperes eroges, quo paulatim ab rerum humanarum conſuetudine abductus, animum ad cæleſtia erigas. Viſne Chriſti ſectator fieri, atque diſcipulus? Rebus humanis nuntium remittas, neceſſe eſt: Luc.14,33 cum ipſe dixerit; Qui non renuntiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus: & alio in B loco Adoleſcentulo cuidam, Euangelicæ perfectionis ſtudia expoſcenti, cum reſponderet; Si vis, Matt.19, inquit, perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me.

*abdicandũ ſuadet,*

50 Vide quæſo quam laborioſum ſit ad veram Chriſti aſſectationem pervenire, ni prius opes diſpertiantur in pauperes. Vis Chriſtianam ſapientiam in Chriſti ſchola edoceri? Paupertatem Euangelicam ſequaris convenit, quam auream illam virtutem eſſe judico, quæ minus inanis ac falſæ gloriæ telis ſit expoſita. Quin etiam in ceteris virtutibus hanc unam eſſe reor, quæ compendio hominem, optima voluntate præditum, ad celſum Euangelicæ perfectionis faſtigium evehat: utpote quæ vulgo hominibus inviſa, ab vulgique exiſtimatione aliena, nullum nomen ac nullam prædicationem habet, vel captare vult aut poteſt: imo vero (quæ vis ejus eſt & natura) omnes ſuas rationes ſuaque ſimul ſtudia & conatus ad Chriſti conſilia exequenda accommodat: dum penitus ſibi concors, uni Deo libere vacat. Hæc, inquam, illa virtus eſt, quæ non ſolum omnium ſcelerum ac vitiorum removet locum, ſed etiam omnes fere virtutes ſecum defert atque inducit; nimirum temperantiam, continentiam, modeſtiam, manſuetudinem, & quod caput eſt ipſam humilitatem: quæ, uti ceterarum virtutum eſt fons cuſtoſque fidiſſima, ita huic paupertati maxime propinqua, & C ejus veluti germana ſoror. Quo loco cave putes, Joannes, de illa paupertate me in præſentia diſſerere, quam aut neceſſitas aut vis caſuſve aliquis affert; propterea quod id paupertatis genus, omnino ignobile & ſordidum, vulgoque odioſum habetur. Ac jure quidem optimo: cum non modo hujuſmodi paupertas, utpote gravis, cupiditatem non adimat, ſed potius importet augeatque vehementer; nec quietem in animo gignit, ſed anxietatem, curam, & ſolicitudinem parit. Atqui de illa paupertate ſermonem inſtituere primo fuit conſilium, quam voluntariam Chriſtus Dominus ſuo cohoneſtavit exemplo, nobiſque verbis ampliſſimis amplexandam propoſuit. Qui, ut ait Apoſtolus, cum dives eſſet, 2 Cor.8. factus eſt pro nobis egenus: quandoquidem ille Deus, Dei Filius, in terras de cælo veniens, eam ſibi adſciverit ſic, ut ex paupere ac tenui matre, regio quamvis exorta ſanguine, carnem ducere voluerit: & eum quoque naſcendi locum elegerit, quo nullus in terris pauperior ac vilior eſt. Non enim ille, Dei Verbum Deique ſapientia ac majeſtas tanta, in magnifica quapiam aut ampla domo, vel certe in caſa tuguriove aliquo; ſed in pecudum ſtabulo, hieme etiam ſumma ac rigente cælo, eſt natus: atque de-

*& paupertatẽ Euangelicã amplectendam,*

*voluntariã ſcilicet qualem Chriſtus tenuit;*

inceps totam ſuam ætatem in terris ſic tranſegit, ut cum vulpes foveas habeant & volucres cæli nidos, A. BART. SENENSI. ipſe tamen (quemadmodum de ſe conteſtatus eſt Matt.8,20 aliquando) nec ubi caput ſuum reclinaret, haberet: & (quod nobis magno debet eſſe ſolatio) non eum puduerit ſtipem emendicare, ut aliorum eleëmoſynis ſuam ſuorumque vitam ægerrime toleraret.

51 Quid ergo amplius quærimus? Aut quid ad hæc dicemus? An pudebit nos Chriſtum imitari, *acres ad id ſtimulos ei ſubjiciens:* & eum per illud iter ſequi, quo ipſe pauper ambulavit? O nos miſeros! quos pudet diſcipulos imitari magiſtrum, ſervos dominum ſequi. Quid moramur amplius? Cur in veterno noſtræ ignaviæ ultra obtorpeſcimus? O poſſes intimos pectoris mei ſinus & receſſus oculis intueri! Utinam, inquam, occultiſſimos quoſque meæ voluntatis motus aſpiceres! Nihil enim me magis cupere faterere, quam quod me tibi ſocium & comitem adjugerem in tam glorioſo opere: comitem, dixerim, ut ſordida videlicet apud cæcos mortales emendicatione, ſtipem & nos una vicatim colligeremus ad E victum; præclarum tum vel maxime nobis ducentes, ut nos Chriſtus Dominus tanto munere tamque illuſtri gratia condecoraret. Aſt ego, quid in tam ardenti voluntate efficere poſſim, Ordinis mei ſpiritu præpeditus, certe non video, niſi divini numinis mentem in me magnopere ſuſpicere atque admirari; inque ejus conſilio quam libentiſſime conquieſcere, qui Deus præpotens eam mihi principio paupertatem ſectandam propoſuit, quam veteres Patres, eosque ſanctiſſimos Monachorum Archimandritas, ſecutos fuiſſe optime conſtat. Tu vero interim, Joannes, ex hiſce, quæ tibi bona fide dicere placuit, divino in primis ſuggerente Spiritu, haud ita difficili ratione colligere potes, quem tibi modum vitæ ſtatuere oporteat, ſi Deo pergratum facere, ſi tuæ ſaluti conſulere, ſi cunctis denique, qui te ex animo diligunt, ſolatio gaudioque eſſe velis. Et hæc Petrus, de rerum humanarum deſpicientia atque Chriſtianæ paupertatis laude, inæſtimabili ſpiritus dulcedine in præſentia dixit.

52 Quibus certe verbis atque adeo ardentibus ſententiis, ſtatim, ut finem dicendi fecit beatus Pater, ita affici impelliq; Columbinus ſe ſenſit, ad Euangeli- *qui iiſdem permotus,* cã paupertatem amplexandã; ut nova tum divini luminis copia illuſtratus, non adeo cupide atq; ardenter pecuniarũ lucris ſicut antea inhiaret, utq; poſtea ex animo ea ipſa contempſerit. Namq; deteſtatus, tamquã F teterrimã animæ peſtem, pravam illã habendi cupiditatem, qua in quæſtu faciendo indies magis ac magis rapiebatur; cœpit paulatim avocare animũ ab novis contrahendis commerciis, quæ vel nobilis mercator negotiando tractabat, vel menſarius in occupanda permutandaque pecunia gerebat. Etenim ubi primum divinarum rerum epulas à Petro ſibi expoſitas deguſtare cœpit, tantum abfuit ut humanas negotiationes ultro amaret, ut etiã quodammodo cuncta illi ſordeſcerent; ſeipſum identidẽ incuſans, quod in rebus gerendis atque ſubinde curandis negotiis, pecuniarũ ſtudio ductus, ab ſtudio virtutis caſtoque Dei timore abduceretur. Quoniã quidem in repræſentanda pecunia nimia cupiditate abreptus, aliquid ex conventis ſolebat nonnumquam detrahere; quod piaculũ ut *primo lucrandi ſtudium caſtigat,* expiaret, exinde intima religione tactus, evidenti mutatione declaravit, quantopere ipſemet cuperet, frequenti videlicet reſtitutione, non ſolum quidquid ab ſe ſubtractum fuiſſet in duplum rependere; ſed etiam & pecuniâ condonatâ interdum debitoribus, & re domeſtica atque Chriſtianæ humanitatis officiis erga egentes promptus ac lubens eluere. Quod ubi per occaſionem ei liceret, re factiſque abunde

A. BART. SENENSI

præſtabat; fremente nequidquam conjuge, illique ſæpe numero reclamante, etiamſi viri avaritiam & cupiditatem haud ita multo antea perſtringere, utpote quæ inexorabilem miſeris nimiumque tenacem olim fuerit experta. Neque hiſce tamen contentus. Siquidem cum majorem indies à Sole juſtitiæ lucem ſibi accuratis precibus imploraret, eo adducebatur plerumque, ut qua mortalibus commodis nuntium remittere, qua etiam Euangelica conſilia amplecti apud ſe ſtatueret. Sed incitatos tam generoſi pectoris impetus unus ejus filius Petrus, haud adulta jam tum ætate, retardabat: integrum nondum ſibi per eum eſſe ratus, ut omnibus ſe fortunis momento exueret. Verumtamē quod in ſummo deſiderio rei expediendæ ſalvo officio ſe poſſe facere arbitratus eſt, per eum non ſtetit, quin libenti volentique animo executioni mandaret. Quod cum ingenti alacritate faceret quotidie, haud ita difficile poſtmodum illi fuit, ſe totum Petro exercendum excolendumque in rebus ſpiritualibus committere.

*& quatenus per filii reſpectum licuit ſe expoliat,*

53 Ergo tanti viri Columbinus captus ſanctimonia atque conſuetudine, eam rerum divinarum intelligentiam adeptus eſſe videbatur, eodem Petro duce & moderatore; ut ad cetera pietatis opera atque incommoda voluntaria, quæ ipſemet anteactæ vitæ luxui expiando ſponte ſuſceperat, hæc volens lubens adjecerit; nimirum, ut in orandi meditandique exercitationem toto pectore incumberet. Quę ſane animi ſtudia ne in eo refrigeſcerent, ad Cartuſiam ventitare conſueverat frequenter; ubi apud Petrum, una cum aliis eximia pietate viris, non modo ſpirituales agitare cœtus & crebra cum eo de rebus divinis inſtituere colloquia; ſed etiam alios atque ſubinde alios, quos ad Chriſtianam pietatem propenſos nanciſcebatur, eodem adducere. In quibus Nicolai Vincenti (cujus mentionem ſępiſſime adhuc uſurpavimus) nobili genere viri religio maxime enituit: quem cum in arctiorem quam antea neceſſitudinem Columbinus recepiſſet, præclaros certe dixerim ambos in ſpiritu habuiſſe progreſſus: quando pia illorum inter ſe conſpiratio atque conſenſus magno utrique fuit adjumento, cum ad ardentes omnium virtutum in ſuis animis excitandos amores, Petri noſtri verbo ſimul & exemplo mire incenſis; tum etiam ad ejuſdem Petri mores atque virtutes cognoſcendas penitus atque obſervandas, ut eas deinde ad poſteritatem litteris proderent. Et hunc vivendi curſum tenuit Columbinus ad obitum uſque Petri: quo rebus humanis exempto, tantum abfuit ut de inita vitæ ratione quidquam remitteret, ut etiam ad aſperrima quæq; Chriſti causâ ſubeunda, recentem quamdam alacritatem in ſe momento diffundi ſenſerit; quin dein poſtea (uti ſupra demonſtratum eſt, & aliàs multo lucidius demonſtrabimus) ipſius beati Viri viſis & recreabatur identidem, & ad omnem ſanctitatem erudiebatur: quo per ea, ceu per monita quædam cæleſtia perſpicue conjiceret, Petrum in cælo ſuis etiam adeſſe cœptis, ſuique patrocinium & curam gerere beata circumveſtitum immortalitate.

B *à B. Petri conſilio totus pendens,*

C

*una cum Nicolao Vincentio:*

54 Interea dum hiſce divinis adjutus præſidiis, ad perfectionis culmen gradum accelerat Columbinus; Petrus ejus filius, plena nondum pubertate, haud porro ab ipſius Petri noſtri deceſſu, excedit è vita. Cujus orbitate eam optimus parens animi firmitatem oſtendit, ut doloris triſtitiæve nullum præſetulerit indicium: quin etiam maximas Deo gratias egerit, quod per mortem cariſſimi nati illum ſibi obicem ſublatū aſpiceret, qui ſibi ad id tempus obſtiterat, quo minus ſe totum Deo dederit, omnibus vitæ præſidiis exutum, prout fuerat ei in deſiderio. Ergo ſimul atque Columbinus maſcula ſe orbatum prole animadvertit, majorem Dei amorem animo concipiens, tum omnia negotiandi commercia dirimere, ac ſimul trajiciendæ ac permutandæ pecuniæ deponere ſtudia prorſuſque abjicere; tum fluxa præſentis vitæ commoda penitus deſerere, atque humanas quas poſſidebat opes in pauperes dividere ſtatuit. Quam in ſententiam ingreſſo, non mediocre attulit adjumentum Franciſcus Vincentus, Nicolai Vincenti germanus. Qui Franciſcus, dum tacita quadam admiratione Columbini vitam pariter ac mores in melius commutatos apud ſe reputat; in eam mentem intimo ſancti Spiritus inſtinctu ſe ſenſit impelli, ut ſocium ſe ad eū in nova ſpirituali militia inſtituenda adjungeret: quod & peregregie præſtitit, eodem Columbino ad Chriſtianam laudem & decus illum adhortante. Tali ergo commilitone aucto Columbino nihil longius erat, quam virginem filiam, quæ tredecim annos nata reliqua illi fuerat, antiquiſſimo ac nobili ſacratarū Virginum gynæceo SS. Abundii & Abundantii, quod inclitus Italiæ Rex Pipinus, Caroli Magni filius, divinitus extruendum curavit, vulgoque Sanctā *b* Bundam appellant, ipſe traderet. Quod ubi ingenti cum religione feciſſet, eumque in idipſum pari animi propenſione Franciſcus *c* eſſet imitatus, extemplo egregii Chriſti milites, omnes quas habebant facultates, in ejuſdem Chriſti Domini gratiam, partim in pauperes erogarunt, partim piis locis atque xenodochiis attribuerunt, anno à partu virginis milleſimo trecenteſimo ſexageſimo tertio. Atque tum, ad ſolida Chriſtianæ humilitatis fundamenta in ſe jacienda, vicatim cum ſtipem emendicare, tum in ea quoque, quæ ceteri velut abjecta minimeque ſpecioſa faſtidiunt, deſcendere occeperunt. Quorum deinde facta miranda, Columbini vel maxime, cum à pluribus fuſe atque Italice perſcripta ſint, inculcari hoc loco neceſſe non eſt: & hæc tantum nos in medium adduximus, quæ ad hiſtoriam noſtram omnino facere exiſtimavimus.

D

*negotiandi deſinit:*

*filiaq; in monaſterio collocata,*

b

c

E

*omnes facultates erogat.*

*dein filio mortuo,*

55 In iis, qui ad Maggianam Cartuſiam Petri conveniendi gratia adibant, fuerat quædam nobilis mulier, Joanna Petrona nomine, Catarini Petroni filia, beatique Patris noſtri ſoror amitina, quam thalami conſortem olim habuit vir primarius Joannes Bandinellus: quæ cum pręclaram ad Chriſtianas virtutes colendas jam inde à teneris indolē haberet, non exiguum dein ſibi lucrum feciſſe re factiſque præ ſe tulit, cum matrimonii neceſſitate ſoluta, liberius ac durius multo quam antea, in pietatis opera, viduitate æque ac religione venerabilis, incumbebat: cujus feminæ honeſtiſſimæ tam excellenti animi propenſione adeo Petrum delectari ſolitum tradunt, ut ſingulari benevolentia eam proſequeretur. Non enim Petrus noſter beatus affinitatis jura reſpiciebat, quemadmodum natura comparatum eſt, uti propinquos & affines amaret: ſed virtutis ſtudium, officium, & honeſtatem ab eis expoſcere, magis quam generis propinquitatē; ut eos vel in ſuam reciperet amicitiā, vel ſi in ære illius ipſimet eſſe vellent; ſecus vero perſuaſiſſimū haberent, non alium atque exterorum locum apud eos illis obtentum iri. Ergo ut femina lectiſſima ſuam indies inſitam animo virtutis præſtantiā retineret, eamq; pietatis ſtudiis quotidie excoleret, nullū vir Beatus diligentiæ atq; hortationi relinquebat locum. Eo itaque ipſo ſemet ille ad cœnobii fores mulieri accedenti in colloquium dabat (cum monaſticus Canon non det feminis, ut aditus illis pateat in Monachorum cœnobia) ſpiritualibus exercitationibus ad verum Dei cultum ac ſervitium eam informabat, ad orationis ſtudium rerumq; cæleſtium amorem excitabat, atq; rerum humanarum contemptum ſubinde illi inculcabat. Et quidem vano nequaquam eventu. Eas enim Beati viri conſuetudine in rebus ſpiritualibus progreſſiones habuit, ut illius præceptionibus perpo-

F

*Ioanna Petrona,*

*à B. Petro exculta,*

perpolita ſuaſuque potenter adacta,& rebus humanis nuntium remittere, & gaudens ac triumphans, intra monaſterium divæ Marthæ *d*, ubi ſub ſignis S. Auguſtini nobilis virginum ac feminarum cœtus militat, ſeſe recipere non dubitaverit. In qua quidem femina non poſſum non admirari invictum vere Chriſtiani animi robur, quod in ea tantopere potuit ipſius qua mirifice capiebatur virtutis pulchritudo (pulchritudo autem? imo vero etiam unius Chriſti amor) ut nihil penſi habuerit, non modo opes ampliſſimas relinquere, paupertatem colere, in infima quæque humilitatis miniſteria ſeſe demittere, & pullam horridamque tunicam circumjicere membris ſuis; ſed quod caput eſt, potuit & ipſa dulcia ac cara pignora, quæ jam tulerat, magno & excelſo animo linquere. Commemorabilis plane fortitudo, & pluſquam virilis animi magnitudo! At quid non poteſt aut non efficit caſtus Dei amor in eo, qui ſe totum illi dedit dicavitque? Naturali ergo ac tenero illo affectu adverſus carnem & ſanguinem, quem divus Hieronymus arietem pietatis appellat, ab nova Chriſti ancilla ſuperato; facile ſecundo loco illi fuit ad Crucis vexillum ſiccis oculis evolare, & ſecundum caſtimoniæ gradum,ad pedes Domini cum Maria domi ſedens, arripere; ſolum pietatis genus eſſe exiſtimans, in hac re eſſe crudelem. Cujus certe crudelitatis egregius Dei beneficio fructus deinde conſtitit. Quippe cum Petro ſuperſtes illa fuiſſet, ſumma vitæ ſanctitate, qua eximie pollebat, quam maxime clarum teſtatumque apud omnes eſſe voluit, haud ſine cauſa ſimul Chriſti conſilia, ſimul & beati fratris *e* monita quondam amplexata.

*& Monacha facta,* d

*ad magnam proficit ſanctitatem.*

A

B

C

## ANNOTATA.

a *Hi in Notis citantur*, Chriſtophorus Gani *Senenſis S. Catharinæ Senenſi carus, ejuſque cum aliis amanuenſis, dein Xenodochii Senenſis ſcriba, mortuus an.* 1410, *tum* B. Ioannes Toſſinianus, *ex Monacho Ieſuato Epiſcopus Ferrarienſis, mortuus* 14 *Iulii anno* 1446; *ad eam ſcriptionem inductus à B. Nicolao Albergato, cujus Vitam dedimus* 9 *Maji*: *demum* Feus Belcarus *Florentinus, qui ſuam hiſtoriam dicavit Ioanni Coſmi Medicis filio, poſt quos & hanc Vitam editam, ſcripſit Ioſephus Bonafede, uti* 31 *Iulii latius dicetur.*

b *Potius* Sant-Abundán *dixiſſet*: *coluntur autem* SS. Abundius & Abundantius 16 *Septembris, in quem diem optamus nobis ſuggeri, quidquid de illius monaſterii fundatione & Sanctorum ibi Reliquiis, quæ nominis occaſionem dederint, haberi poterit.*

c Franciſcus de Vicentibus, *non multis poſt S. Ioannem Columbinum diebus mortuus, inſcribitur cum inſigni elogio, ex Ioannis fere vita accepto, Faſtis Senenſibus ad* 15 *Auguſti; ſed abſque ullo religioſioris cultus titulo vel indicio.*

d *Duplex Senis Eremitani Ordinis Monacharum cœnobium indicat Herrera, S. Mariæ Magdalenæ unum, S. Monicæ alterum: itaque alterius quam Eremitani inſtituti, ac forte Canonicorum Regularium credo illud* S. Marthæ *eſſe*: *Cœnobium autem* S. Petronillæ, *de quo infra aliquoties, eſt ſub Regula S. Franciſci.*

e *Eo ſenſu hic* Joannæ fratrem *appellat* Petrum, *quo ipſam in titulo dixerat* Sororem amitinam, *melius* patruelem *dicturus, utpote ex patruo, non ex amita Petri natam.*

## CAPUT VI.

A. BART. SENENSI

### *Prophetiæ donum & illibata virginitas Petri.*

INter præclaras Chriſtianæ vitæ virtutes ac divina chariſmata, peculiari Dei munere Petro impertita, prophetiæ donum ita in eo inſigniter enituit, ut nihil magis propriũ ei eſſe videretur, quam ut paſſim in rebus agendis, quæ vel ad ipſius Dei cultum obſequiumque propagandum, vel mortales ad cæleſtis beatitudinis ſtudium incitandos facerent, ipſe multo poſt futura nunc certiſſime prædiceret, nunc abdita panderet, nunc vero longe à conſpectu remota monſtraret. Quarum rerum, etſi multa ſuppetunt exempla, miraque in hoc genere à Petro geſta fuiſſe non ignoramus; nos tamen, habito delectu, ea tantummodo hiſtoriæ noſtræ inſerenda putavimus, quæ nobis utilia, & ad viri ſanctitatem illuſtrandam in omnes partes viſa ſunt neceſſaria: cetera vero conſulto rejecimus, partim ne nimis in longum noſtra traheretur oratio, partim autem ne gravi tædio lector afficeretur. At vero quæ in idipſum nobis exponere viſum eſt, ſuis aptata locis explicabuntur, quod cuncta hîc recenſere non eſt operæ pretium: præſertim quod alia id genus alium deinceps locum neceſſario requirunt. Age jam veniamus ad rem. Præſenſerat divinitus Petrus Cucullatum quemdam, notæ probitatis ac magni nominis virum, ſibique in primis egregie carum, vehementer anxium eſſe de quadam maximi momenti offenſione dirimenda. Sed enim noverat Pater beatus, divino perfuſus lumine, in amici videlicet exitium conſpirari. Protinus hominem acciri jubet, accitumque ſic alloquitur. Id cauſæ fuit, ut te accerſirem, ut admonearis, ne de offenſione illa tollenda ſolicitudinem ullam capias, nec in eam ullo te pacto interponas: quin etiam omnem ejus curam abjicias rogo, propterea quod non me latet, ultimum ob idipſum te vitæ diſcrimen adire, altera ſcilicet partium inſidias tibi inſtruente. Re inopinata ille perculſus, quod, nulla re alia niſi divinæ gloriæ ſtudio & ſalutis animorum adductus negotium hoc ſuſceperat, hæſit ſtupenti ſimilis. Cum vero ex pavore ſe collegiſſet, animum confeſtim adjecit, ad rem æque caute ac diſſimulanter explorandam. Hoc dum agit, comperit eodem temporis momento, quo Petrus admonitum illum voluit, nefariam in ſe jam conflatam eſſe conſpirationem, ut de medio tolleretur: proceſsiſſetque haud dubie fraus, ni beati Viri monitis inſidias mature præcaviſſet. Ipſe vero præſentiſsimo periculo liberatus, vitam ſecundum Deum uni maxime Petro acceptam referebat, ejuſque ſanctitati immortales apud omnes gratias agebat: non dubius beatum Patrem rem omnem divinitus odoratum. Factum ejuſmodi, addunt ſcriptores, conſulto ſuppreſsimus, ne nova ex eo gravioque oriatur offenſio; & hanc fuiſſe cauſam pro certo habeo, quamobrem viri nomen pariter & Ordinem haud quaquam prodiderint.

56 CAP. X.

*Prophetiæ dono claruit.*

*detegit conſpirationem in necem amici.*

E

F

57 Vir quidam fuit, re & nomine Bonus, Ticinenſis, Religioni addictus (incertum tamen ex qua familia) qui cum ex Liguria in Hetruriam per agrum Florentinum iter faceret, comitem nactus eſt Blaſiũ quemdam à S. Miniate, quod vulgo al Todeſco appellant; quocum variis de rebus, ut fit, Bonus ſermonem inſtituens, inter alia, Si mihi, ait, Blaſi, nummi ſuppeterent, cœnophorum, Vernatici vini plenum (ea eſt in Tuſcia prænobilis ac honoraria potio, quam noſtri Vernacciam *a* vocant) Senas ad virum ſanctitate inſignem perferendum quam libentiſſime emerẽ. Cui mox Blaſius effuſo cachinno beatũ Patrem noſtrum cavillatus, Obſtupeſco, inquit, ſane, qui fieri poſsit,

*Non vult vinum, cujus emptione alium viderat ſcandalizatum,* a

A. BART. SENENSI

possit, ut Sanctus Vernaciam bibat? Ad quæ Bonus respondit: Obstupescere desinas, Blasi, oportet, quando is est vir ille, ut valetudine magna ex parte utatur adversa: atque eo id ipsum vel maxime cuperem, ratus nimirum illi pergratum fore. His Blasius auditis, illico tantum pecuniæ Bono numeravit, quod satis esset vino coëmendo: inde mox Miniate castrum ascendit, apud patria incunabula mansurus. Bonus vero, lagena exoptati vini potitus, Senas iter intendit: quo statim, ut pervenit, Petrum adiit, eique vinum dono obtulit. Qui Pater beatus, divinitus jam edoctus, quæ in eo comparando acciderant, alteri ingustatum muneri remisit; indignum viro Religioni nuncupato existimans, solatii aliquid inde ad firmitatem corporis tuendam exhaurire, unde quidpiam incommodi in alterius animæ salutem emanasse cognorat. Interea duo de viginti effluxerant menses, cum idem Blasius instinctu plane divino Senas venit: atque celeberrimo Xenodochio, quod (ut supra dictum est) à Scala *b* cognomen sumpsit, sese, patriis bonis fociſque relictis, religiose addixit; ac Fratrum ejusdem Hospitalis domus institutum & habitum suscepit. Ubi dum officii sui pensum accurat diligenter, subiit ejus animum ad Petrum consultandi gratia se conferre, de cujus sanctimoniâ jam præclara inaudierat. Nec irritus ille Cartusiam petiit, Petrumque convenit. Siquidem, ut primum Vir beatus hominem ad se eminus venientem vidit, mox illum compellare cœpit: Salve, Blasi, salve, faustusque sit tuus adventus. Scito me non modo non bibisse, sed ne gustasse quidem Vernaticum vinum illud, cui coëmendo pecuniam pependisti, sed alteri muneri dedisse; rem totam ita aperte atque diserte explicans, perinde ac si præsens adfuisset. Blasius porro in mentem sibi redigens, quæ à beato Viro audiebat, præ pudore stetit attonito similis: & humi defixis luminibus, tacitus volvebat animo, quo pacto eum Petrus nominatim inclamasset, quod neque ille beatum Virum, neque Vir beatus illum de facie noverat unquam. Re postea studiosius explorata, omnia Dei admonitu Petrum cognovisse intellexit ille, palamque enuntiavit. Qui quidem Blasius eremiticam dein vitam amplexus, Petrum tamquam Virum sanctum Deoque carum veneratus est: & eo quoad vixit magistro ac moderatore in rebus spiritualibus agendis usus, vitam pie & religiose ad extremum usque traduxit.

*libere remisit:*

b

B

*idq; postea indicat scandalizato illi.*

C

58 Monachus quidam fuit, qui, etsi Cartusiæ Maggianæ alumnus, aliud tamen cœnobium Ordinis incolebat, domesticæ rei Curatorem gerens: Qui Petri constanti sanctitatis fama permotus, illum adire constituit, benedictionem ab eo petiturus. Quem Pater beatus, nixum ante se genibus seque ab eo benedici efflagitantem, contracto vultu & ad severitatem tristitiamque compositio intuitus, cessim ire cœpit. Dein seorsum vocato in aurem insusurrans dixit: Non è monastica Cartusianaque paupertatis norma, fili, vitam tuam colis: propterea quod indignis cupiditatis nexibus te misere irretitum cerno: iisque prolatis, aversus item Petrus retulit gradum. Ille ubi hæc audivit, intima religione tactus, mœrore simul & tristitia contabescens, loco cessit. Dein brevi interjecto tempore, iterum ad Petri pedes Monachus accedens, instat, orat, rogatque infimis quidē precibus, ei ut bene precetur. At Vir beatus rursus abnuit, rursusque iterata objurgatione hominem castigat. Miser tandem contemni se ratus, lacrymis ad solum usque fluentibus, cellula Petri egreditur, ac ejulatu & plangore xystum complet. Quem tam acerbe lugentem unus ex Patribus conspicatus, hunc in modum alloquitur: Facile adducor ut credam, te voti compotem futurum, modo apud te statuas firmiterque retineas illud exequi, quod Petro noveris esse pergratum. Nec mora: manibus enim ille ad sidera sublatis, in has prorupit voces: Polliceor tibi, Domine Jesu, operam me daturum, quoad per me fieri poterit, ut isti Patri audiens dicto sim, & in officio fideque monastica ad extremum usque perstem. Hisque sane quam fidenter prolatis, tertiò Monacho beati Patris cubiculum ingresso, ejusque pedibus advoluto, verbis ex Euangelio desumptis, ac Unius Trinique Dei nominibus fidenter invocatis, bene precatus est, ac caros jam pariter Petrus dedit amplexus. Is vero fausta precatione auctus, lætus inde non minus quam stupore oppressus, quod pectoris sui latebras divinitus patefactas animadvertit, ad cœnobium suum reversus est, modum nullum faciens Petri sanctitati illustre reddendi testimonium.

*Procuratoris Cartusiani pravam cupiditatem inspicit,*

D

*itemq; ejus internam pœnitentiā,*

59 Accidit aliquando, ut Petro ægrotante Crescentius, medicæ rei peritissimus, quem Columbinus patrio sermone Magistrum *c* Sensum vocat, obvium haberet primarium quemdam virum, cujus nomen idem Columbinus silentio præteriit. Cui percunctanti quomodo Petrus sese haberet, ac num aliqua in re opera sua illi usui esse posset, utique suum omnibus in rebus studium officiosissime polliceri; Bellariorum si quid haberet, ait Crescentius, ad vires deperditas refovendas, nihil iis gratius cariusque illi arbitror futurum, Quibus ille auditis, extemplo exerta crumena; Hos accipe Crescenti, ait, duos aureos florenos, & his bellaria compara, quæ Petro magis profutura, & ad voluntatem judicaveris gratiora, tuoque ipsi nomine illi amanda. Tum Crescentius, beato Patri gratificandi percupidus, exceptis aureis scitissima saccari condimenta emit, emptaque per certum nuntium ad Petrum suis verbis misit. Qui nuntius Crescentium cum prævertisset, subiisseque jam Petri vultum, sic eum ex composito compellat: Hæc tibi, Pater, Crescentius medicus mittit. Cui mox Petrus, amaritudinem fraudis sub saccari dulcedine divinitus subodoratus; Refer, ait, refer, fili, gradum; & isthæc illi reporta, nolo munera, pecuniâ male partâ coëmpta. Lator vero in urbem regressus, Crescentio, quæ à Petro acceperat, renuntiavit: qui stupore simul attonitus, aureos florenos nobili Patricio remittendos curavit; & exinde suo pensâ pecuniâ partem mediam ejusdem tragematis redemptā, Petro ex integro remisit. Quam porro illustri gratia ita excepit, ut in hæc verba confestim proruperit: Compensēt Dominus egregiam hanc in me Crescentii benignitatem.

*bellaria recusat pretio injuste acquisito empta,*

c

E

60 Haud absurdum visum iri arbitror hisce subnectere id quod Columbinus noster sibi accidisse litteris mandavit, scilicet eo prorsus anno & mense, quo Petrus noster Beatus rebus excessit humanis. Rem gestam brevibus enarro. Cum magno quodam die tuberum desiderio Petrus teneretur, ad Columbinum conversus; Hem, Joannes, ait, affer mihi, obsecro te, paululum tuberum; acri enim illorum cupiditate rapior. Cui mox Columbinus: Scis Pater, inquit, nusquam locorum, Majo præsertim mense, qui nunc agitur, tubera inveniri. Ad quæ mox Petrus, paterna cælestis Numinis providentia fretus; Abi, inquit, in bonam rem. Insequenti vero luce iter cum capesceret Columbinus, una cum Joachimo Cartusiam versus Petri invisendi gratia, propter pannariam ejusdem Columbini tabernam ambo præteriere, ibique juvenem quemdam ejusdem tabernæ administrum, magnum chartaceum involucrum tuberum plenum manu tenentem offendunt: qui protinus idipsum dono obtulit Columbino. Tum ille miraculo attonitus, gaudioque simul perfusus, tubera ad Petrum mox perferenda accepit: seque

F

*tubera præsit habere posset:*

A seque Oduardo, Nicolai Striechę Mareſcotti viri nobilis filio, comitatos, dant in viam; apud animum ſuum in itinere ſine fine reputantes, quam videlicet pius pariter ac clemens ſit Dominus erga eos, qui ex animo illi deſerviunt; quamque illorum amans (quod vel ex eo tum aperte conſpici poterat) oſtendat illorum æque vota atque ſalutem ſibi eſſe cordi. Ad Cartuſiam ubi ventum eſt, à ſalutatione variiſque de rebus divinis ultro citroque habitis collocutionibus, ab Oduardo rogatus Petrus; Ecquando Pater, inquit, interdictum, quo nunc temporis notatur civitas noſtra, tolletur? Intra quinque, reſpondit Vir beatus, dies hoc publico triſtique malo cuncti eximemur. Nec abfuit dicto fides: ſiquidem intra prædictum tempus juſtitium omne atque interdictum ſublatum eſt, *d* Azzolino Malavolta Senarum Epiſcopo.

*& prædicit interdictum tollendum:*

d

61 Audivimus modo Columbinum de ſe ſcribentem, audiamus & eumdem de filio ſuo Petro non minus mirum, quam de ſeipſo referentem: quando per idem fere tempus, quo Petrus noſter beatus vitam cum morte commutavit, rem contigiſſe ex eo cognoſcimus. Convenerant in Petri cubiculum ſimul aliquot è Patribus domus, ſimul & alii pietate

*Indicat ad ſe qui veniant quid ferant, quid egerint in via.*

B nobiles viri, ad beatum Virum audiendum de rebus cæleſtibus diſſerentem: cum repente orationi finem facturus ille, ſubintulit dicens; Expectate, quæſo, paululum, Fratres: non longe enim aberit, quin ad nos veniat Joachimus, una cum puero Petro Joannis Columbini filio, qui munuſcula quædam mihi, utputa amygdala, papavera, atque unicum cepe deportat: quin etiam ædibus noſtris jam jam prope adſtantibus, papaverum unum puer ipſe hoc articulo temporis mandit. Hæc ubi adſtantes audiunt, ſubridere illico cœperunt. Ceterum vix hæc atque alia in eamdem rem Petrus dixit, cum extemplo affertur ad cœnobii fores Joachimum & puerum Petrum adſtare. Quos ut aſpiciunt Monachi, diſcuntque, puerum ſciſcitati, papaver in itinere comediſſe, uti beatus Pater paulo ante prædixerat, ingenti admiratione protinus afficiuntur. Cumque mox Petri cubiculum eſſent ingreſſi, ad puerum converſus Petrus, obſervantiæ ergo poplitem ante eum flectentem, ait: Concine, fili, cantiunculam illam, cui eſt initium, O Diva nobilis Magdalena; nam prius eam quam abſolvas, ad nos huc adventabit Sacerdos Marianus,

e *e* Eccleſiæ apud Marmorariam Plebanus. Nec verba beati Patris in ventum jacta; res enim ita prorſus

C evenit, uti prædixerat. Siquidem, jucunde valde puero canente, adfuit Sacerdos, vir eximie pius; quem, qui aderant intuentes, majori quam antea ſtupore opprimuntur; & beati Viri eximiam ſanctitatem agitantes animo, illum tamquam humano faſtigio celſiorem, ſibi indies magis ac magis colendum obſervandumque putabant.

62 Pene fugerat, quod hoc ipſo loco principatum vel in primis ſibi vendicare videtur, ſimul ad Petri precationum vim & efficaciam aliqua ſaltem ex parte in medium afferendam, ſimul etiam ut prudentiſſimus fere quiſque vel ex hoc uno cognoſcat, hanc prophetiæ gratiam ac donum in beato Patre noſtro ſic effulſiſſe, uti & abſentia non ſecus atque præſentia longiſſime intueretur. Conflictabatur Petrus levi principio quidem morbo, ſed paulatim invaleſcens, extremus tamen illi fuit. Ea proinde re cum Creſcentius Medicus, cujus paulo ante meminimus, quoque eo tempore Maggiana domus utebatur, ad illum officii cauſa adiiſſet, poſt mutui ſermonis officia beato Patri, arteriarum pulſu explorato; Ad multum tempus, ait, te nobiſcum fore conjicio; ita ſane te bene valentem comperio. Cui illico Petrus; Nolit, inquit, Chriſtus Dominus, te in me, Creſcenti, miracula patrare. His verbis divinitus indicans, futurorum optime conſcius, extremum ſibi adeſſe tempus, noſtræ mortalitatis exuvias relinquendi. Nec vana fuere prædicta. Siquidem paucis poſt elapſis diebus, ex corporis vinculis, lætitiæ ac jucunditatis plenus, ut ſuo loco dicemus, cæli regiam conſcendit.

*contra Medici ſenſum ſe brevi meriturũ prædicit:*

A. BABT. SENENSI.

63 Dein ſciſcitanti Petro de Fratre Bartholomæo *f* Mini, qui Senenſium tunc temporis Dominicanorum apud Campum Regium Priorem agebat, ubinam gentium eſſet; Apud Fratres, reſpondit Creſcentius, domus hoſpitalis Caſtellionenſis moram ducere puto. Ita plane eſt, ait Petrus. Verum in reditu, adjunxit, magnum vitæ periculum adibit. At vero Chriſtum Jeſum enixe precor, illi ut opem ferat; laturumque, certo ſcio. Ab hiſce dictis, Creſcentius inde ſe recepit, & ad Senenſem urbem properavit. Poſtridie vero idem ipſe Creſcentius, de Bartholomæi incolumitate mire ſolicitus, recta ad Divi Dominici contendit, de eodem Bartholomæo interrogatum. Quo ſimul atque pervenit, ad ipſum, quem jam tum revertiſſe cognorat, acceſſit, eumque pro amicitia hunc in modum compellat: Ea mente, Pater, huc acceſſi, ſolicitudine videlicet de te plenus, uti quærerem, quinam tuæ vitæ eſſet ſtatus: heri etenim in Cartuſia cum eſſem, à Petro accepi, magnum in reditu te vitæ diſcrimen ſubiturum. Etſi autem nihil eſſe ajebat, quod verearis; egoque in præſentia illum in cælum manus tollentem, ac Deum pro te rogantem conſpexi, certum utique animi illæſum te inde abiturum; non potui tamen ipſe non angi animo, quoad de te deque tui ſoſpitate certior factus eſſem: ſed cum te incolumem recteque valentem offenderim, vix credas, qui meus in te amor, quibus efferar lætitiis. Hæc ubi de ſe Bartholomæus audivit, obſtupuit vehementer. Aſt, ut primum ſe collegit, in hæc verba reſpondit. Numquam, Creſcenti (credas mihi jurato velim) in tantum me vitæ diſcrimen conjectum adverti, præterquam hodie. Iter enim Senas verſus habens, via certe teterrima ac confragoſa, accidit, ut aſellus, cui inſidebam, veſtigio fallente, corruerit; egoque ex eo jam tum excuſſus, minimum quidem abfuit, quin ad prominens quoddam ac præruptum majoris formæ ſaxum caput alliderem, ita ut fœde ad terram affliclo ibidem hærere omnino neceſſe eſſet. Sed eo puncto temporis, itineris comite, qui pedes mihi præſtabat officium, feſtinabatque, conſternatus animo mei ob caſum, ſuppetias ferre periclitanti, genu

f

*eidem indicat periculi Prioris Dominicanorum,*

*quod per viam incurrerat lapſus de aſino.*

F idem in ſaxum impingente, incolumis inde vi prorſus divina confeſtim evaſi. Et hæc ſe accepiſſe teſtatur Columbinus, non modo ex eodem Bartholomæo, cujus oratio ob inſignem hominis religionem magnum pondus habebat; ſed à Creſcentio item, viro ſane gravi & certo, & cui quantum idem Columbinus tribueret, ex eo vel in primis poteſt animadverti, quod in litteris, quas paucis deinde poſt annis ad Blaſiam Cerretanam conjugem dederat, dum plenus Apoſtolico ſpiritu Hetruriam peragrabat, verbum Dei diſſeminans, atque è peccatorum veterno mortales excitans, hæc inter alia legimus ei in mandatis data: Matthæum Aromatharium ſalvere meo nomine jubeas velim, quem meis item verbis rogabis, ut Creſcentio Medico Patri meo (quem magiſtrum Senſum vernaculo idiomate, uti ſupra diximus, appellat) millies ſalutem dicat; aperiatque, & ſervum me illi & filium eſſe, cupereque magnopere ejus apud Deum precibus adjuvari. Et de his hoc loco conſcripſiſſe ſufficiat.

64 Non ab re mihi contigiſſe puto, ut de virginitate Petri conſcripturus, hoc loco eam collocandam ſuſceperim. Atque rurſus cogitanti mihi, qua

id potiſſimum de cauſa factum ſit, in mentem venit, ſatis appoſite hunc locum præ ceteris eam obtinere debere. Namque, ut ea cum Petro ſuum habuit ortum, & cum eo ſimul accrevit; ita pariter eumdem ipſum beatum Virum, ad extremum uſque ſpiritum, ab omni impura corporis contagione intactum illibatumque ſervavit, & illius vitæ curſum confecit incorruptum. Quamobrem ſatis mirari nequeo præclaros Petri conatus & ſtudia, quæ jam inde à pueris tanta cum cordis munditie ac morum honeſtate contulit, ad Angelicam hanc virtutem excolendam; quandoquidem memoriæ proditum eſt, Petrum ab ipſo ineuntis ætatis flore Divinam clementiam, per ſummum ſanctitatis ac pudicitiæ ſtudium, exorare frequenter ſolitum precibus quam ardentiſſimis, ne pateretur in lubrica ſui ipſius ætate, atque deinceps annis inſequentibus, quotquot videlicet inter mortales vitam agere illi daretur, ulla ſe prorſus impudicitiæ labe aſpergi; ſed integrum impollutumque uni ſibi caſtiſſimo Virginum Sponſo cuſtodiret, quo magis nimirum divinæ Majeſtati ſuum obſequium atque ſervitium gratum exiſteret atque jucundum. Nec fefellit pii adoleſcentuli fidem Divina benignitas. Namque (ut Sacerdotes egregia probitate & fide, qui pro tempore generales Petri Confeſſiones exceperunt, ſacramento firmarunt, quique idipſum Columbino atque Nicolao Vincento aſſeverare conſueverant) numquam non modo beatus Pater noſter turpi facto, vel geſtu, aut inhoneſto verbo, virginalem integritatem contaminavit, ſed ne impuræ quidem cogitationes ejus animum ſubierunt. Idipſum porro teſtatur Columbinus de Joachimo audiviſſe, cui Petrus ſub mortis ſuæ fere tempus, ex præclara ſibi data divinitus occaſione, illibatum virginitatis florem ad eam uſque diem ſe retinuiſſe aperuit. Ergo tam excellenti eximioque integritatis ac pudicitiæ dono à Deo exornatus Petrus, eo auguſtior apparebat, quod virginalem caſtimoniam inter ſpiritualia ornamenta ampliſſimam ac præcipuam exiſtimari oportet; cum in iis, qui eam colunt, neſcio quid non decorum tantum atque formoſum, ſed certe divinum majuſque quam humanum eniteat; quod graviſſimis verbis Baſilius indicare viſus eſt, ubi de vera virginitate diſſerens, ait: Magnum quiddam revera ac præclarum eſt virginitas, quæ ut omnia uno verbo complectar, hominem incorruptibili Deo ſimillimum facit.

A. BART. SENENSI. *Virgineam caſtitatem tota vita ſervavit*

B *etiam in cogitationibus.*

## ANNOTATA.

a *Albi vini genus eſſe docent Academici della Cruſca: fortaſſis autem ita dicitur, quod ejus, utpote generoſioris, uſus ſit hiberno tempore, quod Italis* Verno *dicitur.*

b *Ibi vixiſſe in xenodochio anno* 1356 *ex codice loci conſtat.*

c *Vtique ablata priori nominis ſyllaba, quod Tuſcis familiariſſimum.*

d Azzolinus Malavolta *factus Epiſcopus anno* 1351, *cui* Iacobus Malavolta *ſucceſſit* 24 Ianuarii, *anno* 1370. *Aſt* Interdicti *hic indicati quia Auctor non reperit alibi mentionem, collegit in Novis variis temporis, quibus civitas fuit ſub Interdicto, ut non videatur mirum ſi omnium alibi non fiat mentio.* Odoardi *vero cui hic reſpondetur varios meminiſſe indicat.*

e *Ejuſdem ſit mentio in proceſſu Ms. de S. Catharina Senenſi, quem necdum vidimus, nauciſci autem cupieremus.*

f *Hujus* Bartholomæi *varia ab aliis monumenta referri annotat Auctor.*

## CAPUT VII.

*Cito moriturus Ioachimo pandit revelationes ſibi factas, & cordium plurium ſecreta.*

HIſce atque aliis virtutum præſidiis, diviniſque præditus ornamentis Petrus noſter beatus, & quinquageſimum fere annum agens, uti ſupra demonſtravimus, aliud nihil die noctuque volvebat animo, quam ut vitæ Dominum & auctorem Deum ſupplex oraret, quo à mortalis hujus corporis cuſtodiis ſe liberaret; ut ſoluta terrena ac concreta mole, ad excelſum illud plenum ſtellarum domicilium ſibi quam mox evolare contingeret. Hinc cæleſti quadam dulcedine delibutus, ac miro incenſus ſtudio Deo fruendi videndique; ſacros illos beatorum cœtus, illud Apoſtoli dictum ſubinde habebat in ore; Quis me liberabit, inquiens, de corpore mortis hujus? Aliquando vero: Quando veniam mi Jeſu, mi Creator, & apparebo ante conſpectum tuum? & alia his ſimilia. Quibus ſtudiis, amore ſcilicet in Deum ac deſiderio erga res cæleſtes, ita ſeſe effundebat atque ſuum animum excitabat, ut nihil ei dulcius ſaperet, quam de Deo deque diſceſſu ab hac fallaci & mortali vita aſſidue verba facere. Sic nimirum tantum in eo ſenſus & quotidianus moriendi affectus potuit, tamque vehementer in momenta ſingula urgebat; ut per quamdam a calvariam, quam in cellula ante oculos ſibi ſemper habebat propoſitam, eâdem ſe conditione recordaretur eſſe natum (illam animo & oculis contemplando) qua & moriturum certo ſciebat. Quin etiam id ea ſalutari commentatione præſtantiſſimus diſciplinæ ac perfectionis Chriſtianæ Philoſophus noſter aſſequebatur, ut non modo quotidie mori perdiſceret, quod & Paulum Apoſtolum ſenſiſſe legimus, ubi ſe quotidie mori dicebat: ſed etiam rem ipſam, ut Sapiens ait, amaram quin potius ejus memoriam duriſſimam, conſuetudine quadam, quaſi cum eadem morte familiaritatem contraxiſſet, adeo leniret, adeoque in omnes partes ſeſe ad eam excipiendam pararet, ut venienti mox obviam procederet intrepidus; nec ut incognitam horreret, ſed jucunditatis ac lætitiæ plenus amplecteretur; quandoquidem non copias, non honores, non opes & potentiam, non generis claritatem, non regna, non inſignia majeſtatis, aut repellere mortem aut retardare poſſe non ignorabat; omnia, quæ hominibus magna videntur & honorifica, eſſe nihil, ſomnia delirantium, & umbrarum effigies inanes; id tantum manere, ſemperque manſurum, quod recte quiſque honeſteque feciſſet. O Virum beatum ac felicem! cui nihil aliud agere, nihil loqui, nihil cogitare libuit unquam, niſi quod in hoc ſupremo certamine eſſet præſidio futurum.

LIB. III. CAP. I. *Anno 50 ætatis anhelat ad cælos.*

Rom. 7, 24

E

a *è calvaria diſcens quotidie mori,*

1 Cor. 15

Eccli. 41.

F

66 Tandem cum ſentiret, divino agitatus ſpiritu, tempus illud jam jam adventaſſe, quo tempore reddendus eſſet animus, à quo illum acceperat; miſit quindecim ante diebus quam de ſtatione vitæ decederet, qui Joachimum ſuum ad ſe accerſiret, accerſitumque & ſibi proxime conſidere juſſum, in hunc modum, ſub horam poſt ſolis ortum tertiam, aliis remotis arbitris, affatus eſt. Noli, Joachime fili, mirari, quæ in præſens tibi duxi aperienda; & quamvis magna ſint, eaque pariter ſupra naturæ vim audias, omnia tamen certiſſima firmiſſimaque eſſe, tibi omni aſſeveratione affirmare non dubito. Ea hactenus nemini auſus ſum mortalium aperire, neque poſthac aperiam ultra, nec etiam in præſentia patefacere auderem, niſi æternum Divinitatis Numen ad id memet impelleret urgeretque. Ergo ſcire te volo, cariſſime fili, ab incunabulis in hanc diem, me meo deſer-

*diebus* 15 *ante obitum Dei juſſu amico dixerat*

*quod mente & corpore virgo*

A deſerviviſſe Chriſto; ipſumque me deduxiſſe, ac per omnem vitam, tum mente tum corpore, integrum impollutumque ſervaſſe, nulla videlicet veſanæ turpitudinis labe coinquinatum. Et, quemadmodum illum jam inde à prima pueritia impenſe rogavi, uti tantum mihi impertiret gratiæ, quo fideliter omnibus in rebus meum illi ſervitium carum gratumque exiſteret; ita contra eumdem multa prece exorare atque obſecrare non deſtiti, uti quam occultiſſime ad extremum uſque ſpiritum id ipſemet efficerem, prorſus ut nemo homo in terris me noſſe valeret unquam: id quod pro ſua erga me clementia peregregie mihi præſtitit, qua meas preces, qua vota pariter, ſane quam benigne exaudiendo: ſic inquam, ut ſexdecim jam ſint anni, cum nihil unquam à Chriſto Domino orando poſtulavi, quod pro voto cumulate non impetraverim; cumque quaſi aliud interim agere ſimularem, ita ſtudia mea meaſque pariter actiones omnes occulere ſim conatus, ut è mortalibus quidem nullus me cognitum habuerit; nunc, quando jam mihi mortem imminere ſentio, hæc tibi, fili, cogor patefacere, divino prorſus nutu ad id impulſus. Proinde cum ſuperioribus diebus deterius haberem, Chriſti videndi percupidus, nocte quadam à ſacris nocturnis excubiis fuſus in preces, Chriſtum ipſum Dominum etiam atque etiam orabam, ut pro

*ab annis 16 omnia poſtulata impetrans à Deo;*

B ſingulari ſua in me caritate ex hac vita ærumnarum plena extrahi me pateretur, meamque animam in paterno ſuæ benignitatis ſinu exciperet, corpus vero terræ, ejuſque putridis vermibus mandaretur. Tum vero illum exorabam, uti certos homines, mihi eximie caros, commendatos haberet, eoſque per rectum vivendi curſum dirigere tuerique dignaretur.

*& de ultimo petitis*

67 Hæc ubi à me peracta, extemplo vocem quādam auribus ipſemet meis ſic eloquentem percipio: Exaudita eſt, Petre, oratio tua. Ipſe vero hæc intelligens, pavens ſimul ac tremens, fidem illi habere nolui; haud ignarus ab Apoſtolo dictum, nequaquam omni ſpiritui eſſe credendum. Deinde eamdem vocem clare aperteque intellexi dicentem: Ini hortulum tuum, ibique ſigna à Deo habebis, quamobrem te exauditum cognoveris. Quo ut me recepi, oculis ad aſtra repente ſublatis, cælum mirū in modum ſtellis illuſtre luculenterque ſerenum aſpicio: moxque illud perinde atque fœtum, ingentem vim imbrium effundere, quibus hortulum atque meipſum bene madidum deprehendi. Tum ego, Per hæc, aio, adduci tamen non poſſum, ut credam. Tertio reiterata

C vox, Tolle, inquit, ſurſum caput: ſigna quippe intueberis præter naturæ curſum. Id ubi factum, ut imperarat; ecce Solem & Lunam inter ſe cohærentes video. Adhæc nihilominus in ſententia perſto, nec ea de mente dimoveri me patior, mali dæmonis illuſionem ac præſtigias veritus: quippe qui actu illo præclare inſtructus, ita oculorum aciem mihi perſtringere potuiſſet, ut alia atque eſſent aſpicerem. Quamobrem, Nec ſic quidem credam, adjicio, niſi æternam Sapientiam illa loquentem mihique indicantem cernam, quæ ſathan ipſe nec loqui, nec quacumque alia ratione oſtentare valet. Tum porro, ut cubiculum repetam, eadem quartò vox imperat. Parui ſimul. Ecce tibi protinus Chriſtus Jeſus clariſſima in luce per ſpeciem mihi ſeſe auguſtiſſime *b* obtulit videndum: quem tremebundus intuitus, cernuus continuo ad pedes ejus ruo, ferre non ſuſtinens eximium illius fulgorem, & ad arbitrium nutumque majeſtatis illius me totum compono. Ille vero ad me converſus, his verbis me jam manu prehenſum, unaque ſecum aſſidere juſſum, benigniſſime affari dignatus eſt. Velim ſcias, Petre, orationes & preces ad me tuas, jam pridem mihi exauditas, teq;

*triplici certificatus ſigno,*

*denique ab ipſo Chriſto ſibi apparente,*

b

in terris, alterius inſtar Moyſis, apud me pro populo iſto ſemper fuiſſe, Atqui ſcelera & immania illius flagitia abominatus, quam citiſſime te ad me traham neceſſe eſt, ne pro eo amplius ad me fundas preces: non enim illum ultra ſuſtinere poſſum, ita ſane ejus proterviam odio habeo, meamque faciem ab illius ſalute averſam retineo: quin etiam in eum animadvertere ſtatui, ob plurima, ut dixi, infanda ejus crimina, ſpeciatim vero propter cupiditatis & avaritiæ ſcelus, quod orbe toto ita debacchatur, ut nullum ſit malum quod per idipſum non admittant mortales: quoniam quidem magis in Monaſticæ vitæ cultores, inque viros Clericali dignitate fulgentes graſſari cerno, quam in ceteros homines ſecularibus inſervientes. Olim, Petre, homicidium deteſtatus ſum, deinde fœdas carnis obſcœnitates, atque poſtmodum improbas voluptates adeo ſtomachatus, ut dira illa totius orbis terrarum eluvione genus humanum deleverim; in præſens vero pravam illam habendi cupiditatem ſic deteſtor ut cum maxime, propterea quod per eam vel in primis Filiū *c* perditionis fatebuntur mortales, mei ipſius nomine poſthabito.

A. BART. SENENSI.

*intellexerit eum mundo iratum ob avaritiam:*

C

68 His dictis Servator Chriſtus Dominus ſermonem inſtituit, de ſui primum conceptu atque ortu ex Virgine, mox de ſuis in patiendo diriſſimis cruciatibus, exin de cœna unà cum Apoſtolis tranſacta, uti panem in coropris ſui ſubſtantiam converterit, hoc eſt tranſubſtantiaverit, tum de nece pariter & reſurrectione, poſtremo vero de aſcenſione in cælum verba fecit. Poſt hæc autem, Accede, inquit, Petre, ut omnia hæc ipſe cernas. Tum à ſenſibus ego mox abſtrahi, meusque ſpiritus in Deum rapi tranſferrique mihi viſus, ignorans an in corpore vel extra corpus id factum fuerit; præterquam quod in Deo cum eſſem, meaque itidem anima ejuſque ſimul vires & potentiæ exundantia Majeſtatis & gloria Divinitatis abſorberentur; illud ſane in præſentia ſū conſecutus, ut cæleſti prorſus ac ſuaviſſima beatitudine circumfundi ac repleri me ſenſerim. Porro divina ea munera & beneficia, quibus, cum divinæ claritatis abyſſum contemplabar, auctus fuit ſpiritus meus, ſentiri quidem animo & intelligi quoquomodo tunc poterant; verbis autem nunc exprimi, perinde atque ſentiebantur, minime poſſunt: cum mortalem naturam in omnes partes exuperent. Per admirabilem & divinum hunc raptum perſpexi cognitaque habui omnium cæleſtium ſpirituum agmina, necnon beatarum animarum cognitionem perſpicue dilucideque ſum adeptus. In eo Divinitatis pelago natans, infernas animas vidi; & qui nondum ad purum expiati purgatoriis excruciantur

F pœnis. Atque hoc loco, quemadmodum Joachimus retulit, nonnullos apud inferos exiſtentes Petrus nominatim expreſſit; negans ſe prorſus ſcire num inferna loca in terræ centro collocata ſint nec ne. De multis item mentionem fecit, quos torqueri cernebat; & quæ ſupplicia, quibusque pro meritis paterentur, aperuit. Alios quoque nomine appellavit infernis pœnis addictos, quos olim cum erant in vivis, ſecunda cum pietatis & religionis admurmuratione ſuſpexerat mundus, eos propter flagitia detegens id commeritos. Id quod mirum omnino nobis cum videretur (ajunt Auctores noſtri) tantos nempe taleſque viros, in teterrimum illum ac putentiſſimum hiatum detruſos; alta cogitatione defixi nobiſcum reputabamus, qua probitate, quaque ſanctimoniæ laude præſtantes haberentur, dum in humanis agerent; & animo ſuſpenſo mireque ſolicito cauſas inquirere animum induximus, quare Petrus indicaverit ad ſempiterna ſupplicia temeratos diſceſſiſſe. Quod cum anxii nos, partim ſecreto, partim palam agita-

*& in extaſin raptus,*

E

*viderit cæleſtes ſpiritus,*

*inferorum ſupplicia,*

A. BART. SENENSI. agitaremus; pleroſque nos comperiſſe affirmamus *d*, iiſdem nominibus, iiſdemque de cauſis atroces illas pœnas diriſſime ſuſtinere, prout beatus ipſe Pater, divinitus manifeſtavit. Quapropter ſatis ſuperque conſtat, alia Dei atq; hominum eſſe judicia. Inferorũ porro cruciatus indicavit Petrus adeo eſſe immanes, ut humanum ſi caderent ſub aſpectum, vel eos cogitatione ſatis complecti quis mortalium poſſet, omnes profecto ad officium & ſanitatem redirent: quandoquidem is ignis, eaque ibi moles pœnarum eſt, ut verbis vix exprimi poſſit. Ad hæc, quemadmodum cæleſtes cæleſtis domicilii cives, inſigne quidpiam ad ſuæ beatitudinis acceſſionem expetentes, ſuaque cupientes explere deſideria, extemplo exoptatis potiuntur votis; ita contra devoti ii atque maledicti in inferis ſubſidentes, pœnam ſuppliciumve aliquod cum excogitant, ſeu nimirum Dei juſtitia id exigente) tormentum præ aliis atrocius appetunt ferali in ſeipſos rabie, confeſtim horribilem in modum voti compotes efficiuntur. Nullum præterea in illis miſeriarum locis eſſe, qui tam exigua pœna torqueretur, quin perſuaſum infixumque habeat, neminem ſe uno vel miſeriorem eſſe, vel acerbius diſcruciari. Super hæc multo plures ad ima tartara damnari, quam quot hominum fert opinio.

d *& cruciatus immanes,*

B

69 Porro de igne purgante ſermonem habuit Petrus, eaſdem ſcilicet pœnas & cruciatus eodem eſſe loci atque in inferis; præterquam quod magno afficiuntur ſolatio, fore non deſperantes, qui ibidem moram dolenter trahunt, ut ad cæleſtia regna tandem aliquando evolent Beati; dum interim re ipſa ſentiunt Deum pro ſua clementia magnum eis afferre levamen atque refrigerium. Hi ſane juvantur orationibus, pietatis atque miſericordiæ operibus, Miſſæ inſuper ſacrificiis, Pontificiis condonationibus, ac aliis demum viventium hominum ſuffragiis. De Limbo item beatus Pater locutus eſt, quem pueri incolunt ſacri baptiſmatis expertes: qui quamvis nulla premantur moleſtia, niſi quod Dei perpetuo carent aſpectu; attamen infernos ſtridores exaudiunt, diraſque tartari deſpectant acerbitates. Et quoniam hujuſmodi privantur malis, præclare ſecum agi exiſtimant, & grates propterea Deo ſine fine agunt. Ad hæc ſe vidiſſe, Chriſtum videns narravit Petrus, omnia omnium mortalium opera, intimaque cordis penetralia, ac mentis receſſus penetraſſe. Cujus rei id Joachimo certiſſimum tunc fuit indicium, ut ſcilicet cunctas illius ſecretas operationes & pectoris arcana ei aperuerit, hunc in modum ſecum in præſentia locutus. Eam & hujuſmodi virtutem, fili, ex quo me tibi in id colloquium dedi, apud animum tuum amplecti ſtatuiſti. An non ita eſt? Cui, cum procul dubio id quidem eſſe ſtupore plane attonitus Joachimus reſpondiſſet; inſtitutum ſermonem proſequi beatus Pater pergrexit; multorum hominum occultos cogitatus detegendo, plurimorum item corda penetrando, atque illorum cogitationes patefaciendo, quas præter Deum ſciebat nemo. Multa inſuper ſingulatim Joachimo in mandatis dando, in diverſas ac remotas orbis partes, variis diverſiſque hominibus renuntianda; iis ſpeciatim, quos numquam de facie noverat neque ullam ipſorum mentionem vel nomen audierat. Ex quo factum eſt, ut complures nos ipſi audiverimus (addunt Auctores noſtri) qui ea ſibi Joachimum denuntiaſſe aperuiſſeque teſtantur, quæ nemini prorſus mortalium, niſi Deo, qui eſt cordium inſpector & judex, ac ſibi dumtaxat patebant. Quæ autem renuntiari indicarique Vir beatus juſſit, in Dei honorem & gloriam redundare, inque proximorum ſalutem nemo eſt qui ambigat, noſque idipſum pro comperto habemus: diverſa ille & varia, varie ac diverſimode inculcanda præcipiens: nempe hunc hilari facie blandoque ſermone conveniendum; illum leniter comiterque rogandum; reprehendendum graviter ac ſevere alium; alium vero alia ratione objurgandum. Et ſane operæ fructus egregius Dei beneficio conſtitit: ſiquidem optime ſecum actum exiſtimarunt, qui illi dicto audientes fuerunt. Contra vero Dei permiſſu peſſime acceptos conſtat, qui ſalutaria Petri monita amplecti neglexere; ut ex his ſatis evidenterque appareat, non unius mortalis hominis juſſa ac præceptiones eos reſpuiſſe, ſed Dei prorſus mandata temere contempſiſſe.

*ati aliorum in Purgatorio,*

*ac pueros abſque baptiſmo mortuos in Limbo,*

*ſecretaque cordium,*

C

*de quibus varia variis renuntiari mandat.*

D

70 Sed quo magis magiſque Joachimus de rebus hiſce certior fieret, ne qua ſcilicet hæſitatione in re tanta ejus animus fluctuaret; de viris moribus factiſque præclaris, deque illorum vita dixit, qui per id maxime tempus Senis atque alibi pietatem cum laude ſequebantur; quibus modis quibuſve rationibus Deum contemplarentur, deguſtarentque ſuavem atque poſſiderent, aperiens. Quo loco ea vi ac dicendi vehementia ardoreque animi elatus, de rebus divinis diſſeruit Petrus, tam veris gravibuſque ſententiis, tam ardenti vultu oculiſque, ut divini amoris ignem undique ſpirare videretur; prorſus, ut res miraculi ſimilis judicari facile potuiſſet. Quandoquidem nullo pacto, teſte Joachimo, hoc fieri potuiſſe crederes, niſi per illum, qui ſolus perfectus eſt, Deum; aut certe per hominem, cui id ipſum æterna illa Sapientia è perenni illo fonte atque altiſſimo Divinitatis gurgite haurire, & cum hominibus communicare dediſſet. Rurſus ita exorſus eſt Petrus: Sane Catholicæ Eccleſiæ obtemperandum eſt, ejuſque ſcita ſacroſancta atque decreta oppido formidanda. Summum Pontificem, adjecit, ac totius Romanæ Eccleſiæ corpus, eam auctoritatem ac poteſtatem à Chriſto ſibi olim relictam habere atque exercere poſſe; Epiſcoporum autem atque Antiſtitum, etſi vitam & mores ad rectam vivendi normam haud quaquam dirigi exacteque traduci interdum aſpicimus; non tamen idcirco caſſam eſſe & inanem, collatam illis auctoritatem. Perſtrinxit inſuper omnes pollicentes ac jure jurando ſeſe ultro obſtringentes ad voluntariam ex Euangelio paupertatem ſectandam; poſtea vero, omni officio atque timore poſthabito, haud ſtare promiſſis. Diris maledictiſque eos defixit, qui in ſeipſis magis ac rebus temporariis omnia vitæ præſidia conſtituunt, quam in Chriſto Domino, quo uno tantum niti, unique adhærere omnino deberent. Væ! væ! dolenter admodum in divites imprecatus, egenis ac pauperibus benigne facere renuentes. Pœnitentiam exin (ne nimis longum faciam) ſummis laudibus ad aſtra tulit: ſuper omnia vero noxiis appetitionibus frangendis, voluptatibus repudiandis, ac paſſionibus ſuperandis operam dandam, atque ſpiritum denique mortificationis, quem vocant, plurimum adamandum. Ad hæc dæmonem, adjunxit, eos irridere, eorumque conatus parvipendere ſolitum, qui pœnitentiæ nomine in ſuum deſæviunt corpus, ac dira à ſemetipſis ſupplicia expoſcunt; dum interim, nullo eorum regente ſtudia, letalis noxæ cœno hærent; nec inde, qua una re idem ipſe dæmon vehementer gaudet, extrahi patiuntur. Proinde bellum in primis cum vitiis gerendum eſſe; deinde operam ſane quam egregiam ponendam, cum ad excellentem virtutum ſupellectilem ſibi comparandam, tum ad gratiam à Deo ſimul ineundam. Poſtremo vero dicendi finem facturus Petrus; Scias, inquit, Joachime fili, hanc omnino Dei voluntatem eſſe; ut tridui interjecto ſpatio, novum loquendi genus uſurpem, quo quorumdam hominum crimina manifeſtem; palamque ea, uti præ-

*indicat ſanctos tunc viventes;*

E

*commendat poteſtatem eccleſiaſticam:*

*perſtringit tranſgreſſores paupertatis,*

F

*laudat pœnitentiam.*

*Plura dicturus poſt triduum,*

A præſentiſſima eorum animorum vulneribus remedia adhibeantur, faciam. Quapropter, non deerunt ex Monachis, qui dictitent, me mentis errore affici ac aliena loqui: quod, cum quæ dicam capere non poſſint, carpere conabuntur.

*vult etiam S. Io. Columbinum adeſſe,*

71 Ego igitur te atque Columbinum, ſtatim ut Senis aderit, apud me eſſe volo, ubi nullus quinque dierum ſpatio vobis erit impedimento, quo minus hic tuto commorari liceat; utrique veſtrûm cuncta per otium interpretaturus, quæ ex me ſciſcitabimini. Cui item Columbino communicari ſpeciatim mando, quæ in præſens tibi duxi aperienda; quem, licet ad fretum cogitet, brevi tamen ad urbem patriam venturum haud ignoro: alioqui non dubito, quin ſi hujuſmodi itineris ſubeat aleam, ſupremum expleat diem exitialis noxæ piaculo obſtrictus. Verum Chriſtum Dominum quam propenſiſſime rogo, ne in id mali incidat; præſentioque jam haud in irritum meam (quæ Dei ſumma eſt clementia) fuſam precationem. Ei igitur mox regreſſo, omnia ex ordine, ut dixi, referas velim; quibus quo magis fidem habeat, cuncta ejus mentis cogitata atque ſenſus, prout à me accepiſti, pandas item volo; deque illius uxore Blaſia Certana indices quæ patefacere libuit, & mecum una, ut mandavi, ambo eritis; atque hunc in
B modum Petri ſermo in præſentia exhauſtus eſt. *Interea cum nihil prius aut antiquius Joachimo eſſet, quam Petri exhaurire mandata; traditam ſibi provinciam, cæleſtibus utique dignam promeritis, ſtatim ſuſcipiendam duxit. Atqui rem aggredi meditantem hæc una vel maxime coquebat cura, quod nildum certi tunc habebat de reditu Columbini; tametſi ex verbis beati Patris in maxima expectatione eſſet, brevi in urbem patriam rediturum; ut quæ à Petro acceperat, cum eo mox quoque communicaret. In hanc itaque conjectus ſolicitudinem Joachimus, hac vel præcipua ratione ex ea liber evaſit. Convenerant poſt condicti tridui ſpatium apud Petrum,

*quem deinde prædicit mox adfuturum.*

una cum Ioachimo ac ceteris domus Patribus, viri aliquot eximie pii, ſpiritualis cœtus agitandi gratia; cum repente converſus Petrus ad Plebanum eccleſiæ Marmorariæ, cujus ſupra meminimus; Perge, porro, perge, ait, ſimul mecum de rebus divinis miſcere colloquia; nam antequam peroratum fuerit, præſens nobis aderit Ioannes Columbinus equo inſidens. Id ubi Ioachimus ceterique qui adſtabant audierunt, vix credibile prorſus putarunt, ſecum tum ipſi reputantes Columbinum per eos maxime dies ad prædia
C ſua prope Caſtrum S. Ioannis ad Aſſum flumen, duodeviginti millia paſſuum ab urbe Senenſi, moram agere; nec diem in præſentia adeo provectam, ut id longinquum iter commodum eſſet emenſus. Quid plura? Ecce tibi, loquentibus illis, ut præſenſioni reſponderet eventus, ex inſperato ad cœnobii fores equo vectum, allatum eſt, Columbinum adeſſe. Quem cum ex eo digreſſum aſpiciunt, ſtupore ſimul & gaudio illico complentur: atque ex eo percunctantibus, quo nam pacto tam mature tantũ itineris confeciſſet; Ego, inquit, ſatis exputare nequeo, quo id ſane modo mihi factum ſit, ut nulla urgente cauſa magnam noctis partem quam citatiſſimo greſſu equitaverim: quod jam diu plane eſt cum tale numquam mihi contigit. Dimiſſo dein cœtu, Columbino ait Petrus: Ioachimum convenias volo, auditurus quæ illi tecum communicanda mandavi.*

## ANNOTATA.

a *Ita antiquiſſimæ picturæ* B. Petrum *referunt cum calvaria.*

b *Hanc Chriſti apparitionem refert Franciſcus Petrarcha lib.* 1 *Senilium Epiſtolarum Epiſt.* 5 *eique atteſtatur Maji Tomus VII.*

*antiquiſſima pictura in templo xenodochii Senenſis.*

c *Ita* Antichriſtum *appellat Paulus,* 2 *Theſſ.* 2, 3. A. BART. SENENSIS.

d *Vereor ut ſcriptoris Italici mentem hic bene expreſſerit interpres: ego certe ſanum nullum ſenſum video: an enim vult, ipſos qui hæc ex ore Petri narrant, eadem in ſimili raptu vidiſſe? Vix poſſum credere.*

## CAPUT VIII.

### *Cælitum fruitur colloquio Petrus, & occultas cogitationes hominum videt.*

72 INter hæc ipſi Columbino retulere Patres, uti Petrus ejus adventum divinitus prænoverat; illum miris ſancti Spiritus donis decoratum, omnique virtute ac ſanctimonia eximie exornatum. Cujus rei illud ſane quam præclarum tum proxime eſſe poterat argumentum, quod paucis ante diebus ab oſtio ipſius cellulę identidem exaudierant diu noctuque ſuaviſſimas voces atque cantiones: ubi cum aliquamdiu aviditſimis auribus auſcultando hæſiſſent, tandem (ut eſt mortalium cupiditas occulta quæque cognoſcere) impulſa janua in cubiculum irrumpentes, neminem uno excepto Petro invenerunt: cujus
E vultum tam divina circumfuſum luce conſpexere, ut jucundiſſima oris forma Angelicam quamdam majeſtatem præferre videretur: ſic, ut inſtar Moyſis ex Dei conſortio divinus ille ſplendor ex illius facie radios mitteret pergratos. Quem tot divinis circumſeptum præſidiis unus ex Patribus, vir virtute præſtans, conſpicatus; confeſtim rei novitate vehementer attonitus, in has prorupit voces: Eligerem, Deus tu ſcis, jam jam adhuc ſpiritum ducens, eodem loci ſepeliri, ubi Petrus jam fato perfunctus eſſet humatus, modo certum mihi eſſet eo meum quo ſuum evolare ſpiritum. O Virum cæleſtes delicias jam deguſtantem, inter mortales adhuc verſantem! O Virum, inquam, Deo plenum! qui, quamvis omni arte conatuque te tuaque occultare contenderes, irriti tui tamen conatus in id ipſum ut redderentur interdum neceſſe erat; quia id vel præcipue per ſe habet ſanctitas, ut quo plus occulitur, eo latius præter mortalium ora delata eluceſcat. Sed cœpta proſequamur. Ioachimus itaque inopinato Co-

*Narrant Patres Io. Columbino auditos cantus in cella Petri*

*luce cæleſti circumfuſus*

*eidẽ Ioachimus indicat quæ ex Sancto audierat*

lumbini adventu tantopere delectatus gaviſuſque
F eſt, ut diutius comperendinandum non duxerit, uti per occaſionem Petri imperata quam mox facere aggrederetur. Ergo ambo in patriam urbem cum ſe recepiſſent, Columbino cuncta ex ordine pandit ille, ut à Petro acceperat; nempe de cogitatione ad pelagum ſuſcepta, ſerio verba illi fecit; itemque de conjuge, quæ ipſe in mandatis habebat; quæque ille de prædio coëmendo agitabat animo aperuit; & alia quidem aliis occulta, illi uni cognita tantum atque explorata indicavit detexitque. Cumque Columbinus omnia ſui penetralia pectoris ac animi *cordis ejus ſecreta:* conſilia ſibi nudari animadverteret, ſtabat ſtupore defixus; propterea quod id hominum captum in omnes partes ſibi ſuperare videretur, ipſumque Petrum, tamquam virum humana ſpecie auguſtioremſibi magis magiſque in dies ſingulos ſuſpiciendum putaret; quod tantum illius ſanctimoniæ tribueret, ut nihil ſibi dubium eſſet, quin Deus per eum, uti quondam per alios ſuos cariſſimos ſervos, ardua quæque atque mira prorſus in genus humanum efficeret. Interim vero nos, adjunxit Columbinus, adibimus, ſimulque videbimus, quæ in Cartuſia beatus Pater eventura prænuntiavit; dum te Ioachime nihil negotii moretur, quominus reliqua Petri juſſa pro loco & tempore perficias diligenter.

73 His ita conſtitutis Ioachimus Andream, Taurum cognomento, è præcipua nobilitate virum, atque

A. BART. SENENSI. per id tempus xenodochii B. Mariæ ad Gradus, cujus jam crebro mentio habita est, Gubernatorem pariter ac Rectorem adiit; eumque officio comprehensum, primo graviter in hunc modum appellat: Quæ (malum!) te, mi Domine, ratio impulit, ut aliter vitam tuam instituas, atque abs te officii ratio pietasque Christiana exigit? Hoccine est vivendi genus, quod loci gubernatio exposcit? Nescisne, hanc domum illam apud nos esse, antiquitate primam, augustissimam religione, & in egenis sublevandis beneficentia celeberrimam? Præteritne, in tutelam patrociniumque Christi Parentis receptam? Quæ cuncta si comperta tibi atque explorata sunt, uti plane omnium maxime sunt; cur præclaram occasionem tot promeritis, totque pietatis simul obsequiis atque officio Deum ejusque Genitricem intemeratam, ne dicam homines ipsos, demerendi negligis? Hæc non ego, mi Domine, sed per me tibi renuntiari Petrus Cartusianus jubet ex Dei mandato. Qualis vir, quaque sanctimonia præditus, apud omnes constat. Is te per Christum Jesum, perque tuæ salutem animæ, locique simul dignitatem ac commodum rogat, ut, castigato veteri luxu, mores induere velis rectiores; præpotentique Deo te
B humilies atque subjicias. Id quo facilius libentiusque efficere possis, formam tibi ponit, eorum videlicet quæ tibi sunt peragenda. Quandoquidem si animum induxeris illius parere mandatis, non modo officii & religionis te laudes relaturum, verum etiam magnam à Deo gratiam initurum pollicetur: sin (quod Deus avertat) mortem tibi intra trium mensium spatium prænuntiat, misereque interminatur. At verba in ventum jacta. Andream siquidem ab tauri (unde & familiæ suæ cognomen insignia habebat) feritate atque lascivia haud abhorrentem, aspernantemque cum beati Viri monita salutaria & preces, tum truci ore immodicos gerentem spiritus, adversa valetudo intra præfinitum illi tempus ita prostravit, ut temerariæ suæ proterviæ pœnas ipso interitu lueret. Sed veniamus ad aliud.

*a & Petri nomine arguit Rectorem xenodochii,*

*mi so corrigat intra trimestre moriturum.*

*Rursus per Joachimum Petrus prædicit,*

74 Præviderat Petrus Abbatissam, quam vocant,
C Divæ Marthæ cœnobii, tum sibi tum iis pariter, quæ in Dei gloriam inque animarum salutem renuntiari illi sæpissime mandarat, fidem penitus abrogaturam. Ad hanc itaque mulieris pervicaciam frangendam, Joachimo eo ipso die quo cum eo sermonem illum divinum habuit, sic ait: Licet audieris, fili, Abbatissam Divæ Marthę Monialium fidem mihi omnibus in rebus habere, scito in proposito constantiam illi defuturam: cum autem de sententia graduque feminam dejectam aspexeris, prorsus ut pristinæ in me fidei ac roboris in ea animi vestigium nullum appareat; tunc eam continuo convenias volo, meisque verbis enunties, ni priori in sententia egregie sibi constet, capitis se ac laterum doloribus intra mensem quam acerrime correptum iri. Nec vana cecinit Vir beatus. Etenim cum eadem sacra femina in Petrum mirifico animi studio esset affecta, plurimumque omnium illi tribueret; accidit, ut improbis quorumdam depravata consiliis, fidem omnem exueret ac pietatem omnem abjiceret, qua erga beatum Patrem ob insignem ejus sanctimoniam affecta esse videbatur. Id cum primum ad aures Joachimi pervenit, feminæ miseratus insaniam, ad eam protinus advolat, eique mandata quæ habuit à Petro exponit; simulque adhortatur, videat etiam atque etiam quid agat, caveatque ne vesano consilio, salutaribus servorum Dei præceptionibus ac piis monitis, inanes hominum ac mulierculorum sermones anteferat; secus vero persuasissimum habeat eo duplici se malo corripiendam esse.

*Abbatissa sua monita vilipendenti,*

Hæc feminæ audienti ita incredibilis visa res, ut
D per ludibrium cachinnos mox tolleret; deinde omnia dicta elevare, atque ad extremum prorsus negare. Verum nondum abierat mensis, cum magno illi stetit cavillus. Siquidem, uti Petrus ipsi prædixerat, sævissimi capitis ac laterum dolores ita illam arripiunt atque usque adeo discruciant, ut nihil unquam se acerbius in vita perpessam meminerit; tametsi summa ope contenderet, quoad per eam fieri posset, intima vel præcipue religione icta, eos ipsos supprimere. Sed divinitus factum est, vellet nollet, ut id quam plurimis satis vulgatum compertumque esset.

*dolores immanentes*

75 Senis Frater Franciscus Guastellonus ex Or-
E dine Minorum erat, vir genere nobilis, sed longe nobilior summa probitate, vita, atque candidissimis moribus; cui cum Petrus noster, Christo Domino revelante, præsensisset perennem ac immarcessibilem coronam in cælum, ob plurimos quos in vinea Domini excolenda exantlarat labores, esse paratam; per internuntium Joachimum renuntiari illi mandarat, ut ad pie sancteque mortem obeundam sese compararet; haud dubius Vir sanctus, è vita illum trium mensium interjecto spatio cessurum & ad cælestia regna transiturum. Quo quidem nun-
F tio vix credas, quanto gaudio Franciscus fuerit delibutus, ita ut temperare sibi neutiquam potuerit, quin cœnobii Custodi ceteriscque Franciscanis sodalibus rem totam, ut erat, palam aperiret; uti tot Petri nostri præsensio oculatos testes haberet, quot eodem tecto viventes, spectata religio pietasque Christiana dignos efficiebat, quibus crederetur in omnibus. Ergo Franciscus intra constitutum tempus Sacris, quæ ad expiandum animum pertinent, per otium rite procuratis; ne quid ad pie decedendum amitteretur, in Fratrum corona, lætus & gaudens certa spe felicitatis æternæ, ad eam perfruendam desceſſit.

*& eâdem Minoritæ obitum post 3 menses:*

*item matrem ipsius Joachimi*

79 Inter eos, qui Petrum nostrum præcipua quadam veneratione prosequebantur, fuerat ejusdem Joachimi parens, eximie pia eadem ac honorata femina, ac jure quidem optimo: quippe præclare sibi conscia, quanti Petrum facere teneretur; quod eo, apud cæli terræque Opificem clementissimum Deum, auctore & deprecatore, magna & singularia à Deo dona acceperat & beneficia. Sed nullum majus mea quidem sententia in eam extitit beneficium, aut gratiori munere apparuit exornata, ut tradunt, quam eamdem ipsam studio Euangelicæ perfectionis sectandæ incensam aspicere, & bonis suis fortunisque omnibus divenditis, pretioque in Christi Domini gratiam erogato, ægrotantium miserorum subire ministeria, illis servitii officia præstare, quæ interdum ab infima quaque famula exigi solent: & ipsam egentem postmodum ac quæstuariam, mercede laboris sui & manu (eo sibi tantum lucello ex opificiis reservato, quod satis esset ad vitam ægerrime tolerandam) inopes juvare atque orationibus dies noctesque insistere. De hujus igitur feminæ obitu beatus Pater, quem propediem affore prævideratt, Joachimum, haud degenerem parentis filium, certiorem sibi faciendum ratus, hunc maxime in modum cum eo locutus est, ubi de divino illo viso verba fecit: Id unum tibi postremo, fili, inculcandum, teque admonendum censeo, nimirum, ut moderate comiterque, uti par est, erga tuam te matrem geras; propterea quod ad breve utique tempus una tecum illam fore scio, cælestem in patriam migraturam. Ceterum de illius æterna salute ipse solicitus, illi renunties velim meisque verbis præcipias, ne diutius moretur, id taleque piaculum per Confessionem eluere, quod proximis hisce diebus contraxit.

*brevi moriturum*

Tandiu

A *monet de aliquo peccato conjitendo &*

Tamdiu hoc penſum Petrus ab ea exigere erat ſolitus, ſtatim atque mente illa ſua, divino perfuſa lumine, quidpiam eam peccaſſe noverat, quoad ille fuit in vivis: ut videlicet, partim ſalutari lapſus deteſtatione, partim ſacra confeſſione ab omni peccati labe expurgata, felici tandem diſceſſu læta potiretur cælo. Nec in caſſum plane hortatio adhibita. Matrona enim caſtiſſima, leni caſtigatione monita, confeſtim ſacris religionis ſtudiis expiare non deſtitit quidquid deliquerat, Petro per filium gratiis actis.

77 Sed enim de hac femina alias dicturi ſumus: eſt hoc vel maxime loco quod Joachimum, reliqua Petri juſſa perſequentem, nos quoque ſubſequamur, idque adeo parce, ne plus tædii quam gratiæ lectori afferre videar: nam ſi per ſingula ire velim, quæ ille in beati Patris mandatis curandis fecit geſſitque intra natalem ſedem, multus profecto fuero; proinde modum in hac re adhibebo, dicamque, haud ſine cauſa illum hanc de Deo deque hominibus bene merendi provinciam ſuſcepiſſe acerbis illis temporibus, quibus in urbe patria exitialis illa peſtis civilium diſcordiarum, cum ab ſordida lucri cupiditate, tum ab effrænata regnandi libidine profecta, dominaretur. Quandoquidem per ea maxime tempora civium odium (quod ad mutuam perniciem præceps & ad

B *à bello civili*

publicę libertatis tutelam effrænum atque incautum ſemper eſſe ſolet) adeo diſcordes infenſoſque inter ſe cives ipſos efficiebat; ut bellum inter ſocios & amicos, inter affines & cognatos, luctuoſum ac diuturnum excitaret; atque uno eodemque tempore portam externo aperirent hoſti. Hinc paſſim impetus inſani ac cruentæ popularium invaleſcebant ſeditiones: hinc turbulenti motus atque repentinæ Magiſtratuum permutationes oriebantur: hinc proditiones: hinc partium oppugnationes fœdiſſimæ, atque alia id genus multa, quæ ſine lacrymis commemorari vix poſſunt, proficiſcebantur. Aſt ut primum Joachimus factionum ac partium capita petere aggreditur, ad quorum tela retundenda præcipua à Petro habebat in mandatis; utpote Vir beatus atroces apud inferos perſolvere pœnas aſpexerat, qui ejuſmodi fovendis diſſenſionibus operam dederant in vi-

*multos reducit ad pacem:*

vis; extemplo nonnullos videres poſita ferocia in bonam gratiam eorum redire, quibuſcum immortales gerebant inimicitias; alios fracta protervia animum ad reconciliationem inducere, & junctis dextris, pacis in omne tempus inire fœdus; complures è letali flagitiorum veterno ſeſe excitare, & ad bo-

C

nam frugem mentiſque ſanitatem ſemet recipere. Quam plurimos vero ab ipſo Joachimi congreſſu, ad Sacerdotum pedes, magna cum ſuorum deteſtatione facinorum, illico ſeſe confitendi gratia abjicere, & meliora aggredi conſilia, novamque vivendi diſciplinam ſubire.

78 Aliis autem idem ipſe Joachimus de juſtitia, temperantia, & animi ſubmiſſione ſerio præcipere: aliis male parta reddenda inculcare, condonandas eſſe injurias, libidines aſpernendas, ſcorta relinquenda, ſimultates dirimendas aliis: aliis quidem alia, modo amice comiterque è Petri præſcripto, modo graviter atque ſevere denuntiare. Hunc, virtutis amore captum, ut in fide officioque ſe contineat, amiciſſime adhortari; illi, in ſuſcepto Deo ſerviendi propoſito nutanti, ne ad ingenium redeat propter fidei imbecillitatem, animos addere & beatitudinem cæleſtemque felicitatem polliceri: alios (qui quamvis ad ſtudia Chriſtianæ pietatis magna cum laude incumbere viderentur, tamen perverſo cognatorum & affinium ſuaſu infatuati, domeſticos motus atque civiles diſſenſiones fovebant) Joachimus acceſſit, eoſque officio præoccupatos rogat ex Petri verbis, hortaturque quam amiciſſime, uti tam periculoſam curam abji-

*alios ab aliis vitiis abducit,*

ciant videantque, ne dum carni & ſanguini intemperanter tribuunt quod, publicæ ſalutis cauſa, communi utilitati dandum eſſet, ſe ipſos perdant ac ſimul Deum ſibi irritent magis quam concilient, quando grandis in ſuos pietas, impietas eſt in Deum. Aliis autem, qui refractarii ſæpe conſcientiam ſpernunt & Numen, ni tandem aliquando ſapere conſtituant, ærumnas, calamitates ac divinæ demum juſtitiæ gladium ex ejuſdem beati Patris mandato minitari non dubitabat. Cujus quidem dictis, quo majorem fidem haberent, liberius multa pectoris illorum arcana reſerare, atque animi ſenſa patefacere, prout fuerat illi imperatum; ut rubore quodam ſaltem perfuſi, ſi recenti minus animi morſu permoti, ab amentia revocarentur. A. BART. SENENSI.

79 Neque vero Petrus in mandatis Joachimo ſuo dandis veteratorum præſtigias reliquit, ſagarumque atque lamiarum veneficia faſcinationeſq; præteriit; quin Dei zelo quo mire exedebatur incenſus, inter cetera illi mandavit, ut tam pravam tamque nefandi cultus execrabilem nequitiam ac diabolicas artes, ſi qua ratione diſſolvere ac funditus evertere non poſſet, at acriter certe coargueret; nunc hortando & monendo, nunc vero eas deteſtando, atque cæleſtes iras iis potiſſimum intentas denuntiando, qui ejuſmodi nefariis faſcinationibus operam dabant, niſi ab illis abſtinerent. Neque id ſane fruſtra. Siquidem ad cetera mala, quæ per id maxime tempus Senis, ut modo diximus, quotidie gliſcebant, hoc omnium maxime execrandum acceſſerat, ut quam plurimi plus fidei ſæpiſſime maleficis hiſce ludibriis accommodarent, quam ſacroſanctis divinæ legis myſteriis: ſic ut apud perditos homines cum veritate mendacium & fabulæ, ac dæmonum ſimul & hominum artes cum recta fide propemodum ex æquo contendere viderentur. Hæc recenſere placuit, quo Petri noſtri merita ſingularia in rem cariſſimæ patriæ clarius aſpiciamus. Sed quid dicam in patriam, quando non unius alteriuſve civitatis, ſed provinciarum atque regnorum ſalutem animo complexus fuerat? Utinam vel Joachimus ſcriptis mandaſſet, quæ ille Romæ, quæque deinde Neapoli cum *b* Joanna Regina geſſit; quæ tum cum ſummo totius Eccleſiæ Romanæ Pontifice, Avenione per eos dies una cum ſacro purpuratorum Patrum Senatu commorante, fecerat; quæ mox cum Joanne Galliæ, atque inde cum Eduardo Britanniæ Regibus, ad quos inter ſe atrociter diſſidentes & graviſſima ſubinde *c* bella gerentes, Joachimum Vicarium ſuum Petrus legavit, uti reconciliatis voluntatibus, de pacis fœdere prępotentis Dei imperio ageret. Equidem ipſius Servatotis generis humani ac Dei, & Domini noſtri præconio illuſtri, atque adeo divino prorſus teſtimonio, una mecum diceres, Petrum noſtrum alterius inſtar Moyſis in terris apud Deum pro omnium mortalium ſalute extitiſſe; dum precationibus ac lacrymis, atque aliis id genus pietatis ſtudiis erga viventes, Chriſtum ipſum infenſum hominibus placatum reddidit.

*alios à veneficiis*

b

*etiam prodeſt variis regnis & Principibus:*

c

F

80 Quamobrem hic vel in primis animos menteſque adhibere velim eos, qui non minus inepte quam temere obloqui non verentur, Monachos nimirum, intra ſacra ſepta degentes, nullius eſſe frugis, nihilque utilitatis & commodi in rem Chriſtianam inferre; ſed potius ceu pondus inane ſuper terram Endymionis *d* ſomnum dormire. Hi ſane, velint nolint, ſe prorſus hallucinari confiteantur neceſſe eſt, modo inter alios atque alios vitæ Monaſticæ ſtudioſos viros egregios, Petrum noſtrum ejuſque res præclare geſtas ob oculos ſibi proponerent inſpiciendas. Si enim ex umbris numquam emerſus ille, tantos animorum motus excivit; quid, quæſo te, in ſole, in campo, aut in acie poſitus, vel in are-

*unde liquet quam non inutiles reipublicæ ſint Monachi ſolitarii.*

d

A. BART. SENENSI. nam ſi prodiiſſet? Ergo diſce vel aliquando tu, qui ejuſmodi temeritatis tabe infectus es, quantopere Reipublicæ Chriſtianæ unius hominis Dei cari, vel in ſolitudine degentis, vel intra Monachorum clauſtra cellulamve caſtum otium agentis, orationes & crebræ ad Deum pro ſalute mortalium impetranda lacrymæ poſſint. Enimvero longe uberiorem hos dixerim afferre utilitatem mundo, quam ſi medii inter hujus ſeculi nequam tricas atque perturbationes verſarentur. Tunc enim illorum animus ad Deum puro mentis intuitu contemplandum purior efficitur, cum nullis rerum fluxarum curis interturbati, nullîſque ſeculi deſideriis aut improbæ cupiditatis fluctibus jactati, Deo immortali ſic adhærent, ut unus cum eo ſpiritus efficiantur; atque cum eo ita ſe conjungunt, ut ardentibus orationibus ingentia mala, calamitateſque multas, atque incommoda à mundo depellant, eique tot ſimul beneficia & dona impetrent. Quarum rerum, etſi maxime præclara nobis ſuppetunt exempla, illuſtriaque in ſacris litteris habemus teſtimonia, ut puta de vi & virtute precum Moyſis, Eliæ, Eliſæi, atque Danielis, ac ceterorum Sanctorum veterumque Patrum, ut recentiores ſilentio premam: hicque locus nos quodammodo admonere
B videtur, ut omnia omnino minime prætereamus, ad impudentiam vel maxime obtrectatorum retundendam; attamen quia non apologiam texere principio aggreſſi fuimus, ſed Petri vitam litterarum monimentis utcumque tradere fuit conſilium, ea idcirco in præſentia miſſa facimus, & ad Petrum ipſum, ne à propoſito nos aberrare dicas, revertimur; præſertim cum Joachimum, ſuo fungentem munere, alio etiam proſequi ſit animus.

*ſalutē mortalium impetrat:*

pe ut conſcientiæ noxas illis detegeret, & mentis latebras divinitus aperiret; uti à ſoluta videlicet diſciplina, rubore quodam ſalutaris verecundiæ perfuſi, ſimul ad officium redirent, ſimul etiam ſuis in melius commutatis moribus, in caſto Dei timore ad extremum uſque perſiſterent. At cum primum hæc audiunt illi (ut ſunt mortalium ingenia ad temere judicandum proclivia, ubi præpoſtero, ut putant, conſilio de re ſua agi animadvertunt) Petrum è ſua poteſtate exiſſe alii dicunt, alii phreneſi laborare, alii à malo dæmone illudi, alii aliter ejus verba interpretari, illum nempe divino agitatum Spiritu hæc eloqui, & hæc in eos ex Dei voluntate fieri. Verumtamen variis inter ſe ſermonibus Monachi diſſidentes, cum primum in ſeſe deſcenderent (quæ vel ferrea pectora non flectit interdum patientia ſplendorque virtutum?) ad Petri pedes mox procumbere, atque eximia ejus manſuetudine fracti veniam petere ab eo, benedictionem efflagitare, ſeque pariter in officio in poſterum fore polliceri; propalam vel inviti mirificam beati Viri ſanctimoniam & omnibus numeris abſolutam ejus vitæ rationem confeſſi. Attamen Vir beatus, divinæ voluntatis particeps, magis magiſque ſe macerat, preceſque reſtaurat, & totum quam acerrimo ſtudio in Deo placando ſe occupat: quo videlicet iracundiæ divinæ manus ac tela contineat ab omnibus, quo horribiles pœnas jam diu debitas mundi ſceleribus deprecetur: ſed etiam (qui eſt caritatis fructus multo maximus) ad omnia ferenda & perpetienda Dei ac proximorum cauſa eo vehementius incendebatur, quo magis jam tempus appetere cernebat, quo tamquam fortiſſimus bellator bonum certamen certaret, & pro Chriſti gloria & animarum ſalute curſum vitæ conſummaret. D

*varia eorū judicia patitur:*

## ANNOTATA.

a Andreas Tori, filius Tori Ildibrandini, *ut dicitur in Notis, poſt Cionum Montaninum, Rector Xenodochii fuit ab anno 1355 ad 1361.*

b Joanna *Roberto avo ſucceßit anno 1343, violenta morte miſera periit anno 1382, cujus Acta notanda paſſim deſcribunt Auctores coævi, quos Odoricus Raynaldus in ſuis Annalibus allegat. Varia in Vita S. Catharinæ Senenſis num 287. 335 & 394. indicantur.*

c *Bellum id cum Philippo Valeſio Rege cœptum, & cum* Joanne *filio continuatum, Froſſardus integro volumine deſcripſit & paßim alii.*

d Endymionem *fingunt Poëtæ, adamatum à Luna,*
C *perpetuum in Latmo Cariæ monte ſomnum dormire.*

## CAPUT IX.

*Pro amici ſalute dira patitur Petrus horis 60: ſeditionem domeſticam, corporis ſui ſervandi cauſa motam, novit abſens.*

81 CAP. III *Fratrum errata corrigens,* DUm Joachimus foris pro loco & tempore Petri mandata curat diligenter, domi interim beatus ipſe Vir, totus ardentiſſimis caritatis flammis incenſus, nullum tempus à piis ſtudiis vacuum tranſire patiebatur, quin pro animarum ſalute die noctuque cruentos lacrymarum imbres profunderet; eoque magis, quo certius horrendas damnatorum pœnas apud inferos cognoverat. Hinc erat quod de quorumdam ſalute Monachorum anxius, cœpit intra conſtitutum ab eo tempus, incompoſitis quibuſdam ſermonibus ac reconditis inter loquendum verborum anfractibus, eos nunc adhortari, nunc vero etiam objurgare. Sed ubi nihil hiſce artibus omnino ſe proficere animadvertit, ad aliud loquendi genus mox animum adjecit: nem-

82 Tum vel maxime recordatus, ſe cum in illam ſplendidiſſimam Divinæ immenſitatis abyſſum, in qua reconditi ſunt omnes divinitatis ſapientiæ ac ſcientiæ theſauri, abſorbebatur; amicum hominem jam tum in humanis degentem, intuitum atrociſſimis obnoxium ſuppliciis: cui cum ardentiſſimis precibus veniam apud Deum oraret, audivit ex ipſius Veritatis ore, conſtitutum omnino, ſatis eſſe Divinæ juſtitiæ faciendum: tot videlicet illi tormenta toleranda, quot ejus delicta exigerent diluenda. Ergo intimis plane ſenſibus amici ſtatum miſeratus Petrus, Joachimo ſuo rem omnem ex ordine refert. Hoc ille ut audivit, confeſtim & ipſe tactus hominis miſericordia, beatum Virum quam ſtudioſiſſime obteſtatur & obſecrat, amicum ab ſe commendatum habeat, ac ſuis apud Deum precibus tueatur & muniat. Ad hæc mox Petrus: Vult, inquit, Chriſtus Dominus ſexaginta integras horas, pro illius anima expianda, ſupplicia, inferorum cruciatuum ad inſtar, ſuſtineri. Id ſi quis in ſe reciperet, magna utique hominem cordis contritione, ſuorumque criminum ſalutari deteſtatione ad Deum converſum iri, plurimumque de Deo deque ſui ipſius ſalute habiturum cognitionis: quod pro majori ſane miraculo velim abs te haberi, fili, quam ſi è mortalibus quemlibet jam vita functum ad vitales auras revocatum conſpiceres. Tum vero quærenti ex eo Joachimo, Vellet ne in rem amici hujuſmodi aleam ſubire? Id ille magno animi timore ac tremore correptus loquebatur, propterea quod res ipſa non modo ſibi factu, verum etiam dictu horribilis videretur omnino. Scias velim, reſpondit Petrus, nihil me æque libenter cupere: quin etiam hoc habeto, fili, jam eadem me ſupplicia perferenda ſuſcepiſſe: & ex hac hora (certum tempus patiendi edicens) quid pœnarum cruciatuumve ſuſtineam, facile animadverti poterit. Cumque jam præfixum divinitus tempus adventaſſet afflictiſſimæ illius animæ opem ferendi; non dubitavit

*pro expiatione amici,*

E

*ſexaginta horarum ſpatio,*

*ſupplicia inferorum ferre paratus,*

A bitavit Pater beatus pro eo acerbiſſimas illas pœnas ex divino condicto fortiter ſubire.

*6 die ante obitum*

83 Itaque ſex ante diebus, quam vitam cum morte commutaret, fide munitus, mente alacer, conſcius divini promiſſi, contra totius tartari incurſus ac petitiones, induit arma, ardentiſſimas ſcilicet preces; atque miſericordia magis fretus, quam divina juſtitia territus, in arenam dimicaturus deſcendit. Corruit extemplo crudeliter conflictatus; & projecti humi cadaveris inſtar jacet miſerabiliter. Fit repente luridus, langueſcunt vires, color in eo cernitur exſanguis, cavum dira macie ac deformatum caput apparet, oculi introrſum in ſuos orbes incluſi, & tempora altiſſimis depreſſa lacunis conſpiciuntur, atque è ſpina fere nuda pectus aridum pendet. Non crura moveri ſolo, non manus in cælum tolli poterant. Quid plura? Eo miſeriarum devenit, tormentorum atque pœnarum copia, ut ne pedum quidem ungues contingere quis illi poſſet, quin totus atrociter intremeret, & dentibus ſic acriter infrenderet, ut viderentur infringi. Sola dumtaxat vox reliqua illi fuerat, quæ non niſi truncatis ac pene intermortuis affatibus, eo ægrius anhelante, mitti poterat; etiamſi non deeſſent ex Monachis, qui dicerent Petrum tum

*illa ſuſcipit:*

B temporis voce omnino defectum fuiſſe. Ceterum eos prorſus falli, nos oculati teſtes ſumus, ajunt Auctores noſtri, Columbinus nempe & Nicolaus, quibuſcum ad extremum uſque quæ libuit communicavit. Triſte ſane ſpectaculum ac luctuoſum, innocentiſſimum virum aſpicere, non ſolum mortuum ante mortem, vel ante ſepulturam jam ſepultum, ſed etiam morientem emori non valentem. Quis tunc vel ſaxeum pectus habens non fleret? Quis præciſus vel de ſilice non doleret, beatum Virum mœrore perditum contemplando? Hunc cum cœnobii Patres incubantem ſacco, Cartuſianum in morem paleis inferto, intuebantur miſerrime damnatum; rei novitate vehementer attoniti, utpote myſterii ignari, ſtabant ſtupore plane defixi; & diriſſima illius animo atque oculis contemplantes tormenta, à dæmonibus truculentiſſime cædi exagitarique putabant. At vero Joachimus, Columbinus, & Nicolaus, ingenti religione rem taciti conſiderantes, communemque ſimul parentem crudeliter vexatum conſpicientes, hac una vel præcipua ratione vehementer angebantur, quod nulla eis ſuppeterent remedia beati Viri

C cruciatibus leniendis. Verum etſi ejus acerbitatis cauſæ minime neſcii, deeſſe ſibi tamen noluerunt, quo minus beato Viro tamdiu aſſiderent, quoad rei exitum inſpicerent. Et hæc erat in Petro rerum ſuarum facies horrenda.

*dein ſibi reſtitutus,*

84 O Virum proximorum deſiderio Deique gloria æſtuantiſſimum! O invictum, Petre, robur animi tui! Quem non magnitudo atrocitatis, non diriſſimorum ſævitia tormentorum, non cruciatuum horror, non metus atque animi hæſitatio, non dico continere, ſed ne potuit quidem aliqua ex parte coërcere; quin temet in acerbiſſimarum fluctus undaſque pœnarum totus immergeres. Cujus ardentiſſimæ caritatis glorioſi facinoris, ne quis apud lectores dubitandi ſit locus, cetera nobis ſunt proſequenda, quæ tunc ex eo ſunt conſecuta. Petrus igitur cum ita totum ſexaginta horarum ſpatium miſerandum in modum diſcruciatus jacuiſſet, ad ſe tandem rediit. Et ecce tibi nova illius rerum facies. Siquidem interruptis vocibus reſpirare, redivivos velut oculos ad cælum ſerenos tollere, brachia pandere, manus

*cæleſti gaudio fruitur:*

ſupplices ad ſidera levare, & linguam paulatim in laudes grateſque Domini ſolvere; ac demum priſtinam, licet natura infirmis eſſet viribus, incolumitatem decoremque reſumere cœpit: tanta nimirum cæleſti voluptate perfuſus, ut inter choros Angelorum exultare ſibi videretur: ſic, ut tacitus exclamaret, Trahe me poſt te, curram in odorem unguentorum tuorum, & alia his ſimilia. Sane nihil mirum hoc loco videri debet, ſi Petrus noſter beatus, pro amici expiatione Dei voluntatem executus, qua proximos jubemur diligere, tanta liqueſceret ſpiritus dulcedine, ut jam jam cæleſtia ac ſempiterna illa gaudia oculis animoque perciperet, ad quæ cum effuſo ac ſuavitatis pleno ejulatu aſſidue inhiabat; præſertim cum nihil eſſet, quod non aggrederetur & efficeret, pro animarum ſalute procuranda. A. BART. SENENSI.

*& ab ejus obitu amicus emendatur:*

85 Interea hominis expurgati probeque expiati animi haud obſcurum id fuit argumentum, quod ſingularis in eo propitiati Numinis indulgentia liquido apparuit. Quippe res mira! Mox à Petri obitu, qui tribus poſt diebus contigit, magno acrique dolore compunctum, tanta ſui ſuorumque criminum cœpit animi contritio, ut anteactæ vitæ ſuæ rationem conſiliaque ex animo deteſtatus, per plures dies ſibimet iratus, in ſqualore & luctu, mœrore prope exanimatus jacuerit. Exin vero ſalutari ſui ipſius meditatione vegetatus, ita ſe ſuaviter in Deum affici ſentiebat, ut verbis vix exprimi poſſet; palam ipſemet indicans, magna quædam atque inſolita in ſe

E experiri, quæ numquam antea ſe fatebatur expertum; quæque item oratione ſe poſſe ullo pacto explicare negabat. Quam ſane cordis contritionem tum conſecuta eſt Dei rerumque cæleſtium admirabilis quædam cognitio atque peritia. Etenim cum præcipua divinæ gratiæ lux menti ejus per eos dies affulſiſſet, nova ſibi pariter ac divina quædã impertita chariſmata animo liquidius capiebat; cujus gratiç tam inſigne donum, uni Petro ſecundum Deum referebat acceptum: quando tanti viri eximiæ ſanctitati nullus æque certum teſtimonium, uti Columbinus teſtatur, atque ille tribuere poterat, etiamſi non niſi ſemel dumtaxat Petrum vidiſſet. Qua de re, cum in ejuſmodi viro tum in aliis, ſatis evidenterque conſtitit, beatum Patrem noſtrum egregie præſtitiſſe, quod ſuperioribus proximis diebus Joachimo indicaverat, ſe videlicet mortalibus magis poſt ſuum *uti plures alii.* obitum profuturum, quam in terris dum vitam coleret: hoc eſt præpotentem Deum non modo miracula editurum, ac cæleſtia ſimul dona & beneficia extrinſecus in eos collaturum, qui ſibi fidem haberent; ſed etiam intrinſecus mirifica divinæ gratiæ lumina per eum piis mentibus illaturum, modo ſtatuerent animis vitam pie ſancteque traducere. Nec

F fefellit fidem: ſiquidem eodem Columbino teſte, non defuere qui ingenue faterentur, poſt ſancti Viri obitum multa alia præclara divinitus contigiſſe, quæ magis magiſque ejus eximiam ſanctitatem declararunt, in eos vel maxime, qui nihil vel parum fidei habebant ejus religioni, dum eſſet in vivis.

CAP. IV. *Intelligentes Patres, de corpore Petri aufe-rendo agi,*

86 Sub hæc ad aures cœnobii Patrum pervenit, Petro admirabili Dei providentia iterum decumbente, & ad ultima properante, Joachimum, Columbinum, & Nicolaum Vincentum, facta ſubitaria civium manu, de ipſius Petri corpore, ſimulatque efflaſſet animam, intra cariſſimæ patriæ mœnia deportando agitare; haud dubie rati ſacras tanti viri exuvias ſibi, tectis, fortunis, ac toti denique civitati magno præſidio fore. Qua triſti denuntiatione perculſi Patres, ſtudium omne cogitationemque convertunt, ad rem caute ac diſſimulanter explorandam. Id ubi factum, compertumque id quod res erat; ecce tibi repente cœnobio toto arcani ſuſurri, ecce muſſitationes atque clandeſtina ſubinde colloquia, ſane quam inique quiſque eorum id facinus patientes. Ergo haud ignari Patres in mora ſubeſſe periculum, ſimulque rati ſua vel diſſimulatione illiberalem Joachimi conatum corroboratum iri, in

A. BART. SENENSI. *in diversis sententias abeunt;*

monaſterii atrium coeunt omnes, ut quid ea de re deliberandum ſit inter ſe conſtituant, ad ſe primum Converſis Fratribus ac famulis domus adſcitis (Converſos autem Fratres vocamus, qui haud ſacris initiati, domeſtico opere apud nos exercentur.) Ibi perrogandis ſententiis diu multumque certatum eſt. Patres namque magna fere parte favere quieti, cui ex Ordinis diſciplina conſulendum eſſe, affirmabant: palam dein hortari, videndum etiam atque etiam, ne dum unius alteriuſve hominis odium nobis ipſi conflamus, totius clariſſimæ civitatis periculoſam invidiæ aleam ſubeamus, & in apertum diſcrimen rem noſtram communem objiciamus. Etenim ſi æqua lance Joachimi conſilium nobis perpendendum exiſtimemus, luce clarius dignoſci neceſſe eſt, fateamur, plenum pietatis, plenum religionis, plenum denique dignitatis Ordinis totius pariter atque cœnobii. Quid enim aliud contendunt, quam ut honorificentius pro Viri dignitate ejus corporis gleba aſſeruetur condaturque? Quod quoniam per nos hic agi non licet, priſcam noſtrorum Patrum ſimplicitatem ſectantes; quid quæſo cauſæ eſt, quod ægre moleſteque feramus, alios alio in loco id ipſum præſtandum curare? Alii conſilium miſcentes precibus, modo obſecrare, ne quid ſuper tali tantaque re offenſionis, aut inhoneſto facto inconditoque geſtu aut verbo, recti ſtudioſis præbeatur. Nos omnes, cunctis ad exemplum & ſignificationem ſolidæ virtutis & religionis intra ſacra periſtylia propoſitos. Quandoquidem, ſi quid mali indidem per nos proficiſcitur, ex quo nihil non boni ad Dei gloriam propagandam, ejuſque in pios homines clementiam illuſtrandam foret eliciendum; quid in ceteris rebus (quæ humanæ ſunt vices) quæ ad puriſſimum religionis decus officiumque retinendum ſpectant, ſperandum putamus? Ad hæc ſi in Joachimum, tamquam in auctorem hujuſce conſpirationis, animadvertendum eſt; ſatis illi pœnarum erit, non interiori tantum uſu, verum etiam omni introitu & ingreſſu ad Petrum, illum prohibere: id quod ea lenitate atque dexteritate agendum arbitror, ut nihil nobis prius in amantiſſimi Fratris noſtri corpore, apud nos perpetuo conſervando, eſſe appareat, cum ex hac vita migraverit; quam ut omnes, una cum nominis exiſtimatione pacem nobis ac mutuum boni conſenſum, antiquiſſimum fuiſſe intelligant.

*aliis id permittendum conſentibus,*

*potius quâ cum ſcandalo impediendum;*

B

C

87 Alii contra, & cœnobii dignitate & Ordinis gloria indignum affirmare, ſi ad unius hominis ſenſum, per ſpeciem pietatis in Petrum excitatum, tantam jacturam facere patiantur. Num memoria tenetis, adjiciunt, Patres, hominem hunc in partem olim cariſſimi Fratris noſtri conſuetudinis adſcitum, atque intra tecta noſtra precario admiſſum? Tantoſne jam ſibi ſumpſit ſpiritus, ut ad religionis famam & gloriam, ſibi apud vulgus colligendam, noſtra adverſum ſe benignitatis ſtudia, tam iniqua commercii ſignificatione rependat? Numquid expectamus, dum civium populariumve agmine facto, ad unum nos cœnobio pellat? & vi nobis abripi dulciſſimi Fratris noſtri corpus aſpicientes, omni cura vacui & ſecuri in utramque aurem dormire debemus? Orientem flammam, vel exiguo latice primum, adultam deinde & graſſantem, non niſi ruina opprimi & extingui, compertiſſimum eſt. Proinde naſcenti malo pro re, pro loco, pro dignitate & prudentia occurrendum reor. Quandoquidem non immerito (ecquis jam id animo non præſumit?) pia nos poſteritas ingrati animi ſcelere accerſere, atque in Petrum caritatis expertes appellare poſſet; ſi per ſummam otii aſſimulationem, qua Ordini noſtro univerſo, qua cœnobio ſimul tam ingens dedecus inuri pateremur; cum ſanguinem ipſamque vitam nos profundere potius par erat, quam metu repulſos inſignem hanc notam turpiſſime accipere. Deficiuntne ſarcophagi vel honoraria nos cenotaphia, quibus pro honeſtate, ſi per inſtitutum liceret, ejus corpus condi queat? Deſuntne nobis cœmeteria, in quibus pro ſacroſanctis Pontificum ſanctorumque Patrum ſcitis, Monachorum humanda ſunt corpora? Atqui nullum, mihi affirmanti credite, nullum, inquam, gratius pietatis munus obſequiumve Confratri noſtro impertiri poſſimus, quam illum ad lineam agere, ejusque virtutes caſtiſſimas in nobis ipſis pro viribus effingere conemur. Hiſce atque aliis in eam ſententiam dictis, tandem è dignitate fideque nominis Cartuſiani ſtatuunt Patres eſſe, Petri corpus ad uſque exiſtimationis & vitæ periculum tuendum: indignum prorſus rati, alienis in ædibus, maxima quamlibet cum veneratione, aſſervari; quem triginta tres totos annos intra domeſticos parietes cariſſime aluiſſent. Verum non defuerunt qui rem totam aſſererent ex Joachimo ipſo cognoſci debere, ne quid, integris etiam tum rebus, temere patrandum ſuſciperent.

D

*quorũ ſententia prævalente,*

88 Tumultuario itaque conſenſu mittunt, qui illum accerſirent, apud Petrum una cum Columbino & Nicolao tunc temporis commorantem; accerſitumque coram urgere procaci interrogatione inſiſtunt, quæruntque ex eo, cur tantum facinus attentare ſit auſus, tot officiis videlicet ab eis pro tempore auctus. Ad ea Joachimus ſatis conſtanter negare, objectaque diligenter diluere: nihil ſe tale molitum unquam cogitaſſe; dein quotieſcumque id fuiſſet aggreſſus, operæ precium ſibi factum duxiſſet, quod ejuſmodi conſilium publicæ ſalutis cauſa ſuſceptum fuiſſet. Cujus hominis in dicendo projectam audaciam conſpicati Patres, extemplo coitionem certiſſimam rati, furore iraque efferuntur; atque (ut ſunt mortalium pectora ad præcipitium quandoque per ſpeciem officii honeſtive propenſa) huc illuc per atrium vociferantes, tumultus cient excitantque furias; & rixa cum verborum aſperitate orta, in Joachimum omnes conglobati impetum faciunt. Quos, ut in ſe acerbe animatos vidit, in has illico præſenti animo prorupit voces: Non equidem miror, Patres; neque ex hiſce, quæ adverſum me tam inique facitis, quidquam doloris capio; quin etiam præclare mecum agi puto, cui communis Patris cauſa in tantam veſtrûm invidiam incidiſſe contigit: quoniam id ipſum in Cartuſia futurum, ab ipſo Patre præteritis hiſce diebus me accepiſſe recordor; Quem item Patrem jam divinitus præſenſiſſe, mihique enuntiaſſe omnia eventura, ac multo acrius quam antea inter vos diſſidium excitatum iri, Columbinum teſtem habeo & Nicolaum. Sed hoc unum tantum me mordet, quod per hæc, quo minus agenti animam Patri aſſideam, eique poſtrema caritatis officia præſtem, quæ à me mea erga illum exigit pietas, ſane quam dolenter prohibeor. Sed ite, per me non ſtabit, quo minus mihi in medullis perpetuo hæreat infixa illius memoria, quam ſane omnis amoris officio & veneratione, quoad vivam, numquam non proſequar. Hæc ubi Patres audierunt, irarum pleni, magis ac magis furore concitantur; & quæ (ut optime à Leone Magno Pontifice dictum eſt) erant cauſa illuminationis, fiunt illis repente materies cæcitatis: prorſus ut nihil propius factum ſit, quam ut ſe ipſos atque etiam alios in abſurdos præcipitarent errores. Quoniam jurgium jurgio cumulantes, una cum Converſis Fratribus & famulis, Joachimum manu pariter & impreſſione urgent, & ad cœnobii fores vi pertractum, tecto pepulerunt, ab ipſis atrienſibus inclementer, ut tradunt, acceptum. Deinde ad Nicolaum furore ebrii, converſi Patres, atque eadem verborum aſperitate contra eum uſi, foribus

E

*interrogatur acerbe Joachimus.*

F

*& hæc ſibi prædicta faſſus.*

*Cartuſia expellitur.*

A foribus illum item depulerunt: nulla tamen injuria ipſi durius illata. Ille vero, ut vir æque nobilis genere atque varietate caſuum edoctus, tumultuantium Monachorum furori & tempori cedendum ratus, tantam contumeliam diſſimulatione mirabili exorbuit; perinde acſi jam tum haud dubia ſpe niteretur fore, ut morienti beato Patri quoquo modo officioſus adeſſet.

*uti & Nicolaus,*

CAP. V

89 Joachimo atque Nicolao cœnobio exactis,& altercantibus etiam tum Patribus; Joannes Columbinus,ex re & ex tempore occaſione uſus,ad Petrum ſimul una cum cœnobii coquo, & uno è Converſis Fratribus,confeſtim excurrit. Quibus ad ſe venientibus beatus Pater, Joachimum, ait, ejecerunt: ceterum nihil refert: cuncta ex ordine ſcienter ac diſpoſite explicans, perinde atque inibi præſens ipſemet adfuiſſet. Quæ res eo mirabilior viſa, quod Petrus interiori cubiculo clauſus lectuloque affixus, tantum aberat ut è cellula immanes ſtrepitus exaudiret, ut etiam ne poſſet quidem, præſertim cum in ea dumtaxat ædium parte incaleſcerent rumores, quæ à Petro remotiſſima erat.Hoc ut primum Cœnobiarcha ceterique Patres, Fratribus illis referentibus, reſciverunt, in admirationem mox rapiuntur; & B incertas prætexentes cauſas, de Joachimi & Nicolai expulſione ſeſe purgare conantur. Dein brevi interjecto tempore, ad Columbinum,apud Petrum demorantem,denuo internuntii commeare cœperunt. Patres namque, diſſentientibus videlicet eorum animis, iiſque ſuſpicionibus irritatis, quo ſuo quiſque ſenſu diverſi diſtrahebantur; ſic prorſus, ut totum illum diem (quod malum ingens eſt ſuſpicionũ,præſertim ſi ſcelerum affert reprehenſionem) inquietum tranſigere viderentur. Denique accitus adeſt Columbinus: variis percunctationibus viri animum pertentant. Ille vero, ratus id quod erat, invicta quadam mentis pertinacia velut in gradu perſtans, ſtat animo; certum fixumque habens omnes prius exorbere difficultates, omneſque repulſas vorare, quam beatum Patrem in extrema vitæ linea poſitum, & jam cum morte luctantem deſerere. Qua Columbini animi firmitate plerique eorum vehementius irritati, ancipiti cura in deliberando agitabantur. Demum urgente metu, adeo concitato impetu in eum invadunt, ut ei manibus illatis, ad monaſterii januam per vim illum attrahere niterentur.

*Petro cuncta divinitus ſcienti.*

*Idem contra Columbinũ tentatur,*

90 Et ecce tibi fœdior momento quam antea rixa: quæ plus pluſque invaleſcens, eouſque proceſſit, ut alii veſana contumacia perciti, per atrium concurſare, alii ad arma conclamare, alii vero ad æs campanum, quaſi ad claſſicum canendum advolare cœperint. Quod ſimul atque Columbinus animadvertit, populi concurſum veritus, confeſtim Monachorum manus potenter eluctatus, eò rem impeditum convolat & ipſe. Verum divinitus factum eſt, ut quemadmodum in ſacris Litteris habetur, palparent ſicut cæci parietem, & ambularent in meridie Iſa.19,10 ſicut in medio noctis; ita enim incerto veſtigio huc illuc ferebantur, ut reſtim nolæ,etſi præter oculos illis erat,numquam tamen compererint. Inter hæc, altera altercantium pars, irâ metuque efferata, clamorem efferunt; inſtant, urgent, Columbinum ædibus omnino exturbandum. At vero unus ex Monachis, fœdas contentiones conſpicatus, ſimulque Columbini, haud ſine Dei conſilio, miſeratus dignitatem, ſequeſtrum honorarium ſe Patres inter & Columbinum poſuit; partim ut ab eo eſſet, ne domo pellerentur; partim etiam, ut exulceratos Patrum in eum animos, qua poſſet lenitate, ſedaret. Nec ſane fruſtra. Siquidem eodem Monacho auctore, eodemque pariter comitatus Columbinus, in cubiculum Petri inde denuo ſe recepit.Ubi illud admiratione ſimul & memoria dignũ eo temporis momento accidit,quod beatus Pater ad Monachum mox hilari converſus vultu, ita fauſtis precibus dicere cœpit: Eſt,fili, cur tibi maximas gratias agam, tibique vel in primis acceptum referam, quod Columbinus apud nos maneat. Compenſet itaque Dominus Jeſus pro ſua clementia hoc tuum benevolum erga nos ſtudium. Quæ ſane ut idem Columbinus audivit, ſtetit attonito ſimilis, quod nec Petrus Monachũ viderat;nec, longiſſime remotus cum eſſet,exaudire illum potuerat. Nunc autem hæc mihi Patrum certamina atque contentiones apud animum meum reputanti in mentem venit,non ſine quodam cæleſtis Numinis nutu eos de Petri corpore tuendo tanto ſtudio acerrimaque contentione decertaſſe, tum ut ejuſdem Petri prænuntiationi reſponderet eventus, tum etiam quo liquidius longo poſt tempore, ut explicabimus in loco, de admirabili ejus innocentia atque corporis integritate conſtaret. Quæ clarius ut dein pateant,ad glorioſum beati Patris obitu enarrandum nunc calamum & orationem converto.

A. BART. SENENSI.

*ſed ſeditio invaleſcens,*

C

*illo ad Petrum reducto utcumq; pacatur.*

## CAPVT X.

*Petri obitus eumque ſecutæ viſiones & ſigna.*

E

MOnachorum diſſidiis utcumque diſcuſſis, Petrus interim,quo magis ſupremum ſibi tempus adeſſe ſentiebat, quo è corporis cuſtodia ad aliam quamdam vitam, æternis refertam & cumulatam bonis, perfruendam evolaret; eo ardentius in Deum, per jucundiſſimam ejus bonitatis contemplationem, ferebatur.Cum vero hoc ipſo die, qui dies Veneris fuit, in ſecundam fere noctis horam, cum Columbino,Nicolao,Vincento, & Eremita quodam, cui Sancti *a* nomen erat, ſermonem a de rebus divinis protraxiſſet, incredibili plane animi ardore atque dulcedine delibutus, repente divinitus factum eſt, ut tali tamque inſolenti alacritate geſtire cœperit, tantoque gaudio efferri, quantum cujusvis mens & cogitatio vel capere unquam poſſit maximum, vel ratio quælibet explicare: ſic nimirum, ut nihil imbecillitatis aut incommodi illi eſſe fatereris, quoniam, acſi deperditas vires momento recuperaſſet, è lectulo mira quadam ſpiritus exultatione ſurgere geſtiebat venerabundus: &, ceu aliquem, ſenſum omnem oculorum effugientem, amplecti vellet, oculis, vultu, atque ſermone divinitatem neſcio quam præſeferre, perinde ut lætus atque hilaris cum tacito quodam cantu & voluptate hinc eſſet migraturus. Hæc ut excubantes, Columbinus nempe, Nicolaus & Eremicola ille animadvertunt, contemplanturque ſimul beatum Patrem divino lumine circumdatum, nec non faciem ejus inſtar ſolis coruſcantes emittere radios; præ ingenti dulcedine ſuavique ſpiritus voluptate mente pene emoti, vix ſeipſos capere continereque poterant; quin & ipſi, perinde ac ſi divinitus aliquam cæleſtis numinis gratiſſimam ſpeciem ante oculos haberent propoſitam, gaudio incredibili exilientes ſe invicem amplecterentur; & hinc inde per cubiculum exultantes, modo beatum Virum defixe intueri;modo veſtigio hærentes, oculos ac mentem ad ſuperna tollere; modo vero panſis manibus, ſuſpenſi quodammodo atque ſtupore defixi ſtare. Diceres,anguſtam & humilem Petri domunculam, divinam aulam factam: diceres cubiculum illud in cæleſtem Paradiſum evaſiſſe; diceres, inquam,præſentem inibi adeſſe Chriſtum Jeſum una cum innumerabili Spirituum cæleſtium multitudine;atque eodem item puriſſimam atque ſanctiſſimam illius Matrem,Angelorum ſtipatam agminibus, adven-

CAP. VI

*Coram 4 amicis ſibi adſtantibus*

F

*& luce coruſcus,*

*velut ſi Chriſtum ſanctoſque præſentes haberet.*

A. BART. SENENSI

adventaſſe, ceteroſque Sanctorum Sanctarumque cœtus illi ſeſe tripudiantes oſtendiſſe, & ad ſempiterna Paradiſi gaudia illum vocaſſe. Nec conjectura plane aberrares, uti poſtea dicemus. Quippe juſtum fane ac pene debitum erat, ut Chriſtus, omnium optimus Parens ac Servator generis humani, ſua Beatorumque omnium præſentia recrearet ac coheneſtaret, quem ſemper ſibi dicto audientem fuiſſe intelligebat; quique ſemper, in vivis cum eſſet, integrum ſe caſtumque ſervavit, & in corpore hoc mortali vitam imitatus fuit cæleſtium.

92 Denique cum in hoc jucundiſſimo exceſſu ad tres totas horas Petrus perſtitiſſet; mox veluti humana omnia faſtidiret, cæleſtibus jam animo perceptis atque adeo ſuaviſſime deguſtatis, oculos clauſit ſilentiumque perpetuum tenuit. Tum qui aderant deprehendentes illum cum morte congreſſurum, cœnobii Patres ſtatim vocari jubent: qui quidem veſperi nihil periculi ſuſpicantes, in cellulam ſe quiſque ſuam de more abdiderant. At cum ſupremam cariſſimo Fratri horam inſtare intelligerent, mœſtiſſimi mox accurrunt; & lectulo ejus circumfuſi, ſtatas pro decedentibus precationes per vices decantant. Interea in Columbino ac ſociis mœror pietatis pariter lætitiæque fervor pugnabant, propterea quod amantiſſimum Patrem & præceptorem ſibi aſpicerent avelli. Sed exin vincebat eos nunc voluptatis & jucunditatis magnitudo, nunc dulcium lacrymarum effuſio: & ſimul mixtim ad cælum uſque ingentis gaudii tollentes laudes, ad Petrum Chriſtum Jeſum acceſſiſſe, eumque viciſſim ad eumdem Chriſtum ovantem, ac divinarum odore virtutum fragrantem, tranſire non dubitabant. Inter hæc precibus illis rite ac ſedulo peractis, confeſtim Petrus noſter beatus, ſine ullo horroris moleſtiæve ſigno, placidiſſime exhalavit animam: &, ut diu optarat, ad vitam evolavit perennem, intra horam noctis ſextam, die Sabbato, quarto Kalendas Junias, anno poſt Chriſtum natum milleſimo trecenteſimo ſexageſimo primo. *b*

*eandem oculos claudit:*

B

*& inter ſuorum preces,*

*moritur 29 Maji anno 1361:*

b

CAP. VII.

93 Interim Petri corpus rite curatum, atque monaſtico veſtitu de more indutum, viſum eſt Patribus ut quamprimum terræ mandaretur; ne Senarum per urbem ejus vulgata morte, populorum concurſus, cum exequias cohoneſtandi, tum vero (quod proximum erat) ſacras ejus Reliquias contingendi gratia, ad Cartuſiam fierent: atque eo tum vel maxime loco ſeſe rurſus in apertum diſcrimen objicerent idipſum amittendi, pro quo tuendo atque conſervando ſumma ope atque animorum concertatione dudum contenderant. Ergo ne per imprudentiam ejuſmodi ſubirent aleam, id illis juſta ſolventibus fuit curæ, nimirum ut quam occultiſſime ea proſequerentur, quæ ritu Catholico ſua ab eis erga Petrum pietas exigebat. Quibus peractis, ſacrum Viri cadaver ad cœmeterium intra monaſterii periſtylium defertur, comitante ac feretrum proſequente Columbino, una cum Nicolao, & Eremicola Sancte: qui ſpe deluſi pretioſo potiundi theſauro, in eam curam incubuere, ut, dum jucundiſſima ſancti Viri in capulo jacentis ſpecie ſeſe in tempus paſcebant, qua omnia quæ ex eo vitam vivente acceperant, qua pariter quæ oculis ipſimet hauſerant, in pectus alte demitterent. Inter hæc in decretam jam ſcrobem ſacrata illa gleba injicitur, ac deſuper humum Monachi congregantes tumulum ex more componunt.* Dum Maggiani Patres omni ſtudio & arte curant, ne Petri mortis fama, Cartuſianis egreſſa latebris, præceps tota volitet urbe; Deus interim, in quem nulla mortalium prævalent conſilia, eo magis ac magis indies Petri obitum explicatiſſimis argumentis patefaciebat: quo ipſemet, dum ageret in humanis, ad ultimas ſe ſemper ex ſolida humilitate dejecerat, ſeque cunctis ignotum atque adeo mundo penitus eſſe inviſum ſummo ſtudio conatuque laborabat: ut in eo, quod eſt in ſacris Litteris, expreſſum extaret aliquando; Humilem nempe ſpiritu gloria ſuſceptum iri. Et vero inter alia pervulgata ſigna atque illuſtria teſtimonia, quæ beatum Virum ad cæleſtia regna evolaſſe divinitus indicarunt; illud omnium evidentiſſimum, quod in aëre ſub illius mortem apparuit, apud complures fuiſſe conſtat, quodque hoc loco cum primis viſum eſt appingere.

*in cœmeterio ſepelitur.*

CAP. VIII.

D

Prov. 29

94 Jam auditione acceperant ſacratæ Deo feminæ, è nobili divæ Marthæ cœnobio, Petri noſtri ægritudinem, atque ex ea illius ſalutem ita in anguſto poſitam, ut de illo jam actum eſſe conclamaretur. Ea de re igitur miſerunt qui ſuorum nomine illi declararet, efficeret utique pro ſua in eas benevolentia, ut in ſuæ mortis tempore ſignum aliquod haberent, quo ad cæleſtem beatitudinem eum noſſent aſcendiſſe: idque potiſſimum ejus ſoror Amitina *c*, quæ, uti ſupra diximus, in id cœnobium Petri hortatu ingreſſa Deo ſe manciparat, per certum nuntium, qui inter ſpirituales beati Viri alumnos præcipuus habebatur, indicavit. Cui mox Petrus per eumdem hominem hæc illi renuntiari juſſit: Dic ei, fili, ut humilem ſe perpetuo exhibeat, humilitatiſque virtuti maxime ſtudeat: & omnia exin à Chriſto Domino conſequetur ad votum quæ petierit. Ceterum divinitus factum eſt, ut eo momento quo Petrus ſpiritum exhalavit, cum aliquæ Deo dicatæ Virgines in divæ Petronillæ Gynæceo, tum alii aliis in locis egregia pietate viri, tum ſpeciatim hujus divæ Marthæ cœnobii Moniales, ingentem ſplendorem, longe lateque omnia circumquaque, veluti diurnam lucem, nudantem intuerentur; & ignem fortuitu prope cœnobium excitatum ſuſpicatæ, metu perculſæ opem expoſcerent. Sed præter ceteras Abbatiſſa, flammarum contagia verita, præpropera deſperatione ad contiguam cœnobio domunculam Sacerdotis, qui eis erat à ſacello convolat, hominem pulſu excitatura, ſuppetias periclitantibus ut ferret, propterea quod à poſteriori parte cœnobii ignis vagari credebatur: eique mox ſomno experrecto, Circumſpice, ait, quæſo te, Pater, qua flammæ impune graſſentur: è porticu namque magnum conſpicimus lumen, & undenam initium ducat, neſcimus. Interea Sororculæ, pavore propemodum exangues (ut eſt natura ſexus meticuloſus) aliæ fugam circumſpicere, aliæ humana pariter divinaque implorare auxilia, aliæ ſarcinulis jam onuſtæ propeque palatæ viciniam cogitare: aliæ vero, dum curioſis monaſterii loca perluſtrant oculis, comperto ſplendorem illum ex ignea nubecula, in modum columnæ ſublime elata, cælitus emicare; ad ceteras moniales Virgines perquam ſerena fronte converſæ, Adeſte! inquiunt, animis Sorores: noſtram quippe fidem haud fefellit Petrus. En in cælum gloria circumdatus tollitur: modo defunctus eſt: modo animam exhalavit: atque iſthuc ſignum eſt nobis illius obitus expetitum. Hæc ut audiunt illæ, oculiſque jam columnam paulatim ad ſidera tolli, ac undique ſplendere ipſæmet capiunt; vix ſui præ gaudio compotes, manus ſupplices levant; & in genua procumbentes, Angelicum hymnum, Gloria in excelſis Deo, conſono clamore decantant: profunda quadam contemplatione raptæ, dum cæleſtem columnam ſine fine defixis oculis, modo ſe aperientem, modo claudentem, & eximio gratoque candore intrinſecus refulgentem, aſpiciunt.

*Ipſa mortis hora Senenſes Monachæ,*

E

*ingenti primum luce velut incendio territæ,*

F

*vident animam in ſplendida nubis ſpecie ad cælum ferri.*

95 Jam quando in hoc ſacro gynæceo divæ Marthæ ſumus, libet paulo diutius intra ejus fines immorari, cum id ipſum à beato Patre noſtro, dum

hujus

A *Harum una iſtic fore ſuum interceſſorẽ, intelligit:*

hujus cæli luce perfrueretur, nõ mediocriter amatum eſſe ob inſignem illius ſanctimoniam, haud ambiguum habeam. Hic ergo Monialis quædam fuit, pietatis laude mirifice abundans; quæ cum eadem nocte, qua Petrus mortem obiit, igneæ columnæ viſione perſpecta, dormitum à matutina precatione abiiſſet; amica ſubinde voce vocari ſe ſenſit: Surge, inquit, nominatim illam inclamans, Petrus etenim in cælum migravit: ergo à Chriſto Domino quidlibet jam tibi petere licet, haud dubie præclaris beati Viri meritis conſecutura, quidquid ex voluntate poſceris: ſcias enim velim, illum alterius inſtar Gregorii Magni apud Deum eſſe. Nec in irritum ejuſmodi evigilatio recidit: quippe continuo ſacra femina ſomno ſoluta, quidquid gratiæ olim exoptarat, flexis humi genibus, petiit, atque id ſe impetraſſe palam profeſſa eſt. Cum in hoc eodem cœnobio eadem Monialis, de qua modo diximus, una cum alia Deo ſacrata Virgine, quæ magna religione erga Petrum ferebatur, ad multam noctem vigilias traheret; atque de Petri virtutibus & ſanctitate, itemque de præclara teſtificatione illius in cælo beatitudinis ſibi divinitus facta, gratiâque mox per ejus merita impetratâ,

B *Altera ſe præteritam ab eo dolens*

magno cum ſenſu pietatis colloqueretur; incredibili ejus religioſa Soror, hæc illa referente, mœrore afficiebatur; propterea quod Petrus, antequam ſupremum diem expleret, nihil ſibi præcipue dederat in mandatis, neque de re aliqua eam docuiſſet: quapropter ex illius præſcripto pie ſancteque vitam traduceret; & lacrymarum plena conquerebatur, ſe neglectam ab eo deſpectamque fuiſſe, hæc & alia ſecum expoſtulans: Sane miſit (Petrum dicit) ceteris Sororibus noſtris, eiſq; mandavit, quid eas facere exequique placuit; mihi autem ne verbulum quidem. Quæ cum altera exaudiret, è triſtiſſimæ conſodalis Virginis animo mœrorem omnem abſtergere, eamque familiari blandaque oratione alloqui nitebatur; magnam in ſpem illam erigens fore, modo in Petri fidem ac tutelam ſe recipiat, ut optata ad votum impetret. Sed ubi parum aut nihil hiſce verbis ſe proficere animadvertit, quod illa pias has querimonias nullis rationibus mitteret, ad ſcribendum protinus adjecit animum; uti per epiſtolam certior fieret de Petri obitu, ſimulque aliquid certum ſciret, num eo ipſo temporis momento, quo divinitus ſe nocte præterita nomine appellari perſenſerat, beatus ipſe Pater cæleſtium in patriam abiiſſet. Interim rebus ita conſtitutis, ſodalis illa Virgo, dolore prope exanimata,

C *in ſomnis monetur Paupertati ſtudere.*

multâq; fatigata vigilia, cubitum diſceſſit. Vix ſomnus eam complexus fuerat, cum repente magnos ſibi ſtrepitus audire eſt viſa, perinde atque ingens hominum vis juxta eam tranſiret: & à Petro ſe inclamari, atque per hunc modum ad pietatem erudiri intellexit; Scis ne quid agere te velim? Utique plantes in cellula arborem quamdam, cui Pauperculo eſt nomen: ex ea enim uberes & apprime generoſos capies fructus, ſanctiſſima nempe Chriſti Servatoris noſtri veſtigia per paupertatis virtutem ſectando; rata nimirum fore, ut magnam inde tum animi tum corporis pacem & tranquillitatem capias. Quare ex hiſce ſatis ſuperque Virgo iſthæc religioſa intellexit, paupertatem vel maxime ſibi excolendam eſſe: atque dein totam rei ſeriem confeſtim ſociæ Virgini, quæ paulo ante ad ſcribendum ſe dederat, ex fide retulit lætabunda: quoniam quidem per eam ſolidiorem conjecturam conſequebatur, præter ea quæ oculis ipſæ ante perceperant, Petrum defunctum eſſe, & ad cælorum regna conſcendiſſe beatum. Sed hinc jam abire licebit, etſi alia his prope ſimilia, quæ in hoc ipſo cœnobio divinitus contigerunt, ad cæleſtem Petri felicitatem declarandam, ne longiores ſimus, conſulto ſilentio involvimus.



97 Dederat Petrus noſter beatus Joachimo ſuo inter alia, quemadmodum ſupra demonſtratum eſt, ſingulariter in mandatis, ut ad Franciſcum Piſanum, virum graviſſimum, qui eo ipſo tempore, quo Petrus ad ſuperos evolavit, Senis juri dicundo præerat, ſeſe conferret; uti neſcio quid dubitationis in re maximi momenti, pro qua dies noctesque vehementer angebatur, illi mox explicaret. Quod ſimul atque Franciſcus audivit, ſeque divinitus ea moleſtia levatum ſenſit, ſtupore ſimul & lætitia uno eodemque tempore afficitur; eoque magis quod ſatis conſtanter affirmabat, nullum idipſum hominum præter Deum cognitum unquam habuiſſe. Et ut miraculum miraculo adderetur, narravit ille, paucis ante diebus, ſecundum quietem ſibi nocte intempeſta quemdam Monachum adſtitiſſe, niveis veſtibus amictum: qui cum ad tres ferme horas ſecum variis de rebus ad animæ ſalutem facientibus eſſet locutus, hæc inter alia ad extremum ſibi denuntiari audivit; Bonum fac habeas animum; non longe enim aberit, quin è graviſſima iſthac hæſitatione emergas. Quibus dictis Monachus ille ſublimis abiit. Haud vanum viſum fuiſſe, per eumdem fidelem internuntium Joachimum, res ipſa comprobavit. Porro beatum Patrem noſtrum, cucullatum illum extitiſſe, quis ambigat? Næ idem Franciſcus hoc compertiſſimum habuit, licet nec Petrus illum, nec ille Petrum de facie atque conſuetudine unquam noverat.

A. BABT. SENENSI. *Apparens ipſe dubia quædam ſolvit.*

E *Item Joachimi matri.*

98 Et quoniam de ipſius Joachimi parente, ſpectatæ virtutis ac religionis matrona, pauca prout ſe dedit occaſio ſupra perſtrinximus; non ab re opinor erit, hoc loco explicare, quæ de ea ſpopondimus; quandoquidem multiplex inde bonum haurire licebit, partim ad ipſius feminæ beatitudinem declarandam, partim ut & nos indicemus egregie ſibi Petrum conſtitiſſe, ubi de hac probatiſſima femina ſermonem intulit; partim etiam, ut ejuſdem Petri cæleſtem felicitatem patefaciamus, præclaro videlicet ac prope divino hujus mulieris teſtimonio. Rem paucis expedio, cum ad finem properet noſtra lucubratio. Quinquaginta forte dies effluxerant à Petri obitu, cum hac religioſa matrona die quodam, qui dies *d* Saturni fuit, una cum aliis feminis in oſtio domus ſuæ pomeridianis horis ad remittendos animos conſidente, puella quædam, tres circiter annos nata, quam amici cujuſdam ſibi ac Joachimo cariſſimi filiam unice dilexerat domique alebat, è ſuperiori ædium cubiculo deſcendens, puellari feſtinatione anxia, Quæſo Domina, dicere cœpit; propere cubiculum ſcande: in eo enim Sanctiſſimam Dei Matrem ac Virginem, filiolum Jeſum ſinu foventem aſpexi; eamque mihi denuntiantem audivi, nos una propediem repente morbo oppreſſas è vita ceſſuras; & me meos idcirco parentes miſere deploraturos. Hæc ut auribus ipſæ percipiunt, primum ſubridere cœperunt, quaſi unius puellulæ verba cavillatæ: tum pauliſper retruſam, quod anhelanti ore importunius urgebat, neglexerunt. Verum conſtitit dicto fides. Secunda namque feria inſequentis hebdomadis ambæ gravem in morbum inciderunt; ambæque ſimul vitam cum morte commutarunt. At grandis natu femina, ubi primum divinitus agnovit ex hac luce ſe migraturam, omnes ad eam diem contractas animi ſordes, exiguas licet, per ſacram Confeſſionem eluere curavit. Quo factum eſt, ut novo cæleſtis gaudii rore perfuſa, ex divinarum rerum ſingulari quadam luce, ſibi Dei munere interius oblata, læta tandem in extrema pene lucta, verbis & ſignis, ſe Deiparæ Virginis auguſtiſſima in ſpecie ſibi apparentis promeruiſſe frui colloquio, præſetulerit. Quo viſo mirifice mulier recreata, teſtata quoque eſt,

d

*monita per Deiparam de proxima morte,*

F

*cum eadem apparet.*

A. BART. SENENSI. adstitisse sibi clarissimo radiantem lumine Petrum nostrum, qui quidem eo ipso die sub noctem ad eam iterum, antequam spiritum exhalaret, ut illi bene precaretur, se rediturum receperat. Itaque cælesti spe plena, cælestia simul petivit regna, regnatura per sæcula.

*Joan. Columbinus etiam scribit,*

99 Sed ne nimis in signis & visis enarrandis nostra in longum vagetur oratio, Columbinus veniat postremo; cui postremum locum attribuimus, cum ob ejus auctoritatem quæ gravissima est, tum etiam quod quæ in conspectum nunc ponere est visum, ea per se sola divinis hisce Petri visis confirmandis sufficere putamus, etiamsi nihil præterea in idipsum adhuc esset allatum. Is enim, quamquam fictam personam inducit narrantem, quę ipsimet divinitus obvenisse certo nobis persuademus, summa videlicet ope contendens (qua erat humilitate) ut rem quisque alii cuivis, potius quam sibi, contigisse credat; frustra tamen nititur se suumque nomen suppressum tacitumque præterire. Nam quo magis occulere contendit, eo clarius ex ejus ore erumpit, illo non sentiente, sed Domino permittente; ut illustri tanti Viri testificatione gloriam servi sui Petri palam faceret. Sic enim factum scriptis prodidit. In Christi Domini veritate (Hæc sunt ejusdem Columbini verba, licet patrio conscripta sermone) vobis affirmanter asserimus, sanctum hunc virum Petrum per visum quamplurimis occurrisse; atque de sui manifestatione perquam clara & illustria dedisse signa: quin præter alia atque subinde alia de se ipso visa miranda, sæpe sæpius sese obtulit visendum, cui Dominus hoc voluit; palam de die & de nocte se perspicue dilucideque manifestans; atque ab intimis ejus sensibus, cui apparuit, omnem hæsitationem depellens, per extrinseca scilicet & aperta symbola, quæ plane in præsens patefacere nefas omnino ducimus. Ceterum cum ea mortales noverint, noverint profecto, quem ipse Pater beatus apud Deum obtineat locum. At inter cetera, quæ in ejusmodi sui apparitione Petrus indicavit, talia fuere. Quod cum sub mortis suæ tempus insolentem eam alacritatem ostendit, atque in aëre nubecula illa divino colluстrata lumine instar columnæ apparuit; tunc vel maxime temporis Cælites perspexerit, qui ad ejus animam è corpore migrantem accipiendam & in cælum deducendam accesserant. Quin, ut scit Deus (subdit Columbinus) dum Pater hic beatus cum quodam viro multam de summa ardentique Dei caritate, deque sancto ipsius adventu orationem haberet; clara subito ad aures accidit vox, hæc divinitus intonans verba: O beatam urbem, quæ tantum virum tulit! Beatam plane, si nosset munera gratiamque sibi præstitam; ac beatum pariter, qui hunc meum dilectum pietate & veneratione complexus fuerit, inque ejus patrocinium tutelamque confugerit; cum majorem indies pacem atque animi solatium sit reperturus. Hæc Columbinus.

*sæpe cum apparuisse,*

*& prædicta confirmasse.*

B

C

100 Quæ cum ita sint, mirandum non est, tot antiquitus atque deinceps annis insequentibus, Petri nostri Cartusiani varias in locis urbis variis fuisse depictas imagines; cum illius effigiem passim sub obscuro monochromate *e* in pariete, modo in porticibus, nunc in iconibus ac vexillis eleganti colorum varietate, atque egregio pro tempore perfectam opere, & ad similitudinem effictam aspiciamus; nunc in ipsis civitatis quadriviis, ac publicis mœnium portis; nunc in Aula, quam Dominorum appellant, ob oculos positam intueamur; perinde quasi non filium tantum, sed Patrem simul & Patronum, decus, præsidium, & ornamentum suum universa Senarum civitas Petrum fateatur. Sed quid dico Senensis Civitas? quando ipsum cælum, beatum Virum lumen suum & ornamentum prædicat: cum jam ab ipso immortali Deo beatitudinis & immortalitatis apud nos testimonium illi tributum fuerit. Ipse igitur non aliter atque in pictura Petri nostri facta præclara per commemorationem in medium adduxi, palamque ad omnium utilitatem constitui; quamquam inopiæ ac tenuitatis ingenii mei optime conscius; fretus tamen Dei clementia, cujus majestatem & numen in Sanctis veneramur, & cujus immensam amplitudinem illorum vita, mors, & gloria maxime ostendit. Nam magnifica in bellis, inquit Basilius ille magnus, & oratores sæpenumero & pictores pulcherime demonstrant: hi oratione, illi tabulis describentes atque ornantes; amboque plures ad fortitudinem imitandam inducentes. Quæ enim sermo historiæ per inductionem præbet, eadem & pictura tacens per imitationem ostendit. Habebit itaque Senarum urbs ex hac nostra lucubratione illius res gestas ad imitandum expositas, quem iconicum ducentos quinquaginta & eo plus annos veneratur in templis. Habebit & Ordo Cartusiensis noster universus, unde tanti sui filii gaudeat sanctitate: qui tamquam præclarum sidus tot divinarum radiis virtutum insigniter effulsit, magnumque illi nomen & gloriam peperit. Habebunt quoque exteræ provinciæ, Cartusianam familiam sinu suo atque complexu foventes, illustre sane testimonium, quo intelligant, Italiam minime ejusdem familiæ caruisse viris sanctimonia cum primis præcellentibus.

D

*eodem fere viet Vita scripta.*

*civitati Senensi,*

*& Ordini Cartusiano,*

E

101 Namque uti Stephanum Maconum Senensem, sanctissimæ Virgini Catharinæ Senensi eximie carum, atque ab Epistolis, tum vero Cartusiæ Pontinianæ alumnum, dein Cartusiæ Ticinensis Cœnobiarcham, virum summa sanctimonia præditum; Bartholomæum Ravennatem *f*, Cartusiæ quondam Gorgoniæ Præfectum; Joannem *g*, Cartusiæ Vallis-gratiosæ in agro Pisano Præsidentem, quem eadem Virgo Catharina Senensis, divino perfusa lumine, virum Deo summe carum agnovit, sanctissimeque prædicavit, & quoad vixit singulari veneratione prosecuta est. Ut alios deinceps, quorum res gestæ, nescio cujus incuria in situ & tenebris jacent adhuc, silentio ipse involvam; unum Nicolaum Albergatum Bononiensem in apertum hoc loco afferre libet; cujus laudum præconium longe est uberius, quam ut nunc carptim exprimatur. Is est Beatus Nicolaus *h* ille, cujus innocentiam ipsa primum Bononiensis Cartusia magna sui cum laude fuit experta; ut quæ jam inde ab adolescentia viri ita ad omnem virtutem & sanctimoniam illum informavit, ut eximio tum suorum factorum dictorumque splendore & Italiam illustraverit; & ad remotas Christiani Orbis partes, dissidia inter Principes viros tollendi gratia legatus, admirabilem apud Reges, Principes, & Dynastas sui caritatem pariter venerationemque excitaverit. Is, inquam, Nicolaus ille est, qui singularium suarum virtutum ornamento adeo Bononienses cives in admirationem rapuit, nihil ut divinius (ut gravissimi auctoris *i* ejus temporis æqualis verba usurpem) Nicolai nomine ea tempestate prædicari posset: sic prorsus, ut cum sanctissimorum operum patrator ipse atque prædicator passim existeret, nemine rogante, nullo dissentiente, sed una omnium mente atque consensu, Nicolaum è suo Cartusiano cœnobio, cui tum præerat, populi decreti prorsus ignarum per alterius rei speciem in Urbem accitum, suum Episcopum ac Pastorem, reluctantem omnino reclamantemque adhuc delegerint, summo Romano Pontifice rem maxime approbante. Hujus sanctissimi Præsulis man-

*claro tum aliis sanctis viris,*

f

g

*tum B. Nicolao Albergato,*

h

F

i

*Imagines ejus plurimæ Senis olim expositæ,*

e

A *In Cartuſia Florentina tumulato,*

manſuetudinis, animi moderationis, & æquitatis præclariſſimi teſtes fuere Florentini Cartuſienſes mei, quorum uſu atque conſuetudine in omni vita magnopere vir mitiſſimus delectatus, ad eorum cœnobium (quod ſeptuaginta jam ante annos Nicolaus *k* Acciaiolus, vir ob glorioſa facinora in reipublicæ diſciplina cum quolibet ſuæ ætatis Ducum comparandus, magnifico atque ſumptuoſo admodum opere conſtruendum curavit) Nicolaus hic noſter, tamquam ad tutiſſimum tranquillitatis portum in rebus duris ſubinde excurrere ſolebat; in eoq; tumulum ſibi eligens, in eo etiam ſub mortem ſe condi juſſit: quod & factum eſt quam ampliſſimo funere.

102 Hujus graviſſimi ſenis juſtitiam, continentiam, frugalitatem, religionem ſuſpexit aliquando & admirata fuit Urbs Roma; quod purpurei Galeri dignitas ampliſſima nihil omnino de veteri diſciplina, priſtinoque vitæ rigore atque humilitate, quam ſemel induerat intra Cartuſiana clauſtra, imminuit in eo vel relaxavit. Sed tanti viri in egentes eximiam commiſerationem & beneficentiam quibus laudibus efferam neſcio: utraque enim ita in eo exſtitit, ut illum Patrem pauperum, miſerorumque levamen cuncti vulgo appellarent. At quod in idipſum non queo, Thomas Sarzanus vicem meam, uno tantum tanti Præſulis benignitatis facinore, expleat cumulate. Hunc etenim infimo genere natum, ac omnibus vitæ præſidiis exutum, Nicolai noſtri liberalitas, quo in bonarum artium ſtudia incumberet adeo ſublevavit; ut ad magnitudinem meritorum id quoque acceſſerit, ut ſuam in familiam dein hominem adſciverit ſenex graviſſimus; atque ita ſuorum conſiliorum participem facere conſuevit, ut nemo illo carior eſſet, delectatus vel in primis vivido acrique adoleſcentis ingenio. Cujus merita cum aſſidue Thomas animo retineret, tum vel maxime eorum eſt recordatus, cum quatuor ab ampliſſimi Viri deceſſu elapſis *l* annis, ad totius Catholicæ Eccleſiæ clavum tenendum evocatus, Nicolai noſtri nomine, tamquam viri de ſe optime meriti, ſeſe inſignivit; Nicolaus nempe hujus nominis Quintus, in hoc celſiſſimo dignitatis faſtigio, appellatus. Denique zelum erga Domum Dei, ſapientiam & eruditionem Nicolai noſtri tota Romana Eccleſia confiteatur neceſſe eſt, ex quo Ferrariæ, ubi primum indictum fuerat, prima celeberrimi Florentini Concilii, Eugenio Quarto Pontifice, fundamenta jecit. Poſtremo vero Nicolai animi fortitudinem & eximiam erga Deum pietatem Senenſes laudent atque concelebrent: apud quos diem ſuum clauſit extremum, magno dolore magnoque ſui relicto deſiderio, VII Idus Maji, anno à partu Virginis milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo tertio, eodem Eugenio Pontifice cum reliquo Patrum cœtu per eos dies Senis agente, atque Nicolai noſtri exequias cohoneſtante, eumque virum ſanctiſſimum, Patremque omni veneratione & laudatione dignum proclamante. Id quod unius Nicolai ſanctitati datum fuiſſe nullus, qui Romani Pontificis majeſtatem auguſtiſſimam noverit, inficias ierit: quoniam quidem compertiſſimum eſt, numquam conſueviſſe totius Catholicæ Eccleſiæ Summum Antiſtitem cujuſcumque vel Cardinalis vel Principum quorumcumque virorum funeri intereſſe. Hæc de Albergato, longius fortaſſe, pro rei oportunitate in explicando lapſi; ſed minime abre, ut opinor. Nam ſæpe tantorum virorum uſurpare memoriam aliud eſt nihil, quam ſtudia, labores, & contentiones noſtras nobis ante oculos proponere: quandoquidem, ni talpæ omnino ſimus, luce clarius aſpiciemus, nos ad hos ſanctiſſimos Viros umbram tantum eſſe, & effigiem quamdam virtutis perſequi; ſolidam autem veramque virtutem, neſcio quo pacto, averſari videbimur. Quis enim noſtrum vel Nicolai vel Petri maxime illuſtria facta virtuteſque præſtantiſſimas animo rationeque complectens, ſeipſum non excutiat, atque ad perfectionem ſuæ profeſſionis excitet aliquando? Cum nulla major adhortatio acriorque nulla excitatio ad omne ſtudium ſanctitatis & virtutis adhiberi ſoleat, quam bonorum virorum exempla, illorumq; maxime, quibus una cum Dei obſequio antiquiſſimum numquam non fuit primævum ſui Ordinis ſpiritum ad extremum uſque tueri? Sed hæc alii. Ipſe vero, ne quis interim officium meum jure deſideret, Petri noſtri Vicarium, Joachimum nempe in ſuo verſantem munere, adeuhdum cenſeo: quoniam hac potiſſimum ratione fidem meam, quoad ejus fieri poterit, curabo peregregie.

A. BART. SENENSI. Matt. 8. 20

*Laudato per Nicolaum V ex ejus nomine dicto,*

*Petri mortuo anno 1443.*

## ANNOTATA.

a Sancti *hujus, ſeu* Sanctis; *meminit Raymundus Capuanus in Vita S. Catharinæ Senenſis 30 Aprilis, num. 252 & 340: hic autem in Notis de eo additur; quod aliquot annis poſt mortem Petri, captus eximiâ religione Guilielmi Ilete, natione Britannici ex Ordine Fratrum Eremitarum, in monaſterio Ilicetano commorantis, huic primum, deinde cum eo S. Catharinæ adhæſerit; & brevi tempore poſt Virginis obitum grandævus obierit etiam ipſe, magna cum fama ſanctitatis.*

b *Anno 1361 litt. Dominicali* C *dies 29 Maji in ſabbatum convenit. In Necrologio Ms. ſic legitur,* Quarto Calendas Majas, obiit D. Petrus Guglielmaccii, Monachus hujus Domus.

c *Hic intelligitur, de Ioanna, Petri cognata patrueli, eſſe ſermo, cui id paulo ante promitti vidimus.*

d *Ergo 17 Iulii res accidit: qui & ipſe in Sabbatum eo anno cadebat.*

e Monochroma, *unius coloris pictura.*

f De hujus laudibus, *inquit in Notis Bartholomæus,* late patebit campus, cum de B. Stephani Macconi rebus geſtis egerim: *hoc ut executus eſt an ita etiam illud fecerit, neſcio: ſi fecit,* Bartholomæi *quoque* Ravennatis *Vitam nobis mitti cupio.*

g Hic, *inquit idem Bartholomæus,* Lucenſis patria, Ruberti filius, ſub anno 1376 ad annum uſque 1385, ab ipſis incunabulis, factus & educatus ad pietatem, divortium fecit cum ſeculo; ac Chriſtum crucifixum, & nudum nudus ipſe noſtra in familia eſt ſecutus; qui nonnullis noſtri Ordinis monaſteriis præfectus, præclara omnium virtutum documenta ubique edidit, ſeque verum Cartuſianum præſtitit. Hunc virum, inquam, ſanctiſſima illa virgo Catharina Senenſis, divino perfuſa lumine, Deo carum propter divinas illuſtrationes, quibus mirifice à Patre luminum augebatur, agnovit, prædicavit, & quoad vixit ſingulari quadam veneratione eſt proſecuta, uti cumulatius de illo memoriæ prodidit Thomas Naccius Dominicanus. Ceterum non deſpero fore aliquando, ut detur mihi copia tabulas atque vetera Piſanæ Domus monumenta excutiendi, ut iis vel maxime deſiderium meum expleam, indagandi videlicet expiſcandique ipſius viri venerabilis Joannis facta præclara; quæ quidem adduci non poſſum, ut credam velariis oblivionis penitus involuta.

h B. Nicolai Albergati *Vitam duplicem dedimus 9 Maji.*

i *Verba ſunt* Jacobi Zeni Epiſcopi, *in Vita num. 2 relata.*

k *Addit in Notis Bartholomæus Epitaphium tanti viri, quod non inconſultum fuerit hic adnectere:* Hic jacet

A. BART. SENENSI. corpus Magnifici Militis, Domini Nicolai de Acciaiolis, Regni Hierusalem & Siciliæ Seneſcalli, cujus laudes in ara ſcriptis verſibus adnotantur. Obiit autem Neapoli, & demum tranſlatum fuit corpus ſuum ad hanc eccleſiam, quam vivus ædificavit pro ſalute animæ ſuæ & ſuorum Parentum.

Gloria militiæ, manſuraque fama ſuorum,
Offenſis alta inſundes oblivia Lethes,
Fidus conſiliis, ac ferro in bella tremendus,
Eloquioque potens, Magnum quem clara Loygi
Regna Seneſcallum videre hinc Trinacris, illinc
Inclita Jeruſalem, Chriſti veneranda Sepulchro.
Quemve tuliſſe parens gaudet Florentia Civem,
Hoc, Acciaiolûm celebri de ſtirpe creatus,
Sarcophago clauſus, cineres Nicola reliquit,
Hujus & eccleſiæ fundator: liber olympum
Mente petit, Chriſti poſt annos mille trecentos
Ac ſex undecies, octava luce Novembris.

1 Nicolaus V, *creatus Pontifex an.* 1447.

## CAPUT XI.

*Ioannes Boccacius adiutus: corpus poſt annos 60 repertum integrum tranſlatumque.*

B

103 JOachimus hoc interim ſpatio de Petri obitu, deque iis quæ in eo divinitus contigerant, à Columbino & ſociis certior factus, eo magis propoſitum ſuſcepti muneris proſequendi mordicus tuebatur, quod Deus mirandis viſis & prodigiis teſtem ſeſe illius ſanctitatis apud mortales ſubinde præbebat. Ergo cum ſibi majores indies ſpiritus & animos, ad ea quæ reliqua illi erant Petri mandata ex compoſito curanda ſumeret; Senis ingenti lætitia gaudioque perfuſus proficiſcitur, & Florentiam verſus iter arripuit. Quo ſimul atque pervenit, inter alios Joannem Boccacium, virum litterarum a ſane ſtudioſum, atque tunc temporis Hetruſcæ eloquentiæ facile principem, adiit; eumque benevolentia comprehenſum, gravi oratione remotis arbitris appellat. Primum ſe Joachimus dicit, viri Dei Petri Senenſis juſſu illum convenire; quem licet viventem de facie numquam noverit, ipſe tamen beato Viro, divino id agente conſilio, optime cognitus. Deinde ejuſdem ſancti Viri vitam, virtutibus & ſanctimonia inſignem, demonſtrat: quæ mox ille, dum in immenſæ Divinitatis illam abyſſum abſorberetur, in rem ipſius perſpexerit; quæque Chriſto Domino demonſtrante præviderit, exponit. Quod ſecum Vir beatus, illius vitæ ſtatum per abrupta vitiorum aberrantis miſeratus, dum erat in humanis, eum per ſe orare atque obſecrare, ut quanto in diſcrimine æternæ damnationis verſetur, etiam atque etiam videat, & mores in melius commutet. Ad hæc luxum cæcoſque ſimul errores, in quibus miſere ad eam diem jacuerat, ad amatoria ſtudia incumbendo, detegit; indicatque pariter, quas peccandi occaſiones mortalibus obtulerit, ſuis videlicet vulgatis b elucubrationibus; majoreſque allaturum indies, ni tale conſilium mentemque abjiciat ſcribendi. Quoniam ea ingenii præſtantiâ, divino illi præſtitâ munere in Dei gloriâ Sanctorumque, abuſus; eam dicendi vim & copiam, quam ejuſdem ingenii præſidio adeptus erat, in proximorum perniciem adhuc retinebat; atque adeo in obſequium ſatanæ, hoc eſt, ad inanem gloriam colligendam honoreſque captandos potius, quam in Dei ſervitium ejuſque propagandam gloriam, in apertū ſuis proferendis vigiliis impendebat: quæ quidem lucubrationes nihil aliud agunt, niſi ut bonos depravent mores, ex quibus recta caſtaque viuendi ratio pendet. Proinde ſecum intenta cura perpendat, malitne ſeipſum perdere, ut deploratæ vitæ hominibus arrideat, quam honeſtatis & virtutis ſtudia ſectando, iiſdem ipſis adverſari. Quin etiam vide, quæſo te, Joannes (adjecit Joachimus) quid præmii laudiſve ad cæleſtem felicitatem comparandam apud Deum conſequi te poſſe putes; cum teipſum hoſtem pudicitiæ, laxamentum luxuriæ & libidinis palam conſtituis; & quæ adhuc ſcripta edidiſti, inſtrumenta perinde diaboli ſint, ad inſtruendas & alliciendas in venerem animas. Verendum mihi interdum arbitror, ne divinæ juſtitiæ gladius in te ſit intentus, quandoquidem tuis ipſe litterarum monumentis honeſtati bellum indicis; dum intemperantiam & laſciviam, dum turpitudinem & flagitioſam illā tuam verborum licentiam, ad riſum concitandum, vel mentes animoſque, ut dicis, exhilarandos, ante oculos proponis; atque uno eodemque tempore in te moribus & verbis effingis.

D

*propter qua ſit à Deo pu-niendus,*

104 Num te præterit, aliorum ſcelera vel flagitia, cum ante hominum oculos conſtituuntur, etiamſi non ignoremus eſſe peccata, validiſſimam tamen vim habere ad audientes etiam corrumpendos? vel quod eo minus jam malum videri incipit, quod plurimorū conſuetudine jam vulgarius & quaſi fit familiarius; vel quod hoc etiam ſit mortalium ingenium, ut ſui quiſque ſimiles ſumma voluntate atque adeo voluptate ſequatur. Verum ut ut eſt in re hujuſmodi, illud apud omnes conſtat: nullum fere acriorem ſtimulum ad peccandum eſſe, quam pravum exemplum. Te igitur, qui verbis, ſcriptis ſimul & moribus, turpitudinis & laſciviæ ceteris exemplum præbes, quæ mala ſempiternaque ſupplicia, ni ad meliorem frugem te receperis, maneant, perpendas velim. Non parcam, Joannes, auribus tuis, nec illis unquam ſerviam, ut tuæ ſaluti conſulam; idque magis, quod hæc non utiq; ego, ſed per me Petrus, dum hanc cæli lucem aſpiceret, tibi inculcari juſſit. Quocirca ejuſdem beati Viri verbis rogo, hortor, denuntio, ut vitam, quam nunc agis, offenſionum plenam, deponas; ut poëtica ſtudia abjicias; & exitialem poëticen illam deteſtatus, quæ tibi hactenus fuit impedimento, quominus (ut abs te officii ratio pietaſq; Chriſtiana exigebat) veræ virtutis cultorem te cunctis exhiberes, honeſtiorem vel tandem aliquando tuorum ſtudiorum morumve diſciplinam ineas. Quæ omnia ſi perſequi detrectaveris, exploratiſſimum habeas, ex ejuſdem beati Viri prædicto, non longe abfore quin tuæ proterviæ pœnas perſolvas; & propinquiori quam animo conceperis interitu, profana ſtudia tua ſimul & animam finias. Valeat igitur, Joannes, apud te tanti viri præcipientis auctoritas, cujus eximiam ſanctitatem Deus ipſe miraculis & ſignis firmavit. Valeant multorum nobiliumque præſertim virorum exempla, qui Senis ipſius beati Viri monita atque præceptiones, me tradente, amplexati, uberiores indies ſui obſequii capiunt fructus; & æquitatis religioniſque ſtudia ſectantes, majores quoque officii referunt laudes: quod ſecus, immo vero etiam peſſime aliis eveniſſe, qui ſalutaribus ſancti Viri parere mandatis neglexerunt, certum habeo; perinde ut non illius plena honeſtatis conſilia, ſed ipſum cæleſte Numen aſpernatos fuiſſe, certo conſtaret. Valeat denique tuæ ſalutis ratio, cui ſi ad veritatis oblatam tibi divinitus lucem, pietatis Chriſtianæ facem præ-tuleris; non dubito quin Deus tibi omnibus in rebus ſit affuturus.

R

*tamquam exemplum nequitiæ præbens,*

*quare hor-tatur ut iſta miſſa facint,*

E

105 Hæc Joachimus: quæ ſane poterant per ſe hominem, ingenuarum artium præſidiis apprime inſtructum, permovere. Sed nihil æque Boccacii animum perculſum reddidit, quam quæ ab ipſo Joachimo ſibi audivit clam fuiſſe detecta: ſibi videlicet omnia ſui pectoris arcana mentiſque latebras reſeratas,

*eique indicat arcana cordis:*

a *Juſſu B. Petri Ioachimus adiens Ioannem Boccacium,*

b *urguit eum ob ſcriptorū impuritatem.*

A referatas, quorum neminem mortalium præter Deum conſcium eſſe, Boccacius ipſe aſſereret. Hæc enim erant, quæ Joachimo, uti ſupradictum eſt, quemlibet ex mandato Petri adeunti, fidem continuo & auctoritatem conciliabant. Ergo cum primum Boccacius ſui animi ſenſa nudata animadvertit, obſtupuit vehementer: & ingenti pavore metuque conceſſus, religione maxime perurgente, prioris vitæ peccata gemebundus agnoſcere eſt viſus: & cum apud ſe ſtatueret è peccatorum cœno emergere, & ad ſanitatem officiumque redire; tum etiam omnia poëticæ ſtudia deſerere, omnemque librorum ſupellectilem divendere, animum induxit. In quam deliberationem ingreſſus, Franciſcum Petrarcham, Patavii tunc temporis commorantem, quem præceptorem ſuum c venerandiſſimum & patrem appellare conſueverat; tota de re per litteras certiorem facere voluit. Quem Virum graviſſimum, alterum nempe Hetruſci ſermonis lumen, quin potius reflorescentis ea maxima tempeſtate Latinitatis auctorem non ignobilem, in hanc ſententiam illi reſcripſiſſe ſcimus. Magnis me monſtris implevit, frater, epiſtola tua, quam dum legerem, ſtupor ingens cum ingenti mœrore certabat: uterque abiit, dum legiſſem. Quibus enim oculis niſi humentibus tuarum lacrymarum tuique tam vicini obitus mentionem legere potui, rerum neſcius omnino ſoliſque inhians verbis? Ubi demum in rem ipſam internos flexi oculos defixique, mutatus illico animi ſtatus & ſtuporem ſepoſuit & mœrorem. Jam primum quod erat in ipſa litterarum fronte, prætereo. Et paulo poſt. His omiſſis ad id venio, quo me adeo prima lectione concuſſum dixi. Scribis, neſcio quem Petrum, Senenſem patria, religione inſigni & miraculis inſuper clarum virum, nuper obeuntem, multa de multis, inter quos de utroque noſtrûm aliqua, prævidiſſe, idque tibi per quemdam, cui hoc ille commiſerat, nuntiatum. Ex quo exactius dum quæreres, quemadmodum ſanctus ille Vir nobis incognitus nos noviſſet, ſic reſponſum. Fuiſſe illi propoſitum, ut intelligi datur, pium aliquod agere; quod cum implere, denuntiata ſibi, ut auguror, morte, non poſſet; oraſſe Deum efficaci & ad cælum perventura prece, rebus idoneos vicarios deſignaret, quibus negatum ſibi cœpti ſeu deſtinati operis exitum divinitus largiretur. Cumque familiaritate illa, quæ Deum inter juſtique animam eſt, ſe intelligeret exauditum; ne quid in re dubii foret, Chriſtum ipſum habuiſſe præſentem, cujus in vultu omnia cognoviſſet, quæ ſunt, quæ fuerunt, quæ mox ventura trahantur; non ut apud Maronem *d* Protheus, ſed plenius multoque perfectius ac clarius. Nam quid, oro, non videat illum videns, per quem omnia facta ſunt?

*quibus motus Boccacius Petrarcham conſulit:*

c

Lib. pr. Epiſt. Senilium Epiſt. v.

B

d

*ex cujus reſponſo ſcitur ei ſcripſiſſe de prædicta ſibi morte,*

*& ſanctitate beati Petri:*

C

*ad quæ nuntiata judicium ſuum ſuſpendit Petrarcha,*

106 Illum oculis vidiſſe mortalibus, magna res, fateor, ſi vera: uſitatum enim & vetuſtum eſt, plerumque mendaciis fictiſque ſermonibus velum religionis ſanctimoniæque prætendere, ut humanam fraudē tegat divinitatis opinio: de quo in præſens non pronuntio, cum ad me defuncti illius nuntius nondum pervenerit: quem ad te primum, quod eſſes forte vicinior; expoſitiſque mandatis, mox Neapoli; inde mari in Galliam atque in Britanniam perrexiſſe ſignificas; noviſſime me viſurum, & mihi utilem mandatorum partem ex ordine prolaturum. Tū demum, quantum apud me ſit fidei reperturus, videro. Ætas hominis, frons, oculi, mores, habitus, motus, inceſſus, ſeſſio, vox ipſa & oratio, & ſuper omnia concluſionis effectus, ac loquentis intentio, ad conſilium vocabuntur. Nunc quantum ex tibi dictis elicio, nos duos alioſque nonnullos ex hac vita decedens ille Vir ſanctus vidit, ad quos quædam ſecretiora committeret huic ſuæ hujuſmodi ultimæ voluntatis executori, induſtrio ut tu exiſtimas ac fideli. Hæc, ni fallor, hiſtoriæ ſumma eſt. Ceterum quid ex hoc alii audierint, in dubio eſt. Tu quod ad ſtatum tuum attinet duo hæc (nam cetera ſupprimis) audiſti, vitæ tuæ terminum inſtare, hoc primum: tibi præterea poëticæ ſtudium interdici; hoc ſecundum ultimumque. Hinc illa conſternatio mœrorque ille tuus, quem legendo meum feci meditandoque depoſui: & tu, ſi mihi aurem, immo ſi tibi, ſi rationi inſitæ animum præſtas, abjicies; & videbis inde te doluiſſe, unde potius ſit gaudendum. Hactenus ex Petrarchæ litteris; quæ quoniam extant ſatis prolixæ, non eſt cur ſingula in præſens conſecter: in quibus totus eſt vir ſapientiſſimus, non modo, ut Joannes in propoſito ſuſceptoque conſilio de mutanda vitæ ratione permaneat; ſed etiam omnem lapidem movet, ut à mortis metu illum abducat: ea in re opportuna cum ethnicorum exemplorum, tum divinorum oraculorum auctoritate uſus *e*. Nobis vero illarum tantum partem hic inſerere viſum eſt, quam ad rem noſtram facere exiſtimavimus.

A. SART. SENENSI, *laudat tamen conſilium præparandæ mortis.*

e

107 Hactenus expoſitis, quæ de beato Patre noſtro Petro ex vetuſtiſſimis litteris probatiſque auctoribus excerpſi, operæ pretium me facturum reor, ſi ea quoque hiſtoriæ meæ, tamquam illius condimentum, ut verbo Divi Baſilii utar, intexuero, quæ à majoribus noſtris nobis quaſi per manus tradita ſunt: quæque firmiſſimis etiam nunc animis retinemus; quandoquidē hæc ipſemet, ut primum ad Florentinā Cartuſiam candidatus petitor acceſſi, atque deiñ cucullatus in ea ſum effectus, à duobus Patribus Ordinis, ibi tum degentibus exacta ætate patriaque Senenſibus, accepi. Quorum alter, cum adhuc hæc eadem me ſcribente ſuperſtes eſſet, ſeptem & octoginta annos natus, autographis iiſque recentiſſimis litteris ingenue aſſeveranterque mihi aſtruere non dubitat, quæ ille jam inde à prima adoleſcentia è priſcorum Patrum firma certaque auditione dedicerat, quæque vel ſcriptis mandata numquam ſe vidiſſe aut legiſſe affirmat. Nec ſane mirum. Maggianum enim id cœnobium, bellorum olim incendiis & agri vaſtationibus obnoxium cum eſſet, utpote urbi proximum; ejus Patres nonnumquam militi diripiendum vaſtandumque relinquere cogebantur, uti ſeſe ex diris belli faucibus hoſtiumque pariter decurſionibus eriperent; ne quidquam in præſens ex illis attingam, quæ ſuperioribus annis noſtrorum videlicet Patrum memoria ſuſtulit, dum urbs obſidione cingebatur. Nam cum ſedem in eo ipſe Cæſarei belli *f* Imperator fixiſſet; ea damna atque incommoda certum eſt tunc temporis cœnobium feciſſe, omnibus in eo militari clamore obſtrepentibus, ut, licet illius ædificiis viſa ſit peperciſſe effrænata militum licentia, non tamen improba illorum cupiditas temperare ſibi potuerit, quin temeratis manibus eccleſiaſticum inſtrumentum ceteramque domeſticam ſupellectilem violaret, atque inſolenter admodum diriperet, ſordida impellente lixarum colluvie, viliſſimis inhiante lucellis. In qua direptione deperiiſſe pervetuſtos codices, commentarios, atque alia rerum geſtarum monumenta, quæ tanto labore & ſtudio lucubrari atque colligi ſolent, haud ambiguum habemus in tam recenti, ut dixi, Patrum memoria; quod ex ea lacrymabili jactura tabulæ tantum aliquot ad hac diem domi cuſtodiuntur, ſtudio atque opera quorumdam in poſterum longe proſpicientium, è diſſoluta militum conſuetudine ſublatæ. Ergo miretur nemo tanta de re, quam hoc loco conſcribendam ſuſcepi, nihil ad id tempus litterarum monumentis conſignatum extare, quando ne ratio ſacri quidem apparatus tunc habita fuerit. At vero, ut-

*Porrò ex traditione habetur,*

E

F

f

*(nam in direptione militari ſcripturæ perierunt)*

A. BART. SENENSI. cumque ſeſe habeat res, ex hominum memoria deleri non poteſt, poteritque numquam ſempiterni Numinis id agente conſilio; quæ, ut conſtans tenet fama, id habuit initium.

*quod anno eo poſt mortem,*

108 Sexageſimus jam agebatur & annus à Petri morte, cum Deus ejuſdem Petri ſanctitatem clariſſimis ſignis & miraculis ad ejus tumulum indies magis ac magis illuſtrabat. Quibus quidem ſignis adeo Senenſis populus priſtinam ſuam erga beatum Patrem fidem & religionem retinebat, ut cum cives tum exteri Maggianam Cartuſiam, ſtudio inviſendi ſepulcrum ſancti Viri, frequentiſſimi peterent, ſuæ inde pietatis & fidei illuſtria reportantes teſtimonia, qua ad animi, qua pariter ad corporis incolumitatem conſequendam. Cumque res nullo impedimento è ſententia flueret, maxime propter urbis propinquitatem, eo illorum temporum cœnobii Patres devenerunt, ut ſecum ipſi identidem reputantes animo, frequenti revera ad eos populorum acceſſu ſpiritualem ſuam interturbari quietem, adverſum maxime ſui Ordinis ſpiritum; cogitare cœperunt de Petri exuviis alio transferendis, cum aliam tum rationem inire ſe non poſſe animadverterent; qua, ſalva cœnobii exiſtimatione, tanta hominum frequentia ab continuato tot annis inſtituto abduceretur. Ergo in unum convenientes ſtatuunt, rem omnino gerendam eſſe. Eo proinde cum in periſtylii cæmeterio ſacris beati Viri exhumandis reliquiis clanculum adhibiti eſſent foſſores, ne quid indicii foras manaret; factum eſt, ut dum opus urgent pertinaciter, unus ex illis inter effodiendum alterum ſancti Viri crus ligone percuſſerit. Quo nihilominus æquali cura cœptum proſequente, paulatim demum egeſta terra, totum ſeſe ſacrum cadaver in conſpectum dedit, non modo omnibus (mirum dictu!) integrum membris, perinde atque ſepulturæ traditum tunc primum fuiſſet; ſed (quod longe mirabilius extitit) ſimulatque per ſubducta illius adhuc integra veſtimenta, inſpiciunt ex percuſſo crure cruoris purpurei manare rivulos, magis ac magis in admirationem rapti, Miraculum, Miraculumque inclamant, & in Dei mox præconia laudum prorumpunt: rem inſignis prodigii loco habentes; corpus videlicet ſpiritu tot annos deſtitutum, incorruptum & à nativo ſplendore parum diſſimile inveniri; quando ne telluris quidem uligo, cujus eſt mephitim exhalare, longa tot annorum ſerie, ſacrum illum theſaurum ipſa obrutum humo, ulla ex parte corrumpere aut labefactare potuerit. Honorificum plane Dei munus, quis neget? quod ſane defuncti beati Patris claram atque illuſtrem integritatem arguit.

*Integrum effoderint,*

C

*quieti ſuæ conſulturi Patres & corpus alio tranſlaturi,*

B

*ad quod cũ aliis etiam S. Bernardinus acceſſerit,*

109 Cumque tanti miraculi fama in urbem irrumperet, factum eſt ut turmatim cives ac populares ad Cartuſiam, multo frequentiores quam antea, confeſtim affluerent, quo corporeis oculis eum agnoſcerent exhumatum, quem ſepultum ingenti cum veneratione diu fuerant proſecuti; ſcilicet læti ſuam erga beatum Virum animi religionem divino prorſus teſtimonio propalam comprobari. Neque propterea tum Monachis integrum fuit confluentium multitudinem quavis ratione coërcere. Ad venerabile cadaver ubi ventum eſt, alii illud exoſculari, alii precarios globulos applicare, alii fruſta veſtimentorum pietatis ergo diſcindere, alii alia ratione illud venerabundi contingere. Hæc dum agitantur, tantæ rei excitus rumore Vir ſanctiſſimus Bernardinus Senenſis, is qui, uti initio diximus, Franciſcanam labentem familiam erexit, & ad veterem ſui inſtituti ſeveritatem & diſciplinam revocandam adduxit, ad Maggianam Cartuſiam convolat continuo; ejus videndi gratia, de quo præclara jam inde ſuos inter ſodales Societatis B. Mariæ Virginis adoleſcentulus inaudierat. Quo ut advenit, in defuncti corporis ruit amplexus, pia virgineis carnibus figere oſcula; nec inde ſe prius extulit, quam dulces in lacrymas effuſus, egregiam de beato Viro ad circumfuſam multitudinem laudationem habuit. Inter hæc veteribus miraculis nova adduntur, quod ad ſancti Viri cadaver cæcis viſus reſtituitur; elephantiaci mundantur, capti auribus integrum recuperant auditum, claudi greſſum accipiunt, quamplures inſanabili morborum genere labefactati commodam valetudinem aſſequuntur, & alia id genus mirabilia, ad confirmandam Petri ſanctitatem, vi Divina patrantur. Quibus de cauſis Monachi, & qui vel in primis eis tum præerat, majores quam antea in anguſtias conjecti, mire æſtuabant animo. Denique divino præſidio opus eſſe rati in præſentia, ne quid hominum concurſu in rem monaſticam detrimenti domus acciperet, neu tumultu aliquo conſulto concitato ſacrum theſaurum amitterent; idem ipſe cœnobii Pater, una cum reliquo Monachorum cœtu ad defuncti corpus accedens, hæc verba fide plenus effatus eſt: Te precor atque adeo tibi, Pater beatiſſime, jubeo, ejus videlicet ſanctæ obedientiæ virtute, cujus nexu præpotenti te Deo atque Ordini noſtro in hoc cœnobio mancipaſti, ab miraculis patrandis ut abſiſtas; ne quod tantopere Cartuſianæ diſciplinæ adamaſti propoſitum, apud nos perturbet hominum celebritas.

D

*mulsique ægri curati ſint:*

*ſed mandante Priore ceſſaſſe miracula:*

E

110 Hæc ubi Præſidens dixit, res mira! ſimul ipſum ſacrum cadaver à miraculis edendis ceſſavit, ſimul confluentium multitudo ab concurſu & impetu conquievit, omnibus qui aderant ſtupore plane attonitis. Ab hiſce peractis Patres ſanctiſſimo conſilio optimum fore exiſtimantes, ne amplius in defoſſo pretioſum illud pignus aſſervaretur; novo lateritio tumulo, ad radices ſacræ campanariæ turris è regione cœmeterii conſtructo, in eum Cartuſianæ ſimplicitatis jura nihilominus retinentes, noctu recondunt; iiſdem cœnobii Patribus tei dumtaxat conſciis; quos etiam præcepto cœnobii Moderator adegit, ne cuiquam externo patefacerent unquam, quo loci rurſus depoſitum corpus conditum eſſet; cum eo tamen, ut unus alteri, alter vero alii in poſterũ, atque ille deinceps alii, eorum ſolummodo qui Maggianæ Cartuſiæ pro tempore forent alumni, rem ſecreto aperiret; quo continuata perſonarum ſucceſſione cum aliqua ex parte poſteritati conſuleretur, tum vero pretioſum pignus apud ſe Patres tuto perpetuoque incolume cuſtodirent. Quæ cuncta ad noſtra uſque tempora inviolate ſervata, ad extremum tum mihi ſuperioribus annis in Florentina Cartuſia degenti, ut ſupra dictum eſt; tum aliis, aliis in locis hiſque præcipue in tectis, à priore è duobus illis Patribus, quorum paulo ante mentio habita eſt, indicata fuere; locuſque pariter ſacri ſepulti corporis commonſtratus. Qui quidem Pater, Ignatius Burgheſius Senenſis nomine, vir gravis ac certus, octogeſimum & amplius ætatis annum agens, in hoc Maggiano cœnobio, ubi religionem profeſſus fuerat, viginti quatuor jam hinc annos, ex hominum vita cum Chriſtianæ pietatis laude migravit ad ſuperos.

F

*& corpus denuo eſt reconditum.*

111 Interea Bernardinus, de quo ſupra memoravimus, iis minime contentus, quæ ad laudem præconiumque Petri noſtri in Maggiana Cartuſia geſſerat; duobus etiam poſt annis ab invento ejuſdem Petri corpore, Venetias concionandi gratia profectus, cum in privatis nobilium virorum circulis, tum è ſuperiori loco ad Primores clariſſimæ civitatis ita de Petri laudibus & ſanctimonia, itaque de Cartuſienſium familia copioſe ac vehementer locutus

CAP. XIII *S. Bernardino apud Venetos perorante,*

A locutus eſt, ut in hæc verba peroraſſe dicatur. Habetis, Patres ampliſſimi; habes, inclita Veneta urbs, in inſulis, quæ circum te ſunt, quam multa cœnobia, multis referta Chriſti militibus: quæ cœnobia, tamquam celſiſſimæ turres ac firmiſſima propugnacula, à facie Aquilonis longe majori tibi ſunt præſidio, firmiorique munimento adverſus hoſtiles incurſus atque inimicorum fidei irruptiones, quam quæ ex alto ſtagnantes aquæ te undique crebris æſtuariis circumluunt: quando horum Dei militum virtus & ſtudia, tibi ad bene beateque vivendum, ſunt incitamento pariter & documento; tibique ſalutaribus divinæ legis præceptis & hortamentis muniunt iter, ad cæleſtem felicitatem comparandam. Atqui tum vel maxime perpetuis præſidiis perpetuùm te firmam beneque munitam fore exiſtimabo, ſi ad ſtrenuos hoſce propugnatores, ſtationarios quoque milites adjunxeris; nimirum ſi Cartuſianos in urbem accieris, quorum ea eſt virtus atque animi fortitudo, ut dum ſuis incluſi caſtris aliorum militum contemplantur pugnam, & egregiam admirantur virtutem; ipſi tamen ſine ferro profligent hoſtes atque conficiant. Hæc etenim fortium militum cohors illa eſt, qui cum ceteri urbici milites ſuis ex ſtativis prodeunt, ut verbi Dei gladio prælia Domini prælientur adverſus vitiorum monſtra, teterrimæque infernalis belluæ impetus; hi, inquam, ceu bene parati vigiles ad ſacras excubias agendas, non ſecus atque Moyſes puras in cælum levantes manus, manus præliantium jugi oratione ac divinarum rerum contemplatione roborant, ſic ut cæſis fugatiſve hoſtibus victoriam dimicantibus obtineant. Illorum quidem eſt pugna, ſed non ambigitur horum eſſe victoria: quod, ut illis detur vincere, hi merentur divinitus impetrare. Ex hac veterana cohorte atque ex hiſce Cartuſianis caſtris, alterum nempe divinum Moyſem proxime præteritum ſeculum prodiiſſe vidit, qui divino certe oraculo cæleſtes iras, in omnes mortales intentas, præclaris ſuis apud Deum meritis & ſanctimonia, dum eſſet in vivis, deprecatus eſt, ac numen placatum mundo aſſiduis precibus reddidit atque conciliavit: quem cum Senarum civitas procreaſſet, hiſce proximis annis in eadem natali ſede, hiſce etiam oculis ſacrum ejus corpus admirabili Dei munere integrum incorruptumque, licet ſexaginta annos humo coopertum, aſpexi. Ergo exploratiſſima horum militum virtus ſit tibi, Urbs clariſſima, præſidio & ornamento; horum preces, horum ſtudia & exercitationes pietatis, horum, inquam, merita atque ſuffragia, in rebus tuis duris, tuam apud Deum cauſam defendendam ſuſcipiant; te inter bellorum turbines incendiaque tueantur; tibi adſint, cum turbulentiſſimis fluctibus & procellis impeteris; ac tibi in omne tempus ſcelerum veniam impetrent; perinde, ut Moyſis oratio Iſraëlitis, Duce Joſue dimicantibus, victoriam obtinuit.

*in laudem Cartuſiani Ordinis,*

B

C

*& de B. Petri incorrupto corpore,*

*Cartuſiani Venetiis admiſſi,*

112 Hæc Divinus præco Bernardinus: quæ ſane tantos in graviſſimorum animis Senatorum motus fecerunt, ut communi omnium conſenſu Cartuſianos in Urbem accerſendos eſſe cuncti annuerent. Quod & factum eſt. Siquidem noſtri Ordinis accitis Patribus, inſula S. Andreæ ad Littus cognomento, omnium quæ Venetam civitatem ambiunt maxima, una cum cœnobio Eremitanorum Fratrum, qui tum propterea ex ea dimiſſi alio deſignati fuere, *anno* 1422. attributa fuit anno à Chriſto nato milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſecundo, Franciſco Foſcaro Venetorum Duce. Cujus rei biennio poſt Pontificia diplomata data ſunt, quorum auctoritate cœnobium ipſum totius Ordinis corpori & unitati, Martino Quinto Pontifice, fuit inſertum. Et cum illud brevi deinde interjecto tempore ad inſtitutum Cartuſiani propoſiti Patres accommodarent, accito ad illud regendum è Cartuſia Florentina Mariano Volaterrano; dici vix poteſt, quam pia animorum contentione nobiliſſimi quique Patricii laborarent, ut ſibi ſuæque genti familiaria ſepulchra in eo extruerent; quamque noſtris bene cuperent, exemplo crediderim provocati non mediocriter ſanctiſſimi Viri *b* Laurentii Juſtiniani, primi Venetiarum Patriarchæ, qui (ut tenet fama, multorumque litteris traditum eſt) Cartuſianis noſtris adeo familiariter utebatur, ut unus ex illorum numero facile cenſeri poſſet; captus mirabiliter Pater auguſtus conſuetudine Franciſci Tarviſani, ejuſdem Venetæ Cartuſiæ per idem tempus habenas moderantis, viri non inſigni modo eruditione, ſed quod pluris eſt ad conciliandos & inextricabili nexu virtutis conglutinandos animos, Angelica quadam puritate eximie præditi. Hæc de condita primo Veneta Cartuſia adſcribere placuit, ſcilicet illectis idonea opportunitate Petri noſtri Corporis tranſlationis; cujus quidem animam, in cælis ovantem, confidimus beata immortalitate circumveſtitam in ævum perpetuum. Proinde ad te nunc, Pater ſanctiſſime, meam orationem meque totum converto. Te appello, te, inquam Pater beatiſſime, invoco; qui lætus & gaudens Auctorem tuum contemplaris, atq; cæleſtium ſimul frueris conſociatione. Fac rogo experiamur omnes, qui te colimus, quantum gratia valeas apud Opificem omnium rerum, dum tui ſtudioſi tuum imploramus auxilium, ac tuarum expoſcimus precum ſubſidia. Nobis opitulare in hujus miſeræ vitæ ſolitudine degentibus. Ordinem noſtrum Cartuſianum, imo vero tuum benigne tuere. Maggianam hanc domum, tuam altricem & cuſtodem dum in terris agebas, & in qua tot mirabilium tuarum virtutum exempla reliquiſti, protege tuo patrocinio atque conſerva. Senarum præterea civitatem, communem parentem, cuſtodi. Et me denique, pro mea ſalute tibi ſupplicantem, ne excludas, oro; qui facta tua tuo ſane munere atque conceſſu cognovi, eaque, ut tuum mihi conciliarem patrocinium, conſcribenda ſuſcepi: non meis fretus viribus, quæ in ſcribendo nullæ ſunt; ſed illius virtute, qui non ſolum infantium linguas facit diſertas, ſed etiam bruti animantis os verba edere docuit: quo vitæ meæ confecto curriculo, ad eamdem illam vitam felicem & æternam pervenire merear, ad quam tu felix jam pervenisti.

A. BART. SENENSI.

b

*Auctor implorat patrocinium B. Petri.*

E

F

## ANNOTATA.

a *Michael Poccianius, in Catalogo Scriptorum Florentinorum, ex eoque Geſnerus laudat* Joannem Boccacium, *ut qui fuerit* Grammaticus, Græce non minus quam Latine peritus, Poëta, Rhetor, Hiſtoricus, Aſtronomus, Arithmeticus, Chronographus, Coſmographus, Philoſophus, Theologus clariſſimus: *mox enumerantur libri, in omni fere facultate ab eo Latine ſcripti: quorum priores, his paucis verſibus comprehenſa leguntur, in apotheca Iudicum & Notariorum Florentinorum.*

Progeniem canit iſte Deum, mirabile, nunquam
Viſum opus; & Claras Matres, Caſuſq; Virorum
Stagna, Lacus, Maria, Fontes, Juga ſumma, Paludes,
Et Fluvios Silvaſque proſis; & Paſcua metro:

*id eſt* Bucolica, *imitatus Virgilium. Sed iſtis omnibus fortaſſe careremus facilius, quam quæ hiſtoricè ſcripſit* de Bellis Pontificum & Imperatorum, Terrarum Eccleſiæ rebellantium, Florentinorum cum Duce Mediolani & Rege Arragoniæ, Tartatorum in Turcas, Sigiſmundi Imperatoris in eoſdem; deque hæreſibus Boëmorum & Capta Conſtantinopoli: *Hæc inquam meliùs*

A *melius lucem viderent, quam quæ vernacula Italica lingua scripsit*, jocis & vanitatibus plena, *eoque nocentiora, quod* mellifluo verborũ & sententiarũ succo referta. *Nescio an ejusdem extet Vita à Betussio, Italice quidem, sed elegantissime scripta: curiosa etiam sunt, quæ de eodem habet Gerardus Ioannis Vossii in Libro de Historicis Latinis.*

b *Tales indicantur*, Philostratus, Corbatius, Philomena, Philocolus, de Amorosa visione, Nymphæ Florentinæ, Centum novitates: *& hæ quidem* in omnium nationum linguas adaptatæ dicuntur: *ita facilius mala quam bona proserpunt, ad tanto majorem talia scribentium confusionem coram supremo tribunali, quanto ab humana fatuitate laudantur leguntur que impensius.*

c *In opere de Genealogia Deorum lib.* 15 *cap.* 16, Venerandissimum Præceptorem, Patrem & Dominum suum, *appellat* Petrarcham *Boccacius; de quo videri possunt præcitati Vossius & Gesnerus: scripsit & hic multa digna Philosopho Christiano: sed juvenis amatoria poësi indulsit plusculum.*

d *Lib.* 4 *Georgicorum, ultimis* 100 *versibus.*

e *Propositum tenuisse Ioannem credere suadet dilata* D *mors ad annos* 15, *videlicet usque ad annum* 1376, *quo obiit, ætatis suæ* 62, *anno uno superstes Petrarchæ, ut habet Vossius. Eodem facit Epitaphium apud Pocciantium:*

Hac sub mole jacent cineres ac ossa Joannis:
Mens sedet ante Deum, meritis ornata laborum.
Mortalis vitæ genitor Boccaccius illi,
Patria Certaldum, studium fuit alma Poësis.

f Princeps Auriacus *anno* 1529 *urbem obsedit, eo successu, quem lib.* 30 *Hist. Florent. fuse describit Scipio Ammiratus.*

g *Ergo annus Christi* 1421, *vel potius præcedens, siquidem infra dicitur* duobus post annis *Venetias accessisse Bernardinus, & quæ tunc ab eo curata fuit fundatio, adscribitur anno* 1422.

h B. Laurentii Justiniani *Vitam dedimus* 8 *Ianuarii, scriptam ab ejus nepote Bernardo. cum Præfatione ad Patres Carthusianos, quorum Prior* Franciscus Farvisanus, Angelici spiritus vir, *auctor operis suscipiendi fuisse dicitur.*

# TRIGESIMA MAII

## *SANCTI QVI III KALENDAS IVNII COLVNTVR.*

S. Anctus Gabinus, } Martyres Turribus
S. Crispulus, } in Sardinia.
S. Felix I Pontifex Romanus, Martyr.
S. Eusebius, }
S. Romanus, }
S. Meletius, } Martyres Nicomediæ.
S. Charalampe, }
S. Christina, }
Sancti Socii, }
S. Euplius, Martyr apud Græcos:
S. Cantianus, }
S. Eutichius, } Martyres Aquileiæ in Italia.
S. Euthymius, }
S. Sicus, }
sive Isichius, } Martyres Antiochiæ.
S. Palatinus, }
S. Venantius, Methonæ mortuus, & Lerini honoratus.
S. Basilius, } parentes S. Basilii
S. Emmelia, } Magni.
S. Isacius Anachoreta, Constantinopoli.
S. Exuperantius, Episcopus Ravennæ in Italia.
S. Caidocus, }
S. Frechorius, } Sacerdotes
sive Adrianus, }
S. Madelgisilus Eremita, } Centulæ in Gallia.
S. Anastasius, Episc. Parmensis in Italia.
S. Hucbertus, Monachus Britanniacensis in Gallia.
S. Ferdinandus, Rex Castellæ & Legionis, Hispali in Bætica.
Constantia Xira, } de Vita paupere, E-
Maria Fernandez, } boræ in Lusitania.

### *PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.*

DEsponsatio Deiparæ Virginis cum Josepho *hodie indicatur ab aliquibus celebrari, in Mss. additionibus Carthusianorum Bruxellensium ad Vsuardum. Nuper autem S. D. N. Innocentius XI Officium de eadem festivitate approbatum, sub ritu Duplicis, recitari concessit in omnibus ditionibus subjectis tam Romano Imperio quam Monarchiæ Hispanicæ,* die XXIII Januarii.

B. Renildis Virgo, in Risenbeck pago, *refertur in Fastis Westphalicis Ioannis Velde. Est alia* S. Renildis *seu* Reinula, *Virgo Abbatissa Masaci ad Mosam, cujus Acta dedimus* XXII Februarii.

S. Celsus, ex Episcopo Toletano Episcopus Trevirensis, *refertur à Tamajo Salazar, citatis Chronicis Maximi & Iuliani Petri. Quæ late rejecimus ad diem ejus natalem* XXIII Februarii.

S. Agricola, Episcopus Nivernis, *proponitur in Mss. S. Victoris & Reginæ Suecie. De eo egimus* XXVI Feb.

S. Gertrudis Virginis Translatio corporis in novum feretrum Nivellæ, *celebratur in Annotatis Carthusiæ Bruxellensis ad Grevenum. Vitam ejus illustravimus* XVII Martii.

S. Galterius, Abbas S. Martini juxta Pontisaram in Gallia, *alibi* Galbertus *dictus, colitur in Abbatia S. Mariæ Bertolcurtensi, & indicatur à Claudio Roberto, Ignatio Iosepho de S. Maria, & Andreæ Saussajo, uti latius notamus ante varia ejus Acta, illustrata* VIII Aprilis.

Thudebertus Confessor *indicatur in Ms. Vsuardo, in Alsatia aucto. Is nobis hactenus incognitus, maxime cum nullum addatur elogium, nec locus ubi vixerit exprimatur. Est* Trudpertus *in Brisgoia, sed Martyr, cujus Vitam dedimus* XXVI Aprilis.

S. Mariani Martyris inventio Acheruntiæ *anno* 1613, *hodie solenniter colitur: sed festum solennius & ex præcepto,*

A *præcepto, tamquam Patroni agitur quando de eo agemus in Supplemento* xxx Aprilis.

Ægidius Valladarius, ex Necromanta, Converſus Ordinis Prædicatorum, *refertur in Anno ſancto ejuſdem Ordinis. Nos Acta ejus dedimus, die quo obiit* xiv Maji.

S. Dympnæ Virginis & Martyris, Ghelæ in Brabantia, tranſlatio corporis; *in Ms. Florario, & Ms. Vltrajectinæ Carthuſiæ, & apud Dempſterum. Vitam ejus dedimus* xv Maji.

S. Emmanuel Martyr, *ob corpus Roma Viennam Auſtriæ tranſlatum an.* 1678 *ad Thereſianaram S. Ioſephi eccleſiam, Officio duplici colitur, ſicut diximus, ubi de S. Fabio* xxi Maji.

S. Silaus, Epiſcopus Hibernus Lucæ, *refertur in utroque Catalogo Ferrarii, tamquam anno* 780 *Dominica poſt Aſcenſionem mortuus: ſed neque tali anno obiit, neque tunc Dominica illa in* 30 *Maji, ſed* 7 *cecidit: feſtum autem agitur Lucæ ipſa Dominica, & olim affixum fuit diei, quando Vitam damus.* xxi Maji.

SS. Marmenia matrona, & Lucinia Virgo ejus filia, hoc die martyrio coronatæ cum aliis xxii, *leguntur in Actis S. Vrbani Papæ & Martyris, & eodem quo hic, coluntur die* xxv Maji.

B Stephanus, Abbas S. Petri in montibus, *ut Sanctus refertur hoc die, quo obiit, in Martyrologio Hiſpanico. De eo aliiſque Abbatibus honorificentius ſepultis egimus ubi de S. Gennadio Aſturicenſi Epiſcopo, monaſterii illius fundatore, & Stephani iſtius Epitaphium dedimus* xxv Maji.

SS. Conon & filius Martyres *proponuntur in Ms. Trevirenſi S. Martini. Acta dedimus* xxix Maji.

S. Natalius Martyr *indicatur in Menæis Divionenſibus. De eo jam egimus* xxix Maji.

S. Maximinus, Epiſcopus Biſuntinus dicitur ab aliquibus hoc die mortuus. *De eo, utrum fuerit dubitantes, egimus vice ae S. Maximino Trevirenſi* xxix Maji.

Guilielmus Arnaldi, Bernardus de Rupeforti, Garſias de Aurea, Stephanus de Narbona, Raimundus Carbonarius, Prior Avinioneti Monachus de Cluſa, C Raimundus Scriptor, Canonicus & Archidiaconus, Petrus Arnaldi Notarius, Bernardus Clericus Archidiaconi, Portanerius, Ademarus, Ordinis Prædicatorum, Ordinis Minorum, Clerici Nuntii, Martyres Avinioneti in Occitania ſuperiore, *relati a Sauſſajo in Supplemento Martyrol. Gallicani Acta dedimus* xxix Maji.

Ermendrudis, Abbatiſſa in Deytkirchen, *Ordinis Ciſtercienſis, proponitur à Chalemoto. De ea egimus inter Pratermiſſos* xxix Maji.

S. Copri Martyris *Paſſionem pro hoc die indicavit nobis deſcribendamque obtulit inſignis Codex membraneus quidam, tali principio*, Μέγας ὁ τῆς εὐσεβείας ἀγών, ἀδελφοὶ. *Sed amiſſo, quod habebamus ecgrapho, cum quidam iterum tranſcripſiſſet, atque cum Græco contextu etiam Latinam verſionem promiſiſſet, varias fortunæ ſuæ jactationes cauſatus, noſtram hactenus expectationem ſuſtinuit fruſtra. Potuerant quidem & voluerant amici, per quos illi facta erat Codicis ipſius copia, ecgraphum aliud nobis curare; ſed revulſa invenerunt ea quibus opus erat folia: cujus facinoris ſuſpicione forte innocentem involvat aliquem; neque illos, neque bibliothecam cui facta injuria eſt, præſumimus nominare: optantes ut vel amicus ille etiam poſt hac edita, in eo ſit ſtatu quo poſſit fidem promiſſi exolvere, vel alibi eadem Paſſio reperiatur; aut ſaltem ulterior aliqua Sancti iſtius notitia, quem ex Orientalioribus unum eſſe, perſuadet ſilentium Menæorum & Synaxariorum, fere ex Græcia acceptorum* D

SS. Raboroſus & Laborator Martyres *indicantur in Ms. Martyrologio Carmelitano Coloniæ adſervato.* Fabroſus & Laborator *in Ms. Chamberienſi Fratrum Conventualium B. Mariæ. De quibus alibi nihil legimus.*

S. Novatianus aliique nongenti Septuagenta ſeptem Martyres Romæ, *ex quodam Ms. à nobis annotati, ſed quonam illo, non accurate obſervatum, quod tamen, ſub ſpe plenioris notitiæ aliquando accipiendæ placuit indicare.*

S. Exuperantius Epiſcopus Uxamenſis, S. Eſperantius Epiſcopus Lugenſis, *referuntur in Martyrologio Hiſpanico Tamaji Salazarii, de quibus hoc die ad Acta S. Exuperantii Epiſcopi Ravennatum agitur.*

SS. Petrus & Laurentius Martyres *referuntur in Kalendariis Miſſalis Ambroſiani, anno* 1522 *&* 1560 *& Breviarii anno* 1539 *excuſi, ſed omittuntur in Kalendario Breviarii anno* 1635 *recuſi. Sunt quamplurima horum Martyrum nomina à nobis relata, & referenda; quorum forſan aliqua ibidem fuerint Reliquiæ, aut certe alia cauſa quæ nos latet. De quibus ſi major lux acceſſerit, eos libenter ſecundum exigentiã honorabimus.* E

Gobanus de Ara-Dar-inis *indicatur in Ms. Hibernico Tamlachtenſi Colganus* 16 *Ianu. in Notis libri* 3 *de Vita S. Eutſei pag.* 92, *ſeptem adducit* SS. Gobbanos, *& in his* Gobbanum Abbatem Dairiniſenſem, *aſſerens coli* 26 *Martii atque* 30 *Maji. Plura à Colgani ſucceſſoribus expectamus, quibus utinam commoditas detur proſequendi tam bene cœptum opus de Actis Sanctorum Hiberniæ.*

Faergusſius de Druim-bile & Ernimus *memorantur in dicto Ms. Tamlachtenſi, &* Silanus *in Catalogo Fitz-Simonis.*

Oſtforis, Epiſcopi Victorienſis, *memoria cum titulo* Sancti *inſcripta cuidam Catalogo Sanctorum Ordinis Benedictini, ut plurimum deſumpto ex Trithemio, à quo lib.* 4 *de Viris illuſtribus Ordinis Benedictini cap* 212 *laudatur* Oſtphorus è Monacho Streneshalenſi Epiſcopus Victiorum, *non addito ullius venerationis indicio, aut die quo obiiſſet.*

Lambertus de Lidekerca, Ordinis Præmonſtratenſis cœnobii SS. Cornelii & Cypriani, juxta Ninhoven in Flandria, ſanctitate vitæ clarus, & miraculis à Deo nobilitatus, *refertur à Chryſoſtomo Vander Sterre in Natalibus Sanctorum Ordinis Præmonſtratenſis, & à Ioanne le Paige lib.* 2 *Bibliothecæ Præmonſtratenſis: qui ambo eum* Beatum *appellant: ſed cultum non probant, ideoque nec nominatur ab Arnoldo Raiſio in Auctario ad Molanum.* F

Onulphus, Canonicus Eccleſiæ Bernenſis ejuſdem Ordinis Præmonſtratenſis, viſibili apparitione Virginis Matris recreatus, & de obitu ſuo præmonitus, *cum titulo* beatæ memoriæ, *refertur ab eodem Chryſoſtomo Vander Sterre.*

Jacobus, Monachus cœnobii S. Galgani in Etruria Ordinis Ciſtercienſis, vir ſimplex & timens Deum, ſolitus pro incremento Ordinis Prædicatorum certas preces recitare, *memoratur cum titulo* Beati *ab Henriquez, Chalemoto, Buceline, ac noviſſime in Faſtis Senenſibus cum inſigni elogio. Manrique anno* 1221 *cap.* 2 *ejus preces ex Humberto refert, ſed abſtinens à titulo* Beati, *fuiſſe* inſignem opinione ſanctitatis *aſſerit. Tranſiit monaſterium illud à Ciſtercienſibus Monachis ad Monachas S. Auguſtini Regulam profeſſas, penes quas nulla* Jacobi *memoriæ ſupereſt. Potuit ſane mutatione tali exoleviſſe, ſiquis olim*

A *fuit illius publicus cultus; hunc tamen revera fuisse aliquem, non debemus præsumere, nullo ejus apparente argumento, post diligentem inquisitionem.*

Steppo, Presbyter ac Præfectus Virginum Cisterciensium in Monte-Salvatoris, dein in Porceto, *laudatur à Cæsario lib. 12 cap. 36, & cum titulo* Beati *ab Henriquez, quem Gelenius in Fastis Agrippinensibus* Venerabilem *agnoscit*, Defuncto eo atque sepulto, *inquit Cæsarius*, Dominus merita ejus volens, ostendere, miracula ad ejus tumbam dignatus est operari: infirmi, sicut audivi, super illam dormiunt, & sani surgunt. *Id sane videbatur necessarium; quia* cum in acutis laboraret, totus factus erat phreniticus, ita ut multas blasphemias evomeret. *Sed de aliquo ejus publico cultu nihildum invenimus.*

Joannes Lombardus in Aprutio an. 1247,
Christianus à S. Donato in Apulia an. 1. 68,
Michael à Benevento apud Mexicanos an. 1560.
Simon à Bruxellis apud Indos seculo 16,
Joanna } de Udaldinis sorores
Lucia } Florentiæ sec. 13,
} Ordinis Minorum *relati in Martyrologio Francisc. Arturi & sorores in ejus Gynæceo, quibus* Claudia *additur in Menologio Laberii.*

B David Archiepiscopus S. Andreæ in Scotia, ab hæreticis Calvinistis interemptus, *refertur à Dempstero & Ferrario.*

Idda de Wetzickon,
Idda de Sultz,
Elisabetha Schefflin,
Margareta Willin,
Beli seu Barbara de Liebenberg,
Offmya de Munckweil,
Margareta Finck & ejusdem Agnatæ,
Anna de Klinglaw,
Beli Blettin,
Catharina Blettin,
Margareta de Hunichon,
Anna Wansaselerin,
Adelheidis de Frawenberg,
Mechtildis de Stantz,
Lucia Schaltheissen,
Margareta de Zurich,
Idda Sultzerin,
C Elisabetha de Elgaw,
Elisabetha Bechlin,
Elisabetha Steiglin,
} ex Ordine Prædicatorum *Sanctimoniales, Thosani monasterii in Helvetia, omnes cum titulo* Beatæ *& aliquo Vitæ compendio, proponuntur in Helvetia Sancta Henrici Murerii, à pag. 358 ad pag. 369, notato in margine hoc die* 30 Maji ✝, *tamquam is esset omnium communi veneration i sacer; sed in decursu nihil tale legitur. Floruerunt omnes seculo* XIV *& circa medium seculi* XV, *simplici stylo ac lingua vulgari: earumdem virtutes conscriptæ à Sororibus sunt; quas partim in monasterio Diessenhovensi, partim in alio S. Catharinæ prope Wyl in Turgovia reperisse se testatur Murerus. Poterit de omnibus simul (si operæ pretium videatur, & de cultu aliquid ulterius innotescat) fieri Appendix ad Vitam* B. Elisabethæ Hungaricæ, *in eodem Thosano cœnobio Sanctimonialis, quam dedimus & illustravimus* VI Maji.

S. Petronellæ natalis Romæ *celebratur in Ms. Corbeiensi. Verum ab aliis Sequenti die* XXXI Maji.

S. Nicolaus Peregrinus in Apulia miraculis clarus, *refertur in Ms. Florario, & Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *excuso, item à Greveno, Maurolyco, Felicio, Canisio & in Viola Sanctorum. Verum is Trani, ubi vixit, colitur* II Junii.

S. Urbitii Abbatis Magduni, in territorio Aurelianensi, *festum hoc die celebrari testatur Carolus Saussajus lib. 3 Annalium Ecclesiæ Aurelianensis cap. 29, & sic intelligo referri in Breviario Aurelianensi. Refertur etiam sic à Menardo, Andrea Saussajo & Bucelino. Quia tamen omnia ejus Acta habentur in gestis* S. Liphardi, *cujus discipulus & successor fuit, ea simul dabimus* III Junii.

S. Morandi, qui est III kalendas Junii, *Vita extat sub tali titulo in nostro insigni Codice Membraneo Ms. Est is à quo monasterium S. Christophori in Suevia nunc appellatur* S. Morandi: *quem cum intelligamus istic solennissime coli* III Nonas Junii; *agnoscimus errorem librarii de ipso acturi* III Junii. D

S. Maximini, primi Episcopi Aquis-Sextiis, ordinatio *celebratur à Ferrario & Saussajo. At natalis* VIII Junii.

SS. Ferreoli & Ferrutii Martyrum Translatio corporum anno 1063 facta, *indicatur in Breviariis Bisuntinis & à Chifletio par. 2 Vesontionis pag. 217. Alia anno* 1421 *facta est in Ecclesia S. Vincentii, de quibus agetur ad Acta illorum* XVI Junii.

S. Ursinus, *alii* Ursicinus, Martyr Ravennæ sub Paulino Judice passus, & à S. Vitale sepultus, *indicatur à Molano in prima editione, & a Canisio in Martyrologio Germanico. Ast in Martyrologio Romano* XIX Junii.

B. Mustiola & S. Beata, Virgines in territorio Senonensi, *indicantur in Ms. Parisiensi S. Victoris & aliquo Reginæ Suevia. Ast in Martyrologio Gallicano & aliis* XXIX Junii.

SS. Processus & Martinianus, Martyres Romæ, *proponuntur in Martyrologiis Atrebatensi Ecclesiæ Cathedralis, & Tornacensi monasterii S. Martini. In Martyrol. Rom. & aliis* II Julii. E

S. Totuanus, Martyr ac Socius S. Kiliani, *refertur in Menologio Scotico Camerarii. De eo agendum cum* S. Kiliano VIII Julii.

Sara Virgo, *in Scetica Ægypti solitudine, tempore Theodosii senioris fuit, multum laudata in Vitis Patrum: nominata etiam à Triodio Græcorum, in Canone solito recitari ad Parasceven ante Dominicam Tyrophagi seu Quinquagesimæ (ubi sigillatim commemorantur Sancti & Deiferi Patres, qui in monastica exercitatione excelluerunt) Ode 7, quæ est de sanctis mulieribus. Eam Arturus in Gynæceo sacro hodie collocavit, pro consueta sibi licentia, nullo antiquiori exemplo: nos de ea agemus, quando nomen invenimus Chifletiano Synaxario inscriptum,* XIII Julii.

B. Stilla Virgo, miraculis clara in diœcesi Eystadiensi, *indicatur in Gynæceo Sacro Arturi du Monstier. Acta & miracula erunt danda die quo colitur* XIX Julii.

Septem germani Martyres, cum S. Felice Papa, *memorantur in Ms. Casinensi pervetusto. De quibus infra agimus in Actis* S. Felicis, *& arbitramur posse esse* Septem fratres ex genere Carini Imperatoris, passos sub Diocletiano. *De quibus in Actis SS. Iuliani & Basilissæ agitur* IX Januarii. F

*Sunt &* Septem fratres Martyres filii S. Felicitatis, *alii* filii S. Symphorosæ, *quorum celebris cultus est* X & XVIII Julii.

S. Jacobi majoris Apostoli translatio *suggeritur in Ms. Florario; Festum ejus celebratur* XXV Julii.

S. Stephani, Regis Hungariæ, elevatio corporis *celebratur in Annotatis Carthusiæ Bruxellensis ad Grevenum. Natalis incidit in* XX Augusti.

S. Eutyches *sive* Eutychius, discipulus S. Joannis Euangelistæ, *indicatur in variis Menæis Mss. ast in excusis & Martyrologio Romano* XXVI Augusti.

Sanctissimi Juliani Martyris exceptio prima Reliquiarum Turonis, *indicatur in Ms. Martyrologio Prioratus Daveronensis prope Carnotum. Videtur is esse* S. Julianus *Martyr Arvernensis, in cujus festo Acta martyrii in novem lectiones distributa leguntur in Ecclesia & diœcesi Turonensi die* XXVII Augusti.

S. Joannis Baptistæ translatio cinerum *indicatur in Ms. Florario: Festum Decollationis celebratur die* XXIX Augusti.

S. Hierais virgo Martyr, *hoc die nominatur in Synaxario*

A

*rio Claromontano: ſed ita ut non tam ſui cauſa nominari videatur, quam cauſa Reliquiarum, in ejus Martyrio Conſtantinopoli prope eccleſiam S. Laurentii in Petrio conditarum: quare non audemus ipſam diſtinguere ab ea de qua cum Romano Martyrologio (ubi* Irais *vocatur) agemus* XXIII Septembris.

SS. Lambertus & Berlerius, Presbyteri & Confeſſores, diſcipuli S. Giſleni, ſimul quieſcunt in loculo portatili in parochiali eccleſia oppidi S. Giſleni in Hannonia, ubi Officium habent de Communi Confeſſorum, feria ſecunda poſt diem Dedicationis, quæ incidit in Dominicam Cantate. *Hæc Molanus in Indiculo Sanctorum Belgii, ex eoque Mabilio ad Vitam Magiſtri. Wion citato dicto Indiculo eos refert ad hunc* XXX *Maji, neſcio qua phantaſia abductus: quem caco ſuo more ſequuntur Dorganius, Menardus, Bucelinus, Ferrarius, Sauſſajus. At Molanus poſtea in Natalibus Sanctorum Belgii rejecit eorum memoriam in feſtum S. Giſleni, & ſecutus eſt Miræus in Faſtis Belgicis cum quibus, quia Acta ſimul commodius examinabuntur, agi poterit die* IX Octobris.

S. Romanus, Epiſcopus Rotomagenſis, *indicatur in Ferrarii Catalogo. In Martyrologio Romano, & aliis ad diem* XXIII Octobris.

B S. Hucberti, Epiſcopi & Confeſſoris, *memoria adſcripta omnibus Vſuardi exemplaribus, titulo fortaſſis Epiſcopi ab interpolatoribus addito; & ſit, quod de Bretzianiacenſi in Gallia Monacho intelligendum erat, videtur acceptum de Trajectenſi ad Moſam Epiſcopo, qui Sedem Leodium tranſtulit, colituruque non hoc, ſed die* III Novemb.

Heyna ſive Hieu, credita prima quæ ex feminis in regno Northumbriæ à S. Aidano Epiſcopo vitam monaſticam acceperit; *ea cum titulo* Sanctæ *indicatur à Wilſono in Martyrologio Anglicano, ejuſque exemplo à Ferrario in Catalogo generali, atque Arturo du Monſtier in Gynæceo ſacro. Alfordus ejus mortem refert ad annum* DCLVII, *arbitratus eam ſub nomine* Begæ *referri à Wilſono in prima editione ad diem* VI Septembris, *in poſteriore ad* XXII Novembris. *Quia nihil in antiquis Martyrologiis de ſacra ejus veneratione reperimus, ſi edocti fuerimus eam illi tribui ſolitam, poterit de illa agi ad dictum* XXXI Octobris. *Quando* Begę *Virginis nomen legitur in Auctario Greveni ad Vſuardum vel cum Wilſono* XXII Novemb.

D S. Barlaam in Oriente, in pace quieſcens, *indicatur in Mss. Divionenſibus Menais. Inſcriptus eſt Martyrologio Romano* XXVII Novembris.

S. Timotheus, S. Quirinus, S. Siſinnius, S. Marianus, } Martyres Romani, tranſlati Ferrariam, & hoc die in Eccleſia Societatis Jeſu expoſiti, anno 1655. *Extat de ſingulis encomium Italice editum, in quo recurſum ad Martyrologium Romanum, quaſi in eo eſſent indicati, & eſſent (quod non audemus aſſerere) relati.*

S. Timotheus Martyr XXIV Martii.
S. Quirinus Martyr XXV Martii.
S. Siſinnius Martyr XXIX Novemb.
S. Marianus Martyr I Decembris.

S. Nicolai Epiſcopi Myræ, Theodori Epiſcopi Myræ & Martyris, & alterius Nicolai avunculi prioris, item Epiſcopi Myræ, Tranſlatio Venetias, *indicatur à Greveno, Caniſio, Ferrario, poſt Petrum de Natalibus lib.* 5 *cap.* 65 *& duobus ſequentibus. Poterit de his agi ad Natalem* S. Nicolai VI Decembris. B

Radulphi, Richardi, & Nicolai, primorum Abbatum Valcellenſium Ordinis Ciſtercienſis, elevatio corporum anno 1179 facta, *memoratur in Appendice ad Sigeberti Chronicon, item ab Henriquez & Sauſſajo, qui* Sanctos *appellant; at* Beatos; *Chalemotus;* Beatos Abbates, *Menardus & Bucelinus.* Beatum *etiam cognominat* Nicolaum *Raſius: & hujus natalem referunt Henriquez, Chalemotus & Bucelinus ad diem* VI Decembris.

S. Exuperantius, Diaconus Martyr, *teſte Piazza in Sanctuario Romano, hodie Romæ colitur in eccleſia S. Bartholomæi in Inſula. Pancirolius putat Spoletinum eſſe, cujus eo allatum ſit corpus, adeoque proprium ejus diem fore* XXX Decembris.

# DE SS. GABINO ET CRISPVLO

*MARTYRIBVS TVRRIBVS IN SARDINIA.*

F

C

## SYLLOGE HISTORICA. G. H.

### De eorum cultu, & nominatim Romæ S. Gabini, atque ab hoc diverſis ſynonymis aliis.

SVB HADRIANO

*Turres urbs.*

TUrres, *qua & numero ſingulari* Turris Libiſſonis *Plinio lib.* 4 *cap.* 7, *urbs olim celebris fuit Sardiniæ inſulæ, cujus Epiſcopi memorantur;* Felix *in Notitia Epiſcoporum, qui juſſu Numerici Regis Carthaginem venerunt pro reddendâ ratione fidei; &* Marianus *apud S. Gregorium, epiſtola* 59 *lib.* 1 *Indictione* 9. *Verum hodie ejus nihil extat præter rudera & nomen* Torre; *eique traditur ſucceſſiſſe Saſſaris, altera Sardiniæ metropolis. Aliqua hujus urbis monumenta in antiquis Martyrologiis extant, & certiora ſemper quam quæ apud Sardos dicuntur erui. Porro antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa quatuor, ad hunc diem iſta habent:* In Turribus Sardiniæ natalis SS. Gabini & Criſpoli, *ſeu* Criſpuli. *Eadem habent Vſuardus, Ado, Notkerus, & reliqui recentiores cum plurimis Mss. & hodierno Martyrologio Romano.*

*Cultus ſacer.*

2 *Paulus Aringhus lib.* 2 *Romæ ſubterraneæ cap.* 7 *num.* 6 *iſta ſcribit:* Vaticana inſuper Baſilica præclari inter cæteros Martyris Gabini exuviis nobilitatur. E Sardinia enim, ubi ille glorioſum pro Chriſto martyrium ſubierat, huc olim ejus corpus translatum ſub altari in ejus honorem dicato, & à Gregorio III conſecrato, juxta Canonicorum Odeum æneis pariter cancellis circumſepto, repoſitum eſt. Cui jam ab antiquis temporibus celeberrimæ inſularum Sardinia & Corſica annuum pendere tributum venerationis ergo conſueverant. *Hæc paucis & nitide Aringhus: quæ Romanus dicta Eccleſia Canonicus, ante annos quingentos & amplius ſub Eugenio tertio Papa, in deſcriptione veteris baſilicæ Vaticanæ capite ſeu titulo* 6, *ita indicavit:* In choro Canonicorum eſt altare, ſive potius Oratorium B. Mariæ matris Domini noſtri Jeſu Chriſti, : in quo oratorio beatæ recordationis Gregorius Papa tertius recondidit, in honorem Salvatoris ſanctæque ejus Genitricis, reliquias Sanctorum Apoſtolorum & multorum Sanctorum,

*Corpus S. Gabini Romæ in eccleſia S. Petri.*

AUCTORE G. H.

rum, Martyrum ac Confeſſorum, perfectorum juſtorum, toto orbe terrarum requieſcentium. Inter quas, uti à majoribus noſtris accepimus, recondidit corpus S. Gabini Presbyteri, cujus altare manſit ibi uſque ad noſtra tempora. Nam tempore Domini Eugenii tertii Papæ, quando ejus præcepto erexi-

*ejus ibi altare*

mus iſtud altare ibi, duo altaria ibi erant: altare videlicet S. Gabini Presbyteri; ad quod Sardinia & Corſica tributum annuatim mittebant; & altare B. Mariæ ſemper Virginis; quod prænominatus Dominus Gregorius Papa tertius fecerat & conſecraverat. Sub quibus altaribus invenimus tres ſepulturas, ferro & plumbo optime ligatas: quę etiam altaria cancellis æneis circumdedit. *Hæc ibi, quæ tranſcripſit Onuphrius Panvinius de* VII *Vrbs Eccleſiis cap.* 4 *pag.* 42, *&* altare S. Gabinii, *&* corpus S. Gabinii Presbyteri *appellat. At* corpus eſſe S. Gabini Martyris, *de quo hic agitur, eſt antiqua traditio, & colitur in Eccleſia Vaticana S. Petri* XXX *Maji* S. Gabinus Martyr, *officio Eccleſiaſtico ſubritu duplici, eo quod iſtic ſit corpus, & omnia dicuntur de Communi unius Martyris: Miſſa incipit his verbis:* In virtute; *& dicitur ſub ea* Gloria *&* Credo. *Eſt ab hoc* Gabino *alius* S. Gabinius,

*Officium Eccleſiaſticum.*

B Presbyter & Martyr Romæ, pater S. Suſannæ Virginis & Martyris, & frater S. Caii Papę & Martyris, *cujus anniverſarii memoria celebratur* XIX *Februarii: hujus autem corpus aſſervatum fuiſſe Romæ in Eccleſia S. Suſannæ ad ejus Acta diximus.*

3 *Baronius in ſuis Notationibus aſſerit*, putari hanc eſſe diem tranſlationis, diem vero natalem agi XV Octobris mira celebritate, unde & Sardos menſem Octobrem Gabinum appellare. *Verum is in antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis* Gavinus *& ſæpius* Savinus *appellatur, eique in Blumiano & Corbejenſi Pariſiis excuſo junguntur ſocii* Saturus, Aſturus, Charus, *aut* Aſthentarus, *loco* Aſturi *&* Chari, *uti legitur in apographo Lucenſi, quod minus probamus. Iſte autem* S. Gavinus *vel* Savinus *memoratur in Actis Sanctorum Proti & Ianuarii, Turribus in Sardinia ſimiliter paſſorum, & propterea quod eos à carcere liberavit, ab ipſis ad fidem Chriſti traductus, dicitur martyrium capitis abſciſsione conſummaſſe ſub Diocletiano, quemadmodum ad* XXV *Octobris explicabitur. Differunt ergo vehementer tempora, atque adeo etiam perſonæ, ſub uno quamvis aut ſimili nomine.*

D

*alius ab eo colitur* 15 *Octob.*

4 *Porro* Acta SS. Gabini & Criſpuli *dicuntur à Baronio in* eccleſia illorum legi: *aliqua habentur apud Faram lib.* 1 *de Rebus Sardois. Dymas Serpi lib.* 1 *Chronici Sanctorum Sardiniæ pag.* 29, *aſſerit, eos in* paſſione S. Antiochi converſos, *cum is die* XIII *Decembris martyrio coronaretur: præterea, hos eſſe* primos Martyres Turribus paſſos, *ac* ſummo ibidem cum veneratione coli. *Ferrarius hoc eos encomio celebrat in Catalogo Sanctorum Italiæ*; Gabinus & Criſpulus, cives Turritani, poſt S. Antiochum ſub Hadriano Imperatore paſſi ſunt. Cum enim ad Chriſtum converſi Turribus, aliis fidem prædicarent, comprehenſi in carcerem conjiciuntur ac excruciantur. Verum illis ſuperatis cum in Chriſti confeſſione conſtantiores evaderent, martyrio coronantur III Kalendas Junii. *Sequenti die paſſus eſt* S. Creſcentianus *in eadem urbe Turritana: ad quem diē nonnulla ex Iacobo Pinto & Ioanne Arca damus, cum his communia, ſcilicet quod præter cultum vix aliqua de eorum Actis innotuerint. Dionyſius Bonfant Calaritanus horum martyrium tranſfert ad tempora S. Dionyſii Papæ, eorumq; converſionem tribuit cuidam Trajano, ſocio S. Luxurii in Beda martyrologio ſuppoſititio, quod minus probamus, & cum aliis apud eumdē Bonfant ſuſpectis rejicimus. Colitur autem* S. Luxurius XXI *Auguſti.*

E

*aliqua eorum Acta.*

# DE SANCTO FELICE PRIMO,

## *PONTIFICE ROMANO MARTYRE.*

## COMMENTARIUS HISTORICUS.

G. H.

### De tempore Sedis, actis, martyrio, reliquiis.

ANNO CCLXXIV C



Anctus Felix, natione Romanus, ex patre Conſtantio, *vigeſimus Sextus Romanæ Eccleſiæ Pontifex, ſucceſſit S. Dionyſio: de cujus tempore Sedis in Catalogo Romanorum Pontificum omnium vetuſtiſſimo, ante Aprilem edito, accuratiſſime iſta traduntur:* Fuit

*Tempus Sedis S. Dionyſii deceſſoris,*

Dionyſius ex die Kalendarum Auguſti, Æmiliano & Baſſo, uſque in diem ſeptimum Kalendas Januarii, Conſulibus Claudio & Paterno. *Mortuus eſt ergo* S. Dionyſius XXVI *Decembris, quo die inſcriptus eſt, Martyrologiis Vſuardi, Bellini, Romano, & aliis) anno* CCLXIX, *quando Conſules fuerunt* Imperator Aurelius Claudius II & Ovinus Paternus. *Huic ergo tunc ſucceſſit S. Felix ſub finem anni, & in dicto Catalogo iidem Conſules reperiuntur cum hoc elogio:* Felix annis quinque menſibus undecim, diebus viginti quinque. Fuit temporibus Claudii & Aureliani, à Conſulatu Claudii & Paterni uſque in Conſulatum Aureliani II & Capitolini. *Hi ultimo aſſignati Conſules,* Aurelianus Imperator II & C. Julius Capitolinus, *fuerunt anno* CCLXXIV: *neque ultra hunc annum poteſt extendi* Felicis *Pontificatus, quandoquidem admodum diſtincta & clara ſint phraſes quibus auctor Catalogi utitur,* uſque in, *&* uſque poſt. *Omnino ergo dicendum videtur, quod Collega meus Papebrochius cenſet,* pro annis quinque *legendos eſſe* annos quatuor; *& tunc quidem, ut* undecim menſes dies viginti quinque; *habeantur uſque ad* XXX *Maji anni jam dicti, debuerit* Felix *vivente adhuc Dionyſio fuiſſe ejus Vicarius ordinatus, à die* VI *Iunii, quæ anno* CCLXXIX *Dominica fuit; & poſt ejus obitum vacaverit Sedes uſque ad Ianuarium anni ſequentis, ſub cujus initium ordinatus eſt Eutychianus,* Aureliano III & Marcellino Conſulibus. *Tam diuturna autem vacatio imputari poteſt atrocitati perſecutionis, per quam ex improviſo comprehenſus* Felix *non potuerit viduandæ per ſuam mortem Eccleſiæ providere de Epiſcopo, & ordinando Vicarium; neque eo mortuo Romam convenire aliunde Epiſcopi, qui electum à Clero Eutychianum conſecrarent. Errandi autem in numeris cauſa eſſe potuit, quod plerique Epiſcopatum* Felicis *quinque annis definirent, nulla habita ratione dierum quinque vel ſex, ad eos complendos requiſitorum. In Anaſtaſio Regia Pariſina editionis, inter varias lectiones inveniuntur ex Codice Thuano,* Felici *ſolum aſſignati* anni IV; menſes III, dies XXV; *ubi ſolum erratur in numero menſium, reliqua optime concordant cum Papebrochii Chronologia. Atque hæc de tempore Sedis, ut certiora dicta ſunto; nam confirmantur iidem Imperatores & Conſules in altero Catalogo ad tempora Iuſtiniani deducto in libro Pontificali, in Vitis Pontificum apud Anaſtaſium Bibliothecarium, in omnibus tam manu exaratis quam typo cuſis exemplaribus, item in Mss. Geſtu Pontificum ad Martinum V deductis, & in antiquis*

F

*& S. Felicis:*

A *antiquis Breviariis Romanis Mss. atque anno* 1479 *&* 1490 *excuſis. Euſebius lib.*7 *Hiſt. Eccleſ. cap.* 32, Felicem quinque annis Romanam gubernaſſe Eccleſiam *ſcribit.*

AUCTORE G. H.

*hujus doctrina de Incarnatione Verbi:*

2 *Extat breve fragmentum hujus Pontificis apud S. Cyrillum Archiepiſcopum Alexandrinum, in Apologetico pro* XII *Capitibus adverſus Orientales, anathematiſmo* VI, *his verbis:* Ex epiſtola Felicis, ſanctiſſimi Epiſcopi Romæ & Martyris, ad Maximum Epiſcopum & Clericos Alexandriæ. De Verbi autem Incarnatione & fide, credimus in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ex Virgine Mariâ natum, quod ipſe eſt ſempiternus Dei Filius & Verbum: non autem homo à Deo aſſumptus, ut alius ſit ab illo. Neque enim hominem aſſumpſit Dei filius, ut alius ab ipſo exiſtat: Sed cum perfectus Deus eſſet, factus eſt ſimul & homo perfectus; ex Virgine incarnatus. *Hæc ibi. Præfuit Maximus Eccleſiæ Alexandrinæ eo tempore, quo* SS. Dionyſius & Felix *rexerunt Eccleſiam Romanam. De eodem* S. Felice *habetur in Catalogo ſupra citato & aliis annexis auctoribus aliquod his verbis ſtatutum.* Hic conſtituit ſuper ſepulcra Martyrum Miſſas celebrari, *ſcilicet ſecundum illud Apocalypſeos capite* 6. Vidi ſubtus altare Dei animas interfectorum, propter verbum Dei & teſtimonium quod habebant *&c.* Hic fecit, *uti ibidem additur,* ordinationes duas per menſem Decembrem, Presbyteros octo, *aliis* novem, Diaconos *duos*, Epiſcopos per diverſa loca undecim, *aliis* quinque.

*epitaphium.*

Sanguine Romanus Felix, primæque Cathedræ
Seſſor, & inſignis moribus, hic tegitur:
Ut regeret ſacram felici ſidere navim,
Non timuit ſtrictas in ſua fata manus.

*reliquiæ Bononiæ.*

4 *Maſinus in Bononia perluſtrata ſcribit, aliquas ejus Reliquias aſſervari in eccleſia Parochiali Patrum Carmelitarum S. Martini majoris, & in eccleſia Parochiali S. Mariæ à Caritate Patrum tertii Ordinis S. Franciſci in platea S. Felicis, item in eccleſia S. Luciæ in monte Guardia foris portam Saragozzam. Sed has omnes unius* S. Felicis *eſſe, & quidem Papæ I, quis prudenter crediderit? Certius eſt eumdem hunc eſſe, de quo ad* XXVII *Februarii agunt Martyrologia Mss. Tornacenſe S. Martini & Latienſe ſub titulo* Epiſcopi & Martyris; *utpote cum addita expreſſe* Via Aurelia, *ubi ſepultum illum eſſe conſtat. Non æque certo affirmari poteſt quod idem etiam ſit* S. Felix Papa & Martyr, *ad* XXXI *Martii inſcriptus Martyrologiis Galeſinii, Maurolyci, Felicii, Molani, & Caniſii: quia alia omnis nota diſtinctiva abeſt. Utrumque tamen æqualiter, ut ad hunc diem referretur, utrobique inter Prætermiſſos indicavimus.*

*Idem* 27 *Febr.*

*an. & 31 Martii?*

*miſſa ſuper ſepulcra Martyrum.*

B *Ordinationes.*

E

5 *In Martyrologio Caſinenſi, charactere Longobardico, aliqui junguntur Martyres his verbis,* III Kalendas Junii Natalis S. Felicis Papæ, & Sanctorum ſeptem germanorum. *Verum potuerunt & alio loco & diversâ perſecutione* ſeptem *hi* fratres *martyrium compleviſſe, ſed hoc eodem die: uti paſſim in dicto Martyrologio diverſi Martyres indicantur, non appoſitâ palæſtrâ martyrii. Celebres ſunt* ſeptem fratres, de genere Carini Imperatoris deſcendentes, qui ſub Diocletiano Imperatore & Marciano Præſide igni traditi, martyrium ſuum cum gaudio & exultatione compleverunt, *uti legitur in Actis SS. Iuliani & Baſiliſſæ* IX *Ianuarii; & ſicut S. Iulianus in Eccleſiâ Mediolanenſi colitur* XXII *Iunii, quaſi is eſſet ejus dies natalis; ſic quia* ſeptem *hi* fratres *aliquamdiu ante S. Iulianum paſſi ſunt, potuit hic dies quaſi eorum natalis in aliquibus Eccleſiis celebratus fuiſſe. Noti etiam ſunt* ſeptem germani Martyres, filii S. Symphoroſæ, *quorum nomina in Martyrologio Romano ad diem* XVIII *Iulii exprimuntur; & alii* ſeptem fratres Martyres, filii S. Felicitatis, *quorum celebris cultus eſt* X *Iulii. Sed hæc Lectori proponuntur, ut ſi aliunde majorem lucem poſſit affundere, ad honorem* Septem germanorum *hoc die relatorum; eam nobis accendat, & gratulabimur eorum martyrium illuſtranti-bus.*

F *An jungendi 7 fratres Martyres.*

*Martyrium ſepultura, cultus Sacer:*

C 3 *diu ante* Felicem, *ſi uſque ad Majum is ſuperfuiſſet. Huic porro noſter Cornelius Hazart, in ſuo Pontificum Romanorum triumpho, tale, neſcio ubi inventum, aptat Epitaphium.*

*Martyrium ſepultura, cultus Sacer:*

3 Martyrio coronatus eſt & ſepultus in cœmeterio ſuo viâ Aureliâ milliario ſecundo; III Kalendas Junii. *Verum Anaſtaſius ſilet de dicto cœmeterio, & iſta habet:* hic fecit baſilicam in viâ Aureliâ, ubi & ſepultus eſt. *Quidni utrumque effecerit, ſcilicet* cœmeterium *& ſupra illud* baſilicam? *Ado in ſuo Martyrologio iſtâ ſcribit,* Romæ viâ Aureliâ in cœmeterio natalis S. Felicis Papæ; qui cum annis quinque rexiſſet Eccleſiam; ſub Claudio Principe; martyrio coronatus eſt. *Leguntur hæc etiam apud Notkerum, & in vetuſto Martyrologio Trevirenſi S. Maximini. Eadem, ſed abſque mentione cœmeterii; habent Vſuardus, Bellinus, Maurolycus & alii. Annos quinque jam definimus, partim ſub Claudio, partim ſub Aureliano traductos, huic autem recte ab hodierno Romano martyrium* Felicis *imputabitur, in ea quam ſtatuit Papebrochius chronologia; ſecus, ſi contra expreſſam Catalogi Veteris atteſtationem, ſediſſet Felix, non* uſque in, *ſed* uſque poſt Conſulatum Aureliani & Capitolini, *ſicut olim credidi: quia Aurelianus occiſus fuit menſe Martio, aut etiam Ianuario tertii Conſulatus, anno* CCLXXV *initi, adeoque*

# DE SS. EUSEBIO, ROMANO, MELETIO, CHARALAMPODE, CHRISTINA, ET SOCIIS.

*MARTYRIBVS NICOMEDIÆ.*

## COMMENTARIUS HISTORICUS.

De horum cultu Conſtantinopoli, deque Martyrio Nicomediæ tolerato, & forſan ad fabulam quamdam ornandam amplificato. D. P.

XXX MAII

Elogium I

*Enea Mss. Mediolanenſia Bibliotheca Ambroſiana, ſignata littera O & num.* 148, *& aliqua Taurinenſia Ducis Sabaudiæ, conſignant dictos Martyres his verbis:* Ἀθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων Εὐσεβίε, Ρωμάνε, Τελετείε, Χαραλάμπες ϗ Χριςίνης· ϗ τὸ πλῆθος τῶν Ἁγίων ἐν Νικομηδείᾳ κατηχθέντων. Ἡ σωμάτων αὐτῶν ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῆς ἁγίας Παρθενομάρτυρος Ἡραΐδος: *ad diem* XXX *Maji.* Certamen ſanctorum Martyrum Euſebii, Romani, Teletii, Charalampûs, Chriſtinæ; & multitudinis Sanctorum Nicomediæ igne combuſtorum. Horum ſolennitas celebratur in martyrio ſanctæ Virginis & Martyris Heraidis. *Aliquanto accuratius in Ms. Synaxario Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ eadem ſic exponuntur:* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ Ἀθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων Εὐσεβίε, Ρωμάνε, Μελετίε, Χαραλ-

Elogium I*

AUCTORE D. P.

Χαραλάμπους, Χειρίνης, καὶ ἕ πλήθος τῶν Ἁγίων ἐν Νικομηδείᾳ καυθέντων. Ἡ ζωάξις αὐτῶν ἐν μαρτυρείῳ τῆς ἁγίας Εὐφημίας, τῷ ὄντι πλησίον ἕ ἁγίας Μάρτυρος Λαυρεντίου ἐν τῷ Πετρίῳ, καὶ ἕ ἁγίας Μάρτυρος Ἡραΐδος: Eadem die Certamen ſanctorum Martyrum Euſebii, Romani, Meletii, Charalampûs & Chriſtinæ,& multitudinis Sanctorum Nicomediæ igne combuſtorum. Horum ſolennitas celebratur in martyrio ſanctæ Martyris Euphemiæ, quod eſt prope eccleſiam S.Laurentii in Petrio,& Sanctæ Martyris Hieraidis.

*Cultus in oratorio SS. Euphemiæ & Heraidis,*

2 *Quatuor Conſtantinopoli fuiſſe Eccleſias S. Euphemiæ dicatas, docet Codinus de Originibus Conſtantinopolitanus,& videri poteſt hic intelligi vel ea, cujus meminit pagina* 60 *ſub finem his verbis*, Monaſterium S.Euphemiæ & ſepulcra quæ ſunt in Petrio, Baſilius Macedo condidit, & filias ſuas ibidem attondit: *vel altera, quam idem Codinus pagina* 47 *appellat* S.Euphemiam cognomine Petréam, quam Anaſtaſius Dicorus & uxor ejus Ariadna ædificarunt. *Quenam horum ſit prope Eccleſiam S. Laurentii, non poſſumus ex Codino intelligere: ſed neque diligentiſſimus Cangius in ſua Conſtantinopoli Chriſtiana, ullam* S.Laurentii in Petrio *eccleſiam novit. Omnibus interim expenſis, exiſtimo juxta hujuſmodi eccleſiam in Petrio extitiſſe aliquod oratorium ſeu ſacellum, præter Eccleſias S. Euphemiæ jam indicatas, commune duabus Sanctis Virginibus & Martyribus,* Euphemię *ſcilicet &* Heraidi *ſeu* Hieraidi, *quæ* XXIII *Septembris colitur à Græcis, in Romano vero Martyrologio pridie ſub nomine* Iraidis. *Quod autem hujus Reliquiæ fuerint illuc ex Ægypto allatæ credíderim potius, quam diverſam ab ea hic notari, cujus memoria hoc die fieri jubeatur. Tunc autem locus ille in Claromontano ſic commodius legeretur:* Horum ſolennitas, *puta propter Reliquias eodem illatas ex Nicomedia,* celebratur in martyrio S.Martyris Euphemiæ & ſanctæ Virginis ac Martyris Hieraidis,quod eſt prope eccleſiam S. Laurentii in Petrio.

*SS. Romanus & Meletius 30 Maji,*

3 *In Mss. Menæis Divionenſibus,omiſſis* Chriſtina & Sociis: *quatuor alii Martyres in duas claſſes dividuntur. Harum prima refertur ad hunc,* XXX *Maji his verbis:* Οἱ ἅγιοι Μάρτυρες Ῥωμανὸς καὶ Μελέτιος ξίφει τελειοῦνται. Sancti Martyres Romanus & Meletius gladio martyrium conſummant. *Et hi adduntur verſus, alludentes ad ſignificationem vocis* Ῥώμη, *quæ proprium quidem Vrbis nomen eſt, aliàs autem* Robur *&* Vires *notat.*

C Ῥώμῃ Ῥωμανὸς ζυμπνέων Μελετίῳ
Ἦκει μετ' αὐτοῦ ζωτελεσθῆναι ξίφει.
Robur Romanus Meletio aſpirans,
Socius eidem gladio feriendus venit.

*Alios duos ad ſequentem diem* XXXI *Maji ſic celebrant eadem Menæa.* Οἱ ἅγιοι Εὐσέβιος καὶ Χαραλάμπης πυρὶ τελειοῦνται. Sancti Euſebius & Charalampus igne vitam finiunt: *deinde iiſdem ſic accinitur.*

Ὅλοι πυρὶ φλεχθέντες ἀθληταὶ δύο,
Ἱλιγγιῶσιν ὡς ἄρνοι πρὸς πῦρ φλέγον.
Velut agni ad ignem circumvoluti ardentem,
Torrentur igne penitus athletæ duo.

D *& 31 Maji SS. Euſebius & Charalampus.*

*Martyrologium Arabo-Ægyptium, quod Romæ in noſtro Maronitico Collegio Ms. ſervatur,* Certamen S.Euſebii & ſociorum, *hoc etiam die celebrat: nec dubitamus, quin illud huc ſpectet.*

*Chriſtiani Nicomediæ combuſti,*

4 De multitudine igne crematorum Nicomediæ *quid dicam? Iam pridem eſt quod Acta Sanctorum Inda & Domnes, viſa mihi ſunt ſimilia Actis SS. Alphei, Cyrini,& Philadelphi; id eſt, concatenata ſeries martyriorum, licentia poëtica potius quam fide hiſtorica in unam narrationem contractorum; quorum fortaſsis ſingula habeant aliquod in veritate fundamentum, ſimul autem coordinata omnia mera ſint fabula. Hanc noſtram ſuſpicionem cœpimus in Ephemeride Græcorum Metrica ad* XXVI *Decembris palam facere, dicendo parum veroſimile videri debere, quod perſecutionum tempore habuerint Chriſtiani eccleſiam Nicomediæ tam amplam, ut hominum* millia quatuordecim *caperet, quot dicuntur ad Domini Natalem celebrandum convenìſſe, & pariter cum eadem eſſe combuſti. Adde quòd à tanta adis deflagratione incendium toti urbi timeri debuiſſet: hoc autem quis credat à Diocletiano, Principe prudenti ac politico ſi quis alius, fuiſſe imperatum? Itaque fundamentum fictionis tam abſimilis vero habemus fortaſsis in multitudine combuſtorum hic indicata, qui in ſuburbano aliquo tugurio* B *Dominicum diem agere ſimul deprehenſi, ſed numero longe moderatiori, injectis in ipſum flammis nulli vicinia formidandis perierint: ibique tumulati, poſt redditam Eccleſiæ pacem Nicomediam ſint allati; unde aliquid poſtea nacta Conſtantinopolis ſit. Iſtorum autem* occaſionem *præcipui fuerint, qui nominantur in titulo; ſed* Melitius & Romanus *elapſi flammis, cum manerent in fidei profeßione conſtantes, gladio martyrium ipſo loco conſummarint, corporibus nihilominus in communem aliorum rogum rejectis. Si extarent, quæ extitiſſe videntur, Acta, certius aliquid poſſemus definire: interim vix dubito quin illi hoc die ſint paßi, non autem in nocte Natalem Domini ſubſequente, licet Actorum jam notatorum auctor hanc quoque circumſtantiam voluit addere aliis à ſe excogitatis. Cauſa autem hoc ita firmiter opinandi eſt, quod Hieronymiani Martyrologii apographa tria, Lucenſe, Corbeienſe,& Blumianum his verbis concludantur;* In Nicomedia natalis multorum ſanctorum: *quæ eadem leguntur in Appendice Adonis apud Moſandrum & Roſweidum: pro quibus verbis Notkerus habet;* In Nicomedia multorum Martyrum. *A tribus autem prædictis apographis non diſcedit vetuſtiſſimum Epternacenſe, niſi quod pro* Nicomedia *nominet* Numidiam; *quo tamen parum movemur, ſcientes ecgraphum iſtud, ceteris antiquius licet, ipſis tamen vitioſius eſſe, nec melius corrigi ejus vitia poſſe quam inſtituta cum aliis collatione.* E

# DE SANCTO EVPLIO

## MARTYRE APVD GRÆCOS.

D. P.

### Ex Synaxario Ms. Divionenſi.



*Synaxarium Ms. quod Divione in noſtro Collegio invenimus apud P. Petrum Franciſcum Chiffletium, indicat nobis hunc Martyrem iſtis verbis.* Ὁ ἅγιος Μάρτυς Εὔπλιος, βύρσῃ βοὸς ἐλιχθεὶς καὶ ἐν ἡλίῳ πεθεὶς, πλειῶνι. Sanctus Martyr Euplius, corio bovis involutus, & ſoli expoſitus, martyrio coronatur. *Hi deinde adduntur verſus:*

Φλέγουσιν βυρσέλιχθον Εὔπλιον ἡλίῳ.
Οἱ φῶς νοητοῦ μὴ βλέποντες ἡλίου.
Corio involutum ſole adurunt Euplium,
Qui ſpiritalis non vident ſolis lumen.

DE

# DE SS. CANTIANO, EVTYCHIO, ET EVTHYMIO,

*MARTYRIBVS AQVILEIÆ IN ITALIA.*

Ex Martyrologio S.Hieronymi. G. H.

XXX MAII VRbs olim ampliſſima, Aquileia, *plurimos habuit athletas, qui fidem Chriſtianam ſanguine ſuo firmarunt, & inter eos coluntur ſequenti die Sancti fratres* Cantius, Cantianus,& Cantianilla, *cum SS.Proto & Chryſogono, ibidem coronati ac relati in antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis: quorum vetuſtiſſimum exemplum, à mille ferè annis exaratum, quo ab initio operis uſi ſumus, hunc quoque diem ab aliis ejuſdem urbis Martyribus ſic auſpicatur:* III Kalendas Junii. In Aquileia natalis Cantiani, Eutici, & Eutimi. B *Martyrologia Mss. Romanum Cardinalis Barberini & Tornacenſe monaſterii S.Martini nominant* S.Euthymium,*ſed adjunctum Martyribus Antiochenis. Idem fit in Mss.Richenovienſi & Rhinovienſi, ſed* Eutimita *aut* Eutimia *ſcribitur. At Ms.Aquiſgranenſe, omni omiſſâ palæſtrâ,* natalem S.Eutimii *celebrat.*

*Controverti vero poteſt num* S.Cantianus *hic relatus ſit cenſendus idem, qui cum duobus fratribus poſtridie colitur, maximè quod cum* Cantio,Proto & Chryſogono *etiam hoc die memoretur in Mss. Atrebatenſi & Tornacenſi. Verum quia huic* Cantiano *alii ſocii in martyrio adjunguntur,poteſt alius fuiſſe: potiſſimum quia Venantius Fortunatus lib.* 4 *Vitæ S.Martini videtur indicare,quod ſuo tempore plures* Cantiani *Aquileiæ celebres fuerint, dum iſtos verſus interponit:*

Aut Aquileienſem ſi fortè acceſſeris urbem,
Cantianos Domini nimium venereris amicos. E

*Gloriantur urbes Mediolanum & Aquileia ſe poßidere ſacra* Cantiani *& ſociorum pignora: quid ſi* Cantianus *alter cum Sociis Mediolanum fuerit tranſlatus, & alter* Cantianus *Aquileiæ permanſerit, ſic omnis illa controverſia facillimo modo ſopiretur. Plura reperiet lector ſequenti die: hic ſolum addo, illam duplicis* Cantiani *diſtinctionem, ex Fortunati verſibus non eſſe tam certam, quam alicui prima fronte videri poßit; cum ille* Cantianos *communi nomine vocare potuerit tres ipſos fratres, de quibus ſupra.*

# DE SICO SIVE ISICHIO ET PALATINO,

*MARTYRIBVS ANTIOCHENIS.*

Ex Martyrologio S.Hieronymi. G. H.

XXX MAII *Orbeienſe Martyrologii Hieronymiani apographum Pariſiis excuſum ita hunc diem auſpicatur:* III Kalendas Junii. In Antiochia natalis Sanctorum Sici, Palatini. *Addunt apographa Blumianum & Lucenſe,*qui multa tormenta paſſi ſunt. *Rabanus*

C *hos ita celebrat.* In Antiochia ſanctorum Martyrum Sicii & Palatini, qui multa tormenta propter nomen Chriſti paſſi ſunt. *Notkerus cum aliqua varietate eos ita indicat:* In Antiochiâ SS.Iſychii & Palatini, qui,ut S.Hieronymus ſcribit, multa tormenta propter nomen Chriſti ſunt paſſi. *Vbi arbitramur præfatum S.Hieronymi Martyrologium notari. Vacat hoc die genuinum Bedæ Martyrologium, & ſincera magis Vſuardi exemplaria de his Sanctis non agunt: ſed ſolum ea quæ ſub nomine Vſuardi à poſteris aucta variis locis habentur. Citatis interim à Baronio in Notationibus Beda & Vſuardo, iſta in hodierno Martyrologio Romano traduntur:* Antiochiæ SS.Syci & Palatini, qui pro Chriſti nomine multa tormenta paſſi ſunt. *Variat nonnihil in nominibus Petrus de Natalibus lib.* 11 *num.*160, *dum* Sycum & Platinum *eoſdem nominat: magis etiam Maurolycus, penes quem* Heſichius & Phalerinus *indigitantur.Loco* Sici *legitur in Ms.Reginæ Suevia* Sitii, *in Ms.Leodienſi S.Lamberti* Iſitii, *in Ms.Florario* Yſichii, *in Ms. Richenovienſi* Eſiciæ, *in Ms.Rhinovienſi* Eſitiæ, *apud Bellinum* Fici, *in Martyrologio Coloniæ an.* 1490 *excuſo* Sichii. *Hoc omiſſo,* Antiochiæ Palatinus *tribuitur in Mss.Caſinenſi, Altempſiano, & Vaticano S.Petri: atque in hoc additur,* qui multa tormenta paſſus eſt. *Demum in vetuſtiſſimo apographo Epternacenſi iſta habentur:* Antiochiæ Scipalitini,*pro* Sici Palatini. F

DE

# DE SANCTO VENANTIO

## *METHONÆ MORTVO, ET LERINI HONORATO.*

## COMMENTARIUS PRÆVIUS.

### De ejus tranſlatione, cultu, & Actis.

G. H.

CIRCA AN. CCCLXXIV. *S. Venantius frater S. Honorati Ep. Arelat.*

*Vo Conſulari familia prognati fratres ſanctitate elluxerunt. Vnus eorum eſt* S. Honoratus, *monaſterii in inſula Lerinenſi, nunc ab eo S. Honorati dicta, fundator, ac poſtmodum Arelatenſis Epiſcopus: cujus Vitam à S. Hilario, ejus in inſtitutione monaſtica ſubdito, & in Epiſcopali dignitate ſucceſſore, ſcriptam, illuſtravimus ad diem* XVI *Ianuarii. Alter frater eſt* S. Venantius, *ætate ſenior, ſed in juventute ſua, procul à patria mortuus. Mortis locus urbs* Methone *aſſignatur,* Modon

B *jam dicta, & celeberrimum etiamnum emporium Peloponneſi, in ora Auſtrali Meſſeniæ, quæ proxima eſt Achaiæ propriæ, cui latius ſumpta attribuitur infra in Actis, ſed perperam in Aſia collocatur. Floruit ſeculo Chriſti nono hujus urbis Methones Epiſcopus S. Athanaſius, cujus Vitam illuſtravimus ad diem* XXXI *Ianuarii. At veneratio S.* Venantii *perdurat in monaſterio Lerinenſi, poſt hujus obitum à S. Honorato ejus fratre condito. Vincentius Barralis, in Chronologia Sanctorum inſulæ Lerinenſis pag.* 189 *iſta diſputando colligit*: Sanctiſſimi ac Deo acceptiſſimi Confeſſoris, juvenis Venantii, ſacrata buſta in monaſterio inſulæ Lerinenſis, infra turrim & in capella ſanctæ Crucis, priſca religio docet aſſervari, ut ex lapidis inciſione præ foribus exiſtentis ejuſdem baſilicæ colligitur, ubi hæc leguntur. Hæc eſt capella ſanctæ Crucis, quæ appellatur Sancta Sanctorum, propter reconditas ibi reliquias Sanctorum, videlicet Honorati, Capraſii, Venantii, &c. Quomodo autem, quo tempore, à quibuſve perſonis veneranda ejus oſſa fuerint in præfatam ſacram inſulam deportata, certo aliquo antiquo monumento aut ſcripto non docemur: non inconveniens tamen arbitramur, à beatiſſimo Patre noſtro Honorato, ejus unico germano, tum à moderatore ejuſdem ſancto ſene Capraſio, cum aliis Reliquiis (ut traditur in primi libri capitulo decimo ſeptimo Vitæ S. Honorati,

C illius, inquam, quæ circumfertur tribus libris) etiam beatas exuvias S. Venantii à Methona Achaiæ Lerinam noſtram delatas eſſe, cum primum inibi ſignifer Honoratus caſtra Dei, monaſterium ſcilicet, locaret, à nato Domino jam quarti fine labente ſeculi, anno CCCLXXV, ut notatur in quodam membrano codice perantiquo Lerinenſi Ms. Tantæ enim fraternitatis excellenti humanitati, & inviolabilis fidei perpetuique vinculi compagini valde alienum videbatur, ſi frater unicum germanum, magiſter tam carum diſcipulum, quorum erat mens ſicut & fides una in Chriſto, in fines tam longa intercapedine ſegregatos linqueret. Imo magis conſonum, ut quos una in lucem protulerat mater, una regeneraverat unda baptiſmatis, unaque inter hujus vitæ peregrinationis curſum inſeparabilis circumduxerat fides, eadem ad unum ambos germanos reduceret monaſterium, ut quos Deus conjunxerat homo non ſepararet.

*Methonæ in Peloponneſo defunctus,*

*tranſlatus Lerinum:*

*in Capella ſanctæ Crucis depoſitus,*

*an à fratre S. Honorato?*

*Cultus Sanctor.*

2 Porro in vetuſto Ms. Pſalterio ſacri monaſterii Lerinenſis, à Reverendo Patre, Domino Ioanne de Nicæa, monacho ejuſdem cœnobii & Priore S. Stephani de Bargiamono & deinceps Camerario Lerinenſi exarato, abhinc ducentos quadraginta quinque annos, nempe currente Redemptionis noſtræ milleſimo trecenteſimo ſexageſimo quarto, habetur Hymnus, in Natali SS. Capraſii & Venantii, ad Veſperas & Laudes tunc decantari ſolitus: cujus ſerie non obſcure proditur, corpora SS. Venantii & Capraſii in Lerinenſi inſula haberi, cum dicitur, Hi ſunt quos inclita hæc tenet inſula: quem hymnum in antiquitatis gratiam hîc ſubnectimus.

*cum proprio Hymno*

Sanctorum merita pangamus, ſocii,
Capraſii, Venantii: quorum veſtigia
Sequamur, humili corde & opere,
Laudantes dignè Dominum.
Primus Paſtor fuit, docens diſcipulum
De ſtirpe regia natum: ſed gratia,
Qua fiunt omnia, fonte baptiſmatis
Renatum plenè reddidit.
Hi ſunt quos inclita hæc tenet inſula,
Quos multi Martyres, ſed plus Confeſſores,
Ac plures Præſules ſæpe ſecuti ſunt
Ad regna vitæ cæleſtia.
Athleta juvenis, offer obſequia
Pro tuis famulis, per tua merita
Duc nos ad bravia, quibus inhabitas,
Per tuas ſanctas ſemitas.
Te trina Deitas unaque poſcimus,
Ut tu nos viſites horum precatibus,
Nos quoque colloces tuis agminibus,
Finitis vitæ curſibus. Amen.

E

Decantantur inſuper ejus inſignes virtutes à S. Hilario Arelatenſi Epiſcopo in illo ſermone, quem habuit ad populum & Clerum Arelatenſem in funere S. Honorati ſui prædeceſſoris, quem habes ſupra ſexto decimo Januarii. Supponitur & huic hymno Oratio ad S. Venantium, ex Breviario Ms. ſacri monaſterii Lerinenſis, quæ talis eſt. Deus ſub cujus nutibus vitæ noſtræ momenta decurrunt, & cui nulla inſtantia, præterita, præſentia & futura, non pereunt, ſed præſentialiter aſſiſtunt; præſta nobis ſupplicibus tuis, ut qui B. Venantium Confeſſorem tuum ad tuorum Sanctorum & Electorum elegiſti conſortium, ipſo intercedente [eum ſequamur]: eſto nobis hujus vitæ caducæ firmum præſidium, & futuræ gloriæ perpetuum fulcimentum. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum &c. Amen.

F

*& Oratione*

3 *Hactenus Vincentius Barralis, qui par. 2 pag.* 185 *aſſerit ſacrum* S. Venantii *corpus Lerini aſſervari; aſſignatque cultui Eccleſiaſtico diem hunc* XXX *Maji, & annum mortis* CCCLXXIV. *Philippus Ferrarius in Notis Catalogi generalis aſſerit*, hac item die S. Venantium fratrem S. Honorati memorari in aliquot Kalendariis Germaniæ, ac apud Piſtorium legi in Chronico. *Sauſſajus in Martyrologio Gallicano hoc eum encomio laudat*: Eodem die S. Venantii, Monachi Lerinenſis, fratris S. Honorati, aſceterii illius famoſi fundatoris ac Arelatenſis Archiepiſcopi: cujus egregius imitator ac ſtrenuus adjutor ſacri propoſiti, cum Chriſti amore Græciam patriam, opeſque deſeruiſſet, in Methona Achaiæ, morte præmatura conſummatus, ſub S. Capraſii, quem ducem piæ inſtitutionis ſequebatur, & ipſius Honorati fratris amanſ-

*die 30 Maji.*

*Hallucinationes Sauſſaji,*

A amantiſſimi præſidio & conſpectu, ſupernam migravit ad requiem: cui Angeli cum melodia occurrerunt. Reliquiæ ejus poſtea Lerinum allatæ, in Sanctæ Crucis ſacello reconditæ ſunt, congruâ honorificatione. *Hac Sauſſajus, verum fallitur dum* Monachum Lerinenſem *fuiſſe aſſerit, cum ante mortuus tradatur, quam illud monaſterium extrueretur. Nuſquam etiam legitur* Græciam fuiſſe patriam SS. Honorati & Venantii, *quos in* Gallia *exortos arbitramur.*

4 *Vincentius Barralis edidit aliquam Vitam, in Mss. Lerinenſibus repertam, ex diverſis monumentis; ſed potiſſimum ex vita S. Honorati fratris, cujus caput ſecundum continet peregrinationes* SS. Honorati & Venantii *fratrũ, & hujus obitũm: ſed hæc ad* XVI *Ianuarii legi poſſunt. Nonnulla etiam in Vita S. Capraſii ad Kalendas Iunii danda explicantur. Sed ſufficit hic Vitam* S. Venantii *indicatam proponi.*

*Vita ex Mss.*

# VITA

## *Ex Mss. Lerinenſibus à Vincentio Barrali eruta.*

B

CUm mira Sanctorum opera recitantur, illius quoque gloria prædicatur, per cujus fidem atque potentiam ipſi, ut ait Apoſtolus, vicerunt regna, operati ſunt juſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones. Natura quippe humana, cujus ſenſus & cogitatio prona ſunt ad malum ab adoleſcentia, per ſemetipſam labitur ad vitia, ſed ad ſalutaria virtutum merita nullatenus aſſurgit, niſi potentis manus Dei fuerit auxilio ſublevata. Unde Apoſtolus, Non, inquit, volentis & currentis, ſed miſerentis eſt Domini. Ad laudem igitur & gloriam divinæ bonitatis, aliqua de ejus operibus, quæ per beatum Confeſſorem ſuum Venantium dignata eſt operari, prout in diverſis deſcripta voluminibus reperimus, huic inſerere lectioni decrevimus; ut in natali ejus feſto, quod hodie excolitur, habeat ſancta devotio veſtra, unde ad virtutum exempla provocetur.

Heb. 6, 33

Rom. 9, 16

*Acta hæc ex variis collecta, in feſto leguntur.*

2 Glorioſus itaque Chriſti Confeſſor Venantius, illuſtri proſapia ortus, ſicut clarus genere, clarus apparuit & morum honeſtate. Ipſam namque ſummæ nobilitatis originem probis nobilitavit moribus, ſanctis operibus adornavit. Fuit enim germanus frater illius eximii Confeſſoris Chriſti Honorati, qui primus monaſterii Lerinenſis Fundator & Pater, poſtea Arelatenſis Epiſcopus extitit. Nam cum idem probatus Chriſti athleta, vita & nomine Honoratus, in annis adhuc puerilibus conſtitutus, divinâ vocatione ad Catholicæ fidei notitiam fuiſſet adductus; ejus carnalis pater obviantia cœpit parare molimina, blanditiiſque mollibus ad oblectamenta ſeculi hujus pueritiam illicere nititur innocentem. Et quia per ſe hoc explere non poterat, hunc adoleſcentem fratrem, qui tunc Germanus nomine nominatus, ludicris geſtis aptus erat, adjunxit. Jungitur ergo illi frater adoleſcentior, melius ſeniore deditus ad tranſibilia geſtaque puerilia, qui ſanctum puerum Honoratum de ſuſcepto virtutis culmine aliquantum quiret flectere; ſed omnipotente Deo hujus iniqua diſſipante conſilia, longe aliter quam ſperabatur res evenit. Nam cum ad mundi hujus illecebras frater fratrem allicere conaretur; divinâ illico circumfulgente claritate, hic qui ad ſubvertendum venerat, mutatione dexteræ Excelſi ſubito apparuit converſus: qui acceptâ converſionis gratiâ, miniſtrante ſancto ſene Capraſio, ad ſacramentum Baptiſmi ſuſcipiendum ſe proripuit. Qui Venantius appellatus, in tantam virtutum eminentiam excrevit, ut S. Honorati, ejus germani fratris adjutor exiſteret; & eum non minus virtute quam conſortio comitaretur; & toto quo poſtea vixit tempore, comes ejus individuus fieret.

C

*Volens pervertere à pietate S. Honoratum fratrem,*

*Ipſe ad ſanctam vitam adducitur:*

AUCTORE G. H.

3 Erant autem inter illos certamina grata propoſita; cujus ſcilicet mens ad pietatem mollior, cujus eſſet cibus durior, cujus veſtis aſperior, cujus ſermo blandior; quis eorum loqueretur ratius, quis crebrius oraret; quem minus detineret lectus, quem magis lectio occuparet; quem minus moveret injuria, quis facilius miſericordiâ moveretur. Fuit itaque pius Chriſti Confeſſor Venantius elegantis formæ decorus: fuit & venuſtus aſpectu, ſermone blandus, miſericordia lenis, morum honeſtate compoſitus, ætate juvenis, ſed mente canus. Et quanto magis ſublimitate virtutum creſcebat, tanto humilitate ac compunctione deſcendebat. Cibo & ſomno parciſſimus, aſperrimo cilicio pro ſtratu, & duro lapide pro cervicali utebatur. Erat etiam tantæ benignitatis dulcedine perfuſus, ut hominibus carus, omnibus redderetur amabilis. Renitebat in juvene morum gravitas, ſenilis maturitas: rara erat ei feminarum viſitatio, etiam propinquarum. Angelica ab eo vita in terris ducebatur in multa patientia, in vigiliis, in jejuniis, in caſtitate, in ſanctimonia, in longanimitate, in Spiritu ſancto, in caritate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei: & inter tot virtutes, quod ſatis eſt difficile, totius vanitatis fuga.

*Certans cum fratre ſtudio virtutum:*

*& in his excellens,*

E

4 Interea quia præcipuus Chriſti famulus Venantius, inter cognatos & notos, ad paupertatem & ignobilitatem, ut optabat, devenire non poterat, ad longinquas & exteras nationes tranſire diſpoſuit. Pavebat ipſe quoque gloriam ſuam: & odorem ſuæ ſanctæ converſationis, jam longe lateque diffuſum, licet ad Dei laudem referret, ſibi tamen vanitatis periculum inferre metuebat. Inito itaque conſilio, relicto regalium veſtium ſplendore, omnibuſque ſecularis pompæ ſpretis inſigniis, B. Venantius una cum ſanctiſſimo Honorato ejus fratre, ad mare properat, navem aſcendit, patriam propriam fugit, propinquos pro Chriſto deſerit ac parentes; ſub ſancti ſenioris Capraſii, perfectæ conſummatæque gravitatis viri, magiſterio vitam ſuam inſtituere, moreſque componere, ſubtiliter eligit. Longum eſt percurrere, quem ab illis profectum unuſquiſque locus ab eis expetitus traxit, quam ſalubrem Eccleſiis doctrinam invexerint, quot magiſtris & Pontificibus fuerint in ſilentio magiſtri. Venantius vero juvenis & delicatus, contra ſuæ teneritudinem naturæ, maris rheuma caloremque ac ſterilitatem Achaici littoris apprehenſi, incredibili patientia ac virtute tolerabat. Pro non exiguo reor computandum miraculo, juvenem tam delicate tamque molliter educatum, contra tantas aquarum & auratum varietates, tantâ valuiſſe animi conſtantiâ decertare. Quod quam grave, quam intolerabile illi teneritudini fuerit, ipſius B. Venantii incurabilis ægritudo patefecit. Nam ex tunc eo brevi quo vixit tempore, debilis quidem corpore extitit, ſed fortis & robuſtus animi devotione.

*patriam relinquit:*

*S. Caprajium directorem adſciſcit:*

F

*in morbum incidit:*

5 Sed quia B. Venantii merita enarrare per ſingula difficile cernimus, ad felicem ejus tranſitum noſtræ mentis oculos & ſtylum dirigamus. Venantius itaque, igne fervens divini amoris, ſuum tenerum corpuſculum vigiliis multis ac variis abſtinentiis indeſinenter macerabat: divinæ etiam contem-

*moritur Methonæ in Peloponneſo*

AUCTORE G. II. plationi deditus, contemptis tranſitoriis ſola cæleſtia cogitabat. Cumque miſericors Deus ſui fidelis famuli laboribus finem imponere, eique pro legitimo certamine repoſitam coronam juſtitiæ reddere decreviſſet; ipſo permittente invaſit eum ſolito acerbior corporis valetudo. Invaleſcente itaque languore ad extrema perductus eſt: vultus tamen ejus angelicus, manſuetudine & hilaritate jucundus, nuſquam apparuit mutatus. Aſſiſtentibus ibidem Sanctis Dei Capraſio & Honorato, una cum non exiguo ſanctorum virorum cœtu, anima illa generoſa, ſancta & incontaminata carnis eſt vinculis abſoluta, in Methona Achaiæ provinciæ Aſiæ. Cujus exceſſui occurrit Dominus Jeſus Chriſtus cum multitudine Angelorum, eique dicit: Euge Venanti, ſerve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. Et ſic cum illis concinentibus Angelorum choris ipſa ſancta anima cælorum culmina penetravit. Beati namque viri opinionis fama in tantum excreverat, ut Hebræi, Græci, pariterque Latini ejus glorie congaudentes, pro ejus excellentibus meritis exultarent. Judæi quoque, qui Chriſtum reſpuunt, fidelem Chriſti ſervum admirabantur: ejuſque vitam laudibus attollentes, dignis præconiis commendabant. D

*occurrente Chriſto cum Angelis.*

6 Illius ergo ſuffragio, Fratres cariſſimi, toto cordis anniſu, ejus nos precibus commendemus, qui ſancti Patris noſtri Honorati frater fuit carne, ſed religione germanior: ejus vitam atque mores ſequi ſtudeamus, ut intercedentibus ejus meritis, in æternum cum illo vivere valeamus, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen. *ejus ſuffragium poſcitur.*

*DE SANCTIS CONIVGIBVS*

# BASILIO ET EMMELIA

## PARENTIBUS SS. BASILII MAGNI ET GREGORII NYSSENI,

B

*NEOCÆSAREÆ IN CAPPADOCIA.* E

## COMMENTARIUS HISTORICUS.

D. P.

## CAPUT I.

### Laus utrique communis à majorum virtute, propriis dotibus, & liberorum ſancta educatione.

SEC. IV. *Plures Romano hoc ævo inſcripti ex hac familia:*

ANnalium Eccleſiaſticorum parenti Cæſari Baronio multum debent, cum alii plures Sancti Patres, tum ſpecialiter Baſilius Magnus atque Gregorius Nyſſenus, quod eorum paternam aviam, Macrinam; parentes, Euſebium atque Emmeliam; fratrem quoque minimum natu, Petrum Sebaſtenum Epiſcopum, nullis eatenus Sanctorum Faſtis apud Græcos Latinoſve inſcriptos, Romani Martyrologii hodierni tabulis inſerendos curarit, cum merito (ut ex filiorum & S. Gregorii Nazianzeni ſcriptis patet) ſanctitatis elogio. De Petro atque Macrina ad dies IX & XIV Ianuarii egerunt Magiſtri deceſſoreſque mei Bollandus atque Henſchenius: ego hic de Baſilio & Emmelia acturus, primum ex Magni Baſilii laudibus apud Nazianzenum, in memoriam revoco quæ is habet de atrociſſima Maximini perſecutione, in qua athletarum noſtrorum alii ad mortem uſque dimicarunt, alii pene uſque ad mortem; ideo videlicet relicti, ut victoriæ ſuæ ſuperſtites, aliis ad virtutis exemplum relinquerentur. Horum *enim* numerum auxerunt, *οἱ πρὸς πατρὸς αὐτοῦ πατέρες*. Baſilii ex parte patris majores: qui licet ita animo eſſent comparati, ut facile perpeſſuri eſſent ea omnia, ob quæ corona donatur martyrii, ultra tamen non proruerunt in ſtadium; ſed divinæ ſe committentes providentiæ, ad quamdam Ponticorum montium ſilvam, cum paucis tam fugæ comitibus quam cibi miniſtris confugerunt, ubi ad ſeptimum annum eoque amplius protractum eis exilium fuiſſe narrant, vivendi autem rationem corporibus generoſis anguſtam & inſolentem, *niſi quod fera & volucres ultro ſe iis offerrent mactandas ad eſcam, inſigni miraculo, quod ibidem fuſius Nazianzenus proſequitur, ut continuatum toto illo ſeptennio.*

C

*quæ jam olim exilium paſſa ab an. 235 ad 242.*

2 *Id ſemel relatum in Macrinæ aviæ Baſilii laudem, hic non attingerem, niſi voluiſſet Henſchenius noſter retractatam correctionem, quæ loco iſti ex Baronii mente additur, quaſi non* Maximinus *ibi eſſet intelligendus, is qui anno* CCXXXV *ſæviſſimam Chriſtianis perſecutionem movit; ſed annis ſexaginta junior* Galerius Maximianus. *Nam ſi iſta de ipſa S. Macrina ejuſque marito Baſilii avis eſſent intelligenda, uti intellexit Baronius, non conveniret ætas S. Gregorii Thaumaturgi, cujus diſcipulâ fuiſſe aviam ſuam Baſilius ſæpius conteſtatur: ſin autem de* paternis *Baſilii* proavis, *ut vertit Billius, dictum id putetur, aptior multo Chronologiæ ratio inſtituetur. Ponamus enim ejuſmodi parentibus natum Baſilii avum paternum, ejuſdem cum ipſis exilii, fortaſſis in puerili ætate, conſortem; Macrinam vero in pace profunda eccleſiæ ſub Philippis Imperatoribus Chriſtianis natam eſſe, circa annum* CCL; *uſa hac ante matrimonium fuerit magiſterio Gregorii Thaumaturgi, cujus vita extenditur ultra Synodum Antiochenam habitam anno* CCLXV; *nupta autem circa annum* CCLXX, *potuit poſt octo vel decem annos peperiſſe* Baſilium *ſeniorem: & hic, confirmatæ jam vir ætatis, ducta uxore* Emmelia, *ſub annum* CCCXVI *genuerit ex ea primum* S. Macrinam *juniorem, deinde* S. Baſilium Magnum, *ac reliquos deinde ex ordine liberos, quorum decimus atque ultimus* Petrus, ſimul natus & orbus fuit: quo enim tempore ipſe in lucem edebatur, pater è vivis exceſſit, *puta circa annum* CCCXXX. Mater *vero (ut in laude ſororis Macrinæ ſcripſit fratrum unus Gregorius Nyſſenus) εἰς γῆρας λυπαρὸν προελθοῦσα*, in gravem provecta ſenectam, migravit ad Deum, *anno circiter* CCCLXXII, *adeoque ſi ponatur annos nata* XI *in viri manus veniſſe, numerabat ætatis ſuæ in hac noſtra chronologia circiter ſeptuageſimum quartum annum; quæ aliis, ſtatuentibus natum Baſilium poſt Nicænum Concilium, vix faiſſet ſexagenaria major. Sed prius quam in annum mortis quæramus, ejus ac mariti laudes, ex filiorum atque amici familiaris Gregorii Nazianzeni ſcriptis, eliciamus.*

*Macrina ſeniori maritum dedit circa an. 270*

F

*Emmeliæ vero circa an. 315*

*mortuæ ſub an. 372.*

3 *Primus de matre ſua, qualis ante matrimonium fuerit, dicat nobis filius ejus Gregorius*: Ea *inquit* virtute erat

A erat ut consilio Dei sese in omnibus regeret, puramque & integram vivendi rationem imprimis diligeret, adeo ut non sponte sed invita quodammodo nupserit. Etenim cum utroque parente orbata in ipso esset ætatis flore, famaque pulchritudinis multos, ut eam sibi uxorem cuperent, incitaret; & periculum esset, nisi volens in matrimonio cuipiam collocaretur, ne per vim & adversi aliquid contingeret (nam ejus forma capti ad rapinam spectabant) ut saluti consuleret, vitæ gravitate spectatum consummatumque virum sibi elegit. *Hunc ergo, circiter tricenario majorem; ipsam, recte ponimus annos saltem quindecim natam, cum convenerunt; de utroque autem jam conjuncto Nazianzenus, in oratione de laudibus Basilii, sic scribit:* Quamquam conjugii illius, quod non minus virtutis quam corporum erat, multa quoque alia insignia sint; nimirum pauperum alendorum atque hospitum excipiendorum studium; animæ purgatio per continentiam, bonorum portio Deo consecrata (quæ res nondum tunc multis studio erat, ut nunc ex primis exemplis adaucta & culta est) aliaque omnia, quæ inter Pontum & Cappadociam divisa multorum auribus implendis sufficerent; mihi tamen maximum & clarissimum esse videtur felicitas in liberis.

*Conjugium hoc æque sanctum*

*ac fœlix fuit,*

B 4 Nam qui simul & multos, & probos atque honestos filios habuerint, in fabulis fortasse reperias, hos autem res ipsa nobis exhibuit; ut qui tales quidem ipsi fuerint, ut, etiamsi talium liberorum parentes haudquaquam extitissent, sibi ipsis tamen ad nominis claritatem sufficere potuissent; rursus autem ejusmodi filios in lucem extulerint, ut, etiamsi ipsi non tanta virtute fuissent, omnes tamen sobolis felicitate superaturi erant. Nam cum unus aut duo cum laude vivunt, id tale est, ut naturæ adscribi queat; at undique perfecta & ad summum provecta omnium virtus, iis plane, à quibus editi & educati sunt, assignari debet. Quod quidem liquido demonstrat ille felicitatis nomine prædicandus Sacerdotum ac Virginum numerus; eorumque qui in matrimonio eam vim sibi adhibuerunt, ut matrimonium nihil ipsis nocumenti afferret, quo minus ad parem virtutis gloriam aspirarent. *Felix ille numerus, meo quidem judicio, ternarius est: quare sicut invenio tres Episcopos,* Basilium *Cæsarea*, Gregorium *Nyssæ*, *&* Petrum *Sebastes*; *sic etiam existimo censeri debere tres virgines, licet nomen solius primogenitæ* Macrinæ *nobis cognitum sit, duabus fortasse in flore ætatis præmortuis: aliæ tres fuerint viris junctæ, sicuti & prænominatorum fratrum unus Gregorius: nam* Naucratius, *in numero filiorum secundus, juvenis & cœlebs obiit.*

*propter vitam liberorum omnium sanctitatem.*

C 5 Eccui vero, *prosequitur Nazianzenus*, Basilius; hujus nostri *Basilii magni* pater, incognitus est? vir magni apud omnes nominis, qui paterni voti factus est compos, si quis unquam alius, ne dicam solus. Cum enim reliquos omnes virtute superarit, à solo filio primas obtinere prohibetur. Eccui Emmelia? quæ id prius appellata est quod postea fuit, aut id fuit quod prius nuncupata fuerat; illa, inquam Ἐμμελείας id est Concinnitatis nomẽ ferens. U uno verbo dicam, hoc inter mulieres fuit, quod ille inter viros. Horum vitam, *Macrina filia ante suam mortem inter Dei beneficia expendenda commemorans*, non tam opibus claram & illustrem, quam divina benignitate auctam cumulatamque demonstrabat; & cum propter confessionem Christi, patris genitores fuissent oppugnati atq; vexati, *verosimiliter sub Aureliano anno* CCLXXVI; avum autem maternum indignatio regia, *Galerii Maximiani, ut existimo*, sustulisset; omniaq; illius bona aliis dominis distribuisset; attamẽ adeo per fidem crevisse, ut eo tempore nullus eis clarior extiterit. Rem autem familiarem, quam-

*& meritisque virtuti*

*additæ divinitus dititiæ sunt.*

vis pro numero liberorum multiplici ratione fuisset divisa, tamen eum cumulum divinâ clementiâ susceptisse, ut parentum opes, *quas scilicet utrimque ad matrimonium attulerant, postea* singulorum liberorum sors hereditaria superaverit. *De patre dicit eadem Macrina, quod* eatenus juvenis floruit, ut inter cives & in judiciis ejus gloria consisteret, post autem eruditio ipsius longius se extulerit; *toto scilicet Ponto (ut mox addit) vulgata.*

AUCTORE D. P.

*Casta vitæ ratio liberorum ac singillatim Macrinæ.*

6 *Qualis autem mater* Emmelia *in educatione liberorum & præsertim filiarum fuerit, ex cura ipsi Macrinæ impensa intelligendum præbet Nyssenus, cum ait, quod unice* studebat ut filia, infantiæ ætatem egressa, eruditetur: sed non ista externa disciplinarum serie, qua plerumque ex Poëtarum lectione primæ discentium ætates imbuuntur. Turpe enim & indecorum prorsus existimabat, tragicis feminarum perturbationibus (unde scribendi principia & argumenta Poëtæ sumpserunt) vel comœdiarum fœditatibus, vel pudendis eorum qui tot ærumnas ad Ilium pertulerunt factis, tenerum & bene formatum animum infici, & minus gravibus de feminis narrationibus quodammodo coinquinari. Proinde quæ ex Scriptura, divino Spiritu dictatâ, primæ illi ætati faciliora aptioraque videbantur, discenda proponebat: cum primis autem Sapientiam Salomonis, idque ex ea potissimum quod ad vitam & mores maxime conducebat. *Inter hæc ætatis annum duodecimum transierat* Macrina, *cumque ad miraculum formosa esset; ejusque nuptiæ ambirentur à plurimis,* Pater, qui sane quam prudens & in rebus honestis dijudicandis expertus erat, quemdam tum genere tum moribus honestum probatumque, adhuc inter adolescentiæ disciplinas versantem, ex præsenti profectu judicans de futuro, filiæ suæ sponsum delegit, mox atque hæc congruam haberet ætatem.

## CAPUT II.

### Acta S. Emmeliæ marito viduatæ, ac pius ejus obitus.

*Vidua cum seniore filia sanctius vivit.*

7 *Liberorum, ut diximus, decimus atque ultimus* Petrus; *simul atque natus etiam orbatus est patre Basilio, quem crediderim proximum sexagenario obiisse. Ex hinc autem* variis *(ut fieri assolet)* curis distringebatur mater Emmelia, cui filia *Macrina (quæ vivente adhuc patre per mortem destinati sibi juvenis viduam se prius intellexit quam sponsam, nec ullam nuptiarum mentionem voluit ulterius admittere)* Matri; *inquam, Macrina* filia in omnibus laboribus sociam se præbebat; & solicitudinum partẽ ipsa subiens, eam gravi molestiarum onere levabat. Simul autem & matris disciplinâ vitam ab omni reprehensione integram servavit; & se vicissim ei magnam, ad parem Philosophiæ scopum; exemplo vitæ suæ ducem præbuit, paulatim ipsam ad puriorem perfectioremque vitam trahens. *Commune autem utrique illud fuit, quod cum aliquando Macrina sub collo pectus ita intumuisset, ut sectione opus esse judicaret Emmelia; illa, cuiquam se nudare verita, post fusas nocte integra preces,* ad expellendum morbum satis esse respondit, si manu suâ locum mater ipsa sancto Signo muniret. Cum igitur mater in sinum ejus manum intulisset, ut eam partem signaret; Signum statim vim suam exeruit, & morbus abiit; tenue autem & obscurum signum loco horribilis tumoris apparuit, & ad finem usque vitæ permansit.

8 *Interea supervenit casus lamentabilis* Naucratii, *ejus qui ex quatuor fratribus post Basilium natu maximus erat, puta anno* CCCXX *natus: nihil enim vetat*

AUCTORE D. P.

*unius alteriusve filiæ partum interjicere. Hic cum vigesimum secundum ætatis annum confeciſſet, ſpretis omnibus ad vitam ſolitariam ſe contulerat, cum uno ex domeſticis Chryſaphio; ubi ſenes quoſdam egeſtate & morbo laborantes nactus, eiſdem miniſtrabat conquiſitum venatu ſuo victum. Et ille quidem* in his laboribus pariter domabat adoleſcentiam, nec ob id alacri animo maternæ voluntati parere deſinebat, ſi quid ab ea aliquando mandabatur. *Verum* ſic philoſophans, & matrem ſua vita beatam reddens, quintum dumtaxat annum exegerat *ſua circa Irim fluvium ſolitudinis; quando* repente vitæ ſubripitur, non morbo aliquo aut ſolita ulla ratione, immatura morte ſublatus; ſed cum ad venationem profectus eſſet, qua induſtria ſenio confectis illis victûs ſuppeditabat neceſſaria, mortuus domum ſuam reportatus, tam ipſe quam ſocius ejus Chryſaphius.

*Naucratii filii acerba morte conſternata,*

9 Procul aberat ab iis quæ contigerant mater, tridui itinere ab illa diſtans calamitate (*tantum ergo diſtat Neocæſarea à loco dilectæ ab Naucratio ſolitudinis*) quæ licet in omni genere virtutis perfecta eſſet; tamen cum tam acerbum nuntium à quodam accepiſſet, naturâ ut par eſt ſuperante, collapſa exanimataque, tantum non ſimul cum voce ſpiritum emiſit. Hic magnæ Macrinæ, *inquit Nyſſenus (cujus hactenus fere verbis utimur)* virtus apparuit, quæ non ſolum ſe invictam atque erectam ſervavit, verum etiam matris imbecillitatem ſulſit atque ſuſtinuit: nam animum ejus, graviſſimo caſu dejectum, excitans & recreans invicto robore ſuo, ad fortitudinem & tolerantiam inſtituit. Sic igitur tandem mater dolori reſtitit, nec indignum aut effeminatum quidpiam admiſit, ut vel vociferaretur, vel pallium ſcinderet, vel ejularet, vel luctuoſis clamoribus lamentationem intenderet: ſed ratione ſenſum impetus naturæ depulit, tum propriis tum filiæ conſiliis ægritudini medicinam afferentibus.

*ab eadem erigitur,*

B

10 *Poſſunt hæc ex principio jam poſito ad annum* CCCXLVII, *paulo plus minuſve, referri. Quamvis enim à Nyſſeno relata ſint poſt Baſilii reditum; fatetur tamen ſe narrationis filum interrumpere, ut aliquid omnino non prætereundum interſerat, eorum ſcilicet quæ aliquot annis prius contigerant, majori filio adhuc abſente; de quo deque matre per Macrinam ad vitæ genus ſublimius excitatis, ſic loqui exorſus fuerat Nyſſenus;* Cum reliquæ ſorores honeſte collocatæ eſſent à matre, à publicis litterarum gymnaſiis, in quibus diu verſatus fuerat, revertitur magnus Baſilius; *anno ut olim ſtatui (nec adhuc mutandum puto)* CCCLVI, *adeoque annos tunc natus circiter* XLI, *matrem reperit ſexennio ſeptenniove majorem quinquagenaria. Et illum quidem ſoror Macrina mox* induxit, ut, mundi poſthabita claritate deſpectaque eloquentiæ gloria, laborioſum operoſumque vivendi genus per paupertatem amplexus, expeditam ſibi ad virtutem viam ſtruxerit ... Matri *vero* perſuaſit, ut relicta priſtinæ vitæ conſuetudine elatiorique vivendi modo (quas arte ſubditas ut ancillas ad uſus proprios adhibuerat) ſecum ejuſdem ſortis atque ordinis eſſe vellet.

*circa an. 347.*

C

*Reverſo ſub an. 356 Baſilio,*

*Emmelia cum filia ad cœnobium ſe recipit,*

11 *Hactenus Nyſſenus, qui cœptam narrationem hic intermittens, poſtquam de Naucratio interpoſuit quæ ſupra retulimus;* Cum igitur, *inquit*, jam & nutriendorum liberorum cura, & educationis atque collocationis ſolicitudine liberata *Emmelia*; & moleſtiæ domeſticæ majori ex parte inter ipſos filios, *Gregorium præſertim atque Petrum* diviſæ forent: auctor, ut dictum eſt matri virgo fuit, ut ad ſapientiæ ſtudium & puram vivendi rationem ſe conferret. Eamque à reliquis omnibus rebus, & priſtinæ vitæ conſuetudine, ad propriam humilis abjectæque vitæ moderationem adduxit, ut in Virginum multitudine, eadem cum illis conditione viveret, unaque menſa, ſimili lectulo, pari denique & æqua rerum omnium quæ ad vitam pertinent ratione uteretur, omni ex ipſarum vita dignitatis differentia ſublata. Quamobrem talis erat vitæ ordo, tantaque in ſapientiæ ſtudio præſtantia, & tam gravis vivendi diſciplina, ut nulla deſcribi poſſit orationis facultate. Quales enim ſunt animi, qui corporis vinculis ſoluti moleſtiiſque liberati, ex hoc vitæ carcere avolaverunt, talis erat earum vita: quippe quæ ab omni rerum humanarum vanitate aliena, ad Angelorum vitæ ſimilitudinem proxime accedebat.

D

12 Non ira, non invidia, non odium, non ſuſpicio inter eas cernebatur: omnis honoris, gloriæ & aliarum id genus inanium rerum cupiditas, omnis faſtus & ſuperbia, & reliqua ſimilia vitia, inde rejecta erant. Delicias ſuas in temperantia collocabant: gloriam ſuam in eo putabant ſitam, quod notæ eſſent nemini; divitias, quod nihil poſſiderent, quodque terrenas omnes copias tamquam pulverem à corporibus ſuis excuſſiſſent. Nullum autem non inane ſtudium eſſe ducebant, quod in hac vita curanda colendaque poneretur. Sola illic rerum divinarum vigebat cura, perpetuumque precandi ſtudium, & aſſidua Pſalmorum decantatio, quæ nullo unquam tempore, nec die nec nocte, intermittebatur: ut in ea re & opus ipſarum pariter, & quies conſiſteret. Quænam igitur humana dicendi vis hanc vivendi rationem explicare queat? Erat ipſarum vita inter humanam cæleſtemque naturam interjecta, utriuſque particeps, utriquie finitima. Etenim quatenus ab humanis perturbationibus ſe vindicarat, hominis conditione præſtantior erat; quatenus autem in corpore cernebatur, & hominis continebatur figura, & ſenſuum inſtrumentis utebatur, angelicæ & corporis experti naturæ cedebat; auſit forſitan aliquis etiam non inferiorem eſſe contendere: quandoquidem cum carne viventes, ad ſimilitudinem vacantium corpore poteſtatum onere corporis non premebantur, ſed excelſa & ſublimis erat earum vita: quippe quæ alto erectoque animo cum cæleſtibus illis poteſtatibus verſabantur. In hoc vivendi inſtituto non parvo tempore vixerant, cum aſſiduis inventorum bonorum acceſſionibus ſapientiæ ſtudium augentes, ad majorem animi munditiam appropinquarent.

*ſimulque Angelicam vitam duxit,*

E

13 Ad hunc autem tam præclarum ſcopum aſſequendum, magno erat adjumento ... Petrus, in quo pariendi dolores finierat mater: hic enim ultimus ſuſceptus à parentibus eſt filius, qui ſimul natus & orbus fuit ..... Is ſtudiorum externorum occupationes aſpernatus, & ingenium ad omnes bonas diſciplinas percipiendas aptum habens, ſemperque reſpiciens ad ſororem, quam ſibi tamquam totius boni ſcopum propoſuerat; eos ad virtutem progreſſus fecit, ut in reliqua vita magno Baſilio virtutis præſtantia nihilo inferior fore judicaretur: tunc autem ſorori & matri erat inſtar omnium, & una cum illis ad angelicam illam vitam contendebat. ..... Interim ſenex admodum mater, in utriuſque filii manibus moriens, migravit ad Deum. Cujus quæ benedictionis vox fuerit, qua erga liberos uſa eſt, commemorare non erit alienum. Nam cum de abſentibus ſingulatim amanter mentionem fecit, ut nullus eſſet expers benedictionis; cum præcipue præſentes ipſa precibus ſuis obtulit Deo. Etenim cum ei ex utraque parte lectuli adverſi aſſiderent, altera manu utrumque tangens, hiſce verbis poſtremis Deum allocuta eſt. Tibi, Domine, & primitias & decumam dico fructuum uteri mei. Primitiarum enim locum hæc mihi obtinet primogenita, decumæ vero extremus hic decimus filius: tibi autem ex lege utraque debentur, & tua ſunt munera. In hanc

*ſub directione Petri filiorum minimi;*

F

*& in utriuſque manibus ſpiritum reddit.*

A fiant igitur primogenitam meam & hunc decimum veniat ſanctimonia. Ita perſpicua oratio deſignans & filiam & filium, benedictioni ſimul & vitæ finem ſtatuit, cum prius mandaſſet filiis, ut ſe in ſepulcrum paternum inferrent. Id illi uti juſſi fuerant cum præſtitiſſent, in reliquum tempus ad ſapientiæ faſtigium ſemper cum anteacta vita pugnantes, & præterita benefacta poſterioribus ſuperare ſtudentes, contendebant.

## CAPUT III.

### Locus mortis ac ſepulturæ : item annus, & ratio chronologiæ quadamtenus innovatæ.

14 *Obiit Emmelia in monaſterio ſuburbano,*

INter ſeceſſum *S. Macrinæ, ubi ipſa anno* CCCLXXII *mortua eſt*, & ædem Sanctorum Martyrum XL *Sebaſtenorum*, in qua *quia* parentum corpora quieſcebant, *condi etiam ipſa voluit*, ſeptem octoque intercedunt ſtadia; *quæ, ſecundum Suidam collatum cum Plinio, Milliare unum conſtituunt, ſive tertiam leucæ horariæ partem. Cum autem ipſa ædes intra urbem Neocæſaream fuerit, amplam ſatis, neque conſtet eamdem ædem*

B *portæ, per quam inferendum erat corpus, vicinam fuiſſe; fieri poteſt, ut vix dimidio horæ quadrante ab urbis mœnibus abfuerit monaſterium, ipſis ut videtur ſuburbiis inhærens; & ſicut Godefridus Hermant in Vita Baſilii ac Nazianzeni credit, ad citimam ripam ejuſdemmet Iridis illac præterfluentis, ad cujus alteram ripam monaſterium virorum regebat Petrus: quod utrumque ſatis eſt veroſimile. Veroſimile etiam mihi videtur, quod, ſicut feretrum ſororis efferenti Nyſſeno, humeros quoque ſuos commodavit Epiſcopus Neocæſareæ Araxius, cum duobus Clericis; ſic corpus* Emmeliæ *matris portaturo Petro præcipui de Clero, ſi non ipſe jam nominatus Epiſcopus, auxilio venerint. Providerat autem prudenter* Emmelia, *ut viro ſuo valde capacem conderet loculum, in quo non ſolum ipſa ſuo poſſet apponi*

*Sepulta ſuccollante Araxio Epiſc.* *conjugi, ſed etiam dilectiſſima ſua* Macrina. *Hæc autem cum parentibus eſſet jungenda, vereretur que Nyſſenus,* ne collapſa diſſolutaque corpora ad turpem & inconditam deveniſſent deformitatem; prius *inquit*, quam ea noſtris oculis exponerentur, pura ſindone operta ſunt. Nam cum operculum eſſet ſublatum, ex utraque parte ſumma linteum injectum eſt; quo linteo contectis parentum corporibus, ego & regionis Epiſcopus ille, corpus è feretro tollentes,

C *In eodem quo vir & deinde filia Macrina tumulo* juxta matrem appoſuimus, atque ita votum utriuſque complevimus; uno enim conſenſu ſemper orabant Deum, ut corporibus poſt mortem copularentur; ut quæ inter ipſas fuerat vitæ conjunctio, ne ipſa quidem morte diſſolveretur.

*tum ſimili cautelâ condita.* 15 *Æquum eſt credere ſimilem cautelam fuiſſe adhibitam à filio Petro, quando* Baſilio *patri apponenda fuit mater* Emmelia, *nec minorem tunc fuiſſe quam poſtea in funere Macrinæ multitudinis occurrentis comitantiſque turbam, Virginum planctum, Cleri officium; quæ tamen hic omitto, in Macrinæ laudibus à Nyſſeno deſcriptis integre legenda, & exponenda ad* XIX *Iulii. In locum autem defunctarum matris ac filiæ, immediate ſucceſſiſſe videntur ejuſdem propoſiti atque inſtituti neptes. Nam S. Gaudentius (qui, eodem quo Epiſcopus Brixienſis electus eſt tempore, & anno ſecundum Baronium* CCCLXXXVI, *in Oriente verſabatur) ita loquitur Serm. in dedicatione Baſilicæ* XL *Martyrum.* Quid de Quadraginta Martyribus dignum loquar, qui ſe itineri meo, cum per urbes Cappadociæ Hieruſalem pergerem, fideles comites præbere dignati ſunt? In ipſa enim maxima Cappadociæ civitate, quæ appellatur Cæſarea, ubi habent iidem beatiſſimi inſigne Martyrium, reperimus quaſdam Dei famulas, monaſterii ſanctarum

*ſuccedentibus in regimine neptibus.*

Virginum digniſſimas Matres, prorſus Mariæ & Marthæ conſimiles, quas merito diligat Jeſus, natura, fide & ſtudio, & caſtitatis integritate germanas: quibus ab avunculo ſuo, Confeſſore & Sacerdote Baſilio, olim traditæ fuerunt horum Martyrum venerandæ Reliquiæ, quas deſiderio noſtro incunctanter ac fideliter tribuerunt. AUCTORE D. P.

16 *Cur autem morienti* Emmeliæ *ſolus ex filiis* Petrus, *non item* Baſilius, *non* Gregorius *adfuerunt? Pro ſe cauſam reddet Baſilius, Epiſt. 7 ad Euſebium Samoſatenſem Epiſcopum, cujus Epiſtolæ annum cum cognoverimus, etiam apparebit cauſa ob quam excuſari debuerit Gregorius. Baſilius ergo ſic orditur:* Si omnes ordine cauſas ſcriberem, quibus in hunc uſque diem fuerim detentus, quamvis etiam vehementer cupierim, tuam erga Deum pietatem interviſere, infinitum hiſtoriæ campum explerem. Morbos quidem alios aliis ſuccedentes, hiemis odium, negotiorum continuitatem prætermitto dicere, ut quæ cognita tibi ſint & jam pridem indicata, *per Epiſtolam 6: eadem vero prohibuerunt etiam ad infirmam viſitandam excurrere.* Nunc autem *pergit ille*, quod unicum habebam vitæ ſolatium matrem, etiam hanc propter mea peccata amiſi. Neque me irrideas quæſo, quia in hac ætate fleo orbitatem; ſed ignoſce mihi, non pa- E tienter ferenti diſceſſum illius animæ, cui quod comparari poſſit in iis quæ reliqua ſunt non video. Rurſus igitur in morbum incidi; iterumque in lecto decumbo, exiguis omnino viribus fluctuans, & unaquaque propemodum hora neceſſarium vitæ finem expectans. *Abfuit Baſilius morbo & hiemæ detentus.*

17 *Si ſolum Nyſſenum attenderemus, in Vita Macrinæ poſt relatum matris obitum ſic loquentem*, Interea Baſilius Magnæ Cæſareæ declaratus eſt Antiſtes, & fratrem ſuum, *Petrum ſcilicet*, in Clero promovit ad Presbyterii ordinem; *diceres neque hunc Presbyterum, neque Epiſcopum fuiſſe Baſilium, cum moriebatur* Emmelia. *Sed præcitata Epiſtola ad Euſebium, familiarius ſcripta quam à ſimplici Presbytero conveniſſet ad Epiſcopum ſcribi, aliud ſuadet; aliud etiam ſuadet, quam pro excuſatione allegat* negotiorum continuitas; *quæ necdum Epiſcopo tanta eſſe vix potuit. Fortius tamen ad idem credendum nos urget pars altera epiſtolæ, in qua cum dixiſſet* Eccleſias, fere ut corpus ſuum, eſſe affectas, rebus in deteriora ſemper labentibus; *ſubjungit*: Nuper tamen Neocæſarea & Ancyra, in locum defunctorum *Muſonii & Athanaſii*, videntur accepiſſe ſucceſſores, & hactenus conquieſcunt: ſed neque ii qui nobis inſidiantur facere aliquid, ira & ſævitia ſua dignum, huc uſque ſunt permiſſi. *Atqui ſuper illorum morte ſcribens Eccleſiis epiſtolas 67 & 62, ſatis indicat, ſe eſſe Epiſcopum: cum Neocæſarienſes velit* F *eſſe perſuaſos*, quod gloriatio ſua ſint, ſicut ipſe eorum; & quod propter Paſtorem qui eis dabitur, futurum ſit, ut cum eis vel amplius arctiuſque uniatur, vel prorſus disjungatur; quodque, licet Muſonium non habuerit propter ſuſpiciones quaſdam (ut ille aſſeruit) conjunctum ſibi, ad conſervandam pacem Eccleſiarum; numquam tamen deſiit eum advocare ſocium certaminum, adverſus hæreticos ſuſceptorum. *Athanaſii autem mortem dolens*, Cui nam deinceps, *inquit* Eccleſiarum curam imponemus? quem in rebus hiſce triſtibus accipiemus conſortem? *plane ſicut de Coepiſcopo ſuo loquens, in quo multum fiduciæ repoſitum habebat. Denique perſecutiones & exilia nonniſi jam Epiſcopo facto moliri cœperunt Ariani apud Valentem; in quo tamen ſucceſſum eos non habuiſſe gloriatur Sanctus, in ea quâ matris mortem nuntiat epiſtolâ.* *jam factus Epiſcopus:* *& mortem matris dolenter patitur.*

18 *Erat ergo jam tum Epiſcopus, & Nyſſenus, ſicut in narranda Naucratii morte non tenuit ordinem temporis, ſic neque in commemoranda Ordinatione Baſilii: ſed quem*

AUCTORE D. P. *de matre cœperat ſermonem, continua ſerie pertraxit uſque poſt mortem; ut, cum dixiſſet qualiter eam tulerit Macrina, deinde ſubjungeret qualiter tulerit mortem Baſilii fratris, octavo poſtquam Epiſcopus factus erat anno defuncti. Factus autem erat Epiſcopus Baſilius anno* CCCLXX, *& anno ſequenti in feſto Epiphaniorum cum Valente egit, eique ſatisfeciſſe viſus eſt: paulo poſt mittendus in exilium erat, niſi plurimis prodigiis mentem Imperator ſententiam reſcidiſſet. Itaque non incommode mors* Emmeliæ, *quæ exeunte hieme contigit (ut apparet) menſe forſitan Februario aut Martio, conſiritur in annum* CCCLXXII; *quo anno etiam Gregorius Nyſſenus, paucis menſibus ante factus Epiſcopus, perſequentibus eum Arianis expulſus eſt ab eccleſia ſua, interque iſtos turbines excurrere ad matrem ægrotantem non potuit. Cur autem Baronius commemorandis ſanctis illorum parentibus elegerit diem hunc* XXX *Maji, non habeo unde dicam; nec tertiorem alium quem ſubſtituam. Itaque hunc retineo, exemplo totius Baſiliani Ordinis in noſtro Occidente, tali die eos nunc colentis, quemadmodum teſtatur auctor Kalendarii Sanctorum, in particularibus Eccleſiis Genuæ coli ſolitorum, occaſione monaſterii quod idem Ordo ibi habet.*

*abfuit & Greg. Nyſſenus pulſus ab Arianis.*

B *Baſilius & Nazianzenus aliquando nobis viſi veniſſe in lucem ante an.* 300.

19 *Hæc occurrebant, quæ de* SS. Baſilio *atque* Emmelia, *Sanctorum quatuor liberorum parentibus, dicerem: nunc mihi reddenda ratio eſt, cur diſcedam à Chronologia in Prolegomenis ad Acta S. Gregorii Nazianzeni conſtituta ex ſententia Suidæ, nonagenarium obiiſſe aſſerentis, atq; adeo ante annum* CCC *veniſſe in lucem: quod etiam de ſocio Baſilio, tamquam coævo intelligi volui. Scilicet etiam tunc profeſſus ſum, meliorem viam explicandis difficultatibus ſi oſtenderet aliquis, eam me amplexurum libenter. Nunc autem, quæ Sancti Baſilii matrem ſpectabant, propius inſpiciens, quodque illa videatur non ante annum* CCCLVII, *cœnobium cum filia eſſe ingreſſa; video non convenire ut illa anno* CCC *fuerit mater, alioqui futura cum cœnobium ingrederetur, plus quam ſeptuagenaria. Hinc in eam cogitationem veni, fieri potuiſſe, ut numerali una littera deceptus Suidas pro o′ 70, ſcripſerit υ′ 90, & Baſilius Nazianzeno fuerit ſenior paucis annis; quo poſito cœnobium* Emmelia *intraverit annos nata* LVII, *quod non eſt valde abſonum. Qua tamen reſtabant in matrimonio collocanda filiæ, melius dicentur ante adventum Baſilii fuiſſe elocata: ne credantur trecenariæ aut etiam majores natu primum tradita viris eſſe. Hoc autem facile permittet Nyſſeni contextus, rerum ordini potius quam tempori inhærens, ut ſupra vidimus. Ut autem citius natum Baſilium credam, non amplius movetur Epiſtola* 20 *Nazianzeni, ad Euſebium Cæſarienſem data anno* CCCLXVII; *non enim illa Baſilium revera laudat, tamquam* canicie præſtantiſſimum omnium *quos noverat Nazianzenus, ſicut interpres Billius vertit: ſed ubi hic legit* πολιᾷ canicie, *Pariſienſis editio ex Baſilienſi Codice habet,* πολιτείᾳ, converſatione; *quod longe aliud eſt, ſed nihil ad ætatem facit. Nec tamen hoc officit, quo minus credam Baſilium amico ſuo Nazianzeno ætate ferme parem fuiſſe: licet enim id haberi non poſſit ſervata ætate illius nonagenaria, quam Suidas aſſeruit; nec etiam ſtante ſententia altera, qua eum naſci facit ex patre Epiſcopo, adeoque poſt annum* CCCXXVII: *omnia tamen verſando inveni viam mediam, nec à ſenſu Baronii abhorrentem, qua difficultates fere omnes complanari poſſint, & dici Nazianzenus anno* CCCXIX *natus, triennio dumtaxat junior Baſilio fuiſſe: qua res quia paucis verbis explicari non poteſt, Lectorem rogo ut in Appendice, tomo* VII *ponenda, conſulat diſputationem illam priorem de Nazianzeni ætate, ſecundis curis innovatam.*

D

*nunc, omnibus iterum expenſis.*

E *videntur nati circa an.* 316. & 319.

# DE S. ISAACIO CONFESSORE,

## ABBATE CONSTANTINOPOLI.

### COMMENTARIUS PRÆVIUS.

D. P. **De Sancti circa Valentem prophetia, cultu, monaſterio Conſtantinopoli, ac duplicibus Actis.**

C AN. CCCLXXXIII *Valentem Arianum generoſe arguens,*

*Quo tempore Imperator* Valens, *à Valentiniano fratre ultro ſibi conceſſum Orientem moderabatur, & continuum non minus cum Gothis, quam cum Deo & Orthodoxis bellum gerebat, Ariana ſecta propugnator longe acerrimus; extitit in eodem Oriente* Iſaacius, *vitæ ſolitariæ atque aſceticæ præcipuos inter cultores merito numerandus. Non ita tamen quietioris vitæ is erat ſtudioſus, ut, ubi Dei & orthodoxæ fidei cauſa id requirebat, in hominum & multitudinis conſpectum ſe dare homo ſanctiſſimus recuſaret. Quod apud Theodoretum Cyri Epiſcopum lib.* 4 *cap.* 34 *his verbis legitur.* Ajunt præterea Iſaacum, Imperatori, ab bellum proficiſcenti una cum exercitu, iſta inclamaſſe: Quo pergis, Imperator, qui Deo bellum intuliſti, nec eum habes adjutorem? Ille enim eſt qui contra te barbaros concitavit, quia tu prior multorum linguas contra ipſum ad blaſphemiam excitaſti, eos vero qui ipſum laudabant ab eccleſiis expuliſti. Deſine ergo bellum ei inferre, & ipſe bellum comprimet: redde optimos Paſtores gregibus ſuis, & incruentam victoriam de hoſtibus reportabis: quod ſi his inſuper habitis prælium inieris, re ipſa experieris quam durum ſit contra ſtimulum calcitrare; nam neque ipſe revertêris, & exercitum amittes. Ad hæc Imperator, ira percitus, Revertar, inquit, teque interficiam, & falſi vaticinii pœnas à te exigam. Tum, ille, minas neutiquam reformidans, Interfice, inquit, ſi in verbis meis mendacium fuerit deprehenſum.

F *mortem ei prædixit i*

2 *Eadem fere, ſed phraſi breviori, Sozomenus lib.* 5 *cap.* 20. *Theophanes autem his verbis utitur*; Exin Iſacius, ſacer Monachus, apprehenſo fræno equi Valentis, aciem ex urbe educentis, & ad bellum progredientis, quaſi ultima verba præcinens, ad eum dixit: Quo properas Imperator, in Deum pugnans, eumque jam jam experturus adverſarium: *addit autem, narrata morte Valentis, ab hoſtibus in horreo quo fugerat concremati*; Ferunt etiam divinum Iſacium, cuſtodia detentum, uſtulati Valentis fœtorem, Dei nutu & animi munditia, percepiſſe; ac priuſquam belli eventum denuntiaturi adventaſſent, ipſam tyranni cædem adſtantibus prædixiſſe. *Ita ille, recte omittens, quod & omiſit Sozomenus, mentionem*

*eamque abſens cognoſcit.*

A tionem vicinam habuiſſet Iſaacius ; *quia eum* veniſſe ex partibus Orientalibus, *id eſt ex* Aſia minori *vulgo* Natolia, *ibique* à puero jugum Domini tuliſſe, *habent omnia tam Menæa quam Synaxaria hac* XXX *Maji, iiſque conſonant Vitæ Acta.*

*colitur 30 Maji precipuo cultu,*

3 *Hoc namque die (licet* XXVI *obierit) primario totius diei Officio eum coli Conſtantinopoli apparet ex Græcorum Typico, Ephemeride Metrica, & Kalendario Moſcovitico Conſtantinopoli accepto, ubi ſolus ille commemoratur, æque ac in Baſilii Imperatoris Menologio, ex quibus fortaſſis ſumptum Martyrologium Arabo Ægyptium quod Ms. habent Romæ Maronitæ, ſub cura noſtræ Societatis poſiti, hoc etiam die præſcribit* Memoriam S. P. Iſaac Confeſſoris : *præcipue autem idem patet è Menæis excuſis, ubi plenus de eo Canon proponitur ; Vitæ autem epitome quam alibi prolixior, brevior tamen quam quæ habetur in Synaxario Chiffletiano : cui utrobique hoc præfigitur diſtichon.*

Ψήφῳ Θεοῦ πρὸς θεῖον ἅρμα χωρίον,
Γῆς Ἰσάκιος ἐκλείπων τὸ χωρίον.
Deo jubente evehere divinum in locum,
Locum terreſtrem deſerens, Iſaacie.

4 *Præterea die* III *Auguſti in prædictis Menæis ac Synaxariis pleriſque recolitur* S. Iſaacii *commemoratio, occaſione* S. Dalmati *ſucceſſoris ſui & filii ejus* Fauſti,

B *& 3 Auguſti cum ſucceſſore S. Dalmato :*

*à quo ipſius* S. Iſaacii *monaſterium inſigni fama auctum (erat enim ipſe* Dalmatus *militia clarus ſeculari, antequam ſe, conjuge liberiſque relictis, ſubjiceret Iſaacio ; & jam Hegumenus, omnium totius urbis monaſteriorum Præfecturam ſibi commiſſam geſſit) ab hoc, inquam* Dalmato, *dictum eſt monaſterium* τῶν Δαλμάτε *&* τῶν Δαλμάτων, Dalmati & Dalmatorum, *& ipſe* S. Iſaacius, *per quamdam nominis prolepſim, dicitur in ſacris Græcorum libris* Dalmatorum Hegumenus. *Addunt omnes* Confeſſoris *titulum, propter carcerem, Valentis juſſu toleratum : Synaxarium Claromontanum inſuper* Presbyterum *appellat, quod cum taceatur in Vita, non videtur ſatis in antiquitate fundatum.*

*Vita quando ſcripta ;*

5 Βίος *autem καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν* Ἰσαακίου, Vita & converſatio ſancti Patris noſtri Iſaacii, *ſcripta eſt poſt tempora Iuſtiniani Imperatoris, quando exſtructo per hunc S. Sophiæ templo, à veteri S. Irenes eccleſia tranſlata eſt prærogativa Cathedræ, quam in ea Conſtantinus fundator locarat, uti colligitur ex num.* 18: *turſumque videtur exarata ante tranſlationem corporis in templum omnium Sanctorum, factam ante Imperium Leonis Philoſophi : qui uti Codinus ait,* ædem S. Stephani, AUCTORE D. P. *in qua primum ſepultus fuit* S. Iſaacius, *Dalmatorum monaſterio vicinam,* ad minorem formam redegit, & omnem ejus materiam, marmora, columnas & aureas bracteas in templum omnium Sanctorum *ipſius Iſaacii ætas,* tranſtulit, ubi depoſitæ Reliquiæ S. Iſaacii. *Vixit ergo auctor ſeculo* VI *aut* VII, *aut ſaltem non diu poſt* VIII ; *& quidem eo tempore, quo Conſtantinopolitani incipiebant ſibi placere in pſeudo-canone infra commemorando, de Patriarchatus ſui ſupra ceteros præter Romanum primatu, ut patet ex num.* 13. *Idem etiam videtur in ipſo* Dalmatorum monaſterio *Monachus fuiſſe, qui perpetuo* S. Iſaacium *appellat* ſanctum Patrem noſtrum, *& monaſterii illius hiſtoriam tam accurate cognovit.*

*& miracula.*

6 *Alia Vita, ſed multo contractior extat in Ms. Veneto Bibliotheca S. Marci, unde eam Latinam faciendam curavit Aloyſius Lipomannus, tranſlatam inde ad Vitas Sanctorum Iunii ſub die* XXVII *Martii, quia ibi legitur Sanctus obiiſſe* VI Kalend. Aprilis : *forte per errorem librarii Græci* κζ' Μαρτίᾳ *legentis pro* κϛ' Μαΐᾳ. *Quia autem ipſa in nonnullis diverſa valde eſt ab ea quam ex Vaticano habemus, veroſimiliter etiam multo prius ſcripta ; ut de ſingulis per ſe judicare Lector poſſit, eam hic dare ſtatuimus, ſecundo tamen loco : nam licet prior forſitan tempore, eſt tamen accuratione multo poſterior : textum vero ejus Græcum, quem Venetiis nanciſci* E *necdum potuimus, expectabimus ſaltem pro operis Supplemento.*

*alia unde accepta.*

7 *Ipſe Sanctus, ut apparet ex dictis, anno* CCCLXXX *Conſtantinopolim advenit, jam grandis natu ; obiit enim* plenus dierum, *ut dicitur num.* 17, Merobauda II & Saturnino Conſulibus, *id eſt anno* CCCLXXXIII : *adeo ut veroſimile ſit majoribus eum pluribuſque miraculis mortuum ibi claruiſſe quam vivum : de quibus tamen nihil in particulari narrat Vita, nihil Canon Officii ipſi proprii ; ſolum Ode* V *gratulatur ei, quod fuerit in vita ſua* πνευμάτων ἀκαθάρτων διώκτης, effugator impurorum ſpirituum : *ſynaxarium autem Claromontanum elogium ejus finit aſſeverando, quod,* πλεῖστα θαυματουργήσας καὶ πολλοὺς ἐκ κινδύνων ψυχοφόρων διασώσας, ἐν εἰρήνῃ ὁσίως ἀνεπαύσατο ἐν Κυρίῳ plurima mirabilia operans, & multos è periculis animarum perniciem minantibus ſalvans, in pace Domini ſancte requievit.

# VITA

C F

## Auctore Anonymo monaſterii Dalmatorum,

### *ex Ms. Græco Bibliothecæ Vaticanæ, Cod.* 1671 *fol.* 45.

### Interprete R. P. Daniele Cardono S. I.

## PROLOGUS.

1 Μετὰ τὴν προσκύνησιν καὶ παναγίαν καὶ προσκυνητὸν σταυρὸν τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἡ εἰδωλολατρεία ἐκ πάντων γενομένη, πᾶσα ἡ ὑπ' οὐρανὸν ἐφωτίσθη τοῖς τῶν ἁγίων Ἀποστόλων κηρύγμασιν. Ὅθεν καὶ ὁ ἀοίδημος Κωνσταντῖνος ὁ Βασιλεὺς, ὑπὸ θείου πνεύματος ἡ οἰκουμενικὴς βασιλείας τὸ κράτος ἐγχειρισθείς, καὶ τῷ ἁγίῳ βαπτίσματος ἀξιωθείς, καὶ δόξαν τὸ Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ ὑπάρχειν, αὐτὸς πρῶτος ἐν Βασιλεῦσι τὰ εἴδωλα ἀπεκήρυξεν. Ὁ δὲ πολυκέφαλος καὶ πολύμορφος δράκων διάβολος, ὡς ἄλλων εἰδωλολατρείαν τινὰ Ἀρειανὴν βλασφημίαν ἐπενόησεν. Ἐν γὰρ ταῖς ἡμέραις τοῦ προαγορευθέντος Χριστιανικωτάτου Βασιλέως,

1 POſtquam ſanctiſſima & veneranda Jeſu Chriſti, Domini ac Salvatoris noſtri, Crux adorari cœpit, & falſorum deorum cultus deſiit, nulla non orbis regio Sanctorum Apoſtolorum doctrinis, ſic quaſi pulcherrimæ cujuſdam novæque lucis radiis, continuo fuit illuſtrata. Hinc etiam factum eſt, ut veneratione hominum digniſſimus Imperator Conſtantinus, cum univerſi orbis imperium divinitus ſibi oblatum accepiſſet, & ſacro regenerationis lavacro meruiſſet expiari, ac Dominum quoque Jeſum Chriſtum, Deum verum de Deo vero exiſtere, luce palam profiteretur ; cuncta per orbem deorum ſimulacra, Regum omnium primus, aboleri mandaverit. At vero verſutus ac verſipellis dæmon Arianam ſectam, velut aliam quamdam idololatriam,

*Quo tempore ſub Conſtantino Mſides florebat orthodoxa,*

exco-

EX MS. GRÆCO.

excogitavit. Quo enim tempore memoratus jam Christianissimus Imperator orbem sibi subjectum moderabatur, sanctissimæ Alexandrinæ Ecclesiæ Presbyter quidam extitit, moribus admodum corruptis, & ad omnem pessimi dæmonis malitiam opere ipso exequendam instrumentum promptissimum. Homini nomen erat Ario, execrandæ ac prorsus diabolicæ blasphemiæ primo repertori. Hic à S. Petro a, Episcopo & Martyre, per divinam revelationem ad id mirabiliter excitato, ab Ecclesiæ orthodoxæ communione est prohibitus: prohibitionis autem talis fuit ratio. Cum ab Imperatore b Diocletiano in sanctum Petrum immissi essent Protectores, capiendi hominis causa, ipseque jam Petrus carcere teneretur inclusus; forte contigit, ut orationi de more suo intentus noctis mediæ silentio, formosissimi juvenis speciem sibi conspiceret offerri. Ipsos ante oculos Viri sancti hic consistebat, tunicam indutus lineam, eamque à summo ad imam usque oram in duas dissicissam partes, quas utrâque manu, ne corporis appareret nuditas, colligere ille videbatur. Confestim S. Petrus: Quis, inquit, Domine mi, tunicam tuam probrose adeo dilaceravit? Cui juvenis: Hac me ratione tractare Arius non est veritus. Hoc igitur nunc cave, ne impio illi meliorem te unquam exhibeas, eumve recipias in communionem, aut excommunicationis vinculo omnino exsolvas. Nam, tam in hoc, quam in futuro deinde seculo, Arius â gloriæ divinæ participatione excludendus est. Achillam vero & Alexandrum Presbyteros accersi jube, quoniam hi successione legitima Episcopatus tui thronum occupabant, ubi per martyrium è vivis ipse fueris sublatus; quibus illud accurate mandabis, ut ne & ipsi Arium in communionem suam redire ullo unquam modo ac tempore patiantur. His ad Petrum dictis, adolescens ex oculis ejus se mox eripuit. Ubi autem, quæcumque sibi audierat mandari, haud indiligenter executus est Vir sanctus, in pulcra fidei confessione persistens, diem clausit extremum.

*exortus repente Arius hæreticus*

a

b

*à S. Petro Alex. Episcopo. cælitus ad hoc impulso, excommunicatur.*

* imo Maximino

B

2 At vero Arius, ut omnes sibi ad fidelium communionem aditus occlusos esse perspexit, adversus sanctissimæ & consubstantialis Trinitatis mysterium, per totam Alexandrinam civitatem, linguam suam blasphemam cœpit exerere, & inspiratis divinitus Scripturis in pravum sensum detortis, miseram hominum animis mortem & corruptionem allatura dogmata impie evulgare; docens, Dei Filium ac Verbum, quod ex ipso ante omnia secula genitum est absque ullo temporis principio, dissimilis cujusdam à Patre suo Deo esse substantiæ; eumque, per quem creaturæ omnes, sive quæ cælo sive quæ terra continentur, quæque vel sub aspectum nostrum cadunt vel eumdem fugiunt, fuere productæ, in earumdem creaturarum numerum ac ordinem redigere ausus est homo nefarius atque impurus. Hæc Omnia tam pernicioſa cum tandem aliquando ad nominati jam sæpius & piæ memoriæ Constantini Imperatoris aures pervenissent, rem ille putavit minime negligendam, sed pulcherrimis c mox ad eum destinatis litteris, minarum partim, partim adhortationum pondere, à tam perversa tamque Deo inimica doctrina ut deinceps abstineret jussit. Postquam autem correctionis omnis expertem in sua sententia persistere cognovit impium & infelicem Arium, Alexandria in regiam hanc à se dictam civitatem d advocari eum confestim jussit, responsurum de blasphemiis, quibus supremum numen impetebat. Ipse deinde convocatis Nicæam Bithyniæ octodecim supra trecentos Episcopis, vitæ sanctimonia clarissimis, exortam recenter adversus Deum hæresim manifestam fecit, eosdemque ut Dominum Christum ad veræ & orthodoxæ religionis defensionem susciendam propitium redderent, hortari non est dedignatus.

*Quamobrem furens Arius hæresim suam palam evulgat.*

c

*Qui frustra à Constantino M. per litteras monitus,*

d

3 Illustris

ἰῶ τις Πρεσβύτερος τὴ καλὰ Ἀλεξάνδρειαν ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας, λοιμὸς τοῖς τρόποις, καὶ πάσης τῆ διαβόλυ κακοτεχνείας συγκεχρωσμένος ὄργανον. Ἄρειος οὗτος ἐπεκέκλητο τὄνομα, τὴ πονηρᾶς τῆ διαβόλυ βλασφημίας πρῶτος εὑρέτης. Οὗτος ὑπὸ τῆ ἁγίυ Πέτρυ Ἐπισκόπυ καὶ Μάρτυρος διὰ θείας ἀποκαλύψεως ἐχωρίσθη τὴ ἱερατικῆς λειτουργίας· ὁ δὲ τρόπος τῆ χωρισμοῦ τοιοῦτος γεγένηται. Τοῦ ἁγίυ Πέτρυ [ληφθέντος] ὑπὸ τῶ Προλικτόρων, τῶ ἀποσαλέντων ἐπ' αὐτὸν ὑπὸ Διοκλητιανοῦ τῆ Βασιλέως ἐπὶ τῷ ἀναιρεθῆναι, καὶ καθειρχθέντος ἐν φυλακῇ, ἐγένετο αὐτὸν ζωηθῶς προσευχόμενον, ἐν τῷ μεσονυκτίῳ θεάσασθαι νεώτερον περικαλλῆ, ἐσθῆτα ἐνάντιον αὐτῆ, ἐνδεδυμένον κολόβιον λινοῦν, διερρωγὸς ἐπάνωθεν ἕως κάτω, καὶ ταῖς δυσὶν χερσὶν αὐτῆ σφίγγοντα τὸ ῥῆγμα τῆ κολοβίυ, πρὸς τὸ μὴ φαίνεσθαι τῷ γύμνωσιν τῆ σώματος αὐτῆ. Καὶ ἐγένετο ἀφνίδιον ἀνοιγῶναι τὸ στόμα τῆ ἁγίυ Πέτρυ καὶ εἰπεῖν· Κύριε, τίς σε περιέσχισε τὰ χιτῶνα; Κἀκεῖνος· Ἄρειος περιέσχισέν με εἰς δύο· ἀλλὰ βλέπε μὴ συγχωρήσῃς αὐτῷ, μὴ δὲ δέξῃ αὐτὸν εἰς κοινωνίαν, μὴ δὲ λύσῃς αὐτὸν τῆ χωρισμοῦ· διότι Ἄρειος καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλονλι ἐστὶ κεχωρισμένος ἐκ τῆ δόξης τῆ Θεοῦ· μεταπέμψασθαι δὲ Ἀχιλλᾶν καὶ Ἀλέξανδρον τοὺς Πρεσβυτέρους, διότι τελειωμένυ σε ἐν τῷ μαρτυρίῳ, αὐτοὶ ἐκ διαδοχῆς τῆ θρόνου τῆ Ἐπισκοπῆς σε ἐμπιστευθήσονται· καὶ ἐντειλε αὐτοῖς, ἵνα μή τε αὐτοὶ δέξωνται αὐτὸν εἰς κοινωνίαν. Καὶ ταῦτα εἰπὼν ὁ νεανίσκος ἀφανὴς γέγονεν ἀπ' ὀφθαλμῶν αὐτῆ· πάντα δὲ ποιήσας ὁ Ὅσιος, ἐτελειώθη ἐν καλῇ ὁμολογίᾳ.

D

E

2 Γνοὺς δὲ ὁ Ἄρειος ὅτι καταλελείφθη ἐν χωρισμῷ, ἤρξατο καινὰ τῆ ἁγίας καὶ ὁμοουσίυ Τριάδος παλαιοῦ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ βλάσφημον σῶμα προσφέρειν, καὶ τὰς θεοπνεύστους γραφὰς ἀντιστρόφως καπηλεύων, ξαναλικὰ καὶ ψυχοφθόρα ἐβλασφήμει δόγματα, λέγων τὸν Υἱὸν καὶ Λόγον τῆ Θεοῦ, τὸ δὲ αὐτῆ γεννηθέντα ἀνάρχως πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, ἀλλότριον ὑπάρχειν τῆ οὐσίας τῆ Θεοῦ Πατρὸς, καὶ ἐν τοῖς κλίσμασι καταστήσειν ἐτόλμησεν ὁ ἀναγνὺς καὶ βέβηλος, τὰ δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα. Τούτων οὕτε ποτὲ εἰς ἀκοὰς ἐληλύθοντων τῶν πολλάκις μνημονευθέντος εὐσεβῶς τῷ μνήμῳ Κωνσταντίνου τῆ Βασιλέως, οὐ παρῆδεν· ἀλλὰ θείοις αὐτῆ χρησάμενος συλλαβῶν ὑποτολαῖς, τῶτο μὲν παράντων, τῶτο δὲ ὑπτιμῷ, ἀποσχίσαι τῆ λοιποῦ τοιαύτης θεομάχυ βλασφημίας παρηγύησεν· ὡς ἔγνω ἀδιόρθωτον μένειν τὸ κακὸν, αὖθις τὸν μὲν δυσώνυμον Ἄρειον ἐκ τῆ Ἀλεξανδρέων εἰς ταύτην τὴν βασιλίδα Κωνσταντινούπολιν ἀπανίστησαι τὸ τάχος προσέταξεν, ἀπολογησόμενον περὶ ὧν εἰς τὸ θεῖον βλασφημῶν ἐπεχείρισεν. Εἶτα συναγείρας τοὺς ἀπανταχῶσε ἁγιωτάτυς Ἐπισκόπυς ἐν τῇ Νικαέων πόλει τῆ Βιθυνίας, τὸν ἀριθμὸν τριακοσίων δέκα ὀκτὼ, πλέον παρῴκησεν αὐτοῖς τὸν νεωστὶ ἐρας ταύτης θεομάχυ αἱρέσεως τὴν εὕρεσιν, καὶ ἠξίωσεν αὐτοὺς ἱκετεύσασθαι τὸν Δεσπότην Χριστὸν συμμαχῆσαι ὑπὲρ ἀληθῆς ὀρθοδόξυ πίστεως.

F

A 3 Οἵ τινες πανεύφημοι Πατέρες συνεργὸν ἔχοντες τὸ πανάγιον τοῦ Θεοῦ Πνεῦμα, καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἐμπνεόμενοι, τὸ μὲν Ἰουδαϊκῆς ἐφαμίλλου αἱρέσεως καθαίρειον τοῖς εὑρεσιν, τὸ δὲ ταύτης κτίστορον δι' εὐχῆς ἐτρέψαντο· ἐλθὼν γὰρ ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως, καὶ εἰς τὸν τῶν Ἁγίων Σύλλογον μολῶν, τῷ θράσει τῶν ἀνοίας τῶν συμπεσόντων αὐτῷ ἐπερειδόμενος, ἔξεμεῖν ἐπηγγέλλετο τὰς βεβήλους αὐτοῦ τῶν βλασφεμιῶν κενότητας. Καὶ οἱ μὲν θεσπέσιοι καὶ θεηγόροι Πατέρες, τοῖς πλάνοις συλλιτεύσαντες, τοῖς ἀληθεῖ καὶ ἀδιαίρετον πίστιν τὸ ὁμοούσιον Τριάδος τοῖς ἀπανταχῶσε τοῖς ὑφ' ἡλίῳ πιστοῖς οἰκήτορσι παρέδωσαν, ὑπεδεδωκότες τῷ εἰς ἀεὶ μνήμης ἀξίῳ Βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, ὡς καὶ συνέδρῳ αὐτοῦ ὄντος, τὸν ὅρον τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. Ὃς δεξάμενος καὶ πιστεύσας θεόθεν ὑπάρχειν τῆς πίστεως τοῦ παραδόσιν, καὶ σέβει καὶ παραδέχεται, καὶ διὰ εὐσεβῶν αὐτοῦ διατάξεων πανταχοῦ τε καὶ πανταχοῦ κρατυνθείσαν τοῦ ὀρθοῦ καὶ ὁμοούσιον πίστιν τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐθέσπισεν. Τὰ δὲ πολλὰ παρεάσαντες, εἰς τὸ κεφάλαιον ἐλεύσωμεν. Ὁ γὰρ τῶν ὅλων αἰώνων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων πρύτανις Θεὸς, ὁ ὑπὸ Ἀρείου ἐμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων ἀθετηθείς, καὶ ἐν τοῖς κλίσμασι καταταγεὶς, ἐν ἀφεδρόνι δρομέου τινὸν ἤλασεν, ὃς ἀντὶ τοῦ φορτίου τὸ ἀκαθάρτου γαστρὸς, τὰ σπλάγχνα ὅλα ἔξέχεεν ἐπὶ τῶν ἀφεδρίων ὁ δυσμενὴς, καὶ δίκην φάνη διαφύγων ἄχρι τὴν ἔξοδον τῶν Σιτίων, ἐπάξιον τοῦ βίου τὸ τέλος εὕρατο· ἔδει γὰρ τὸν δυσωδήσαντα ἐν ταῖς κατὰ Χριστοῦ βλασφημίαις, ἐν τοῖς τὴν δυσωδίας τόποις καταστρέψαι τὸν βίον

B

3 Illustris ille Patrum conventus, divini Spiritus opera non parum adjutus, & sancta ejus inspiratione plenus, hæreseos ut à Judaismo non multum abhorrentis commentum destruxit, ipsumque ejus repertorem suis ad Deum precibus in terram prostravit. Hic enim Alexandria profectus, & ad sanctorum quos dixi Patrum cœtum se conferens, sectatorum suorum fretus audacia, sordidas blasphemiarum suarum novitates evomere palam non dubitavit: sanctissimi vero sapientissimique Patres fœdum errorem merita infamia cum notassent, veram & uniformem de consubstantiali Trinitate fidem universis per orbem religionis Christianæ cultoribus tradiderunt, exhibentes Constantino Imperatori, memoria æterna dignissimo, à concilio suo confectam fidei orthodoxæ regulam indubitatam. Qui mox ut illam vidit, & divinitus conceptam fidei nostræ esse traditionem credidit, tum ipsemet eam cum veneratione suscepit, tum per edicta sua piissima ubique locorum regulam esse voluit eorum, quæ de Patris & Filii & Spiritus sancti consubstantialitate essent credenda. Sed nunc, ut quam plurima silentio præteream, ad rei ipsius caput deveniendum est. Idem igitur ille, qui ab omni retro æternitate visibilium omnium & invisibilium Rector est ac Dominus, quem coram hominibus impie negaverat Arius, & in rerum creatarum ordinem redegerat, in fatalem illum locum secedere compulit, in quo non tam impuri ventris sordes, quâ intestina sua omnia per secessum infelix ejecit; perspicue videlicet demonstrans, usque ad postremam excrementorum ejectionem, quam non indignum vita sua exitum esset sortitus. Æquum enim erat, ut, qui ob turpes in Christum blasphemias gravem, dum viveret, fœtorem exhalarat, in locis graviter olentibus vitæ finem inveniret.

EX MS. VATIC.

*& à Niceno Concilio damnatus.*

E

*funesta tandem morte extinguitur.*

## ANNOTATA.

a *Colitur* S. Petrus 25 *Novembris.*

b Maximinum *dicere debuit, qui innumerabiles in Oriente Martyres ea tempestate occidit, donec crudelitati modum Constantinus victor adhibuit. Illustriores fuere* Pamphilus *Cæsariensis Presbyter,* Procopius *in eadem urbe passus, &* Petrus *hic Alexandrinus Episcopus; qui cum martyrium subiit, vitam privatam, depositâ purpurâ, ducebat* Diocletianus, *à quo cœptam persecutionem* Maximinus *in Oriente promovebat. Sicuti autem Diocletianus, Ariani Præsidis conversione ad Christum intellecta,* Protectores quatuor *ad eum comprehendendum misisse legitur* 8 *Martii in Actis S. Philemonis & sociorum; ita hic quoque iisdem dicitur usus tyrannus.*

C

c *Eas,* litteras *contra Arium & Arianos scriptas exhibet Baronius ad an.* 319 *num.* 7, *eaque omnino esse videntur, quarum, occasione litterarum post Concilium scriptarum, meminit Socrates lib.* 1 *cap.* 6 *sub finem, ubi ait.* Alias etiam epistolas, contra Arium sectatoresque ejus in modum orationum scriptas, per singulas urbes proposuit, perstringens hominem & facete jocando sugillans: *Epiphanius laudat eamdem epistolam hæresi* 69, *ut respondentem ei, quas ad Imperatorem ausus fuerat dare Arius, tanta majestate parum dignas parumque officiosas.*

F

d *Nullam hujus evocationis mentionem inveniasapud antiquos scriptores alios.*

## CAPUT II.

*De Valentis Imp. Ariani impietate, & trina Isaacii ad eum monitione ac prædictione.*

4 Τούτων οὕτως παραδόξως ὑπὸ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ θαυματουργουμένων, καὶ χρόνου προβάντος, ὁ τῆς εἰρήνης ἐχθρὸς Βελίαρ προχειρίζεται σκεῦος ἴδιον ὡς δεύτερον Ἄχαβον καὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, τὸν Βασιλέα Οὐάλεντα· ὃς παρανομώτατος ὑπάρχων, ὡς ἄλλος Ἀχαάβ, κατὰ τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησιῶν ἔξεμάνη ἀνανεοῦν προθυμούμενος πᾶσαν τὴν τοῦ δυσσεβοῦς Ἀρείου βλασφημίαν. Προσέταξεν οὖν πάσας τὰς ἁγίας τῶν ὀρθοδόξων Ἐκκλησίας ἀποκλείεσθαι, τῷ μὴ ἐπιτελεῖσθαι ἐν αὐταῖς τὰς συνήθεις λειτουργίας, καὶ τὰς μὲν αὐτῶν χορτοβολῶνας ποιήκεν, τὰς δὲ καθελεῖν ἐπέρατο. Ἐπεκράτησεν δὲ ἡ τοιαύτη ἀπαραμύθητος θλίψις

4 Hæc quæ narravi adeo admiranda cum præter omnium expectationem divinâ Domini Jesu Christi potentiâ evenissent, secutis deinde temporibus pacis omnis inimicus Belial aliud adversus fidem orthodoxam monstrum suscitat, Valentem Imperatorem, Ario haud multum dissimilem; qui cum esset impiissimus, non secus atque alter quidam Achabus, magno furore sanctas Dei ecclesias invasit, renovare studens scelerati Arii hæresim. Universas enim Orthodoxorum ecclesias jubens occludi, ne divini cultus ulla amplius ministeria in iis peragerentur; earum quidem alias in horrea convertit, alias omnino demoliri est conatus. Nec sane exiguo tempore fœda ista procella

*Orthodoxarum Ecclesias invasit Valens.*

EX MS. VATIC.

deſæviit. Ea autem durante vir quidam extitit, inſolitariis Orientis locis vitam inter mortales ducens angelicam. Nomen illi cum ſanctiſſimo Abrahami filio, nec mores minus communes: Iſaacius vocabatur. Fidei quoque integritate Iſaaco perſimilis, vocem percepit *a* ad ſe delatam divinitus. qua monebatur, ut, relicta quam incolebat ſolitudine, Conſtantinopolim ſe transferret. Divino ille præcepto minime ratus obſiſtendum, ſolitudini valedicens, ad indicatam ſibi urbem iter inſtituit, reperitque hæreſeos Arianæ diluvio ingentem animarum multitudinem oppreſſam. Tum vero, quemadmodum compaſſionis pleno Jeremiæ accidit, ignis acenſus eſt in interioribus ejus, & undique pervaſit.

*a* *Quem admoniturus ſolitudinem ſuam Iſaacius deſerit.*

Thr. 1, 13

5 Divina deinde providentia, quæ numquam non in ſuorum utilitatem intendit, factum eſt, ut graviſſima *b* Barbarorum cooriretur adverſus Romanos rebellio; qui, collectis in unum copiis & Danubio tranſmiſſo, Thraciam miſere depopulabantur, infinita militum ſuorum multitudine confiſi. Magnis igitur in anguſtiis tam ob hanc, quam ob præteritam eccleſiarum calamitatem verſabatur civitas Conſtantinopolitana. Tunc Imperator, congregato undique milite, Barbaris obvium ſe dare conſtituit. Eo autem exercitus luſtrandi gratia in campum prodeunte, accidit ut eodem ſpiritu, quo olim in cauſa Suſannæ impletus fuerat Daniel, impleretur & Iſaacius; qui obviam progreſſus Valenti, Aperi, inquit, ô Imperator, Orthodoxorum eccleſias, & Dominus proſperam reddet viam tuam ante te. At Valens abjectam hominis & peregrinam ſpeciem intuitus, pannoſum ſenecionem ita ut ſtultum contemptui habuit, nec verbo dignatus eſt: non enim Monachi veſtigium erat ibidem reperire. Poſtero rurſum die, cum denuo exiret urbe Imperator, ante eum Iſaacius conſtitit, & dixit: Aperi, ô Imperator, eccleſias Orthodoxorum, & inimicorum tuorum victori tibi dabitur in pace reverti. Tum Rex, promiſſionis illius, qua reditus illi addicebatur pacificus, efficaciam perſentiens, cum iis qui propius ipſum comitabantur de aperiendis Catholicorum eccleſiis conſultationem inſtituit. Sed qui ea tempeſtate Præpoſiti *c* honore erat inſignis, nec non & ceteri omnes qui perverſa Arii dogmata ſectabantur, multis ab eo conſilio Valentem ſunt conati avertere. Conjectis quoque in Virum ſanctum calumniis, & verbis ejus riſu maligno exceptis, eumdem flagellis male mulctatum dimiſerunt. Horum ergo ſermonibus perſuaſus Imperator, deſpecta hominis ſenis commonitione, viam quam cœperat proſecutus eſt. Inſignis interim ſummi Dei famulus Iſaacius abſque intermiſſione ſuas ad Deum fundebat preces, ut celerem fidei orthodoxæ opem adferre ne gravaretur.

*Gothi interea adverſus Romanos rebellant.*

B

*c* *iterum,*

C

6 Duo abierant dies, quando, inſtructo ad confligendum exercitu, ad bellum progredienti Imperatori, denuo ſe obvium præbet Vir ſanctus; qui & arrepto equi regii freno, ante eum fidenter conſtitit, & partim increpando ut Deo adverſantem, partim adhortando conatus eſt perſuadere, ut ſua Orthodoxis templa cedat atque aperiat. Immotus tamen ut ante perſiſtebat Valens; cui qui propiores erant, hominem ſanctum, ut de via diſcederet, non abſque verberibus urgebant; ſed fruſtra hi fuere. Magno igitur multitudinis reliquæ facto concurſu, alii eum virgis, alii flagellis, pugnis & virgultis alii pro libitu cædere, nec niſi ægre, volente ſic Deo, potuerunt efficere, ut manus ab equi fræno amoveret. Tum vero Imperator, veluti in furorem actus, ac ſuos in omnem partem oculos circumferens, omnem circa ſe locum paludis quaſi concretæ imagi-

*tertio, de aperiendis reſtituendiſque Orthodoxorum Eccleſiis.*

*contra quos iturus Valens monetur ab Iſaacio ſemel,*

*Quamobrem verberibus exceptus,*

ἐπὶ χρόνους ἱκανούς. Ἐν τῷ καιρῷ οὗ ἐκείνῳ ὡς τις ἀνὴρ ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἀνατολῆς, ἀγγελικὸν βίον ἐπὶ γῆς μελετῶν, τὄνομα Ἰσαάκιος, τοῦ Υἱοῦ τοῦ Ἀβραὰμ ἐπώνυμος, μᾶλλον δὲ ὁμότροπος, εἰ τὸ οὗ ὁμόπιστος· ὃς καὶ τὸ εἰωθὸς θείας οὐρανόθεν ἀκούει φωνῆς, παρακελευομένης καλιέναι τὴν ἔρημον, καὶ ἐλθεῖν ἐν Κωνσταντινουπόλει. Ὁ δὲ μὴ ἀπιστήσας τῷ κελεύσαντι, κάτεισιν ἐκ τῆς ἐρήμου, καὶ καταλαβὼν τὴν προλεχθεῖσαν πόλιν, εὗρεν τὴν θεομάχου αἱρέσεως τὸν κατακλυσμὸν τῶν ψυχῶν, καὶ καλὰ τὸν Συμπαθέστατον Ἱερεμίαν τὸν προφήτην, οὗ ἀνήφθη ἐν τοῖς ἐγκάτοις αὐτοῦ, καὶ παρῆν τὸ πάντοθεν.

D

5 Κατὰ δὲ Συγχώρησιν Θεοῦ, τῷ ἀεὶ πρὸς τὰ Συμφέρον παιδεύοντι, ἐγένετο ἐπανάστασις τῶν βαρβάρων κραταιά· καὶ Συναγαγόντες τὰς παρεμβολὰς αὐτῶν, διαπορθμεύσαντες τὸν καλούμενον Δανοῦβιν, ἐλεηλάτουν τὴν Θράκην ἐπειδόμενοι τῷ ἀπείρῳ πλήθει· θλίψιν δὲ καὶ ταραχὴν, Συὶ τῇ προϋπαρχούσῃ τῶν Ἐκκλησιῶν ἕνεκα, οὐ τὴν τυχοῦσαν εἶχεν ἡ πόλις. Τότε δὴ ὁ Βασιλεὺς Συνήγαγε τὰ στρατόπεδα αὐτοῦ, παρασκευαζόμενος ἐξελθεῖν κατὰ τῶν ὑπεναντίων. Καὶ ἐγένετο, ἐξιόντος ἐπὶ τὸ κάμπον τρακλεῦσαι τὰ στρατόπεδα αὐτοῦ, ἀναζωπυρισθεὶς τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ὡς ἄλλος Δανιὴλ ἐπὶ Σωσάννης, ὁ ἅγιος Πατὴρ ἡμῶν Ἰσαάκιος, προσέσισι τῷ δυσεβεῖ, λέγων· Βασιλεῦ, ἄνοιξον τὰς Ἐκκλησίας τῶν ὀρθοδόξων, καὶ εὐοδώσει σοι Κύριος τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου. Ὁ δὲ τὸ εὐτελὲς καὶ ξένον τοῦ σχήματος ἰδὼν, καὶ ῥακοδυτοῦντα γηράλεον, ὡς λήρου περιφρονήσας, ὅτε λόγου ἠξίωσεν αὐτόν· οὐ γὰρ ὧδε τότε ἐνταῦθα ἦν ὁ μοναχός. Εἶτα πάλιν τῇ ἐξῆς ἐξιόντι αὐτῷ, ἔστη ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καὶ εἶπεν· Βασιλεῦ, ἄνοιξον τὰς Ἐκκλησίας τῶν ὀρθοδόξων, καὶ νικήσεις τοὺς ἐχθρούς σου, καὶ ὑποστρέψεις ἐν εἰρήνῃ. Ὁ δὲ Βασιλεὺς τοῦ λόγου τοῦ δωρεὰν αἰσθόμενος τὸ, Ὑποστρέψῃς ἐν εἰρήνῃ, ἀνεκαινώσατο τοῖς ἔγγισα αὐτοῦ ἐπὶ τῷ ἀνοῖξαι τὰς Ἐκκλησίας. Ὁ δὲ κατ' ἐκείνῳ καιρῷ Πρεπόσιτος, καὶ οἱ λοιποὶ ἐκ τῆς Ἀρείου κακοπιστίας ὑπάρχοντες, ἐπὶ πλεῖον διέστρεψαν τὸν Βασιλέα, καὶ ἐλοιδόρησαν τὸν Ἅγιον, ἐκμυκτηρίσαντες τοὺς λόγους αὐτοῦ, καὶ ταῖς φραγέλλαις ἐμάστιζον αὐτόν. Καὶ παιδεύσας αὐτοῖς ὁ Βασιλεὺς, παραλογισάμενος αὐτὸν, ἐπορεύθη. Ὁ δὲ θεράπων τοῦ Θεοῦ Ἰσαάκιος ἀδιαλείπτως ἐδέετο τοῦ Θεοῦ, ταχεῖαν τὴν βοήθειαν ποιήσασθαι περὶ τῆς ἁγίας ὀρθοδόξου πίστεως.

E

6 Μετὰ δὲ δύο ἡμέρας παραταξομένου τοῦ Βασιλέως, καὶ ἐξιόντος εἰς τὸν πόλεμον, προσῆλθεν αὐτῷ καὶ τὴν ὁδὸν ὁ Μακάριος, καὶ ἐπιλαβόμενος τοῦ χαλινοῦ τοῦ ἵππου αὐτοῦ, ἀνθίσατο, τὰ μὲν διελέγχων ὡς θεομάχον, τὰ δὲ παραινῶν τοῦ εἶξαι καὶ ἀνοῖξαι τὰς Ἐκκλησίας τῶν ὀρθοδόξων. Ὁ δὲ κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ ἀκαμπὴς διέμενεν· οἱ δὲ πλησίον παρατρέχοντες τοῦ Βασιλέως, ἐμάστιζον αὐτὸν τοῦ ἀποσῶσαι, καὶ οὐκ ἴσχυον· γίνεται οὖν ἐκ τούτου Συνδρομὴ πλήθους, καὶ διαφόρως ἕκαστος ἐμάστιζον αὐτὸν, οἱ μὲν βέργαις, οἱ δὲ φραγέλλαις, ἕτεροι δὲ πυγμαῖς, ἄλλοι δὲ ῥοπάλοις, καὶ μόλις ποτὲ, τοῦ Θεοῦ Συγχωρήσαντος, ἠδυνήθησαν ἀποσῆσαι τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐκ τοῦ χαλινοῦ τοῦ ἵππου τοῦ Βασιλέως. Τότε ὁ Βασιλεὺς Οὐάλης ἐμμανὴς γενόμενος, περιβλεψάμενος ὧδε καὶ ὧδε, ὁρᾷ πᾶσαν τὸν τόπον ἐκεῖνον ὥσπερ λίμνην Συνεστῶσαν, οὐχ ὕδατος, ἀλλὰ βορβόρου δυσώδους, καὶ ἐν αὐτῷ ἑλος-

F

A ἑλὼν δαιμόνων θανατικῶν, καὶ ἀκανθῶν λίαν δεινῶν, ἐν ᾧ τόπῳ οἷον ζῶον εἰσελήλυθει (οἷα γίνεται ἐξ ἀγνοίας) οὐδαμῶς ἠδυνάτο ζῶν ἐξελθεῖν. Προσχὼν οὖν ὁ Βασιλεὺς τὸν τόπον, καὶ γνοὺς ὅτι παγὶς θανατικὴ ἐστιν, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐν αὐτῇ ἀκονιτιδιῶσαι, καὶ ἐπορεύθη τὴν ὁδὸν αὐτοῦ. Ἀκοντιδὴς δὲ ὁ γενναῖος ὁμολογητὴς Ἰσαάκιος ἐν τῷ θανατικῷ τοῦ παγίδος βορβόρῳ, αὐτὸς μὲν ἔπασχεν οὐδὲν δεινόν· ἰδοὺ γὰρ τῇ δυνάμει τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔπτά τινες δύο Ἄγγελοι ἀνέσπασαν αὐτὸν ἐκ τοῦ βορβόρου, καὶ ἐξαγαγόντες αὐτὸν, ἔστησαν ἐν τῇ λεοφόρῳ, καὶ εἶπον αὐτῷ, Εἰρήνη σοι, ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου· καὶ τοῦτο εἰπόντες, ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ· εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐλθὼν καὶ κλίνας τὰ γόνατα, εὐχαρίστησε τῷ Θεῷ, ὅτι προνοιαν ποιεῖται τῶν δούλων αὐτοῦ.

7 Ἀνασὰς ἡ ἐκ τῆς εὐχῆς, δρομαίως δι' ἄλλης ὁδοῦ πορευθεὶς, καὶ προσφθάσας τὸν Βασιλέα, πάλιν ἐπιλαβόμενος τοῦ χαλινοῦ ἵππου τοῦ Βασιλέως, ἔφη μετὰ παῤῥησίας· Σὺ μὲν θανατεῖν με ἔδοξας, ἀκονίσας ἐν τῷ βορβόρῳ· ὁ δὲ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ ὑπό σου ἀθετούμενος, ἐζωοποίησέν με, B ἀναγαγών με ἐκ τῆς παγίδος ἧς ἐκρυψάς μοι, εἰς ἔλεγχον τῆς ἀπειθείας σου γνώμης. Καὶ νῦν παραγνῶ, ἄκουσόν μου, καὶ ἄνοιξον τὰς Ἐκκλησίας τῶν ὀρθοδόξων, καὶ ἀπόδος αὐτὰς, καὶ νικήσεις τὸν πόλεμον, εἰς ὃν ἀπέρχῃ, καὶ ὑποστρέψεις ἐν εἰρήνῃ, καὶ ἔσῃ εἰς ἔπαινον καυχήσεως. Ὁ δὲ Βασιλεὺς θεασάμενος τὸν Μακάριον, καὶ τὴν φαιδρότητα τοῦ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἓν λόγῳ τὴν παῤῥησίαν, ὥσπερ ἐξ ἑαυτοῦ γεγονὼς, οὐκ ἠδυνήθη ἀποκριθῆναι αὐτῷ λόγον. Εἶτα μετὰ μικρὸν λέγει ὁ Βασιλεὺς πρὸς τὸν Μακάριον· Ἐὰν δὲ μὴ ἀνοίξω ἢ ἀποδώσω τὰς Ἐκκλησίας τῶν ὀρθοδόξων, ἐκ τούτου τί ἔσῃ; Τότε ἀναζωπυρηθεὶς τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ὁ θεράπων τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸν Προφήτην τοῦ Θεοῦ Μιχαΐαν ἐπὶ Ἀχαὰβ Βασιλέως Ἰσραὴλ, οὕτως καὶ νῦν προεφήτευσεν τῷ Βασιλεῖ Οὐάλεντι λέγων· Ἀγαθὸν μὲν ἴσθι Βασιλεῦ πεισθέντι μοι ἀνοῖξαι καὶ ἀποδοῦναι τὰς Ἐκκλησίας τῶν ὀρθοδόξων, καὶ ἀπελθόντι ὑποστρέψαι μετ' εἰρήνης· ἐπειδὴ δὲ ἕως τούτου ἀκαμπὴς διαμένεις, ἐὰν σὺ ἀπελθὼν ἐν τῷ πολέμῳ ὑποστρέψῃς ζῶν, γνῶθι ὅτι Κύριος οὐ λελάληκεν ἐν ἐμοί· ἀπε- C λεύσῃ γὰρ ἐπὶ τὸν τόπον, καὶ σωάψεις ἐπὶ τὸν πόλεμον, καὶ οὐ δυνήσῃ ἀντισταθῆναι κατ' ἐνώπιον τῶν ἐχθρῶν σου· ἀλλὰ κρατήσουσιν ὑπέρ σε, καὶ φεύξῃ ἀπὸ προσώπου αὐτῶν, καὶ ὑπεδιώξουσί σε, καὶ καταφεύξῃ ἐν οἰκίσκῳ, καὶ ἐν αὐτῷ ζῶν πυρὶ κατακαυθήσῃ, καὶ τότε γνώσῃ ἐν τῇ ὥρᾳ τὴν ἀνάγκης σου, ὅτι ἔστι Θεὸς ἐν οὐρανῷ, ὁ ὑπό σου ἀθετούμενος.

8 Ταῦτα ἀκούσας ὁ Βασιλεὺς Οὐάλης, καὶ ἐμμανὴς γενόμενος, προσκαλεσάμενος δύο τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ, ὀνόματι τῷ ἑνὶ Σαλορνῖνος, καὶ ὀνόματι τῷ δευτέρῳ Οὐίκτωρ, παρεδωκε τὸν Ὅσιον, λέγων αὐτοῖς· Μετὰ πάσης ἀνάγκης καὶ πρεβλης, καὶ τῶν ἐπ' αὐχένος ἀλύσεων ἐν φρουρᾷ καλακλείσατε, ἄχρις οὗ ὑποστρέψας ἐν εἰρήνῃ, τιμωρήσομαι αὐτὸν κατὰ τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ καὶ ἄκαιρον προφητείαν. Τότε ὁ μακάριος Ἰσαάκιος ὑπομειδιάσας Cεμνὸν, εἶπεν τῷ Βασιλεῖ, Καὶ ἤδη σοι εἶπον, ἐὰν Cὺ ὑποστρέψῃς ζῶν, οὐ λελάληκεν ἐν ἐμοὶ Κύριος. Ἐπορεύθη ὁ Βασιλεὺς τὴν ὁδὸν αὐτοῦ· καὶ οἱ προῤῥηθέντες ἄνδρες παραλαβόντες τὸν Μακάριον, ἀπήγαγον αὐτὸν, καὶ καθεῖρξαν αὐτὸν καθὼς ἐνετάλθησαν ὑπὸ τοῦ Βασι-

nem exhibere conſpexit, quam non aquarum confluxus, ſed tetri cujuſdam odoris lutum conficiebat. In palude quoque ipſa arundinum & ſpinarum, acuminibus ſuis diram perniciem minitantium, denſa conſpiciebatur ſilva, in quam quodcumque animal, ut ex errore ſæpe fieri ſolet, greſſum intuliſſet, certam incurrebat mortem. Hunc contemplatus locum Imperator, ita quaſi laqueum mortis eum eſſe reputavit, & ſanctum Monachum in eumdem juſſit conjici, ac iter ſuum proſecutus eſt. In feralem paludem conjectus illuſtris Chriſti confeſſor, nihil omnino in ea mali moleſtiæve perpeſſus eſt. Ecce enim divina Domini Jeſu Chriſti virtute gemini Viro ſancto ſe obtulerunt Angeli, qui & è cœnoſo lacu eum eduxerunt, & in publicam viam perduxerunt; Tum, Pax, inquiunt, tibi ſit: confortare & eſto robuſtus: atque his dictis, continuo diſparuerunt. At Vir ſanctus ſibi redditus, in genua ſe ſua proſtravit, Deoque qui tantam pro famulis ſuis ſolicitudinem ſolitus eſt oſtendere, gratias ingentes retulit. EX MS. VATIC. *& in cœnoſam paludem conjectus, ac liberatus divinitus.*

7 Finita deinde precatione conſurgens, magna cum feſtinatione diverſam ingreſſus ſemitam, compendio viæ Regem ad bellum proficiſcentem prævertit, correptoque iterum equi imperatorii fræno, ita fidenter ac fortiter eſt locutus: Tu quidem, ô Imperator, inevitabili morti traditum me exiſtimaſti, cum juſſu tuo in cœnum illud fui conjectus: at vero Dominus Jeſus Chriſtus, cujus tu fidem abnegaſti, nova me quadam vita donavit; è lacu in quem immergi me volueras, ſalvum & incolumem educens, ut perverſam animi tui ſententiam palam arguat. Attamen etiam nunc amice te hortor, me ut benigne audias, & ſuas Orthodoxis eccleſias reſeres atque reddas; quo facto, ita tibi perſuade, fore ut è bello, ad quod nunc pergis, victor evadas, tibique in pace revertenti vera præbeatur laudum & gratulationum materia. Imperator Valens monitorem ſuum diligenter intuitus, & vultus in eo hilaritatem ac libertatem ſermonis attendens, ſic quaſi extra ſe fuiſſet abreptus, ne voculam quidem ad ea quæ dicta erant reponere valuit. Interpoſita igitur nonnulla mora, Ecquid, ait Imperator ad virum ſanctum converſus, demum eſt futurum, ſi Catholicorum eccleſias aperire ac reddere abnuero? Tunc à Spiritu ſancto incitatus Dei famulus, non aliter ac olim Achabo Regi Iſraëlis Propheta Michæas, ita & ipſe vaticinatus eſt Valenti Imperatori, hoc eum modo compellans: Fortunatius quidem tecum fuiſſet actum, Imperator, ſi verbis meis perſuaſus, eccleſias Orthodoxorum referare ac reſtituere induxiſſes in animum, & ad bellum iſtud diſcedens in pace elegiſſes reverti; ſed quoniam in hoc uſque tempus inexorabilis perſiſtere non dubitaſti, ita tibi denuntio: ſi poſt expeditionem iſtam ſuperſtes Conſtantinopolim aliquando vivum reverti te contingat, ſcias quoniam mihi Dominus non eſt locutus. Abibis ſcilicet in locum iſtum, & commiſſo cum Barbaris prælio, nequaquam ipſis reſiſtere valebis; quin ipſi potius te ſuperiores evadent, fugieſque à facie perſequentium, donec in exiguum te abdas tugurium, in quo latitans flammis circumcirca injectis vivens cremaberis. Illud erit miſeriæ & calamitatis tuæ tempus, quo cognoſces regnare Deum aliquem in cælo, qui à te modo non agnoſcitur. *Valenti fruſtra iterum admonito,*

8 His auditis, magna incenſus rabie fuit Imperator, ac vocatis ad ſe protinus duobus è proceribus, quorum alteri Saturnino, alteri nomen erat Victori, Sanctum iis hominem ſervandum tradidit, ita jubens: Iſtum vos ſenecionem, compedibus & catenis vinctum atque oneratum, arctæ cuſtodiæ includite, *In carcerem detruditur.*

EX MS. VATIC.

dite, quousque in pace domum reversus, supplicium sumam de impudente, & non minus importuna hac ejus vaticinatione. Tum B. Isaacius, cum quadam vultus majestate subridens, sic Regem iterum est affatus: Nunc equidem tibi ita prædixi. Si è bello isto vivum te in urbem referas, non est mihi locutus Dominus. Ad hostes igitur suos debellandum
d perrexit Valens *d*; at prænominati duo magnates comprehensum virum sanctum, quemadmodum ipsis fuerat à Rege imperatum, carceri incluserunt.

λέως. Εἰσελθὼν δὲ ὅσιος ἐν τῇ φυλακῇ, οὐ διέλιπεν νύκτα καὶ ἡμέραν μετὰ δακρύων δυσωπῶν τὸν Θεὸν, ὅπως βλέψαι ἐπὶ τὸν ποίμνιον αὐτοῦ, καὶ ταχεῖαν ἀποστεῖλαι τὴν βοήθειαν αὐτοῦ. D

Ex quo autem tempore in eum est ingressus Vir sanctus, diu noctuque supplicationes cum lacrymis ad Deum instituebat, ut placato tandem vultu populum suum respicere, & præsenti auxilio tueri vellet.

## ANNOTATA.

a *Tam distincta revelationis non meminit Vita altera, sed interni dumtaxat impulsus.*

b Gothi *hi fuere, quibuscum assidua fere* Valenti *fuere bella; & contra quos dimicans, sagitta confossus, & cum tugurio, in quod, ut insequentium hostium manus evaderet, se cum paucis è suis receperat, vivus exustus est.*

c *Simocatta libro 4 cap. 15.* Εὐνοῦχος εἰς τὴν βασιλικὴν δορυφορίαν ζωπεταγμένος κορυφαιότατος· ὃν Πραιπόσιτον ἔθος Ῥωμαίοις ἀποκαλεῖν. Eunuchus supremus & præcipuus ad Imperatoris satellitium deputatus, quem Præpositum vocare Romani consueverunt. *Munera ejus ac dignitatem explicant Codinus, Meursius alii.*

d *Fiduciam, prædictioni Isaacii contrariam dabant Valenti feliciter* vaticinia, quæ fuisse ejus jussu consulta de proposita belli expeditione, post ejus obitum libere fassi sunt, qui ejus familiaritate utebantur domestici, *uti scribit Theophanes.*

B E

## CAPUT III.

*De Valentis interitu, & Theodosii in Imperatorem electione: qui susceptο baptismo, Isaacium honorifice habet; ac, pulsis Arianis, pacem reddit Ecclesiæ.*

a *Valens vincitur, & vivus crematur,*

9 INterea Imperator ad quamdam prope Danubium urbem pervenerat, lustratoque exercitu, & auditis suorum sententiis, conflictus cum hoste ineundi diem constituerat. Qui ut advenit, & cœptum est pugnari, hostibus suis Valens par esse non potuit; quamobrem coactus in fugam se dare impius, tamdiu insequentium inimicorum manus evasit, donec in agro quodam apertum horreum conspicatus, una cum Præposito, perversori suo, in illud sese abdidit. Hoc persequentes eum Barbari ut adverterunt, injecto ab omni parte in horreum igne, vivum cremarunt. Atque isto tandem modo supplicium persolvens meritum, juxta S. Isaaci prædictionem, animam miser exhalavit. Quæ vero pars exercitus à clade superfuit, Sermium *b* Illyrici
b tractus urbem petiit, ac missa inde ad Gratianum
c *c* legatione, eum de omnibus quæ contigerant edocuerunt. Ille ad prædictam civitatem mox ut per-
d venit *d*, Imperatorem illis proposuit Theodosium,
C divinitus ad tantam dignitatem electum, veræ fi-
e dei Christique amantissimum, religionis orthodo-
*Cui in Imperium succedens Theodosius,* xæ sectatorem, virum denique bello strenuum *e*. Redingrato igitur è Theodosii & Gratiani mente adversus Barbaros qui Valentem incendio necarant bello, & Domino Jesu Christo bene propitio, Barbarorum alios gladio deleverunt, alios verterunt in fugam; quorum maxima etiam pars, dum Istrum trajicit, aquis hausta interiit. Ita Imperatores Gratianus & Theodosius, victoria adversus Barbaros potiti, & erectis sibi trophæis clari, Gratianus in
*Barbaros feliciter superat,* Gallias, Theodosius Constantinopolim perrexit. Hic
f Thessalonicam ut attigit, corporis infirmitate subito cœpit tentari. Quare accersito ad se *f* Acholio, urbis Thessalonicensis Episcopo, quam profiteretur fidem sciscitatus est. Respondit is, *g* Illyricas quidem
g gentes ab Arii blasphemia afflatas, ita tamen ut impia adversus Deum rebellio, quam ille induxit, ipsas post se non traxerit: Fidem enim, inquit, tenemus jam inde à principio per sanctos Apostolos nobis consignatam; & à sanctis Patribus traditam olim doctrinâ in Nicæno Concilio, de indivisa & consubstantiali Trinitate. Quæ verba lubenti animo sus-
*& baptizatur ab Acholio.*

9 Γενομένου τοιγαροῦν τοῦ Βασιλέως ἐν μιᾷ τῶν πόλεων τῆς παρεγγὺς τοῦ Δανουβίου, ὅπως σχεδιάσῃ τὰ στρατόπεδα αὐτοῦ, καὶ ἀνακοινώσαιτο αὐτοῖς, ὥρισεν ἡμέραν ἐν ᾗ Σωάψει τὸν πόλεμον. Ἐν δὲ τῷ καιρῷ τῆς συγκρούσεως μὴ δυνηθεὶς ἀντισταθῆναι τοῖς ὑπεναντίοις, νῶτα δεδωκὼς ὁ ἀλιτήριος ἤρξατο φεύγειν ἀπὸ προσώπου αὐτῶν· οἱ δὲ ἐπεδίωκον. Καταλαβὼν δὲ ἀχυρὼν, εὑρὼν ἀχυρῶνα ἀνεωγμένον, εἰσεπήδησεν ἐκεῖσε ἅμα τῷ Πραιποσίτῳ τῷ διαστρέφοντι αὐτόν. Οἱ οὖν διωκόντες βάρβαροι, ἰδόντες ὅτι ἐν τῷ ἀχυρῶνι εἰσεπήδησεν φεύγων, ἅψαντες πυρὰν κύκλῳ καὶ ἐκαυσαν αὐτὸν ἐν αὐτῷ, καὶ οὕτως τιμωρούμενος ἀπέρρηξεν ἐκεῖ τὸν ψυχὸν, κατὰ τὸν προφητείαν τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ Ἰσαακίου. Ἡ δὲ ὑπολειφθεῖσα στρατιὰ ἦλθεν ἐν Σερμίῳ τῇ πόλει τῆς Ἰλλυρίων ἔθνους, καὶ ἀπέστειλαν πρεσβεῖαν πρὸς τὸν Βασιλέα Γρατιανὸν, σημαίνοντες περὶ τῶν γεγενημένων πάντων. Ὃς παραγενόμενος ἐν τῇ προλεχθείσῃ πόλει Σερμίῳ, καὶ ἀφον Θεοῦ ἀναδείκνυσιν αὐτοῖς Βασιλέα ὀνόματι Θεοδόσιον, ἄνδρα πιστότατον καὶ φιλόχριστον, ὀρθοδοξότατόν τε περὶ τὸν πίστιν ὄντα, ἀνδρεῖόν τε καὶ πολεμικώτατον. Κατὰ γνώμην δὲ τῶν δύο Βασιλέων Συγχρωτεῖται ὁ πόλεμος κατὰ τῶν βαρβάρων τῶν τὴν Οὐαλεντα καυσάντων· καὶ τῇ Σωάρσει τῷ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοὺς μὲν ἔκτειναν, τοὺς δὲ ἐδίωξαν· οἱ δὲ πλεῖστοι αὐτῶν ἐν τῷ Ἴστρῳ πόλαμῷ ἐν τῷ φεύγειν ὤλοντο· καὶ ὕστως Γρατιανὸς καὶ Θεοδόσιος οἱ Βασιλεῖς καλὰ βαρβάρων ἦραν τὰς νίκας, καὶ μετὰ τὰ τρόπαια, Γρατιανὸς μὲν ἐπὶ τὰς Γαλλίας ἐχώρει, Θεοδόσιος δὲ ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἔσπευσεν. Καταλαβὼν δὲ τὴν Θεσσαλονίκην, ἐκεῖσε ἀῤῥωστίᾳ περιπίπτει. Μελασειλάμενος οὖν τὸν Θεσσαλονίκης Ἐπίσκοπον τὸ ὄνομα Ἀχόλιον, ἐπυνθάνετο ποίαν πίστιν ἀσπάζεται. Τοῦ δὲ ἀπόντος, ὅτι παρῆλθεν ἡ Ἀρειανὴ βλασφημία τὰ Ἰλλυρίων ἔθνη, τὸ δὲ ἴσχυσεν Σωσπάσαι ἡ παρ' ἐκείνης γενομένη ἀσεβὴς θεομαχία, ἀλλὰ τὴν ἄνωθεν καὶ

A ὃ δὴ ἀρχῆς ἐκ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων παραδοθεῖσαν πίστιν, καὶ ὑπὸ τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ βεβαιωθεῖσαν τὸ ἀδιαίρετον καὶ ὁμοούσιον τῆς ἁγίας Τριάδος καλέχομεν. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Βασιλεὺς Θεοδόσιος, καὶ ἀσμενέστατα ἀποδεξάμενος, ἠξίωσε λαβεῖν τὸ ἅγιον βάπτισμα, καὶ ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἀχολίου τοῦ Ἐπισκόπου Θεσσαλονικέων μητροπόλεως εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ μεθέλαβε τοῦ ἀχράντου Σώματος καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

10 Ἀναῤῥωσθεὶς οὖν μετὰ πολλὰς ἡμέρας, ἐπὶ τῶν Κωνσταντινουπόλιν ἔχειν μηνὶ Νοεμβρίῳ ἰνδικτιῶνος * πέμπτης, ἐν ὑπατίᾳ τῶν εὐσεβῶν βασιλέων Γρατιανοῦ τὸ πέμπτον, καὶ αὐτοῦ Θεοδοσίου τὸ πρῶτον· ἐν ᾧ καιρῷ Γρηγόριος ὁ Ναζιανζοῦ Ἐπίσκοπος, ἔνδον ἐν μικρῷ εὐκτηρίῳ τὰς Συναγωγὰς ἐποιεῖτο, ὁπισωάγων καὶ ὁπισηρίζων τὸν λαὸν διὰ τῆς διδαχῆς αὐτοῦ εἰς τὸν ὀρθόδοξον πίστιν, ὅπερ εὐκτήριον μετὰ ταῦτα ἐκ βασιλικῆς φιλοτιμίας μεγαλωσθὲν, Ἀνασασίαν ὠνόμασαν. Οἱ δὲ περὶ τὸν Σατορνῖνον καὶ Οὐίκτορα, ὑπανήσαντες τῷ Βασιλεῖ, ἐγνώρισαν αὐτῷ πάντα τὰ καλὰ τοῦ ἁγίου καὶ ὁμολογητοῦ Ἰσαάκιον, καὶ τὸν προφητεύσαν αὐτῷ, ὡς κατὰ πρόσωπον προεῖπεν τῷ Οὐάλεντι, καὶ ὅτι οὕτως ἀπέβη αὐτῷ. Ὡς ἀκούσας, καὶ θαυμάσας τὸν ἄνδρα, εὐθέως μετὰ πάσης τιμῆς ἐπὶ τὰ βασίλεια ἄγειν προσέταξεν. Οἱ δὲ προαγορευθέντες ἐνδοξότατοι ἄνδρες, πορευθέντες μετὰ σπουδῆς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, τῶν ποδῶν τοῦ Ὁσίου ἁπτόμενοι, ἐδέοντο εὐξασθαι ὑπὲρ αὐτῶν, ἐγνωκότες διὰ τῆς ἐκβάσεως τῶν πραγμάτων προφήτην αὐτὸν εἶναι. Ἐξαγαγόντες δὲ αὐτὸν ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου, ἤγαγον πρὸς τὸν Βασιλέα· ὃς ὑπανήσας, προσεκύνησε τῷ Ἁγίῳ, αἰτήσας εὐχήν. Ὁ δὲ ἀποστολικὸς ἀνὴρ καὶ ἐπηύξατο καὶ ἀσπασμοῦ μετέδωκεν, καὶ πάντα ἀπήγγειλεν αὐτῷ τὰ καλὰ τὸν δυσώνυμον Οὐάλεντα.

11 Ὡς ἀκούσας καὶ οἰκειωσάμενος τῶν ἁγίων Ἐκκλησιῶν τὸν Συμφορὰν, εὐθέως προτίθησι θεσπίσματα ἐν τοῖς δημοσίοις τόποις τῆς πόλεως περιέχοντα οὕτως. Βασιλεὺς Θεοδόσιος, Νικητὴς, τροπαιοῦχος, πᾶσι τοῖς τῆς Ἀρείου δυσσεβείας μύσαις. Γνωσὸν ὑμῖν ἔσω, ὅτιπερ ἐκ τῆς σήμερας ἡμέρας, ὃς ἂν φωραθείη ἔξω ὑμῶν ἔσωθεν τείχεων Σωαγόμενος ἐν Ἐκκλησίᾳ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, τούτῳ ζημία ἔσαι οὐχ ἡ τυχοῦσα· ἅσπερ ἁγιωτάτας Ἐκκλησίας μετὰ πολέμων καὶ ἁρπαγῆς εἰλήφατε, ταύτας ἐν εἰρήνῃ καταλειπόντες, ἔξω τῆς πόλεως αὐλίζεσθε. Δηλοῖ δὲ καὶ τῷ καθ' ἐκείνῳ καιρῷ προεστῶτι τῆς Ἀρειανικῆς θρησκείας ὀνόματι Δημοφίλῳ τὰ αὐτὰ, καὶ εἰ βούλοιτο πειθὴς τῇ καλῇ Νίκαιαν ἁγίᾳ Σωόδῳ, ἑνοῦν τὸν λαὸν, καὶ τῷ εἰρήνῃ ἁσπάζεσθαι. Τοῦ δὲ Δημοφίλου φυγόντος τὸν πρότασιν τῆς ἑνώσεως καὶ εἰρήνης, ἀντεδήλωσεν ὁ Βασιλεὺς, Εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν φεύγεις; φεύγειν σε ἐν τάχει καὶ ἐκ τῶν εὐκτηρίων κελεύω. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Δημόφιλος, Συγκαλεσάμενος ἅπαντας τοὺς Ἀρειανοὺς, προσεφώνησεν αὐτοῖς τοιάδε λέγων· Ἀδελφοὶ, ὁ Βασιλεὺς φιλάνθρωπός ἐστιν, καὶ τὰ τῆς οἰκείας πίστεως τῶν τὸ ὁμοούσιον φρονούντων Ἐκκλησίας ὀπτζητεῖ, γαλήνιώτατα δηλώσας ἡμῖν· Ἅσπερ φησὶν ἐν πολέμῳ καὶ ζάλῃ εἰλήφατε Ἐκκλησίας, ταύτας ἐν εἰρήνῃ ἀπόδοτε. Ἴσε οὖν ἀπὸ τῆς ἐξῆς Σαββάτου θησόμεθα ὑμᾶς ἔξω τῆς πόλεως. Ταῦτα εἰπὼν ἐξῆλθεν ἔξω τῆς πόλεως ἅμα πανὶ τῷ λαῷ αὐτοῦ, καὶ ἔκει τὰς

cipiens Theodoſius, ſacra confeſtim baptiſmatis aqua voluit expiari. Baptizatus itaque fuit ab Acholio, Theſſalonicenſis & metropolitanæ urbis Epiſcopo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti: & ſacrum deinde atque incorruptibile Domini noſtri Jeſu Chriſti corpus, & venerandum ſanguinem reverenter accepit. EX MS. VATIC.

10 Reſtaurata poſt dies pluſculos corporis valetudine Conſtantinopolim eſt ingreſſus menſe Novembri, die XXIV, Indictione quinta *h*, religioſiſſimis Principibus, Gratiano quintum, & ipſo Theodoſio primum Conſulibus; quo etiam tempore Gregorius Nazianzenus Epiſcopus in exiguo Oratorio Orthodoxorum conventus habebat, eos undique convocans, & ſana ſua doctrina in recta fide confirmans. Ac idem poſtea Oratorium, regia magnificentia non parum auctum, ab *i* Anaſtaſia nomen deinde ſuum habuit. Saturninus interea ac Victor obviam progreſſi Imperatori, univerſa quæ circa ſanctum Confeſſorem Iſaacium acta fuerant enarrarunt; vaticinium præſertim, quod Valenti in os denuntiare non erat veritus, quodque ſuis omnibus numeris modo eſſet impletum. Auditis quæ narrabantur, Theodoſium cepit magna viri tanti admiratio, eumque ad ædes Imperatorias adduci quam primum mandavit. Viri igitur, quos dixi, clariſſimi, in carcerem cum feſtinatione ingreſſi, hominis ſancti genua ſupplices apprehenderunt, ac ſacras ab eo preces pro ſe poſtulaverunt, quoniam nunc ex rei ipſius eventu Prophetam illum eſſe cognoviſſent. Eductum deinde è cuſtodia Imperatori confeſtim obtulerunt; qui Virum ſanctum obvius excipiens & ſuppliciter veneratus, ut Deum ſibi orando propitium redderet, enixe petiit. Imperatori fauſta omnia poſtquam precatus eſt vir Apoſtolicus, & ſalutem reddidit, cuncta quæ ſub infelici Valente acciderant annuntiavit.

*Conſtantinopolim deinde profectus* h

I

B *cuncta de Iſaacio edocetur,*

*eumque habet in honore.*

11 Quæ omnia intelligens Theodoſius, & Eccleſiarum calamitatem ſuam eſſe reputans, edictum continuo celebrioribus urbis locis proponi juſſit, quo hæc præſcribebantur. Theodoſius Imperator, Victor & Triumphator, cunctis Arianæ impietatis Sacerdotibus. Notum vobis ſit, quod, quicumque veſtrum ex hac die deprehenſus fuerit intra urbis muros, in quavis Orthodoxorum eccleſia cœtus cogere, pœna haud levi caſtigandus ſit. Quas vero hactenus ſanctiſſimas eccleſias per bella & rapinas occupaſtis, eas nunc in pace ſuis reddite poſſeſſoribus, contenti extra civitatis muros commorari. Demophilo *k* quoque, Arianæ impietatis ea tempeſtate Principi & Epiſcopo CP. eadem fuere denuntiata, ab eoque quæſitum, an admiſſa Nicæna & ſacroſancta ſynodo, in populi omnis Chriſtiani unionem & pacem Eccleſiæ conſentire vellet. Qui cum omnem de pace ac unione ſermonem plane refugeret, contra eum ita pronuntiavit Imperator: Pacem fugis & concordiam? jubeo igitur ut hinc quam primum alio te recipias, nec ulla amplius apud nos oratoria occupes. Denuntiatione ea accepta Demophilus, ad convocatos undique Arianæ doctrinæ aſſeclas ita eſt locutus: Fratres, Imperatorem nacti ſumus perhumanum, qui fidei ſuæ propriæ & conſubſtantialitatis aſſertoribus eccleſias jubet reſtitui, ſic pacifice nobis edicens: Quas bellorum atque tumultuum tempore eccleſias occupaſtis, eas nunc in & cum pace reddite. Scitote ergo extra urbis muros deinceps nobis eſſe conveniendum. Hæc elocutus, una cum omni Arianorum multitudine urbem relinquens, extra ejus muros commorationem ſibi delegit. Ita quidem cum ad quadraginta *l* omnino annos Orthodoxorum eccleſias tenuiſſent Ariani, imperante Theodoſio, non iis modo, ſed ipſa

*Edictum Theodoſii adverſus Arianos:*

C F k

*qui & Demophilum urbe CP. pellit,*

*ac patrem reddit Eccleſiæ.* l

EX MS. VATIC.

etiam urbe abire ſunt compulſi, eodem illo Conſulatu, eodemque menſe.

12 Cum eo modo prævaluiſſet rurſum Nicæna fides, & ſuum urbs Conſtantinopolitana accepiſſet Epiſcopum *m*, ſanctis Eccleſiis univerſoque populo reddita eſt pax; ſua etiam templa & oratoria receperunt ac frequentarunt Orthodoxi: ſpem enim hanc conceperat Imperator, fieri poſſe ut in eamdem cum Catholicis fidei doctrinam & communionem convenirent tam Ariani quam Macedoniani, de Conſubſtantialitatis veritate perſuaſi, ſicut fuerant antequam ab Eccleſia Catholica ſeſe ſeparaſſent: nam quæcumque ad hæreticos eos ſpectabant, jam ante Imperatorem edocuerat Epiſcopus, Nazianzenus Gregorius; qua ſcilicet ratione Conſtantius, Magni Conſtantini filius, in gratiam Arii & Macedonii, cuncta quæ à Patre ejus tam recte tamque religioſe fuerant conſtituta evertens, fidem quoque orthodoxam ſubverterit, ejuſque exemplum imitatus fuerit Valens. Poſt hæc Theodoſius præcipuos ſectæ utriuſque propugnatores ad *n* Synodum Conſtantinopoli habendam convenire voluit. Adfuerunt illico Conſubſtantialitatis patroni acerrimi *o*, Alexandria profectus Timotheus, Cyrillus *p* Hieroſolymitanus ad recte de Trinitate ſentiendum denuo perductus, & Meletius *q* Antiochenus. Ipſe etiam aderat Gregorius Nazianzenus, & Acholius Theſſalonicenſis, aliique plures, centum univerſim & quinquaginta. Pro Arii & Macedonii tuenda cauſa advenerant, Eleuſius *r* Cyzicenſis, Marcianus Lampſacenſis, Euethius Epheſinus, Mares Chalcedonius, ac reliqui omnes ad triginta uſque, è quibus longe major pars Helleſpontum & Aſiaticas incolebant urbes. Conſulatu igitur *ſ* Eucherii & Syagrii, menſe Majo, omnes quos dixi Epiſcopi, atque Imperator, & ſanctus Confeſſor ac Pater noſter *t* Iſaacius in unum convenere, cum reliquis omnibus, qui orthodoxam de Conſubſtantialitate fidem palam ſunt profeſſi: *u* ii autem quibus minus erat prudentiæ, ſpretis ſapientiorum hortationibus, in Arianam ſectam conſentire potius elegerunt, quam Conſubſtantialitatem in divinis Perſonis admittere. Cumque ita de ſe palam profiterentur, non ſolum è cœtu Eccleſiæ, ſed ex ipſa etiam urbe ſunt ejecti, & ab orthodoxe ſentientibus omnino ſeparati: Patres autem ea quæ Nicææ quoad fidem ſtatuta erant, firmiora eſſe volentes, ſimilia Nicænis decreta ediderunt.

*Conſtantinopolitanū I Concilium idem indicit.*

*Damnātur & pellun tur hæretici.*

C

13 Imperator quoque poſtquam ad Concilii Patres de Epiſcopi Conſtantinopolitani electione retuliſſet, pluribus Cleri ſuffragiis deſignatus fuit *x* Nectarius quidam, vir pietate eximius, Senatorii ſanguinis, moribus optimis, qui Prætoris tunc munere fungebatur. Hic ab univerſo populo ad Epiſcopatum poſtulatus, centum quoque & quinquaginta Patrum aſſenſu dignitatem eam ſuſcepit, præſente Imperatore Chriſti amantiſſimo Theodoſio, patre Arcadii & Honorii, qui & ipſi deinde Imperio præfuerunt, una cum ſanctiſſimo Iſaacio. Tunc illud etiam ſtatutum fuit, ut ſecundum à Romano Epiſcopo dignitatis locum obtineret Epiſcopus Conſtantinopolitanus *y*, propterea quod Conſtantinopolis nova Roma & ſit & dicatur. His omnibus cum ſuum pariter aſſenſum præbuiſſet Imperator, finis tandem Concilio fuit impoſitus, ad gloriam majorem D.N. Jeſu Chriſti.

*Nectarii in Epiſcopum CP. electio.*

διαγωγὰς ἓ λοιπὸν ἐποιοῦντο. Οὕτω μὲν τῶν οἱ Ἀρειανοὶ ἐπὶ τεσσαράκοντα ἔτη τ᾽ Ἐκκλησιῶν τ᾽ ὀρθοδόξων ἐκράτησαν· ἐπὶ ᾧ ἓ χριστιανικωτάτῳ Βασιλέως Θεοδοσίῳ μόνον τ᾽ εὐκτηρίων οἴκων, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τ᾽ πόλεως ἐξηλάθησαν, ἐν τῇ αὐτῇ ὑπατίᾳ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ μηνί. D

12 Ἀντεισέπεσαν ᾗ καὶ ἀντελάμβανον αὐτὰς οἱ τ᾽ ὀρθοδόξου πίστεως, ἐπὶ τῷ κρατῆσαι τὸν ἐν Νικαίᾳ πίστιν, καὶ χειροτονῆσαι τῇ Κωνσταντινουπόλει Ἐπίσκοπον, καὶ δοῦναι κατάσασιν ταῖς ἁγίαις Ἐκκλησίαις, καὶ πανὶ τῷ λαῷ. Ἤλπισε γὰρ δώσεσθαι ὁμονοῆσαι καὶ ἑνῶσαι τοὺς περὶ Ἄρειον καὶ Μακεδόνιον τῇ ὁμουσίῳ πίστει, καθὼς ἦσαν πρὸ τ᾽ ἀποστάσεως· πάντα γὰρ τὰ καλ᾽ αὐτοὺς ἐδίδαξεν τ᾽ Βασιλέα Γρηγόριος ὁ Ναζιανζῆ Ἐπίσκοπος, καὶ ὅπως Κωνσάντιος ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου, ἕνεκεν Ἀρείου καὶ Μακεδονίου, πάντα τὰ τ᾽ πατρὸς πίστως καὶ ὀρθῶς νομοθετηθέντα ἀνασρέψας, τὸν ὀρθόδοξον ἐπόρθησε πίστιν, καὶ μετ᾽ αὐτὸν Οὐάλης ὁμοίως· καὶ ἐκέλευσε παρεῖναι ἐν τῇ Σωόδῳ καὶ τοὺς πρωτοσῶτας τούτων τῶν αἱρέσεων. Συνῆλθον οὖν τ᾽ μὲν ὁμουσίου πίστεως, ἐκ μὲν τ᾽ Ἀλεξανδρέων Τιμόθεος, ἐκ δὲ τῶν Ἱεροσολύμων Κύριλλος προσδεμένου τῷ ὁμουσίῳ πάλιν, Μελέτιος δὲ ἀπὸ Ἀντιοχείας, ἐκεῖ δὲ καὶ αὐτὸς παρὼν ἦν ὁ Ναζιανζῆ Γρηγόριος, καὶ Ἀχόλιος ὁ Θεσσαλονίκης, καὶ ἄλλοι κατ᾽ αὐτοὺς πλεῖσοι· πάντες δὲ ἦσαν ἑκατὸν πεντήκοντα· τῶν δὲ Ἀρείου καὶ Μακεδονίου μέρους, Ἐλεύσιος Κυζίκου, Μαρκιανὸς Λαμψάκου, Εὐήθιος Ἐφέσου, Μάρης Χαλκεδῶνος, καὶ λοιποὶ ἄλλοι· πάντες δὲ ἦσαν τριάκοντα, ἐξ ὧν οἱ πλείους τ᾽ περὶ Ἑλλήσποντον καὶ τὴν Ἀσίαν πόλεων ἦσαν. Συνῆλθον οὖν ἐν ὑπατίᾳ Εὐχερίου καὶ Συαγρίου, μηνὶ Μαΐῳ οἵ τε Ἐπίσκοποι καὶ ὁ Βασιλεὺς, καὶ ὁ ἐν ἁγίοις οὗτος πατὴρ ἡμῶν καὶ ὁμολογητὴς Ἰσαάκιος, καὶ πάντοῖοι ἐγένοντο ὁμονοῆσαι αὐτοὺς τῇ ὁμουσίῳ καὶ ὀρθοδόξῳ πίστει· οἱ δὲ μικρὰ φρονήσαντες, καὶ τὰς παραινέσεις παραλογισάμενοι, μᾶλλον ἔφασαν αἱρεῖσθαι τὴν Ἀρειανὴν πίστιν, ἢ τῷ ὁμουσίῳ συντίθεσθαι. Ταῦτα εἰπόντας ἀπήλασαν αὐτοὺς ἀπὸ τ᾽ Συνεδρίου τ᾽ Ἐκκλησίας, ἔτι δὲ καὶ αὐτῆς τ᾽ πόλεως, τελείως ἀποσχίσαντες τ᾽ ὀρθοδόξου πίστεως· κρατύσαντες δὲ καὶ αὐτοὶ τὸν ἐν Νικαίᾳ πίστιν, Σωσθὰ καὶ αὐτοὶ ὥρισαν περὶ τ᾽ πίστεως. E F

13 Καὶ ὁ Βασιλεὺς περὶ χειροτονίας Ἐπισκόπου ἀνακοινωσάμενος αὐτοῖς, ἀνεδείχθη ἀπὸ τότε τῇ κλήρου καὶ τ᾽ ὑπὸ ψήφων Νεκτάριός τις, ὀνομασὸς ἐν εὐσεβείᾳ, συγκλητικῷ ἁματος, ὀπτικὴς τ᾽ τρόπον, τότε τὸν τῷ Πρέτορος χαρίζων ἀρχόν· ἀπαχθεὶς δὲ ὑπὸ τ᾽ λαοῦ πάντος, εἰς τὸν ὀπισκοπὸν προχειρίζεται ὑπὸ τ᾽ ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων Πατέρων, παρόντος καὶ τ᾽ φιλοχρίσου Βασιλέως Θεοδοσίου, παῖδος Ἀρκαδίου καὶ Ὁνορίου, καὶ αὐτῶν εἰς ὕστερον γεγονότων Βασιλέων, καὶ τ᾽ ἀοιδίμου παῖδος ἡμῶν Ἰσαακίου. Τότε δὴ καὶ ὅρον ἐκφέρουσιν, ὥστε τ᾽ Κωνσταντινουπόλεως Ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν Ῥώμης Ἐπίσκοπον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ῥώμην. Τούτοις πᾶσι Συμψήφου γεγονότος τ᾽ Βασιλέως, ἔσχεν ἡ Σύνοδος τέλος εἰς δόξαν τ᾽ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

ANNO-

A

## ANNOTATA.

EX MS. VATIC.

a *Imo prope* Hebrum, *videlicet* Hadrianopolim, *à quo* 12 p.m. *abeſt locus pugnæ, 9 Auguſti anno* 378, *commiſſæ.*

b *Quam urbem* Sermium *vocat Evagrius & vitæ hujus ſcriptor*, Sirmium *appellant alii. Colonia quondam & urbs Epiſcopalis, Savum inter & Danubium ſita, nunc paucis conſtat incolis, & in vicum eſt redacta.*

c *Appropinquabat* Gratianus *cum exercitu, pariter cum Valente adverſus Gothos pugnaturus: ſed Valens mora impatiens, non expectato Gratiano, cum hoſte conflixit, exercitumque & ſe perdidit.*

d *Gratianus quippe, veritus ne Gothi ab victoriam ferociores univerſam Thraciam cædibus & rapinis miſere deformarent, cum ipſe contra Alemannos, Imperatoris abſentia rebellantes, revocaretur in Gallias, publicis Comitiis militaribus Imperatorem Orientis creavit* Theodoſium, *cum non mediocri ſua laude fortiſſimo duci dimidium cedens Imperium.*

e *Quamvis è* Theodoſii *&* Gratiani *mente renovatum fuerit contra Gothos bellum, non tamen, quemadmodum hic ſcriptor innuit, ab utroque Imperatore geſtum &*
B *feliciter confectum fuit, ſed à ſolo Theodoſio, veluti apud Hiſtoricos licet videre.*

f Aſcholio *legendum notat, non probat, Baronius, ubi de Epiſcopo hoc* Theſſalonicenſi *agit.* Acholius *ille, qui & aliàs* Aſcholius, *Epiſcopus fuit* Carandenſis, *cujus in Concilio Chalcedonenſi, anno* 451, *& in ſynodo Romana, anno* 503, *habemus memoriam.* Acholium *autem qui Theodoſio Baptiſmum contulit, alias dici* Aſcholium, *nullibi, niſi in Baronio, memini me reperire.*

g Illyricum *antiquum in Occidentale & Orientale dividitur: Orientale etiam Macedoniam comprehendit, in qua* Theſſalonica.

h *Imo erat ea Indictio* 9, *à Septembri menſe inchoata anno* 380: *facile autem fuit ut littera* θ, *alicui viſa ſit eſſe* ε, *& ſic* 5 *pro* 9 *indicari.*

i *Id eſt* Reſurrectio *propterea ſcilicet quod eo in loco Nicæni Concilii fides Imperatorum & Epiſcoporum Arianorũ improbitate prope extincta, reviviſcere denuo inceperit.*

k Demophilus *in locum Eudoxii ſubſtitutus ab Arianis, contra Euagrium à Catholicis electum, qui à Valente pulſus urbem cedere coactus eſt adverſario, per duodecim annos tenendam.*

l *Anni hi* 40, *à morte Conſtantis & anno* 340 *numerantur.*

C m *Scilicet* S. Gregorium Nazianzenum, *cujus Acta dedimus 9 hujus, abdicato* Maximo, *quem Ægyptii Epiſcopi, nulla ad id poteſtate præditi, ordinarant.*

n *Concilium intelligit Conſtantinopolitanum primum, Generale ſecundum, quod anno Chriſti* 381, *Eucherio & Syagrio Conſulibus, habendum indixit Theodoſius: non tamen ſine Damaſi, Romani tum Pontificis, conſenſu, quod aſſerunt & probant* PP. *Labbeus & Coſſartius in Concilii hujus Hiſtoria.*

o Timotheus *hic Petro Alexandrino Epiſcopo, fratri ſuo, ſucceſſit anno uno antequam Concilium Conſtantinopoli habendum indiceretur. Eum Theodoſius Imperator in quodam ſuo reſcripto, ad Optatum Præfectum Auguſtalem Ægypti,* virum *dicit*, omnium Sacerdotum ſuſceptatione venerandum, & ſuo etiam judicio approbatum. *Obiit Epiſcopatus ſui anno* 5.

p De Cyrillo *Hieroſolymitano vide, ſi placet, Commentarium Hiſtoricum Menſis noſtri Martii die* 18, *quo ſancti hujus Epiſcopi memoriam ſolenni cultu Eccleſia veneratur. In eo videre erit, numquam ab Orthodoxa fide deſciviſſe, ut ſupponit Vitæ hujus Auctor (communi plurium fama ad hoc opinandum inductus) cum ad Homoouſii Confeſſionem eum denuo ait rediiſſe. Notatur ibidem accurate tempus, quo inivit & tenuit Epiſcopatum.*

q S. Meletii *Acta præpoſita ſunt* 12 *Februarii: Vir fuit admirandæ ſanctitatis, quæ multis, ab Arianorum furore, arumnis exercita, clarius inde reſplenduit. Ejus imaginem in annulis, in poculis, in phialis, in thalami parietibus, à multis venerationis ergo depictam ſcribit Chryſoſtomus, in Encomio quod de illo texuit.*

r *Dux ille erat* Eleuſius, *triginta ſex Epiſcoporum Macedonianorum, quos in Concilium vocari juſſerat Theodoſius, propterea quod ſperabat, hoſce Epiſcopos, pro ea quam cum Liberio inierant ſocietate, Homoouſii fidem facilius recepturos.*

ſ *Hoc idem celebrati Concilii tempus, id eſt annum* 381 *& menſem Majum, indicat So[illegible] lib.* 5 *cap.* 8. E

t *Adfuit* Iſaacius, *ut alii Abbates vel Monachi, tamquam Conſultor, non ut Definitor, quod Epiſcoporum dumtaxat erat; ideoque inter Patres Concilii non numeratur.*

u *Horum in Homoouſii fide rejicienda pertinaciam deſcribit Socrates, libro* 5 *cap.* 8, *& ex eo Baronius.*

x *Pacis nempe cauſa ceſſerat* Gregorius, *habita inſigni ad Patres oratione, quæ inter editas eſt* 32: Nectarius *autem etiam inter Sanctos colitur in Menæis* XI *Octobris: ſed hanc ille laudem in Epiſcopatu præcipue meruit. Commotior contra eum Baronius, in ejus creatione accidiſſe ait*, prodigium ac plane monſtrum. Etenim, cum Epiſcopus, Gregorio haud impar meritis atque doctrina, qui in locum ejus ſufficiendus eſſet, quæri deberet .... contigit, loco abſolutiſſimi Chriſtiani, ſuffici hominem nondum Chriſtianum, ſed Catechumenum adhuc; & loco Theologi perfectiſſimi, ſubrogari hominem rerum Eccleſiaſticarum penitus imperitum; ac denique pro conſummatiſſimæ perfectionis Monacho, hominem petitum è curia; & loco virginis, dari qui hactenus intemperantius vixiſſet. *In quibus aliqua forte ſunt plus æquo exaggerata.*

y *Hujus Canonis etiam Socrates & Sozomenus meminerunt, neque prorſus eum negat S. Gregorius Epiſt.* 123, *ſed negat* à Romana Eccleſia receptum. *S. Leo quoque Epiſt.* 53. Fruſtra quorumdam Epiſcoporum, *inquit*, profertur conſenſus, cui tot annorum ſeries negant effectus: *adeo ut nec in Oriente quidem receptum innuat. Quomodo autem recepiſſet eum, cum ſuæ Sedis præjudicio, præſens Timotheus Alexandrinus? quomodo eumdem poſtea pro ſe non allegaſſet Anatolius? niſi quia conſtabat, pleriſque jam Epiſcopis ac nominatim Alexandrino digreſſis & ſoluto Concilio, à paucis qui remanſerant eſſe infartum Canonibus ceteris; niſi forte & hi quoque ab illis paucis editi ſint, ideoque merito ſimul omnes à Romana eccleſia non recepti. Ejus rei argumentum poteſt eſſe dies* 7 Idus Julias, *iis adſcriptus, cum ipſum Concilium, in iis quæ fidem ſpectant & propter quæ convocatum fuerat, celebratum ſit Menſe Majo.* F

CAP.

EX MS. VATIC.

## CAPUT IV.

*De Monastica Isaacii vita, Discipulis, Obitu, & Sepultura.*

*Isaacium, volentem repetere vitam solitariam,*

MAT Beatissimus Isaacius ob redditâ Ecclesiis pacẽ, & fidei veræ confirmationem, non parum animo exultans, debitas Deo laudes persolvit de universis quę fecerat admirandis. Cum autem solitudinis amantissimus, in eâ extremum vitæ spiritum emittere vehementer cuperet; perfecto jam præsertim opere, propter quod, relicta eremo, in hominum se frequentiam, Deo jubente, dederat; re cognita, duo illi, quos sæpe memoravi, viri clarissimi, Saturninus & Victor, suppliciter, ut ne ab eo desererentur, Virum sanctum rogarunt. Quos ille, tamquam Pater spiritualis monebat, æquum esse, ut cum opus, cui perficiendo quis adhibetur à Deo, ad felicem finem jam est perductum, asceticis se deinde functionibus reddat. Verumtamen adhuc instabant cum lacrymis viri fidelissimi, petitioni suæ ut Isaacius annueret. Cum ergo beatus Asceta sanctum eorum desiderium cognovisset, ita eos affatus est: Unice quidem id mihi est in votis, ut eo unde huc accessi, rursum me conferam; quando tamen, veluti insignes Christi famuli, hoc desideratis, ut exiguum quod mihi supereſt vitæ tempus tranquille apud vos transigam, meam ut Patris cujusdam optimi vocem excipite: Si quis è vobis cellulam mihi exstruere non detrectet, in ea me vitam polliceor acturum. Commodum accidit ut suburbanam, nec ita procul à civitatis muris remotam domum possideret Saturninus; similiter & Victor, qua parte urbs ad mare vergit, prope Heleniana, in vico qui Psamathea *a* dicebatur, quasdam obtinebat ædes: & cœperunt ambo in nomine B. Isaacii ædificare. Sapienter autem illud cogitarat Saturninus, hominem solitudini habitandæ assuetum amplioribus ædificiis minime delectari. Duarum ergo contignationum ædiculam curavit fieri, à domiciliis aliis, ut vir sanctus expetierat, sejunctam. Tum Isaacium conveniens, En, inquit, qualem desiderabas cellulam tibi exstruxi: eam nunc, si lubet, inhabita. Ingressus in ædem Sanctus, ut minime operosam esse conspexit, non parum delectatus, commorationem istic sibi delegit.

B *amice retinent Saturninus & Victor.*

a *Viliorem sibi cellulam deligens Isaacius,*

C *superbius exstructas ædes respuit.*

15 At Victor non exiguum possessionum suarum spatium amplis multisque ædificiis complebat. Qui postquam cognovit à Saturnino spem suam esse interversam, magnum animo dolorem cepit: ac hominem sanctum in ea quam incolebat cellula invisens, positis in terra genibus, ut quem ipsi locum ad habitandum paraverat admittere ne gravaretur, ardenter flagitabat. Illum vir sanctus, quemadmodum amantissimus filiorum pater, hoc responso pacavit: Ne quæso, inquit, fili, quod actum est moleste adeo feras; hoc quippe à Domino habemus mandatum, ut sermo noster non alius sit quam, Est, est; Non, non; quod autem amplius est, à malo est. Quocumque igitur loco ex hac vita migrare Dominus me voluerit, in eo æquum est ut ad extremum usque persistam. Quod ut dixit, & homini bene est precatus, eum in pace à se dimisit. Isaacius porro angelicam in terris vitam degebat: præmemorati autem Viri illustres ad regium se numquam palatium conferebant, nisi prius multo mane sanctum Ascetam salutassent, cujus tum faustâ apprecatione muniti, sua ad negotia alacrius multo abibant. Pluribus etiam aliis cum admirandas hominis sancti virtutes aperuissent, sacro quodam zelo omnes impleverunt: cœptusque est om-

*Crescit ejus apud homines veneratio,*

14 Τότε ὁ μακαριώτατος Ἰσαάκιος, ἀγαλλιάμενος ἐπὶ τῇ καλασάσει τὸ ἁγίου Ἐκκλησιῶν καὶ τὸ ὀρθοδόξου πίστεως, ἐδόξαζεν τὸν Θεὸν ἐπὶ πᾶσι τοῖς θαυμασίοις, οἷς ἐποίησεν. Βαλομένου δὲ αὐτοῦ ἀναλῦσαι ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὅθεν καλὰ θεάαν ἀποκάλυψιν ἐπεδήμησεν τοῖς ἐνταῦθα εἰς τὸ ἔργον ὃ ἐπλήρωσε, γνόντες οἱ πολλάκις μνημονευθέντες ἐνδοξότατοι ἄνδρες Σατορνῖνος καὶ ὁ Οὐίκτωρ, προσελθόντες τῷ Ὁσίῳ, μὴ ἐγκαταλειφθῆναι ὑπ' αὐτοῦ ἱκέτευον. Ὁ δὲ ὡς Πατὴρ πνευματικὸς ἔπειθεν αὐτοὺς λέγων, Τῷ Θεῷ καλευοδῶσαι τὸ περαιωθῆναι τὸ ἔργον, εἰς ὃ αὐτὸς ἀπέστειλεν ἡμᾶς, δίκαιον ὑποστρέψαντας ἡμᾶς ἐκεῖθαι τὰ ἀσκήσεως. Οἱ δὲ πιστότατοι ἄνδρες ἐδέοντο αὐτοῦ μετὰ δακρύων, ἕξαι τῇ παρακλήσει αὐτῶν. Γνοὺς δὲ ὁ Μακάριος τὸ πνευματικὸν αὐτῶν περὶ αὐτοῦ πόθον, εἶπεν αὐτοῖς· Ἐμοὶ μὲν καλαθύμιόν ἐστι τὸ ὑποστρέψαι ὅθεν παρεγενόμην· ἐπειδὴ δὲ ὡς δοῦλοι Χριστοῦ πόθον ἔχετε ἀναπαῦσαι τὴν ἐμὴν βραχύτητα, ὃ λέγω ὡς πατρὸς ἀκούσατε· Εἴ τις ὑμῖν προφθάσει κτίσαι κελλίον, ἐν αὐτῷ καλοικήσω. Καὶ ὁ μὲν Σατορνῖνος ἤδη κεκλημένος προάστειον ἔξω τὸ πόλεως, ὃ πρόκειται τοῦ τείχους ὑπάρχον· ὁμοίως καὶ ὁ Οὐίκτωρ καὶ αὐτὸς ἐκέκτητο ἐν τῷ παραθαλασσίῳ μέρει τῆς πόλεως πλησίον Ἐλευσιανῶν, εἰς τὸ καλούμενον Ψαμαθείαν, καὶ ἤρξαντο ἀμφότεροι κτίζειν ἐπ' ὀνόματι τοῦ μακαρίου Ἰσαακίου. Ὁ οὖν Σατορνῖνος, σπουδῇ τῇ φρονήσει χρησάμενος, ἐλογίσατο ὅτι ὁ ἀνὴρ ἐρημικῇ διαγωγῇ ἡσυχασμένος ἐστὶν, καὶ οὐ χρήζει πρὸς τὸ παρὸν πολυτελείας κτισμάτων· ἐποίησεν οὖν κελλίον δισκέλες, ἀπαρτίσας αὐτὸ καλὰ λόγον· καὶ ἐλθὼν πρὸς τὸ Μακάριον, λέγει αὐτῷ· Ἰδοὺ ἐποίησα τὸ κελλίον ὡς ἐκέλευσας, εἰσελθὼν καλοίκει ἐν αὐτῷ. Εἰσελθὼν δὲ ὁ ἅγιος Πατὴρ ἡμῶν ἐν τῷ κελλίῳ, καὶ ἰδὼν αὐτὸ ἀπερίεργον, εὐθαρσεύθη ἐπ' αὐτῷ, καὶ ᾤκησεν ἐν αὐτῷ μετὰ πολλῆς τὸ προθυμίας.

15 Ὁ δὲ Οὐίκτωρ ὧν περικλείσας ἱκανὸν τόπον οἰκημάτων πλείσων καὶ μεγίστων· γνοὺς δὲ ὅτι προελήφθη ὑπὸ τοῦ Σατορνίνου, ἠδύμησεν σφόδρα, καὶ ἐλθὼν πρὸς τὸ Ὅσιον ἐν τῷ κελλίῳ, ἐγονυπέτει αὐτὸν, ὅπως καὶ τὸ κλιθέντα τόπον ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ λάβῃ. Ὁ δὲ ὅσιος ἀνὴρ, ὡς πατὴρ φιλότεκνος, ἔπειθεν αὐτὸν λέγων· Τέκνον, μὴ οὕτως βαρέως φέρε, τοῦ γὰρ Κυρίου ἐστὶν ἡ ἐντολὴ τὸ ἓν ἐν ὑμῖν τὸ ναὶ ναὶ, καὶ τὸ οὒ οὔ, τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν· ἐν ᾧ οὖν τόπῳ κατηξίωσέν με ὁ Κύριος κατασκίωσαι, ἐν αὐτῷ μὲ δεῖ ἡσυχάσαι μέχρι ζωῆς μου· καὶ ἐπευξάμενος αὐτῷ, ἀπέλυσεν ἐν εἰρήνῃ. Καὶ ἰδοὺ ὁ μακάριος Ἰσαάκιος ὑπεδέχνυτο ἐπὶ γῆς ἀγγελικὴν πολιτείαν· οἱ δὲ προρρηθέντες ἔνδοξοι ἄνδρες οὐ πρότερον ἀνείησαν ἐν τῷ παλατίῳ, εἰ μὴ ὁρθρίζοντες παρεγίνοντο πρὸς τὸν Ὅσιον, εἶτα οὕτως εὐλογούμενοι, χαίροντες ἀνεχώρουν. Πολλοῖς δὲ καὶ ἄλλοις διηγούμενοι τὰ καλὰ τὸ Ὁσίου, εἰς ζῆλον πνευματικὸν διήγειραν· καὶ ἤρχοντο πάντοθεν πρὸς αὐτὸν ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας, οἰκοδομούμενοι καὶ στηριζόμενοι ἐν τῇ πίστει τοῦ Κυρίου τοῖς ὁσίοις λόγοις αὐτοῦ. Οἱ δὲ πλεῖσοι αὐτῶν ἤξίων παραγενέσθαι εὐχῆς χάριν εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν τὸ Ὅσιον· ὁ δὲ θεωρῶν τὴν πίστιν αὐτῶν καὶ τὸ ἀκηνόδοξον ὑπεδέχνυτο

A κνὺμμῳ, ἐπορεύετο. Εἰ δὲ Σωσέβη παρά τινι χρονίσαι αὐτὸν, οἷα εἰκὸς, ἀπερχομένου αὐτοῦ νυκτὸς, καὶ τῶν πυλῶν τὸ πόλεως ἀσφαλισμένων, ἵστατο καὶ προσηύχετο πρὸς τὸν Θεόν· καὶ ποιοῦντος αὐτοῦ τὸ Σημεῖον τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ ἐπὶ τὰ πύλης, αὐτομάτη αἱ πύλαι ἀνοίγοντο, καὶ οὕτως ἀπεὶη εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ δοξάζων τὸν Θεόν. Καὶ ὁ πιστότατος Βασιλεὺς Θεοδόσιος Σωσεχέστερον ἤρχετο πρὸς αὐτὸν, καὶ ἠξίου αὐτὸν μνεῖαν αὐτοῦ ποιεῖσθαι ἐπὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ προσευχῶν.

16 Καὶ ὁ Κύριος, ὁ εἰπὼν, Ὅπου δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν, αὐτὸς εἰς δόξαν τοῦ ἁγίου αὐτοῦ ὀνόματος εὐδόκησεν αὔξειν τὸν λογικὸν ποίμνιον τοῦ θεράποντος αὐτοῦ. Ὥσπερ γὰρ μεγαλόφωνος Σάλπιγξ ἠχοῦσα διανίσησι πολλοὺς εἰς παράταξιν πολέμου, οὕτως ἡ ἁγία πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰσαακίου, παντί τε καὶ πανταχοῦ ἀδομένη, εἰς τὸν ἀγγελικὸν ταύτην τοῦ ἀσκήσεως πολιτείαν ἐκαγώγησεν· οὐ γὰρ ἦν ἐνταῦθα ἴχνος μοναχοῦ. Τότε ἰδὼν ὁ Σατορνῖνος, αὐξανομένῳ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ τὸν ποίμνιον τοῦ ἀδελφότητος, πολλὸν
B ἔχων ζῆλον πρὸς τὸ δοῦλον τοῦ Θεοῦ, ἐκόμισεν αὐτῷ τὰ δικαιώματα τοῦ παλαιοῦ τόπου, ὅπως ἐλεύθερος ὑπάρχῃ ὁ τόπος αὐτῷ τοῦ μονῆς. Ἦν δὲ ὁ Μακάριος ὥσπερ φωστὴρ ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ διαλάμπων· εἴ ποτε δὲ ἐγένετο ἀπιόντι αὐτῷ εἰς τὴν πόλιν, προσκαλεσάμενόν τινων ἐπὶ τῷ εὐλογεῖσθαι τοὺς οἰκους αὐτοῦ, εἰ προσῆλθεν αὐτῷ τις τῶν ἐνδεῶν, εἰ μὴ Σωσέβη βασάζειν εἴ τι δή ποτ' οἰκοῦ πρὸς τὸ δοῦναι, αὖθις ἀπεδύετο τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, καὶ ἐδίδου τῷ πτωχῷ. Οὕτως ἐτέλει πάντα τὸν χρόνον τοῦ ζωῆς αὐτοῦ, τῷ Κυρίῳ δουλεύων, τῇ προσευχῇ προσκαρτερῶν, τὴν φιλοξενίαν ἐκτελῶν, τὴν φιλοπτωχίαν ὑπερασπιζόμενος, τοῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνῶν, εὐπαῤῥησίας, ἄμαχος, ἀνεξίκακος, ἀόργητος, διδακτικὸς, ἐν πραότητι διδάσκων τοὺς ἀντιδιατιθεμένους τῇ ὀρθῇ πίστει, ὑποτιθέμενος καὶ μαρτυρόμενος πᾶσιν ὁμολογεῖν καὶ δοξάζειν τὴν ἀδιαίρετον καὶ ὁμοούσιον Τριάδα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἣ ἐν ταύτῃ τῇ εὐσεβεῖ ὁμολογίᾳ ἡ Σωτηρία τῶν ἀνθρώπων Σωτέσηκεν, καὶ
C ἄλλα δὲ πλεῖστα παραινῶν ἃ διέλιπεν, ἃ ἦ ἐσίγησεν πώποτε ἐξ ἀγαθοῦ.

17 Τραφεὶς δὲ λοιπὸν ἐν γήρᾳ καλῷ καὶ πλήρης ἡμερῶν, ἔφθασεν περὶ τὴν ἐσπέραν τοῦ τέλους, καὶ Συγκαλεσάμενος πᾶσαν τὴν ἐν Χριστῷ πνευματικὴν αὐτοῦ ποίμνιον, κατηχήσας αὐτοὺς λόγῳ πολλῷ, τοῦ ἐδραίους καὶ ἀσαλεύτους διαμένειν ἐν τῇ πέτρᾳ τῆς πίστεως τοῦ Κυρίου, παρέθετο αὐτοὺς τῷ πανοικτίρμονι Θεῷ· καὶ ὑπολαβόμενος ἐξ αὐτῶν ἄνδρα σπουδαιότατον καὶ μιμητὴν ἐν πάσας τὰς κατὰ Θεὸν ἀρετὰς αὐτοῦ, Δαλματίου τοὔνομα, κατέστησεν αὐτὸν ἡγεῖσθαι αὐτῶν ἐν Κυρίῳ· καὶ ἐπευξάμενος αὐτοῖς, ἀπέλυσεν αὐτοὺς ἐν εἰρήνῃ. Ἐλθούσης οὖν τῆς ὥρας τοῦ ἐκδημῆσαι αὐτὸν ἐκ τοῦ Σώματος καὶ ἐκδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον, τοῖς παροῦσιν ἐπ' αὐτὸν Ἀγγέλοις, ὥσπερ Σωσθεὶς φίλοις ἀσπαζόμενος, δι' αὐτῶν παρέθετο τὸ πνεῦμα τῷ Θεῷ. Ἐγένετο δὲ πένθος τοῖς ἀδελφοῖς περὶ αὐτοῦ· ἦχησεν δὲ καὶ ὁ Χριστιανικώτατος Βασιλεὺς Θεοδόσιος περὶ αὐτοῦ ὅτι ἐκοιμήθη, καὶ ἀνιᾶτο δεινῶς· ἀπέστειλε δὲ λεκτίκιον ἐπὶ τῷ ἐμβληθῆναι ἐν αὐτῷ τὸ τίμιον Σῶμα τοῦ Ὁσίου, καὶ κατακομισθῆναι ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ, τῇ τότε Εἰρήνῃ



ni ex parte certatim fieri diebus ſingulis ad Iſaacium concurſus hominum, qui ſanctis ejus ſermonibus in vera fide Chriſtianiſque moribus haud parum confirmabantur. Hinc factum ut eorum plurimi in ſuam illum domum invitarent, quo ſanctis ejus precibus adjuti felicia omnia conſequerentur; quorum inſignem fidem advertens Iſaacius, ab omni vanæ gloriæ captatione longe poſitus, domos eorum adire non dedignabatur. Cumque ſubinde contingeret, ut longiorem alicubi moram juſta ex cauſa traheret, velletque multa nocte ad ſua ſe recipere, clauſas offendebat urbis portas. Ante has tunc conſiſtens virſanctus, ſuas ad Deum fundebat preces; quibus finitis, & Crucis Dominicæ ſigno foribus civitatis impreſſo, ſponte ſua perſæpe aperiri hæ ſunt viſæ; ac ſuam deinde cellulam ita repetebat Iſaacius, divinam majeſtatem meritis proſecutus laudibus. Quin & ipſe Imperator Theodoſius perquam eam frequenter adire, & ſui ut inter orandum memor eſſe vellet vehementer expetere.

Ex MS. VATIC.

*Quam ejuſdem humilitas & miracula augent.*

16 Ad extremum etiam viſum eſt ſupremo Domino, qui ubi duo aut tres in nomine ejus congregati eſſent, in medio eorum futurum ſe promiſit, ad majorem nominis ſui gloriam, non paucos famulo ſuo Iſaacio diſcipulos committere & ſectatores; ita ut, vulgatâ ubique de cæleſti S.P.N. Iſaacii converſatione famâ, ad angelicam illam vivendi rationem plurimi undique excitarentur, cum nullum ibi Monachi *b* veſtigium eſſet. Saturninus autem cum virum ſanctum per divinam gratiam tot fratribus & diſcipulis auctum videret, ingenti erga eum amore compulſus, cuncta loci ejus inſtrumenta & jura tradidit, ut omnino liber ipſi maneret. Erat igitur vir beatus quaſi clariſſimum quoddam lumen, in obſcuro loco refulgens: quod ſiquando contingebat abeunti illi in urbem, ad eos qui plurimi ut domui ac familiæ ſuæ bene precaretur orabant, è mendicis quempiam fieri obvium, nec quod miſero elargiretur eſſe ad manum; ſuo ſe pallio exuens, egenti illud concedere erat ſolitus. Hoc modo univerſum vitæ ſuæ curſum conſummavit, Domino ſuo fideliſſimum obſequium exhibens, orationi aſſiduæ intentus, hoſpitalitatis amantiſſimus, egenos omni auxilio fovens, neceſſitatibus *c* Sanctorum communicans, tractatu facilis, minime contentioſus, injuriarum patiens, iracundiæ expers, utilia multa cum laude docens, ac eos ſuaviter benigneque erudiens qui rectæ fidei contraria opinabantur. Quibus omnibus id unice inculcabat eſſe confitendum & ſummis efferendum laudibus, quod in ſanctiſſima Trinitate unius ejuſdemque ſubſtantiæ ſit Pater & Filius & Spiritus ſanctus: in hac quippe piiſſima confeſſione ſalutem hominum ſitam eſſe & alia multa ad bene vivendum utilia ſuadere minime deſiſtebat.

E *Diſcipulos non paucos colligit,*

b

*claret virtutibus,*

c

*& ſana doctrina.*

F

17 Ceterum cum præclaræ ſenectutis annos jam ingreſſus, & plenus eſſet dierum, ad vitæ ſuæ terminum appropinquare cœpit. Convocatis igitur cunctis quorum ſpirituali profectui intendebat diſcipulis, multa ad eos uſus eſt admonitione, ut in Dominicæ fidei petra firmi atque immobiles perſiſterent, Deoq; miſericordiarū Patri ipſos commendavit. Electo deinde ex univerſis uno aliquo, cui Dalmatio *d* nomen, ferventiſſimæ fidei viro, & virtutum Iſaacii imitatori egregio, novum ſuis moderatorem ſuffecit. Tum vota rurſum ac preces eorum cauſa ad Deum concipiens, in pace omnes à ſe dimiſit. Cum igitur, quo ex hac vita diſcederet, & in cælos ad Dominum abiret, tempus jam adveniſſet; per Angelorum manus, qui non ſecus ac intimi quidam ejus familiares morienti aderant, ſpiritum ſuum Deo tradidit. Tum ſane ingens Fratres

*Plenus dierum,*

d

*& Deſignato ſibi ſucceſſore, moritur.*

EX MS. VATIC.

omnes mœror invasit. Ipse etiam Christianissimus Imperator Theodosius, audita viri tanti morte, non parum doluit. Lecticam quoque submisit, cui venerandum hominis sancti corpus impositum, ad magnam & sanctissimam ecclesiam, quæ tum e Irenæ cognominabatur, deportaretur. Quod ut factum est, in eadem sanctissima ecclesia cœptum est haberi pervigilium. Postero mane civitas universa cum sanctissimo suo Archiepiscopo Nectario,& omni Clero, non sine psalmis & hymnis spiritualibus,ad ipsum usque sepulcrum extulerunt defunctum.

*celebratis in ade Cathedrali vigiliis,*

*sepelitur in Martyrio S. Stephani.*

f 18 Aurelianus vero, è magnatibus *f* Imperatoris unus, in protomartyris Stephani honorem, ædificarat Confessionem versus meridiem è regione Monasterii S. Abbatis Isaacii. Cum igitur hic è vivis abiisset, constituit ante viam monasterii præsidium multorum virorum, ut venerandas S. P. N. Isacii reliquias raperent, & in memoratum jam Confessionem benedictionis causa reponerent; quod & factum est. Hac igitur ratione in S. Protomartyris Stephani Confessione ad sacræ mensæ latus dextrum, ipsa in Sacratiori parte, venerabile S. Isaacii corpus collocare
B necessum fuit. At vero ejus discipuli, magno affecti mœrore, ad monasterium suum sunt reversi, quod à prædicto Oratorio haud longe aberat. Vivere desiit S.Pater & Confessor Christi Isaacius mensis Maji die vigesima sexta, moderante imperium Theodosio, & filio ejus Arcadio Cæsare declarato, Consulibus Miarobaudo secundum
g g & Saturnino,ad gloriam D.N.Jesu Christi,cui laus & honor,in secula seculorum. Amen.

18 Αὐρηλιανὸς δὲ, εἷς τῶ ἐνδόξων τοῦ Βασιλέως, ἀνῆκεν τῷ μοναστηρίῳ τοῦ Ἀββᾶ Ἰσαακίου καὶ μεσημβρίαν ἔκτισε μαρτύριον τοῦ ἁγίου Πρωτομάρτυρος & Στεφάνου. Τῷ οὖν καιρῷ τῆς ἐκδημίας τοῦ τρισμακαρίου Ἰσαακίου, ἔστησε βοήθειαν ἔμπροσθεν τῆς ὁδοῦ τοῦ μοναστηρίου πλῆθος ἀνδρῶν πολὺ, ἐπὶ τῷ ἁρπάσαι καὶ ἀπαγαγεῖν τὸ λείψανον τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰσαακίου ἐν τῷ προφημίῳ μαρτυρίῳ, εὐλογίας χάριν, καὶ ἀποθέσθαι, ὃ δὴ καὶ γέγονεν. Οὕτως οὖν ἐδέησεν καταλειφθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ μαρτυρίῳ τοῦ ἁγίου Πρωτομάρτυρος & Στεφάνου, ἐκ δεξιῶν τῆς ἁγίας τραπέζης ἔνδον τοῦ ἱερατείου. Οἱ δὲ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀνιώμενοι, ὑπέστρεψαν ἐν τῷ μοναστηρίῳ, ἐν πόρῥω ἀπέχοντος τοῦ προειρημένου εὐκτηρίου. Ἐτελειώθη ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν καὶ ὁμολογητὴς Ἰσαάκιος μηνὶ Μαΐῳ ἑκάδι ἕκτῃ, βασιλεύοντος τοῦ φιλοχρίστου Θεοδοσίου, καὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Ἀρκαδίου ἀναγορευθέντος, ὑπατίᾳ Μιαροβαύδου τὸ δεύτερον καὶ Σατορνίνου· εἰς δόξαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

## ANNOTATA.

a *Codinus*, πόρτη τοῦ ψαμάθου Porta Arenaria: *est enim* ψάμαθος arena, *item* τοῦ ψαμάθου παλάτια: *aitque per illam ingressam Helenam intulisse in urbem Crucis Dominicæ portionem, ideoque ibidem extruxisse monasteria duo, propriis nominibus dicta* Bethleem & Gastria; *communi autem una cum adjunctis Palatio & Gerocomio ab eadem extructis,* Heleniana *aut* Psamathea: *quod ultimum licet non clare dicat Codinus, innuere tamen videtur, dum ea quam dixi occasione nomen loco factum asserit. Interim alibi ridiculas è vulgi fabellis etymologias adducit, quasi vel dicta* Psamathea *sit, quia Gentiles ibi idolum habuerint, quod ridentes Christiani dicebant esse* ψεῦμα figmentum: *vel* ἀπὸ τὸ ὕψωμα θεῖον, quia ibi exaltatum sit Crucis divinum
C signum.

b *Idem supra num.* 5 *inculcarat. Nempe, invalescente post Constantini mortem Arianismo, desolata fuerant quæ ipse & mater ejus construxerant in urbe monasteria, Monachis fidei causa dilapsis.*

c *Græce scriptum erat* μνείαις, memoriis: *sed quia locus videbatur respicere verba Pauli ad Rom.* 12, 13, *substitui* χρείαις *quod etiam habet alia Vita: Forte tamen indicatum auctor voluit,* Memorias Sanctorum, *quæ multæ Constantinopoli erant, ab Isaaco religiosa visitatione* frequentatas.

d S.Dalmatius, *in Menæis, Synaxariis, & Codino* Dalmatus, *colitur cum filio* Fausto 3 *Augusti.*

e De S. Irene *& variis ejus Constantinopoli ecclesiis actum* 5 *Maji; ubi hanc à Constantino ædificatam & tunc Metropolitanam, vidimus vocari* veterem, τὴν ἁγίαν Εἰρήνην τὴν παλαιάν.

f *Hinc Codinum corrige, qui ejus templi auctorem facit Constantinum. Est autem* Aurelianus *hic indicatus idem forsitan, qui anno* 400 *Consulatum gessit cum* Stilicone.

g *Annus hic est* 383, *quando* 16 *Ianuarii* Arcadius *à patre consors Imperii est declaratus, juxta Idatii & Prosperi Chronica.*

# ALIA VITA

## *Ex Græco Ms. Veneto apud Lipomannum, Interprete Francisco Zini.*

*Persequente Orthodoxos Valente,*

POst venerandæ & immaculatæ ac prætiosæ Crucis Domini nostri Jesu Christi inventionem, post imperium Constantini Magni Imperatoris,callidus & vafer ac versipellis serpens, qui semper piorum hominum generi inimicus & invidus atque malevolus adversatur, & fidem Salvatoris nostri Jesu Christi semper impugnat, tale quiddam in Dei ecclesias machinatus est. Regnante enim impio & iniquo Imperatore Valente, magnus adversus orthodoxam fidem impetus factus est. Nam ipse Arianorum hæresis studiosus ac defensor, jussit ut sanctæ fidelium ecclesiæ clauderentur: vetuitque, ne solita in ipsis sacrificia fierent: quin etiam alias earum diruendas, alias in stabula redigendas curavit. Atque hæc quidem superbia diu viguit: quo sane tempore, magnus erat luctus & dolor servorum Dei. Precabantur autem nocte ac die, ut Dominus Deus ad misericordiam moveretur, & justitiam exerceret. Sic igitur tunc agebatur, ut olim sub Herode rege pro Apostolorum Principe actum est.

A *& Isaacio malorum finem à Deo poscente,*

2 Deus ergo aliquot annis interjectis, cujusdam servi sui Monachi, qui Isaacius vocabatur, spiritum, ut pro Susanna quondam Danielem, excitavit: qui, ut Elias Propheta, cum angelicam vitam instituisset, ab Oriente profectus est. Ejus autem oratio lucernę instar ardebat: divinus enim Spiritus & gratia cæleſtis in ipso quiescebat. Hic cum Imperatorem inique se gerere perspiceret, vehementer dolebat & angebatur; orabatque Dominum, ut è sublimibus & sanctis sedibus suis despiceret, & misericordiam suam demonstraret. Audivit eum Deus, quemadmodum Mosem adversus Pharaonem, & contra Imperatorem hostium impetum concitavit. Eo enim tempore Barbari, apud Danubium congregati, copias suas contraxerant, & bellum adversus Imperatorem movebant, ac totis viribus in urbem ingredi conabantur. Magnus igitur tumultus exortus est, & multa præda agebatur. Coëgit & Imperator exercitum suum, & in hostem expeditionem parabat. Verum idem illi accidit, quod Sauli Davidis inimico contigerat: neque enim reversus est: nam Samuelis prophetia in ipso quoque expleta est, quod Deum ad iracundiam incitasset.

*irruunt in Imperium barbari:*

B *contra quos moturum Valentem bis frustra commonet Isaacius:*

3 Cum igitur ad bellum proficiscereturImperator, occurrit ei beatus Isaacius, & sic illum est allocutus: Imperator, Orthodoxorum ecclesias aperi, & Deus iter tuum fortunabit. At ille viro sancto ne respondere quidem dignatus est: sed eo, ut stulto, relicto, discessit. Alio die vir sanctus Imperatorem rursum assecutus: Aperi, inquit, Imperator ecclesias Orthodoxorum, & bellum prosperè conficies, ac victor revertetis in pace. Imperator seipsum colligens, & cogitans quid sibi vellent ea verba, Revertêris in pace; voluit ei ecclesias liberas dimittere. Coactoq; concilio, de patefaciendis Orthodoxorum ecclesiis consultabat: verum qui eo tempore Præfectus erat, cum esset ex impio Arianorum grege, persuasit Imperatori, ne B. Isaacium audiret, sed contumelia affectum afflictumque dimitteret. Quibus verbis adductus Imperator, virum pium contempsit. Sed ille justum Dei judicium exspectabat.

*tandem etiam arrepto equi ejus fræno semel iterumque,*

C

4 Paucis autem diebus interjectis, Imperatorem proficiscentem rursum assequitur; arreptoque equi ipsius fræno, cœpit eum tum reprehendere, tum adhortari, ut sibi concederet, quod postulabat: sed ipse noluit. Erant autem prope viam spinæ cum paliuris, adeo densis & asperis, ut quodvis animal introisset, non posset sese inde vivum expedire. Hunc Imperator locum tanquam laqueum conspicatus, jussit, ut virum sanctum illuc conjicerent, quo interiret. Verum cum in spinas conjectus esset, ita molliter jacebat, ut si in lectulo conquiesceret, nec ullo modo læsus est. Cumque Imperator cum
2 exercitu discessisset, accesserunt tres *a* viri candidis vestimentis induti, quos vir beatus non agnoscebat, & eum incolumem extraxerunt, seque ab ejus oculis subduxerunt, ut non posset intelligere, quinam essent. Sed cum in se reversus fuisset, cognovit esse Angelos Dei: & flexis genibus, gratias egit Domino, cui curæ sunt ii qui timent eum. Cumque diu precationibus incubuisset, & Deum laudasset, surrexit: & Spiritu sancto corroboratus, per aliam viam occurrit Imperatori, & constitit in ejus conspectu. At Imperator eum aspiciens, admiratus est, & viri sancti præsentia sic obstupuit, ut loqui non posset. Ipse vero cum fiducia: Tu quidem me, inquit, interiturum in spinis existimasti, verum me Deus per Angelos suos vivum servavit. Quamobrem audi me, Imperator, & aperi ecclesias Orthodoxorum, & adversarios superabis, & cum laude &

*ipsi mortem comminatur nisi ecclesias restituat.*



gloria reverteris. Imperator, etsi libertatem & vultum hominis admirabatur, non tamen paruit: erat enim cor ejus excæcatum & alienum à Deo: sed duobus Senatoribus, Saturnino & Victori, virum sanctum tradidit: Hunc mihi, inquiens, custodiendum curate, donec revertar in pace: & tunc ejus arrogantiam meritis pœnis afficiam. At sanctus Isaacius, Spiritu sancto plenus, ut olim adversus Achab regem Israël Michæas Propheta, ita respondit: Si reversus in pace fueris, scito in me non locutum esse Dominum Deum. Tu quidem manum conseres, sed non poteris hostibus resistere, & ab eorum conspectu fugies: demum capieris, & vivus igne conflagrabis. EX LIPOMANN.

*Sancto in custodiam dato,*

5 Tradito igitur viro sancto custodibus, discessit Imperator, verbis ejus commotus ac perturbatus. Et cum esset bellum initurus, in oppidum quoddam *b* Danubio propinquum ingressus, exercitum lustravit, diemque prælio dixit: cumque paucis diebus quievisset, signa contulit atque conflixit. Sed quemadmodum vir sanctus prædixerat, hostium impetum sustinere non potuit: itaque se fugæ commisit, & in agrum, in quo stabulum erat palearum plenum, pervenit; ibique cum Præfecto, per quem corruptus fuerat, se abscondit. Barbari vero, qui sequebantur, cum illic eum latitare comperissent, igne circumjecto stabulum incenderunt. Atque ita miser combustus, spiritum reddidit. Totus autem ejus exercitus Thessalonicam *c* se contulit, & Gratianum Imperatorem Romanum expectavit: qui cum ad eum, Deo favente, pervenisset, alterum eis Imperatorem, nomine Theodosium, virum fidelem glorioſumque, & orthodoxæ fidei studiosissimum constituit: atque ita Romam Gratianus reversus est: milites autem, suscepto Imperatore Theodosio, læti cum ipso Constantinopolim profecti sunt. Saturninus vero & Victor, quibus sanctus Isaacius custodiendus traditus fuerat, ad Imperatorem salutandum accesserunt: petieruntque à viro sancto, ut pro se Deum precaretur: colebant enim eum uti prophetam, quoniam quæcumque Imperatori futura prædixerat, evenissent. b E *& Valente necato,* c *Theodosius Imp. constituitur.*

*Isacius à carcere solutus*

6 Duxerunt autem eum in civitatem, & inter se contendebant, uter ipsorum viro sancto domum ædificaret. At ipse, cognita eorum contentione: Audite, inquit, me, servi Christi, nolite contendere: mihi gratum est studium vestrum. Sed quia vobis cordi est, ut humilitati meæ perfugium paretis, quid vobis faciendum sit, dicam. Si quis anteverterit, ut mihi domum ædificet, illic habitabo omnibus diebus vitæ meæ. Ipsi autem, audito sancto viro, certatim domum cœperunt extruere. Ac Saturninus quidem, cum locum extra portam *d*, quæ Collarida dicitur, possideret, illic ædificabat. Victor autem, in palatii loco *e*, qui Arcnosus appellatur, domum construebat. Cum igitur ambo, beati viri nomine ædificium molirentur, Saturninus adhibita diligentia, ita volente Deo, domicilium ex duplici constans contignatione perfecit: & virum beatum adiens: Ecce, inquit, serve Dei, habitaculum tibi construxi: veni igitur, atque ibi habita. Accessit vir sanctus, atque illic in nomine Dei nostri permansit. Victor autem magno ambitu domicilium cum extruxisset, venit & vidit se à Saturnino fuisse superatum. Itaque magno affectus dolore, supplex ad sancti viri se pedes prostravit: Oro te, inquiens, Pater, ut meum quoque locum accipias, & in eo commoreris, quando eum in nomine tuo ædificandum curavi. Cumque multis verbis obsecrasset, respondit ei justus Isaacius: Fili, inquiens, quo in loco voluit me Deus habitare, in eo quies- F d e

*extructam sibi cellam ingreditur,*

cam, donec vitæ meæ finis advenerit: & benedixit ei, atque dimisit. In domicilio igitur suo lætus commorabatur. EX LIPOMANNO.

*signo Crucis vortas aperit.*

7 Saturninus autem & Victor frequenter eum invisebant. ducebantque secum & alios amicos; & ea, quæ sublevandis pauperibus sunt necessaria, subministrabant. Domum etiam uterque suam illum vocabant, ut eis Dominus in ejus ingressu & exitu benediceret. Quod si contingebat, ut, eo serius egrediente, portæ civitatis essent clausæ; consistebat & orabat, factoque Crucis signo, sponte sua portæ aperiebantur, atque ita exibat, gratias agens Deo. Saturninus autem cum eum vehementer diligeret, attulit ei tabulas totius loci, ut proprius esset ipsius mansionis. Noctes igitur & dies assiduas Deo preces offerebat, nec unquam cessabat pauperibus eleemosynas distribuere. Quod si usu veniret, ut aliquis ab eo pauper in via peteret eleemosynam, statim exuebat pallium suum, & pauperi dabat. Omni autem tempore vitæ suæ gravitatem servavit, spiritu fervens, ut ait Apostolus, Domino ser-
Rom. 12. 13 viens, spe gaudens, in tribulatione patiens, orationi instans, necessitatibus sanctorum communicans, omnibus benedicens, maledicens nemini, Angelorum imitans vitam, vestigia sequens Apostolica, tum zelo, tum sacrificio, tum desiderio Christi; omnem mansuetudinem erga omnes homines præ se ferens, Dei virtutibus ornatus, minime pugnax, ab omni malevolentia & malitia alienus, pacem & quietem quærens, adversarios monens & cohortans, ut confiterentur & adorarent sanctissimam Trinitatem, in quo consistit hominum salus; utque cælestem Angelorum ordinem & divinam vitam imitarentur. Provectus autem ad senectutem bonam, ad quam Abraham in terra promissionis, ad communem vitæ finem properavit.

B *Virtutes sancti viri.*

*& pius obitus*

8 Quodam igitur die convocatis omnibus Fratribus, longo eos sermone instituit, & cohortatus est, ut stabiles ac firmi in fide permanerent, & procul ab omni reprehensione Dei mandatis obtemperarent: atque ita illos Christo clementissimo commendavit: & virum fidelem *f* atque constantem, ac disciplinæ suæ studiosum elegit, quem illis præficeret: & Deum precatus, eos dimisit. Cum autem venisset hora, ut è corpore ad Deum migraret, in pace spiritum suum sanctis Angelis tradidit. Ma-
f gnus vero inter Fratres clamor & luctus exortus est, qui cum lacrymis dicebant: Pater, fis memor nostri: & curantes eum, pro dignitate extulerunt. Cives autem universi ad obitum ejus concurrerant, & ad tumulum usque sunt eum comitati, & sanctas ejus ac pretiosas Reliquias in æde S. Stephani Protomartyris, in *g* sacro altari collocarunt. Ac ceteri quidem ad sua quisque loca reversi sunt: Fratres vero ad mansionem ipsius, Deum collaudantes, redierunt. Migravit ad Dominum sanctus Pater noster Isaacius VI Kalendas Aprilis *h*, & assiduè pro nobis apud Salvatorem Christum intercedit, fiducia utens apud Deum & Patrem: cui gloria & imperium & adoratio & laus debetur, cum unigenito ejus Filio, & Spiritu sancto, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen. D *atque honorifica sepultura.* g h

## ANNOTATA.

a *Altera Vita* duos *tantum habet.*

b *Iam monti*, Hebrum, *non* Danubium *nominandum videri.*

c *Merito hoc correxit alterius Vitæ Auctor: constat enim* Sirmii *declaratum esse Imperatorem Theodosium, qui deinde exercitum duxit* Thessalonicam. E

d Xerolophon *omnino scribi existimo in textu Græco, quem vulgus* Ixirolaphum *appellat corruptiori vocabulo (de quo multis actum 2 Maji ad translationem S. Athanasii Constantinopoli Venetias); indeque Latine factum* portæ Collaridæ *nomen; nam* Ξηρόλοφος Collis aridus *est, extra quem porta illa ducebat.*

e *Græce* ψαμάθη *vel* ψαμαθεία: *quod Zenus* arenosum *vertit*, littoralem *interpres Codini.*

f S. Dalmatium, *qui cum non nominetur, augetur suspicio quod hæc Vita antiquior altera sit, & Dalmatio adhuc vivente scripta.*

g *Distinctius altera*, ad latus dextrum sacræ mensæ: *fortasis in Græco Veneto solum etiam nominatur* τὸ ἱερατεῖον *locus altaris, sic dictus quia ad eum Sacerdos solus cum ministris ingreditur, populo extra ipsum manente.*

h *Omnino erratum esse credo, & quidem scriptoris potius quam auctoris vitio: certe 26 Maji mortuum Sanctum clare dicit alterius Vitæ scriptor.*

# DE SANCTO EXVPERANTIO, F

C

## *EPISCOPO RAVENNATE IN ITALIA.*

## COMMENTARIUS HISTORICUS.

D. P.

### De cultu, ætate & actis ejus: variisque Synonymis ab eo distinguendis.

ANNO CCCCXVIII

*Cultus Sacer.*

*Abulæ Martyrologii Romani, citatis Tabulis Ecclesiæ Ravennensis, hunc Sanctum* XXX *Maji his verbis celebrant*: Ravennæ Sancti Exuperantii, Episcopi & Confessoris. *In Kalendario sanctæ Metropolitanæ Archiepiscopalis Ecclesiæ Ravennæ ejusque diœcesis, quod habemus pro anno* MDCLX, *quando ipsi illic fuimus, præscribitur officium Ecclesiasticum, de* S. Exuperantio Archiepiscopo & Confessore Ravennate sub ritu duplici. *Lectiones 2 Nocturni incipiunt*, Beati Patris, *3 Nocturni* Vigilate. *Missa* Sacerdotes tui, *de Communi Confessoris Pontificis. Ejus memoria inscripta est Martyrologio Florentino, tam Ms. Senatoris Strozzii quam excuso anni* MCCCCLXXXVI. *Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ hoc eum exornat Elogio.*

2 Exuperantius, XIX Episcopus Ravennatum, S. Urso successit, Honorio Imperatore. Vir fuit gravis magnaque præditus caritate, simplex tamen & sincerus, tranquillam ducens vitam, Ecclesiæque & populo Ravennati valde utilis. Hic Argentam, oppidum minime contemnendum, ædificavit; ita dictum quod Ecclesiæ Ravennati argentum penderet (sicut & Aureolum & Ferrariam sic dicta putant, quod illud aurum, hæc ferrum eidem Ecclesiæ solverent). Nec vero eidem populo minus in spiritualibus rebus utilis fuit, cum animarum saluti semper invigilaret. Cum autem annos viginti Ecclesiæ suæ præfuisset, bonis cumulatus operibus, Ca-

*Elogium ex Ferrario.*

A Cathedra S. Joanni Angeloptæ relicta, ad præmium evolavit in cælum, in æde S. Agnetis ſepultus tertio Kalendas Junii, Zoſimo Pontifice Maximo, anno ſalutis quadringenteſimo decimo nono. *Hac Ferrarius. Vitam* S. Urſi *deceſſoris dedimus* XIII *Aprilis*, S. Joannis, qui Angelum vidit, *ſucceſſoris, Vita dabitur* XXI *Novembris.*

3 *Hieronymus Rubeus in Hiſtoria Ravennatum varia de S. Exuperantio habet, ac lib.* 2 *pag.* 61, Urſo, *inquit ad annum* CCCXCVI, Ravennatum Archiepiſcopo ſubrogatum Petrum Antiſtitem, Agnellus, quique eum ad verbum fere deſcripſit Ferrettus, falſo putant, quod rerum geſtarum ordinem minus, ut videtur, animadverterint. Nam debetur Exuperantio hic locus: qui nihil diſſimulanter, nihil ex occulto agens, ſincerum, ſimplicem, & apertum animum geſſit: & præſidio divino ſeptus, vitam traduxit placide, tranquille, leniterque. *Dein pag.* 70. Cum Stilico Sarum Alanorum Ducem, ad tumultum in exercitu concitandum, impuliſſet..... Ravennam iter intendit..... Ubi Ravennam venit, Honorii Imperatoris litteræ ad exercitum Ravennatem ab Olympio miſſę ſunt, quibus mandabatur Stiliconem comprehenderent, atque in cuſtodiam darent. Re percepta, Stilico per noctem in templum ſalutis cauſa confugit. Ceterum cum id Exuperantius Archiepiſcopus reſciviſſet, ne violaretur militum injuria templum, accurrit: Stiliconi & militibus, ut abſque tumultu res ageretur, perſuadere nititur: quando nec Stiliconi tandem ad reſiſtendum vires eſſent, & nihil aliud poſſet, quam magis Honorium perturbare, exulceratumque ejus animum exagitare: præſertim quod ædem ingreſſi milites, coram Exuperantio jurejurando affirmarent, non eſſe ſibi, ut illum perimerent, à Principe imperatum, ſed tantum ut captum cuſtodia tenerent. Hac fide egreſſus Stilico ſeſe militibus dedit. Ceterum haud diu poſt..... ad capitale ſupplicium abſtractus eſt, anno CCCCVIII.

*Anno 396 creatus Epiſcopus,*

B *Immunitati Eccleſiæ ſtudet an.* 408

4 *Poſtea Rubeus pag.* 89, *cum retuliſſet* Epiſtolam Zoſimi Pontificis ad Presbyteros & Diaconos Ravennates, datam V Nonas Octobris, Honorio XII & Theodoſio VIII Auguſtis Conſulibus, *id eſt anno* CCCCXVIII, *ſubjungit.* Sub idem tempus Exuperantius Archiepiſcopus Zoſimi Pontificatu, tertio Kalendas Junii deceſſit: ſepultus eſt in Divæ Agnetis ſub porphyrite lapide ante aram maximam. Inſequentibus temporibus in medio eo templo ſub ara illi dicata, in monumento ex marmore cum viſeretur noſtra ætate ara ſolo æquata, ſiniſtrorſum ingredientibus ſepulcrum eſt collocatum. Oppidum Argenta, quod ante id tempus ultra Padum erat, eo loci ubi nunc templum vetuſtiſſimum Divo Georgio dicatum viſitur, ab eo exædificatum eſt. Ita vocatum plerique ferunt ab argenti penſione, quam oppidi incolę Ravennati Archiepiſcopo quotannis perſolvere tenebantur: quod ad hanc diem, cum ex ipſius Eccleſiæ ſit juribus, ſervatur. Tametſi Blondus eo nomine appellatum ſcribat, quod Archiepiſcopi Ravennates tribus ſibi ſubjectis Eccleſiis, quas præcipuas tunc habebant, trium metallorum nomina, quæ maxime nobilia videbantur eſſe, impoſuerunt. Quapropter Aureolum, quod oppidum eſt in amœniſſimo Forolivienſi colle, ab auro; Argentam, ab argento; & Ferrariam, à ferro vocatam. *Hæc Rubeus, cum quo potius arbitramur* S. Exuperantium *vita functum eſſe anno* CCCCXVIII, *hoc* XXX *Maji, ac propterea in Epiſtola Zoſimi non fieri mentionem ullius Epiſcopi: & ipſe Zoſimus è calculo noſtro, quem ante tomum primum Aprilis de ſummis veteribus Pontificibus Romanis edidimus, è vita deceſſiſſet adhuc dicto anno* CCCCXVIII.

*Sepultus ſub ara illi dicata,*

C *moritur* 30 *Maji,*

*anno* 418.

5 *Baronius in Notis, cum de hoc Exuperantio egiſſet, addit iſta.* Eſt & alius ejuſdem nominis Exuperantius Epiſcopus Dertonenſis, qui interfuit una cum S. Ambroſio Concilio Aquileienſi. *Hic Vghelio Tomo* 4 *Italiæ ſacræ in Epiſcopis Dertonenſibus ſcribitur* Superantius, *& dicitur* floruiſſe anno CCCLXXIV, & Dertonenſem Eccleſiam quadraginta annos adminiſtraſſe. *Sed pergit Baronius.* Fuit ejuſdem nominis Exuperantius, alias Superantius, Epiſcopus in Lucania, ſanctitate inſignis, cujus meminit Uranius in tranſitu S. Paulini Epiſcopi Nolani apud Surium Tomo 3. *Porro ibi dicitur* ad S. Paulinum ingreſſus quidam Presbyter, de Lucaniæ partibus veniens, miſſus à ſancto Epiſcopo Exuberantio, ſive à viro clariſſimo fratre ejus Urſatio. *Ferrarius, in Notis ad elogium* S. Exuperantii, *aſſerit ſe* intellexiſſe, nullum Epiſcopum Exuperantium aut Superantium in Lucania pro Sancto haberi. *Vghellus Tomo* 7 *Italiæ ſacræ deducit Epiſcopatus & Epiſcopos Lucaniæ, ſed, ſi Indici ejus fidendum, nullus reperitur* Exuperantius *aut* Superantius *in* Lucania Epiſcopus. *Voluimus hæc indicare lectori, eo quod Tamajus Salazar, in ſuo Martyrologio Hiſpanico ad hunc* XXX *Maji, duos proferat Sanctos hujus nominis, ex Italia in Hiſpaniam traductos. Horum alter ipſi eſt* S. Exuperantius Epiſcopus Ravennatũ, *quem ait* Uxamæ *vulgo* Oſma, in Hiſpania citeriori Epiſcopum, Tarraconenſi & Aquileienſi Concilio interfuiſſe, dein Ravennatum factum Antiſtitem; & in Hiſpaniam reverſum, Concilio Toletano interfuiſſe; & iterum Ravennam profectum, ibidem glorioſo fine quieviſſe. *Alter eſt* Exuperantius in Lucania Epiſcopus, *qui antea etiam* fuiſſet Epiſcopus Lucenſis urbis, *vulgo* Lugo, *in* Galæcia. *Nititur Tamajus Salazarius nuda cuatione nuper excogitatorum Chronicorum ſub nomine Flavii Dexteri & Iuliani Petri: quorum auctoritas licet modo apud viros eruditos pleroſque nulla ſit etiam in Hiſpania, exteros tamen illi quoſdam minus cautos deceperunt; quibus gratum fuit iſtic invenire, unde defectum notitiarum deſideratarum ad patriæ ſuæ hiſtoriam locupletandam ſupplerent, in quibus dolemus fuiſſe duos amicos noſtros; videlicet D. Primum Aloyſium de Tattis Annalium Comenſium Auctorem, ubi de Plinio ſuo, quem iſti finxerunt Martyrem pro fide Chriſti in Hiſpania obiiſſe, aliiſque nonnullis locis; & D. Hieronymum Fabri, in Sacris memoriis Ravennatis Eccleſiæ: qui ambo à nobis poſtea admoniti de fœditate iſtorum commentorum, quam eſſent ex operis noſtri lectione locis plurimis agnituri, doluerunt Actorum à nobis illuſtratorum lectionem eatenus ſibi non obtigiſſe; nec ab aliquo ſe monitos ut caverent fictiones, tanto plauſu cum primum prodirent exceptas commendataſque ab Hiſpanis.*

AUCTORE G. H. *Alii et Synonymi Epiſcopi Dertonæ & in Lucania,*

*perperam in Hiſpaniam tranſlati,*

E

6 *Si Sancti alii hujus nominis Epiſcopi requiruntur, eſſent afferendi,* S. Exuperantius Epiſcopus Cingulanus in Piceno, *à nobis relatus ad diem* XXIV *Ianuarii; &* S. Exuperantius Epiſcopus Comenſis, *producendus ad diem* XXII *Iunii. Abbas Piazza, in Sanctuario Romano ad hunc* XXX *Maji, aſſerit* celebrari feſtum S. Exuperantii Diaconi Martyris in eccleſia S. Bartholomæi in inſula, ubi ejus corpus aſſervatur. *Verum Panirolius in Theſauris abſconditis urbis Romanæ, Regione* 9 *eccleſia* 1 *aſſerit, hunc cum Sabino Epiſcopo & aliis Martyribus coli die* XXX *Decembris: quod magis placet. Credo tamen etiam Piazzæ de die hodierni cultus, eo ſolum reſpectu aſſumpti, quod cum poſtremi dies anni ſatis ſuperque occupentur Natalitiis feſtis, hic dies* XXX *Maji etiam haberet aliquem ejuſdem nominis Sanctum in Romano Martyrologio, licet alioqui diverſiſſimum. Atque hoc exemplum Romanorum cedere poteſt in excuſationem aliorum, qui acceptis Roma corporibus ac nominibus Martyrum, ipſos ſibi colendos ſumunt iis diebus, quibus talia nomina in Martyrologio inveniunt; etſi alioqui id nobis minus probetur, propter confuſiones ex tali licentia provenientes.*

F *alius S. Exuperantius Diaconus Martyr,*

*cur hoc die colatur Roma.*

7 *Inter Epiſtolas S. Hieronymi una eſt ordine* XXXV, *ad* Exuperantium, *hortatoria, ut una cum fratre Quintiliano ſeculo valefaciat, atque in Bethlehem ſe conferat;*

AUCTORE G. H. *Hieronymi Epiſtola ad Exuperantiũ militem*

*proinde ſcripta poſt annum* CCCLXXXIV, *quo is ſibi cum ſua Paula ſtabilem ibi ſedem conſtituit. Potuit ergo illa data eſſe cum adhuc ſecularis eſſet noſter* S. Exuperantius, *primum anno* CCCXCVI, *aut triennio ſerius juxta Ferrarium factus Epiſcopus. Quis tamen nos certos faciet, eum non diu antea renuntiaſſe ſeculo, & prius quam rediret in Palaſtinam Hieronymus? Quis, etiam hoc negato, auſit aſſerere, unam eamdemque perſonam haberi, non autem duas illius nominis? Quia tamen præfatus Fabri voluit Epiſtolam iſtam ad Ravennatem Exuperantium datam eſſe; atque ad laudem ejus facere putat, quod etiam ſub paludamento & chlamyde militari interioris hominis ornatui ſtuduerit, eumque ſanctus Doctor, dignum putarit quem ad ſublimiorem perfectionem invitaret, communionemque litterarum & exercitationis monaſticæ; aliquid delibemus de Epiſtola illa, nihil negantes affirmanteſque de eo ad quem data eſt, ſitne idem vel non, quia nihil in alterutram partem proferri ex illa in ſubſidium poteſt; nec adſunt aliæ Hieronymi Epiſtolæ ad eumdem Exuperantium vel fratrem ejus (Presbyterum ut videtur vel Clericum ſaltem) quæ ſi haberentur, rem nobis forſitan explicarent.*

*etſi potuit, non tamen probatur, ad Ravennatẽ data eſſe,*

*Is illa laudans ejus adhuc ſeculares opera,*

B 8 Inter omnia, *inquit exordiens Hieronymus*, quæ mihi ſancti fratris Quintiliani amicitiæ præſtiterunt, hoc vel maximum eſt, quod te mihi ignotum corpore, mente ſociavit. Quis enim non diligat eum, qui ſub paludamento & habitu militari agat opera Prophetarum, & exteriorem hominem aliud promittentem vincat interiori homine, qui formatus eſt ad imaginem Creatoris? Unde & prior ad officium provoco litterarum; & precor ut mihi occaſionem tribuas ſæpius reſcribendi, quo ſcribam audacius. *Et paulo poſt, exhortans ad generoſam divitiarum abdicationem, ſubjungit:* Projice ſarcinam ſeculi: ne quæras divitias, quæ camelorum pravitatibus comparantur: nudus & levis ad cælum evola, ne alas virtutum tuarum auri deprimant pondera. Hoc autem dico, non quod te avarum didicerim, ſed quod intelligam idcirco adhuc militiæ operam dare, ut impleas ſacculum, quem evacuare Dominus præcepit. Si igitur qui habent poſſeſſiones & divitias jubentur omnia vendere & dare pauperibus, & ſic ſequi Salvatorem; dignatio tua aut dives eſt, & debet facere quod præceptum eſt; aut adhuc tenuis, & non debet quærere quod erogatura eſt. *Et in fine Epiſtolæ eam claudit, dicendo:* Et tu igitur eroganda non quæras, ſed quæſita jam tribue: ut fortiſſimum tirunculum ſuum Chriſtus agnoſcat, ut lætus tibi de longinqua regione venienti occurrat pater, ut ſtolam tribuat, ut donet annulum, ut immolet pro te vitulum ſaginatum; & expeditum cum ſancto fratre Quintiliano ad nos cito faciat navigare. Pulſavi amicitiarum fores: ſi aperueris, nos crebro habebis hoſpites. D E

*ſuadet abdicare divitias,*

*& ſibi apud Bethleem conjungi.*

# DE SS. CAIDOCO ET FRECHORIO, SIVE ADRIANO,

## CENTVLÆ IN PICARDIA.

G. H. ## COMMENTARIUS HISTORICUS.

### De eorum ætate, ſepultura, cultu & tranſlatione.

SEC. VII. *SS. Caïdocus & Frechorius, fidẽ promulgant in Pontivo.*

POntivum, *ſeu* Ponticum, *Picardiæ verſus Oceanum Britannicum ditio eſt, ad dexteram Somonæ ripam, cum præcipuâ urbe Abbavillâ. Hujus hiſtoriam Eccleſiaſticam deſcripſit Ignatius Joſephus de Jeſu Maria, Carmelita Diſcalceatus; ac poſt indicatam ruinam, per incurſiones Wandalorum atque Attilæ Regis Hunnorum factam, quando & Chriſtiana fides ferme exſtirpata fuit, ſecundos Chriſtianæ religionis in dicto Pontivo fundatores cap.* 13, *inquirens, omnium primos aſſignat* duos Sanctos Presbyteros Hibernos, qui eo venerunt: quorum unus nominabatur S. Caidocus, alter S. Adrianus: qui ambo ibidem vitam ſancte peregerunt, ac ſacras ſuas Reliquias in monaſterio Centulenſi reliquerunt. *Fundator hujus monaſterii fuit S. Richarius: cujus Vitam, ab Alcuino Flacco, tempore Caroli Magni, non tam ſcriptam quam reformatam, dedimus* XXVI *Aprilis, die ejus natali. Ex ea hic decerpimus, quæ ad hos Sanctos duos ſpectant.*

C

*ex Hiberni profecti,*

*ab incolarũ injuriis*

2 Contigit eo tempore (*de quo infra agemus*) duos Sacerdotes, ſanctitate florentes & virtutum meritis fulgentes, quorum prior Caidocus vocabatur, alter vero Frichorius, de Hiberniæ partibus in Pontivas perveniſſe regiones. Sed à ruſticis & popularibus illius loci, propter inſolentiam morum, non ſunt ſuſcepti, nec digno eorum ſanctitatis honore tractati; ſed magis injuriis afflictos & opprobriis caſtigatos, à finibus ſuis cœperunt eos expellere. Quorum violentiæ & ſceleratis præſumptionibus futurus Dei famulus Richarius obviavit, Chriſtique ſervos de manibus impiorum eripuit, & cum omni benignitate eos deduxit in domum ſuam; Deo providente, ut illi protegerentur & ipſe ſalvaretur. Nec lucerna gratiæ Dei accenſa, diutius abſcondi potuit; ſed patefacta, lumen ſanctitatis & prædicationis longe lateque ad ſalutem multorum ſparſit. Nam introductos hoſpites ſuos, cum magnæ caritatis honore, curavit: eoſque ſibi verbum Dei prædicantes, cum totâ humilitate & intentione audivit. Nec fruſtra in terram bonam ſemen verbi Dei ſparſum eſt: ſed quod aure audiebat, hoc radicitus corde retinebat, & centenos in horrea Chriſti fructus germinavit. Igitur ex prædicatione famulorum Dei & aſpiratione gratiæ divinæ compunctus, ad lacrymas converſus, confeſſionem ſuorum fecit peccatorum; & in conſpectu omnipotentis Dei ardenter veniam petens, lacrymis abſolvit, quod ignoranter ab adoleſcentiæ illecebris peccavit: & qui Dominum ſuſcepit in famulis ſuis hoſpitalitatis gratiâ, ſuſceptus eſt à domino in miſericordiâ & pietate.

*à S. Richario protegũtur:*

*quem prædicatione ſuâ converterunt.*

F

3 *Hæc ex dictis S. Richarii Actis, quibus addimus, quæ Ingelramnus Abbas de hiſce Sanctis in Vita metrica ejuſdem S. Richarii habet cap.* 2 *iſtis verſibus:*

*Eadem aſſeruntur in poëmate Ingelramni.*

Tunc & Pontivus meruit ſplendeſcere pagus,
Forte Sacerdotum radians fulgore duorum.
Nomen majoris quorum fuerat Caïdocus,
Egregius meritis quos miſit Hibernia nobis.
Ex ipſis populus temnens audire ſalutem,
Non recipit digne, digno nec tractat honore:
Sed magis à propriis cœpit depellere metis.

Quorum

A Quorum crudelis Sanctum violentia movit
Richarium; & juſtos rapiens à plebe feroci,
Hoſpitium tribuit, tenuit, fovitque benigne,
Diſponente Deo, quo ſalvarentur utrique:
Succenſuſque diu divino lumine lychnus
Nec claudi valuit, radios ſed in ampla tetendit.
Namque peregrinos poſtquam ſuſcepit in ædem,
Ipſis corporeos ſumptus largitur, ab ipſis
Solicitus vitæ capiens compendia ſanctæ.
Nec tellus ſterilis percepit ſemina verbi:
Sed menti inſeruit, carnis quod ſumpſit ab aure,
Quam plura & Chriſti portavit ad horrea grana.

*non venerunt tempore Sigeberti I Regis Auſtraſiorum,*

4 *Hactenus Acta antiqua S. Richarii. Extat tomo* 4 *Spicilegii, à Lucâ Acherio editi, Chronicon Abbatiæ Centulenſis, ab Hariulpho Monacho anno* MLXXXVIII *conſcriptum: ex quo, rejectis ſuperfluis, confecta eſt etiam Vita S. Richarii, quam ex Ms. Centulenſi & alio codice noſtro habemus; in quibus tempus* adventus & prædicationis Sanctorum Hibernenſium *ita explicatur.* Contigit autem eo tempore, quo Sigebertus Rex cum uxore Brunechilde, ſtatuto apud Mettenſium urbem regni ſui ſolio, * Orientalem Franciam gubernabat; duos Sacerdotes, ſanctitate florentes, & virtutum meritis fulgentes, de Hiberniæ partibus Pontivas perveniſſe regiones, &c. *Quæ hic de Sigiberto Rege intruſa, nec tempori nec loco congrua, ex Vita S. Columbani itidem Hiberni ſunt deſumpta. Chlothario primo, anno* DLXI *Vita functo, ſucceſſit Sigebertus cum fratribus tribus, anno* DLXXV *interemptus. Habebat eo tempore regnum Sueſſionenſe, ſub quo erant Pontivæ regiones cum reliquâ Franciâ maritimâ, alter fratrum Chilpericus: cui anno* DLXXXIV *ſucceſſit Chlotharius II, anno* DCXIV *factus Francorum Monarcha, mortuus anno* DCXXVIII; *relicto filio Dagoberto, cujus ſolius meminit Alcuinus. Hujus tempore S. Richarius extruxit Centulenſe monaſterium, jam ante à Sacerdotibus Hibernis ad vitam ſanctiorem amplectendam permotus. Potuit id contigiſſe ſub Dagoberti parente Chlothario II, S. Columbano à vita mortali jam pridem egreſſo in Italia; ſub quo hoſce Sacerdotes antea vixiſſe omnino non conſtat: cum Alcuinus & alii ſolum dicant,* de Hibernia partibus in Pontivas perveniſſe regiones.

**al.* Germaniam.

B

*moriuntur Centulæ ſenes.*

5 *De reliqua vita & obitu horum Sacerdotum iſta ſubduntur ab Ariulpho, cap.* 6 *Chronici Centulenſis:* Jam dicti præterea viri Dei, poſt emenſum vitæ ſtadium, immortalitatis adepti bravium, cælicas ſedes ſuo ingreſſu exhilarant: Centulenſem eccleſiam fundatam corporibus nobilitant: jam vero pene dirutam orationibus ſuſtentant. Verumtamen licet nos jam eorum tranſitum explicuerimus, noverit Lector, eos, uſque dum ſeneſcerent, in divinis operibus Centulæ deguiſſe. *Floruit inter Abbates Centulenſes S. Angilbertus, anno* DCCCXIV *vita mortali exutus* XVIII *Februarii: ad quem diem ejus Vitam dedi. Hic ſepulcra horum Sanctorum exornavit aliquot verſibus, quos Ariulphus in Chronico pag.* 473 *ita edidit:* Epitaphium S. Chaidoci Confeſſoris.

C

*Epitaphium S. Caidoci,*

6 Mole ſub hac tegitur Chaidocus, jure Sacerdos:
Scotia quem genuit, Gallica terra tegit.
Hic Domini Chriſti gaudens præcepta ſecutus,
Contempſit patrias mente beatus opes.
Hinc ſibi concrevit centeni copia fructus,
Et metit ætherei præmia larga ſoli.
Huic Angilbertus, fretus pietate magiſtrâ,
Et tumulo carmen condidit & tumulum.

*Item aliud de ſocio ejus Fricoro, ſeu Frichorio:*

Corpore terreno qui cernitur eſſe ſepultus,
Gaudia pro meritis cælica lætus habet.
Iſte fuit Fricorus, Chaidoco conſociatus:
Quem ſibi conceſſum Centula gaudet ovans.
Hic virtute valens deſpexit proſpera mundi:
Et modo viventi gloria magna patet.
Quando Deo placuit, cælorum regna petivit:
Nunc Angilberti carmine fulget. Amen.

D

AUCTORE G. H. *& S. Frichorii,*

*Iacobus Malebrancus, lib.* 2 *de Morinis cap.* 55, *hunc* Fricoræum *appellat*, additque, cognomento Pontivenſibus abſono relicto, Adrianum vocatum fuiſſe.

*Adriani dicti.*

*Corpora elevata à S. Gervino:*

7 *Habemus aliud Chronicon Ms. Centulenſe, à Ioanne Capella anno* MCCCCXCII *compilatum, ex eoque dedimus ad diem* III *Martii Vitam S. Gervini Abbatis Centulenſis, anno* MLXXIII *vita functi: de quo num.* 21 *iſta habentur:* Iſte tranſlatavit corpora SS. Caydoci & Fricorii ſive Adriani Confeſſorum, *& deinde:* Et in inſtanti elevavit corpora SS. Caydoci & Adriani, & ea impoſuit in capſâ ſeu feretro argenteo, lapidibus pretioſis ornato. *Quæ Ariulfus auctor coævus, lib.* 4 *cap.* 22 *ita commemorat:* Sancti quoque Confeſſoris Caydoci, ſociique illius corpora à terra levavit: & eorum Reliquias decentius collocans, fidelibus populis honorandas cenſuit. *Egerat cap.* 18 *Ariulfus de crypta à S. Gervino conſtructa, & quatuor in ea erectis altaribus: in quorum majori, inter* reliquias Sanctorum Confeſſorum, *ponitur nomen* Caydoci.

E

*Reliquiæ in altari:*

*Nomina in Faſtis Centulæ* 30 *Maii.*

8 *In veteri Martyrologio Ms. Eccleſiæ Centulenſis cui hic potior fides debetur, utriuſque cultus ad hunc diem pertinere indicatur his verbis:* Cœnobio Centula SS. Chaidoci, Fricorii, & Maldegiſi, quorum duo primi B. Richario ad initium ſanctæ converſationis Doctores fuerunt. *In veteri ſimiliter Kalendario, quod Tomo* X *Spicilegii ſui Acherius inſeruit, ita legitur:* Cœnobio Centula ſanctorum Confeſſorum Caydoci, Adriani & Madegiſli. *De tertio mox acturi, videmur hoc dicere poſſe, quod certius cognitus ejus Natalis potuerit Centulenſes moviſſe, ut duos illos ignotæ diei Sanctos pariter commemorandos inſtituerent. Sauſſajus in Martyrologio Gallicano, & Menardus in Benedictino, in Appendice eorum quorum diem natalem ignorarunt rejectos, longo encomio celebrant. Ioannes Colganus, nulla reddita ſui facti ratione, retulit* S. Caidocum Morinorum Apoſtolum XXIV Ianuarii: *& iterum celebrat* XXXI Martii, SS. Adrianum & Caidocum Apoſtolos Morinorum, *plurima congerens ex Alcuino & Malbranco, itemque ex Sauſſajo & Menardo. Henricus Fitz-Simon, Societatis Ieſus Sacerdos Hibernus, Romæ huc ſubmiſit anno* MDCXI *Catalogum Sanctorum Hiberniæ, dein Duaci anno* MDCXIX *excuſum, in quo celebrantur Kalendis Aprilis,* SS. Sadoc, *aliis* Caidocus, *&* Adrianus. *Præiverat Ioannes Wilſonus in Martyrologio Anglicano anno* MDCVIII *excuſo, ac dein anno* MDCXL *recuſo: in quo elogium ex Vita S. Richarii excerptum proponitur. Secutus eoſdem Thomas Dempſterus, utrumque in Menologio Scotico anno* MDCXXII *impreſſo commemoravit. Demum, citato Martyrologio Anglicano ac dein Scotico, eoſdem celebrat Ferrarius in Catalogo Generali.* Reliquias in monaſterio Centulenſi iſto die quoque coli, *obſervat Mabilio, in Notis ad Vitam S. Richarii.*

*alibi aliis diebus,*

F

*potiſſimum* 1 *Aprilis.*

DE

# DE S. MADELGISILO EREMITA,

## CENTVLÆ IN PICARDIA.

G. H.

## COMMENTARIUS PRÆVIUS.

### De cultu, Tranſlatione, ac Vita ab Hariulpho Centulenſi ſcripta.

SEC. VII. *Cultus* 30 *Maji.*

*Vod in prænemoratis duobus Sanctis, jam laudavimus Ms. Martyrologium Centulenſe, duobus illis tertium, ut vidimus, jungit* Madelgiſilum. *Ejuſdem nudum cum illis nomen etiam habet antiquum Kalendarium. De iſto autem ipſius certo cultu, ne poſsimus dubitare facit Chronicon Centulenſe, ſub finem ſeculi* XI *conſcriptum, cujus etiam ſupra meminimus, & cujus liber* 3 *hunc exhibet Capitis* 29 *Titulum*, Tranſlatio S. Madelgiſili Confeſſoris, *iſta leguntur:* Cum cœnobii Centulenſis Abbas Ingelardus adhuc teneret regimina, inter cetera bona, quæ illi contulit pietas ſuperna, Sancti quoque Madelgiſili Confeſſoris meruit habere corporalem præſentiam. Eſt denique vicus in pago Pontivo, qui vocatur Monaſteriolus, ubi ipſe Sanctus à die ſui tranſitus quieverat: ſed cum curioſitate fidelium delatum fuiſſet corpus ejus Centulam in monaſterio ſanctiſſimi Richarii; cœperunt quidam ex Monachis quadam ſtoliditate permoti dicere, quod indignum eſſet ejus hominis venerari oſſilla, cujus ignorarent Actus vel Vitam. Cumque hoc ratione, vel potius irrationabilitate, aliquoties contenderent; erat antiquitus eccleſiola quædam in confinio Centulæ, ſub ipſius Sancti nomine dicata, ad quam decreverunt ipſum ferri debere: dum & ſuæ eccleſiæ domicilio frueretur, & illum tali modo non cogerentur honorare. Factumque eſt ita. Cum ergo illic fuiſſet poſitus ille, Deus qui humilia reſpicit, quique olim videns Liam deſpectui haberi causâ deformitatis, dedit ei fœcunditatem, ut prolis ſaltem numeroſitate amari poſſet, quæ ſui vultus fœditate horrebatur; ille, inquam, Deus cum videret hunc ſuum ſervum, pro ignoratis vitæ ejus geſtis non ſatis amari, ut, quanti penderetur meritum illius, populis demonſtraret, voluit ſuâ pietate eo loco multa patrare magnalia, quo ejus fuerant membra non ſine deſpectu portata. Cum ergo tam evidenter claruiſſet, vere hunc apud Deum eſſe magnum; cœpit Abbas Ingelardus cum Monachis ſuis pœnitentia moveri, quod tam claram Dei margaritam, quaſi quoddam vile abjeciſſent: & quem prius pro obſcuritate deſpexerat ſanctitatis, cum devotâ cordis humilitate & celebri honore diſpoſuit reportare, ad quem amandum & honorandum magnificâ Dei virtute invitabatur. Tunc aggregatis Fratribus, cum multo honore magnâque timoris Dei reverentiâ, jam dictam eccleſiam expetivit: præmiſſaque erroris pœnitentiâ atque adorato Domino, qui in Sanctis ſuis mirabilis eſt & glorioſus, corpus ſanctum accepit, & eccleſiæ ſanctiſſimi Richarii cum laudibus reſtituit, quod etiam huc uſque ibidem ſervatur. Igitur hæc ſunt glorioſa Sanctorum pignora, quibus Centula nobilis decoratur . . . . S. Richarii Abbatis & B. Vigoris Pontificis. . . . Deinde ille ferax divinorum mandatorum Caydocus habetur: poſt quem ipſe, de quo modo narravimus, S. Madelgiſilus decibiliter amatur. Veneratur cum iſtis S. Caydoci ſocius, quem quidam Adrianum vocitant. *Hæc ibi Ariulphus. Dictus Ingelardus Abbas floruit ſeculo* X, *tempore Hugonis Capeti Regis Francorum.*

B *Corpus delatum Centulam.*

*inde ad eccleſiam illi dicatam amandatũ,*

C *& ibi miraculis clareſcens reportatur Centulam,*

2 *In alio Chronico Ms. Centulenſi, à Ioanne Capella compilato ſeculo* XV, *iſta præterea dicuntur*: S. Magdelgeſilus fuit ſocius S. Furſæi, & ambo erant tranſmarini: ipſoque S. Furſæo defuncto, S. Magdelgeſilus intravit congregationem Fratrum, & immediate poſt quæſivit, impetravit, & obtinuit eremum, in quodam loco ſecreto non habitato ſuper Altiliam, quod dicitur Monaſteriolum, Monſtreles: & duxit vitam auſteram, ibidem defunctus, & corpus ſepultum per diſtantiam temporis ibidem jacuit. Sed dictus Ingelardus Abbas, cum audiſſet & vidiſſet plura miracula fieri ſuper tumulum Magdelgeſili, conſilio habito cum Fratribus, perrexit in Kalendis Junii ad dictum locum, & ſecum cum magna proceſſione corpus pretioſum apportavit & detulit. Et cum Fratres vidiſſent ipſum coruſcare miraculis, invidebant dicentes: Quod talis vir, cujus Geſta, Acta & Vita ignorabatur, non debebat præ ceteris honorari. Et ut pacifice viveret dictus Ingelardus, conſtituit ſibi fieri capellam extra villæ ambitum, in qua poneretur & à fidelibus veneraretur. (Quod factum ita) & in quâ extra modum à populo frequentabatur, ita quod duo ligna vix deportare poterant oblationes ceræ & imaginum, capitum, brachiorum, manuum, pedum, & ſimilium: & illis de cauſis ſtatuit corpus prædictum in dicto cœnobio reponi & reſtitui. Quod factum eſt, ſed omni anno, die III Kalendas Junii, proceſſionaliter reportabatur. Accidit tamẽ quod in regreſſu corporis, Abbatis, & Fratrum decem, & in eadem die III Kalendas Junii, tempus perturbatum eſt & nebuloſum cum ventis & pluviis, regnantibus tonitruo & ſcintillationibus & vaporibus in infimâ regione aëris, quod omnes dicebant hora decima de mane, quod erat nox & non dies: tamen publice duo juvenes Religioſi ante corpus ſanctiſſimum cum duobus candelabris argenteis ſecum deferebant duos cereos & duo luminaria, quæ nunquam defecerunt: ſed in eis ſemper fuit lumen uſque regreſſum, & dum feretrum ſeu capſa reponeretur in ſuo loco præordinato. *Hæc ibi in dicto Chronico, in quo iterum inferius iſta traduntur.* Ancherus Abbas, anno XVI ſui regiminis, *id eſt anno* MCXII, renovavit omnes capſas & feretra omnium Sanctorum, & Reliquias hic exiſtentium . . . & in una invenit ſchedulam ſic ſcriptam: Corpus S. Magdelgeſili Confeſſoris hic poſitum III Kalendas Junii: quod corpus repoſuit in alio novo feretro V Idus Julii.

*S. Madelgiſilus dicêtur Socius S. Furſæi.*

*& in eremo vixiſſe:*

E

*magna devotione colitur,*

*& annuâ proceſſione 30 Maji,*

F *non abſque miraculo.*

3 *Ad dictum* III *Kalendas Iunii, ſive hunc* XXX *Maji, celebratur* depoſitio S. Madelgiſili Confeſſoris Centulæ *in Martyrologio Berlini, auctius Pariſiis ſub annum* MDXXI *edito, & ex eo apud Molanum & Caniſium, item apud Wionem, Dorganium & Menardum, ſed interponunt hi nomen* Monachi. *Sauſſajus longo eum encomio celebrat, in quo dicitur* alta ortus proſapia, ſeceſſiſſe in agellum ab Angelo demonſtratum. Cui aqua deficiente, ſigno Crucis ceſpiti appoſito, ſtatim vena aquæ limpidiſſimæ ſe aperiens clariſſimum fontem effudit: ex quo non ſolum refocillatus eſt Chriſti miles,

*Memoria ejus in Faſtis 30 Maji.*

A miles, ſed & hujus fontis alveus per amœnam planitiem excurrens, & potum bibentibus jucundum, & medelam etiam ægris ſuo hauſtu impendit. *Eadem habet Bucelinus in Menologio Benedictino, & adjungit iſta:* Moriturus cum eſſet, vocatus ab Angelo Abbas ejus cum Fratribus occurrit: quorum adventu adeo exhilaratus eſt, ut omnem ægritudinem oblivioni dederit. Verum paulo poſt mortuus *&c. Quæ optaremus verbis antiquiorum auctorum referri. Et hæc ſeorſim de* S. Madelgiſilo *reperimus. Cujus etiam aliqua elevatio facta eſt prima Iunii: & ad hanc fortaſſe hi Verſus pertinent, neſcio an corporis arcæ, an feretro ejuſdem inſcripti:*

*Elevatio S. Madelgiſili 1 Iunii,*

Oſſa Madelgiſili tenet hæc lectica Beati:
Quem Confeſſorem ſibi Chriſtus rite beavit,
Anſcheruſque novam ſibi capſam jure paravit.

*Rexit autem Centulenſe monaſterium* Anſcherus *ab anno* MXCVII *vel* VIII *annis* XX *circiter aut* XXX. *Dedimus ad diem* III *Martii Vitam S. Gervini Abbatis, in qua nu.* 3 *is dicitur dedicari feciſſe capellam* BB. *Madelgiſili, Cajdoci & Adriani Confeſſorum. Sed miramur ultimorum duorum mentionem apud alios auctores non reperiri, ad hunc* XXX *Maji, præterquam apud Scriptores Centulenſes.*

*Capella 3 Sanctorum.*

B 4 *Hactenus corpore & animo firmus Deceſſor meus,* P. Godefridus, *commentarium hunc deduxerat; quando correptus paralyſi anno* MDCLXXX; *accepit eodem anno editam partem alteram Seculi* IV *Benedictini in eaque ipſius* S. Madalgiſili *vitam,* Auctore Hariulfo, Monacho Centulenſi, ineunte ſeculo XII *ſcriptam; mihique recognoſcendam commendavit, levioribus poſt id ſtudiis, quatenus valetudo ac vita permitteret, occupaturus ſeſe. Reliquit monaſterio Centulenſi* Hariulfus *loci Chronicon, à ſe diligenter pertractum uſque ad obitum S. Gervini Abbatis, anno* MLXXIV *defuncti: idque ſe abſolviſſe ait anno* MLXXXVIII. *Aliquot autem annis prius vel poſt, cum ſcilicet Abbas ſuus Gervinus II primum factus eſſet Epiſcopus Ambianenſis, & necdum de eo palam Centula murmuraretur, iſtam* S. Madelgiſili *Vitam ei inſcripſit. Sicut autem Gervino II mortuo, hujus acta bona ac mala, eidem Chronico attexenda compoſuit, vel ipſe, vel potius alius ſub annum* MCIII; *ita & Vitæ S. Madelgiſili, ab eodem vel alio acceſſit ut minimum narratio tranſlationis in novam capſam ab Anſchero Abbate, iſtius Gervini poſt annum* MXCVI *ſucceſſore, facta anno* MCXIII: *& ita tum Chronicon ipſum tom.* 4 *Spicilegii, tum Vitam prædictam Acherius & Mabilio ediderunt: cui Vitæ in Ms. Centulenſi, poſt Chronicon, præmittebatur nihilominus Abbatis Anſcheri elogium metricum.*

*Vita S. Madelgiſili auct. Hariulfo,*

*quis Chronicon Centulenſe ſcripſit,*

C 5 *Prius autem quam Supplementa iſtæc fierent,* Hariulfus *ipſe, ut nobis conſtat ex Aldemborgenſium in Flandria prope Brugas Abbatum ſerie chronologica accurate deducta, quæ penes nos eſt, in inſigni tomorum octo Monaſterologiâ, ab Aquicinctini quondam monaſterii Priore D. Bar ſub initium hujus ſeculi collecta;* Hariulfus, *inquam, ipſe, anno* MXCVII *ſuffectus eſt ſecundo iſtius Monaſterii, Abbati Verwino. Laudatur is in dicta Serie, tamquam* vir totius prudentiæ & miræ diſcretionis: *& additur, quod* ejus ſolicitudine, anno regiminis ſui XVI, levatum eſt de terra ſanctiſſimi Præſulis *Sueſſionenſis* Arnulphi corpus, anno XXXIV depoſitionis ejuſdem primi Fundatoris, *ſeu potius Reſtauratoris,* monaſterii prædicti. Inſuper viriliter ac legitime defendit eccleſiam ſibi commiſſam, contra Abbatem ac Religioſos S. Medardi Sueſſionenſis, qui eam nitebantur redigere in Prioratum. Rexit digne & laudabiliter XXXVIII annis, & obiit anno Dominicæ Incarnationis MCXLIII, XVI Auguſti: cujus anima partem beatæ retributionis obtineat.

*& Abbas Aldemborgenſis fuit,*

*uſque ad 1143. 16 Auguſti,*

6 *Alius eſt ergo ſcriptor* Hariulfus *à duobus ejuſdem nominis, in Necrologio Centulenſi relatis, altero* XIII Kal. Maji, *cum titulo* Senioris; *altero relato ad* XIII Kal. Junii, *ſub titulis* Levitæ & Monachi; *contra quam exiſtimavit eruditiſſimus Mabilio, poſt Epitaphium, quod Hariulfo Scriptori & Abbati compoſitum ab ipſo refertur, tom.* 1 *Analect. hoc tenore.*

AUCTORE G. H. *non* 19 *Maji.*

Pontivo natus, pronus ſtudiis, Hariulfus,
Almi Richarii clauſtra puer ſubiit.
In quibus imbutus, deceat quid noſſe Magiſtrum,
Aldemborgenſis tertius Abba fuit.
Rem ſibi commiſſam pro viribus amplificavit;
Creſcere, Petre, tuis ſemper opes ſitiens.
Fratribus exemplum prætendens compatientis:
Multa nimis, tacuit; quæque loqui, docuit,
Centula quos Fratres retinet, coluit Seniores,
Illis quod ſit honor cernere ſemper amans.

*Ejus Epitaphium.*

# VITA

## Auctore Hariulfo Monacho Centulenſi, poſtea Abbate Aldemborgenſi in Flandria.

### *Ex editione Ioannis Mabilionis.*

E

### PRÆFATIO.

DOmino dileCtiſſimo, Patrique ſpirituali amore complectendo, Gervino, ſanctæ Sedis Ambianicæ Epiſcopo *a*, nec non almifici Centulenſis cœnobii Rectori, veſtri gregis ovicula, utinam idonea, Hariulfus, ſalutem & ſinceram obedientiam.

a *Hariulfus audita narrat,*

Seniorum, qui de tempore venerandi Abbatis Angelranni *b* uſque ad noſtra tempora pertiterunt, multimodo relatu, didici quædam narratione digna, quæ ad poſterorum notitiam memoriæ ſtudioſe commendavi; ea ſcilicet, quæ de Sanctis apud nos quieſcentibus geſta ferebantur: quorum geſtorum ſeriem, antiquorum nihilominus ſtudioſa relatio, notitiæ poſterorum tradiderat. Inter quæ omnia, Fratres, delectabat audire & noſſe de beato Confeſſore Madelgiſilo, ab antiquis temporibus apud nos quieſcente; quis fuerit, qualiter Domino omnipotenti deſervierit, & quomodo vel quando ſanctum corpus ejus ad locum Centulenſem delatum ſit, & ibi collocatum; quot & quantis miraculorum ſignis à Domino ſit glorificatum: quorum denique ſignorum non tam relatu quam aſpectu notitiam certam percepimus, dum & ipſi quædam ejus miracula liquido cognovimus, & innumera per tales aſſertores didicimus, qui non auditu, ſed ipſo viſu præſentialiter ſe percepiſſe teſtarentur *c*. Igitur cariſſimorum Fratrum deſideriis ſanctis vel ex parte volens ſatisfacere, ad honorem Dei & reverentiam ipſius Sancti, nec non ad utilitatem poſterorum, ea quæ nobis frequens ſeniorum relatio de eodem Sancto contulit, ſcribendi officio annotamus, ne per noſtram inertiam ſolertiæ futurorum tantæ rei notitia defraudari videatur.

b

F

*ipſe ex parte teſtis oculatus miraculorum.*

c

### ANNOTATA.

a *Fuit, hic ex ſorore nepos & ſucceſſor* S. Gervini, *cujus aliquam Vitam, ſec.* 15 *exeunte ſcriptam, dedimus* 3 *Martii, plenam in Supplemento daturi ex Chronico Hariulfi, quod nondum ad manus Henſchenii venerat, cum iſtam imprimi faciebat. Quo autem anno factus ſit Epiſcopus Ambianenſis hic* Gervinus *Iunior, incompertum eſt quidem; ſuſpicor tamen, quod non ante completam anno* 1087 *fabricam novæ Centulenſis eccleſiæ. Vi autem Centulenſis Abbatiæ adminiſtrationem, judicante Vrbano Papa II, amiſit an.* 1096; *ita ſub annum* 1102, *ipſo quoq; Ambianenſi Epiſcopatu expulſus fuit, ob ſimilia demerita ac*

A *ac biennio poſt ſucceſſorem habuit S. Godefridum, cujus Acta Surius edidit, mutato ſtylo nonnihil contracta; genuina autem, ſicut ea ſcripſit Nicolaus Monachus Sueſſionenſis coævus, optamus pro 8 Novembris nanciſci, fruſtra quæſita à P. Henſchenio.*

b Angelrannus, *Mabilioni in Notis* Ingelramnus, cognomento Sapiens, *laudatus in Chronico per 13 prima Capita lib. 3, præfuit regnante Roberto ſeculo* XI.

c *Quis hic non expectet integrum librum miraculorum? Nihil minus reperies. Hinc mihi ſuſpicio naſcitur, progreſſurum ad ea Hariulfum ſubſtitiſſe, abſoluto primo de vita libro; motum indignis facinoribus Gervini, cui opus cœperat dedicare; ipſumque imperfectum dimiſiſſe, atque ultima capita non tantum alio tempore eſſe adjecta, ſed etiam ab alio auctore. Nam qui Chronicon ſupplevit, fatetur, ſe ab ipſo Gervino exempli haud boni Abbate*, monachizatum, & in corde tenero, quaſi in mollicera, geſtorum ſuorum imaginem, non imitandam, ſed abjiciendam compreſſiſſe. *Erat ergo hic adhuc plane juvenis, quando an.* 1088 *Chronicon ſuum finivit Hariulfus; quem oportet matura tunc ætate fuiſſe, nono poſt anno factum Abbatem.*

B

# HISTORIA VITÆ

a *Furſeus ex Hibernia venit in Galliam.*

FRancorum regnum tenente Lodoveo filio Dagoberti, *a* & Auſtraſiis regnante Sigeberto æque filio Dagoberti, vir Domini S. Furſeus, ab Hibernia ortus, & ibidem ſignis virtutum & notitia revelationum mirificatus, ex divina juſſione natale ſolum reliquit: Britanniam, quæ Anglia nuncupatur, pertranſiens, in partibus Germaniæ appulit, ubi videlicet præfatus Rex

b Sigebertus *b* eumdem ſanctum virum magno cum honore & gaudio excepit: magnoque affectu eum retinere geſtiens, quæque loca monaſticæ vitæ congrua illi offerebat, quatenus eo modo in locis ſui regni delectaretur morari. Sanctus autem Furſeus, per ſpiritum ſentiens nequaquam ſe in illis locis permanere debere, regiis tamen petitionibus vel ex aliquanto cupiens obedire, rura quæque ſibi oblata circumiens, & divini verbi prædicationibus ubique ferventer inſiſtens, locum tandem gratum reperit, ubi cum Dei gratia & prædicti Regis juva-

c mine Cœnobium inſigne *c* conſtituit, & ſervorum Dei multitudine ſufficienter implevit. Nam

C *Cœnobium condit.* ejuſdem ſancti viri prædicationibus multi ex eodem regno, ad fidem & dignos pœnitentiæ fructus, propemodum accendebantur: ex quibus aliqui majori devotione ſubnixi, ad meliora divinæ ſervitutis ſtudia certatim properabant, ut cuncta mundi impedimenta fugientes efficerentur Monachi.

2 Inter quos fuit quidam nomine Madelgiſilus, *Madelgiſilus ab eo inſtitutus,* alti generis proſapia genitus, & quod majus eſt atque beatius, in divina præſcientia electionis gratia præſcriptus. Hic B. Furſei adhærens prædicamentis, & congaudens ſanctitatis ejus exemplis, decrevit comes fore indiſſociabilis operum & viarum ejus, ut mereretur eſſe particeps meritorum & præmiorum illius. Itaque S. Furſeus, perfecta ædificatione atque inſtitutione prædicti cœnobii, & commiſſo regimine ipſius loci cariſſimo fratri ſuo B. Abbati

d Ultano *d*, nec non requiſita & accepta Sigeberti Regis licentia, aſſumptis etiam ſecum diſcipulis, Occidentalem Galliam, quæ poſtmodum Francia dicta eſt, adire deliberavit; in qua jam cælitus erat præfixum, illum terreno corpore ſolvi, ipſamque Franciam exemplis & meritis illius ex divino decreto debere illuſtrari. Hujus itineris comes indiviſ *itineris comes,* duus vir Domini Madelgiſilus fuit, & cum B. Furſco civitates & regiones pertranſiit; famem, ſitim, vigilias, ceteroſque labores ſuſtinuit; orationes & pſalmodias cum illo, uti probus diſcipulus cum magiſtro, exercuit; prædicationis etiam & abſtinentiæ patientiſſimus imitator inolevit. D

3 Poſtquam vero vir Domini beatus Furſeus, ut cælitus fuerat præſtitutum, terrena mole relicta in pago Pontivo, loco vocabulo Macerias, ſuum Creatori reddidit ſpiritum *e*, & ſacrum corpus ejus ab inclitis viris, Haymone Duce & Archenoldo Præfecto, Perronam delatum eſt & ſepultum; beatus Madelgiſilus vehementi angore, pro amiſſione cariſſimi magiſtri, cœpit affligi: &, utpote advena atque locorum ignarus, cœpit æſtuanti ſtudio inquirere, ſicubi eſſet locus monaſticæ vitæ ſtudiis inſtitutus, ubi Domino adhærere poſſet, contemplativoſque carpere fructus. Cui talia perquirenti continuo innotuit celebre nomen cœnobii Centulenſis, à beato Patre Richario jam olim tota ſanctitate & juſtitia collocati, & corporis ejus exuviis ſacroſanctis hactenus mirabiliter ac diviniſſime exornati: in quo etiam Monachorum cœtus Deo acceptus regulari tramite ſtrenue militabat, & divinæ juſſioni in ſpiritus paupertate totis niſibus parere inſiſtebat. Ad E hunc ergo locum prædictus famulus Dei tota aviditate convolavit, & ſanctorum Fratrum beatæ concioni ſe admitti religioſe expetiit, religioſius impetravit. Invenit ſane ibi veros Iſraëlitas, ſpiritualem Ægyptum toto animo fugientes, & cæleſte manna totis votis ambientes, puræ vitæ Monachos, totius abſtinentiæ & humilitatis virtute armatos. Horum beatiſſimæ ſocietati ſe ferventer connectens ſervus Dei Madelgiſilus, & de die in diem ad meliora ſe extendens in timore Dei valde proficiebat, ac de virtute in virtutem ire aſſidue contendebat.

*eo mortuo Centulam ſe recipit.* c

4 Florebat per id temporis Francorum reſpublica ſub Rege Lodoveo, Dagoberti filio, & Baltilde venerabili Regina, quæ poſt mortem viri ſui præfati Lodovei Monaſterium Corbeienſe conſtruxit. Cœnobium quoque Gemmeticum, inſtante B. Philiberto, in territorio Rotomagenſi conſtruxit; ac per alia loca, ad conſtruenda cœnobia, regalem munificentiam profuſe adhibuit. Monaſterium ergo Centulenſe, antiquitate & religione, ceteris ſacris locis præeminebat, & miraculorum ſignis quotidie ad tumulum B. Richarii divinitus clareſcebat: quæ dum Fratres aſſidue perſpicerent, quaſi radiis divini amoris medullitus inflammabantur: ſciebant enim quoniam arctam & anguſtam viam viriliter ſectando, & contra hoſtem antiquum alacriter decertando, ad tantam meritorum gratiam beatus Confeſſor Richarius excreverat, ut ad ejus merita declaranda, tot & tanta Chriſtus Dominus oſtenderet miracula: quæ dum fierent, multiplici laude pollebant; dum Chriſto Domino honorem & gloriam, Confeſſori ejus laudis reverentiam, cernentibus quoque imitandi deſiderium, & debilibus præſtarent ſoſpitatis gaudium.

*Sub Chlodoveo & Balthilde,*

*miraculis Centula crebreſcentibus,* F

5 Hæc, inquam, divina miracula multum B. Madelgiſilo circa Dei cultum inſpiraverunt ardorem, multam in corde ejus divinæ dilectionis flammam ſuccenderunt, multam ad contemptum mundi in ejus præcordiis efficaciam genuerunt. Qui cum aliquanto tempore in divinis exercitiis ſpiritualem militiam in hoc Centulenſi Cœnobio peregiſſet, & à ceteris Fratribus pro honore ſanctitatis venerabilis haberetur; cernens ſibi officere impenſam à Fratribus reverentiam, & cupiens arctiorem remotamque arripere vivendi formulam; cum magna humilitate expetiit, ut liceret ſibi remotum & quietum locum perquirere, quo divinis laudibus ſecurius atque profuſius quiviſſet incumbere; orationibus quoque & lacry-

*fecedit in eremum.*

A lacrymis ſine ſtrepitu valeret invigilare, ac divinis obtutibus ſe mortificando ſemper purgatiorem exhibere. Quique quod devote expetiit, gratuita Fratrum benignitas ei cum magna dulcedine conceſſit; quippe qui fraternis provectibus neſcirent invidere, ſed potius congaudere. Adeptus etenim deſiderium, licentiam ſcilicet pergendi ad eremum, cœpit ſummis precibus ac lacrymis impenſius flagitare, ut immenſa Chriſti pietas ei locum talem dignaretur demonſtrare, ubi in ſpiritu humilitatis & in animo contrito divinis obtutibus valuiſſet aſſidue laudis ſacrificium immolare.

6 Ad quod impetrandum, aſſumpſit laborem majoris jejunii, ſtudium prolixæ orationis, pſalmorum diuturnam decantationem, ſeniorum quoque ſpiritualium expoſtulavit orationes; ut ſuperna gratia illi pandere dignaretur, quonam in loco fortiretur dominici ſervitii ſolitariam ſtationem. Cui talibus inſiſtenti apparuit per ſoporem Angelus Domini; & educens eum, dixit; Sequere me, & cautius attende quem tibi monſtravero locum, in quo tu deinceps dominicum expleas ſervitium. His dictis ante illum cœpit ire, & per diverſa loca illum circumducere, donec pervenit ad cælitus decretam ſtationem; ubi figens gradum, ait famulo Dei; Hîc requies tua in tempus præfixum, hîc habitabis, & hîc debitum de corpore ages tranſitum. Poſt hæc dicta diſparuit, & famulus Dei ad ſe reverſus intellexit quid vidiſſet: & proſternens ſe cum lacrymis, egit gratias Deo, pro inenarrabili dono ejus.

*Cælitus præmonſtratũ.*

B

7 Sequenti diluculo, expletis hymnorum obſequiis, convocat majores de Fratribus, & per ordinem refert viſionem. Illi, ut vere ſine dolo ſervi Dei, exultant, & immenſas Creatori grates perſolvunt: ac deinde maturant opus perficere, quo nulla mora tantum divinæ bonitatis indicium potuiſſet intricare. Eliguntur Fratres, ex præcepto Abbatis, qui eum deducerent; apparantur utilia, quæ Chriſti militi forent neceſſaria: quibus rite præparatis, procedit fortis athleta ad ſingulare certamen. Deductus autem per quæque loca, ubi ad oſtenſum locum pervenit, mox ex intimo ſapore, quod is eſſet ſibi divinitus præelectus locus, recognovit, adamavit, apprehendit: & primo omnium procidens in orationem, lacrymis madefactus, ad quod venerat mox inchoavit. Fratres vero qui eum conduxerant, tamdiu cum illo permanſerunt, quouſque cellula erigeretur & oratorium, ubi Chriſti miles ſuo Regi debitum impenderet famulatum: quibus ad legem eremi rite compoſitis, reverſi ſunt ad caſtra cæleſtis exercitii.

C

8 Servus itaque Chriſti Madelgiſilus, ſolus remanens & remotus, ſtuduit omni fervore divinis laudibus & canticis inſiſtere; orationibus & vigiliis attentius incumbere; mala mundi, tamquam ſua eſſent, aſſiduis fletibus expiare; optans omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire. Eſt autem locus ipſe in pago Pontivo circa fluvium Alteiam *f* ſitus, aquæ prolapſu & ſilvarum opacitate circumdatus, & ad Deo ſerviendum liber valde & quietus, vocabulo Monſtroledus *g*. Aqua vero ejuſdem alvei interjacente, paluſtri mollitie inacceſſibilis erat, unde & labor importabilis ad aquam hauriendam Dei famulo accidebat. Unde totis niſibu converſus ad Dominum, orabat ſupernam majeſtatem, ut illi auferret tantam hauriendæ aquæ difficultatem: & proſtratus humi lacrymas fudit cum precibus, ut aquæ ſubſidium conferret illi omnipotens Deus. Sentiens quoque in ſpiritu ſe à Domino velociter exaudiri, poſt orationem fuſam ſurrexit, & duriſſimo ceſpiti ſignum Crucis appoſuit. Mox etenim vena aquæ limpidiſſimæ ibidem ſe aperiens

*Ejus ſitus*

f

g

*& fons ibi impetratus.*

clarum fontem evomuit: qui in devexi montis ſubjacente modica & pendula planitie ebulliens, ad alveum Alteiæ ſeu maternum ſinum recurrit, ſed in ſuo decurſu copiam hauriendi omnibus attribuit. Hic idem fonticulus, cæleſti medicina refertus, diverſos languores ſuo hauſtu expulit; quod & modo nullus fieri ambigat, niſi infidelitas id petentis impediat. AUCT. ANONYMO.

9 Igitur in omni ſanctitate & nimia ſimplicitate ſerviens Deo ſine interpolatione, & permanens in aſſumpta tam ardui propoſiti auſteritate, poſt aliquot annorum curricula infirmatus eſt corpore languore valido, non tamen impeditus à divino ſervitio: & putans ſe jam reſolvi, cœpit in Dei opere eſſe tam ferventior, quam exſpectata felicitas jàm foret propinquior. Mox etenim Abbati Centulenſium apparens Dei Angelus, monet & imperat ut viſitetur in eremo Dei ſervus, & impendatur ei ſolatium, ne deficiat ad Chriſti ſervitium. Surgit Abbas feſtinanter, aſſumptiſque de Fratribus quos elegit, incumbit & accelerat Dei ſervum inviſere, quem compererat cæleſtibus excubiis non carere. Venerunt itaque in eremum præfatam ad habitaculum viri: inveniunt ægrotum, orant, pſalmos canunt: inde præmiſſa benedictione ſalutant illum in oſculo ſancto, ac deinde proferunt quæ ad uſum ejus detulerant ex cæleſti mandato. Præ gaudio autem de illorum adventu in tantum ſervus Dei exhilaratus fuit, ut totam languoris gravedinem protinus oblivioni dederit. Relinquentes ergo ei Fratrem, qui ejus ſolitudini ac imbecillitati ſolamen præberet, redierunt ad clauſtra, extra quæ diutius commanere nullatenus proficeret. *Centulenſis Madelgiſilo ægrotanti ſubveniunt.*

E

10 Per idem ferme tempus fuit in Britannia majori vir Deo placitus, genere & ſcientia inſignis, Vulganius *h*; qui dum eſſet ad arcem Epiſcopatus Dorovernenſium civitatis, quæ Cantuaria nuncupatur, præelectus; & ſentiret ſibi obeſſe tanti culmen honoris, utpote qui in paupertate & extremitate Deo ſervire maluerat; rogavit Dominum, ut tale ei conſilium præberet, quo de vinculis tantæ prælationis abſolvi, & divinæ ſervitutis officio quam maxime valuiſſet implicari. Talia deprecantem, taliaque deprecando frequentantem, reſpexit qui humilibus dat gratiam, de quo ſcriptum eſt: Deſiderium pauperum exaudivit Dominus. Nempe cæleſtis nuntius ei aſſiſtens, conſilium quod quærebat, eidem intimavit, dicens: Feſtinus tranſi mare verſus Galliam, & applicabis in Alteiam, ſupra quam quidam Dei ſervus habitat; ad quem tu velox abibis, & ex Dei mandato à ſua infirmitate illum ſanabis, ac deinceps in Dei ſervitio cum illo ſocialiter permanebis. Percepto hoc oraculo, B. Vulganius continuo exivit ad urbem, & arripuit iter ducens ad mare. Invenit autem nutu Dei naviculam, in quam mox intravit, Chriſtum invocans, & de Dei præſentia non diffidens. Statim navicula, fluctibus elevata, ſine humano remigio, per maria in directum cucurrit, & angelico ductu ad portum Alteiæ velociter pervenit; indeque oram legens, uſque ad habitaculum Dei ſervi, contra impetum flumenis navigando, pervenit.

h

*S. Vulganius eodem divinitus miſſus.*

Pſ. 10, 3

*ipſius ſanati*

F

11 Egreſſus de navicula, & intrans ad famulum Dei, æque Dei ſervus Vulganius, mox orationi incubuit; qua completâ, manus ſuas ægroto impoſuit; & continuo, languore depulſo, ſanitas redire incepit. Beatus etiam Madelgiſilus, lento conamine exſurgens, in ejus complexum ruit; & ſic ſe invicem mutua dilectione complexi ſunt, acſi uterini fratres, poſt longa terrarum vel locorum ſpatia, in unum conveniſſent. Fuerunt ergo iſti duo venerabiles viri fide & devotione conjuncti, ſpirituali gratia con-

*ipſique adhæres e*

confirmati, ad inſtantiam divinæ laudis unanimiter
EX MA. animati, ad vitia calcanda fortes, in contemptu ſe-
BILIONE culi alacres, ad quæſtum virtutum avidi, ad impen-
denda beneficia prompti. Et quoniam nec ſenſus ex-
cogitare, nec lingua valet eorum virtutes proferre;
qualiter, auctore Deo, tanti pretii margaritæ, in hu-
jus mundi exilio elimatæ, ad cæleſte ſertum tranſ-
miſſæ ſint, jam nunc propalare aggrediamur.

*ab in morbo correptus,* 13 Conſequenti tempore, ut placuit ſupernæ
providentiæ, jam expleto curſu fragilis hujus vitæ,
accidit corporalis ægritudo famulo Dei Vulganio.
Quo ægrotante, B. Madelgiſilus ſatis ægre ferebat
ſodalis moleſtiam: & aſſiſtens ei, cum ſingultu
querebatur, ita dicens: Ergone, Frater mi, ad hoc
veniſti, ut me relicto in convalle lacrymarum, tu
feſtines ad conſortium gaudentium animarum? Ego
certe ſperabam à te, corpore humo, ſpiritu Chriſto
commendari; & nunc affectas hinc velox recedere,
ut ante me, ſpiritu cælum, corpore terram debeas
penetrare? Cui S. Vulganius ajebat: Suſtine quæſo
patiently, Frater beatiſſime, & Dei voluntati in no-
B bis libenter acquieſce. Nam quid proderit tota vita
in obedientia præceptorum Dei ſudaſſe, ſi circa fi-
nem noſtrum, is qui calcaneum obſervat, rebelles
ac murmurantes valuerit invenire? Nec durum pa-
tiaris, quod ad tempus te relinquo: quoniam mox
ut faciem Dei videro, pro te, ut hinc eximaris, ſup-
plicare non ceſſabo. His beatus Madelgiſilus ad mo-
dicum recreatus, miniſtrum ſuum, dudum ſibi ab
Abbate delegatum, ad idem monaſterium feſtinan-
ter transmiſit, mandans Fratribus, ut infirmum co-
habitatorem ſuum quantocius viſitarent; & quid-
quid ad viaticum decedentis pertinet, eidem mini-
ſtrarent. Mox audito hoc mandato, ad omnia bona
efficaces & prompti Centulenſes Monachi, ſub o-
mni celeritate venerunt, Oleo ſacro ſervum Dei per-
unxerunt, Communionem dominicorum myſterio-
rum tradiderunt, & ſic ſanctam illam animam, IV
*moritur 29 Maii* Non. Novembris, de corpore egreſſam, pſalmis ac
lectionibus proſecuti, corpus demum condignæ ſe-
i pulturæ in oratorio *i* tradiderunt. Nec longo poſt
temporis ſpatio ſanctus Madelgiſilus ſuperfuit: quin
potius plenus dierum bonorumque operum, ad gau-
dia Sanctorum tranſmigravit; accipiens coronam de
manu Domini, & reddens terræ corpuſculum, juxta
*Madelgiſilus vero 30 ejuſdem* ſepulturam ſui quondam ſodalis Vulganii, in eodem
C loculo oratorii ſui. Dies autem natalitius hujus viri
k Dei ab antiquis traditur III Kal. Iunii, ad laudem
& gloriam nominis Chriſti. *k*

## ANNOTATA.

a *Obiit* Dagobertus I, *iſtorum pater, an.* 638; *&* Chlodovæus II *uſque ad ann.* 656 *regnavit in Francia, in Auſtraſia vero* Sigebertus *uſque ad* 658.

b *Dixerat Beda à* Sigeberto *Rege exceptum* S. Furſeum *(in cujus Actis ad* 16 *Ianuarii multa ſuperſunt haud ſatis evoluta à Bollando) ſed Sigebertum Orientalium Saxonum in Britannia, non in Germania Francorum Regem Beda intellexit. Is autem fuit* Sigebertus I, *ab anno* 623 *ad* 653 *regno iſto potitus. Igitur æquivocatione nominis deceptum Hariulfum apparet; non enim ex Britannia in Germaniam, ſed in Franciam appulit S. Furſeus.*

c *Beda locum deſcribit mari vicinum* in caſtro quod lingua Anglorum Knobherburg, id eſt Urbs Knobheri vocabatur.

d *De* S. Ultano, *qui & ipſe poſtea Furſeum ſecutus eſt, egimus* 1 *Maji.*

e *Obiit* S. Furſeus *circa an.* 650.

f Althea *vulgo* l'Authie, *Papirio Maſſono* Altilia.

g *vulgo* Monſtrelet *quod ex dicendis num.* 15 *conſtat paucis leucis Centula abfuiſſe. In Chronico lib.* 3 *cap.* 29 Monaſteriolus. *Sed Vereor ne Chronici tranſcriptorem, potius quam Hariulfum ipſum, hic recte ſcribentem, deceperit oppidum vulgo* Monſtreüil, *in vicina Canceia ripa ſitum, propter nominis æque à* Monaſterio *ducti, affinitatem: interim* Monſtroleti *nomen etiam hodie celebre reddit Ingeramnus Monſtreletus, ſec.* 15 *ſcriptor haud ignobilis. Mabilio t.* 2 *ſec.* 3 *pag.* 2 *in Addendis ſect.* 2 *ad Vitã S. Richarii, dum indicat* Argulium *ſibi videri vicum vulgo* Argonne, *non longe dicit diſtare* Monſtreletum *S. Madelgiſili, ſed hunc non exhibent tabulæ.* D

h *Colitur* S. Vulganius, 2 *Novembr. Vitam ejus habemus aliquam, in qua dicitur, educatus ad pedes* Quiriani *Cantuarienſis Epiſcopi, nuſquam in ſerie iſtius Urbis Præſulum noti; & æque ignotus iiſdem eſt, ipſe* Vulganius, *qui hic dicitur ad idem culmen electus, quod tamen in alia ejus Vita Ms. necdum nobis viſa, legi etiam indicat Mabilio: ut utraque haud magna fidei eſſe videatur, & ipſum quod hic ſimili fide aſſeritur.*

i *Sed ille in noſtro Ms. nulla facta mentione* S. Madelgiſili, *dicitur obiiſſe in monaſterio S. Vedaſti Atrebati: de eoque agens Baldericus in Chronico, aſſerit in* caſtro Lenenſi, *vulgo* Lení *requieſcere; ut omnino videantur duo diverſi, propter gentis & nominis communionem. in unam perſonam conflati, confuſa utriuſque memoria.*

k *Hic dixerim deſiiſſe Hariulphum, cetera alterius eſſe.* E

# SUPPLEMENTVM

## *De tranſlatione corporis Centulam, deinde an.* 1113 *in novam Capſam.*

MUltis autem poſtea effluentibus annorum curriculis tranſlatum eſt corpus B. Madelgiſili ad cœnobium Centulenſe, in eccleſiam B. Richarii, & ibi requieſcit: ubi ſcilicet divinæ laudis ſonus *a* non deſiſtit, & ubi multa continentur corpora animarum quæ cælo vivunt. Inter quæ cum tempore Abbatis Ingelardi *b* idem Chriſti Confeſſor honorifice fuiſſet collocatus, cœperunt quidam ex Monachis, quadam ſtoliditate permoti, dicere; quod indignum eſſet illius hominis venerari oſſilla, cujus ignorabant vitam vel geſta: necdum enim lucida ejus opera Scripturæ tradita, necdum memoriæ Fidelium fuerant commendata. *c* Hac de re dum jamdicti Fratres aliquoties contenderent, erat anti- *indeque ad vicinam ejus eccleſiolam;* quitus eccleſiola quædam in confinio ipſius Centulæ, ex ejuſdem Sancti nomine appellata; ad quam decreverunt ipſum ferri debere dummodo & ſuæ eccleſiæ domicilio potiretur, & illum taliter remotum non cogerentur honorare. Cum ergo illic eſſet poſitus; ille Deus, qui humilia reſpicit, qui etiam Sanctos ſuos, quamvis occultos, exaltare non deſinit; decrevit eo loco plura patrare miracula, quatenus vel ſic cognoſcerentur præfati Sancti merita, & eorum qui illum abjecerant, domaretur ſtultitia. Denique cæcis viſum, ſurdis auditum, claudis greſſum, mutis loquelam, ceteriſque infirmitatibus tale ac tantum contulit ibidem remedium, ut nemo valuerit lingua prædicare aut memoria retinere tantorum operum copioſam numeroſitatem. 14 *Centulam Tranſlatio corporis* a b c F

14 Cum ergo longiori tempore hæc Dei gratia *ob frequentia ibi miracula,* ibidem clareſceret, & tam evidenter omnibus pateret eſſe hunc apud Deum pretioſi meriti; cœpit Abbas Ingelardus cum Monachis ſuis grandi pœnitentia moveri, quod tanti pretii margaritam quaſi quoddam vile abjeciſſent; & quem prius pro geſtorum ignorantia, ſeu pro obſcuritate deſpexerant ſanctitatis, cum devota cordis humilitate & celebri honore diſpoſuit reportare, ad quem amandum & honorandum magnifica Dei virtute trahebatur. Tunc aggregatis

A gatis Fratribus & populo convocato, præmiſſis crucibus & cereis ac thymiamateriis & omni decore eccleſiaſtico, cum honore & magna timoris Dei reverentia, jam dictam eccleſiam proceſſionaliter expetunt; præmiſſaque erroris venia, cum hymnis ſanctum corpus acceperunt, & ad eccleſiam S. Richarii cum laudibus retulerunt, uti eum qui mentium duritiam meritorum virtute domaverat: quod etiam ibidem reconditum cum honore ſervatur; & cum amore veneratur.

*recipitur apud S. Richarii.*

*Dum corpus ex more Monſtreletũ defertur,*

15 Fuit poſtmodum Centulenſis populi & pagenſium Pontivorum devota conſuetudo, ut unoquoque anno, ad diem ſui natalis, qui eſt III Kalendas Iunii, ſacrum corpus ejus ad locum, ubi olim fuerat ſepultus, cum gaudio & honore decenti deferrent: conveniebatque de proximis villis vel municipiis ingens turba populorum; & cum multa lætitia Sancti feſtum colebant. Quadam ergo vice, cum de more ſolenni illuc fuiſſet deportatum; & expletis ſolenniis, cum jam tempus adeſſet referendi; egredientibus Fratribus cum Sancti corpore de eccleſia, tantam contigit fieri pluviæ & ventorum turbulentiam, ut illa dies nocte turpior videretur; præ nimia tempeſtivi aëris denſitate. Ferebantur pro more ante corpus ſanctum duo argentea ceroferaria: quorum lumina, licet ventis pulſarentur, & pluviis valide humectarentur; nequaquam tamen extingui potuerunt, quouſque ipſam parœciam, in qua fuerat converſatus, petranſiſſet. Ita, quaſi deſignans quod fuerat proprium; miraculo ſacravit.

*candelæ vento non extinguuntur.*

B

*& ager Sancto ablatus reſtituitur;*

16 Quidam vicinus poſſeſſor, avaritiæ jaculo ſtimulatus, quamdam terram, eccleſiam B. Madelgiſili olim condonatam vi rapuit, & in uſus proprios redegit. Interea redeunte annua Sancti ſolennitate, contigit lecticam ejus per ablatam ſibi terram permeare. At ubi, qui portabant, illam terram calcare cœperunt; repente lectica ejus, nimio pondere aggravata, immobilis ſubſtitit, ac tamquam mons moveri à loco non potuit. Tunc qui noverant, ipſam terram præfato dudum Sancto injuſte ablatam; conquerebantur, dicentes: Ecce S. Madelgiſilus, propter ſuam terram commotus ſe aggravavit, & ſe hinc proferri non permittit. Conveniamus raptorem, rogemus & exhortemur, uti Sancto ſua reddat. Sic temerator, nimium pavefactus, & formidans ne terra illum viventem deglutiret, tremulus acceſſit; & veniam humiliter petens, agrum ſuum S. Madelgiſilo reſtituit, liberumque & quietum in perpetuum acclamavit. Hoc facto ad Sanctum reditur, lectica geſtatur, ponderoſitas nulla ſentitur.

*ob corpus ibi hic immobilis.*

C

*Anno 1113 transfertur in novam thecam:*

17 Sub anno etiam divinæ per carnem apparitionis milleſimo centeſimo & tertio decimo, Indictione quinta, Regnum Francorum tenente Ludovico filio Philippi anno quinto, cum ſanctiſſimi Richarii nobile quondam Monaſterium detineret Abbas Anſcherus annis jam *d* ſedecim; placuit ipſi Abbati ac ceteris Fratribus, ut amabile corpus S. Madelgiſili revolverent & inſpicerent; atque in novam capſam, quia antiqua valde fragilis erat, diligenti ſtudio reconderent. Paratis itaque quæ ad tantum opus competentia videbantur, ubi ventum eſt ad id quo ſacra membra relocarentur; cervini corii ſaccellus, quo recipienda erant, invenitur brevior, minuſque capacior, quam ipſorum oſſium magnitudo ac proceritas poſcebat: ideoque pars quædam eorumdem oſſium remanſit in priſtino indumento, quouſque tempore liberiori res in melius aptaretur: attamen in novam capſam univerſa repoſita ſunt cum pſalmis & decenti honore.

d

EX MABILIONE

*& Sanctus apparens jubet oſſa ſua in unã ſacculum componi,*

17 Non multi poſt hæc fluxerant dies, & Cuſtos eccleſiæ, qui eumdem Sanctum ferventi amore proſequebatur, infirmitate præventus dormire non poterat, & tota nocte apud ſe tractaverat, quando & qualiter ſancti corporis tranſmutatio perfici poſſet. Jam vero aurora conſurgente, idem Cuſtos laſſabundus modice obdormivit; & in ipſo parviſſimo ſomno, ſenſu interiori de Sancti reliquiis componendis cogitabat. Et ſubito adſtitit coram illo vir procerus & decorus, in habitu glorioſo, & ait: Hoc cautius provide; & ſic perage, ut omnia oſſa mea inſimul recondantur. At ille, qui perexiguo ſopore tenebatur, & quem ejuſdem Sancti fervens amor aſpirabat; mox ut audivit dicentem, Omnia oſſa mea, ipſum eſſe B. Madelgiſilum liquido intellexit; & librata in eum oculorum acie, nomen & meritum inquirere concupivit. At ille vir magnus & glorioſus, E antequam interrogari potuiſſet, diſparuit: ſed odorem nimis gratum reliquit, & veſtigia pedum ſuorum tamquam aurea dimiſit. Idem autem de receſſu ejus dolens, ſed de odore gaudens, & hujus viſionis aliquot indicium retinere ſatagens; ait, ut putabat, intra ſe: Statim hæc aurea illius veſtigia apprehendam, & hæc Fratribus in teſtimonium deportabo. Sic evigilans exilivit, extenſis brachiis: & hac motione concuſſus aurea veſtigia, quæ ſe cernere putaverat, jam non vidit: ſicque viſionem, & totam qua premebatur ægritudinem continuo depoſuit, *e* adjuvante merito Sancti per gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui eſt honor & gloria in ſecula. Amen.

## ANNOTATA.

a Laudem perennem, *à S. Angilberto inſtitutam, intelligit Mabilio: dubitat tamen, an ea adhuc vigueriť, cum hæc ſcriberentur; omnia fere ſumpta, quoad primam Tranſlationem, ex Chronico Hariulfi lib. 3 cap. 29, verbis in Comm. prævio relatis ab Henſchenio.*

b Ingelardus, *deceſſor immediatus præfati Angelranni, ſec. 10 ad finem vergente.*

F

c *Non ergo mirum ſi jam recitata Vita, adeo parum certa ſit: quod idem de Vita S. Vuiganii jam notavimus.*

d *Fuerat ergo inſtitutus Abbas anno 1097 vel ſequenti: quod cum dictis in Chronico Hariulfi, de tergiverſatione Gervini, poſt ſententiam in favorem Centulenſium ab Vrbano PP. latam, optime conſiſtit.*

e *Mirum eſt non addi, utrum mandatum implere curaverit Cuſtos iſte, ut videbatur exigere fides ſomnio habita; nec apparet quomodo aliter potuerit animo quietem capere niſi juſſa executus.*

# DE SANCTO ANASTASIO

## *EPISCOPO PAPIENSI IN ITALIA.*

G. H.

## SYLLOGE HISTORICA.

### Ex Paulo Diacono & Joanne Baptiſta de Gaſparis.

ANNO DCLXXX.

*Cultus ſanctæ*

*Memoria ſacra* S. Anaſtaſii Epiſcopi Papiæ, *citatis* Tabulis Eccleſiæ Papienſis, *conſervatur ad hunc* XXX. *Maji, in hodierno Martyrologio Romano: ubi Baronius allegat nonnulla ex lib.* 4 *Hiſtoriæ Longobardorum edita à Paulo Diacono, qui cap.* 15 *aliis cap.* 44 *iſta habet*: Temporibus Rotharis Regis Longobardorum, Arianæ hæreſeos perfidia maculati, pene per omnes civitates regni ejus duo Epiſcopi erant, unus Catholicus & alter Arianus. In civitate quoque Ticinenſi uſque nunc oſtenditur, ubi Arianus Epiſcopus apud baſilicam S. Euſebii reſidens, baptiſterium habuit, cum tamen Eccleſiæ Catholicæ alius Epiſcopus præſideret. Qui tamen Arianus Epiſcopus, qui in eadem civitate fuit, Anaſtaſius nomine, ad fidem Catholicam converſus, Chriſti poſtea Eccleſiam rexit. *Hæc Paulus Diaconus. Meminerunt ejuſdem Anaſtaſii Epiſcopi, ex Ariana labe ad veram fidem converſi, Bernardus Saccus lib.* 9 *Ticinenſis hiſtoriæ cap.* 12, *Antonius Maria Spelta in Hiſtoria Epiſcoporum Papienſium, atque. Poſt quos Ioannes Baptiſta de Gaſparis anno* MDCLI, *tacito ſuo nomine, edidit Breviarium Vitæ Sanctorum Epiſcoporum Papienſium, qui ſub ritu duplici in dicta Eccleſia coluntur, & præfatur ſe diuturna inquiſitione ex pluribus Scriptoribus collegiſſe quæ profert. Sunt illa ejuſmodi.*

*A ſecta Ariana converſus.*

2 Anaſtaſius ſecundus, Ticini claro genere ortus, à teneris annis pietatis ac modeſtiæ præ ſe facem tulit, ita ut nihil moribus illius honeſtius, nihil ejuſdem vitæ integritate candidius videretur. Adoleſcens in Arianam hæreſim incidit. Presbyter factus, Rotharii Longobardorum Regis ſtudio, Arianorum Epiſcopus præficitur Ticini, eodem tempore, quo Magnus, Catholicus Ticinenſium Epiſcopus, præſidebat. At cum ſua ſponte tum religioſorum hominum ſermone hæreſim deteſtatus, divinarum litterarum ſtudio incenſus, tantum in omni genere virtutum profecit, ut mortuo Catholico Epiſcopo Magno ad Pontificii Ticinenſis dignitatem evectus fuerit. Ille vero cum ſacri iſtius muneris functionem minime ſubterfugere poſſet, prudentiſſime ſummiſque viribus laboravit, ut commiſſam ſibi Eccleſiæ navem optato in littore collocaret. Qui cum ſancte & pie plurimos verborum ſententiarumque gravitate à pravitate vitæ ad honeſtatis ſtudia traduceret, id multo magis excellentiuſque clariſſimis virtutum exemplis faciebat. In mentis oculis ad ſempiternarum rerum contemplationem erigendis admirabilis fuit: nam adeo divinarum rerum conſiderationi aſſueverat, ut nulla unquam res vel proſpera vel adverſa mentem ejus ab intuitu rerum cæleſtium avertere potuerit. Caritate fuit illuſtris, quare quidquid habuit, larga manu inopibus erogavit, tantaque vigilantia pauperum calamitati conſuluit, ut cuncti, à gravi paupertatis afflictione, Antiſtitis ſui beneficio ſublevatos ſe læti teſtarentur. Interrogatus cur peccantes ſoleant excuſationem afferre, cum prædicaret ne cujuſquam cor declinaret in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis, illos belluæ marinæ comparavit, quæ apparens moxque in aquas demergens ſe abſcondit: aitque non poſſe quemquam ſe à peccatis excuſare, cum ſcriptum ſit; Septies in die cadit juſtus. Synodo generali, ſub Agathone Papa anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo nono celebratæ, interfuit. Demum peractis annis duodecim paſtoralis ſolicitudinis, de obitu ſuo certior factus, ad contemplanda cæleſtia multo ſtudioſius ſe compoſuit; donec tertio Kalendas Junii, animũ benigniſſimo Creatori ſuo redderet anno ſexcenteſimo octogeſimo: & ſepultus eſt in veteri Cathedrali ad dexteram aræ maximæ ſub Euangelii pulpito.

*factuſque Epiſcopus Catholicus,*

*magna pietate & caritate præditus,*

*obiit 30 Maji anno 680.*

*Aliqua Anaſtaſio I contribuuntur.*

3 *Hactenus dictus Ioannes Baptiſta de Gaſparis de* S. Anaſtaſio *ejus nominis ſecundo, & Epiſcopo trigeſimo primo: cujus aliqua hic narrata (præſertim de ejus in pauperes & afflictos benignitate, & excuſatione peccantiũ) ab aliquibus attribuuntur* Anaſtaſio I, *quem ut* Sanctum *Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ retulit* XXVIII *Maji, ſecutus Antonium Mariam Speltam & Stephanum Breventanum, qui eum Titulo* Beati *honorant. Quod monuiſſe ſufficit.*

DE

A

# DE S. HUCBERTO MONACHO

## *BRITANNIACI IN SVESSIONENSI GALLIÆ DIOECESI.*

## COMMENTARIUS PRÆVIUS. D. P.

### Ejus, ſub titulo Epiſcopali obſcurati, nomen in Faſtis: cultus peculiaris, ætas per conjecturam elicita ex Vita ſerius ſcripta.

CIRC. AN. DCCXII.

*Memoria apud Vſuardum, addito Epiſcopi Titulo obſcurata:*

IN *omnibus etiam antiquiſſimis Vſuardi exemplaribus Mss. tam eo quod Pariſiis in ipſius auctoris Monaſterio ad S. Germani de Patris ſervatur, quam quod ſeculo* XI *exaratum ceteris omnibus, ſi non antiquius, minus certe interpolatum cenſuit Bollandus,* X *Februarii ante Acta S. Auſtrebertæ num.* 9 ; *paſſim ad* III Kalendas Junii, *ultimo loco, leguntur hæc verba:* Ipſo die S. Hucberti, Epiſcopi & Confeſſoris. *Veremur tamen, ne Titulus* Epiſcopi, *temere adjectus ab aliquo, fecerit hanc memoriam videri Trajectenſis hoc nomine Epiſcopi (qui S. Lamberto ſuffectus Trajecto Leodium Sedem tranſtulit, neque hoc die uſquam colitur) eo quod hodie colatur ejuſdem nominis alius, non* Epiſcopus, *ſed* Monachus Britanniaci: *qui locus, vulgo* Bretigny *dictus, cum diſtet Pariſiis non amplius quam ſeptemdecim leucis, non potuit ejuſmodi error obrepere Vſuardo, ſi vere hic de illo ſcripſit: uti ſane non videtur eum omiſſurus, quem loci vicinia & profeſſionis communio commendabant. Neque enim dubitari poteſt, quin recenti adhuc fama ſanctitatis celebrari cœptus ſeculo Chriſti* VIII, *ut infra dicetur, nec longe Pariſiis ſitus, Vſuardo notus fuerit. Niſi forte ſuſpicari quis velit, eum menſium nomina confudiſſe, quia* III Kalendas Maji, *obiiſſe ſanctum Epiſcopum legerat; etſi* IX *Novembris potiſſimum colatur, propter tunc factam tranſlationem.*

*quod Sauſſajum decepit,*

C

2 *Interim Sauſſajus, ad conjecturas plus æquo præceps, non dubitat ſcribere in ſuo Gallicano Martyrologio, quod hodie colatur,* Elevatio S. Huberti, celeberrimi Tungrenſis Epiſcopi & Confeſſoris. *Tungrenſem vocat, ex recentiorum Leodienſium ſententia, Trajectenſes Epiſcopos nominare recuſantium; quorum hoc in puncto pervicaciam peculiari diatriba, ante annos triginta edita, & paulo ante mortem iterum ad incudem revocata, Henſchenius caſtigavit. Quod autem ad elevationes iſtius* S. Huberti *pertinet, Bartholomæus Fiſen Leodienſis omnes breviter colligit, in iſtius Eccleſiæ floribus; docetque, primam factam eſſe ſub Carolo Martello, prædicto die* IX *Novembris, alteram ſub Ludovico Pio, cum Andainum, nunc S. Huberti monaſterium dictum, transferendum eſſet corpus, quod iſtuc pervenit* XXX *Septembris, non multis ante diebus (ut par eſt credere) ablatum Leodio. Exinde portatilis loculus ſemper ſacrum iſtum Theſaurum habuit: proinde non eſt quod poſteriorem aliquam elevationem quis cogitet, quæ Vſuardum moviſſe potuerit, ut hac die vellet* Hucberti (*ſic enim antiquitus nomen conſtanter ſcribebatur*) *cum Titulo* Epiſcopi *meminiſſe. Verum igitur hujus diei* Hucbertum, *ſed* Monachum, *exhibemus: de quo amicus noſter Mabilio, propter quædam Stephani Papæ reſponſa, anno* DCCLIII *Monachis Britanniacenſibus data, ſub ejuſdem anni nota Parte* I *Seculi* 3 *Bened. pag.* 720 *breviter actu-*

*Britanniaci ſitus & monaſterii ſtatus hodiernus:*

*rus, ſic præfatur.*

3 Britanniacum ſeu Brittennacum, recentioribus Bretigniacum, Monaſterium quondam agri Noviomagenſis, ad Oeſiam fluvium, altero milliari ſupra Noviomagum Galliæ Belgicæ urbem, in diœceſi tamen Sueſſionica ſitum, ignotæ eſt originis. Locus iſte nunc redactus in vicum & Prioratum Ordinis Cluniacenſis, à Lihonio dependentem, duabus maxime rebus illuſtratus olim fuit: nempe habitatione S. Hucberti Monachi, & Stephani Papæ II reſponſis ad Monachos ejuſdem loci: nunc vero præter S. Hucberti reliquias, nihil ſervat ornamenti. Eccleſia ſemiruta jacet; Monachorum ibi cœtus nullus, unus iſtic Theſaurarius Monachus cum Priore ſeculari, qui quidquid ibi annui reditus eſt percipit, ceditque Theſaurario partem oblationum, quas fideles voti E cauſa illuc confluentes conferunt. Eo loci viſuntur adhuc veſtigia ædium monaſticarum; extatque hactenus ſacellum (ut vocant) Bilancium, quod eſt ad partem majoris altaris B. Petro nuncupati. Ponderatos quondam exiſtimo eos, qui, maxime ob vitandam rabiem ex morſu canum rabioſorum, iſtuc remedii cauſa ſe conferebant, ſeque conferunt indies. *Ita Mabilio, exiſtimans* ſuperſtitione quadam obſervatum, ut cum homines quovis incommodo laborantes vota continuarent ratis diebus, in frequentioribus Sanctorum quorumdam ſedibus, quotidie penſitarentur ſeu ponderarentur in libra, ad hoc ſuſpenſa; experimentum facturi ex ponderis decremento, an morbus ſeu ægritudo hominis affecti decreſceret. *Equidem in hujuſmodi experimento ſuperſtitionem agnoſco; ſed an uſpiam ſit vel fuerit unquam uſurpatum dubito. Certe illud non probant quæ ex Hiſtoria Tranſlationis SS. Arſacii & Quirini Mabilio adducit exempla; ſed penſitationem aliam omnino religioſam, quam expreſſam etiam video in eo quem ipſe allegat homine, qui* panibus & caſeolis ibi ſe penſans, ea diſtribuebat egenis: *& ſic in ipſis quæ damus S. Hucberti miraculis num.* 20, *legitur quidam liberatus,* facta oblatione ceræ inſtar ſui corporei ponderis. *Talem penſitationem etiamnunc uſurpari ſcio, nec aliam puto eſſe quam in pluribus Sanctorum Actis legiſſe memini, cum ſimpliciter vovetur aliquis appendendus in honorem alicujus Sancti. Contingit enim ſæpe etiam exprimi eam ſpeciem rei offerendæ, ad quam appendendus ſit is pro quo votum concipitur: quæ deinde oblatio, æque ac prædicti panes & caſeoli, vel diſtribuebatur egenis, vel relinquebatur eccleſiæ; in quo nihil non religioſum apparet.* F

*in eo cultus S. Hucberti & ſacellum Bilancium,*

*ad uſum minime ſuperſtitioſum.*

*Ætas hactenus obſcura*

4 Ætatem S. Hucberti æque ac facta obſcuram eſſe, *cenſet idem Mabilio.* Legi, *inquit*, quæ de illo quotannis recitantur in eccleſiaſtico ipſius Officio, legi & epiſtolam quamdam ſat prolixam, de ejuſdem Sancti geſtis, Mederico Sepoſio Equiti & Britanniæ Admirali à Fr. Benedicto Piſone Theologo inſcriptam, anno MDXXXIX, è Calmenſi monaſterio diœceſis Senonenſis. In utraque narratione nihil fere certum aut memoria dignum. *Ita ille: tum paucis totam hiſtoriam colligit; & obiter corrigens* Martyrologium Benedictinum (*Menardi ſcilicet, adeoque & hunc ſecuti Bucelini Menologium*) *in quo* S. Hucberti dies natalis reponitur pridie Kalendas Junii; Cura, *inquit cum Livio*, non deeſſet, ſi qua ad verum via inquiren-

AUCTORE D. P.

rentem ferret. Nunc famæ rerum ſtandum eſt, ubi certam derogat vetuſtas fidem. *Lectiones, quæ hoc ſeculo recitantur in Officio eccleſiaſtico, recentioris fabricæ eſſe mihi perſuadeo, quam ſit allegata à Mabilione Piſonis Epiſtola, imo ex hac deſumptas; ideoque non laboravi ut obtinerem. Epiſtolam etiam ipſam non vidi, ſaltem ſub forma Epiſtolæ, cum nominis tam recentis inſcriptione; ſed* Vitam B. Huberti Bretigniacenſis, *ex Mss. Codicibus S. Eligii Noviodunenſis habeo, ab annis* XL *& amplius miſſam Bollando noſtro, à R. D. Ioanne de S. Martino Fullienſi Pariſiis, ubi ultimum miraculum factum dicitur* elapſis annis poſt Chriſti natalem mille ter centum: *in fine autem ſic habetur:* Finiunt præclariſſima Divi Huberti geſta, quæ conſcripſit B. Piſo, Burgundiaco loco natus.

*in Vita à Piſone ampliſicata*

*ſeculo 14 vel 16,*

5 *Vtrum hæc Acta, ſeculo ſaltem* XIV *collecta, exornarit ſeculo* XVI *Piſo Calmenſis Monachus, ſub Titulo Vitæ, & Britanniacenſibus ac Noviomenſibus primum tradiderit, deinde cum præfatione Epiſtolari miſerit prænominato Mederico; an vero ipſemet Piſo, ſeculo* XIV *vixerit ſcripſeritque, Britanniacenſis forſitan Monachus, quam alius deinde in Calmenſi Monaſterio, ſicut invenerat Auctoris nomine ſubnotatam, ita incluſerit Epiſtolæ, ſuum ipſe nomen non exprimens, non definio, nec operæ pretium videtur indagare curioſius: quando indubitatum videtur, extitiſſe antiquiorem contextum alium, ſaltem ſeculo* X *ſcriptum, & forte ex antiquiori monumento, cui conſequenter acceſſerint miracula quædam. Niſi autem poſtremus ſcriptor, exiguam de vita hiſtoria materiam amplificare in longiorem contextum volens, inventis in priori Vita characteribus temporum multa addidiſſet de ſuo, præter ævi antiquioris ſtylum; non fuiſſet credo Mabilioni difficile certum aliquid de Sancti ætate inibi reperire. Sed neque ſic deſperandum puto, cum primigenii characteres in ea quam habemus vita videantur effulgere, ſicut inter arenas ramenta auri. Etenim num.* 5 *dicitur* S. Hubertus duodennis Monachalem cucullam ſumpſiſſe, quando Childebertus Rex rerum potiebatur in Francia. *Tum num.* 11 *infertur, quod,* cum vigenos jam annos exegiſſet, conſecratus fuit Sacerdos. *Deinde num.* 13 *legitur, quod,* poſtquam decem annos ac menſes tres ad Bretigniacum exegiſſet, imminere ſui obitus diem compertum habuit; *&* ne præmatura morte, juvenili ætate extinguatur, *Deum precantur Monachi. Tandem vero num.* 15 *aſſeritur,* tranquillo ſuſpirio efflaviſſe ſpiritum III Kalendas Junias, regnante id temporis Dagoberto Rege Francorum. *Vt autem ex his ætas Sancti colligatur, ſolum opus eſt invenire* Childebertum *&* Dagobertum *Reges, ſibi mutuo ſuccedentes, ſic ut ſub uno Monachus fieri, & ſub altero mori Sanctus potuerit intra undecimum annum.*

*videtur erui poſſe ex nominibus Regum;*

B

C

*non ut expoſitis à Piſone;*

6 *Interpolator noſter (qui fortaſſis non niſi unicum* Childebertum *& unicum* Dagobertum *noverat) famoſiores nominum iſtorum Reges imaginationi objecit ſuæ, & huic objecto ceteras aptavit circumſtantias annorum Chriſti & Pontificatus Romani, quorum apud veteres nulla ratio habebatur. Ergo* Dagobertum *accepit, ejus nominis Primum: hic autem in Neuſtria, ad quam Britiniacum pertinet, ſolum regnare cœpit poſt mortem patris ſui Chlotarii II anno* DCXXXVIII. *Ante hunc in eadem Neuſtria Pariſienſe quidem regnum* Childebertus *Clodovæi magni filius tenuit, ad eumque potuit Britanniacum pertinuiſſe, ſi regnum ejus à Sueſſionenſi regno fratris Clotharii eo nomine primi dividebatur Oeſia fluvio; ſed intercedit temporis longius ſpatium quam* Hucberto *aptari poſſit: ſiquidem hic* Childebertus *mortuus eſt anno* DLVIII. *Optime vero eidem* Hucberto *conveniunt tempora* Childeberti III *anno* DCXCVIII, *juxta Henſchenianam Chronologiam, regnare exorſi (ſed fere Titulo tenus, Pipino Majore-domus omnia moderante) & filii ejus* Dagoberti *itidem* III, *qui anno* DCCXI *patri ſuccedens, Regis nudum nomen parvulus tenuit uſque ad annum* DCCXV. *Itaque ſi pro* anno Chriſti circiter ſexcenteſimo (*quem imperite poſuit Actorum veterum interpolator, abreptus ambiguitate nominum regiorum*) annum circiter ſeptingenteſimum *ſubſtituas, non ſolum habebis inter utriuſque regni confinia requiſitum Monachatus* Hucberti *decennium; ſed etiam tempus quo Trajectenſis Hubertus, anno primum* DCCVII *factus Epiſcopus, potuerit, adhuc ſecularis exiſtens & in aula Francica degens, de ſacro fonte ſuſcipere, atque à ſuo nomine appellare hunc de quo agimus Sanctum; prout feciſſe aſſerunt Acta num.* 2. *Videmur ergo ſatis ſecure pedem hic figere: neque morari nos debent* Pelagii Papæ Romani *tempora, præter morem veterum in Francia ſcriptorum ab interpolatore adjecta; neque Titulus* Longe fortiſſimi Regis, *à primo ad ultimum Dagobertum traductus.*

*ſed ut collatis cum decennio quod Hucbertus in Monaſterio egit,*

D

7 *Eſſet quidem optabile nobis primam qualemcumque Vitam, ab interpolationibus puram, accipere: non tamen omnino contemnenda hæc poſterior videtur. Facile enim per ſe ipſe diſcernet lector prolixas proſopopœias, quas hic inveniet, Piſonis eſſe; & quæ velut uno colloquio tranſacta proferuntur, in plures congreſſus cogitando dividet. Prudenter etiam poterit dubitare, utrum Britanniacenſis Prior duodennem puerum induerit habitu, non præhabito parentum ejus conſenſu; & de Angelicis viſionibus ſuſpicabitur, quod ea poſſint ad internas inſpirationes reduci ſalva hiſtoria ſubſtantia. Fatendum eſt enim, amplificatione pluſquam rhetorica, ac ferme puerili uſum Piſonem; ſed ſi propterea tota ejus compoſitio deberet repudiari, repudiandæ forent ſimiles Græcorum compoſitiones plures, quas citra hæſitationem recipimus integras: facit enim ad judicium ſolidum de re ipſa ferendum, Auctoris ingenium habere ex ſuo ſtylo perſpectum. Interim obſervo, quæ narrantur miracula per* S. Hucbertum *vivum mortuumve patrata, ſinceriori longe ſtylo exponi.*

*& ideo illa Vita hic datur ex Ms.*

E

# VITA

## A Piſone Monacho licentius amplificata,

### *Ex Ms. Monaſterii Sant-Eligiani Noviodunæ à R. D. Ioanne de S. Martino Fullienſi communicata.*

## CAPUT I.

### *Precibus impetratus à parentibus Huchertus, in monaſterium recipitur duodennis.*

*Bretiniaci natus illuſtri genere,*

VEnerandæ ac piæ recordationis Confeſſor Divus Hubertus, excellenti quodam munere divino, tum præcipuis virtutum gratiis effulſit; tum nobili natus loco ſortitus eſt præclaros natales. Bretiniacum in Sueſſionum Præſulatu, generoſam hanc ſtirpē produxit. Ibi Hubertus cum primis illuſtri genere prognatis honeſtiorem vitam duxit, eadem ſepultus humo, collucentibus longe lateque miraculis beato in cælis ævo potitus. Ejus pater, Bretigniaci Dominus, bellicis in armis apprime ſtrenuus Eques promicuit: atque huic quidem vocamen fuit Petro, mater Joanna nominabatur. Hi conjuges, ut genere nobiliſſimo, ita ſanctiſſima religione floruêre, præter quod locupletis Dominii futura heres diutule defuit ſtirps; quippe cum ſterilis Joanna foret complures annos. Angebantur itaque haud parum, quod ampliſſimas poſſeſſiones heredi incerto legaturi eſſent. Demum inceſſit animum religio pientior, hoc tantum munus ab optimo Deo capiendum eſſe; votis nuncupatis divinæ Majeſtati ſupplicandum; id almam Divinita-

*ſterili matri impetratur*

A vinitatem ſua unius vi largiri poſſe, uti ſterili alvo mulier, divino fœta numine, ſobolem pulchram pariat.

*precibus Prioris,*

2 Ea tempeſtate, in prædio Bretigniaco Monachorum Prior, a eximia præditus ſanctitudine, percelebrem famam compararat. Hunc precis faciendæ cauſa nobiliſſimi conjuges adeunt. Tum [dicitur] eos Divo Petro ſacrum auguſtius ſubiſſe templum, ſacris aris opima dona tuliſſe, enixius oraſſe, uti Divos Divaſq; precaretur Cœnobita ſacer, quo citius egregia prole ſuperne donarentur. Is rite libato Sacrificio, lætiora omnia pollicitus, quo divino ſpiramine afflatus erat, primum illos ingenti ſolatio affecit; mox blandiloquentulo delinitos lepore, quam hilariſſimos ab ſe dimiſit. Irent alacres, beneq; impoſterum ſperarent; fore brevi uti deſiderata ſtirpe potirentur. Nec fefellit ſpes juſſa. Poſt inde menſibus novem elapſis, Joanna virilem ſtirpem edidit. Sancto lavacro tinctus infans, appellatus jucundo nomine Hubertus eſt. Patrini duo viri ſummates de more Chriſtiano accerſuntur; Hubertus, magnus Ardennæ b tum Dominus, is qui in Sanctos poſtea relatus eſt, atque Comes c Veromanduus, vir & Chriſtiana re & militari inter paucos illuſtris. [Quantum autem] puero Huberto divinus favor alluxerit, præclarum facinus aperte declarat, Chriſti Salvatoris arcanum proloquium adſtipulatur. Sicuti ſacroſancto Euangelio eſt recenſum, Non poteſt civitas abſcondi ſupra montem poſita, neque accendunt lucernam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut qui ingrediuntur lumen videant: quid enim Diuum Hubertum cenſuerim aliud, niſi civitatem quamdam opibus & præcellentium rerum gloria florentem? Quid Hubertum dixerim potius, quam lucernam pellucidiſſimam? adeo rebus præclare geſtis effloruit, adeo ſplendidiſſimis tum benefactis tum benedictis illuxit, ut eum jam inde ab utero genitricis plenum Deo fuiſſe exiſtimares.

*à S. Huberto ſuſcipitur in Baptiſmo.*

a

b

c

B

Mat. 5, 14.

*Pie educatus,*

*& eccleſiã duodennis ingreſſus,*

3 Hubertus, jam tum puer adhuc, afflatus Spiritu ſancto, benignam humilitatem, clarum nobilitatis inſigne, præ ſe tulit ſemper, ita facilis urbanus, lepidus erga cunctos, mite & [placidum] adolevit ingenium; tum præterea ante omnes beneficentior in egenos, eos amore & ope proſequebatur (quæ ſane eſt egregia animi probe affecti indoles) nec aliud quodvis mente volvebat, præterquam ſanctiſſima quæque & eadem placentia ſummo Deo. Talibus auſpicamentis Hubertus ætatem puerilem decoravit, ut eũ putares non niſi cæleſtia meditatione complecti. Isque duodenos natus annos, velut imitabundus Chriſti veſtigia, egregiũ imprimis facinus adoritur. Cum antea parentum ſtudio, pro conſuetudine Nobilium, domi litteras didiciſſet, ædem Divo Petro ſacram crebrius adibat, Monachoſque eo loco ſacris operantes familiariuſcule inviſebat. Erat id monaſterium in Bretigniaco ſitum, haud procul arce paterna. Sacro tandem pellectus Monachorum inſtituto puerulus duodennis, domum paternã clam linquens, ad cœnobium ſeſe perduxit. Jam ſacram ædem ſubierat cæleſti captus religione, cum inſperato audiit Subdiaconum legentem Prophetarum vaticinia. Ibi præſtanti indoli puer Hubertus, eloquia Vatum perſpicacius intelligere ſtudet: proinde Monachum ſeniorem placide quærit, atque blande ſciſcitatus, Mi venerabilis Pater, ait, quidnam eſſe cenſes, quod nunc in ſacris legitur? Tum vero ſenex, ceu lætabundus, interroganti perpaucis reſpondit. Belle fili, quidquid lectione ſacra recenſum eſt, id omne pertinet ad animæ ſuſtentamentũ; jubetur tum deinde, quo continentior vita degatur, ſpiritus hujus vani ſeculi voluptariis illecebris [abſtinere]. At enim Hubertus, majora capeſcere enixus,

C

*petit ibi lecta explicari ſibi:*

percunctari cœpit, Rogo ſupplex, inquit, luculenter & perſpicue doceas me, Pater, quodnam eſſe putes ſuſtentamentum animæ. Nec diſtulit ſenex, quin ſciſcitanti liquidius explicaret. Timor Dei ſuſtentamentum animæ firmum eſt, timor in Deum nutrimentum vitale cordis humani eſt: Scripturæ ſanctæ lectio ſimul & auditio animam humanam nutrit atq; corroborat: divinum Chriſti Jeſu dictum teneto, Nõ in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Certum quoque oppidoque elegans illud Vatis regii reputato; Initium ſapientiæ timor Domini, intellectus bonus omnibus facientibus eum; laudatio ejus manet in ſeculum ſeculi.

AUTORE PISONE EX MS.

*& de timore Dei inſtructus.*

Mat. 4. 4
Pſ. 110, 10

*deque via adipiſcendæ beatitudinis,*

4 Simulque hæc effatus, quaſi demirans præcox pueruli ſagacis ingenium argutaſque ſciſcitationes, ita ſubjunxit; Vereor admodum ne tute, fili pulcherrime, qui tam ſapienter interrogas, inſipientiam meam probatum ire velis. Expoſtulanti ſeni gnariſſimum fandi Hubertum reſpondiſſe ſatis conſtat, eas percunctationes ſe poſuiſſe, non tentandi cauſa, ſed quo plenius caperet altiloqui ſenis dictum: quippe ſe non puerili tantum ævo, verum litterarum quoque ignoratione præpediri, quo minus altiloquentias intellectu capeſceret. Tum vero bonus ille ſenex, eo reſponſo molli ſanoque perſuaſus, infit hiſce verbis: Omnes homines, qui cælicam beatitudinem indipiſci ſtudent, virtuti candidiſſimæ, egregiis benefactis, reliquiſque bonis artibus operam ſedulam navare neceſſum eſt. Ac quandoquidem, fili pulcherrime, tantopere cupis verum pronoſſe, meum attendito diligenter alloquium. Æternus, omnipotens, ac ſumme bonus Deus, animam rationis capacem ad ſuam ipſius imaginem è nihilo creavit; ea quidem lege, ut ſi præceptionibus divinis obſecundaret, felicitate perfrueretur ſempiterna; quia primus humanæ gentis progenitor Adamus, in perbeata illa & oppido amœna paradiſiaca ſede, ab exordio vitam degere tranquillam fuerat juſſus. Enimvero ſic in Sacris diſerte recenſum eſt; Tulit Deus hominem quem formaverat, & poſuit eum in paradiſo voluptatis, ut operaretur & cuſtodiret illum. Ceterum cum minus dicto obediens aberraſſet à cæleſti lege, miſerrimo exilio infelix ſolum vertit: namque ſimul ut vetitum pomum per nefandum ſcelus inconſiderate momordit, protinus in extremas quaſque miſerias infauſto crevit prolapſu. Inde mox partim variis morbis languere, partim triſtitia pallere univerſum; & tantiſper clauſum fuit cælum, donec Chriſtus Jeſus, compar æterni Dei patris proles & ſplendor, humano corpore aſſumpto, ſimul pro noſtra redemptione ſævam mortem appeteret, ſimul redivivus hoſte triumphato ſidereas arces adiret. Beatitudo turpi gula perdita eſt, ac nefario tumore: eam demum per Chriſtianam fidem & mites & abſtemii legitimo jure ſibi vendicarunt. Quamobrem quiſquis ob honorem Dei ſeſe temperato jejunio obſtrinxerit, qui vota rite ſolverit, qui preces Deo digne fuderit, qui ſeſe in conſpectu Dei hominumve modeſtum geſſerit; ad hoc qui cupido affectu neutiquam dilexerit aurum nec argentum, neque veſtimenta, neque divitias, neque mundanas poſſeſſiones; tum præterea qui merito honore affecerit patrem matremque & ſacerdotes, is demum feliciter ampliſſima cælorum regna conſequetur. Verum qui faſtu ſuperbiendo tumeſcunt, qui vicinis perperam obloquuntur, qui ſordidiore anguntur avaritia, qui vecordi trahuntur cupiditate, inſuper qui nec patrem, nec matrem, nec ſacerdotes, nec ſeniores, nec proximos honorant; ii prorſum in tartareas obtrudentur umbras, quas maligno diabolo fertur ab initio præparaſſe Deus, ubi, ſicuti divina perhibent oracula, fletus erit & ſtridor dentium. Sed per pulchra illa benefacta, ea quæ

*unde homo per Adami lapſum exciderit,*

E

F

AUCTORE PISONE EX MS.

paulo ante perſtrinxi, quamvis à pleriſque Chriſticolis plena fide præſtentur, in monaſteriis tamen religioſis favente Deo & facilius & ſplendidius exercentur. Quocirca, mi cariſſime fili, ſi tuam animam alere pabulo cæleſti gliſcis, tecum penſiculate conſultes licet, quidnam opus ſit aggreſſo, Chriſtum Jeſum me conſultore ſuper ea re ſanctius & devotius obſecrato.

*ad monaſterium recipi poſtulat:*

5 Poſtquam loquendi finem facundus ſenex fecit, extemplo religioſus puer Hubertus, acclivi genu ſenis ad pedes accidit, hocque modo fatur, O vere ab hac deinceps die Chriſti loquentiſſime ſenex, tu es pater meus, utpote qui ſis magiſter operum præcellentiorum, viamque in regnum paradiſi demonſtres; tu nimirum animam acquiſiſti meam, auctore te dignatus eſt Deus accerſere me è mundo caduco & profano ad religionem ſacram. Comprecor Deũ beneficentiorem complosis dextris, uti dignam pro merito mercedẽ tibi pendat. En ardet meus animulus, pro tuo ſalutari conſilio, hujuſce monaſterii cucullam veſtire, ac monaſtico amiciri pallio. Demiratur gravis ille ſenex, tanto puerum duodennem ardore erga res divinas incenſum, exclamat, Euge,
B ſumma virtute puer, ſic tibi gradum facies in cælos. Antequam proinde cœnobiale conſortium adeas, facturus mihi operæ pretium eſſe videor, ſi te quidem ſedulo commonefaciam, quæ potiſſimum ſint Monachis & leges & eventa. Pulcherrimum quidem facinus moliris: at in ordine monaſtico acerbis es moleſtiis affligendus. Vigilias inſomnes obire habes, nocturnis pſalmis occinendis incumbere, paſſurus adverſas res, interdum objurgationes auditurus, graves ærumnas adibis. At enim victor evades, cunctiſque periculis defungêre. Verum enim vero, ſi inter hæc

*receptus habitum induit.*

omnia calamitoſa & magnanimiter & fideliter, ob amorem erga Deum, ſtabilem gradum fiſtas, tum demum in te quadrabit ad amuſſim illud profatum Chriſti Jeſu, qui perſeveraverit uſque in finem hic

Mat. 10, 12 ſalvs erit: hocque ipſum tibi faxit Deus volenti propitius. Igitur conſtanti vigore Hubertus ab eo venerabili Priore, tum bono, tum probo, ſub Benedictino *d* ritu Monachalem cucullam ſumpſit, non
d ſine ingenti gratulatione, anno Incarnati verbi circiter ſexcenteſimo *e*; quo quidem tempore Pelagius,
e uti memoriæ proditum eſt, Romano Pontificio fungebatur. Tum etiam Chriſtiana pietate longe plurimum inſignis Hildebertus Rex, potiebatur rerum in Francia. Quantum proinde monaſticis diſciplinis
C Hubertus coaluerit auctus pollenſque, incredibile eſt. Honeſtis moribus ornatior, pollebat facie venuſta, ſermone comi, colloquio ſuavi, gratiore ſervitio, de cunctis bene merebatur. Quantum porro enitebat pietas in Deum, obſervantia in ſeniores, benevolus amor in omnes; ita Deo placere, Fratrum gratiam demereri, omnibus carus eſſe. Nec vero ſolum præ ſe generoſam nobilitatem olebat, verum almæ Divinitatis gratiam ſapiebat odorificentius.

## ANNOTATA.

a *Dubitat Mabilio, an hic fuerit* S. Gamo, *cujus in monaſterio effigies cum inſignibus Abbatis, vulgo* S. Gam.

b *Bonam quidem* Arduennæ *partem poßidet S. Huberti monaſterium, ſed illum, qui genere Aquitanus erat, verosimile non eſt amplos ibi habuiſſe fundos.*

c *Ambianum*, Veromanduorum *metropolis, ſolum* 15 *leucis diſtat Britanniaco.*

d *Ita ex ſuo ſenſu Piſo, Monachus utique Benedictinus ipſe.*

e *Imo* Septingenteſimo, *ut ſupra dictum; male igitur huc convenit nomen* Pelagii *Papæ, ſive primi, qui ſedit ab anno* 519 *ad* 558, *Childeberto I coævus; ſive ſecundi, qui ſedit ab anno* 577 *ad* 579. D

*Ad Cap.* 2 *num.* 10 *Nota, quod licet* Feudi *nomen ſeculo* 9 *primum audiri cœperit, antiquitus tamen* Allodia *ſeu hereditaria bona diſtinguebantur, à datu* in Beneficium: *de prioribus, cuivis licebat pro arbitrio diſponere; de ſecundis, non niſi ſalvo jure ſupremi Domini. Tale jus ſi Veromanduus Comes revera habuiſſet, injuſte hoc ei subtraxiſſet Petrus, tradendo ipſum Monachis: igitur tale jus Comes nullum habuit; ſed alio nixus titulo, puta conſanguinitatis proximæ, injuriam ſibi factam per talem alienationem temere prætendit, quamvis fundus nemini eſſet obſtrictus, præterquam neceſſario heredi Hucberto.*

## CAPUT II.

*Perſuaſi parentes tradunt monaſterio Bretigniacum: quod ne impediat Veromanduorum Comes ab Huberto apparente prohibetur.*

LIbido interim patri matrique inceſſit, Huberti viſendi, reſcire cupientibus, quidnam eum in templo tam diu demoraretur. Petunt cœnobium, ſuper Huberto multa rogitant. Ubi reſcivere illum monaſticum Ordinem iniiſſe, primum gravi mœrore percelluntur, inde collocuti mutuo apud Priorem Bretigniacum conqueruntur, mox Hubertum accerſunt. Adſtanti coram mater Joanna, ut quæ filium materno affectu plus complecteretur, lacrymis obortis, dixit: Si mihi pro concione populari, ſeu ad potentiſſimos Reges, ſeu ad Magnates habenda foret oratio, lacrymis temperandum, querimoniis muliebribus abſtinendum eſſe putarem. Verum, mi dulciſſime gnate; cum apud te veluti dolorem meum depoſitura eſſe videar, vel plorando vel conquerendo, non eſt cur reformidem verba facere, lacrymis perfuſa genas. Juvenili ætate dum florerem, diutius alvo ſterili fui, nupta ſine liberis. Precum ſupplicatione à Deo te, fili, ego paterque tuus impetravimus; Deo donante in lucis oras editus es, tali quidem ſpe uti noſtræ proſapiæ ſuperſtes jure eſſes hereditario. Præclarum quidem eſſe duco, ſi nobilis adoleſcens Deo ſummo cultum honoresque ferat; ſumma & præcellentiſſima eſt ea demum nobilitas, quæ Deum amat, Deum colit, Deum venetatur: hoc apud nos etiam meo feciſſes imperio. Quid aggrederis, care fili? quid inceptas? Pater tuus religioni Chriſtianæ inter primos ſeſe addicit, in precando Deo frequens, eleemoſynis largus, egena de plebe bene meretur. Adde quod juſtitia claret, probitate candet, virtute coruſcat. Quid, tenerrime fili, moliris? Si præclari animi claritudines tantopere te illiciunt, nigil refragamur, paternæ domi affatim accreſcent. Ampliſſima Bretigniaci domus longe lateque patet: ſunt nobis arces ſuperbæ, ſunt prædia locupletiora, vectigal opulentum quotannis penditur. Nos jam ætate ſenili à morte haud procul abſumus, uni tibi omnes divitias relicturi: te dumtaxat unum heredem præſtolamur. Siccine ſpe noſtra decidimus? Age, fili dulciſſime, domum repetito: miſerere matris lacrymarum, miſerere paternæ ſenectutis.

6 *Parentibus eum requirentibus,* E

*& matri ut domum redeat hortanti,* F

7 Ubi nobilis matrona peroraſſet, indulgentiori genitrici Hubertus, indole præſtans adoleſcens, tamquam Spiritu ſancto plenus, graviter & accurate reſpondendum hoc duxit eloquio. Tametſi, dulciloquentula mater, luctuoſa verba tua & flebiles ejulatus, tum dolorem tum lacrymas mihi ubertim cient (nec enim, uti vulgo dicitur, ſanguis ementiri poteſt) tamen ab orſus avelli haud quive-

*reponit Hubertus exemplũ Chriſti,*

AUCTORE PISONE. EX MS.

A ro unquam: Nempe inſpiratio divina me ad hoc præclarum facinus obeundum inſtinxit. Nec vero me latet quid ſacroſancta mandent eloquia, Honora patrem & matrem, ut ſis longævus ſuper terram, & benedicat tibi Deus. Viciſſim, opinor, tenes memoria, quemadmodum luculenter in Euangelio recenſum eſt, pientiſſimum Jeſum, duodecim natum annos, clam matre Jeroſolymis in templo remanſiſſe, mira quæſiiſſe, & Scribis reſponſa longe argutiora dediſſe, cunctis admirantibus ſuper prudentia & reſponſis ingenioſioris Jeſu. Triduo poſt inventus in templo, Mariæ matri, ploranti ac querulæ, comiter & placide tale tulit reſponſum: Quid eſt quod me quærebatis? Neſcitis quia in his quæ patris mei ſunt oportet me eſſe? Quo reſponſo flexa mater, nullum reſponſum contra fecit. Age, cedo parens longe cariſſima, quid cenſes? An hoc egregium ac divinum Chriſti patrabulum fruſtra litterarum monimentis traditum eſt? An nobis incaſſum legitur? Penſiculatius animo volvito, mente ſacrum eloquium com-

*petitque ſibi id ſequi licent,*

plectere, quidnam eſt aliud niſi quoddam capeſcendæ pietatis exemplar? Cunctos vitæ meæ dies Deo ſervire, templum incolere, ſacris me totum

B addicere, animum induxi meum: ita mihi perſuaſum, ita decretum eſt. Num mortali matri quidvis injuriæ factum itur, ſi Factorem ſequar meum? O glorioſe Pater mi cæleſtis, qui Virgine ſacratiſſima naſci voluiſti, qui perenne regnum in cælo tenes; adſis mihi quæſo felix, clemens, propitius: dulciter & ſupplicans tuam opem imploro; acerbas parentum meorum perturbationes amolire procul, triſtitiam omnem arceto, faceſſat mœror omnis, nec mihi deinceps obſtiterint quominus tuis ſacris addicar. Quid lamentaris? quid gemebunda ploras, amantiſſima genitrix? quid mihi terreſtres opes dignitateſque pollicere? Ego vero gaudia, voluptates, pompas labentis mundi nauci pendo: terrena hereditas, occidua, lapſatilis, falſa, vaneſcit; cæleſtis, ſolida æternaque habetur. Deum delegi, Deum amabo, Deum colam, Deum venerabor, Deo ſacer ero, Deum de veſtra omnium ſalute poſcam, nec ulla mortalium

*& ibi uſque ad mortem manere.*

ſuggeſtio me ab hiſce meis orſis avellet. Quas ob res te, bona mater, obſecro obteſtorque, per Jeſum reliquoſque Cælites, cum veſtra venia hic Monachum profitear, hic divinis vacem, hic Chriſtum Jeſum contempler: mors inſtat, ſenium appe-

C tit, naturæ jus brevi ſolvendum eſt: quare permittite modo inchoëm id, quod, ut primum humana vita exceſſerimus, pariter, mei quam dilectiſſimi pater materque, ſumus in illa cæleſti beatitudine facturi. Eo namque pacto longe majori atque veriori fuero vobis ſolatio. Spirituales animi delicias una crebro capiemus. Proinde redite domum, ac ſimul hilarem vitam vivitote.

*Aſſenſi parentes*

8 Vix ea dicta finierat, cum derepente Petrus de Bretigniaco, armipotentiſſimus Eques, ceu divino afflatus Numine, in hæc verba prorupit: Siſte, fili, ſermonem longiorem, Deo per te loquenti conſentiamus, neceſſum eſt. Nec enim tua vox hominem mortalem ſonat, quin altiſſimum potius Deum tonat. Divinæ voluntati terrigenas homines parêre tum decet, tum par eſt. Angelum vivito, ut lubet, cœlibem; Monachum profitetor; noſtra omnis res communis eſto; prome, ma-

*bona ſua trifariam partiuntur,*

treque tua Deum ſupplex orato. Hæc effatus, ipſe pariter & genitrix gnatum complexum oſculantur, ac ſimul arcem repetunt, non abſque gaudio ingenti. Nec multo poſt, ſectati Joachim Annamque, avitos parentes Chriſti Ieſu, proventus nummarios omnes divisêre: pars Divi Petri Bretignia-



cenſis cœnobio eſt attributa, pars in pauperes diſpertita, peregrinis, orphanis, viduis, valetudinariis erogatur; at vero tertiam ad quotidiani victus penum liberalemque beneficentiam recondidêre; tres partes eas Huberto legarunt. Rebus ad hunc modum belle confectis, Hubertus animi liber votique compos, totum ſacris ſeſe addixit. Mores illi fuere honeſtiſſimi, modo lectioni ſtudere, modo precum meditamentis incumbere ſedulo curavit. Principio Pſalterium regii Vatis, inde ſanctas Scripturas & memoriter & celerrime didicit. Ita religioſam ducere vitam perſeverans, inſignem gloriam ſibi decuſque parit. At quantus integerrimæ converſationis effluxerit in illo candor, edita miracula declararunt, quæ mox paulo narrabuntur. Ac ipſe quidem temperans & frugi, tenerrimum corpus edomuit. Ter in ſeptimana per omnem vitam jejunium tenebat, videlicet feria ſecunda, quarta, & ſexta; hiſque ternis diebus cibariam portionem, quæ ſibi miniſtraretur, viris omnino pauperibus elargiri ſolebat.

*ipſe vitam piiſſime inſtituit:*

9 His optimis factis inimicus generis humani diabolus invidit. Divinæ meditationi vacantem Hubertum fraudulenter dæmon compellat, aperte faſſus è cæleſtibus Angelis unum ſe eſſe, ob id Dei juſſu cælo delapſum, quo manifeſtius quænam divina voluntas eſſet, aperiret juveni vacillabundo. Placere admodum Deo uti parentum votis obſecundaret, nec eos mœrore diutino contabeſcere pateretur, ne ſpe bona decideret, neu opulens patrimonium faſtidiret. Rem nimis arduam imprudentium puerorum more fuiſſe temere aggreſſum, præter jus bonumque. Enimvero quid eſſe poteſt inhumanius, quam paternos mœrores habere ſuſque deque? Quæ (malum) amentior foret ſtultitia vel potius ſtoliditas, quam magnas opes, paterno ſudore partas, inſano contemptu profundere! Rediret ergo velocius paternam domum, ſuoſque perfunderet hilaritate; ni faciat divinas iras mox experturus. Tum vero Hubertus animo titubare cœpit, & grandi tædio flacceſcere; quid ageret, quo ſe verteret in re dubia, anceps. Simul ac ſatanicas fraudes animadvertit, atque dolos opitulante divino favore præſenſit; tædium expectorat, cogitationemque pravam longiſtrorſus avertit; idque non niſi prius oratione ad Deum fuſa.

*damonis ad defectionem ſolicitantis tentationes vincit:*

E

10 Accidit haud ita longe poſt non minor perturbatio, quæ tamen ipſa Huberti laudum titulis acceſſit. Rumor percrebuit ad aures Comitis Veromandui, penes quem unum ſumma poteſtas Bretigniaceni Dominii id temporis erat, Hubertum jam pridem eſſe initiatum ſacris, hereditatem paternam omnem Monachis eſſe ſacram, proinde nullum in his terris Comiti fore poſthac laudis imperium. Tulit clariſſimus Princeps id ipſum quam ægerrime, ac protinus eam injuriam de feudis repetundis tollere bello ſtatuit. Protinus igitur in arma illico ſtipendiarius miles cogitur, bellum indicitur Petro Bretigniaci Domino: multi mortales ultro citroque frequentes convenere. Ubi compertum habuit Bretigniaci Princeps atroci bello ſe peti, veluti vir Deo devotus ad opem divinam confugit; nec ante armis cernere putavit, quin Hubertum, de quo tanta lis movebatur, conſulturus alloqueretur. Pollebat is Comes Veromanduus & corporeo robore & ſublimi principatu, atque in re militari plurimum valebat, ut pote ſævus & ſtrenuus in armis. Petrus igitur nobilis Eques, carpturus iter ad duellum ferox, preces & auxilium filii ſui Huberti in monaſterio poſtulat, utque ſecum pariter abiret enixe depoſcit. Perſancte ſpondet Vir ſanctus affore ſeſe, præſentemque opem laturum; va-

F

*Comiti Veromanduo, feudum alienatum indignato,*

*reſtituere pater, filii preces poſtt:*

AUCTORE PISONE EX MS.

deret quam maturrime pater ad campum prælii, excellentique fortitudine & magna animi ſpe fretus, haud dubie precum ſuffragia ſacroſancta cunctipotenti Deo porrecturum ſeſe. Vade audacter, mi pater, inquit: equidem pro te ſupplex orabo Deum, quem ambiguo procul tutiſſimum ab omni periculo defenſorem habebis. Fauſtæ ſponſioni fidem habuit pius pater, ac perquam lætus à filio diſceſſit, ad condictumque certaminis locum velocius contendit. Poſtea vero quam mutuum in conſpectum venere, utrimque inſtruunt aciem, pugnæque ſanguinolentæ ſeſe feroces accingunt: interim Hubertus, promiſſo ſtans, multa Deum cum lacrymis intenta prece poſcit. Nec diu is diſtulit ferre ſuppetias. Namque in exercitu Bretigniaceno, Hubertus angelica ſtipatus phalange viſus propalam eſt, atque coram agnitus; & id non ſolum à Comite Viromanduo, ſed univerſo etiam agmine. Jam vero Comitem, divina viſione perterritum, gelidus invaſit tremor; confeſtim lanceam abjecit, equo ſe in terram pròripuit, ac ſimul genuflexo Petrum Bretigniacenum manu prehendit. Subinde mutuo exoſculati pacificas junxere dexteras: ibi perpetuum amicitiæ fœdus viciſſim paciſcuntur: jurat perſancte Comes initum fœdus ſeſe defracturum numquam: ac ſubito ubi rediiſſent in gratiam, Divus Hubertus una cum Angelorum multitudine oculis adſtantium evanuit. Pater incruenta victoria ovans, Bretigniacum reverſus, in ſublime divi Petri templum ſeſe recepit, opima dona ſanxit, ingentes Deo ſervatori filioque Huberto gratias egit. Contigiſſe hoc eximium factum, anno primo quam divus Hubertus monaſticum inſtitum profiteri cœpiſſet, memoriæ proditum eſt. Ea res Huberto magnam paravit admirabilitatem. Tantum porro abeſt ut ob id benefactum vanam gloriam aucuparetur, ut etiam id omne Deo acceptum ferret. Crebreſcebat illius quidem fama per ora populorum, at indies augebatur ſanctitudo major: uſque adeo Hubertus virtute clariſſima mortales ceteros omnes antecellebat.

*qui pugnaturis apparens,*

*pacis auctor fit.*

## CAPUT III.

*Miracula, poſt Sacerdotium ſuſceptum, ultimo vitæ biennio patrata: pius obitus.*

a C Um vigenos *a* jam annos & juſte & pudice exegiſſet, conſecratus fuit aſſenſu omnium Sacerdos. At enim, quanto dignus honore eſſet, Deus palam oſtendit: nam Pontifices tres, Sueſſionium *b*, Laudunenſem *c*, Noviodunium *d*, nocturno viſo per Gabrielem Archangelum monet, Bretigniacum proficiſcerentur, divinum hominem Hubertum inviſuri (is ſacram rem, primum Sacerdotio conſecratus, facturus erat) velle Deum uti terni Pontifices Huberto ſacrificanti, loco ſingularis honoris, adeſſent. Igitur inſperato ſacerrimi Pontifices Bretigniacum appulêre, divinitus inſtincti. Miraculo res eſt habita, præſertim cum nulla prorſum interceſſiſſet evocatio. Affuere terni Pontifices Huberto Sacrum pangenti. Ceterum finita ſacræ rei ſolennitate, mirificum quiddam obtigit. Enimvero cum ad convivium ſeſſum eſſet, inter Nobiles complures ac ſanctiſſimos Pontifices, qui tum epulis accumbebant, mendicus improviſus menſis affuit: is coram obſonanti concione ſtipem obſecravit. Tum demum Hubertus, quanta liberalioris animi munificentia polleret haud obſcure patefecit: nam dapes omnes, quæ fuerant appoſitæ pro novo Sacerdote Huberto, inops ſua ipſius manu ſumpſit, & illico diſparuit. Demirantur convivæ, tanto prodigio obſtupeſcunt; Hubertum ſummis laudibus attollunt; epulo aſſiſtentibus Chriſtum ſacerrimo convivio illapſum fuiſſe, vulgo creditum. Quis enim diſcredat, immenſum Deum ſæpius pauperis mendici perſonam induiſſe? Is ergo pauper credi Chriſtus eſſe citra dubium & potuit, & debuit. Huc accedit facinus longe plurimum memorabile, quippe quod eximiæ ſanctitatis opinionem progenuit, non modo ruſticæ plebi, verum Pontificibus quoque ternis. Per eamdem lucem mulier, oppido Noviomenſi oriunda, cum miſerrime ſpiritu maligno divexaretur, ante pedes offertur divo Huberto. Ibi editur miraculum ingens. Quippe ſimul ac dæmoniacam Crucis ſignaculo colluſtraviſſet, adjuncta manuum impoſitione; confeſtim nefarius dæmon aufugit, liquido etiam videntibus iis qui tum illic præſto aderant. Ita prece S. Huberti ſanitati priſtinæ reſtituta dæmoniaca mulier, ſoſpes & incolumis ad ædes patrias remeavit. Quibus è rebus almam vitæ ſanctimoniam & præclari Huberti virtutes, Pontifices terni facile cognorunt, eumque poſtmodum ſummo honoris cultu habuere: nec enim cunctati ſunt, quin diſcedentes illius precum ſacroſanctis ſuffragiis magnopere ſeſe commendatos eſſe vellent. Ita Divum Hubertum venerati retro abiere.

*Anno ætat. 20 conſecratus Sacerdos*

b c d

*coram 3 Epiſcopis primitias offert.*

*Chriſtum paſcit in paupere,*

*dæmoniacam liberat,*

12 Matrona itidem ab agro Laudunenſi pari fato unicum filium pepererat, iſque puer per novem annos nec locutus fuiſſe nec ambulaſſe pedum ingreſſu ferebatur, donec ad Divum Hubertum advectus eſt. Coram jacenti puero Divus Hubertus, fidei plenus, imperat, ſic effatus verbum deprecatorium. In nomine Jeſu Chriſti, in quo prolutus ſacerrimo lavacro es, confeſtim ſurge, ſtaque rectus ſuper pedes tuos, ac eloquere. Nec mora, mox ut audivit jubentis Huberti potentiſſimam vocem, bona valetudine donatus illico ſurrexit, & loqui diſertim cœpit. Ægros innumeros, & rabido furore debacchantes, & variis affectos morbis præſentiſſima ſoſpitate S. Hubertus impertiebatur; quibus omnibus ſanctiora duo præcepta dare ſolebat: unum id longe fuit princeps: Abito, mi cariſſime frater, domum, daturus honorem uni dumtaxat Deo; & altiſſimo rerum omnium Creatori gratias agito, nec auſis cuiquam prodere mortalium, quod Hubertus te ſanavit, ne deterius tibi contingat. Tum deinde legem hanc dabat longe optimam: Caveto per Dei nomen jures, quippe eſt immane ſcelus. Quam ob cauſam olim majorum conſuetudine receptum fuit, ut Laudunenſes, Novioduni, Sueſſiones, per S. Hubertum jurare conſueverint; tantum illius viri cæleſtis egregia claruit ſanctitudo. Conſtans quoque fama ab antiquis retro ſeculis inolevit ad ætatem noſtram uſque, tantum auctoritatis ac potentiæ pluſquam humanæ ſibi ipſum Huberti nomen ob divinam ſanctitatem adſciviſſe, ut ubicumque nomen hoc, ſane quam venerabile & anguſtum, inſcriptum haberetur, inſuper quidquid ſacratiſſimi corporis ejus reliquiis fuerit attactum, huic ipſi nec fulgur, nec tempeſtas, per terrificatio ſathanæ, nec rabies, nec amentia nocere poſſit unquam. Porro id eſſe veritati conſentaneum credi; par piumque eſt; ſiquidem adſtipulantur quotidiana miracula; & peregrinorum concurſus, Bretigniacum turmatim ruentium, fidem irrefragabilem factitant *e*.

*mutum ac paralyticum curat,*

*& alios multos ægros,*

*unde veneratione quoque nomen ejus eſt.*

e

13 Adoleſcebat viri divini erga Deum flagrantiſſimus amor, jamque ad ſummum virtutis faſtigium evaſerat, jam nihil niſi Deum ferme ſentiebat, jam non niſi cæleſtia animi cogitatione complectebatur, jam nihil præterquam divina loquebatur, jam cæli dulcedines ardebat; cum in paucis die-

*Parentibus mortuis*

A diebus pater materque Huberti rebus humanis emigrarunt, haud dubie felicitatem æternam adepti. Nec diu poſtea Hubertus ſuperſtes in terris fuit. Auxêre parentum mortes repentinæ divino homini tum humanarum rerum tædium, tum cæleſtis gaudii deſiderium ingens. Cupit ocius mori mortalique vita excedere, quo citius viſione Dei perfruatur & beata & ſempiterna. Percrebro cernua precum efflagitatione Deum obnixe poſcit, ut corporea labe liber in cæleſtem puritatem emergat, bonumque finem aſſecutus in ſocietatem fidelium adſcribatur. Itaque nocturnis excubiis ad ſacras aras ſancto Viro, precationum meditationibus incumbenti, demiſſus cælo Michael apparuit; jubere Deum uti Hubertus quam citiſſime in cælum terris excedat: proinde conſolationem animo caperet, nec longiori triſtitudine langueret; futurum paulo mox uti ærumnis terrenis ereptus felici beatitudine donaretur. Hæc ait, ſimulque cæleſtis nuntius in ſublime rediit. Tum vero Hubertus incredibili gaudio geminas manus comploſit gratulabundus, ab imo pectore gratias egit, immenſam laudem panxit Chriſto Jeſu. Igitur poſtquam decem annos ac menſes tres ad Bretigniacum in cœnobio vir Apoſtolicus Hubertus exegiſſet; virtutumque culmine præcelſus & miraculorum gloria inſignis, devote ac religioſe converſatus eſſet; imminere ſui diem obitus divina revelatione compertum habuit. Proinde cognitam mortem ſuis Fratribus, ne repentino timore percellerentur, amice detexit. Tum vero atroci dolore conficiuntur omnes, planctus & mœror oboritur, lacrymæ paſſim oculis effluunt. Inde collacrymantes Hubertum, acerba febre decumbentem lectulo, circumſiſtunt: ibi obnixe deprecari Deum cœpêre, nec præmatura morte, juvenili ætate, vernans Hubertus occumbat. Ergóne florulentæ juventutis ævo præcocem mortem obiret? Siccine nobiliori præſtans indole, caros Fratres deſertos eſſe pateretur? Itaque Deum ſupplices orabant, ne moreretur bonus Hubertus, tam dulcis, tam benignus, tam amabilis, tam clemens.

*mori quoque optat,*

*Fratreſque mœrentes conſolatus,*

14 Ubi tam luctuoſus clamor obſtrepit; ubi animadvertit Divus Hubertus acerbo mœrore conſternatos Fratres, eos omnes conſolandos habuit; & mentis alacritate & hilaritudine arridentis faciei, dicitur blande allocutus fuiſſe eos, quos triſtes ob ſuum unius tranſitum perſpexit; poſtremo fecit

C luculentam orationem hoc pacto. Optime maximeque rerum omnium conditor bone Jeſu, animam meam tuæ clementiæ commendatam eſſe ſupplex velim. Et ſane amorem erga me tuum permagnum eſſe facile perſpexi, præſertim cum per cæleſtem Angelum mandes hoc mundo eſſe mihi abeundum. Infelix nimium eſſet juſſio, niſi quis immundum cor purgare niteretur. Attamen ſupremo mandamento refragari numquam licet, ſiquidem nobis omnibus ſemel eſt moriendum; tali itaque confeſſione peccatorum meorum noxas piabo. O miſericors & clemens Deus, uni tibi confiteor ſcelerumque veniam precor ſupplex. Quidquid à me unquam peccatum, & ſeu perverſo cogitatu, ſeu tumeſcenti ſuperbia, ſeu invidioſo livore, ſive inerti ſocordia, ſive incuria torpenti, ſive bili indignabunda, adverſus divinam tuam majeſtatem eſt offenſum, id penitus omne propter amaram necis tuæ paſſionem, ob intemeratam fidem in te meam, ignoſcito clemens propitiuſque aboleto. Inſuper, bone Deus, precor, miſerere miſerrimæ animæ meæ. Hanc placide & hilariter accipito, ſimul ac emortuum corpus exierit, tuoque ſolius liberali dono cæleſtis regni gloriis ornetur. Poſtremo hoc unum abs tua beneficentia impetrandum contendo vehementer etiam atque etiam, malum, periculum omne, ſimul & triſtitiam tuo ſolius gratuito munere ab hiſce Fratribus Monachis arceto: Bretigniacum affineſque, malis beſtiis, grandine, fulgure, diabolica illuſione, liberato: tum præterea, ſiquis caduco morbo laboret aut inſana rabie furiat, iſque Bretigniacum opis aſſequendæ gratia ſeſe contulerit, is morbo crudeli quam liberrimus eſto; concede lubens & propitius, id quod patrino / meo donaſti, quiſquis nominis mei patrocinium imploraverit, continuo ab eo rabiem veſanam avertito. Summæ trinitatis, virginiſque matris Mariæ ſimul & Divorum omnium opem imploro, uti meam animam ſereno vultu ſuſcipiant, inque ſempiternæ quietis amœno ſinu locent.

*poſtulata à Deo venia peccatorum.*

*AUCTORE USONE. EX MS. commendat ei monaſterium.*

*11 anno vitæ monaſticæ.*

B

E

f

*& placide expirat,*

15 Compluribus aliis id genus precum ſuppli- camentis depoſcebat Deum divus Hubertus, ſub impendentis mortis hora ſacram corporis Chriſti Communionem libavit, reliquaque Chriſtianæ pietatis ſacramenta de more majorum ſumpſit: mox inde cum in ſtratu ſuo recubans, veluti ſoporem dulcicellum carperet, Monachis interim hymnos & cantica circum pangentibus, tranquillo ſuſpirio efflavit ſpiritum, & continuo paradiſiacam quieſcem petiit; tertio Kalendas Iunias, regnante id temporis Dagoberto *g*, longe fortiſſimo Rege Francorum. Poſtea vero cum Divus Hubertus animum expiraſſet, Bretigniaci repente tam ſuave olens odor defragravit, perinde acſi divina poteſtas univerſos vernæ temperiei flores in eum locum aggregaviſſet. Qua ex re quid exiſtimandum aliud, præterquam quod paradiſiacæ fragrantiæ dulcis amœnitas ad obſequium funeris aſpiraverit ſanctiſſimo Huberto? Mox Hubertum vita defunctum eſſe increbuit rumor; ac ſane perquam nobilis fama ſui non ſolum vicinas oras inceſſit, ſed per univerſum etiam Belgicæ regionis ambitum ſanctitas ipſius longe lateque eſt divulgata. Ruunt exinde catervatim, tanti ſuavitate odoris illecti, populorum cunei fidelium; & undiquaverſum per cunctos viarum tramites accurrunt. Certant ſinguli tangere Divi Huberti corpus ſanctum, pro ſoſpitate ſalutari præſentibus aſſequenda: nec poſcentium quiſquam immunis abſceſſit; omnes id quod Huberti nomenclatura popoſciſſent haud gravatim obtinuêre. Quas ob res Deus beneficentiſſimus palam monſtravit, quanta virtutum dignitate glorioſus Hubertus, qualive ſuperni honoris privilegio potiretur; quippe quo magis Deum, cum in terris eſſet, integra caritate dilexit, eo potiori donato curandis morbis excellit. Verum quo manifeſtius id omne clareſcat, veraci recenſu exempla ſplendida ſubtexam.

*accurritur ad exequias.*

g

F

## ANNOTATA.

a *Mabilio, vigeſimum vitæ monaſticæ annum interpretatus, dicit Hubertum in monaſterio egiſſe annos triginta: ſed manifeſte aliter ſenſit Piſo, ſolum decem annos Huberto aſſignans in monaſterio, atque adeo anno* 22 *ætatis mortuum eum credens. Neque mirum ſi tam præcoci ſanctitati maturatum Sacerdotium ex privilegio ſit. Acta autem hæc eſſent ex noſtra ſenſentia circa annum* 710.

b *Vrbs Sueſſionum Britanniaco diſtat* 7 *leucis; ibi anno* 680 *obiit Epiſcopus S. Drauſius juxta Sammarthanos, qui decem quidem proximos ſucceſſores nominant uſque ad* 814, *ſed non definiunt tempora. Poteſt ergo hic intelligi à S. Drauſo tertius* S. Gaudinus Martyr, *quem* 10 *Februarius conjecturavimus circa an.* 720 *floruiſſe.*

c *Laudunum Britanniaco diſtat circiter* 9 *leucis, ibi autem*

AUTORE PISONE EX MS.

*autem ſub Pipino Princip Epiſcopus fuit* Madalgarius, *qui hic poſſet ſignari.*

d *Poſt S. Mommolenum Noviomenſem Epiſcopum, anno 686 mortuum, indefinita ſimiliter eſt ſucceſſorum ſeptem Chronologia uſque ad an.* 744: *eorum autem quartus, qui* 18 *annos ſedit, vocatur* Munarus *vel* Numianus.

c *In margine antiquo charactere legebantur ſequentia, fortaſis per oblivionem ſcriptoris prætermiſſa, & hic inferenda:* Poſt nocturnas vigilias egrediebatur in hortum, qui ad hunc uſque diem Hortus S. Huberti dicitur: ibi ſub tilia arbore frondoſa poſito lapide, genibus flexis ad Deum preces fundebat.

f *Non hoc petiiſſe crediderim Sanctum; ſed (quia eodem quo Magnus Hubertus vocabatur nomine) contra idem malum cœptum invocari à vulgo, fortaſis non ſatis utrumque diſtinguente.*

g *Imo* puerulo: *ex hac autem perſuaſione, quod tempore Dagoberti magni res hæc contigerit, addit Piſo:* Tum claruere, & doctrina & ſanctitate præter ceteros illuſtres, Audoënus Rotomagenſis Archiepiſcopus, & apud Atrebates Philibertus Abbas; *quæ malus expungere. Colitur* S. Audoënus 24 *Auguſti, biennio poſt Dagoberti mortem, cujus Referendarius fuerat, ordinatus anno* 646: Philibertus *abbas* 20 *Auguſti celebratur, eidem S. Audoëno familiaris.*

B

## CAPUT IV.

### *Miracula poſt mortem facta.*

14 *Brachii emortui ſanitatem à S. Huberto Epiſcopo poſtulans,*

PAucis poſt diebus elapſis, ubi ſanctum Corpus venerandi Huberti ad Bretigniacum honorifico ſepulcro conditum eſt, Namaramus, vir tum nobili ſanguine cretus, tum armis & robore bellico percelebris, quamquam pietate ſpectabilis & probitate eſſet, brachium tamen dextrum ſeminex & exangue plurimos dies circumtulit. Is valetudinem impetraturus ab Huberto Magno, Ardennam petiit: cumque novenos dies, totidemq; noctes pio ſacrorum ritu in æde Divi Huberti ab Ardenna, perinde ut graviſſimo percuſſus morbo, noctu jaceret; multo maximam vocem cælitus audivit ſibi jubentem, ſurgeret velox, & ſupremum faceſceret oraculum. Vade, palam inquit, ad eminens Huberti Monachi Betigniaceni templum: habet namque divinitus collocatum donum ſuis meritis almis tui prorſum ſanandi, penes quem unum eadem quæ mihi in ægrotos omnes altiſſima poteſtas eſt. Nihil cunctatus pius homo imperio cæleſti paret, ſubque noctis intempeſtæ ſilentio conſurgens magnis itineribus Bretigniacum contendit, atque ibidem corporea ſanitate donatur, ſuffragante Divo Huberto Bretigniacenſi. Quid hoc opere inſigni eſſe poteſt evidentius? quid tanta potentia depellendis ægrimoniis eminet præſtantius? Perinde igitur Hubertus Bretigniacenſis advertendis morbis potis eſt, atque celeberrimus ille Hubertus Ardennianus; quod quidem ingenue fateamur oportet, vel compulſi rerum manifeſtiore argumento.

*jubetur eâ Bretigniaci quærere.*

C

*Curantur lunatica tuâ,*

16 Nihilo ſecius dignũ enarratu cenſuerim, licet minus excellentiæ præ ſe ferre videatur. Cum variis admodũ & miraculis & virtute efficiendis Beatiſſimus floreret Hubertus, tot ſignis inducta Lunatica mulier, à Vico cis Exonam *a* orta, ſe contulit Bretigniacum. Mulier Petronillæ nomen tulit. Ut ante ſacerrimum corpus appulit, orare cum lacrymis ſane uberrimis occepit Divum Hubertum, uti conferret oranti gaudia ſanitatis. At enim ubi novem dies ob aras Divi Huberti veſano cerebro ſaucia decubuiſſet, tandem valetudinem diutius optatam patrocinante Huberti ſuffragio promeruit adipiſci. Quapropter ſana jam mulier patrios fines repetens, magnifice collaudavit Deum longe pientiſſimum Chriſtum Jeſum, qui ob almi Huberti preces mirabilia patraret. Longe mirificentiſſimum videri cunctis par eſt, quod factum nunc recenſere ſedet animo. Tredecim homines, dæmonibus immundis arrepti, poſt uno exacto anno quam Divus Hubertus rebus exceſſiſſet humanis, ad ædem ſacram Divo Huberto deducti fuêre, feruntur originem duxiſſe ab Sueſſionicæ urbis pago (veteri nuncupamine Turris-Comitis appellatus) dies novenos ante ſacratiſſimum Divi Huberti corpus, manicis ferreis vincti ſteterunt; cum interim quotidianis jejuniis & precum ſupplicamento ſedulam operam navaſſent, nona demum luce inter Miſſæ ſolennia convaluere: inde lares Sueſſionicos gratulabundi remearunt.

a

D

*& 13 energumeni.*

17 Quantũ ſincera femininæ mentis fides valeat, oppido quam locuples teſtimonium dederit exemplum ſubnexũ. Ducenteſimo trigeſimo quarto ſupra milleſimum Incarnationis Dominicæ anno, tertiâ Kalendas Junii, die B. Huberto ſacra ſolenniter, mirum quiddam evenit. Mulier intereſſe annuæ ſolennitati majorem in modum cum optaret, Iſara flumen (ſicuti uſu venire ſolet) id temporis undoſius offecit. Jam ad crepidinem fluvii exundantis appulerat; ceterum qui peregrinam trajiceret, comparebat remigum nemo: tum vero humanis deſtituta præſidiis, opẽ Divi Huberti cum lacrymabili ejulatu inclamare cœpit, obnixe deprecata ut feſtis intereſſe digna haberetur. Quid plura memoraſſe coner? Mira & eadem pene incredibilia deſcripturus ſum. Etenim navis, quæ ex altera fluminis ripa anchoris fixa ſtabat, ad trajiciendam eam mulierem ſine ullo quovis adminiculo adremigavit. Itaque navim conſcendit mulier, ac ſine gubernaculo citraque diſcrimen ullum fluvium trajecit; ſicque in ædem ſacram Britigniacenam velociore curſu ad honorandum Divum Hubertum porrexit. Ibi mirum obtigit: quippe ea mulier, cum jam dudum prægnans eſſet, nec diutino fœtu liberaretur, inopinato cunctis intuentibus, quĩ tum divino Sacrificio coram adſtabant, prope majus altare puerum peperit ſane formoſiſſimum. Hujuſcemodi factum non niſi ad Auxiliatorem ſalutiferum religioſa matrona retulit, utpote quẽ inter precandũ de puerperio felici dulcius obſecrarat. Huc accedit multo [grandius] aliud miraculũ, adeo præclaris actis facta ſplendidiora accumulaſcunt. Sub horâ eâdẽ inter ſacrificandum, matrona apprime nobilis, Magnicampi *b* oppido prognata, Divum Hubertũ interpellavit. Ea dextrum armum veluti præmortuum pendulum geſſerat annos tres, haud exiguas opes medicis expenderat, nec idcirco bonam valetudinem fuerat conſecuta. Itaque plena fidei ac pietatis, egregium facinus adoritur. Proluit exangue brachium eis undis, quibus ante paulo ſacer Divi Huberti vertex lotus fuerat: idque fecit palam pro populari obtutu. Ibi quantum Divi Huberti poſſet auctoritas, opitulamento manifeſtario cunctis eſt oſtenſum. E veſtigio imbecille brachium vivax & robuſtum evaſit.

*An.* 1234 *mulier in oraculo trans Iſaram vecta.*

*alteri humerus ſanatur.*

E

F

*fœtum enititur ante altare.*

18 Age dum porro denarremus illud quoque unum, quod gentes humanæ admirentur & perenni laude ſuſtollant. Eſt in Belgia longe celeberrima arx, quæ Cotianum *c* appellatur. Latrones duos, inſigni furto nobiles, iſthic datos in cuſtodiam fuiſſe pro confeſſo proditum, ſubindeque neci damnatos ob flagitia nefanda. Quod ubi exploratum habuêre, protinus ad cæleſtes ſuppetias eſſe confugiendum conſulto exiſtimarunt. Quippe rerum extrema neceſſitudo miſeros mortales ad id interdum impellit, ut humanis auxiliis deſtituti, tum demum divina præſidia ſupplices implorent. Igitur

*latrones 2 damnati ad mortem,*

c

A Igitur ſuam deplorantes ærumnam, tota mentis devotione S. Hubertum proclamarunt. Accidit continuo mirabile quiddam ac potius divinum. Enimvero dum ſummo niſu patrocinia Huberti depoſcunt, ſubito ſeſe Bretigniaci ante valvas templi divina ope tranſlatos fuiſſe cognorunt, ferriſque etiam & vinculis (uti captivis aſſolet) innexos. Templi limen introgreſſi perſtitêre dies novenos, Hubertinum auxilium deprecabundi. Tandem gravis Huberti interceſſit auctoritas, qua citius effractis vinculis in libertatem ſeſe vindicarunt. Pacto namque cum adverſa factione inito, citra noxæ damnum invicem convenerunt: mox patrias domos regreſſi, felicem eventum vulgo denarravêre. Quibus de rebus minime profatu eſt quot laudum præconiis, eiſque magnificis, ſummum & longe celſiſſimum extulerint Deum de glorioſo confeſſore ſuo Huberto. Neque enim tantum optimo dilargitori Deo ingentes egêre gratias, verum Divum quoque Hubertum magna veneratione pro collatis beneficiis affecêre: quippe nihil præ ſe fert egena mortalitas nec præſtantius nec antiquius, quam meritos honores ferre Divis Patronis. O te perbeatum! ô inenarrabilem cælicolam,

*carcere ac vinculis miraculoſe ſolvuntur.*

B Dive Huberte! qui tam magnifica virtutum prærogativa polles. Mundi labentis inanem pompam excelſo quidem animo contempſiſti, ſed cæleſtes divitias efflagraſti. Jam licet gaudio frueris æterno, nec tamen miſeris mortalibus opitulari ceſſas.

19 Elapſis annis poſt Chriſtianum natalem mil-
*Anno* 1300 le ter centum, virgo nobili exorta progenie corporeorum membrorum prorſus erat impar. Ea
d nuncupabatur Agnes, ab oppido *d* Laſchenio ſuam ducens originem. Triennium perpetuum infelici ægrotatione male affecta domi decubuit, cum de vicinis audit famam glorioſi Huberti Bretigniacenſis. Mox ex intimo cordis affectu ſe Divo Huberto devovet, opemque Sancti magnopere deprecatur: nec diu comperendinavit, quin venerabunda Huberti ſacerrimam ædem peteret. Ideoque Bretigniacum ad ſacratiſſimum corporis Hubertini manſoleum ſemet ipſam vehendam curavit. Cumque per dies novem continuos templaribus thoris accubuiſſet, oblationemque votivam quotidie faciens ſacro præſens afforet; priſtinam ſanitatem eſt adepta, inque proprias arces abſque bajulorum adjumento regreſſa eſt.

*curatur triennio clinica*

20 Haud perinde longa deinceps ætate, die
C Divo Huberto feſta, multo mirificentiſſimum factum evenit: nam ſolenne feſtum Chriſticolis, pleriſque quidem, ſed præcipue Bretigniaci colonis tum agi ſolet. Ceterum Bretigniacenſis quiſpiam indigena longe ſecus egit: cupidior enim domus ædificandæ, vix humum effodere faciendis fundamentis occeperat; cum ſtatim ecce maligno ſpiritu correptus miſer, infandum torquetur, inque foveam profundam cadit: terra mox prolapſa cooperitur: pueri plerique, qui tum brutos greges in campeſtribus paſcuis ſecundum illius irreligioſi hominis fundos paſcebant, ſubitum præcipitium obtuti, veloces accurrunt; ſtatim caſus infauſtos vicinis ac propinquis obnuntiant. Tum vero catervatim ruunt, homini moribundo fraternam opem

*feſtum violans,*

laturi. Protinus effodicantes permultam humum, in altiſſima ſcrobe ſeminecem ædicolam, ac jamjamque moribundum nanciſcuntur: nigrum præterea ſignum in ejus fronte, veluti lividam cicatricem offendunt, tam duriter eum malus hoſtis percuſſerat. Quid facerent, quidve aggrederentur, diu hæſitavêre; tandem, ceu divinitus afflati, diro vulnere ſaucium homuncionem in templum ſuper menſam attulêre. Exin ubertim illacrymantes pene mortuum pro ſacerrimo Divi Huberti feretro ſiſtunt. Triduum ruſticus ille vir in eo ſtatu miſerando permanſit: poſt tres autem dies convaluit quidem ſoſpes, at enorme ſignum illud quadraginta dies infixum ejus fronti comparuit. At vero, facta cerea oblatione inſtar ſui corporei ponderis, omnino ſanus evaſit. Itaque ob indeptam ſoſpitatem gratias nimirum maximas egit, tum beneficentiſſimo Deo, tum Divo Huberto cum paucis bono.

AUCTORE PISONE. EX MS.

*ideoque punitus,*

*Sancti ope ſanatur.*

21 Quas ob res & ſanctiſſimæ vitæ converſatio, & ſtupenda miraculorum immenſitas propalam oſtendunt, æterna cum beato Deo felicitate Divum Hubertum jam dudum fruiſci. Quid enim hac evidentiſſima declaratione manifeſtius? An vero quiſquam errore ſacrilego tam eſt impius, ut E iverit inficias, Hubertum Bretignianum nec prodigioſa magnalia feciſſe, nec in Sanctorum albo conſcribi? Senſit agricola profanus divinam pro nefaria impietate vindictam; ſenſit itidem opem præſentaneam pro cultu religioſo: qua de re quantum honoris, quantum excellentiæ Divo Huberto tribuat æternus & ſummus Deus, quanti candidiſſimas illiuſce precationes pendat, tanta prodigiorum congerie, tot miraculis dilucidum evaſit. Igitur longe digniſſimus Divus Hubertus optimo jure cenſendus eſt, cui ſonoris modulis concinamus omnes; O Divi Huberti ſplendida præconia, ô ineffabilis ardor caritatis, qui dum pereuntis mundi fugaces pompas diſprevit, perennem æterni regni gloriam adeptus eſt. Superſunt innumera ferme alia miracula, quæ divino quodam ac ſingulari privilegio Divus Hubertus edidit: ſed univerſa ex ordine ſi recenſere quidem velim, opus *aliis innumeris omiſſis.* inexhauſtum moliri inſano videbor auſu, queis è rebus iſthæc pauxilla non meæ ſolum exiguitati, verum avidiſſimo etiam fidelium Chriſtianorum ſtudio ſatis abunde factitarint. Concedat nobis Chriſtus Jeſus, ut ſalutifera Divi Huberti interceſſione & cunctis liberemur adverſis, & æternam cæleſtis patriæ requiem conſequamur, perpetuo laudaturi Deum trinum & unum. Amen.

*Atque hæc ſufficiunt ad laudem Sancti,*

F

## ANNOTATA.

a Vir, *vel potius*, Vic-ſur-Ayſne, *Bretignaco 5 leucis ad meridiem diſitum.*

b *Veroſimiliter* Grand-prè, *inter Reteliam & Virdunum in Campania.*

c *Forte legendum* Cotiacum, *ut ſit* Coucy *in diœceſi Laudunenſi 4 leucis Britanniaco diſtans.*

d Laſchenium, *ubi poſitum ſit libenter diſcam, ſimiliter ubinam ſit vel fuerit* Turris-Comitis *num.* 16 *nominata.*

RE-

# REVERENDISSIMIS DOMINIS
# DECANO
# ET
# CAPITULO
# PATRIARCHALIS ECCLESIÆ
# HISPALENSIS

*DANIEL PAPEBROCHIVS SOCIETATIS IESV*

*SE SVAQVE STVDIA O. D.*

REdit ad Vos Sanctus Rex FERDINANDUS, Fundator Veſter, quem ante hos tres annos ſingulari in Volumine præcedere voluiſtis Tomum ultimum Maji noſtri, mole ſua ac multitudine Sanctorum impeditum, eoque lentius quam vota veſtra patiebantur properantem; quemque ad Thronum Regiæ Catholicæ Majeſtatis ipſimet tunc deduxiſtis. Redit autem ſecundis, imo tertiis, curis auctior & politior univerſa noſtra de tam auguſto argumento lucubratio, grandiori in opere, communibus S. D. N. INNOCENTII XI Papæ Romani Pontificis, ac potentiſſimi Monarchæ CAROLI II Hiſpaniarum Indiarumque Regis Catholici auſpiciis tandem nunc abſoluto; ſtipantibus Regem Sanctum Sanctis, in eumdem Menſem concurrentibus, pluſquam mille ſexcentis, nominatim expreſſis. Promptum meum ſtudium erga Reverendiſſimi Veſtri Collegii honorem haud minus ſpero agnoſcetis ex hac ſecunda & potiori editione, nec parciori eam ſuſcipietis benevolentia, quam ex priori illa probaſtis noſtrum Vobis obſequendi conatum.

DE


IHS
Vera Effigies
S. FERDINANDI
Regis Caſtellæ & Legionis
Huius Alexandri vultum sic forsan Apelles
Pinxerit: ast animum ut noveris acta lege,
IMPERII
FACER
Gallia.
Germania.
Hispania.
fecit.

A

# DE S. FERDINANDO III
## REGE CASTELLÆ, LEGIONIS, ETC.

### *HISPALI IN HISPANIA BÆTICA.*

### COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§. I De priori hujus Commentarii Actorumque editione, antehac seorsim curata, nunc recognita, nec parum auctiori. D. P.

ANNO MCCLII.

*Nomen ætate nostra cœpit frequentari in Belgio,*

EX quo Belgio nostro hic honor obtigit, ut Gubernatorem ab Hispaniis acciperet Serenissimum Cardinalem Infantem Ferdinandum Austriacum, *germanum fratrem nostri tunc Regis utroque in orbe potentissimi* Philippi IV, *quorum immortalis apud posteros gloria permanet*; Ferdinandi *nomen, ratioris alias inter Belgas usus, frequentius audiri cœpit, & felicis ominis causa ad Baptismum usurpari. Nemo dubitabat,*

B *quin magnum illud atque præclarum esset, quod tantus tamque carus omnibus Princeps ferebat; maxime cum eodem tempore Romanum in Germania Imperium teneret* Ferdinandus II; *ejusque filius ac deinde successor,* Ferdinandus III, *titulo Hungarici Regni clareret; idem is cum quo prædictus Cardinalis Infans, anno* MDCXXXIV, VIII *Idus Septembris, felici ad Nordlingam pugna Suecum hostem fundens, præluserit victoriis, apud nos referendis de confœderata Francorum Hollandorumque potentia. Cum autem* III *Nonas Novembris Bruxellas ingressus, sequenti anno exceptus esset Antverpiæ* XV *Kalendas Maji, ac deinceps in ceteris Regiarum Provinciarum urbibus, apparatu tanto, quantum ulli unquam Principi, possessionem ipsam ineunti, factum nulla hominum memoria noverat; nihil jam toto Belgio crebrius iterabatur, nihil audiebatur libentius, quam nomen* Ferdinandi. *Qui porro altius volebant assurgere ad præteritorum temporum lumina, recordabantur* Ferdinandi, *primi hoc nomine Imperatoris,*

*ut valde gloriosum,* *qui incomparabilis famæ heroi* Carolo V *frater fuerat, & simul cum illo nepos* Ferdinandi Catholici, *cujus felici cum* Isabella *conjugio coalita Hispaniarum regna, in unam secum Monarchiam traxerant, quidquid Provinciarum uniebatur Coronis Aragoniæ Castellæque in Belgio, Italia, ipsisque in Indiis. Erat is inter Castellæ, Legionisque Reges sui nominis* Quintus, *quatuor enim ante numerabat Synonymos, quorum* Primus *cognomen*

C Magni *promeruerat. Verum tam omnes illi, quam quotquot cum illis toto orbe vel nominari tunc poterant, vel olim fuerant in Historiis nominati Principes* Ferdinandi, *excellentem quidem isti appellationi claritatem conciliare videbantur; sed cujus fulgor inanis posset judicari, nisi ei accederet vera Christianæque Sanctitatis lux, quæ vel sola clarum facit gerentis nomen, etiam in humiliori conditione.*

*non item ut sanctum,* 2 *Non deerat quidem ea lux* Ferdinandæo *nomini in Hispania; nam dictus apud Castellanos Legionesque* Tertius, *cognomine* Sancti Regis *secernebatur ab aliis. Sed eadem Sanctitas tam parum nota habebatur vulgo, etiam Hispanico, ut, exceptis Hispalensis urbis incolis accolisque, vix quisquam Patronis Hispaniarum Sanctis adnumerare* Ferdinandum *audiretur. Imo Ioannes Tamajus de Salazar, (quem, si ceteri omnes tacuissent, hic oportuisset diserrimum fuisse) Gallicano Andreæ Saussaji Martyrologio tomorum duorum, suum ex tomorum Hispanicum oppositurus, cum undecumque contraheret Sanctos, quotquot vel suspicabatur conducere posse augendo numero,*



*non cogitavit de* Sancto Rege Ferdinando. *Adeo ut Franci, etiam post editionem illius Martyrologii, tanto copiosioris sui, in suo* S. Ludovico, *ante quatuor fere secula canonizato, viderentur sibi posse Hispanos despicere, quasi nullum eatenus ostendere valentibus sanctum suæ gentis Regem (nam* Hermenigildus, *Princeps tantum, pro Regno Martyrium erat consecutus à patre) an certe talem Sanctum, cui is titulus esset Apostolicæ Sedis judicio vindicatus. Habebat id agre pios multos fideles, quibus gloriosa* Ferdinandi *appellatio ex sacro obtigerat fonte, optantibus* Sanctum *sui nominis* Patronum *indigetari, quem*

E *annuo cultu prosequerentur, secundum jam receptum inter Catholicos morem, laudatissimum sane & ad multa utilissimum. Quamvis enim nonnullis in locis reperiebatur* Flos-Sanctorum *pervetus, ubi inter aliorum Sanctorum quas vocant Legendas, ante centum quinquaginta annos typis Hispalensibus Hispanice editas, inveniebantur* Vita & miracula glorioſi Regis Don Ferdinandi, qui Hispalim recepit; *non tamen nisi ab Hispanis legi liber iste poterat; quin etiam Auctor, titulo* Glorioſi Regis *contentus, abstinebat elogio* Sancti, *licet veteri usu apud Historicos suæ gentis præscripto quin etiam exprobrabat Hispalensibus, quod* novum in Ferdinando Patronum adepti, cujus sanctitatem, intra tam breve tempus, Deus ac Dominus noster per tot miracula manifestavit, necdum pro eo canonizando supplicationem misissent.

*parum laboramibus olim pro eo Hispanis,*

3 *Hujusmodi improperium videbatur in omnes, non solum Hispalenses, sed etiam Hispanos tanto justius torqueri; quanto majoribus luculentioribusque beneficiis, si more humano res æstimentur, illos sibi obstrinxerat* Ferdinandus, *quam consobrinus suus* Ludovicus Francos. *Hic siquidem, pro Christi religione contra infideles certans in Oriente, non unum terræ pedem restituit Reipublicæ Christianæ, qui non fuerit amissus intra breve tempus, ipsomet adhuc vivente & vidente:* Ferdinandus *vero*

*licet magis ad id obligentis, quam Franci pro S. Ludovico.*

Sanctus, *sic expulit Mauros tota fere Bætica, per annos quingentos ab iis insessa, ut numquam in ejus possessionem redire potuerint. Avitum quoque ac paternum regnum ingentibus augens accessionibus, fidei etiam Christianæ cultum longe lateque propagavit, iis in partibus non amplius eradicandum: idque dum agit, & Barbarorum vires distinet atteritque, ceteris quoque Hispanicis Regibus facultatem præbuit paria agendi, adversus sibi conterminos Saracenos. Verum qui omnia momentis temporibusque suis prudenter disponit Deus,* Ludovico *censuit deproperandos Cœlitum honores legitimos, pro ea quam ipsi non dederat prosperorum successuum gloria in terris;* Ferdinando *autem tunc primum eos voluit auctoritate Pontificia asseros, quando bellorum felicius ab eo gestorum memoria, attrita per temporum vetustatem, segnius afficiebat oblivioſos meritorum præteritorum animos. Excitavit enim* Catholicorum Regum *atque* Capituli Hispalensis *studia, hujus, ut* Fundatori; *istorum, ut* Progenitori *suo eum peterent cultum in Ecclesia universali decerni, quem à tempore immemorabili recte eidem delatum in Hispalensi, tot tantisque Deus indies declarabat miraculis, quot fuerunt*

F

*Ferdinando nuper tali declarato,*

AUCTORE D. P.

*publicis Proceſsibus cognita & approbata. Exhinc ſanctius ac venerabilius haberi cœpit, non Hiſpanis ſolum, ſed exteris quoque nationibus pluribus,* Ferdinandi *nomen, cujus merita quo citius latiuſque pervulgarentur, perſuaderi mihi paſſus ſui, ut anno* MDCLXXXIV, *finerem ultimo Tomo Maji præcurrere ſeorſim eiuſdem Acta; eâdemque ratione ſatisfacerem curioſitati multorum, quibus tot voluminibus quot opus noſtrum de Sanctis complectitur complecteturque, aut legendis otium aut coëmendis commoditas deeſt; adeſt tamen non parva cupiditas penitius cognoſcendi, quid iſtud ſit operis, cujus molitioni jam pene ſexaginta annos impenſos audiunt, nec pauciores impendendos reſtare, priuſquam totus ſacer Annus, eo quo cœpit pede, decurrat ad finem, quinquaginta aut pluribus Tomis explicatus.*

*præanticipate Acta,*

4 *Etenim eâdem inveſtigandæ ac tenendæ antiquitatis curâ, eâdem methodo diſcutiendi ambigua & obſcura illuſtrandi, eâdem libertate ac ſinceritate diſcernendi falſa à veris, dubia à certis, qua hic tractantur* Sancti Regis Ferdinandi *Acta; deceſſores quoque mei* RR.PP. Joannes Bollandus & Godefridus Henſchenius *omnium* Sanctorum, quotquot toto orbe coluntur vel à Catholicis ſcriptoribus celebrantur, *res geſtas atque memorias, quæ quidem ad ſuam notitiam perveniſſent,* B *tractandas ſibi propoſuerunt ipſi, mihique continuandas reliquerunt. Eæ lucubrationes utinam vel legantur, eo quo ipſas ſcribimus animo, id eſt, à præjudiciis libero; vel legere omnia non valentes aut non volentes, ſibi ſinant perſuaderi, iſti quod tenent ſpecimini ſimilia eſſe cetera: quando, adverſus qualiacumque demum obloquia, ea optima defenſio eſt, quæ non inſinuatur verbis, ſed præſtatur operibus. Porro ex tali anticipandæ ſingularis editionis conſilio hæc quoque emerſit commoditas; quod, dum omnia per manus meas alienaſque tranſierunt ſæpius, prius quam ad principalem inter ipſa Maji Acta impreßionem veniretur; opus ipſum evaſerit variis in locis politius ornatiuſque, correctis etiam erratis nonnullis, quæ priorem diligentiam noſtram fugerant; vel nunc etiam me laterent, niſi ea didiciſſem amicâ ſuggeſtione Hiſpanorum eruditorum, & propiori rerum, locorum, ac perſonarum notitia imbutorum. Talium judicio cenſuraque doceri ſicut ſincere petii, ſic æſtimavi in partem felicitatis; ingenue profitens, non eſſe me ex eorum numero, qui gloriantur; quaſi primo conatu omnia dederint perfectißima; & iſtud Pilati videntur aſſumpſiſſe pro teſſera,* Quod ſcripſi, ſcripſi. Πάντα κατορθοῦν καὶ μηδὲν ἁμαρτάνειν Θεῶν ἐστι: Omnia quam rectiſſime facere, & in nullo deficere, Deorum eſt, *inquiebat ille,* non hominum. *Et libentius illud alterius Sapientis uſurpavero,* Γηράσκω ἀεὶ πολλῶν

*ut ſpecimen totius operis,*

Seneſco diſcens nonnihil quovis die.

*Si autem οἱ δευτέρως φροντίδες σοφωτέρως, ut vulgatâ inter Græcos paræmiâ dicitur, ad docendum, quod* ſecundæ *quæque* curæ ſapientiores *prioribus ſint: quanto magis tertiæ quartæque addent aliquid perfectionis operi cui fuerint impenſæ? Has autem etiam alibi à me impendi, impendendaſque deinceps, in poſtea conficiendis Actorum jam editorum Supplementis; & quidquid agnovero minus recte ſcriptum, me in iiſdem fideliter retractaturum; facilius putavi credendum, ſi iſti etiam peculiari tractatui, in ipſa prima editione, antequam ea plane abſolveretur, ſubjicerem* Appendicem addendorum, mutandorum, corrigendorum, *ſicut feci; & iſtic notata ſuis quæque locis jam addo, muto, corrigo, longe copioſius quam iſtic promiſi.*

*prodeunt multo correctiora.*

## §. II De vetuſtate nominis Ferdinandæi, ejuſque deinde claritate & etymologia ex veteri Gothica.

D

*Nunc recognita*

NVnc ut undiquaque notum habeas nomen, tot titulis venerabile; *invenio quod primus, qui Caſtellam cum dignitate Comitis tenuit, beneficio Garciæ Regis Legionenſis ſub finem ſeculi* IX, *dictus fuerit* Ferdinandus: *anteriorem vero nullum reperio in Hiſtoria Hiſpanica dignum nominari. Nam quod ad* S. Ferdinandum, Cajacenſem in Campania Epiſcopum, *pertinet,* XXVII *Iunii à nobis recolendum; nemo facile dicet quo ſeculo vixerit, licet ex Hiſpania adveniſſe in Italiam ſatis veroſimilis opinio habeat. Qui autem ex figmentis Higuera, inter veraces Hiſtoricos numquam abſque commiſeratione (nolim enim dicere, indignatione) nominandi: qui, inquam ex figmentis Higuera* Ferrandum, Diaconum Carthaginenſem in Africa *ſub annum* DXL, *attraxerunt Cartagenam in Hiſpania, ut deinde facerent Toletanum Archiepiſcopum,* XXXI *Maji inter Sanctos habendum, nec refutari quidem merentur. Verum tamen eſt, quod tempore* S. Ferdinandi Regis, *pro uno eodemque nomine accipiebantur* Ferdinandus *&* Ferrandus; *uti patet ex ſubſcriptionibus chartæ Regiæ, communicantis privilegia Fori Toletani Hiſpalenſi civitati, ſub quo leguntur* Ferrandus Gonſalvi *&* Munio Ferrandi; *atque ex Epiſtolis Honorii Papæ ſcriptis,* Ferrando Illuſtri Regi Caſtellæ; *quamvis hic nomen ſuum Latine non aliter quam* Ferdinandus *ſignaret; Hiſpanice autem* Fernando, *pro quo Italice fere ſcribitur* Ferrante. *His autem non obſtantibus cenſeo diverſißima eſſe nomina* Ferrandus *&* Ferdinandus, *uti ſunt* Ignatius *&* Ynecus; Theodorus *&* Theodoricus; Ignatius *ſcilicet à Latinis.* Theodorus *à Græcis inſtitutum; cum* Ynecus *&* Theodoricus *ſint Gothica, planeque aliam etymologiã habentia nomina. Et* Ferrandum *quidem dici cenſeo à Latino* Ferrare, *ſicut* Amandum *ab* Amare; *licet propter ſimilitudinem quamdam litterarum confundatur cum* Ferdinando, *pro eodemque accipiatur.* Ferdinandi *vero nomen judico, aut in Hiſpania primo compoſitum fuiſſe, aut illuc invectum, ab aliqua externa natione, alia quam fuerint Carthaginenſes Phœnicum propago ex Africa, vel Romani ex Italia advecti; atque adeo originem ſuam debere vel Gothis, in Septentrione exortis atque anno* CCCCXII *Hiſpaniam ingreſſis; vel Saracenis, quos in Gothorum exterminium eodem ſubmiſit Africa, ſub annum* DCCXIII.

5 *Nominis nullum indicium ante ſeculum* IX.

E

*à quo diverſa ſum plane Latinum Ferrandus.*

*licet vulgi acceptione confuſum cum Ferdinando.*

6 *Duplex ergo ex alterutra linguâ invenio duci nominis* Ferdinandæi *Etymon, utrumque auſpicatißimum. Primum ex Arabica Maurorum Hiſpanienſium lingua ſuggerit Carolus Macer, in additionibus ad Hierolexicon Dominici fratris ſui, docens,* Ferh-din-handu, *illa in lingua idem eſſe, quod,* Gaudium fidei habet ipſe, *vel,* Gaudium fidei apud eum; *quo neſcio quid aptius excogitari poßit ei, qui reſtituto in tot regnis* Fidei *Chriſtianæ cultu,* gaudium *percepturus erat, non ſolum in tempore, ſed etiam in æternitate, ipſumque toti Hiſpaniæ facturus commune. Sane Sarraceni, quamvis nihil minus teneant quam veram* fidem *aut* Dei legem, *utrâque tamen mirabiliter gloriantur, ſeque unos* Fidelium *appellatione cenſeri volunt; unde & Imperatorem ſuum appellant* Miramolinum, *quod integre ſcribendum eſſet* Amir-al-munim, *id eſt,* Imperator Fidelium. *Quin & in hujus noſtri ævi hiſtoria invenio* Fekhred-dinum *quemdam (quod* Gloria legis *interpretatur) qui totius regionis Carmelum inter & Damaſcum jacentis Dominus, plurima Turcis damna attulit in Syria, indeque Romam venit ad* Paulum V, *ac denique Conſtantinopoli plexus eſt capite anno* MDCXXXIII. *Verum quantumlibet iſtæc ab Arabibus*

*Onomatòpœia felix ex Arabica.*

A *Arabibus ſumpta* Ferdinandæi *Nominis derivatio, felicitèr adinventa, blandiatur ingenio, ad honorem Sancti Regis ex nomine ſuo quærendum propenſo, horret tamen animus ab ea ſuſcipienda. Vix enim induci poſſum ut credam, Hiſpanos Principes, germanam veterum Viſigothorum ſobolem, qui poſſeſſo per tria ſecula Hiſpaniarum imperio pulſi à Mauris, atque in montes Cantabriæ reducti, ibi antiquos mores fidemque ſervarunt; paulatimque invaleſcentes, cedentibus viciſſim Mauris, Callaicũ, Legionenſe, Navarræum atque Arragonium regna fundarunt, ac Maurorum odium quaſi cum materno lacte hauſerant: hos, inquam, Hiſpanos, credere non poſſum, adamaſſe nomen, aliunde ſumptum quam ex Gothica majorum ſuorum lingua; & quidem ex lingua non ſimpliciter aliena, ſed exoſiſſimæ ſibi gentis. Si poſſet ex Græca Latinave peti veroſimile etymon, deberemus eo eſſe contenti: has enim linguas non poterant Gothi magnopere faſtidire, poſtquam Chriſti fidem edocti à Græcis, ineunte ſeculo* IV; *aſt ſub Valente in Arianiſmum cum ſuis adhuc Gentilibus Regibus protracti, in veteri ſua ad Danubium ſede, errorem in Hiſpania depoſuerunt, docentibus eos ibidem Latinis Epiſcopis, S. Iſidoro & aliis. Nunc dum conſtat* Ferdinandi *nomen, nec Græca, nec Punica, nec etiam Latina originis eſſe; minus autem credibile videatur fluxiſſe à Mauris; reſtat ut ejus compoſitio & originalis ſignificatio à Gothis*

*verior ex Gothica majorum lingua,*

B *accerſatur.*

7 *Ad hujus porro inveſtigationis viam reperiendam, ſcire convenit,* Gothos *ſive* Gotthos, *vel à* Divinitate, *vel à* Bonitate, *ſua in lingua nomen ſibi fabricatos* (Got *enim &* Bonum *&* Deum *iis ſignificabat) proceßiſſe ex iis hodiernæ Sueciæ partibus, quæ uſque in præſentem diem interjecto lacu Wettera diviſæ,* Weſtrogothiæ *&* Oſtrogothiæ, *id eſt* Occidentalis *atque* Orientalis-Gothiæ *nomina retinent; quæ deinde nomina poſtmodum reſumpta apud Italos & Hiſpanos, his* Viſegothos, *iſtis* Oſtrogothos *dederunt; quatenus Italia Orientem, Hiſpania Occidentem reſpicere dicuntur, relatæ ad ſe invicem.* Gothi *ergo à Septentrione, per Balthicum mare, in eas tranſgreſſi provincias, quæ nunc cenſentur Pomerania, Miſnia, Bohemia, & Hungaria, ad Danubium denique ſedem fixerunt* (*ubi nunc Tranſilvani, Walachi & Moldavi incolunt*) *ibidem noti ſub Conſtantino Magno; ſub quo jam aliqua inter eos Eccleſia gentis miſit Epiſcopum, Patribus Nicænis adnumeratum. Huic ſuccedens aliquis ejuſdem nationis nomine* Ulfilas, *ſacros libros tranſtulit in Gothicam linguam, litteras pleraſque mutuatus à Græcis. Verum cum Principes Gothorum, etiam tunc Gentiles omnes, internecino odio diſſidere cœpiſſent armiſque confligere; pars debilior, Valentis Imperatoris Ariani auxilium demeritura, Chriſti legem amplecti ſpopondit, ſed qualis apud Imperatorem erat. Hæc itaque pars Cæſareis auxiliis facta validior, alteram quoque partem coëgit Arianiſmũ ſequi, non ſine multorum Martyrum glorioſa morte, de quibus à nobis inſtituitur ſermo ad* XXVI *Martii &* XII *Aprilis. Sic infecta univerſa Gothorum natio, dimiſſa habitatione Danubiana in Italiam Hiſpaniamque effudit ſeſe, illuc invehens Arianiſmum, una cum litteris, tum iis quas Ulfilas invenerat, quadamtenus Græcis; tum Runicis, quas è Suecia primitus advexerant; cumque originariâ Gothicâ linguâ, non ſic alteratâ, quin adhuc multam retinerent affinitatem ad eam, qua hodiedum Sueci Teutoneſque loquuntur. Patet hoc ex nominibus Gothicorum in Hiſpania Italiaque Regum ac Principum,* Athanarici, Alarici, Sigerici, Theodorici, Amalrici, Errici, Witerici, Roderici; Ataulfi, Aiſtulfi, Sigulfi, Sigenulfi; Athanagildi, Leovigildi; Traſemundi, Roſemundi, Veremundi; Kindaſwindi Regiſwindi; Ranemiri, Richemiri; Adalwaldi, Grimoaldi, Rodoaldi; Gundeberti, Cuniberti, Liutberti, Ragimberti; Aſprandi, Luitprandi, Hildebrandi; Garibaldi, Gondemari, Recaredi, Siſenandi, *pluriumque aliorum; quibus ſigillatim etymologiam aptare ex noſtris Septentrionalibus linguis haud eſſet difficile, itáque demonſtrare, quanta cum ratione poßit* Ferdinandi *nomen hac via indagari.*

*multum ſimili Sueco-rum linguæ,*

*ex quorum nunc regno olim progreſſi ad Danubium Gothi,*

C

*retinuerunt nomina Suecicis affinia*

AUCTORE D. P.

8 *Sed ne conjecturali dumtaxat ratiocinio niti videar, adducendum eſt aliquod veteris linguæ Gothicæ monumentum, ipſoque gentis in Hiſpanias ingreſſu antiquius. Eſt autem Euangeliorum traductio Gothica, per ſupra nominatum Epiſcopum Vlfilam tempore prædicti Valentis compoſita, & forſitan ab ipſo Imperatore ſcribi curata ac dono miſſa Fritigerni Regi, fœderato ſuo, ſuaque opera converſo,* dicam? *an perverſo. Imperialem certe majeſtatem præfert purpureus membranarum color, & ſplendor argenteus litterarum, elegantiâ prorſus exquiſitâ deſcriptarum: quas in ſcribendo prærogativas credibile eſt Orientis Imperatores uſurpaſſe, ſicut Sinarum Imperatores uſurpant minio imprimere libros, quod ceteri faciunt atramento, & in operculis eorumdem uti colore flavo. Codicem illum, neſcio quo caſu illatum in Sueciam, primam veterum Gothorum patriam, Regia nunc ſervat Bibliotheca, ſed pluſquam dimidia parte mutilum; & formatis ad ejus exemplum typis Gothicis, quidquid ejus ſuperfuit, in lucem dedit Henricus Iunius, Dordraci in Hollandia anno* MDCLXV, *cum accepto inde Gothicæ linguæ Gloſſario; utique futuro ampliori, ſi omnia quatuor Euangelia integra habuiſſet auctor, vel etiam Biblia veteris ac novi Teſtamenti omnia. Iſto in Gloſſario invenio* Fair (*quod Anglo-ſaxonum, Teutonum, & Belgarum mollioribus aliquantum dialectis* Far, Fer, *&* Ver *effertur*) *idem eſſe quod* Longe *ſive* Procul: Thein (*quod iiſdem Dialectis* Thin, Dein, Dyn *pronuntiatur*) Tuus, tua, tuum *redditur:* Handus *denique, aliis* Hand *vel* Hant, *ſignificat manum: atque ita* Fair-thein-handus *ac molliori effatu* Fer-din-andus *& contractim* Fernhandus *aut* Ferhandus, *propriiſſime eſſet,* Manus tua procul; *vel is* cujus manus, *id eſt,* potentia, robur, virtus longe ac procul valet, tenditur, *aut* ſentitur; *ſecundum iſtud Poëtæ,*

*explicanda ſicut & nomen Ferdinandi,*

E

*Manu procul valentem ſignificans,*

An neſcis longas Regibus eſſe manus?

9 *Longam certe* Ferdinandi *gemini,* Primi *ſcilicet ac* Tertii, *manum experti ſunt in bellis Mauri; quin & fama hujus, in Africam trajecturi, longius præcucurrerat, novum ei iſtic Imperium ſpondens, niſi placuiſſet Deo felicem victoriarum ejus curſum morte feliciori ſiſtere ætate media, & ad æterna beatitudinis bene meritam coronam Sanctum ſuum evocare. Non eadem fuit fortuna* Ferdinandi II: *Legione enim imperitans, & nullos circa ſe Mauros limitaneos habens, nec tamen valens ab armis quieſcere, manum ſuam extendit in Chriſtianos vicinos proximeque conſanguineos Principes; primum quidem in nepotem puerum* Alfonſum IX, *cujus pene totum regnum in ſuam redegit poteſtatem, ab eodem poſtea pubere feliciter expulſus è Caſtella; deinde, juſtiori longe titulo, contra novum ac primum Luſitaniæ Regem* Alfonſum, *ſocerum ſuum, & proavi ſui* Alfonſi *ſcilicet* VI *nepotem, quem prælio fudit, duxitque captivum. In eo autem quem* Catholicum *appellamus* Ferdinando V, (*nam* Quartus, *Sancti Regis Pronepos, in ipſo rerum contra Mauros gerendarum initio, occupatam ab iis* Alcaudetem *obſidens, mortem contraxit juvenis, anno* MCCCXII) *in Quinto, inquam* Ferdinando *Caroli V Imperatoris Avo, rurſum vim ſuæ ſignificationis exeruit Nomẽ: quando is omnes fere totius Hiſpaniæ provincias potentiſſima ſua manu complexus, cum utraq; Sicilia ac Balearicus inſulis, eamdem trans Atlanticum Oceanum porrexit in novum illum mundum, quem auſpiciis ejus Columbus invenit, ac porro demonſtrare perrexit Americus, &* Americam *dixit; ibi una cum Caſtellanis Arragoniiſque inſignibus* Crucem *plantans, cui tot barbaræ nationes paulatim ſubjicerentur. Ita in noſtro orbe grande jam olim* Ferdinandi *nomen, ultimis hiſce duobus ſeculis grandius etiam evaſit in altero: quod ſub tot glorioſiſſimorum* Ferdinandorum *Nepote* Carolo II *glorioſius etiam reddat is, à quo & in quo omnis vera magnitudo exordium habet, & finem accipit, ſeu potius ſine fine perennat.*

F

*& reapſe pluries impletum.*

*in Regibus ſic nuncupatis.*

AUCTORE D. P.

*Idem* Leopoldo I *Imperatori, trium* Ferdinandorum *Auſtriacorum Filio, Nepoti, Trinepoti, & per totidem gradus, quot noſter Hiſpanus Monarcha, Caſtellanos Legionenſeſque* Ferdinandos *attingenti, concedat; quantum iile in altero Orbe terrarum poßidet, à majoribus acquiſitarum Chriſtoque adductarum fere ſine armis ac ſanguine; tantum in hoc noſtro eripere Turcis cultuique reſtituere orthodoxo, Marte felici; fundituſque evertere, quod jam coram eo ruere cœpit Ottomannicum Imperium, Conſtantinopoli ipſiſque Hieroſolymis receptis.*

## §. III De antiquis Actorum hic dandorum ſcriptoribus: deque libro, qui fertur ætate Sancti ſub rupe inventus.

10 *Rodericus Toletanus & Lucas Tudenſis, coævi,*

I Idem *Mauri, qui nominatiſſimam ſub Romanis Imperatoribus ac Gothicis Regibus* Hiſpalim, *anno* DCCXIII *cum reliqua Batica, cujus ipſa Metropolis erat, redegerunt in poteſtatem; ſicut ſacra profanaque omnia ad ſuum conformarunt arbitrium, ita etiam nomen commutaverunt, & dixerunt* Seviliam; *quod eorum lingua* Domum opulentam ſeu divitiis abundantem *ſignificare, diſcimus ex deſcriptione Andaluziæ inſerta lib.* 17 *Atlantis ſeu Geographiæ Blavianæ. Hanc cum Mauris eripuiſſet anno* MCCXLVIII Rex Ferdinandus, *ſui nominis* Tertius, *cognomento* Sanctus, *reſumpta Latine ſcribentibus prior appellatio eſt, poſterior in uſu vulgi manſit. Mutatis civibus, non fuit mutata etiam fortuna urbis & opulentia: præ cunctis tamen divitiis ejus æſtimandus eſt ipſe, qui poſt reſtitutam in ea Chriſtianam Religionem, & dotatam munificentiſſime Eccleſiam, non ſolum Regni ſedem ibi elegit habere quoad poſtea vixit, ſed etiam ſepulcrum, pretioſiſſimus ipſe theſaurus urbis. Eo regnante, prius quam iſta fierent, floruerunt in Hiſpania nobiles duo ſcriptores,* Rodericus Ximenez, *Archiepiſcopus Toletanus in Caſtella, ab anno* MCCVIII *uſque ad* MCCXLV; *&* Lucas, Tudenſis *Diaconus, poſtea & Epiſcopus in Gallecia, uſque ad annum* MCCXL. *Primus novem ſuos de Rebus Hiſpaniæ libros perduxit ad annum* MCCXLIII; *ſecundus, cum adhuc Diaconus eſſet, mundi Chronicon contexuit uſque ad annum* MCCXXXVII. *Ex his* Rodericus, *eo majoris fidei cenſendus eſt, quo plurium rerum quas ſcribit teſtis certior, utpote Regia caſtra ſæpe ſecutus, & omnium Regni negotiorum particeps: nec tamen contemnendus ſecundus, cui magis propoſitum fuiſſe videtur ſancti Regis virtutes perſequi. Vtriuſque igitur contextum hic damus: &, pro iis qui utrique deficiunt annis, ſuum cuique addimus ſupplementum, ex antiquioribus, quæ nancisci potuimus, Hiſpanicis monumentis. Deficienti circa finem* Tudenſis *contextui (quem primo loco dare placet ſub titulo* Vitæ brevioris) *ſuccurret* Legenda *vetuſta, quam reperimus in libro* Flos-Sanctorum *dicto, editionis Hiſpalenſis anni* MDXXXII. Roderici *verba invariata, ex Francofurtenſi anni* MDCIII *editione deſumpta, inteximus Actis prolixioribus* Chronicæ, *in Codice Ms. Hiſpalenſis eccleſiæ Hiſpanice repertæ, & quatenus opus fuit Latine reddita, ſecundum editionem Valliſoletanam anni* MDLV, *ſumptam ex alia vetuſtiori, forſitan Hiſpalenſi, anni* MDXV, *uti apparet ex Prologo.*

B

C *ſupplentur ex Veteri legenda & vetuſtiori Chronica:*

12 Legendam *iſtam tempore Catholicorum Regum* Ferdinandi & Iſabellæ, *adeoque ante finem ſeculi* XV *aut initio ſequentis compoſitam eſſe, colligitur ex Miraculo* XI, *ibidem relato.* Chronica *multo antiquior eſt, & tantum non à coævo Auctore conſcripta; quod intelligitur, non ſolum quia ſic conſequenter ſcriptæ fuerunt Chronicæ Regum ſubſequentium*, Alfonſi Sapientis, Sancii IV, Ferdinandi IV, Alfonſi XI *(quarum poſteriores duas etiam habemus, impreſſas iiſdem typis circa annum* MDL, *alias duas vehementer optamus nanciſci) ſed etiam, quia* Alfonſus Sapiens *ſcripſit ipſe, aut nomine ſuo ſcribendam curavit, vulgari gentis lingua,* Chronicam Hiſpaniæ generalem, *quæ ſimiliter dicitur impreſſa haberi anno* MDLI, *& à nobis æque deſideratur. Etenim ex variis locis utriuſque* Chronicæ, *inter ſe collatis ab Alfonſo Morgado, infra laudando, manifeſte appareret, iiſdem fere verbis* Chronicam *utramque procedere, ita ut unam ex altera ſumptam eſſe oporteat; utra, non facile diſcrevero, cui altera tantum ad manum eſt. Chriſtophorus Bagnez de Salcedo, Particularem ex Generali atque ex Roderico Toletano compilatam, cenſet. Præterea cum in Chronica Ferdinandæa Cap.* 74 *agitur de Mezquita majori Maurorum, poſt captam Hiſpalim in eccleſiam Cathedralem, ſub titulo S. Mariæ, juſſu* Regis Sancti *converſa, & Cap.* 78 *de ejuſdem ibidem ſepultura; nulla omnino fit mentio, aut novæ eccleſiæ, auguſtiori qua nunc conſpicitur fabricâ conſtrui cœptæ; aut corporis tali occaſione tranſlati ad aliud veteris Mezquitæ ſacellum, novæ eccleſiæ contiguum. Atqui Morgadus ſcribit, haud multis poſt* Sancti *mortem annis ea de re cogitari cœptum; Spinoſa vero expreſſe aſſerit, ſub Rege Sancio*, Sancti *nepote, qui anno* MCCXCV *ceßit è vivis, datum fuiſſe operi auguſtiſſimo initium. Quibus poſitis ſuperfluum eſt loqui de quatuor inauratis ſphæris, ſupra turrim eccleſiæ olim lucentibus, quæ deſcribuntur num.* 114, *velut tum cum Chronica componeretur adhuc ſtantes; licet conſtet ex Morgado, quod anno* MCCCXCIV, *terræmotu excuſſæ aut ſaltem comminutæque fuerint, nec repoſitæ amplius. Addiderim tamen, quod ſi revera tam antiqua eſt hæc Chronica, oporteat eam tranſcribendo fuiſſe nonnullis locis interpolatam vitiatamque, quemadmodum in Annotatis obſervamus. Item obſervo, editionis antiquæ auctorem* Sebaſtianum Martinez, *in Proœmio ad lectorem, proteſtari, quod fideliter inhæſerit verbis Ms. Codicis; niſi quod aliqua, uſu omnino obſoleta, mutanda putaverit in alia tunc uſitatiora; quod in Chronicis* Ferdinandi IV & Alfonſi XI *factum ab eo non legimus.*

D

E

*ſub ejuſdem nepote Sancio ſcripta videtur.*

13 *Poſt* Toletanum *atque* Tudenſem, *inter Scriptores Latinos de* S. Ferdinando, *tertius nominandus venit* Alfonſus à Cartagena, *ex Epiſcopo Zamorenſi poſt annum* MCCCCXII *uſque ad* XXXIV *Burgenſis Antiſtes, in Rerum Hiſpanicarum Anacephalæoſi cap.* 83, *ubi more ſuo, ut ceterorum Regum, ſic etiam hujus imaginem proponens*, Depingitur, *inquit*, Fernandus armatus in equo, prope civitatem Sevillam, quodam Arabe dante ei claves: quia civitas illa, per longam & ſtrictam obſidionem ab eo afflicta, in deditionem ejus devenit. *Tacet de diademate & titulo* Sancti: *ſed ſimiliter de utroque tacuit capite* 26, *agens de* S. Hermenigildo. *Quartus inter Latinos venit* Rodericus Sancius, *poſt Ovetenſem & Zamorrenſem Epiſcopatus adminiſtratos, factus penultimo vitæ anno, Chriſti* MCCCCLXX, *Palentinus Epiſcopus, neſcio cur apud Baronium & in Summario ſæpius dictus Gerundenſis: qui Hiſtoriam Hiſpanicam partibus quatuor deduxit. Hic parte* 3 *cap.* 40 *ait, quod* nullus ante eum *(ſcilicet Ferdinandum)* bellis felicior aut in pace moderatior fuit. *Et hoc ipſum ex præcedenti capite egregie probari poteſt, ubi legitur, quod* interrogatus, cur longe plus regni fines auxiſſet quam multi ejus progenitores, quippe qui recuperavit quod illi perdiderunt; reſpondiſſe fertur verbum, ſuo auctore & ſempiterna commemoratione dignum: Patres, inquit, mei fortaſſis animo gerebant principatum terrenum exaltare potius, quam fidem plantare; augere ſibi populum multum, ſed non ſtabilire divinum cultum: quare decepti ſunt in adinventionibus ſuis. Itaque ad cælum oculos vertens, Tu Domine, qui ſcis corda & renes hominum, noſti, quia non meam, ſed tuam gloriam quæro; non tam caducorum regnorum, quam fidei tuæ Chriſtianæque religionis augmentum deſidero. *Ita ille, qui locus in Summario Proceſſuum tribuitur* Michaeli *Mauclero, veluti inſertus ejus libro, de*

F

*hæc ſub Alfonſo ſancti Regis filio,*

*Imago ex Alfonſo Zamorenſi.*

*Elogium ex Roderico Palentino:*

A *de utriuſque Monarchia ſacro fœdere: ſed hic Germanus ſcriptor recentior eſt, atque Palentinum tranſcripſit: ignota autem nobis ſunt* Annalia Hiſpanica, *allegata à prædicto Roderico Sancio;* & Martinus Cuſentinus, *ex quo idem ſe dicit accepiſſe quod ſequitur.*

*Prophetia de eo ex Martino Cuſentino,*

14 Hujus glorioſi Regis tempore, quoddam mirabile, ad noſtræ Catholicæ fidei exaltationem, acciditſſe fertur. Nam (ut Martinus Cuſentinus ſcribit) cum apud Toletum quidam Judęus, gratia ampliandi vineam ſuam, rupem comminuiſſet; in medio ſaxi concavitas reperta eſt, ubi liber erat folia lignea habens, deſcriptus tribus linguis, Hebræis, Græcis, & Latinis; ſcriptura vero quaſi unius pſalterii videbatur. Hic liber de triplici mundo diſſerebat, ab Abraham uſque ad Antichriſtum; Principium vero tertii libri ita incipiebat, à Chriſto ſic exordiens: In tertio mundo filius Dei naſcetur in mundo ex virgine Maria, patieturque pro ſalute hominum. Quod cum Judæus conſpiceret, ſtatim cum familia ſua ſacro fonte renatus eſt. In fine itaque libri dicebatur, quod tempore Fernandi Regis inveniri debebat, [propietates hominum uniuſcujuſque mundi exprimendo.] *Eadem leguntur in Chronico* Nicolai Trivetti *Dominicani, ſub annum* MCCCVII *ſcripto in Anglia, inſertoque Spicilegiis Acherianis tom.* 8, *quaſi acciderint anno* MCCL, *& interſeruntur verba inter* [ ] *relata.*

B *non videtur majoris eſſe fidei,*

*Multum autem ab Hiſpanis recentioribus iſta ponderantur, uti etiam in Summario Proceſſuum num.* 17, *tamquam ſingulare opus Providentiæ divinæ, famuli ſui nomen, quinque minimum ſeculis prius quam naſceretur, revelantis ei, qui ipſum librum ibi abſcondiſſe præſumitur ſub ingreſſum Maurorum in Hiſpaniam. Verum, ut ingenue fatear, dum conſidero, in illo tam mirabiliter, ut prætenditur, invento libro, velut auctoris Chriſto prioris, nihil repertum ob quod mereretur ad notitiam poſterorum tranſmitti, niſi iſtum de Meßia naſcituro locum, & notam temporis quo eſſet reperiendus; vehementer metuo, ne* S. Ferdinandi *ævo liber iſte fuerit primum abditus, & mox erutus à Iudæo, aliud quam par eſt lucrum per Baptiſmi ſuſceptionem captante, atque ita tota res mera fabula ſit.*

*quam tabulæ librique prope Granatam reperti,*

15 *Certe ſimili fraude defoſſæ, & ſeculo ſuperiori exeunte refoſſa fuerunt,* in cavernis cujuſdam montis prope civitatem Granatenſem, laminæ quædam plumbeæ atque membranæ, Arabico ſermone atque characterе exaratæ, in quibus, ex Arabico in Latinum ſermonem fideliter verſis, repertum eſt contineri libros infra ſcriptos:

C Liber fundamentorum fidei.
Liber de eſſentia veneranda.
Liber ordinationis Miſſæ Jacobi Apoſtoli.
Oratio & defenſivum Jacobi, filii Samechi Zebedæi, Apoſtoli, ad omnes adverſitates.
Liber beatiſſimi Apoſtoli Jacobi, filii Samechi Zebedæi, de prædicatione Apoſtolorum.
Planctus Petri, Apoſtoli Vicarii.
Liber rerum præclare geſtarum D. N. Jeſu, & miraculorum ejus, & matris ejus Mariæ ſanctæ Virginis.
Liber hiſtoriæ certificationis Euangelii.
Liber donorum præmii.
Liber myſteriorum magnorum.
Liber colloquii S. Mariæ Virginis.
Liber ſententiarum circa fidem.
Liber hiſtoriæ ſigilli Salomonis.

*ſub titulo S. Iacobi ac diſcipulorum ejus,*

Liber aſſequibilium divinæ potentiæ.
De natura Angeli & ejus potentia.
Liber relationis doni domus pacis, & tormenti domus vindictæ.
Liber rerum præclare geſtarum Jacobi Apoſtoli, & miraculorum ejus.

Pars ſecunda libri rerum præclare geſtarum Jacobi Apoſtoli. AUCTORE D. P.

*Qui quidem libri, ad Apoſtolicæ Sedis judicium pridem delati, atque anno* MDCXLI *ſevere prohibiti legi, explicari, aut defendi, anno denique* MDCLXXXII *abſolute condemnati fuerunt; ut qui* falſo tribuantur beatiſſimæ virgini Mariæ, & ſancto Apoſtolo Jacobo Majori, aut ipſo dictante ejus diſcipulis Theſiphonti & Cæcilio; imo ſint pura figmenta humana, in perniciem Catholicæ fidei compoſita; & reſpective contineant hæreſes atque errores, ab Eccleſia Catholica damnatos; ac adverſentur litteræ ſacræ Scripturæ, & expoſitioni ſanctorum Patrum, & uſui Eccleſiæ; quin etiam plura redoleant Mahometiſmum, nec parum inducere videantur fideles ad ſectam Mahometi, è cujus Alcorano, & aliis Mahometanorum impuriſſimis libris, non modicâ illorum pars agnoſcitur tranſcripta. *& merito damnati;*

16 *Simili etiam fraude,* Proſpero *cuidam* Auguri Fęſulano, *qui temporibus Syllanis ac Tullianis vixerit, adſcripta ſunt* Etruſcarum Antiquitatum fragmenta, quibus urbis Romæ aliarumque gentium primordia, mores & res geſtæ indicantur, à Curtio Inghiramio reperta Scornelli prope Vulterram *& (ſicut falſo prætenditur) impreſſa* Francofurti anno ſalutis MDCXXXVII, Etruſco vero MMMMCCCCXCV. *Interim editionem conſtat factam eſſe Florentiæ; omniaq; eo libro contenta eſſe commentitia, non dicunt, ſed clamant, ſermo non ſat Latinus, Græcæ linguæ inſcitia, autographi ipſius characteres diſpares vetuſtis temporibus, aliaque plurima argumenta, ab eruditis viris,* Paganino Gaudentio *& Leone* Allatio *expenſa abunde: qui etiam verum auctorem deprehenderunt demonſtraruntque, Thomam quemdam Fœdrum; ex prædicti Ingeramii familia hominem, ſua ætate inter eruditiſſimos æſtimatum; ſed cui (ad majorem Etruſcæ genti gloriam, ac præcipue Volaterranis, conciliandam) lubuit multum operæ atque induſtriæ collocare, in iſtis ad quamdam ſummæ vetuſtatis ſpeciem comminiſcendis, & vario deſuper obducto operimento ſic muniendis, ut durare ſub terra quantumcumque multis ſeculis incorrupta potuiſſe, veroſimile videretur. Similis farinæ commentis ſcatere judicatur* hiſtoria Suevorum, *cum* Vita cujuſdam Joannis Calá, *ut Beati edita Neapoli anno* MDCLX, *ideoque ſeveriſſimo judicio reprobata.* E *aut antiquitates Etruſcæ erutæ Scornelli.*

*Res quidem iſta non caret exemplo:*

*Iſta autem aliaque ſimilia monent, caute procedere circa ejuſmodi ſubterranea inventa; ne ad probationem hiſtoricam facile recipiantur, niſi cum certius aliunde cognitis probe conſentiant. Equidem Sancti Regis honori faveo vehementer; nec in eo quod nomen ipſius tot ſeculis antea alicui fuerit divinitus revelatum, quidquam abſurditatis video; nec omnino res caret exemplo. Etenim S. Theophanes, in ſua Chronographia ad* I *annum Conſtantini &* F *Irenes (qui fuit Chriſti* DCCCLXXX *ipſiuſque ſcriptoris, ſicut ad* XII *Martii ante Vitam oſtendi, annus* XXXI *ætatis) narrat quomodo* ſub idem tempus quidam ad longos Thraciæ muros fodiens, tumulum offendit, qua terra & pulvere mundato atque recluſo, virum intus jacentem, litteraſque urnæ inſculptas in hanc ſententiam invenerunt. Chriſtus naſcetur ex Maria virgine, & credo in eum. Sub Conſtantino & Irene, ô ſol! iterum me videbis. *Verum hoc inter iſtum, & alterum caſum intereſt; quod inſcriptio illa urnæ Græcanicæ, ſola inventa, nulli alteri rei fidem fecit, quam quod corpus iſtud ibi jacuerit ante Chriſtum natum: principium autem iſtud tertii, quem Iudæus invenit, libri, ſi apud eos ad quos deferri par fuerat Epiſcopos, viros eruditos & prudentes, fidem invenit; fidem etiam facere debuit ipſi libro, tamquam mente divinitus illuſtrata ſcripto; quem proinde opoſtuiſſet tum ſtudioſe ſervari, tum à multis legi diligenter, & (quod conſequens eſt) variis occaſionibus allegari ab iis qui legiſſent. Dum autem nihil horum invenimus factum, cogor ſuſpicari, quod prædicti*

*ſed ſuſpecta ſit per libri veroſimiliter malis ſuppreſſionem.*

AUCTORE D. P. *Episcopi, lecto libro judicaverint nihil aliud in eo contineri quam Iudaicas impostura & Rabbinicas fabulas, recentius conflictas, quibus auctor suus fidem intenderit facere imitatione illius Byzantini passim vulgati vaticinii; ideoque istic defoderit, ubi cito sciebat inveniendum: quod tamen inventori (si non ipse librum defodit) causa fuerit salutis; sicut aliquando ex falso miraculo sequi potest vera conversio; & per suppositi tiam Reliquiam, propter fidem credentis, fieri verum miraculū Quare, ut de libro præfato, sic & de pretensa ejus vetustate, judicium pergo suspensum tenere: non tamen culpo eum, qui simpliciter credere rem maluerit, quam scrupulosius examinare.*

## §. IV Berengariæ matris primogenitura præ Blanca S. Ludovici matre, in eaque fundatum jus potius Ferdinandi ad regnum Castellæ, auctoritate & ratiocinio Chronologico confirmatum.

17 *Mater Berengaria an primogenita Alfonsi fuerit,*

FErdinandum *Regem divinitus concessum Hispanis fuisse, ut posimus credere, nihil opus est præsagio quod ante Christum scripsisse aliquis & defodisse prætenditur. Satis clare id demonstrant armorum ejus contra Mauros successus, quibus fidem simul & regnum amplificavit; nec non vitæ sanctitas, qua cælestes honores apud posteros meruit; felicior in uno, in altero similis consobrino suo,* Ludovico IX *Franciæ Regi, qui gerendis contra Saracenos armis* Sancti *quoque nomen & cultum promeruit. Etenim duo hi sanctissimi Reges, duarum sororum* Berengariæ *&* Blancæ, *ab* Adelfonso IX. *Castellæ Rege progenitarum, filii fuerunt; suisque moribus simillimis demonstrarunt, similem prorsus educationem se hausisse, ex simillimæ virtutis genitricibus: quas inter earumque filios nulla scitur fuisse de regno contentio. Nata ea primum sub nepotibus est; qua partium jura sic fuerunt confusa, ut nunc etiam dubitetur, an Castella proximiori successionis jure ad* Ferdinandum, *an ad* Ludovicum *pertinuerit; quia dubitatur, utra ex matribus prior nata sit. Quin etiam tres magni nominis scriptores Hispani, Garibayus, Mariana, & Zurita, licet successionem* Ferdinandi *ut justam tueantur, scrupulo sibi nulli ducunt* Blancam *majorem natu agnoscere. Præivit illis quidam Historiarum, seu potius Exemplorum compilator, qui Valerium Maximum sequendum proponens, Valerii nomen libro suo indidit, eumque vulgavit sub nomine Ferdinandi Perez de Gusman; putatur tamen fuisse Archipresbyter Burgensis Didacus Perez de Almella, tempore Alfonsi de Cartagena Episcopi post annum* MCCCCL; *adeo parum de rei veritate instructus, ut ex præterito* Blancæ *jure gravia bella extitisse dicat inter Sanctos Reges: quæ est Chimæra, utriusque gentis historicis prorsus ignota: cum econtrario prima* S. Ferdinandi *uxor per Franciam honorifice deducta sit, secunda petita ex ipsamet Francia. Mariana postea errorem correxit in Catalogo Comitum & Regum Castellæ: ut autem non correxisset, ipsi & cunctis idem sentientibus obstaret gravissima duorum coævorum scriptorum auctoritas, prænominatorum scilicet Lucæ Tudensis & Roderici Toletani; qui rem adeo recentis memoriæ & coram oculis suis versatam, nec ignorasse potuerunt, nec sperare quod sponte mentiendo obscuram eam ac dubitabilem posteris facerent. Spondanus quidem in Continuatione Annalium non veretur scribere ad an.* 1217 *num.* 12, *ab eis* magis ex studio partium, quam ex fide positum esse, *quod* Berengaria primogenita *fuerit. Sed quam vehementi partium studio Spondanus ipse subinde abripiatur, satis sciunt Franci. Quantumcumque tamen in hoc excesserit, numquam credam ipsi sat frontis futurum fuisse, si forte ejus ætate contra* Ludovicum XIII *Regem prævaluisset factio Procerum,* Gastoni *ejus fratri Reginæque Matri* Mariæ de Medices *adhærentium, ut auderet comminisci, non* Ludovicum, *sed* Gastonem, *fuisse* Henrici IV *primogenitum, mendacio ne quidem ipsis factiosis tolerabili futuro. Quare nec velim sanctissimis duobus Hispaniæ Antistitibus tam impudentis fictionis crimen impingi; sed quando alia deessent omnia ad ipsos justificandos argumenta; mallem credere, eorum libros fuisse audacium interpolatorum manibus adulteratos, diu post mortem ipsorum: sicut necessario cogimur fateri Roderici Palentini scriptis accidisse, ne de eadem re scripsisse contradictoria arguatur.* D

18 Castellæ Nobiles, *inquit Tudensis,* Regnum Berengariæ Reginæ tradiderunt, eo quod erat primogenita Adelfonsi. *Toletanus vero, postquam lib. 7 cap. 24 dixisset, quod Adelfonsus Castellæ Rex* Conrado, filio Imperatoris Frederici, *quem cingulo militari accinxerat,* filiam suam primogenitam Berengariam desponsavit: *lib. 9 cap. 5 de* S. Ferdinandi *successione acturus, scribit, quod* Magnates & Milites Castellani, communi consensu, Regnum Castellæ fidelitate debita nobili Reginæ, *scilicet Berengariæ,* detulerunt; *moxque addit*: Ipsi enim, decedentibus filiis, cum esset inter filias primogenita, regni successio debebatur, & hoc ipsum patris privilegio probabatur, quod in armario Burgensis Ecclesiæ servabatur: & etiam totum Regnum, antequam Rex haberet filium, bis juramento & hominio hoc firmarat. *Possetne tanta esse impudentia cujusquam ne dicam Antistitis forsan octogenarii, & prima in Regno auctoritate conspicui, quæ intra quatuor lineas totidem comminisceretur mendacia, omnium qui tunc in Castella vivebant manibus palpanda?* Toletano *&* Tudensi *manifesto inhæret* Rodericus Palentinus, *parte 3, cap. 30 sic loquens*: Ferdinandus in regno Castellæ successit, ex D. Berengaria, filia primogenita inclitissimi Regis Castellæ, sine liberis masculis decedentis (*quatenus scilicet puer* Henricus, *patri solum biennio superstes, non censetur nisi sub tutela regnasse*) itáque regnum Castellæ dictæ D. Berengariæ naturali optimoque jure debebatur. *Fieri non potest ut hac legerit Spondanus, & tam asseveranter* (*uti facit loco prænemorato*) *asseruerit, Palentinum in contraria prorsus stare sententia. Malim opinari, alienæ, nec bonæ fidei temere ipsum credidisse, quod aliud hac de re nihil apud Palentinum legeretur, quam verba quæ inveniuntur parte 4 capiti 4 addita, ad persuadendum, quod* Ludovicus *fuerit* filius D. Blancæ, primogenitæ Alfonsi; *econtra vero* Ferdinandus filius Berenguelæ, filiæ secundo natæ Alfonsi prædicti. *Vnius ejusdemque auctoris esse nequeunt duæ tam ex diametro contrariæ sententiæ: oportet igitur ut locus alteruter spurius sit & adulterinus.. Hoc autem de posteriori suadet nomen* Beringuelæ, *ex vulgari recentiorique usu scriptum præter morem Palentini, toto historiæ suæ decursu sæpius & constanter* Berengariam *scribentis. Adde quod prior assertio medio in contextu reperiatur, loco omnino suo, ubi non ita facile est per additiones auctorem aliquem vitiari: posterior vero extra contextum in fine capitis positus est; ac verosimiliter ab aliquo Francicarum partium studioso solum adscriptus margini, deinde per librarii socordiam textui ipsi adjunctus, vel in aliquo ejus Ms. vel saltem in vulgata impressione.* *Tudensis & Toletanus.* E *item Roder. Palentinus uno loco.* *licet alio loco vitiatus,* F

19 *Verum quid scriptoribus Hispanis inhæreo, & excipienti contra eos Spondano, tamquam domesticis testibus, cesso os obtundere, testimonio scriptoris Franci, ejusdemque* S. Ferdinando *coævi, Alberici, inquam, Monachi Trium-fontium in Catalaunensi diœcesi, qui Chronicon suum, vivente adhuc Sancto Rege utroque, finit cum anno* MCCXLII? *Extat Chronicon illud Ms. in pluribus Galliæ Bibliothecis; quare, licet ipsum non habeam, nec habere facile possim, deperdito exemplari quo hic Antverpiæ plurimum usus fuit Christophorus Butkens, non dubitaverim verba ejus accipere ex Vindiciis Hispanicis Ioannis Iacobi Chifletii pag. 176, quando hac in parte nemo* *ac denique Albericus, Francus & coævus utriq; Regi,*

B *dubitant recentiores, etiam Hispani:* C *asserunt coævi,*

A *nemo adverſariorum ejus, acrium edepol & eruditorum, atque in manibus Chronici verba habentium, præſumpſerit eum hac in parte arguere textus perperam allegati. Verba Alberici de* parvo Alfonſo *S. Ferdinandi ave quia puer regnare cœpit, ita ſonant:* Hic itaque Rex parvus, de ſorore Regis Angliæ Richardi (quæ dicta eſt Alienor, & fuit etiam ſoror ex alia parte Comitiſſæ Mariæ Campanienſis, genuit HENRICUM, qui juvenis obiit, & quinque ſorores illius. Prima dicta eſt BERENGARIA, quæ Regi Legionenſi id eſt Galleciæ peperit Fernandum, ſucceſſorem Regis parvi (*Henrici*) in Caſtella & Toleto, & fratrem illius, & illam quam Rex Jeruſalem Joannes in uxorem noviſſime accepit. Secunda fuit URRACA, Regina Portugalliæ; tertia fuit BLANCA, Regina Franciæ: ALIENOR dicta eſt quarta, Aragonum; quinta CONSTANTIA, monialis. *Hoc teſtimonio undequaque irrefragabili aliiſque prænemoratis nixus* Chiffletius, *fidenter ſententiam pro Berengaria dicit; & Sammarthanis, Procerum Hiſpaniæ litteras in contrarium allegantibus, apte reſpondet, quod ille* litteræ Blancam primogenitam fuiſſe non probant; ſolumque teſtes ſunt turbarum, quas in Berengariam natu majorem viri Principes excitabant, & quibus fovendis, obducta juris falſa ſpecie, Francos vocabant; qui tamen vanis ſcriptionibus audientes non fuere. *Sunt autem* litteræ *iſtæ omnino* novem, ejuſdem tenoris omnes, ad Ludovicum VIII ejuſque uxorem Blancam, &, ſervantur, *inquiunt iidem Sammarthani, in Hiſtoria domus Franciæ lib. 13. pag.* 535 in theſauro titulorum Franciæ, armario Caſtella inſcripto, titulo 1. *Vtinam etiam ipſarum tenorem nobis protuliſſent! Interim Francorum fidei volo credere, quod litteris illis prædicti Proceres* filium ipſorum *Ludovici & Blancæ, Regem ſuum eſſe declarent; eumque ad ſe mitti petant, eo quod* Alfonſus *Blancæ pater teſtamento ſuo voluiſſet* Henrico *filio, abſque liberis maſculis decedente, ſuccedere jure hereditario filios* Blancæ.

*aſſerens Blancam ſolum tertiam filiarum fuiſſe.*

B *Neque obſtant epiſtolæ Procerum rebellium,*

20 *Sed hoc, ſi non fuit* Alvari Comitis *& factioſorum illi adhærentium figmentum (nec enim ipſius teſtamenti id jubentis exemplar miſerunt, ſed videntur voluntatem verbis ſolis indicatam prætendiſſe) hoc, inquam, ſi vere ſcriptum eſt, ut ſummum probaret* Alfonſum, *irritam feciſſe voluntatem primam, publico inſtrumento duplicique homagio ante annos circiter triginta confirmatam, ut ſcribit Toletanus. Hoc autem feciſſe potuit veluti jure ſuo utens, ne Caſtellæ Regnum devolveretur ad* Ferdinandum, *Legionenſis regni natum deſignatumque ſucceſſorem, adhuc ſub patris arbitrio conſtitutum; néve victoribus ſæpius Caſtellanis dominarentur Legionenſes, ab ipſo victi alias ſemperque infenſi: ſicut ex eadem cauſa* Alfonſus Legionenſis, *adverſus eumdem* Ferdinandum *filium ſuum, jam Caſtellæ Regem, filiabus ex priore thoro natis regnum legavit, nolens illud ſubjici Caſtellanis: quod æque ſucceſſu caruit, ſicut æque injuſtum fuit. Vtrumque tamen utrique* Alfonſo *tam potuit juſtum videri, quam poſtea utriuſque ex* S. Ferdinando *nepos ac pronepos* Alfonſus X *juſtum eſſe putavit, exheredato filio ſuo* Sancio, *ſubſtituere ex filio* Ferdinando *præmortuo &* Blanca *S. Ludovici filia nepotes. Hæc autem diſpoſitio* Alfonſi X *vera & unica fuiſſe videtur cauſa & origo diſſidiorum, inter Franciæ Regem* Philippum *Blancæ iſtius fratrem & prædictum* Sancium, *non obſtante ejuſmodi patris voluntate receptum à Caſtellanis. Factum id eſt anno* MCCLXXXIV: *cumque de eorum juribus diſceptaretur, & primogenituræ titulus in* Ferdinando, *Blancæ junioris marito, prætenderetur à Francis in favorem ſuperſtitum filiorum, tamquam patrem repræſentantium; Caſtellani vero ex adverſo arguerent, ab eo qui ipſe numquam Rex fuerat, non potuiſſe jus regnandi tradi, ſuperſtite vero ac immediato Regis demortui filio; nihil facilius fuit, quam ut poſterioris ætatis ſcriptor quiſpiam*

C *fruſtra, ſi non & falſo prætexentium ultimam voluntatem Alphonſi.*

*exterus (qualis* Ptolomæus Lucenſis *fuit, qui ſeculo* XIV *floruit in Italia) incerti rumoris arriperet aliquid, inter ſimilia* Blancarum, Ferdinandorum, & Alfonſorum *nomina palpabundus. Quod autem Ptolomæus iſte Lucenſis, tam in excuſis Annalibus ad annum* MCCXIV, *quam in Hiſtoria Eccleſ. Ms. lib. 21 cap. 15 & 16, ſic erraſſe potuerit, nec ſolum* Berengariã *Seniorem facere* Blancam, *ſed etiam graviori memoriæ lapſu in præcitata Ms. Hiſtoria dicere,* in pactis *matrimonialibus additum fuiſſe,* quod ſi moreretur Rex ſine herede maſculo, Blanca in regno ſuccederet: *quod, inquam ſic erraſſe potuerit Ptolomæus, nemo mirabitur, qui intelliget quomodo* XIX *Maji, in Sylloge hiſtorica de S. Petro Cæleſtino num.* 22, *viderimus eum in aſſignando mortis anno, ad totos novem annos potuiſſe decipi, tunc, cum res in Italiâ agebatur, viventem ac ſcribentẽ; alibi tamen fortaſſe degentem primis ſex vel ſeptem annis ſucceſſoris Bonifacii; & ſic deceptum vano aliquo rumore, inde nato, quod Bonifacium non eſſe verum Pontifiſem ſeditioſi aliqui ſuadere nitebantur, utpote viventi Cæleſtino ſuperinductum.*

AUCTORE D. P.

21 *Relatis expenſiſque auctoritatibus, quibus nituntur quotquot primogenituræ prærogativam* Berengariæ *aſſertam vel ademptam nunc volunt, ſi porro Chronologicas rationes velis conſulere, omnes invenies pro* Berengaria *contra* Blancam *ſtare. De* Berengaria *leges apud Toletanum lib. 7 cap. 23, quod* in eadem Curia (Carionis *ſcilicet, in qua Aldefonſus Rex Legionenſis, ab Aldefonſo Rege Caſtellæ* accinctus cingulo militari, manum ejus fuit in plena Curia oſculatus) *idem* Nobilis Rex Caſtellæ, Conradum, filium Frederici Imperatoris Romani, accinxit ſimiliter cingulo militari, & ei filiam ſuam primogenitam Berengariam deſponſavit. Sed ipſo Conrado in Teutoniam revertente, prædicta Domicella deſponſationi continuo contradixit, & per Gondiſalvum Toletanum Primatem, & Gregorium Cardinalem Apoſtolicæ Sedis Legatum divortio celebrato, puella Berengaria manſit innupta. *Quo præciſe tempore facta hæc ſint tacente Roderico, incerta divinaremus conjectura; & quantum quidem ex illo eſt, dicere aliud non poſſemus, quam* circa principium regni *Legionenſis, ab Aldefonſo initi, rem contigiſſe: cœpit autem is mortuo patre Ferdinando, de quo Rodericus lib. 7 cap. 23 ait,* quod annis triginta uno in regno conſummatis obiit, Æra milleſima ducenteſima [decima] octava, *ubi typographico ſphalmate omiſſum denarium recte ſuppleri, ut habeatur annus Chriſti* MCLXXX, *tota præcedens hiſtoria loquitur. Hinc autem ſequeretur* Berengariam *(quæ proximis abhinc annis eam habuiſſet ætatem, ut deſponſationi ſuæ valide potuerit contradicere) natam fuiſſe non diu poſt patris Aldefonſi Caſtellani matrimonium, anno* MCLXX *cum Alienora Anglica contractum:* Principium *tamen* regni, *quod Alfonſus Legionenſis totis quinquaginta annis tenuit, laxius ſumptum, poſſet etiam ad integrum decennium extendi, intra quod* à Conſobrino ſuo Aldephonſo Rege Caſtellæ & Sancio Rege Portugalliæ infeſtatus, *paulatim ab iis ſeſe expediverit; & rebus compoſitis domi foriſque, utriuſque demum amicitiam obtinuerit; ab uno quidem Cingulum militare poſcendo, alterius vero filiam Taraſiam uxorem accipiendo. Ne autem circa annum quo facta iſtæc ſunt, atque adeo quo* Berengaria *fuit Conrado deſponſa, ambigua nobis vacillet conjectura; ad annum* MCLXXXVIII *manu quodammodo nos adducit, certoque in gradu figit Garibayus ſui immemor, lib. 12 cap. 24, allegatis duobus inſtrumentis, prædictarum initiationis deſponſationiſque memoriam facientibus, & ſequenti* § *proferendis. Hæc autem omnia eo faciunt, ut numquam ita juvenis concipi* Berengaria *poſſit, quin ſit inter primos Alfonſi liberos nata anno* MCLXXI, *vel paulo poſt. Quid? quod ea ipſa ſolicitudo de* Berengaria *maritanda, quam demonſtravit pater totis* XV *annis prius quam*

*Berengaria Conrado Suevo deſponſa,* E

*anno* 1198

F *naſci debuit ſub annum* 1171,

AUCTORE D. P.

*cogitaretur de* Blanca *viro jungenda, indicium ſane haud exiguum præbet grandioris in ea quam in* Blanca *ætatis.*

*ilià ſenior ſi fuiſſet Blanca. an.* 1200 *primum nupta,* 1209 *mater effecta, & inſque ad* 1225 *fœcunda,*

22 *Quid autem* hæc? *Tradita eſt in matrimonium* Ludovico VIII, *adhuc puero & annos dumtaxat tredecim nato, ut ſcribunt Sammarthani, anno* MCC, *neque ante annum* MCCIX, *cœpit ei liberos parere, ultimumque eorum vel penultimum Stephanum edidit anno* MCCXXV. *Si igitur eam ponas* Berengaria *ſeniorem, dicenda erit, annos* XXX *ferme nata veniſſe in manus mariti, tam imparis ut mater ejus eſſe potuerit; cœpiſſe autem parere circiter quadragenariam, & longe ultra quinquageſimum ætatis ſuæ annum fœcundam fuiſſe. Neque hæc tantum ſequentur, ſed etiam quod filio ejus* S. Ludovico *transfretante contra Saracenos, & matri regnum adminiſtrandum committente, fuerit ipſa ſeptuagenariâ major: hoc enim factum eſt anno* MCCXLVIII; *& ipſa obiit filio in Syria abſente anno* MCCLII. *Hic vero, intellecta ea morte, non debuiſſet tali nuntio, veluti inexpectatæ plane rei, conſternari: quin potius ſeipſum arguere potuiſſet arguique ab aliis, quod in ea ætate matris, qua de proximo ejus funere cogitandum erat, Regno exceſſerit in longinquam diuturnamque peregrinationem, gubernationi ejus tam male proſpiciens. Quod ſi iſta dicta ſunt abſona, abſonum etiam id unde ſequuntur. At vero Alberici Monachi Chronica,* Blancam inter Alfonſi *filias tertiam numerans, expedita nobis facit omnia. Sic enim proficiſcente in Syriam filio fuiſſet illa annorum circiter quinquaginta ſex; quæ ætas conſilio maxime valet, nec inepta eſt laboribus regimiuis quantumcumque magni: & nuptiarum ejus conciliatrix* Alienor, *ipſius avia materna, eademque mater Regis Angliæ, inter hunc &* Philippum *Franciæ Regem pacem per eaſdem nuptias conciliatura, eoque in Caſtellam profecta, ex neptibus ſuis,* Alfonſi & Alienor Anglicæ *filiabus, eam elegerit, cujus forma & ætas ad futuri ſponſi ætatem accederet proxime. De forma tamen dubium movet auctor Gallus recentior, Ægidius Andreas de la Roque, in tractatu de origine nominum atque cognominum, aſſerens ex Hiſtoria gentis ſuæ, neſcio qua,* præ Urraca formoſiori, ſed ingratum ac difficile nomen Francis habente, electam Blancam minus formoſam, propter prærogativam nominis dulcedine pleni. *Sed hoc ipſum, undecumque acceptum, pro nobis facit; dum conſtat,* Urracam, *poſtea Luſitaniæ Reginam, nec niſi anno* MCCVIII *nuptui traditam, fuiſſe* Berengariâ *juniorem multo; eoque credibile fit, non longe diſſimilem fuiſſe ætatem* Urracæ *&* Blancæ, *inter quas dabatur Legatis optio.*

*ſequerentur plurima incredibilia ipſiſmet Francis,*

B

C

*aſſerentibus, tredecennì Principi nupſiſſe virgunculam,*

23 Blancam *certe, perquam juvenem cum nupſit, nobis deſcribit Ægidius Pariſienſis, in libro qui* Carolinus *inſcribitur, & prædicto juveni* Ludovico *dedicatur anno* MCC, *de adveniente ejus ſponſa deque* Joanne *Rege Angliæ, mortuo* Richardo *fratre pacem compoſituro cum Francis, ſic canens:*

——— Qui invaluit ſi vera ſuſurrat
Rumor, ei (*Philippo*) in terræ ceſſurus parte Joannes
Quodam conjugio Regem placabit; & ejus
Neptis (*ex ſorore*) ab Hiſpanis aderit, cum fœdere pacis,
CANDIDA (*i. Blanca*) quæ nubat JUVENI VIRGUNCULA noſtro.

*uti canit Ægidius Pariſienſis*

*Hanc auctoritatem (qua neſcio an convincentior ulla poſſit à quoquam deſiderari) contra ſeipſum pro Hiſpanis ſuggerit noſter P. Philippus Labbe, in Tabulis Genealogicis Domus Regiæ pag.* 54. *Maneat igitur, quod* Virguncula Blanca, *ſi non impubes, ut ſummum tamen duodennis fuerit, cum tredecenni Principi eſt deſponſa; adeoque totis tredecim vel quindecim annis junior quam* Berengaria, *jam ante triennium mater, & ante annos duodecim poſtulata ad nuptias. Iſta autem utriuſque ſponſi junior ætas, cauſa fuerit tam ſeri ex eo matrimonio fructus, qui primum anno nono in lucem venit; anno autem decimo quinto* S. Ludovicus. *Similia fere, ſed quoad ætatem definiendam minus efficacia, habet Willelmus Brito Armoricus, ſupparis ævi Poëta, lib.* 6 *Philippidos, ita canens de* Joanne *Anglo;*

D

*& indici. Guil. Brito, tunc viventes.*

Dumque videt vultu ſibi fata favere benigno,
Impetrat ejuſdem ſub pacis tempore, neptis
Ut ſua felici Ludovico fœdere nubat,
CANDIDA, candeſcens candore & cordis & oris;
Nomine rem ſignans, intus qua pollet & extra;
Quæ Regale genus ducens utroque parente,
Nobilitate tamen animi præcellit utriſque.

*Neque ad tenendam* Blancæ *primogenituram ſuſpicetur forſitan aliquis, tam imparis ætatis ſponſam, uti conſequens foret, juveni quamvis Principi electam fuiſſe, propter ſpem ſucceſſionis in regnum Caſtellæ. Ut enim nihil dicam de alia longe cauſa eligendæ* Blancæ, *ſupra à Francicis hiſtoricis allegata; habebat Rex pater tunc filium* Ferdinandum, *adhuc viventem; nec deſperabat alios gignere; ſicuti revera poſt annos tres genuit* Henricum, *eumque habuit ſucceſſorem; & hoc primum mortuo, ſucceſſit eorumdem ex ſorore* Berengaria *nepos*, Ferdinandus ſanctus.

*Ideoque Blanca merito contemſit oblatum à rebellibus regnum,*

E

24 *Porro tanto junior* Blanca *ut filia* Berengariæ *fuiſſe per ætatem potuerit, haud mirum eſt quod noluerit* Alvaro *cæteriſque rebellibus, regnum veluti à patre legatum offerentibus, conſentire; licet, vivente adhuc ſocero* Philippo Auguſto, *necdum Regina Franciæ, & jam tum duplicis filii* Philippi *ac* Ludovici *mater, quorum alterum potuiſſet in Caſtellam poſtulantibus mittere, ſi ſororis potiori juri voluiſſet ſe opponere. Movere etiam eamdem potuit, ne quid ejuſmodi tentaret, nota* Comitis Alvari *inſolentia atque perfidia, non Regem Regno, ſed Regis larvam ſibi impetrare volentis, ſub qua exerceret firmaretque tyrannidem adhuc novam, nec uno illo anno, quo vixit puer* Henricus *frater* Blancæ, *ſatis confirmatam. Aliam recuſandi cauſam comminiſcitur Spondanus, genio ſuo dignam, videlicet;* Non eo tunc ſtatu fuiſſe Regnum Caſtellæ, ut potentiſſimi juxta ac religioſiſſimi Regis, ſolis expugnandis Infidelibus ac paci inter Chriſtianos Principes, etiam cum rerum ſuarum detrimento, totis piiſſimi animi & florentiſſimi Regni viribus intenti, cupidinem, cum damno Chriſtianitatis, in Hiſpania ſolicitare deberet. *Quam florens fuerit* Caſtellæ *ſtatus cum moreretur puer* Henricus, *quo utoque florentiorem eumdem ſtatum Deus fecerit* Ferdinando, *addito ei, præter* Legionenſe *regnum, totius fere* Bæticæ *dominatu, ſatis apparebit ex hac hiſtoria. Non autem niſi poſt utriuſque Reginæ matris &* S. Ferdinandi *mortem*, S. Ludovicus *fingitur à Francis, illius filio* Alfonſo *moviſſe controverſiam, nulli ejus temporis hiſtorico notam, quam ille neceſſe habuerit conſopire, filiam* Ludovici Blancam *petendo uxorem ſuo filio* Ferdinando, *& hinc naſcituris liberis regnum pacifcendo, etiam cum injuria alterius filii* Sancii: *quorum tamen nihil vel ex tabulis matrimonialibus vel ex ſcriptoribus probatur. Quam autem parum decore dicitur de ſancto Rege* Ludovico, *quod ejuſmodi controverſiam tunc demum moverit; tam eſt injurioſum æque Sancto Regi* Ferdinando, *quod ſuſtineatur, alteri debitum Regnum per annos quinque & triginta abſque ſcrupulo uſurpaſſe. Nam quod ait non nemo,* ætatis prærogativam & Hiſpaniæ leges *pro Blanca quidem facere, verum,* jura regnandi, non leguleiorum tabulis contineri, ſed potius ſtudiis populi, & Principum dexteritate, virtute, feſtinatione, felicitate, quod in præſenti acciderit, *hoc politicam ſapit non ſatis Chriſtianam, quamque abſit ut Sanctis vel cogitando adſcribat aliquis.*

*nepoti ſuo Ferdinando traditum debitumque.*

F

A

## §. V. Ordo & Natales liberorum Alfonſi Caſtellani, ex Regiis publiciſque inſtrumentis probatus, ſecundum quæ Planca inter Sorores tertia, natu maximæ Berengariæ filia per ætatem eſſe potuiſſet.

25 *Caſtellanorum Regum in ſignandis annis accuratio,*

*Hiſpanis Regibus, præſertim* Alfonſo, *ſancti Regis avo, mos ſingularis ac proprius fuit, Donationibus ſuis adſcribere nomina uxoris & liberorum, quotquot in loco præſentes aderant; atque regnorum ſuorum annos, non tam numero ſignare, quam re aliqua ad omnem poſteritatem memorabili: unde fit ut ad explicandos Chronologicarũ quæſtionũ nodos maximum in ejuſmodi clauſulis præſidium hodie reperiant eruditi Hiſpani. Horum unus, D. Chriſtophorus Banjez de Salcedo, vir equeſtris Ordinis honoratus, & multum in Hiſpana hiſtoria verſatus, rogatu D. Ioannis de Loyaſa, in Metropolitana eccleſia Præbendati, vel (ut ipſi appellant) Rationarii, primam editionem noſtram recognoſcendam ſibi ſumens, inter alia ſecundæ hujus editionis adjumenta, notitiam compendiariam mihi miſit earum chartarum, quas opportuniores eſſe credidit, ad argumentum in titulo propoſitum explicandum. Ergo pro certo ponens, de quo nemo hactenus dubitavit, matrimonium* Alfonſi & Alienor *parentum, contractum fuiſſe anno* MCLXX; Berengariam, *natam ait* XXIV *Auguſti ſequentis, menſe forſan* XI *poſt celebratas nuptias, ut alia anterior proles omnino concipi nulla poſſit. Probat hoc* facta Charta apud Ramagam, Æra MCCIX, *ideſt anno* 1171 *Chriſti,* IX kal. Septembris, *qua Rex* pro omni hereditate & omni illo jure, quod Hieroſolymitanum Hoſpitale habebat in Mataplana, in concambium *tradit* Aſcubillam, *ita exordiens:* Notum ſit &c. quod ego Aldefonſus, Dei gratia Rex Caſtellæ & Toleti, una cum uxore mea Alienor Regina, & cum filia mea Infantiſſa Berengaria &c. *Totam chartam habet Manrique in Annal. Ciſterc. ad an.* 1174 *cap.* 6; *& in prædicti Regis Hiſtoria eamdem habere dicitur, mihi alias ignotus Don Alfonſus Nunius de Caſtro cap.* 14 *&* 38. *Laudatur is in Bibliotheca Hiſpana Nicolai Antonii, ut qui alia multa ſcripſerit, ſub annum* MDCLX *Philippi IV Medicus ſimul & Hiſtoriographus: ejuſque præcitatâ Hiſtoriâ multum ſe fatetur adjutum is, qui ſimilem Hiſtoriam Neapoli anno* MDCLXXX *Italice edidit Michael Angelus Lauretti; ut mirum ſit, qua ratione potuerit pag.* 71 *&* 109, Blancam Majorem natu *credere & ſcribere. Simili principio, quo Charta præcedens etiam inchoantur* factæ Chartæ apud Segobiam Æra MCCXVIIII, *id eſt Chriſti an.* 1181, *quarum unâ Epiſcopo & Capitulo Segobienſi confirmantur Decimæ juris regii, alterâ confirmatur iiſdem eccleſiæ S. Martini de Grajal,* V Idus Septembris, anno quinto, ex quo Aldefonſus Rex Sereniſſimus Concham fidei Chriſtianæ viriliter mancipavit, anno primo quo idem Rex Aldefonſus Infantatum à Rege Ferdinando patruo ſuo acquiſivit, *pro utroque autem Privilegio integre legendo, allegantur Didacus de Colmenares in Hiſtoria Segovienſi, & prænominatus Alfonſus Nunjez de Caſtro.*

*per quam intelligitur anno primo Regii conjugii* 1171,

B

26 *Interim nati fuerant filii,* Ferdinandus *&* Sancius, *& aliqui forſan alii, ſed prius mortui quam* Blanca *naſceretur.* Ferdinandi *meminit* facta Charta in Medina Æra MCCXI, *Chriſti anno* 1173, *adeo ut veroſimile, ſit proximum à* Berengaria *natum eum eſſe. Ea Charta extare dicitur in Archivio Calatravæ capſa* XI *n.* 55, *& allegatur à D. Antonio Suarez de Alarcon, in Appendice ad Relationes Genealogicas Comitum de Torresvedras & Marchionum de Trucifal, Scriptura* 23: *& per eam conceditur,* Martino Petri, Ordinis Calatravæ Magiſtro, & univerſis Fratribus, ut omne Caſtellum, quod de Saracenis deinceps quolibet modo acquirere potuerint, in hereditate habeant ſemper. *Charta autem illius hoc eſt principium:* Ego Aldefonſus &c. una cum uxore Alienor, & cum filio meo Fernando, *patre ſcilicet ſocium Privilegii dandi volente habere filium, ſperatum regni ſucceſſorem, licet adhuc infantem, ut is factus adultior firmius illud tueretur velut proprium. Notitia* Sancii, *tamquam anno* MCLXXX *nati, habetur primum ex donatione locorum S. Petri de Fitero, conceſſorum Petro Sanchez,* eo quod uxor ſua D. Stephania, *inquit Rex,* nutrivit filiam meam Reginam Berengariam. *Notat autem hic D. Chriſtophorus Banjez, eo tempore in uſu non raro fuiſſe, ut Reges regium titulum etiam liberis ſuis communicarent, cujus rei ignoratione ſæpe ab Hiſtoricis erratum monet. Ut ut eſt, anno illo natum filium, quem dixi alterum, probat prædicta* Chartâ, facta Burgis, Æra MCCXVIII, kalendis Maji, anno quarto ex quo Sereniſſimus Rex Aldefonſus Concham fidei Chriſtianæ ſubjugavit . . . poſtquam natus eſt Burgis Rex Sancius, præfati Alfonſi illuſtris Regis Caſtellæ filius. *Ita illa, teſte Alfonſo Nunjez de Caſtro cap.* 29, *authentice tranſcripta fol.* 16 *libri, exiſtentis in Rota Commendatorum Hoſpitalis Regii extra muros Burgenſes. Continuatur autem ejuſdem* Sancii *memoria, etiam pro anno ſequenti, apud Colmenares præfatum cap.* 18, §. 3, *in* Charta facta apud Carrionem, Æra MCCXVIIII, pridie kalendas Junii, anno primo, quo Rex Sereniſſimus præfatus Aldefonſus Infantatum à Rege Ferdinando patruo ſuo recuperavit. *Per hanc Rex Epiſcopo Segovienſi Gonſalvo, in cambium Alcazareni, tradit Villas, Mojados & Fontis-Pelagii, ſic incipiens:* Ego Aldefonſus &c. cum uxore mea Alienor Regina, & cum filio meo Rege Sancio: *talemque oportet originaliter inveniri in archivo Epiſcoporum Segovienſium. Rurſum autem ſolius* Berengariæ (*veroſimiliter quia ſola adderat*) *meminit donatio Villæ Vallartillanæ, in favorem Abbatis & Monaſterii Dominæ noſtræ de Ovarenes,* facta charta apud monaſterium S. Cypriani de Villa Meſquina, Æra MCCXX, *id eſt an.* 1182, ſeptimo Idus Maji: *& ſic dicit eam Alfonſus Nunjez à Caſtro extare in archivo prænominati monaſterii Dominæ noſtræ de Ovarenes. Vivebat nihilominus tum adhuc frater ejus* Ferdinandus, *neſcio an &* Sancius: *nam ſcriptura quædam anni* MCLXXXIV, *in favorem monaſterii S. Petri de Arlanza, uti eam ibi vidit Alfonſus Nunjez, ſignata dicitur,* Regnante Rege Alfonſo, cum uxore ſua Regina Elianor & filio ſuo Fernando, in Toleto, & in Logroño, & in Burgis, & in tota Caſtella; factâ Charta, quinto Kalendas Februarii Æra MCCXXII.

AUCTORE D. P.

*tum Sancius an.* 1180,

E

*quorum prior adhuc vivebat an.* 1184.

*nata primogenita Berengaria,*

C

27 *Secundæ filiæ* Urracæ *mentio prima, quæ quidem in manus meas venit, occurrit in fundatione ac dotatione Regii Burgenſis monaſterii ſub hoc principio:* Ego Aldefonſus Dei Gratia Rex Caſtellæ & Toleti, & uxor mea Alienor Regina, cum conſenſu filiarum noſtrarum Berengariæ & Urracæ. *Habebat ergo jam ætatem aliquam etiam* Urraca *aptam præſtando conſenſui licet exiguam, quando facta eſt illa* charta in Burgis, Æra MCCXXV, *quæ eſt Chriſti annus* MCLXXXVII, Kalendas Iunii. *Cur autem non additur conſenſus filiorum? Exiſtimo quod obierant ambo: ſiquidem non eſt veroſimile Burgis Vrbe regia abfuturos fuiſſe ſi vixiſſent. Obierant certe ſequenti anno, quando* Berengaria, *velut nullis ſuperſtitibus maſculis heres primaria, premiſſa eſt* Conrado *Suevo, ſecundum Inſtrumentum, quod ex Tomo* 3 *Privilegiorum Comitis de Mora in lucem protraxit Antonius Suarez de Alarcon, in Appendice præfata, Scriptura* 99: *cujus inſtrumenti bonam partem operæ pretium fuerit hic tranſcribere.* In Dei nomine. Amen. Divina procurante providentia, placuit nobis Federico, Dei gratia Romanorum

*obierat ante tem uterque*

F

*nata fans prædem Vrraca filiarum* 2.

*deinde Ferdinandus,*

AUCTORE D. P. *& anno 1188 Berengaria promissa Conrado Svevo,*

norum Imperatori semper Augusto, & vobis Aldefonso eadem gratia Regi Castellæ & Toleti, contrahere matrimonium inter Serenissimum filium nostrum Conradum Ducem de Rosemburch, & Illustrem filiam vestram Berengariam : ad cujus rei & conjugii consummationem, ego Federicus Rom. Imp. semper Augustus, cum consensu ejusdem filii Conradi, promitto, quod mittam filium meum Conradum ad Regnum vestrum in proxima Letania ; & desponsabit & ducet in uxorem legitimam prædictam filiam vestram Berengariam, & dabit ei donationes propter nuptias, quæ vulgo dicitur apud Romanos Donaire, apud Hispanos Arrhas ; videlicet totum allodium &c. .... & manebit apud vos in Regno vestro interdum cum voluerit, & redibit in terram suam quando placuerit sibi. Et ego prædictus Aldefonsus, Rex Castellæ & Toleti, promitto, cum consensu filiæ meæ Berengariæ, vobis Imperatori, quod dictam filiam meam Berengariam tradam in sponsam & uxorem legitimo filio vestro Conrado, & à proximo festo Nativitatis Domini usque ad duos annos ibit filia mea Berengaria ad terram Imperatoris, & deferet secum XCII millia aureorum ; ita quod Imperator prænominatus super hoc per spatium novem mensium ante terminum præfixum faciat, ut assignetur locus ubi

B *cum jure successionis in regnum.*

ei occurrere possit. Hæc autem sunt pacta infra scripta, quæ debent servari ex utraque parte Imperatoris & filii sui Conradi. Si prædictus Aldefonsus Rex Castellæ filium habuerit masculum legitimum, filius ille succedat ei heres in regno Castellæ. Si Rex Aldefonsus sine filio masculo obierit, succedat illi in regno filia sua Berengaria, & vir ejus Conradus cum ea &c. Si Rex Aldefonsus filium masculum legitimum habuerit, & ille filius sine prole legitima mascula decesserit, prædicta Berengaria filia Regis habeat regnum Castellæ, & vir ejus Conradus cum ea &c. Item ex quo filius Imperatoris Conradus ad regnum Castellæ venerit, suscipiat benedictionem cum filia Regis Castellæ ; & quando venerit ad Castellam usque ad tres

*si Rex filios novos non gigneret,*

menses, vel antequam & postquam eam sic legitime duxerit, facient statim securitatem homines terræ Regis Castellæ de regno filiæ ejus Berengariæ & Conrado viro ejus &c. Facta est Charta anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXVIII, Indictione VI, data apud Saligestad, ad manum Ruodolpho Imperialis aulæ Cancellario IX kalend. Maji, Æra MCCXXVI. feliciter. Amen.

28 *Iuxta hac pacta venit Conradus in Hispaniam, & desponsatio eodem adhuc anno celebrata fuit, diebus paucis post* XXII *Decembris, quod probatur ex donatione quorumdam vicorum juxta Quintanillam, cessorum Ordini Calatravæ, in cujus archivo ipsum instrumentum reperit D. Antonius Suarez de Alarcon, & inseruit Appendici prafata sub numero Scripturæ* 52, *cum hac expressa clausula :* Facta Charta apud Toletum Æra MCCXXVI, undecimo kalendas Junii, anno illo, quo ..... Dominus Rex Castellæ & Toleti Dominum Regem Legionensem cingulo militiæ accinxit, & ipse Rex Legionis osculatus est manus dicti Domini Regis Castellæ : & consequenter eo anno & his diebus, quibus supradictus Dominus Rex Castellæ & Toleti, Romani Imperatoris filium, Conradum nomine, in novum Militem accinxit, & filiam suam Berengariam tradidit in uxorem &c. *Perrexit deinde Rex, annis sequentibus duobus, uti eisdem Chronicis notis, velut suo nomini gloriosissimis : atque ita apud Tepez. in Append. ad tom.* I *Chronici Benedict. Scrip.* 27, *in Donatione, quam ipse* cum uxore Alienor Regina, & cum filia Infantissa Berengaria, *fecit* Deo & S. Mariæ monasterio de Valle-venera, *reperitur* facta charta apud Burgos, Æra MCCXXVII, *id est anno Christi* 1189. Septimo Idus Maji, secundo anno postquam Serenissimus Aldefonsus Rex Castellæ & Toleti Aldefonsum Regem Legionis cingulo militiæ accinxit, & ipse Aldefonsus Rex Legionis osculatus est manum dicti Aldefonsi Regis Castellæ & Toleti ; & consequenter, paucis diebus elapsis, sæpe dictus Aldefonsus, illustris Rex Castellæ & Legionis, Romani Imperatoris filium, Conradum nomine, in novum Militem accinxit, & filiam suam Berengariam ei tradidit in uxorem. *Similis omnino tenoris clausula, eâdem Ærâ & eodem die notata, reperitur sub donatione, ad ipsius Berengariæ instantiam facta D. Elvira alteri Nutrici ipsius Berengariæ, quam Alfonsus Nuniez de Castro extare ait in archivio Arlanzano, capsa* I *num.* 944. *Ex eadem Epocha procedit Privilegium, quod sequenti anno Hispanica Æra, atque adeo Christi* 1190, *civitati Segobiensi expedivit Rex,* facta Charta apud Palentiam Æra MCCXX, VIII kalend. Aprilis, anno secundo postquam &c ; *quam chartam totam ex archivo Segoviensi refert Colmenares. Similiter eâdem Æra datur aliquid Abbati ac Monachis S. Dominici de Silos* II Idus Octobris, in villa Barlenga, *inchoato jam* anno tertio *prædicta initiationis ac desponsationis. Hanc Chartam, una cum supra indicata alia in favorem monasterii S. Mariæ de Valva-nera, cum alleget Garibayus, eodem ipso loco ubi* Blancam *facit* Berengariâ *seniorem, notabilis est valde socordia hominis, non considerantis solam ex filiabus utrobique nominari* Berengariam, *& quidem ut jam sponso junctam ; nullam vero fieri mentionem* Blancæ, *quæ saltem alicubi prius fuerat nominanda, si prius nata fuisset.*

*assumiturque in Epocham annorum sequentium :*

29 *Sed de* Blanca *mox acturus, hic noto, in prædictis Privilegiis plus quam semel dici, quod* paucis diebus elapsis, *post militia cingulum Regi Legionensi datum, ipsum una cum filia datum quoque sit* Conrado, *fortasis Natalitiorum festorum uno. Eadem instrumenta certo nobis probant,* Conradum *Frederici filium (quem cum prius genito Frederico, paulo post patrem in Syria mortuo, ad annum* MCXC *perperam confudit Baronius ; cum fuerit solum tertio genitus, teste Otthone à S. Blasio, Otthonis Frisingensis Continuatore, tunc vivente & scribente) probant, inquam,* Conradum, *non statim à suscepto cingulo militari rediisse in Teutoniam, sed usque ad annum* MCXCI *manssisse in Hispania, sub Rege socero accepta ab eo arma tractantem, in honorariâ contra Saracenos militiâ ; post quos denique,* ipso in Teutoniam revertente, desponsationi continuo contradixit *Berengaria, utique adhuc intacta viro. Quæ autem causa suadere potuit contracti jam matrimonii consummationem, seu potius ejusdem solemniter pacti, sed necdum rati & consuetis Ecclesiæ ceremoniis benedicti, celebrationem differre ? Existimo nullam moram in* Conrado *fuisse, sed* Berengariam, *annos jam natam* XVII, *cum futuri matrimonii fidem patre sic volente daret, experiri prius voluisse, an mater sua, qua non ita pridem* Blancam, *ut mox dicemus, peperat, tandem desineret liberos parere ; si enim adhuc pareret, & pareret masculum, actum videbatur de revidenda unquam Hispania, postquam semel in Teutoniam abiisset. Nec vanus ille timor fuit aut imprudens cautela ; vix enim elapso à* Blancæ *nativitate anno, cœpit rursus uterum ferre Alienor, & anno* MCLXXXIX, XXIX *Novembris, die mercurii, filium peperit, cui, ob memoriam præmortui à quadriennio filii posuit itẽ nomẽ* Ferdinandus. *Sic habetur apud Colmenares cap.* 18 *pag.* 7, *in favorem Gonsalvi Episcopi Segoviensis & Roderici Episcopi Palentini,* facta Charta apud Palentiam XVII kalend. Aprilis Æra MCCXXVIII, *id est an.* MCLXXXX, eo anno quo natus est feliciter in civitate Concha Rex Ferdinandus, filius Illustris Regis Aldefonsi, & uxoris ejus Reginæ Alienor &c. *ubi annus intelligendus*

*quousque mortuo in Syria utroque Frederico,*

*& natus in Castella alo tero Ferdinando.*

C *Sub initium an.* 1189 *celebratur desponsatio;*

D

E

F

A gendus eſt naturalis, à præcedenti Novembri ductus: quod enim anno civili præcedenti natus ſit puer, conſtare ait Mariana lib. 11 cap. 17, utique ex ſimili aliquo inſtrumento, nec quiſquam Scriptorum Hiſpanicorum dubitat. Per illam porro novi Infantis nativitatem jam evaneſcebat Conrado, vel ſaltem valde extenuata erat ſpes ceſſuræ ſibi aliquando cum Berengaria Caſtellæ: nec-dum tamen proprium ullum magnum ſtatum habens aut ſperans alibi, merito adhuc remanebat in Hiſpania, qualemcumque ſpem Regni dotalitii fovens, aut ſaltem notabilis in eodem incrementi tali conjugio mediante. Verum mox juſtam cauſam accepit moram omnem abrumpendi, quando nuntiata ei fuit mors patris ac fratris primogeniti, in Syria obita anno MCLXXXX, & electio ſecundo geniti Henrici in locum patris; adeoque intelligebat in ſe, jam loco proximum, recidere Ducatum Sueviæ, quem pater fratreſque duo ſucceſſive poſſederant, quoad altius eveherentur. Nova igitur ac propiori ſpe affulgente ex Germania, ſi quid novo Imperatori Henrico humanitus accideret; & invitante acquiſito jam ſibi ibidem jure; merito feſtinavit reverti in Teutoniam, eodemque addictam ſibi uxorem invitavit. Sed hæc æque merito recuſavit exire regno, rediturο ad ſe, ſi puer citius moreretur; B ſicut prioribus duobus, ideo in hiſtoria vix notus, evenerat: præſertim cum non deeſſent in vicinia Principes, quibus nubere intra Hiſpaniam poſſet, Conrado potentiores. Fortaſſis etiam ipſe Rex pater, futuris proſpiciens, neque volens filiam à ſe dimittere, primum de induſtria moras innexuit celebrando & conſummando matrimonio, ac deinde eidem filiæ ſuæ auctor fuit contradicendi. Certe eo invito nihil crediderim Berengariam feciſſe.

redeuntem in Germaniam ſponſum ſequi noluit Berengaria.

30 Iam quod ad Blancam attinet, notitiam anni quo illa nata eſt, largitur nobis D. Elvira prænominata, in donatione quam fecit monaſterio Arlanxano, per inſtrumentum ibidem originaliter aſſervatum una cum autentico ſuo tranſumpto, quod ibidem habetur ſub littera V num. 124. Ipſum in ſua originali veteri Caſtellana lingua totum recitat Alfonſus Nuniez, cap. 38 ſuæ Chronicæ, ſic autem Latine reddi poteſt. In nomine Dei omnipotentis, ego D. Elvira, quæ educavi D. Infantiſſam Berengariam, offero monaſterio SS. Petri & Pauli de Arlanza corpus meum, & do prædicto monaſterio, pro refrigerio animæ meæ & parentum meorum, omnem ſubſtantiam quam poſſideo in Villa viridi &c. Facta charta die quarto menſis Martii, anno MCLXXXVIII, regnante Rege D. Aldefonſo cum ſua uxore D. Alienor Burgis & in aliis ſuis regnis, ipſoque anno quo nata eſt Palentiæ D. C Blanca ex Regina D. Alienor. Vbi nota, in condito per feminam vulgari lingua inſtrumento, & diem vulgari modo numerari à principio menſis, non autem Romano more atque retrogrado â Nonis; & annum Æræ dici, non Hiſpanicæ, ſed Chriſtianæ; quæ ut in Caſtella quoque univerſaliter reciperetur, tandem ſtatuit Ioannes I in Comitiis anni MCCCLXXXIII. Denique, ut finem faciam producendorum pro compertiſſima jam veritate inſtrumentorum (plurima enim alia inveniri haud dubie poſſent, ſi quis utriuſque Caſtellæ archiva diligentius perſcrutetur) extat apud D. Antonium Suarez de Alarcon, in ſupra citata Appendice Scriptura 54, allegaturque ab Alfonſo Nunies cap. 45, Privilegium Burgenſi civitati conceſſum, cum his in principio formalibus verbis, Regios liberos uſque ad annum MCXCIII ſuperſtites, ſuo & dignitatis & ætatis ordine omnes numerantibus, Ego Aldefonſus Rex Caſtellæ & Toleti, cum uxore mea Regina Alienor, & cum filio meo Fernando, & cum filiabus meis Infantiſſis Berengaria, Urraca, & Blanca &c. facta charta apud Zorril Æra MCCXXXI, ſexto Idus Decembris. Quod attinet Alienor ſive Eleo-

in ordine filiarum tertia.

ultima Alienor ſub an. 1209.

noram, Regi Aragoniæ Iacobo nuptam anno MCCXXI, VI Februarii, quo die Rex, Zurita teſte, ingredie-



batur ætatis ſuæ annum XIII, fuit illa haud dubie omnium poſtrema, nec diu ante obitum matris circa annum MCCVIII aut X nata: de qua nihil ex authenticis ſuggeſtum mihi fuit, neque magni refert ſcrupuloſius quærere in ejus natales. AUCTORE D. P.

## §. VI Alfonſi Legionenſis conatus irriti, ad filium & avi & ſua ſucceſſione privandum: hujus Sanctitas, & Gloria poſtuma: & cur huic adjuncta hiſtoria Crucis Caravacanæ.

31 Pater Alfonſus regnum Caſtellæ filio invidit,

Porro non jam primum à gloriæ virtutiſque Hiſpanæ obtrectatoribus hæc Ferdinando, pridem mortuo & inter Sanctos relato, controverſia movetur, ſuper Regni Caſtellani titulo. Pater ejus, Alfonſus Legionenſis, illum filio invidit ereptumque voluit; præterea, quod deficiente in Caſtella ſtirpe maſcula, ex Alfonſo Imperatore per Sancium primogenitum ducta, ipſe, ex Ferdinando ſecundogenito ejuſdem Imperatoris nepos, proximus eſſet ſucceſſioni. Deinde ei arma intulit prætextu Caſtrorum, quæ jure belli quondam ſibi eripuerat ſocer, filiæque Berengariæ in dotem dederat, quæque ipſa, ut ſuam & filii Ferdinandi poſſeſſionem, pergebat poſt divortium retinere. Addit Michael Angelus Laureti, mihi ſuperius nominatus, pag. 211 Italicæ Vitæ, voluiſſe Alfonſum, cum Caſtellam non poſſet, Legionem ſaltem Ferdinando eripere; eique ſubſtituere ſecundogenitum item Alfonſum, ſæpe in Sancti Regis hiſtoria laudatum; qui prudenter recuſaverit præripere fratri, quod nec ſi vellet retinere poſſet eo atque mare invitis. Verum hoc alibi necdum legi, neque intelligo qua juris ſpecie palliari potuiſſet. Si tamen hoc cogitavit Alfonſus pater, ejuſmodi conſilium videtur depoſuiſſe filio humillimis litteris bellum deprecante, totiuſque Caſtellani regni vires ad patris obſequium offerente: quod etiam, litigiis tandem bene compoſitis, fideliter exhibuit Sanctus in bello, tam contra quoſdam rebellantes Proceres, quam adverſus Infideles gerendo. Filii tamen & Caſtellani regni incrementa numquam ſatis æquis oculis aſpicere pater potuit: ideoque ſub vitæ exitum tabulas condidit, quibus heredes inſtituit duas ex priori contubernio filias, neſcio quid novi juris, & in ſupremarum poteſtatum ſucceſſionibus inauditi commentus, contra jus filiorum ex poſteriori thoro natorum. Ita ſcilicet Princeps iſte, eâdem libidine animi qua ſanctiones Eccleſiæ contempſerat in ducendis uxoribus; etiam jura regnandi fingebat refingebatque, primum à Caſtellæ regno excluſas volens feminas, deficiente maſculo; deinde in ſuo Legionenſi excipi eas volens, etiam ſuperſtitibus maribus filiis ſuis duobus; tantum ne Caſtellani, quos oderat, Legione imperarent. Quin imo Hieronymus Zurita lib. 3 cap. 10 aſſerit Regem, priuſquam moreretur, egiſſe cum Iacobo Aragoniæ Rege, qui conſanguinitatis prætextu divortium fecerat ab Eleonara Berengariæ Sorore, de tradenda ipſi primogenita ſua Sancia, cum jure ſucceſſionis in regnum Legionenſe; quo tamen ne porro is aſpirare auderet, cita mors Alfonſi fecerit, & magna Berengariæ diligentia in aſſerendo filii jure, prius quam pro Sancia quidquam moveri efficaciter poſſet.

poſtea Legionenſi quoque eum privare conatur. E

22 Aliter profecto Ferdinandus, ſolius Dei (ut ſupra dictum) gloriæ augendæ ſtudioſus: unde & contigit eum creſcere, etiam temporali potentia. Sed non ex hoc ejus incremento volumus probare juſtitiam cauſæ. Multi ſiquidem Reges, raptores, injuſti, adulteri, dominationu ſuæ terminos latiſſime ac feliciſſime propagarunt: ſed Sanctis numquam adnumeratus eſt aliquis, qui fuerit alieni Regni uſurpator injuſtus, in eaque uſurpatione defunctus. Sanctum autem dico Ferdinandum: nam hunc ei titulum, non ſolum præſcripto temporis immemorabilis veteresque picturæ, & auctorum tam antiquiorum quam recentiorum conſenſus vindicant; ſed etiam, quæ ſummæ

Illius ſanctitatem etiam probat ſanctitas,

AUCTORE D. P.

*est in tenis, auctoritas Apostolicæ Sedis, expensis Processuum desuper formatorum Actis, quorum Summarium, Romæ impressum anno* MDCXXXVIII, *nactisumus, ex eoque damus tum aliqua hujus ævi miracula (nam vetera exhibet Flos Sanctorum) tum argumenta præcipua, quibus demum inductus est Pontifex* Clemens X, *ut anno* MDCLXXI, *decerneret Officium ac Missam, per omnes Hispanicæ Monarchiæ provincias, recitari ac celebrari de eo posse, ut vere* Sancto *& tali semper habito. Ante quam definitivam sententiam videtur auctor Martyrologii Hispanici* Ioannes Tamayus de Salazar *scrupulo sibi duxisse, illum adnumerare reliquis Sanctis Hispanis; longe prudentius facturus, si illud suum opus non implevisset figmentis innumeris, à Pseudo-dextro eique succenturiata auctorum suppositititorum turba acceptis: quibus Hispaniæ adscribuntur plures, qui non solum ad eam omnino nihil pertinent, sed nec ulla verosimili auctoritate asseruntur aliquando in rerum natura fuisse, uti sæpius in hoc opere demonstravimus, ac pluries porro demonstraturi sumus. Sed missum Tamayum facio, bona verosimiliter fide, sed exigua discretione usum in suo illo opere; ad* Ferdinandum *revertor.*

*Pontificio decreto firmatus.*

*Nomen nescio cur præteritum in martyrologio Hispanico.*

B 33 *Hujus antiquiora recentioraque miracula, quorum jam memini, duplicis Translationis Acta, & quidquid Canonizationem ad extremum pene terminum deductam attinet, dabo Tractatu particulari, quem* Gloriam postumam *appellabo, Titulo ante hac mihi sæpius usurpato in talibus. Ad eum Tractatum conficiendum, non solum magno mihi usui fuit Summarium jam dictum, sed etiam idem qui utilia multa pro Annotatis suggessit,* D. Didacus Ortiz de Zuniga, *Ordinis S. Iacobi Eques, auctor novissimus Annalium Hispalensium, anno* MDCLXXVII *editorum: unde etiam accepimus historiam inspecti Corporis incorrupti, cum judicio medicorum de eo miraculo; nec non descriptionem brevem solennitatis geminæ, quarum prima tunc acta est, cum Hispalim allata sunt Remissoriales* Urbani VIII, *processus in genere ac specie pro informanda Romæ causa fieri permittentis: altera novissime celebrata, cum Missa & officio, auctoritate* Clementis X, *ut jam indicavi; quæ descriptio ultima ut plenior esset, juvit insigne opus* D. Balthazaris de Turre-Farfan, *quo totum apparatum, eam in rem ab Ecclesia Metropolitana factum, complexus est; quidquid typographicæ arti deerat auxilio chalcographicæ supplens, per multas figuras æri incisas, quarum etiam pleræsque dabimus; quales, ad editionis particularis cujuscumque mensuram, in majori (ut appellant) octavo, sculpendas curavimus, elegantiori haud paulo calo quam fuerant Hispali pleno in folio primum exaratæ; additis non-*

*Gloria postuma datur post Acta.*

C *nullis aliunde acceptis, & plurimum ad nostrum argumentum facientibus. Denique rem totam claudet* Tractatus de historia & miraculis sanctæ Crucis Caravacanæ, *per modum Appendicis adjunctus Tractatui de* S. Ferdinando. *Non quia id exigunt ejus Acta (nam in his nulla illius mentio) sed partim quia ipso regnante, Crucem eam allatam per Angelos fuisse habet communis opinio oppidanorum, & huic innixa Scriptorum veterum recentiorumque narratio: partim quia in priori editione sic examinavi eam traditionem correxique, rejectis fabulosis Higuera commentis, ut ipsam inconsulte firmaverim pro anno nativitatem Sancti Regis prægresso, tamquam præsagium exaltandæ ab eo tota Batica Crucis. Feceram id ego ex fide interpretationis, quam Licentiatus de Luna præsumserat dare quibusdam Caravacensibus Inscriptionibus, tamquam Arabicis; nunc autem re plenius examinata intelligo, nihil ipsas habere cum Arabicis affinitatis; Runnicos quadamtenus Gothicosque characteres Latinis temere admixtos esse; quique nihil minus posint, quam quod Licentiatus finxit, significare. Pertinet igitur ad fidem scriptoris ingenui, retexere quod male assertum fuit; ea ratione, qua neque sanctæ illius* Crucis *æstimationi detrahatur quidpiam, neque lector ex uno errore deductus in alium, in eodem confirmetur dissimulatione mea. Vtrumque fieret, si rescissa tota Appendice, eligerem hoc in Tomo de isto argumento silentium tenere: aliis judicaturis, me ideo id facere, quia mutata mente ipsi historiæ nihil aut parum fidei tribuam; aliis id soli studio brevitatis adscripturis, nec suspicaturis quidquam ibi esse quod correctum velim, sed me priori editioni simpliciter acquiescere, & libri molem auctam nolle haud plane necessaria accessione materiæ alio pertinentis. Interim nec poterit à Mense Majo, aliena videri hoc ejus ultimo Tomo illustrata* historia Crucis, *totâ Hispaniâ imo orbe Christiano tantopere celebrata; quando in primo ejus Tomo à fabulosis narrationibus explicuimus ipsius* Dominicæ Crucis Inventionem, III *die mensis solitam recoli: nec à* Sanctis Regis *historia omnino seperari debet* Crux *illa, quæ, si ortum ejus non illustravit; ex traditione tamen populari, ducentos quinquaginta post annos authenticis consignatâ scripturis, demonstrari potest inter prima expeditionum ejus contra infideles susceptarum conamina, totius Hispaniæ reductionem, per ipsum & Iacobum Arragonium Sororium ipsius tantum non absolvendam, portendisse.*

D *ac denique Historia & Miracula Crucis Caravacanæ.*

34 *Porro, ut partim dicta in hoc prævio Commentario, partim in decursu plenius dicenda capiantur facilius; accipe duplex Schema, Genealogicũ unum, Chronologicum alterum.*

E *ad Sancti Regis tempora referenda.*


F

SCHE-

# SCHEMA GENEALOGICUM

## REGUM CASTELLÆ, LEGIONIS ET LUSITANIÆ

*Quatenus ad Sancti Regis Hiſtoriam pertinent.*




34 *Alfonſus Leg. inceſtus declaratur*

*Vides hic quomodo ab* Alfonſo VI, *filio* Ferdinandi Magni, *procedant, hinc quidem Reges Caſtellæ ac Legionis per* Urracam, *ex primis cum* Raymundo Comite *Burgundionum nuptiis (nihil enim huc faciunt ſecundæ nuptiæ cum* Alfonſo Aragonio, *niſi quatenus ex tali cauſa is inter Caſtellæ Reges numeratur VII) inde vero Reges Luſitaniæ per* Taraſiam, *Henrico Comiti Portugalliæ conjunctam. Vides præterea, quomodo* Alfonſus Legionenſis, Taraſiam *Luſitanam in ſecundo,* Berengariam *Caſtellanam in tertio gradu contingebat:* Henricus *vero puer, ſancti Regis avunculus,* Mafaldam *ſponſam ſuam ſolum in quinto gradu, quorum tamen matrimonium Pontificio juſſu & intercedente Berengaria diremptum fuit. Atque hac ratione commodiſſime correctum manet, quidquid alibi erratum à me hac in parte eſt, confundente ſe memoria intot Synonymos Reges Regumque liberos, mutuo conſanguineos. Mirum autem videri non immerito poſſit, quod* Alfonſus *Legionenſis, Romanorum Pontificum* Clementis III & Cæleſtini *item* III *ſeveritatem expertus, in urgenda dimiſſione* Taraſiæ; *non timuerit ſimili iterum difficultati ſe implicare, ducendo* Berengariam, *uno dumtaxat gradu conſanguinitatis remotiorem. Sed exiſtimo credidiſſe, ipſis jam mortuis, mitiorem ſibi futurum eorum ſucceſſorem; tum quia levius impedimentum erat, tum quia cenſebat ei prævaliturum publicum bonum tam grande, quantum erat duorum Regnorum pacificatio, ex iſtis nuptiis ſecutura. Sed ſua cum ſpes fefellit: nam, uti Rogerius Hovedenus ſcribit, ad annum* MCXCVIII, Defuncto Cæleſtino, Innocentius Papa III ſubſtitutus, iterum ſuſpendit Aldefonſum Regem de S. Jacobo, & totam terram ſuam, à celebratione divini Officii; propter uxorem ſuam, filiam Regis Caſtellæ; erant enim conſanguinei in tertio gradu. Et licet Rex ille de S. Jacobo obtuliſſet Domino Papæ & Cardinalibus viginti millia marcarum argenti, & obtuliſſet tenere ad ſtipendia ducentos milites, per unius anni ſpatium, ad defenſionem Chriſtianorum contra Paganos, tali conditione ut Dominus Papa permiſiſſet eis inſimul moram, donec Deus daret iis ſobolem, ſaltem per tres annos; noluit tamen D. Papa Innocentius in hoc illis conſentire.

C *propter conjugium contractum in 2 gradu,*

*alind in 3 gradu contraxit,*

35 *Mariana in ſimili Alfonſi Aragonii & Vrraçæ Caſtellanæ divortio, ad annum* MCX, *tantæ ſeveritatis cauſam videtur exiſtimare, quia* nondum moribus receptum erat, ut Pontificum Romanorum veniâ, lege cognationis ſolutâ, conjugia inter cognatos coirent. Itaque paſſim, *inquit*, conſideramus per hæc tempora, connubia Principum dirempta eſſe, cognatione inter conjuges illegitima injuſtaque. *Rarum id fuiſſe fateor: ſed non ideo Pontifices exiſtimes non agnoviſſe ſuam poteſtatem diſpenſandi in ea lege. Cur ergo ea in prædictis non ſunt? Credo: quia uterque* Alfonſus *prænominatus, Apoſtolica Sede inconſulta ac veluti contemptâ, contraxerant ejuſmodi matrimonia; ut non tam diſpenſandi parcitas, quam vindicandi ſeveritas oſtentata in prædictis caſibus videatur; ne perverſæ licentiæ exemplum à Principibus ad ſubditos promanaret. Alioqui diſpenſandi poteſtatem hoc ipſo tempore in Romanis Pontificibus agnitam fuiſſe, & aliquando exercitam, evidenti cognoſcimus exemplo apud tunc viventem Continuatorem Ottonis Friſingenſis, dictum Ottonem à S. Blaſio, pro anno* MCCIX, *quo* Innocentius III, *ad tollendum Imperii ſchiſma, non ſoluni indulſit, ſed etiam præcepit* Ottoni *Saxoni, Regi Romanorum electo contra* Philippum *Suevum, ut acciperet in matrimonium ejuſdem Philippi jam mortui filiam,* quod *aliàs* ſine Apoſtolicæ Sedis licentia fieri non licuit, cognatione impediente: nam pater Ottonis avunculus fuit Friderici patris Philippi. *Eſt tamen etiam in tam evidenti utilitate Chriſtianita-*

F *abſque diſpenſatione Pontificia,*

*tunc quidem rara,*

*ſed non abſque exemplo*

AUCTORE D. P.

*tis totius cum hac cautela proceſſum, ut in Comitiis Imperii, coram Legatis Apoſtolicis ea de cauſa Herbipoli celebratis*, ſurgens Abbas Morimundenſis, Ordinis Ciſtercienſis, & omnium Abbatum aliorumque Clauſtralium utriuſque Ordinis, Cluniacenſis videlicet & Ciſtercienſis, perſonam aſſumens, delictum hoc connubio contra conſuetudinem Eccleſiæ, quantumvis diſpenſatorie, committendum, monaſtico Ordini auctoritate Apoſtolica impoſuerit, *orationibus ſcilicet & pœnitentiis luendum: & nihilominus* Regi propter hoc injunxerit pœnitentiam, ut monaſteriorum aliarumque eccleſiarum pro poſſe defenſor exiſteret, viduis & pupillis juſto judicio præeſſet, monaſteriumque Ciſtercienſis Ordinis in fundo proprio ædificaret, ac poſt hæc in propria perſona Eccleſiæ Hieroſolymitanæ ſubveniret: *quæ omnia Rex humiliter & gratanter implenda ſuſcepit. Neſcio an tantam in ſimili caſu cautelam adhibuerit* Gregorius IX *anno* MCCXXXVI, *circa Robertum Comitem Atrebatenſem & Alfonſum fratres S. Ludovici Regis quibus ſanguinis propinquitas impedimento erat; Roberto quidem ut filiam Lotharingiæ ac Brabantiæ Ducis, Alfonſo ut Toloſani Comitis natam duceret: hoc ſcio, Bzovium ad iſtum annum n.* 8 *allegare ipſius Papæ Brevia, Interamnæ data* XIV *kalend. Februarii &* VI *kal. Iunii, quibus utrique poteſtas fit celebrandi conjugii iſtiuſmodi: plus forte intelligeremus ex originalibus litteris, ſi ipſa prodirent in lucem. Sciendum tamen quod defectus Pontificiæ diſpenſationis in iſtiuſmodi caſibus impediebat quidem ne vinculum indiſſolubile contraheretur, non tamen cenſebatur officere legalitati liberorum, ſtante tali contubernio ſuſceptorum, ad quoſcumque effectus juris civilis, conſanguineorum nuptias extra primum gradum non prohibentis: adeoque nihil obeſt, quo minus* S. Ferdinandus *Rex legitimus fuerit, non ſolum* Caſtellæ *per matrem, ſed etiam* Legionis *per patrem: qui ipſemet non alio jure regnavit, utpote natus ex conſanguineis in tertio gradu, ideoque etiam ſeparatis; prolatus tamen liberis, ex ſecundo thoro* Ferdinandi *Legionenſis &* Urracæ Lopez *magis canonice natis. Præterea ſaltem Principiſſæ ipſæ excuſabiles erant, & bona fide matrimonium contraxerant, cui nemo Epiſcoporum Regni ſeſe oppoſuerat: idque imprimis de* Berengaria *cenſeo; vix dubitans, quin poſtquam certa fuit non poſſe conjugium ſuum ſalva Eccleſiæ pace conſiſtere, viri thoro ſe abſtinuerit, in pellicum copia facile id patientis, eumque demum impulerit ad divortium celebrandum, & ſic reddenda Regno Sacra. Adde quod pleraque ſimiles fuerint juniores, quam ut ſcrupulo ſibi ducere poſſent conjunctionem parentibus probatam: ſolet autem etiam nunc tali in caſu bona fides matrum ſuffragari proli, ne notha cenſeatur.*

*ſed in quo magna cautela adhibita.*

*Interim ſic ſuſcepta proles cenſebatur legitima,*

B

*Idque pro S. Ferdinando nominatim.*

36 *De aliis porro quidquid ſit,* Ferdinando, *jam Caſtellæ Regi, ut non tantum pacifica eſſet aviti regni poſſeſſio, ſed etiam paterni ſucceſſio inconteſtabilis; providit, ad ejus & prudentiſſimæ matris inſtantiam,* Honorius Papa III; *ſimulque declaravit omnia eatenus ad illam ſtabiliendam publice acta, rata atque inconcuſſa haberi ſe velle, etiam ex parte patris; qui ſolus filio reſtare timendus videbatur, ex innato contra Caſtellanos odio. Odorico Raynaldo, Annalium Eccleſiaſticorum Continuatori poſt Baronium, referendæ gratiæ, quod Breve, quo docentur ea omnia, ex Regeſto Pontificio nobis deſcripſerit his verbis,* Ferrando, Illuſtri Regi Caſtellæ, *directis*: Regiæ dignitatis ſublimitas, non ſolum in iis quæ meram juſtitiam continent, ſed in iis quoque quæ gratiam ſapiunt, favorem debet Apoſtolicum invenire. Quod attendens felicis memoriæ Innocentius Papa, Prædeceſſor noſter, cum, ſopitâ diſcordia, quæ olim inter cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Alfonſum illuſtrem Regem Legionenſem patrem tuum, & recolendæ memoriæ avum tuum Alfonſum Regem Caſtellæ, occaſione divortii inter parentes tuos, edita ſuper hoc Conſtitutione Apoſtolica celebrati, periculoſiſſime vertebatur; pax inter eos, per conceſſionem Regni Legionenſis ab ipſo patre tuo, te ſecundum Regiam conſuetudinem ſolenniter recipiente in filium, per quod voluiſſe videtur te ſuum eſſe legitimum ſucceſſorem, priori animo & voluntate libera tibi factam; de conceſſione ipſa nullo tempore revocanda præſtito juramento, ſicut in ejus litteris perſpeximus contineri; eſſet de conſilio & conſenſu Prælatorum & Baronum ipſius Regni voluntarie reformata; eidem paci, propter evidentem utilitatem & urgentem neceſſitatem, robur Apoſtolicæ auctoritatis impendit, illam gratam habendo & ratam; & ſuper hoc, ad utriuſque Regis inſtantiam, ſuæ confirmationis litteras concedendo. Nos igitur, tuis & cariſſimæ in Chriſto filiæ Berengariæ illuſtris Reginæ matris tuæ precibus inclinati, factum ipſius patris tui (cum ſaluti ejus expediat, ut quod juravit inconcuſſam obtineat firmitatem) gratum habentes & ratum; illud, ſicut provide factum eſt, auctoritate Apoſtolica de ſpeciali gratia confirmamus, & præfatæ Scripturæ paginam communimus, te ipſius ſucceſſorem legitimum declarantes .... Datum Laterani VI Idus Julii, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

D

*(propter juramentum patris,*

*ab Innocentio 3 probatum)*

*declarat Honorius 3.*

E

37 *Simili diſcretione uſum invenio Honorii ſucceſſorem* Gregorium IX, *anno* MCCXXIX, *in favorem* Alfonſi Aragoniæ Infantis, *ſuſcepti ex* Jacobo *Rege & Berengaria Sorore* Alienor, *Alfonſi Imperatoris Pronepotibus, quem pater coram Sabinenſi Epiſcopo Legato Pontificio, ad cognoſcendam cauſam divortii miſſo, atque Hiſpanicorum Præſulum ad idem convocato cœtu, proteſtabatur bona fide ſuſceptum, inſtitutumque ac juratum heredem. Sed cur iidem illi Pontifices, qui divortium Berengariæ à Legionenſi tam fervide egerunt, ſimili in Aragonia conjugio adeo numquam ſeſe interpoſuerint, ut, ſi concors ſatis illud fuiſſet, per Apoſtolicam Sedem diremptum numquam foret, fateor equidem haud ſatis me capere. Garibayus quidem ab Honorio imperatam ſeceßionem ſcribit: ſed quis credat, rem ab iſto judicatam, à Gregorio multis petendam fuiſſe, nec niſi cauſa per Legatum cognita concedendam Regi, eam ſummopere cupienti, uti Zurita aſſerit, auctor longe accuratior & certior quam Garibayus?*

*uti poſtea Gregorius 9 pro Alfonſo Arragoniæ Infante.*

38 *Nunc quoniam quæſtionum hactenus tractatarum atque hiſtoriæ porro deducendæ intelligentia plurimum pendet à ratione temporis; non gravabor hic quoque, ſicut in prima editione feci, ipſam ſtudioſius digeſtam expandere.*

## CHRONOLOGIA
## FERDINANDÆA.
### Per annos Dominicæ Incarnationis expanſa.

ANNO DCCXII.

HIſpalis, *cum reliqua Hiſpania Batica, occupatur à Mauris.*

MLXV. *Moritur* Ferdinandus I, *cognomento* Magnus, *Rex Caſtellæ & Legionis, ſimili qua poſtea Rex Sanctus pietate atque humilitate,* XXVII *Decembris, cui ſuccedit filius* Alfonſus VI.

MLXXXIX

A MLXXXIX. Rex Alfonſus *filiam* Urracam, *adhuc impuberem, cum dote Comitatus Galeciæ deſpondet* Raymundo, *fratri Comitis Burgundiæ & Guidonis Epiſcopi Viennenſis, poſtea* Calixti Papæ II; *filiam vero naturalem* Taraſiam *Comiti Portugalliæ* Henrico, *unde natus* Alfonſus, *ibidem primus Rex.*

MCII. *Mortuo in pugna contra Mauros Infante* Sancio, *Alfonſi unigenito*, Urraca, *marito Raymundo viduata, nubit* Alfonſo *Aragoniæ infanti.*

MCVII. Alfonſo VI *decedenti, ſuccedit* Alfonſus VII, *Vrracæ maritus*, tamquam privigni ſui tutor, *jam antea Rex Arragoniæ, dictus exinde* Imperator Hiſpaniæ.

MCXXVII. *Caſtellani & Legionenſes, abdicato Aragone, jam pridem ſejuncto ab Vrraca, hujus & Raymundi filium* Alfonſum VIII, *Sancti Regis tritavum, ad regnum evehunt.*

MCXXXV. Alfonſus VIII, *ſubjecto ſibi Navarræ regno* Imperator *Hiſpaniæ coronatur, in publicis Regnorum Comitiis Legione, per Raimundum Archiepiſcopum Toletanum Hiſpaniæ Primatem, annuente (ut volunt) Pontifice* Innocentio II: *ille autem uxorem quoque ſuam* Berengariam, Imperatricem *in ſuis diplomatis nominat.*

B MCLVII. Alfonſo Imperatori *mortuo ſuccedunt filii,* Sancius *in Caſtella,* Ferdinandus II *in regno Legionis & Galleciæ.*

MCLVIII. *Moritur* Sancius Caſtellanus, *relicto filio quadrimo,* Alfonſo IX, *dicto* Nobili, *ſancti Regis avo materno.*

MCLXV. *Mortuo* Ferdinando Legionenſi *ſuccedit filius* Alfonſus, *ſancti Regis pater futurus, ex* Urraca *Luſitana natus, nequidquam contra nitente noverca, Vrraca Lopez.*

MCLXX. Alfonſus Caſtellanus, *annos* XV *natus, uxorem ducit* Alienoram, *filiam Henrici II Regis Angliæ & Alienoræ, ex Guilielmo ultimo Aquitaniæ Duce natæ.*

MCLXXI. *Naſcitur* Berengaria, *Sancti mater futura, liberorum utriuſque ſexus primogenita.*

MCLXXII *vel* III. *Venit in lucem* Ferdinandus, *Caſtellani filius, ad annum ætatis* XI *vel* XII *perventurus.*

MCLXXV. *Nata videtur* Urraca, *Sancti Regis matertera, futura Regina Luſitaniæ.*

MCLXXX. *Naſcitur* Alf. Caſtellano *filius ſecundus, dictus* Sancius, *mortuus intra paucos annos.*

MCLXXXV. *Mortuis* Alfonſi *filiis, ſolæ filiæ duæ nominantur in paternis chartis quarum Senior* Berengaria,
C *in regni Comitiis heres agnoſcitur.*

MCLXXXVIII. *Naſcitur* Blanca, *futura S. Ludovici Franciæ Regis mater, ſorore majori tanto junior, ut filia fuiſſe, per ætatem potuerit. Eodem anno exeunte,* Alfonſus Legionenſis *ab* Alfonſo Caſtellano *ſumit cingulum militare, paulo poſt ducturus uxorem Taraſiam, filiam avunculi ſui* Sancii *Luſitaniæ Regu. Eodem adhuc anno Berengaria deſpondetur* Conrado, *tertio genito Friderici Imperatoris, cum ſpe ſucceſſionis in Regnum Caſtellæ, ubi jam non niſi feminæ ſupererant.*

MCLXXXIX. *Conchæ menſe Novembri naſcitur* Alf. Caſtellano *alius* Ferdinandus, *patri æque ac duo priores præmoriturus, cum ad* XXI *annum pervenerit.*

MCLXXXX. *Moriuntur in Syria* Fridericus *Imperator, & primogenitus ejus etiam* Fridericus *Dux Sueviæ: pro quibus Germaniæ Rex eligitur ſecundo genitus* Henricus II.

MCLXXXXI. Conradus, *futurus Dux Sueviæ in Germaniam remigrat, ſpe ſucceſſionis Caſtellanæ dejectus: eum illuc ſequi nolens* Berengaria, *à ſponſione abſolvitur.*

MCLXXXXV. Alf. Legionenſis *cogitur dimittere* Taraſiam *cognatam ſuam, poſt ſuſceptum ex ea filium* Ferdinandum *cito mortuum, & filias duas ſibi ſupervicturas,* Sanciam *&* Dulciam. *A Mauris circa Arcos vincitur* Alfonſus Caſtellanus. AUCTORE D. P.

MCXCVII. Berengaria *nubit* Alf. Legionenſi, *annos nato circiter* XXXIII, *ipſa annorum* XXVI.

MCXCVIII. Alf. Legionenſi *parit* Berengariā *primogenitum ſuum* S. Ferdinandum, *in monte quodam, inquit Lauretus, inter Zamorram & Salamanticam; dignum locum (ſi verum id eſt) qui certioribus monumentis illuſtretur, & ſpeciali Sancti cultu. Naſcitur autem hic* XVII *annis ante* S. Ludovicum: *& nativitatem iſtam paulum præceſſiſſet Crucis Caravacanæ Apparitio, ſi figmentum Licentiati de Luna fundamentum in vera temporum ratione haberet.*

MCC. Blanca Alf. Caſtellani *tertiogenita ſolū duodennis deſpondetur tredecenni* Ludovico Franciæ *Principi,* juveni virguncula (*uti hoc ipſo anno canit Ægidius Pariſienſis*), *moxque adducta in Franciam eidem nubit proxima feria* II *poſt feſtum Aſcenſionis, pace cum Anglo reformata: ſunt tamen qui matrimonii celebrationem differant in annum ſequentem.*

MCCIV. Alf. Caſtellano *naſcitur alius filius, dictus* Henricus, *patri ſupervicturus. Circa idem tempus* Alf. B
Legionenſis, *Pontificio obſtrictus mandato, divortium facit a* Berengaria *conſanguinea, jam trium liberorum ex eo matre.*

MCCVIII. Urraca Caſtellana, *inter ſorores ſecundogenita, nubit* Alfonſo *Luſitaniæ tunc Principi & poſt quadriennium Regi. Sub idem tempus naſcitur* Alf. Caſtellano *quarta filia* Alienor, *ac poſtea etiam quinta filia* Conſtantia, *hæc Olearum Abbatiſſa, iſta futura Aragonum Regina, nec diu poſt ſupervixit earum mater* Regina Alienor, *de cujus morte ac ſepultura miror nihil legi.*

MCCIX. Palentinæ Scholæ *à Rege* Sancio *ſub annum* MXXX *inſtitutæ, ab* Alf. Caſtellano *in Vniverſitatem erigunter.* S. Ferdinando *puero ægrotanti ſanitas apud Deiparam Onienſem redditur, ad votum matris Berengariæ, qua de re ſucceſſor filius poſtea hymnum compoſuit.* Blanca, *annos* XVII *vel* XVIII *nata, incipit marito liberos in Francia parere.*

MCCXI. Innocentius III, *litteris* VIII *&* XIII Kal. Martii *datis, laudat* Alf. Caſtellanum *ejuſque Filium* Ferdinandum, *ob ſuſceptum contra Mauros bellum: in cujus procinctu moritur egregius adoleſcens, perperam à nonnullis confuſus cum Sancto Rege nepote* F
*ſuo: moritur autem triennio ante patrem.*

MCCXIII. *Inter* Reges Caſtellanum *&* Legionenſem *fœdus inſtauratur, ſalva* Berengariæ *dote & filiorum jure ad ſucceſſionem in Regnum, per juramentum patris & Pontificis aſſenſum.* Saraceni *à Chriſtianis, in planitie dicta* las Navas de Toloſa, *immani ſtrage funduntur.*

MCCXIIII. *Moritur* Alfonſus Caſtellanus, *Sancti avus maternus: ſuccedit filius undennis* Henricus I, *ſub tutela Sororis ſuæ* Berengariæ: *ſed hanc* Comes Alvarus *cogit tutelam dimittere, & puero Regi jungit* B. Mafaldam *Luſitanam, in quinto gradu conſanguineam, & ætate longe majorem: quæ juſſu Pontificis ab eo ſeparata, virgo in patriam redit.*

MCCXV. *Naſcitur* S. Ludovicus, *futurus Rex Franciæ.*

MCCXVII. *Moritur* Henricus R. Caſtellæ, *ſuccedit Sororum ejus primogenita* Berengaria: *quæ coronam transfert in ſuum primogenitum* S. Ferdinandum, *annos* XVIII *natum*, XXXI *Auguſti.*

MCCXVIII. Honorius III *confirmat* Ferdinando *jus in ſucceſſionem Legionenſem, ei à patre juratam, & approbatam à ſuo deceſſore* Innocentio III. *Capitur Comes Alvarus Regi rebellis* XIX *Decembris, & uſurpatis cedens Legionem ſe recipit.*

MCCXIX

AUCTORE D. P.

MCCXIX. *Idem Pontifex* Sanctum Regem *ac Regnum ejus ſuſcepit in ſpecialem ſuam & Sedis Apoſtolicæ protectionem. Ipſe ſub finem anni uxorem ducit* Beatricem, *filiam* Philippi Ducis Sueviæ, *cognatam* Frederici II *poſtea Imper. ſeque ipſe baltheo militari accinxit.*

MCCXX. Rodericus de Camberiis, *Regi ſancto refractarius, compeſcitur.*

MCCXXI. Gonſalvus de Molina *ſimiliter repugnat & coërcetur.* Alienor, *ſancti Regis matertera*, Jacobo *Aragoniæ Regi nubit Turriazone* VI *Februarii.*

MCCXXII. S.Ferdinandus *auxiliatur patri ſuo* Alfonſo Legionenſi *contra rebelles quoſdam: &* XX *Novembris* Gladium *ac* Labarum *benedictum contra Maureos de manu* Mauritii Epiſcopi Burgenſis *ſuſcipit.*

CIRCA MCCXXIIII. *Pingitur* Tabula *Confraternitatis S. Matthæi, unde accepta* effigies Sancti. *Naſcitur* B.Iſabella, *ſoror* S. Ludovici. Ferdinandus *prima in Mauros expeditione* Beatiæ & Ubetæ *fines vaſtat, capit* Caſeatam: *quando etiam* Zeyt Abuzeyt, Valentiæ atque Murciæ Rex, *Concham ad Sanctum venit, in ejuſque clientelam ſe dedit.*

MCCXXV. *Idem Rex Tervelæ cum* Jacobo Aragonio *paciſcitur pro quinta parte redituum pendenda*: Blanca R.Franciæ, *circa ætatis ſuæ annum* XXXVI, *parit* Stephanum, *inter liberos undecim ultimum vel penultimum, juxta Genealogicas tabulas noſtri Philippi Labbe. Secunda expeditione* Sancto *ſeſe ſubjecit* Rex Mahumad
B Beatiæ.

MCCXXVI. *Venit in Hiſpaniam* Legatus Apoſtolicus, *ab* Honorio IV *miſſus, Reges contra Mauros animaturus*; Synodum *in ſingulis Regnis cogit.*

MCCXXVII. *Tertium in Mauros incurrens* Sanctus, *oppida quædam capit.* Zeyt Abuzeyt, *amiſſa Murcia* Rex Carabacæ & Valentiæ *videtur hoc anno miraculoſa Crucis apparitione converſus.*

MCCXXVIII. S.Ferdinandus *ſignat chartam de conventu Prædicatorum Madriti. Fines* Giennenſes *expeditione quarta vaſtat.*

MCCXXVIIII. Zeyt Abuzeyt *ob Chriſtianiſmi ſuſpicionem ejectus à* Valentinis, Zahenum *Regem aſſumentibus, in fidem* Jacobi Aragonii *ſeſe tradit, cum filio, ſuſcepto Baptiſmo dictus* Ferdinandus. *Regina* Beatrix *Conchæ ægrotans, miraculo Deiparæ convaleſcit, præſente filio* Alfonſo, *qui poſtea ea de re Hymnum compoſuit.* S. Ferdinandus, *quintum excurrens obtinet* Capellam: *novæ Cathedralis* Toleti *fundamenta ponit: patrem denuo arma moventem ſcripta epiſtola utcumque placat.* Jacobus Aragoniæ *Rex divortium facit ab* Alienora *Caſtellana, titulo conſanguinitatis, ſalvo tamen jure nati ex ea* Alfonſi *filii.*

C MCCXXX. *Moritur ſub anni exitum* Alfonſus Legionenſis, *heredibus inſtitutis duabus ex* Taraſia *Luſitana filiabus: ſed fruſtra*; Berengaria Ferdinandum *inducente in Regnum.*

MCCXXXI. Navarræ *Rex* Sancius *jam decrepitus, &* Jacobus Aragoniæ *juvenis, mutuo ſeſe adoptant in ſucceſſionem regnorum, bellum illaturi Caſtellanis, ſucceſſu nullo, ob mortem* Sancii *mox ſecutam.*

MCCXXXII. Berengaria, *Sancti Soror*, Joanni Brennio *Regi Hieruſalem, perditis in Syria rebus auxilium ex Europa petenti, uxor traditur.*

MCCXXXIIII. S.Ferdinandus R.Caſtellæ & Legionis *occupat* Ubedam: *moritur ei uxor* D. Beatrix. D.Alfonſus, *Sancti frater, Mauros ad Xerez vincit. Pax cum* Aragonio *reſarcitur, aſſignata* Alienoræ *dimiſſe, Sancti materteræ, dote competenti.*

MCCXXXV. *Chriſtiani occupant* ſuburbium Corduben ſe.

MCCXXXVI. Corduba *deditionem Sancto facit:* Campanæ *an.* DCCCCXC *ab Almanſore ſublatæ, Maurorum humeris referuntur Compoſtellam.* Hæreticos *Palentiæ deprehenſos caſtigat* Ferdinandus, Zeyt Abuzeyt, *Chriſtiano nomine* Ferdinandus, *Cæſarauguſtæ uxorem Chriſtianam ducit, unde nata filia,* Arenoſiæ *familiæ origo.* D

MCCXXXVII. S Ferdinandus *ſecundam uxorem ducit*, D. Joannam, *Comitis Pontivi filiam.* Lucas Tudenſis *finit ſuum* mundi Chronicon: *in quo habet* Vitam Sancti, *hactenus deductam.*

MCCXXXIX. *Palentina Vniverſitas Salamanticam tranſfertur à Sancto: qui mortuo* Alvaro *Bæticæ Præfecto,* Cordubam *proficiſcitur: inde* Burgos *regreſſus,* Biſcayæ Dominum *compeſcit. Denique ipſe & Regina mater per Legatum ſuum,* Abbatem S.Facundi, *plenas reverentia litteras, dirigunt ad* Gregorium Papam IX, *eique commendant ſecundo-genitum ſuum* Fridericum, *pro materna hereditate recipienda miſſum ad Imperatorem cognatum.*

MCCXXXX. Murciæ Rex *in poteſtatem Sancti Regis ſe tradit.*

MCCXXXXII. *Capitur* Argona; *vaſtantur fines* Granatenſes,

MCCXXXXIII. Rex Granatæ, *clientelæ Sancti ſe ſubjicit, eique* Giennium *cedit.* Rodericus Toletanus *Hiſtoriæ ſuæ finem imponit: ipſe autem haud diu ſupervixit, mortuus in confiniis Aragoniæ & Galliæ, rediens à Concilio Lugdunenſi anno* MCCXLV IX *Auguſti; aut alia occaſione ſecundum alios,* XXIII *menſibus ſerius.*

MCCXXXXIV. S.Ferdinandus *abit in Baticam, numquam amplius Caſtellam reviſurus.* E

MCCXXXXV. Fredericus *Imperator excommunicatus, in Concilio Lugdunenſi deponitur; & tunc ſaltem* Fredericus *ſecundo-genitus Sancti, ſpe maternæ hæreditatis recuperandæ fruſtratus, ab eo ex Italia in Hiſpaniam revertitur. Moritur* Berengaria *Mater Sancti,* VIII *Novembris (decreta jam obſidione Hiſpalenſi)* LXXV *annos nata.*

MCCXXXXVI. Alfonſus, *Sancti primogenitus, uxorem ducit* Violantem, *filiam* Jacobi Aragonii, *Valliſoleti menſe Novembri.*

MCCXXXXVII. Hiſpalis *die* XX *Auguſti obſidetur, oppidis pleriſque circumquaque jam occupatis. Moritur Rex* Valentinus; *eique in nudum titulum ſuccedit filius* Zeyt-Abomahomad, *necdum Chriſtianus.*

MCCXXXXVIII. *Convenit inter* Infantem Caſtellæ *&* Regem Aragoniæ *de limitibus conqueſtuum hinc inde faciendorum.* S.Ludovicus R.Franciæ, *in Terram-ſanctam proficiſcens, regimen matri* Blancæ *committit, tum agenti* LX *annum ætatis.* Valentia *totis quatuor annis oppugnata die* XXVIII *Septembris,* Jacobo Aragoni *à Zaheno traditur.* Hiſpalis, *menſe* XVI *obſidionis cœptæ,* Sancto Regi *deditur,* XXIII *Novembris.*

MCCL. S.Ferdinandus *communicat Civitati Hiſpalenſi & auget Privilegia, Toletanæ civitati ab Avo & Proavo conceſſa, atque à ſe confirmata: eodem anno dicitur inventus à Iudæo* liber de triplici mundo, *cum prophetia de* S. Ferdinando, *impoſturæ ſuſpectus.* F

MCCLI. Berengaria Abbatiſſa, *filia ſancti Regis, corpus Aviæ Burgos transferri curat.*

MCCLII. *Moritur* Hiſpali *& ibidem ſepelitur* S.Ferdinandus. *Moritur etiam* Blanca *mater S.Ludovici, in Paleſtina abſentis.*

MCCLIII. Alfonſus Sapiens R.Caſtellæ & Legionis, *Sancti Regis primogenitus, condit tabulas de urbis & agri Hiſpalenſis inter Chriſtianos partitione.*

MCCLXIII. Zeyt-Abomahomad, Exrex Valentinus, *dictus in baptiſmo* Vincentius, *de ſua filiique & nepotum duorum converſione* Urbano IV *ſcribit; qui reſpondens, ipſos in Sedis Apoſtolicæ tutelam recipit.*

MCCLXX. *Moritur* S.Ludovicus R.Franciæ, *conſobrinus* S.Ferdinandi.

MCCLXXIIII. *Moritur* Alfonſus R. Caſtellæ & Legionis, *Sancti filius, ſub quo aut ſucceſſore filia ſcripta* Chronica *ejuſdem* Sancti Regis. Sancius, *excluſis ex*

A *ex præmortuo fratre* Alfonſo & Blanca *Francica nepotibus* Alfonſo & Ferdinando, *quibus Sapiens regnum legarat, ipſum ſibi vendicat & retinet.*

MCCLXXXXV. *Moritur Toleti* Sancius, *Alfonſi X filius, S. Ferdinandi nepos, ſub quo jacta fundamenta novæ* Cathedralis Hiſpalenſis: *ſuccedit filius decennis* Ferdinandus IV.

MCCCXIII. Ferdinandus IV R. Caſtellæ & Legionis *moritur: ſuccedit filius anniculus* Alfonſus XI.

MCCCLVIII. Fridericus, Magiſter Ordin. S. Jacobi, *Alfonſi XI filius nothus, juſſu fratris interficitur: corpus cum corpore* Sancti Regis, *transfertur anno* MDLXXIX.

MCCCLXII. *Moritur* Maria Padillia, *pellex* Petri Crudelis, *corpus ad Regia ſepulcra transfertur: poſtea cum iiſdem etiam tranſlatum in novam Capellam.*

MCCCLXXV. Hiſtoria & Miracula S. Crucis Caravacanæ, *jubente Garcia de Cardenas Commendatore, primum authentice deſcribuntur.*

CIRCA MCCCLXXXVI. *Accidit* Miraculum S. Ferdinandi, *primum ex iis quæ notat Flos-Sanctorum.*

B MCCCXCII. *Additur nova Appendicula ad prædicta miracula.*

MCCCXCIII. *Oppidum &* eccleſia Caravacenſis, *a rebellibus Granatenſibus Mauris capiuntur & incenduntur, ſalva S. Cruce ſcriptiſque præfatis.*

MCCCLXXXXV. Sphæræ quatuor æneæ, *Turri Hiſpalenſi impoſitæ a conditoribus Mauris, Terræ-motu dejiciuntur.*

MCCCCVII. *Abſolvitur ſtructura novæ* Cathedralis Hiſpalenſis, *inchoata ante annum* MCCLXVI.

MCCCCXXXIV. *Moritur* Alfonſus à Cartagena, *ex Zamorenſi Epiſcopo Archiepiſcopus Burgenſis, Auctor* Anacephalæoſis rerum Hiſpaniæ, *in qua deſcribitur* Rex Sanctus.

MCCCCLXX. *Moritur* Rodericus Sanctius, *Epiſcopus Palentinus, Auctor* Hiſtoriæ Hiſpanicæ, *contra ipſius mentem clare explicatam parte 3 cap. 39, turpiter interpolata parte 4 cap. 4, ubi iterum de* Berengaria, *Sancti matre.*

MCCCCLXXX. *Hiſtoria & miracula S. Crucis, de mandato Vicarii Epiſcopalis pro Cardinali Valentino, legitime tranſcribuntur.*

C MDVIII. Ferdinandus Catholicus *Hiſpaniarum Rex*, Gladium S. Ferdinandi, *in proceſſione geſtat.*

MDXV. D. Fernandus Enriquez, *portat* Gladium Sancti, *eique inſcribitur ejuſdem* Chronica *prima editionis ex Ms. Eccleſiæ Hiſpalenſis.*

MDXXXII. *Editur Hiſpanice* Flos-Sanctorum, *cui inſerta* Vita Sancti, *compoſita ante annum* MD.

MDXXXXVI. *Doctor* Antonius Oncala *imprimi facit Compluti ſuum Heptaplon, in cujus Tract.* 30 Apophya *dicto, pro prima vice typis cuſa legitur ſincera relatio de S. Cruce Caravacana; teſtis ipſe oculatus fuit anniverſarii in pluvia impetranda miraculi.*

MDXXXXVIII. *Moritur* XX *Februarii* Vener. P. Ferdinandus de Contreras, *Capellanus Eccleſiæ Hiſpalenſis, cujus canonizandi cauſa verſatur in Rota Romana. Murcienſes Inquiſitores quærunt in veritatem* hiſtoriæ & miraculorum Crucis Caravacanæ, *& quomodo ea per Sacriſtam Toleto ſubmiſſum furto ablata, ac miraculoſe reſtituta ſit.*

MDLI. *Imprimitur Valliſoleti* Chronica Generalis Hiſpaniæ *ab vel ſub Alfonſo Sapiente compoſita. In qua cum bona pars* Chronicæ Ferdinandeæ *pene ad verbum deſcripta inveniatur, oportet alteram ex altera ſumptam eſſe: nos autem* Ferdinandæam *antiquiorem eſſe opinamur conjectando;* Generalem *alii præferunt.*

MDLVI. *Iterum, rogatu Sacriſtæ Caravacani,* Hiſtoria & miracula *prænotata de papyro in pergamenum transferuntur, nulla re nova addita.* AUCTORE D. P.

MDLXXV. *Abſolvitur fabrica novæ* Capellæ Regiæ *in eccleſia Hiſpalenſi.*

MDLXXVII. Hieronymus de Gudiel *Compluti evulgat* Compendium Hiſtoriarum Hiſpaniæ, *in quo plura de* Sancto Rege.

MDLXXVIII. *In Cathedrali Hiſpalenſi transfertur imago* Dominæ noſtræ de la Antigua, *quæ ante Maurorum adventum honorata, ab iis nec aboleri, nec frangi potuit; & muro obducta, atque hoc corruente detecta, præſagium dederat reſtauranda iſtic cito per Regem ſanctum Religionis.*

MDLXXIX. Corpus Sancti, *cum aliis corporibus Regiis, ſolenniter transfertur* in novam Capellam.

MDLXXXVII. Alfonſus Morgadus *edit Hiſpali* Hiſtoriam Hiſpalenſem, *quæ magno nobis uſui fuit.*

MDLXXXX. Lectiones *pro* Dedicatione Eccleſiæ Hiſpalenſis *approbantur à Congregatione Rituum Romæ. Fundatur Miſſa pro* Anniverſario ſancti Regis.

MDXCVIII. *Authentice tranſcribitur teſtimonium inquiſitionis prædictæ* de Cruce Caravacana.

MDCXVI. *Ioannes de Robles, Presbyter Caravacenſis,* E *Hiſpanice imprimit libris duobus* hiſtoriam & miracula Crucis Caravacanæ; *opus multa correctione egens, ob admixta Higueræ & Lunæ figmenta.*

MDCXXVII. Paulus de Spinoſa *publicat* Hiſtoriam, Antiquitates, & Magnalia Urbis Hiſpalenſis, *ſæpius à nobis alleganda.*

MDCXXIX. *Roma expediuntur* Remiſſoriales *in ordine ad Proceſſus pro* Canonizatione Sancti *formandos.*

MDCXXXI. *Hiſpali ſumitur* Informatio de Miraculis *Sancti.*

MDCXXXIV. *Capitulum Hiſpalenſe* Deputationem *ex ſuo corpore inſtituit pro negotio Canonizationis optatæ, ejus directionem & ſumptus omnes in ſe ſuſcipiens. Inſpicitur rite* corpus Sancti.

MDCXXXVIII. *Romæ imprimitur* Summarium Proceſſuum.

MDCLV. *Ibidem declaratur antiquus* Sancti Regis cultus *excipi à Decretis* Urbani VIII.

MDCLXVIII. *Iterum inſpicitur* ſancti Regis *incorruptum* corpus.

MDCLXXI. Clemens X *confirmat cultum* S. Ferdinandi, *eique decernit* Officium & Miſſam. Balthaſar F de Turre-Fanfan *deſcribit* Feſta *Hiſpali hac occaſione, & hoc anno celebrata.*

MDCLXXIII. Feſtum S. Ferdinandi, *prius ad libitum, jubetur in omnibus Regnis Hiſpaniarum fieri ritu Duplici.*

MDCLXXV. Lectiones propriæ, *pro Officio* S. Ferdinandi, *à Congregatione Rituum approbantur.*

MDCLXXVII. Didacus Ortiz de Zuniga *edit Annales Hiſpalenſes, in quibus Feſta Tranſlationes anni* 1671 *deſcribit.* Cornelius Galle *inſignem* S. Ferdinandi *imaginem Antverpiæ ſculpit, dedicatam Archiepiſcopo Hiſpalenſi,* D. Ambroſio Ignatio de Spinola y Guſman.

MDCLXXIX. *Corpora Reginæ* Beatricis *& Regis* Alfonſi, *hactenus cum* S. Ferdinandi *corpore intra eamdem tumbam clauſa, in proprios tranſlata loculos, reponuntur ad latera Capellæ Regiæ.*

MDCLXXX. Michael Angelus Lauretus, *ex Ordine Clericorum Miniſtrantium infirmis, Neapoli edit Italicam Hiſtoriam Sancti, dicatam* D. Ferdinando Marchioni de los Veles *Proregi Neapolitano.*

MDCLXXXV. Acta ſancti Regis *ſeorſim eduntur Antverpiæ, impreſſa ſumptibus* Decani & Capituli Hiſpalenſis.

A 39 *Tandem, prius quam ad ipſa Divi noſtri Acta illuſtranda accingamur, oblivioni ſubtrahendus eſt Conatus Poëticus amiciſſimi viri, deque Sanctorum Actis in Propylæo Maji exornando optime meriti,* R.P.Emmanuelis van Outers S.J. *ante hac etiam editus in prima Collectionis Ferdinandææ editione, ſub hoc titulo.*

## ODE

## AD S. FERDINANDUM.

### *Cum Vitæ ejus Acta & Gloria poſtuma, invitante & excitante Hiſpali, ſingulari volumine vulgabantur.*

FErnande, Regum maxime; maxime,
Fernande, Divûm: quem poſitis Iber,
E ſervitute vindicatus
Barbaricâ, veneratur aris.
Tuo receptas conſilio & manu
Tantiſper Urbes reſpice; & atriis
Cæli relictis, quos beaſti
Imperio, populos reviſe.
B Omnes laborant Principis inclitum
Nomen ſacratis tollere honoribus:
Omnes triumphant. Te Toletum,
Corduba te decorat trophæis.
Hoſti probatæ te fidei memor
Argona, te non ante domabile
Maurorum aſylum, te tuorum
Denique victa animis Nepotum
Granata donis proſequitur ſuis:
Illa, illa Ibero cedere contumax,
Vincenda numquam, jam Granata
Læta tuos cineres adorat.
Urbs nulla parcit ſumptibus: æmula
Virtus clientes & ſtudium rapit.
Inuſitato templa faſtu,
Compitaque, & fora veſtiuntur.
Sed vincit omnes Hiſpalis, Hiſpalis
Prælata cunctis. Illa tuas amans,
Fernande, virtutes, volenſque
Per titulos memoreſque faſtos
Poſt-naſcituris conſpicuas dari,
C Elucubrandas fert Papebrochio,
Per Acta Sanctorum celebri, &
Nominis Auſtriaci clientes
Lecto tot inter; dum Tibi conſtruit
Aram ipſa, multo lumine ſplendidam;
Tuaſque pugnas pingit auro,
Et ſolidis tua bella gemmis.
Illa armat omnes artificum manus,
Parſura nulli. Nil ſimile aut prior
Spectarit ætas aut futura.
Cuncta tuæ monumenta pompæ,
Fernande, cedunt. Ne ſtudium piæ
Mireris Urbis; plura tibi Hiſpalis
Redempta debet: plura reddet,
Impatiens in amore vinci.
Nec vos amicas pœniteat, mei
Herois, Urbes, laudibus Hiſpali
Ceſſiſſe victas, Ferdinandum
Quæ ſtudiis coluiſtis æquis.
Ut vicit, omnes vicerit Hiſpalis,
Auroque gemmiſque atque opibus potens:
Viciſſe debebat, favore
Indigetis meritiſque victrix.
Illam univerſis prætulit urbibus,
Regnis relictis, & Patris & ſuo,
Fernandus: illi ſe ſuumque
Credidit immoriens cadaver,
Decurſa poſt tot ſecula vividum,
Et nec pereſum, nec violabile
Parcente nulli tabe mortis.
Depoſito pretioſiore
Donare cives non poterat ſuos.
Ditarit aras muneribus licet
Benignus æternis; perennes
Divitias ſuperat cadaver,
Illuſtre centum prodigiis. Cole
Regem fidelem ſuppliciter; cole,
Urbs grata; Fernandus favores
Cultibus innumeros reponet.
Fernandus atram corporibus luem
Fugabit ægris: ſubjiciet ſuam
Mors pulſa falcem Ferdinando:
Exanimes nova vita rurſus
Subibit artus. Sed neque triſtia
Poſthàc timebis prælia, nec dolos:
Invicta ſtabis. Ferdinandus
Ipſe ſuæ vigil, ipſe muros
Defendet urbis: Præſide barbarus
Quo Maurus omni pulſus Iberia,
Ardentis extremos receſſus
Deficiens Libyæ petivit.

D

E

## VITÆ BREVIORIS

### PARS PRIMA.

### *Ex Chronico Lucæ Tudenſis, Coævi.*

ÆRa MCCLV *a* Fernandus, filius Adefonſi Regis Legionenſis, in Caſtella (ei matre Berengaria tradente Regnum) feliciſſime regnare cœpit. Siquidem Caſtellæ Nobiles Regnum Berengariæ Reginæ tradiderunt, eo quod erat primogenita Adefonſi Regis Caſtellæ: & ipſa, ut dictum eſt, tradidit Regnum Filio ſuo. Hic autem Rex Fernandus, graviſſima adoleſcentia venuſtatus, non (ut illa ætas aſſolet) laſciviam amplexatus eſt mundi; ſed pius, prudens, humilis, catholicus, & benignus, ſenilibus ſe moribus decoravit. Etenim ita obediebat prudentiſſimæ Berengariæ Reginæ matri ſuæ, quamvis eſſet regni culmine ſublimatus, ac ſi eſſet puer humillimus ſub ferula magiſtrali. Habebat ſecum prudentiſſimos viros, quibus tam ipſe quam Mater totum ſuum conſilium committebant. In tantum, regnum ſibi ſubditum, ſuccenſus igne Catholicæ veritatis, ſtrenue rexit; ut inimicos fidei Chriſtianæ totis viribus perſequeretur; & quoſcumque reperiebat hæreticos flammis exureret, & ipſe vice famulorum ignem & ligna in eis comburendis miniſtrabat *b*. Aderat illi in humilitate juſta ſeveritas, qua reprobos puniebat; & in ſeveritate juſta, miſericors & clemens humilitas, qua proſtratis inimicis * placebat. Ejus Regalis animus avaritiâ numquam potuit inflammari: ſiquidem viſum eſt quod requieverit ſuper eum ſpiritus ſapientiæ, qui fuit in Adefonſo Rege Caſtellæ avo ſuo; & ſpiritus fortitudinis & clementiæ, qui erat in Adefonſo Rege Legio-

a *Factus an. 1217 Rex Caſtellæ.*

F

*virtutem Regi congruè excellit:*

b

* *an* parcebat?

A Legionenſi patre ipſius. Quid plura? quod de nullo *imprimis pudicitia.* Regum præcedentium legitur, omnino irreprehenſibilis fuit, quantum nobis ſcire datum eſt: & thorum conjugalem unquam minime violavit. Duxit * *an* Germanorum namque uxorem ex Imperiali genere * Romanorum, Deo devotiſſimam feminam, nomine c Beatricem: ex qua genuit Adefonſum, Federicum, Fernandum, Philippum, Henricum, Sancium, d Emmanuelem, d Alienor, Berengariam, & Mariam.

2 Omnibus etiam Eccleſiis ita omnia ſua jura ſervavit, ut nullus eſſet qui auderet eas vel in aliquo moleſtare. In tanta pace regnum ſibi ſubditum rexit, ut majores vel minores in aliorum res inſurgere non auderent. Sed cum regnare cœpiſſet, Comes Alvarus de Caſtella, & fratres ejus Comes Fernandus & Comes Gundiſalvus, contra eum rebellare cœperunt. Et cum Rex Fernandus, una cum matre ſua Berengaria, cum manu militum, juxta e caſtrum quod dicitur *e* Ferrerola, tranſitum face- *Pace per regnum ſtabilita,* ret; Comes Alvarus ei bellum indixit. Fuit autem Dominus cum Rege Fernando, & cepit ipſum Comitem Alvarum: & tam ipſe Alvarus quam fratres B ejus multa Caſtella Regi Fernando tradiderunt, in quibus rebellabant ei: & Comes Alvarus eſt tunc à vinculis liberatus. Rex autem Legionenſis Adefonſus cum exercitu ſuo, quoſdam regni Caſtellæ fines moleſtabat, eo quod adhuc quædam ad regnum f Legionenſe ſpectantia detinebant / Caſtellani. Tunc congregati ſunt contra eum omnes Nobiles de Caſtella, quia revera filius ejus Rex Fernandus cum patre pugnare nolebat. Inito autem certamine g *g intendit parando bello Mauriſco* prædicti Nobiles Caſtellæ fugati ſunt, & omnes in Caſteliòn à Rege Adefonſo incluſi. Tunc mutuo colloquentes de pace, ut juſtum erat, firmaverunt pacem inter patrem & filium: & ad tantam concordiam Regna Hiſpaniæ pervenerunt, ut unanimiter convenirent ad Arabes perſequendos. O quam beata tempora iſta, in quibus fides Catholica ſublimatur, hæretica pravitas trucidatur, & Saracenorum urbes & caſtra fidelium gladiis devaſtantur! Pugnant Hiſpani Reges pro fide, & ubique vincunt. Epiſcopi, Abbates, & Clerus eccleſias & monaſteria conſtruunt: & ruricolæ abſque formidine agros excolunt, animalia nutriunt, pace fruuntur, & non eſt qui exterreat eos.

C 3 Eo tempore reverendiſſimus Pater Roderi- *& eccleſiis reſtaurandis,* cus, Archiepiſcopus Toletanus, eccleſiam Toletanam mirabili opere fabricavit; prudentiſſimus Mauricius, Epiſcopus Burgenſis, eccleſiam Burgenſem fortiter & pulchre conſtruxit; & ſapientiſſimus Joannes, Regis Fernandi Cancellarius, eccleſiam Valliſoleti fundavit, & multis poſſeſſionibus glorioſe dotavit. Hic tempore procedente factus Epiſcopus Oxomenſis, eccleſiam Oxomenſem opere magno conſtruxit. Nobilis Nunius, Aſtoricenſis Epiſcopus, inter alia quæ prudenter geſſit, muros Aſtoricenſis urbis, epiſcopium & eccleſiæ clauſtrum fortiter & pulchre ſtuduit reparare. Regula juris Laurentius, Aurienſis Pontifex, ejuſdem eccleſiam & epiſcopium quadris lapidibus fabricavit, & pontem in flumine Minio juxta eamdem civitatem fundavit. Generoſus etiam Stephanus, Tudenſis Epiſco- *Epiſcopos in pio opere juvat.* pus, ejuſdem eccleſiam magnis lapidibus conſummavit, & ad conſecrationem uſque perduxit. Pius autem & nobilis Martinus, Zamorenſis Epiſcopus, in eccleſiis conſtituendis, monaſteriis reſtaurandis, pontibus & hoſpitalibus ædificandis continuo præbebat operam efficacem. His & aliis ſanctis operibus noſtri beati inſiſtunt Pontifices & Abbates, iſti & alii, quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ. Adjuvant his ſanctis operibus largiſſima manu Rex magnus Fernandus, & prudentiſſima mater ejus Re- EX LUCA gina Berengaria; multo auro, argento, pretioſis la- TUDEN. pidibus, & ſericis ornamentis Chriſti eccleſias decorantes. Eo tempore per totam Hiſpaniam Fratrum Prædicatorum & Fratrum Minorum *h* con- h ſtruuntur monaſteria, & ubique verbum Dei præ- *itemque Patrem R. Legionis contra rebelles.* dicatur..... Adefonſus Rex Legionis, ubi cum filio ſuo pacem habuit, quoſdam rebelles in regno ſuo perdomuit, Rege Fernando filio ſuo auxilium præbente.... Rex autem Caſtellæ Fernandus, quam ſapienter tunc temporis geſſerit, non eſt qui ſcriptis oſtendere poſſet. Etenim revocavit virum potentiſſimum Alvarum, Petri Fernandi de Caſtella filium, qui erat cum Saracenis; & aggregato ſuorum exercitu magno, barbarorum fines invaſit; & multas ſtrages Saracenis inferens, cepit ab eis civitatem Baëtiam, Porcunam, Queſadam, Andugàr. Aznataraph, Garciez, Martoſiahen *i*, Capellam, & i alias plures, & cum magna victoria in Caſtellam reverſus eſt. Poſt hæc Reverendiſſimus Pater Joannes, Cardinalis Romanus Sabinienſis Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus, miſſus eſt in Hiſpaniam, à glorioſiſſimo Papa Gregorio. Hic, inter cetera quæ ſancte geſſit, Reges Hiſpanos contra Saracenos ſtuduit incitare: unde Rex Legionenſis Adefonſus, cum exercitu ſuo & & parte exercitus filii ſui Regis Fernandi, obſedit Cacéres, oppidum fortiſſimum barbarorum, & cepit ipſum....

4 Obiit autem Æra MCCLXVIII, VIII Kalen- *Eodem defuncto* das Octobris [Adefonſus Rex Legionenſis] Rex autem Fernandus filius ejus tunc temporis erat in expeditione in terra Maurorum: & cum audiſſet quod deceſſerat pater ejus, feſtinavit venire Legionem, ut obtineret regnum patrum ſuorum. Eo tempore facta eſt perturbatio magna in regno Legionenſi: multi namque Milites Galleci & Aſturres, multas populationes, quas Rex Adefonſus fecerat abſque murorum ambitu, incendio tradiderunt. Nitebantur etiam reſiſtere Regi Fernando ſi poſſent: ſed omnipotens Deus illum mirabiliter adjuvabat. Etenim Miles nobiliſſimus Didacus, cum eſſet Legione, fecit ſuos per palatium Regis furtive aſcendere, & turrim & eccleſiam B. Iſidori occupavit. Reverendus autem Pater Rodericus, Epiſcopus Legionenſis, vir nobilis, providus, & *nequidquam obſtantibus ſeditioſis.* honeſtus, ut hæc vidit, eccleſiam Legionenſis Sedis armis, hominibus, & bellicis apparatibus munivit, ut civitas Regi Fernando ſervaretur; civeſque F turres murorum & eccleſiarum, ut potuerunt, ſimiliter munierunt. Erat tunc in ipſa civitate die ac nocte continua vox belli, & tribulatio, & anguſtia magna: ſed miſericordia Dei non defuit; & prædictus Didacus ægritudine valida eſt percuſſus, ita ut ipſe, vel in eo neſcio quis, clamaret, quod B. Iſidorus, ob auxilium Regis Fernandi, volebat ipſum Militem interficere, eo quod occupaverit turrim & eccleſiam ejus. Prætetea à capite dicti Militis oculi videbantur avelli, & concavitate ſua egrediebantur, non ſine magno dolore: unde compulſus, cum ſe videret tam graviſſime vexari, conſilio Sanciæ Comitiſſæ venerabilis matris ſuæ, Abbati & Conventui ipſius monaſterii turrim & eccle- *uno etiam divinitus punito,* ſiam reſtituit, & damna quæ illis intulerat integravit: datoque ſuper ſancta Dei Euangelia juramento, quod de cetero eſſet miles & vaſſallus B. Iſidori Confeſſoris, illico ſanitati reſtitutus eſt, & ſtatim cum ſuis de civitate egreſſus.

5 Epiſcopus autem Rodericus & cives, gaudentes in Domino, quod etiam Sancti pro Rege Fer- *fit Rex Legionis.* nando pugnabant, miſerunt nuntios illi, veniret cito ſuam accipere civitatem. Venit itaque Rex Fernandus (qui vere creditur Rex virtutis, eo quod ſit vir-


irtuosus) una cum prudentissima D. Berengaria
EX LUCA TUDENSI matre sua,& Legionensem civitatem ingressus cum
gloria magna, obtinuit regnum patrum suorum.
Tunc confluentibus ad eum de singulis civitatibus
& oppidis viris nobilissimis,concessit eis bonos mo-
res & foros antiquos; & etiam illis multa grava-
mina relevavit. Supererant duæ nobilissimæ soro-
res suæ,filiæ Regis Adefonsi, quas genuerat ex Re-
k gina *k* Tarasia, Sancia scilicet & Dulcia, quas ha-
buit in magna reverentia, donans illis dum vive-
rent annuatim triginta millia aureorum.Deinde pa-
cificato toto regno suo,omnes Milites, qui popula-
tiones patris sui incenderant, exulavit. Post hæc,
congregato Legionis & Castellæ exercitu magno,
*Cæsis ad Xerez Mauris,* ingressus terram Maurorum, obsedit Ubedam &
cepit eam. Eo fere tempore inclitus Adefonsus fra-
ter ejus,& Alvarus heros potentissimus de Castella,
de mandato Regis, cum Nobilium exercitu,depræ-
dantes terram Maurorum, usque ad mare mediter-
raneum hostiliter pervenerunt: quibus cum exer-
citu innumerabili occurrit Rex barbarus, nomine
Abenfuth, juxta civitatem quæ vocatur Xerez.
Commisso certamine fugati sunt Mauri,multis mil-
libus suorum prostratis, & Christiani reversi sunt
B in patriam, cum multis opibus & gloria magna.
Iterum Rex Fernandus movit exercitum; & fines
Saracenorum invadens, cepit fortissimum castrum,
quod dicitur S. *l* Stephanus, & quædam alia:
l & acceptis à Saracenis thesauris multis, rever-
sus est.

6 Divulgabatur fama Regis Fernandi per uni-
*ipse,relicta ad regni gu- bernatio- nem matre,* versas regiones, & de fide, gloria, & victoriis
ejus loquebantur omnes gentes. Siquidem magna-
nimitas ejus & sapientia omnes hostes ejus ve-
hementissime deterrebat. Regina vero Berengaria
mater ejus in tanto sapientiæ culmine ferebatur,
ut in regni administratione cuncta sapienter &
nobiliter ordinaret: quapropter secure Rex Fer-
nandus faciebat moram in expeditione contra
Saracenos, eo quod Regina Berengaria vices
ejus sapienter in regno Legionis & Castellæ sup-
plebat: & tanta securitate & pace utrumque re-
gnum gaudebat, ut parvus vel magnus aliquis
non auderet violenter res alterius occupare: tan-
*contra eos- dem egredi- tur:* tus invaserat cunctos hæreticos terror, ut cun-
cti de utroque regno fugere festinarent. Mitte-
bat Regina Berengaria abundanter filio suo Re-
gi Fernando, dum esset in expeditione, milites,
equos, aurum,argentum, cibaria, & quæcumque
erant necessaria exercitibus suis. Æra MCCLXXIII
C Regina D. Beatrix obiit, & sepulta est Burgis in
m regali cœmeterio *m*, quod bonæ memoriæ fece-
rat Castellæ Rex Adefonsus. Ante paucos dies
discesserat filia Regis Fernandi & Reginæ Beatri-
cis Maria puellula, quæ Legione in monasterio S.*n*
n Isidori est sepulta. Tunc temporis devotissimus Rex
*manubias S.Isidoro vovet.* Fernandus, coram corpore B. Isidori fixis genibus
oravit, & votum faciens dixit viva voce: Adjuva
me, Beate Confessor,contra Saracenos,& de his quæ
acquisiero huic ecclesiæ tuæ conferam honorabilem
portionem.

7 Eo tempore quidam Catholici, viri strenui, de frontaria Maurorum, qui Almugava-
res vocantur, collecta suorum multitudine, de
nocte terram Saracenorum furtive ingressi sunt. Qui
cum venissent Cordubam, & custodes murorum
ipsius civitatis barbari minime vigilarent; per sca- D
las & funes civitatem magnam Cordubam *o* intra- o
verunt, & maximam obtinuerunt partem turrium *Capto à Christianis Cordubæ suburbio.*
& murorum. Et cum adversus Saracenos fortiter
dimicarent, & multos ex eis occiderent; festinan-
ter miserunt nuntios ad Regem Fernandum, ut ad
eorum properaret succursum. Erat tunc in partibus
illis heros potentissimus, Alvarus de Castella; &
veniens festinus ad succurrendum Christianis, ex-
tra Cordubam tentoria fixit. Pauciissimi erant Chri-
stiani, habito respectu ad Saracenos: sed quotidie
de barbaris, adjuvante Domino, triumphabant.
Quantæ autem magnanimitatis fuerit Rex Fernan-
dus,ex hoc potest adverti, quod statim Beneventa-
nis, & Zemorensibus, & aliis sibi adstantibus di-
xit: Si quis est hic amicus & fidus vassallus, se-
quatur me. Erat tunc hiems valde pluviosa: &
dum non haberet secum centum milites, ingressus *eodem cum paucis pro- fiscitur,*
est audacter per frontariam regni Legionis, & cum
paucis Cordubam venit. Magnus timor & dolor
invasit amicos cunctos Regis Fernandi, cum per-
venit ad eos,Regem se tanto discrimini contulisse.
Accelerabant cuncti tanto Domino subvenire, sed
resistebant eis flumina inundantia & pluviarum
tempestas. Rex autem Fernandus stabat fortis &
imperterritus, & Saracenos cum suis fortiter ferie-
bat. Et cum ingressum civitatis & egressum non
possent Christiani Saracenis prohibere, eo quod
prohibente flumine magno *p* Guadalquivir ad alte- p
ram partem non poterant transire, & Saraceni
egrediebantur & ingrediebantur per pontem; Rex
Fernandus fecit fieri balsas *q* & navigia de lignis
& coriis, & ipse Rex cum paucis primus trans- q
ivit. Tunc prohibitus est Saracenis egressus & in-
gressus, & cepit Rex castrum quod erat in ipso
ponte.

8 Obsessa fuit civitas Cordubensis, undique *ac denique urbem obti- net,* properante Christianorum exercitu: & cum quo-
tidie ab utraque parte gladiis mortiferis & jaculis
fortiter certaretur, tandem laboribus multis & fa-
me victi Saraceni, Regi glorioso Fernando Cordu-
bam civitatem inclitam tradiderunt: & ipsi Sara-
ceni recedentes, se aliis Agarenorum oppidis con-
tulerunt. Ingressus est Rex Fernandus Cordubam,
cum gloria & lætitia magna; & eliminata omni
spurcitia Mahometi,Pontifices sacri, in festo Apo-
stolorum Petri & Pauli, ad honorem D.N. Jesu
Christi & Genitricis ejus Reginæ cælorum Mariæ,
in eadem urbe divina mysteria peregerunt; ma-
gnum illud Saracenorum oratorium Genetricis Dei *& restituit campanas S.Iacobi.*
Mariæ nomine decorantes. Inventæ sunt ibi cam-
panæ, quas ob insigne ab ecclesia S.Jacobi Apostо- r
li Rex Cordubensis olim detulerat Almanzor *r*:
& Rex Catholicus Fernandus fecit eas Saracено-
rum humeris ad ecclesiam S.Jacobi *s* reportari. Cap- s
ta est civitas Cordubensis Æra MCCLXXIV: & re-
versus est inclitus Rex Fernandus Toletum cum
victoria & gloria magna. O quam beatus iste Rex,
qui abstulit opprobrium Hispanorum, evertens so-
lium Barbarorum, & restituens ecclesiæ S.Jacobi
Apostoli campanas suas cum magno honore, quæ
multo tempore fuerant Cordubæ, ob injuriam &
opprobrium nominis Christi. Accepit etiam Rex
Fernandus Turgellum,Sanctam-Crucem, Alhange,
& quædam alia castra.

ANNO.




## ANNOTATA.

a *Is eſt annus Chriſti* 1217. *Flos Sanctorum aliique paſſim notant annum Chriſti* 1216, *ſed male; cum* Alfonſus *avus ſolum obierit anno* 1214, 6 *Octobris; & poſtea puer* Henricus Rex *vixerit in regno annos* 2 *menſes* 10, *mortuus* 6 *Iunii* 1217. *Porro quem Lucas* Fernandum, *Rodericus integre* Ferdinandum, *media ætas* Ferrandum, *quin &* Ferdenandum *ſcripſit: Caſtellani autẽ, & nunc paſſim Hiſpani,* F *initiale ſoliti mutare in* H, *ſcribunt* Hernandum: *quod ſequitur Flos-Sanctorum. Similiter nomen Patris diverſimode ſcribitur,* Aldefonſus, Adefonſus, Alfonſus, *& vulgarius* Alonſus: *ſunt etiam qui idem faciant cum* Hildefonſo.

*Sancti zelus contra hæreticos.*

b *Huc ſpectat quod Odoricus Raynaldus ad an.* 1236 *ex Regeſto Gregorii Papæ IX lib.* 10 *Ep.* 182 *notat his verbis;* Cum Palentiæ aliquos hæretica lue infectos deprehendiſſet Ferdinandus, candenti ferro æternis infamiæ notis in vultu inuri juſſit: ii vero, calamitatis illius ſenſu ad pœnitentiam ducti, conciliari

C Eccleſiæ ſolvique anathemate demiſſe flagitarunt: quam Provinciam Gregorius Epiſcopo Palentino dedit.

c *Quia pater ejus vocabatur* Philippus, *filius Friderici Ænobarbi & Frater Henrici Imperatorum, ipſe electus poſt fratrem Imperator; hinc auctori Legendæ veteris obrepſit, ut* Beatricem *faceret* filiam Philippi Regis Franciæ.

d *Eadem Legenda ſolum nominat quinque, & quidem ordine perturbato,* Alfonſum, Fredericum, Emanuelem, Philippum, & Henricum: *oportet autem ut Patri præmortui ſint* Ferdinandus, Alienor, Maria, *unde poſtea eadem nomina indita ſint liberis ex ſecundo thoro ſuſceptis. Idem ipſimet Sancto accipiendi nominis occaſionem dedit: nam (ut ait Zuniga) Alfonſo Legionenſi ex priori cum Taraſia Luſitana contubernio natus filius,* Ferdinandus *dicebatur; ſed infans obiit, prius certe quam noſter hic naſceretur.*

e Ferrerola, *ſeu* Ferreola, *vulgo* Herrera: *illud forte quod inter Palentiam & Cordubam media fere notatur via.*

*Dos R. Berengariæ.*

f *Nempe, ut ait Rodericus lib.* 7 *cap.* 31, Alfonſus *Caſtellanus, celebratis filiæ nuptiis,* omnia quæ *jure belli* abſtulerat, nunc genero, olim hoſti, dedit filiæ ſuæ: *& hæc utique dirempto matrimonio debebant ipſius filio-*

*rumque manere: & ſic antea cap.* 24 *dixerat, quod poſt divortium* guerræ & vaſtationes vix aliquo tempore inter Reges ceſſaverunt, Rege tamen Caſtellæ in omnibus prævalente, & de regno alterius caſtra plurima occupante: ſed tamen nec ſibi, nec filio, ſed nepoti Ferdinando omnia acquirebat: *quem vel ideo ſtudioſius apud ſe retinebat; & primum reſtituit Patri per pacta anni* 1213.

g *Rodericus (cui potius hic credimus) ait, non niſi* exercitus Caſtellani præcurſores *fuiſſe, qui Legionenſi Regi occurrentes, abſque certamine fugerint in caſtellum iſtud, ibique incluſi cœperint de concordia agere, læſo qui bellum ſuſcitabat Alvaro.*

h De Prædicatorum Conventu Madritenſi *extat diploma apud Spinoſam fol.* 152 *lingua vulgari antiqua, initio tamen ac fine Latino ſcriptum, ubi dicitur* Ferdinandus, Dei gratia Rex Caſtellæ & Toleti (*quod tantumdem eſt ac ſi nunc ſcriberetur* Caſtellæ Veteris & Novæ, *hujus enim caput erat Toletum, & nomen Mauricо iſtic regno tribuebat*) *&*, Facta carta apud Medinam del campo, XXIV die Junii Æra MCCLXVI anno regni ſui XI, *qui eſt Chriſti an.* 1228.

i *Vereor ne depravata ſit lectio: quia tamen Lucas, Chronicon ſuum non perduxit uſque ad obtentam* Jaën, *non audeo legere diviſim* Martos, Jahen.

k Taraſia, *Sancii Regis Portugalliæ filia, prius ducta quam* Berengaria, *ſed poſt ternam prolem ſuſceptam, propter affinitatem in ſecundo gradu, ab* Alfonſi *thoro ſeparata. Agit de hoc conjugio inceſto Rodericus Toletanus lib.* 7 *cap.* 24; *ac deinde de matrimonio* Berengariæ *& divortio.*

l Caſtrum S. Stephani *diſtat Vbeda Euro boream verſus milliaribus tribus. Atque hic univerſim nota, Milliaria communia Hiſpanica à me uſurpari in dimenſione locorum, quorum novem conſtituunt Belgicas horarias leucas decem.*

m *Illud ſcilicet, quod juxta monaſterium de las Huelgas ibidem fundaverat Rex Aldefonſus.*

n *Fuit* S. Iſidorus *Epiſcopus Hiſpalenſis, univerſæ* Hiſpaniæ patronus *habitus: colitur autem* 4 *Aprilis. Hujus corpus* Ferdinandus I, *à Rege Mauro impetratum an.* 1063 *Legionem transferendum curavit, erecto in hujus honorem hic nominato monaſterio Canonicorum Regulariũm*

EX LEG. HISPAN.

*rium, cujus alumnum fuiſſe, quem præ manibus habemus,* Lucam. *poſtea* Tudenſem *Archidiaconum atque auctorem Chronicæ, opinatur Magiſter meus R. P. Henſchenius, ad Acta Vitæ & Tranſlationis, ab eodem juniore compoſita.*

o *Non* civitatem *acceperunt, ſed ejus ſuburbium unum poſt antemurale, ut ex ſequenti ipſius urbis oppugnatione apparet.*

*Bætis fluvius*

p Quadalquivir, *antiquis* Bætis, *unde* Hiſpania Bætica, *nunc* Andaluzía. *Nomen autem* Guadalquivir, *dicitur Arabice idem ſonare, quod,* Magnus fluvius. *Sed quomodo hic non erat* Pons, *quandoquidem Chronica num.* 90 *tam expreſſe dicat, Regem caſtra metatum* ad Pontem Alcoléæ, *qui hodieque invenitur notatus in tabulis? cum etiam num.* 50 *deſcribatur Laurentius Suarez, Exiga veniens quaſi ad exploranda Sancti Regis caſtra, deſiliiſſe in pedes* ad caput pontis, *per quem erat ad eadem caſtra tranſgreſſurus? Placet credere, ſtructum eo loci, ubi Rex caſtra fixerat, pontem fuiſſe, poſtquam ratibus tranſitus fluvius erat; idque ad neceſſariam defenſionem eorũ qui jam tenebant Caſtrum Pontis Cordubenſis,*

*Cordubæ ponte inſtratus,*

B

*quẽ ex Theatro Vrbium ſupra propoſui, una cum præſtructo antiquitus caſtro, & cum tertia circiter ac præcipua urbis parte, continente Palatium Regium* A, *atq; Meſquitam* B, *nunc eccleſiam S. Mariæ, Maurorum antiqua & hactenus conſervata quadamtenus opera; quæ inter ſitum eſt Archiepiſcopium* C. *Quidquid porro poſt Regiam excurrit murorum in Occidentem, equilibus & viridario Regio occupatur: poſt Metropolitanam vero verſus Ortum magis procurrit civitas, pluribus eccleſiis ac civium domibus ſtipata: quam credas (ſi ſolum Tudenſem legas) occupatam à Chriſtianis fuiſſe: ſed Chronica, diſtinctius loquens, docet, ſuburbium dumtaxat obtentum, quod ultra hanc partem longius verosimiliter protendebatur, dirutis nunc quæ ipſum tunc civitati jungebant muris turribuſque.*

*& arx ad tumulum.*

q Balſa *Hiſpanice, Latine* ratis *dicitur.*

*Campana S. Iacobi reſtituta,*

r *Circa an* 990 *anno* 13 *& ultimo Regis* Almanſor, *occupatâ* Compoſtellâ, *minores campanas inde ablatas ſcribit Rodericus lib.* 5 *cap.* 16: *quod ſacrilegium Barbaro fatale fuit, etſi alioqui ab ulteriori injuria ſacro loco inferenda abſtinuerit, fulmine territus.*

s *Addit Legenda, quod* ſicuti humeris Chriſtianorum avectæ fuerunt campanæ, jubente Almanſore; ſic de mandato Ferdinandi, eas referre coacti ſint ipſimet Mauri.

## PARS SECUNDA *a.*

### *Ex libro Hiſpano, dicto Flos-Sanctorum, anni* MDXXXII.

*Argona Regem ſibi concilians Sanctus,*

9 STatim poſt ſubactam Cordubam, abiit Rex excurſionem facturus in ditionem Hiſpalenſem: cui Argonâ tranſeunti indicatum eſt, quod ibi eſſet Rex nomine Alhamad, idemque generoſus eques, qui ei magnum poſſet inferre damnum, poſteriora exercitus cum impedimentis carpendo. Hoc intellecto, ſtatim verſus Argonam Rex tetendit, miſitque ad Regem Alhamadum, cauſa tractandi cum eo. Qui cum egreſſus eſſet ad Regem, eique ſe ſubjeciſſet; promiſit ei Rex, quod ſi Argonam tradere vellet, facturus eum eſſet Regem Granatæ; interim tueretur exercitus Chriſtiani impedimenta, curaretque ne quid eorum periret. Quod cum ei Rex Maurus juraſſet, abiens Fernandus incurrit in agros Hiſpalenſes. Miſit deinde Rex nuntios ad præcipuos quoſdam Granatenſis urbis incolas, ut exauctorato eo quem tunc habebant Rege, Alhamadum Argonenſem Regem aſſumerent: hoc vero cum eis perſuaſiſſet, eo quod Alham adus nomen haberet viri fortis, iſque ad regnum perveniſſet, continuò tradidit *b* Fernando Argonam. Fernandus vero eumdem monuit, ut recordaretur, quod per ipſum factus eſſet Rex Granatenſis; ideoque petebat ut ſibi traderet civitatem Jaën *c*, ſub hac conditione, ut eam ipſi redderet quandocumque is poſtulaſſet: atque ita urbem illam obtinuit, arcemque in ea, quæ nunc eſt, ædificavit. Molitionem autem iſtam ægre ferentibus Mauris, & cur id faceret interrogantibus, reſpondit; hoc ſe facere, ut ne civibus cogeretur eſſe moleſtus, ſed ſibi ſuiſque illac tranſituris abſque incommodo eorum hoſpitium inveniret.

*facienſque Regem Granatæ.*

D b c

*Jaën ab eo ſibi conceſſam munit.*

10 Toletum deinde rediturus Fernandus, Cordubæ reliquit Magiſtrum D. Pelagium Corréa, & D. Rodericum Alvarez Aſturicenſem, alioſque plures, Hiſpalim uſque excurſuros. Metatus eſt autem Magiſter Pelagius in loco, qui dicitur Sant-Lucàr *d* de Albayda, inter Hiſpalim & Tegadam; Rodericus autem, Alcalæ *e* de Guadayra: atque ex his locis adeo infeſtos habuerunt agros Hiſpalenſes, ut ad magnas anguſtias Mauros compulerint. Inito ergo cum Proceribus ſuis conſilio, convenerunt de certa auri ſumma, duobus iſtis Equitibus danda, pro pace cum iis habenda: quam illi haud difficulter conceſſerunt. Quia autem ſciebant Mauri, Fernando Regi conſtitutum eſſe manere in Caſtella totis tribus annis, decreverunt quantam maximam poſſent ſementem facere: quod ita eis ſucceſſit, ut ſi meſſem colligere permitterentur, deeſſe iis non potuiſſet annona per annos viginti, adeo fœcundus fuit annus iſte. Tunc Magiſter Pelagius & D. Alvarus ſignificarunt Regi quidquid actum erat, & quod; niſi ipſe novam meſſem nunc collecturus veniret, non deberet intra viginti annos de capienda Hiſpali cogitare. Hoc nuntio accepto Rex, ſtatim & abſque mora Burgis *f* diſceſſit, cum Equitibus circiter centum: & evocatorias miſit per regnum totum, mandans ut omnes Hiſpalim convenirent. Advenit autem eo Rex Fernandus medio Martio, anno Domini *g* MCCXLVIII, civitatemque tam arcte cinxit ex omni parte, ut neceſſaria ad victum inferri in eam non poſſent, niſi per *h* Axaraſam: quæ non poterat præcludi, eo quod prope Trianenſe *i* caſtrum tenſa erat catena perquam grandis, trans ipſum fluvium, à Turri-aurea uſque ad alteram partem: quæ catena adjumento magno Mauris fuit. Quidam autem, Romanus *k* Bonifacius dictus, civis Burgenſis, dixit Regi: Habeo navim valde bonam, quacum, ſi bonum ventum annuerit Deus, velis expanſis provectus, intendo catenam iſtam perfringere.

*Mauros Hiſpalenſes excurſionibus fatigat.*

d e

F

k

*deinde urbem obſidet:*

*eamque per deditionem accipit.*

11 Tum Rex per triduum integrum ſe recepit ad orandum, & nec ullius alloquium ſuſcepit; ab oratione autem regrediens mandavit, ut nautæ navim appararent. Quæ cum velis expanſis promoveretur, tam validus ea implevit ventus, ut ſurſum in flumen provecta, non tantum catenam illam perruperit, ſed etiam pontem juſto ab inde ſpatio diſſitum. Qui ſucceſſus magnam Mauris moleſtiam attulit, utpote jam omni ulteriori ſpe neceſſariæ annonæ obtinendæ privatis. Ergo parvo poſt tempore petierunt Mauri loqui cum Rege, qui eis tranſmiſit Rodericum Alvarez Aſturicenſem; cui dixerunt, quod ei tradituri eſſent civitatem, modo ſibi liceret egredi cum uxoribus, liberis, atque fortunis; manere autem volentibus, ſub Regis obedientia atque ad ejus ſervitium, id liceret. Rex vero arbitrium conditionum ad Adefonſum filium retulit: qui reſpondit, faceret pater ſuus quod bonum videbatur. Poſtea vero redierunt Maurorum legati,

A legati, petentes inducias ſibi dari, ad demoliendam turrim & mezquitam majorem: qua de re Adefonſus interrogatus edixit, quod ſi vel unicam tegulam in civitate moverent, omnes mactari juberet. Videntes igitur talia fruſtra peti, ſupplicarunt Regi, ut ſeptem dies ſibi concederet, intra quos civitatem traderent, ea qua Rex vellet conditione & forma. Intravit ergo Rex Fernandus in urbem
l Hiſpalenſem die VIII *l* Novembris, anno Domini
m MCCXLVIII: manſit autem in urbe major *m* pars incolarum.

12 Poſt hæc tam Rex quam Magnates ejus in Caſtellam redeundum eſſe cenſuerunt, dimiſſis eorum aliquibus ad cuſtodiam civitatis. Verum hoc ne fieret tali ratione dicitur fuiſſe impeditum. Parafitus *n* quidam Fernandi Regis, Paya dictus, conſcendit turrim majoris eccleſiæ, numeravitque plateas à Chriſtianis inſeſſas; facile utique diſtinguendas ab aliis, quia unuſquiſque Magnatum vexillum ſuum extulerat è loco in quo hoſpitabatur. Hinc agnovit quanto in periculo, ſi Rex diſcederet cum exercitu, futuri eſſent reliqui. Ergo ad Fernandum acceſſit, & dixit: Domine, unam à te gratiam peto,
B videlicet ut cum omnibus Primoribus tuis mecũ velis prandere in ſumma turri majoris eccleſiæ. Cumque reſponderet Rex, quod locus omnes non caperet; In illa, inquit, turricula, ô Rex, quam ſuperne vides, & exiſtimas tam parvam eſſe, plus quam quinquaginta viri contineri poſſunt. Tum Rex petitioni annuit; & abiit Paja: hora autem congrua accerſivit Regem cum ſuis Magnatibus. Qui cum aſcendiſſent; Prandium, inquit Paya, quod vobis paratum habeo, eſt ut videatis hanc civitatem, quam Dominus Deus noſter donavit vobis. Cui Rex, Video eam perquam bene, & benedictus ſit Deus, per cujus miſericordiam acquiſimus eam. At ego, replicat Paya, faciam ut multo melius eam videas: & monſtravit ei vexilla Magnatum & Tribunorum, qui ibi erant; & quam exiguam partem civitatis occuparent, juſſit conſiderare. Ad quæ Rex, Vere, inquit, miſeret me civitatis hujus. Tum paraſitus: Si modo, cum hic ſunt Caſtella & Legio, non habitatur Hiſpalis: quomodo hinc abiens credis relicturum te, qui eam faciat habitari? Equidem edico tibi, quod ſi ſemel hinc abieris, numquam in eam ſis rediturus. Tum vero Rex, inquit, Etiam ex ore fatuorum prudentia quandoque conſilia proficiſci audivi ſæpius; atque ex nunc promitto Deo, me numquam in Caſtellam rediturum, ſed hic ſepulcrum habiturum. Atque ita Fernandus Hiſpali manſit, eamque à frequenti populo habitari fecit, incolis ex omni Hiſpania accerſitis: & poſt captam urbem in ea vixit ſanctus hic Rex tribus cum dimidio annis.

*In Caſtellam rediturus*

*ne id faciat ſapienter monetur à paraſito,*

C *ibique manere vovet:*

13 Quando autem ſe vidit morti vicinum, accerſito ad ſe filio Adefonſo; poſt multa ſancta ac ſalutaria monita, ei dixit: Urbem Jaën à Granatenſi Rege teneo, ſub ea conditione, ut eam redderem quandocumque repoſceret: volo autem ut fides mea etiam poſt mortem meam præſtetur integra, ſicut eam ſervavi cuicumque ipſam obligavi cum viverem. Itaque volo ut reddas eam Granatenſi Regi, quandocumque volet; tibi autem ſerves arcem, quia ipſam ædificavi, & eſt mea. Hoc autẽ præſtitit Rex Adefonſus poſt mortem patris ſui. Fernandus vero, cum res ad animæ ſuæ ſtatum pertinentes compoſuiſſet, magna cum devotione petivit Sacramenta: & recepturus Corpus Chriſti, ſurrexit de lecto, ſeque in terram proſtravit, dicens, Domine, unde merui, ut venires ad me? Et prius quam ipſum ſuſciperet, accepit reſtim colloque circumjecit: tum genibus ac cubitis terræ innixus, dixit: O Do-

*jubet Regi Granatæ Jaën reſtitui,*

*ſuſceptiſque devote ſacramentis,*

mine mi, amore mei paſſus es aliam magis crudelem reſtim collo tuo circumdari: ego vero miſer quid feci pro te? Obſecro, Domine, ne conſideres quam male poſſim tibi rationem reddere eorum quæ mihi commendaſti, & temporis impenſi: ſed conſidera, qualis ipſe ſis, & miſerere mei. Atque ita cum multis lacrymis recepit Dominici Corporis Viaticum, petens ab omnibus ſibi ignoſci, ſi cui gravis fuiſſet, vel cauſam quærendi de ſe dediſſet. Mox teſtamentum ſuum condidit, filio ſuo Adefonſo expreſſe mandans, ut magnam curam Reginæ gereret, fratres bene educaret, famulis ſuis eſſet munificus, & ſubditis omnibus æquus *o*. Denique Clerum totum ibi præſentem, poſt recitatas Letanias, præcepit canere, Te Deum laudamus. Sumptaque in manus candela, & Cruce ante ſe poſita, inclinavit caput: ac magna cum devotione animam tradidit Creatori, in urbe Hiſpali, die XXX *p* Maji, anno Domini MCCLII, regni vero ſui XXXV.

EX LEG. HISPAN.

*pie moritur an.* 1252.

o

p

## ANNOTATA.

a *In hac ſecunda parte multa dicuntur plane aliter quam à Garibajo ac Mariana, Chronicam* Ferdinandi *antiquam ſecutis, cui nos quoque plus fidei ineſſe arbitramur: volui tamen Legendæ iſtius verba hic dare, judicium diſcriminis faciendi Lectori relinquens.*

b Argonam *ſcribo, quod Hiſpanis* Arjona *ſcribitur, ſuum* j *pronuntiantibus ſicut Græci pronũtiant* χ. *Cur ergo, inquies, non ſcribis* Archona? *Quia nempe diſparatiſſimum ſonum apud Hiſpanos habet* ch: *accipiam ergo & hic & alibi litteram* g, *ut genuino ſono Hiſpanici* j *vicinorem.* Argonam *autem volunt aliqui* Albam Virgaonenſem *Plinii, vel* Aurigiam *Livii fuiſſe, inter Iaën & Anduxàr. Chronica urbem obſeſſam fuiſſe ſcribit & deditione captam.*

c Jaën, *Latine ſcribentibus Roderico & aliis* Gienium *&* Gienna, *quam Chronica dicit prius obſeſſam & ad extrema redactam, quam Rex barbarus, ſe ſuaque fidei* Ferdinandi *committens, urbem tradi juberet; nec meminit illa adjectæ conditionis, imo Chriſtianos incolas illuc inductos ſcribit, utique Mauris omnibus aut pleriſque egredi juſſis. Nihil etiam ibi de promotione* Alhamadi, *per* Ferdinandum *curata.*

d San Lucàr de Albayda, *hodie,* San-Lucàr la Majòr, *urbi Hiſpalenſi ad Occidentem jacet, cui flumen Guadiamàr, intervallo circiter leucarum* 4; *diſtinguendum à* San-Lucàr de Barraméda, *maritimo oppido ad æſtuaria Bætis, ac veluti portu urbis Hiſpalenſis.*

e Alcalà de Guadayra, *ad Orientem ejuſdem urbis, vix duabus leucis inde abeſt.*

f *Chronica ait,* Cordubæ *fuiſſe* Regem, *cum obſidendæ Hiſpalis conſilium cepit, mutato priori propoſito redeundi in Caſtellam:* Cordubam *quoque juſſum convenire exercitum, cum quo plura oppida prius occuparit quam inchoaret obſidionem.*

g *Eadem ait obſidionem* ſedecim menſes *tenuiſſe, proinde deberet cœpta fuiſſe anno priori* 1247 *menſe Iulio.*

h Axarafæ *vulgo dicuntur excelſæ porticus ſeu ambulationes: ſed eo nomine hic intelligitur ingens terræ tractus trans Bætim, quia forte excelſior quam citerior ripa.*

i *Dabimus in Actis plenam urbis deſcriptionem, & ipſius* Catenæ, *cujus tamen nulla fit mentio in Chronica.*

k *In Chronica dictus* Raymundus: *nempe inter nomina vulgaria* Ramòn *&* Romàn *ſola vocalium tranſpoſitio ſignificationem variat.*

l *Certum hic mendum eſt, cum conſtet quod accepta ſit in deditionem urbs, traditis portis & Alcazario, die* S. Clementis 23 *Novembris: quem diem Civitas eo nomine celebrem agit quotannis. Fortaſis die* 8 *ejuſdem ſignata*

E

F

EX HISP. *ſignatæ fuerunt, conditiones deditionis faciendæ: & hoc Auctorem deceperit. Ipſe autem Rex primum ingreſſus eſt civitatem 22 Decembris in Tranſlatione S. Iſidori, egreſſis qui egredi voluerunt Mauris.*

*An omnes Mauri Hiſpali pulſi?*

m *Licet poſt menſem unum à deditione omnes exire coactos dicat Chronica: tamen ad ſalvandam ſequentem narrationem, credatur, tantum fuiſſe egreſſorum numerum, quamvis manere volentibus id per pacta licuerit, ut hi reſpectu illorum quaſi nulli fuerint; reſpectu tamen ingredientium Chriſtianorum tam multi, ut eis formidabiles eſſe debuerint, ſaltem de conflanda cum egreſſis conſpiratione, quam primum Rex cum exercitu receſſiſſet, uti mox infra inſinuatur: atque ita* pars major *apud Tudenſem, intelligatur* pars magna.

n *Hiſpanice* Truhan, *quod etiam* Morionem *ſignificat, quales Regibus ad delicias eſſe ſolent, ſapienter fatui. Turrim vero hic indicatam infra plenius deſcribemus, atque etiam ſpectandam in imagine dabimus.*

*Generoſum Sancti dictum in morte.*

o *Rodericus Sanctius Palentinus Epiſcopus, parte 3 cap.* 40; Habent, *inquit*, Hiſpanorum Annalia, quia cum hic glorioſus Princeps in agonia mortis eſſet conſtitutus, à quodam Milite interrogatus eſt, quale ſepulcrum aut ſtatuam ſibi jubebat apponi. Cui ille; Immaculata, inquit, ut potui, vita mea ac geſta, ſint mihi ſepulcrum & ſtatua.

B *Voces cælestes an ſub ea audita?*

p *Idem eodem loco addit.* Quo die auditæ ſunt voces in cælo, En moritur juſtus & nemo conſiderat. Cuncti fideles ob ejus obitum ineffabiliter flebant, dicentes, Utinam talis Princeps aut non naſceretur, aut non moreretur! *Hoc quidem à Gentilibus de Gentili Imperatore dictum tolerari poterat: inter Chriſtianos autem explicationis eget, ut commode intelligatur: alioqui enim certum eſt, nullum regioni cuipiam majus bonum poſſe divinitus obtingere, quam Regem Sanctum; qui licet vel modico vivat tempore, ſuorum tamen Patronus perpetuus erit in cælis. Quod autem attinet ad voces auditas in cælo, tales occurrunt frequenter, in Martyrum paſſionibus iis, quæ in locum verorum Actorum, aut numquam ſcriptorum aut à tyrannis abolitorum, poſt multa ſecula ſcriptæ ideoq; ſuſpectæ ſunt; in ſincerioribus tamen & notarialiter exceptis, cum ipſi Martyres paterentur, eas numquam invenias. Quis autem citra hæſitationem credat, Palentinum habuiſſe idoneæ antiquitatis & fidei teſtem ad rem tam inſolitam aſſerendam, quam tacuit auctor Chronicæ, ſatis aliàs proclivis ad mirabilia narranda, ut nihil de auctore Legendæ dicam?*

## ACTA PROLIXIORA:

### C Ex Libro VIII Roderici Archiepiſc. Toletani coævi, & Chronicâ Hiſpanicâ ſancti Regis, juxta Ms. Hiſpalenſe edita Valliſoleti, an. MDXXXV.

Roderici *textum integrum, iiſdem quibus eſt editus verbis legendum proponens, ſed nonnullis ex* Chronica *acceptis Capitibus interpolatum; primum, quidem neceſſarium duxi numeros Capitum quibus diſtinguitur textus ille, notare in margine uſque ad n.* 99, *ubi* Roderici *hiſtoria finem accipit: deinde congruum cenſui, hic præmittere diſtributionem Capitum, in ipſa* Chronicæ *editione ſervatam, adſcribendo è regione numeros noſtros, initio talis cujuſque Capitis reſpondentes; ut, cum aliquis incidet in libros Hiſpanicos, in quibus* Chronica *prædicta citatur per Capita, promptum ei ſit ſenſum Latine expreſſum invenire. Quod ſi numero addatur *, notabis iſtic, ubi tale ſignum reperitur in contextu inchoari, quod ei reſpondet,* Caput. *Qui Chronicam hanc prælo paravit, Hiſpalenſis fuit (ut patet ex Prologo) nam noſtram appellat: & Hippolytus de Vergara, Diſcurſu 6 de S. Ferdinando, nominatim indicat,* D. Didacum Lopez de Cortegana Archidiaconum *ipſius Metropolitanæ eccleſiæ. Miſit autem is ecgraphum ſuum an.* 1535 *Valliſolesum, quia ibi jam impreſſa fuerant ſucceſſorum Regum Chronica, ut habetur in titulo*; Chronica Sancti Regis D. Ferdinandi, hujus nominis Tertii, qui Hiſpalim totamque Bæticam obtinuit, & fuit pater D. Alfonſi Sapientis, avus D. Sancii Generoſi, proavus D. Ferdinandi Quarti, qui veneficio periit; tritavus D. Alfonſi Undecimi, qui Algeziras vicit: quorum omnium Chronicæ ſimiliter habentur impreſſæ. *Habeo poſtremas duas, totidem intermedias requiro: &, ſi quis ſubmiſerit, beneficium agnoſcam.*

D

## PROLOGUS EDITORIS HISPANI.

### Magnifico & Prænobili Domino, Don Fernando Enriquez.

*Poſt quædam Summaria antea edita,* E

INter alias ſcripturas, Magnifice ac Prænobilis Domine, quæ reperiuntur in bibliotheca hujus ſanctæ Eccleſiæ Hiſpalenſis, inveni hiſtoriam ſancti Regis Don Fernandi, qui acquiſivit ſibi hanc inſignem & prænobilem civitatem. Quamvis autem Summaria quædam hujuſmodi Chronicæ fuerint impreſſa; conducibile tamen mihi viſum eſt, etiam hanc prælo ſubjicere: utpote copioſiorem, & quia in ea diffuſe narrantur Regis illius heroica facinora, æternâ memoriâ digna; ac denique ne diutius concluſa detineatur hiſtoria, tantopere expetita, præſertim in hac prænobili civitate, quam obtinuit non ſine labore maximo, propriæ vitæ periculo, impendioque ſuorum redituum & theſaurorum; quos præmiſit in cælum, iſtic ſibi reſtituendos. Quia autem ad perfectionem hiſtoriæ opus eſt paulo altius repetere ejus originem; incipit narratio à Rege Alfonſo, ſancti Regis avo, filio Sancii cognomento Deſiderati, quo melius intelligatur ordo Regii ſui ſtemmatis, nobiliumque & illuſtrium ejus operum. Longum enim & confuſionis plenum opus foret, ipſum deducere per omnes illos Reges, qui Sanctum regnando præceſſerunt; noſtræque intentionis dumtaxat eſt texere illius hiſtoriam. Hæc vero emendanda fuit, aut (ut expreſſius loquar) renovanda, quoad pronuntiationem nonnullorum vocabulorum antiquorum, ut à modernis melius intelligantur.

*ipſa Chronica integra profertur* 3

*& tantum quoad voces aliquas innovata.* F

2 Quia autem ad Dominationem veſtram, tamquam primum Equitem civitatis hujus, & ejuſdem cum Sancto nominis conſortem, pertinet præcipue favere magnis & nobilibus facinoribus ejus; exiſtimavi quod merito deberem ipſi inſcribere hanc Chronicam, ut ſub ejus auctoritate & favore publicetur in gratiam legere cupientium: idque eo magis, quod Dominatio veſtra, hoc anno milleſimo quingenteſimo decimo quinto, in feſto S. Clementis, extulit Gladium ipſius ſancti ac beatiſſimi Regis, quando celebratur ſolenniſſima proceſſio, in memoriam ejus diei quo acquiſita hæc civitas fuit; & exiſtens in capella Regum, demonſtravit deſiderium videndi ipſius Chronicam. Hoc enim me permovit, ut, ad obſequendum voluntati iſti tuæ, eam emendarem, ſicut dixi, & nomini veſtro inſcriberem: quo ſcilicet nomine, nec non ingenuis tuis ac nobilibus moribus, imitaris eumdem. Credo equidem non defuturos, qui me reprehendant, dicantque non debuiſſe mutari vocabula antiqua; quæ plus majeſtatis & auctoritatis quam moderna videntur habere. Verum illis facile

*offerturque D. Fernando Enriquez.*

*cum excuſatione mutati leviter Styli:*

A facile reſpondetur, quod dum hiſtoria aliqua Latina in linguam noſtram vulgarem convertitur, non utamur Latinis vocibus, quantumvis magis ſonoris quam ſint noſtra Romana; ſed idiomate ſecundum tempus uſitato: quem uſum videmus intra ſpatium quadraginta aut quinquaginta annorum notabiliter mutatum ab eo qui ante fuerat. Verum favente Dominatione veſtra, hæc & alia maledicorum dicteria parum mihi curæ ſunt, aliud non ambienti quam ut maneam, quod ſum, famulus veſter. Tali ergo fiducia & robore nitens Hiſtoria, invocato nomine Dei, & Virginis Mariæ Dominæ noſtræ matris ejus; ſuiſque & veſtris protecta armis, initium accipit, quemadmodum ſequitur.

3 *Hactenus ille, cujus rationes pro exoletarum vocum mutatione, quamvis in vulgo plauſibiles & acceptandæ, eruditis tamen (hoc ſaltem tempore) minus probabuntur. Tales enim non quærunt vetera iſtiuſmodi ſcripta, ad excolendum iſta lectione ſermonem; ſed ſinceram in iis veritatem ſpectant, & hanc in originariis verbis certius tenere ſe credunt. Huc autem ſpectat, quod* R. P. Laurentio Surio *accidit, colligendis Sanctorum Actis aliàs de tota re litteraria optime merito. Is dum ſui ſeculi faſtidio conſulens, phraſim eorumdem Actorũ ſubinde leviter immutavit, tunc fortaſſis non inutilem diligentiam aſſumpſiſſe viſus fuit, quando hæreticis ſciolis riſui erat eccleſiaſticorum ſcriptorum rudis ſimplicitas; nunc autem (eorumdem quoque iudiciis in contrarium ſic verſis, ut vel apicem mutare ex ortographia Latina legibus ſcrupulo ducant, ſuamque fidem egregie probaſſe ſe credant, ſi* quotiens, Ammoneo, Conlabor, *alioque ſimilia ſtribliginis ſemibarbaræ menda ſervaverint) nunc, inquam, Surii factum arguitur factum ab æquis iniquiſque; nec deſunt, qui tali occaſione ſenſum quandoque non leviter immutatum vel obſcuratum querantur. Antiquorum quippe monumentorum eadem quæ ſtatuarum & monetarum ratio eſt, quibus apud peritos æſtimatores pretium venit ex quadam ſcabritie fuſcoque colore, tamquam veræ antiquitatis earum characteriſticis notis. Ea propter deceſſores ac Magiſtri mei,* Bollandus *atque* Henſchenius, *Sanctorum Acta ſuſceperunt edenda, ſervatâ primigeniâ ſcriptorum, quantumvis ſubbarbarorum,* phraſi. *Quo nomine licet eos initio ſugillarent dicaciores quidam Franci,* Scriptores Silveſtres *eos appellando; cito tamen obmutuerunt, confuſi unanimi approbatione eruditiorum apud ſe virorum. Hi vero non ſolum in Latinis medii ævi ſcriptis invariatum ſtylum ſervandum*

B *quod tamen præſtitiſſet non feciſſe.*

C *eſſe judicarunt, ſed in ipſis quoque Francici idiomatis libris antiquitus compoſitis: quorum nonnullis, ut vulgo conſulerent, hodiernæ phraſis contextum recentem addiderunt columnatim, quomodo aliàs Græco-latina imprimuntur; alii ſatis habuerunt recentiora vocabula, antiquatis reſpondentia, ponere in margine, vel Annotationibus ſubjunctis obſcuritatem tollere, & laborem lectoris ſublevare. Idem utinam in hac quoque Chronica factum ab editore fuiſſet: feciſſet autem id tanto facilius, quanto pauciora mutarunt Hiſpani, ut in habitu, moribus, religione conſtantiores quam cetera paſſim nationes; ſic in patrio quoque ſermone variando parciores cunctantioreſque.*

4 *Dicta autem Chronica, ſicut Valliſoleti impreſſa habetur, dividitur in ſeptuaginta octo Capita: quæ quia more noſtro contrahuntur ad numerum minorem & reliquo operi conformem, magiſque idoneum Annotationibus interponendis; ipſos veteris illius diviſionis Titulos, continua ſerie hic præpono, ſicut alibi habentur impreſſi ad calcem, addito ubique numero, ubi ſingula requirenda ſunt, in nova noſtra diviſione. Aſteriſcus * vero ſignificabit in medio talis paragraphi novum Chronicæ Caput inchoari.*

D

# VETUS DIVISIO.

## *Incipit Chronica Sancti Regis Don Fernandi, hoc nomine Tertii, qui acquiſivit Hiſpalim.*


CAP. I. DE nobili Rege Don Alfonſo, hujus nominis nono, filio Regis Don Sancii Deſiderati, ejuſque grandibus facinoribus. *Num.* 5

II. De Rege Don Henrico, hujus nominis primo, qui regnavit poſt mortem nobilis Regis D. Alfonſi. 13

III. Quomodo Rex Henricus comitia celebravit Valliſoleti. 14

IV. De malis & rapinis exercitis per D. Alvarum, & quomodo conatus ſit diſcordiam adducere inter Regem ejuſque ſororem ac tutricem D. Berengariam. 15

V. In quo commemoratur mors D. Henrici Regis. 16*

VI. Quomodo poſt Henricum regnavit D. Fernandus, & quomodo D. Alfonſus ejus pater voluerit ipſi regnum auferre, ex conſilio Comitis Alvari. 17

VII. Quomodo D. Berengaria & Rex Fernandus fecerunt adferri corpus Regis Henrici à caſtro Tarreco, & deportari Burgos. 20*

VIII. Quomodo Comes Alvarus & fratres ejus grandia damna intulerint ditionibus Regiis: & quomodo Rege ac matre ejus Herrerâ tranſeuntibus, captus fuerit Comes Alvarus, per Equites qui Regem comitabantur. 22

IX. Quomodo Comes Alvarus pepigerit cum Rege de tradendis ei oppidis & arcibus, quas ipſe & frater ſuus tenebant, pro ſua liberatione: & quomodo Palentiam ambo ſe receperint. 23

X. In quo narratur mors Comitis Alvari, & fratris ejus Don Fernandi. 24

XI. Quomodo nobilis Rex Fernandus uxorem duxerit D. Beatricem, filiam D. Philippi ex Alemannia & D. Mariæ filiæ D. Coyſat * Imperatoris Conſtantinopolitani. 25 * Iſaac.

XII. Quid negotii habuerit D. Fernandus cum aliquot Equitibus, contra ipſum inſurgentibus ejuſque ditiones populantibus. 27

XIII. Quomodo nobilis Rex Fernandus, poſt pacificatum regnum ſuum, perrexerit contra Mauros, crudeli bello eos perſequens, eiſdemque multa oppida munitioneſque eripiens. 28*

XIV. Quomodo nobilis Rex Fernandus nobiliſſime conſtruxerit eccleſiam majorem Toleti, ex manubiis Maurorum, deque ejus aliis pluribus facinoribus. 29*

XV. De morte D. Alfonſi Regis Legionenſis, patris D. Fernandi: & quomodo hic poſt obitum patris regnum ejus obtinuerit. 33

XVI. Quomodo nobilis Rex Fernandus iverit Legionem regni caput, fueritque receptus & agnitus Rex abſque ulla contradictione. 34*

XVII. Quomodo Rex Fernandus ex condicto acceſſerit ad oppidum Tabogàl, acturus cum Rege Portugalliæ, & miſerit fratrem ſuum Dominum Alfonſum ad infeſtandum terras Maurorum. 35

XVIII. Quid acciderit D. Alfonſo Infanti & D. Alvaro Perez, ingredientibus terras hoſtiles. 36

XIX. Quomodo D. Alfonſus Infans conflixerit cum Rege Abenhuc, eumque vincens fuderit. 37

XX. Quomodo Chriſtiani, poſtquam repuliſſent Mauros intra portas Xerezenſes, obtenta victo-


E F

ria collegerint ſpolia : ac poſtea occiderint multos Mauros, abditos intra ſpiſſitudinem olivetorum. 40
XXI. Quomodo Rex Fernandus obſederit Cordubam, & poſt dies aliquot obſidionis eamdem obtinuerit, Mauris ei ſe tradentibus.
*Ita habet Hiſpanicus titulus, ſed fallit; debuiſſet enim ſic dumtaxat legi:*
Quomodo Chriſtiani obtinuerint ſuburbium Cordubenſe. 43
XXII. Quomodo Rex Fernandus confeſtim diſceſſerit Benaventa, opem laturus iis qui ſuburbium Cordubenſe interceperant. 47
XXIII. Quomodo Abenhuc Rex Ecigæ voluerit in auxilium Cordubenſium proficiſci contra Regem Fernandum; ſed ab ea mente deductus fuerit per D.Laurentium Suarez. 49
XXIV. Quomodo D. Laurentius Suarez Eciga diſceſſerit cum tribus equitibus verſus caſtra Regis Fernandi. 50
XXV. Quomodo D.Laurentius, poſt inſtructum de omnibus Regem Fernandum, egreſſus è caſtris rediverit Ecigam. 52
XXVI. Quomodo Abenhuc, ad auxilium Regi Valentiæ ferendum profectus,à quodam ſubdito ſuo ſit interfectus Almeriæ. 53
B *Hic porro addendum fuerat:* & quomodo eo mortuo Rex Fernandus Cordubam obtinuerit tradentibus eam Mauris. 54
XXVII. Quomodo major Mezquita Cordubenſis fuerit conſecrata, per Epiſcopos qui erant cum Rege Fernando: & quomodo Rex eam reſtauraverit, & neceſſaria quædam ædificia adjunxerit,ipſamque dotaverit. 55
XXVIII. Quomodo Rex Fernandus, poſt mortem D. Beatricis, contraxerit ſecundas nuptias cum D.Joanna, conſobrina Ludovici Francorum Regis, filia Comitis Simonis & D. Mariæ uxoris ejus. 56
Prologus hiſtoriam proſequentis. 58
XXIX. Quomodo Rex Fernandus Toleto profectus ſit Cordubam, eidem aliiſque confiniorum munitionibus, annonæ penuria grandi laborantibus,proviſurus. 58*
XXX. Quomodo Benalhamar, Rex Granatæ, magno cum exercitu Maurorum venerit ad arcem Martanam, eamque ad extremas redegerit
C anguſtias. 59
XXXI. De morte D.Alvari Perez, deque magno dolore quem inde hauſit Rex Fernandus. 60
XXXII. Quomodo nobilis Rex, hac vice qua in confiniis fuit, multa oppida & loca munita obtinuerit; ceperitque Regem quemdam Maurum, qui de trans mare venerat. 61
XXXIII. De quadam diſcordia inter D. Fernandum Regem & Equitem quemdam ex Biſcaya, qui D.Didacus Lopez nuncupabatur. 62
XXXIV. Quomodo Rex Fernandus, Burgis ægrotans, miſerit filium ſuum D.Alfonſum ad confinia: cui Toletum venienti occurrerunt quidam legati miſſi ad Regem patrem ab Abenhud Rege Murciæ:quos D.Alfonſus,ibidem Toleti expeditos,remiſit Murciam. 63
XXXV. Quomodo Rex à morbo relevatus, Murciam miſerit magnam annonæ copiam,& verſus confinia diſceſſerit ipſe. 64
XXXVI. Quomodo Rex Fernandus obtinuerit Argonam,aliaſque urbes & munitiones. 65
XXXVII. Quomodo Mauri, Gazulæ dicti, incurrerint in arcem Martanam, & Fratres qui intus erant erumpentes, eoſdem repulerint vicerintque. 72
XXXVIII. Quomodo Infans Murciam appulerit, D
cum magno annonæ commeatu, & Mulam obtinuerit. 72*
XXXIX. Quomodo Rex Fernandus Corduba diſceſſerit cum uxore ſua D.Joanna, ad colloquium cum matre ſua D.Berengaria in Villa-regali, ac poſtea in campeſtria Granatenſia incurrerit, & Jaënum obſederit. 73
XL. Quomodo Rex Granatenſis tradiderit D. Fernando Jaënum urbem, eique ſeipſum ſubjecerit. 75
XLI. Quomodo nobilis Rex Fernandus cum exercitu ſuo diſceſſerit Jaëno Hiſpalim verſus, & ex itinere incurrerit vaſtaveritque agrum Carmonenſem,atque Alcalam obtinuerit. 82
XLII. Quomodo nobilis Rex Fernandus, poſt occupatam Alcalam Guadayræ,reverſus ſit Cordubam; indeque iverit Jaënum,ubi decreta eſt obſidio Hiſpalenſis. 83
XLIII. Quomodo nobilis Rex Fernandus obtinuerit Loram,Cantilianam,Guilenam, & Gerenam, & Alcalam del Rio. 84
XLIV. Quomodo adveniens Raymundus Bonifacii cum claſſe, quam Rex adduci juſſerat, pugnarit contra triginta Maurorum triremes,& victoriam obtinuerit. 86 E
XLV. Quomodo quidam Eques, Rodericus Alvarez nuncupatus, fuderit cohortem Maurorum, venientium adverſus claſſem Chriſtianorum. 86
XLVI. Quomodo D. Pelagius Corréa, tranſierit cum ſuis flumen, & cis Aznalfarachem reſidens,magno in periculo verſatus ſit. 87
XLVII. Quomodo Rex Fernandus caſtra in Tabladam tranſtulerit, propter damna in loco priori accepta, & metanti exercitui ſupervenerint Mauri. 88
XLVIII. De eo quod contigit Garciæ Perez de Vargas cum octo Mauris, quos obviam habuit, à caſtris ad pabulatores vadens. 89
XLIX. Quomodo poſt tranſlata in Tabladam caſtra, in unam eorum partem incurrentes Mauri, pecora quædam abegerint; eademque ab erumpentibus Regiis fuerint recuperata. 91
L. De iis rebus quæ acciderunt Magiſtro D.Pelagio cum Mauris trans flumen. 92
LI. Quomodo Mauri Aznalfarachenſes ſæpius F
eruperint, pugnaturi contra Magiſtrum S.Jacobi D.Pelagium Corréam & copias ejus, & de eo quod contigit. 92*
LII. Quomodo Mauri Hiſpalenſes conati ſint exurere claſſem Chriſtianorum artificio quodam; ſed caruerint ſucceſſu, fuſique ac cæſi ſint. 93
LIII. Quomodo civitas Carmonenſis deditionem ex pacto Regi fecerit. 94
LIV. Quomodo Alxotaf, cum omnibus Mauris Hiſpalenſibus, aſſultum fecerit in caſtra Chriſtianorum, dum Rex ad eam fluminis partem tranſiſſet,in qua erat Magiſter D.Pelagius Correa. 95
LV. Quid actum ſit inter navales copias Chriſtianorum & Mauros. 95*
LVI. Quomodo Prior S.Joannis decem Equitibus Mauris eripuerit, quam abducebant in caſtrorum conſpectu,turbam vaccarum; animoſiuſque incurrens, protractus ſit in locum inſidiarum, cum maximo ſuo periculo. 98
LVII. Quomodo D. Henricus & Magiſtri Calatravæ atque Alcantaræ, cum Priore S. Joannis, expilarint ſuburbia, Benalgofar & Macarenæ dicta. 99
LVIII. Quomodo D. Didacus Lopez de Haro & Ro-

# TABULA GEOGRAPHICA REGNORUM S. FERDINANDI,

Et confiniorum Portugalliæ, Navarræ, Aragoniæ, atque Valentiæ.




## INSTRUCTIO BIBLIOPEGI.

Ideo tibi offertur hæc Tabula, in extrema integri folii parte excusa, ut alterius partis marginem libro insuas, & supra hanc complices istam, atque ita præbeas legenti commoditatem, projiciendi extrorsum totam Tabulam, sic ut vertendis in progressu lectionis foliis numquam impediatur oculus, quo minus intendere possit in illam, sibi à sinistris jacentem extra librum, & finita lectione introrsum replicandam.

*Le Relieur doit prendre garde, d'afficher tellement la Table par l'autre bout, qu'en ouvrant le livre & deploiant le feuillet, la Table demeure couchée à gauche par dehors.*

Il Legatore si ricordi di legar questa Figura in tal modo nell' altra estremità della carta, che essa si debba piegare, e spiegata che sarà, caschi tutta à man manca fuori del libro.

# MONITIUNCULA

## *Ad rectum Tabella hujus intellectum.*


COmplectitur Tabella præſens non ſolum Navarræ, Aragoniæ, atque Valentiæ confinia, ſed totum inſuper Portugalliæ Regnum; nihil quidem ad Sanctum Regem pertinens, ſed ita ſitum, ut ab ejus Imperio non poſſit reſecari, & ſimul integre exprimi Galleciæ atq; Algarbiorum Regna. Habet autē eā conjunctiō, etiam pro hac hiſtoria, utilitatis nonnihil, quoad nominatim expreſſa loca. Quin & in tota Tabella ordinanda hoc præcipue ſpectatum eſt, ut ea potiſſimum nominarentur, quamvis nunc exilia, quorum hic frequentior mentio incidet. Plura ſi voles, majores Geographorum Tabulas conſule, ac nominatim ante hos decem annos Amſtelodami editam per Nicolaum Viſſcherum, unde hæc noſtra ſumpta; ſed (quod imprimis monitum Te oportet) non uniformiter per utramque dimenſionem. Licet enim Ferdinandæum Imperium, quod hic ferme quadratum exprimitur, reapſe magis longum quam latum ſit ſexta ſui parte, ad Hiſpanicas Leucas CL à Meridie in Septentrionem procurrens, ab Ortu in Occaſum non excedens ſpatium ſimilium Leucarum CXXV: ut tamen, contracta longitudinis menſura, latitudini ipſam æquaremus. ſuaſit peculiaris horum Actorum editio, ea forma cui major altitudo fuiſſet incommoda: hujus autem prior ratio habenda fuit, propter eos quorum impenſa tum editio ipſa, tum ſculpturæ eo ſervientes curabantur. Volenti igitur locorum diſtantias, ſecundum appoſitam Scalam milliarium, dimetiri; ſemper obverſetur hoc monitum, ut concipiat ſpatia Leucarum ab Oriente in Occidentem revera eſſe ſexta parte minora, quam comparata ad Scalam eſſe videantur. Exemplo ſit *Hiſpalis*, vulgo *Sevilia*. Ab hac, ſecundum Scalam prædictam diſtant Hiſpanicis leucis XV *Xereſium Frontenienſe* verſus Meridiem, & *Elleréna* verſus Septemtrionem: pari autem Leucarum numero diſtare videntur in noſtra Tabella *Eziga* & *Oſſuna* ad Ortum, ac *Niebla* ad Occaſum; revera autem ſolum diſtant Leucis XII cum dimidia.

Jam quod vulgaria locorum nomina, ſicut invenit, ita expreſſit Sculptor; nobis invitis non fecit. Quamvis enim antiqua Romanaque vocabula, quibus Latine ſcribentes utuntur libentius, uſurpemus etiam nos: hodierna tamen vocabula aptiora erunt ad uſus ipſius Tabellæ alios, à nobis ſucceſſive intentos; cum ſcilicet, quæ nunc Latine edimus Acta, fuerint Hiſpanice, Gallice, Germanice ac Belgice reddita, prout reddenda promittuntur à cupienti Sancti Regis notitiam venerationemque promotam. Ne qua tamen ex hoc capite nunc ſit difficultas; eccum Nomenclaturam locorum plerorumque, interpretatione Latina, ſecundum Alphabeti ordinem, illuſtratam.

# INTERPRETATIO NOMINVM

## HISPANICORVM.

ALcalà de Henares, *Complutum*,
Andaluzía, *Batica*.
Aſtorga, *Aſturica*.
Avila, *Abula*,
Badagòs, *Pax Auguſta*.
Baëza, *Beatia*.
Baza, *Baſti*.
Bellorádo, *Bellum foramen*.
Braga, *Bracara*.
Braganza, *Brigantium*.
Burgòs, *Burgi*.
Cadiz, *Gades*.
Calahorra, *Calagurris*.
Cartagéna, *Carthago nova*.
Ciudàd, *civitas*.
Coïmbra, *Conimbrica*.
Cordova, *Corduba*.
Cuenza, *Concha*.
Duero, *Durius fluvius*.
Ebro, *Iberus fluvius*.
Eſtrecho de Gibraltàr, *Fretum Gaditanum*,
Eſtremadura, *Extrema Durii*.
Evora, *Ebora*.
Ezíga, *Aſti*.
Gribaltàr & Ceuta, *Columnæ Herculeæ*.
Guadalquivìr, *Batis fluvius*.
Guadiána, *Anas fluvius*.
Hueſca, *Oſca*.
Huete, *Opta*.
Jaën, *Giennium*.
Leòn, *Legio*.
Lisbóna, *Vliſipona*.
Medellìn, *Metellinum*.
Medína, *Metymna*.
Mérida, *Emerita*.
Mondonédo, *Mindon*.
Navas, *Campeſtria*.
Niebla, *Nebula*.
Olmédo, *Vlmetum*.
Oſſúna, *Vrſaona*.
Oviédo, *Ovietum*.
Pamplona, *Pompejopolis*.
Portalégre, *Portus alacris*,
Porto, *Portus*.
Ronda, *Arunda*.
Rio, *fluvius*.
Salamanca, *Salmantica*.
Santáren, *S. Irene*.
Santjago, *S. Iacobus*.
Sevilla, *Hiſpalis*.
Sierra, *montana*.
Siguenza, *Seguntia*.
Simancas, *Simantica*.
Sintúbes, *Setubal*.
Tajo, *Tagu fluvius*.
Tanger, *Tingis*.
Tolédo, *Toletum*.
Toro, *Taurus*.
Tuy, *Tude*.
Valladolìd, *Valliſoletum*.
Venta, *villa*.
Villa, *oppidum*.
Viſeù, *Viſeum*.
Xúcar, *Sucaris*.
Zaragóça, *Cæſarauguſta*.




Franc. Ertinger del: et Fecit: Ant

A Rodericus Gonzalez, qui ſtationem cum ſuis habebat ad portam quæ Macarenam ducit, fuderint Mauros, quotidie in ipſos erumpere ſolitos. 100
LIX. Quomodo Almogavares exercitus Regii inſidias poſuerint Mauris, & hi eas detexerint, magnoque numero eruperint contra inſidiatores. 101
LX. Quomodo D. Laurentius Suarez, & Garcias Perez de Vargas, atque alii Equites, cum exiguis copiis, fuderint aciem Maurorum ad * portam Guadayræ. 102
*imo Pontem
LXI. Quomodo Rex Fernandus fregerit pontem Maurorum ad Trianam, duobus magnis navigiis uſus, quæ favens ventus in ipſum impegit. 104
LXII. Quomodo Rex Fernandus, videns confractum Pontem, tranſierit perſonaliter ad obſidendam Trianam. 106
LXIII. De eo quod contigit Garciæ Perez cum quodam Infantione, eadem quæ ipſe inſignia geſtante. 107
LXIV. Quomodo D. Petrus Ponce & Equites quidam alii poſuerint inſidias Mauris, damna multa inferentibus ſtationi Archiepiſcopi S. Ja-
B cobi, quia male poſita erat; & multos Mauros occiderint. 109
LXV. Quomodo viginti Equites Chriſtianos, ad cuſtodiam pabulatorum conſtitutos, invaſerint quinquaginta equites Mauri, perituros niſi ipſis ſuccurſum fuiſſet. 110
LXVI. Quomodo Maurus quidam, Orias dictus, qui ex voto Hiſpalim venerat in auxilium ſuorum gentilium, fraude tentaverit occidere D. Alfonſum Infantem, ſed irrito conatu. 111
LXVII. Quomodo Rex Alfonſus Archiepiſcopum S. Jacobi dimiſerit domum, quia infirmus erat; & quomodo ad ejus ſtationem tranſierit D. Pelagius. 111*
LXVIII. Quomodo Orias aliique Mauri Hiſpali Trianam tranſierint, eiſque præcluſus fuerit reditus ad civitatem. 112
LXIX. Quomodo Mauri Hiſpalenſes propoſuerint conditiones Regi Fernando, eique pepigerint tradere civitatem. 112*
LXX. Quomodo Mauri Hiſpalenſes tradiderint claves civitatis Regi Fernando, eamque liberam dimiſerint. 112*
C LXXI. Quomodo nobilis Rex Fernandus, ingreſſus Hiſpalim, magna cum lætitia & ſolenni proceſſione receptus ſit ab Epiſcopis & Clero. 113
LXXII. Ubi exponuntur labores, quos Rex cum ſuis exantlavit in obſidione Hiſpalenſi, & ratio caſtrorum ejus deſcribitur. 113*
LXXIII. Ubi initur ratio temporis, quo Hiſpalim Rex Fernandus obſedit; ipſiuſque urbis ac nationis Caſtellanæ ſupra alias omnes excellentiæ declarantur. 114
LXXIV. Quomodo Rex Fernandus magnis redditibus dotaverit Eccleſiam Hiſpalenſem, & Archiepiſcopum atque Canonicos inſtituerit. 116
LXXV. De tempore, quod Rex Fernandus impendit acquirendæ toti Andaluziæ: & quomodo mare trajicere voluerit. 149*
LXXVI. Quomodo nobilis Rex Fernandus tempore mortis ſuæ receperit ſancta Sacramenta, cum magna humilitate & devotione: item quomodo advocatis coram ſe filiis extrema monita dederit. 151
LXXVII. Quomodo Rex Fernandus expiraverit, ſancto fine vitam concludens, & animam Deo creatori reddens. 153
D LXXVIII. De planctu & ſepultura ſancti Regis. 154

Atque hic finitur Chronica Sancti Regis Don Fernandi, hoc nomine tertii, qui debellavit & obtinuit Hiſpalim ac totam Andaluziam, quam amiſerat Rex Rodericus, Gothorum Regum ultimus. Fuit autem impreſſa Valliſoleti in ædibus Sebaſtiani Martinez juxta S. Andreæ, abſolutaque impreſſio eſt die quarto menſis Auguſti, anno milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo quinto.

*Placet autem ad faciliorem intellectum totius ſequentis hiſtoriæ, expeditiones bellicas Sancti complexa, Tabellam proponere geographicam earum provinciarum, quas ſuo imperio ille tenuit.*

## CAPUT I.

### *Alfonſi IX Regis Caſtellæ, qui ſancto Regi avus maternus fuit, res geſtæ & obitus, Sanctique nativitas.*

E 5 REx Alfonſus, qui obtinuit victoriam dictam de las Navas de Toloſa, fuit filius Regis Sancii, cognomine Deſiderati; & nepos Regis Alfonſi, appellati Imperatoris Hiſpaniarum. Nobilis iſte Rex Alfonſus cœpit regnare à quarto anno ætatis ſuæ *a*, & regnavit annis quinquaginta tribus; habuitque uxorem D. *b* Alienor, filiam Regis Angliæ, ex qua genuit D. Henricum qui poſt ipſum regnavit, & D. Ferdinandum *c*; & D. Berengariam, Legionenſem Reginam; & D. Alienor Reginam Aragoniæ; & D. Urracam, Reginam Portugalliæ; & D. Blancam, Reginam Franciæ, quæ fuit mater S. Ludovici Regis; & D. Conſtantiam, quæ fuit Abbatiſſa monaſterii de las Huelgas, quod Rex pater ſuus fundavit Burgis, ſicut infra dicemus. Idem nobilis Rex inſtituit Ordinem *d* Equitum S. Jacobi, cujus Caput juſſit reſidere in oppido Ucles: deditque hujus Ordinis Equitibus pro teſſera ſanguineum gladium, in memoriam victoriarum & ſanguinis Maurici per eos effuſi. Ut autem terra habitaretur defenderetur que contra Mauros, deduxit colonias ſecundum ripam Tagi & per montem Ocaniæ: quem tractum, una cum montibus Oregæ & Caſtello Mora, aliiſque locis & oppidis, dicto Ordini tradidit poſſidendum. Quia autem pater ſuus Rex Sancius Abbati Fiterienſi Ordinis Ciſtercienſis dedit Calatravam, confirmavit eidem ipſam poſſeſſionem, & exaltavit Militiam iſtius Ordinis, dando eidem multa loca & oppida, per quæ ipſa Religio valde crevit & ſublimata eſt, ad Dei gloriam & Coronæ Regiæ ornamentum.

*Ferdinandi avus maternus Alfonſus.*

a
b
c
d
*inſtitutor Equitum S. Jacobi.*
F

6 Proſequens autem bene cœpta, ædificavit civitatem Palentiam, incolis eo deductis, fecitque in ea eccleſiam Cathedralem, ornans eam mitra & Epiſcopo *e*. Similiter ædificavit monaſterium de las Huelgas *f* Burgis, in quo poſuit Monachas, nobilium filias, dotans ipſum multis fundis: & juxta illud erexit hoſpitale, quod ſimiliter dotavit ad pauperum receptionem. Et quia in Hiſpaniæ regnis non parum defecerant ſcientiæ, propter Mauros qui totam ferè regionem occupabant; ſancto ſuo deſiderio impulſus Rex, Palentiæ conſtituit Studium univerſale, viros eruditos ac litteratos accerſens è Francia & Italia, ut ſubditis ſuis illas prælegerent: quod Studium diu *g* in Caſtella floruit.

*fundator Palentinæ urbis & academiæ ac monaſt. Burgenſis.*
e
f
g

EX LEG. HISPAN.

Postea cum bellum Mauricum continuaretur, quidam Maurorum Alarabum Rex, Miramolinus nomine, ex familia Almohadarum, venit cum maxima suorum multitudine: cui obviam processit Rex cum suis circa *h* Alarcos: sed quia Mauri erant longe plures numero, velut locustæ; profligatus est, ægreque ac violenter à suis quibusdam Equitibus extractus è campo, in quo velut Miles generosus mori decreverat: deinde vero nullum suscepit gaudium, priusquam rediret ad ultionem sumendam. Ut autem tam Equites suos quam reliquam omnem armigeram gentem exerceret ad pugnam; edixit ut dimitterent vestes pretiosas & aurifrigia aliosque superfluos ornatus, utque eorum pretium impenderent armis: quam enim displicebat Deo inanis ille luxus, tam placituras expensas factas in comparando contra Mauros belli instrumento. Hunc in modum præparati rebus exivit ad bellum, & in regionem Maurorum ingressus est trans fluvium Xuecar *i*, occupavitque multas villas atque oppida, spolians & occidens plurimos Mauros. Paulo post venit Toletum; ibique copiosum militem colligens, cum exercitu suo egressus est, occupavitque *k* Calatravam atque alia oppida, donec pervenit usque ad fauces Muladarii *l* supra las Navas de Tolosa, ubi obtinuit celebrem victoriam à dicto loco nuncupatam, in qua feruntur occubuisse usque ad ducenta Maurorum millia, & dumtaxat viginti quinque Christiani; unde hodieque ibi inveniuntur plurimæ cuspides ferreæ lancearum ac sagittarum, fræna equestria, aliaque similia ingentis prælii monumenta; adeo ut manente ibidem Rege cum exercitu, totis duobus diebus non aliis lignis ad ignem usi sint, quam hastis sagittisque confractis, sicut scribit Archiepiscopus Toletanus Rodericus, testis oculatus. Commissum fuit hoc prælium die lunæ XVI Julii, anno Incarnationis Dominicæ MCCXIII.

*certa Arcos victus à Mauris*

h

*16 Iulii 1213,*

m

7 Inde porro Rex progrediens obtinuit Ubedam, Vilches *m*, Vannos, Tolosam, & Castrum-Ferràl, aliaque loca plurima, quæ usque hodie remanent sub potestate Christianorum, cum magno gloriæ suæ Regiæ ac fidei Catholicæ incremento, tempore Apostolici Romani Innocentii *o* Tertii. Post eum annum, divino id agente judicio, cessarunt pluviæ per totam Hispaniam, & vehemens regionibus fames incubuit propter siccitatem; adeo ut multi morerentur per plateas, quibus nec suppetebat quod comederent, nec ab aliis præberi poterat. Quare tam Rex quam Prælati ac Nobiles largas erogarunt eleemosynas: sed annonæ caritas tanta erat, ut non solum deficeret panis, verum etiam aves & pecora; quia propter siccitatem deerat palea & fœnum, neque in agris quidquam viroris reperiebatur. Inter hæc nobilis iste Rex Placentiam tendens infirmari cœpit in via, venitque Arevalum, & mortuus est anno suæ ætatis quinquagesimo octavo, quorum quinquaginta quatuor regnavit, anno autem Domini MCCXIV, die XXIII Septembris: sepultusque est Burgis in monasterio de las Huelgas, quod fundarat; tanto sui relicto desiderio apud omnes, ut numquam oblivioni danda sit gloria bonitatis suæ: imprimis autem filia ejus Berengaria eum luxit, tantopere hac morte affligens sese, ut & ipsa ad vitæ discrimen deducta fuerit *p*.

*cosdem prosequitur ad Navas Tolosanas,*

n

o

C

*& post famem publicam utcumque levatâ*

*moritur 17 Sept. 1214.*

p

## ANNOTATA.

a *Ita etiam habet Chronica Generalis, Toletanus vero lib. 7 cap. 15 dicit quod patri suo* trimus successit, Æra MCXCVIII, *id est anno Christi* 1160. *Ast Garibajus & post hunc Mariana, quem alii recentiores sequuntur, lib.* XI *cap.* 3 *scribit, quod* Sanctio Castellæ Regi anno 1155 tertio Idus Novembris, uti Annales Toletani ajunt, filius natus est, Alfonsus nomine. *& cap.* 7 Anno 1158 Rex Toleti obiit pridie kalend. Septembris, *quando filius* Alfonsus, trimus *quidem dici poterat rotundo numero, qui præcise subducendo numeros jam vixerat annos* 2, *menses* 9, *dies* 21: *sed conveniunt omnes quod* Alfonsus *obierit an.* 1214, 17 *Septemb. & sic regnasset ille, in istorum sententia, annos* 56 *dies* 18. *Ego, ut à Toletani testimonio secure discedam, merito requiro certiora antiquorum instrumentorum testimonia, quam sint Annales, Toletano Archiepiscopo ignoti & forsan multo posteriores, quos qui solos allegant, solos videntur habuisse auctores sententiæ suæ.*

D

*A. Castellæ-ni ætas & obitus.*

b *Ita nomen hoc scribitur Toletano, Hispanice* Leonòr, *quod multis* Eleonora *redditur.*

c *Imo* Ferdinandos *duos, &* Sancium; *sed hujus ac prioris* Ferdinandi *nulla hic habita ratio, quia impuberes obierunt: posterior autem* Ferdinandus, *quia ipse etiam ante patrem obiit annos* 21 *natus, postponitur ei qui ad regnum pervenit, licet tanto juniori: similiter in recensendis liberis ordo potius dignitatis spectatur, & omnium natu minima secundo loco ponitur; quia Aragoniæ regnum antiquius est regno Portugalliæ, & utrumque Hispanis potius est regno Franciæ, utpote extraneo.* Constantia, *videtur omnium postrema fuisse, & anno* 1209 *nata.*

*ejusdem filii.*

E

d *De tribus* Ordinibus *Militaribus,* S. Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ *insignem librum scripsit Franciscus Carus de Torres, ediditque Madriti an.* 1629.

e *Antiquior Vrbis ac Sedis hujus instauratio est, &* Regi Sancio *patri* Aldefonsi *adscribenda probatur ex diplomatis Regiis Æra* 1175 *signatis, translato Pontio ab ab Ovetano Episcopatu ad hunc novum.*

*Palentini Episcopatus initium.*

f *Ita passim, quando ex Hispanico reddendum quid erit, Hispanica nomina locorum hominumque retinebimus: posset alias* Monasterium-deliciarum *verti, scilicet spiritualium: sunt enim* Huelgæ, *viridaria & domus recreationi & quieti comparata. Toletanus passim & simpliciter appellat* monasterium Regale, *vel* S. Mariæ Regalis; *deque ejus & Academiæ fundatione, facta ad instantiam Reginæ Alienor sub an.* 1199, *agit lib.* 7 *cap.* 33 *&* 34: *fuit autem Ordinis Cistercienſis. Mariana Hispanam vocem Latina forma donans,* Olcas *vocat.*

*Olcarum Burgus monasterium.*

g Academia Palentina *multum celebratur propter* S. Dominicum, *Ordinis Prædicatorum auctorem, qui prodiit ex iis Scholis, ab anno circiter* 1030 *per Sancium Regem erectis, missus eo sub an.* 1184. *Alphonsus Garcias Matamori an.* 1553 *opusculum scripsit* de Academiis Hispaniæ, *sed conditam ait ab eo quo scribebat tempore annis circiter* 380, *ergo circa annum Christi* 1173. *Atqui tunc necdum natus* Ferdinandus *erat, multo minus ejus filius, quem ipse Academiæ conditorem facit, pronepotem scilicet loco proavi accipiens. Quemadmodum autem ille erravit in nominando Rege; sic & in eo, quod consilii talis auctorem fecerit* D. Tellium Tellii, Episcopum, *æque ac Alfonsus X juniorem institutione tali. Certe incredibile est, auctorem Chronicæ Ferdinandæ, ipso hoc tempore aut proximo viventem quo fundatam Academiam vult Matamorus, errare potuisse in ejus conditore nominando, quamvis erraverit in tempore fundati Episcopatus. Fortassis autem* Alfonsus IX *ad* Episcopatum *ditandum tantum contulit, ut quasi alter ejus fundator censeri potuerit: idem suspicarer* de Alfonso X *factum in ornanda Academia, nisi Mariana lib.* 13 *cap.* 1 *assereret, quod* Ferdinandus *an.* 1239 Palentinam scholam, ab Alfonso avo constitutam, Salmanticam transtulit, *ubi* Alfonsus Legionensis *pater suus novæ* scholæ fundamenta *jam ante* posuerat.

F

*Academiæ Palentinæ erectio.*

h *Perperam in vulgata legebatur* Arcos: *erat autem inter Carçuèl & Civitatem-reginarum, & inter ruinas adhuc*

A *huc ſupereſt magnæ devotionis eccleſia,* Dominæ noſtrę de Alarcos. *Toletanus* Alarcurim *appellat; agenſque de clade hic accepta à Chriſtianis lib.7 cap.29, adſcribit eam Æra* 1233, *qui nobis eſt annus* 1195.

i *Toletano* Sucaris *cap.* 36, *ubi de hujus belli apparatu.*

k Calatravam *Mauri recuperarant, poſt cladem Chriſtianis illatam ad Alarcurim, una cum reliqua provincia uſque Ibaniez ſex leucis à Toleto; itaque expulſus inde fuerat Ordo, quem iſtic Rex Sancius collocarat, ut ſupra dictum eſt.*

l *Toletano*, Manſio in radice montis de Muradàl; *Hiſpanice*, Puerto de Muladàr; *eo ſcilicet ſenſu, quo* Portus ſiccos *gens illa appellat, quaſvis Anguſtias montium.*

m *Vide Toletanum lib.* 8 *cap.6 & reliquam celeberrimæ pugnæ hiſtoriam ibi lege. Idem lib.7 cap.*10 *Miramolinum eam cladem paſſum vocat* Aben-mahomath, *alii* Mahometem Viridem *appellant. Rediit is inglorius in Africam, Hiſpania fratri* Abozecrit *fruſtra commendata: nam ipſo digreſſo plurimi ubique ſurrexerunt Reges, ſolius tributi penſione Miramolini dominium venerantes, quæ præcipua exterminii Maurici occaſio fuit.*

B n *Eidem* Bilche & Balnea: Ubeta *autem cum* Beatia, *vulgo* Baëza, *licet hic prius nominata, poſterius tamen captæ fuerunt, ut patet legenti lib.* 8 *cap.* 12.

o *In Regeſto Epiſtolarum Innocentii III, per Baluzium edito, lib.*13 *Epiſt.* 183, *an.*1210 XVI Kalend. Decembr. *monentur Hiſpaniarum Epiſcopi, ut* Ferdinando Aldefonſi illuſtris Regis Caſtellæ primogenito, militiæ ſuæ primitias omnipotenti Deo dedicare deſideranti, ad exterminandum inimicos nominis Chriſtiani de finibus hereditatis ipſius, quam impie occuparunt, *ceteriſque Regibus & Principibus idem acturis, adſint: & lib.*14 *Ep.*3, VIII Kalend. Martii, *jubentur eccleſiaſtica cenſura compeſcere,* ſiquis forte Regum Hiſpaniæ ipſum *interim* præſumpſerit violare. *Et hoc ita mandatum à ſe eſſe, ipſimet Alfonſo ejuſque filio, qui Legatum in Hiſpaniam mitti poſtularant, ſignificat Pontifex per Epp.* 4 *&* 5, ne *ſcilicet* laudabile *utriuſque* propoſitum valeat ab aliquibus aliqualiter impediri; *ſed miſſionem Legati excuſat. Anno autem ſequenti per Epiſtolam* 154 *ejuſdem lib.*14, *datam* 11 Nonas Februarii Illuſtri Regi Caſtellæ, de infortuniis quæ nuper Serenitati Regiæ acciderunt, *(quorum præcipuum fuit ipſa mors filii)* paterno condolens affectu, *reſpondet; ſeſe ad ejus petitionem & inſtantiam,* Archiepiſcopis & Epiſcopis per Regnum Franciæ & Provinciam conſtitutis, *dare* in mandatis, ut ſubditos ſuos ſedulis exhortationibus moveant & inducant, in remiſſionem omnium peccatorum, ut, cum ipſe Saracenis in Octavis Pentecoſtes proximè affuturis campeſtre bellum indixerit; in eo neceſſitatis articulo ipſi ſuccurrentes, neceſſarium impendant auxilium, in rebus pariter & perſonis; ut, per hæc & alia quæ fecerint, cæleſtis regni gloriam conſequantur. Pari quoque remiſſione gaudere concedit peregrinos, qui propria devotione undecumque proceſſerint, ad idem opus fideliter exequendum. *Denique anno* 1211 Nonis Aprilis *ſcripſit* Toletano & Compoſtellano Archiepiſcopis ..... quatenus Reges Hiſpaniarum moneant prudenter, & efficaciter inducant, ut pacem aut treugam ſervent ad invicem illibatam, præſertim hac imminenti Saracenorum guerra durante .... quin etiam mutuum auxilium ſibi præſtent adverſus Dominicæ Crucis inimicos .... firmiter inhibentes ne ſe præſumant jungere Saracenis, vel contra Chriſtianos illis conſilium vel auxilium impertiri. Quod ſi forte Legionenſis, de quo ſpecialiter dicitur, ſive alius cum Saracenis offendere præſumpſerit Chriſtianos; denuntient, ſublato appellationis obſtaculo, perſonam ipſius Excommunicationis vinculo innodatam, & Interdicto ſuppoſitam terram ejus; hominibus ſuis, ne in hoc ſequantur eumdem, ſub interminatione anathematis inhibentes. *Hæc fuſius exponenda fuerunt, ne quis ad Sanctum noſtrum, vix duodennem cum priores Epiſtolæ ſcriberentur, aut ad ejus patrem Alfonſum Legionenſem pertinere crederet cum Laureto, expreſſe inſcripta* Caſtellano: *cui non ſcribendo ſolum, ſed etiam orando, ad victoriam valde pro fuiſſe* Innocentium; *par eſt credere. Quod autem ad implorata ad eodem Caſtellano externorum auxilia attinet; idem Baluzius, qui Innocentii Regiſtrum vulgavit, etiam præfati Regis ad Philippum Francorum Regem epiſtolam exhibet,* 2 *Miſcellaneorum ſuorum pag.*251, *qua exponens Saracenorum immane in Chriſtianos odium, ſignificat ſe cum iis* in inſtanti die Maji procul dubio conflicturum: *ideoque* preces porrigit cum ſingultu, quatenus de regno ſuo vernaculos expeditos & armatos milites ad coadjutorium tranſmittat: nihilque dubitat, quin, ſi ſanguis ſuus in conflictu Chriſti reſpondet ſanguini, vere poterit inter Martyres computari.

D

p *Hactenus hiſtoriam* Aldefonſi IX, *ex* Roderico Toletano, *compendio ſumptam habes, ut eſt in* Chronica *noſtra: nunc ipſamet* Roderici *verba, id eſt totum librum octavum conſequenter accipe, capitibus nonnullis ex* Chronica *additis interpolandum: quandoquidem auctor* Chronicæ, *in iis quæ à* Roderico *accipere potuit, dumtaxat interpretem egit.*

E

## PARERGON I.

### Miraculoſa pueri Ferdinandi curatio apud Deiparam Onienſem, ab Alfonſo X Sancti filio rythmice celebrata.

*Innocentii 3 littera in favorem A. Caſtellani & Primogeniti ejus Ferdinandi*

*contra Mauros iturii*

C *implorata à Francis auxilia.*

*conceſſa indulgentia,*

*cohibiti hoſtes & æmuli,*

I*Nter alia vetera monumenta, in Scuriacenſi Bibliophylacio reperienda, numeratur Codex unus, ſervari digniſſimus, utpote continens quamplurima Cantica, ab* Alfonſo Sapiente, *Sancti Regis primogenito ac ſucceſſore, compoſita. Sunt autem illa deſcripta Rhythmo, non Caſtellano ſed Callaico ſive Gallæco: cujus rei ratio videtur reddi poſſe, quod pubertatis annos ingreſſus Princeps, & majorem quam pro ætate ſapientiam præferens, fuerit in partem regiarum curarum cito accitus, atque poſt mortem matris & ſecundas patris ſui nuptias miſſus Legionem vel in Galliciam, ſimul & regnandi peritiam ipſo exercitio acquiſiturus, & extremas illas auctioris jam Imperii provincias, in oppoſitis plane finibus ut plurimum occupato patre, præſentia ſua conſervaturus in officio. Certe non ante ætatis annum* XXI, *& quidem poſtea non niſi bis, fuiſſe illum in Batica legimus, priuſquam Rex fieret; unde intelligitur alibi ut plurimum degiſſe quoad pater vixit, præſertim in ſua juventute: ubi autem potius, quam in Gallicia, præcipua Legionenſis regni parte, unde pater & avia longius aberant? Ibi ergo Callaicum idioma, dialecto valde diverſum à Caſtellano, non ſolum didicerit, ſed etiam ſic adamarit, ut ſcribendis eo Rhythmis delectaretur. Horum autem volumen, tamquam primum ſui ingenii fœtum, earum habens, etiam cum jam Rex mortuo Patre Hiſpali ſedem haberet; ipſum per extremæ ſuæ voluntatis teſtamentarias tabulas, una cum corpore legaſſe dicitur Hiſpalenſi Eccleſiæ. Fuit namque, ut teſtatur Zuniga in illius archivo ſervatus liber, quo ad uſque Philippus II, glorioſæ memoriæ Monarcha, ædificato Scuriatenſi Palatio, ad erectam ibidem Bibliothecam tranſferri Regium iſtum codicem juſſit.*

*Regis Sancti filius Alfonſus*

F

*qua omnia perperam attributa A. Legion. & Sancto Regi.*

*inter alios rythmos lingua Gallæca ſcriptos,*

A 9 *Horum Rhythmorum unus sic inscribitur.* Esta è como Santa Maria guareceu en Onna al Rey don Fernando, quando era menino, de una grand' enfermedade que avia: *quod Latine sonat* : Hæc Ode est de modo, quo Sancta Maria sanavit Regem Don Fernandum, quando erat puer, de magna quadam quam habebat infirmitate. *Vbi nota, Sancii Regis Vasconum & Castellanorum mandato factum fuisse, sub annum* MXXX *aut citius, ut Benedictini Monachi, ex Cluniacensi disciplina traducti in Hispaniam, monasterium istud Oniense tenendum acciperent, Sanctimonialibus, quæ illud antea tenebant, Baylenum oppidum ablegatis, ut scribit Mariana lib.* 8 *cap.* 14. *Hic ergo erat illa, miraculis celebris, Deiparæ imago, de qua canentem Callaica lingua Alfonsum Regem audire juvat, simulque exhibere veteris Callaicæ linguæ specimen, quod gratum futurum confido, non Hispanis duntaxat, sed etiam exteris peregrinarum linguarum curiosis. Vt autem addita columnatim interpretatio Latina fidelior sit, neque metro neque rhythmo adstringere illam visum est.*

*compositi unum quo canit,*

*Ben per esta a os Reies*
*D'amar en Santa Maria :*
*Ca en as muy grandes coitas*
*Ela os acorre guia.*

*ad Deiparæ honorem,* B

*Na muito à amar deve,*
*Porque Deus nossa figura*
*Pillou de la, e pres carne:*
*Ar porque de sa natura*
*Veno, e porque justiça*
*Tenen del e dereitura,*
*E Rey nome de Deus este.*
*Ca el Reyna toda via.*
*Ben per esta a os Reyes*
*D'amar en Santa Maria &c.*
*E por ende un gran miragre*
*Direi, que aveno, quando*
*Era moço pequennino*
*O muy bon Rey Don Fernando:*
*Que sempre Deus e sa Madre*
*Amou, e foi de seu bando:*
*Porque conquerou de Mauros*
*O mais da Andaluzia.*
*Ben per esta a os Reyes*
*D'amar en Santa Maria &c.*

*Este Menin en Castela*
*Con Rey Don Alfonso era*
*Seu avoo, que do Reyno*
*De Galiza o fezera*
*Venir, e que o amava*
*A gran mavavilla fera;*
*E ar era y sa madre,*
*A que muy endo prazia.*
*Ben per esta a os Reyes*
*D'amar en Santa Maria &c.*
*E sa avoa y era,*
*Filla del Rey d'Ingraterra,*
*Moller del Rey Don Alfonso:*
*Porque el passou a serra,*
*E foi entrar en Gascona*
*Por la ganar por guerra:*
*E ou vend à mayor parte,*
*Ca todo ben merecia.*
*Ben par esta a os Reyes*
*D'amar en Santa Maria &c.*

*quomodo pater suus; adhuc puer apud avum maternum,* C

Videtur decens esse Regibus, ut ament S. Mariam; nam in majoribus necessitatibus adest eis dux viæ.

Multum autem amari debet, quia Deus formam nostram ex ea sumpsit, & carnem accepit. Quamvis vero ex sua natura & ex titulo justitiæ Deo directe conveniat nomen Regis: ipsa tamen est Regina. Videtur decens esse Regibus, ut ament S. Mariam &c.

Idcirco narrabo grande miraculum, quod evenit quando puer parvulus erat Rex optimus Don Fernandus: qui Deum & Matrem suam semper amavit: ideoque eos à parte sua stantes habuit, & ita de Mauris acquisivit majorem partem Bæticæ. Videtur decens esse Regibus &c.

Parvulus hic erat in Castella, cum Rege Don Alfonso avo suo; qui ex regno Galiciæ eum venire fecerat, ipsumq; amabat, ac multum demirabatur ejus indolē: aderat ibidē etiam Mater, cui eâdem ex causa perquam carus erat. Videtur decens esse Regibus &c.

Aderat quoque avia, sua, quæ erat filia Regis Angliæ, uxor Don Alfonsi Regis. Hic autem transitis montibus intravit Vasconiam, ut eam bello lucraretur; sicut etiam majorem ejus partē devicit: nam totā bene merebatur. Videtur decens esse Regibus &c.

10 *Meminit expeditionis hujus Rodericus Toletanus lib.* 7 *cap.* 34; Et totam, *inquit*, fere Vasconiam, præter Burdegalam, Regulam, & Bayonam, suæ subdiderat ditioni. *Fugerat enim in Africam Rex* Sancius, *territus potentia adversarii, contra se venientis una cum fœderato Aragoniæ Rege: inde autem revertens absque speratis subsidiis, pacem tamen ab adversariis obtinuit, prono in eam potissimum* Alfonso, *ob bellum Mauricum quod meditabatur, ulturus acceptam ad Alarcurim cladem. Post victoriam autem de iisdem ad Navas Tolosanas relatam, recepit regnum ex parte* Sancius, *pro navata eo bello opera, exceptis locis quatuordecim controversi juris: Victoria scilicet aliisque in Biscaya oppidis; atque ita hæc provincia annexa Regno Castellæ permansit. Porro cum Inducias Maurica, quibus durantibus gestum ab* Alfonso *fuit bellum Vasconicum, expiraverint anno* MCCX; *recte feciisse videmur, quod miraculum hoc adscripserimus anno præcedenti, utpote factum post* Alfonsi *reditum ex Vasconia, ut mox apparebit. Certe jam non solum puer* Henricus, *regni successor futurus, natusque anno* MCCIIII *aliquam ætatem attigerat; sed etiam* Alfonsus, *Sancii frater, quem simul cum eo apud avum fuisse mox apparebit. Fuisset ergo ex hoc calculo duodennis Ferdinandus, adeoque idoneus ad augendum insigniter, tali accepto beneficio, Deiparæ amorem, quem cum lacte materno hauserat. Cum eodem lacte etiam traxisse censeri potest, propensissimum ad pauperes juvandos affectum:* de quo Lauretus *pag.* 97 *ait, infantem adhuc inter materna brachia, solitum illis ubicumque conspectis projicere, etiam de fenestra, quidquid ex collo gerebat bullarū; quod ne faceret, implendam ei mature manum fuisse nummulis sic dispertiendis. Sed id aliaque similia mallem apud antiquos scriptores legere; nec placent nova, quamvis pia, de rebus antiquis, nullo teste allegato prolata. Tale imprimis est apud eumdem Laurerum lib.* 2 *pag.* 99, *quod Sanctus an.* MCCXLII *secuturis post Regibus exemplum primus dederit lavandi duodecim pauperibus pedes in die Cœnæ Domini: ubi admirationi imprimis mihi est annus, post tot secula primū proditus, nec tamen ullo teste firmatus ab eo, qui alibi non parce fontes citat unde aliquid hausit. His prænotatis prosequamur Poëma Regium lingua utraque.*

D

E

11 *E pois tornous en Castela*
*De si en Bourgos morava,*
*E un Hospital fazia*
*El, e sa Moller lavrava*
*O monasteri das Olgas.*
*E en quant assi estava*
*D'os seus fillos e d'os nietos,*
*Muy grand prazer recebia.*
*Ben per esta a os Reyes &c.*
*D'amar en santa Maria*
*Ca en as mui grandes coitas*
*Ela os accorre guia.*

*Mais Deus non quer que o omo*
*Este sempr' en un estado,*
*Quis que Don Fernando fesse*
*O seu neto tan cuitado*
*D'una grand' enfermedade,*
*Que foi dal desasperado*
*El Rei: mas enton sa madre*
*Tornou tal come san dia.*
*Ben per esta a os Reyes*
*D amar en Santa Maria &c.*
*E oyu falar de Onna*
*V'avia gran vertude,*
*Dis ela', Levalo quero*
*A lo, assi Deus m'ayude:*
*Ca ben creo que à Virgen*
*Lle de vida e saüde.*
*Et quando aquest ouve dito,*
*De seu padre s espedia.*
*Ben per esta à os Reyes*
*D'amar en Santa Maria &c.*
*Quantos la ir assi viren*
*Gran piadad' ende avian,*
*E mui mas polo menino,*
*A que todos ben querian.*
*E yan con ela gentes*
*Chorando muito changian,*
*Ben como se fosse morto,*
*Ca a tal door avia.*
*Ben per esta à os Reyes*
*D'amar en Santa Maria &c.*
*Ca dormir nunca podia,*
*Nen comia, nen migalla,*
*E vermes del sayan*
*Muitos e grandes: sin falla*
*Ca à morte ia venera*
*Sa vida sen batalla.*
*Mais chegaron log à Onna,*
*E teveron sa vigia.*
*Ben per esta à os Reyes*
*D'amar en Santa Maria &c.*

Postea redivit in Castellā, & morabatur aliquando Burgis, ubi faciebat Hospitale ipse; & uxor ejus ædificabat monasterium Holcarum. Quando autem sic vivebat, multum capiebat voluptatis ex suis filiis (*Ferdinando scilicet & Henrico*) & nepotibus (*ex filia Berengaria Ferdinando & Alfonso*) Videtur decens esse Regibus ut amēt S. Mariā &c.

*cum matre ac fratre manens, graviter ægrotavit;*

Sed Deus, qui non patitur ut homo semper permaneat in eodem statu, voluit ut Don Fernandus ejus nepos tam gravi corriperetur infirmitate, ut vita ejus fuerit à Rege desperata. Tunc mater ejus facta est velut amens præ dolore. Videtur decens esse &c.

Audiens autem de Onia referri, quod ibi erat magna virtus, dixit: Portare ipsum illuc volo, ita me Deus adjuvet, quia bene credo quod Virgo Deipara dabit ei vitam & salutem. Cumque hoc dixisset, expedivit se à suo patre. Videtur decens esse Regibus &c.

*& Oniam à matre delatus* F

Quotquot eam sic euntē videbant, magna commiseratione tangebātur: maxime propter puerum, cui omnes bene volebant. Ibat autē cū illâ turba plurima, quę plorans plangebat eū, velut si jam esset mortuus: tantos enim patiebatur cruciatus. Videtur &c.

Etenim numquam dormire poterat, nec comedebat, nec bibebat: multiq; ac magni vermes de ipso egrediebantur. Itaque procul dubio ad mortem venerat absq; pugna. Sed rogarunt locum sibi concedi Oniæ, ibiq; vigilem noctē duxerunt. Videtur &c.

*à subacta Vasconia regressum,*

*Ant' o altar mayor locò,*
A *Epois ant' o de Reyna*
*as positus ante altare* *Virgen ſanta glorioſa,*
*Rogandolle que agyna*
*En tan grand' enfermedade*
*Poſeſſe la meezina,*
*Se ſervizo do Menino*
*En algun tempo querìa.*
*Ben per eſta à os Reyes*
*D'amar en Santa Maria &c.*
*A Virgen Santa Maria*
*Logo con ſa piedade*
*Accorreu a o menino,*
*E de ſa enfermedade*
*Lle deu ſaüde compida:*
*E de dormir u vontade.*
*E de pois que foi eſperto,*
*Logo de comer pedia:*
*Ben per eſta à os Reyes &c.*
*E ante de quinze dias*
*ſtatim cœpit convaleſcere.* *Fue efforçad'e guarido*
*Tan ben que nunca mar fora:*
*De mais deulle bon ſentido.*
*E quando el Rey Don Alonſo*
*Ouv' eſt miragr' oido,*
*Logo ſe foi en camynno*
*A Onna en romaria.*
*Ben per eſta à os Reyes*
*D'amar en Santa Maria &c.*

Ante majus altare collocarunt eum, deinde ante altare Sanctę Virginis glorioſę Reginæ; rogantes ut propitia adferret medicinam tam gravi infirmitati: ſiquidem à puero aliquando volebat præſtari ſibi ſervitium quodcumque. Videtur decens eſſe &c.

Sancta Virgo Maria ſtatim ſua cum pietate accurrit ad puerum, & à ſua infirmitate dedit ei plenam ſalutem. Venit ergo ei voluntas dormiendi: & poſtquam experrectus fuit, ſtatim petiit ſibi dari quod ederet. Videtur decens &c.

Ante quindecim vero dies fuit corroboratus & ſanatus, tam bene ut numquam melius habuiſſe ſe ſentiret. Cum autem Don Alfonſus Rex audiviſſet miraculum iſtud, ſtatim ſe in viam dedit, & peregrinationem ſuſcepit Oniam verſus. Videtur decens &c.

B

## CAPUT II.

### *Henrici pueri breve regnum in Caſtella, ſub ſorore Berengaria primum, tum ſub Comite Alvaro.*

13 *Alfonſi Regis duodennis filius Henricus,*

EO igitur jam ſepulto, filius ejus Henricus, parvulus & heres, à Pontificibus & Magnatibus, univerſo Clero Te Deum laudamus cantante, ad regni faſtigium elevatur. Undecim annorum erat cum regnare cœpiſſet; & duobus annis & decem menſibus regnavit. Verum poſt mortem Regis nobilis, viginti quinque diebus tranſactis, Alienor uxor ejus fuit rebus humanis exempta. Hæc erat Henrici Regis Angliæ filia, pudica, nobilis, & diſcreta; & ſepulta eſt in prædicto monaſterio juxta virum; & cuſtodia pueri Regis & regni gubernatio remanſit penes Berengariam Reginam, ſororem ejus. Cujus diligentia ſic apparuit, toto tempore ſui Regiminis, ut pauperes, divites, eccleſiaſtici, ſeculares, ſicut tempore Regis nobilis fuerant, in ſuis ſtatibus ſervarentur; licet Baronum varietas, zelo invidiæ circumacta, diſſidia procuraret. Cum vero eſſent tres Comites, Ferdinandus, Alvarus, Gundiſalvus, filii Comitis Nunii, cœperunt ad cuſtodiam Regis pueri inhiare; ut concepta odia poſſent in his quos oderant vindicare, ſicut pater eorum fecerat, tempore pueritiæ patris ejus. Aliqui etiam, quibus Regina Berengaria ſe credebat, eorum ſtudiis conſenſerunt, mediante quodam Milite Palentino, qui Garcias Laurentii dicebatur, & de mandato Reginæ erat cuſtodiæ Regis pueri deputatus. Hic, promiſſa ſibi à Comite Alvaro in hereditatem villa, quæ dicitur Tabulata *a*, Regi ſuaſit, ut ad Comitis Alvari cuſtodiam ſe transferret. Quod cum ſolers Regina Berengaria percepiſſet, animo gratanti conceſſit: ſed timens inſolentias quæ venerunt, fecit jurare Comitem Alvarum & Magnates, ut ſine ipſius Reginæ conſilio, nec aliquibus terram auferrent, nec aliquibus terram darent; nec vicinis Regibus guerram moverent, nec mulctam imponerent in aliqua regni parte: & juramenta & hominium in manu Roderici Toletani Pontificis firmaverunt; ut, ſi contrarium facerent, proditionis infamia tenerentur. Sed quia Regina, propter importunitatem Militum & Majorum, tædio erat affecta, timebat ne regnum in ſui cuſtodia turbaretur, & ideo Comiti Alvaro dedit puerum conditionibus ſupradictis. Qui cum Gondiſalvo Roderici & fratribus ſuis, tunc ſibi faventibus, incontinenti Burgis egrediens, cœpit exterminia procurare, magnos humiliare, & vulgi divites exhaurire, Religiones & Eccleſias ancillare, & decimarum tertias, quæ ad eccleſiarum fabricas pertinebant, cœpit ſimiliter infiſcare (Sed excommunicatus à Roderico Toletano Decano, qui vices Archiepiſcopi tunc gerebat, coactus fuit reſtituere, & jurare *b* ne de cetero attentaret) & eccleſiarum homines, qui privilegiorum regalium immunitate gaudebant, cœpit exactionibus ſubjugare.

*ille vero eccleſias & nobiles vexans,*

b

14 Verum cum apud Vallem-Oleti Curiam celebraſſent Magnates alii, Lupus Didacus *c* de Pharo, Gonſalvus Roderici & fratres, Rodericus Roderici & Alvarus Didaci de Camberis, Alfonſus Telli de Meneſis, & alii Nobiles, Regni exterminio condolentes; curaverunt tantis cladibus obviare: & Reginæ Berengariæ prudentiam adeuntes, humiliter ſupplicarunt, ut regni miſeriis condoleret. Comes autem Alvarus cœpit Reginam nobilem infeſtare, adeo ut ea, quæ ſibi pater ſuus dederat, occuparet; & ei etiam ore temerario demandavit, ne in regni finibus remaneret. Tunc Regina nobilis, cum ſorore ſua Alienor, quæ fuit poſtea Regina Aragonum, & erat tunc temporis domicella, in caſtrum Gonſalvi Roderici, quod Aptellum dicitur, ſe recepit, ibique deguit uſque ad mortem fratris. Sed prædicti Magnates, tamquam naturali Dominæ fideliter adhærentes, Regi parvo fidelitatis debitum in omnibus ſervaverunt. Ceterum prædictæ Reginæ ſolers induſtria, omnia ſic provide ordinavit, cum Magnatibus illis, ut & Comitis Alvari inſolentias refrænaret, & jura ſua Regi parvo conſervaret. Verum cum Rex tenellus intentionem Comitis ſagaci indole jam ſentiret, libenter volebat ad ſororis cuſtodiam ſe transferre. Sed Comes Alvarus per ſuos complices ita cavit, quod Rex puer quod volebat non potuit effectui mancipare. Nam Comes callide cogitavit uxorem ex Portugallia ſibi dare, qua mediante poſſet puerum in ſuo beneplacito retinere. Sed in contrarium res evenit: nam cum Mafaldam filiam Regis Portugalliæ adduxiſſet, & puer non eſſet in ætate nubili, remanſit Domina conjugali commercio defraudata; & quia ſe conſanguinitatis linea attingebant, de mandato Innocentii Papæ fuit contubernium ſeparatum: & poſt, ut fertur, inter ſe & Dominam voluit Comes Alvarus connubium procurare: ſed ipſa, cum eſſet pudica *d*, verbum reſpuit indignanter.

c *ideoque in Comitiis accuſatus.*

E

*contra Reginam inſurgit;*

F

d

15 Poſt Curiam Vallis-oleti Comes Alvarus cum ſuis complicibus, & cum Rege Extrema-Dorii peragravit, Majorum animos ſibi concilians, ut eorum favore poſſet aliis imperare, & habentium divitias exhaurire; & inde ſe tranſtulit ultra Serram. Et cum veniſſet Maquedam, quæ eſt oppidum in diœceſi Toletana, Regina nobilis miſit nuntium de fratris ſtatu clanculo percunctari: erat enim ſolicita, eo quod à Comite Alvaro negligentius ſervabatur. Et cum Comes Alvarus de nuntio comperiſſet, fecit ſcribi litteras impoſturæ, & falſo ſigillo Reginæ nobilis intercludi; in quibus continebatur, quod Regina nobilis ſcribebat aliquibus, de conſilio Magnatum de Campis *e*, ut cum toxico ſibi miſſo fratri ſuo exitiale poculum propinarent, ut ſic puerum ad ſororis odium gravius

*magnam colligit factionem.*

e

*Regem impuberem uxori jungit*

*a* *traditur ab eadem Comiti Alvaro.*

C *ſub tutela ſororis Berengariæ*

*Accepta ejus & procerum fide:*

MX ROD. TOLET. *contra Reges alienare à Sorore,*

gravius provocarent: & hominem continuo ſuſpenderunt. Sed cum labia malignorum ſibi vellent ebria mentiantur, qui Suſannam à falſo teſtimonio liberavit, Reginam nobilem & innocentem ab impoſturæ mendacio liberam declaravit: & ut in ſuis mendaciis caperentur iniqui, communis & fidelis aſſertio omnium ſine dubio affirmabat Reginæ nobilis veritatem; deteſtans maledictis & convitiis quod iniquitas adinvenit. Et licet effronti ſuperbia Comes Alvarus niteretur, tanta tamen efferbuit ſubſannatio populi contra eum, ut cogeretur recedere à partibus diœceſis Toletanæ: & Optam *f* veniens ibi aliquamdiu fecit moram. Advenit autem Miles nobilis Rodericus *g* Gondeſalvi de Valle-viridi, qui beneplacitum Regis pueri jam habebat, ut ad ſororem ſuam inſcio Comite Alvaro ſe transferret. Sed cum Ferdinandus Nunionis, Comitis Alvari fautor & nepos, comperiſſet; ex improviſo aſſumptis militibus ſupervenit, & captum duxit ad *h* Alarconem.

*refutatur à populo.*

B *Regis translatam ad ſororem impedit:*

16 Tunc Comes Alvarus, ut in regno excidia excitaret, fautoribus Reginæ nobilis movit guerram; & aſſumptis quos habere potuit, cum Rege ad Vallem-oleti in ſequenti Quadrageſima pervenerunt; & Paſchate Reſurrectionis Dominicæ celebrato, cum Militibus Caſtellanis & de Extremis-Dorii *i*, Vallem *k* triticariam vaſtaverunt, & domos Magnatum qui Reginæ favebant hoſtiliter diſſiparunt. Deinde in caſtro quod Mons-alacer *l* dicitur, Suerium Tellii obſederunt. Sed cum Gonſalvus Rodericii & fratres ejus & Alfonſus Tellii pluribus militibus præminerent, Regis præſentiam reverentes, noluerunt obſeſſo fieri in ſuccurſum: ſed ipſe Suerius Tellii Regi petenti protinus caſtrum dedit. Exinde Comes cum Rege procedens in Campos plurima devaſtavit, & apud Carrionem per dies aliquot fecit moram. Deinde ad Villam-albam de Alcòr contra Alfonſum Tellii properavit: & quidam milites ex agmine præcurrentes, extra munitionem Alfonſum Tellii repererunt: & captis equis & armis ipſum etiam vulnerarunt, & vulneratus in municipio ſe recepit: ubi per aliquot dies obſeſſus, viriliter ſe defendit. Ab obſidione vero Comes recedens Palentiam feſtinavit. Regina autem & ſui Nobiles in Aptello & caſtro *m* Ciſinario morabantur, & neſciebant quid agerent: eo quod in exercitum Rege præſente non poterant inſilire, nec illatas injurias ſuſtinere. Unde communiter decreverunt Regi reſtituere terram ſuam, & de cælo auxilium expectare. Cum igitur terra, ut dictum eſt, variis incurſionibus vaſtaretur, & Comes cum parvo Rege Palentiam adveniſſet; contigit eum in domo Epiſcopi hoſpitari, & res eccleſiæ ut hoſtem conſumere & devaſtare. Quadam autem die, cum Rex puer inſtaret ludicris cum coætaneis Domicellis, minus provide cuſtoditus; Domicellus quidam, è turri caſu tegulam projiciens, Regem in capite vulneravit: ex quo ictu poſt dies paucos fuit mors lugubris ſubſecuta. Sed antequam rumorem loquacitas divulgaſſet, Regina ſapiens miſit Lupum Didaci & Gondiſalvum Roderici Magnates pro filio ſuo Ferdinando, qui apud Taurum cum patre *n* tunc temporis morabatur. Qui euntes rumorem de morte Regis pueri * ſumpſerunt, & Regi Legionis cauſam aliam ſuadentes; cum Infante Ferdinando ad Reginam Berengariam redierunt.

i k

l

C m *qua mortuo puero Rege, filium acciverit.*

n *an ſuppreſſerit?*

*armat contra ipſam movet:*

## ANNOTATA. D

a *Iuxta Chronicam (unde deinceps vulgaria nomina apponemus)* Talada quod eſt in Cerracco: *ſed forte legendum* Tablada; *quo nomine etiam planities infra Hiſpalim nominabitur num.* 88: *in confiniis autem veteris Caſtellæ ac novæ reperio notatos* Montes Tabladæ, *unde colligo fuiſſe ibi hujus nominis oppidum.*

b *In notis ad Hiſtoriam Roderici Toletani, editionis Francofurtenſis pag.* 161, *proferuntur charta duæ*, Henrici *ſcilicet Regis pueri & tutoris* Alvari, *apud Soriam* 15 *Febr. Æra* 1254. *nobis* 1216 *quibus uterque, Comes vero etiam ſub juramento & multo prolixius, abdicat tertias Eccleſiarum.*

c *Vulgariter* de Haro, *quomodo* Hurtado *pro* Furtado, Herrera *pro* Ferrera, Hernando *pro* Fernando, *aliaque infinita paulatim invaluerunt, mutato* F *in* H, *tam in verbis quam in nominibus adjectivis ſubſtantiviſque.*

d *Vitam hujus* Mafaldæ, *ut* Sanctæ, *dedimus in Appendice primi Tomi ad diem* 1 *Maji, ubi Virginis titulum ei vindicavimus: ſed quod ibidem num.* 5 *diximus de ejus conſanguinitate cum* Henrico, *tum correctum hic in Schemate Genealogico fuit, tum iterum ex profeſſo mutatum invenietur in Appendice ad diem* 7 *poſt hunc ultimum Tomum Maji. Vixit autem poſtea* Mafalda (*tanto ſenior ut ſponſi mater forſan eſſe potuiſſet*) *Arocæ in Luſitania, in fundato à ſe Virginum Ciſtercienſium monaſterio, ibique colitur, defuncta anno* 1252. *Lauretus nihil* de Mafalda *ſcivisſe videtur: ſolumque ait, Alvarum ſategiſſe, ut Henrico jungeretur* Sancia, *Legionenſis Alphonſi ex priori conjugio filia; cujus rei nullus meminit antiquorum. Fuiſſet ſane ejuſmodi conſilium opportunum Comiti ad ſubvertendam Berengariam, & ejus filium Ferdinandum ipſius etiam Legionenſis regni ſucceſſione privandum, ſi is in favorem matris moliretur aliquid patre invito: ſed iſtud ſi facile poterat cogitare Alvarus; tanto facilius poterat Berengaria impedire, quanto propiori conſanguinitate Henricum* Sancia *quam* Mafalda *attingebat: erat autem etiam illa annis minimum tredecim ſenior* Henrico.

B *conſanguinitas Mafaldæ & Henrici R.*

*An hunc deſtinata Sancia Legionenſis.*

e Campos Gothicos *intellige, à Salamantica uſque Placentiam extenſos, in quibus dotalia ſua caſtra habebat Berengaria: qui autem iſtic ſua etiam bona tenebant, illique ut Dominæ adhærebant, eos cenſet in Obſervationibus Mſs. Chriſtophorus Baniez fuiſſe*, Lupum Diaz de Haro, Gonzalvum & Rodericum Rodericios ex familia Gironum, Alvarum Diaz de Camberis, & Alfonſum Tellii de Meneſes; *omnes nominatos aut nominandos in hac Chronica,*

F

f Opta, *vulgo* Huete *vel* Guete, *inter Toletum & Conchan, huic quam iſti vicinius: in tabulis* Alcazàr de Guete.

g *Chronica*, Ruy Gonzalez de Valverde.

h Alarcòn, *veteribus* Illerco, *ad Sucarim flumen, medium fere inter Toletum & Valentiam.*

i Extrema-Durii, *vulgo* Eſtremadura, *inter Caſtellam & Portugalliam flumine Durio interſectas: quod autē porro extenditur ad mare ſecundum eumdem fluvium,* Extremadura Portugallica *nuncupatur ab aliquibus.*

k Vallis-triticaria, *vulgo* Val de trigueros.

l Mons-alacer, *vulgo* Mont-alegre. Carrionem *vero eſſe credo, quod hodie adhuc dicitur* Carriòn del Conde, *inter Burgos & Legionem.*

m *Male impreſſum* Ciniſarium, *vulgo* Caſtro Ciſnéros. *Singulorum porro locorum, cum hic tum alibi nominandorum ſitum (nec enim omnia nominantur in tabulis, nec forte eamdem omnia appellationem nunc retinent) aliis curioſius definiendum relinquo.* Taurus, *vulgo* Toro, *civitas etiamnum nobilis eſt, inter Zamoram & Valliſoletum.* Aptillum, *vulgo* Aotillo, *ubi ſit libenter diſcerem.*

n *Poſt*

A n *Poſt reſtaurata cum Caſtellanis fœdera, hac inter alias conditione, ut* Ferdinandus *patri legitime ſuccederet in regnum Legionenſe, per ejus* conceſſionem juramento firmatam & nullo tempore revocandam; *congruum erat ut is patri reſtitueretur, apud illum deinceps manſurus; quod factum anno* 1313.

## CAPUT III.

*Regnum Henrico mortuo, à matre Berengaria proxima herede Ferdinando filio traditur, fruſtra obnitentibus Comite Alvaro, & Alfonſo Legionenſi Sancti patre* a.

17 *Mater Ferdinandi Berengaria,* Fieri poteſt ut circa hanc ſucceſſionem lectori naſcatur dubium, quod expedit prius breviter abſolvi, quam porro progrediar. Dubium autem tale eſt. Quandoquidem D. Berengaria de jure erat heres Caſtellæ, mortuo fratre Henrico, quare opus habuit ſecreto accerſere filium Ferdinandum, elevandum ad Regnum;
B maxime cum haberet maritum viventem, Alfonſum ſcilicet Regem Legionenſem; ipſa autem ſuccedente in regnum Caſtellæ, ſimul cum ea videbatur ſuccedere maritus ejus. Præterea non abſque ratione interrogabit aliquis, quare D. Berengaria manebat in Caſtella, & non potius apud maritum Regem? Ratio utriuſque rei hæc eſt, quod matrimonium inter D. Berengariam & Regem Legionenſem Alfonſum coaluerit cauſa pacis & concordiæ conciliandæ: gravia enim extiterant bella inter patrem Berengariæ & Regem Legionis; & Magnates Caſtellæ, præcidere volentes curſum damnorum ex ejuſmodi bellis provenientium, ac Reges inter ſe conciliare, utrumque crediderunt per ejuſmodi nuptias obtineri poſſe, non conſiderantes quam arcta conſanguinitate jungerentur inter ſe Berengaria & *b* Alfonſus, ex quibus prognatus eſt D Ferdinandus, præſentis hiſtoriæ argumentum. Pontifex autem conjugium iſtud irritum eſſe declarans, ſejunxit eos: ideoque Rex Alfonſus aliam *c* uxorem duxit; Regina autem Berengaria redivit in Caſtellam, atque poſt mortem patris manſit apud Regem fratrem ſuum D. Henricum, paterni Regni heredem. Hoc prænotato ad hiſtoriam regredior.

*poſt ſuſceptos ex Alfonſo Rege Legion. liberos ab eo ſeparata,*

b

c

C 18 Mortuo ergo, ſicut dictum eſt, Rege Henrico, D. Berengaria cum aliqua cautela accerſivit filium ſuum Ferdinandum: mittens ad eum finem Equites duos, Lupum Diaz & Gonſalvum Ruyz, in quibus multam habebat fiduciam. Hi profecti cum ad Regem Alfonſum veniſſent, nullam mentionem facientes de morte Regis Henrici, ſicuti præſcriptum eis erat; alia omnia & quæ ipſi grata fore ſciebant locuti cum Alfonſo, tandem, opportunam horam nacti & facilem Regis animum, ſupplicarunt ei, ut daret licentiam infanti D. Ferdinando eundi ſecum ad viſendam D. Berengariam matrem ſuam, quæ magno illius deſiderio tenebatur; promittebant autem, quod, poſt mutuum filii matriſque congreſſum, reducturi eum ſalvum eſſent. Adeo autem gratam habuit Rex Alfonſus ſupplicationem duorum iſtorum Equitum, ut petitam licentiam facilis conceſſerit. Alacres ergo cum Infante regreſſi Aptillum, eumdem adduxerunt ad Reginam matrem. Interim autem Comes Alvarus tulit Regem à Palentia, ut in caſtrum quod Tarecum dicitur celaretur: ſed quia res non potuit occultari, ſoror ejus Regina, funeſtis rumoribus concitata, Palentiam cum Ma-

*iſtu recipit filium ex ejus poteſtate,*

*& Alvaro parere recuſanti opponit ſe*

gnatibus properavit: ubi à Venerabili Tellio Epiſcopo civitatis cum proceſſione ſolenniter ſunt recepti, & inde ad caſtrum, quod Doniæ dicitur, procedentes, continuo vi ceperunt. Tunc Magnates cum Comite Alvaro de concordia tractaverunt, ſed nihil voluit Comes Alvarus acceptare, niſi Infans Ferdinandus, Rex futurus, ſuæ cuſtodiæ, ut avunculus, traderetur. Cui pactioni Regina nobilis & Magnates, verentes præterita, nullatenus conſenſerunt; & procedentes ad Vallem-oleti venerunt; & conſilio habito ad Extrema-Dorii proceſſerunt: & cum veniſſet ad villam quæ Cauca *d* dicitur, habitatores villæ eos recipere noluerunt, ſed ad aldeam quamdam quæ S. Juſtus dicitur ſeceſſerunt, & ibidem nuntios receperunt, ne Secobiam vel Abulam, vel ad aliquam Extremorum-Dorii accederent civitatem.

EX ROD. TOLET.

*cum equite Vallis oleti tum accedit.*

d

19 Nuntiatum eſt etiam quod Sancius Ferdinandi, frater Regis Legionenſis, contra Reginam & filium ejus magna cum multitudine adveniret: unde & Regina nobilis & filius ſuus, cum his qui aderant, ad Vallem-oleti protinus redierunt. Cum autem audiſſet Regina potiores Extremorum-Dorii & de ultra terram Secobiæ convenire, miſit nuntios, qui eis fidelitatis debitum ſuaderent. Cumque viri Extremorum-Dorii hoc audiſſent, venire ad Reginam nobilem continuo conſenſerunt. Et cum ad Vallem-oleti communiter conveniſſent, ibidem tam Extremorum-Dorii Potiores, qui pro omnibus venerant, quam etiam Magnates & Milites Caſtellani, communi conſenſu regnum Caſtellæ, fidelitate debita, Reginæ nobili obtulerunt. Ipſi enim decedentibus filiis, cum eſſet inter filias primogenita, regni ſucceſſio debebatur: & hoc ipſum patris privilegio *e* probabatur, quod in armario Burgenſis Eccleſiæ ſervabatur. Et etiam totum Regnum, antequam Rex haberet filium, bis juramento & hominio hoc firmarat. Ipſa autem, intra fines pudicitiæ & modeſtiæ ſupra omnes mundi Dominas ſe coarctans, regnum ſibi noluit retinere; ſed extra portam Vallis-oleti educta multitudine Extremorum-Dorii & Caſtellæ, ubi forum agitur, convenerunt: eo quod tantam multitudinem domorum anguſtia non ferebat. Et ibidem filio regnum tradens, Infans Ferdinandus, de quo diximus, omnibus approbantibus ad eccleſiam S. Mariæ ducitur, & ibidem ad regni ſolium ſublimatur, anno ætatis ſuæ decimo *f* octavo, Clero & Populo decantantibus, Te Deum laudamus, te Dominum confitemur. Et ibidem ei omnes fecerunt hominium, & fidelitatem Regi debitam juraverunt. Et ſic honore regio ad regale palatium eſt reductus.

*ubi in Comitiis Regina declarata,*

E

e

*Regnum tradit filio,*

f

F

20 Cum autem audiſſet Regina nobilis, Alfonſum Regem Legionenſem ad villam quæ Ayroum *g* dicitur adveniſſe; modeſtiæ ſuæ inſiſtens pudori, per Mauritium Burgenſem & Dominicum Abulenſem Epiſcopum humiliter ſupplicavit, ut ſe ab inquietatione filii temperaret. Sed ipſe Rex elatus ſuperbia, quam cordi ejus Comes Alvarus inſtillarat, ſupplicationi & precibus contradixit, eo quod imperio inhiabat *h*. Imo tranſivit Piſoricam & venit Lacunam; ubi cum diebus aliquot permanſiſſet, direxit faciem contra Burgos: & cum loca plurima & domos Militum devaſtaſſet, & alias incendio concremaſſet, ad villam quæ Arcus dicitur ſupervenit, ſperans civitatem Burgenſem ſe capturum. Sed cum audiſſet in eadem urbe Lupum Didaci & multos Milites congregatos, fruſtratus ſpe vacua & inani, contra conſiliarios indignatus, in terram ſuam propere remeavit.

g

*fruſtra obnitente Alfonſo Legionenſi.*

h

EX ROD. TOLET. *Recipit & ſepelit corpus Henrici Regis:*

Regina autem in Regem filio ſublimato, dum hæc fierent, Palentiæ morabatur: & ibi venerunt ad eam ex Secobia & Abula & aliis oppidis Extremorum-Dorii Milites copioſi, Conciliorum ſuorum ſervitia offerentes. Et tunc Regina duos venerabiles Pontifices, Tellium Palentinum & Mauritium Burgenſem miſit Tarecum, ut Henrici Regis corpus reciperent, cum ſuis parentibus tumulandum; præſertim cum & hoc ipſum Comes Alvarus jam mandaſſet. Et præfati Pontifices recepto corpore Palentiam redierunt: & inde Rex novus, cum matre ſua Regina nobili, ad caſtrum quod Munio dicitur advenerunt. Et dum Rex oppidum impugnaret, Regina nobilis fratrem Henricum Regem in ſarcophago nobiliter præparato detulit ad monaſterium prope Burgos, & ibidem juxta fratrem ſuum, Ferdinandum Infantem, cum planctu magno exequiis celebratis, regaliter ſepelivit.

*& oppida quædam Alvaro eripit,* i k

21 Inde vero Regina, veniens *i* Munionem, invenit caſtrum à Rege Ferdinando & ſuis fidelibus occupatum, Militibus qui inerant captivatis. Poſt hæc ad Lermam & Laram, quas Comes Alvarus detinebat, cum Burgenſi *k* Concilio procedentes, invaſas fortiter occuparunt, & rebellantes Milites vi ceperunt. Inde ad urbem Burgenſem redeuntes, à Pontifice Clero & Populo honorifice & proceſſionaliter ſunt recepti, gaudentibus omnibus, quod liberati ab hoſtibus in Dominæ naturalis dominio remanſerunt *. Verum

*gaza ſua ad belli ſumptus diſtracta.*

quia, perturbatione hujuſmodi obſiſtente, Regales reditus ad ſtipendia defecerunt, & Regina nobilis quidquid habuerat in largitionibus diſpenſarat, ad argenti & auri & gemmarum donaria miſit manum: & quæque ex talibus reſervarat, in auxilium filii liberaliter erogavit: & de conſilio Magnatum qui ſecum aderant, ad partes Bel-

l li-foraminis *l*, Anagari, & Nagaræ proceſſerunt: & receptis villis, quas ſibi incolæ gratiſſime reddiderunt, Burgis iterum ſunt reverſi: Munitiones enim quas Comes Gonſalus Nunii detinebat, non potuerunt propter ſui fortitudinem expugnare.

## ANNOTATA.

C

a *Initium hujus Capitis, uſque ad num.* 14, *accipientes ex* Chronica, *interponimus textui* Roderici.

b *Vidimus poſt Stemma Genealogicum conſanguinitatem fuiſſe in tertio gradu, eaque de cauſa Regnum interdicto ſuppoſitum. Non tamen ſic potuit perſuaderi Alfonſo, ut ductam tanta ex cauſa uxorem ſtatim diſcedere pateretur; ſed prius ex ea ternam prolem ſuſtulit,* Ferdinandum *ſcilicet atque* Alfonſum, *& filiam* Berengariam, Joanni Briennio *Imperatori Conſtantinopolitano nuptam anno* 1231.

*Taraſia Luſit. uxor* 1, *non* 2 *A Legionenſis.*

c *Nihil de alia uxore alibi legimus: Scriptor autem Legendæ manifeſte hallucinatus eſt cum credidit,* Taraſiam *ſuperinductam* Berengariæ *fuiſſe. Quod ſi ex eodem errore hic quoque proceſſum eſt, non poſſunt ea eſſe à primo Auctore, ſed adſcribenda editori forent; & ſic fundaretur ſuſpicio, quod non omnino ab interpolationibus pura hæc Chronica ſit. Malim ergo opinari, Regem Legionenſem, jam fultum gemina maſcula prole, eaque ad ſucceſſionem ex Regni totius conſenſu legitimata, non curaſſe de uxore alia nuptiis magis canonicis ducenda, ne ea occaſio turbarum foret; ſed aliquot inferioris generis concubinis contentum vixiſſe, ex eiſque nonnullos adhuc liberos ſuſcepiſſe. Certe moriens* Ferdinandus, *præter fratrem Principem (quem filio ſucceſſori commendavit nominatim) invenitur num.* 144 *in genere meminiſſe* aliorum *adhuc* fratrum, *& plures extra matrimonium genitos numerat Catalogus Genealogicus Roderici Mendez de Silva; de quibus infra.* D

d *Lectio, in margine editionis Francofurtenſis notata,* Caucam *ſcribi dicit, pro* Coca. *Eſt autem hæc, juxta tabulas, inter Valliſoletum & Segobiam, huic vicina ad* 5 *milliaria. Neſcio quo errore hic locus in Chronica ſic legatur redditus:* Ex caſtro Dominarum iter intendebant Valliſoletum, quando ve lentibus Cabezonem clauſæ ſunt portæ, pernoctarunt igitur in vico quodam S. Juſti nuncupato; *ubi pro* Cauca, *ponitur* Cabezo, *inter Valliſoletum & Placentiam.*

e *Nihil hoc obeſt, quo minus verum ſit (ſi tamen eſt verum) quod rebelles Proceres ſcripſerunt in Franciam de ultima voluntate* Alfonſi, *in favorem liberorum* Blancæ *declarata, ut ſupra oſtendimus.*

*Quo anno A. Legionenſi nupta Berengaria.*

f *Exiſtimat Zuniga, ex pluribus inſtrumentis conſtare, quod matrimonium* Berengariæ *cum* Alfonſo *Legionenſi contractum fuerit anno* 1197; *allegat autem diploma ab utroque conjuge in favorem Martini Epiſcopi Zamorenſis datum,* XVI Kalend. Jan. Æra 1236: *Sed Auctori, alias accurato, obrepſit ut annum* 1197 *ſcriberet pro* 1198, *cum jam dicta Æra concurrenti. Satis nobis eſt, ſi natus ſit Sanctus in autumno vel etiam ſub finem anni* E *ejuſdem* 1198, *ut nunc egerit annum* 18 *ætatis ſuæ. Catalogus Genealogicus ſupracitatus eamdem nativitatem adſcribit anno* 1201: *qui manifeſtus error eſt.*

g *Alias* Arroyum, *quod etiam habet vulgata verſio; ubi & ſequentia loca,* Piſuerga & Laguna. *Cum autem* Piſuerga *etiam rivulus ſit, Legionenſe & Caſtellanum regna diſterminans, & prope Simancam Durio influens; apparet quod in eodem tractu requirenda ſint prædicta duo oppida, aliàs non reperienda in tabulis.*

*An poſt divortium ſolicitata ad reditum Berengariæ?*

h *Laureius aſſerit,* Alfonſum, *prius quam ad vim deveniret, aſtu uſum, ac* Berengariam *ſolicitaſſe ad repetendum contubernium ſuum, pollicendo diſpenſationem Roma haud ægre impetrandam: ſed ipſam ait amore filii* Ferdinandi *certa præſentia incertis futuris prætuliſſe. Vellem ſcire unde id hauſerit: interim propoſitam diſpenſationis ſpem, quæ ſecundum hodiernos mores maxime rationabilis videri poſſet, video tunc parum veriſimilem fuiſſe: & ut fuiſſet, prudentior erat* Berengaria, *quam ut, ſatis ſuperque negotii habens in excutiendo à filii cervicibus Alvaro, nulla dum juris ſpecie ſubnixo; ſuperinduci ſibi pateretur Regem, jure maritali atque tutorio omnia ad ſe tracturum, ſub quo quidquid porro contra* F *Reginam ac filium ageret Alvarus, jure agere videretur. Ceterum quidquid ſit de ſolicitatione à Laureto aſſerta, patet vel ex ipſa Chronica verum eſſe, quod idem ait, noluiſſe* Berengariam, *ut contra patrem arma filius ſumeret in campumque prodiret, ſed mere defenſive ſe haberet. Poſtea nihilominus prodeundum etiam in campum fuit, inſtigante Legionenſem Alvaro ſeque ducem præbente, uti infra num.* 24 *dicitur. Et tunc quidem dirempta pugna, treugaque inita eſt, eaque ex parte Sancti tam ſincera, ut patri adverſus rebelles quoſdam auxilio fuerit: quo beneficio obſtrictus pater, cum amare filium debuiſſet, tertio tamen ipſum adverſus eumdem adarma profiliiſſe, patet ex Epiſtola quadam Sancti, cujus epiſtolæ ex Caſtellano (ut apud Lauretum exſtat lib.* 2 *pag.* 97 *hic tenor eſt:*

*Epiſtola Sancti, bellum à patre deprecantis.*

Domine pater, Rex Legionis, Don Alfonſe, Domine mi. Quæ iſtæc eſt iracundia tua? Cur mihi damnum & bellum infers, nihil tale de te merito? Facile intelligitur diſplicere tibi bonum meum, in quo multum tibi deberes complacere, habiturus filium Regem Caſtellæ, qui tibi ſemper erit honori. Nullus enim Rex aut Chriſtianus aut Maurus, qui me timeat, nocere tibi audebit. Unde ergo tibi indignatio tanta? Sane ex Caſtella quamdiu vixeris numquam vel damnum vel bellum naſcetur in diebus meis: è contrario, qui antea tibi inferebant moleſtiam, nunc te reverentur & metuunt. Quapropter

A propter ſcire debes, quod ipſe tibi noceas. Poſſes autem ſi velles intelligere, quod valeam magis quam Rex alius in mundo impedire te crudeliterque vexare: ſed nihil ejuſmodi fas mihi in te, quia pater meus es & dominus meus; neque id bene fieret. Convenit ergo mihi ut potius te patiar, uſque dum ipſemet recognoſcas quid agas. *Apparet hæc ſcripta eſſe poſtquam patri auxiliatus Sanctus fuerat contra rebelles, ut ait Tudenſis; quin immo, poſtquam is expeditionibus Mauricis clareſcere & formidabilis eſſe cœperat; ac veroſimiliter circa ultimos Alfonſi annos: quos tamen quia præciſe definire non potui, omnia hic ſimul poſui ſub unum conſpectum.*

i Caſtrum Munionis; *nunc in tabulis non reperitur, uti & alia plurima à Roderico nominata loca, videtur tamen haud procul abfuiſſe Burgis: hinc enim intervallo non nonnullarum leucarum abſunt mox nominata* Lerma *ac* Lara, *ad alteram Arlanzi fluvii ripam ſita oppida, primum ad Auſtrum, alterum ad Ortum Burgenſi civitati objectum.*

k Concilium; *etiam in vulgata verſione ſæpe recurrens* Concejo, *ita ſignificat Senatum ſeu Magiſtratum alicujus civitatis vel oppidi, ut hic & alibi ſæpe etiam ſumatur pro numero delectorum Militum, ab ejuſmodi Senatu ſubmiſſum Regi, ad expeditionem quampiam, abſque obligatione ulterioris obſequii, redituram ad propria illâ peractâ: & ſic Rodericus lib. 8 cap. 9 ejuſmodi ſubſidiarios appellat* Communia civitatum.

B l Bellum-foramen, Anagarum & Nagara, *in verſione vulgari nominantur*, Bilborado, Anajara & Navara, *forte* Najara *legendum. In tabulis invenitur* Belorado *notatum (una forſan littera male omiſſa) 5 milliaria Burgis verſus Ortum diſtitus locus; ad 9 milliaria porro gradienti occurret* Najara, *unde etiam locus datur ſuſpicandi* Navarram, *à Chronici auctore nominatam eſſe* Navarrettam, *duobus milliaribus Nagara diſtantem.*

## CAPUT IV.

### *Victoria de Alvaro rebelli relata; ejuſque ac fratris infelix exitus.*

22 DUm Rex & Regina nobilis eſſent Burgis, Comes Alvarus, cum fratribus & complicibus, per Aggerem-Alliorum *a* & Quinatanam-Fortunii tranſierunt; & in Belli-foramine hoſtiliter irruentes, nec ætati nec ſexui pepercerunt, ſed cuncta cæde & incendio conſumpſerunt: quod ceſſit novo Regi & Reginæ nobili in amaritudinem & dolorem. Et hac vaſtatione peracta, Comites ad propria redierunt: & Rex novus cum matre Regina nobili & ſuis Magnatibus à Burgis Palentiam cœpit ire. Et dum ad villam, quæ Palentiola *b* dicitur, perveniſſent; Comes Ferdinandus in ripella vallis *c* Guiariæ aciebus diſpoſitis ſubſiſtebat. Comes Alvarus cum ſuis militibus Ferrariolam ſe recepit. Et quarta feria *d* quatuor-Temporum menſis Septembris; cum Rex Ferdinandus & Regina nobilis ituri Palentiam juxta Ferrariolam perttranſirent; collateralem aciem cum Alfonſo Tellii & Suerio Tellii ſeparavit, ne agmen exercitus tranſeuntis à Militibus Comitis læderetur. Et cum Comes Alvarus extra villam cum aliquibus Militibus reſediſſet; in villam ceteris intromiſſis, ut poſſet exercitum contemplari, remanſit cum paucis, in villam colligi dedignatus. Sed cum Alfonſus Tellii & Suerius Tellii & Alvarus Roderici, & quidam alii, eum eminus agnoviſſent, contra eum equorum impetu proceſſerunt: & videns multitudinem præminere, jam exanimis, quamvis ſuperbus, recolligere ſeſe cœpit. Sed cum prædicti Milites adveniſſent, Comes Alvarus de equo deſcendit, & jatens in terra clypeo ſe obtexit. Sed illi manibus eum trahentes, captum cum duobus Militibus concaptivis Regi & nobili Reginæ præſentarunt: & qui multos offenderat, qui nulli pepercerat, qui naturali Dominæ ejus dominium abnegarat, divino judicio nunc proſtratus, ſuorum Militum & Fratrum intuentium auxilio deſtitutus, capitur inglorius & confuſus. Tunc Regina nobilis, gaudio & lacrymis Deum laudans, diu gratiarum inſtitit actioni, quod inimicum ſuum & regni & filii ſibi tradidit tam facili captione. EX ROD TOLET.

23 Videntes igitur cuncti qui aderant, quod Deus omnipotens Reginæ nobilis opera dirigebat, cum gaudio & actionibus gratiarum, Palentiam intraverunt, & inde ad Vallem-oleti iverunt: ubi fuit Comes Alvarus in captione & vinculis cuſtoditus. Cumque ibidem de compoſitione aliquamdiu tractaretur, ea conditione fuit pactio acceptata, ut Comes Alvarus reſtitueret caſtra omnia quæ tenebat, ſcilicet Cannetum & Alarconem, Amagam & Tarecum-Cæſareum & Villam-francam, Turrim Belli-foraminis, Anagarum & Pandicurgum *e*: & his deditis ſolveretur. Caſtrum Xeriz *f* & Orzegonem detinebat Comes Ferdinandus frater ejus, & ad eorum captionem tenebatur Comes Alvarus cum centum Militibus Regem ſequi, donec ea ſuæ potentiæ ſubjugaret. Comes autem Alvarus Gundiſalvo Roderici fuit commiſſus, donec compleret ſuperius prænotata. Rex autem duxit exercitum verſus Caſtrum: & licet Comes Ferdinandus, fultus copia victualium & multitudine armatorum inibi rebellaret, ea conditione reſtituit Caſtrum & Orſegonem, ut ejus vaſallus fieret, & ab eo ut vaſallus proprius caſtra teneret. His peractis, Domino diſponente, quievit perturbatio novi Regis: & ſex menſium ſpatio fuit ſeditio ſic ſedata, quæ credebatur perpetuo duratura, quod Rex Ferdinandus ſuſceptus ab omnibus cœpit ubique juriſdictionem Regiam exercere. *cumque ſe redem ſſet uſurpatis cedendo*, E e f

24 Poſt hæc autem Comites, videntes in regno potentiæ ſuæ gloriam minoratam, imo potius annullatam, in Valle-Juniperi *g* territorii Palentini, cœperunt iterum rebellare, & prædas in Campis *h* Gothicis exercere: ſed Rex Ferdinandus, cum Regina nobili matre ſua & aliqua parte Magnatum, venit ad Aggerem-fumorum *i* & Medinam de Rivo-ſicco, & ſic Comitum inſolentiæ pro parte maxima ceſſaverunt. Sed videntes Comites in Valle-Juniperi non poſſe reſiſtere, Regis Legionenſis dominio ſe dederunt; & ut moveret guerram filio, ſuaſerunt. Cumque utrimque exercitus conveniſſent, & quidam Nobiles ex Caſtella verſus partes Salmanticæ intraviſſent, videntes Regem Legionis ſibi cum ſuo exercitu occurrentem, in aldea *k* Medinæ del Campo, quæ Caſtellio dicitur; intraverunt. Cumque Rex Legionenſis eos inibi obſediſſet, & Comes Alvarus cœpiſſet caligis ferreis calceari, percuſſus à Domino cœpit graviſſime infirmari: & firmata treuga inter patrem & filium ab invicem diſceſſerunt. Comes autem Alvarus, morbi & treugæ dolore vexatus, Taurum ſemianimis eſt delatus: ubi mortis anxietate coactus, Militiæ S. Jacobi ſeſe dedit, & ibidem vitam finivit, & Ucleſii eſt ſepultus. Et poſt modicum temporis Comes Ferdinandus frater ejus, cujus non ut voluit in regno Caſtellæ deſideria provenerunt; in Africam transfretavit, & ab Amira *l* Momenino ſuſceptis muneribus varia jactitavit. Et dum ibi longa mora, ut moris eſt *m* Arabum, traheretur, eum contigit in- *ac Legionenſis fugiſſet*, g h F i *bellumque reſumſiſſet, moritur* k *uti & frater ejus Marocci*, l m *vivus capitur*;

EX ROD. TOLET. infirmari : & fecit ad vicum prope Marochos, qui Elbora dicitur, ſe transferri : vicus enim à Chriſtianis dumtaxat incolis colebatur. Et dum percepit ex incurabili morbo interitum imminere ; à Gondiſalvo *n* Fratre Hoſpitalis, qui Innocentii Papę III familiaris extiterat, ſuſcepit habitum Hoſpitalis; & univerſæ carnis viam ingreſſus, cum aliis qui ibidem obierunt ad domum Hoſpitalis, qui Pons-Fiterii *o* dicitur, in diœceſi Palentinenſi, in ſarcophago eſt delatus : & ibidem ab uxore ſua Comitiſſa Majore, & filiis ſuis Ferdinando & Alvaro, & multis aliis eſt ſepultus.

## ANNOTATA.

a Agger-alliorum, *&* Quintana-Fortunii ; *in vulgari*, Oterdagos, Quintana, y Fortunio, *ut videantur tria loca poni.*

b Palentiola, *in eodem vulgari (per aliquem forſan errorem)* Herrera : *quod nomen mox iterum ponitur pro* Ferratiola.

c *Vulgariter* Ribera de la val de Gragéra.

d *Annus* 1218, *quo hæc facta videntur, litteram habuit Dominicalem* G, *proinde hæc quarta feria incidit in*
B *diem* 19 *Septembris.*

e *Eadem loca in vulgari ſic nominantur*, Cañete, Alarcòn, Tariego, Cicaféo, Villafranca di monte d'Oca, Torre di Bilborado, y Nagara : *omittitur autem* Pandicurgum.

f *Ibidem*, Caſtro Xerìz y Monzòn, *quod ultimum valde diſcrepat.*

g Vallis-juniperi, *vulgo*, Val de pero.

h Campos-Gothicos *ignoravit interpres, ideoque ſimpliciter vertit*, terras, *ſeu* agros.

i Agger-fumorum & Medina de Rivo-ſicco, *vulgo*, Tor de humos y Medina di Ruyſeco ; *horum locorum ultimus locus abeſt Palentia ad Occaſum circiter* 6 *leucis, unde de ſitu aliorum locorum Camporumque Gothicorum facilis ſit conjectura, eum in confiniis Regni Legionenſis fuiſſe.*

k Aldea *Hiſpanis* Villam *ſeu* Burgum *denotat* : *eſt autem* Medina del Campo *media inter Valliſoletum & Salamanticam via.*

l Amiras *Saracenis & Mauris Dux ſeu Rex dicitur: hic vero, contractis in unam duabus vocibus, paſſim vocatur ab hiſtoricis* Miramolinus : *quod tamen non eſt proprium, ſed appellativum nomen ſummi Saracenorum Principis, & Latine redditur* Imperator fidelium. *Vide Cangium in Gloſſario.*

m *Interpres vulgaris*, inter multas delicias.

C n *Chronica vocat* Hoſpitalarios S. Ioannis Acconenſis : *ita ſcilicet tunc nuncupabantur, à loco habitationis primario ; qui antea* S. Ioannis Hieroſolymitani *appellabantur. Cum enim Hieroſolymâ amiſſâ anno* 1187, *recepta eſſet anno* 1191 *Accon, huc immigrarant. Similiter iterum amiſſa Accone an.* 1291, *occupata autem à Chriſtianis Rhodo, cœperunt dici* Equites Rhodienſes, *donec hæc etiam Turcis ceſſit anno* 1522: *unde in Melitam recepti à Carolo V anno* 1530, Melitenſium *nomen hodie tenent, inſulamque contra Turcas tuentur generoſe.*

o *Idem*, Puente di Fitero en la ribera de Piſuerga : *qui fluvius, nunc Legionenſis & Caſtellani regni limes, ſupra Caſtrum Melgar exoriens, à Septentrione procurrit in Auſtrum, atque infra Septimancam Durio ſe immergit.*

D

## CAPUT V.

*Ferdinandi matrimonium cum Beatrice Suevica, ex eaque liberi. Repreſſi ſeditioſi. Cathedralis Toletanæ fundatio.*

ADverſariis itaque ſic à Domino judicatis, Rex Ferdinandus regnum obtinuit pacifice & quiete, Regina nobili omnia diſponente : quæ adeo ſolicite filium educavit, ut regnum & patriam, juxta morem avi ſui nobilis Alfonſi, in pace & modeſtia gubernaret, uſque ad vigeſimum quintum *a* filii ſui annum. Sed quia indecens erat, ut tam magnus Princeps extraordinariis petulantiis traheretur ; mater ſua, quæ ſemper voluit eum ab illicitis cuſtodire, procuravit ei uxorem nomine Beatricem, quæ fuit filia Regis Philippi *b* in Romanorum Imperatorem electi, & Mariæ filiæ *c* Iſac Conſtantinopolitani Imperatoris : quæ fuit optima, pulcra, ſapiens, & pudica. Miſſique pro ea nuntii, Mauritius Burgenſis Epiſcopus, vir laudabilis & diſcretus ; Petrus Abbas S. Petri de Aſlantia, Rodericus Abbas de Rivo-ſicco, Petrus Odoarii Prior Hoſpitalis, ad E Fredericum *d* Romanorum Regem, ſub cujus cuſtodia erat tunc temporis Domicella, in Teutonia acceſſerunt ; & ab ipſo Rege honorabiliter ſunt recepti. Cumque legationis cauſam, ut injunctum fuerat, explicaſſent ; prædicti nuntii expectarunt. Tandem Rex Fredericus, in Imperatorem electus, conſobrinam ſuam Beatricem, Domicellam nobilem, pulcram, compoſitam & prudentem, Regi Ferdinando per dictos nuntios, cum apparatu nobili, deſtinavit. Et cum Pariſios adveniſſent, Rex Francorum, Philippus nomine, qui tunc Gallis præſidebat, eam honeſte recepit, per terram ſuam honorifice dans ducem ; itaque ad regnum Caſtellæ felici itinere pervenerunt.

25 *Patta à Frederico In p. Beatrix,*

a

b

c

d

*impetrataque,*

26 Tum Regina nobilis Berengaria, cum comitatu nobili religioſorum & ſecularium Magnatum & Dominarum, ultra burgum qui Victoria *e* dicitur, occurrit nobili Domicellæ ; & Burgis exinde venientes, invenerunt Regem Ferdinandum, cum Magnatibus & Nobilibus & civitatum Primoribus, expectantem. Qui Domicellam & Nuntios honore quo decuit receptavit, & tertia die *f* ante feſtum S. Andreæ, in regali monaſterio prope Burgis, celebrata Miſſa à venerabili Mauritio F Burgenſi Epiſcopo, & armis militaribus benedictis, ipſe Rex ſuſcepto gladio ab altari manu propria ſe accinxit cingulo militari : & mater ſua, Regina nobilis, enſis cingulum deaccinxit. Tertia die, in feſto ſcilicet S. Andreæ, Beatricem dulciſſimam Domicellam duxit ſolenniter & legitime in uxorem, Miſſam venerabili Mauritio in Cathedrali eccleſia celebrante, & benedictionem nubentibus largiente : & fuit ibi Curia nobiliſſima celebrata, aſſiſtentibus totius regni Magnatibus, Dominabus, & fere omnibus regni Militibus & Primoribus civitatum.

*Ferdinando conjungitur*

e

f

*feſto S. Andreæ.*

27 Poſt modicum vero temporis, propter injurias quas Rodericus Didaci de *g* Camberis in terra ſibi credita exercebat, licet eſſet Cruce-ſignatus in ſubſidium Terræ-ſanctæ ; Rex Ferdinandus citavit eum, ut ad Curiam veniens ſatisfaceret de objectis. Cumque ille ad Vallem-oleti Curiam adveniſſet, cum naturaliter iræ inconſtantia ducereturg, à falſis amicis ſuaſus, inviſo & inſalutato Rege receſſit. Rex autem pro hujuſmodi indignatus, abſtulit ei terram ſuam. Et cum prædictus

*Rex competit inſolentiam Roderici de Camberis,*

A ctus Rodericus Didaci nollet reſtituere munitiones, tandem reſtituit ex pacto, ut Rex daret ei quatuordecim millia aureorum. Et cum pecuniam ſuſcepiſſet, tunc demum reddidit caſtra Regi. Anno poſtea iterum revoluto, Gonſalus Petri, Dominus Molinæ *h*, conſilio Comitis Gondiſalvi, cœpit contra Regem minus provide rebellare, & partem Reginæ, Molinæ vicinam, rapinis & vaſtationibus moleſtare. Cumque monitus nec deſiſteret nec ſatisfacere voluiſſet, Rex Ferdinandus ſuper eum exercitum congregavit. Sed ſuperveniente nobili Regina Berengaria matre ſua, cum Rex non poſſet caſtrum Zaphare expugnare, concordiam procuraverat, & certis pactionibus Rex ſoluto exercitu à Molina receſſit. Et diebus aliquot interpoſitis Comes Gundiſalvus Nunii, qui ad Arabes ſe tranſtulerat; cum à Rege Caſtellæ beneficia non poſſet aſſequi ut optabat, iterum ſe reſtituit Agarenis: & dum in partibus Cordubæ moraretur, in villa quæ Beatia dicitur infirmitate graviſſima contigit ipſum mori: & delatus à ſuis ſepultus eſt in *i* Cephinis, ubi habent oratorium Fratres Templi.

*item alium ſibi rebellem:*

h

i

B 28 Suſcepit autem Rex Ferdinandus ex uxore ſua gratiſſima Beatrice filios hic notatos, Alfonſum primogenitum, Fredericum, Ferdinandum, Henricum, Philippum *k*, qui oblatus à Domina Berengaria, Regina nobili, avia ſua, Deo & Roderico Toletano Pontifici, per manus ejuſdem Pontificis ad titulum Eccleſiæ Toletanæ in ſortem Domini eſt vocatus: & in continenti idem Pontifex Præbendam & alia Beneficia in prædicta Eccleſia aſſignavit. Habuit alios filios, Sancium qui oblatus Roderico Toletano Pontifici, à quo cum Clericali tonſura Pſalmiſtæ officium eſt adeptus, Præbendam & Beneficium in Toletana Eccleſia eſt conſecutus; Emanuelem, & duas filias, Alienor, quæ deceſſit parvula; & Berengariam, quæ in Regali monaſterio degit, Virgo Domino conſecrata. Verum Regina nobilis Berengaria mater Regis, volens eum à Chriſtianorum injuriis alienum, militiæ ſuæ primitias voluit Domino dedicare; & treugam cum Arabibus noluit ulterius protelari *m*: ſed exercitu congregato, aſſiſtentibus ſibi Roderico Toletano Pontifice & aliis Magnatibus regni ſui, per Beatiam & *n* Ubetam vaſtationes exercens, aggreſſus eſt Caſeatam: & captis & interfectis multis millibus Saracenorum, quia caſtrum variis impugnationibus erat dirutum, tunc noluit retinere. Rex autem, Caſeatâ, ut diximus, occupatâ, per ripam Bætis magni fluminis ad partes pervenit *o* Giennii: & deſtructis quibuſdam munitionibus & urgente inſtantia hiemali ad propria eſt reverſus. Poſt hæc autem iterum exercitum congregavit; & tradente eas ſibi Avomahomat, qui erat Arabum Princeps nobilis, filius *p* Avoabdellæ filii Abdelmurris, cepit Beatiam, *q* Andugarum atque *r* Martos; & caſtrum iſtud nobiliſſimum dedit Fratribus Calatravæ. Et deſtructis aliis caſtris & municipiis, ad ſua feliciter eſt reverſus.

*octo liberos ex uxore ſuſcipit:*

k

*precedit contra Mauros ſemel,*

m

n

C *iterum,*

o

p

q

r

29 Et tertio ingreſſus terram Arabum, cepit Sevioth *s*, Xoparum & Gartiez, & bellatoribus obfirmavit; aliiſque vaſtationibus peractis, ad urbem reverſus eſt Toletanam. Eo tempore erat in Hiſpaniis Legatus Romanæ Eccleſiæ, Joannes de Abbatis-villa, quæ eſt in Comitatu Pontivi, Sabinenſis Epiſcopus Cardinalis, vir bonus, ſapiens, litteratus: qui celebratis in ſingulis regnis Conciliis, poſtquam monita ſalutis propoſuit, ad Sedem Apoſtolicam eſt reverſus, tribus annis legationis expletis. Poſt hæc iterum Rex Ferdinandus terram Arabum eſt ingreſſus, & cepit Eznatoraph, *u* Turrim de Albet, S. Stephanum, & Chorlanam. Et alia vice duxit exercitum per Giennium circa feſtum S. Joannis, quod propter ſui fortitudinem non potuit expugnari. Et inde procedens cepit *x* Pegum: & captis incolis & occiſis, munitionem funditus deſolavit. Et veniens ad oppidum quod *y* Alhama dicitur, captis habitatoribus & occiſis, locum deſtructione ſimili diſſipavit: poſt quod ad propria cum exercitu remeavit. In hac expeditione non interfuit Rodericus Pontifex Toletanus, qui Guadalphagâre remanſerat, febris acumine fatigatus, ubi finis periculum vix evaſit: ſed miſit cum exercitu Dominum Capellanum ſuum, virum venerabilem Epiſcopum *z* Placentinenſem: qui in exercitu loco ejus Pontificalia exerceret. Et procedens iterum contra Mauros obſedit Capellam, caſtrum munitiſſimum in diœceſi Toletana, & diutinis impugnationibus tandem cepit. Et expletis quatuordecim hebdomadibus expeditionis, ad urbem regiam eſt reverſus. Et tunc jecerunt primum lapidem Rex & Archiepiſcopus Rodericus in fundamento eccleſiæ Toletanæ, quæ in forma Mezquitæ tempore Arabum adhuc ſtabat. Cujus fabrica opere mirabili de die in diem, non ſine grandi admiratione hominum exaltatur *a**.

*tertio,*

s

t

*quarto.*

EX ROD. TOLET.

u

x

*& quinto.*

y

z

*Novam Toleti Cathedralem ædificat.*

a

## ANNOTATA.

a *Cum Toletanus dicat* S. Ferdinandum *creatum fuiſſe Regem anno ætatis ſuæ* 18, *idque factum ſit anno Chriſti* 1217; *oportet ut annus* 25 *illius, ſit* 1223 *Chriſti. Corrigendum autem hic fuit evidens mendum, textui Hiſpanico neſcio quomodo inductum; dum numeratur annus* 25 regni, *& quidem velut ex auctoritate Toletani; hic enim annus eſſet Chriſti* 1241 *quouſque dici nequit regnum gubernaſſe mater: quæ tamen rationabiliter credi poteſt, ea lege tradidiſſe filio ſuo Regnum, ut ipſa illud gubernaret, quouſque is annum ætatis* 25 *attigiſſet, licet aliquot annis prius ei uxorem jungendam curaverit.*

*Ætas Sancti, regnare incipientis.*

b Philippus Dux Sueviæ, *Alfonſo à Cartagena dictus* Dux Bavariæ, *Frater Imperatoris* Henrici, *an.* 1197 *defuncti, electus an.* 1198; *cui oppoſitus diſcordi electione fuit Dux Saxoniæ* Otho. *Obiit Bambergæ, occiſus anno* 1208.

c Iſacius Angelus, *ab anno* 1185 *Conſtantinopolitanus Imperator, & anno* 1195 *excæcatus depoſituſque à fratre* Alexio; *à Francis & Venetis, victo tyranno regia urbe potitis, reſtitutus fuit. Hujus ſecunda filia* Maria, *aliàs* Irene, *nonnullis etiam* Cæcilia *nuncupata, primum* Rogerio *Tancredi Siciliæ Regis filio nupſerat, hoc autem mortuo, & Sicilia ab* Henrico *Imperatore occupata anno* 1195, *ab eodem tradita eſt fratri* Philippo, *eodem quo hic anno mortua, & in Lorchenſi ad Tubingam monaſterio ſepulta: uti accuratiſſime tradit, in ſuo de familiis Byſantinis eruditiſſimo opere, amicus noſter Dominus du Cange pag.* 294. *Loco,* Iſac, *in textum irrepſerat,* Corſac, *ſive (ut vulgaris interpres legit)* Coyſat: *quod in gratiam lectoris correxi. David Blondellus volumine* 2 *Tabula genealog.* 144 Beatrici *noſtræ, quam unigenitam aliqui fuiſſe volunt, ſorores addit (ſed forſitan ex alio patre)* Mariam *Brabantiæ Duciſſam, uxorem Henrici II.* Cunigundim *uxorem Wenceſlai Regis Bohemiæ, &* Eliſam *Ottoni IV Imperatori deſponſam.*

*Iſaaci CP. Imp. filia, Sancti Socerus.*

d Fredericus II, *Henrici Imp. filius, adeoque* Beatricis *patruelis, Rex Romanorum factus* 1215, *Imperator coronatus* 1220 *Romæ* 22 *Novembris. Sed quoniam ab eo tempore uſque ad obitum* Philippi *Regis Franciæ (qui ſponſam tranſeuntem excepit & mortuus eſt an.* 1223) *non facile eſt invenire menſes quatuor continuos, quibus in*

*Reginæ Beatricis genus paternum:*

A *Germania Imperator fuerit; recte is ſolum hic dicitur* Electus, *& intelligitur hoc matrimonium concluſum fuiſſe in celebribus illis comitiis Norimbergenſibus, quorum ad annum* 1219 *meminerunt Annales Auguſtenſes. Idem indubitabiliter confirmat Zuniga ad an.* 1252 *num.*9, *allegans Privilegium Ecitenſi monaſterio datum die* 12 *Decembris, ſignatumque ſub hac formula,* Anno regni mei tertio, anno videlicet quo ego præfatus Rex Ferdinandus, in monaſterio S. Mariæ Regalis de Burgis, manu propria cingulo militari me accinxi; & Dominam Beatricem Reginam, Philippi quondam Regis Romanorum filiam, duxi ſolenniter in uxorem. *Probat autem ex multis inſtrumentis idem Zuniga, cœpiſſe* Ferdinandum *annos ſui Regni numerare à* 31 *Auguſti an* 1217.

*annus celebrati cum ea conjugii.*

e Victoria, *oppidum in Cantabris, conditum an.*1180 *trans Iberum, diſtat* Burgis *ad leucas circiter* 20, *ſed cum ejus Conditor Sancius, Vaſconiæ ac Navarræ Rex & Biſcayæ pro magna parte Dominus, coactus fortunæ Alfonſi Caſtellani cedere, turpiter in Africam profugiſſet; capta an.*1200 Victoria *ipſa eſt ejuſque deditionem ſecutum eſt regnum fere univerſum, etiam trans montes. Quod*

B *cum pace inita reſtitutum eſſet, manſerunt tamen in poteſtate Caſtellani* quatuordecim oppida juris controverſi (*ut Mariana lib.* 11 *cap.* 25) *in quibus erat ipſa* Victoria, *cum reliqua uſque ad montes Biſcaya.*

f *Id eſt* 27 *Novembris, quæ anno* 1219 *incidit in Feriam* 4 *& Feſtum S. Andreæ in Sabbatum, cum eſſet littera Dominicalis* F.

g *Vulgariter* Ruy Diaz de los Cámeros.

h Molina, *oppidum montanum, in finibus Caſtellanæ vetus Araguniam, unde vicinis montibus appellatus* Sierra de Molina.

i Cephini, *in vulgata* Zaſinos.

k *De* Philippo *vide annotanda ad Caput.* 18 *litt.* C.

l *Durandus lib.* 2 *cap.* 3 *docet in ſacris Canonibus* Pſalmiſtam *dici* Clericum primi Ordinis, *id eſt,* primæ Tonſuræ, *eumdemque in Concilio etiam* Cantorem *vocari; unde S. Iſidorus* Ad Pſalmiſtam pertinet officium canendi, dicere Benedictiones, Pſalmos, Laudes, Reſponſoria. *Sunt qui eumdem* Sancium *prius Canonicum, poſtea Archidiaconum Toletanum fuiſſe dicunt: mortuo autem D. Gutterio, aut* (*ut alii*) D *Dominico Paſquali, electum Archiepiſcopum fuiſſe conſtat, per Scripturas, quibus uſque ad an.* 1259 *utitur titulo* Electi & Procuratoris ſeu Adminiſtratoris; *deinde, cum per ætatem licuit, ordinatus ab Archiepiſcopo Hiſpalenſi Raimundo,* Archiepiſcopum *ſe abſolute ſcripſit, quoad obiit an.* 1261 *vel* 1266; *bene diſtinguendus ab alio* Sancio, *filio Iacobi Aragonum Regis, qui eoſdem titulos ſucceſſive geſſit, & obiit in prælio contra Mauros an.* 1275. *In utroque autem corrigendus Tamayus ad* 25 *Octobris, ubi Archiepiſcoporum Catalogum texuit, & Caſtellanam quidem ceſſiſſe dignitate dixit, Aragonem vero obiiſſe an.* 1285.

*Sancius Sancti filius Archiepiſc. Toletanus.*

C

m *Erravit ergo Auctor Chronica cum ſcripſit: quod* Berengaria, tenerius filium diligens, ab omnibus omnino armis abſtinere eum voluit; eoque curavit treugam cum barbaris factam prolongari, & moræ innectendæ cauſa ſuaſerit Regi, ut prius Deo conſecraret filiam Berengariam, aviæ cognominem. *Hoc ſi ſuaſit, eo ſuaſit, ut moturus in barbaros filius, velut alter Iephte, hac gratiori ſanctiorique victima, propitiaret Deum, victoriæ omnis auctorem. Laureius neſcio quo Auctore aſſerit lib.*2 *pag.*3. *Sancto Regi in monaſterio Olcarum fuiſſe à Mauritio Burgenſi Epiſcopo porrectum Gladium & Labarum benedictum, die* XXX *Novembris: quod ita potuit aliquis notatum inveniſſe: non item annum* MCCXX; *tunc enim adhuc biennium durare debebat treuga cum Saracenis, contra quos dumtaxat ſacra arma*

*Berengaria hortatrix filio ad bellum Mauris.*

*debantur. Scripta fortaſis fuerit Æra* MCCLX, *cum anno Chriſti* 1222 *conveniens, & vel typotheta ejus erraverit* O D *pro* 2 *ponens, vel potius ipſemet male ſubduxerit calculos, ſicuti mox annis* 35 *ab anno* 1220 *armis illis uſum Sanctum ſcribit, qui tamen an.*1252 *obiit.*

n Ubeta *ſeu* Ubeda, *Baëza propinqua ad Orientem, qua oppidum reſpicit trans Bœtim ſitum, vulgo* Punta de Ubeda. *Primus hic forſitan antiquæ urbis ſitus fuerit; ita ut hac prædicto fluvio nomen ſuum vel dederit vel debuerit: urbes enim pleraſque in alio quam ubi antiquitus fuerant ſitu locarunt Mauri, ſervato quandoque veteri nomine, etiam in longiori diſtantia.* Caſeata, *vulgo* Queſada, *à caſeis dicta (neſcio an adhuc ſuperſtes) infra num* 65 *conjungitur Baëzæ & Ubedæ, notis in extimæ Andaluſia ad Ortum urbibus.*

o Giennium, *vulgo* Jaën, *diſtat* Baëza 6 *circiter leucis.*

p *In vulgata nominantur* Aben-Mahomat *&* Aben-Abdale filius Abdel-Moyn. *De quo apud Zunigam Beatiæ Rex ad an.*1 5 *num.*10 *habetur memoria, ſub diplomate Maurus, ſignato per Regem,* 8 *Ianuarii anni deditionem proxime ſecuti* 1226. anno autem regni ſui nono, quo anno Azehid Abu-Mahomad, Rex Baëciæ, devenit Vaſ- B ſallus Regis & oſculatus eſt manus ſuas. *Quem ſane modum annos regni ſignandi aliquo memorabili facto, jure laudat Zuniga, tamquam hiſtoriæ commodiſſimum. Robles in Hiſtoria Caravacana l.*2 *cap.* 6 *patruelem facit* Regis Valentini, *ipſiuſmet Miramolini* Mahomadi *cognomento* Viridis *ex fratre nepotem, & anno* 1225 *a ſuis fuiſſe occiſum ait, quod ſuſpicarentur clam factum Chriſtianum; ſucceſſorem vero habuiſſe filium* Aben-Mahomad, *patri ſimilem & fide & amore erga Sanctum: qui baptizatus dictuſque* Ferdinandus, *nobilem poſt ſi reliquerit poſteritatem, hodieque in Batica florentem. Ego ut nihil cuiquam detractum volo, ita optarem talia legitime probari, ſuſpectas enim ſemper habemus, familiares nimium huic ſeculo nequam, Genealogiſtarum impoſturas. Et vero quis credat Mauros, qui tali ex cauſa Regem occiderint, aſſumpturos ejus loco fuiſſe filium, de quo nihilo certiores quam de patre eſſent? aut* Ferdinandum *inultam reliquiſſe amici cædem, tali cauſa patratam, ipſo quoſe ei conjunxerat anno? vel, ſi ultus eſt, tanti momenti rem præteriri in Chronica potuiſſe? Anno certe* 1234 *adhuc vivebat* Mahomad, *& filium miſerat in auxilium Chriſtianorum ad Xerèz. Sit ergo penes referentem fides, tum cædis illius anno ut ſummum* 1235 *patrata; tum obſidionis, quam à rebellantibus civibus ſuſtinuerit arx, Sancto ex* F *pactis tradita, &* Gonzalvo Ybañez Magiſtro Calatravæ *commiſſa ad cuſtodiam. Hic dicitur, cum arcem deſperaret poſſe diutius obtineri, deficiente penitus annona, ita deſeruiſſe locum, ut calces equorum, in contrariam partem ferrati, veſtigia relinquerent velut tendentium in arcem & fidem facerent hoſti magni ſubſidii noctu inducti, qua ſpecie conterriti Mauri obſidionem dimiſerint; præſidiarii vero, per mediam progreſſi leucam, reflexis ad arcem deſertam oculis, ſupra ejus portam principalem viderint fulgere Crucem Caravacanam: cujus conſpectu animati repetierint locum; eumque contra regreſſos errore cognito hoſtes tenuerint, uſque dum adveniens cum quingentis equitibus Didacus Lupi de Haro, à S. Ferdinando ſubmiſſus, feſto S. Andreæ cunctos exemit periculo, ingreſſu per portam quæ ex tali eventu & ex obtenta ſequenti die ab erumpentibus inde victoria, appellata fuerit* Porta Comitis. *Certius id fortaſis probari poſſet, ipſo exhibito inſtrumento, quod anno* 1232, 18 *Maji Rex expedierit, invitans quam plurimos ad inhabitandam* Beatiam: *cui interim a prædicto ſucceſſu creditur pro armis obtigiſſe Crux Caravacenſis, ſupra decuſſatas claves duas; quæ inſignia utrum tam antiqua ſint, aliis examinandum dimitto. In Hiſtoria trium Ordinum agitur de prænominato* Calatravæ Magiſtro, *nec aliud quidquam de eo dicitur, quam*

*an à ſatis ob Chriſtianiſmi ſuſpicionem occiſus?*

*an Valentinus Sancti clientelam expetierit?*

A *quam utilem operam Ferdinando navaſſe in Batica ſubigenda, ac nominatim* contra Maurum Beatiæ Regem. *Et ſi verum eſt, inductos revera Chriſtianos in locum Maurorum, veroſimile eſt id non eſſe factum niſi ob pragreſſam aliquam eorum rebellionem, fortaßis poſt Regis ſui mortem, quando Crux viſa ſupra portam fuerit. Mirum eſt interim Beaticenſis Regis, in clientelam Ferdinandi redeuntis, nullam fieri à Toletano mentionem: Lauretus addit Valentinum quoque Regem Zeyt Abuzeyt apparatu Sancti contra ſe territum, Concham veniſſe ad Ferdinandum eique homagium præſtitiſſe: qua de re vellem aque certum teſtimonium videre. Si tamen ea vera eſt, non potuit facta eſſe anno quem ille ex Garibayo notat,* 1223, *ſed neceſſario pertinebit ad annum* 1227. *Addunt autem illi*

B *ſubjectionem hanc fuiſſe ſemen diſcordiarum inter Caſtellanos & Aragones, quorum Rex Iacobus Valentinum regnum ſubjugandum ſuſceperat, ſicut & fecit: quare Caſtellanorum in illud irruptiones ſuam æſtimabat injuriam.*

q Andugàr, *oppidum cis Batim, aliquanto vicinius Corduba quam Giennio.*

r Martos, *nominatißimum in hac hiſtoria caſtrum, hodieque ſuperſtes trans Batim, pari fere à Corduba atque Granata leucarum* 12 *intervallo.*

s *Chronica de horum locorum acquiſitione tacet, uti & de adventu Legati Apoſtolici.*

t *De hoc* Joanne *Ferdinandus Vgellus tom.* 1 *Italiæ ſacræ in Epiſcopis Sabinenſibus*: Vix ſub Gregorio IX roſeo pileo fuerat donatus *anno* 1227, cum ad prædicandam Cruciatam contra Saracenos ſtatim in Hiſpaniam ac Luſitaniam miſſus eſt.

u *Hodie* Iznatoraph, *& ultimum locum* Chiclanam *dici, monet Nota marginalis: ſed R. P. Ioannes de Gamiz. (cui hanc & alias plures correctiones acceptas refero) ex noſtro S. Hermenigildi Collegio Hiſpali ad me ſcribens, gravis erroris Notam iſtam arguit, cum* Chiclana *ſit locus*

C *longißime diſtans, in ora Maris Gaditani: ſuſpicatur autem* Chorlanam *hic dictam, fortaßis eſſe hodiernam* Solanam, *locorum vicinia id ſuadente.*

x Pegum, *vulgo* Pliego, *in tabulis* Priego, *6 circiter leucis ultra Martos in Auſtrum.*


y Alhama, *in vulgari* Alhambra.

z *Chronica Placentinum hunc Epiſcopũ, tunc Archiepiſcopi vice functum, nominat* Dominicum, *quem Tamajus in Catalogo ad* 16 *Oct. ſediſſe ait ab an.* 1221 *ad* 1233, *& adfuiſſe pugnæ ad Navas Toloſanas: locum autem in quo ægrotavit Archiepiſcopus, Chronica vocat* Guadalagàr.

a* *Eadem Chronica*: Perfecta autem nobiliter eccleſia iſta, novis quotidie augetur ornamentis & ædificiis. *Opera pretium igitur foret, ad præciſe noſcendam ætatem Chronicæ, ſcire quando eccleſiæ Toletanæ Fabrica abſoluta fuerit. Primus in fundamenta lapis jactus erat* 15 *Auguſti, quapropter & titulo Aſſumptæ Virginis dedicata eſt poſtea die* 28 *Octobris. Noſter Antonius Quintanadueñas (qui de Sanctis Feſtiſque Toletanis librum conſcripſit) pag.* 14 *eamdem eccleſiã deſcribit ut habentem naves quinque, quarum media ſupra ceteras eminens alta ſit pedes* 160; *longitudinem vero totius molis eſſe pedum* 404, *latitudinem pedum* 202 *numerum autem columnarum eamdem una cum adjuncto clauſtro ſuſtinentium, ad* 804 *aſcendere. Quam magnificum opus iſtud ſit, utcumq; æſtimare poteris ab exteriori ejus forma, ſecundum latus unum, quemadmodum anno* 1566 *ipſum delineavit Georgius Houſnaglius.*

*Cathedralis Toletana,*

*ejuſque iconiſmus.*




*Pag.*

# PARERGON II.

## De Miraculoſa ſanatione Reginæ Beatricis, per Deiparam, ab Alfonſo filio rhythmice deſcripta.

*Alfonſus Sapiens hymno Gallaco*

*NArratâ ſuperiori Capite recuperatione Capellæ, nequaquam prætermittenda videtur occaſio, referendi hoc loco inſignis miraculi, eam ſecuti, in ſanatione* Reginæ Beatricis, *quam Rex Sanctus eo tempore Concham advocaverat, propius intenturus ulterioribus contra Mauros progreßibus. Habetur illud apud Zunigam, ex ſupra laudato Codice Rhythmorum Gallæcorum Alfonſi Sapientis, rem coram oculis ſuis, licet tum adhuc puerilibus geſtam, celebrantis ſub hoc titulo:* Eſta es como Santa Maria guareceu à Reyna Donna Beatriz de grand' enfermedada porque à orou à ſſa omagen con grand' aſperança: *quæ ſic Latine ſonant:* Hæc eſt, quomodo S. Maria ſanavit Reginam D. Beatricem à magna infirmitate; quia cum magnâ fiduciâ adoravit ſanctam ejus imaginem.

F

*narrat quomodo ſe puero mater ſua,*

31 *Quen na Virgen groriosa*
*Esperanza muy grand à,*
*Ma, car seia muit enfermo,*
*Ela mui ben ò gvarià.*
*D'eſt un mui grand miragre*
*Ves quero dezir que oy:*
*E pero era minyno,*
*Membrame que foi aſſi:*
*Cam eſtava eu deante,*
*Et todo ouvi e oy*
*Que fezo Santa Maria,*
*Que muitos fer e fara.*
*Quen na Virgen groriosa*
*Esperanza muy grand à &c.*

Qui in Virgine glorioſa magnam habet fiduciam, quamvis multũ ſit infirmus ipſa eum bene ſanabit.

Hanc in rẽ prægrande miraculum vobis volo dicere, quod audivi. Eram quidem tunc puer: optime tamẽ memini rem ita ſe habuiſſe, quia præſens fui, omneſque audivi dicentes, quod fecerit illud Sancta Maria, quç multa fecit & faciet. Qui in Virgine glorioſa &c.

*Esto foi en aquel año*
*Quando o mui buen Rei ganou*
*Don Fernando à Capela*
*E de Chriſtianos poblou,*
*E ſſa moller à Reina*
*Doña Beatrix mandou,*
*Que foſſe morar en Concha,*
*E quant el foi a colá.*
*Quen na Virgen groriosa &c.*

Fuit hoc eo anno, quo bonus Rex D. Ferdinandus obtinuit Capellam, & Chriſtianis habitandam tradidit: ſuæ autem uxori D. Beatrici Reginæ mandavit, ut veniret habitatum Concham, quamdiu foret in ea regione. Quì in Virgine glorioſa &c.

*Concha infirma ad mortem,*

*Na oſte, e ſeu mandado*
*Fer ela mui volenter:*
*E quando foi na cidade*
*Peor enferma moller*

Nihil morata illa, valde libenter implevit mandatum ejus: ſed mox ut venit in civitatem, magis infirmam mu-

EX ROD. TOLET.

*Non viſtès, do que foi elà :*
*Ca Pero de Monpiller,*
*Bonos ſiſicos y eran,*
*Dezian non viveràs*
*Quen na Virgen glorioſa*
*Eſperanza muy grand à &c.*
*E porque eſto dezian*
*Non oyà mui ſen razon :*
*Ca d'aver ela ſeu fillo*
*adorata B. V. imagine* *Eſtava en a ſazon :*
*E avia tan gran fever,*
*Que quen a via enton,*
*Dezia, Seguramente*
*Deſta non eſcaparà.*
*Quen na Virgen glorioſa &c.*
*Mais la Reina, que ſerva*
*Eva da que todo val,*
*Virgen ſanta glorioſa*
*Reyna eſperital,*
*Vez trager huna omagen*
*Muy benfeita de metal*
*De Santa Maria, diſſe :*
*Eſta cabo mi ferà.*
*Quen na Virgen glorioſa &c.*
*Cu pois en aſſa ſegura*
*Vir à tal creencia ei,*
*Que de todos eſtos maës*
*Que à tan toſte guarrei.*
B *Por end a mi a chegade*
*E logo lle beizarei*
*As ſas manos e os pees,*
*Ca muy gran prol me terva.*
*Quen na Virgen glorioſa*
*Eſperanza muy grand à &c.*
*statim convaluit,* *E toâ' eſt aſſai foi feito ;*
*E logo ſen outra ven,*
*De todos aqueles maës*
*Guariu à Reina tan ben.*
*Per poder da glorioſa,*
*Que nada non ſentiu en.*
*Por en ſerà de mal fiſo,*
*O que a non loarà.*
*Quen na Virgen glorioſa*
*Eſperanza muy grand à &c.*

mulierem numquam te vidiſſe dixiſſes. Quia Petrus de Monpellerio & boni medici qui aderant, dicebant quod non erat ſupervictura. Qui in Virgine glorioſa &c.

Id autem dicebant non abſque magna ratione, erat enim brevi paritura filium: & patiebatur febrem tam vehementem, ut quicumque expertus diceret, Certo inde non evadet. Qui in Virgine glorioſa magnam habet fiduciam &c.

Sed Regina, famula ejus quæ valet omnia, ſanctæ ac glorioſæ Virginis & ſpiritualis Reginæ, fecit adferri quamdam imaginem ipſius S. Mariæ, perpulchre elaboratam ex metallo, & dixit: Hæc mihi aderit. Qui in Virgine glorioſa &c.

Quia poſſum ego ſecura vivere in tali credulitate, quod ab omnibus iſtis malis bene cito ſanabor. Quapropter applicate eam mihi, & ſtatim oſculabor illi ſuas manus atque pedes: quia mihi magnam adferet utilitatem. Qui in Virgine glorioſa &c.

Statim autem totum id factum eſt, & abſque alio remedio, ab omnibus iſtis malis tam bene ſanata fuit Regina, per potentiam glorioſæ Virginis, quod nihil poſtea malæ valetudinis ſenſit. Proinde malè ſanus fuerit, quiſquis eam non laudaverit. Quiin Virgine glorioſa &c.

## CAPUT VI.

### *Maurorum diſſidentium motus. Ferdinandi in regnum Legionenſe ſucceſſio, per matrem curata.*

32 IN diebus hujus Regis Ferdinandi, ſurrexit quidam nomine Abenhuth, in caſtro Rechoc *a* in territorio Murtienſi: & cœpit contra Almohades *b* rebellare, qui ciſmarinos Arabes, adeo crudeli dominio opprimebant, quod de facili Abenhuthi propoſito conſenſerunt. Et obtenta Murtia & finitimis oppidis & Caſtellis, omnes Almohades quos habere potuit capite detruncavit: & omnes Mezquitas præſentia Almohadum judicans inquinatas, aſperſione aquæ fecit à ſuis Sacerdotibus expiari, & armorum ſuorum inſignia fecit *c* nigra, quæ in bellis & alibi præferebat, quaſi luctu præſignans excidium gentis ſuæ. Et in modico tempore obtinuit Vandaliam *d* Hiſpanorum, præter Valentiam & confinia, in quibus Zahen de genere Regio rebellavit. Erat autem Abenhuth de genere Abohaget olim Regis Cæſarauguſtæ: & cum fere Monarcha in ciſmarina Vandalia haberetur, audacia, largitate, juſtitia, veritate (prout gentis ejus infidelitas ſeu verſutia tolerat) præminebat. Sed à quodam ſuorum, qui Aben-Raman dicitur, invitatus ad epulas & delicias familiares, quas gentis illius colit voluptas, factione hoſpitis & vaſalli occiditur in conclavi, apud præſidium *e* Almariæ. Et tunc invaluit Arabs quidam, dictus Mahoma *f* Alienalaginar, qui paulo ante boves & aratri veſtigia ſequebatur. Hic Argonæ, & Giennii, Granatæ, Vaſtæ & Accii, & locis aliis adhuc hodie principatur: & poſt interitum Abenhuthi Vandalia Ciſmarina in plures Regulos eſt diviſa, & ab Almohadibus ſeparata, quod Chriſtianis utile invenitur. Poſt hæc iterum Rex obſedit Giennium, & machinis validis impugnavit: ſed videns quod civitas tantâ fortitudine præminebat, quod non poſſet humano ingenio expugnari, habito Magnatum ſuorum conſilio, inde receſſit.

*Mauri mutuis cædibus debilitati*

*Chriſtianis fiunt cauſa rei bene gerendæ.*

33 Et cum *g* Abdalarfarteam perveniſſet, rumor advenit patrem ſuum in Villa-nova de Sarréa ab hoc ſeculo migraviſſe, & in eccleſia B. Jacobi *h* traditum ſepulturæ, Æra MCCLXVIII: & quod etiam regnum legaverat *i*, quas ex Regina Taraſia ſuſceperat, filiabus. Propter quod mater ejus Regina nobilis D. Berengaria ad eum materna ſolicitudine veniebat, ut ad recipiendum bonum paternum quantocius feſtinaret, quod ei de mandato Patris Pontifices, Magnates, & Civitatum Concilia jurarant; ne forte in mora perturbatio aliqua oriretur. Erant autem cum eo Rodericus Pontifex Toletanus, Lupus Didaci, Alvarus Petri, Gonſalvus Roderici, Garcias Ferdinandi, Alfonſus Tellii, Guillermus Gonſalvi, Didacus Martini, & alii Nobiles & Magnates, & plures Milites civitatum: qui cum Rege inclito venientes, Reginam nobilem, in pago qui Orgatium *k* dicitur, invenerunt: & inde communiter urbem regiam intraverunt. A qua, mora poſtpoſita, omnes continue receſſerunt, & ad oppidum quod *l* Agger-ſellarum dicitur, pervenerunt; indeque ad caſtrum S. Cypriani de Mozoth venienti cum matre & comitatu, caſtrum ei ut Domino reddiderunt. Sequenti die eum ſimiliter in Villa-Lalii *n* receperunt, ubi ad Regem, tamquam ad Dominum, ex Tauro nobiliſſimo oppido Milites advenerunt, qui Regem ſui & oppidi naturalem Dominum cognoverunt, & ut ſequenti die Taurum adiret inſtantiſſime ſupplicarunt, nobili Regina hæc omnia ſolertiſſime procurante.

*Mortuo Alfonſo Legion. 1230.*

*Berengaria filium ducit Legionem,*

*qui per viam bene excæptus,*

34 Altera vero die Taurum intravimus, ubi omnibus annuentibus Rex Ferdinandus, facto ſibi hominio, in Regem & Dominum eſt receptus. Indeque per caſtra Dominæ *o* Reginæ aliquamdiu incedentes, recepimus ex aliis civitatibus Milites & nuntios venientes, qui videbantur de receptione Regis aliquantulum dubitare. Sorores enim Domini Regis, Sancia & Dulcis, de quibus diximus, rebellionem cum complicibus præparabant. Sed tamen regni Prælati, quorum intereſt Regnum & Sacerdotium contueri, in auditu auris Regem Ferdinandum in Regem illico receperunt, ſcilicet Joannes Ovetenſis, Nunius Aſtoricenſis, Rodericus Legionenſis, Michael Lucenſis, Martinus Salamantinus, Martinus Mindonenſis, Michael Civitatenſis, Sancius Caurienſis. Hi omnes cum ſuis civitatibus, patre mortuo, filio ſe dederunt, nec rebellio cogitata potuit invalere: nam quam cito venimus Majoricam & Manſellam *p*, Regi ſe protinus reddiderunt. Sequenti vero die intravimus Legionem, quæ in Regno illo Sedis regiæ præminet dignitate: ibique ab Epiſcopo & univerſis civibus ad regni Legionis faſtigium elevatur, Clero & populo Te Deum laudamus cantantibus concorditer & jucunde: & ex tunc Rex Caſtellæ & Legionis *q* pariter eſt vocatus. Ibique nuntii advenerunt ex parte Reginæ *r* Taraſiæ, ut ſuper compoſitione internuntia referentes. Et licet verbum Magnatibus diſpliceret, tamen Regina nobilis in tantum timuit regni & pauperum vaſtationem, quod procuravit,

*& Tauri ab Epiſcopis regni.*

*demum Legione Rex proclamatus,*

A curavit, ut Rex ſubſiſteret Legione, & ipſa iret Valentiam, de concordia cum Regina Taraſia tractatura. Cumque ambæ Reginæ Valentiæ *r* conveniſſent, ſic ſolertia Reginæ nobilis Berengariæ procuravit, ut Regis ſorores Regi reſtituerent omnia quæ tenebant, & ipſæ eſſent proviſione contentæ, quam eis Rex & Regina nobilis aſſignarent: & ſi quid juris in regno habebant ſimpliciter reſignarent.

r *aſſignata ſororibus dote*

35 Et pacto hujuſmodi confirmato Rex advenit, & inde omnes ivimus *s* Beneventum, quo etiam Infantes filiæ Reginæ Taraſiæ advenerunt: ubi Rex Ferdinandus & Regina nobilis eis reditus triginta millium aureorum in locis competentibus aſſignarunt, percipiendos toto tempore vitæ ſuæ: & ſic obtinuit omnes munitiones & omnia caſtra quiete & pacifice Rex Ferdinandus. Et in hoc enituit quam plurimum Reginæ nobilis ſolers cura: quę non minori gratia Regi filio dedit hoc regnum, quam regnum Caſtellæ, quod ad eam jure hereditario pertinebat. Sic enim ſcivit omnia ordinare, ut, licet Regnorum unio fere omnibus diſpliceret, ipſa ſtuduit taliter providere, ut ſine ſanguinis effuſione Regnorum unio proveniret, & utrumque Regnum pace perpetua lætaretur *t*. Indeque Rex ivit Zemoram, Salmanticam, Lethesiniam, Civitatem Roderici, & Albam, & per ceteras Regni partes, in quibus honore Regio & hominio ab omnibus eſt ſuſceptus. Tunc Rex Ferdinandus dedit Caſeatam jure hereditario Roderico Archiepiſcopo Toletano, quæ tamen aliquantulum reparata à Saracenis incolis tenebatur. Sed Rodericus Archiepiſcopus, evolutis à donatione menſibus tribus, exercitu congregato, ivit contra Caſeatam cum multitudine armatorum: & expulſis Mauris, qui ruinas oppidi reparabant, illud retinuit; & ad honorem Regis, qui illud dederat Eccleſiæ Toletanæ cuſtodivit hactenus, & cuſtodit cum aliis caſtris; ſcilicet Pilos, Toyam, Lacra, Agaſmo, Fonte-Juliani, Turribus, Dela, cum Ficu, Alaulula, Arcola, Duobus-germanis, Villa-montini, Nubila & Caſtorla, Concha & Chelis *u*. Poſt hæc iterum Rex Ferdinandus obſedit Ubetam, oppidum populoſum, bellatoribus & munitione magna tutatum: & adeo fortiter impugnavit, ut concluſi ſalvis corporibus oppidum reſignarent. Et tunc Rex oppido acquiſito ad urbem regiam eſt reverſus. Æra MCCLXXII, obiit Regina Beatrix in oppido quod Taurum dicitur, & ducta ad regale monaſterium prope Burgis, juxta Regem Henricum regaliter eſt ſepulta *x*.

s *pacifice regnat.*

B

t

u

C

x

## ANNOTATA.

a Rechoc, *in Chronica* Ret *dictum*, Murcia *autem*, *olim* Murgis *ad fluvium* Seguram, *olim Setabim, modici ſed fertilis regni caput, inter Granatenſe & Valentinum regnum, ad mare mediterraneum ſinumque Vergitanum ſiti.*

b *De ortu* Almohadum *agit auctor noſter lib. 7 cap. 10, tamquam nomen habentibus à pſeudo-propheta quodam, Alcorani interpretationem novam & eatenus receptæ contrariam prædicante, ſublato in Regem quodam* Aldelmone *figuli filio; qui regno Africano potitus, etiam Hiſpanos Arabes ſubjugavit, itéque in Africam rediit: ex cujus ſemine tunc regnabat in Africa* Miramolinus *ille vulgo dictus, de quo ſupra.*

*Almohades Mauri.*

c *Doctor Laurentius Galindez de Carbaxàl, in ſuis fragmentis, apud Argote de Molina allegatum in Appendice ad Annales Zunigæ, pro anno* 1248 *ait, inter libros, quos Ferdinando & Iſabellæ Regibus Catholicis tradiderunt Mauri Granatenſes, inventa eſſe eadem omnia quæ referuntur de Almohadibus & Abenbucho:*

*Prophetia de eorum exterminio expleta.*

d Vandalia Hiſpanorum, *vulgo* Andaluzía, *quaſi* Vandaluzia.

e Almaria, *vulgo* Almeria, *nunc civitas Epiſcopalis in regno Granatenſi.*

f *In vulgata eſt* Mahomat Alegrajae.

g *Alia lectio, ex Ms. in margine appoſita, ſic habet:* Et cum ad Daralferiam perveniſſet: *in vulgata ſcribitur,* Guadalajára.

h *Videlicet* Compoſtellæ *in Galacia, regno Legionenſi adnexa, unde etiam in Annalibus Rogerii de Hoveden paſſim vocatur,* Alfonſus Rex de S. Jacobo. *Chronica aſſignat mortem Alfonſi Legionenſis anno* 1234: *ſed Æra* 1268 *annum Chriſti* 1230 *notat, eumque exigit multitudo & magnitudo negotiorum, in duorum Regnorum nova conjunctione oblatorum, per quæ non licuiſſet* Sancto *expeditionem in Mauros ſuſcipere ipſo paterna mortis anno, ſicut anno* 1234 *ſuſcepiſſe eum ſcimus; nam eo anno recepit Ubetam, ſecundum ipſiuſmet Chronicæ calculum. In eo quod ibi legitur Epitaphio ſepultus Rex dicitur juxta Ferdinandum patrem ſuum: locus autem in quo obiit à* Sarria *rivo nomen habet, eſtque media fere inter Legionem & Compoſtellam via, huic quam iſti propior.*

E *A. Legion. quando obierit?*

*& ubi?*

i *In quibuſdam Roderici exemplaribus, juxta editionem Franco-furtenſem, non tamen in Ms. Toletano, ſimilia, ſed multo brevius, ſic leguntur lib. 7 cap. 25 ubi de patre*: Reliquit duas filias, Sanciam atque Dulcem, quibus Regni ſucceſſionem legavit. Sed quia omnes regni Nobiles, tam de civibus quam de aliis, olim filio ſuo Ferdinando juraverant, non potuerunt regnum filiæ obtinere: ſed aliquantis diſſidiis procuratis, & civitatibus & nobilibus in varia ſtudia ſeparatis, nobilis Berengaria Regina Caſtellæ interpoſuit partes ſuas; & ſic omnes gratiæ ſolertia dulcoravit, quod, licet Infantes quam plurimos fautores haberent, & munitiones & caſtra quam plurima in omnibus fere regni finibus poſſiderent, ad hoc Infantes & matrem earum Reginam Taraſiam neceſſitate induxit, ut ejus gratiæ reſponderent: unde paternæ largitatis in omnibus imitatrix, curialitate ſua, Infantibus quoad viverent magnos reditus fecit à filio aſſignari. *Porro jam diximus ab inveterato Caſtellanorum odio ad ejuſmodi diſpoſitionem adductum patrem, ingratum beneficiis acceptis à filio. Franciſcus Macedo in Vita* Taraſiæ, *cujus ut Sanctæ ratio nobis habenda erit ad* 17 *Junii, cap.* 31 *de hac* Alfonſi *diſpoſitione agens, neſcio an animadverterit, agi de* Ferdinando; *non qualicumque, ſed Sancto Rege; parentum obſervantiſſimo, indole manſueriſſimo, bellicis æque ac civilibus curis exercito, & jam agente ætatis annum* 31. *Si enim animadverteſſet, non puto ſcripturum fuiſſe, quod* Alfonſus filio Ferdinando, propter turbulentum ejus & ferox ingenium minus initio æquus & indulgens, poſtea & infenſus fuit: hinc primum, *inquit*, diſſenſiones, deinde ſimultates, tandem apertæ inimicitiæ extiterunt; adeo ut Alfonſus moriens regnum Legionenſe penes filias teſtamento reliquerit: tam abalienarant animum patris, filii mores. *Inter*

*Sancii in regnum paternum ſucceſſio juſta.*

F

*cur eum pater invidum habuerit?*



EX ROD. TOLET.

A c *cauſas deinde quæ regnorum conjunctionem videbantur* d *iſſuadere potuiſſe, etiam hanc addit idem Macedo:* Obrutum in tanta mole rerum juvenem, minus & gratum & expertum rerum publicarum. *Ignoſcendum viro, multiplici librorum ſcriptione de argumentis prorſus aliis diſtractiſſimo, quod hiſtoricas quæſtiones levi nimium manu tractaverit, uti etiam ex Appendice ad Vindicias S. Hilarii Arelatenſis, ab eodem infeliter ſuſceptas, poterit lector agnoſcere ad diem 5 Maji: fuit alioqui amicus mihi, ſicut in præfatione ad Vitam S. Maſaldæ demonſtravi; ſed amicis cunctis magis amica veritas.*

k *In Chronica dicitur* Orgaz circa Toletum, *uti notatur in tabula intervallo leucarum circiter* 4.

l Agger-ſellarum, *ibidem*, Tor de ſillas, *ad alteram Durii ripam, diſtat Valliſoleto leucis circiter* 6. *Non tamen Valliſoleto, ſed Abula veniſſe debuit Rex, cum fines regni Legionenſis eſt ingreſſus, à Giennenſi obſidione revertens. Eſt igitur veroſimile aliud* Tor de ſillas *hic intelligi.*

m *Dubium de ſuperiori loco motum, ſimili modo poteſt moveri circa* Villalalim: *licet enim ſimilitudo nominis appareat in* Villalàr, *unius diei itinere à Tordeſillas, recta verſus urbem Legionenſem; tamen obſtat eadem itineris jam deſcripti ratio; & quia iſtud* Villalàr, *in Blaviana Chorographia notatum, in accuratiori*
B *tabula Viſcheriana, contractiori nomine, ſed cum addito, vocatur* Villàr-Diego, *Tauro ad Boream ſitum; ſuſpicari licet aliud* Villalàr, *vel* Villàr *inveniri, eidem Tauro ad meridiem ſitum, ipſumque hic indicari.*

n *Caſtrorum horum aliqua enumerat auctor lib. 7 cap.* 8 *dicens*, Rex Caſtellæ & Rex Aragonum, ex Monte-Palumbario juxta Abulam, contra Regem Legionis proceſſerunt & obtinuerunt Caſtrum-Legionis, & Ardòn, & Caſtrum-Gundiſalvi, & Caſtrum-terræ, & Albam de Aliſte, & uſque ad Aſtoricam cuncta cæde & incendio vaſtaverunt. *Nullus interim horum locorum nunc exprimitur in tabula, & forte aliquorum etiam nomen mutatum eſt: nam* Moràl del Reyna; *id eſt*, Moretum Reginæ, *quod eo tractu eſt, à Berengaria Alfonſo nupta poteſt excultum appellatamque fuiſſe: ſi quidem, ut mox dicitur cap.* 31, *celebratis nuptiis*, Rex Caſtellæ, omnia quæ abſtulerat nunc genero, olim hoſti, dedit filiæ ſuæ nuptæ: *& rurſum, cum poſt factum divortium ſuper dote reddenda controverſia extitiſſent*; Idem Rex (*ut dicitur lib.* 8 *cap.* 13) cum Legionenſi olim genero ſuo *anno* 1213, fœdus initum innovavit,
C & reſtituit Carpium & Montem-regalem, ita ut diruta de cetero non ſtarent: *& ſic manſit* Berengaria *in pacifica dotalium caſtrorum poſſeſſione quoad vixit.*

*Dos Berengariæ A. Legionenſi nubentis.*

o Manſilla *in tabulis, in eodemque recto itinere Legionem verſus, una ſolum diæta diſtat ab urbe.* Majorica, *in tabulis non reperitur.*

p Quemadmodum, *inquit Chronica* aliquamdiu factum fuerat præteritis temporibus, *ſcilicet ſub Alfonſo VIII, Imperatore Hiſpaniarum dicto.*

*Taraſia Luſit. ab Alfonſi thoro ſeparata.*

q *Receperat ſe* Taraſia *poſt divortium in Luſitaniam, & cum traductis ad Lorvanenſe Benedictinorum cœnobium Monialibus Ciſtercienſibus vitam agebat, monacham inter eas profeſſa, ut vult Macedo in ejus vita: qui cap.* 31 *fuſe tractat, quomodo ipſa* Berengariæ *litteris, ad ipſam & ad patrem ipſius* Alfonſum *datis, evocata ſit, mediatrix inter* Infantes & Regem *futura: quas litteras, ſi extant alicubi, optaremus videre.*

r Valentia, *non illa Valentini regni caput, quæ tunc Maurorum erat, longiſſime diſtans à Luſitania; ſed altera* (*plures enim ſunt minoris notæ*) *dicta* Valentia Alcántaræ, *quod intra hujus propinquæ urbis diſtrictum*
D *ſita ſit, in Extrema-dura Luſitana atque Hiſpana confiniis, triplo fere longius diſſita Legione quam ipſa Conimbrica, in cujus diſtrictu Lorvanum eſt*: Taraſia *autem Legionenſes fines omnino non attigit.*

s Beneventum, *vulgo* Beneventa, *medio fere inter Legionem & Zamorram itinere.*

t *Hic interſerit Chronica, quod* Ferdinandus, poſt res compoſitas cum Sororibus, ivit in Sabogàl, ad conferendum cum Rege Portugalliæ, quemadmodum inter eos conductum erat: peractoque colloquio circumire cœpit regnum, adminiſtrando ubique juſtitiam, atque ita pervenit uſque Zamorram: *hæc autem civitas eſt ad Durium fluvium, antiquis* Zentica, *Tauro propinqua.* Sabogàl *ad confinia Portugallia ſitum eſt, duabus vel tribus leucis à Civitate-Roderici.*

u *In Chronica ſic nominantur loca*, Toyalacra, Arayſmo, la fuente de Julián, Torres de Alecùz, Pegúra, Aulála, Elervéla, Dos Hermanas, Villa-montín, Nubla, Cazorla, Cuenza, Archillas.

x *Idem corpus poſtea ad eccleſiam Hiſpalenſem tranſlatum eſt: idque juſſu vel ipſius ſancti Regis, uxorem ſibi contumulatam volentis; vel filii Alfonſi, ſibi ac parentibus communem tumulum fabricantis. Vereor porro ne* Roderici Toletani hiſtoria *inſigni uno vel altero* E *Beatricis R. ſepultura.*
*capite mutilata caſu aliquo ſit: nam à captione* Ubedæ, *quæ contigit anno* 1234, *immediate tranſitur ab obtentam Cordubam, anno* 1236. *Hunc vero hiatum explebit Ferdinandæa Chronica, cum qua deinceps progrediemur. Hic vero addiderim ex Zurita, quod eodem anno* 1231, *convenit inter Regem Navarræ Sanctum, Biſcainorum in ſuas terras incurſionibus irritatum, & Regem Aragoniæ Iacobum, ſpe Legionenſis regni dejectum, ac Valentini Regis tutela per Sanctum ſuſcepta irritatum, de bello Caſtellanis inferendo, ſub conditione adoptationis mutuæ in ſucceſſionem regnorum: quæ tamen confœderatio, quia nullum ſucceſſum habuit, Sancio decrepito ſene citius vita excedente, non eſt à Caſtellanis Chronologis annotata; ſicut nec matrimonium, ſequenti anno* 1232 *primo contractum inter Regem Hieruſalem Ioannem de Brienna & Berengariam Sancti Regis Sororem, de quo Mariana libr.* 12, *cap.* 16. *Similiter nec memoratur redintegratio amicitiæ inter Sanctum Regem & Iacobum Aragonium, mediante traditione Harizæ, ad Aragonium reditura, ſi Regina vel aliud matrimonium vel monaſterium iniret, uti ſcribit Zurita lib.* 3 *cap.* 19: *quæ res anno* 1234 *peracta eſt.*

*Defectus in hiſtoria Roderici Toletani fortaſſis mutilâ.*

*Fœdus Navarrei & Aragonis contra Caſtellanum.*

F

## CAPUT VII.

### *Ingens victoria de Mauris ad Xerèz relata, per Alfonſum ſancti Regis fratrem.*

NArrat porro Hiſtoria, quod cum Rex Zamorram veniſſet, uti ſuperiori Capite dictum eſt, inde miſerit fratrem ſuum Alfonſum ad incurſionem faciendam in terras Maurorum, jungens ei D. Alvarum Perez de Caſtro, natione Caſtellanum, ut exiguam Infantis *a* juvenis experientiam grandi ſua prudentia ſuppleret cum titulo Capitanei: erat enim Eques perquam ſtrenuus & exercitus in armis: occaſionem vero magnum aliquem ſucceſſum ſperandi contra Abenhuc Maurorum Regem offerebat ſubditorum ejus contra ipſum rebellio, poſtquam Ambalule Miramolinus Marocchos redierat trajecto mari. * Infans ergo Alfonſus, ſecundum mandatum Regis Salamanca egrediens, cum Capitaneo ſuo D. Alvaro Perez & D. Ægidio Manrique, perrexit Toletum: & aſſumptis ibidem equitibus quadraginta, tranſito Mu-

36 *Miſſus Alfonſus frater.*

a

*cum Alvaro Perez belli duce.*

A Muladarii portu, venit in Andugàr : unde D. Alvarus in omnes partes emiſſit expeditos equites, qui prædam infinitam collegerunt, Cordubam uſque progreſſi, quidquid poterant expilando deſtruendoque ; & ſic pervenerunt Palmam *b*, quam generoſe oppugnaverunt, eaque vi capta omnes intus repertos Mauros ad unum uſque interfecerunt. Inde vero ingreſſi Hiſpalenſe territorium, conculcando omnia & mactando, tranſita Hiſpali procurrerunt uſque *c* Xerèz, miſeruntque curſores & prædam multam fecerunt. Collectis autem manubiis, mandarunt Infans & D. Alvarus tentoria poni prope Xerèz ſecundum fluvium Guadaléte : ubi acquiſitam prædam provide & caute contraxerunt in unum locum.

b

c

*contra Maurorum copioſiſſimum exercitum,*

37 Rex interim Abenhuc, ex quo ſcivit quod Infans popularetur Andaluziam, quantaſque prædas ibi ac ruinas faciebat; juſſit convocari quidquid erat Maurorum ex hac parte maris, ſecumque proficiſci Xerèz, ubi erat Alfonſus : itaque collecta eſt undique multitudo magna, non ſolum imperio Regis ſui, ſed etiam famâ Infantis excita. Conſiderans ergo Abenhuc Chriſtianorum exercitum, & minime numeroſum eſſe intelligens, certo credebat quod non poſſet elabi ſibi de manibus : idemque credidiſſet, quicumque collatas utrimque vires inter ſe comparans, non cogitaſſet Deum poſſe in paucis æque ac multis vincere. Quare caſtris poſitis in oliveto, inter Chriſtianos & oppidum, ante omnia peditibus ſuis edixit, ut præpararent multa vincula funeſque ad vinciendos captivos : quod ſane neutiquam fruſtra fuit, ſuum enim uſum opportune habuerunt, ad ipſoſmet conſtringendos abducendoſque. Non tamen Chriſtianos, quia pauci erant, contempſit Rex Abenhuc : ſed curavit, ut aciem inſtrueret quam ordinatiſſimam contra eos, eamque in ſeptem turmas diſtribuit ; quarum minima mille quingentos equites, quædam bis mille numerabant, aut etiam amplius : adeo ut totus equitatus Chriſtianorum non poſſet cum minima Maurorum cohorte æquiparari, quamvis conjunctus eis eſſet filius Regis *d* Baëzæ ; qui erat Regis Ferdinandi vaſallus, Infantique ad expeditionem progreſſuro ſubmiſerat iſtum ſuum filium, cum equitibus ducentis ac trecentis peditibus. Venerant etiam ad Infantis ſubſidium multi Fratres militarium Ordinum S. Jacobi & Calatravæ : ſed ſimul omnes reſpectu Maurorum pauci erant. Reperti quoque in eodem prælio fuerunt Tellus Alfonſus, & Ruy Gonſalez de Valverde, in eoque generoſiſſime ſe geſſerunt : univerſus autem Chriſtianorum numerus, tam equitum quam peditum, vix cenſebantur mille quingenti.

*ipſe modicas copias ducit:*

d

B

C

*eaſque novorum hoſtium ad ventu territas,*

38 Hi tam pauci, videntes tantam Maurorum multitudinem collectam, haud parum fuerunt conterriti ; maxime cum hoſtibus ſubſidio venit quidam Rex Arabum cum ſeptingentis equitibus : qui poſt Chriſtianorum terga ſe collocantes, majores etiam anguſtias fecerunt, neque progredi neque regredi valentibus : utpote quibus ab una parte objiciebatur fluvius valde profundus Guadaléte, ab altera Maurorum exercitus. Nihilominus D. Alvarus, ut erat dux ſtrenuus, animos addere ſuis conatus, tam efficaces adhibuit rationes, ut excuſſo metu expeterent prælium, ac ſi decuplo plures Mauris fuiſſent. Frontem aciei obtinebat Alvarus, poſteriora tuebatur Alfonſus, habens apud ſe Mauros quingentos ea excurſione captos, quos omnes ut decapitari juberet Infans, edixit Alvarus, id enim in præſenti caſu convenientius videri. Inito deinde cum præcipuis militiæ ſuæ capitibus conſilio, decreverunt peditatum ab equitatu ſejungere,

*in unam phalangem colligit.*

ſicuti & Mauri fecerant ; non tamen in turmas dividere ſuos, ſed in unam omnes phalangem componere. Mandavit etiam ut opifices quam multi poſſent mulas & jumenta ſarcinaria conſcenderent, turmamque conſtruerent, & ſeſe ad eam partem jungerent quæ magis urgeretur. Ingens erat Maurorum clamor fremituſque, tympanorum vero æneorum crepitus atque tubarum clangor tam horrendus, ut cælum terraque miſceri viderentur. Illo autem die, quo pugnandum erat, tunica delicata ſe veſtiit Alvarus ; ſumptaque in manus virga, veluti ſatis ſuperque inſtructus ab armis, adhortabatur milites ut parvi facerent Maurorum poteſtatem, fiduciam omnem collocantes in Deum, qui eis daturus eſſet victoriam de ſanctæ ſuæ fidei inimicis.

EX HISP.

*Animati ad pugnam milites & expiati,*

39 Tum Chriſtiani, quotquot habebant copiam Sacerdotum, confitebantur eis peccata ſua; alii vero mutuas excipiebant *e* confeſſiones : prius autem quam congrederentur exercitus, D. Alvarus Perez Equitem ordinaverat Garziam Perez de Vargas, cujus deinde multa erit mentio in hiſtoria, & hoc principium fuit armorum ejus. Abſolutis Confeſſionibus Chriſtianorum, cum ſibi invicem mutuas condonaſſent offenſas, ſeque Deo commendaſſent ex animo ; miſit D. Alvarus nuntium ad Infantem in fine conſiſtentem, ut (quemadmodum convenerat) in unam phalangem conjungerent ſeſe : quo facto exorſus denuo eſt Alvarus omnes animare, in hanc illamque partem diſcurrens, eaque ſuggerens magna cum prudentia quæ res locuſque poſtulabant, ad excutiendum timorem & alacritatem ciendam. Itaque juncti ſimul omnes, inclamantes S. Jacobum & aliquando Caſtellam, invecti ſunt in Maurorum turmas ; quarum primam perrumpentes, moxque ſecundam ac tertiam, ſingulas denique unam poſt aliam profligarunt, disjicientes ac mactantes quoſcumque obvios, cum maxima ubique clade. Adeo autem ſe illis permiſcuerunt Chriſtiani, ut unum Maurum cum altero non ſint paſſi conſiſtere. Sic disjecti confuſique verterunt terga, quæ maxime poterant fugientes, inſequentibus eos Chriſtianis atque mactantibus & infinitos captivantibus, uſque ad portas Xereſii : ubi ingens fuit Maurorum invicem ſe prementium, imo & occidentium ſtrages facta. Pedites autem, præ numero cadaverum ſuper campum ſtratorum, vix poterant progredi, & tamen multos etiam ipſi captivos fecerunt. Grande eo die miraculum in favorem Chriſtianorum creditur operatus fuiſſe Deus, miſſo ad eos in prælio juvandos ſancto Apoſtolo Jacobo, idque duabus de cauſis ſuſtineri poteſt. Primum quia impoſſibile erat, Chriſtianos tam paucos, de Mauris decuplo pluribus, reportare victoriam iſtiuſmodi abſque ſimili auxilio : deinde quia plurimi ipſorummet Maurorum dixerunt, ſe vidiſſe Equitem equo albo invectum, cum vexillo albo in manu una, gladio evaginato in altera, quem alii multi Equites albi ſequebantur : vidiſſe etiam per aërem diſcurrentes Angelos : quodque Equites iſti multo plus damni inferebant Mauris, quam ipſimet Chriſtiani, quorum etiam aliqui idem ſe conſpexiſſe teſtati ſunt.

e

E

F

*à S. Iacobo apparente adjuti.*

40 Sed regrediens ad hiſtoriam, dico, quod cum eo modo campum obtinuiſſent Chriſtiani, Mauris partim cæſis partim captis fugatiſque, inter mortuos numeratus fuerit Rex Gazularum aliique honoratiſſimi multi : in cæde autem prædicti Regis præcipuam laudem retulit novus, quem diximus, Eques, Garcias Perez de Vargas : hic enim occidit eum. Ipſe autem adduxerat ſeptingentos illos equites Arabes, unde maximus terror Chriſtianis in

*Rex Gazularum occumbit :*

EX HISP. principio fuerat incuſſus. Quamquam enim Hiſtoria eos ſuperius Arabes nominet, hic vero Gazúlas, de una tamen eademque gente ac Rege intelligenda eſt. Hic ſiquidem quaſi ex voto, in ſui Mahometi honorem peregrinatione ſuſcepta, cum tranſitum hac haberet, accepit à Rege Abenhuc civitatem dictam de los Gazúles *f*, utique ab iis qui in hoc prælio adfuerunt. Porro Rex Abenhuc, cæſis ac diſperſis copiis ſuis, non credidit ſatis tutum ſe eſſe Xereſii: & quam occultiſſime potuit ſe recepit, ea via qua ſperabat poſſe evadere. Chriſtiani vero, plena potiti victoria, redierunt in campum ad colligenda ſpolia, quæ plane innumerabilia erant; adeo ut faſtidio denique eſſent colligentibus, maxime quia tentoria inveniebantur tam plena ac referta omnis generis annonâ, ut nihil eſſet aliunde conquirendum. Toto etiam tempore quo ibi ſubſtiterunt, non aliis ad focum lignis uſi ſunt, quam haſtis lanceiſque & telis confractis. Vincula & manicæ ac funes, quæ præparari Abenhuc juſſerat pro abducendis captivis Chriſtianis, perquam neceſſaria fuerunt ipſiſmet colligandis, quorum tamen numerus copioſior fuit quam apparatus vinculorum. Poſt hæc effuderunt ſe pedites per oliveta, in quorum denſitate adeo multos Mauros mactarunt & ceperunt, ut licet eos dumtaxat occidiſſent atque cepiſſent, ſolę hę poſtremę manubię abunde eos potuiſſent locupletare. Multi Equitum Chriſtianorum inſignia in hoc prælio patraverunt facinora: imprimis autem D. Alvarus Perez, quamvis eum ſola virga armatum ad pugnam veniſſe *g* Hiſtoria dicat. Similiter fecerunt etiam Ægidius Manrique, Tellus Alfonſus, & Ruy Gonzales, atque alii plures, ferientes lanceis, gladiis & clavis; Equites etiam Toletani varii, quorum geſta narrantur, ei qui non viderit difficilia creditu: Fratres quoque militarium Ordinum grandem Maurorum fecerunt ſtragem; omnes denique, per gratiam Dei auxilium ferentis, generoſiſſime ſe geſſerunt.

*Rex Abenhuc fugit.* f

B

*heroica quorundam facinora,* g

*imprimis Didaci*

41 Inter ceteros celebratur quidam, Didacus Perez de Vargas dictus, ipſius D. Alvari ſubditus, cui contigit ingentes ſuas vires hac occaſione monſtrare. Cum enim, amiſſis inter præliandum haſta atque enſe, aliud nihil haberet quo manum armaret; reſcidit ab olea quadam nodoſum ramum, cum eoque ingreſſus qua maxime calebat pugna, à dexteris & à ſiniſtris graves ictus incutiebat, patrabatque facinora juſtis armis vix exequenda; quibus cum delectatus plurimum Alvarus identidem acclamaret, Eja, eja, Didace: Machúca, Machúca; id eſt, Contero, Contere *h*; manſit Equiti iſti ex eo die cognomen iſtud, quod hodieque ex poſteris ejus aliquibus adhæret. Alius ejus frater germanus, dictus Garcias Perez dē Vargas, ille quem creatum Equitem ante pugnam fuiſſe diximus & Regem Gazularum interfeciſſe, plura quoque inſignia opera eo die fecit, quamvis cæſo tertiùm ejus equo, ſumendus toties novus ei fuerit. Deinde autem in aliis occaſionibus quibus adfuit magna effecit, quemadmodum in decurſu hiſtoriæ apparebit: æquum eſt enim virorum fortium generoſorumque Equitum commemorare heroicas actiones, non minus quam degeneres aliorum culpas.

C

h

*& Garciæ Perez fratrum.*

*Chriſtiani præda ingenti potiuntur.*

*Quidam nolens inimico ante pugnam reconciliari,* i

42 Accidit autem caſus perquam notabilis die iſta duobus inter ſe cognatis Equitibus, odio invicem proſequentibus: ſcilicet, quod cum ſibi mutuo confitebantur milites inituri certamen, is cui magis videbatur incumbere ut alteri ſatisfaceret, veniam à commilitone petiit ſolum *i* pro die illa: & hic erat jam nominatus Didacus Machúca, alter vero Petrus Michael vocabatur, Toletani ambo. Sed Petrus ignoſcere Didaco noluit, quantumcumque à Clericis ac viris religioſis admonebatur (quamvis etiam ipſe Infans D. Alfonſus ac D. Alvarus Perez eum rogarent) niſi hac ſola conditione, ut Didacus complexum ejus admitteret; id ſcilicet agens ut eum occideret: tantarum enim erat virium, ut quemcumque poſſet complexu ſtringere *k*, eliſum ſuffocaret. Cum ergo Didacus conditionem abnueret, nolens tali periculo ſe exponere, nec aliter quam in Dei ſervitio mori propoſitum habens; ambo ad pugnam ſunt progreſſi. Placuit autem Deo, quod, ex omnibus Equitibus Chriſtianis ad prælium eductis, ſolus Petrus Michael, qui commilitoni noluerat condonare offenſam, deſideratus ſit, neque inventus poſtea aut vivus aut mortuus; quamvis viſus ſit in ipſo conflictu ſingularia multa patrare facinora, præ grandi virium ſuarum robore; & licet poſt receptum fuerit diligenter quæſitus. Sunt quidem qui affirment, quod nimio proſequendæ cædis ardore abreptus, inter fugientes Mauros Xereſii portam ſit ingreſſus, ibique numero obrutus & occiſus: verum nihil certi potuit de eo reſciri, ad exemplum eorum, qui audent prælio ſe committere, prius quam offenſam deprecanti ſodali eam condonarint. Grandes fuerunt favores quos Deus in illa die Chriſtianis fecit, grandis honor & gloria quam hi retulerunt, nec minor confuſio barbarorum, quandoquidem ex toto fidelium exercitu vix decem homines occubuerint, Maurorum vero cæſorum atque captorum numerus modum omnem exceſſerit. Itaque Infans Alfonſus & D. Alvarus Perez multa laude clarum & ſpoliis opimis onuſtum exercitum reduxerunt ad propria; filius autem Regis Baëzæ glorioſus & opulentus revertit in patriam. Illi vero Palentiam venientes, ubi Rex Ferdinandus erat, perquam benevole ſunt excepti. Victoria porro iſta, cauſa fuit cur Chriſtiani poſtea acquiſierint totam Andaluziam: tantus enim terror incuſſus eſt Mauris, ut numquam potuerint priſtinos animos vireſque reſumere *l*.

D

k

*in eadem ſolus perit.*

E

*Victores revertuntur ad Regem.*

l

## ANNOTATA.

a *Rodericus lib 8 cap. 13 docet*, Alfonſum *Caſtellæ Regem an. 1213 celebraſſe Pentecoſten*, præſentibus uxore Alienor & filio Henrico & filia Berengaria & nepotibus Ferdinando & Alfonſo: *& quando puer* Ferdinandus *ad votum matris ſanabatur ſub annum 1209, ſimul cum eo apud avum degebat etiam* Alfonſus *ſecundogenitus, tunc ſaltem quinque aut ſex annorum puer; atque adeo nunc agebat ætatis annum haud minus quam trigeſimum: ut auctor Chronicæ omnino videatur erraſſe, tam juvenem inexpertumque deſcribens, qui fratre ſuo, jam 36 annos nato, ut ſummum quatuor aut quinque annis junior erat.*

F

b Palma, *oppidum Andaluziæ, inter Cordubam & Hiſpalim trans Batim.*

c Xerèz de la frontéra, *juxta fluvium qui paulo poſt in mare influit ad ſinum Gaditanum*, *dicitur* de la frontéra, *quia reſpicit confinia Regni Granatenſis, quod diu manſit in poteſtate Maurorum, ſub tributo tamen, ut mox videbimus; atque ita diſtinguitur ab altero ejuſdem nominis oppido, in confiniis Andaluziæ & Alegarbiæ*, *dicto* Xerèz de Guadiána, *quia ad Anæ flumen ſitum circa ejus oſtium.*

d *Cum ergo ſupra num. 37 dicitur* Rex, *tradente Arabum Principe*, *cepiſſe* Beatiam *aliaque vicina loca; intelligo non omnia retinuiſſe, ſed quædam reſtituiſſe amico jam ac tributario, cum titulo Regis, ad continendos facilius*

A *cilius Mauros Granatenſes*; Beatia *tamen ipſa Chriſtianis incolis data, cum Epiſcopo inferius nominando, non fuit reddita.*

*Confeſſio mutua laicorum periclitantium.*

e *Etiam hoc tempore, in defectu Sacerdotum urgente periculo certaminis vel naufragii, aliquando tale quid uſurpatum ſcio; vix credo tamen aut olim aut recentiori memoria fuiſſe adeo rudes Chriſtianos, ut crederent ejuſmodi Confeßionem æque eſſe Sacramentalem, ac eſt Baptiſmus in caſu neceßitatis collatus à laico, ſed ſolum pro actu aliqualis pœnitentiæ eamdem uſurpaviſſe.*

f Alcalà de los Gazúles *exprimitur in tabula, unius dumtaxat diei itinere diſtans à loco pugnæ, inter Medinam Sidoniam & Arundam.*

g *Si verum eſt, quod eſt ſane probabile, hanc Ferdinandinam Chronicam extractam pro parte eſſe ex Chronica Generali, veroſimile quoque erit hic & alibi, dum* Hiſtoria *allegatur, intelligi dictam Chronicam generalem, curante ſancti Regis filio, Alfonſo Sapiente, compilatam. In Summario Proceſſuum num.* 50. Teſtis primus ſuper art. 51

*Fides conflictus memorandi ad Xerèz.*

dixit, quod omnes hiſtoriæ; tam impreſſæ quam manuſcriptæ, narrent miraculoſum ſucceſſum conflictus ad Xerèz, & quod ibi apparuerit S. Jacobus: eumdemque etiam refert Lopez Garzia de Salazàr, cujus Ms. eſt omnium quæ ſunt in Hiſpania Mss. Codicum auctoritate præcipuum fol. 647. *Mox autem narratur ſucceſſus hic relatus inter duos milites diſſidentes, & ſupponitur* Ferdinandi *Regis mandatum fuiſſe, ut milites ſui ante conflictum mutuas ſibi invicem condonarent offenſas. Si quis prædictum Ms. habeat & ſimul Chronicam Ferdinandeam, dijudicare poterit uter auctorum alterum tranſcripſerit, & junior ſit.*

h *Odoricus Vitalis lib.* 8, Quidam, *inquit*, ferens ingentem maxucam, Presbyterum properantem prævenit, & ſuper caput ejus levato vecte, dixit, Sta: *unde intelligis* Maxucam *&* vectem *idem eſſe: ſicut autẽ Itali à voce* Mazza *fuſte faciunt* amazzare *occidere: ſic à* Maxúca *formatum verbum* Maxucàr, *haberet in Imperativo* Maxúca, *ut hic explicatur: videtur autem* Maxúca *augmentativum eſſe à Mazza, atque adeo grandem fuſtem ſignificare.*

*Maxúca clava.*

i *Non credo* tò ſolum *ita intelligendum, ut voluerit poſt pugnam reſumere inimicitiam is qui reconciliari petebat; ſed idem hic valere, quod* ſaltem: *quamquam & hoc non minoris ſimplicitatis fuit, quam quod ſupra dicitur, Rex Legionenſis petiiſſe*, ut ſaltem per tres annos *ſibi liceret cum conſanguinea matrimonio uti.*

k *Nemini id incredibile videatur: nam & parentum noſtrorum memoria fuit in Antverpienſi arce Hiſpanus miles, tantarum virium, ut rhedam, à duobus equis effuſe currentibus protractam, retro apprehendens ſiſteret, vectem ferreum grandem trans foſſas latißimas muroſque ſat altos in arcem jaceret, ſtannearum lancium oras flectendo criſparet ſolis duobus digitis, & pomum manu comprehenſum non dimitteret, quamvis quatuor alias robuſtißimi viri ſimul id niterentur extorquere.*

C *Hiſpani unius ſtupenda fortitudo.*

l *Hic primum ponit Chronica, ex Roderico, captam* Ubedam, *& mortem Reginæ* Beatricis, *ut videatur hanc victoriam relatam dicere ipſo anno* 1234: *eoque confirmatur, errorem ſupra notatum ad Cap.* 6 *litt.* h, *non eſſe imputandum typographis, ſed editori vel auctori ipſi. Dolendum profecto quod tam inſignis victoriæ annus nuſquam expreſſus inveniatur. Non poſſumus tamen de eâ dubitare, cum ejus meminerit Lucas Tudenſis, num.* 7 *eamdem paucis verbis vehementer extollens. Quod autẽ eam præterniſerit Rodericus Toletanus, forte referet aliquis in ejus tunc Romæ degentis abſentiam; ſed qui propterea non emiſit Cordubenſis urbis à Chriſtianis occupatæ hiſtoriam ſtrictim deſcribere, non videtur Xerezanam pugnã potuiſſe penitus præterire, ideoque magis propendeo ut aliquid deſiderari credam in ejus contextu: in quo etiam deſideratur homagium Sancto Regi præſtitum à Regibus Beatiæ & Valentiæ, utrumque momenti ad hiſtoriam permaximi; ſicut & alia ſupra indicata.*

## CAPUT VIII.

*Cordubenſe ſuburbium intercipitur à Chriſtianis, urbs deinde ipſa obſidetur à Sancto Rege.*

QUinque annis *a* poſt patris ſui Alfonſi mortem, jam bene ſtabilitus in regno ſuo Legionenſi ſtrenuus Rex Ferdinandus, captaque Ubéda glorioſior, anno MCCXXXV obſedit Cordubam, civitatem Regiam, unamque ex præcipuis Andaluziæ, idque hac ratione. Cum Ferdinandus Regnum Legionenſe viſitando obiret, adminiſtrans juſtitiam & curans publicum commodum populorum; contigit eum venire in oppidum Benavente, eo ipſo tempore, quo Chriſtiani Mauris vicini equites ac pedites, cum Almogaravibus ſeu velitibus ac viarum peritis ductoribus, convenerunt in Andugàr, quod Chriſtianorum erat. Factaque in regnum Cordubenſe excurſione, inter ſpolia quæ retulerunt, etiam adduxerunt Mauros aliquot; ex quibus intellectum eſt, gentem iſtam Cordubæ perquam ſecuram agere, neglectis vigiliis cuſtodiiſque, eo quod à Chriſtianis nihil ſibi crederent formidandum. Offerebant autem illi ſe ad parandam eis viam, deſignaruntque modum quo capi ſuburbium unum poſſet, Arabice Axarquía *b* nuncupatum: de quo facile convenit, quia credebatur per illud poſſe obtineri civitas, ſicut & factum eſt. Tum deliberatum eſt, qua ratione diſponerentur omnia, ad executioni mandandum adeo ſalutare conſilium; quęſitæque ſunt ſcalę & omnis alius neceſſarius apparatus. Viſum deinde eſt occupandam noctem aliquam obſcuram & pluviam, qualem cito promittebat menſis, qui tum currebat, Januarius. Rebus ſic compoſitis, omnium certiores fecerunt Petrum Ruyz Tahúr, & Martinum Ruyz de Argote: miſeruntque Martos, ut id de quo conventum erat indicaretur D. Petro Ruyz, & D. Alvaro Perez fratri ejus; ſignificantes quod pro tali, quam nominabant, nocte cuncta habebant ordinata: adeſſent illi cum juſto militum numero in ſuccurſum.

43 a *An.* 1235.

*Mauriscapitivis ſuggerentibus,*

E b

*perſuaſi ſuburbium tentare Chriſtiani,*

44 Dum nuntius excurrit Martos, ipſi quantas potuerunt copias aggregarunt, & in eam qua condictum erat noctem ſcalas ſuas expediverunt, ac minimo ſtrepitu ſubierunt uſque ad pedem antemuralium; maceriamque circumeuntes, auſcultabant ſolicite an in turribus & antemuralibus vigiliæ agerentur: inveneruntque mutire neminem, ſed omnes alto ſopore teneri, plenumque mediæ noctis ſilentium ſervari. Cunctis autem probe exploratis, ſuoque conſilio favere judicatis, locuti ſunt cum quibuſdam illic repertis Chriſtianis, quid agendum eſſe putarent. Reſpondit autem iis Dominicus *c*, qui viam monſtraverat: Domini mei, ſuaſerim ego, ut bene facientes ſignum Crucis, commendemus nos Deo vero, & glorioſiſſimæ Virgini matri ejus benedictæ, ſanctoque Apoſtolo Jacobo, & ſic viribus omnibus connitamur hoc opus effectui dare; ideo enim huc venimus, fidentes Deo ejuſque benedictæ Matri quod nos juvabit, quia agitur de ejus ſervitio & honore, atq; de exaltatione ſanctæ fidei ejus. Quod ſi nequeamus jacere ſparteas haſce ſcalas, utamur ligneis, atque per eas conemur aſcendere. Primi autem aſcendant qui melius è nobis callent Arabicam linguam, & gentis more veſtiti ſunt; ut occurſuri forſitan eis Mauri ſuos eſſe credant, neque agnoſcant qui ſint.

F

*hibernæ noctis ſilentio accedunt,*

c

EX HISP. Qui autem ſic aſcenderint, ſatagant primam turrim occupare, donec aſcenderit multitudo reliqua.

45 Placuit omnibus Dominici conſilium; ipſumque executioni mandantes, experti ſunt tres ligneas ſcalas: cumque has nimium curtas eſſe viderent, alias aliis adnectentes applicuerunt ad primam turrim. Aſcenderunt ergo priores Alvarus Colodro & Benedictus de Banios, quia hi accuratius callebant idioma Arabicum: ſecutique ſunt alii, quotquot veſtibus ac mitris Mauricis induebantur: & ceperunt turrim, quæ uſque in hodiernum diem nomen habet Alvari Colodro. Hic quatuor Mauros ſopitos invenerunt: quorum unus ex illis erat qui cum Chriſtianis ad hoc negotium conſpirarant, in ea quam ſupra dixi excurſione capti, & tentandæ rei auctores primi. Cum ergo accedentes ad turrim Chriſtianos interrogarent Mauri, quinam eſſent & quid quærerent; reſponderunt Arabice, ſe eſſe inſpectores vigiliarum. Tum Maurus, quem dixi è conſpiratis fuiſſe, Alvarum Colodrum ex voce agnoſcens, apprehendit manum ejus, atque in aurem clam dixit: Ego ex eis ſum quos noſti; cura ut hos qui mecum ſunt occidas, & ego vos juvabo. Tunc Chriſtiani manus in ipſos miſerunt, oribuſque obſtructis dejecerunt ex turri, ubi mox ab aliis mactati ſunt; cœperuntque Chriſtiani ceteri confeſtim aſcendere. Cumque jam pro parte majori aſcendiſſent in turrim iſtam, progreſſi ſunt per murum, & ſigillatim occuparunt turres omnes, uſque ad portam ducentem Martos, qua ipſa etiam ſunt potiti.

*turrim unâ in obſervati occupant,*

B *ac deinde ceteras cum porta:*

46 Jam illuceſcebat aurora, & Chriſtiani, omnes quas dixi turres ipſamque portam habentes in poteſtate, aperuerunt illam, atque intromiſerunt Petrum Ruyz Tahùr cum ſuo equitatu. Mauri autem ut viderunt ſuburbium totum, quod Axarquía dicunt, Chriſtianorum eſſe; coacti fuerunt dimiſſis domibus ſuis confugere ad civitatem, cum modico eo quod quiſque auferre potuerat fortunarum ſuarum, quorum ingens ſtrages facta eſt à Chriſtianis, uſque dum civitati ſeſe incluſiſſent. Hoc facto Chriſtiani firmiter ſepierunt omnes plateas ſuburbii, excepta principali atque directa, per quam inſequebantur fugitivos. Mauri vero, poſtquam in civitatem intulerunt quidquid rerum ſuarum ſalvare quiverant, eruperunt contra Chriſtianos, cum eiſque cœperunt pugnare; aliis interim ex urbis mœnibus ſagittas jacientibus

C & petras, tanta cum rabie & contumacia, ut victores tertiùm coacti fuerint uſque ad murum recedere. Videntes ergo tam acriter ſe urgeri à Maurorum multitudine, inito conſilio duos viros emiſerunt, alterum ad Regem Ferdinandum Dominum ſuum; alterum ad D. Alvarum Perez, qui in Martos habitabat, eratque ex nobilioribus ac potentioribus regni Caſtellæ; & ad quemdam Equitem, Ordonium Alvarez nuncupatum; huic autem poſteriori nuntio imperarunt, ut per quæcumque tranſiret Chriſtianorum Mauris finitimorum loca, propalaret quod actum erat, ſicut & fecit. Qui vero ad Regem fuerat miſſus, diu noctuque accelerans iter, venit in Benavente; offenditque Regem ipſo quo ad menſam erat accubiturus tempore, ac genibus flexis epiſtolam tradidit.

*admiſſiſque ſociis potiti loco,*

*nuntios ad ſubſidia petenda expediunt.*

47 Viſa Rex epiſtola, nec unam quidem horam cunctari voluit; ſed illico conſcendens equum, cum Equitibus centum ſe dedit in viam, mandans ut ſubditi ceteri ſequerentur (idque per omnes civitates, oppida, & loca munita) atque in confiniis convenirent. Tempeſtate illa vehementer abundabant aquæ, adeoque intumuerant fluvii, ut cum vado tranſiri nequirent, Rex non potuerit tam cito quam optabat adeſſe ſubſidio ſuis: clementiori tamen aura reddita, proſecutus eſt iter, valdeque opportune ſupervenit Chriſtianis. Iter autem quod tenuit fuit hujuſmodi. Benavente venit ad Civitatem Roderici *d*, & hinc Alcantaram. Alcantara digreſſus, tranſito navi Guadianâ, Metellinum venit, Metellino Magazélam *e* & Bienqueránciam. Bienqueráncia Maurorum Caſtrum erat, cui ex ea gente Præfectus obtigerat, Eques generoſus & valde probus; qui intelligens Regem Ferdinandum tentorium tetendiſſe in campo prope fontem vicinum caſtro, exivit ad manus ei deoſculandas, adferens ei dono panes, vinum, carnes, & avenam. Excepit hominem Rex perquam humaniter & honorifice, rogavitque ut caſtrum ſibi traderet. Qui reſpondit, Domine, tu modo proficiſceris ad Cordubam capiendam, donec autem hoc fueris executus non poterit uſui tibi eſſe hoc caſtrum; poſtquam vero urbem ceperis, & hoc & quidquid habeo, meipſum quoque, tibi in ſervitium tradam. Hoc autem ficte dicebat & ironice, pro certo habens fore ut numquam Rex Cordubam caperet: quippe qui ſolum triginta armatos viros ſecum ducebat, quorum præcipui erant D. Ferdinandus Ruyz, Caputvaccæ cognominatus; D. Didacus Lopez de Vaya, tunc adhuc Scutifer; Martinus Gonzales de Gamácos, Sancius Lopez de Alios, D. Joannes Arias de Mexía, & alii plures, nominatim ab Hiſtoria non expreſſi.

D

d

c

*cum ſolis 30 armatis eo pervenit,*

48 Porro à caſtro Bienqueránciæ tranſiit Rex ad Duas-germanas *f* & Guadalbazàr *g*; hinc vero diſcedens, relicta ad dextram Corduba, tetendit ad Pontem Alcoléæ *h*; ibique explicuit tabernaculum, cum paucis illis quos poſt ſe trahebat Equitibus. Quando autem illuc advenit Rex, jam à diebus aliquot ſuburbium Axarquíæ ingreſſus erat Alvarus Perez in auxilium Chriſtianorum, & D. Petrus Ruyz frater ejus, quem Mauri Alaſtàc nominabant, quia ſimus erat. Similiter ex confiniis omnibus accurrerat eodem magna multitudo tam equitum quam peditum, augebaturque quotidie numerus, mox atque mandatum Regis innotuit, ex tota Caſtella, Legione & Extremadura, ut Deo Regique præſtarent obſequium, ad honorem nominis Chriſtiani fratrumque auxilium. Hi vero ut intellexerunt adventum Regis Ferdinandi Domini ſui, dici non poteſt quanto fuerint repleti gaudio; utpote jam vehementer fatigati, atque in anguſtiis poſiti; obliviſcentes quidquid paſſi erant malorum, & novas vires reſumentes, ad facinus, quod feliciter cœperant, conſummandum.

f

g

h

*quo alii ex variis locis jam prævenerant.*

F

## ANNOTATA.

a *Obrepſerat Ms. Latino Ruderici Toletani vitium, quod & impreſſa retinent*; & biennium *legebatur*, *pro* quinquennio: *hoc tamen revera exigunt Æra* 1268 *ab auctore notata in morte Regis Legionenſis, & Æra* 1272 *notata in captione* Ubédæ; *idque non per litteras numerales, ſed per verba ad longum deſcripta: quod mirum eſt non obſervatum fuiſſe ab interprete, pro annis Æræ Hiſpanicæ annos Chriſti ſubſtituente, & hic ſignanter obſidionem Cordubenſem ad annum* 1235 *referente. Quia vero multo prolixior hic eſt textus Hiſpanicus quam Latinus Roderici, Latinum infra poſt cap.* 9 *ſeorſim exhibemus.*

*Vbéda quo anno obtenta?*

b Azaraquía, *Roderico (ut jam vidimus)* Exarquía, *non tam* ambitus *debet Latine dici (quamvis ita reddat*

*Suburbium Cordubenſe.*

*Rex continuo advolans,*

A *reddat Rodericus*) *quam* ſuburbium, *cui voci reſpondet in Chronica Hiſpanum* Arravàl. *Et hoc ipſum innuere videtur Rodericus cum dicit Chriſtianis promiſſum* ambitum unum : *poſſunt enim ac debent plura unius urbis ad præcipuas portas ſuburbia concipi, non plures circumcirca ambitus. Talia autem ſuburbia notare eſt in expreſſione ipſius urbis Tab, 5 lib 6 Theatri Vrbium ad utramque ſecundum flumen extremitatem, quarum ſuprema, Orientem verſus, Andugarium reſpicit, & videtur portam ac pontem habuiſſe Martos ducentem : ibi enim hodieque notatur cataracta cum titulo* Molendinum de Martos : *hic autem dicuntur victores occupaſſe* portam de Martos, *eamque ſubſidiis ab altera fluminis parte venientibus aperuiſſe.*

c *Hiſpanice eſt*, el Aldalìd, *Hodegetes ſeu Viæ dux: ad quem locum notat Chriſtophorus Baniez, Almogaravibus ſupradictis (de qua voce pluribus infra ad num. 101) quando Reges eos in expeditionem mittebant, præfici ſolitos magnæ conditionis ſimul ac peritiæ viros* : Dominicum *enim, hic indicatum, eſſe* Dominicum Muñoz, *Equitem Gallæcum, progenitorem per filiam magnæ & illuſtris familiæ*, à Corduba *dictæ. Certe in Catalogo Nobilium, quibus Rex Alfonſus, ex præſcripto patris Sancti Regis, hereditates in civitate & territorio Hiſpalenſi aſſignavit, apud Zunigam numerantur* Rodericus & Martinus Muñoz germani, conſobrini Dominici Muñoz Alcalídis, *ita ſcilicet poſtea cognominati ab inſigni opera ad Cordubam præſtita.*

*Aldalìda, viarum duces, qui?*

B

d *Non fuit (ut apparet) Auctoris mens, diſtincte notare, quantum viæ unoquoque die confectum ſit (eſt enim* Benaventâ *uſq*; CivitatemRoderici *iter* 30 *milliarium Hiſpanicorum) ſed loca præcipua, per quæ iter illud fuit, nominare. Fuit autem iter per illa, propter commoditatem tranſeundorum fluviorum tunc exundantium : & talis* Alcántaræ *erat, nomen ſuum ſortita à celebri ponte qui Tago inſternitur : qualis pons ſi tunc, ut nunc eſt, fuiſſet Emeritæ, non habuiſſet* Rex *neceſſe tranſire Anam navibus,* Metellini; *niſi forte id factum cauſa rectioris itineris deinceps tenendi. Locus autem ille hodie* Medelìm *vocatur : extatque liber de Sanctis ibidem paſsis aut natis auctore Io. Ant. de Figueroa ibidem Archipresbytero, editus Madriti an.* 1650, *totus ex novitiis Pſeudodexteri ac Iuliani & ſequacium figmentis conſarcinatus, quod ad Sanctos attinet; quod autem ad ſecularem medii ævi hiſtoriam, multa utilia continens.*

*Metelìni pons Tago inſtratus.*

e Magazéla *diſtat Metellino leucis circiter octo, & Magazela tantumdem fere diſtat* Benalcazàr, *aliis* Belalcazàr, *quod hic fortaſis* Bienqueréncia *dicitur: Niſi malimus credere caſtrum quoddam, 10 milliaribus diſſitum Metellino, hic intelligi, quod olim ſub Mauris iſtud nomen habuerit; à Chriſtianis vero occupatum & S. Nicolao dedicatum, cœperit dici* S. Nicolaus à portu, *id eſt à montium iſtic occurrentium faucibus quibus imminet.*

C

f *Hiſpanicus textus in feminino ponit* Dos hermanas; *ſed hujus nominis locus prope Hiſpalim eſt : retineo ergo maſculinum genus Latini textus : ſuſpicor autem ipſum eſſe locum quem mappa ſimiliter maſculine nominat* Puebla de los Infantes, *non* de las Infantas, *ſex milliaribus diſſitum à jam nominato caſtro* S. Nicolai.

g *Licet tabula, intra prædictam Parochiam ab Infantibus dictam urbemque Cordubam, nullum rivum interponat, facile tamen credi poteſt aliquem eſſe, unde* Guadalbaçàr *nomen habeat.*

*Pons ſublicius à Sancto inſtratus Bæti in obſidione Cordubæ.*

h Pons Alcoléæ *notatur in tabula, 2 vel 3 milliaribus ſupra Cordubam, in eadem citima ripa Bætis : ratio autem huc aſcendendi erat, quod ſuburbium à Chriſtianis occupatum, & civitati ad Orientem ſitum, huc ſpectaret: ponenda enim caſtra erant iſtic unde melius ſuccurri obſidentibus poſſet. Cum autem ſupra dicuntur Mauri hic habuiſſe* portam ducentem Martos, *& ibidem in Thea tro civitatum, ut dixi, nominetur* Mola Martana, *caſtrum autem iſtud ſit ex altera parte fluminis, diſtans Corduba* 10 *milliaribus eunti Giennium; credibile ſit, eo loco fuiſſe pontem ſublicium fluvio inſtratum, qui etiam ipſe fuerit in poteſtate eorumdem Chriſtianorum, niſi forte eum fregerint Mauri, ex occupato ſuburbio in civitatem ſe recipientes, ne per eum circumdari ab obſeſſuris poſſent.*

## CAPUT IX.

### *Ecigenſis Regis ſuccurſu aliorſum verſo, Vrbs Sancto deditur.*

ILlo tempore Ecigæ *a* morabatur Rex quidam Maurus nomine Abenhuc, multum habens militem peditem equitemque : apud quem verſabatur Chriſtianus Eques, D. Laurentius Xuarez nuncupatus, atque à Rege Ferdinando propter facinora quædam relegatus. Dum ergo ante Cordubam erat Ferdinandus & exercitus Chriſtianorum adhuc exiguus, licet ex variis partibus identidem novus miles accederet; ſi voluiſſet Rex ille Maurus, ad cujus ditionem orduba ſpectabat, contra eum progredi cum omnibus quibus poterat viribus, haud difficulter eum inde pepuliſſet. Sed Deus, cui ſuppetit remedium adverſus quæcumque pericula, iſtiuſmodi cogitationem menti ejus excuſſit, in gratiam Regis Ferdinandi. Siquidem Abenhuc iſte vehementer formidabat alia facinora aggredi, jam ſæpe in ſimilibus caſtigatus, & numquam ſine clade regreſſus ab ejus generis expeditionibus. Quare licet ei diceretur, Regem exiguas tantum copias habere, non audebat iterum tentare fortunam : deinde non poterat perſuadere ſibi, quod vir talis, qualis Ferdinandus erat atque tam potens, cum parva manu obſideret Cordubam. Deliberandum igitur ſibi maturius ratus, inter alios voluit etiam audire D. Laurentium Xuarez, quia exiſtimabat hunc ſibi quod utilius foret conſulturum, idque duabus de cauſis : quia ſcilicet multum fidebat ei credebatque in omnibus, & quia exiſtimabat ipſum peſſime velle Ferdinando, à quo fuerat ejectus. Talia conſiderans, vocavit eum, & dixit : Laurenti, quid hic mihi agendum ſuades ? Reſpondit ille ; Domine, quandoquidem Celſitudo tua me interrogat, quid agendum ſit, dicam. Ego, Domine mi, transferam me ad caſtra Chriſtianorum, tribus Chriſtianis equitibus comitatus ; in eaque ſecreto me inſinuans accurate perluſtrabo omnia, & quo res loco ſit cognoſcam, ac deinde revertens dicam, quid faciendum ſit; interim mihi promittas velim, quod nihil omnino moturus ſis uſque dum regrediar, nec moveri ab aliis ſines. Placuit autem conſilium Regi, & ut ita faceret imperavit.

49 a

*Rex Abenhuc Cordubenſibus auxilio venturus,*

E

*conſilio Caſtellani apud ſe exultantis,*

50 Tunc D. Laurentius, tribus ſecum pariter equitibus comitantibus, in viam ſe dedit; pervenienſque ad illos colles qui ſunt ad alterum caput *b* pontis, deſiliit in pedes ; unumque ex tribus ſequi etiam peditem juſſit, duobus aliis commendans equos uſque in reditum ſuum. Ingreſſus in caſtra lento paſſu pervenit uſque ad tentorium Regis, ibique reperit unum ex Regii corporis Cuſtodibus *c* in excubiis poſitum, atque ei dixit : Amice, gratiam quæſo hanc mihi facito, ut aliquem ex miniſtris Regiis voces, dicaſque hominem adeſſe, qui ei loqui velit ; idque confeſtim, magni enim momenti rem eſſe. Introivit ergo in tentorium venator, vocavitque Martinum de Otiella, qui continuo conſurgens egreſſus eſt foras. Hunc rogavit Laurentius ut vellet ſecum in

b

*atq; ad caſtra Chriſtiana explorandi emiſſi,*

c

partem

EX HISP. partem ſecedere, ubi ſecreto loqui cum eo poſſet, dixitque ei, Noſcis me? Ego ſum Laurentius Xuarez: ingredere ad Regem, & dic ei, quod hic ſim, & cupio loqui ei; rogo autem ut Celſitudo

*& cum R. Ferdinando diu locuti,* ſua mihi det licentiam introeundi ad ſe, nec enim aliter auſim quidquam. Ingreſſus Martinus excitavit Regem, tum forte dormitantem; indicavitque adeſſe Laurentium Xuarez, qui Celſitudini ſuæ loqui volebat, modo daretur ingrediendi licentia. Ingredi ergo juſſum interrogavit Rex, quomodo audebat in ſuo conſpectu apparere. Reſpondit Laurentius, Domine, tu me ejeciſti in regionem Maurorum, ad male faciendum mihi; ego vero credo quod hoc fuerit ad meam veſtramque utilitatem. Atque inde narravit ex ordine quidquid acciderat; jubebat autem, ut porro diſpiceret Celſitudo ſua, quid mandatum ac factum vellet. Placuerunt Regi verba Laurentii, quæſivitque ab eo ecquid ipſe faciendum judicaret.

51 Tunc dixit ei D. Laurentius; Domine, vi-
d detur mihi quod Celſitudo *d* veſtra debeat hic manere quieta, ubi nunc caſtra fixit cum exercitu ſuo, ſed majori quam nunc adhibeat vigilantia
B opus eſſe: videat autem quantum militem habeat in ſuburbio Axarquiæ: qui ſi ſufficiat ad tuendum illud, id tibi ſatis ſit; ceteros autem omnes, ibi non neceſſarios, junge exercitui tuo. Ego vero revertar ad Regem Abenhuc, & meliori quo potero modo conabor eum divertere à propoſito; dicamque, quod omnia quæ ei ſunt relata, ſint falſiſſima; & veſtram Celſitudinem hic eſſe cum copiis numeroſis, nec ulla ratione ipſi expedire ut huc

*de modo pericli imminentis avertendi,* veniat; atque ita ſuadebo ut dimittat militem quem legit. Duarum autem rerum alterutra continget; ut ſcilicet vel ego divertam eum, ne veniat adverſus Celſitudinem veſtram; vel ſi efficere id non potuero, promitto Celſitudini veſtræ, quod continuo veniam cum omnibus qui ibi ſunt Chriſtianis, ad ſerviendum tibi in propria perſona, ac vitam reliquam eidem impendendam: quid autem ibi factum ſit, tertio abhinc die intelliges per epiſtolam meam, ab hoc quem adduxi ſcutifero deportandam. Tunc Rex Ferdinandus D. Laurentio gratias egit, pro tam bona voluntate ejus erga ſe; eique veniam præteritorum concedens, recepit in ſubditum, dimiſitque; dicens, ut quemadmodum promiſerat, ita ageret. Oſculatus manum
C Regis Laurentius abiit, & abiens dixit Regi, ut per tres aut quatuor ſequentes noctes juberet in caſtris excitari focos multos, ut ſi forte Abenhuc mitteret alios exploratores Mauros, numero focorum perſuaſi crederent vera eſſe quæ ipſe retuliſſet. Reſpondit vero Rex, iret in pace, curandam rem ita ut conſuluerat.

52 Dimiſſus à Rege Laurentius egreſſuſque è caſtris, rediit eo ubi dimiſerat comites & equos; ſubditiſque calcaribus, quam potuit celerrime

*abduitur à propoſito:* iter ſuum relegens, primo mane pervenit Caſtrum *e*, atque inde Ecigam appulit ſequenti nocte ſub primum ſomnum; moxque ad Regem
e Abenhuc acceſſit. Gaviſus eſt eo viſo Rex, & quid vidiſſet interrogavit. Ipſe vero reſpondit; Domine, haud equidem libenter dixero, certus non habendam mihi fidem: ſed mitte alios qui videant, & invenient Regem Ferdinandum bene armatum & munitum in caſtris ſuis valde copioſis: quod autem moram aliquam traxerim, eo feci ut melius cuncta circumiens explorarem, & explorata referrem certius. Quid ergo, inquit Abenhuc, ſuades? Cui D. Laurentius: Non convenit mihi conſilium dare Celſitudini tuæ, ſed ipſi omnibus viribus meis ſervire & mandata exequi. His
D auditis quievit nocte illa Abenhuc, ſequenti die conſilium initurus. Tunc autem advenerunt legati Regis *f* Valentiæ, ſignificantes quod Jacobus Aragoniæ Rex, cum omnibus copiis ſuis imminebat Valentinæ civitati, contra quem ut auxilio ſibi veniret Abenhuc etiam atque etiam rogabat. Ille vero lectis litteris, in conſilium advocans Satrapas Mauros, interque eos D. Laurentium, exquiſivit eorum ſententiam ſuper poſtulatis Valentini Regis; quorum omnium mens una fuit, videlicet, quod cum Chriſtiani jam tenerent ſuburbium Axarquiæ, ipſa vero civitas diu reſiſtere eiſdem poſſet, ſatius eſſet ſuccurrere quantocius periclitanti Valentino Regi: quo facto ſatis tempori veniretur ad ſuccurſum Cordubæ, poſtquam interim copiæ Ferdinandi Regis (ut fieri aſſolet) magna ex parte diffluxiſſent.

*& in auxilium R. Valentini progreſſus,* f

53 Hoc conſilium cum Regi Abenhuc placuiſſet, inſtructis mox copiis progreſſus eſt Almeriam, ubi habebat naves quaſdam, ad cuſtodiam Valentini portus ſervituras. *g* Almeriæ porro cum eſſet Rex g
Abenhuc, Maurus quidam ipſi perquam carus invitavit eum, ac probe potum ſuffocavit in piſcina ſua: mox autem atque innotuit militibus mors Domini E
ſui, diſſoluti ſunt & ſinguli ad ſua reverſi. Laurentius vero, aſſumptis ſecum Chriſtianis omnibus, tranſiit ad Regem Ferdinandum, qui eum gratanter excepit pro tam inſigni ſervitio ſibi præſtito. Ex hoc vero tempore dominium Maurorum eorum qui portus obtinebant, multifariam diviſum eſt, eo quod nollent Regem qui ſimul omnibus imperaret, ſicut factum eatenus: & Regem Ferdinandum Deus infinita ſua miſericordia liberavit à diſcrimine tali, de medio tollens Regem barbarum, qui exaltationi fidei ſanctæ ejuſque reſtaurationi per Ferdinandum curandæ potuiſſet obſiſtere: eademque via Jacobo Aragonum Regi expeditam reddidit victoriam de Valentinis *h* Mauris, quorum civitatem h
intercepit, ſicut narrat Hiſtoria.

*perfidè occiditur ab amico Mauro.*

54 Interim Ferdinandi Cordubam obſidentis copiæ augebantur quotidie, multis ex utroque regno Nobilibus, & Communitatum plurium delectis eodem accedentibus. Tum vero arctius cœpit obſideri civitas & in majores anguſtias cogi Mauri, audientes extinctum eſſe Regem Abenhuc, Principatumque multifarie diviſum, & novis identidem viribus auctum Ferdinandum. Quare cum animadverterent, non deſiturum eum ab incepto opere prius quam id ad finem perduxiſſet; ſe vero plurimum fatigatos fame, conſumptis fere victualibus omnibus, & undique preſſos; petierunt paciſci de F
conditionibus tradendæ urbis. Conditio autem non alia eis data eſt, quam ut vita perſoniſque ſalvis egrederentur quo vellent, urbem cum rebus ſuis omnibus victori dimitterent. Ita civitas, ex præcipuis Andaluziæ una, tradita eſt in feſto San-

*Auctus interim copiis Ferdinandus,*

*urbem deditione capit.*

ctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, atque à Mahumeticis ſpurcitiis evacuata. Rex autem Ferdinandus juſſit continuo Crucem in ſumma turri collocari, unde execrabilis Mahometi nomen invocari ſolebat: & cœperunt Chriſtiani magno cum gaudio laudare Deum adjutorem ſuum, atque exaltare ſanctam ejus fidem. Sua quoque inſignia juxta Crucem collocari mandavit Rex, & Epiſcopos cum univerſo Clero in exultatione vocum Te Deum laudamus decantare, ſic ut ab omnibus Chriſtianis exaudirentur; qui ſimiliter præ devotione lacrymantes dabant laudes Deo *i*. i

55 Et tunc venerabilis Joannes Oxomenſis Epiſcopus, Regalis aulæ Cancellarius, cum Gundiſalvo Conchenſi, Dominico Beatienſi, Adamo Pla-

A Placentinenſi, Sancio Caurienſi Epiſcopis, Mezquitam ingreſſus eſt Cordubenſem, quæ cunctas Mezquitas Arabum ornatu & magnitudine ſuperabat. Et quia venerabilis Joannes, de quo diximus, Roderici Toletani Primatis vices gerebat, k qui tunc temporis apud Sedem Apoſtolicam k morabatur, eliminata ſpurcitie Mahometi & aqua luſtrationis perfuſa, in eccleſiam commutavit, & in honore Beatæ Virginis erexit altare, & Miſſam ſolenniter celebravit. Et ſermonem exhortationis divinæ proponens, ſecundum ſapientiam ſibi datam & gratiam ſuis labiis inſtillatam, diffudit eum in cordibus auditorum; adeo ut pœnitentiali gaudio recreati, contriti cordis ſacrificia & labiorum vitulos immolarent: & Rex Ferdinandus novæ Eccleſiæ dotem obtulit competentem. Poſtea conſecrato ibi Epiſcopo Magiſtro Lupo, Rodericus Primas & Pontifex Toletanus aliquos reditus privilegio confirmavit, & Lucenas inſuper dedit ei. Et tanta eſt urbis illius abundantia, amœnitas & ubertas, quod audito præconio tantæ urbis, ex omnibus Hiſpaniæ partibus habitatores & futuri incolæ, relictis natalibus ſedibus, quaſi ad regales nuptias cucurrerunt: & ſic B incolis continuo eſt repleta, quod domus habitatoribus, non habitatores domibus defecerunt. Et cum in opprobrium populi Chriſtiani, campanæ S. Jacobi, quas Almanzor detulerat in Cordubæ Mezquitam, dependerent functæ officio lampadum; Rex Ferdinandus eaſdem campanas fecit ad eccleſiam B. Jacobi reportari: & eccleſiæ B. Jacobi reſtitutæ ſunt: ubi cum ceteris cymbalis bene ſonantibus, peregrinorum devotio laudat Deum 1 in Sanctis ſuis *l*.

*Mezquitam exhiat dedicatque,*

*S. Iacobo ablatas campanas reſtituit.*

## ANNOTATA.

a Eciga, *olim* Aſtigis, *ad alteram Singilis fluvii ripam, inter Cordubam & Oſſunam, qua limites Cordubenſis & Hiſpalenſis diœceſis terminos proxime contingunt.*

b *Quamvis ex Tudenſi intelligatur nullus eo loci, ubi Rex caſtra locabat, tunc pons fuiſſe, ideoque ratibus trajiciendus Bætis fuerit, ad præcludendum Cordubenſibus egreſſum per pontem ſuum: poſtquam tamen Ferdinandi copiæ caſtrum, in capite illius pontis ſitum, occuparunt; opus & otium Rex habuit ædificandi pontis, qui hic indicatur, & quo deinceps ibi manente factum, ut* Alcoléæ *vicus cœperit vocari* Pons Alcoléæ, *ſicuti eum anticipate nuncupat Chronica. Hoc autem ponte jam ſtrato & manente, neceſſe non fuit reſtaurare illum (ut ſupra conjectavimus) deſtructum pontem, ad quem ducebat porta Martana.*

C c *Hiſpanice* Montéro, *quæ vox licet ſignificet* Venatorem: *hic ſumitur pro* Milite prætoriano, *ſive* Cuſtode regii corporis. *Hæc autem Cuſtodia apud Caſtellæ Reges deputata erat ſolis Nobilibus quibuſdam, Spinoſa oriundis, eſtque hodiedum inter Regias cuſtodias præcipua, de quibus D. Petrus dela Eſcaléra y Guevàn etiam librum ſcripſit, cui titulus* delos Montéros de Eſpinoſa.

d *In vulgari* Alteza: *& hic titulus ſufficiebat quando compoſita eſt Chronica, nec eum judicavit uſpiam mutandum, qui ante* 120 *annos eamdem curavit imprimendam, licet tunc* Majeſtas *daretur Regi: quod ideo ſolum noto, ut appareat quam fidelis editio hæc ſit, quamque ab originali mutatum nihil, quod intelligi eo tempore poterat, licet modus loquendi tunc alius eſſet.*

*Caſtrum del Rio ubi ſitum?*

e *Niſi aliud inter Ecigam & Cordubam* Caſtrum *nominetur, quam quod vulgo dicitur* Caſtro del Rio *(diſtans à loco caſtrorum Regiorum verſus Euro-africum Milliuribus* 6, *longius ab* Eciga, *quo Laurentius redibat, remotum quam ipſamet Corduba) dicendum eſt Laurentium de induſtria declinaſſe ab itinere recto, ſive quia obſervari metuebat, ſive quia rivulus (unde Caſtro nomen) non alibi tranſiri commode poterat. Hoc vero eſt eo veroſimilius, quod* Caſtro Ecigam *equitans tota die opus habuerit, à primo mane in ſeram noctem, ut perveniret quo tendebat, confecto itinere* 13 *aut* 14 *milliarium. Niſi rurſum alio* Caſtro *invento inter Cordubam & Ecigam cauſa tam lenti reditus refundatur in equos, oppido laſſos, nec tota ea die paſtos.* D

f Zahenum *appellant hiſtorici, qui pulſo* Zeyt Abuzeyt, *propter ſuſpicionem meditati ad Chriſtianam legem tranſitus, Regnum iſtud occuparat an.* 1229. *Barbaro ad Aragonium confugiente eique ſe confœderante, quin & baptiſmum ſuſcipiente: qui tandem etiam an.* 1236 *Cæſarauguſtæ dicitur fixiſſe ſedem, atque uxore Chriſtiano ritu ducta filiaque ſuſcepta, poſteritatem reliquiſſe de Arenos à toparchia nuncupatam.*

*Rex Valentinus Chriſtianus factus.*

g Almeria, *maritima civitas,* 40 *milliaribus* Eciga, *& Valencia diſtans* 50.

h *Mariana, libro* 12 *captam* Valentiam *ab Aragoniis ait* 28 *Septembris an.* 1238, *poſt inſignem victoriam de Mauris per eoſdem relatam anno præcedente menſe Auguſto. Vtinam vero liceret videre* Hiſtoriam Jacobi Regis *hic allegatam, & intelligere quam non multo poſt* E *ejus mortem ſcripta ſit: obiit enim Iacobus anno* 1276, *annis* 8 *ante Alfonſum Regem Caſtellæ, auctorem Chronica Generalis.*

i *Hactenus* Chronica, *quod ultra nunc poſſumus ex Roderico habere, conſequenter accipe ipſis ejus verbis.*

*Cordubenſ. obſidionis hiſtoria ex Rod. Toletano.*

k *Hæc* Roderici *abſentia cauſa fuiſſe potuit, cur de victoria ad* Xerèz *nihil; de* Corduba *capta, brevius ſcripſerit: cujus tamen contextum propter auctoris reverentiam hic addendum cenſeo: eſt autem Cap.* 16 *hujuſmodi.* Ceterum elapſo * biennio à morte patris ſui Regis Legionenſis, obſedit Cordubam, regiam & patriciam civitatem: ad cujus obſidionem hoc modo venit. Saraceni quidam, offenſi Primoribus civitatis, venerunt ad quoſdam Milites Chriſtianos, ſpondentes ſe daturos unum ambitum civitatis. Hi autem Milites, qui Almogavares dicuntur Arabice, verbum gaudii audientes, licet non crederent, periculo ſeſe dederunt, & in noctis ſilentio ad murum Cordubæ pervenerunt. Et cum vocem vigilum non audiſſent, quia ſoporis ignavia tenebantur, appoſitis ſcalis quas ſecum tulerant, ad muri altitudinem adſcenderunt, & turres aliquot occuparunt; in quibus vigiles occiderunt, & ambitum qui Exarquía dicitur invaſerunt, multis ex Arabibus interfectis qui in hoc ambitu habitabant. Et ipſi metu poſtpoſito in turribus reſederunt, licet ex alio ambitu Arabes ſagittis, fundis, jaculis, & lapidibus F fortiter impugnarent: & ſucceſſum hujuſmodi nuntiarunt Chriſtianis qui in Frontaría morabantur. Quod cum audiſſet Miles quidam de familia Regis, qui Ordonius Alvari dicebatur; ſtatim omnes, quos habere potuit, Cordubam ſecum duxit, & ſtatum obſidionis Domino Regi continuo intimavit: interim autem advenit Alvarus Petri, de Regni Magnatibus, potens & nobilis, & obſidentibus ſe adjecit. Et Rex Ferdinandus, qui in Regno Legionis eo tempore morabatur, recepto nuntio, convocatis civibus & militibus, licet non expectatis, vix cum centum militibus cœpit continuo proficiſci. Sed imbrium & fluviorum inundationibus aliquantulum impeditus, non potuit tam cito occurrere ut volebat. Advenit tamen tempore opportuno, & quotidie tam ex Caſtella quam ex Legione veniebant Milites & Magnates & Communia civitatum. Cœpit Corduba gravius coarctari: tandem affecta pugnis, & inedia victa, redditur & invita; & vitæ tantummodo conſervati incluſi

**imo* quinquennio

EX ROD. TOLET. Arabes exierunt, & in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli à ſordibus Mahometi patricia civitas expurgatur; ſed Rex in turri majori, ubi ſolebat nomen perfidi invocari, præcepit lignum Crucis vivificæ exaltari: & cœperunt omnes cum gaudio & lacrymis, Deus adjuva, conclamare, & ſubſequenter Regale vexillum juxta crucem Dominicam collocare. Et cœpit in juſtorum tabernaculis gaudii & lætitiæ vox audiri, Clero cum Pontificibus acclamante, Te Deum laudamus, te Dominum confitemur. *Hactenus verba ipſiuſmet Roderici. Richardus à S. Germano, hoc tempore Chronicon ſuum Caſini ſcribens, ita habet:* Menſe junio in Vigilia Apoſtolorum capta eſt Corduba, nobiliſſima Saracenorum civitas (quâ præter Romam, Conſtantinopolim, & Hiſpalim nulla major in orbe dicitur) à Ferrando, Chriſtianiſſimo Rege Toleti & Caſtellæ.

1 *Addit Chronica:* Juſſit inſuper Rex ubique promulgari, omnibus Cordubam transferre ſe volentibus aſſignandum habitationis locum; adeoque multos ex omni Hiſpania accurriſſe, ut novis incolis ædes ſuppellectiliaque præbenda deeſſent.

## CAPUT X.

B

*Ferdinandi jam vidui cum Ioanna Pontivenſi matrimonium: cura confiniis tuendis & muniendis impenſa.*

56 *Rex Toletum regreſſus ad matrem,* STabilita igitur incolis & bellatoribus civitate, Rex Ferdinandus Toletum ad Reginam nobilem eſt reverſus; quæ pari victoria jucundata (utpote quæ conſilio & ſubſidio, licet abſens, omnia procurarat) gratias cum lacrymis egit Deo, quod antiqua dignitas, ignavia Principum liturata, ſui ſolertia & ſtudio filii fuſit Hiſpaniæ reſtituta. Hæc enim Regina nobilis Berengaria ſic filium in bonis operibus enutrivit, quod [numquã dimiſit] bona ſtudia, quæ Regina nobilis, nullius virtutis oblita, nullius chariſmatis expers, ut lac mellifluum gratiis circumfuſum, cordi ejus influere non ceſſavit, nec umquam ab ubere pleno virtutibus ablactavit. Et licet vir factus, in ætate roboris [ſit] confirmatus, mater ejus numquam ceſſavit nec ceſſat, quæ Deo & hominibus ſunt accepta ſtudio vigili ſuadere: quia nec unquam feminea, ſed ſemper magnificentiæ opera perſuaſit. Hæc enim Regina nobilis, tanto ſtudio conſervavit, & adeo dilatavit recepta chariſmata gratiarum, ut omnis ætas, omnis ſexus, omnis conditio, omnis profeſſio, omnis natio, omnis lingua affectum ſentiat cum effectu; & virtutum faſciculo non partito, omnibus miſericordiæ opera compartitur; & paternorum operum provida executrix, plus invenitur regni & rerum prodiga quam virtutum. Quam merito noſtra tempora admirantur, cui numquam ſimilem nec moderna nec patrum noſtrorum tempora habuerunt: pro qua Dominum exoremus, ut eam dignetur diutius conſervare & ſibi profutura concedat, & bonis operibus abundare, donec felicem ſpiritum ſuo reſtituat Redemptori *a*.

C *laudatiſſimam matronam;*

a

*anno* 1237 *ducit Ioannam Franciſcam;*

57 Et ne Regis pudicitia alienis commerciis læderetur, Regina nobilis mater ſua Domicellam nobilem, generoſam, proneptem Regis Francorum Illuſtriſſimi Ludovici, filiam Simonis Comitis de Pontino & Mariæ illuſtris Comitiſſæ ejuſdem, Joannam *b* nomine, procuravit in conjugem ſibi dari: [quę] Æra MCCLXXV Burgis adveniens, more regali curia & nuptiis celebratis, ad Reginæ aſſumitur dignitatem. Hæc vero Regina pulchritudine, præſtantia & modeſtia ſic floruit, ut in conſpectu viri virtutibus gratioſa, coram Deo & hominibus ſit accepta. Et ſuſcepit ex ea filium, qui dicitur Ferdinandus; & filiam parvulam, quæ à proavia Alienor *c* eſt vocata, & alium parvulum Ludovicum. Verum Rex Ferdinandus, cum filiis ſuis Alfonſo & Ferdinando, qui tunc in flore adoleſcentiæ lætabantur, Cordubam eſt reverſus: & inde adventu ſuo multa caſtra Saracenorum, quæ Chriſtianorum incurſibus & inteſtinis cædibus longo tempore tabeſcebant, volentes colere pacifice terras ſuas, ſupradictis interpoſitis ſe Regis Dominio tradiderunt. Tunc datæ ſunt ei civitates & caſtra, quorum præſidia Chriſtianis ut diximus inveſtivit: & ab Arabibus tributa ſuſcepit; & eorum nomina notantur, Ecíga, Almodovàr, Luc, Luxéna, Stepa, Sitefilla *d* & multa alia, quorum nomina longius eſſet enumerare. Atque hactenus Hiſtoriam ſuam perduxit Rodericus Archiepiſcopus Toletanus, finem eidem ponens per hæc verba. Hoc opuſculum, ut ſcivi & potui, conſummavi [anno Incarnationis Domini MCCXLIII], Æra MCCLXXXI, anno XXVI regni Regis Ferdinandi, quinta Feria, pridie Kalendas Aprilis, anno Pontificatus mei XXXIII, Sede Apoſtolica adhuc vacante anno I, menſibus VIII, diebus X, Gregorio Papa IX viam univerſæ carnis ingreſſo *e*. Ut autem tam nobilis Regis facinora non hæreant imperfecta, compilationis hujuſce Auctor exhinc eamdem Hiſtoriam pertexuit, ut ſequitur.

b

D

c

*quadam oppida Mauris eripit.*

d

E

e

*Finitam hic à Roderico Archiep. hiſtoriam proſequens auctor.*

58 Solent ii qui cœptam ab alio narrationem proſequuntur, ſupplere ſiquid ab auctore priore omiſſum videant, memoratu dignum. Cum igitur Archiepiſcopus Rodericus, relata Regis profectione ad confinia, finiat nominando loca quæ eidem in Caſtellam revertenti ſe ſubmiſere, neque explicet illius profectionis cauſam, hinc reſumendum argumentum cenſeo. * Dicit ergo Hiſtoria, quod Rex, poſt conſummatum ſuum cum Regina Joanna matrimonium, regnum ſuum perluſtrans, Toletum venerit; ibique intellexerit, civitatem Cordubenſem aliaque recens acquiſita loca in confiniis, magna annonæ penuria laborare ac premi. Quare vehementer triſtatus, Cordubam miſit viginti quinque millia *f* Maravediſiorum in auro, totidemque per alia loca munitiora diſtribuenda, cum multa annona, pro numero hominum in unoquoque loco commorantium; atque hoc facto diſceſſit Toleto Valliſoletum, ubi diebus aliquot manſit, animum relaxans cum matre & uxore plurimum dilecta. Hic vero iterum ei nuntiatur in hebdomada Dominicæ Palmarum *g*, Cordubam & cetera loca gravi fame laborare: ſtatimque regreſſus Toletum aperuit theſauros ſuos, indeque quod neceſſarium videbatur promens Alvaro Perez tradidit, & ipſi cunctos obedire juſſit, tamquam ſibi. Quod is perquam bene executus, in nullo defuit perſonæ & poteſtati ſibi commiſſæ, omniumque amorem & æſtimationem ſibi conciliavit. * Cunctis autem recte diſpoſitis, atque excurſionibus aliquot factis, revertit ad Regem, relinquens apud Martos, cujus arcem tenebat beneficio Regio, Comitiſſam uxorem ſuam, cum nepote Tello & quadraginta quinque Equitibus ſibi ſubditis; invenitque Dominum ſuum Toleti, intentum apparando commeatui annonario ad tuitionem confiniorum.

f

F

*addit quod laborantibus inopia confiniis,*

g

59 Interim Benalhamar Rex Argonæ, ſic enim (quia inde erat oriundus) principio regni ſui nominabatur, poſtea Rex Granatæ dictus; contra prædictam arcem de Martos magna cum multitudine

*& Martas Arce abſente Alvaro Comite*

A dine Maurorum venit, eamque obſidens oppugnare diſpoſuit; parumque abfuit quin eam caperet. Quando enim illùc appulit, omnino vir nullus in arce erat, Tello cum ſuis quadraginta quinque Equitibus in aliquam contra Mauros excurſionem profecto; & locus necdum tam bene munitus erat, atque eſt modo. Comitiſſa autem obſideri ſe videns, puellis & mulieribus mandavit, ut capillitio in modum virilem compoſito arma ſumerent, cum iiſque inter pinnas murorum comparerent conglomeratæ: modum etiam invenit, quo per emiſſum nuntium admoneret D. Tellum, de iis quæ ad Martos agebantur. Accurrit mox cum ſuis Tellus; ſed viſo Maurorum numero, & quomodo cœpiſſent arcem quatere, hęrebat anceps conſilii; hinc pudore confuſus, quod Dominam turbamque muliebrem tanto periculo expoſitam videret, per ſuam improvidam temeritatem; inde impoſſibile exiſtimans loco ſuccurrere. Erat in numero Equitum Tellum ſecutorum Didacus Perez de Vargas, is cui diximus Maxúcæ cognomen, à nobili ad Xerèz oppidum ſucceſſu, adhæſiſſe. Hic ſuccurſum tentandum vel per medios Mauros ſuaſit ſociis, oratione *h* tam efficaci ut perſuaſerit. Quare calcaria ſubdentes equis invehuntur in Mauros, nonnulliſque eorum generoſa morte defunctis, alii pro majori parte penetraverunt ad rupem: & eo ſuo facto ita conſternaverunt barbarum, ut exiſtimans nequaquam id auſuros fuiſſe, niſi certos quod locum poſſent tueri, inde diſceſſerit; atque ita ſoluta obſidio Martana eſt, & Comitiſſa periculo liberata.

*ab ejus uxore mirabiliter ſervata,*

h

B 60 Dies aliquot poſt hæc tranſierant, & Rex Ferdinandus Ayllóne erat, quando ſub noctem à confiniis advenit D. Alvarus Perez, contulitque cum Rege de rebus bellicis, atque obtinuit promptum expeditumque ſubſidium pecuniarium & annonarium, pro urbe Cordubenſi totiſque confiniis; quibus utrumque vehementer neceſſarium erat: deinde verò confeſtim rediit, tum quia mandatum Regis urgebat, tum quia res ipſa id exigebat. Licet enim, ex eo tempore quo capta eſt civitas, ibi pro Rege manebat Tellus Alfonſus, Alvaro tamen commiſſa erat ſumma poteſtas, cum titulo Vice-regis omnium Confiniorum iſtorum. Ceterum à Rege digreſſus, ubi Orgaz *i* pervenit, graviter infirmatus, ibidem defunctus eſt, & ſepultura tam honorifica donatus, ac ſi Rex ipſe fuiſſet. Interim Ferdinando Toleti exiſtenti allatus

*mortuo deinde ipſo Alvaro,*

i

C eſt nuntius de obitu D. Didaci Lopez de Haro, quod ſane perquam dolenter ille tulit: erat enim ex nobilioribus & fidelioribus Proceribus regni, multamque in eo fiduciam collocatam Rex habebat. Superveniente autem altero quoque nuntio de obitu Alvari Perez, geminatus eſt dolor, quia defectu perſonæ tam neceſſariæ ad res bellicas, quarum ſcientiſſimus erat, periclitabatur quidquid conquiſitum fuerat: ideoque oportuit ipſummet confeſtim proficiſci Burgos atque inde Cordubam. Ita primum illuc rediit Ferdinandus ex quo capta urbs fuerat, propter prædictam D. Alvari mortem. Veniens autem Cordubam Ferdinandus, eidem communiendæ impendit tres menſes, quibus ibi ſubſtitit; niſi quod aliquoties, optimo cum ſucceſſu, excurrit in Mauros, eiſque loca quædam ademit. Interim multos illuc habitatores induxit, optime iis proſpiciens de fundis hereditariis Regio beneficio tenendis, liberalis tamen maxime erga eos, qui cauſa obtinendæ civitatis fuerant, ſcilicet erga Dominicum Muñoz Adalídem, & ſocios ejus in capiendo ſub-

*Rex Cordubam revertit,*

urbio Axarquiæ, unde initium victoria habuit. EX HISP.

61 Eodem tempore Rex etiam cepit Regem quemdam Maurum, qui trans mare venerat cum ſpe occupandi Andaluziam. Similiter obtinuit Rex, partim vi, partim conditionibus pactis, Ecígam, Eſtépam, Almodavàr, Siete-villam, quorum Rodericus Archiepiſcopus meminit, Hiſtoriam ſuam finiens: alia vero loca quæ nominare prætermiſit, appellantur Santelia, Moratilia, Hornachulos, Mirabèl, Fuente-Romièl, Zafra, Ynogòn, Rubefella, Montorum, Aguilàr, Bennaexìt, Zambra, Oſſúna *k*, Cazalia, Marchéna, Zahéros, Curèt, Luque, Porcúna, Corte, Moròn, præter alia ignobiliora. Cauſa autem cur Moròn, oppidum tam frequens populo, tamque munitum, adeo cito venerit in poteſtatem; fuit Nobilis quidam, nepos Laurentii Xuarez, dictus Meledòn Rodriguez Gallinatus: qui non minus expertus belli quam generoſus, cum turrim quamdam in vineis poſitam, nomine Magazamaram, non niſi quarta leucæ parte Morono diſtantem, occupaſſet; ter quotidie excurrebat ad oppidum prædabundus: eoque tantum ſui metum Mauris incuſſit, ut nomen plorantibus pueris matres objicerent, & ita facerent conticeſcere, dicentes, Tace, quia Meledòn venit. Cum ergo nullum finem faceret Moronenſes vexandi, nec quidquam ſecurum eis extra muros permitteret, elegerunt ipſi tandem ſe Regi tradere, ſicut fecerunt, ſe ſuaſque facultates ſalvas pacti. Rex porro loca ſic conquiſita ut plurimum diſtribuit inter Ordines militares, aut eorum fructus applicavit Eccleſiis.

*& plura loca capit,*

k

*quæ Chriſtianus Eques excurſionibus crebris vexarat.*

## ANNOTATA.

*Berengariæ ipſa filium lactavit,*

à *Ita ſcilicet præoccupavit viventis* Berengariæ *laudes Toletanus, tam grandi jam ſenio vir, quod ipſam omnino crederet diutius victuram, quam ut mortuam laudare poſſet, ſicut fecit infra num.* 136 *auctor Chronicæ. Non eſt autem otiòſe pertranſeunda metaphora*, nec unquam ab ubere pleno virtutibus ablactavit: *videtur enim ea ſupponere, quod ipſa* Berengaria *filium infantem propriis lactavit uberibus. Ita certe intellexit auctor Hiſpanicæ verſionis antiquus apud Pinédam in Memoriali, cum ſcripſit*, con tettas llenas de virtud le dio ſu leche, *id eſt*, cum uberibus virtutum plenis lac ſuum ei dedit. *Hiſtoria vero Generalis, ab Alfonſo Rege nepote curata, part.* 4 *cap.* 11 *ait, quod* Berengaria *filio* dedit ſuum lac, eumque ſuaviſſime educavit. *Idem feciſſe Sororem ejus* Blancam *in Francia, erga ſuum* Ludovicum, *volunt recentiores aliqui: ſed ex pia verique ſimillima præſumptione potius quàm auctoritate. Eſt ſane inter Reginas rara ea laus, & in infertoris ordinis matronis adeo frequens non eſt quam eſſe deberet: nec enim tam generoſo animo omnes ſunt, quam Auguſtiſſimi nunc Imperatoris* Leopoldi *mater* Eleonora Mantuana, *quæ numquam perſuaderi voluit, ut quos pepererat liberos non etiam ipſamet lactaret. Porro idem Archiepiſcopus Toletanus eamdem* Berengariam *etiam ante laudarat lib.* 7 *cap.* 36, *agens de ſepultura Ferdinandi fratris, quam curatam ait* ab excellentiſſima ſua ſorore Berengaria Regina, ad quam poſtea regnum Caſtellæ ſucceſſione pervenit, impendente liberaliter & decenter officia funeris & honoris, & gemitus doloris: ubi virtutum ejus plenitudo ſic claruit, ut ejus prudentia devoti ſexus excederet pietatem, & eleemoſynarum largitio Principum largitates: & tam pudica modeſtia inconſolabili luctui procabatur, ut exinde famę dulcorata ſuavitas, in augmentum creſceret & dulcorem. Religionum, & pauperum, & quorum titu-

*ſicut & Blanca ſuum S. Ludovicum.*

ex Hisp. los paupertas incruſtabat, toto tempore vitæ ſuæ, ſubventrix extitit & levatrix: præter opera magnifica, quæ regnante ſuo filio magnifice claruerunt.

b Joanna, Pontivi *ſeu* Pontini (*utrumque enim reperitur*) & Monſtrolii Comitiſſa, *aviam maternam habuit* Aliſiam *Sororem* Philippi, *adeoque magnam amitam* S. Ludovici, *ſic ut hic &* Joannæ *mater* Maria, *parentum ſuorum heres unica, eſſent ſubgermani.* Joannæ *autem pater* Simon de Dommartìn *nominabatur, frater* Reginaldi *Comitis de Dommartìn: & avus maternus vocabatur* Willelmus. *Toletanus lib.*7 *cap.*7 *docet, prænominatam* Aliſiam (*quam ipſe* Adeloidem *vocat*) *filiam fuiſſe* Eliſabethæ, *natæ ex Alfonſo VIII, Imperatore vulgo dicto, avo utriuſque* Alfonſi *Caſtellani & Legionenſis; eo qui poſt vitrici ſui mortem, ſubacto ejus fratre Ranimiro, cum hoc rediit in concordiam tali lege,* ut Rex Aragonum loca omnia citra Iberum teneret in feudo à Rege Hiſpaniarum, & fieret ei in vaſallum: *&* poſt hæc rediens Legionem impoſuit ſibi Imperii diadema, & vocatus fuit deinde Imperator. *Porro Ignatius Ioſeph à Ieſu Maria, in Hiſtoria Abbavillana lib.*1 *cap.*28 *graviter hallucinatus eſt, quando matrimonium hoc adſcripſit anno* 1250, *& in eo vixiſſe Ioannam*

B annis tantum quatuor aut quinque. *Nam* ſanctus Rex *obiit anno* 1252, *& ſecunda huic uxori junctus fuit anno* 1237: *potuiſſet ergo Ignatius, ſi Hiſpanos auctores conſuluiſſet, ſcribere* annos quatuordecim aut quindecim.

c *Hac mortuo patre reverſa eſt cum matre in Franciam; ubi nupſit* Edoardo *Regi Angliæ. Mater vero anno* 1255, *tamquam* Regina Caſtellæ & Legionis, Pontivi & Monſtrolii Comitiſſa, *fecit inſignem donationem Decano & Canonicis S. Vulfranni; & mortua anno* 1278, *ſepulta eſt juxta propylæum eccleſiæ de Valloriis Ordinis Ciſtercienſis. Quomodo autem puniti fuerint, qui ſub ſpe alicujus theſauri reperiendi tumbam ejus aperuerunt, narrat prædictus Ignatius loco jam citato. Matris & filiæ meminit Chronicon Triveti his verbis*: Obiit anno MCCLXXVIII Regina Caſtellæ, mater Reginæ Angliæ; ad quam jure hereditario poſt mortem matris devolutus eſt Pontivi Comitatus. *Hujus porro* Alienoræ *fratrem ſeniorem* Ferdinandum (*ſic nominatum pro altero quem Beatrix pepererat, jam extincto, ut vel hinc patet*) *juvenem omnino obiiſſe ait Ignatius: idemque præſumere licet de* Ludovico, *cujus nulla memoria ulterius reperitur.*

C d *Ita junctim legendum, quod impreſſum legitur*, Sed & Fila, *vel*, Site & Filia, *docet nos interpres Hiſpanus: qui deinde ſuo marte proſequitur hiſtoriam. Eſt autem* Lucena *ad eumdem ad quem Eciga & Corduba jacent Xenilem fluvium, media fere utrimque via.* Stepa *ab Eciga verſus meridiem procurrit in confinio Andaluziæ & Granatenſis regni; hinc de ſitu aliorum duorum locorum conjectura fiat.*

e *Obierat* Gregorius IX 21 *Auguſti* 1241, *poſt quem electus quidem fuerat* Celeſtinus IV, *ſed & ipſe* 19 *Novembris ſequentis obiens Sedem vacuam reliquerat: vacavit autem uſque ad* 29 *Iunii anni hic ſignati* 1243, *quando coronatus eſt* Innocentius IV. *Brevem vero* Cęleſtini *Pontificatũ pro nullo habens Rodericus, ejus qualecumq; ſpatium Sedi vacanti adnumeravit. Ceterum annos* Incarnationis Domini, [ ] *incluſimus. Cum enim Auctor nulla ſuorum operum parte utatur nota Æræ vulgaris; vehementer dubito utrum ea verba vere ſint* Roderici; *niſi hoc forte loco ea addere voluerit propter externos, ſuam hiſtoriam lecturos, quibus jam ubique in uſu erat vulgaris Æræ numerus; quamvis Hiſpani, receptorum ſemel verborum æque ac morum retinentiſſimi, omnino ultimi eum receperint ad hiſtoriam uſumque civilem, ſaltem cum Latine ſcribebant: nam vulgari lingua ſcribentes, uti Elvira illa in Comm. prævio num.* 30 *eam ſubinde neglexiſſe videntur; & hac Chronica Ferdinandæa, quam Latine reddimus, annos numerat ab Incarnatione.*

D

f *Ita ſuperius n.*34 *ſcriptum quoque erat, ubi agebatur de annua penſione Sororibus à Rege addicta, & ubi Roderico nullã certam ſummã expreſſerat. Chronica autẽ deſignat* triginta millia maravediſiorum, *ſub intellige* aureorũ: *hoc enim additur num.* 34, *ubi agitur de pretio quo Rex ſanctus à Cruceſignato quodã Roderico Didaci de Camberiis poſſeßiones ejus emit; & ubi Toletanus expreſſerat* quatuordecim millia aureorum, *Chronica habet* Maravediſiorum aureorum. *Non ergo hic intelligas* Maravediſios *ſeu* Marobotinos *vulgares, quorum trecenti ſeptuaginta quinque, uno Ducato ſive Aureo, triginta quatuor, uno Regali continentur, in hodierno Mercatorum Hiſpanorum & Collybiſtarum calculo.* *Maravedifii aurei quid?*

g *Intelligo* Hebdomadem ſanctam *ſeu* majorem, *quæ à* Dominica Palmarum *initium ſumit: ſic enim etiam dicimus* Hebdomadem Paſchæ: *Paſcha autem anno* 1243 *cadebat in* 12 *Aprilis.*

h *Non fuit viſum operæ pretium ipſam orationem, ſatis prolixam, Latine reddere. Lauretus pag.*256 *Comitiſſam hic laudatam, dictam ait fuiſſe* Irenem.

i *Ab* Orgaz *uſque* Martos, *non niſi* 30 *milliarium iter ſupererat.*

E

k Oſſuna *hodieque celebratur, tamquam nobilis iis in partibus Academia, diſtatque Eciga verſus meridiem leucis circiter quinque: ac porro verſus Xerèz. ituris, pari circiter intervallo, occurrit caſtrum* Moròn, *de quo mox. Cetera loca quærere nihil attinet. Invenio autem in hiſtoria Caravacenſi*; Moratiliam, *ibi dictam* Morataliam, *Vicario Caravacenſi ſubjectam fuiſſe, tamquam loco proximam. In tabula quoque Topographica Viſcheri ſpectare eſt primo hic nominatam* Santeliam 3 *milliaribus Corduba diſſitam,* Aguilàr 5, *verſus Euro-Africum utramque: itemque* 3 *milliaribus ab arce Martana aliud* Moròn; *exiſtimo tamen hic de eo agi quod jam indicavi inter Ecigam & Xerèz.*

## CAPUT XI.

### *Rebus domi compoſitis Sanctus in fidem ſuam ſuſcipit Regem Murciæ, & Argonam occupat.*

POſtquam Rex Ferdinandus munitionibus 62
omnibus rite proſpexiſſet, trium prædicto- F
rum menſium ſpatio, Corduba Toletum *Rex Toletum regreſſus,*
revertit, ubi uxor ſua & mater erant; quas deinde, expeditis ibi negotiis, aſſumpſit & ſecum Burgos duxit. * Hic Regi cum Didaco Lopez, Biſcayæ Domino, ſubnata diſcordia eſt, propter quam eum ſua ſpoliavit ditione. Sed Didacus ſtatim ſe recipiens, non modo ſententiæ Regiæ ſe oppoſuit, verum etiam in ipſam Caſtellam incurrens, cœpit damna quanta poterat irrogare ſubditis Ferdinandi. Qui coërciturus audaciam hominis, inter altiſſimos duos montes ſe continentis, eduxit contra eum copias. Didaco autem non auſo expectare venientem, deſtruxit munitiones quibus præcipue fidebat, ac nominatim a Brionès; a
recedenſque filium ſuum Alfonſum reliquit in *Biſcayæ Dominum rebellantem ſemel,*
confiniis Biſcayæ, eadem defenſurum. Mox autem ad hunc accedens Didacus, gratiam apud eum invenit: qui ſecum aſſumptum ad patrem duxit, ipſique reconciliavit. Inde ſimul abierunt Burgos, ac demum Valliſoletum. Paucis diebus poſt neceſſe habuit Rex Olmedum proficiſci, quando Didacus Lopez iterum in Biſcayam abivit: quod ubi Rex inaudiit ſuſpectum habuit, eumque ſequi inſtituit,

A ſtituit, ne denuo damni quidquam crearet. Poſtquam autem in ſua ſe recepit Didacus, copias aliquas Rex colligens, iterum tradidit eas filio Alfonſo ad tuendos Biſcayæ fines, rectaque contendit Valmazedam, Infantem præmittens. Hoc intellecto, ſaniori conſilio uſus Didacus, ultro ad Regem venit, ejuſque ſe commiſit poteſtati, ſane perquam feliciter; humaniter namque exceptum Rex Burgos deduxit, ibique, intercedentibus pro eo Reginis, non ſolum eidem ablata reſtituit, ſed etiam Alcaràz condonavit.

*iterumque compeſcit,*

63 Rebus ſic pacatis, Ferdinandus in morbum Burgis incidit; & finitæ induciæ ſunt, quas cum Granatenſi Rege pactas habebat. Cum autem per mortem D.Alvari Perez confinia eſſent cuſtode deſtituta, miſſus eo eſt Infans Alfonſus, omni neceſſario apparatu inſtructus, una cum D.Roderico Gonzales Giròn. Qui Toletum perveniens obvios ibi habuit legatos Abenhucdi Murciæ Regis, tendentes ad Regem Ferdinandum, ut ei pro Domino ſuo ac toto regno Murciæ fidelitatem jurarent, ſub conditionibus quibuſdam quas ferebant accurate deſcriptas. Viſis iis noluit longius ire Al-

*Murcia miſſi ad Regem Legati*

B fonſus, ſed ipſemet patris ſui nomine conditiones acceptavit; Murciamque regreſſos ſubſecutus eſt.

b Venienti autem in Alcaraz obviam proceſſerunt iidem legati, attuleruntque confirmationem pactorum, & Infantem invitarunt ad ineundam regni poſſeſſionem. Comitabatur tunc Alfonſum Pe-

c lagius Corrèa *c*, Magiſter Ordinis de Uclès dicti, magnoque ei adjumento fuit, tum recte conſulendo ea quæ ad negotium conducebant, tum militem annonamque ſumptibus ſuis ſubminiſtrando, ubi opus eſſe videbatur. Hoc ergo comitante Infans Murciam intravit, obtinuitque arcem cum toto dominio regiiſque redditibus, ſalvo eo dumtaxat quod inde debebatur ipſi Abenhucdi, to-

*Alfonſo Infanti urbem ſuam tradunt;*

parchiſque in Crevillèn, Alicante, Delche, Orihue-

d la, Alháma, Aladéo, Ricóte, Cieka *d*, aliiſque dynaſtis, jus ad dictorum redituum partem habentibus. Atque ita D.Infans ſuſcepit de manibus Maurorum poſſeſſionem Regni nomine patris ſui, ex-

e ceptis dumtaxat Lorca, Cartagena *e* & Mula: quibus parum profuit quod in pacta ab aliis ſancita noluerint conſentire: ſi quidem brevi ad ea vi compulſi ſunt, D. Alfonſo cum Magiſtro Pelagio

C regnum univerſum perluſtrante, munitiones reficiente, Mauros pacificante, rebellium villas pro merito tractante, ſicut poſtea ſuo ordine referetur.

64 Reſtitutus interim ab infirmitate Ferdinan-

*quemeodem cum annona regreſſum*

dus, digreſſus eſt Burgis ad viſitandum regnum ſuum juſtitiamque adminiſtrandam: quod valde neceſſarium fuit, præſertim Palentiæ, ubi multorum querelas audivit, & malefactores plurimos diſtricte punivit. Ibi exiſtenti advenerunt Cordubâ & Murciâ nuntii, annonam poſtulantes, quia magna iſtic fame laborabatur. Auditis illis, ſtatim Rex Toletum ſe contulit, ibique conſtituit Murciam deportandum magnum commeatum victualium, per loca noviter acquiſita diſtribuendum. Venerat ad eum excipiendum Alfonſus, ſed prius quam Murciam reverteretur, abiit cum patre ſuo Burgos: ubi per manus D. Joannis Cancellarii velum ſacrum impoſitum fuit D.Berengariæ, ſorori Alfonſi: qui peracta ceremonia feſtinavit, cum præparato ſibi commeatu, unde venerat regredi, comitante eum Magiſtro Pelagio, & apud Regem

*ſecutus pater Ferdinandus,*

manente D. Ruyzio Gonzalez. Rex autem ipſe, quam citiſſime potuit, curavit ad confinia proficiſci, ſecum ducens D.Joannam uxorem ſuam, &

f D. Rodericum filium Comitiſſæ *f*, nec non quinquaginta circiter equites, peditum vero numerum haud multo majorem: atque ita non ſine periculo tranſiverunt portum de Muladar. Etenim grandis ibi metus erat Regis Granatenſis, ſuperbi ac tumidi propter victoriam, paulo ante relatam contra Dominum Alfonſum, filium Regis Legionenſis & fratrem Regis Ferdinandi: quo in prælio occubuerat D.Iſidorus, Eques generoſus & Commendator in caſtro Martos, utpote Ordini Calatravæ donato à Rege. Ibidem etiam cæſi fuerunt alii plures Fratres Ordinis prædicti, & Martinus Ruyz de Argóte, rebus in conquiſitione Cordubenſi geſtis memorabilis; captus eſt autem Martinus Ruyz frater ejus. Ceteri autem ex Equitibus majoribus cæſi numerantur uſque viginti, multaque gregariorum turba; & hoc ſucceſſu elatus Rex Granatæ, valde formidabilis erat toti iſti regioni.

*ex Hisp.*

65 Tranſito eo quem diximus portu, venit Rex Ferdinandus in Andugàr *g*, moxque eodem poſt ipſum appulit frater ejus D.Alfonſus, cum D.Nonnio Gonzales aliiſque, numero quidem non admodum multis, ſed robore animoque præſtantibus: qui ſimul omnes iverunt Argonam *h*, demetendo fruges, hortos ſubruendo, oliveta ſcindendo, magnum ubique Mauris damnum facientes. Inde proficiſcentes verſus Jaën, tantumdem fecerunt *i* Alcaudétæ, unde Rex Nonnium Gonzales & D. Rodericum filium Comitiſſæ remiſit Argonam, ut eam obſiderent oppugnarentque, cum majori parte eorum quos ſecum ipſe habebat militum. Hi mandata facientes, brevi Mauros ad magnas redegerunt anguſtias; ſequenti autem die mane cum reliquis ſupervenit Rex ipſe. Quo cognito rebus ſuis diffiſi Mauri, miſerunt qui cum eo agerent de facienda deditione. Factum hoc die Mercurii: die autem Veneris tradiderunt oppidum, vacuum illud dimittentes, præter eos quos ibi manere Rex voluit: qui cum ibidem biduo manſiſſet, cunctis bene proſpicieris quæ videbantur ad loci tuitionem neceſſaria, victor receſſit. Eadem excurſione obtinuit etiam Pegalhajàr, Bexixar, & Eſcarénam *k*: indeque fratrem ſuum Alfonſum Granatam direxit, quidquid poſſet ferro ac flamma deleturum; jungens ei quos apud ſe habebat ex Ubeda, Baëza, atque Queſada delectos *l*, nec non Sancium Martinez de Xodàr, cum bono, licet non valde numeroſo, peditatu. Cum his Granatenſem regionem, qua plana erat, ingreſſus Alfonſus, ſtragem ut fuerat juſſus fecit.

g *Argonam occupat:*

h

E

i

*& alia loca non nulla.*

k

l

F

66 Rex autem revertit in Andugar, ſumptamque inde uxorem Reginam deduxit Cordubam; & mox feſtinato abiit Granatam verſus, fratri præmiſſo ſe conjuncturus. Hic eo in tractu jam decimum diem agebat, nec abſque periculo; quia Rex Maurus tenebat urbem cum equitibus octingentis; nec tamen ideo dimiſerat cœpta Alfonſus. Poſtquam autem Rex advenit, nihil integrum relictum eſt in hortis aut turribus uſque ad portas ipſius urbis, cuncta pro arbitrio conculcantibus vaſtantibuſque Chriſtianis, per totos viginti dies, quibus ante Granatam Rex manſit. Contigit autem una dierum iſtarum, ut Mauri, tanta rerum ſuarum jactura irritati, eruptionem ſubitam in Chriſtianos facerent, magna cum vociferatione. Sed immiſſis in eos equitibus, ita erumpentes excepi Ferdinandus, ut cum multa clade fuerint coacti terga dare, inſequentibus & cedentibus eos uſque ad portas Chriſtianis: neque poſthac auſi ſunt urbe egredi, tam duriter caſtigati.

*vaſtat agrum Granatenſem.*

## ANNOTATA.

a Brionès *caſtrum, Ibero adjacens in confinio, & pontem fluvio impoſitum habens, 7 milliaribus ſupra Lu-*

A cronium. *Mox autem nominandum numeri ſequentis initio* Olmedum *ſive* Ulmetum, *medium eſt inter Valliſoletum & Abulam, 9 milliaribus utrimque diſſitum: & quæ ibidem ſubjungitur* Valmazéda, *licet in tabulis non expreſſa, inſignis locus olim fuiſſe debuit.*

b Alcaràz, *Caſtellæ nova oppidum, unde nomen vicinis montibus ex quibus Batis oritur; à Caravaca, in finibus Murcienſibus ſita, adhuc bidui itinere diſtans. Videtur autem idem quod ſupra, num.* 62, *Sanctus Rex adjeciſſe dicitur poſſeſſionibus Didaci Lopez, Biſcayæ Domini.*

c *Huic* Pelagio Corréæ *tribuitur in Relatione Romana*, quod de ordine ſancti Regis, juxta oppidum de Segúra Legionenſis diœceſis, perſequens Saracenos, & committens cum iis prælium; quia ſol inclinabat, commendavit ſe glorioſiſſimæ Virgini ut ſol ſiſteret, donec victoriam conſequi poſſet: & ſol miraculoſe ſtetit per notabile ſpatium: & quia dicta die, ſciens Rex quod prælium committendum eſſet, continuo Deum oravit, ut ſibi concedere victoriam dignaretur contra infideles; ideo fuit ſucceſſus hujuſmodi miraculi orationibus ſancti Regis, mediante ejus Generali, reputatus. *Allegatur numerus* 51 *Summarii, in cujus margine dicitur*, Miraculoſus ſucceſſus juxta oppidum de Segúra Legionenſis B diœceſis, *ubi corrigendus error interpretis, ſcribendumque*, oppidum Segúræ Legionenſis, *ſic dictæ, non quia in Legionenſi diœceſi ſit, ſed quia pater Sancti Rex Legionenſis ipſam cum multis vicinis terris, Maurorum ereptis poteſtati, tradidit eccleſiæ Compoſtellanæ, quæ hodieque terras illas poſſidet, ſub nomine* Prioratus Legionenſis. *Æque male ibidem in contextu pro* Segura *nominatur* Hiſpalis, *leucis* 15 *diſſita. Eſt autem* Segúra *illa ad pedem* Montis-Mauriani, *vulgo* Sierra de Moréna *dicti territorii Cordubenſis. Rades de Andrada, in hiſtoria trium Ordinum impreſſa an.* 1609, *lib.* 1 *cap.* 16 *agit de dicto Magiſtro, creatumque ait anno* 1242, *ac ſequenti anno profectum in expeditionem cum Infante* Alfonſo. *Tum verbotenus fere deſcribit omnia, quæ in hac Chronica de illo narrantur, ſine ulla talis miraculi ad Hiſpalim facti mentione; ac denique narrat prælium, à* Pelagio *commiſſum ad Sierram Morénam, ubi hodieque ſtet eccleſia, in memoriam prædicti miraculi ab eo conſtructa ſit, vulgo dicta* S. Maria de Tudía, *quod traditio vulgi interpretatur ſic abbreviate dici, pro*, S. Maria de Ten tu dia, *eo quod* Magiſter *ſolem ſiſtens dixerit*, Ten tu dia, *id eſt*, Siſte dies. *Eadem quæ jam ex Andradâ diximus, magis confirmat Spinoſa lib.* 4 *cap.* 7, *dum allegat antiquas Mss. memorias Ordinis, in quarum aliquibus id tribuatur nocturnæ Sancti Regis orationi; in aliis etiam addatur, quod* idem Magiſter poſt victoriam, lancea percutiens rupem, elicuit, velut alter Moyſes, fontem exercitui feſſo ac ſitibundo, qui hodieque fluens mirabilia multa operatur circa infirmos inde C bibentes. *Opera pretium eſſet ſcire quam antiqua ſint Mss. illa. Vixit autem* Magiſter Pelagius *& pugnavit cum Mauris uſque ad annum* 1275.

*Solem ſtitiſſe dicitur Corréa.*

*ad Segúram de Leòn in Batica*

*unde locus dictus, Ten tu dia,*

d *Omnia fere hæc loca extra fines regni Murcienſis videntur fuiſſe: nam* Alicante *&* Orihuela *pertinent ad regnum Valentinum*; Alháma *procul in mediterraneis Granatenſibus diſtat*; *ſola ultima* Cieca *invenitur intra fines Murcienſes* 8 *milliaribus à metropoli.*

e Cartagéna, *urbs maritima & potens, Cartaginenſium veterum opus.* Lorca *commodo incumbit fluvio ad confinia regni Granatenſis.* Mula, *hodieque ſupereſt in regno Murcienſi, licet in Tabulis prætermiſſa.*

f Comitiſſam *intelligo, uxorem* D. Alvari Perez *ſupra laudatam.*

g Andugàr *ſupra Batim conſiſtit, inter Beatiam & Cordubam.*

h Argónam *in tabulis non inveni quidem, juſſi tamen poni inter Anducharium & Giennium, ſupra eumdem fluviolum*, (Rio-frio, *id eſt*, Frigidum *vocant*) *ab uno loco ad alterum currentem; neque enim vel omittere debui locum tam celebrem in hac hiſtoria & regio olim inſignem titulo, neque ejus ſitum tunc potui certius divinare: potuiſſet tamen propius admoveri Anduxario, unde ipſam ſolis* 2 *leucis diſtare nunc invenio in Geographia Baudrandi, allegantis ex Morali veterem inſcriptionem, ubi* Albenſe Varcaonenſe municipium *nominatur, ut proinde eadem ipſi ſit quæ Plinio* Alba Virgaonenſis *dicitur.* D

i Alcaudéte, *inter Cordubam & Iaën, obſidione Ferdinandi IV, ejuſque ibi contracto letali morbo nobilitatum, cum illud Mauri occupaſſent.*

k *Ex his priora duo ſuum adhuc nomen retinere ſcribit etiam mihi R. P. Ioannes Gamiz.*

l *Hiſpanicus contextus* Concilia *appellat, quam vocem retinuimus num.* 21, *ubi* Conciliorum *nomine intelleximus Communitates civium: hic vero* delectos *earumdem vertimus, juxta ibidem annotata.*

## PARERGON III.

### Sancti Regis erga Apoſtolicam Sedem obſervantia, præſertim in diſſidio Gregorii IX Papæ & Friderici II Imperatoris: & inde viciſſim repenſi favores. E

ANnum *Imperii ſui* XIX *agebat* Fridericus *Imperator, hujus nominis* II, *coque ſua contra beneficentiſſimam matrem Romanam Eccleſiam contumaciæ exceſſus provexerat, ut cum alia omnia remedia ipſi ſanando fruſtra tentata viderentur, ſummus tunc Pontifex* Gregorius IX, *neceſſarium duxerit, non tantum anathematis fulmine eumdem ferire, verum etiam Imperium ipſi abrogare, deque alio ſubſtituendo cogitare. Hunc in finem implorandæ ei undequaque auxilia fuere Chriſtianorum Principum, adverſus potentiſſimum hoſtem, Romanæ Vrbis cervicibus cum formidabili exercitu imminentem. Criminum enormitatem, quibus Pontificiam iram* Fredericus *meruit, paucis collecta vide apud Annalium Eccleſiaſticorum continuatorem Odericum Rainaldum; apud eumdem etiam reperturus, quomodo hoc in diſſidio Eccleſiæ atque Imperii alii ſe geſſerint, ad annum* MCCXXXIX *num.* 38 *& ſeqq. Hiſpaniæ autem Reges excuſatos invenies, quod, licet eximie erga Romanam Eccleſiam affecti eſſent; continuis tamen Saracenorum bellis impliciti, ſtudia ſua non aliter explicare potuerint quam per epiſtolas, quibus exinde natum teſtarentur dolorem, & paci componendæ operam mediationemque offerrent. Invenies etiam præcipuum in his fuiſſe* Ferdinandum, *affinitatis vinculo priden.* Friderico *adſtrictum, ac* Matrem *ejus quorum litteras etiam profert Rainaldus, omnibus amoris & obſervantiæ notis inſignes; quæ licet in Regeſto Pontificio anni* XIV *extent; ipſe tamen, nonnullis argumentis ductus, arbitratur eas ad annum prædictum pertinere. Argumentum certe non leve eſt, quod omnes inveniantur datæ menſe Decembri; quodque Richardus de S. Germano in Chronico, ad tertium dumtaxat ab hoc annum deducto, adeoque tunc ſcripto (ſicut extat poſt Tomum* 3 *Italiæ ſacræ Vghelli) quod, inquam, Richardus iſte narret, quomodo ſequenti mox anno* MCCXL, menſe Aprilis, filius Regis Caſtiliæ ad Imperatorem apud Foggiam venit, *Apuliæ Daunia oppidum, ubi is* Colloquium-generale *celebrabat. Etenim earumdem epiſtolarum una, iturum illuc Principem commendabat Pontifici, per eumdem Legatum, per quem & aliæ litteræ ferebantur: omnes autem ejuſmodi ſunt, quæ huic hiſtoriæ integre mereantur interſeri. Imprimis certe huc facit ea, qua commendatur* Infans Fredericus, *ſic utique in baptiſmo dictus* 67 *Gliſcente diſſidio illo.*

*ſub exitum anni* 1239.

*Ferdinandus filium Fredericum deſtinat ad Imperatorem.*

in

A *in honorem conſanguinei, ſimulque indicatur, quam non bona fide idem Imperator, egerit in retinendis ſibi* Beatricis *Reginæ-hereditariis bonis, quorum proprietatem illa moriens videtur, iſti ſuo ſecundogenito legaſſe per teſtamentum, quando primogenito poterant regna paterna ſufficere. Sic ergo in iſtius filii ſui favorem, cum inſigni ſuæ erga Sedem Apoſtolicam obſervantiæ teſtificatione, ſcribit Rex pater.*

*pollicitum ei reſtituere hereditaria matris bona:*

68 Sanctiſſimo Patri ac Domino Gregorio, divina providentia ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummo Pontifici, Ferdinandus, Dei gratia Rex Caſtellæ, Toleti, Legionis, Galiciæ, & Cordubæ, cum debito famulatu pedum oſcula beatorum. A Sanctitatis veſtræ memoria non credimus excidiſſe, quod cum tempore dulcis memoriæ, Reginæ Beatricis, filiolæ veſtræ, bona, quæ ſibi jure ſucceſſionis competebant, ab Imperatore, qui ea detinebat, pro Frederico filio noſtro ſæpe ſæpius petiſſemus; quia ipſe reddere recuſabat, ad Paternitatem veſtram recurſum habuimus, veſtrum ſuper hoc conſilium & auxilium implorantes. Ad quod, ſicut patrem decet juſtitiæ & Jeſu Chriſti Vicarium, ſolitæ benignitatis clementia reſpondiſtis, quod veſtrum nobis non deeſſet conſilium;

B promittentes nihilominus, quod faceretis nobis exhiberi juſtitiæ complementum. Verum cum idem Imperator, ſaniori ductus conſilio, poſtmodum nobis ſæpe ſignificandum duxerit, quod bona petita paratus erat reddere; ſi eumdem Fredericum, quem mater etiam ſua in extremis poſita ſub quadam obteſtatione illuc deſtinandum juſſerat, ſibi mittere curaremus; nos, attendentes quod nocuit differre paratis, tum propter maternam hereditatem obtinendam, quam ad ſervitium Romanæ Eccleſiæ eum habere volumus; tum propter alias

*eumdemque Apoſtolicæ Sedi commendat;*

cauſas urgentiſſimas, quas venerabilis Abbas & religioſus vir dilectus noſter W. Abbas S. Facundi Magnificentiæ veſtræ plenius exprimet; de prudentum virorum conſilio eumdem duximus deſtinandum; viva voce firmiter præcipientes eidem, & ſub pœna paternæ gratiæ injungentes, quatenus, more progenitorum ſuorum Regum & Imperatorum Hiſpaniæ, honorem & exaltationem Eccleſiæ Romanæ procuret & diligat, & ei ſemper ſit obediens & devotus. Sane ſi idem Imperator, quod non credimus, eamdem hereditatem ſibi reddere contradicat aut differat; Paternitati veſtræ affectuoſas preces porrigimus, petentes humiliter &

C devote, quatenus eum ſub defenſione veſtra, cui eum committimus, protegentes, veſtrum eidem dignemini impertiri auxilium & favorem. Datum Burgis IV die Decembris. *Neſcio quam diu cognata ſua filium apud ſe detinuerit Imperator: vix tamen crediderim, illo in excommunicatione & inimicitia Eccleſia perſeverante, ac tandem etiam ſub annum* MCCXLV, *publica Concilii Lugdunenſis ſententia depoſito, ut hoſte communibus Chriſtianorum armis exterminando; aut patrem permiſiſſe, aut filium voluiſſe ulterius hærere in execrata illius aula. Sed neque quidquam eorum quæ debebat reſtituiſſe Imperatorem dixerim; cum nuſquam legatur* Infans Fredericus, *titulum aliquem ex maternis in Alemannia ditionibus uſurpaſſe* (Ducem *v.g.* Sueviæ *ſe ſcribendo*) *idemque inveniatur num.* 175 *obſidioni Hiſpalenſi adfuiſſe cum fratribus, morientiſque patris extremam benedictionem excepiſſe. Quod autem ad Imperatorem attinet, Pontificiis contra eum querelis, eadem die per eumdemque Legatum, ſic reſpondit Rex Sanctus.*

*ac recipit ſaltem an. 1245, ſpe fruſtratum.*

69 Novit ille qui nihil ignorat, qui ſcrutator eſt cordium & cognitor ſecretorum, quod ſinceræ mentis deſiderio, non minus devoto quam debito, cor noſtrum ad honorem veſtrum æſtuat, & ad exaltationem aſpirat: nimirum [ejus] quem conſtat in terris Vicarium Jeſu Chriſti, & vices gerere veri Dei, incrementum, progenitorum noſtrorum ſequendo veſtigia, & gloriam Sedis Apoſtolicæ quantum ſufficimus affectantes, quæ cunctis per orbem fidelibus ſacratiſſimum fidei pabulum abundanter erogat & ſapienter miniſtrat: per quam nos & univerſi Chriſti fideles, tam Reges quam alii, cæleſtis ſpei propinari nobis & credimus & deſideramus augmentum: pro qua fide pugnamus & ſtamus adverſus inimicos ejuſdem, hæreſes extirpando, & nos ceterorum inimicorum, qui errores ſuos armis contendunt defendere, inſultibus & conflictibus, non abſque gravi periculo, corporaliter opponendo. Hæc igitur & quam plurima alia duriora, quæ non duximus litteris committenda, tum quia longum eſſet & ſuperfluum enarrare, tum etiam ne laudem propriam quærere videamur, pro Chriſti nomine dignum duximus ſuſtinenda; ut funiculus hereditatis Domini dilatetur, & honor piæ matris Sedis Apoſtolicæ per miniſterium noſtrum, etſi non optatum vel debitum, ſaltem aliquantulum ſuſcipiat incrementum. Nam ſi ſacroſanctam Romanam Eccleſiam, quæ nos ſemper dilexit & E
fovit in viſceribus caritatis; & requiſita, non ſolum propitiam, ſed promptam ſe exhibuit circa promotionem noſtram, ſpecialium exuberantia gratiarum,

*compatitur ejus afflictionibus,*

quantumcumque ſincere diligimus, mercedem non credimus nos habere: imo etiam modicum reputamus, ſi eidem in ſuis neceſſitatibus aſſiſtamus, & pro ea & perſonam & regna quibuſcumque diſcriminibus exponamus. Sane multorum relatione didicimus, quod nobis poſtmodum Papalis littera demonſtravit, Imperatorem in ſacroſanctam Romanam Eccleſiam, quæ eum curioſe nutrivit & mirabiliter exaltavit, multipliciter deliquiſſe, & eam adeo ad iracundiam provocaſſe, quod opus fuit ut manu Domini tangeretur. Numquid pati poteſt pia mater, & non compatitur filius? Numquid dolet Sedes Apoſtolica, & exultare poteſt fidelis? Numquid turbato capite, membra vigere noſcuntur? Attamen quia non obliviſcitur miſereri Deus, nec in ira miſericordiam continebit; ex quo ſemel cœpimus loqui, loquemur parum ad Dominum, de dubiis negotiorum eventibus magis anxii, quam de facto Imperatoris, quem quantum cum Domino poſſumus multipliciter tenemur diligere; obtenta prius venia & conceſſa licentia, ut manſuetudo patris pœnitentem reciperet filium, & Eccleſia ſuo non careret athleta, partes noſtras interponere cu- F
raremus. Ad hoc autem competentius exequendum, venerabilem ac dilectum W. Abbatem S. Facundi, virum circumſpectæ providentiæ & honeſtum, de quo propter ſuæ prærogativam honeſtatis plene confidimus; quem, cum eſſet cauſa viſitandi Romanam Eccleſiam in itinere conſtitutus, ad nos revocavimus; deliberatione habita, ad Vos propter hoc & alia duximus deſtinandum; ut ſecuri de ejus honeſtate & induſtria, eumdem confidenter ad Imperatorem ex parte noſtra, ſi expedire videritis, vel ad nos etiam remittatis, cum veſtræ in omnibus & per omnia beneplacito voluntatis: ipſe enim quod à Sanctitate veſtra injunctum ſibi fuerit, ſicut novimus & ſumus in pluribus jam experti, devote ac fideliter exequetur. Datum Burgis IV die Decembris.

*& Legatum ſuum mediatorem offert,*

70 *Hactenus Rex Sanctus, in priori epiſtolæ ſuæ parte haud dubie reſpiciens ad eam* Honorii Papæ III *gratiam, quam in Commentario prævio num.* 26 *explicuimus, per ejus Breve,* datum Laterani VI Id. Julii, Pontificatus

*cum grata acceptorum beneficiorum memoria:*

EX HISP.

*Aliis litteris ſuam Gregorio obſervantiam teſtatus,*

A catus anno ſecundo, *Chriſti* MCCXVIII, *qua declaratat, parentum ejus divortium, ex mandato Sedis Apoſtolica celebratum, ipſi non debere obeſſe, quo minus rata ac firma maneat conceſſio patris, ipſum recipientis in filium, adeoque & in legitimum ſucceſſorem. Iſtam autem gratiam non præceſſerat (uti videtur Odoricus Rainaldus æſtimare) ſed ſecuta fuerat (ut patet ex data, non tantum quoad diem menſis, ſed etiam annũ Pontificatus poſteriori) ſecuta, inquam fuerat gratia alia, hoc Brevi expreſſa.* Ferrando, Illuſtri Regi Caſtellæ. Ad impendendam circa Te & Regnum tuum curam & ſolicitudinem ſpecialem, & ætatis tuæ conſideratione inducimur, & præclaris inclitæ recordationis Alfonſi Regis Caſtellæ avi tui meritis provocamur. Tuæ igitur Serenitatis precibus benignum impertientes aſſenſum, Perſonam tuam & Regnum ipſum ſub ſpeciali Apoſtolicæ Sedis & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripturæ pagina communimus. Nulli ergo &c. Datum Laterani XIV Kalend. Auguſti (*non ipſis* Kalendis, *uti legiſſe videtur Zuniga ad an.* 1252 *num.*8) Pontificatus noſtri anno tertio. *Præter has, alia in eumdem ſanctum Regem ac ſpeciales gratia ab ipſomet Gregorio IX profecta ſunt, quarum diſtinctior notitia periit; confuſe autem atque in genere eorumdem meminit Regina Mater, in Epiſtola quam eidem Legato perferendam dedit, dignam ſimiliter hic tranſcribi.* Sanctiſſimo Patri ac Domino Gregorio, divina providentia ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummo Pontifici, Berengaria, Dei gratia Regina Caſtellæ & Toleti, pedum oſcula beatorum, cum reverentia filiali tam debita quam devota. Pro multiplici gratia, quam ex multa veſtræ exuberantia bonitatis Ego & Filius meus à Sanctitate veſtra tam ſæpe recepimus, nec petitâ multoties ſed oblatâ, dignum ducens ad gratiarum ſaltem actiones aſſurgere, condigne nequeo; dum erga Me & Meos veſtram dignationem attendo, dum penſo veſtræ promptitudinem pietatis; quod quidem gratius mihi foret rebus efficere, quam verbis aut litteris declarare. Sed quia ad præſens quod volo non valeo, non propter aliquem cordis defectum aut rerum indigentiam mundanarum, ſed expectando potius veſtræ beneplacitum voluntatis; pro tot beneficiis grates interim reddo veſtræ Magnitudini quantas poſſum; Majeſtatem veſtram totis mentis affectibus implorando, ut juxta devotionis affectum, quem Ego & Filius meus erga Vos ſemper habuimus & habemus, aliquid mihi dignetur innuere, quod veſtræ voluntati ſedeat, imo quidquid veſtræ placuerit Sanctitati, per omnia & in omnibus exequendum. Hoc autem apud benignitatem veſtram reticendum non credo, quod, quia vobis non ſcribo frequentius, non ex minori devotione provenit; ſed propter verecundiam quam contraxit ſexus femineus à natura, & reverentiam quæ debetur Vicario Jeſu Chriſti. Novit enim Dominus, quod dum mentis oculis Papalis claritatem intueor puritatis, mentis intuitum quaſi quidam fulgor reverberat ad ſcribendi deſiderium retardandum; & ſtupore comprehenſa, quodammodo præſumptionem reputo attentare ſaltem veſtri tangere fimbriam veſtimenti. Verumtamen quanto frequentius veſtras litteras reciperem aut mandatum, tanto gratius foret mihi, & tanto plenius meæ ſatisfieret voluntati. Nunc autem grates Domino refero, quia opportunitatem habeo per venerabilem ac dilectum W. Abbatem S. Facundi, virum providum & diſcretum, qui alias erat ad veſtram præſentiam acceſſurus, quædam quæ litteris commendare nolui ſecure ac fiducialiter declarandi, qui ea licentius vobis exponere, & voluntatem noſtram latius poterit aperire. Datum Burgis V die Decembris.

*quam etiam teſtatur mater Berengaria,*

*optans gratitudinem reipſa monſtrare,*

*& eodem internuntio utens.*

71 *Reſpicere etiam* Ferdinandus *potuit, in agnoſcendis Apoſtolicæ Sedis erga ſe beneficiis, ad ipſiuſmet* Gregorii IX, *erga ſe indulgentiam, qua anno* MCCXXXVII *(teſte ad iſtum annum Bzovio, num.*6*) ei conceſſit,* ut in locis, quæ manibus Saracenorum eriperet in poſterum, poſſet Rectores Eccleſiarum, prima dumtaxat vice, ad arbitrium ſuum electos, præſentare Epiſcopis; *idque per litteras* Viterbii *datas* XII kalendas Octobris. *Quamquam*, cum per id temporis regni illius Cancellarius Epiſcopus Oxomenſis, ad Eccleſiam Legionenſem poſtulatus fuiſſet, atque eam poſtulationem Ferdinandus à Sede Apoſtolica confirmari, eumque poſtulatum ad Cathedram Legionenſem transferri oraret, Gregorius denegavit; quod videret Eccleſiam Oxomenſem multum poſſe incommodari ex tranſlationem poſtulati, qui vir maximi conſilii & dexteritatis audiebat (*Ioannes Tercerius hic fuit, ſupra num.*55 *nominatus. ubi Mezquitam Cordubenſem dicitur expiaſſe*) Excuſavit autem factum Gregorius, litteris Ferdinando atque utriuſque Eccleſiæ Collegio datis, Laterani II Non. Decembris. *Cauſa negandi præcipua videtur fuiſſe, ædificium novæ Cathedralis, à Ioanne inchoatum; dicit enim Ægidius Davila, in Theatro illius Eccleſiæ, quod abſoluta fabrica, & vacante per mortem D. Mauritii Epiſcopatu Burgenſi anno* MCCXLVII, Innocentius IV *Regi indulſerit eumdem Ioannem illuc transferre; quo Cancellarius Regni ita eſſet perſonæ Regiæ propinquus, ut tamen Epiſcopus non elongaretur ab Eccleſia ſua. Eodem anno, cum Infans Alfonſus optare ſe ſignificaſſet*, ut civitas Carthaginenſis, quam de novo, per ſuum miniſterium triumphante Dei dextera, eripuerat de manibus Paganorum, poſſet ad ſtatum proſperitatis exurgere, ſi Paſtorem deſiderabilem providente Apoſtolica Sede ſibi gauderet obveniſſe; *tum ipſi quod petebat annuit idem Pontifex, tum Regi Reginæque ipſius Eccleſiæ dotationem commendavit. Regi ſancto ſcriptum Breve, hujus erat tenoris.* Spiritu exultante percepimus, qualiter regnum Murciæ per divinæ virtutis auxilium dominio dilecti filii, nobilis Alfonſi Primogeniti tui, fuerit ſubjugatum. De hac ſiquidem exultatione proceſſit, quod cum dictus Primogenitus affectaret, ut civitas Carthaginenſis, ſita in Regno præfato, Cathedræ Pontificalis obtineret honorem; virum honorabilem, & Religionis celebris (*Franciſcanæ*) profeſſorem, ac ſcientia & honeſtate conſpicuum, nec non in ſpiritualibus & temporalibus circumſpectum, ſcilicet Fr. Petrum, Confeſſorem ipſius Primogeniti, Carthaginenſi Eccleſiæ, Fratrum noſtrorum communicato conſilio, de ſpeciali gratia providimus in Paſtorem. Quia vero claritas tui nominis exigit, ut hujuſmodi novis & divinis plantationibus occurrat; Serenitatem tuam omni qua poſſumus affectione rogamus, in remiſſionem tibi peccatorum injungentes; quatenus Eccleſiam ipſam beneficiorum tuorum largitate fœcundans, & præſidio deſiderati favoris attollens, perſonam dicti Epiſcopi optatæ foveas benignitatis affectu; ita quod, ipſo ad votum proſperante in commiſſi ſibi cura regiminis, & eâdem Eccleſiâ plenum obtinente vigorem, ſub ſpiritualium & temporalium incrementis, tibi exinde, à clementia Conditoris omnium, compenſetur gloria principum æternorum. *Epiſtola porro ad Reginam Ioannam hoc erat exordium:* Regis & Reginæ cælorum gratia te dignum conſtituis, ſi mente ſolicita vaces operibus caritatis: & ex hoc etiam apud homines tibi clari nominis augmentũ acquiritur, & in conſpectu Sedis Apoſtolicæ laudis & benedictionis materia impetratur. *Concluditur autẽ ſimilis præcedenti exhortatio, optando,*

D

*Indulſerat ei Gregorius novarum eccleſiarum præſentationem,*

E

*tardiores licet ad permutationes propandas;*

*& ad ſuggeſtionem Alfonſi Infantis*

F

*ordinatum Petrum Carthaginen. Epiſcopum,*

*Sancto & uxori ejus commendaverat.*

A *optando*, ut exinde præſentibus ac poſteris grande ac delectabile relinquatur exemplum; & *ipſi Reginæ* Dei benignitas propter hoc dona ſuæ benedictionis accumulet; & Nos, *inquit Pontifex*, etiam uberes gratias opportunis temporibus referamus. *Extant tres illæ Epiſtolæ integræ, ſed impreſſæ abſque nota anni, diei, ac loci; pro anno tamen quem ſignavimus, apud Ægidium Davila in Theatro Eccleſiæ Murcienſis: nam tertius poſt reſtaurationem Cathedræ prædictæ Epiſcopus*, D. Didacus Martinus de Morgaz, *teſte Tamayo ad 24 Ianuarii*, tranſtulit Cathedralem eccleſiam ex Carthagine Murciam, propter crebram Maurorum infeſtantium in urbem irruptionem, qua nec divina Officia debitâ gerebantur ſolennitate, nec oppidanorum numerus ad defenſionem neceſſarius inveniebatur.

## CAPUT XII.

*Expugnatâ Mulâ, Giennium obſidetur & deditur: decernitur obſidio Hiſpalenſis.*

22 B *Rex ſuccurrit arci Marianæ,* DUm Rex ad Granatam eſſet, Mauri, Gazúlæ dicti, excurrerant ad Martos, locumque obſederant: quo intellecto, ſtatim miſſus eſt Alfonſus Regis frater: hic autem cum Magiſtro Calatravæ ejuſque Fratribus illuc properans, invenit Mauros jam receſſiſſe. Etenim qui intus fuerant Fratres, adjuti ab aliis qui auxilio venerant, erumpentes contra ipſos ita generoſe pugnarant, ut multis eorum cæſis, & captis non paucis, plenam de barbaris victoriam per Dei gratiam reportarint, magna præda equorum aliarumque rerum ditati. Interim Rex Ferdinandus, ſatis diu circa Granatam hæſiſſe, & Maurorum inſolentiam repreſſiſſe viſus, populata regione eorum ut libuit, ſicut prædictum in Hiſtoria eſt, paulatim ſeſe recepit Cordubam; ubi honorifice lætanterque receptus, apud uxorem ſuam D. Joannam, neceſſaria ſibi ſuiſque quiete corpus refecit, & copias refocillavit. Dictum etiam ſuperius ab Hiſtoria eſt, quomodo Rex Ferdinandus Alfonſum filium ſuum Murciam miſerit: nunc addendum, quod illuc cum credito ſibi commeatu appulſus, eodem per munitiones & arces diſtributo, omnes perluſtrarit; & ubique juſtitiam adminiſtrans ac bene meritos remunerans, cuncta C optime diſpoſuerit. Tum demum excurrit Mulam, Lorcam, & Cartagenam, quæ ei ſe noluerant tradere, ac multa ſingulis damna intulit per campos. Intelligens autem, quod Mulæ magna eſſet annonæ penuria, eamque ſi obſideretur fame cogi ad deditionem poſſe; conſulto prius D. Pelagio Corréa oppidum cinxit, atque ante illud tam diu perſeveravit, donec fames ipſi locum tradidit: ex quo atque ex arce ejus Mauros omnes ejecit, exceptis paucis quos in ſuburbio permiſit manere. Hunc primum locum Infans Alfonſus obſedit & obtinuit, præſente ad omnia Magiſtro Pelagio, qui numquam ab ejus latere diſcedebat. Eſt autem Mula oppidum validum ac bene munitum, cum arce inſigni & turribus circumſeptâ, opulentum præterea terris cultis ac paſcuis, fructibus item & aquis commodum, atque diſtrictu territorii ſui complectens montes bene fertiles ſpatiumque peramplum. Sed nunc in Murciæ regno dimittentes Infantem, redeamus ad patrem ejus Ferdinandum.

*& Cordubam redit,* *dum interim filius Mulam fame expugnat,*

73 Erat is cum Regina uxore ſua Cordubæ, poſt reditum ex agro Granatenſi; ibique à filio Alfonſo accepit lætiſſima ſibi nuntia de Mula intercepta, deque ſtatu Maurorum necdum ſubjugatorum: præterea nuntiatum ibidem ei eſt, Regem Argonæ, cum maximo commeatu plus quam mille beſtiarum oneratarum, proficiſci Jaën, ut civitati illi proſpiceret de annona. Statim ergo Alfonſum fratrem, cum delectis Ubeda atque Baëza adductis, miſit, qui venientibus ſe medium interponeret, adituque ad urbem prohiberet. Mox ipſe poſt eum ivit, iveruntque cum eo D. Roderícus de Valduerna, D. Didacus Gomez, & D. Alfonſus Lopez de Vaya. Profecti ſunt autem Argonam indeque Jaën, biduo toto expectantes venturum commeatum: ſed fruſtra: neſcitur tamen utrum Mauri, adventu ejus cognito, an alia ex cauſa venire prætermiſerint. Rex vero, nolens ibi tempus terere, poſt grandia damna circum urbem facta, revertit Cordubam; ubi, priuſquam aliquam requiem caperet, intellexit matrem ſuam D. Berengariam Toleto ad ſe venire. Hoc cum gratiſſimum ei accidiſſet, ad excipiendam eam confeſtim egreſſus eſt cum Regina Joanna; tranſitoque Portu venerunt ad locum, tunc Pozuelo dictum, ubi filius eorum Alfonſus poſtea inſigne oppidum condens, Villam-regalem *a* nuncupavit. Ibi inter ſe viderunt mater & filius, mutuoque aſpectu & convictu recreati ſunt totis ſex hebdomadis, numquam amplius invicem reviſuri; nam ipſa Toletum reverſa eſt, Rex cum uxore ad confinia abiit, neque in Caſtellam amplius venit.

ET HUC *& frater impedit commeatum Giennenſi urbi deſtinatum.* *Rex cum matre extremum congreſſus,* a E

74 Tranſito autem Portu ivit in Andugàr, ubi totum ſuum exercitum colligens, cum Regina uxore profectus eſt Jaën. Ac primum vaſtavit hortos vineaſque & meſſem totam, nec quidquam quod reperit dimiſit integrum: deinde progreſſus eſt Alcalam Abenzaidæ *b*, & ſimiliter egit, multos Mauros abducens in ſervitutem. Poſtea tranſiit Illóram *c*, intravitque ſuburbium & expilavit; oppidum vero incendit, occiſis captivatiſque Mauris toto illo diſtrictu. Fuit autem præda copioſa quam inde avexerunt, tam in gemmis lapidibuſque pretioſis, quam ſuppellectile ac veſtimentis, copiaque magna pecorum ac jumentorum: erat enim oppidum dives valde. Inde nobilis iſte Rex ad campos Granatenſes populabundus excurrit, idemque fecit in montanis locis, donec veniret uſque Granatam: circa quam manſit diebus aliquot, deſtruens ac vaſtans omnia quæ Maurorum erant, abſque eo quod hi auderent contra F eum procedere. Videns ergo fruſtra ſe ibi hæſurum, receſſit Martos: ubi ad eum Murcia venit Magiſter D. Pelagius Corréa, Regique narravit quam proſpere ibi egiſſet D. Alfonſus filius ejus, victoria relata de reſiſtentibus Mauris, quod Regi lætitiam non parvam attulit. Tum illius conſilium exquiſivit, interrogans, quid ei de Jaën civitate obſidenda videretur: qui reſpondit optimum id factu eſſe; idemque ſenſus fuit omnium aliorum Procerum. Convenerunt ergo Magnates hominesque opulenti & cuncta ſodalitia militaria, & ſtatuerunt qua ratione alii hoc, alii alio tempore, adeſſent, ad obſidionem per vices continuandam, donec urbs traderetur. Et hoc ita quidem cœptum eſt; ſed cum vidiſſet Rex, poſt dies aliquot ibi conſumptos, non procedi quemadmodum conſtituerat & volebat; ipſemet eodem acceſſit, manſitque, licet incommodiſſimo tempore, frigido utique & pluvio, quia media hiems tunc agebatur: unde fiebat ut tam homines quam jumenta plurimum damni paterentur, nec tamen ab obſidione receſſum eſt.

*poſt vaſtatos Mauro-rum agros,* b c *Giennium obſidet.*

Ex MSt. 75 Videns ergo Rex Argonæ, qui idem & Granatæ, Ferdinandum tam pertinaciter inhærere proposito, neque recessurum nisi capta urbe; quæ longa fame pressa, non videbatur diu posse resistere, fatigatis extenuatisque propugnatoribus; se vero non sufficere ad auxilium obsessis ferendum *d*, omni ex parte sic clausis, ut nec egredi quisquam nec ingredi ad eos posset; statuit ad Regem supplex accedere, seque ac sua omnia ejus fidei tradere, confidendo in ejus magna bonitate, quod clementer habiturus eum esset. Hoc suum consilium cum Mauris proposuisset Rex barbarus, quo nullum ei occurrebat salubrius, ad consulendum ipsis suoque honori ac regno; perrexit ad Regem Ferdinandum, seque subditum ejus professus, cum osculo manuum tradidit se in illius potestatem, simulque obsessam urbem in pignus perpetuæ fidelitatis. Excepit eum sic humiliatum Rex humanissimus, cum ea clementia qua tales solebat; pactusque cum ipso est, ut maneret in regno ac dominiis suis sub tributo centum & quinquagies mille maravedisiorum annue pendendorum, & obligatione sequendi suam Curiam, fidæq; societatis pace & bello; solum urbem obsessam, utpote jam propemodum subactam, dimitteret. Quod cum utrimque placuisset ac firmatum esset, tradita est Ferdinando urbs Jaën *e*. Est autem urbs hæc perquam populosa & ampla, multisq; ac fortibus turribus munita, abundat vero aquis bonis intra muros, & copia rerum omnium quæ possent in nobili atque opulenta civitate optari: bellicosa etiam multumque formidata erat, antequam veniret in potestatem Christianorum; postquam vero his cessit, fuit semper propugnaculum confinium, quæ exhinc secura manserunt, atque extra periculum habitari ab eisdem potuerunt. Sed regrediamur ad Historiam.

76 Tradita in illum modum civitate, ingressus eam est Rex cum processione totius Cleri: rectaque procedens ad Mezquitam majorem, eam dedicari in ecclesiam fecit sub invocatione S. Mariæ, Missam cantante D. Guiterio Episcopo Cordubensi. Stabilivit etiam ibidem Cathedram *f* Episcopalem, attribuens ei oppida & castella ac fundos sufficientes; misitque in omnem partem, invitans ad implendam urbem, sub pollicitatione multarum immunitatum ac privilegiorum, quæ venientibus illuc habitatum fideliter præstitit, dividens eis civitatem & agros. Mansit autem ibidem Rex mensibus octo, pacem constituens, munitionesque restaurans, quatenus opus erat. Postea convocatis in consilium Magnatibus atque ditioribus regni Magistrisque Ordinum, dixit, aliquid denuo tentandum videri, quandoquidem jam pridem otiabantur. Singulis vero sententiam dicentibus, & quibusdam excursionem versus Hispalim suadentibus, aliis castella quædam Maurorum adhuc relicta in confiniis expugnanda; Magister Pelagius & varii Equites Ordinis S. Jacobi, rerum bellicarum experientissimi, magis probaverunt ut obsideretur ipsa Hispalis, qua urbe superatâ prona essent futura omnia. Erant tamen quibus consultius videbatur, excursionibus iteratis prius depopulari agros circumquaque, ac tum demum defatigatos obsidere; ita minori tempore atque periculo capiendam urbem. Nihilominus Magister Pelagius aliique multi perstiterunt in sententia, asserentes, tempus illud quod ponendum esset eundo ac redeundo, & sumptus faciendos in expugnandis minoribus locis, melius impendendos metropoli capiendæ; ita uno eodemque labore omnia simul absolvi: quod consilium etiam Regi magis placuit, & stabilitum fuit *g*.

*d* *Cujus defensionem desperans Granatæ Rex*

*sultro se Ferdinando subjicit,*

*relicta eidem urbe Iaënsi.*

*ipsis Christianis habitandata traditur.*

*Decernitur obsidio Hispalensis.*

B C

## ANNOTATA.

D

a *Topographica Blavii tabula Andaluziam repræsentans, media inter Tolerum & Cordubam via, supra Anam fluvium, exhibet oppidulum sub titulo* Villæ-regalis: *sed accuratior Vischerus* Villam-majorem *nominat, & 6 milliaribus altius ad idem flumen notat* Civitatem-regalem, *quam potius hic intelligi credimus.*

b *Hanc existimo esse illud oppidum, quod in Tabulis dicitur* Alcala Regalis, *& Giennio abest* 8 *milliaribus.*

c Illora, *licet non exprimatur in iisdem Tabulis, tamen usque hodie nomen suum retinet, leucis ferme* 5 *distans ab Urbe Granatensi, sicut disco ex litteris nostri P. Ioannis Gamiz.*

d *Addit Mariana* Regem Oysemelium, factione inter suos tumultuante, de vita deque imperio periclitantem, præsidium quæsivisse à Christianis.

e *Zurita lib.* 3 *cap.* 42 *nos docet urbem traditam fuisse medio mense Aprilis* 1246.

f *Ægidius Davilà tom.* 1 *Theatri sui Ecclesiastici pag.* 245, *primum hujus urbis Episcopum facit* Dominicum, *qui tamen Beatæ sederit totis* 59 *annis, fueritque Ordinis Prædicatorum, & successorem habuerit* Petrum, *à quo* Giennium *relata sit Sedes anno* 1249, *annuente* Innocentio IV. *De* Petro *nulla occurrit dubitandi causa, de* Dominico *longe maxima. Hic enim (scilicet* Dominicus) *non potuit ante annum Christi* 1249 *fuisse annis* 59 *Episcopus, nequidem* Beatiæ; *debuisset namque anno* 1190 *ordinationem suscepisse: & tamen constat, quod quando pugnatum ad Xerèz est an.* 1254, *Beatia adhuc habebat suum Mauricum Regem. Præterea* S. Dominicus, *Ordinis Patriarcha, teste Bzovio Dominicano in Annalibus, primum suos alumnos cœpit mittere in Hispaniam anno* 1219, *annis quatuor post impetratam sui Instituti approbationem. Porro cum antiquitus neque* Beatia *neque* Giennium *fuerint urbes Episcopales, facile crediderim facultatem novi Episcopatus instituendi in urbe Giennensi, cui etiam Beatia subesset, primum expeditam fuisse anno* 1249 (*neque enim istiusmodi negotia solent tam cito Romæ confici*) *adeoque* Petrum *primum fuisse urbis utriusque Episcopum; idque tenendum esse, donec pro* Dominico, *saltem ad paucos annos Cathedram tenente, certius nanciscar testimonium.*

*Giennensis Episcopus primus, an Dominicus?*

E

g *Hic addiderim, eodem quo hæc agebantur tempore, Regem quoque Aragoniæ felicissimos habuisse progressus in Regno Valentino contra Barbaros: quos ne impedirent veteres prætensiones Castellani in Navarram, & novarum simultatum quotidiana occasiones; provisum est, contrahenda denuo inter ipsos Reges affinitate; dum* Alfonsus *Sancti primogenitus*, Violantem *Iacobi æque primogenitam, ex Violante Andreæ Hungariæ Regis filia anno* 1234 *ducta natam, uxorem duxit Vallisoleti mense Novembri, ut ait Zuniga: qui deinde explicat, quomodo novæ utrimque simultates ex ipsis victoriis ortæ inter Socerum Regem & Infantem generum, compositæ fuerint an.* 1248 *mense Aprilis, definitis Murciensis ac Valentini regni limitibus, quoad loca adhuc acquirenda.*

*Inter Castellanum & Aragonem contracta affinitas, pacis vinculum.*

F

## PARERGON IV.

### De situ & munitionibus urbis Hispalensis tempore obsidionis mox narrandæ.

77 PRius quam porro pergam Latine reddere textum Chronicæ Ferdinandææ, *expediet, ad eum clarius & facilius intelligendum, præoculis ponere situm statumque urbis, qualis erat cum eam obsedit* Rex sanctus, *præeunte & prælucente accuratissi-*

*Describitur urbs amplissima*

A *mo Hiſpalenſis hiſtoriæ & antiquitatum urbis ſcriptore* Alfonſo Morgado, *annis ab hinc ferme centum impreſſo Hiſpali. Hic cum lib.* 1 *cap.* 14 *dixiſſet, quod* Mauri Hiſpalenſes, progeniti à primis ex Africa tranſgreſſis Hiſpaniarum domitoribus Arabibus, eo tempore Rege deſtituti, numquam ſe voluerunt ſubjicere Maurorum Granatenſium Regi, utpote ignobiliorum & ex Palæſtina poſt ipſos advectorum, quamvis diu eos multumque ſolicitaſſet; ſed unius inter ſuos præcipui, Axataf dicti, conſilio fere & auctoritate regebantur; *hæc, inquam, cum dixiſſet* Morgadus; *quam fuerit urbs armis annonaque & omnis generis apparatu ad vitam bellumque ducendum inſtructa, colligi jubet ex diuturnitate obſidionis tolerata.* Sed & hæc, *inquit,* brevis temporis fuit, reſpectu ingentium hujus urbis virium. Etenim ambitu præcipui ſui muri complexa ſpatium non minus quam octies mille ſeptingentarum ac quinquaginta virgarum, plena erat populo bellicoſo ac fere innumerabili. Muri alti ac firmi, abſque rima aut ruptura ulla; utpote numquam bello pulſati, inſtructique turribus per circuitum centum ſexaginta ſex & pluribus. Præcingebat eamdem antemurale, quale

*cincta turribus 166.*

B cuicumque magnæ civitati vel ſolum ſufficere ad munitionem poſſet, cum foſſa bene profunda ac larga. Portæ ejus principales duodecim (ut de poſticis duobus taceam, Alcazarii & Atarazanarum dictis) cum procurrentibus oblique propugnaculis, erant denſatæ clavis & ferreis laminis obductæ, ſupra duriſſima boum tergora, craticulis chalybeis ſubſtrata.


*Præſidium habens ex Axarafa ſubſidium*

78 Quia tamen ex latere uno, atque adeo dimidia ſui parte, ſex portas habente, ſecuram magis urbem faciebat fluvius Bætis, ad cujus ſiniſtram ripam verſus Occidentem jacet; ideo ex altero latere ſublimiores firmioreſque muros turreſque cum antemuralibus fecerant de induſtria, foſſam etiam latiorem profundioremque, ſicut hodie videntur. Sed nihil æque magnam Mauris fiduciam dabat, ut ſeſe inexpugnabiles crederent, quam commoditas ſubſidii tam hominum quam alimentorum, inferendorum ex famoſo illo & fertiliſſimo Herculis horto (Axaráfam ipſi appellabant) qui ex adverſo urbis trans flumen incipiens, decem leucas in longitudinem & quinque in latitudinem extenditur, triginta autem leucas ſuo ambitu complectitur; uſque ad oliveta Nieblenſia pertingens: in quo centum millia prædiorum, præter arces vicoſque, numerabantur; habebatque in fronte Caſtellum Trianæ nuncupatum, quod ex una parte, qua Hiſpalim reſpicit, flumen alluit; ex altera, muri cingunt; inſtructi turribus altis ac firmis, quales nunc quoque conſpiciuntur. Hinc porro vix dimidia leucæ horariæ parte diſtabat perquam munita civitas Haznalpharáche, quæ omnes totius Axaráphæ Mauros tuebatur, poſita ſupra jugum montis, ad dexteram Bætis infra Trianam, turrita etiam ipſa: quæque una cum caſtro Trianæ clavis erat regionis iſtius. Caſtro autem, præter turres, prætenſa ex hac parte erat foſſa grandis, quæ nomen uſque nunc retinet foveæ Trianenſis; per B quam derivabatur fluminis ipſius brachium, Caſtello ac turribus eius circumductum. Ut autem facilior eſſet inter urbem caſtellumque iſtud communicatio, ligneum ſupra naves grandes ac robuſtas pontem ſtraverant Mauri, quem ferreis catenis ipſi caſtello adſtrinxerant. Ut vero naves eis pontem ſtantes, & occupantes grande illud quod ante urbem protenditur fluminis ſpatium, ab omni incurſu ſecuriores conſiſterent, ad Turrim auream affixa erat ingens catena ferrea, quam quoties viſum fuerat tendere poterant trans ipſum flumen, affigendam cuidam firmiſſimo muro, hodiedum manenti in platea quadam Trianenſi, ab inde nomen Parietinæ habenti.

EX HISP.

*per caſtellum Trianæ,*

*& pontem,*



Hen. Cauſe ſcul.

*Ejuſdem icon in theatro urbium*

79 Hæc Morgadus, *tam clare omnia, ut præter ichnographiam urbis atque ſuburbiorum, oculis ipſis ſubjiciendam, deſiderari amplius nihil poſſit: hunc autem defectum curioſo lectori ſupplere quadamtenus poterit triplex iconiſmus urbis Hiſpalenſis, ſecundum varium ejus aſpectum inſertus* Theatro civitatum orbis, *per* Georgium Braun *ſocioſque & ſucceſſores, ſex libris vulgato Coloniæ, ab anno* MDXXIII *uſque ad* MDCXVII, *ſcilicet lib.* 1 *tab.* 2, *lib.* 4 *tab.* 2, *& lib.* 5 *tab.* 7 : *itemque in multo auctiori meliuſque ordinato Theatro, ante non multos annos*

EX HIST. *edito Amſtelodami apud Ianſſonium. Hic ſiquidem redemptis Colonienſibus laminis, ante centum annos ſculptis, tamquam novis eſt uſus, nulla adhibita diſtinctione ab iis quas novas addidit; quod tamen monendus hic Lector videtur, ne titulo libri deceptus, ex laminis prædictis judicium formet de præſenti tempore quo urbes multæ, atque imprimis Hiſpalis, plurimis ædificiis magnificentiſſimis publice privatimque auctæ, aliam prorſus faciem induerunt, etiam extra mœnia. Porro prædictarum Tabularum ſecunda inſtituto huic accommodatior eſt, quia ad planum aptatur, cum enumeratione ac deſignatione ſingularum portarum, præcipuorum templorum, fororum, atque ſuburbiorum. Intereſt tamen inter hic deſcriptam antiquam, & ibi notatam deſignationem recentiorem, quod ibi nulla appareant indicia antemuralium, & quod ſuburbium Trianæ, ex quo conſpiciendus urbis ſitus datur, repræſentetur abſque exterioribus ab averſa parte mœnibus, turribus ac foſſa, fortaſſe ſolo jam æquatis; ſolum ex parte Meridionali videtur apparere pars aliqua veteris illius muri, cui prædicta Catena ex Turri aureâ trans flumen ducta, affigebatur: ex parte vero Boreali conſpiciuntur, ad caput pontis Trianenſis, formidabiles carceres ſacræ Inquiſitionis; in modum caſtelli octonis turribus ſepti. Pons ipſe navigiis innititur minime magnis, nec ullatenus comparabilis ei eſt, quem noſtro Scaldi inſtratum ſæpe vidimus Antverpiæ, cum id belli neceſſitas poſtulabat. Quin etiam pro ripa, uſque in fluminis alveum manu aggeſta, mutataque & ſilicibus eleganter ſtrata (ut apud nos eſt) aliud non videas quam informem arenariam, nulliſque præſidiis ad commodam navium exonerationem inſtructam, quamvis etiam maximæ dicantur flumen huc uſque ſubire. Hæc omnia poteris utcumq; concipere ex ſuprapoſito ſchematiſmo, in quo ſpectanda exhibetur pars utrimque extrema civitatis, cum ponte trans Bætim ſtrato, uti nunc eſt; & catena trans eumdem tenſa, uti olim fuiſſe concipio ſuper defixos in alveo palos, tanto ponderi ſuſtinendo idoneos.*

non valde ab antiquo diſcrepans,

B

atque etiam ex parte hic poſita.

80 *Vltra prædictum Trianenſe caſtellum, videre eſt longam ſecundũ fluminis flexum plateam utrimq; habitatam, uſque ad monaſterium de las Cuevas ſeu Cavearum, Patribus Carthuſianis attributum, quod originem ſuam primùm ſumpſit circa finem ſeculi* XIV. *Porro pergendo, ſecundum fluminis ejuſdem flexum, eadem tabula oſtendit Amphitheatri ampliſſimi rudera, cum monaſterio S. Iſidori, locique nomen à Sanctis Brigitta & Pontio ſortitis; additurque epigraphe* Sevilla la Vieja, *id eſt* Hiſpalis vetus. *Hinc aliquando mihi viſum eſt veroſimile, quod Mauri, qui vix ullam Hiſpaniæ civitatem aut ne vix quidem ullam diruerunt, quam non aut aboleverint penitus, aut alio tranſtulerint; eam quæ ſub Romanis Gothiſque fuerat Hiſpalim, à dextero Bætis fluminis latere ad ſiniſtrum tranſportarint. Verum eruditi omnes Hiſpani appellationem iſtam* Seviliæ Veteris *rident, ut inſulſum rudis vulgi commentum; certiſque argumentis docent veteris* Italicæ, *non* Hiſpalis, *reliquias eſſe ampliſſimorum, quæ iſtic adhuc reperiuntur, ruderum veſtigia. Nam & frequentes iſtic effodiuntur nummi,* Italicæ *nomen inſcriptum habentes in averſa facie; & quem vulgus vocat* Santiponce, *videtur eſſe* S. Gerontius, Italicæ in Hiſpania Epiſcopus & Martyr, XXV *Auguſti inſcriptus Romano Martyrologio. Itinerarium autem Antonini Imperatoris,* Ab Hiſpali Italicam P. M. VI *conſtituit, idque trans flumen Occidentem verſus. Eſt autem ibidem adhuc locus,* Talca *dictus, in partitione territorii Hiſpalenſis à ſancto Rege decreta, qui propius nomen veteris* Italicæ *repræſentat. Ceterum ipſa Hiſpalis proprium ex re nomen habuerit; ſi (quemadmodum docuit Ortelium noſtrum Arias Montanus)* Phœnicium *illud eſt*, ex Spila vel Spala deflexum, quod planiciem ſive virentem regionem ſignificat, *qualis eſt omnis ea, quæ urbi ad meridiem poſita, vulgato nomine* Tablada *dicitur*, nomen, *inquit Morgadus*, ab eo habens, quod ſit campus *planus ac ſpatioſus* (*Latine* Tabulatam *poſſemus dicere*) quo loco, *inquit Braunius, in Theatro urbium præcitato*, plurima antiquitatis monumenta eruuntur, veluti tymbi, lapideæ ac vitreæ lampades, urnæ, numiſmata, & alia id genus, ex quibus Romanorum ſepulturam hic quondam fuiſſe intelligi poteſt.

Quæ trans flumen vulgo Vetus Hiſpalis dicitur

C

potius Italica vetus diceretur.

Vnde nomen

D

## CAPUT XIII.

*Progreſſus Hiſpalim Rex oppida quædam per iter capit: ejus claſſis Mauricam vincit.*

REbus apud Jaën compoſitis, uti dictum eſt, obſidioneque Hiſpalenſi decreta, Ferdinandus pro ſe reliquit Ordonium Ordoñez urbis Præfectum, qui reliquam domorum agrorumque partitionem proſequeretur, ſecundum mandata ſibi facta; & ipſe Cordubam rediit, atque poſt paucos dies egreſſus tetendit *a* Carmonam, quotquot extra portas reperit Mauros mactans aut capiens. Eorum, qui hac vice comitabantur Regem, præcipui erant hi: Alfonſus frater Regis, filius D. Henricus; Magiſtri Ordinum S. Jacobi & Calatravæ, Didacus Sanchez & D. Ferdinandus Xuarez. Comitabatur eumdem equitatus Cordubenſis, perquam bene exercitatus; & Rex Granatenſis, jam Regis vaſſallus, cum equitibus quingentis, apud Carmonam eumdem aſſecutus. Deſolatione autem circa Carmonam quanta potuit facta, Rex cum exercitu abiit Alcalàm Guadayræ *b*. Mauri vero qui Alcalæ erant, intelligentes Granatenſem Regem eſſe in comitatu, egreſſi ex oppido ipſum ei tradiderunt: qui continuo illud conſignavit Ferdinando in manus. Hic vero Alcalæ ſubſiſtens, fratrem ſuum Alfonſum cum Magiſtro Pelagio juſſit incurrere in Axarâpham Hiſpalenſem; Regem vero Granatenſem, cum Magiſtro Calatravæ ac filio ſuo Henrico, immiſit contra Xerèz *c*.

81 *Poſt vaſtatos agros Carmonenſes,*

a

E

occupatamque Alcalàm Guadayræ

b

82 Ibidem Alcalæ exiſtenti Regi loctimque munienti, nuntiatur obiiſſe ejus matrem D. Reginam *d* Berengariam: nec dici poteſt quantum ex illa morte ſenſum doloris hauſerit atque monſtrarit. Succurrit tamen ei, ne triſtitiæ ſuccumberet, innatum animi robur, invictaque conſtantia ad quoſvis caſus perferendos. Neque vero præter rationem erat, quod talem jacturam dolenter ſe ferre Rex tantus monſtraret. Perdebat enim matrem, cui parem generoſitate atque virtute Rex nullus habuit: quæ utrique regno, Legionenſi atque Caſtellano, imo Hiſpaniæ univerſæ, ſpeculum omnis probitatis fuerat; cujus unius conſilio, non unum tantum ſed plura regna gubernabantur; quæque omnes ætatis ſuæ Reginas meritis exuperavit. Deplorata autem mors ejus fuit per omnes civitates, oppida, villas Caſtellæ ac Legionis, à magnis æque ac parvis; ſed præcipue à nobilibus egentioribus, erga quos beneficentiſſima erat; perfecta & conſummata in virtute, Dei rerumque divinarum amans, virtutis exemplum: quam bonorum omnium remunerator, ut veram famulam & amicam dilectam, faciat cum Sanctis ſuis regnum æternum hereditare. Amen.

nuntiatus Regi mors ſuæ matris.

c

d

F

83 Meminit Hiſtoria noſtra ſuperius, quomodo Rex Ferdinandus, Alcalà Guadayræ potitus, fratrem ſuum in fines Hiſpalenſes, Regem vero Granatenſem juſſit in Xeritanos excurrere; nunc refert, quomodo iiſdem à demandata ſibi expeditione regreſſis, Ferdinandus ratam ac gratam habens operam ſibi à Rege Granatenſi navatam, eum-

Qui dimiſſo ad ſua Rege Granatenſi,

A eumdem in regnum ſuum remiſerit, ab ulteriori ſervitio abſolutum. Hic magnas ei gratias agens, lætus atque hilaris ad propria rediit; ipſe autem Ferdinandus Cordubam ivit, propoſitum habens in Caſtellam regredi. Sed ſuorum conſilio deſuper audito mutavit mentem: conſiderabat enim rebus ſuis perquam noxium tali tempore fore regreſſum in Caſtellam, ubi inventurus eſſet multa, quæ ut remedio ſic etiam mora longiori egebant; interim vero meſſem facturos Mauros vireſque ſumpturos, quos poſtea difficilius multo frangeret, atque ad eam in qua nunc erant imbecillitatem reduceret. Hoc ergo conſilio approbato, Corduba diſcedens verſus Jaën redivit; ibique intendentem bello contra Mauros proſequendo convenit Burgenſis quidam civis valde opulentus, nomine Raymondus Bonifacius: cujus adventus Regi gratiſſimus fuit, quia erat vir inſtruendæ regendęque claſſi navali idoneus, & ipſe decreverat fabricandam unam, qua uteretur in mari ad ſubjiciendam ſibi facilius Hiſpalim. Quare poſt longos cum illo ſermones, remittens eum, in mandatis dedit, ut quam maximam poſſet claſſem *e* compararet navium & triremium, cum eaque veniret verſus Hiſpalim.

*ſuſſaque parari claſſe.*

B *e*

84 Raymundo cum talibus mandatis dimiſſo, regreſſus eſt Cordubam Ferdinandus: ibi enim condixerat Proceribus atque Magiſtris Ordinum ac populorum Deputatis: mox autem atque exercitus convocatus adfuit, procedere verſus Carmonam juſſit, ipſemet continuo ſubſecuturus. Præceſſit ergo ille, & Rex quinto poſt die aſſecutus eum eſt: quo præſente, ſtatim cœperunt vaſtari ſuburbana omnia, horti, vineæ, fruges; creſcente continuo numero Chriſtianorum, per eos qui ex regno Legionenſi, Coriâ item, Granata, *f* Motanches, Medellino, Cacéres, aliiſque ex locis affluebant. Quod videntes Mauri Carmonenſes, ratique ſe obſidendos, petierunt inducias menſium ſex, quibus manerent quieti à bello ſub certo tributo, interim vero tractaretur de oppido Regi tradendo. Placuit Regi propoſitio talis, libenterque eis poſtulata conceſſit: quippe cui minime in animo eſſet, obſidioni iſti ſe ſuaſque vires impendere *g*. Similiter etiam Mauri illi, qui Conſtantinam, quique Reynam incolebant, acceſſerunt ad Ferdinandum, poſtulantes conditiones, ſub quibus oppida ſua traderent ei; quas continuo eis definivit, & Conſtantinam Cordubæ, Reynam Ordini S. Jacobi conceſſit, manentibus ibidem Mauris, quia ſic convenerat. Tum Priori S. Joannis, qui poſtea Commendator fuit, mandavit Rex, ut cum numero congruo militum peteret *h* Loram: cujus incolæ diffidentes ſibi, mox pacti deditionem, locum Priori pro Rege tenendum tradiderunt; hic vero illum cum diſtrictu ſuo donavit Ordini Hoſpitalariorum S. Joannis. Deinde Carmona diſcedens, tranſivit vado flumen Guadalquivir dictum, non ſine magno ſuo ſuorumque periculo, propter ſpatioſas ſalebras ibi occurrentes, quibus operiendis ſuperandiſque contextæ fuerunt plurimæ crates ex ramis arborum, per quas ſolo ſtratas utcumque tranſgredi multum laborantibus contigit.

*Carmonam deditione cepit.*

f

g

C

*deinde Loram;*

h

85 Tranſito autem flumine, itum eſt Cantiliana, quæ Maurorum erat; & hanc vi obtinuerunt Chriſtiani, occiſis captiſque quotquot intus erant, numero ſeptingentis. Tum porro proceſſum Guillenam, Mauris quidem refertiſſimam, ſed excidio Cantilianæ facto ſic territis, ut elegerint paciſci quietam in loco commorationem, ſalvis rebus ac fortunis ſuis, ſeque Regi ſic ſubdere: qui eis in fidem receptis, perrexit Gerenam *i*, ubi Mauri ſeſe ad ſtrenuam defenſionem paraverunt. Hoc cognito crates ac vineas Rex fieri juſſit, & reſiſtentes validiſſime oppugnari. Qui ad anguſtias magnas redacti, paciſci quidem voluerunt; ſed audire eos Rex noluiſſet, omnes perditos volens, niſi Magnates ſui ei ſuaſiſſent, ne iſtic ſe pateretur occupari. Quare indulſit iis ut liberi egredi e loco poſſent, nihil ſecum auferentes; ipſe vero Guillenam rediit, ubi gravi preſſus infirmitate, ne curſus victoriæ ſiſteretur, exercitum miſit verſus *k* Alcalàm del Rio, obſideriique eam juſſit, & oppugnari uſque dum caperetur. Hoc dum machinis adhibitis conantur exequi duces militeſque, convaluit Rex; illucque profectus, præſentia ſua accendit oppugnationem: exiguo tamen cum ſucceſſu, quia baliſtæ murales tertia quartaque vice rumpebantur. Erat autem intra oppidum Axatàf Maurus, qui cum equitibus trecentis frequentes ac damnoſas Chriſtianis faciebat eruptiones. Ideo mandavit Rex omnes hortos, vineas, ſegetemque ſuccidi: quo viſo Maurus, non auſus ibi diutius ſubſiſtere, egreſſus inde ſeſe Hiſpalim recepit; ceteri vero, quibus potuerunt conditionibus, fecerunt Regi deditionem.

EX HISP. *i*

*k* *Alcalàm del Rio.*

E

86 Oppido huic muniendo dum intendit Ferdinandus, nuntiatum ei eſt Raymundum Bonifacium venire quidem cum claſſe, ab epibatis, militibus, annona, & omni apparatu bellico optime inſtructa; in magno tamen periculo poſitum eſſe, propter ingentem vim copiarum Mauricarum ex Tanger, Zeuta, atque ipſa Hiſpali terra marique venientium in occurſum, proinde opus eſſe auxilio feſtinato. Ad hujuſmodi nuntium exhilaratus Rex, ne quid damni claſſis pateretur ex mora, miſit continuo Rodericum Flores, Alfonſum Teliez, & Ferdinandum Dianiez, cum ſufficienti equitatu ac peditatu. Hi cum veniſſent eo ubi in anchoris ſtabat claſſis, nullos conſpexerunt Mauros; nec adventuros rati, rediverunt Alcalàm, ubi Regem dimiſerant. Verum vix abierant, quando advenerunt Mauri, cœperuntque acriter oppugnare naves Chriſtianorum. Qui viſo diſcrimine, nequaquam dimiſerunt animos: ſed generoſiſſimè præliantes, Deoque cujus cauſa agebatur fidentes, adjuvante eos benedicta Virgine Maria ſuique Regis Ferdinandi fortuna, adeo ſtrenue rem egerunt contra fidei inimicos, ut turbatis eorum ordinibus triremes tres ceperint, unam combuſſerint, tres mari merſerint, ceteras in fugam egerint, quæ uſque triginta advenerant, cum Raymundus ſolum tredecim numeraret. * Ita in aquis res acta: terra autem magna quoque vis Maurorum egreſſa erat, tam Hiſpali quam ex aliis partibus; quando ex caſtris regiis proceſſit Eques D. Rodericus Alvarez: qui intelligens Mauros eo tendere, ut claſſem aditu prohiberent; quam potuit celerrime cucurrit in auxilium Chriſtianorum, inciditque in cohortem Maurorum, cum quibus confligens diſpulit in fugam, & magnam in eos ſtragem exercuit.

*Ejuſdem claſſis pro obſidione Hiſpalenſi*

1

F

*Maurorum claſſem profligat.*

## ANNOTATA.

a Carmona, *etiam Ptolomæo ac Straboni nota, urbs olim ampla, etiam hodie ad quinque millia focorum numerat, diſtat Hiſpali ad Ortum leucis ſex, uti ait Morgadus cap. 15; ex quo plurimam huic & ſequentibus capitibus lucem adferemus, utpote qui hanc ipſam Chronicam præ oculis habuerit, & accurate expenderit.*

REX HISP. b Alcalà *hæc duobus ſolum milliariis diſtat Hiſpali, unde intelligas fere quo loco caſtra fixerit Sanctus, aliquo ſcilicet inter hanc & illam medio.*

c *Hæc eſt* Xerèz de la Frontéra, *ſeu* Limitanea, *verſus Mare, cujus ſupra facta mentio, & unde una ex primariis urbis portis, ea ſcilicet quæ ducit ad mare, nomen tenet.*

*Mors R. Berengariæ,* d *Annus agebatur* 1246. *quare cum (ſicuti dictum eſt) nata fuerit* Berengaria *an.* 1171, *oportet ipſam ætatis ſuæ annum* 75 *exceſſiſſe cum obiit, die (ut alicubi legiſſe ſcio)* 8 *Novembris. Moriens humiliter & in plano ſepeliri voluit, in regio Huelgarum monaſterio Burgi: ſed* *tranſlatio corporis.* *cognominis ei ex ſancto filio neptis, anno* 1251 *honorificentius transferendam curavit; & ne ſoli præſenti ſeculo pompa illa ſerviret, ab* Innocentio Papa IV *obtinuit Indulgentias omnibus, ipſo die ac decem poſt ſecuturis pro anima ibidem oraturis: de quibus Indulgentiis vide Odericum Raynaldum in Annalibus num.* 27 *anni jam notati* 1251.

e *Incolæ* S. Vincentii de Barquéra, *iſtam claſſem apud ſe fabricatam fuiſſe gloriantur, apud Zunigam ad an.* 1247 *num.* 1.

f Motanches, *quamvis non exprimatur in tabulis, urbem tamen inſignem fuiſſe oportet, quæ tam* B *expreſſe hic nominatur.* Cacéres *media fere eſt inter Coriam & Emeritam, aliquanto longius diſtans Metellino.*

g *Sed neque conſultum erat urbem hoſtilem tam potentem, qualis erat Carmona, habere à tergo.* Conſtantina *autem &* Reyna, *Caſtella fluitibus propiores cis Bætim, etſi longius ab Hiſpali poſita (præſertim* Reyna, *quatridui itinere diſſita) incommodare tamen vehementer poterant commeatibus, ad caſtra vel Murciam deducendis.*

h Lora, *media fere via inter Cordubam & Hiſpalim, ad dexteram Bætis ripam.*

i Cantiliana, Guillena, Gerena, *uno fere tractu ab Ortu in Occaſum tendenti occurrunt, prior ab Hiſpali leucis* 5, *ſecunda* 3, *totidem quoque diſtat ultima.*

k Alcalà, del Rio *dicta, quia in dextra Bætis ripa ſita, duabus leucis ſupra urbem.*

*Bætis ad Hiſpalim amplitudo.* l *Quamvis* Hiſpalis *decem circiter leucarum ſpatio ab Oceano diſtet, æſtuario tamen amplo dilatata pars extrema fluminis, navibus copioſis aditum præbet, eaſque ad urbem uſque tranſmittit: itáque Claſſis Chriſtiana non niſi una alterave ab urbe leuca videtur ſtationem ſumpſiſſe.*

## CAPUT XIV.

C

### *Terreſtres aliquot victoriolæ de Mauris.*

87 *Rex trajecta parte exercitus* NEcdum intellexerat Ferdinandus relatam à claſſe ſua contra Mauros victoriam: quare in illius auxilium feſtinans etiam ipſe, nocte prima dormivit ad Vadum quod à Palis *a* nuncupatur, idque ad decimum quintum diem Auguſti. Altero die pervenit ad Turrim *b* appellatam à Canali; multumque exhilaratus eſt, audito pugnæ navalis ſucceſſu; juſſitq; magis ſurſum agi claſſem *c*. * Pelagius autem Corréa Magiſter Ordinis S. Jacobi, cum equitatu ſuo, tam Fratrum quam ſecularium circiter ducentorum ſeptuaginta capitum, fluvium *d* natatu tranſivit ſubtus *e* Aznalfarache. Audax profecto conſilium: ad eam enim partem poſuerat ſeſe, tranſitum exercitui prohibiturus, Abenamafon Rex *f* Nieblæ; tota autem exinde terra erat Maurorum numero fere infinitorum, ipſumque Aznalfarache habebat equites peditesque, & ex toto diſtrictu plurimi undique accurrebant. Ita Magiſter cum Equitibus ſuis quotidie pugnare debuit, modo cum unis, modo cum aliis, nullam ei requiem permittentibus: *g* & nihilominus ſemper D remanebat victor, modo confuſis ordinibus recedere eos cogens, modo grandes eorumdem ſtrages g edens. Videns autem Ferdinandus Rex, quanto in *eaque ripam alteram obtinente,* diſcrimine verſaretur Magiſter; Non eſt æqua, inquit, partitio inter nos & eos qui ſunt trans flumen: hic enim ſumus ad mille equites, & illi trecentos non numerant: oportet ergo ut aliqui adhuc eis ſe jungant. Itaque mandavit Roderico Flores, Alfonſo Tellez, & Ferdinando Diañez ut & ipſi ad alteram ripam tranſirent: quod feliciter factum, magno rebus adjumento fuit, ſicut infra dicetur.

88 Interim Rex ipſe, cis flumen metatus caſtra, quotidianis etiam Maurorum incurſibus fati- *cis flumen caſtra metatus incommode* gabatur, nec pauca recipiebat ab iis damna, tam hominum quam jumentorum; idque hi faciebant citra periculum ſuum, eo quod regio tota eſſet plana, ubi inſidias nullas timere debebant; opuſque erat Chriſtianis continuo manere in armis. Quare viſum eſt Regi transferenda eſſe caſtra in *h* Tabladam. Huc ergo cum procederet exercitus, latus h ejus tegebat Eques quidam, Gomez Ruyz Manzanédo nuncupatus, cum cohorte Madritenſi: in quem incurrentes magno cum impetu Mauri, equites duos & ſex equos occiderunt. Tamen adeo generoſe repulſi ſunt à Chriſtianis, ut denique eos in fugam *ſtationem mutat.* egerint fere Hiſpalim uſque, multis Maurorum mactatis, & equis captis; atque ita probe ſuorum cædem ultus eſt Gomeſius. Traductus autē in Tabladam exercitus, ut melius potuit caſtra munivit, pro exiguo numero quo conſtabat: necdum enim advenerant delecti à Communitatibus milites: quare ut ab incurſibus Maurorum tutiores ſe redderent Chriſtiani, circumduxerunt iiſdem caſtris profundam foſſam. E

89 Contigit porro quoſdam equites egredi ad cuſtodiam pabulatorum, poſt quos egreſſi ſunt, aliquantam moram in caſtris trahentes, Don Garcias Perez de Vargas & alius quidam Eques, viderunt- que obviam ſibi venire ſeptem Mauros: quibus conſpectis, dixit ille alter D. Garciæ; Domine, ver tamur retro, ipſi enim ſeptem ſunt; nos autem *Garcias Perez ſeptem Mauris occurrens,* dumtaxat duo. Cui Garcias, Non ita, inquit, mi Domine, ſed progrediamur; neque enim nos audebunt expectare. Viſa eſt alteri fiducia iſta plena dementiæ: quare adducto fræno retro egit equum, rediitque in caſtra quam occultiſſime potuit, ſeque in tentorium recepit. Erat interim in ſpeculis Rex, & quoniam regio plana erat, ipſe vero tentorium in editiori nonnihil loco habebat, vidit omnia quæ F agebantur: mandavitque ut in auxilium illius, qui *ſpectante eminus Rege,* ſolus pergere contra ſeptem præſumebat, egrederentur aliqui. Sed Laurentius Xuarez, lateri aſſiſtens, qui viderat egredientem ex caſtris D. Garciam Perez, certoque ſciebat ipſum hunc eſſe; Nihil, inquit, eſt opus, Domine mi Rex: eques enim ille eſt Garcias Perez, nec eget auxilio contra ſeptem Mauros; qui, ſi noverint eum, cavebunt congreſſum; ſin autem, videbit Celſitudo ſua quantus ille ſit. Cum ergo Mauri appropinquarent, petiit à ſcutifero arma ſua, mandavitque à *impune eos tranjis:* ſe ne abiret longius; caſſidem vero alliganti excidit pilcolus inobſervatus, atque ita viam eſt proſecutus Garcias, pone ſubſequente ſcutifero. Mauri vero agnoverunt eum (erat enim inter ipſos famoſus ex rebus quacumque occaſione geſtis) nec præſumpſerunt eum aggredi, ſed in utrumque latus viæ partiti comminabantur. Tranſivit ergo Garcias, irretorto vultu eos intuens.

90 Tunc

A 90 Tunc illi abeuntes, ſubſtiterunt in loco, ubi Garciæ pileolus de ſub caſſide exciderat: quem deinde, galeam diſſolvens, ut deeſſe vidit, quæſivit ex ſcutifero ubinam is eſſet. Hoc autem reſpondente, ſe nihil de eo ſcire; intellexit Garcias exciditque eum ſibi: ideoque reſumens arma, relegere iter quo venerat voluit, mandans ſcutifero, ut attento oculo elapſum requireret. Graviter id ferens armiger, Eja, inquit, Domine, an tu propter pileolum vilem redire in tantum diſcrimen cupis? nec ſatis gloriæ tibi eſſe putas, quod unus non timueris ſeptem equitibus occurrere, eiſque deſpectis progredi via tua? At Garcias: Tu vero, non vides, ſine pileolo ſi ſim, ſine capite me eſſe? (erat enim calvus) & hoc dicens regreſſus eſt eo, ubi primum arma induerat. Tunc Laurentius Xuarez redeuntem videns, inquit Regi: Vide quomodo regrediatur ad Mauros, aggreſſurus ultro eos, qui ſe aggredi tranſeuntem timuerunt: nunc videbis quam fortiter in eos invecturus ſe ſit, ſi forte eum audeant præſtolari. Aſt hi redeuntem verſus ſe conſpicati, receperunt ſeſe, nec auſi ſunt hominem exſpectare. Tum iterum Laurentius: Eccum, ut B dixeram; non audent ſeptem Mauri expectare unum Garciam Perez, quod Celſitudini tuæ ſpecimen ſit ejus famæ, qua etiam hoſtibus noti ſunt generoſiores Equites tui. Denique perveniens ad locum Garcias ubi pileolus exciderat, armigero deſilire in pedes juſſo ipſum recepit capitique impoſuit, atque ad pabulatores perrexit *i*. Reverſis autem equitibus iis, quos egreſſos diximus, ad illorum cuſtodiam, cum iiſque Garcia; quæſivit ex eo coram Rege Laurentius, ecquis fuerit Eques iſte, qui eum deſeruerat. Sed Garcias negavit ſe noviſſe hominem, neque patienter tulit ſe in faciem laudatum: idem vero poſtea ſæpe interrogatus, ſemper excuſavit ſe ſcire quis eſſet, quamvis hominem quotidie videret in caſtris; nolebat enim quidquam ejus famæ detractum, qui vulgo bonus Miles habebatur; ſed & armigero inhibuerat, ne cuiquam faceret illum notum, interpoſitis minis ſi aliter feciſſet.

*Rerumque eodem rediens ob amiſſum pileolum,*

*in fugam agit ſolo ſui terrore.*

*i*

91 Tranſlatis, ut dictum eſt, in Tabladam caſtris, impetum in ea Mauri fecerunt, ex ea parte quam tenebant Magiſtri Calatravæ, Alcantaræ *k*, & Alcanizii *l*, inventoſque ibidem verveces aliquot abducebant. Quod intuens Ferdinandus Ordoniez Magiſter Calatravæ aliique Magiſtri, una cum ſuis Fratribus, celeriter inſecuti ſunt Mauros. Cum vero eos jam pene attigiſſent, inciderunt in locum ubi Mauri equites quingenti ſe collocaverant, porroque pergentes venerunt in locum alium inſidiarum, ubi equites trecenti ſubſiſtebant cum multo peditatu. Tum vero utrimque erumpentes in Chriſtianos, in medio eorum deprehenſos, cœperunt acriter ipſos hinc & inde urgere. Qui tali in diſcrimine poſitos ſe reperientes, & vel moriendum ſibi vel vincendum eſſe, Deo commendaverunt animas ſuas; tantoque cum impetu inſiluerunt in barbaros, ferientes à dextris atque ſiniſtris, ut denique in fugam utroſque compulerint, quamvis nonnumquam ſubſiſtentes ac pugnam redintegrantes. Duravit autem ab aurora uſque in horam nonam certamen iſtud, in quo multi Mauri tam equites quam pedites occubuerunt; Chriſtiani vero, obtenta victoria revertentes ad caſtra, obviam habuerunt Ferdinandum Regem, auxilio ſibi venientem, cum quo pariter regreſſi ſunt exultantes ob ſucceſſum.

*k* 1

C *Protracti ad inſidias Chriſtiani pauci*

*victores redeunt.*

92 Talia dum agerentur ex hac fluminis parte apud Regem Ferdinandum, in altera erant Magiſter Pelagius Corréa, Rodericus Flores, Alfonſus Tellez & Ferdinandus Dianiez, ſtationem habentes ſubtus Arnalfarache: qui procedentes inde irruerunt in Gelves *m*; atque adeo ſtrenue oppugnarunt, ut vi locum ingreſſi occiderint aut ceperint Mauros omnes intus repertos, cum opulentis ſpoliis. Hinc vero perrexerunt Trianam, unde contra eos egreſſi ſunt Mauri multi, pedites equiteſque; ſed eos ſic excepere Chriſtiani; ut denique in fugam actos perſecuti ſint uſque ad portas caſtri: atque ita, cum honore & nemine ſuorum amiſſo, redierunt ad ſtationem prædictam. * Ibi cum eſſent, Mauri Arnalfarachenſes quotidie excurrebant, non ſine aliqua jactura hominum noſtrorum ac jumentorum: cui malo remedium poſituri illi, conſilio inter ſe habito, poſuerunt inſidias. Cum ergo ſolito more egreſſi eſſent Mauri, veniſſentque in præparatum ſibi locum; prius quam eum omnino tranſiſſent, detexerunt inſidias. Quod ipſis quidem nonnihil principio profuit: ſed antequam ſe recipere poſſent, adeo acriter invecti Chriſtiani ſunt, ut occiderint ceperintque plures quam trecentos, perſecutique ſint uſque in Arnalfarache, neque deinceps illi auſi E ſint amplius è ſua munitione prodire. Poſt hæc intellexit Magiſter, quod Capitaneus quidam nauticus, Hiſpali miſſus, tranſiſſet Triana, venturuſque eſſet in Arnalfarache ad ſubſidium ſuorum ibidem exiſtentium, itaque tetendit ei inſidias: quas quidem evaſit Maurus exerrans à via, aſſecuti tamen eum Chriſtiani ſunt; & occiſis novem è comitatu, ipſummet dejecerunt de equo; parumque abfuit quin caperetur, niſi maximo numero erumpentes præſidiarii, periculo eum ſubtraxiſſent, quamvis non ſine jactura ſuorum.

m *aliiq; ſimiliter.*

*Minuæ aliquot victoriæ.*

## ANNOTATA.

a Vadum hoc, *inquit Morgadus*, eſt ſupra Alcalàm duabus leucis, ſed, propter commoditatem tranſitus, utendum hoc circuitu fuit: *vulgo eſt* Vado de las Eſtacas. *Cur autem omiſſa commoditate, quam ad obſidionem formandam ex eadem parte fluminis præbere videbantur, jam occupata oppida*, Cantiliana, Guillena *&* Gerena, *maluit* Rex *iterum trajicere flumen, paulo ante tanto labore tranſitum? Cauſam addit Morgadus*, quia, ut ex illa parte occurreret claſſi, tranſeunda fuiſſet tota Axarapha, Mauris confertiſſima.

*Vadum in Bati quæſtium.*

F

b *Vulgo* Torre del Caño, quæ, *ut ait idem Morgadus* hodieque permanet, ſed modo nominatur Turris-pabulatorum, juncta magno Canali, qui tunc temporis Turri iſti nomen dabat, diſtans à ſiniſtra Bætis ripâ quarta circiter leucæ parte, ab urbe autem leucis duabus, & ſex à vado prænominato de las Eſtacas. Caños *autem Hiſpani vocant, non ſolum* Aquæductus (*qualis eſt ille Hiſpalenſibus notiſſimus, & Romanæ magnificentiæ æmulum opus, aquam Carmona deducens*) *ſed etiam minorum fluminum majoribus ſe immergentium oſtia: Turris vero iſta erat ad oſtium Guadayræ, in Bætim ſe exonerantis.*

*Turris-Canalis.*

c Confuſa hæc narratio eſt, *inquit Morgadus*, dum dicitur quod venit Rex à Turri-Canalis ad locum ubi ſtabat claſſis, eamque juſſit ſurſum duci: ex eo tamen quod mox dicitur Pelagius tranſiſſe fluvium infra Aznalpharache, colligimus caſtrorum locum fuiſſe media circiter leuca infra Hiſpalim. Ibi ergo ſteterit claſſis, ubi circa annum MDLX eruta fuit anchora antiquiſſima, & formæ prorſus differentis ab hodierno uſu, quæ potuit à tempore hujus obſidionis ibi jacuiſſe.

*Caſtrorum regiorum locus.*

d *Ita corrigo quod impreſſum erat*, à vado; *& lego*, à nado.

A *Vadè, an nunc sit transitus Batis?*

nado. *Vadum enim nullum concipi poteſt in flumine tam profundo, ut maximas etiam naves Hiſpalim uſque tranſmittat: natatu autem tranſiri fluvios quamvis rapidiſſimos poſſe, non ſolum nos docuerunt Tartari ad Viennam, ſed etiam ſapius videt Hiſpalis, quando intumeſcens Batis, obtecturus videtur majorem minoremque inſulam, ubi armenta ſolent paſcere; tunc enim hæc cum ſuis cuſtodibus natatu tranſeunt in continentem: ſed cuſtodes non aliter fere quam in equis, uti hic Corréa ſociique fecerunt.*

*Oſſetum vetus ubi?*

e *In tertia Hiſpalenſis civitatis tabula, notantur velut rudera magni oppidi atque turriti, uno quadrante ab urbe, cum titulo* S. Ioannis del Foratche: *quia ſcilicet* Equitibus S. Ioannis *locum ſanctus Rex ac filius ejus dederunt: opinio autem communior inter eruditos eſt, eo loci ſtetiſſe vetus* Oſſet, *Plinio nominatum, (cujus nomen Mauri mutarint) & priſcæ ibi Chriſtianitatis reliquias adhuc manere in templo parochiali, fontem ſcilicet baptiſmalem, longe antiquiſſimum.*

f Niebla, *oppidum nunc, tunc ampla ſatis urbs, trans Rivum-tinctum ſive Azocham, Hiſpali fere ad Occaſum ſita, intervallo circiter 10 leucarum.*

g *Iterum hic erratum videtur à librario, ſcribente*

B Embarcándolos; *eſt enim* embarcàr *navigio imponere; neque ſatis commode id explicat Morgadus de fuga Maurorum ad naves ſuas, vel de captivorum tranſmiſſione ad caſtra Regia: quare credo ſcribendum fuiſſe* Embarazándolos, *id eſt* impediendo confundendo illos; *vel* Embargándolos, *quod idem eſt.*

*Tablada campus Hiſpali ſuburbanus.*

h Tablada, *inquit Morgadus*, ab ipſis Hiſpalenſibus muris patens verſus meridiem; atque adeo locus in quem tranſlata caſtra dicit Chronica, magis ex fronte reſpiciebat civitatem, paulo amplius quam media leuca ab eadem diſtans, trans pontem Guadayræ, mediam Tabladam percurrentis, donec ſe in Bætim immergat. *Tam igitur commode illuc ſubvehi omnia poterant, quam ad ipſam Batis ripam, meliuſque muniri caſtra quam in uliginoſo fundo, qualem ad Bætim longo tractu eſſe ſcribit Morgadus. Zuniga num. 7 addit, ibi hodie viſi Eremitorium S. Mariæ de Valme, atque ex traditione haberi, quod ipſo loco ſteterit ſancti Regis tentorium.*

*Garcia Perez audax facinus propter pideolum*

i *Zuniga, in Appendice ad Annales, pro an.* 1247 *num.* 8, *fatetur, non deeſſe, qui putent totam hanc narrationem eſſe apocryphan: neque ipſe pro ea fide-jubere audet: ad ejus tamen qualemcumque confirmationem ex Argote de Molina, in 3 parte Nobiliarii Andaluziæ, ipſam refert rhythmo vulgari expreſſam: qui cujus ætatis ſit neſcitur, ſcitur autem etiam typis vulgatus fuiſſe ante annos ducentos. Non video tamen quomodo res plane fabuloſa irrepere in Chronicam hanc potuerit, niſi hæc ſucceſſu temporum tranſcripta ex originali fuerit & tranſcribendo interpolata, quod probari deberet, non ſimpliciter præſumi; maxime cum tota eadem res legatur in Hiſtoria generali, quæ ſane haud parvæ auctoritatis eſt. Accedit quod liber, inſcriptus Lucanor, à Sancti Regis pronepote D. Ioanne Emmanuelis compoſitus, de eodem Garcia Perez dicat, quod una cum duobus Equitibus præſumpſerit procurrere in unam Hiſpalenſium portarum, eique haſtam impingere, unde ſecutus ſit cruentiſſimus conflictus cum Mauris, ad ultionem tanti contemptus egreſſis: qui conflictus tamen hic præteritur, ſicut & alia haud dubie multa, diuturnæ obſidionis tempore geſta. Denique ſingulares honores, Garcia collati longe ſupra ordinis ſui gradum, ſingularia ejus facinora fuiſſe demonſtrant: nam ſupra portam Xereſiam antiquitus legebatur hæc ſtropha;*

C *veteri rythmo*

Hercules me edificó, | Vn Rey Godo me perdió,
Julio Ceſar me cercó | Vn Rey Santo me ganó,
De muros y torres altas: | Con Garci perez de Vargas

*inſcriptione & ſculptura confirmatum.*

*ubi recuperatio urbis æqualiter tribuitur Sancto Regi & Garciæ, aut ſaltem hic illi præcipuam operam navaſſe indicatur. Quod autem ad præmemoratam heroicam actionem propius pertinet, eſt, quod, cum jubente Philippo II innovanda eſſet Capella Regia, atque ex ejus mandato auferenda ab ea imagines omnes, niſi quæ repreſentarent Angelos, Sanctos, Reges, aut Virtutes; per inadvertentiam ejus qui præerat operi, integræ manſerint duæ, clavicularibus lapidibus arcuum fornicem continentium inſculptæ, quarum una pileolum manu, altera fuſtem tenebat; unde intellectæ ſunt* Garciam *& fratrem ejus cognomento* Maxucam *repræſentare: de quibus interrogatus poſtea Rex quid fieri vellet, retineri omnino eas juſſit; judicans non ſine altiori providentia accidiſſe, ut, contra quam mandaverat, duæ illæ imagines intactæ remanerent. Ego, quod accepi, ſimpliciter retuli: alii, quod voluerint, judicent.*

D

k Alcantaræ Magiſter VI D. Petrus Yañez, *ab anno* 1234 *uſque ad* 1254, *cui Rex donavit Metellinum & Bienquerenciam.* Calatravæ Magiſter XII D. Ferdinandus Ordoñez, *ab anno* 1243 *ad* 1254: *ſub quo ordinem iſtum ingreſſus eſt Regis Frater* Alfonſus, *Dominus de Molina, licet uxorem filios ac filias haberet, ut dicitur in Hiſtoria trium Ordinum.*

l Alcanizium, *oppidum Aragoniæ, ad fluvium Guadalupe; qui inde ad 4 mill. Ibero ſe infundit, Cæſarauguſta (ad cujus diœceſim pertinet) diſtans mill. 14. Id ſub an.* 1348 *nominatur à Mariana lib. 16 cap. 14, veluti alterum caput Ordinis Calatravæ, per ſchiſma diviſi, occaſione Garciæ Lupi Magiſtri, ex Caſtella in Arageniam profugi, ubi titulum* Magiſtri Alcanizii *duobus ſucceſſoribus reliquit; interim dum Magiſter* Calatravæ dicebatur, *pro ipſo electus Ioannes Nunnius: qui demum anno* 1348, *ſublato ſchiſmate, ſolus tenuit Magiſterium. Sed iſta fuerit veteris ſchiſmatis reſuſcitatio potius quam principium: cum enim poſt infelicem ad Alarcos pugnam, amiſſa Calatrava, in ſummas Angustias redactus apud Caſtellanos Ordo,* Alcanizii *in Aragonia Commendatorem ad Magiſterium extuliſſet, videtur is maluiſſe* Alcanizii *Magiſter appellari quam* Calatravæ, *quæ nulla ipſi erat. Vnde factum ſit, ut urbe poſtmodum recuperata & Ordini reſtituta, certari cœperit inter utramque Domum utra potior haberetur, & uterque Commendator appellari Magiſter: nam in utroque ſimul, ut diſtinctis, nominando, Chronica Generalis cum Ferdinandæa conſentit, ut iſtam hic nequeamus interpolatam cogitare.*

*Schiſma inter Equites Calatravæ.*

E

m Gelves, *oppidulum ſeu vicus,* Trianæ *proximus ad occaſum eſt.*

F

## CAPUT XV.

### *Pugnæ & velitationes terra fluvioque, eventu vario.*

93 POſt tot tantaſque ſtrages, quas Mauris Chriſtiani intulerunt, perſeverante in obſidione Hiſpalenſi Ferdinando, illi in arctum ſe cogi viderunt tam aqua quam terra, & undique oppugnari; magis tamen ſenſerunt damna quæ patiebantur à claſſe fluvium inſidente, atque adeo auxilium, quod ea parte facilius haberi poterat, præcludente. Quare, ut incommodum iſtud à ſe amolirentur, conſtrui fecerunt ex trabibus inter ſe contextis ratem adeo magnam, ut totam fluminei alvei latitudinè occupans caveri nullatenus poſſet: hanc autem onerarunt vaſis, igne Græco, pice, ac reſina plenis, ſtuppiſque & alia materia multa, ad flammam concipiendam diffundendamque idonea. Ita inſtructæ machinæ impoſuerunt militem multum, antecedentibus aliquot navibus bellicis; magnaque cum ferocia invecti ſunt in naves Chriſtianorum, ignem omnibus, ſi poſſent, injecturi. Eodem vero tempore etiam terreſtres eorum copiæ ſe moverunt, & horrendo utrimque

*Mauri fluvium ſibi aperturi,*

*conantur claſſem ignem incendere,*

A que tubarum ac tympanorum ſtrepitu vociferationeque terribili commiſſum eſt prælium: ad quod nec aqua nec terra imparati Chriſtiani, ſic exceperunt advenientes, ut utrimque tandem eos verterint in fugam, cœpti ſui ſero pœnitentes. Magna tamen diei parte duravit conflictus, potiſſimum navalis, prius quam vinci ſe paſſi Mauri fugam arriperent cum clade magna, eorum præcipue qui de navibus atque de rate deſilientes in fluvium, hauriebantur aquis. Neque damni quidquam paſſi ſunt Chriſtiani ab igne Græco, quem ipſimet ſuccendentes reddiderunt inutilem, æque ac ceteram materiam flammiferam. Terreſtres etiam Chriſtianorum copiæ, in utraque fluminis ripa, ſtragem magnam ediderunt fugientium tam equitum quam peditum; donec eos compulerunt, partim intra portas Hiſpalenſes, partim intra Trianenſe Caſtellum: atque hunc exitum habuit Maurorum machinatio tam formidabilis.

*ſed fruſtra.*

94 Interim explebatur tempus induciarum, cum Carmonenſibus pactarum: qui conſiderantes Ferdinandi Regis fortunam proficere, res autem Maurorum retro ferri, pepigerunt cum Rege ut oppidum & omne ejus dominium ei cederent, ipſi vero ibidem vivere permitterentur ſalvis ſuis rebus omnibus. Hac conditione firmata miſit Rex illuc D. Rodericum Gonzales Giròn, ut ſuo nomine poſſeſſionem iniret: quo facto, relictoque in arce idoneo præſidio, redivit ad Ferdinandum Rodericus; actorumque reddens rationem, perquam bene receptus eſt. Contigit autem diebus illis caſtra regia pene abſque milite relicta fuiſſe, dum aliqui egreſſi erant ut impedirent commeatum annonarium civitati inferendum, alii in Maurorum regionem incurrerant, alii denique pabulatores comitati aberant, Rege cum valde paucis caſtra cuſtodiente. Tali rerum ſtatu Eques quidam Maurus, exploratum egreſſus, recta ad tentorium Regis ſe contulit, meditata pridem fraude ſimulans; quod ſe & creditam ſibi arcem vellet in poteſtatem ejus contradere. Ita benigne auditus & exceptus, caſtra perluſtravit ſecurus; cunctiſque pro libitu exploratis, cum adeo male cuſtodita omnia comperiſſet, lanceam ſumpſit; curſuque verſus civitatem arrepto, obvium quemdam baliſtarium occidit. Ubi vero civitati appropinquavit, immenſum vociferari cœpit, ne tardarent erumpere in Chriſtianos, quorum nemo poſſet eorum manus evadere propter eorum paucitatem. Sed fruſtra omnis adhortatio fuit, & nemine egredi audente, etiam hac vice diſcuſſum periculum eſt à capite Regio.

*Caſtra regia pene vacua eſſe referenti,*

*credere non audent:*

B

C 95 Alias accidit Regem trans fluvium abiiſſe ad Magiſtrum Pelagium, caſtraque cum exiguo milite tuenda reliquiſſe Infanti Henrico, Dominiſque Laurentio Xuarez & Aríæ Gonzales Quixádæ. Hoc intelligens Axataf, cum omnibus copiis ſuis bene numeroſis egreſſus Hiſpali, ingenti cum ſtrepitu atque clamore prorupit contra Chriſtianos, tamquam ordinatis ad prælium turmis impreſſionem facturus in caſtra; ſperans vel ſolo ſui adventus terrore agendos in fugam eſſe cuſtodes. Sed Infans Henricus, cum Ducibus prædictis & exigua illa militum manu, ſubjicientes calcaria equis, ſic procurrerunt in barbaros, ut adjuvante ipſos Deo in fugam averterint multitudinem totam: quo viſo, generoſe eos inſecuti ſunt, ferientes atque necantes, donec eos in civitatem retruſerunt. Prius autem quam portas tenere poſſent omnes qui egreſſi fuerant, incurrentes in cohortem equitum quinquaginta & turmam peditum plus quam quingentorum, eos compulerunt

*egreſſi pluvimi,*

*profligantur à paucis:*

in flumen, mactandos à Chriſtianis qui cum navibus ſuis occuperaverant ripam; atque ita magna ſtrages eo die eſt facta *. Quia tamen conſueverant Mauri cum navibus ſuis ſæpe accedere illuc, ubi claſſis Chriſtianorum ſtabat in anchoris; viſum his eſt ponere inſidias in quadam arbuſtorum denſitate, media inter civitatem & exercitum ſuum. Mauris ergo ut conſueverant venientibus, progreſſi in eos Chriſtiani tam diu ſecuti ſunt fugientes, quoad necatis circiter quadraginta, ceteri in tutum ſe receperunt. Alio porro die triremes ſuas in ipſum illum deduxerunt locum, ubi inſidias tenderant antea Chriſtiani: qui omnium ſecuri cum illac prætervherentur, ſubito erumpentium adventu ac multitudine conſternati, coacti ſunt fugam retro quærere, viamque vi facere, quod abſque cæde hominum circiter triginta ipſis non licuit; ita par pari redditum fuit.

EX HISP.

*navali prælio gna vincuntur & vincunt,*

96 Ceterum quia Chriſtiani vehementer timebant navibus ſuis ab igne Græco, quem Mauri jaciebant; conſuluerunt Ferdinandum Regem, ecqua poſſent ratione amoliri periculum; qui reſpondit, ſucceſſurum illis qualecumque remedium excogitaſſent. Illi ergo trabes duas craſſiſſimas altiſſimaſque in medium flumen defixerunt, qua Maurorum navibus tranſeundum erat. Quod cum fieret, ægre admodum ferentes Mauri, & tranſitum ſibi præcludi videntes, rem impedire conati ſunt; itáque fiebat, ut ad trabes iſtas quotidiana committerentur certamina. Cum autem die quadam minus attenderent ſibi Chriſtiani, venerunt Mauri in lembis ſuis, quos probe armatos habebant; & prius quam obſervarentur, grandibus funibus unam trabium conſtringentes, eamque extrahentes de fundo, abierunt magno cum plauſu propter ſucceſſum. Raymundus autem Bonifacius, irritatus injuria & probro ſuis facto, aſſumptis triremibus ſuis bene inſtructis, acceſſit ad ipſam navium Mauricarum ſtationem, ſeque de iis egregie eſt ultus, multis barbaris occiſis & captis, nec paucioribus ſubmerſis; abduxitque ſecum grandiorem navem unam ſatis pretioſam, cum minoribus quatuor, nullum ipſe paſſus damnum ſuorum.

*adimpletas fluminis abvio ſudes*

E

*ſæpe ceruntur,*

97 Hunc in modum quotidie inter Chriſtianos ac Mauros terra & aqua res gerebantur: habebant autem Mauri quoddam baliſtariorum arcuum genus, quod adeo certos validoſque perferebat ictus, ut excuſſum telum tranſiret equitem, quantumcumque gravibus armis munitum: cumque eo utebantur, evibratis telis in naves Chriſtianorum, adeo celeriter recipiebant ſeſe, ut conſequi eos Chriſtiani nequirent; hoc vero ſæpe facientes magnum inferebant terrorem & damnum. Suos ergo videns aliquando Ferdinandus ſine fructu reverti, mandavit Raymundo Bonifacio, ut iterum venturis Mauris poneret inſidias aliquas, eiſque ſi poſſet illuderet. Ille ergo navigia duo bene inſtrui & generoſo milite mandavit impleri, collocarique intra hortum quemdam Aycáfæ, ex parte Axaráfæ, abſcondique & operiri ramis, ſic ut conſpici nequirent: paratas etiam eſſe juſſit triremes, in ſubſidium dictorum navigiorum, quandocumque opus foret. His ita diſpoſitis venerunt Mauri in lembis ſuis, omnino ſecuri nec aliquid inſidiarum ſuſpicantes; ad locum tamen earum cum venerunt, ibidem ſubſtiterunt. Chriſtiani ergo ut eos pertraherent quo volebant trans ipſum locum, ſuorum unum, Arabice ſcientiſſimum, immiſerunt in flumen, tamquam eſſet Maurus, qui natatu evadere cupiebat ad lembos. Hoc itaque Arabice vociferante & auxilium inclamante, feſtinaverunt Mauri eidem

F

*crebro excurrentium lembi.*

*trahuntur ad inſidias ſibi poſitas.*

EX HISP. eidem ſuccurrere ; itaque prætervecti ſunt locum, ubi occultabantur Chriſtiani. Hi autem, navigiis mox in aquam protractis, ſubſequi prægredientes cœperunt ; & triremes ex parte altera iiſdem occurrentes, medios intercepere Mauros, fruſtra reditum ad civitatem tentantes. Ita lemborum unus captus eſt, Maurique in eo venientes occiſi omnes, exceptis quatuor quibus vita ſervata : ſecundus autem lembus, dum altero capiendo occupantur Chriſtiani, evadere ſe poſſe ſperavit, ſed fruſtra : nam & in hunc victores inſilierunt, præciſiſque remis fugam inhibuerunt, & gemina præda læti redierunt ad ceteros, nullo damno accepto.

*Ad vacua iterum caſtra progreſſos prædones inſequendo*

98 Iterum porro contigit ut militibus in varia partitis, ſcilicet ad tutandos pabulatores, ad impediendum commeatum inferendum in urbem, ad excurſionem aliquam in Mauros, & demum ad excipiendum Infantem Alfonſum Murcia venientem, caſtra Regia pene deſolata manerent. Tali occaſione venientes Mauri equites ex Gazúlis decem, audactet ingreſſi ſunt verſus tentorium Prioris S. Joannis ; ſed nihil repererunt quod auferrent, præter paucas vaccas ante illud oberrantes, quas continuo abigere ſtuduerunt. Prior vero cum Fratribus nonnullis, injuriam animadvertens, ſumptis mox armis progreſſus & inſecutus eſt prædones ; qui, dimiſſis inter oliveta vaccis fugam capeſſiverunt. Tum Prior receptas vaccas, armigero cuidam per occultam ſemitam reducendas commiſit ; ipſe vero fugientes aliquouſque ſecutus, receptum cogitabat ; cum vidit peditum ſuorum aliquos longius progreſſos periclitari de vita, ſi dimitterentur ſoli. Hos ille ut recolligeret, equites ſuos promovens, incidit in locum, ubi centum quinquaginta equites Mauri cum multo peditatu ſe latenter abdiderant. Videns igitur præcluſum ſibi receptum ad caſtra, adeoque aut pugnandum aut moriendum, licet viginti ſolum equites apud ſe habens & pedites paucos, tamen generoſe in hoſtem invectus eſt : quorum multitudine cito obrutus fuiſſet, niſi eodem ardore ſui omnes pariter impreſſionem facientes, ducem eripuiſſent periculo, amiſſo Equite uno Commendatore Sietefillæ & ſcutiferis ſeptem. Tum vero recruduit pugna, tanto generoſior ex parte Chriſtianorum, quanto ſpes minor erat evadendi periculum ; idque agebant tantum, ut ne inulti morerentur : quare ex his univerſim viginti, ex Mauris longe plures occubuerunt : donec denique totis caſtris clamatum eſt ad auxilium, Priori jam capto vel mortuo (ut credebatur) ferendum. Tum ſcilicet, egreſſis inter primos Epiſcopo Cordubenſi D. Guiterio & D. Sancio Epiſcopo Coriæ, cum delectis Equitibus ſatis multis, ad feſtinatum eorum adventum, cœperunt Mauri receptum circumſpicere, dimiſſis quos cinxerant Chriſtianis ; quare advenientes ſubſidiarii, paucos ſolummodo pedites in fuga tardiores aſſecuti, ſatis habuerunt Priorem non ſine clade aliqua ſalvum recepiſſe.

*deducti ad inſidias Chriſtiani pauci,*

*ſpoliant ſuburbia Hiſpalenſia,*

99 Alia die D. Henricus, cum Magiſtris Calatrávæ atque Alcántaræ, nec non D. Laurentius Xuarez & Prior Hoſpitalis S. Joannis, communi conſilio ad ſpoliandum ſuburbium Benaljofar *a* dictum noctu egreſſi, magnum ei loco damnum intulerunt, bona ejus parte incenſa, abductiſque pecudibus & jumentis non paucis, cum multa præda veſtium rerumque aliarum : licet non ſine vulneribus multis, quæ receperunt à barbaris, quorum plurimos vulnerarunt atque mactarunt, & ſic tandem victores redierunt in caſtra. Iterum vero iidem Equites cum Infante Henrico ad ſuburbium alterum, Macaréna *b* dictum, per nocturnas invecti tenebras, plurimos Mauros occiderunt & ferierunt : locoque ex parte combuſto & ſpoliato, cum opulenta præda regreſſi, deſolatum dimiſerunt. Hujuſmodi autem incurſus multi facti ſunt durante obſidione. Interim Rex Ferdinandus, recepto ad ſe Infante Alfonſo, qui Murcia accerſitus venerat, propius urbem caſtra admovere conſtituit ; mandavitque Infanti ut metaretur intra olivetum civitati propinquum, ipſe vero cum reliquo exercitu Tabládæ ſubſtitit : quod perquam moleſte tulerunt obſeſſi. Igitur Alfonſus, cum loco ſibi præſcripto metatus eſſet, militibus ſuis & Aragoniis à Rege Jacobo ſubmiſſis imperavit, ut quod è re videretur pararent : qui conſtituerunt erupturis mox Mauris inſidias ponere, quod & fecerunt. Et Mauri quidem (ut credebatur) excurrerunt ; ſed qui erant in loco inſidiarum poſiti, citius quam par erat egreſſi, fortiter nihilominus rem egerunt ; cumque iis ſe Infans Alfonſus junxiſſet, ſimul omnes ſecuti ſunt fugitivos, mactantes & cædentes uſque ad portas civitatis. Aragonii vero, propriam aliquam gloriam cupientes, ſeparaverunt ſe ab Alfonſo, quod eis nequaquam bene ceſſit.

*Mauros ex inſidiis occupant,*

*pauci plurimos fundunt ſemel*

100 Duobus poſt adventum Alfonſi Infantis menſibus, venit cum novis copiis etiam D. Didacus Lopez de Haro : qui optime receptus, metari juſſus eſt circa portam Macarénæ, juſſus etiam eſt eidem ſe jungere Rodericus Gonzales de Galicia. Mauri autem videntes quod milites horum duorum Equitum non erant valde numeroſi, ſæpius contra eos erumpebant, quotidie laceſſentes, ſemper tamen generoſe excepti. Quadam ergo die equites ex Gazúlis Mauris fortiſſimis multi, cum congruo peditatu progreſſi contra D. Didacum, cum eodem ad pugnam egreſſo aliquamdiu ancipiti marte pugnarunt ; ſed denique, victoriam Chriſtianis largiente Deo, compulſi in fugam ſunt ; & quamvis aliquoties ſeſe converterent ad reſiſtendum, multitudine freti & hoſtium paucitate, identidem tamen acti ſunt retro uſque ad portas civitatis. Chriſtiani vero, multis equis obtentis, ovantes regreſſi ſunt ad ſtationem ſuam. Aliàs iterum contra prædictos duos Equites emiſſum è civitate eſt omne robur Maurorum, ordinataque bene acie progrediebantur ad pugnam : expectabant autem eos obviam egreſſi Chriſtiani, nihilo minori cum fiducia. Infans vero Alfonſus, qui, promota ultra locum deſignatum ſtatione, jam progreſſus erat trans fluvium ſupra Triánam, videns tantam Maurorum multitudinem, contra eos qui erant in altera ripa progredientem ; confeſtim conſcenſis navibus trajicere properavit ad auxilium periclitantium : quo facto & Mauris ſe ultra non moventibus, quies utrimque fuit dieſque elabebatur : quare priores ſe Chriſtiani moverunt, ſed Mauri expectare eos non auſi in civitatem ſe receperunt.

*iterumque.*

*poſt acrem ac longam pugnam juvantur à ſuis,*

*vario marte pugnant Almogavares,*

101 Eodem tempore & obſidione durante, Almogavares *c*, qui erant in caſtris Ferdinandi, pro ſua quique virili parte fatigabant Mauros, nunc incurſione aperta vaſtando agros, nunc ex inſidiis rem agentes, ea qua fieri ſolet in obſidionibus fortuna, dum utrimque ingenium ſolertiaque intenditur in mutuum damnum. Contigit ergo aliquando ad eum locum, ubi Chriſtiani inſidias poſuerant, appropinquare multo copioſiores Mauros quam expectaverant. Quare videntes ſe latêre difficulter poſſe, generoſe egreſſi in occurſum ſunt ; ſed Mauri tam validum impetum in eos fecerunt, ut

fugere

A fugere compulerint amiſſis viginti. Atque ita Almogavares hac vice victi ſunt, ſed aliis deinde vicibus ſe egregie ulti. Magiſter etiam Templi, in ſtatione ſua ſæpius impetitus à Mauris, & toties iteratarum moleſtiarum pertæſus, mane quodam ſub auroram exivit, ſeque in inſidiis collocavit cum ſuis tam prope civitatem quam potuit. In horum manus cum incidiſſe ſe viderunt Mauri, ſolito more egreſſi, conati ſunt quidem ſeſe recipere in urbem; ſed non ita cito fugere potuerunt, quin equites è ſuis ſeptem, pedites autem plures quam centum amitterent. Itáque factum eſt, ut ſæpe repulſi barbari, multum remiſerint de fiducia egrediendi, qua initio utebantur.

*Templarii fortiter agunt:*

102 Solebant etiam iidem Mauri ſæpe erumpere per portam Alcazarii *d*, quæ eſt propinqua vico nunc appellato Judæorum; tranſeunteſque per *e* pontem Guadayræ aggrediebantur caſtra Chriſtianorum, ac multis illatis quotidie damnis recipiebant ſeſe ad pontem. Quibus indignatus D. Laurentius Xuarez, inito conſilio cum Garcia Perez de Vargas & Equitibus aliis, ut eos deinceps ab hujuſmodi cœptis abſterreret, egreſſus cum iiſdem eſt ad ponendas inſidias. Dum autem irent, edixit omnibus, quod ſi forte ad manus veniretur cum Mauris, eoſque contingeret in fugam dari, nemo procurreret ultra pontem Guadayræ; fore enim ut ibi perirent, quandoquidem ab exploratoribus didicerat, trans pontem illum, inter pontem *f* & civitatem, reſediſſe magnam vim Maurorum, cui reſiſtere non poſſent ſi pontem ingrederentur. Hoc autem dicebat, experiri volens quid acturus eſſet Garcías Perez: itáque ſe collocaverunt expectaturi Mauros, ſolito more trans pontem venturos contra caſtra. Cum ergo veniſſent, & locum inſidiarum tranſiiſſent, prodiere in hoſtem qui latebant, accepto ſigno à D. Laurentio, adeo ferociter inſilientes in eos, ut Mauri cœperint ſe recipere trans pontem, inſequentibus uſque eo Chriſtianis. Illis autem hic pedem figentibus, hi dem Chriſtiani eos generoſe pepulerunt trans pontem, multis fugientium in flumine demerſis. Porro victoriæ dulcedine abreptus Laurentius, jam pervenerat uſque ad medium pontem, unde rediens atque poſt tergum reſpiciens, & animadvertens Garciam Perez minime ſequi, recurrit ad pontem, viditque permixtum Mauris periclitari, quatuor eorum jam præcipitatis ab equo.

*Victoriam ferviduſ proſequentes aliqui*

*dimiſſum inter Mauros Garciam Perez.*

103 Tum vero Laurentius, Decepit nos, inquit, Garcías Perez, eo progreſſus ubi nobis opus erit manibus ſtrenuis uti, ſi eum velimus recipere ſalvum. Hoc vero formidans, caveram ne quis noſtrûm tranſiret pontem. Verumtamen, quoniam eo loci nunc eſt, progrediamur in auxilium ejus; grande enim dedecus nobis foret, ſi tam inſignis Eques per noſtram culpam hodie amitteretur. Hic dictis irruerunt contra Mauros pontem tenentes, feriendo, mactando, & præcipitando barbaros, quorum multi de ponte in flumen dati, alii ex ripa tranſitum natatu tentantes, ſubmerſi omnes ſunt; ceteri turbatis ordinibus perquam confuſe intulerunt ſe in portam Alcazarii, deſiderantes è ſuis vice iſtâ plus quam tria millia hominum. Cum vero redirent victores Chriſtiani, dicebat eis Laurentius Xuarez, non inveniſſe ſe eatenus cui inferior haberi vellet animi & corporis robore, præter Garciam Perez, qui omnes eo die fecerat fortiter agere. Atque ex hoc tempore omnino non fuerunt amplius auſi Mauri redire ad oppugnanda caſtra Chriſtianorum, ſed quieti ſe continuerunt intra civitatem.

*egre recipiunt hoſtes ceſſo.*



## ANNOTATA.

a *Liber quartus Theatri urbium, cujus Tabula* 2 Hiſpalim *exhibet in plano, cum nominibus portarum, platearum, eccleſiarum præcipuarum, atque etiam adium ſuburbanarum, nuſquam hujus nominis meminit: ſed plura ex eo tempore mutata eſſe patet ex* porta Alcazarii *mox nominanda, ac* Vico Judęorum, *quæ hodie aliter nuncupantur. Zuniga exiſtimat* Benaljofar ſuburbium, *iſtic fuiſſe, ubi nunc* S. Bernardi *dicitur; ad quem locum per portam Cordubenſem exitur.*

b Macarénæ ſuburbium *nomen dedit ei porta quæ eſt in orientali urbis latere, incipiendo a Turri aureâ ſeptima inter decem.*

c Almogávares, *inquit Mariana lib.* 10 *cap.* 10, veterani, præcipua dexteritate & multis bellis adverſus Mauros exerciti: *& hujuſmodi militibus adſcribit Rodericus ſupra initium expeditionis Cordubenſis. Diſcimus autem ex Nicephoro Gregora, unâ littera* l *extrita nomen corrumpente, Ronzerium, Regis Aragonum Petri genitorem, habuiſſe in exercitu ſuo* mille Amagabaros, quos Latini Pedites appellant. *Eadem voce uſum Villanium Florentinum in Italia notat Carolus Macer, in Hierolexico fratris ſui Dominici; docetque vocem Arabicam eſſe, ex* Mghabbâr, *quod* pulverulentum *ſignificat, & articulo* al *compoſitam, addita Euphoniæ cauſa vocali inter* m *&* g. *Sed quale genus militiæ iſti haberent clariſſime explicatum reperitur in Hiſtoria Catalaunia, quam ſeculo* 13 *ad finem vergente ſcripſit Bernardus Deſclòt, continentem res ſui temporis, eas præſertim quas geſſit Petrus Aragoniæ Rex ab an.* 1276 *ad* 1285, *quamque Caſtellana lingua redditam Raphael Cervéra imprimendam Barcinonæ curavit an.* 1616. *Ibi libro* 2 *cap.* 3 *ſic illi deſcribuntur in litteris ad me datis, nam librum ipſum non vidi:* Almugávarum profeſſio eſt ſemper in armis vivere, extra habitationem communem, in montibus & ſilvis, continuo pugnando cum Mauris; in quorum terras excurrendo ad duas treſve diætas, ſtruunt illis inſidias, indeque revertuntur ad terras Chriſtianorum, multa cum præda multiſque captivis, unde illis tota victus ratio. Incredibile dictu eſt, quam laborioſam & aſperam vitam agant, ſæpe biduum triduumve impaſti, aut ſolis campeſtribus herbis ſeſe ſuſtentantes, citra faſtidium aut moleſtiam. Totus eorum veſtitus & apparatus, ſagulum unicum eſt perquam breve, hieme non minus quam æſtate, cum femoralibus coriaceis valde arctis; gladius acutiſſimus & minime latus, ex corrigia robuſta pendens; haſta ſeu minor lancea; jacula duo, cum aſcopera in humeris, in qua ferunt bidui triduive cibum, cum fomite & ſilice ad ignem. Admodum expediti ad incurrendum recurrendumque ſunt, & omnes fere ex montanis Aragoniæ, Cantabriæ vel Caſtellæ, ac plerique Nobiles, qui facultatibus ad vitam in urbibus tolerandam deſtituti, ad Maurorum confinia ſe recipiunt, rapto ut dixi, victuri, quoniam alia iis nec res nec ſpes eſt; *tales nempe quales in Hungaricis bellis identidem nominatos audimus*, Haydones, *vel* Huſſaros.

*Almogávares inter Hiſpanos quæ*

*eorum militandi & vivendi forma.*

d Porta Alcazarii, *de quo infra num.* 112, *olim ſtetit inter Portam Xereſiam & illam quæ à Carnibus nomen habet, cujus arcus ab annis* 50 *adhuc cernebatur. Qui autem, tunc cum ſcribebatur Chronica,* Vicus *erat* Judæorum, *nunc occupatur à parochiis S. Mariæ Candidæ, S. Crucis, S. Bartholomæi, & ex parte etiam S. Nicolai; protegebaturque ea parte muri, qui inter Carmonenſem portam atque prædictam portam Alcazarii tenditur.*

e *Ex Chronica Generali intelligitur, tam in titulo Capitis* 60, *quam in contextu erratum à vulgatæ editionis curatore, dum* portam *pro* ponte *legit.* Guadayra *autem rivulus*

ex mss. *rivulus est Tabladam percurrens, ducto ab Alcalà principio, & una circiter infra Hispalim leuca in Batim se ingerens.*

f *Est autem trans pontem usque ad muros civitatis planities aqua, ad spatium media circiter leuca; in quam facillime procurrere Mauri equites & majori numero circumvenire pauciores Christianos poterant. Quæ ultima tria puncta Hispalenſium nostrorum litteris didici.*

## CAPUT XVI.

### *Varia ad Trianenſem pontem arcemque fortuna partium.*

104 *Trianenſi ponte navali deſtruendo,* HAbebant Mauri pontem ligneum, navigiis inſtratum, & catenis ferreis perquam firmiter connexum, ea parte qua tranſibatur ab urbe Triánam: qui pons magno commodo obſeſſis erat; ſublatus autem ad extremam eos poterat rerum omnium penuriam deducere. Ferdinandus ergo, cui propoſitum erat vel urbem capere vel in ejus obſidione mori, conſiderans omnem annonam omneque auxilium civitati per pontem iſtum venire, itâque differri cupitam victoriam, forte etiam ſe numquam potiturum ea; in conſilium advocavit Raymundum Bonifacium & alios maritimarum rerum expertos; eoſque juſſit excogitare modum quo poſſet pons Triánæ frangi. Poſt longam deliberationem, imprimis placuit accipere è tota claſſe navigia majora ac firmiora duo, eaque inſtruere omni neceſſario apparatu, ac denique expanſis velis immittere in pontem. Intravit autem Raymundus in unum eorum cum congruo numero ſuorum; alterum vero conſcenderunt ii quos idem Raymundus ad hoc delegerat; quando circa meridiem ventulus aliquis aſſurgens, rei bene agendæ ſpem fecit. Huic intenti Chriſtiani, naves prædictas aliquanto ſpatio ſiverunt flumine ſecundo delabi, ut ex majori intervallo accipientes deinde impetum, vehementius in pontem impelli poſſent.

B

*parata navigia duo,*

105 *In feſto inventæ Crucis,* Dies ſanctæ Cruci ſacer agebatur & menſis Majus, quando tentanda res erat. Juſſit igitur Ferdinandus Rex, pro ſanctæ fidei exaltatione ſerviturus navibus apluſtria imponi crucibus ſeliceis ſignata: quæ cum tenſis quantum ventus aſpirabat velis ſurſum proveherentur, ſubito requievit aër, & remittens ſe ventus mœſtitiam movit Chriſtianis. Sed brevi alius iſque valentior ventus inſurrexit: quo impellente provectæ ſunt naves, fruſtra id conantibus impedire Mauris, qui per Arenariam a diſpoſiti, arcubus baliſtiſque & fundis atque omnis generis machinis jaciebant majora minoraque tela, quod idem fiebat à cuſtodibus Turris-aureæ, & ex altera ripa à præſidiariis Trianenſibus: ſed exiguo utrimque cum damno. Itaque prior navis, quæ ſecundum latus arenariæ provehebatur, acta in pontem eſt; ſed confracto in quod impegit navigio, ipſum pontem frangere ac perrumpere non potuit. Hoc autem fecit navis altera, qua Raymundus Bonifacius vehebatur, magno cum plauſu ſpectantium rem eminus Chriſtianorum; quorum Rex Ferdinandus, volens fracto jam ponte tutum navibus prædictis receptum parare, cum filio Alfonſo multiſque Equitibus ac numeroſo milite, impetum fecit in Mauros arenariam inſidentes, omneſque retruſit in civitatem. Exhinc cœperunt Mauri rebus ſuis omnino diffidere, præciſa cum ponte etiam ſpe omnis ulterioris ſubſidii.

C

a *tam conſiciunt.*

106 Rex autem, cum filio & Magiſtris Ordinum totoque exercitu, movit contra Trianam, eamque cœpit ex omni parte quatere; acceſſerat enim eo per flumen etiam Raymundus Bonifacius cum univerſa claſſe. Verumtamen Chriſtiani, tam aqua quam terra, grandia patiebantur incommoda à ſaxis ſagittiſque, ex caſtello in ipſos continuo denſeque emiſſis: quod animadvertens Ferdinandus, neque id pro tempore caveri à ſe poſſe, receptui ſignum dedit. Cupiens nihilominus obtinere locum, moram alioqui facturum victoriæ de civitate ſperatæ, Infantem Alfonſum alioſque filios ſuos, D. Fredericum & D. Henricum, emiſit ad caſtellum propius luſtrandum: qui mandata patris executi, juſſerunt fieri crates ac vineas, quibus protectus miles ad murum ſubiret. Comitabantur eos Magiſter de Uclès, D. Rodericus Gomez, & D. Rodericus Flores, Alfonſus Tellez & Petrus Ponce, qui ſtationem ceperunt ad Trianam juxta flumen, totuſque eodem mox acceſſit exercitus: & pars adoriri vi aperta caſtellum cœpit, pars ad illud cuniculum ducere. Sed latêre Trianenſes conatus iſte non potuit: quare cuniculo è contra acto occurrerunt foſſoribus Chriſtianorum, atque in omne periculum tam vigilanter intenderunt, ut Chriſtiani deſierint cuniculos nihil proficientes moliri. Mauri porro Trianenſes, qui per pontem jam ruptum ſperare auxilium nullum poterant, collatis ex omni circum regione neceſſario ad ſuſtinendam obſidionem apparatu, non deſpondêrunt hic animos: ſed crebris eruptionibus fatigabant obſidentes, & baliſtis quas habebant fortiſſimis fundiſque tela & ſaxa jaciendo; haud parvum nocumentum inferebant. Judicavit ergo Rex Ferdinandus, murariis tormentis & machinis ſibi eſſe opus ad oppugnationem promovendam: quibus paratis & admotis, fortiter quidem quatiebatur caſtellum: ſed Mauri, ſuis contra machinis uſi, adverſas aut impedire aut etiam frangere conabantur: ſæpe etiam erumpentes & mox ſeſe recipientes, haud infeliciter fallebant adverſarios, ardore pugnæ & hoſtis perſequendi propius protractos ad munitiones, à quibus non facile erat abſque damno reverti, quantumcumque ageretur caute. Atque in hunc modum ducebatur tempus ad caſtellum, aliis illud expugnare, aliis propugnare nitentibus.

D

*Triana ipſa obſeſſa*

E

*fruſtra oppugnatur.*

F

107 Interim ad caſtra venit nobilis quidam, ex iis quos Infanzónes *b* nominant: qui ibi conſpiciens Equitem, eâdem qua ipſe teſſera militari utentem, undis ſcilicet albis & cæruleis, acceſſit ad alium Equitem, indignans quod eâdem qua ipſe teſſera uteretur aliquis minoris conditionis, dicenſq; quod eam ipſum cogeret abdicare. Cui is qui interrogabatur reſpondit, idemque affirmarunt alii præſentes, etiam atque etiam videret quid inceptaret. Iſte enim, inquiebant, Eques, licet exteriori habitu deſpicabilis videatur, eſt Garcías Perez de Vargas, Eques honoratus & in dignitate poſitus, mireque generoſus & fortis in armis, qui ſi verba tua intellexerit, haud facile manus ejus evades: tantum enim in armis valet, ut ceteri Equites libenter ei primas deferant. His ille auditis verecundatus conticuit: res autem, neſcio quo deferente, ad aures Garciæ Perez pervenit, qui quidquam ſe ſcire diſſimulavit. Quodam autem die, cum ſimul ad claſtra caſtrorum obſervarent ipſe & Nobilis iſte, Equiteſque nonnulli alii; egreſſi Triána Mauri, nonnullis Chriſtianorum cæſis, accedebant verſus ipſos illos Equites, uno inter ceteros præcedente atque mon-

b *Quidam indignatus Garciæ Perez propter ſcutariam teſſeram;*

*eodem contra Mauros pugnante fortiter*

A monſtrante; quod eorum aliquem ad ſingulare certamen depoſceret. Hoc viſo, Garcías Perez ſubdidit equo calcaria, & Maurum tam felici ictu perculit, ut eum in terram proſterneret: tum ceteri ſimiliter in Mauros provecti, pepulerunt eos uſque ſub arcem. Hic enimvero pugna recruduit, animadverſa paucitate Chriſtianorum, ita ut totum fere diem duraret. Validis autem utrimque ictibus agebatur res, lanceis, gladiis atque clavis, dum interim ex arce denſiſſima ſagittarum ac lapidum pluvia mittebatur in Chriſtianos, quorum ſane multi læſi fuerunt, ſed multo plures Maurorum cæſi: atque ita his intra arcem compulſis, iſti victores reverterunt in caſtra.

*& teſſeram in conflictu abolitam referente,*

108 Ingentia eo die facinora Garcías Perez ediderat, ictuſque tam multos & grandes clypeo ſuo exceperat, ut totum pene confractum referret, atque è teſſera undarum eidem appictarum nihil amplius appareret. Videns ergo Infanzónem prædictum, ad clauſtra caſtrorum eodem loco conſiſtentem ubi eum dimiſerat (nec enim inde ſe moverat) Domine, inquit, Eques, talibus in locis depono ego teſſeram undarum, quæ expungitur eo quem
B vides modo: ſi placet, altera vice, quando Mauri redibunt, ſimul ambo egrediamur in occurſum; ibi apparebit uter noſtrûm magis mereatur undas iſtas geſtare. Non fuit Equiti illi, jam pridem dictorum à ſe temere verborum pœnitenti, gratus ſermo; jamque metuebat, ne ſuas ipſe undas cogeretur deponere; quapropter voce modeſta reſpondit: Domine Eques, bene tibi convenit undulata teſſera, multumque decoris ipſa ex te recipit, ac majori deinceps in pretio erit: obſecro te, ut tamquam generoſus, qualis es, ignoſcas mihi, ſi quid contra te locutus ſum priuſquam haberem cognitum. Benigne, quod petebat ille jam bene humiliatus, indulſit Garcías; gratiaſque accepit à ſupplice ſuo, multum gaviſo, quod tam parvo culpam redemiſſet. Scivit autem rem geſtam D. Laurentius Xuarez & Regi Ferdinando retulit, vehementer probanti factum, utpote cui jam pridem notus erat Garcias: mox autem totis vulgata caſtris, confuſionem haud modicam attulit Nobili iſti; paſſim enim explodebatur, & interrogabatur, ecquid ei cum Garcia Petez accidiſſet.

*æque ad ſimile experimentum provocante,*

*confundi-tur.*

109 Eodem tempore D. Arias Archiepiſcopus
C S. Jacobi venit in caſtra, & ſtationem ſibi elegit
c circa *c* Tagaréte; moxque infirmari cœpit tum ipſe tum comites ſui. Mauri ergo, videntes ipſum adeo procul abjunctum ab aliis, frequentius incurrebant in eum, & magna inferebant damna. Hoc cognoſcentes D. Petrus Ponce, D. Rodericus Flores, & D. Alfonſus Tellez; atque inurbanum ac minime ferendum rati, quod adverſus infirmum Archiepiſcopum adeo inſolenter agebant Mauri; conſpirarunt ut eis inſidias ſtruerent. Quare accerſitis viarum ductoribus, quorum unus fuit Dominicus Muñoz, illarum expertiſſimus, idemque vir fortis ac generoſus; aſſumpſerunt ſecum equitatum aliquem ex copiis Infantis D. Alfonſi, modicum illum, ſed bonum; ſeque convenienter diſpoſuerunt, & venturis Mauris ad ſe pertrahendis expoſuerunt oves Archiepiſcopi. Ut ergo venerunt barbari, oveſque à ſtatione aliquantum abjunctas ſunt conſpicati, pertranſeuntes inſidiarum locum, abigere eas cœperunt: ſed egredientibus qui latebant, dimiſſa præda fugam inierunt qua quiſque poterat. Inſecuti autem eos Chriſtiani, ferientes atque mactantes, ſic caſtigarunt, ut plerique in loco occubuerint, interque illos equites Gazúlæ quinquaginta ex generoſioribus (ex iſtis enim erant qui prodierant) peditum vero ad quin- EX HIER.
gentos: pluresque periiſſent, ſi non tam cito ex inſidiis ſuis prodiiſſent Chriſtiani.

*Mauri infeſtantes ſtationem Compoſtellani Archiepiſcopi,*

*caſtigantur.*

110 Solebant equites Ferdinandi Regis, per vices cohorteſque ſuas egredi ad cuſtodiam pabulatorum, ſecundum ordinem à Rege conſtitutum. Quodam ergo die, cum vices cuſtodiæ obveniſſent Didaco Sanchez & Sebaſtiano Gutierrez, exiverunt cum equitibus viginti: viderunt autem eos centum quinquaginta equites Mauri, Xerèz egreſſi; contemptaque Chriſtianorum paucitate, irruerunt ſuper illos. Qui in orbem collecti, defendebant ſe quo meliori poterant modo, Mauris circumquaque prementibus, tantumque non obruentibus telorum ac ſagittarum multitudine. Sed profuit Chriſtianis conſilium, quo jacta in ſe miſſilia frangebant omnia, non retorquebant in hoſtem: læſi tamen fuerunt ambo duces, ex quibus Sebaſtianus Gutierrez ſtatim expiravit; Didacus vero Sanchez nequaquam evaſiſſet, niſi fideliter adjutus à ſuis fuiſſet. Hi autem adeo fortiter ſe premi ſentientes, aliquoties impetum fecerunt in hoſtem: fuitque tam pertinax utrimque pugna, quia neutris ſubſidio veniebatur, ut totum fere diem tenuerit. Chriſtiani vero omnes, nimio feſſi labore, mactandi fuiſſent vel capiendi, niſi tandem, audita in caſtris Regiis prælii fama, itum fuiſſet in auxilium: quo viſo receperunt ſe Mauri, & prius ſe muris incluſerunt, quam aſſequi eos poſſent qui ſequebantur. Alias accidit, ut equites ad pabulatores tuendos deſignati, ſerius egrederentur, atque prægreſſi illi in Mauros incidetent: qui cæſis circiter ducentis viris, jumenta multa abduxerunt, prius quam advenientes præſidiarii attingere eos poſſent.

*Pabulatorum cuſtodes ab eiſdem invaſi.*

111 Eques Maurus *d*, ex voto peregrinus, Andaluziam intraverat, Hiſpalenſibus Mauris adjutor futurus: qui eos videns tam arcte obſideri, modum aliquem ultionis per fraudem de Chriſtianis ſumendæ excogitavit, communicavitque eum obſeſſorum Primoribus. Probato eo, miſit ad Alfonſum Infantem qui nuntiaret, quod ei traditurus eſſet duas turres quas tenebat, tantum citò veniret ad eas occupandas. Suſpecta Alfonſo erat fides Maurica; ideoque non auſus ire ipſe, pro ſe miſit D. Petrum de Guzman cum aliquot equitibus; quos neci continuo deſtinarunt Mauri: ſed
F D. Petrus fraude agnita, ſubditis equo calcaribus, velociſſime ſe recepit aliique poſt eum; inſequentibus Mauris, & unum, qui minus cito ab iis ſe expediverat, aſſequentibus, quem etiam occiderunt: de reliquo votis ſuis inſidiiſque fruſtrati ſunt *. Rex porro Ferdinandus, videns Archiepiſcopum S. Jacobi infirmari, ipſum, cum majori ſuorum patre *e* æque infirma, in propria remiſit curandum; tranſivitque ad ſtationem ejus Magiſter D. Pelagius Corrêa *f* cum ſuis, juxta muros civitatis: uſque eo enim hæc ſtringebatur, nec niſi natatu poterant Mauri egredi: non tamen propterea ceſſabant ultro citroque Hiſpalenſes ac Trianenſes inter ſe commeare, non valentibus Chriſtianis claudere aquas. Ægre valde id ferebat Ferdinandus Rex, multumque angebatur, quod neque commercium iſtud communionemque præſidii & auxilii mutui poſſet præſcindere, nec Triánam pugnando obtinere. Advocato igitur in concilium Raymundo Bonifacio & reliquis nauticæ rei peritis, deliberavit de tranſitu illo occludendo, atque ad eum finem voluit arenariam occupari, admotis illuc triremibus ſuis. Sed Mau-

d *Simulatus transfuga ſpe ſua fruſtratur.*

*quotidiani conflictus partium.*

e

f

AN MCCXLVIII. ri tanta mox copia se effuderunt in occursum, ad prohibendum transitum, ut tota die peragi nihil potuerit.

## ANNOTATA.

a A Turri-Aurea usque ad Portam Almeniliæ, *inquit Morgadus*, Arenaria ea extenditur, *id est secundum totum latus urbis Occidentale, reflectendo per Boreale urbis cornu ad latus Orientale, ubi secunda à dicto cornu* porta Almaniliæ *est. Latissima tamen est* Arenaria *in spatio, quod inter Turrim prædictam & portem procurrit, ubi, inter Portam Trianensem & Postica Ataracanarum, id est Armamentarii (hodie Postica Carbonaria dicta) media est speciosissima nunc* Porta del Arenàl: *Morgadus autem tam spatiosam Arenariam esse asserit*, ut capere possit plusquam quinquaginta millia bellatorum, præter suburbanas domos, quæ tunc nullæ erant.

*Arenaria Hispalensis.*

b De Infantionibus *multa & erudita Cangius: eorum tria genera apud Aragones distinguit Vitalis Episc. Oscensis. Michael de Molina in Repertorio*, Militum filios *appellat, ita ut hi nascantur illi creentur.*

B c Tagarete *rivus initium sumit ad latus Boreale civitatis; & hortos Archiepiscopi rigans, transit per pratum S. Iustæ, cui aërem valde insalubrem reddit vaporibus suis, si quando tempore æstivo exundat: inde sub aquæductu Carmonensi decurrens, usque ad portam Xeresiam deinceps civitati pro fossa est, ad pedem Turris aureæ influens in Batim. Metabatur ergo Archiepiscopus ad partem Urbis Borealem, è regione portæ Macaréna, prohibens nequid illac victualium inferretur.*

*Tagarete rivus Hispalim alluens.*

d *In titulo Capitis 66 Maurus iste proprio nomine appellatur* Orias: *quod forte è textu excidit per incuriam transcribentis; exprimitur tamen mox infra num. 112.*

e *Quidquid hic de isto Archiepiscopo dicitur, narrat iisdem verbis Ægidius Davila, in Theatro istius Ecclesiæ pag. 55, tamquam ex Chronica Generali Hispaniæ acceptum; unde iterum confirmatur, quod alibi diximus, duarum Chronicarum alteram ex altera multum transcripsisse.*

f *Nempe, rupto ponte Trianensi, minus necessaria erat Statio tertia trans flumen ad urbem fame cogendam; quod Regem sperare ausum cum exercitu tam exiguo, pene fidem superaret, nisi factum doceret tam certa historia.*

## CAPUT XVII.

C

### *Deditio Hispalensis urbis ejusque descriptio.*

113 Capto Oria Mauro

EXpectatione sua circa transitum frustratus Rex Ferdinandus, edixerat, præmia se largiturum ei, qui ipsum impedire posset. Cum ergo quadam die Hispali Triánam transissent Orías & alii quidam Mauri sine obstaculo ullo, non ita expeditum invenerunt reditum: siquidem Raymundus Bonifacius eis se objecerat, cum navibus & lembis bene armatis. Quo viso, reditum ad suos desperans Orías & qui cum eo erant, petierunt adduci ad colloquium Regis. * Hic vero ad audiendos eos misit Rodericum Alvarez: ac primam ab iis propositam conditionem attulit ex parte Axatáfi, quod arcem Hispalensem Ferdinando traderet, pecuniam vero annue pendi solitam Miramolino, ipse & Axatàf partirentur; itáque Mauri permitterentur manere in civitate. Sed Rex, qui eos tam arcte constrictos tenebat, nec audire quidem voluit conditionem ejuscemodi: quare alias *d* ei obtulerunt Mauri, quas æque rejecit; omnino volens civitatem sibi liberam ab illis relinqui. Tum denique petierunt ut regredi sibi liceret, cum liberis, uxoribus, & facultatibus suis: quod si ad Regis militiam transire vellent aliqui, in ea reciperentur: atque in hanc conditionem Rex non invitus consensit. Petierunt deinde, ut liceret sibi æquare solo Mezquítam majorem: quod Rex arbitrio filii sui Alfonsi reliquit: hic vero respondit, quod si vel unicam tegulam inde dejicerent, nec Maurum nec Mauram vivam dimitteret ex tota civitate. Tum supplicarunt ut saltem liceret sibi demoliri turrim, pro qua essent aliam fabricaturi: sed etiam ad hoc respondit Alfonsus, quod vel propter laterculum unum ablatum Mauros omnes esset interfecturus. Ergo nihil his profici videntes Mauri, promiserunt quod intra septem dies evacuatam urbem tradituri essent. Atque ita obtinuit Rex civitatem in die S. Clementis XXIII *b* Novembris anno MCCXLVIII. * Firmatis deditionis faciendæ conditionibus, continuo Alcazarium *c* traditum Regi est, & Mauri ab eo petierunt unius mensis spatium, quo possent quæ collibitum foret vendere. Hoc autem obtento, distractaque qua volebant carere supellectile, ac pretio recepto, claves civitatis tradiderunt Regi, liberam eam vacuamque facturi; quibus Rex mandavit ituris mari naves atque triremes *d* consignari, terra autem discessuris jumenta & custodes præberi, qui salvos ubi optassent sisterent. *e* Egressi autem versus Xerèz sunt terrestri itinere trecenta hominum millia, quos comitatus usque Xerèz est Magister Calatrávæ.

D

*qua conclusa urbem obtinet Rex* 23 *Nov.*

b

c

*& Mauris egressis,*

d

e

E

113 Ipse vero nobilis Rex Ferdinandus, cujus tot illustria gesta refert præsens Historia, nobilissimam civitatum Andaluziæ Hispalim ingressus est in festo Translationis *f* S. Isidori, quondam Hispalensis Episcopi XXIV Decembris; solenni cum processione exceptus ab Episcopis & plurimo Clero, communique gratulatione laudantium Deum ac benedicentium, propter favores Regi impensos, tantasque victorias de fidei Christianæ inimicis concessas. Ingresso autem Rege in ecclesiam S. Mariæ, Missam celebravit nobilis quidam Prælatus D. Guiterius, Electus *g* Toletanus: qua finita Rex abiit ad arces suas, comitatus Magnatibus omnibus; festumque ibi diem cum iis agens, cunctis lætitiæ signis eum celebravit. * Incredibile porro est quantis laboribus vigiliisque Ferdinando steterit conquisitio civitatis prædictæ; quantis periculis ærumnisque, in tot præliis, excursionibus, velitationibus; in adducendo ad castra sua commeatu omnis annonæ, eumque hostibus præscindendo; inter plurimas suorum mortes, necessariarum rerum defectus frequentes, assultus Maurorum fere quotidianos, gravesque & vulgatos per exercitum morbos, quos generabat intensissimus æstus, aërem sic inflammans, ut sudore omnium diffluerent corpora, castrensibus operibus pridem fatigata & debilitata. Habuerat autem idem Rex castra instar *h* populosæ urbis, in plateas vicosque distributa; ut cuique opificum generi sua esset specialis habitatio, in quibus & textores, & campsores, & aromatarii, & pharmacopœi, & frænarii nominabantur: fora item piscaria & macella: ut quicumque illa vidit, dicere potuerit, nihil illis castris magis ordinatum, opulentum ac nobile se conspexisse, nequidem in potentissimis civitatibus. Ita enim ibi fixus hærebat exercitus, cum mulieribus, infantibus, supellectileque domestica, ac si perpetuo habitandum eo loci fuisset: sciebant enim omnes, Regem Ferdinandum habere propositum, imo votum, toto vitæ suæ tempore numquam discedere nisi capta urbe: certaque persuasio de constantia Re-

*eam 22 Decembris ingreditur.*

f

g

*post infinitos 16 mensium labores.*

h

*in castris ordinatissimis, ex amplatos.*

*Agitur de urbis deditione.*

A Regiæ in quocumque cœpto voluntatis, fecerat homines undequaque affluere, ibique tam fixe
i permanere *i*.

114 Sexdecim menſes operi iſti Rex beatus impendit: & vero operæ pretium retulit. Eſt enim Hiſpalis circuitu ampliſſima, conditione nobiliſſima civitas regionis totius: cujus muri altiſſimi, ampliſſimique ac fortes valde, ornantur turribus pulchre diſpoſitis & eleganter elaboratis. Antemurale quoque ejuſmodi eſt, ut quælibet civitas eo ſe ſolo perquam bene muratam crederet. In ripa fluminis ab aquis ipſis turris aſſurgit, Aurea nuncupata, propter venuſtiſſimam qua nitet ſpeciem. De turri autem S. Mariæ quid dicemus, cum in ejus ornatum humana omnis induſtria conſumpta videatur? Eſt autem ſexaginta pedes lata, alta ducentos quadraginta. Scalæ interiores, per quas adſcenditur, gradibus tam amplis planiſque *k* aſſurgunt, ut mula vel equo conſcendere eam Reges,
k Reginæ, ac Magnates poſſint. Supra hanc *l* turrim alia minor eminet, octoginta ſolum pedes alta,
l ſed opere admirando fabricata: ſupra quam ænei
m *m* orbes ſeu ſphæræ quatuor gradatim conſiſtunt,
B ita ut minima ſummum locum teneat, ſecundum major aliquantulum; ſub illis major ſit etiam tertia: quæ licet omnes ſint ſpecioſiſſimæ, neque ſimiles ſibi fortaſſis uſpiam habeant, quarta tamen & infima, ut magnitudine ceteras, ſic & elegantia ſuperat. Diſtinguitur enim quaſi per canales duodecim, ſingulos quinque palmorum amplitudinis; adeo ut cum inducenda hæc machina in urbem eſſet, nec ulla portarum ſatis ampla ad ipſam excipiendam, latior aperiendus aditus fuerit: quando autem radiis ſolaribus illuminatur, viſendam ſe præbet plus quam ſpatio diurni itineris.

*Urbi ornatiſſimis turribus inſtructæ,*

115 Alia præterea ornamenta multa & prærogativas habet hæc civitas, paucis communes: ad ipſam enim ac pene ſub muros ejus, appellunt undequaque advectæ naves ex Tanger, Zeuta, Tunez, Bugía, Alexandria, Genua, Luſitania, Anglia, Piſa, Burdegala, Bajona, Catalaunia, Sicilia, Vaſconia, Aragonia, Francia, aliiſque regionibus tranſmarinis, tam Maurorum quam Chriſtianorum, qui ibidem omnes cenſent aliquos nationis ſuæ habitatores. Oleo præterea ſic abundat, ut terra marique ſufficiat magnis etiam regionibus, aliaſque innumerabiles opes continet: & in diſtrictu ejus numerantur centũ millia prædiorum, abſque portubus, unde ingens
C annue reditus provenit. Denique victoria hæc ex memorabilioribus fuit, quæ unquam tam brevi tempore relatæ in mundo ſunt: cui credi poſſunt cauſam dediſſe, primo ac præcipue divini favoris indulgentia erga ſervum ſuum, nobilem ac beatum Regem D. Ferdinandum: deinde eximia fides optimorum ſubditorum erga eumdem, quia nullus Rex umquam tam bonos tamque obſequentes habuit, quam Caſtellanos ſuos Ferdinandus; cum ipſa eorum natio ex propria natura Regibus ſuis fideliſſima ſit, præ alia quacumque; cujus utinam probitatem provehat Deus porro, evehatque ad ſui honoris incrementum!

*& totius orbis commercio novili,*

116 Nobiliſſima autem civitas iſta obtenta fuit anno Domini MCCXLVIII *n* die S. Clementis, id eſt
n XXIII Novembris: & poſteà nobilis Rex Ferdi-
*Rex ſanctus ſtatum eccleſiæ & politiæ ordinat.* nandus obtinuit alias multas civitates & regiones, ſuoque adjunxit imperio; ſubjiciendo ſibi Reges & regna, quæ ei clientelari jure ſubdiderunt ſe, tamquam Domino ſolventes tributa & vectigalia: quidquid enim cis mare ex parte Caſtellæ Mauri poſſident, in ejus venit poteſtatem. Primum autem opus Regis hic fuit, reſtituere pridem vacantem Sedem Epiſcopalem, ad Dei Matriſque ejus honorem, cui eccleſia ipſa eſt dedicata; ſtabilire in EX HISP.
ea Canonicatus ac Dignitates alias, perquam bene fundatas; dotare illam multis poſſeſſionibus oppidorum atque vicorum opulentia inſignium, præter ingentem gazam, quam donavit primo ejus *o* o
Archiepiſcopo, Raymundo. Eccleſiaſticis porro rebus tam bene diſpoſitis, etiam politicum ſtatum optime conſtituit, collocans in urbe habitatores omnium ordinum atque conditionum, quibus domos fundoſque diſtribuit liberaliter; accerſens etiam cunctarum artium opificiorumque magiſtros, & cuique generi ſuos ſigillatim vicos tribuens; litteratos etiam ac doctos viros *p* invitans; ea denique p
omnia curans, quæ civitatem aliquam ornare ac nobilitare poſſunt. Similiter & territorium circumjectum habitari colique præcepit: & civitatem magnis communivit inſtruxitque privilegiis, quibus gaviſuri in poſterum eſſent, tam qui illuc habitatum venirent, quam quos ibi ab initio collocavit, propter fidelem operam ſibi navatam obſidionis tempore.

E

## ANNOTATA.

*Dedendæ urbis conditiones, rejectæ.*

a *Morgadus ait ſecundas conditiones fuiſſe*, ut Mauri Regi penderent totum quod Miramolino dabatur, & præter Alcazarium traderent partem tertiam civitatis: denique, ut traderent partem dimidiam cum eodem tributo, & ſuis expenſis ducerent murum, qui utramque partem ſepararet.

*Anniverſarium ejuſdem dedita.*

b *Hunc diem feſtivum quotannis agunt cives, ſolenni cum proceſſione, in qua circumfertur* Gladius *de ſepulcro ſumptus, quem creditur in manibus habuiſſe* Rex Sanctus *cum urbem inveheretur; quod tamen non niſi uno poſt menſe factum mox indicatur. Dicit autem Morgadus tunc* Regi traditas claves urbis: moxque non ſolum arcem, ſed omnes etiam turres & Mezquitam fuiſſe præſidio regio occupatas, poſt annos quingentos triginta quatuor, quibus civitas fuerat in poteſtate Maurorum.

*Alcazarii Hiſpalenſis ſitus.*

c Alcazarium *olim dicebatur quod nunc* Palatium, *iſtic ubi Auſtrale cornu civitatis à Turri-aurea verſus eccleſiam majorem procurrit in modum trianguli: cujus baſis à dicta turri ultra portam Xereſianam ſe extendit, muriſque ac turribus per ſingula latera denis aut pluribus inſtruitur, & verſus eccleſiam ſuam portam habet quæ Palatii dicitur, propterea quod ducat ad palatium ibi ſitum: atque ita habes* portam Alcazárii *ſupra quæſitam, eique adhærentem* Vicum Judæorum.

B

d Centum millia hominum *mari ſe commiſiſſe ſcribit idem Morgadus*, quibus Rex indulſerit quinque naves, per Bætim ſubductas uſque Hiſpalim, cum decem triremibus & una carraca, *id eſt navi majori rotunda, qualem Nonius in Plautum videtur appellare* Circerum, *quam* Navim Aſianam prægrandem *interpretantur Lexicographi: hæ tamen naves debuerunt ſæpius iviſſe & rediviſſe, ut tanta turba eveheretur.*

e *Addit idem Morgadus* conceſſum Axatáfo, *quem Maurorum Archithalaſſum appellat*, ejuſque partiariis & fautoribus, ut qua poſſent meliori fortuna remanerent in Sanlucàr, Aznalpharáche, & Niebla.

f De S. Iſidoro *ejuſque tranſlatione egimus 4 Aprilis: celebratur ipſa die 22 Decembris.*

*Guiterius Archiep. Toletanus*

g Roderico *ſcriptori defuncto, ſub an.* 1247 *ſuccedens* Joannes *Vxamenſis, ſupra laudatus, ac deinde Burgenſis Epiſcopus, uno vix anno tenuit Cathedram Toletanam; ſuffectus autem eidem* Guiterius, *dicitur vixiſſe biennium in eo gradu, & obiiſſe anno* 1250. *Verum obſervat Zuniga, num.* 23 *hujus anni* 1248, *vacaſſe Sedem Toletanam adhuc menſe Martio anni* 1249. *Cum autem ex Canonico Epiſcopus factus* Guiterius *ſit, Electus licet, non potuit ejuſmodi actione perfungi, quæ ſoli Epiſcopo conſe-*

A *conſecrato competit, ideoque idem Zuniga ſuſpicatur, erroris occaſionem ex ſynonymia ſumptam; & eum qui eccleſiam dedicavit fuiſſe* Guiterium, Epiſcopum Cordubenſem. *Quia autem præcipuum domandæ urbis inſtrumentum fuit navalis illa machina, quæ pontem fregit; ideo credit idem Zuniga*, Capitulum Hiſpalenſe *pro Sigillo, cujus formam ex ipſo infra repræſentamus, ſumpſiſſe* navim, tenſis provectam velis, reſidente ad puppim Deipara.

h *Simile quid ſub annum* 1604 *in triennali obſidione Oſtendæ in Flandria contigiſſe audivimus.*

i *Teſtis* 11 *ſuper art.* 54 *in Summario, dicit ex hiſtoriis, quas legit & habet, quod* ſanctus Rex, quantumcumque gravatum ſe videret in expenſis ad bellum faciendis, Deo tamen & juſtitiæ armorum ſuorum confidens, numquam aggravaverit populum ſibi ſubditum novo aliquo tributo. Quæ ejus abſtinentia maxime patuerit in obſidione Hiſpalenſi; ubi cum hoc ei ſuaderetur, quin etiam ſuggereretur, poſſe eum in cauſa fidei etiam uti argentea ſuppellectili eccleſiarum, quibus eamdem deinde copioſe reſtitueret; reſponderit, aliud ſe ſubſidium ab eccleſiis earumque miniſtris non ſperare quam orationes, aurum vero aut argentum nequaquam (ſicuti in particulari narrat Mariana de Regis inſtitutione) quantum autem ad regnum gravandum attinet, magis timere ſe maledictionem unius edentulæ vetulæ, quam totum exercitum Maurorum: poſſe enim Deum, qui tali loco ipſum poſuerat, & regni defenſionem commiſerat, proſpicere de mediis ad victoriam neceſſariis, ſicut eatenus fecerat: & hoc narrat Fr. Dominicus de Baltanas aliique. *Mariana libellus hic citatus ad manum mihi non eſt: Baltanas Dominicanus poſt an.* 1560 *obiit, eumque Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hiſpanica ſcribit edidiſſe* Compendium rerum Moralium in Hiſpania geſtarum; *& curaſſe ut ederetur apud Ioannem Truxillo* Flos Sanctorum. *In alterutro, Lector, credo, invenies dictum, hic allegatum.*

*Sancti abſtinentia à gravandis bonis eccleſiaſticis.*

*Turris Hiſpalen. opus Maurorum.*

k *Similibus gradibus etiam conſcenditur tectum Baſilicæ Vaticanæ Romæ; ſunt enim plani & leniter ſolum acclines, ſic ut ab angulo ad angulum mediæ turris, ſecundum cujus latera gradus iſti ducuntur longitudine* 23 *pedum, ſolum enitatur quis ſurſum pedes* 5; *qui quater ſecundum numerum laterum replicati, faciunt ut ſingulæ cujuſque lateris feneſtræ, quæ lumen ipſis gradibus præbent turriſque interioris cameris, una ſupra alteram poſitæ videatur intervallo pedum* 20 *circiter. In theatro urbium Turris hæc ſic delineata invenitur, ut ex angulo uno*

C *videnti duo latera conſpicienda offerantur; itáque patet oculis ipſis illa, quam dixi; feneſtrarum utrimque paulatim aſcendentium differentia. Eadem repræſentatur in altero ejuſdem tabulæ latere, i. rorſum conſpicienda per effractum muri angularis hiatum; ſed perquam infeliciter: quia nec turris mediæ latera prædicta conſpiciuntur, neque ſcalarum forma vera exprimitur: notantur enim in lateribus ſingulis* 8 *vel* 10 *gradus, ſinguli tam alti quam lati, quos à quadrupede ſcandi, ſicut ibi fingitur, impoſſibile ſit; cum econtra non niſi gradum unicum habeant ſingula latera, quibus omnibus ſuccedit in eodem latere gradus alter. Proinde tantum abeſt ut aliquam ſcalarum Hiſpalenſium ideam formare tibi ex ea delineatione poſſis, ut erroneam prorſus concipere neceſſe ſit, niſi admonitus caveris.*

*Ejus dimenſio.*

l *Quamvis vox Hiſpanica* Brazas, *communiter* ulnas *notet, menſuram ſcilicet duorum & ſemis pedum geometricorum: apparet tamen ex omnium recentiorum conſenſu*, pedes *dumtaxat hic numerari: & quidem cum aliqua varietate. Nam ubi Chronica numerat latitudinis Brazas* 60, *illi ſolum habent* 50; *&* 240 *Brazas altitudinis mutant in* 250. *His vero ſecurius ſtabimus, credemuſque numeros Chronicæ à tranſcribentibus vitiatos, quod mox infra certiori exemplo conſtabit.* D *Operæ pretium fuerit legere Morgadum lib.* 4 *cap.* 1 *deſcribentem quam minutiſſime & accuratiſſime totam iſtius molis fabricam; quam una cum adhærente Mezquita totam eſſe à fundamentis opus Maurorum evidenter probat, contra nonnullos, à Romanis petentes illius originem*: eſto, *inquit*; nulla uſpiam appareat Arabica inſcriptio, quam Catholici dejecerint; ſicuti inventus eſt Cordubæ ſimiliter dejectus titulus, marmori albo inſculptus, quo dicebantur Alderamen & Iſſen, pater ac filius, Mezquitam Cordubenſem condidiſſe. *Ipſa quoque ſolicitudo Maurorum, pro impetranda facultate demoliendi turrim illam priuſquam excederent, etiam cum onere ædificandi novam propriis ſumptibus, ut habetur num.* 112, *confirmat proprium opus fuiſſe eorum, qui ad perpetuam infamiam ſuam ſuique Mahometi, ex ea turri ſoliti invocari, manere illam noluiſſent. Allegat etiam idem Morgadus auctoritatem Ludovici del Marmol Caravajal lib.* 3 *cap.* 40 *in deſcriptione Africæ, aſſerentis ex quadam Chronica Africana quod* Jacob Almanzor, nepos Abdulmumeni, ædificavit ad Mezquitam majorem apud Marocchos turrim, quæ hodieque ibi viſitur, eadem omnino forma ac fabrica, qua ſtructa eſt Hiſpalenſis, & Rabathana in Mauritania Tingitana: E eaſque fecit unus idemque architectus. *Et turris quidem, ut dictum eſt, hactenus fere manet: Mezquitæ vero ſolum ſupereſt pars Atrii ſive Clauſtri, reliquis ejus partibus dejectis ad ædificium novæ Cathedralis.*

*& ſimilitudo cum Turri Marochenſi.*

m *Similiter ait Morgadus de* Marocchenſi turri, *quod* ſupra ejus cacumen elevabantur quatuor orbes aurei per axem ferreum trajecti, quorũ infimus capiebat octo Hanégas tritici, ſecundus quatuor, tertius duas, quartus unam. Hanega *autem Hiſpana hodie dicitur duodecim* Almégas, *ſeu Romanos modios continere. Porro teſtatur Morgadus, quod ingenti quodám terræ motu fractus ſit axis, cui vaſti illi orbes inſerti erant, in die S. Bartholomæi anno* 1394: *& quod hanc ruinam reparaverit Archiepiſcopus* Ferdinandus de Valdés, *ſuis & Capituli ſumptibus, ulna* 250 *pedes quos à principio turris habuerat*, elevando ipſam ad alios 100 pedes, qui poſt tertium quartamque zonam novi operis deſinunt in ornatiſſimam pyramidem, cui incumbens ſphæra ænea inaurata altitudinis pedum quinque, ſuſtinet ſimulacrum Victoriæ, ſimiliter ex ære fuſum & inauratum, ulnarum quatuor & dimidiæ. *Quæ ære ibidem inſculptus lapidi legitur titulus, à Canonico Franciſco Pacieco compoſitus in hunc ſenſum:* F

*Vtrique impoſiti globi ænei quatuor:*

ÆTERNITATI SACRUM.

*pro quibus poſita deſuper Victoria,*

Magnæ Matri Virgini Soſpitæ; ſanctis Pontificibus Iſidoro & Leandro; Ermenegildo Principi, pio, felici; illibatæ caſtimoniæ & virilis conſtantiæ Virginibus, Juſtæ & Rufinæ, Divis Tutelaribus; hanc Turrim, Punicæ ſtructuræ moliſque admirandæ, atque in pedes CCL olim editæ, in auguſtiorem faciem, opere accurato & ſplendidiore, aucto inſuper centum pedum operoſiſſimo faſtigio, auſpiciis Ferdinandi Valdeſii, Antiſtitis pientiſſimi, Hiſpalenſis Eccleſiæ Patres ingenti *cum titulo teſtereſtaurationis anno* 1559. ſumptu inſtaurandam curarunt: cui, ob pietatis res egregie compoſitas, capite diminutis atque ſublatis Romanæ Eccleſiæ perduellibus, victricis fidei coloſſum, ad univerſa cæli tempora captandæ tempeſtatis ergo verſatilem, imponendum juſſere: abſoluto opere, anno inſtauratæ ſalutis MDLXIX, Pio V Pontifice Opt. Max. Philippo II Aug. Cath. Pio, Felici, Victori, Patri patriæ, rerum Dominis.

n *Hinc ſuppoſititia eſſe convincitur Charta jurium ac privilegiorum Carmonenſium, cui ſic ſubſcribi fingitur,*

*apud*

A *apud Carum lib.3 cap.44.* Facta charta, Rege Chrſto, VIII die Maji, anno quo dictus Rex Ferrandus, felix, populator, invictus, cepit Hiſpalim nobiliſſimã civitatem [& populavit] de populo Chriſtiano, Æra milleſima ducenteſima nonageſima. *Hæc enim reſpondet anno vulgaris Æræ 1252. Eodem anno primum etiam electus & ordinatus eſt, mortuo Ioanne, Cancellario Ferdinandi,* Apparicius Epiſcopus Burgenſis, confirmans *eamdem Chartam, poſt Reginam Ioannam, Infantes Ferdinandum & Philippum, eorumque patruum Alfonſum, & Ioannem Archiepiſcopum Compoſtellanum (qui tamen ager remiſſus in Galiciam fuerat) & aderat Toletanus Electus* Guiterius, *cui id potius competebat, ſi ipſo captæ urbis anno talis charta ſcribenda fuiſſet: ſed tunc* Apparicius *necdum erat Epiſcopus Burgenſis.*

*Chartæ Carmonenſis vitium.*

o *Id quidem* Raimundus *fuit, aſt non ſtatim, ſed primum poſt Majum anni 1253, aut etiam ſerius aliquanto, cum* Infans-Ferdinandus, *ad hoc munus Electus à patre, eo mortuo renuntiaſſet Electioni ſuæ.*

p *Non ipſe tamen, ſed ſucceſſor filius, Vniverſitatem ſeu Academiam inſtituit.*

B

# PARERGON V.

## *Ad quatuor præcedentia Capita.*

## Ex Hiſpanico Spinozæ, Zunigæ, & aliorum.

### §. I. *Devotio ſancti Regis erga Deiparam, durante obſidione comprobata miraculo inſigni.*

117 *Ex recentioris ſcriptore* L*Icentiatus* Paulus de Spinoſa, *Presbyter & civis Hiſpalenſis, patriæ Hiſtoriam, antiquitates, & magnalia edere in lucem cœpit anno* MDCXXVII; *cujus parte* I. *lib.*4 *& ultimo agit de recuperatione urbis per ſanctum Regem Ferdinandum. Narrat ibi Paulus iſte non pauca, vel ignorata vel præterita auctori Chronicæ, potiſſimum intento ſucceſſibus bellicis referendis. Et quoniam accurate ſatis refert fontes ex quibus hauſit ſingula, viſum eſt in unam omnia Appendicem, recuperationis Hiſpalenſis narrationi ſubjungendam, colligere; prudentiſque lectoris arbitrio relinquere, quid fidei ſingulis dandum exiſtimet. Ac primum fol.* 148 *ex veteri Eccleſiæ Hiſpalenſis membrana, in ſacello Regis aſſervata, aſſerit idem quod habent Lectiones, ad Matutinum in dedicatione Hiſpalenſis Eccleſiæ* XI *die Iulii recitandæ, & à Congregatione Rituum approbatæ anno* MDXC. *Quomodo ſcilicet* Rex Hiſpalim obſedit, ad eam expeditionem à S. Iſidoro Hiſpalenſi Epiſcopo per viſionem excitatus, quod ſcilicet ſanctiſſimus Præſul ſuam Eccleſiam, tot ſeculis jam ab infidelibus profanatam, Chriſto reſtituendam curaret. *Prudenti tamen cautione additur in dictis Lectionibus,* Ut fertur; *quo nempe intelligatur id non conſtare ex certis auctorum coævorum monumentis, ſed ſolum* conſtanti traditione receptum eſſe: *uti etiam quod* pius Rex, tum alias, tum in eo bello Deiparæ Virginis (cujus ſacram venerandæ Majeſtatis imaginem quocumque iret in exercitu ſecum ducebat, ac mira devotione & honore proſequebatur) præſentem opem non ſemel ſenſit.

C *veteres membranas allegante,*

*probatur devotio ſancti erga B. V.*

118 Prædictam *autem* membranam, *inquit Paulus* continentem miracula aliquot ſancti Regis, tranſcripſit Licentiatus Franciſcus Pachiecus, Capellanus Major Capellæ Regiæ & Canonicus ipſius ſanctæ eccleſiæ, cujus exemplum ego habui, à quodam Regni hujus Magnate communicatum. *Vtinam ſuis originariis verbis, Hiſpanicis vel Latinis (nec enim qua lingua ſcripta fuerit exprimitur) membranam iſtam curaſſet Lectori ſuo Paulus exhibere, vel Proceſſuum ſummario inſerta invenirentur notata ibi miracula, ſicut notantur alia infra danda ex libro veteri Flos Sanctorum. Interim ex membrana illa attulerat Paulus fol.* 134, *quod poſt conflagrationem igniariæ illius machinæ (de qua in exitium Chriſtianæ claſſis comparatæ dictum eſt num.*39) acturus pius Rex de tam ſingulari beneficio gratias Deo & Deiparæ, quibus acceptum id referebat, in ſuum ſe recepit tentorium, proſtravitque ante imaginem Virginis in oratione. Poſtero autem mane ſub ortum ſolis ſine gladio egrediens ex caſtris, progreſſus eſt orabundus uſque ad ambitum mœniorum urbis, & ea uſque ad portam Cordubenſem tranſiens, intravit per eamdem; eoque venit ubi eſt locus ſupplicii Martyrum, oravitque coram imagine Mariana, quam à vetuſtate Antiquam appellant: & tota civitate tranſita, nulli Maurorum conſpicuus, egreſſus eſt per portam Xeritanam: venienſque in tabernaculum, & ſuperiorem veſtem quietis capiendæ cauſa deponens, deprehendit ſe abſque gladio eſſe: unde intelligitur extaticæ orationis fervor, quo abreptus toto illo itinere fuit.

*Ex Hiſp.*

*cujus imaginem Antiquam in urbe,*

E

119 Doctor Hieronymus de Gudiël, *arte Medicus, qui anno* MDLXXVII *Compluti vulgari lingua edidit Compendium aliquot Hiſtoriarum Hiſpaniæ, in quo tum alia antiquitates memoria digniores traduntur, tum præcipue illuſtratur familia Gironum*) cap. XI dicit eumdem ſe caſum vidiſſe in alio Ms. antiquo de rebus & antiquitatibus Hiſpanicis, hoc verborum tenore expoſitum. Videns Rex ſanctus obſidionem protrahi in longum, idque peccatis ſuis imputans, & ideo vehementer afflictus, continuas ad Deum Virginemque glorioſam ejus matrem preces fundebat, ante imaginem quæ hodie Regum dicitur, quamque circumducebat ſecum; ſupplicans ne ſua peccata reſpiceret, ſed zelum ſanctum, quo impellente obſidionem tam arduam ſuſceperat. Hoc tota una nocte agenti reſponſum fuit, animos ſumeret, cito enim potiturum eſſe deſiderato glorioſi laboris fructu. Surgens autem mane Rex, ambulavit uſque ad civitatem, non viſus à ſuis; & per unam portarum, quæ inter Turrim auream & portam Xeritanam clauſa apparet, introgreſſus eſt; ubi dicunt, excidiſſe ei non animadvertenti gladium ſuum: & perveniens uſque ad Mezquitam majorem, veneratus eſt imaginem quam appellant Antiquam, quamque iſtic reperit, ubi etiamnunc conſiſtit: atque per eamdem portam regreſſus in tentorium, invenit ibi gladium qui ſibi exciderat. Eodem mane D. Petrus de Guzman & D. Petrus Pontii, non invenientes in tentorio Regem, perquiſiverunt totis caſtris, uſque dum venirent ad tabernacula DD. Roderici Gonſalez Giròn & Didaci Lopez de Haro. Qui ſuſpicati Regem ingreſſum eſſe civitatem, ingreſſi ſunt etiam ipſi per portam Macarenæ, quærentes eum uſque ad Mezquitam majorem. Quo cum plurimi Mauri accurriſſent, pugna acris ibidem ipſis exorta eſt; in qua, protegente eos Deo progreſſi uſque ad portam Xeritanam, per eamdem redierunt ad caſtra; in quibus Regem repererunt, ſanum atque hilarem, & gaviſi ſunt. *His relatis,* Apte, *inquit Zuniga,* ſubjungit Gudiël: Si poſtremum iſtud facinus Roderico Gironi & ſociis affictum Poëtice eſt, apte inventionis iſtius auctor legit perſonam cui ipſum adſcriberet. Scimus tamen

*eodem inceſtaſi ingreſſus, adoravit,*

F

A etiam in Granatenſis urbis acquiſitione, occaſione non abſimili, quid ſimile patratum fuiſſe à Ferdinando del Pulgàr. *Pergens deinde Spinoſa*, Alii, *inquit*, auctores dicunt, quod tota una nocte ferventi orationi

*egreſſuſque ubi venerit ſe inermem fuiſſe.*

inſiſtens Rex, à Deo ſibi concedi petiit ingreſſum in urbem Hiſpalenſem, ad introducendam illuc ſanctam Chriſti fidem, & viſitandam magnæ religionis imaginem Marianam, quam quidam à Columna nominant; quia ſtabat ad columnam cujuſdam fontis, ad concurſum platearum Genuenſis & Marinæ: quidam vero aſſerunt fuiſſe miraculoſam illam imaginem, quæ Antiqua nominatur, eratque intra ipſam Mezquitam Maurorum, honorata ab his, adorata à Chriſtianis. Poſtea, ajunt, ſurrexiſſe Regem, velut in ecſtaſi, præ attentione atque fervore ſpiritus; & inobſervatum prodiiſſe de tabernaculo, ac tranſito Tabulatæ campo quam longus erat, circúiviſſe murum uſque ad portam Cordubenſem, & campum illum in quo ſolebant Mauri capitis ſupplicium ſumere de Chriſtianis, inde appellatum Decollatorium Martyrum. Hinc inductum, vidente nemine, in civi-

B tatem ab Angelo, uſque ad locum imaginis: qua adorata, Rex egreſſus fuerit per portam Xeritanam: ingreſſuſque in tabernaculum, animadverterit periculum in quo fuerat, ablq; gladio exiſtens.

*quibus pœnitentiis uſus durante obſidione?*

120 *Triplicem hanc extaticæ illius peregrinationis narrationem, tam unam in ſubſtantia facti, quam in circumſtantiis variam, ideo credo propoſuiſſe Spinoſam; ut pluralitate teſtium, non omnino recentium, ejuſmodi de ſancto Rege credulitati, faceret fidem traditionis, ſaltem popularis; quæ, licet raro aliquid integrum invariatumque tranſmittat ad memoriam poſteritatis, non ſit tamẽ prorſus contemnenda, quamdiu nulla gravior ratio in contrarium obſiſtit. Et hujuſmodi ſunt quæ idem Auctor adjungit*, ſolitum Regem ter in hebdomade, quamdiu duravit obſidio, ſeipſum noctu flagellare uſque ad copioſam ſanguinis effuſionem; cum autem pugnandum eſſet, cilicinam crucem, ferreis aculeis aſperam, ſupra nudam carnem geſtare, quæ pectus & brachia complectebatur: habuiſſe etiam in exercitu Sacerdotes, qui militibus pœnitentiam & virtutum exercitium prædicarent. *Sed minus verosimiliter hoc etiam additur, quod in iſtis Sacerdotibus*

C *an etiam comite S. Petro Gonzalez?* præcipui fuerint beatus Fr. Dominicus, vir ſanctiſſimus, diſcipulus & ſocius glorioſi Patriarchæ Dominici, Confeſſarius Regis, eique adjunctus ſocius, thaumaturgus Pater Fr. Petrus Gonſalez, quem aſſerit Chriſtophorus Nuñez, Capellæ Regiæ Sacellanus, in hiſtoria quadam à ſe ſcripta de ſingularibus rebus urbis Hiſpalenſis, multa prædixiſſe ſancto Regi obſidionis hujus tempore, quæ exitus vera demonſtraverit. *Egimus* XV *Aprilis de* S. Petro Gonzalez, *ibique notavimus ad num.* 15 *Vitæ littera* d, *hunc mortuum eſſe ſeptem annis citius, quam obſidio inchoaretur; nunc vero occurrit etiam alius error ejuſdem Vitæ notandus, quo dicitur idem Petrus capta urbe comitatus Regem, ad urbem ſuam regiam regreſſum: neque enim amplius redivit in Caſtellam Ferdinandus, aut vivus aut mortuus. De Fr. Dominico, Petri Gonzalvii ſocio, nihilo minus dubitaverim, an unquam fuerit in Caſtella, nedum in Batica: vide interim quæ de eo notavi ad Vitam B. Petri num.* 4 *litt.* b. *Quod autem ab eodem in caſtris Ferdinandi factum ait Lauretus lib.* 2 *pag.* 63 *circa meretricem ſolicitantem ad flagitium, quam ad cubandum ſecum in rogo invitarit; id alii & veroſimilius in Luſitani Regis Caſtris; Leander Albertus pag.* 180, *in* Curia Gallorum Regis *actum ait; niſi forte mendum eſt, legendumque ſit* Portugallorum. *Idem Lauretus lib.* 1 *pag.* 347 Dominicum Mugnoz *nominat, aitque fuiſſe* ſancti Regis Confeſſarium, *quod certius velim probatum videre, ab eo præſertim qui mox ſequ. pag.* 349,

*& B. Dominico ejus ſocio,*

*parum ſui memor, titulum Regii Confeſſarii, pro eodem occupatæ urbis tempore, adſcribit* Don Raymundo de Lezana Epiſcopo Segovienſi. *Similiter certius probatam velim, aſſertam ab eodem Laureto præſentiam* S. Petri de *ac S. Petro Nolaſco à* Nolaſco *in iiſdem caſtris. Vehementer enim vereor, ut ea aliud habeat fundamentum, quam quod Sanctus iſte (ſicut in Vita à nobis edita legitur* XXIX *Ianuarii num.* 18) *Barcinone profectus ad Caſtra Iacobi Aragonum Regis, eodem quo Hiſpalis obſidebatur anno Valentiam prementis, urbem cum eo ingreſſus dicitur, die ſcilicet* XXVIII *Septembris, qua illa, ex prædictione ejuſdem Sancti, pridem id Deum precati, dedita Chriſtianis fuit. Fama tamen fundati Valentiæ Conventus moviſſe Sanctum Regem potuit, ut etiam Hiſpalim Petrum accerſeret, idem ibi factorum. Potuit etiam ſanctus Fundator, comitatus ultro fuiſſe Aragones illos quos Valentia occupata, Regem Iacobum Ferdinando miſiſſe ad Hiſpalenſem obſidionem extremo ejus menſe. intelligitur ex ſucceſſu eorum minus felici num.* 99. *Allegatur autem Bernardus de Vargas in Ordinis ſui Chronica, Sanctum Sancto ſic loquentem inducens*; Cura, non ſolum fabricam eccleſiæ & conventus; ſed etiam ut Fratres veſtri pro me orent Deum, dum vivo; nec non pro anima mea, poſt mortem: optime enim novi, quam gratæ ſint Deo ſanctæ E veſtrę preces, æque ac opera veſtra bona.

D

## §. II. *De imaginibus Marianis, Hiſpalim inductis à ſancto Rege.*

121 *Circumducere imaginem Deiparæ ſolitus.*

REfert *Rodericus Toletanus lib.* 8 *cap.* 10, *ex eoque Lectiones* XI *Iulii ad feſtum Triumphi S. Crucis apud Hiſpanos, quod in ſæpe memorata Chriſtianorum ad Navas Toloſanas contra Saracenos pugna, erat in vexillis* Regum *Chriſtianorum, Caſtellæ, Aragoniæ & Navarræ*, imago B. Mariæ Virginis, quæ Toletanæ provinciæ & totius Hiſpaniæ ſemper tutrix extitit & patrona: in cujus adventu, acies illa mirabilis & turba innumerabilis, quæ hactenus ſatis immobilis permanebat, & rebellis noſtris obſtiterat, cæſa gladiis, fugata lanceis, victa ictibus, terga dedit. *Hanc majorum ac ſui nominatim Avi materni religionem imitatus Rex ſanctus, ejuſdem Virginis imaginem, non quidem vexillo ſuo inſeruit (hoc enim, ut infra deſcribitur, ſolis Caſtellæ ac Legionis inſignibus notatur) ſed majori cum apparatu habebat*, cumque iret in exercitu ſecum ducebat, *præſentem opem ſemper expertus, tum in aliis bellis omnibus, tum maxime in hoc Hiſpalenſi, uti teſtantur Lectiones Dedicationis Hiſpalenſis ſupra allegatæ num.* 117, *eademque argumentum cœptum ſic proſequuntur*: Capta urbe, Ferdinandus, felicem victoriam, non ſibi, ſed Deo ejuſque ſanctiſſimæ Matri acceptam referens; dictam imaginem, triumphantis ſpecie ornatiſſimo ferculo impoſitam, ad templum, quod ejus nomini dicandum erat, inferri fecit. Hac celebritate triumphi eadem ſacratiſſimæ Virginis imago, cum ſplendida Epiſcoporum & Sacerdotum proceſſione, ſignis ac legionibus præcedentibus, ſequente poſtremum Rege & Procerum comitatu, in urbem delata & in templo eſt collocata: quod jam à Guiterio Archiepiſcopo Toletano à ſuperſtitionis ſordibus fuerat expurgatum, & Chriſtiano cultui reſtitutum. Tum vero idem Toletanus Præſul eccle-

F

*eamdem triumphabundus inducit in urbem:*

ſiam, præſentibus Epiſcopis & innumerabili populorum multitudine; ſolenni ceremonia Deo in titulum & honorem beatiſſimæ Virginis Mariæ, dedicavit: cujus venerandam imaginem, cum multis Sanctorum Reliquiis, ibidem Rex reponi curavit.

*multa per eam operatus miracula.*

122 *Hæc ergo illa eſt, quæ ut olim in Veteri Regum Capella, ſic & hodie in nova, principem aram occupat, in capite Eccleſiæ Patriarchalis Hiſpalenſis, ſicut infra apparebit, ubi Capellæ iſtius forma proponetur. Nunc ſatis eſt ipſam imaginem in ſuo argenteo tabernaculo, in quo*

&












Hen. Cause sculp.

Tom 7 Maj. Pag. 355



A *& circumfertur, exhiberi conſpiciendam. Eidem imagini ſicut antiquitus communis cum ipſo ſancto Rege honor deferebatur, ſic utrique communiter accepta referebantur miracula vetera, inferius proponenda in principio Gloriæ poſtumæ. Hoc etiam indicat Titulus, Legendæ antiquæ præfixus his verbis:* Vita & miracula glorioſi Regis D.Ferdinandi, qui Hiſpalim obtinuit; & cui, mediante quadam devotiſſima ſculpta imagine, quam ſecum circumducebat, Dominus noſter magna miracula ejus tempore & uſque hodie fecit ac facit. *Talium miraculorum occaſione ipſam illam Deiparæ imaginem* Guilielmus Gumperberg *noſter retulit in ſuo Atlante Mariano, continente centurias duodecim miraculoſarum toto orbe imaginum, ubi ex Memoriali ſeu* Vita S.Ferdinandi *ſcripta per* Joannem de Pineda, *ſic habet:* Fama eſt duas Deiparæ ſtatuas Hiſpalim eſſe allatas à Ferdinando Rege. Altera argentea eſt, & colitur in altari principe ſummi templi; altera, lignea & juſtæ ſtaturæ, ſedet, puerumque Jeſum manibus tenet. Hæc à Regibus nomen habet, ſive quia in Sacello Regio eſt, ſive quia à Ferdinando Rege contra Mauros ſemper inter primos militum ordines collocata: refertque conſtans fama, in oppugnatione urbis Hiſpalenſis, Regem Ferdinandum à

*ubi etiam nunc in honore eſt,*

B Virgine doctum eſſe, quibus modis Maurorum machinas everteret.

*non tamen ut picta ab Angelis,*

123. *Hæc ille ad imaginem* CCXLI: *addit deinde:* Tanto hodie in honore eſt hæc ſancta Statua, ut à Regiis miniſtris Cuſtodes præſidiarii conſtituantur, quos Armorum reges vocant. Hi togati cum clava argentea præ foribus adſtant. A cubiculis Deiparæ, velut Imperatrici, nobiliſſima quæque virginum deligitur: quibus omnibus Regio diplomate hæc officia aſſignantur. Tanta porro in hac ſancta Statua veſtienda eſt religio, ut hoc officium non niſi Canonicis permittatur. *Sed iſta collata cum præcedentibus, credere nos faciunt, Teſtem V in Proceſſu Neapolitano ſuper art. 26 in Summario allegatum, perquam confuſa uſum memoria fuiſſe, quando* dixit, quod cum ſancto Regi apparuiſſet imago quædam Deiparæ cum puerulo, promittens victoriam in conflictibus; ille ſimilitudinem monſtratæ ſibi imaginis factam volens, plures pictores accerſiverit: quorum nemo cum voto ejus poſſet facere ſatis, ſecundum ea quæ memoriæ habebat impreſſa lineamenta, demum oblati ſint duo, qui opus ſuſceperint, unumque in locum ſimul clauſi abſolverint intra

*quod forte de Antiqua dicebatur,*

dies aliquot: ſed opere completo inventi amplius non ſint, proinde crediti fuiſſe Angeli: & hanc ait devote ſervari ſub altari in capella Regia: atque ita & vidiſſe ſe ſæpius, & ex antiqua parentum traditione accepiſſe. *Sane non pictam eſſe, ſed ſculptam imaginem; non ſubtus, ſed ſupra altare collocatam, extra controverſiam videri debet. Sed video quid fefellerit hominem, Hiſpaniæ advenam, & bona (quod præſumendum eſt) fide, viſa auditaque, ut meminerat, referentem. Eſt in eadem Hiſpalenſi eccleſia imago alia ſupra memorata, non ulnata, ſed inventa Hiſpali à Sancto Rege, maximaque in veneratione habita;* Antiquam *vocant, eſtque Gompenbergio Imago* CCCLXXXI, depicta in pariete, ſtatura ſeſqui major humana, forma ſpecioſiſſima, ut miraculum ſit inter majores pictorem fuiſſe tanta arte præſtantem: & quod ipſo miro mirum magis eſt, in hanc uſque diem & integra eſt, & vel formæ vel colorum nullo omnino

*ad miraculum ſpecioſa,*

paſſa damnum, quantumvis Mauri, quibus antiquiorem eſſe fama celebrat, eidem expungendæ ligones & malleos adhibuerint. Veſtis tota deaurata eſt, cultus hodieque ingens; ardent perpetuæ in ſacello, quod auguſtiſſimum, lampades; nulla diei hora ſacrum locum accedas, quin tibi via ſit per confertum populum facienda. Omnia pene ſuperant litaneuticæ preces, quas Lauretanas vocamus, & quovis Sabbato, aſſiſtente toto Clero, D Cathedralis templi ſymphoniaci, non minori pietate quam majeſtate, concinunt.

124 *Eadem omnia de prædicta imagine ante centum annos habemus apud Morgadum impreſſa, lib.4 cap. 10;* & an. 1578 *qui addit quod* prius ſtetit ad manum dexteram capellæ, ſed non ita pridem (*Zuniga, quirem plenius deſcribit, notat* annum 1578, 18 Novembris) ab Archiepiſcopo Chriſtophoro, maximo ingenio & molimine tranſlata eſt, in eum ubi nunc eſt locum, una cum tota illa parte firmiſſimi parietis, ſupra quem formata eſt. Nec tamen illa prima videtur fuiſſe tranſlatio: cum enim ablata eſt à priori loco, apparebat clare, partem illam parietis non cum reliquo pariete fabricatam, ſed aliunde acceptam, ibique inſertam fuiſſe. *Eſtque hoc omnino verofimillimum; tum quia Mauri ſolatenus debuerunt omnia deſtruxiſſe, ut ſuam Mezquitam novam à fundamentis ædificarent, tum quia credibilius eſt à Sancto Rege fuiſſe repertam extra ipſam Mezquitam, quam intra eamdem, quo Chriſtianis non patuiſſet acceſſus.* Addit Zuniga *num.17, deſperantes de ipſius imaginis deſtructione Mauros, educto ante eam pariete, ipſam occuluiſſe; ſed fruſtra, cum propterea Chriſtiani non oblivi ſcerentur illius, & tectam quoque pergerent in veneratione habere. Verum pauci ante hanc expeditionem annis, ille paries concidit, ſub eoque apparens imago novo quodam fulgore intuentium Maurorum ita perſtringere cœpit oculos, ut arcano quodam impulſu coram eâ ſtare erecti non valentes, genua flectere cogerentur; ſicuti teſtatur, ſub annum* MDXX *florens,* Bacalaureus Peraza, *cujus Ms. & hactenus anecdoton autographum extat in Bibliotheca Ducis de Alcalà. Hanc ergo imaginem, quam repræſentamus ari inciſam; quæque modo eſt in ultima capellarum ingredientibus ad latus dextrum, juxta lateralem portum dictam S.Chriſtophori; hanc, inquam, imaginem bonus ille Neapolitanus teſtis, non diſtinxerit ab ea quæ Regum dicitur; nec animadverterit, haud eſſe in tabula ſed in muro pictam. Vt vero ipſa ſtatua, quæ vere eſt & dicitur* Regum, *credi poſſit Angelicis manibus fabricata, videtur opus eſſe plurium concordi teſtimonio: quod cum deſit, deeſt quoque idoneum argumentum fidei miraculo adhibendæ.*

*tranſlata.*

125 *Præter has duas nominis ac venerationis præcipuas imagines Marianas, quarum alteram ſimiliter etiam ari inciſam hic vides; invenio adhuc alias ad Sanctum ſpectantes. Earum una* Eburnea, *alia* Argentea *eſt. De Eburnea ait Spinoſa, anno* MDLXXIX, *quando ex veteri in novam arcam transferendum erat ſacrum corpus, inventam eſſe ſupra mortui pectus, creditumque quod ipſam ſolitus fuerit ſecum ſemper deferre; & quando pugnandum cum hoſte erat, ſupra haſtile vexilli Regii figere; quod etiam Teſtium aliquis in Proceſſu affirmavit; alius vero Teſtis dixit, auditum vel lectum ſibi eſſe, quod ipſam in tali diſcrimine ante ſe haberet poſitam in arcu ephippii ſui. Atque hinc originem ſumpſiſſe videtur, ut recentiores omnes ſancti Regis imagines, prò Vellere aureo, Auſtriacorum poſtea Regum geſtamine, appictam habeant ex collari torque pendulam effigiem Deiparæ. Servatur iſta hodiedum in Archivio Capellæ Regalis, inter pretioſiora illius cimelia. Argentea denique Deiparæ imago Hiſpali, cujus & Gumpenbergius meminit, incertum utrum ante vel poſt captam urbem fabricata, putatur ſancti Regis donum eſſe, vocaturque imago Metropolitana eccleſia, & ſtat ſuper altare majoris Capellæ, quæ (uti infra ex ichnographia loci apparebit) in media templi navi ſervit Archiepiſcopo & Canonicis ad Officia ſua omnia. Lauretus lib.2 pag.87 alias quoque Deiparæ imagines indicat, quas Sanctus Rex, ibidem dicitur fabricandas curaſſe, & in variis eccleſiis à ſe ſucceſſive fundatis conſtituſſe: quarum una in Collegiata S.Salvatoris ab Aqua*

*His addit Eburneam unam repertam cum corpore.*

*alteram argenteam à Sancto datam Eccleſiæ.*

*& alias alibi collocatas.*

A *nomen habeat; aliæ duæ ſint, in eccleſia S. Franciſci ſub choro & S. Clementis Monacharum Ciſtercienſium; præter plures eadem in urbe, de quibus ſimilis traditio ſit, & ſimilis eo titulo cultus. Idem Lauretus allegat Fr. Alfonſum de Vargas, in relatione de Mariana Hortenſi imagine, aſſerentem, infinitas eſſe eccleſias, quas Sanctus Rex Deiparæ fecerit dedicari: certe vix dubitarim, quin in civitatibus oppidiſque omnibus, à ſe occupatis, ille curaverit extare aliquod pietatis ſuæ erga Deiparam monumentum.*

126 *Lucius Marinæus Siculus, lib. 5 de Rebus Hiſpanicis, Sanctum Regem laudat, quod* Dei effigiem, quam ſemper habebat apud ſe, devotiſſimus adorabat ſummaque devotione celebrabat; ab eaque, quidquid & neceſſario & honeſte petebat, facile impetrabat. Hoc igitur numine adjuvante, *inquit*, Hiſpali aliiſque pluribus oppidis potitus eſt. *Habet hodieque Giennenſis eccleſia Chriſti Dei noſtri vultum, ad earum expreſſum ſimilitudinem, quæ vulgo* Veronicæ *nomine appellantur; vel quia id nominis erat piæ cuidam mulieri, quæ Chriſto crucem ſuam bajulanti cum aliis obvia, tergendo ſudori ſanguinique velum capitis ſui præbuerit, in eoque ſacræ faciei acceperit expreſſa lineamenta, ſicut populariter circumfertur; vel quia id quod primitus dicebatur* Sancta vera icon, *ſicuti dicitur* Sancta vera Crux, *levi litterarum tranſpoſitione mutatum in* S. Veronicam, *occaſionem dedit ea omnia comminiſcendi, quæ in noſtro Februario ad diem* XV *mallent eruditi viri ſeveriori trutinâ expenſa videre. Vt ut eſt, vulgo* S. Veronica *nuncupatur, non ſolum quæ illam acceperit matrona, quæ an ulla unquam fuerit dubitatur; ſed citra dubitationem ullam multoque communius, ipſa ſindon, in qua ſic expreſſus cernitur Chriſti vultus; & hic eſt quam* Dei effigiem *Marinæus vocat, & cui* Numinis *appellationem eo modo aptat, quo modo figurate ſolent imaginibus aptari quæ ſunt prototypi; quod facilius etiam ignoſcas homini, præ ſtudio emunctæ Latinitatis, adeo nullam vocem peregrinam in ſuis ſcriptis toleranti, ut nec proprium* Lucæ *nomen legi in iis voluerit, ſed Romano vocabulo* Lucius *dici. Extat tamen Hiſpanica Marinæi verſio, ipſis Latinis editionibus (quarum prima anno* 1533 *curata Compluti) triennio vetuſtior; ubi citra controverſiam* Veronica *nominatur, itaque legitur,* Traia con ſigo la Veronica . . . y con el ayuda y ſocorro de nueſtro Señor ganò muchas victorias. *Alibi autem idem Marinæus, agens de* Menteſa quam Jaënem vocant, *dicit, quod* Chriſti ſudario, quam alio nomine Veronicam vocant, non immerito gloriatur. *His porro duobus Marinæi locis inter ſe comparatis, exiſtimat Franciſcus de Ruſpuerta in Hiſt. Eccl. Giennenſis urbis Sec.* 12 *§.* 5 *aliique, Giennenſium traditionem, ipſam acceptam referentium Epiſcopo ſuo D. Nicolao, qui eam ante annum* MCCCLXXVIII *attulerit, poſſe concordari cum Iuliani Adverſariis; ubi dicitur, quod ea* à temporibus antiquiſsimis apud Giennenſes colitur & oſtenditur peregrinis. *Putant enim dici poſſe, quod* S. Ferdinandus, *accepto in ditionem Giennio, ipſam ibi clam ſervatam reperit, & ſecum ad bellum Hiſpalenſe aſſumpſit; itaque retentam Hiſpali Nicolaus Epiſcopus revexerit Giennum. Sed nos Pſeudo-Iuliani Adverſaria ut figmenta contemnentes, nullamque memoriam apud Hiſpalenſes invenientes talis imaginis, malumus ceteris Marinæi erratis, quorum cauſa Ioannes Vaſæus* multis locis diligentiam ſcriptoris, pluribus fidem deſiderat, *malumus inquam, Marinæi erratis etiam hoc imputare, quod fallente memoria ad Veronicam tranſtulerit, quæ de imagine Virginis Deiparæ audierat.*

*Imago Chriſti vulgo Veronica.*

B *quæ Giennii colitur.*

*Non ſatis probatur, à Sancto ad Hiſpalenſem obſidionem delata.*

C

*Ex ſolius Marinæi Siculi fide, collata cum Iuliani Adverſariis.*

D

## §. III. *De ſancti Regis Gladio & Labaro, nec non de Clavibus urbis ingredienti traditis, aliiſque ejuſmodi monumentis.*

PRudentius de Sandovàl in hiſtoria trium Epiſcoporum, ad finem Vitæ Comitis Ferdinandi Gonſalvii (*fuit hic Caſtellæ Comes tempore* Ranemiri Regis, *heroicis contra Saracenos geſtis clarus; quem ab inſigni pietate & felicitate multum laudat Rodericus Toletanus lib. 5 cap. 2 & 12, & floruit ſub medium ſeculi* X) *ad hujus, inquam, Heroïs vitam* addit *Prudentius de Sandovàl, apud Spinoſam*, quod ſanctus Rex Ferdinandus, iturus ad obſidionem Hiſpalenſem, extulerit ſecum os unum de illius corpore, cum enſe & labaro, tamquam viri ſancti, & cujus meritis ſperaret multum ſe adjuvandum. *Deinde proſequitur Spinoſa*: Quod exemplum imitati ſucceſſores Reges, eumdem gladium ſæpe petierunt, ad maximi momenti expeditiones profecturi, ac nominatim Infans Ferdinandus, in obſidione Zaharana & Antiquerenſi. Eſt autem gladius ulnam unam longus & acutiſſimus, in capuli vertice globum habens cryſtallinum, & pro tranſverſo pretioſam ex lapide flavo petram, ad unius digiti craſſitiem. Servatur vero in ſacriſtia Capellæ Regiæ, indeque effertur ad proceſſionem, die S. Clementis XXIII Novembris duci ſolitam, in gratiarum actionem pro liberata à Mauris urbe. Hunc enſem elatum portat Aſſiſtens Hiſpalenſis, præcedente illuſtriori quodam viro, ex parte Civitatis delecto, qui vexillum ferat, quod Regi ſancto præferebatur quando urbem obtinuit, ſervaturque in Sacriſtia majori eccleſiæ. 127 *Enſis & labarum ad obſidionem delatum.*

E *in proceſſione annua circumferuntur.*

128 Apparatus ipſius Regiæ capellæ tali die hic eſt. Ad latus dexterum portæ, ſub diviti conopæo, collocantur figuræ Sancti Regis & Reginæ Beatricis, primæ uxoris ejus ad ſiniſtram, dexterum latus tenente figura filii Alfonſi Sapientis, omnes veſtitæ quam ſpecioſiſſime: Regis autem figura prædictum gladium manu dextera tenet. Accedente ergo ad Thronum Aſſiſtente, interim dum è capella procedit pompa, Capellanus Major ibidem adſtans cum Cuſtodibus, genu flexus oſculatur prædictam dexteram, ab eaque acceptum gladium tradit Aſſiſtenti in manus; quas ſuis ipſe manibus ſtringit, exigitque juramentum in forma Caſtellanis conſueta, quod eum ſit reſtituturus finita celebritate: qua de re mox conficitur publicum inſtrumentum à Notario, eum in finem præſente. Habet autem Chriſtophorus Nuñez Sacellanus in ſuis manuſcriptis, quod anno MDVIII gladium iſtum in proceſſione extulerit ipſemet, tunc forte Hiſpali præſens, Rex Ferdinandus; vexillum vero geſtandum tradiderit Legato Cæſaris Maximiliani, dicens, Si hic adeſſet Nepos meus Carolus, ipſius partes forent iſtud portare: nunc, quoniam abeſt, vices ejus ſuſtine. Tanta in veneratione habent Reges noſtri honorandas illas Reliquias. *Hactenus Spinoſa: quibus ex Zuniga addiderim, non aque probari omnibus, quod reſarciendo ſacrum iſtud vexillum ſubditus hinc inde alius fuerit pannus, ſicut facile deprehenditur à non hebete oculo, licet major pars ſit materia antiquæ; verentur enim, ne, paulatim evaneſcente pannu utriuſque diſcrimine, non diſtinguatur à recentiori vetuſtior.* F *maxima cum reverentia.*

129 *Servatur præterea, teſte eodem Zuniga num.* 24, *inter eccleſiæ rariora cimelia*, Clavis argentea, *ex parte inaurata, quam creditur* Sanctus Rex, *ſibi ſucceſſo-* *Clavis argentea urbis ſancto Regi fabricata.*

A *ceſſoribuſque urbem ingreſſuris impoſterum offerendam, fabre-fieri juſſiſſe, loco alterius* ferreæ, *ſibi ab* Axatàf *Mauro ſub introitum ante portas urbis oblatæ, quæ hodie eſt in poteſtate* D. Antonii Lopez de Meſa, *olim autem putatur in archivio civitatis cuſtodita fuiſſe. Alii credere malunt, prædictam argenteam clavem, à Iudæis fabricatam, & ab Archiſynagogo Hiſpalenſi oblatam Regi fuiſſe: idque veroſimile fieri ex additâ manubrio inſcriptione Hebraica: notant autem in more Iudæis fuiſſe, Rege ingrediente in locum ubi Synagogam habebant, eum cum tali ceremonia excipere & ſimul protectionem ejus petere. Vtriuſque clavis formam, qualem Zuniga exhibet, non gravate repræſentavi ſub imaginibus Marianis, ſed paulò contractiori menſura: ubi nemo eſt qui non facile intelligat Caſtellanorum verborum, ſecreto ipſius* Clavis *tam eleganter intextorum, ſenſum,* DIOS ABRIRA, REY ENTRARA. *Sed notio ſcripturæ Hebraicæ, quæ per extimam annularis manubrii orbitam eſt circumducta, & cum exprimi ſuo loco non poſſet, hic ad latus notatur, minus obvia eſt omnibus; quare eam Latine ſic reddi moneo:* Rex Regum aperiet, Rex univerſæ terræ introibit. *Similem ferme ſenſum ſubeſſe Arabicis* Mauri-

*& ferrea eidem tradita à Mauris,*

cæ Clavis *characteribus, ſimiliter ipſi ejus ſecreto intextis, ex ſenſu peritorum ejus linguæ ait Zuniga: quod tanti non facio, quàm quod* Maurorum Hiſpalenſium

B Princeps Axatàf, *ad pedes Sancti Regis exprimi ſolitus cum ſimilis forma clavi in manu,* cum inde digreſſus perveniſſet ad collem Belli-viſus dictum, ubi incipit urbis aſpectus evaneſcere & maritima ora in conſpectum venire; illacrymans exclamavit, fieri non potuiſſe ut urbem tam generoſe defenſam, tanto incolarum numero conſtipatam, cum exercitu tam exiguo vinceret alius quàm Rex Sanctus: ita ſcilicet implenda fuiſſe decreta ſupremi Alà, qui hoc tempore deſtinaverat civitatem amittendam à Mauris, multa talis eventus prognoſtica pridem habentibus; *quemadmodum in veteri quadam memoria legiſſe ſe ſcribit jam ſupra aliquoties nominatus Zuniga num. 32 & in Annotatis ad Caput 6 litt. c, explicatum pro parte invenitur.*

*de tertia oblata à Iudæis.*

130 *Idem in Appendice ex Gonzalvo Argote de Molina, tamquam teſte oculato (floruit autem hic ante annos centum) meminit tertiæ cujuſdam* Clavis, *ſuperiori ſeculo pariter in majori ſacriſtia eccleſiæ Metropolitanæ aſſervatæ, quam, non vero priorem, Regi obtulerint* Iudæi,

C *facultatem petentes (ut deinde ad cujuſque Regis ingreſſum facere eis in more fuit) commorandi in ſibi aſſignato vico:* Notabilis ea eſt, *inquit*, raritate fabricæ ex omni metallo, ſic ut unumquodque per ſe diſtincte appareat: ſecretum ejus, ſimiliter ut primæ, contexitur ex litteris, eadem Caſtellana verba utrimque legenda exhibentibus: in circulo autem annulari Hebraicis characteribus ſcripta verba, ſic à peritis Latinè reddebantur, REX REGUM INTRABIT, TOTUS MUNDUS EUM VIDEBIT. *His ita poſitis, haud incongrue ſuſpicaberis, hanc ultimam clavem ſolam ac propriam Iudæorum fuiſſe, ipſam ingredienti Regi offerre ſolitorũ: priorem vero fabricatam etiam ab aurifabro Hebræo, ſed Regio juſſu & ad uſum Civitatis. Fabrum quoque dices ſuo indulſiſſe ingenio, in Hebraicis illis literis annulo manubrii circumducendis; Regem autem præcipue intendiſſe, ut laus Deo redderetur per verba ſecreti; per ſigna vero, quadrato clavis nodo inſculpta ſub annulo, deſignatum voluiſſe, quod præcipuum inſtrumentum victoriæ, qua urbs acceßit regnis Caſtellæ & Legionis, fuerit gemina illa navis, catenæ pontique perfringendis adhibita. Denique idem Zuniga ad an. 1252 num. 30 addit, quod etiam in Eccleſiæ Cathedralis theſauro ſervetur poculum cryſtallinum, auro circumornatum ac munitum, in*

*Scyphus Regis cryſtallinus.*

*cujus aureo labro litteris antiquis hæc legitur inſcripta ſententia:* Dominus meus: Dominus mihi adjutor, & non timebo quid faciat mihi homo, & deſpiciam inimicos meos: *ex quo vaſe creditur ſanctus Rex bibere ſolitus.*

D

131 *Quod autem dicitur Axatàf miratus exiguitatem exercitus, cum quo Rex Sanctus urbem tantam cœpit, meretur non ita ſtrictim præteriri. Obſtupeſco ſane cum n. 87 lego hæc Regis verba:* Non eſt æqua partitio inter nos & eos qui ſunt trans flumen: hic enim ſumus ad mille Equites, & illi trecentos non numerant; *& vereor ne quis exiſtimet, fabulam id potius redolere, quam hiſtoriam. Dubio huic occurret Petrus d'Outremannus noſter, in ſua Conſtantinopoli Belgica pag. 270, narrans, quomodo Balduinus Imperator Conſtantinopolitanus, copias educturus in hoſtem Murtzuphlum, Græcos omnes ad deficiendum ſolicitantem,* Henricus fratrem cum centum lectiſſimis Equitibus præire juſſit, qui oppidatim fidem & ſacramentum à ſingulis Imperatoris nomine excepturus diſcurreret; *uti & reapſe fecit, partim minis, partim blanditiis urbes etiam maximus, quarum una Hadrianopolis, in officio continens. Talia autem cum narraſſet d'Outremannus:* Hic mihi, *inquit*, monendus lector videtur, ut cum centum haſtatos equites ſive cataphractos ad tam arduas expeditiones mitti, aut eos juſtas profligare copias, atque urbes expugnare in hac narratione audierit; non continuò ſibi animo fingat, centum dumtaxat ejus modi virorum manipulum, omni prorſus nudum præſidio educi, ac millibus aliquot hoſtium opponi. Verum ſciendum eſt ex antiquo Gallorum inſtituto *(quod idem etiam Hiſpanorum, Longobardorum, ac Germanorum fuiſſe non dubito)* ſingulis ejus generis Equitibus alios cum milites, inferioris illos notæ quidem, ſed tamen ex equis pugnantes (*Chronica noſtra num.* 98 Scutiferos *vocat, & ejuſmodi unum Garcia Perez apponit num.* 89) tum pedites adjungi ſolitos eſſe pauculos; ut cum centum equeſtris Ordinis viros dicimus, ſexcentorum aut non multo ſecus capitum turma, ex conſequentium ratione, intelligenda veniat.

*Exiguitas copiarum Regiarum*

*ſic tamen ut ſinguli Equites ex veteri inſtituto*

E

*unum aut plures armatos cenſeantur ſecum habuiſſe*

132 *Huic autem loco illuſtrando mire facit quod Pauſanias in Phocicis, loquens de Brenno Gallorum in Græciam Duce, habuiſſe eum dicit* Equites vicies mille & quadringentos; *moxque ſe explicans,* verior *inquit*, numerus fuere ſupra ſexaginta Equitum millia amplius mille & ducentos: nam ſingulos Equites famuli ſequebantur duo, in equis & ipſi & equeſtrium artium gnari: ii præliantibus dominis in extrema acie conſiſtentes ei erant uſui, ut ſi forte equus eſſet amiſſus, ſtatim ſuum ſubmitterent; ſi vir cecidiſſet, ſervus in ejus locum ſuccederet: quod ſi utrumque belli impetus ſubvertiſſet, jam præſto erat tertius, qui pro demortuis locum teneret: jam vero ſi vulnera primarius ille accepiſſet, è ſecundariis alter ex acie illum ſubducebat, alter vero lævii vicem ſubibat..... Atque hanc quidem equeſtris militiæ inſtitutionem voce patria Τελμαχισίαν nominant: equum enim Μάχαν appellant. *Vbi recte Μάρραν ſcribi jubet Camerarius, eo quod* Marca *aliud prorſus ſignificaverit ſemper,* Marren *autem equi ſint, unde* Marſcalk *equorum curator, &* Marrie *equa. Sed neſcio an propterea etiam* Μάρρικα *ſcribendum Pauſaniæ fuerit, cum* Dry-mar-kiſe, *trium equorum delectus, commode reddi poßit. Interim vero apparet ex Auctore ſub annum* 150 *ſcribente, ſeque vetuſtiores ſecuto (nam iſta Gallorum expeditio* 278 *annis Chriſti nativitatem præceſſit) quam recte ſentiant; qui veterum Gallorum linguam ſola dialecto putant diverſam fuiſſe à Belgica ſeu Teutonica; & quomodo S. Hieronymus, commentaturus*

*ut olim in Græciam irrumpentes Galli,*

F

*Galatarum pro genitores.*

A *turus ſuper epiſtolam Paulinam ad Galatas, in Præfatione dicat*, Galatas, *id eſt* Gallo-Græcos, *antiquorum iſtorum in Græciam cum Brenno delatorum poſteros*, excepto ſermone Græco, quo omnis Oriens loquitur, propriam linguam eamdem pene habere quam Treveros. *Sed in primis ex iſto Pauſaniæ loco apparet, Equeſtris diſciplinæ vetuſta ratio, iſti quam attigimus quæſtioni ſolvendæ idonea; apparet etiam unde fiat ut gravis armaturæ equites apud Francos, hodie* Maiſtres, *id eſt*, Domini *vocentur, reſpectu ſcilicet* Scutiferorum, *quos tales olim ſecum ducere ſolebant: qui tamen etiam quaterni ac ſeni, ſingulis* Ferdinandi *Equitibus additi, quid ſunt ad grandem illam Maurorum multitudinem, quicum res fuit Sancto Hiſpalim oppugnanti obſidentique?*

## §. IV. *Regimen Eccleſiaſticum & Politicum, Hiſpali conſtitutum à S. Ferdinando.*

133 *Ab Innocentio 4 Rex admonitus,*

CVm Innocentius Papa IV, *anno* MCCXLVIII *Lugduni in Gallia commorans, fama referente cognoviſſet, quantum incrementum res Chriſtiana acciperet in Batica, felicibus Sancti Regis contra Mauros*
B *progreſſibus; ſolicitus ille ut eâdem menſurâ, qua Regnum amplificabatur terrenum, etiam reſtauraretur veteris Hierarchiæ ſplendor*; III Kal. Aprilis, anno Pontificatus V, *uſque ad Iunium adhuc currente, atque adeo Chriſtianæ Æræ anno prædicto*, Illuſtri Regi Caſtellæ & Legionis, & nobili viro Alfonſo primogenito ſuo, *ſcripſit Epiſtolam, quæ extat apud Odoricum Raynaldum tom. 13 ad annum prænotatum num. 47, hoc tenore*: Virtutum Dominus diſcretionis tantæ gratiam utrique veſtrûm contuliſſe dignoſcitur, ut libere devotis mentibus agnoſcatis; quod ſuæ Majeſtatis oculis pro eo placiti ſemper debeatis exiſtere, quia ipſe multa & grandia regna veſtro dominio, cum interventu famoſi nominis, noſcitur ſubjugaſſe. Propter hoc itaque ſecurâ fiduciâ magnitudinem veſtram, affectione qua poſſumus, rogandam duximus & monendam, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus Sedes Epiſcopales terrarum illarum, quas virtus Altiſſimi principaliter per veſtra & aliorum fidelium victorioſa ſubſidia de manibus Paganorum eripuit, & ad lucem religionis Chriſtianæ deduxit, de multiplici bonorum veſtrorum affluentia, pro divini honore nominis, dotare magnifice ſtudeatis; ita quod præſentibus & poſteris nomen veſtrum ſemper effulgeat, & Deo propitio vobis augmentum gloriæ triumphalis accedat, ſuccedentibus poſtmodum felicibus præmiis, quæ recompenſat æterni Regis benignitas pro fructuoſæ operibus pietatis.

*ut recuperatis urbibus Sedes quoque Epiſcopales reſtituantur;*

C

134 *Potuit hoc Breve aliquam multis menſibus prius quam Hiſpalis dederetur traditum Sancto Regi fuiſſe: qui ut urbem habuit in poteſtate, haud ſegniter exequi cœpit quod ſibi commendabatur. Nam ſicuti ei prima cura mox fuit, Meſquitam majorem convertere & conſecrare in eccleſiam Chriſtianorum: ita nec diu cunctatus videtur in ordinando ibidem Clero, cui creditur ſtatim deſignaſſe Archiepiſcopum futurum, filium ſuum* Philippum: *Chronica num.* 147, Electum Archiepiſcopum *ideo appellat; ſed in diplomate Privilegiorum, Hiſpalenſi civitati conceſſorum, de quo mox infra, ſolum ſubſcribitur,* Infans Philippus, Procurator Eccleſiæ Hiſpalenſis: *Lauretus ſcribit pag.* 349 *eum* Pariſiis in Sorbona ſub Alberto Magno *fuiſſe omni ſcientia graviori inſtructum; ſed ipſum illud collegium, à Roberto de Sorbona fundatore ſuo nuncupatum, non ante annum* MCCLII, *inſtitutum ſe eſſe fatetur: &* Albertus Magnus *lectiones ſuas habebat procul à Sorbona loco, in area publica, quæ creditur ab ipſo retinuiſſe nomen ut vulgo* Place-Maubert *dicatur quaſi* Locus-Magiſtri Alberti. *Ego non exiſtimo Philippum extra Hiſpaniam quidquam didiciſſe, ſed ſtuduiſſe Salamantica, inſtituta à patre Vniverſitate, ſi tamen ullam aliquando adivit ſtudiorum cauſa. Quod autem non fuerit mox conſecratus Epiſcopus nihil miror; necdum enim attigerat annum ætatis trigeſimum, ante quem Presbyterum vel Epiſcopum ordinari per Canones non licebat, utpote tertiogenitus ex parentibus primum matrimonio junctis anno* MCCXIX.

*Hiſpalenſi præficit Infantem Philippum cum titulo Procuratoris.*

D

135 *Interim dum ætas congrua Philippo accederet, Epiſcopalia in Vrbe munera, per modum Vicarii, juſſus eſt exercere* Raimundus Epiſcopus Segovienſis; *qui quia poſtea, renuntiante* Philippo, *factus eſt* Archiepiſcopus Hiſpalenſis, *in Chronica ſupra num.* 116, *& infra num.* 147, *ſic anticipate nuncupatur. Cum autem ex poſt modum ſecuto* Philippi *matrimonio conſtet, nec Diaconum quidem unquam ordinatum fuiſſe, qui gradus patebat annos* XXV *natis, indicio id nobis eſt, militaris animi adoleſcentem à ſacris miniſteriis alieniorem fuiſſe ſemper, licet id vivente patre diſſimularit. Ægidius Gonſalvi Davila in Theatro Eccleſiæ Segovienſis aſſerit, eumdem paucis poſt patris ſui mortem diebus (melius dixiſſet annis, aut ſaltem menſibus) ob cauſas in hiſtoria allegatas, mihi vero necdum lectas, renuntiaſſe Electioni ſuæ; eas cauſas certe non legit Tamayus de Salazar, quando ad* XI *Martii, in Catalogo Archiepiſcoporum Hiſpalenſium, ceſſionem iſtam diſtulit uſque in annum* MCCLXI. *Sed in hoc inſigniter eum erraviſſe probant Verſus Æra* MCCLXXXXVII, *id eſt anno Chriſti* MCCLIX *Segobiæ poſiti, ad honorem ipſius* Raimundi, *cum bis iterato titulo* Archiepiſcopi Hiſpalenſis. *Profert eos Verſus idem Davila in Theatro Eccleſiæ Segovienſis, tamquam* Epitaphium: *quo loquendi modo deceptus Tamayus, expreſſius affirmavit,* tanti Præſulis memoriam ea epigraphe in ſarcophago conſervari. *Interim tam ipſe quam Ægidius aſſerunt Raymundum dumtaxat obiiſſe anno* MCCLXXXVIII; *& antea in Theatro Hiſpalenſi idem Davila dixerat, quod anno* MCCLXXXV *baptizarit Sancium, Alfonſi Sapientis ſecundogenitum, poſtea Regem, unde &* Compater Regis *vocatur â Morgado in Hiſt. Hiſpal. fol.* 111 *col.* 1, *allegante caput* 17 *Chronicæ Alfonſinæ.*

*dato Vicario Raymundo Ep. Segovienſi*

136 *Non eſt autem* Raymundi Epitaphium *quod appellat Davila, ne tale quidem, quale etiam viventi poni poſſet; ſed ſunt quatuor* Tituli, *diſtinctim deſcripti, ac diſtributi per parietes eccleſiæ Parochialis S. Ægidii, cum ipſius adhuc viventis & parentum ibidem pridem tumulatorum memoria. Hoc intelliges, ſi placeat dividere verſus, & correctis mendis, cum*
F *quibus eos edidit Davila, legere quomodo legi potuerunt, ac vero etiam debuerunt, ut aliquem tolerabilem ſenſum haberent.*

*facto deinde Archiepiſcopo Hiſpalenſi,*

I.

Gloria Raymundi, perluſtrans climata mundi,
Ejuſdem nomen & felix prædicat omen.
Segoviæ micuit Paſtoris culmine pridem,
Hiſpalis Archiepiſc. factus modo floret ibidem.

*quod erat anno* 1259 *quando titulo quodam Segobiæ poſiti ſunt.*

II.

Templum dotavit præſens ac ædificavit
Præſul præfatus Raymundus: quo eſt tumulatus
Præſulis ipſius pater Hugo, Richardaque mater,
Presbyter ipſe pede quos calcat marmoris æde.

III.

Hæc loca fundavit, propriis fundata paravit.
Præſul expenſis, Raymundus Segovienſis.

IV.

Hoc fundamentum ſancti tenet oſſa parentum
Præſulis; Hugo pater, mater Ricarda vocatur.
Claruit ex meritis ejus Segovia pridem,
Hiſpalis & tandem fuit Archiepiſcopus idem.

ÆRA MCCLXXXXVII.

137 *Eide-*

A 137 *Eidem* Raymundo, *id eſt conſilio & directioni ejus, adſcribit etiam Davila prælaudatus erectionem Dignitatum, Canonicatuum, & Prabendarum in ipſa Metropolitana Eccleſia; ubi hodie conſtat* Capitulum *Prabendatis nonaginta, inter quos undecim* Dignitates, *qui Archiepiſcopo Pontificaliter celebranti aßiſſunt mitrati. Omnium autem in frequentando divino Officio commendatur aßiduitas: ſed imprimis* Beneficiatorum *quos appellant* Vicenæ, *eo quod viginti Presbyteri, voce & cantus peritia præſtantiores, ſuffragiis Capitularibus ad hoc eligantur, ut diurnis nocturniſque Horis indeſinenter aßiſtant. His accedunt plures quam quadraginta* Capellani, *ſuffragiis Capituli ſimiliter delecti. Hujus tertia atque ultima claßis fuit* Venerab. P. Ferdinandus de Contreras, *Apoſtolici plane ſpiritus concionator, tantoque animarum zelo æſtuans, ut non ſolum ad Confeßiones audiendas eſſet aßiduus, ſed frequenter etiam trajiceret in Africam, captivos Chriſtianos de barbarorum ſervitute redempturus. Hujus tamquam viri ſancti cauſa cum in Romana Rota verſetur, & pro impetranda canonizatione magna fiat ex parte Regis & Capituli inſtantia, erit fortaßis de eo plenius aliquando agendum in Supplemento Februarii, cujus menſis die* XX *an.* MDXLVIII *obiit, inſigni tumulo conditus inter utrumque chorum, ubi nec Archiepiſcopis quidem ſepultura conceditur. Ad commendandam quoque* Regii *hujus* Capituli *præcellentiam facit, quod*

B *ex inſtituto Catholicorum Regum* Ferdinandi & Iſabellæ, *quotquot in novo Orbe inſtituuntur Eccleſiæ, titulo Capellaniæ ſubjiciantur Eccleſiæ Hiſpalenſi, jubeanturque ſecundum ſtatuta & ceremonias illius ordinari. Item quod* Urbanus VIII XVIII *Novemb.* MDCXXXVII *ſpeciali indulto ceſſerit proviſione Prabendarum intra Pontificios menſes vacantiū, jure hoc in Archiepiſcopum Capitulumq; tranſlato, etiamſi contingeret defunctum Prabendatum ipſius S. R. E. Cardinalem fuiſſe: uti & hac & alia plura nobis Hiſpali perſcripta fuerunt.*

*eo dirigente ordinatum Capitulum & Clerus,*

138 *Dum hac ita ſtrictim mihi indicantur, qua fuſe ac minutim tractantur ab hiſtoria Hiſpalenſis ſcriptoribus Hiſpanis, nec non à Michaele Angelo Laureto Italice; prodierat Neapoli, anno ſcilicet* MDCLXXXI Diſcurſus hiſtoricus, in quo per rerum geſtarum ſeriem demonſtratur, Sanctum Regem Ferdinandum III, & Alfonſum X cognomento Sapientem illius filium, eorumque prædeceſſores Caſtellæ & Legionis Reges, habuiſſe jus diſponendi de Decimis terrarū, quas è Saracenorum manibus recuperabant: *quem Diſcurſum* ex authenticis documentis & illuſtrium Scriptorum traditionibus *concinnaſſe ſe profitetur* D.

C Rodericus de Quintanilla, Archidiaconus de Xerèz, Dignitas & Canonicus Metropolitanæ Eccleſiæ Hiſpalenſis I.V.D. *Non eſt hujus loci tractatum iſtum, quamvis hiſtoricum, non dico inſerere totum præſenti operi, ſed vel ſtrictim percurrere, prout in Paragraphos* CXVIII *diſtinguitur. Satis erit ex* §. 92 *docere, quomodo ea, qua ibi vindicatur Decimarum pro arbitrio applicandarum facultate,* Rex Sanctus *uſus ſit in favorem Eccleſiæ Hiſpalenſis. Inſtrumentum Donationis, ex veteri Caſtellano Latine redditum, ſic delibat Archidiaconus præfatus.* Notum ſit omnibus &c. qualiter ego Don Ferdinandus Rex Caſtellæ &c. ad honorem Jeſu Chriſti, qui eſt verus Deus, qui me direxit & auxiliatus eſt in meis geſtis, & ſignanter in acquiſitione civitatis Hiſpalenſis; dono & concedo Eccleſiæ Hiſpalenſi in perpetuum, Decimam meorum vectigalium Hiſpalenſium, omnium rerum ibi provenientium per mare & per terram, de quibus ego debeo habere mea jura. Et ſimiliter dono Eccleſiæ Hiſpalenſi Decimam omnium aliorum vectigalium, exiſtentium in acquiſitionibus à me factis & faciendis, favente Deo, & à poſt me regnantibus in Caſtella & Legione, ac in Archiepiſcopatu Hiſpalenſi. Et ſi forte Regina Donna Joanna aut Don D Henricus oſtenderent litteras Apoſtolicas, rationabiliter & juridice tales, ut valere debeant ad eos excuſandos à Decima, eis valeat eorum jus. Et Archiepiſcopatum intendo ego hoc modo, ut non comprehendantur ibi alii Epiſcopatus Provinciæ Hiſpalenſis, nec res ad illos ſpectantes: ſed volo, quod ſi aliquod oppidum Provinciæ Hiſpalenſis fuit antiquitus Epiſcopatus tempore Chriſtianorum, & aliqua alia oppida fuerint iſtius Epiſcopatus & modo non ſunt acquiſita; quando illa acquiſiero, ſeu ille qui poſt me in Caſtella & Legione [regnabit] acquiſiverit; Eccleſia Hiſpalenſis habeat Decimam & jus, quod Ego, aut ille qui poſt me in Caſtella & Legione regnabit, habebimus in illis locis, uſque quo adſit Epiſcopus in loco: & quando aderit Epiſcopus in loco, redeat Decima & jus quod ibi in illis locis, Ego aut qui poſt me regnabit in Caſtella & Legione habebimus, ad Epiſcopum & Eccleſiam ejuſdemmet oppidi; & excludantur Archiepiſcopus & Eccleſia Hiſpalenſis. *Hac & alia plura ſimul cum Decimis donata, continet Inſtrumentum, factum Æra* MCCLXXXVIII, *ſive anno Chriſti* MCCL; E quæ donatio, *inquit Archidiaconus*, fuit ſubſcripta & confirmata à duobus Regis filiis, uti Procuratoribus Archiepiſcopalium Eccleſiarum Toletanæ & Hiſpalenſis, & ab uno & viginti Epiſcopis, aliiſque Proceribus.

*& totius Provinciæ Hiſpalen.*

*anno* 1250.

139 *Atque hac, de Eccleſiæ ſtatu, Hiſpali ordinato, dicta ſunto: de politico, Mariana lib.* 13 *cap.* 8. Regium, *inquit*, Senatum, cujus hoc tempore litibus dijudicandis ſumma in Caſtella eſt auctoritas, ab hoc Rege (S. Ferdinando) excogitatum eſſe memoratur, duodecim virorum Collegio creato, ad quos majores controverſiæ ſpectant, & cauſæ ab aliis dijudicatæ ex provocatione, periculo pecuniæ, ſi is qui provocavit ſit victus. Paulatim gliſcente calumnia multitudineque cauſarum increſcente, novum conſtituere forum opus fuit, cum antea civitates, domeſticis judiciis contentæ, aut certe ad proximos conventus juris petendi cauſa appellantes ſolummodo, turpe ducerent atque importunum, Regium auxilium implorare. Magnis præterea viris legum condendarum poteſtas data eſt, colligendarum cura injuncta earum quas Partitas vulgo vocant: quod opus ingentis laboris Alfonſo demum Rege perfectum eſt. *Qualem porro Hiſpali juris dicendi rationem* Rex Sanctus *inſtituerit, colligere licet ex ea quam ſuo tempore ſervatam ſcribit Morgadus lib.* 2 *cap.* F 16, *primo loco conſtituens* Audientiam Regiam, à qua non detur appellatio. *Non pauca eodem facientia habet etiam Zuniga, ad annum* MCCL, *poſtquam narraſſet, quomodo Rex Sanctus, convocatis Hiſpali Regni Comitiis,* Forum Toletanum, *id eſt jura, privilegia, & immunitates Regia Toletanæ civitati ab avo ac tritavo ſuo,* Alfonſo VIII *ac* IX *conceſſas & à ſe olim confirmatas, auctiores etiam in nonnullis, communicavit cum novis civitatis reſtituta incolis accoliſque, eo quem ipſe exhibet tenore, ſecundum authenticum exemplar, juſſu Ferdinandi atque Iſabellæ Regum Catholicorum deſcriptum, & in Archivio publico ſervatum (nam originaria membrana deperiit) cujus initium ex veteri Caſtellano idiomate placet Latinum facere, quia ſpirat inſignem Sancti Regis erga Deum & homines gratitudinem.*

*Idem ſtatum urbis civilem ordinat,*

*eique communicat privilegia civitatis Toletanæ.*

*transcribit Rex Decimas vectigalium civitatis,*

*pro quibus in jus Eccleſiæ Hiſpalenſis,*

140 In nomine illius Dei veri ac permanentis, qui unus eſt Deus cum Filio & Spiritu ſancto, atq; unus Dominus, in Perſonis trinus & in ſubſtantia unicus; illius, inquam, Dei qui iſta nobis de ſua gloria revelavit; de quo etiam eadem credimus ut nobis revelata ſunt, de gloria ejus, & de Filio ejus, & de Spiritu ſancto: itáque tenemus & recipimus Deitatem

*per diploma, cœpit à fidei profeſſione.*

A tem veram ac permanentem, adorantes proprietatem in Perſonis, & in Eſſentia unitatem atque æqualitatem Divinitatis. In nomine autem hujus Trinitatis, in ſua eſſentia individuæ, incepimus & terminamus omnia quæ fecimus opera bona, ipſamque invocamus, ut etiam hujus noſtræ actionis ſit principium ac finis. Amen.

140 Reminiſcantur omnes, quotquot hoc ſcriptum legent, grandium bonorum, grandium gratiarum, grandium beneficiorum, grandium decorum & proſperorum ſucceſſuum, quæ fecit & exhibuit is, qui omnium bonorum initium & fons eſt Chriſtianitati univerſæ, ſigillatim in Caſtella ac Legione, in diebus ac temporibus noſtris, Mei ſcilicet Domini Ferdinandi, per Dei gratiam Regis Caſtellæ, Toleti, Legionis, Galeciæ, Seviliæ & Jaëni. Intelligant autem & cognoſcant, quod Deus tanta bona nobis fecerit & præſtiterit, tam contra Chriſtianos quam contra Mauros, non propter noſtra merita, ſed propter magnam ſuam bonitatem & grandem miſericordiam; atque propter deprecationes & merita S. Mariæ, cujus famulus ſumus; nec non propter auxilium quod ipſa nobis tulit cum ſuo benedicto Filio: item propter deprecationes & me-

*Succeſſus ſuos acceptos refert Deo & Sanctis,*

B rita S. Jacobi, cujus ſumus Vexillifer, ſignum ejus tenentes, qui nobis adjutor ſemper ad victoriam fuit; quique, ut faceret bene Nobis & Filiis noſtris, noſtriſque Divitibus hominibus & Vaſſallis noſtris, omnibuſque populis Hiſpaniæ, conſtituit, ordinavit atque peregit per Nos, qui Miles ejus ſumus, perque laborem noſtrum, & cum auxilio atque conſilio D. Alfonſi filii noſtri primogeniti, & D. Alfonſi noſtri germani fratris, atque filiorum noſtrorum ceterorum; nec non cum auxilio atque conſilio aliorum noſtrorum Divitum-hominum, fideliumque noſtrorum Vaſallorum, Caſtellanorum ac Legionenſium, ut acquireremus totam Andaluziam, ad Dei ſervitium augmentumque Chriſtianitatis, amplius atque perfectius quam ab alio ullo Rege conquiſita fuit, ſeu viro ſeu femina: qui quidem multum Nos honoravit, magnamque gratiam nobis fecit in ceteris noſtris per Andaluziam victoriis; credimus tamen, quod tanto abundantiorem ac pleniorem favorem nobis exhibuit in conquiſitione Seviliæ, quam fecimus cum auxilio potentiæ ejus, quanto illa major & nobilior eſt omnibus aliis Hiſpaniæ civitatibus. Ideo nos Ferdinandus, famulus & miles Chriſti, quandoquidem tanta beneficia, tantaſque gratias, atque tot modis, accepimus ab eo qui eſt omne bonum; æquum & rationi congruum exiſtimamus, bonorum illorum, quæ nobis fecit Deus, participes reddere noſtros vaſallos, & plebem quæ nobis venit Seviliam populatura. Et hac de cauſa, Nos, Rex Don Ferdinandus, ſimul cum Regina D. Joanna uxore noſtra, & cum Infante D. Alfonſo filio noſtro primo herede, aliiſque noſtris filiis D. Frederico, & D. Henrico, damus & concedimus iſtis privilegium & libertates in hac charta contentas.

*adjutoribus autem hominibus vefergratias,*

C

141 Damus vobis, civibus Seviliæ, id quod communiter dicitur Forum Toletanum: & damus Equitibus omnes immunitates, quibus gaudent Equites Toletani. *Pergit deinde Rex eadem privilegia & immunitates in nonnullis punctis ampliare; genti etiam nautica proprium magiſtratum, jura, & privilegia conſtituere (quod Toleti, utiq; in mediterranea civitate, locum non habuerat) & præcavere difficultatibus, inter nautas civeſq; ac eorum magiſtratus cauſa juriſdictionis emerſuris. Denique finiens, omnibus iſtic contenta violaturis interminatur ſuam atque divinam iram, multamque indicit centum marcarum auri, ſibi aut poſt ſe regnanti pendendam. His vero ſic veteri Caſtellana lingua deductis,* *anno 1250, ſubſignantibus Epiſcopis.*

*ſequentia omnia Latine ſubjunguntur, pro notitia ſtyli iſtius temporis, perſonarumque, tunc repræſentantium Status Regni univerſi, haud indigna hic legi.* Facta charta apud Seviliam, Regiis expenſis, quindecim Junii, Æra de MCCLXXXVIII annos. Et nos prænominatus Rex Ferdinandus, regnans in Caſtella, Legione, Gallecia, Sevilia, Corduva, Murcia, Jaëno, Baëtia, hoc Privilegium, quod fieri juſſi, approbo, & manu propria roboro & confirmo.

D

Eccleſia Toletana vacat. Conf.
Infans Philippus Procurator Eccl. Hiſp. Conf.
Ægidius Burgenſis Epiſcop. Conf.
Nunnius Legionenſis Epiſcop. Conf.
Petrus Zamorenſis Epiſcop. Conf.
Petrus Salamantinus Epiſcop. Conf.
Rodericus Palentinus Epiſcop. Conf.
Raymundus Segovienſis Epiſcop. Conf.
Ægidius Oxomenſis Epiſcop. Conf.
Matthæus Conchenſis Epiſcop. Conf.
Benedictus Abulenſis Epiſcop. Conf.
Haznarius Calagurritanus Epiſcop. Conf.
Paſchaſius Gienenſis Epiſcop. Conf.
Adam Placentinus Epiſcop. Conf.
Eccleſia Cordubenſis vacat. Conf.
Petrus Aſtoricenſis Epiſcop. Conf.
Leonardus Civitatenſis Epiſcop. Conf.
Michael Lucenſis Epiſcop. Conf.
Joannes Aurienſis Epiſcop. Conf.
Ægidius Tudenſis Epiſcop. Conf.
Joannes Mindonienſis Epiſcop. Conf.
Santius Caurienſis Epiſcop. Conf.

E

142 *Hactenus Epiſcopi, ubi quod* Toletanæ *&* Cordubenſis *Eccleſiarum vacantium ratio habeatur, potius quam* Compoſtellanæ *aliarumque, per ſuos Epiſcopos non præſentium, ideoque non nominatarum, videtur indicare ſpeciale vacantium Eccleſiarum jus, ut per Delegatum poſſint locum ſuum in Regni Statibus obtinere & acta publica confirmare; non item alia Epiſcopum habentes, ex quacumque cauſa intereſſe non valentem. Apparet interim* Segovienſi, *ratione commiſſa ſibi Hiſpalenſis Eccleſiæ, nullam ſpecialem prærogativam inter alios competere. Poſt illorum autem ſubſcriptiones, ſequuntur columnatim Proceres, octoni & octoni, primum Caſtellani, tum Legionenſes & Galeci, ex iis qui ſupra videntur dici* Homines-divites, *& nunc fortaſſis* Grandes-Hiſpaniæ *nuncuparentur, hoc ordine:*

F

| | |
|---|---|
| Alfonſus Lupi Conf. | Rodericus Gomez Conf. |
| Alfonſus Telli Conf. | Rodericus Frolaz Conf. |
| Munius Gonſalvi Conf. | Gometius Ramirez Conf. |
| Alvarus Petri Conf. | Ioannes Petri Conf. |
| Ioannes Garciæ Conf. | Ferdinandus Ioannis Conf. |
| Gometius Roderiſi Conf. | Rodericus Roderici Conf. |
| Rodericus Gometii Conf. | Alvarus Didaci Conf. |
| Simon Roderiſi Conf. | Pelagius Petri Conf. |

*Porro poſt jam dictos utriuſque Nationis Proceres ſignant ſub utraque columna, ordine unico ſigillatim, primarii quidam Regis Miniſtri, hoc modo:* *Magnatibus,*

Didacus Lupi de Faro, Alferez Domini Regis Conf.
Rodericus Gonzalvi, Majordomus Curiæ Regis Conf.
Ferrandus Gonzalvi, Majormerinus in Caſtiella Conf.
Petrus Guterii, Major-merinus in Legione Conf.
Munio Ferrandi, Major-merinus in Galetia Conf.

*Vbi* Alferez, *idem eſt quod* Gonfalonero *Italis, vox Arabica, ſignificans* Equitem, *velut antonomaſtice, ad denotandum primum in Ordine Equeſtri officium.* Merinus, *ex* Majorino *contractum, denotat Præfectum juri dicundo, quacumque in villa, oppido, civitate* (Majorem *alii dicunt, Galli* Mayre) *qui autem in eo Ordine primus, totiq; Provinciæ aut Regno cum poteſtate Prætoria antiſtat,* Major-merinus. *& officialibus præcipuis.*

Sancius Segovienſis ſcripſit, de mandato Magi-

ſtri

A ſtri Raymundi, Segovienſis Epiſcopi & Domini Regis Notarii, anno tertio ab illo, quo idem glorioſiſſimus Rex Ferdinandus cœpit Hiſpalim, nobiliſſimam civitatem, & eam reſtituit cultui Chriſtiano. *Notat autem Zuniga, iſtum morem diſtinguendorum, in ſubſcriptionibus ejuſmodi*, Caſtellanorum à Legionenſibus & Galecis, *ſtatim poſt factam Regnorum duorum conjunctionem reperiri; jam inde ab anno* MCCXXXI. *Qui porro ipſum textum* Fori Toletani, *ex Latino in Caſtellanum idioma antiquitus traducti, videre voluerit, inveniet apud jam dictum Zunigam, poſt textum Fori ſeu Privilegii Hiſpalenſis.*

*Partitionem civitatis & agri abſolvit filius ſucceſſor.*

143 *Cœperat etiam Rex Sanctus inter novos incolas partiri civitatem ac territorium Hiſpalenſe: ſed res longioris operæ fuit, quam ut integre abſolutam potuerit Rex ſanctus videre. Cœptam ergo a patre diſtributionem perfecit, & legitimis tabulis conſignavit ſucceſſor* Alfonſus, *proximo anno à morte patris* MCCLIII: *quas tabulas integras exhibet Morgadus lib. 2 cap. 1, ex eoque tranſcripſit Carus parte 2. Earum principium, relatu dignum, hoc eſt, ex Hiſpanico tranſlatum.*

Seviliæ die Jovis primo Maji, æra milleſima duceteſima nonageſima prima, ex ſcientia & magna voluntate quam habuit D. Alfonſus, Dei gratia Rex Caſtellæ, Toleti, Legionis, Galitiæ, Seviliæ, Cordubæ, Murciæ, Jaën, præſtandi obſequium Deo; & ad honorem prænobilis Regis D. Ferdinandi patris ſui; & ad remunerandum Infantem D. Alfonſum patruum ſuum, ſuoſque Fratres & Homines-divites ſuos, & Ordines ſuos, & Nobiles ſuos, & omnes qui juverunt ipſum in obtinenda prænobili civitate Sevilia; propter ſervitium & auxilium quod fecerunt Regi D. Ferdinando patri ſuo & ſibi in ea acquirenda, ſubjugandaque Andaluzia, populandaque & componenda prædicta nobili civitate Seviliæ; neceſſe habuit ſcire quot eſſent ibidem prædia, ficeta, oliveta, horti, vineæ, agri: & hoc ſcivit per D. Raymundum Epiſcopum Segovienſem & per Lupum de Mendoza .... qui totum Hiſpalenſe territorium circuiverunt, & ſigillatim omnia cognoverunt: & ſecundum quod illi retulerunt eſſe in quovis loco, diſtributionem fecit Rex, prout deſcribitur in hoc libro. *Extat liber ipſe in Archivio Capituli Hiſpalenſis, ex quo totum tranſcripſit Paulus Spinoſa, poſuitque in fronte lib. 5 Hiſtoriæ ſuæ Hiſpalenſis; qui liber, ſi non eſt primum & originale ſcriptum, eſt ſaltem ex primo ſumptum authenticum exemplum: ſic enim verbis Latinis ſubſignatur.* Iſtum librum excuſſit Gomeſius Martin de la Mota, Notarius Altiſſimi Regis Caſtellæ. Benedictus ſit Dominus in ſecula ſeculorum. Amen. *Multa iſtic indicantur loca, quorum vetus appellatio juſſu Regis dicitur in aliam commutata. Sic dicitur ſtatim in principio, quod* D. Alfonſo patruo ſuo dedit Rex pagum, qui tempore Maurorum dicebatur Corcolina; Rex autem poſuit ei nomen Molinæ, eſtque in terminio San-Lucarienſi. *Atque hinc apud Morgadum, vetera haud dubie monumenta ſecutum, prædictus Princeps ſemper appellatur* Dominus de Molina, *non ab alio aliquo in Caſtella vel Legione loco. Cum autem dubium eſſe vix poſſit, quin ex eo tempore plura alia loca aut omnino deſierint nominari, aut appellationem mutaverint; probabile etiam ſit, horum quoque notitiam renovari poſſe auxilio libri prædicti; ſcilicet ex nominibus vicinorum locorum, adhuc quadamtenus ſuperſtitibus; ut nihil dicam de multarum illuſtrium familiarum progenitoribus, indidem eruendis ei, cui Genealogicum ſtudium placeret. Addit Lauretus pag. 355.* Præfectum primum Alcazarii Hiſpalenſis à ſancto Rege conſtitutum *fuiſſe* Don Nunnium Gonzalvi de Lara & Herrera, quæ dignitas hodieque conſervetur in excellentiſſima familia Dominorum Comitum Ducum de Olivares; *quod neque negare, mihi neque aſſerere eſt animus, neſcienti quam magna vel parva antiquitatis auctoritatiſque teſtimonio id nitatur.*

*Liber de ea originaliter inveniendus apud Spinoſam.*

B *an. 1253 1 Maji.*

C

## CAPUT XVIII.

### *Ferdinandi Regis extrema geſta ac pientiſſimus obitus.*

POſtea victoriam ſuam ipſe per ſe proſequens Rex præclarus, obtinuit Xerèz, Medinam, Alcalam, Bejàr, Sanctam-Mariam à portu, & Gades intra ipſum mare ſitas; nec non Sanlucàr de Alpechìn, Arcos, Lebrixam, Rotam, Trebuxénam aliaque loca plurima, haud facile nominanda ſigillatim, ac denique quidquid ad hanc partem *a* cis mare eſt regionum. * Totos octo annos in Andaluzía traſiegit Ferdinandus, neque amplius in Caſtellam rediit; eoque tempore ærumnas & pericula multa ſuſtinuit; quia quemcumque locum obſidione cinxiſſet, non prius fere dimittebat quam obtinuiſſet, quantumcumque gravem ac diuturnum agonem propoſitum ſibi videret. Vixit autem poſt occupatam Hiſpalim annis tribus & quinque menſibus; & hic finivit cum ipſa vita curſum glorioſorum ſuorum certaminum, quia tantus ardor ei inerat recuperandæ totius Andaluziæ, ut numquam perſuaderi ſibi ſiverit reditum in Caſtellam. Quia autem jam obtinuerat quidquid cis mare poſſident Mauri, deſiderabat etiam *b* transfretare, ad ipſos in Africa debellandos. Jamque præcurrens adventus ejus fama magnum ubique terrorem ſparſerat, tum quia credebant non deſtiturum à propoſito, quod fixum certumque ei eſſe dicebatur; tum quia diffidebant ſe poſſe reſiſtere potentiæ, animo, atque fortunæ ejus. Unde complures iſtarum partium Toparchæ conſtitutum habuerunt, eidem, ſi trajiceret, ſubdere ſeſe *c*; ut dubium nullum ſit, quin vehementer etiam iſtic dilataturus imperium fuerit, ſi longior ſibi vita obtigiſſet. Verum aliter viſum Deo, vitæ ac mortis Domino; cujus diſpoſitioni neque Rex, neque Imperator, neque alius cujuſcumque conditionis homo poteſt reſiſtere, & mortem ab eo decretam fugiendo declinare. Omnibus ſiquidem communis mors eſt, aliis tamen honorata illa felixque contìngit, aliis infortunata atque ingloria. Nunc ergo qualem Beatus Rex Ferdinandus ſortitus ſit, enarret hiſtoria.

144 *Poſt 8 annos in Andaluzia actos.* a

b *trajecturus in Africam Sanctus moritur.*

c

F

145 Mortuus eſt Rex inclitus Ferdinandus, poſt tot tamque heroica facinora, poſt tam inſignes de Mauris victorias, poſt tantum cumulum laudis ac decoris conquiſitum: qui præterquam quod hominibus carus fuerit, fuit etiam dilectiſſimus Deo; ab eodem ſpatium vitæ nactus, quo tanta agere pro nominis divini gloria poſſet in terris, & in cælis conſequi coronam tam grandibus meritis debitam. Sic autem mortuus, quomodo non dicetur habuiſſe mortem felicem atque honoratam, quamvis Chriſtianitati toti, per ipſum exaltatæ atque ornatæ, luctuoſam? Sed imprimis luxerunt eum ſubditi ſui, quibus Regis ſui tam excellens virtus præſidio ſimul erat & ornamento. Fuit enim exercitio virtutum heroicarum ſemper intentus, otioſus numquam; fortis in conflictibus, felix in progreſſibus, glorioſus in victoriis; liberalis & munificus erga benemeritos, præſertim Viros nobiles, Eccleſias, Ordines religioſos, Adalídas, & Almogávares; conditor legum & conſuetudinum optimarum, immunitatum privilegiorumque largitor, miniſtrator juſtitiæ;

*Vitam, omnibus virtutibus ornatam.*

EX HISP. justitiæ; multa prudentia, scientia, clementia & pietate præditus; amabilis bonis, terribilis malis; custos veritatis, fidei servantissimus: & ideo Mauri, licet eum timerent, amabant tamen, quia numquam non fidelem experiebantur. Fidei Christianæ exaltator præcipuus, infidelium persecutor acerrimus, mandatorum divinorum observantissimus fuit hic Rex; ideoque, sicut in omnibus actionibus suis Dei honorem & gloriam semper præ oculis habuit, quæ Dei sunt ante omnia curans; ita etiam Deus ipsum in omnibus juvit & prosperari fecit, dando ei victorias tot ac tantas de fidei nostræ sanctæ inimicis, civitatesque & oppida tam multa, tam nobilia eidem subjiciens per Hispaniam, quot & quanta in hac historia commemorantur. Denique tot ejus extiterunt virtutes, ut omnes enumerare & explicare humani vires ingenii superet.

*concludit Ferdinandus, anno Regni 35.*

146 Regnavit Rex Catholicus Ferdinandus triginta quinque annis, & obiit in nobilissima urbium Hispali, quam Mauris eripuerat. Quando autem sensit moriendum sibi esse, accersivit filium suum D. Philippum, electum *d* Archiepiscopum Hispalensem, aliosque ibidem præsentes Episcopos & Clerum universum, ac petiit præberi sibi Corpus D. N. Jesu Christi. Quod ubi inferri à Sacerdote vidit, cum humilitate profundissima volens excipere, de lecto in genua se conjecit; collumque laqueo assumpto implicans, postulatam Crucifixi imaginem ante se collocavit. Cui humillime se inclinans, ipsamque adorans, omnia sigillatim Dominicæ passionis tormenta in cruce tolerata enumeravit: & crebris eam osculis devenerans, multaque cum contritione & lacrymis pectus percutiens, peccatorem se maximum fatebatur, ac delictorum veniam postulabat à Deo. Deinde protestatus est, se firmiter tenere ac credere omnes fidei Christianæ articulos, in eaque fide mori velle. Tum vero petiit Corpus Domini; quod sibi exhibitum adoravit devotissime, manus in cælum elevans, oculisque in illud defixis pronuntiavit preces aliquas, magnæ fidei atque contritionis formulam continentes; atque ita demum adoratum sanctissimum Sacramentum suscepit de manu D. Raymundi Archiepiscopi Hispalensis.

*munitus Viatico*

147 Hoc facto exui jussit atque auferri à se omnia Regiæ dignitatis indumenta, & cunctos liberos ad se vocari, videlicet hos, D. Alfonsum, primogenitum atque heredem regnorum suorum; D. Fredericum, D. Henricum, D. Philippum, D. Emmanuelem; aberant autem D. Sancius, utpote *e* Archiepiscopus; & D. Berengaria, monacha Burgis in monasterio de las Huelgas. Atque hi nati fuerant ex prima uxore D. Beatrice: ex secunda vero D. Joanna adfuerunt, D. Ferdinandus, D. Leonora, & D. Ludovicus omnium minimus. Hos autem ubi junctim adesse vidit, una cum D. Joanna *f* multum afflicta; primo appellavit D. Alfonsum, successorem futurum, eique benedictionem suam impertivit, deinde ceteris ex ordine liberis. Coram omnibus præterea Magnatibus regni sui sermonem convertit ad Alfonsum, docens atque erudiens, qua ratione status suos regere ac gubernare deberet; injungens etiam eidem curam germanorum, ad omnem virtutem educandorum, quantumque posset evehendorum ad dignitates cuique congruas in regno, atque amore fraterno complectendorum; tum ut Reginam Joannam haberet sibi commendatissimam, honoraret ut matrem, omni solatio obsequioque foveret; voluit etiam Infantem fratrem suum Alfonsum alioque fratres *g* eidem commendatos. Denique injunxit ei, ut Regni Proceres, Nobiles & Equites omnes haberet honorifice atque munifice, & sua cuique privilegia illibata servaret: & addidit, si omnia ista adimpleret, benedictionem suam plenam super eum descensuram; sin minus, maledictionem super eum venturam; & voluit ut ipse subjiceret, Amen. Tum dixit: Fili mi, vides, quomodo sis auctus opibus, subditis, possessionibus, præ quam alius ullus Rex Christianus: satage ut recte utaris omnibus; sisque bonus, tot bene agendi media nactus. Manes Dominus ejus omnis tetræ, quam Regi *h* Roderico Mauri eripuerunt: si hoc in statu, quem tibi relinquo, regnum sciveris conservare, tam bonus Rex eris atque ego fui: non item, si amiseris aliquid.

*primogenitoque Alfonso monita postrema relinquens,*

148 Cumque jam adveniisset hora, qua Rex sanctus animam esset redditurus Creatori suo, conspexit Sanctorum se expectantium societatem; multumque eo visu recreatus, dedit gratias Deo: petiitque Cereum benedictum, in manibus ritu Christiano tenendum. Prius tamen quam eum apprehenderet, elevatis in cælum oculis, dixit: Domine, dedisti mihi regnum, quod non habebam; & majorem honorem atque potentiam, quam merebar: dedisti mihi quantum fuit voluntatis tuæ sanctæ: & pro his omnibus gratias tibi reddo, & resigno in manus tuas regnum, quantis potui incrementis auctum: animam quoque meam tibi offero. Tum veniam ab omnibus circumstantibus petiit, ignosci postulans, si quam alicui eorum dedisset querendi de se causam: & illi vicissim lacrymantes orabant, ut sibi culpas suas condonaret. Mox candelam accepit, & eam ambabus manibus in sublime efferens, Domine, inquit, Jesu Christe, Redemptor mi, nudus egressus sum de ventre matris meæ, & nudus revertor in terram: suscipe, Domine, animam meam; & per merita sanctissimæ Passionis tuæ, placeat eam collocare inter servos tuos. Deinde manus cum candela demisit, & tamquam fidelis Christianus Deum patrem adoravit, jussitque ut Clerus totus recitaret Letanias, elataque voce Te Deum laudamus decantaret. Denique inclinato capite & oculis clausis, animam Deo reddidit, quam inter fideles ac sanctos habeat cælestis gloria. Amen.

*cum cereo in manibus*

*pie defunctus gitur,*

149 Nulla lingua poterit explicare, qui planctus, quæ lamenta fuerint per omnes regni partes, propter mortem tam sancti Regis. Quis enim unquam vidit tot matronas ac virgines celsissimi generis capillitium ponere, lacerare genas, vocibus querulis lamentari? quis tot Infantes, Equites, Infanzónes, Nobiles, Ricos-homines *i*, radere barbas, pilos vellere, in seipsos sævire? Profecto nemo super alicujus Regis morte luctum ejusmodi conspexit. Dies autem ille luctuosus fuit dies *k* Jovis, idemque trigesimus mensis Maji, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo: & die tertio, videlicet sabbato, sepultum est corpus in sancta Hispalensi *l* ecclesia: ubi usque hodie habetur in maxima veneratione. Missam celebravit Archiepiscopus Hispalensis: ac deinde in laudem defuncti sermonem habuit. Rex vero Granatæ, morte ejus intellecta, jussit planctum maximum fieri per totum regnum; idque jure meritissimo, quia sub protectione atque tutela ejus securus degebat. Neque solum per Castellæ atque Leonis regna, sed per universam Hispaniam, mors Ferdinandi fuit lamentata: propter ipsum enim illa celebrabatur per universum mundum, magis adhuc exaltanda, si diutius vivere potuisset. Specialiter autem concessum ei à Deo fuit, quod eo regnante nullus annus in Hispania &

30 *Maji* 1252.

*subditis, etiam Mauris deploratus.*

præ-

præſertim in ditionibus ei ſubditis, fuit ſterilitate aut peſtilentiâ notatus. Benedictus ſit dies, quo Rex iſte natus eſt: quandoquidem Deus ei fecerit gratiam, ut per ſuas ſanctas actiones conſequeretur tantum honorem in hoc mundo, & in altero gloriam permanentem; in qua ipſum habeat Deus cum Sanctis, ſempiterna fruentem beatitudine. Amen. Nobis vero concedat gratiam, ut ſimilia opera poſſimus facere, quibus mereamur partem habere in regno ſuo ſancto, ubi eſt perpetua claritas & gloria infinita, per æterna ſecula. Amen. Deo gratias.

## ANNOTATA.

a *Scilicet cis mare Oceanum, ubi omnia loca hic nominata inveniet lector, in chorographica tabula Andaluziæ, ſed cum addito ad diſtinctionem cognomine, puta* Medina-Sidonia, Alcalà de los Gazúles, San-Lucàr de Barraméda. San-lucar de Alpechìn, *alias* la Majòr *cognominatum, Trianenſi ſuburbio ad Occidentem paucarum leucarum intervallo adjacet. Quod vero hic dicitur* Bejàr, *videtur in tabulis dici* Begè *vel* Begèr, *ad fretum Herculeum prope Tariffam.* Gaditanam peninſulam *vide ſis accuratiſſime delineatam in Atlante Blaviano. In ipſum vero ſinum, quem ea format, effunditur rivulus* Guadalete, *ſupra quem conſequenter conſiſtunt, hic nominata loca,* Arcos, Xerèz, *& S. Maria: ſed poſtremum nomen credo ſuffectum antiquiori alteri Maurico.* Tariffa, Gibraltàr, *& reliqua verſus Granatenſe regnum loca ad fretum ac mare mediterraneum, vel tunc adhuc ad regnum Granatenſe pertinebant, à poſteris Regibus denique ei ſubtracta; vel tributaria Ferdinando reddita, ejus nepoti rebellarunt; ſolicitis Mauris, ut, ſervato ſibi tam commodo in Hiſpaniam ex Africa trajectu, ſpem quoque recuperandi aliquando ibidem Imperii conſervarent. Ad* Algarbiorum Regnum *quod attinet, non videtur illud Sanctus victoriis ſuis attigiſſe, ſed potius reliquiſſe Luſitanis vindicandum, velut partem veteris Luſitaniæ. Certe primus* Alfonſus X *invenitur ſe* Regem Algarbiorum *ſcripſiſſe, idque poſt quam Pelagius Correa, de quo frequens mentio in hac hiſtoria, præcipua quædam loca expugnaverat, cetera tributo ſubjecerat. Poſtquam autem idem* Alfonſus *filiam ſuam notham* Beatricem *matrimonio junxit* Alfonſo III *Luſitaniæ Regi, dotis nomine eidem acceſſerunt* Algarbii, *ex eoque tempore manſerunt dominationis Portugallicæ.*

*Afrorum hoc tempore regiones cis marè.*

*Algarbii.*

b *Mariana addit, quod hunc in finem,* In Cantabriæ finibus nova & numeroſior claſſis ædificabatur, quo tempore Regem morbi vis invaſit.

c *Lauretus lib.* 1 *pag.* 359, *allegata hiſtoria Segovienſi Colmenarii, aſſerit, Sanctum, mediante ſuo Archithalaſſo, fœdus offenſivum ac defenſivum iniviſſe cum Rege Marochenſi, ut haberet exponendo militi commodum portum; in illud autem fœdus noluiſſe recipere Regem Bellamerinũ, paratum ſimiliter cum ipſo paciſci, eo quod hoſtis Marochenſi eſſet. Sed lib.* 2 *pag.* 157 *idem Lauretus, invertens nomina, Bellamerinum in fœdus receptum, rejectum Marochienſem ſcribit, memoria lapſus. Pro Marochienſi facit, quod ſub eo Chriſtiani, ſatis quiete agentes, proprium ea ætate Epiſcopum haberent; quem Lauretus lib.* 1 *pag.* 348 *inter eos numerat, qui Hiſpalenſis urbis deditioni adfuerunt, eamdem ſimul cum Sancto ingreſſi;* Lupum *fortaſſis, quem Alexander IV anno* MCCLV *Legati dignitate per Africam ornavit, uti ex ejus Epiſt.* 230 *docet Odericus Raynaldus tomo* 14 *Annalium.*

d *Vtrum eam electionem approbare noluerit* Innocentius Papa, *aut ipſe* Philippus *fuerit à ſacris Ordinibus ſuſcipiendis alienior, compertum non habeo: hoc certum, quod auctores ei dent titulum* Adminiſtratoris, *& ipſe, in præfato Patris Inſtrumento privilegiorum Hiſpalenſibus conceſſorum, confirmans ſua manu ſcribitur,* Infans Philippus, Procurator Eccleſiæ Hiſpalenſis. *Certum eſt etiam quod numquam fuerit conſecratus vel ad majores Ordines promotus: ſiquidem poſtea uxorem duxit* Chriſtianam, *Regis Norvegiæ filiam, eo conſilio adductam, ut* Alphonſo *uxorem ſterilem repudiaturo nuberet; ſed Reginâ interim gravidâ factâ, mutavit Rex conſilium, & fratri virginem habendam dedit, ſuæ apud Norvegos æſtimationi ſic conſulens. Notabilis certe petulantia Regum iſtius ævi erat, quod juſtam divortio faciendo noviſque nuptiis contrahendis cauſam ſe habere crederent, ſi ſterilis uxor manebat. Ita etiam prædictus Luſitanus, ex Francia quo profugerat rediens, optime de ſe meritam* Mathildem Bononiæ Comitiſſam, *quam viduam & grandævam uxorem exul duxerat, dimiſit; ac* Beatricem, *ut dictum eſt, ſuſcepit, improbante palam Eccleſia; adeo ut poſtea,* Mechtilde *mortua, ægre impetrari potuerit ab Apoſtolica Sede, ut adulterinum cum* Beatrice *contubernium purgaretur, fieretque legitimum matrimonium.*

*Philippus Sancti filius, non Epiſcopus, ſed Adminiſtrator Hiſpalenſis.*

*Sterilitas conjugam cauſa divortii ſec* 13.

e *Si patre moriente* Archiepiſcopus Toletanus erat Sancius, *ſaltem Electus (quod abſque irrefragabili actorum publicorum teſtimonio non auſim in dubium revocare, contra hanc tam expreſſam auctoris talis auctoritatem) erravit Tamajus, quando* Guterii *ſucceſſorem* Paſchaſium, *anno* 1250 *ordinatum, ait ſupervixiſſe uſque ad annum* 1262; *& rectius fecerunt, qui* Paſchalem *iſtum medium collocarunt inter duos* Sancios; *Caſtellanum de quo hic agitur, & Aragonem de quo etiam ſupra ad Cap.* 5 *litt.* l.

*Paſchalis Archiep. Toletanus quando?*

f *Alfonſus Nuniez de Caſtro, in Annalibus apud Zunigam, teſtatur, in monaſterio Metaplanæ inveniri ac legi epitaphium, lingua Caſtellana ſic ſcriptum:* Hic jacet Infans Don Alfonſus Ferdinandez, filius præcelſi Regis D. Ferdinandi, ejus qui Seviliam obtinuit, & glorioſæ Reginæ D. Joannæ. Obiit ultima Septembris, Æra 1350, *id eſt anno Chriſti* 1312. *Hinc Zuniga colligi putat* Joannam, *moriente Sancto, gravidam fuiſſe. Sed quam mirum eſſet, hoc taceri potuiſſe in Actis Sancti Regis; tam videtur impoſsibile, ut de longævæ adeo vitæ Principe nulla uſpiam mentio inveniretur in Chronicis ſubſequentium Regum. Quod ſi non animadvertit Zuniga, eaſdem Chronicas alias diligenter ſcrutatus; animadverterunt alii, haud immerito ſuſpicati, Epitaphium iſtud eſſe figmentum Antonii Lupiani, de multis ejuſmodi impoſturis convicti, ut pluribus doceo in addendis poſt num.* 71 *in ſerie Chronologica Hieroſolymitanorum Epiſcoporum. Cauſam fictioni præbuit cognomentum* Fernandez, *quaſi id ſumi ſolum potuerit à patre; cum exemplis variis doceri poſſit, etiam ab avis illud ſumpſiſſe eos, quibus idem erat cum patre nomen. Dubium autem in hoc caſu omne tollunt inſtrumenta complura, ex quibus conſtat* Alfonſum Fernandez, *Molinæ Dominum, & Mateplanæ ſepultum, fuiſſe filium Alfonſi Sapientis & Mariæ Morantis. Pro cunctis ſit mandatum, de Decimis Eccleſiæ Hiſpalenſi dandis, quod in ejus loci ſervatur archivo, ſignatum* XXVIII Maji Æræ MCCCXII, *qui eſt Annus Chriſti* 1274, *& incipit:* Alfonſus Dei gratia Rex Caſtellę, Toleti, Legionis, Galiciæ, Seviliæ, Murciæ atque Jaëni, & Alegarbiarum, Vobis, Alfonſo Ferdinandes filio meo, Domino Molinæ & Meſæ, omnibuſque Divitibus & poſſeſſiones habentibus in Archiepiſcopatu Hiſpalenſi, ſalus & Gratia. Sciatis &c.

*Alfonſus Ferdinandez, an ſancti Regis poſtumus?*

*filius Alfonſi X.*

g *Iam diximus num.* 17, Alfonſo Legionenſi *plures liberos fuiſſe, extra matrimonium genitos, ac veroſimiliter poſt divortium geminum ab iis quas male duxerat Regi nis. Enumerat eos Rodericus Mendez de Silva, in Catalogo Regio-Genealogico hoc ordine:*

*A. Legionenſis Naturales plures. Sancti R. fratres.*

Don Fernandus, *Decanus S. Iacobi.*

Don Alfonſus, *Major Prætor Frontera.*

Don Petrus, *Ordinis S. Iacobi Magiſter* XIII, *defunctus anno* 1228.

Doña Tereſa, *nupta Don Nunio Gonzales de Lara.*

Doña Aldonza, *ſponſa Comitis Petri, unde procedit familia Dominorum Ponce de Leon, Ducum de Arcos.*

Doña Urraca, *nupta Don Lupo Diaz de Haro, quorum*

*filia Mencia nupſit Sancio II Luſitaniæ Regi.*

Don Martinus, (*ex cujus ſecundo matrimonio proceſſit ſtirps celebrium Guzmanum, Ducum Oſſunæ*) *ſepultus in Salmanticenſi S. Spiritus monaſterio.*

Doña Maria.

Doña Sancia, *nupta D. Simoni Ruiz de Haro, Domino de Camberiis.*

Doña Urraca, *uxor D. Petri Nuniez de Guſman, Præfecti Caſtellæ.*

Don Nunius, *multæ in Caſtella nobilitatis pater.*

h *Infelix iſte* Rodericus *regnum vitamque amiſit anno* 713, *ultimus Regum Viſigothorum: qui cum poſſederint quidquid intra Pyrenæos montes jacet, nec parvum etiam terræ tractum ultra eoſdem, puta Navarram, Arragoniam, Catalauniam, Vaſconiam, nec non Portugalliam; verbo, Hiſpanias omnes; cum etiam Mauri dominati ſint iiſdem fere omnibus (nam apud Aſtures Cantabroſque ſervata utcumq; libertas eſt, locorumq; aſperitate defenſa) patet hunc loquendi modum indulgenti acceptione opus habere, totumque ſumi pro parte præcipua.*

i Ricus, *voce Teutonica* Ryk, *dives. In ſupra memorata diſtributione Alphonſi Regis,* Ricos-homes *invenies nominatos, ante* Ordenes è Fijoſdalgo, *id eſt, Nobiles: ut appareat fuiſſe eam appellationem non vulgaris notæ & dignitatis. Vitalis Epiſc. Oſcenſis apud Cangium, verbo* Infanciones, *horum primam ac nobiliorem ſpeciem facit* Barones vel Ricos homines: *taliſque fuit* Raymundus *ille* Bonifacii, *Architalaſſus* S. Ferdinandi, *ſupra laudatus.*

k *Anno ſiquidem* 1252 *Biſſextili littera Dominicales fuerunt* G F.

l *Niſi ante novæ eccleſiæ molitionem ſcripſiſſet auctor, non dixiſſet ſimpliciter* Eccleſiam, *ſed addidiſſet* veterem: *ſicut neque ſuperius, ubi de Mezquita & turri, vel minimum indicium dat novæ fabricæ inchoatæ, nedum perfectæ. Addit Lauretus lib.* 1 *pag.* 373 *extremis verbis mandaſſe Sanctum*; Ad pedes Mariæ collocate miſerrimum meum cadaver: *idque pag.* 385 *ita impletum ait, ut non fuerit Sanctus ante altare ſepultus, ſicut intenderat, ſed ſupra ipſum ad pedes ſtatuæ Marianæ locatus; quod factum non credimus, nunc autem ut fiat cogitari intelligimus.*

## COROLLARIUM.

### De ſimili etiam morte Ferdinandi Magni: deque ejus & Sancti Regis Anniverſariis.

*Ferdinandus M. Caſtellæ ſimul & Legionis Rex,*

143 *Liceat nunc mihi comparationem inſtituere inter Primum Tertiumque Regem* Ferdinandum. *Hunc, matris Berengariæ beneficio, avitum Caſtellæ regnum, Henrici pueri morte vacuum, obtinuiſſe vidimus; ille primus Caſtellæ ejuſdem Rex dictus eſt, favore matris Elviræ, ſeu Numniæ, ad quam Principatus iſte, per obitum Garciæ fratris, æque pueri, fuerat devolutus.* Tertio *pater ſuus Alfonſus, Rex Legionenſis, regnum avitum invidens, adeo nihil profecit ut ſuum quoque eidem reliquerit vel invitus: infeſtiorem etiam paſſus* Primus *eſt Veremundum, Regem Legionenſem, levirum ſuum, eidemque defuncto ſimiliter ſucceſſit, & Caſtellæ ac Legionis regna juncta tenuit. Uterque, domeſticis explicitus turbis, ſimili ſucceſſu in Mauros arma vertit; quod ut de* Tertio *explicatum jam eſt, ita de* Primo *ſatis fuerit indicaſſe, quomodo in mediam uſque Luſitaniam victricia ſigna promoverit, & Conimbricam atque Viſetum Mauris eripiens, Mondegonem fluvium imperii ſui terminum ſtatuerit, adjuncta ſibi tota fere Extremadura; Toletanum autem & Hiſpalenſem Reges potentiſſimos, ac Regulos barbaræ gentis plures, tributarios habuerit. Quod vero ad inſignem religionem pertinet & obitam pientiſſime mortem, ut intelligas quam ambo ſimiles fuerint, accipe, quæ Toletanus habet lib.* 6, *cap.* 14, Ferdinandi I *geſta concludens.* Hic, *inquit*, jam ſenectute confectus, vitam ſuam bonis & Deo placitis operibus dedicavit. Eccleſias Regni ſui, & præcipue S. Jacobi, S. Salvatoris, S. Iſidori, & Cathedralem eccleſiam Legionis, poſſeſſionibus & donationibus inclitavit: monaſteriorum etiam indigentiam de ſuis facultatibus ſublevabat. Cum vero quadam die in Cathedrali eccleſia Legionis audiret Divina, vidit miniſtros eccleſiæ, cauſa familiaris inopiæ, nudis pedibus miniſtrare; & ſtatim certos reditus ad calceamenta inſtituit miniſtrorum. Ceterum cum ad S. Facundi monaſterium veniebat, cibis eorum contentus, pari ordine & conſortio, quaſi unus ex eis, & divinis officiis inſiſtebat, & cibariis regularibus utebatur. Cumque oblatum vas vitreum de manu Abbatis ad menſam reſidens ſuſcepiſſet, vas decidens de manu Regis illico fractum fuit. Rex vero, pro negligentia valde pœnitens, in continenti vas aureum gemmis ornatum fecit afferri, & Abbati offerens pro vitreo ſatisfecit. Obtulit inſuper Cluniacenſi monaſterio de Regio fiſco mille aureos, annuatim in perpetuum ſolvendos..... Sed jam vitæ termino ſibi imminente, apparuit ei B. Iſidorus, & diem ſui obitus intimavit. Et cum cœpiſſet poſt modicum infirmari, fecit ſe Legionem adduci, & nono Kalendas Januarii die Sabbati ingreſſus eſt civitatem, & ex more corpora Sanctorum flexis genibus adoravit; petens & ſupplicans, ut cum dies obitus jam inſtaret, anima ejus ab Angelis duceretur. In ipſa autem nocte Dominicæ Nativitatis, licet æger, ipſe Rex cum Clericis interfuit Matutinis, concinens ut infirmitas tolerabat; & obſervabatur ibi tum temporis Officium Toletanum. Facto autem die, vocatis Epiſcopis, fecit ſibi Miſſam ſolenniter celebrari, & percepit Corporis & Sanguinis Domini Sacramentum.

*erga eccleſias largus,*

*& inſtar Monachi religioſus,*

*à S. Iſidoro diem mortis intelligit,*

144 In craſtino autem, vocatis Epiſcopis & Abbate & viris religioſis, una cum eis fecit ad eccleſiam ſe deferri: & impoſito capiti diademate, & indutus regalibus indumentis, coram ſarcophago S. Iſidori clamavit ad Dominum voce clara: Tua eſt potentia, tuum eſt regnum, Domine: tu es ſuper omnes Reges: tuo imperio omnia ſunt ſubjecta. Quod te donante accepi, reſtituo tibi regnum: tantum animam meam in æterna luce jubeas collocari. Et his dictis, exutus Regalibus ornamentis, pro venia exorabat: & accepta ab Epiſcopis pœnitentia & gratia ultimæ Unctionis, indutus cilicio & conſperſus cinere, duobus diebus in pœnitentia atque lacrymis ſupervixit. Tertia autem feria, hora ſexta, in feſto S. Joannis Euangeliſtæ, plenus dierum reddidit Deo Spiritum immaculatū, & juxta patrem ſuum in eadem eccleſia S. Iſidori eſt ſepultus. Regnaverat autē vivente patre annis XII, in Caſtella mortuo patre annis XII, in Caſtella & Legione annis XVI, in univerſo annis XL, menſibus VI, diebus XII. *Mariana lib.* 9 *cap.* 6 *annum fuiſſe ait* MLXV: *quod etiam probat concurſus Dominicæ & Nativitatis, relationem vero ſic concludit.* Sane Ferdinandus, dum vixit, inſigni pietate fuit: quo merito Legione anniverſariis ſacris memoria ejus celebratur, & in Cælitum numero locum habet. *Equidem neminem alium inveni hactenus, qui eum Sanctis accenſeret, inter veteres novoſque ſcriptores; ideoque exiſtimo Anniverſarium illud non aliter quam funebri ritu actum fuiſſe & adhuc agi; quandoquidem* Ferdinando Tertio, *indubie* Sancto, *non aliud obtigerit uſque ad noſtram ætatem, ſicut ex mox dicendis apparebit. Si quid amplius factum fierive probetur, ratione cujus debeat in noſtro opere tamquam* Sanctus *referri etiam* Primus; *id velint poſteri diſcere accurate, prius quam ad ultimum uſque menſem perveniant.*

*quam obiturus defertur in eccleſiam,*

*ubi ſuſceptis ſacramentis exiit 27 Decembr.*

*ejus Anniverſarium Legione.*

His

A *Tertii Anniverſarii honoratum à Mauris,*

145 *His præmiſſis veniad prænotatum ipſius Sancti Regis Anniverſarium: de quapud Morgadum & Spinoſam lego ut ſequitur:* Poſt mortem Sancti Regis, Granatenſis Rex Maurus (Mahomadum *Morgadus, Spinoſa* Alhomadum *vocat*) non contentus ſupradicta demonſtratione doloris, miit annue, quoad vixit, ad diem recurrentis Anniverſarii, delectos ex Equeſtri ſuorum ordine viros centur; & ad majorem teſtificationem luctus, pedites injuſſit, ſingulos cum cereo candido, quos circun cœnotaphium accenſos ponerent: voluitque ad poſteros tranſire exemplum, velut tributum. Duravit hic uſus uſque ad tempora Catholicorum Regum Ferdinandi & Iſabellæ: ſub quibus extincto penitus Granatenſi Maurorum regno & urbe ſubacta, ceſſavit tributum iſtud, ſuffectuſque eſt certus Maurorum numerus, ex ipſa urbe Hiſpalenſi, eorum qui habitant in Regione Adarbegi (hodie Maurarian appellamus) Collationis S. Petri. Hi aſſiſtebant equiis Regiis ad Vigilias & Miſſam, cum capuciis ejus quem quiſque eligebat coloris, apicibuſque viridibus, & media

B ſuper eos luna coloris item viridis, circumſiſtentes tumulo faceſque in manibus albas tenentes. Poſtea, cum obligatio hæc eis gravis accideret petierunt à Capitulo & impetrarunt, ut eam ſibi liceret redimere annua penſione ceræ, certo pondere ad diem iſtum ipſorum expenſis conſumendæ, quemadmodum ſcribit ſacelli Regii Capellanus Chritophorus Nuñes.

146 Inſtitutor Anniverſarii hujus fuit filius & ſucceſſor Ferdinandi Alphonſus: eoque die & præ-

*funebri ritu olim Hiſpali celebratum,* cedenti non permittebatur, ut quiſquam veloficinas aperiret vel opificium exerceret conſuetun: idque ſervatum fuit quamdiu Alphonſus ſuperwixit. Eumdem diem Legionenſes & Caſtellani omnes, ſed præſertim Andaluzii, conſueverant etiamcum maxima demonſtratione doloris agere: & præcipui quique regnorum illorum funebri iſti officio conabantur intereſſe, ſinguli adferentes labara & inſignia ſuarum urbium oppidorumque, cum multis facibus ex cera alba: quæ quidem labara diſponebantur per eccleſiam majorem; faces vero accendebantur primo mane, & ponebantur circum ſepulturæ locum, ubi ardebant die toto quia erant valde magnæ. Iſtud autem Anniverſarium uſque hodie (*inquiunt*

C *Morgadus & Spinoſa, prior anno* MDLXXXVII, *alter* MDCXXVII; *ſcribens*) cum Officio Defunctorum celebrat Capitulum ſanctæ eccleſiæ majoris Hiſpalenſis, ex particulari fundatione, cum muſica & ſermone ad populum, omnique honore funebri pro anima Sancti Regis D. Ferdinandi, interveniente Capitulo Civitatis cum Audientia Regia, in die ſanctiſſimæ Trinitatis veſperi & die ſequenti: in eumdemque finem conſtruitur cœnotaphium inter duos choros; cui impoſita pulvinaria auro contexta, ſuſtinent gladium & coronam regiam: exponitur etiam eadem occaſione labarum Regium, collocaturque ad pulpitum Euangelii.

147 *Hactenus illi: quæ omnia nunc ſaltem ceſſare exiſtimo, & in auguſtiorem latioremque ritum mutata, poſtquam decrevit Apoſtolica Sedes Officium de* Ferdinando

*abſque præjudicio Sanctitatis,* ut Sancto *recitandum, juxta Romani Breviarii formam, ſicut infra dicetur. Vt tamen etiam hodie fierent, non præjudicarent certitudini acquiſitæ à* Ferdinando *beatitudinis æternæ, quam ſolennis iſte cultus Pontificio confirmatus decreto fidelibus omnibus indubitabilem facit; ſed ſolum eſſet pia ac ſimplex primævæ inſtitutionis obſervatio, non ad ſolatium, ſed honorem animæ tam bene meriti Regis; ad refrigerium vero aliarum animarum, quoquo modo ipſum attinentium. Sic* XXI *Februarii obſervavimus, Nivellis in Brabantia factum* SS. Pippino & Idubergæ, *parentibus S. Gertrudis: ſic* XI *Maji, Malbodii in Hannonia diximus olim parentari ſolitum* SS. Walberto & Bertiliæ, *genitoribus SS. Aldegundis & Waldetrudis. Quin & in toto Sacro Præmonſtratenſium Ordine ſcimus fuiſſe uſitatum, nec niſi auctore Molano omiſſum, ipſius ſancti fundatoris* Norberti *Anniverſarium funebre; quod hodieque continuatur, ſed pro defunctis ex eadem familia prognatis. Hoc autem ideo dixerim, ne muliebri Sanctimonialium Nivellenſium atque Malbodienſium ſimplicitati id tribuens aliquis, ignoſcendum potius quam tolerandum majoribus noſtris fuiſſe putet iſtiuſmodi ritum; maxime accedente hoc altero Hiſpalenſi exemplo, quod ſapientiſſimis Eccleſiæ iſtius Archiepiſcopis & ampliſſimo graviſſimorum virorum Capitulo numquam diſplicuit nec improbatum fuit, uſq; in noſtram ætatem; qua tamen prudentius talia omittuntur, ad præſcindendam curioſis magis quam religioſis hominibus cavillandi materiam. Porro ratio Anniverſarii, poſt feſtum Sanctiſſimæ Trinitatis celebrandi, fuit, quod dies* XXX *Maji, quo* Sanctus Rex *obiit, plerumque concurrat cum Octavis Aſcenſionis aut Penteco-*

*poſt Dominicam Trinitatis.*

B *ſtes, quarum feſtivam latitiam non conveniebat lugubri cio funeſtari. Volentes ergo diem eligere numquam aut rariſſime impediendum; nulla habita diei mortualis ratione, elegerunt primam poſt Octavas prædictas Feriam, huic officio vel ideo aptiorem, quod univerſalis Eccleſia, Dominicam Chriſto reſurgenti dicatam habens, ſoleat Feria* II *recolere memoriam fidelium in Chriſto defunctorum, quos ejus exemplo reſuſcitandos credit. Inchoatur autem pridie Veſperi, ſcilicet poſt abſolutum Dominicæ diei officium totum: & cum anno* MDLXXIX *faciendæ eſſet ſacri Corporis apparatiſſima Tranſlatio, apte electa fuit eadem Feria, tamquam annua Sancti memoria ab antiquo dicata.*

*Pontificum mox à morte teſtimonia.*

148 *Ad probandum porro, quod* Ferdinandus *ſtatim ab obitu cœperit haberi & appellari* Sanctus, *facit D. Raymundi, Segovienſis Epiſcopi, & pro tunc Electo Philippo Infante Hiſpalenſi Eccleſiæ in Pontificalibus ſervientis, diploma de Capellaniis, ſignatum Æra* MCCXCI, *id eſt anno Chriſti* MCCLIII, *hoc principio*: Recognoſcentes multa bona & ingentia beneficia, quæ nobis contulit nobilis & ſanctus Rex Ferdinandus, & quomodo nobis crediderit corpus & animam ſuam. *Haud abſimile eidem teſtimonium dedit* Innocentius IV, *gemino in brevi, quorum unum, datum* Idibus Octobris, *quinto poſt Regis obitum menſe,* Pontificatus anno X, *ita inchoatur*: Claræ memoriæ Ferdinandus Rex Caſtellæ & Legionis, greſſus ſuos in cultu mandatorum Dei direxiſſe creditur, cultum nominis ipſius magnifice amplificando; *alterum expeditum fuit* anno *ejuſdem* Pontificatus XII, V Idus Julii, *& incipit,* Claræ memoriæ Fernandus, Rex Caſtellæ & Legionis, in via mandatorum Dei ſic ambulaſſe creditur, ut ab ipſo delictorum ſuorum veniam conſequatur. *Vtroque tamen illo Brevi, tamquam necdum diſcuſſa ſanctitatis cauſa, concedun-*

F *tur Indulgentiæ, in favorem defuncti, omnibus pro ejus anima, ſi forte opus habeat, oraturis; primo quidem unius anni &* XL *dierum, in die ſepulturæ & anniverſario mortis; deinde* XX *dierum omnibus ſabbatis, quibus quis eccleſiam Hiſpalenſem viſitans eodem modo animam commendaverit.* Innocentio IV *ſuccedens* Alexander *item* IV, *voluit etiam ipſe mox teſtatum facere,* Pontificatus *ſui* anno I, *qui fuit Chriſti* MCCLV, VIII Idus Julii, *quanti faceret defunctum; inſtitutas ab eo in Hiſpalenſi Cathedrali Dignitates Mitris Epiſcopalibus ornans, ſub hujuſmodi principio Bullæ*; Pia & magnifica opera claræ memoriæ Ferdinandi Regis Caſtellæ ac Legionis, qui velut Princeps Catholicus expendit laudabiliter, contra Chriſti blaſphemos, ad ampliandum cultum Divini nominis, dies ſuos, nos admonent & inducunt; ut eccleſiam

*tum Indulgentiis pro anima defuncti.*

*& uſu mitræ Dignitoribus Canonicis indulto.*

A vestram, in qua præfatum Regis corpus sepultum dignoscitur, honorantes, reddamus ipsam specialibus titulis insignitam.

*Tumulus Sancti Regis,*

149 *Restaret describendus marmoreus tumulus, intra quem compositum Sancti corpus fuit, nisi Tractatu sequenti num. 26, agens de illius translatione, locum tali descriptioni aptiorem me reperisse credidissem: itaque hoc solum dixero, eum tumulum, tam amplum fuisse ab* Alfonso *successore curatum, ut capere posset etiam corpus* Beatricis Reginæ, *ante annos* XVIII *vita functa: quin & suum ipsius, uti post annos* XXXII *factum est. Horum tamen nulla fuit ipsi tumulo insculpta notitia; solum* Ferdinandum, *ac si solus ibi contineretur, Epitaphium sonat, Latina, Arabica, Hebraica, atque Castellana lingua sculptum. Existimat Lauretus lib. 1 pag. 434, quod Sapiens successor, omnibus linguis istis parentem laudasse nequaquam contentus, etiam voluerit circum eumdem tumulum duodecim sententias legi, pro numero Consiliariorum, quos à patre decem acceperat, & duos in demortuorum locum eatenus ipse subrogarat. Ea autem ex veteri Castellana Latine reddita sic sonant.*

*huic olim appositæ 12 sententiæ*

I. Melior est finis tuus, quam principium.

II. In morte finiuntur scientiæ; sed in hujus Regis obitu sapientia crevit.

III. Fuisti vivens multa semper virtute ornatus,
B & in morte sapiens eris.

IV. Pluris erit memoria tua, quã tempus tuævitæ.

V. Amplius est quod tu fecisti, quam illi qui subjugarunt Orbem.

VI. Æstimasti res minime fluxas, & usque in finem durabit nomen tuum.

VII. De tuo dominio nihil remanet, præter mandatum quod reliquisti; & sapientes; ac bonum quod fecisti.

VIII. Solum sapere magni fecisti, & ideo tenunc laudabunt sapientes.

IX. Impendio pecuniæ modico formosam tibi domum struxisti.

X. In vita habuisti pulchritudinem corporis: in morte autem ostendisti speciositatem animæ.

XI. Magis notus eris mortuus quam vivens fuisti.

XII. Hactenus, qui norant, te laudabant; nunc laudaturi te sunt, etiam qui non noverunt.

C *Illumne an filium spectent, dubito.*

*Possunt sane hæc omnia* Sancto Regi *haud incongrue aptari: sed deficiente idoneo teste ex antiquis, qui ejus bonori ea fuisse sic scripta doceat, non facile mihi evelletur suspicio, ne patri contumulatum filium* Alfonsum, *cognomento* Sapientem, *respiciant sententiæ, in quibus tam expressa continetur laudatio sapientiæ; quare easdem ut reperi contentus retulisse, finem Chronicæ illustrandæ facio; & ad Sancti Regis Gloriam posthumam, ex monumentis certioribus colligendam, transeo.*

# GLORIA POSTUMA.

## Ex variis Auctoribus & Monumentis collecta.

### CAPUT I.

*Miracula post mortem ex veteri Hispanico, Editionis Hispalensis, anni* MDXXXII.

*Antiquiora oblivioni data.*

NEscio quid amplius dicere possim de gestis sancti hujus Regis in vita: post mortem vero, tot tantaque patrata miracula sunt, meritis ejus & intercessione Dominæ nostræ, ut numerari nequeant. Sed propter aliquam diligentiam majorum animique remissionm, omnia fuerunt oblivioni mandata: nisi ptius ea nunc voluerit ignorari Deus, quia homines hujus ætatis indigni sunt qui istis auditi salutem consequantur, propter excessum iniquitatum, quæ hodie publice patrantur in mundo. Eorum autem quæ hoc tempore claruerunt cunsciam aliqua, facta personis hodieque viventibus, ipsa ex ordine recensita audies. D

1 Patronus cujusdam navis Hispalensis, qui, dum bellum cum Lusitania esset, multa iis damna intulerat, viciſſim ipse aliique plures ab illis capti sunt; qui omnes quidem alios diris carceribus incluserunt, ubi nullam omnino lucem conspicerent, navis autem Patronum seorsim recluserunt. Id ubi rescivit uxor, Reg Ferdinando devotissima, in capellam ejus accesit, ad quamdam imaginem, cui prædictus Rex dum viveret ipse afficiebatur: cœpitque prolixe orare Regem Ferdinandum, vellet intercedere apud Dominam nostram, ut maritus suus à tanta calamitate liberaretur: votum addens, quo se obligabat ad curandas ante prædictam imaginem triginta Missas per totidem dies, & glorioso Regi offerendum panem & vinum ceramque accensam. Primo autem die, ipsaque hora qua cœpit prima Missa, collataque sunt panis, vinum & cera; maritus suus, qui tenebatur in isto tenebricoso carcere, propemodum enectus fame & siti, vidit candelam ceream coram se accendi, panemque & vinum ab uxore oblatum, eisque refocillatus est. Dum autem orationes & oblationes continuarentur Hispali, captivus quoque Olisipone simili hora & modo illuminabatur reficiebaturque. Cumque custos carceris, octavo cœpti miraculi die, cereum accensum fuisset conspicatus, suoque captivo deesse nihil animadverteret, voluit eum torquere: quapropter ille mysterium aperuit, & quid octiduo toto sibi factum fuisset manifestavit. Hæc ubi ad aures Lusitani Regis pervenerunt, veraque probata sunt; quamvis eum bene commeritæ morti adjudicasset, accersivit illum; juramentumque exegit, quod reversus in patriam, nuntiaret sibi quid istic pro eo factum sit. Interim nuntiatum est Hispali, mortis sententiâ acceptâ, sublatum de medio hominem esse: sed non ideo pia mulier cœptum dimisit sacrificium ac votum. Vigesimo autem die ab eodem curato, domum mulier rediens, ibidem invenit maritum suum: quem manu apprehensum duxit ad capellam prædicti Regis, ubi Deo & ejus glorioſæ Matri egerunt gratias ipsique glorioso Regi. Sumpta autem dierum aliquot quiete, redivit in Portugalliam, narraturus, quid absente se domi fecerit uxor. a *Captivus in Lusitania mortique addictus,* *oblationibus ab uxore Hispali factis sustentatur,* E F *& agnito miraculo liberatur.*

11 Quidam propter grave crimen addictus morti, per sagittas Confraternitatis *b* excipiendæ, captivus attinebatur in turri, manicis implicitus, cum cippo ad collum & gravi ad pedes catena. Pridie vero quam ad supplicium educeretur, commendavit se huic glorioso Regi: eademque nocte, nesciens ipse quo modo, solutum se à vinculis omnibus miratus est; & sequenti mane ad capellam Beati venit, vitamque servavit meritis istius glorioſi Regis. b *Item alius educendus ad mortem.*

111 Cuidam devoto Dominæ nostræ ejusdemque Regis aufugerat mancipium, quod cum utrique commendasset, in eo requirendo nullam prætermisit diligentiam. Amissa deinde ejus recuperandi spe, octavo jam fugæ die currente, petiit sibi Missam dici ante imaginem Dominæ nostræ, *Reducitur fugitivum mancipium.*

de

A de Conceptione ejus; orans glorioſum Regem, ut pro ſe dignaretur intercedere. Cumque prædictam Miſſam in capella Sancti de genibus audiret, poſt tergum reſpiciens, vidit adſtantem fugitivum ſuum: qui rogatus, ubi fuiſſet, reſpondit: Hac nocte quatuordecim leucis hinc abfui, aſino inſidens, & mane me reperi circa Hiſpalim.

*curatur pauperi puellæ dos,*

IV Cuidam virgini pauperi addicta in dotem erant decem millia maravediſiorum: ſed eidem jam deſponſæ, qui dotem promiſerant, præſtare eam non potuerunt: qua de cauſa accipere eam ſponſus noluit. Ipſa vero, ſolum ſexaginta quinque maravediſios habens, rogavit glorioſum Regem, ut ſibi quo meliori poterat modo ſuccurreret. Itaque paucos illos quos habebat nummos, decrevit in ejus nomine exponere ſortibus, quæ Hiſpali duci ſolebant. Prima autem ſors egreſſa eſt puellæ hujus & glorioſi iſtius Regis, quæ fuit centum duplarum Caſtellanarum & trium ulnarum holoſerici villoſi: quare qui rogabatur ſponſus, neceſſe habuit ipſe rogare: itáque celebratum matrimonium eſt, in quo illa Deo & Regi glorioſo ſervivit.

B *redditur abducta vaccæ.*

V Viro cuidam vacca ſua vel aberrans perdita, vel furtim abacta erat; quam multis diebus magno cum labore requirens, nec inveniens, vovit Miſſam cum oblatione glorioſo Regi Ferdinando. Veſperi autem venit, ſtipem ferens pro Miſſa die ſequenti dicenda. Eadem hora, cum laniones Hiſpalim inducerent animalia macello deſtinata, neſcitur quo modo, ſimul omnia intrantia in civitatem, hac illac diſperſa ſunt; vacca autem prædicta viam tenuit verſus eccleſiam S. Mariæ, neque ſiſti à quoquam potuit, plateas & viculos multos percurrens, uſque dum ſtetit poſt ſepulcrum glorioſi Regis. Dominus autem ejus, egrediens à numeranda ſtipe, vidit continuo agnovitque vaccam ſuam, atque ob hoc miraculum valde laudavit Deum & glorioſum Regem.

*liberatur addi morti.*

VI Mulieris cujuſdam captivus filius, cauſa criminis, addictus erat morti: quia autem erat paupercula, acceſſit lacrymans ad ſepulcrum Regis glorioſi, quotidie candelam offerens. Cumque ſententia eſſet executioni mandanda, declaratus eſt liber abſolutuſque à culpa: atque ita mulier à triſtitia, filius ab ignominia exempti

C fuerunt.

*juvatur egenus ſacriſta.*

VII Sacriſtanus quidam capellæ hujus Regis, cum ſtipendium nimis modicum ſibi præberetur quam ut eo vitam agere poſſet, decrevit ambire aliam majoris emolumenti ſacriſtiam: hac autem obtenta, majori quam antea neceſſitate premi ſe ſenſit. Igitur in ſe converſus, animadverſenſque exaruiſſe in animo ſuo devotionem erga glorioſum Regem; ad ejus famulatum revertit, conſueto ſtipendio acquieturus: & mox omnes eum juvare cœperunt, ſic ut neceſſitati ſuæ optime proſpectum fuiſſe, & etiamnunc eſſe, fateatur.

C *recuperatur amiſſum roſarium,*

VIII Quidam eccleſiæ Hiſpalenſis Sceptrifer, *c* dum iret accepturus gladium, quem Rex manu tenuit quando urbem intravit, ad Proceſſionem publicam deferendum; in conferta multitudine hominum, tali die concurrentium, amiſit ſertum globulorum precatotiorum minime contemnendi pretii. Oratione autem ad glorioſum Regem facta, dixit, quod amiſſam in ejus obſequio coronam eodem intercedente recepturum ſe ſperaret. Anno autem vertente, hora eadem orans ante imaginem Beati, ipſam coronam vidit in manibus cujuſdam mulieris; quæ libenter illam reſtituit, narrans quomodo reperiſſet: quod ille beneficium Deo & beato Regi acceptum retulit. EX VARIIS A.D.P.

*item jumentum:* d IX Mulier paupercula ex *d* Palomares, roriſmarini plantas venales circumducere Hiſpali ſolita per plateas, jumentum quo utebatur ad illas vehendas amiſerat, una cum tortulis panis, ad familiæ ſuæ victum coëmptis: nec aliud præter ipſum jumentum habens, quo vitam ſuſtentaret, circumibat plorans civitatem. Cujus labori compatientes aliqui, ſuggeſſerunt, ut ad Regem Ferdinandum candelam ferret, ipſique beſtiam commendaret. Fecit hoc die quodam ſabbati, inter nonam ac decimam; orationeque completa rediens ad gradus capellæ, invenit præconio publico proclamari ubinam animal eſſet: atque ita quod amiſerat reperit, & Deum Dominum noſtrum cum ſancta Virgine Maria & Rege glorioſo laudavit.

*dimittitur manu truncandus,* E X Æthiops quidam, quia mulierem conjugatam alapa percuſſerat, captus & accuſatus de crimine fuerat; periclitábaturque ut minimum de amittenda manu, pro ratione delati compertique delicti. Promittens autem Regum Dominæ, Regique Ferdinando Miſſam, cum cereo manus unius ſimulacro, paulo poſt liber dimiſſus eſt, abſque punitione ulla.

*& ſervus furca adjudicatus.* e XI Quidam Regum *e* modernorum ſatelles habebat mancipium Æthiopicum, propter facinora varia morte damnatum. Cumque ad furcam duceretur, dominus ſuus commendavit ipſum Ferdinando Regi glorioſo; dicens, non minus ſuum quam ipſius ſervum eſſe. Moxque reductus in carcerem fuit, & intra paucos dies ſolutus à periculo mortis, quam decies eoque amplius commeritus fuerat.

*reducuntur fugitivi Mauri duo,* XII Mulier Trianæ commorans duos habebat Mauros, matrem vero devotam huic Regi. Cum autem Mauri prædicti fugiſſent, ſeque in ſilvulam quamdam abdidiſſent, vincula omnia diſruperunt. Verum ſtatim ac mater mulieris iſtius cognovit ipſos diſparuiſſe, curavit Miſſas aliquot prædictis Dominæ noſtræ & glorioſo Regi dicendas: cumque ſe ad abitum Mauri pararent, apparuit eis vir ſenex, canus, & venerabilis, qui eos non prius dimiſit, quam compulit ad oſtium Dominæ ſuæ ſe ſiſtere; ubi agniti reductique in domum

F ſunt, per interceſſionem ipſius glorioſi Regis, qui (quantum ex imagine cognoſci poterat) ipſis apparuerat, ſecundum confeſſionem ejus, cui viſio talis obtigit.

*recuperatur amiſſa pecunia.* XIII Armiger quidam, Corduba veniens, amiſerat peram, continentem centum nummos aureos, & ſcyphum argenteum, aliaſque res multas: cui requirendæ cum multam fruſtra impendiſſet operam, monitus eſt, ut amiſſa glorioſo Regi commendaret. Mox autem atque audita Miſſa progreſſus eſt ad gradus capellæ, certum de iis accepit indicium, & omnia recuperavit meritis hujus glorioſi Regis.

f XIV. Trianenſis nauta duodecim Henricos-Alfonſæos *f* portabat in burſula; & hac, neſcio quomodo, aperta, eos amiſit variis in locis per quæ tranſiit, nunc ſingulos, nunc binos, aut etiam quaternos. Quos ubi deeſſe ſibi vidit, nec proficere adhibitam in requirendo diligentiam, amiſſa eorumdem reperiendorum ſpe, recurrit ad Regem Ferdinandum, ejuſque honori certum Miſſarum numerum dicendum curavit. Moxque in variorum manibus

EX VARIIS A.D.P.

nibus divisim reperit quod amiserat.

XV. Mulier conjugata, pridem nihil de viro suo inaudiens, quasdam Missas dicendas cum oblatione curavit, & mox accepto nuntio recreata fuit.

Hæc & similia alia, si essent ad longum deducenda, non possem ea cito absolvere: interim ex relatis apparet, competere huic glorioso Regi Sanctorum trium prærogativas, videlicet S. Antonii Patavini, in recuperandis amissis; S. Dominici, in solvendis captivis ac liberandis reis; S. Nicolai, in juvandis pauperibus & peregrinis *g*. Quapropter vehementer demiror Hispalensium ingratitudinem, qui novum in Ferdinando Patronum adepti talemque Advocatum, cujus sanctitatem intra tam breve tempus Deus ac Dominus noster per tot miracula manifestavit; necdum pro eo canonizando supplicationem miserunt. *Hactenus pars tertia Legendæ antiquæ, excusæ in libro Flos-Sanctorum dicto, unde partem secundam Vitæ dedimus: ad recentiora transeo.*

*Trium Sanctorum prærogativæ in Ferdinando.*

g

## ANNOTATA.

B *Joannes Nothus Rex Lusitaniæ.*

a *Inter* Ferdinandum Lusitaniæ & Joannem Castellæ Reges *certatum est primo cum vastatione totius Lusitaniæ*: Beatrice *deinde regni herede* Joanni *nupta, cum* Ferdinandus *absq; prole mascula obiisset anno* 1383, *Lusitani, fratrem ejus nothum* Joannem *maluerunt habere, quam Castellano subjici: cum autem suum atque uxoris jus prosequeretur Castellanus, infeliciter pugnavit ad Algubarrótam an.* 1386, *atque ita mansit* Joanni *Notho regnum*, Bonifacii Papæ IX *indulto confirmatum.*

b Confraternitas, *vulgo*, la sancta Hermandàd de Sevilia. *Agit de ea Morgadus pag.*63. *propriumque Magistratum, ministros, carcerem, judicium habere indicat in casus ad se pertinentes; delicta scilicet foris atque in campis commissa: institutionis enim finis primarius est contra latrones & grassatores.*

c *Ita in Summario Processuum num.*76 *Latine redditur vox Hispana* Pertiguero.

d Palomáres, *vicus trans Batim leuca distans Hispali.*

*Reges, Catholici dicti.*

e *Mortuo Henrico IV successit anno* 1474 Isabella *soror*, Ferdinando *Aragoniæ Regi nupta. Ex hinc in plurali dicti* Reges *sunt*, & Reges Catholici; *eo quod per se haberet* Isabella *ut Regina diceretur, non autem acceperat à marito: qui tamen & ipse per se Rex erat. Regnarunt hi simul usque ad annum* 1504, *quo prior Regina obiit, superstite Rege usque ad annum* 1516: *utrisque successit, ex unigenita* Joanna & Philippo Austriaco *nepos* Carolus, *postea Imperator eo nomine* Quintus.

C

f *Interpres Latinus in Summario*, Scuta aurea *vertit.*

*S. Dominicus Silensis, Patronus Captivorum.*

g *Coluntur* S. Antonius Patavinus, 13 *Junii*, S. Nicolaus Myræ Episcopus, 6 *Decembris*, & *notæ sunt utriusque in eo genere prærogativæ: qui autem hic à liberandis captivis laudatur* S. Dominicus, *intelligendus est* Silensis, *de quo agemus ad* 20 *Decembris. Hic anno* 1073 *defunctus, eo in genere Patronus habetur: quamquam notus etiam sit* S. Dominicus Calceatensis, *priori paulo junior, in cujus Actis quæ dedimus* 12 *Maji, etiam liberatorum captivorum miracula varia occurrunt: estque hic etiam Castellanis notissimus ac proprius.*

## CAPUT II.

### Translatio Corporis incorrupti in novam Capellam anno MDLXXIX.

16 *Octavo post prænotatam in titulo* Translationem *anno, Hispalensis urbis Historiam, ibidem Hispali & Hispanica lingua, vulgavit* Alfonsus Morgadus *Saverdos, Alcantara natus, in Annotatis jam sæpe nominatus: ubi lib.*4 *cap.*7 *argumentum nobis propositum tractat, testis fortassis omnium oculatus; sed qui multa prætermisit explicare, minutim invenienda apud* Paulum Spinosa; *annis quidem quinquaginta circiter post rem actam scribentem, sed ex relatione, ut videtur, olim facta. Ergo ex utroque contextam narrationem sic accipe, ut initium ex Morgado, cetera ex Spinosa potissimum accepta fuisse intelligas.* Jusserat, *inquit Morgadus*, Ferdinandus Rex sanctus corpus suum sepeliri in ecclesia majori Hispalensi, quam Deo & Deiparæ curaverat consecrandam: similiterque ibidem sepulti fuerant filius ejus Alfonsus Sapiens, Reginæ nonnullæ, pluresque Infantes: quorum corpora, simul cum Reliquiis S. Leandri, duabusque statuis Dominæ nostræ, & Gladio atque Vexillo, quibus usus Ferdinandus erat civitatem acquirens, deposita erant in Mezquíta olim, deinde majori & Cathedrali ecclesia: ibique sic longo tempore manserunt, primo in una navium dictæ Mezquítæ, ubi nunc est Capella, Domicellarum dicta, in corpore novæ ecclesiæ: indeque translata sunt ad aliam recentiorem ejusdem Mezquítæ navem; quæ modo pro bibliotheca est, vicina scalis. Istæ naves seu capellæ secunda ac tertia, sunt eæ quæ ex veteris Mezquítæ clausтro remanserunt: ad easque translata fuerunt prædicta Corpora, Reliquiæ & Imagines, interim dum absolveretur fabrica novæ Capellę regalis, in capite ipsius majoris ecclesiæ.

*In veteri capella sepultis Regiis corporibus,*

*atque in alia tantisper depositis,*

D

E

17 *Scribit autem Zuniga, absolutam fuisse fabricam anno* MDLXXV. *Qua de re cum monitus* Rex Philippus *esset, nec dubitaret quispiam quin ille mox fieri* Translationem *juberet; mandatum prævenientes Capellani Regii, plintho, cui imponi tumbæ corporum Regiorum debebant, quales in veteri capella steterant, insculpi titulum hunc jusserunt, qui hodieque imperfectus fallaxque perseverat:* Ferdinando III, cum clarissima Beatrice ejus conjuge, & Alfonso Regi eorum filio, ex humiliori sacello translatis, anno ab æternæ salutis principio MDLXXV, curantibus Divæ Virginis Sodalibus. *Verum cunctantius agente Rege, & multa interim eodem facientia ordinante per quadriennum, tandem* anno MDLXXIX, die sabbato ante Dominicam sanctissimæ Trinitatis, XIII Junii, de mandato ipsius Regis, ad horam septimam vespertinam convenerunt in capellam, ubi regalia corpora collocata erant, Archiepiscopus hujus urbis, D. Christophorus de Rojas *a* sanctæ memoriæ, Regens Audientiæ Regiæ Hispalensis, & Assistens Civitatis, ad horam septimam vespertinam; præsentibus ibidem pariter Auditobus Regiis, multisque ex Viginti-quatuor-viris & Juratis, ac nonnullis Commendatoribus Militiæ S. Jacobi, nec non variis Dominis titulatis tunc in urbe existentibus, scilicet Marchionibus Tarifæ, Alcalæ, Villæ-Manrique, Algavæ, & Del-valle, Comitibus item de Gelves & Castellani; Dux autem Alcalæ, quo minus interesset, fecit ingens qua detinebatur infirmitas. Aderant etiam ipsius sanctæ ecclesiæ Decanus, cum aliquibus Canonicis ac Rationariis, Præsidens denique & Capellani atque Custodes Regiæ Capellæ prædictæ. Coram quibus discoopertum fuit corpus S. Leandri, & duæ imagines valde antiquæ ac devotæ Dominæ nostræ: corpus item sancti Regis D. Ferdinandi, & Sereniss. Reginæ D. Beatricis uxoris ejus, & Regis D. Alfonsi Sapientis filii eorum, & D. Mariæ *b* de Padilia; nec non corpora Infantium D. Alfonsi *c*, D. Petri, & D. Frederici *d* Magistri Ordinis S. Jacobi. Inspectis etiam Gladio & Vexillo regio, aliisque ceremoniis requisitis diligenter expletis, coram Notario Regio portaverunt prædicta corpora, ad magnificum tumulum,

a F

*an.*1579 *in novam transferendis,*

b c d

*dum apparantur omnia,*

A mulum, inter duos e choros eccleſiæ eo fine fabricatum, ubi illa reliquerunt nocte iſta, cum quanta potuit fieri decentia & majeſtate. Imagines autem glorioſiſſimæ Virginis Dominæ noſtræ, unam quidem, quæ Regum dicitur, collocarunt ſuper ferculum ſuum intra capellam Regiam: alteram, quæ tota eſt eburnea, poſuerunt ſuper altari majori, cum corpore glorioſi Antiſtitis Leandri.

18 Inventus eſt Rex Sanctus cum annulo, cujus palæ inſertus erat lapis cæruleus, in uno digitorum manus dexteræ; accinctus gladio, & indutus calcaribus. Regina Beatrix ad unum pugnorum habebat armillam, contextus nigri, gemmis in orbem conſperſam. Rex Alfonſus, gladio accinctus, habebat ſceptrum atque coronam, cum nonnullis inſigniis Imperatoriis; in pedibus quoque habebat calceos formæ vetuſtæ cum fibulis argenteis: notatumque fuit, frontem ejus & caput normam communem magnitudine excedere, barbam vero aliquanto prolixiorem eſſe quam ſit Clericalis. Sed ſarcophagi omnes, præterquam unius Reginæ Beatricis, adeo carioſi reperti ſunt, ut ceteris corporibus omnibus fuerint faciendæ novæ capſæ: quarum B quæ Sancti Regis ejuſque filii Alfonſi corpora excepturæ erant, coccinea interius byſſo, exterius vero panno aureo fuerunt obductæ, & clavis inauratis conſertæ, deſuper autem extendebatur crux panni argentei. Magiſtri ſarcophagum placuit holoſerico cæruleo conveſtire exterius, ejuſdemque coloris byſſo interius, cum ſimili, qua duæ priores arcæ ornabantur, aureæ clavaturæ limborumque ex auro & ſerico contextorum ſplendore: qui etiam ceteris ſarcophagis eſt additus, exterius holoſorico coccineo, interius byſſo obductis. Tribus prioribus injecta deinde ſunt pallia, ex tela auro-coccinea, cum fimbriis ex auro ſericoque concolori textis, ſimiliſque texturæ floccis. Ceteras capſas tegebant ejuſdem formæ pallia coccinea: & in medio cujuſque pallii acu picta erant inſignia regia, præterquam in eo quod Magiſtri capſam operiebat, coloris cærulei, quod Cruce Ordinis S. Jacobi cum ſuis conchis inſigniebatur. Ordo, quo ferebantur, hic erat. Præcedebat ſarcophagus continens corpus Magiſtri; deinde cum corporibus duorum Infantium geſtabatur corpus D. Mariæ Padiliæ: poſtea corpora ſingula ex ordine ſequebantur, Alphonſi, Beatricis, & Ferdinandi; & hoc ultimum portabatur ſub umbella ſpecioſſima panni argentei, decem ulnas lata, cujus haſtilia tenebant Beneficiati eccleſiæ Metropolitanæ, enſem præferente Comite de Villâr Civitatis Aſſiſtente; poſtremo autem ferebatur Corpus S. Leandri, pone ſequente Archiepiſcopo & ceteris, die, ut dictum eſt, XIII Junii.

*ipſa carioſis exempta ſarcophagis,*

C

19 Tumulus eum in finem poſitus inter ambos choros, illud vaſtiſſimum ſpatium ſua implebat circumferentia, in formam pyramidis aſſurgens, deſinenſque in globum, qui ipſum fornicem fere attingebat. Tota autem moles ornata erat picturis, victorias glorioſorum iſtorum Regum & illuſtria geſta repræſentantibus, artificio & decore mirabili. In his eminebant proceritatis eximiæ figuræ quatuor, eum in modum compoſitæ, ut licet nomina abfuiſſent, Sapientiam, Munificentiam, Sanctitatem, & Victoriam iis referri intelligeres; & ſua ſingulis ſubjecta erant hieroglyphica, cum epigrammatis cuique virtuti aptatis, & alludentibus ad eas hiſtorias, per quas demonſtrabatur, ſanctum Regem in omnibus illis quatuor eximium fuiſſe. Sapientiæ ad pedes in throno aſſidebat Rex Alphonſus, velut in tribunali cauſas dijudicans; ad aliarum vero trium pedes cernebatur Rex ſanctus, hic quidem larga manu theſauros effundens; ibi comitatus Pontifice ſummo multiſque Sanctis ac Martyribus, quibus afficiebatur devotius; alibi denique in curru triumphali, coronatus lauro, cum palma in manu: atque hæc omnia explicabantur Latinis verſibus. Res autem tota in formam hiſtoriæ deſcripta fuit, Regiæque Majeſtati oblata; ſed neſcio per quam ſocordiam periit relatio illa, æque ac inſtructio totius pompæ adornandæ ducendæque, quam propria manu Rex ipſe conſcripſerat. Sic autem ordinata erant omnia, ut in pegmate primum locum teneret Magiſter, poſt ipſum conſiſterent tres ſarcophagi Infantium atque Mariæ Padiliæ; eminentiori vero loco ſupra ceteras elevata conſpiceretur arca ſancti Regis; utrimque, ſed gradu paululum humiliori, habens uxoris & filii corpora, hujus à ſiniſtris, illius à dexteris collocata. Supra has tres arcas poſita erant pulvinaria quatuor ex aureo panno: duo ſcilicet ſupra arcam ſancti Regis, ſuſtinentes coronam auream; alia duo ſuper ſingulas collaterales, totidem coronis ſimiliter aureis ſuſtinendis. Circum pegma vero diſpoſita lucebat ingens copia grandium ex candida cera tædarum.

*imponuntur novis arcis ſingula,*

*& decore melantur.*

*Eadem ſolenniter circumferenda,*

20 Excubituris nocte iſta ad funebre pegma Capellanis duodecim mandaverat Archiepiſcopus, ut Pſalterio recitando occuparent ſeſe: cuſtodiam vero commiſerat delecto ad id D. Hieronymo de Montalvo, ſupremo ſatellitii urbani Præfecto, qui cum pluribus Præfectis minoribus ejuſdem ſatellitii, aliiſque ad id deputatis perſonis, intra eccleſiam pervigilans, portas uſque mane clauſas tenuit ad horam quartam matutinam: quando primus in eccleſiam ingreſſus eſt Archiepiſcopus, tum omnes qui debebant intereſſe proceſſioni, ſeque ſeſſum contulerunt ad loca, unicuique ordini præſcripta à ſua Majeſtate, in hunc modum. Audientia Regia, in capella majori ad latus Epiſtolæ, locum cepit; Tribunal ſacri Officii, ad cornu Euangelii; Magiſtratus Civitatis cum Equitibus ſuis, tenuerunt utrumque latus tumuli; poſt eumdem tumulum, Univerſitatis Doctores & Magiſtri conſederunt. Titulares Domini, qui erant de Capitulo Civitatis, cum aliis Rectoribus ejuſdem etſi de Capitulo non eſſent, recepti ſunt ad ſedilia chori inter Digniores è Clero; Equites & Fratres Militarium Ordinum, ad inferiora ſubſellia ejus chori, qui ad Archidiaconum Hiſpalenſem pertinet; & ex adverſo in choro altero, Judices Commercii Indici: omnibus autem una erat regula, ne cui vel ſella particularis, vel cuſſinum præberetur, ſed nudis ſcamnis æqualiter inſiderent; ne durante Officio quiſquam caput tegeret; ne luctum aliquis præferret in habitu.

*in unum pegma componuntur 13 Junii,*

*Ad hoc pegma poſtridie conveniunt,*

E

*Magiſtratus omnes & uterque Clerus,*

F

21 Religioſi Ordines & Clerus univerſus diſtributi ſunt per capellas eccleſiæ, ſingulis autem in manibus luxit cereus candidus libræ unius: Confraternitates vero occuparunt Studium S. Michaëlis, ibique ſeſe compoſuerunt, ut ſecundum cujuſque ætatem ordinate prodirent. Intravit autem D. Hieronymus Montalvo cum ſuis centum bipenniferis, & tumulum pulcherrimo ordine circumſepſit. Ne cera deeſſet proviserat Civitas, tam copioſe, ut cum omnibus perſonis dignitatis alicujus tributum eſſet pro ſuo cuique gradu, plurima ſuperabundaret. Quare deſignati ſunt homines duo, qui in caniſtris deauratis paratos haberent cereos, erogandos cujuſcumque conditionis hominibus, cœptæ pompæ ſuperventuris; præſertim Equitibus, qui cum Regiis corporibus aliquamdiu ſuccollaſſent, vices ſuas tradituri eſſent aliis identidem commutandis. Proviserat etiam Civitas ſatellites quadraginta, ultra viginti ordinarios, & eos quos ſancta Fraternitas adjunctura erat; qui turbam popularem compeſcerent, ne quid tumultus cauſaret immoderato ſpectandi & propius aſſiſtendi ſtudio; itemque bipenniferos centu-

*ſuo ſingulis cereo inſtructi.*

EXVARIIS A.D.P.

tum jam dictos, omnes sutores atque sartores: qui id muneris sibi specialiter depopoſcerant, tamquam inſcripti Confraternitati S. Mathæi, quam ipſe Rex ſanctus creditur inſtituiſſe.

22 *Quomodo nunc porro tota pompa proceſſerit, iidem qui ſupra auctores nobis declarant his fere verbis.* Sic comparatis, uti dictum eſt, omnibus, proceſſit D. Archiepiſcopus, veſtitus Pontificaliter, ad inchoandum Miſſam: quæ quoniam congruere debebat celebritati, potiſſimum ſpectanti Imaginem Dominæ noſtræ & Reliquias glorioſi Pontificis Leandri, placuit de Dominica potius quam de Requiem Officium fieri. Mox ac datum initium Miſſæ eſt, cœperunt progredi ex S. Michaëlis Collegio Confraternitates ſucceſſive omnes, pulcherrimo ordine, cum labaris facibuſque, quæ ſupra quindecim millia numeratæ fuerunt; tanta reverentia & decentia, ut nec minima quidem (quod alias contingere ſolet) fuerit inter ipſas contentio. Proxime ſucceſſerunt, ſecundum ætatem inſtitutionis ſuæ, quotquot intra & extra civitatem ſunt religioſorum Ordinum cœtus, nullo prorſus excepto; adeo ut, præter eos qui ad
B generales Proceſſiones convenire ſolent, adfuerint etiam Carthuſiani & Hieronymiani, tam qui in Domo Pulchri-aſpectus, quam qui ad S. Iſidori in campis degunt; Monachi item glorioſi Patriarchæ Benedicti, Religioſi ſanctiſſimæ Trinitatis, & ſanctiſſimus Ordo Societatis Jeſu; omnes numero mille quingenti. Tertio loco ſequebantur Religioſi & Fratres S. Jacobi, medium ferentes corpus ſui Magiſtri, cui ſuccollabant Equites ejuſdem habitus cum ſuis palliis & inſigniis. Tum Parochiales Cruces viginti quinque, agmen ducente Cruce Metropolitanæ eccleſiæ, quam ſequebatur & comitabatur Canonicus D. Ludovicus Pontius, in habitu Subdiaconi, cum Clero & Capellanis plus quam ſexcentis, ſecum habentibus feretra ornatiſſima ſeptem, in quibus geſtabantur ſpectabiliores ejuſdem eccleſiæ Reliquiæ, grandibus argenteis lipſanothecis incluſæ, cum candelabris ad ſingulos angulos argenteis cereiſque ardentibus, ſuccollantibus ad ſingula feretra Capellanis quatuor, Dalmaticas pretioſas indutis.

*Optimo ordine procedere cœperunt,*

*cum ferculis Reliquiarum,*

23 His proximi gradiebantur primum Capellani & Vicenarii ipſius eccleſiæ, tum Univerſitas Beneficiatorum Parochialium cum ſuo Abbate, deinde Canonici S. Salvatoris, ac denique Capitulares ipſi, omnes induti cappas chorales albas: inter quos portabatur ornatiſſimum feretrum, cum arca in modum cumbæ compoſita, pallioque pretioſo inſtrata, continente corpus S. Leandri: & deſuper grandem ejuſdem ex argento ſtatuam, ad humanæ menſuræ modum, cui caput Sancti includebatur: quod quidem feretrum ſub umbella ſpecioſa deportabatur à Beneficiatis. Poſt hanc arcam ferebatur Deiparæ parva imago eburnea, quæ fuerat in capſa Sancti Regis inventa: ferebatur autem perquam devote & reverenter inter manus Rationarii. Ab hac, intervallo modico geſtabatur in grandi feretro imago ejuſdem Deiparæ, à Regibus cognominata, induta veſtem conſperſam monilibus pretioſiſſimis, & habens in capite coronam auream, quæ ipſiuſmet Sancti Regis fuerat; ſub umbella argenteis haſtilibus quatuor ſuſtentata, tota holoſerici rubei, opere phrygionico acupicti, cum inſignibus eccleſiæ: ipſam vero imaginem geſtabant humeris Regii Capellani capellæ ipſius. Tum ſuccedebant Dignitates eccleſiæ, cappas & mitras induti, interque eos Crux Archiepiſcopalis, pone
C ſequente Archiepiſcopo in Pontificalibus, cum ſuo Clero atque Capitulo. Poſt hos ibat ſanctæ Inquiſitionis Tribunal, ipſi ſcilicet Inquiſitores, eorumque Advocatus Fiſcalis & Satellitii ſummus Præfectus, Secretarii ac Judices Fiſci cum ceteris Officialibus; Univerſitas Doctorum ac Magiſtrorum, in forma conſueta, cum Bedellis argenteas clavas geſtantibus: tum Prior & Conſules Domus Contractuum, Judiceſque & miniſtri eodem ſpectantes; ac poſtremo omnium, Capitulum ejuſdem civitatis cum Nobilioribus atque Equitibus, omnes cum facibus ardentibus, præcedentibus eoſdem Sceptrigeris ſuis, atque poſt eos Juratis; ſimulque procedebant ſymphoniaci publici, ſub directione Vexilli-feri Majoris: atque inter hos portabantur corpora duorum Infantium & Mariæ Padiliæ, deinde corpus Alfonſi Regis, ac denique matris ejus Reginæ Beatricis, ſuccollantibus viginti quatuor ex Equeſtri ordine nobilibus viris.

D

*has ſequitur Archiepiſcopus,*

*Inquiſitio.*

*Univerſitas*

*Magiſtratus,*

24 Vexillum poſtea Regium, cum quo hæc civitas recepta à Mauris eſt, efferebat D. Joannes de Sandoval, frater Marchionis Deniæ & Archiepiſcopi conſobrinus, veſtitus habitu ex acupictura argentea, & ſtipatus Clavigeris quatuor, ſagum rubeum argenteis laminis ad humeros tectum geſtantibus. Mox ſuccedebat prænominatus Civitatis Aſſiſtens D. Comes Villarienſis, efferens ſancti Regis Gladium, inter quatuor Feciales ſeu Reges-armorum, ſuæ profeſſionis habitum indutos. Poſtremo omnium ferebatur à Titularibus Dominis corpus ſancti Regis, umbellam geſtantibus eorumdem filiis fratribuſve, & ſubſequente Audientia regia, ſic ut agmen clauderet illius Regens: de poſt cujus tergum uſque ad corpus Magiſtri, longo utrimque ordine, tegebant pompam & arcebant turbam ſatellites Juſtitiæ ac Fraternitatis; nec deerant certis locis admixti tubicines muſicaque omnis generis inſtrumenta, cum cantoribus & ſymphoniacis. Hunc in modum ducta eſt pompa per omnes illas plateas, per quas ſolet in feſto Corporis Chriſti ſanctiſſimum Sacramentum circumgeſtari; fueruntque illæ die iſto quam opulentiſſime exornatæ, diſpoſitis etiam per opportuna loca triumphalibus arcubus novæ ac curioſæ inventionis. Cumque ad eccleſiam majorem, eo quo exierat ordine, rediviſſet proceſſio; rurſus in ſuo pegmate collocata ſunt corpora, eodem quo nocte præcedenti ſteterant ſitu; imagines vero in capella; Reliquiæ autem ceteræ relatæ ſunt ad conditoria ſua. Ab eodem die & ab hora veſperarum, uſque in diem Lunæ ſequentem, pulſatæ ſunt viginti quatuor turris majoris campanæ, ad oblectamentum aurium ſingulare, propter harmonicam earum inter ſe conſonantiam: atque ita finita eſt diei iſtius feſtivitas.

*cum Vexillo,*

H

*Gladio,*

*& corpore S. Ferdinandi,*

*per plateas ſpecioſe ornatas.*

F

25 Poſtero mane die XV Junii, redierunt ad eccleſiam Tribunal Inquiſitionis, Magiſtratus Civitatis, Audientia Regia, Contractationis Curia, Titulares Domini, omnes lugubribus induti: quos mox ſecuta Univerſitas eſt, Equiteſque ac Fratres S. Jacobi, ingreſſi per Portam eccleſiæ quæ Picta cognominatur, per quam etiam egreſſa ingreſſaque pridie proceſſio fuerat. Venerunt autem ad eam præciſe horam, qua expectabantur ab Archiepiſcopo & Capitulo, & eadem quæ pridie loca occuparunt. Ingreſſus etiam cum ſuis centum bipenniferis Præfectus major Satellitii, eoſdem circum pegma diſpoſuit. Tum apertæ valvæ omnes ſunt, & populo concurrenti permiſſus acceſſus ad eccleſiam. Adfuerunt etiam, ſicut antea, religioſi Ordines, ſeque partiti ſunt per aſſignatas cuique capellas, ubi ſinguli recitarunt Officium defunctorum cum Miſſa, ceram ſicut antea præbente Civitate: in choro autem ſymphoniaci

*Coram iiſdem, 15 Junii eodem reverſis,*

*Officia funebria inſtauramur,*

*Item Mariani imaginibus duabus,*

A niaci omnes exorſi quam ſolenniſſime ſunt idem Officium, Miſſam de Requiem Pontificaliter canente Archiepiſcopo: ſecutaque eſt oratio, quam pronuntiavit inſignis concionator ex Ordine S. Dominici P. Mag. Joannes de Spinoſa. Tum proceſſionaliter egrediens Capitulum, cum cereis ardentibus circuivit per templum, ſecum ferens imagines Deiparæ & corpus glorioſi Præſulis Iſidori, ſubſequente eos Archiepiſcopo; cui ſucceſſerunt Inquiſitionis ſacræ, Univerſitatis, Contractationis, & Civitatis Officiales primarii, ſuperius expreſſi. Poſt Juratos autem ferebatur vexillum Civitatis à D. Ferdinando de Solis: deinde Equites S. Jacobi ſuſtulerunt corpus ſui Magiſtri, Viginti-quatuor-viris aliiſque Nobilibus alia Regalia corpora ſimiliter accipientibus. Sequebatur Aſſiſtens Hiſpalenſis cum Gladio, & D. Joannes de Sandoval cum Vexillo Regio, & Proceres titulares cum Corpore ſancti Regis, pompam claudente Audientia Regia. Ita deventum eſt ad capellam Regiam, ſuper cujus principem aram collocatæ ſunt imagines Beatiſſimę Virginis cum corpo-

*& corpora inferuntur in novam Capellam*;

B re S. Leandri, atque ad ejuſdem aræ utrumque latus, quatuor corpora, Infantium ſcilicet, Mariæ Padiliæ, & Magiſtri, infra duos arcus, ad cum finem fabricatos, & divite panno conveſtitos. Ad gradus altaris ſtabat marmoreus tumulus, panno aureo inſtratus: intra quem collocata ſunt corpora ſancti Regis, Reginæ Beatricis, & filii eorum Alfonſi; apertis tamen prius capſis, ut ea ſub cautione publicæ fidei, manu Notariali mox ſignatâ. Comes Aſſiſtens traderet Capellano Majori: cui etiam, ſub ſimilis fidei teſtimonio authentico, ſanctus Gladius traditus eſt. Quibus peractis ſymphoniaci extulerunt Reſponſorium, & Archiepiſcopus ſubjecit orationem pro Defunctis.

26 *Hactenus breviori relatione* Morgadus *lib. 4. cap. 7, prolixiori* Spinoſa *lib. 7 cap. 6, itemque Zuniga ad annum prænotatum, ipſa etiam publica Inſtrumenta ſuper his confecta producens; tumulus autem ille marmoreus, in quo, una cum ſancti Regis corpore, uſque dum propriæ tumbæ conficerentur, poſita ſunt* Beatricis *atque* Alfonſi *corpora, venerabilia illa quidem, haud tamen religioſo Sanctorum cultu proſequenda; non erat novus; ſed idem ille antiquus, in quo ante jacuerat* Sancti Regis *corpus. Formam Lauretus hanc nobis pingit lib. 1 pag. 430,* Quadrilaterum eſt opus, novem pedes profundum, latum ſeptem cum dimidio, tres autem ac ſemis altum, in modum veterum Romanarum tumbarum, ex petra quam Martelliam Bætica nuncupat, quam jaſpis candidus ſtudioſe incaſtratus ſatis eleganti limbo exornat. Trium autem facierum prima, quæ occurrit in oculos bifariam diſtincta, in medio habet figuram muliebrem operis anaglyphi, quâ Caritatem deſignari adjuncta loquuntur, ſicut in aliis lateribus ſimili anaglypho expreſſæ viſuntur virtutes ſancti Regis aliæ, eædem ſcilicet quæ laudantur in Epitaphio; cujus tenor inſculptus circumcurrenti jaſpidi, vetuſtæ formæ litteris auro illitis, quatuor diverſis linguis (Alfonſo ſucceſſore curante) legi etiamnum poteſt, Latina ſcilicet, Arabica, Hebraica & Caſtellana: *nobis ſatis erit, Latine ipſum hic ex Zuniga apparere.* Hic jacet Illuſtriſſimus Rex Ferrandus, Caſtellæ, Toleti, Legionis, Galleciæ, Seviliæ, Cordubæ, Jaëni, conſtantiſſimus, juſtiſſimus, ſtrenuiſſimus, decentiſſimus, liberaliſſimus; in timore & ſervitio Dei efficaciſſimus: qui contrivit & exterminavit penitus hoſtium ſuorum proterviam; qui ſublimavit & exaltavit omnes amicos ſuos; qui civitatem Hiſpalenſem (quæ caput eſt & metropolis totius Hiſpaniæ) de manibus eripuit Paganorum, & cultui reſtituit Chriſtiano: ubi ſolvens natu-

*corpus autem S. Ferdinandi in marmoreum tumulum, pariter tranſlatum:*

*ejus epitaphium,*

*& titulus jam inde ab an. 1575 paratus.*

turæ debitū tranſmigravit, penultima die Maji; anno ab Incarnatione Domini CIↃ. CC. LII. *Capellæ novæ, fabricatæ in capite totius eccleſiæ, inter Sanctorum Petri & Pauli collateralia ſacella, deſcriptionem architectonicam legere qui volet, Zunigam adeat; minutim ſingula explicantem ad an. 1575, quo cœptum eſt hujus* Tranſlationis *negotium tractari, & adeo certo abſolvendum ſperabatur, ut jam tum fuerit ſculptus hic titulus:* Ferdinando III cum clariſſima Beatrice ejus conjuge, & Alfonſo Regi eorum filio, ex humiliori ſacello tranſlatis, anno ab æternæ ſalutis exordio MDLXXV, curantibus Divæ Virginis Sodalibus. *Sed variis intervenientibus cauſis differenda* Tranſlatio *fuit nec ante prænotatum annum* MDLXXIX *res peragi potuit; concluſa autem illa eſt per authenticum Actum reſtitutionis factæ per Comitem Aſſiſtentem, de Corporibus & aliis omnibus ſibi ab eccleſia concreditis: quod inſtrumentum totum deſcribit Zuniga pag. 557 & ſequentibus.*

EX VARIIS A.D.P.

27 *Poſtmodum, ſed non exprimitur quando, corpora* Beatricis *& Alfonſi, collocata ſunt intra propriis arcas ad utrumque* Regis Sancti *latus; & ſupra marmoream ac tribus arcis communem tumbam, ſuperius deſcriptam, compoſita tria cœnotaphia, funebri pallio pretioſo inſtrata ſingula, & regium in modum coronata: ſic tamen ut eorum medium Sancto poſitum collateralibus duobus emineret; pallii etiam colore flavo diſtingueretur; pro quo, Laureto teſte, impoſitum eſt candidum, poſtquam veterem cultum (ut infra dicetur) Romanus Pontifex approbavit. Tunc etiam curatum eſt, ut ante frontem medii cœnotaphii erigeretur ſtatua ipſius Sancti, inter duos ceroferarios Angelos juſta proceritatis: quorum tamen moles nihil impedit proſpectum in imaginem Marianam, altius poſitam in altari ad plures gradus elevato, ſicut videre eſt in Regiæ capellæ ſchemate, inferius ad Caput* VII *proponendo. Atque ita manſerunt omnia, uſque dum anno* MDCLXXIX, *de mandato ſuæ Majeſtatis,* Beatricis *& Alfonſi oſſa tranſlata fuerunt in ſuos loculos, ad latus capellæ regiæ excavatos: ubi nova eis Epitaphia, litteris ex ære fuſis, ſuper marmoream tabulam poſita ſunt, cum propriis ſuper unoquoque coronis, Imperiali ſuper* Alfonſi, *Regia ſupra* Beatricis *tumulo. Reliqua corpora, quorum ſupra ut pariter tranſlatorum meminimus (uti mihi reſponſum à Deputatis Capitularibus eſt) jam inde à principio fuerunt, ſuntque etiam nunc, à ſacro* S. Ferdinandi *tumulo remota notabili intervallo, intra Pantheon, quod appellant regale, ad quod per porticus quaſdam intratur; ita ut nec minima quidem apparentia ſit, quod alius iis habitus honor ſit quam pure civilis & regiis perſonis conveniens. Poſtquam autem duo, quæ ſupra dixi, Regia corpora longius remota fuerunt ab eo, cui ſoli religioſior honor debebatur; ſupra ipſam hujus tumbam erectum eſt conopœum panni aurei, cum imagine ſculpta; per quam intelligeretur, ejus quem ipſa repræſentabat ibi corpus eſſe: inſiſtitque ea imago poſito ad pedem tumbæ altari, ad quod dicuntur Miſſæ votivæ de Sancto. Iamque ex mandato ſuæ Majeſtatis per varios Commiſſarios pluries tractatum eſt, de modo collocandi ipſum ſanctum corpus multo propius ad Imaginem* Deiparæ, *quam vocant* Regum: *reſque eo hodie adducta eſt (quemadmodum huc ſcribebatur ex parte Capituli menſe Novembri anni* MDCLXXXI) *ut propediem diſcernenda videatur conſtructio argenteæ capſæ, ponendæ ſupra altare* Dominæ noſtræ Regum *dictæ, ad cujus pedes ſemper optavit Sanctus conſiſtere. Noviſſime autem negotium iſtud commiſſum fuit Regenti Audientiæ Regiæ civitatis Hiſpalenſis, ut quam primum executioni mandaretur: & hunc in finem Majeſtas ſua Regia deſignavit quædam jura civitatis prædictæ, ut quam decentiſſime tranſigantur omnia; remanente nihilominus juxta ipſum ſepulcrum altari, quod diximus, cum Statua Sancti. Cum vero hæc parata fuerint, occaſio dabitur novæ ſolennitati, poſt eam quæ curata fuit, cum primum anno* MDCLXXXI *ſancti Regis feſtum, tot ſeculorum uſu pro-*

*Separatim poſtea poſitis Alfonſo filio & Beatrice uxore;*

*novus cultus tumbæ ſancti Regis additur.*

*nunc paratur eidem capſa argentea.*

EX VARIIS A.D.P. *batum, prahabita Sedis Apoſtolicæ ſententia, inſtauratum fuit, ſicut infra pluribus dicendum veniet.*

## ANNOTATA.

a Chriſtophorus de Rojas, *Archiepiſcopus Hiſpalenſis, obiit mox anno ſequenti* 1580.

b Mariæ Padiliæ *infamem totis Hiſpaniis cum* Petro Crudeli *pellicatum, juſtis poſt* Blancæ *morte nuptiis purgatum fuiſſe, benignior erga ejus memoriã Hiſpalenſium opinio tenet. Sed hanc opinionem tanti non fecit Mariana, lib.* 17 *c.* 15, *ut vel refutandi cauſa attingendam ſibi putaret; quippe quæ nullo cujuſquam antiqui ſcriptoris teſtimonio fulciatur: ideoque ſolum dixit,* Mariæ funus per urbes & oppida magnifice, quaſi juſtæ Reginæ, celebratum *eſſe; nemine ſcilicet audente ſe huic probro opponere. Zuniga ad annum* 1362, *quo ipſa obiit, num.* 3, *diligentiſſime ſcrutatus omnia, ſolum narrat, quomodo Rex (magis ſcilicet de ſucceſſore inſtituendo, quam de propria vel aliena ſalute curanda ſolicitus) convocatis Hiſpalim Regni comitiis, juravit, quod numquam habuerit D. Blancam pro uxore legitima, eo quod antea occulte contraxiſſet cum Maria, coram quatuor teſtibus,* B *quorum unus obierat, tres idem jurare parati erant: ideoque petiit natos ex hac liberos haberi legitimos, corpus autem defunctæ ex Studilli monaſterio Hiſpalim ad Sepulcra Regia transferri juſſit. Et ipſe quidem utrumque obtinuit, ſi non quia vera dicere videbatur, ſaltem ne contradicentibus iraſceretur. Sed decretum ejus, quoad Padilia liberos, effectu caruit, præmortuo (quem ſibi ſucceſſorem Petrus deſignaverat) Alfonſo, & Caſtellanis ad Henricum Petri fratrem nothum jus Regni transferendum curabat, ſepeliri mandat: quod tamen ſucceſſu caruit.*

*M. Padilia, nunquam niſi pellex Petri Crudelis.*

*Ut Regina tamen ſepulta fuit.*

C *Huic autem, amore potius quam violentia Regnum firmare ſatagenti, viſum non fuit circa mortuam immutare quidpiam: atque ita manſit inter Regios tumulos corpus Mariæ. Dicitur etiam Rex Philippus II, eidem in aliquo ſuo reſcripto attribuiſſe titulum* Reginæ. *Sed nihil iſta profunt, ut rationabilis præſumptio aut ſpes formari poſſit de æterna ſalute ejus, quæ ut ſummum excuſata mundo fuit titulo matrimonii clandeſtine contracti, adeoque peccaminoſi, nec ulla quod ſciatur pœnitentia expurgati. Obierat autem Maria menſe Iulio, paucis diebus poſtquam in carcere expiraſſet Blanca, vel arumnis ſuccumbens vel violentiori etiam modo extincta, in gratiam, & fortaſſis etiam opera, ipſius Mariæ: cujus ſubita mors, effectus haud dubius fuit ultionis divinæ in ipſam Petrumque. Interim non videtur ſancto Regi placuiſſe, quod eodem honore ſecum fuerit tranſlata mulier peſſima, & totius Hiſpaniæ (quatenus liberæ voces non reprimebat metus) execratio. Siquidem pro felicitate publica, ex actu alias tam religioſo ſperandâ, omnibus Hiſpanicorum Regnorum provinciis ſupervenit peſtilentia biennalis, quâ ipſemet Archiepiſcopus interiit: cum tamen in ſancti Regis Chronica num.* 220 *dicatur, quod* eo regnante nullus annus in Hiſpania, & præſertim in ditionibus ei ſubditis, fuit ſterilitate aut peſtilentia notatus.

*Infantes in Regia Capella tumulati.*

c *Quærenti quinam hi eſſent, reſponſum eſt,* Alfonſo XI *prognatos ambos fuiſſe. Sed quis credat,* Petro Crudeli, *iſtius* Alfonſi *filio adhuc viventi, fratrem alterum* Petrum *fuiſſe? Fuerit ergo hic* Sancti Regis *ex* Alfonſo X *nepos, patri præmortuus: ſicut hic nominatus* Alfonſus Infans, *fuit filius* Mariæ Padiliæ, *cui pater ſucceſſionem regni fruſtra deſtinaverat, teſte Mariana; quemq; matri contumulatum fuiſſe docet ex teſtamento, quo* Rex medium ſe inter Padiliam Reginam filiumque Alfonſum, in ſacello quod ſua impenſa extruendum curabat, ſepeliri mandat: *quod tamen ſucceſſu caruit.*

d Fredericus *ejuſdem* Alfonſi XI *ex* Leonora Guzmanna *filius nothus, anno* 1342 *adhuc decennis, diſpenſante in natalibus Pontifice, factus Magiſter Ordinis, à* Petro Crudeli *Alfonſi filio & ſucceſſore, crudeliſſime interemptus eſt an.* 1358. *De quo vide Hiſtoriam trium Ordinum lib.* 1 *cap.* 27. D

e Metropolitana Eccleſia, *intra muros & latera- Metropolitana Hiſpalen. deſcriptio.*
*lia ſacella lata pedes* 110 *geometricos, longa* 379, *opere Gothico extenditur ſub quintuplici fornice, grandibus columnis nixo; habetque in latitudine, præter navim mediam atq; præcipuam pedum* 59, *alias naves quatuor, utrimque ſcilicet minores duas, pedum* 40 *ſingulas, qui pedes* 40 *octies circum voluti ſeu replicati, procurrunt per totidem intercolumnia, quinque ante & tria poſt tranſverſam media navis crucem; poſt qua denique ſequitur in capite eccleſiæ recentiori opere addita Capella Regia, cum ſacellis ac portis lateralibus, in quibus lateralium navium proſpectus terminatur. Duos ergo Choros in media navi ſic poſitos concipe, ut totum tranſverſa navis ſpatium inter utrumque chorum mediet: occupat autem uterque Chorus intercolumnia duo, ita ut primus (in quo altare majus, & poſt altare ſacriſtia) ſoli Officianti ejuſq; miniſtris ſervire videatur gradibus aliquot altior: ſecundus qui eccleſiam ingredienti poſt tria intercolumnia primus occurrit, ſubſellia habeat Canonicorum & Cleri, ad divinum officium concinendum. Atque hæc notare juvabit, quia ſæpius infra mentio fit ſpatii inter duos Choros, quod eſt ſub umbilico fornicis principalis, iſtic ubi olim aſſurgebat auguſtus* E *in quadrum tholus, qui poſtea corruit, nec umquam reſtitutus fuit, ſed continuatus eſt fornix, per ruinam talem hians: quo fit ut conſtratum ſupra ipſum fornicum tectum, æqualiter planum ſit totum, quam late extenditur media eccleſiæ navis. Ipſam auguſtiſſimæ fabricæ ichnographiam vide infra ad Cap.* VII, *ari inciſam, ut ſingula hic dicta & ibi dicenda intelligas diſtinctius.*

## CAPUT III.

### Miracula recentiora ex Summario Proceſſuum Romæ impreſſo.

28 *Ad cauſam canonizationis, hac ætate agi cœpta.*

*Scriptorem antiquum miraculorum, Capite primo relatorum, audivimus expoſtulantem de Hiſpalenſium ingratitudine,* quod novum in Ferdinando Patronum nacti talemque Advocatum, necdum pro eo canonizando ſupplicationem miſiſſent. *Hæc cum vulgari lingua in libro Flos Sanctorum dicto paſſim ab omnibus legerentur, non potuerunt non acriter pungere devotos ac generoſos animos; effectu tamen ſuo caruit diu ſtimulus iſte, & primo negotium hoc ætate noſtra curare cœpit, regnante* Philippo IV *Hiſpaniarum Rege,* & Urbano VIII *Apoſtolicam Sedem obtinente; ſub quo* Alexander Manſonius Advocatus, *anno* MDCXXXVIII *Romæ curavit imprimendum ſupplicem libellum, oblatum Eminentiſſimis ac Reverendiſſimis* DD. *Cardinalibus ſacræ Congregationis Rituum,* Proponente Antonio Card. Barberino, inſtante Sereniſſimo Rege Catholico, *in cauſa* Canonizationis ſervi Dei, glorioſiſſimi, invictiſſimi ac ſancti Regis Ferdinandi III, Regis Caſtellæ & Legionis, *eâdem plane formâ, quæ ſolent confici Relationes Auditorum ſacræ Rotæ, quales ſæpe in aliis ſimilibus cauſis allegavimus, cum* Summario Proceſſus. *Hoc libello plene continetur quidquid eatenus actum fuit: allegatis autem, quæ ſupra retulimus ex Legenda, miraculis antiquioribus, additur, quod* omnipotens Deus de recenti operari dignatus fuit alia quinque miracula, quæ probantur ex Proceſſu Apoſtolico, facto in civitate Hiſpalenſi: *&, quod* multa alia miracula conſtant ex Proceſſu ordinario, quæ pro adminiculo dantur in præcitato Summario num. LXXVII. *Hæc autem verbotenus accipe, ipſis (qua licebit) Summarii verbis Latinis, aut (ubi ea deerunt) ex Italico Latine redditis (Italice enim placuit Romæ exhibenda legere, quæ Hiſpanice excepta fuerant) ac primum quatuor potiora.*

29 Hiſpa-

*Iudices Apoſtolici, an. 1631, delegati,*

A 29 Hiſpali die XXV menſis Februarii MDCXXXI, coram Judicibus Apoſtolicis, exiſtentibus in loco & hora audientiæ, D. Juratus Felix Eſcudero de Spinoſa, nomine ſuorum principalium, pro informatione præſentavit in teſtem Gabrielem Perez, incolam dictæ civitatis: *qui* I, monitus fuit de gravitate perjurii, præcipue in ſimilibus cauſis canonizationum, velut eſt iſta circa quam examinari debet. II, interrogatus de nomine, cognomine, patria, ætate, parentibus & officio quod habet: & an ſit dives vel pauper, & cujus ſumptibus vivat. III, an fuerit confeſſus & communicatus, & à quo tempore, à quo Sacerdote, & in quâ eccleſia. IV, an accuſatus fuerit de aliquo crimine, qua de cauſa & coram quo judice, & an fuerit condemnatus vel liberatus, vel hactenus cauſa pendeat. V, an aliquo tempore fuerit nominatus publice ſeu denuntiatus pro excommunicato, & pro qua cauſa, & an talis adhuc exiſtat. VI, an fuerit inſtructus ab aliqua perſona; quomodo & circa quæ; & quis eum inſtruxerit; & an fuerit ei datum, promiſſum, ſeu condonatum aliquid, vel ſperet ſibi dari, vel aliquam commoditatem conſequi pro hujuſmodi examine. VII, quomodo venit ad teſtificandum; an fuerit vocatus & requiſitus, & quæ cauſa eum movit venire ad hunc locum. *Ad hæc omnia cum ille congrue reſpondiſſet, & per Dominos judices ab eo receptum fuiſſet juramentum*, per Deum Dominum noſtrum, & per ſignum Crucis, quod fecit digitis ſuæ manus dexteræ ſuper libro Miſſali: *deinde requiſitus*, quid poſſit declarare de vita & miraculis ſervi Dei Regis Ferdinandi; reſpondit, quod recordatur, anno MDCXXVII feciſſe ſe quamdam declarationem unius miraculi, quam legi petebat. Et ſtatim mandatum fuit in ſummariis informationibus, quæ fuerunt compulſatæ, perquirere dictam declarationem: & perquiſita fuit, & inventa tenoris ſequentis.

*poſt interrogationes prævias,*

B

*admiſſo ad teſtandum Gabriele Perez,*

*audiunt legi ejus declarationem;*

30 Hiſpali die XXIII menſis Maji MDCXXVII, cum ego infraſcriptus Notarius dederim extremam Unctionem in mea parochia S. Marinæ, cuidam viro qui dixit vocari Gabriel Perez Coramarius, die ſabbathi octava præſentis menſis; eique conſilium dederim ut ſe commendaret ſancto Regi D. Ferdinando, qui ſanitatem pro eo obtineret: & cum ſcirem ipſum jam ſanum eſſe, me contuli ad domum ſuam, ac ab eo recepi juramentum juxta formam juris, ut declararet quidquid evenerat ſub onere, de quo promiſit dicere veritatem. Et interrogatus quomodo ſanatus eſſet à ſua infirmitate, dixit, quod die quodam menſis Aprilis proxime præteriti, aſcendens quemdam lectum ligneum, poſuerit pedem ſuper tabulam unam: qua rupta, cum formidaret ſibi crus lædere, quanta potuit adhibita vi foras ejecit corpus, longe extra lectum, tam gravi caſu, ut alienatus à ſenſibus habuerit peſſime affectum brachium, & corpus totum quaſi contritum. idcirco collocatus in lecto, ſequenti die ſurrexit ab eo, & diebus aliquot conſequenter ambulavit; donec putrefacto, qui per corpus erat diffuſus, ſanguine, cœpit veluti ſuffocari; ac denique in gravem decidit infirmitatem: à qua ut curaretur vocari juſſit Sebaſtianum de la Torre, Magiſtrum in parochia S. Romani, eo quod ipſum noſſet hominem, non ætatis minus quam experientiæ magnæ, ac famæ in morbis curandis optimæ. Hic autem, cum multa infirmo applicaſſet remedia, juſſit ut quam citiſſime ei darentur Sacramenta, prout factum eſt die Sabbathi, die VIII menſis præſentis.

C

*quomodo ex caſu periclitans,*

*ſæque Sancto commendans,*

31 Recepta autem extrema Unctione, cum monitus eſſet ut ſe commendaret ſancto Regi D. Ferdinando, ingreſſus eſt ad eum Eques quidam, quem audivit appellari Juratum Felicem Eſcudéro. Hic autem dixit ei, quod, ſi ex toto corde ſe commendaret ſancto Regi, promittebat ei, liberum ipſum futurum proximo die Mercurii; addens, ut juberet etiam Miſſam aliquam dici. Tum ipſe Deponens commendavit ſe ſtatim Sancto, itemque ipſa nocte, propter graves dolores: ubi autem illuxit, primo mane generum ſuum miſit, ad curandam Miſſam in capella Regia: atque ex ea hora evidenter cognovit melius ſe habere. Cum autem ad illum viſitandum veniſſet D. Sebaſtianus de la Torre, admiratus eſt, videns in eo tantam mutationem, & depulſum omne vitæ periculum; quæſivitque, ecqua diligentia uſus ad id eſſet. Narravit infirmus quod contigerat, & quomodo ſe commendarat Sancto Regi, qui ſibi à Deo ſanitatem impetraret. Et ego, inquit medicus, ita futurum credo. Proceſſit ergo valetudo in melius, uſque ad diem XXII menſis, qui Mercurii erat; quando ita confirmatum ſe ſenſit Gabriel, ut (ſi uxor liberique permiſiſſent) egreſſurus fuerit ad atrium domus ſuæ: ipſiſque id deprecantibus propter debilitatem, ſurrexit nihilominus de lecto, atque intra cubiculum, ubi infirmus jacuerat, ſedit in ſella; itáque perrexit quotidie ſurgere uſque hodie, quo præſentem declarationem facit, eſtque validus ac robuſtus, quantum ſua grandis ætas patitur, & morbi quem ſuſtinuit magnitudo. Quod autem dixit, tenuit tenetque pro miraculo, ſibi conceſſo propter devotionem quam monſtravit erga ſanctum Regem; idemque ſenſerunt quotquot factum ſciverunt. Et hoc dixit eſſe verum per juramentum præſtitum, & eſſe ætatis pluſquam ſexaginta ſex annorum: & non ſubſcripſit, quia dixit, neſcire. Fuit ſibi lecta ejus depoſitio, & eam ratificavit Joannes de Pinéda, coram me Baccalaureo de Robles Notario Apoſtolico.

*poſtero die ſanari cæperit.*

E

*Quod iterum declarat;*

32 Et cum ei lecta fuiſſet atque oſtenſa d. declaratio, dixit quod recognoſcebat & recognovit per ſuum dictum & declarationem eam quæ ſibi oſtenſa fuit; & illam dixit & declaravit, prout & quemadmodum in illa ſcriptum eſt..... Et quod ulterius, cum eſſet gravida quædam ipſius Declarantis filia, conjuncta Didaco d'Avila, auri-ductori & argentifabro hujus civitatis, ſuaſit præd. genero ſuo, ut, quod paritura erat uxor ſua, ſancto Regi commendaret: quod fecit, dicens, ſi maſculus ederetur, ponendum ei nomen Ferdinandi. Peperit autem paulo poſt mulier perquam feliciter ac facile, nominatuſque eſt infans Ferdinandus, ſicut voverat pater. Puer vero cum eſſet unius ac dimidii menſis, cœpit adeo graviter infirmari, ut per novemdecim continuos dies lac nullum ſuxerit, ſed graviſſimos dolores pateretur, quantum quidem exterius cognoſci poterat: capite enim manibuſque ac pedibus & corpore toto eos faciebat motus, qui ſunt ejuſmodi cruciatuum indices, videbaturque velut à maligno aliquo ſpiritu infeſſus. Quod ipſe teſtis infantiſque parentes conſpicati, magna cum devotione cœperunt invocare ſanctum Regem, rogantes ut ſanitatem puero impetraret à Deo. Res mira! Qui totis novemdecim diebus abſtinuerat à lacte, ſubito mamillam arripuit ac ſanus fuit. Atque ob hoc tam certum miraculum omnis ea familia pientiſſime afficitur erga ſanctum Regem. Et hoc verum eſt per juramentum præſtitum, & non ſe ſubſcripſit, quia dixit neſcire: & Iudices Apoſtolici ſubſcripſerunt, in quorum præſentia declaravit. Fuit ſibi lecta illius depoſitio, & illam ratificavit.

*affirmans etiam filiam puerperam*

F

*& nepotem in ſimili articulo adjutos:*

Licentiatus Don Franciſcus de Monſalve.
Licentiatus Don Didacus de Guzman.
Doctor Don Franciſcus de Caſſaùs.
Matthæus Vaſquez de Leca.

Coram me Gundiſalvo della Cueva Notario.

EX VARIIS A. D. P. *eidem attestatur gener suus.*

*Similiter præsentatus, interrogatus, & juratus prædictus* Didacus d'Avila, *gener Gabrielis, prædicta omnia confirmavit, addens,* soceri corpus ipsa infirmitate fuisse inflatum instar utris; *& quod* medicis chirurgisque de ejus sanitate desperantibus, afferentibusque non supervicturum usque mane, sub vesperam ad Ave-Maria, ministratum ei Viaticum fuerit, ac deinde sacrum Oleum; se vero ipsum Dominica mane iviſse ad curandam Missam: *de filio autem suo nihil habuit quod adderet.*

*Hispalensis Sutor, initinere,*

33 *Prædicto miraculo, sane evidentissimo, duo alia ex eodem Summario succedant.* Die ..... mensis Martii MDCXXX, *præsentatus* Christophorus Marquèz, Magister calceolarius, incola civitatis Hispalensis, parochiæ S. Salvatoris in via Gallegorum; *interrogatusque & juratus ut supra,* dixit scire, quod à mensibus quatuor præteritis, ipse & Franciscus de Enzínas, magister calceolarius ejusdem civitatis, pariter iverint ad civitatem Jaën, empturi corium Cordubense. Tertio autem itineris die substiterunt, noctem acturi in hospitio quod dicitur Dominæ Mariæ, inter hanc & civitatem prædictam via recta in

B *correptus paralysi,*

Campo. Qua quidem nocte tota sani atque hilares fuerunt: die autem sequenti, qui erat Iovis, cum sub auroram egressuri hospitio essent, ipse Testis sensit se male dispositum; itáque conscendit mulam, in qua & mansit usque ad exitum Villæ Turris-campi dictæ, diœcesis Iaënsis: ubi longe pejus sibi esse sensit & absque viribus. Mula autem qua vehebatur ingressa est in domum quamdam, cujus portam apertam reperit; nec poterat Testis manu sinistra, qua frenum tenebat, vim ullam facere ad mulam inde educendam, quia totum brachium ac latus illud cum sinistro crure attracta erant, omnique vigore destituta. Cum ergo se vellet manu dextra juvare, supervenit præd. Franciscus de Enzínas, paulo post subsequens; quæsivitque quid ipsi accidisset: sed non potuit ei respondere distincte, solumque confusa voce dixit, Eamus. Tunc Franciscus, tali in statu socium conspicatus, dixit aliquibus ibidem præsentibus, ut hominem retinerent, ne caderet de mula, interim dum ipse descendit; & sic omnes eum deposuerunt, atque inter

*desperante medico,* C

brachia deduxerunt in domum, ibique supra pulvinaria collocarunt. Qui toto latere sinistro impeditus & attractus, nec pedem nec brachium movere poterat, vultum insuper distortum habebat, credebatque sibi vitæ finem adesse: nec minus dolens eo casu Franciscus, multis demonstrabat mœrorem suum; sicut notabat ipse testis, qui non omnino amiserat usum sensuum; quamvis ex quo tempore cœpit ratione uti, non meminerit se unquam in tantis fuisse angustiis, adeoque dejectum animo, quam cum se procul à domo cerneret, ita contractum distortumque.

*sanctum invocat,*

34 Interim Franciscus medicos, ad visendum ægrum; Curatum, ad Confessionem audiendam, accersiri jussit: statimque ex prioribus unus adfuit, medicus vel chirurgus: qui, explorato pulsu, malignæ cujusdam auræ afflatum hunc esse dixit, cui idoneum nullum remedium ad manum esset, proinde videbatur salutem infirmi desperare. Tum appropinquans ei Franciscus; Eja, inquit, Sodalis, ex animo invoca sanctum Regem D. Ferdinandum, eique te commenda, Missam & novenam vovens, quia ipse impetrabit tibi sanitatem à Deo, atque ab omni molestia liberabit. Cui Deponens, utcumque potuit, confuso linguæ sono respondit, Ita: commendo me: idque ipsum interius fecit prolixiori affectu. Dum autem pauca illa verba conatur exprimere, magna cum violentia; cœpit in eo ubi positus erat loco corpus convertere, brachium-

*& statim sanatus*

que & crus sinistrum movere, quod antea facere omnino non poterat; deinde in pedes surrexit, dicens, Eamus. Magna porro animi consolatione repletus, sensit totum malum continuo dissipari, vultu etiam in pristinum statum converso; majorisque securitatis causa confessus est ei qui advenerat Curato: qui etiam una cum D. Francisco aliisque præsentibus clamabat, Miraculum, miraculum, quod Deus operatus est per intercessionem sancti Regis Ferdinandi. Absoluta autem Confessione, dixit ipse Testis Francisco socio, quia sanctus Rex & Virgo Maria dederunt sibi sanitatem viresque magnas. Cumque Franciscus curasset afferri sedem, in qua portaretur Testis ad civitatem Jaën, una solum leuca distantem à Turri-campi; *cæptum iter* noluit ipse ea uti, sed iterum ascendit in mulam *prosequitur* suam: resque pro miraculo habita est, quia tanta mutatio, quantam diximus, non poterat naturaliter accidere, uti accidit, intra unius horæ spatium, quæ ab initio mali usque ad ejus curationem fluxit. Suum ergo iter prosecutus, confectoque negotio reversus Hispalim, visitavit capellam, in qua corpus sanctum requiescit, exinde- E que eidem devotissimus vivit. Quæ omnia sunt certa & vera, & ita se habuerunt modo & forma declaratis; & non subscripsit, quia dixit nescire, *cum socio* sed subscripserunt Domini Judices: *qui similiter etiam sibi attestante interrogarunt & audierunt* D. Franciscum de Enzínas, magistrum Sutorem in collatione S. Mariæ-majoris in platea Francorum *Hic de se ipso fassus, quod* prius quam urbe egrederetur successum itineris commendavit Sancto, cui multum afficitur, *eadem omnia, quamvis aliis verbis, explicavit; additque,* Curatum audita Confessione scripsisse miraculum & nomen Sancti: Christophorum autem fuisse pleno atque obeso corpore, cujus generis hominibus obveniens apoplexia, soleat eos per omnem vitam contractos facere. Denique dixit, in eodem itinere alia multa evenisse sibi, quibus cognoverit, quam efficax apud Deum sit Sancti Regis intercessio.

*desperante medico,* C

35 Hispali die x mensis Martii MDCXXXI, *præsentatus in Testem* Don Joannes Panduro, incola d. civitatis in parochia Sanctæ Crucis ..... inter- F rogatusque an aliquid sciret ..... dixit, sex circiter menses transisse, quod cum domi suæ esset ipse Testis, venerit Michael Sanchez, præfectus operarum, quas ipse habet in suo quodam prædio, sito intra territorium hujus civitatis in Vineto Tarrazanæ, duabus ab urbe leucis; nuntians eodem die in vineam, olivetum, & hortum ejus irruisse infinitam multitudinem locustarum: videret num quod ei malo remedium nosset: nam vicinorum agros fundosque, in quibus illæ substiterunt, prorsus esse consumptos. Tum vero se, pro magna qua erga Sanctum Regem fertur devotione, nullum certius præsidium scientem, accurrisse ad capellam, ubi corpus ejus in æde Cathedrali sepultum jacet, eique commendasse facultates suas, & Missas aliquot dicendas curasse; deinde revertisse ad sumendum prandium, moxque in villam misisse mancipium quoddam suum, ut videret quo res loco esset. Hunc vero ante vesperam revertisse atque dixisse; Domine, operæ pretium tulisti Mis- *dicta ad* sas illas curando: quæ enim in prædium irruerant *Sancti sepulcrum* locustæ, subvolantes deciderunt omnes in pisci- *Missa,* nam, & suffocatæ sunt. His auditis, proximo die mane abiit ipse Testis, ut rem prodigiosam videret; itáque reperit ut ille dixerat. Quia autem tanta erat locustarum demersarum copia, ne ab earum putrefactione corrumperetur aër, necessarium duxit foveas facere, in quibus collectæ terra

*Locustæ innumerabiles,*

obruc-

A obruerentur: atque in hoc laboratum eſt quatriduo toto; admirantibus omnibus peſtem illam in ictu oculi totam fuiſſe ſublatam, nulliu que noxæ ab iis illatæ veſtigium apparere. Atque ita non ſolum hic Teſtis, ſed omnis circum vicinia liberata eſt ab ejuſmodi plaga ..... Quæ omnia dixit ſcire, quia ita vidit eſſe & fieri, ſeque ſubſcripſit una cum Dominis Judicibus: in quorum præſentia *eadem omnia* declaravit. *Similiter fecit præſentatus, juratus interrogatus*, Don Petrus de los Rios, incola d. civitatis in parochia Sanctæ Crucis, *præſens in domo Ioannis quando Michael Sanchez triſte nuntium attulit: qui ſe deinde ad prædium prædictum con-*
*ſimul omnes ſuffocantur,* *ferens, ipſas locuſtas, ut dictum eſt, ſubmerſas conſpexit. Eadem confirmavit præfatus* Michael Sanchez, qui ſervit in exercitio Caporalis D. Joannis de Panduro, in poſſeſſione quam habet ſupradictus in Terrazána, *expreſſe notans*, menſem Auguſtum anni MDCXXX, *quo res facta ſit: Piſcinamque illam dicens fuiſſe in horto ipſius prædii, bene amplam ac ſpatioſam; ſeque mox ut illuc rediit, ibidem ſuffocatas locuſtas vidiſſe.*

B 36 *Ex Miraculis quinquaginta poſt mortem, recen-*
*Guardianus Miñorum angina laborans* *tioribus & modernis, dantur infraſcripta decem tantum, brevitatis cauſa. Cum Teſtibus deponentibus ſuper articulo* LXVI *in Proceſſu Ordinario*: P. Fr. Petrus de Piña, Ex-provincialis Ordinis S. Franciſci in hac provincia, hodieque Guardianus in majori Conventu S. Franciſci hujus civitatis Teſtis XXII, dixit, quod ante ſex menſes, anginam paſſus ſit adeo gravem, ut ſex qui ipſum curabant Doctores medici urbis totius præcipui, Mexía, Biſcardus, Ancóna, Valverde, Figueroa, Muñoz, de vita infirmi deſperantes, juſſerint extrema ipſi miniſtrari Sacramenta. Atque ita in die S. Jacobi mane ſuſcepit ſanctiſſimum Sacramentum per modum Viatici, ſequenti autem feſto S. Annæ Oleum ſacrum. Cum vero illi de ejus mox futura morte, tamquam de re certiſſima, omnibus quo ſtatu is eſſet quærentibus, loquerentur, tam Religioſis intra Conventum, quam
*& jam mortis proximus* pluribus ſecularibus per civitatem; ipſius Provinciæ Miniſter, qui tunc Hiſpali erat, commendavit funebrem orationem, apparatumque exequialem P. Fr. Alfonſo Venegas, Lectori primæ Theologicæ; ipſeque Teſtis, à prædictis medicis monitus de extremo periculo, mandavit Fratribus ſibi in eo morbo aſſiſtentibus, ne quemquam vel religioſum vel ſecularem amplius ingredi ad ſe permitterent, eo quod modicum iſtud vitæ reliquum, volebat totum cum Deo tranſigere. Ita conſtitutus cum jaceret in feſto S. Annæ mane, ingreſſus ſociorum unus, nuntiavit adeſſe Conſulem civitatis, Felicem Eſcudéro, qui unicum ſolum verbum loqui ipſi volebat. Cumque ipſe excuſaret dicens; Numquid non edixi, ne quis admitteretur, quia non eſt tempus loquendi cum hominibus, ſed cum Deo? atque hoc reſponſum præſtolanti detuliſſet Frater; perſtitit ille inſtare, quod unum ſolum verbum dicendum habebat, idque momenti maximi. Credens ergo infirmus aliquid dicturum quod conſcientiæ foret, permiſit eum recipi: qui ingreſſus, monuit ut ſe commendaret Sancto Regi Ferdinando, qui iis ipſis diebus ſanitatem dediſſet aliis æque ac ipſe deſperatis, Miſſamque in illius honorem dicendam curaret. Annuit ſalubria
*monitus de invocando Sancto,* monenti infirmus cum gratiarum actione; moxque accerſito ad ſe P. Fr. Franciſco à Cruce, Vicecommiſſario Hieroſolymitano, interrogavit eum utrum Miſſam celebraſſet: quo annuente, quia provectior jam erat dies; injunxit eidem, ut die ſequenti iret celebratum ad capellam S. Mariæ-Regum, in altari ubi eſt corpus ſive ſepulcrum d. Sancti Regis, petens à Deo per meritâ ipſius ſanitatem & vitam ſibi Teſti. Quod cum iſte feciſſet, medici poſt prandium revertentes, adeo notabiliter melius habentem infirmum repererunt, ut vehementer obſtupuerint. EX VARIIS A.D.P.

37 Exinde proficiente quotidie in melius ſanitate, perfectam paulatim eam obtinuit ipſe Teſtis: *poſt curatâ et Miſſam convaleſcit,* qui nihil prius habuit, ſtatim atque egredi è Conventu licuit, quam viſitare ſepulcrum Sancti Regis, cujus miraculo ſervatum ſe credebat ipſe aliique, attenta ratione morbi, eo adducti, ut, cum extrema Unctione muniretur, careret uſu ſenſuum; & brevitate temporis, quo diſcuſſum extremum periculum eſt. Quæ autem interea acciderint notatu digna, nulli melius potuerunt obſervaſſe, quam præd. P. Vice-Commiſſarius Hieroſolymitanus, & P. Fr. Joannes Garcíaz pharmacopœus ejuſdem Conventus; qui dixit ipſi Deponenti, quod per multos annos, quibus functus ibidem eſt officio pharmacopœi & infirmarii, nullum Religioſum, qui fuerat ſacro Oleo inunctus, viderit convaluiſſe; ipſum autem eo adductum fuiſſe quinto morbi die. *His conſona dixit* Teſtis XXIV, *idem cui Miſſa ad ſepulcrum dicenda fuit commendata, particularius exprimens, quomodo* quinto morbi die, poſt præcipitatam Sacramentorum adminiſtrationem, ipſe Teſtis arteriam infirmi tactu exploravit, judicavitque eum mori; pro majori autem certitudine advocavit præd. Fr. Joannem Garciam, hominem expertiſſimum & nulli medicorum ſex præ- *Medicis miracula id adſcribentibus.*
nominatorum inferiorem, cujus idem ſenſus fuerit: advenientes autem mane medicos, à ſe interrogatos an ſpes aliqua ſupereſſet, pariter omnes dixiſſe, quod nulla. Cumque nihilominus eorum aliqui in deliberationem adduxiſſent, an aperienda eſſet vena ſub lingua, Doctorem Ancinam reſpondiſſe, non abſque injuria artis adhiberi remedia corpori jam mortuo. *Huic acceßit* Teſtis XLVII, *unus ex prænominatis ſex Medicis, ipſe ſcilicet* Doctor Ancina, *qui de ſanguinis per linguam miſſione dixerat*, id aliud non fore, quam æſtimationem detrahere remedio tam ſingulariter efficaci, ipſum applicando corpori jam mortuo, qualis erat iſte P. Guardianus. *Addidit etiam*, ideo tantum ſe rediiſſe ad Conventum poſt meridiem, ut ſciret utrum exſpiraſſet. E

38 Petrus de Chavarria, Teſtis LXXII, dixit de nepotulo ſibi cognomine, annorum octo puerulo, quod ante ſedecim aut ſeptemdecim dies, decimum quartum diem conflictatus cum peſtilenti ac maculoſa febri, quam Peteccias Itali, Tabardilios autem vocant Hiſpani, curantibus eum Doctoribus medicis Sola & Silva, & multis remediis fruſtra applicatis, fuerit ab eiſdem derelictus pro mortuo; ſolumque mandarint ut ſuſtinendæ utcumque vitæ præberent ei confortantia quædam: ac pro extremo remedio applicarent capiti *Simili voto curatur puer moriturus,* ejus columbinum pullum, quem vivum aperuerant. Quo viſo & cognito, Teſtis ipſe ſe contulit ad capellam S. Mariæ-Regum, commendans Sancto Regi nepotulum ſuum. Veſperi autem revertentes medici, in eodem quo dimiſerant ſtatu eum repererunt: ſequenti vero mane invenerunt adeo melius habentem, ut obſtupuerint; audienteſque ab ipſo Teſte quid feciſſet, miraculoſam eſſe mutationem illam judicaverunt. Atque ita proficiens ſemper puer, ultimo morbi termino, qui dies vigeſimus primus cenſetur, fuit liber ab omni febri, remanente ſolum debilitate, à qua citra aliud remedium ullum paulatim convaluit. *Idem affirmavit* Teſtis LXXVI, pater ipſius pueri *& filius Teſtis prioris; addiditque, quod* de ſententia dictorum medicorum,

EXVARIIS A.D.P.

dicorum, *ipſo die, quo invocatus pro eo ſanctus Rex fuit ab avo ſuo*, exhibita ei fuerit extrema Unctio: *quodque* poſtridie rediens Doctor Solà ſeipſum abdicaverit ab ejus cura, dicens non alia re quam bono regimine opus porro eſſe. *Eadem dixit* Doctor Silva, qui perrexit puerum viſitare, Teſtis LXXVII, *diſtinctius explicans progreſſum morbi, quo ſcilicet* puer, uſque ad diem ſeptimum inquietiſſimus & perparum dormiens, humore noxio ad caput aſcendente, dormire cœpit ac delirare; undecimo autem die ſpes quidem aliqua data fuerit ab urina, utcumque melius cocta; ſed eâdem brevi iterum conturbatâ, evanuerit, creſcente ſemper periculo uſque decimum quartum diem, *quo & poſt quem facta ſunt omnia ſupradicta.*

*invenitur amiſſa armilla adamantina,*

B

39 D. Martinus de Zúniga, Teſtis XXXV dixit, quod ante duodecim aut quindecim dies, uxor ſua D. Catharina de Arellano, accedens ad Conventum S. Eliſabethæ hujus urbis, ut intereſſet velationi cujuſdam Sanctimonialis; perdidit in ipſo eccleſiæ ingreſſu armillam auream, adamantibus quadraginta inſtructam; quam ingreſſa comperit ſibi deeſſe, fecitque præconio publico proclamari. Cum autem totis ſex diebus nullum ejus indicium adferretur, ipſeque Teſtis eſſet in oratorio ſuo domeſtico; incidit ei cogitatio ut rem amiſſam commendaret interceſſioni ſancti Regis: quod fecit; idemque ut faceret mandavit uxori; ac die ſequenti in capella Regia curavit dicendam Miſſam. Primo autem alterove poſt die, mulier quædam, ut videbatur paupercula, armillam prædictam attulit ad D. Joſepham de Zuniga, ſororem ipſius Teſtis, dicens quod ipſam invenerit in porta eccleſiæ, quodque eam oſtenderit aurificibus; quibus pro ipſa offerentibus nongentos Julios, ſcrupulo ſibi duxerit eam vendere, ideoque acceſſerit ad Sacriſtanam prædicti Conventus; quæ conſcia jacturæ factæ, ipſam ad ædes D. Joſephæ direxerit, & ei dari juſſerit, prout fecit; omnibus pro miraculo rem habentibus, attentis circumſtantiis loci, populo confertiſſimi, ubi armilla exciderat; conditionis ejus, quæ ipſam retulit; & diei, quo eſt relata, ejuſdem quo fuit Miſſa curata. *Paria aſſeruit* D. Catharina, Teſtis XXXVIII, *dicens* ad iſtam eccleſiam ſe iviſſe in comitatu prædictæ D. Joſephæ, ſuumque maritum, intra eos quibus armilla perdita manſit dies, curaviſſe dicenda plura Sacra de S. Antonio Patavino, de Defunctis, & de S. Carolo Borromæo: ſeptimo autem die, quo maritus curavit dicendum Sacrum in honorem ſancti Regis, nuntium ſe accepiſſe à D. Joſepha, de ejus reſtitutione ſibi facta, ſic ut ei omnino nihil deeſſet.

C

*Sanatur dolor dentium attactu imaginis.*

40 *His prolixius relatis in Summario, apte ſubjungentur reliqua, ſuccinctius ibidem narrata, his fere verbis:* Teſtis CCCI, domeſtica & famula in domo D. Felicis Eſcudéro & D. Annæ de Spinoſa, dixit optime ſe recordari, quaſi hodie res ageretur, quod prædictæ D. Annæ advenerit graviſſimus dolor dentium, qui nullam ei requiem vel ſomnum concedebat, diu noctuque per hebdomades tres, nihil proficientibus quibuſcumque remediis. Imo meminit, quod, cum ſuggeſtum aliquando illi fuiſſet, ut tabaci foliculum dolorifico denti applicaret; eo incruduerit malum, ut ſenſuum uſum amittens, crederetur proxima eſſe morti. Anna autem, videns ſibi nihil prodeſſe, nocte quadam ſumpſit imaginem Ferdinandi Regis, quam habebat in charta, & applicuit maxillæ ea qua dolebat parte. Statimque ſomno correpta dormivit uſque mane, & expergiſcens libera ab omni cruciatu, nihil ejuſmodi poſtea ſenſit: quod ipſa Teſtis miraculo tribuit, propterea quod liberatio ſecuta ſit immediate applicationem imaginis, poſt recitatum ſemel Pater & Ave. *Idem dixit alia*, Teſtis CXXXI, *ſimiliter* apud D. Annam *prædictam* tunc manens.

D

*Curatâ miſſa invenitur crux aurea perdita,*

41 *Quinto loco ponitur miraculoſa ſanatio Gabrielis Perez, inter quinque principaliora miracula ſupra memorata; inducuntur autem loquentes, ipſe* Gabriel Perez Teſtis CXLV, uxor ejus Teſtis CXLVI, & Mag. Sebaſtianus de la Torre chirurgus Teſtis CXLVII: *quorum verba ex Proceſſu ordinario huc tranſlata nihil attinet repetere, cum ea jam habeantur ex poſteriori Proceſſu Apoſtolica auctoritate facto. Pergo igitur ad ſextum, de quo* Hippolytus de Vergára, Teſtis CXLII, dixit, quod habens cruculam quamdam auream, non majorem pollice ſuo, ſed valde ſibi pretioſam, eo quod contineret particulam de ligno veræ Crucis; & die quodam anni MDCXXI exiſtens cum uxore in prædio ſuo, media leuca diſtante Hiſpali, amiſerit eamdem: quam ubi deeſſe ſibi ſenſit vehementer doluerit, totoque triduo quæri diligentiſſime juſſerit, per octo quas ibi habebat perſonas domeſticas. Cum autem omnis labor, domi foriſque impenſus, fruſtra eſſet; curavit Sacrum unum dici in honorem ſancti Regis Ferdinandi; ipſoque die puella quædam ſervilis conditionis, intravit aream, in qua cuniculi diſcurrebant, & in qua tertio requiſita crucula prædicta fuerat; volenſque de ſub uno animalium iſtorum tollere tegulam, mox atque illud inde deſiluit, invenit cruculam quæ perierat, omnibus ſucceſſum talem admirantibus. *Inter hos fuerunt ipſius* Hippolyti uxor, Teſtis CXLIII; & ancilla Teſtis CXLIV, *eadem quæ ipſam reperit*, tota una nocte & duobus diebus ſequentibus quæſitam diligentiſſime, eo quod Dominus ſuus reperienti promiſerat liberalem mercedem.

E

*liberatur puerpera moribunda.*

42 D. Leonora Roméro, Teſtis CI, dixit, quod ante menſem ac dimidium circiter habuerit adeo difficile puerperium, ut fœtus ſibi in utero mortuus fuerit; eoque adducta ipſa intra triduum ſit, ut Doctor Ibáñez medicus & Gregoria de Caſanóva obſtetrix, pro mortua eam habuerint. Quo in articulo cum ſe variis Sanctis commendaſſet, quædam conſanguineæ ibidem præſentes ſuggeſſerunt, ut invocaret ſanctum Regem Ferdinandum: quod ſimul ac fecit, fuerunt etiam (ſicut poſtea intellexit) curatæ aliquot Miſſæ in Capella Regia. Subitoque ejecit mortuum fœtum ac plane jam tumefactum; & quæ antea gravem febrim patiebatur, fuit ab eâdem omnino libera, atque intra decimum quintum à partu diem ſurrexit de lecto: cum omnium communi lætitia ac ſenſu, quod miraculo id eſſet adſcribendum: *ſicut fecerunt ipſius Deponentis* mater Teſtis CII, quæ conſilium ſancti Regis invocandi ſuggeſſerat, & Miſſas dicendas curaverat; & Soror Deponentis Teſtis CIII.

F

*navis amiſſo gubernaculo periclitans,*

43 Felix Eſcudéro de Spinoſa, officio quod dicitur Contadóris fungens, Teſtis CXXIV, dixit, quod cum anno proxime præterito MDCXXVI adveniſſent Galeónes Indicæ, ipſe cum aliis pluribus, ac nominatim cum Capitaneo Joanne Nuñez de Jeroci, & Capitaneo Eugenio Delgádo, & Iſidoro de Aguilár Hiſpalenſi, die XXVIII Novembris feria quarta, conſcenderint lembum Averiæ, ad excipiendos prædictos Galeónes. Cum autem admirantia, ad Capitaneum Eugenium Delgádum pertinens, in quo pro Admirantio erat Generalis Ferdinandus de Loſa, intrare vellet per oſtium S. Lucári, principio noctis ſupervenit tempeſtas adeo ſæva, ut ingredi non potuerit; ejectiſque in mare anchoris quatuor cum totidem rudentibus, tribus earum diſruptis, manſit navis cum una ſola eaque non valde robuſta; unde in maximum devenit periculum, præcipue quando defecit etiam gubernaculum. Ipſi ergo credentes navim perditam, volebant ex ea auferri argentum,

quod

A *ſedata tempeſtate in portum adducitur,*

quod pluſquam quatuor millionum erat; ſed propter ſævitiam maris jungi ad galeonem naves nullæ potuerunt, quamvis tormentis pluries explosis ſubſidium poſtulaſſent ii qui intus erant. Ita tota illa nox acta eſt, multum anxio præd. Capitaneo Eugenio Delgádo,& omnibus qui diſcrimen intuebantur deſperantibus de ſalute ipſius navigii. Tum vero Teſtis ipſe, pro ſingulari qua fertur erga ſanctum Regem Ferdinandum devotione, & experientia favorum quos præſtat invocantibus ſe, ſuaſit prædicto Capitaneo, ut ei invocato Miſſas aliquot polliceretur. Quod cum feciſſet, cœpit ponere continuo ventus, potuitque navis uſque mane ſubſiſtere; quando magno quidem cum labore, ſed tamen ſine ullo damno, abſque gubernaculo tamdiu periclitata, inducta in portum eſt: omneſque agnoverunt beneficium ſancti Regis. *Eidem beneficio fidem quoque fecerunt, qui ſimul adfuerunt, concordes per omnia,* Teſtis CXXV, CXXVI & CXXVII.

44 Licentiatus Thomas deVelaſco, Portionarius ſanctæ Hiſpalenſis eccleſiæ, Teſtis LXXXVI, dixit, quod ante octo vel novem menſes fronti ſuæ increverit carbunculus; quem minime malitioſum eſſe credens, contempſit; uti & febrim, inde ſibi advenientem. Utrique autem medicinam aliquam faciens, cum carbunculum ſanatum crederet, ſenſit febrim vehementer exarſiſſe, adeo ut amiſſo judicio ne quidem potuerit Sacramenta ſuſcipere. Cum ergo eum viſitarent Doctor Nuñez & Licentiatus Ludovicus de Herréra medici Hiſpalenſes,quibus potiſſimum utebatur, dixerunt eum mori: & quod altero paroxyſmo ſimili, qualem tunc patiebatur, adveniente, certo eſſet eripiendus è vita: quare jubebant, ut, quam primum ad ſuos ſenſus rediret infirmus, extrema ei miniſtrarentur. His ita ſtantibus, dixit ipſi Teſti Antonius de Merlo, Portionarius Metropolitanæ Hiſpalenſis,ut ſe commendaret ſancto Regi Ferdinando; quod in ſe reverſus fecit, vovens quod primam, quam dicere poſſet, Miſſam dicturus eſſet in Capella Regia, & pro viribus adlaboraturus ad illius Canonizationem. Placuit autem Deo, ut eodem die multo melius ſe haberet; & redeuntes medici invenerunt eum fere abſque febri; ſequenti vero die omnino liberum: unde quarto vel quinto die poſt de lecto ſurrexit;crediditque,ſanitatem,tam cito recuperatam,miraculo adſcribendam eſſe. *Suum vero teſtimonium eidem curationi, ut miraculoſæ, addiderunt Thomæ frater,* Teſtis LXXXVII, *dicens rem accidiſſe* in feſto Corporis Domini; *& amicus alius, qui aderat cum votum fieret,* Teſtis centeſimus.

B *peſtilens carbunculus cum febri ſanatur.*

C

45 Hippolytus de Vergára, Teſtis CXLII, dixit, quod cum totis duodecim annis matrimonii ſui cum D. Joanna de la Puente, unicum dumtaxat filium genuiſſet, iſque mortuus eſſet; ipſa vero uxor ſua judicio medicorum & obſtetricum præferret ſigna ſterilitatis perpetuæ, ambo fuerint vehementer contriſtati, præ deſiderio heredis obtinendi. Quia autem Teſtis ipſe pridem erat ſancto Regi Ferdinando devotus, ſuggeſſit uxori ſuæ votum communiter faciendum, quod,ſi per illius interceſſionem alium ſibi filium daret Deus, Ferdinandum nuncuparent, & ad promovendam Canonizationem conferrent quidquid poterant: ſtatimque curarunt Miſſam dicendam in capella Regia. Nec mora, gravidata eſt mulier, & nono poſt hæc menſe filium peperit, qui Ferdinandus nuncupatus etiamnum vivit. *Idem dixit* D. Joanna, Teſtis CXLIII, *addens quod* poſt prioris filii mortem, quinque & amplius annis ſine liberis manſerit. Teſtis *etiam* CXLIV, eâdem in domo tunc habitans, *ſubjungit,* quod in puero particularia multa ſigna notentur,quibus appareat ipſum fuiſſe obtentum interceſſione ſancti Regis.

*Sterili mulieri filius impetratur.*

D

## CAPUT IV.

### Proceſſus indicti pro Canonizatione: imagines cum diademate ſculpi Romæ permiſſæ.

46 *Remiſſorialibus Romæ expeditis an.* 1629,

PRoceſſus illi, *ex quibus prædicta miracula collecta fuerunt, confici cœperant, poſtquam* ſub die XV menſis Octobris anni MDCXXIX, proponente Eminentiſſ. & Reverendiſſ. D. Antonio Barberino, vigore ſpecialis commiſſionis, manu Sanctiſſimi D. N. Urbani Papæ VIII ſignatæ,fuerunt à ſacra Congregatione Rituum expeditæ litteræ Remiſſoriales & Compulſoriales, ad effectum faciendi Proceſſus auctoritate Apoſtolica in genere & in ſpecie, ſuper virtutibus & ſanctitate ſervi Dei ac ſancti Regis Ferdinandi, nec non ſuper miraculis à Deo ejus interceſſione operatis, *uti legitur in prædicto ſummario. Quid porro actum in Hiſpania ſit, ſic proſequitur Zuniga ad an.* 1630. Ejuſmodi litteris Roma allatis, inſtituta deſuper in Regis aula conſultatio eſt, ex qua XXIII ſequentis Januarii emanavit Reſponſum Regi ferendum. In hoc deputati Conſultores,expoſitâ ſummâ litterarum Apoſtolicarum, merito appendunt, quod tam Cardinalis proponens quam alii Cardinales Congregationis Rituum, culpantes incuriam præteritorum temporum, per quam prius cauſa non eſt cœpta tractari, quæ ante ducentos annos debuerat confici; adeo certam habuerint illius evidentiam, ut informationes ad ejus probationem allatas permiſerint Latine atque Italice imprimi, ſignanter prætitulando eas eſſe de ſancto Rege Domino Ferdinando: id quod in tali cauſa numquam viſum fuerat, ut ſcilicet id ipſum in Proceſſu aſſereretur, quod erat probandum. Deinde iidem Conſultores cenſent, prædictas Remiſſoriales, quoniam ad Archiepiſcopum diriguntur, licet etiam dirigantur ad ſex Eccleſiæ Hiſpalenſis Dignitates (ut vocant) ea conditione ut duo ex omnibus poſſint in cauſa procedere, differendas tamen eſſe uſque dum Hiſpalim reverteretur, tunc abſens, Archiepiſcopus; interim vero committendas P. Joanni Pinédæ Societatis Jeſu, à quo confectum Memoriale cauſam promoverat Romæ, eique injungendum ut in illius adventum præpararet omnia: idem etiam juberetur providere atque diſponere, ut ejuſmodi litteræ non abſque ſolennitate aliqua & publicæ lætitiæ teſtificatione proferrentur.

E

*& in Curia Regis conſideratis,*

F

47 Probavit conſilium ſibi oblatum Rex: ſed moram non ferentibus Hiſpalenſibus ac Regi ſupplicantibus, ut, quoniam eorum ad quos litteræ dirigebantur ſatis multi aderant, pateretur eas aperiri, poſtulationi quoque ipſorum annuit, per epiſtolam XV Julii expeditam: qua, die XXIV ejuſdem menſis, Capitulo recitata, per delectos ad eam Conſultores, deſignatus ſolenni iſti lætiſſimæque actioni eſt dies XXII Septembris, in Dominicam incidens. Hac vero appellente, inter feſtivos campanarum ſonos ac bombardarum ſtrepitus, Marchio de Villa-Manrique D. Melchior de Guzman, ſplendido cum comitatu proceſſit verſus eccleſiam, conſueto ritu ac ceremonia accepturus ſacrum ſancti Regis Vexillum, quod poſt noctem (ſi tamen nox illa fuit, cui tenebras nullas indulſere luminaria, totâ urbe accenſa) apparuit ante ædes Aſſiſtentis in podio explicatum, inter expanſa octodecim vexilla militarium cohortium, pulchro & longo per feneſtras ordine. Interim Ordinum omnium collecta nobiliſſima comitiva procedere cœpit: in qua P. Joannem Pinedam, tam bene de cauſa meritum, medium ducebant Don

*ad eas Hiſpali præſentandas,*

*ſolenniter progreſſus*

*Aſſiſtens urbis.*

EX VARIIS A.D.P.

Stephanus Hurtadus de Mendoza, primogenitus Assistentis; & D. Ludovicus Ortizii de Zúniga Ponce de Leon & Sandovàl: Assistentem vero, qui portabat suspensas intra pretiosam operis phrygionii bursam Apostolicas Remissoriales, præcedebant Jurati & Rectores urbis.

*per sex triumphales arcus,*

48 Ducta est pompa per plateam Serpentis, ad cujus ingressum stabat arcus triumphalis, à natione Lusitana magnifico apparatu erectus prope carceres regios; nec quidquam huic cedebat secundus, à Flandris Germanisque curatus, qua Serularius vicus se pandit; uti nec tertius in area S. Salvatoris, sumptibus vicinorum extructus; sicut etiam ab incolentibus plateam Francorum ædificatus quartus in sua platea visebatur: huic porro quintus, ipsiusmet Francicæ nationis, succedebat in platea dicta Placentinorum; ac denique sextus nationis Italicæ, juxta

*inductusque in ecclesiam ad Iudices,*

plateam Genuensem. Ita perventum est ad unam præcipuarum Basilicæ Cathedralis portarum, in fronte illius Occidentem versus, nuncupatam à S. Michaële. Ibi adventantes præstolabantur Capitulum & Clerus; & ab his medius sumptus Assistens, processit ad capellam Regiam; atq; ad sedentes in ea Apostolicos Commissarios, D. Franciscum de Monsalio

B

Decanum, D. Didacum de Guzman Archidiaconum, D. Franciscum de Casáos Thesaurarium, & D. Matthæum Vasquez de Leca Archidiaconum Carmonensem. Cumque Marchio de Villa-Manrique Vexillum deposuisset juxta altare, Assistens in hunc modum locutus est.

*eosdem alloquitur,*

49 Post singularia beneficia, quæ insignis hæc civitas divinæ Majestati accepta refert; magis specialia atque infinita sunt illa, quibus obstringitur sancto Regi Ferdinando, Domino nostro; impensa non tam ut vasallis, quam ut filiis: quia Dominus suus, paterno magis quam herili affectu complexus eamdem, superavit laudem ab Homero datam cuidam Græcorum Regi, his verbis; Bonus Rex, qui bene se rexit, & illis quibus imperavit felicitatis causa fuit. Etenim noster, fuit Rex simul & pater: felicitas autem, quam comparavit suis, non sistitur in terra, dum ipse eam nobis præparat in cælis, quemadmodum certos nos faciunt principia suæ Canonizationis: felicitas, quam S. Ambrosius agnoscens, dixit: Optandum nobis ut Regem glorioſum, perfectum, atque beatum habere possimus. Hoc votum

C

*& causam commendat.*

causa est hodiernæ lætitiæ, in eo positæ, quod vestræ justitiæ curæque offeramus Apostolica rescripta; cum de zelo atque diligentia vestra secura Civitas, credat nusquam vos communibus Ordinum omnium desideriis defuturos. Concurrunt in hac causa obligationes filiorum, vasallorum, & judicum; quas uti cognoscunt omnes, ita sperant brevem felicemque expeditionem; supplicantes, ut agatis, sicut vos agere convenit, titulo justitiæ & æstimationis, ex eo accedentis, quod estis constituti Judices in ea causa, in qua glorioſissimum foret ministros esse; idque ex vi commissionis, à beatissimo Patre nostro Pontifice sancto ad vos directæ, quam Hispalis vobis tradit in manus.

50 His dictis accessit Joannes Guittierez Tello, Dux Urbanæ militiæ (Magistrum-campi vocant) cum titulo Procuratoris ex parte Capituli functioni huic assistens; acceptamque de collo Assistentis bursam explicans, litteras Judicibus tradidit. Has om-

*Litteras acceptat Decanus,*

nium nomine cum suscepisset Decanus, seque cum Collegis impositio muneri responsuros pro viribus, gravi oratione promisisset, cantari cœpit concentu plenissimo, Te Deum laudamus. Collectam de Spiritu sancto subjecit D. Ferdinandus de Quesada Nieblensis Archidiaconus; & Vexillum Regali capellæ restituit Marchio de Villa-Manrique. Ita cum die illa discessum esset, eodem quo ventum erat ordine, simili modo omnes convenerunt iterum postridie in

D

ecclesiam, ad solennem Missam, pro implorando divino auxilio celebrandam. Sub hac gravem & eruditum sermonem habuit D. Manuel Sarmiento de Mendoza, Canonicus Magistralis, assumpto themate, *Iustus prior accusator est sui, veniet amicus & investigabit eum.* Proverb. XVIII, V. XVII.

*Missa de S. Spiritu canitur.*

51 Interim Romæ non torpebat P. Bernardus de Toro, à sua Regia Majestate Agens in Curia ad hanc causam constitutus: sed licentiam obtinuit à sacra Rituum Congregatione ipsoque Pontifice curandæ imaginis, cum diademate radiisque ut Sancti, subjecto hoc lemmate: *Ferdinandus III Hispaniæ Rex, cognomento Sanctus, Saracenorum terror ac Religionis Catholicæ propugnator.* Hujus imaginis exemplaria multa Hispalim ad varios idem Pater misit, sub data XXIV Decembris, sibi urbique gratulatus hoc optimi omnis præjudicium. *Hæc fere amplissime deduxit Zuniga, nos in pauca contraximus; addimus autem quod hæc imago, ad mensuram dimidii exigui folii, inveniatur præfixa Summario impresso, de quo supra, in qua cataphractus* Sanctus *adstat, amictus paludamento Leonibus Castellisque distincto, dextra gladium, læva globum sustinens, & cælum versus quasi pronuntians appicta sursum verba,* Dominus mihi adjutor. *Cum autem elegantiorem majoremque aliam, regali in folio exprimendam, ex mea directione delineasset sculpsisset que anno* MDCLXXVII, *qui tunc Antverpiæ florebat utraque in arte peritissimus Cornelius Galle, ubi etiam in recessu eminus prospicitur* sanctus Rex, *in conspectu Hispalensis civitatis equestri prælio Mauros profligans, dedicatoriam epigraphen hanc subjecit;* S. Ferdinandum, Regem hujus nominis tertium, barbarorum terrorem, Christianorum præsidium, patriæ propugnatorem, Illustrissimo Domino Don Ambrosio Ignatio de Spinola y Gusman, Hispalensis Metropolis (quam ille à Saracenis liberavit) Archiepiscopo, Catholicæ Majestati à consiliis status &c. Cornelius Galle in hac imagine præsentem, ad patrocinium; seipsum, ad obsequium dicat, consecrat.

*Imagines cum diademate permittuntur.*

52 *Ast ut ista laudem mereantur ab arte ingenioque sculptoris, venerationem tamen semper majorem merebitur quam initio ante prolegomena exhibuimus, acceptam ex libro festorum, cujus initio etiam præponitur, ut* vera effigies *cum hujusmodi epigrammate:*

F

Magni FERNANDI veros in imagine vultus
Aspicis, expressit quos tibi docta manus.
Hujus Alexandri faciem qui pinxit, Apellem
Fors dedit: ast animum pingere nemo potest.

*pro quibus dedimus veram effigiem,*

*Prototypon, ubi & quale sit, lubet ex libro Festorum jam dicto pag.* 325 *explicare.* Tabula est cedrina, repræsentans Regem, coram Deiparæ imagine genuflexum, in eodem quo hic exprimitur habitu, nisi quod coronā manibus teneat. *Hanc coronā in ectypo vides impositam capiti, alias istic nudo, & pro qua manibus ensem globumque imperialem inseruit Bartholomæus Morellus, qui prototypon studuit quoad cetera imitari; ac diadema beatitudinis signum, hodie illi conveniens, addidit.* Regem in eadem tabula utrimque assistentes stipant personæ duæ; quarum muliebris una, videtur Reginam Beatricem ejus sponsam; altera puerilis, tenellum tum adhuc Alfonsum filium, eidem Deiparæ adgeniculantem, sistere. Huic tabulæ antiquitatis & auctoritatis prærogativam ideo judicium commune cedit; quia creditur ab ipsomet sancto Rege donata Confraternitati S. Matthæi, cui vivens adscribi voluit, sub cura Magistrorum Sartorum, qui hodie eamdem tabulam conservant in insigni Conventu S. Francisci, cum tali traditione & scripturis authenticis. Quamvis enim etiam aliæ quædam credantur veram similitudinem continere, ac nominatim illa, quæ est in

*paucis mutatis acceptam ex originali,*

S. Cle-

A S.Clementis, omnibus tamen illis fidem adimit ætatis recentioris ſpecies, & diadema ſeu ſplendores circumducti capiti, quod non fuiſſet viventi factum.

*pictam ſub an. 1225.* *Porro cum ſupradicta* Beatrix *obierit anno* MCCXXXIV, *quando primogenitus ejus jam attigerat annum ætatis* XV, *non videtur aberratura conjectura, quæ tabulam priorem pictam eſſe ſuaderet circa annum Domini* MCCXXV, *Sancto necdum* XXX *ætatis ingreſſo. Placuit autem Capitulo mandare, ut eadem hic à nobis ſculpta effigies, ampliori limbo ornaretur, ſimulq, operi noſtro huic majori aptaretur, ipſi inſerenda, & privato uſui ſubſervitura ſigillatim diſtributa. In hoc limbo, ſupremum locum obtinet avium regina* Aquila, *fulmen ungibus premens, ſymbolum potentiæ quæcumque oppoſita pervadentis ac conterentis, roſtro ſerpentem in ſe retortum, Æternitatis imaginem prætendens. Lateribus aſſiſtunt, hinc* Chriſtianæ Religionis *firmitas, inde* Majeſtatis Regiæ *auctoritas; ſic ut Majeſtati,* Fortitudo; *Religioni,* Oratio *fervens ſublimiſque* Contemplatio *ſocientur: ſubtus autem ſpectetur Chriſtianus Orbis, juſto* Imperio, Fideique *orthodoxæ* ſacer.

## CAPUT V.

### Progreſſus negotii Romæ: & probatio caſus excepti quoad cultum Sancti ab immemorabili.

B

53 *Fabricatis Proceſſibus Hiſpalis ac Neapoli,* QUomodo *progreſſum deinceps in negotio Romæ ſit, melius nos docebit impreſſa iſtic Relatio, quæ aſſeritur, quod vigore dictarum Remiſſorialium* facti ſunt Proceſſus, in civitate Hiſpalenſi, & in civitate Neapolis: qui fuerunt in hac ſacra Rituum congregatione præſentati, ex decreto ejuſdem per Illuſtriſſ. D. Protonotarium aperti, & ſucceſſive recogniti & interpretati. Omnia autem facta fuerunt ſervatis decretis ejuſdem ſacræ Congregationis, & in omnibus citato Illuſtriſſ. D. Antonio Cerro Fidei Promotore, ita ut plene conſtet de forma probante dictorum Proceſſuum. Cumque eorum examen fuerit commiſſum Illuſtriſſimis Dominis tribus ſacræ Rotæ Auditoribus antiquioribus, Capitulum Metropolitanæ Eccleſiæ Hiſpalenſis, in cujus eccleſia & Regia capella S. Mariæ-Regum corpus d. Servi Dei & ſancti Regis requieſcit; nec non etiam d. Regiæ Capellæ [Capellani] ac Conventus omnes, omneſque Religiones, cunctaque Collegia ipſius civitatis, ipſaquemet civitas Hiſpalenſis; præcipue autem Sereniſſimus Rex Catholicus Philippus IV, ex d. ſancto Rege Ferdinando in decimo tertio gradu deſcendens; maximopere cupientes deveniri ad formalem Canonizationem ejuſdem ſancti Regis, iteratis pluries inſtantiis inſtiterunt & inſtant pro expeditione, ut apparet ex dd. inſtantiis & Regiis litteris ab Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. D. Emanuele de Moura & Cortereàl, Marchione Caſtri Roderici, Magno Commendatore Ordinis Chriſti, Duce & Gubernatore perpetuo inſularum Tertiæ, S. Georgii, Fayàl, & Pico, ejuſdemque Catholici Regis Cubiculario, in Luſitaniæ Regno Regiorum reddituum Præfecto, & apud Sanctiſſimum Dominum noſtrum d. Catholicæ Majeſtatis Oratore præſentatis; una cum Perill. D. Doctore Bernardo de Thoro, ab eodem Rege Catholico ſpecialiter ad proſequendam cauſam d. Canonizationis deputato; & Perill. D. Didaco Lopez de Zúniga, ab eodem Capitulo Metropolitanæ Eccleſiæ Hiſpalenſis, cum d. D. Bernardo de Thoro, Agente pariter deputato.

*nomine Regis petitur,* C

*ut declaretur,* 45 Verum quia ob novam formam procedendi, in ſimilibus cauſis præſcriptam ab eadem ſacra Congregatione, Remiſſoriæ amplius non concedunturunico contextu in genere & in ſpecie; ſed prius in genere tantum: & ſucceſſive, examinato Proceſſu in genere, capitur reſolutio, an ex eo ſit concedenda in ſpecie; propterea fuit ex parte d. D. Fidei-promotoris oppoſitum, recenti Decreto ejuſdem ſacræ Congregationis ſancitum eſſe, in cauſis in quibus relaxatæ fuerunt Remiſſoriæ unico contextu in genere & in ſpecie, antequam d. nova forma procedendi prius in genere deinde in ſpecie eſſet præſcripta, remittendum eſſe arbitrio d. ſacræ Congregationis, an ſit ad ulteriora procedendum, & pendente arbitrio nihil innovandum: ideo proponente Eminentiſſ. & Reverendiſſ. D. Cardinali Antonio Barberino, in proxima Congregatione ex parte ejuſdem Sereniſſimi Regis inſtatur deveniri ad favorabilem declarationem arbitrii pro Proceſſu, nedum ad ulteriora in d. cauſa, verum etiam ad effectualem Canonizationem d. Sancti Regis: quod videtur concedendum ex ſequentibus. Primo. Quia cum verſemur in Dei ſervo & Sancto Rege antiquiſſimo, qui obiit anno Domini MCCLII, & ſic ab annis tercentum octoginta & ultra; & in cauſa antiquiſſima, Teſtes de fama deponentes plene probent, ex concluſione in jure receptiſſima, quam etiam ſecuta fuit ſacra Rituum Congregatio in pluribus cauſis Canonizationum, præcipue vero S. Hyacinthi, S. Raymundi, & aliis .... & in cauſa de qua agitur plures Teſtes deponentes, de fama ſanctitatis d. Sancti Regis deponentes, pleniſſime de cauſa ſcientiæ interrogati, etiam pleniſſimam rationem reddiderint ..... ſine dubio ſumus extra omnem controverſiam.

EXVARIIS A.D.P.

*ſine novo proceſſu*

*deveniri ad canonizationem poſſe:* E

57 Secundo. In hujuſmodi cauſa concurrunt hiſtorici omnium fere nationum, qui de fama Sanctitatis ejuſdem ſervi Dei teſtantur, inter ceteros autem præcipui ſunt ſequentes, videlicet: Gilbertus Genebrardus Epiſcopus Gallus, in ſua Chronica anno MCCXLIV, dicit infraſcripta, S. Ferdinandus ab omnibus fere Hiſpaniæ finibus Mauros expellit: & anno MCCXLV. Magnificentiâ S. Ferdinandi & S. Ludovici Regum, Theologia & bonæ Artes, quæ valde elanguerant ab annis centum, vires receperunt. *In hunc modum porro numerantur allegatis ſingulorum locis ubi* Sanctum Ferdinandum *appellant, Auctores plures quam octoginta; & additur quod idem faciant* plures alii hiſtorici, Galli, Germani, Itali, Scoti, Poloni, Catalani, tam Latini quam vulgares, quorum nomina omnia recenſentur per Ioannem de Pinéda Societatis Ieſu, in ſuo Memoriali Vitæ d. Sancti Regis. *Inter nominatos autem in hac Relatione eſt* liber originalis in Archivio civitatis Hiſpalenſis, qui incipit ab annis fere tercentum, in quo regiſtrata ſunt privilegia illi conceſſa per d. Sanctum Regem, in quo Sancti titulo nominatus eſt. *Item* Supplementum Hiſtoriæ Don Roderici Toletani Archiepiſcopi Ms. cap. 103: *ſed non additur quouſque hoc Supplementum ſeſe extendat, unde nec de ætate ejus quidquam dicere poſſumus, apparet tamen ſupponi Ms. vetus eſſe.*

*quia conſtat ab immemorabili de titulo Sancti ex fama & libris.*

F

58 Tertio. Concurrunt picturæ & ſculpturæ ejuſdem Servi Dei & Sancti Regis antiquiſſimæ, cum titulo & inſcriptione Beati & Sancti: quibus inſcriptionibus in antiquiſſimis plurimum defertur ... quæ veneratio & cultus publicus ſupra-dictus per inſpirationem vox Dei appellari poteſt, cum ſit populi Catholici Sanctos venerantis, ſoloque pietatis & divini honoris ductu, non alio mundano affectu & intereſſe moti, ut fuit conſideratum in Relationibus S. Philippi Nerii, S. Iſidori, & aliis. Et de dictis picturis & ſculpturis cum diademate & inſcriptione Sancti antiquis, ultra depoſitiones Teſtium, conſtat pleniſſime ex oculari inſpectione, fa-

*item ex picturis vetuſtis,*

EX VARIIS A.D.P.

cta per Illuſtriſſ. DD. Iudices Remiſſoriales & Compulſoriales Apoſtolicos, præcipue autem de ſequentibus. In capella antiqua S. Mariæ de las Quevas depicti ſunt octo Sancti, ex pictura antiqua, cum diadematibus & ſplendoribus Sanctorum, inter quos eſt ſanctus Rex Ferdinandus. In eccleſia & monaſterio S. Clementis & majori illius capella, è conſpectu Regii ſepulcri adeſt pictura ejuſdem Sancti Regis, cum diademate tamquam Sanctus. *earumque epigraphis,* In altera ex principalibus foribus civitatis Hiſpalenſis, nuncupata de Xerez, in medio Sanctorum Iſidori & Leandri, depictus eſt Sanctus Rex Ferdinandus, cum diademate Sancti; & hæ omnes picturæ in pariete ſunt valde antiquæ. *Atque hoc modo indicantur picturæ, Sanctum Regem, modo cum aliis, modo ſolum repræſentantes, veteres omnes, numero undecim: authentica autem ſingularum inſpectionum acta, à die* VIII *menſis Aprilis* MDCXXXI *uſque ad* VII *Maji ejuſdem anni, deducuntur in Summario num.* 4 *per duodecim paginas. Quæ autem ipſum repræſentant cum* SS. Iſidoro & Leandro, *ut habet tertia jam indicata, exprimunt eum* in throno ad modum tabernaculi, *vifa inſpectis.* cum diademate ſeu ſplendore & corona regali, & in B læva manu globum mundi *(quædam* in dextera enſem *addunt) & ſimul omnes elationi eum loco ponunt, quam pradictos è lateribus conſiſtentes Sanctos: ſub pleriſque autem ſcribitur*, Sanctus Rex Don Ferdinandus.

*Idem probatur ex uſu Miſſarum votivarum.*

59 Quarto. Concurrunt innumerabiles Miſſæ Sancti Regis, quæ celebratæ fuerunt & celebrantur, cum publico cultu & veneratione, ab annis fere quadringentis continuatæ uſque ad præſens.... Prout etiam ab antiquiſſimo tempore Enſis Sancti Regis magna veneratione defertur in publicis proceſſionibus... videntibus & conſentientibus Archiepiſcopo & aliis miniſtris eccleſiaſticis & ſecularibus.... Corpus etiam d. Sancti Regis, honorifice ſupra terram elevatum, veneratur; quod concedi non ſolet niſi Beatis & Sanctis... Quæ omnes juris concluſiones ſine dubio procedunt in hujuſmodi cauſa, in qua non ſolum concurrit licentia Sedis Apoſtolicæ illiuſque conſenſus præſumptivè, ſed etiam expreſſè, ut liquet ex atteſtationibus ſummorum Pontificum, videlicet Innocentii IV, qui teſtatur Sanctum Regem in via mandatorum Domini ambulaſſe; Gregorii XIII, qui confirmavit C Officium quod recitatur in Eccleſia Toletana, in cujus Lectionibus dicitur, quod d. Sanctus Rex Ferdinandus, ob virtutum præſtantiam, Sancti cognomen fuerit adeptus: & idem habetur in Officio, quod recitatur in Metropolitana eccleſia Hiſpalenſi, à Sixto V confirmato.

*& teſtamento fundatarum,*

60 *Porro præter Teſtes relatos in Summario, circa uſum Miſſarum Sancti Regis faciendarum, à tempore quod ipſorum memoriam excedit, allegatur num.* 4 liber protocollus memoriarum & poſſeſſionum Confraternitatis benedictarum animarum purgatorii, in Conventu S. Franciſci Hiſpalenſis, in quo exiſtit capitulum dotationis factæ d. Confraternitati, cujus eſt tenor prout ſequitur. Catharina Diaz de Caſtellijo, olim uxor Franciſci de Avila, & ſui filii, dederunt huic Confraternitati centum quadraginta Ducatos de contantis in Regalibus, cum onere ut ſingulis annis in perpetuum dicatur pro animabus ſupradictorum in Conventu S. Franciſci, in die omnium Sanctorum Veſperæ & Miſſa cantata cum Diaconis..... item dicantur aliæ undecim Miſſæ ſanctarum Feſtivitatum ſequentium, Sancti Regis Don Ferdinandi, S. Rochi, S. Petri..... prout totum conſtat per ſcripturam coram Ioanne Bernàl de Herédia, Scriba publico Hiſpalenſi, ſub die IV Februarii MDXC. *Scribit autem mihi Chriſtophorus Baniez, poſtea, nova adhibita diligentia, compertum eſſe* D *exemplum vetuſtius, in archivo ipſius Capellæ unde primum iſtud acceptum erat; extare enim ibidem Scripturam ejuſdem Notarii, factam* IV Auguſti anno MDLXXXVI, *qua* Hippolyta Muñoz, Vidua Ioannis Gomez de Aguirre, eidem Capellæ & Confraternitati legavit Ducatos centum, ſub obligatione celebrandi tria feſta Beatæ Virginis, & curandi duodecim Miſſas, quarum ſex ſint de Requiem, aliæ vero ſex de SS. Franciſco, Antonio, Ioſepho, Onuphrio, Michaele, & Sancto Rege D. Ferdinando. *Accedit* legatum quingentorum Ducatorum, coram Hieronymo de Lura, IV Novemb. MDCVII, factum à Petro Ximenez Aillòn & Catharina Aguirre ejus uxore, pro certo Miſſarum cantandarum & recitandarum numero, inter recitandas autem ſex definiuntur in honorem SS. Blaſii, Laureani, Iſidori, Hyacinthi, Iuſtæ & Rufinæ, atque ſancti Regis D. Ferdinandi. *Nec dubitat idem Chriſtophorus, quin, examinatis plurium Confraternitatum & Communitatum regiſtris, plures ſimilium Miſſarum fundationes antiquæ ſint reperiendæ.*

*ex veneratione Enſis & ſepulcri,*

61 *De* Enſe, *in eodem Summario num.* 6 *aſſerunt Teſtes, quod* omni anno in feſto S. Clementis è ſepulcro & manibus Sancti Regis ſumitur, deferendus in proceſſione; idque cum ceremonia & atteſtatione publicæ fidei de eo reſtituendo. Fit autem hoc in memoriam victoriæ, quam Sanctus cum eo Gladio tali die retulit de Mauris, obtenta ab iis civitate Hiſpalenſi; & ſimili cum ceremonia denuo reponitur d. Enſis inter manus Sancti, id eſt imaginis Sanctum repræſentantis ad vivum, atque ad eum finem Regio in habitu thronoque collocatæ, ut dictum num. 59. *Denique de* Sepulcri *veneratione allegantur teſtes in Summario num.* 7, *quorum unus affirmat expreſſius, quod* ad dictum Sepulcrum & altare offeruntur cerei, candelæ, imagines, veſtes mortuales, & tabellæ, quibus continentur vota plurium perſonarum, quæ per interceſſionem Sancti Regis obtinuerunt gratias & favores innumeros. Quinto. Concurrit etiam fama miraculorum, non ſolum in genere, ſed etiam in ſpecie expreſſorum in libro intitulato Flos-Sanctorum..... qui liber..... fuit ſemper ab omnibus habitus, *ex fama miraculorum,* tentus & reputatus pro veridico, ut latiſſime deponunt Teſtes, de quibus in Summario num. x. *Sed ibi nemo allegat editionem antiquiorem Hiſpalenſi anni* MDLXVIII, *cum noſtra ſit anni* MDXXXII. Sexto. Quia Status Sanctitatis d. Servi Dei & Sancti Regis eſt etiam plene probatus, cum omnibus requiſitis immemorabilis..... ita ut non videatur amplius eſſe locus diſputandi..... Nec *& virtutum,* eſt quærendum de probatione virtutum in genere vel in ſpecie, cum tendat hujuſmodi probatio ad videndum, an fuerit Sanctus; & debemus illius ſanctitatem in genere & in ſpecie ſupponere, ex eo quod tamquam Sanctus fuit palam & publice ab omnibus veneratus ut ſupra: conſequens enim ſupponit ſuum neceſſarium antecedens.....

*(ad canonizationem ſufficienti)*

62 Ex ſola conſuetudine immemorabili in cauſa S. Petri de Nolaſco, præcedente Decreto ſacræ Congregationis, fuit per Sanctiſſimum Dominum noſtrum S. Petrus Nolaſcus deſcriptus in Catalogo Sanctorum, ut conſtat ex litteris in forma Brevis expeditis. Conſtat etiam Leonem Papam X canonizaſſe S. Guibertum, cum ſolo libro vitæ ejuſdem; & Alexandrum Papam III in numero Sanctorum retuliſſe Eduardum Angliæ Regem, inſpecto dumtaxat libro miraculorum ipſius, & litteris Innocentii II, ut apparet ex Bulla ejuſdem Alexandri III. Unde videtur tanto magis annuendum iteratis inſtantiis ſupplicantium, &

A & præſertim Sereniſſimi Regis Catholici, pro Canonizatione d. Sancti Regis, pro quo tot tantaque ſuperius adducta concurrunt, quæ probata ſunt ex proceſſu Ordinario & Apoſtolico ..... In quo proceſſu Apoſtolico plures etiam Teſtes deponunt pleniſſime de omnibus virtutibus in ſpecie, etiam in excellentiſſimo gradu, ſcilicet fide, meditatione, contemplatione, contemptu ſeculi, puritate cordis, ſpe, fiducia, caritate erga Deum & proximum, zelo honoris Dei & ſalutis animarum, gaudio, pace, miſericordia, beneficentia, prudentia, diſcretione, docilitate, ſolicitudine, circumſpectione, juſtitia, religione, oratione vocali & mentali, pœnitentia, pietate, obſervantia, obedientia, paupertate, gratitudine, veritate, ſimplicitate, amicitia, liberalitate, fortitudine, magnanimitate, ſecuritate, magnificentia, patientia, longanimitate, perſeverantia, ſobrietate, pudicitia, maceratione, conſtantia, temperantia, abſtinentia, manſuetudine, clementia, humilitate, ſtudioſitate, taciturnitate, & modeſtia: & in Deum referebat omnium virtutum operationes .... Et licet præmiſſa ſatis eſſe videantur, abſque alia diſcuſſione virtutum & ſanctitatis, cum in antiquiſſimis non ſit neceſſarium cauſas & rationes exprimere; nihilominus, ut clarius ex omni parte ſanctitas d. Sancti Regis innoteſcat, operę pretium exiſtimavi (*inquit Auctor*) etiam particulares actus, ad dictas virtutes pertinentes, recenſere, quæ perfectam ſanctamque vitam inſtituunt, & in animo ejuſdem pleniſſime fuerunt. *Tum vero progreditur ſigillatim per* triplex genus virtutum, videlicet Theologicarum, Intellectualium, & Moralium.

*in genere*

B

*& in ſpecie,*

63 *Hi autem late deductis probatiſque, allegando Teſtes in Summario deductos, qui ſua fere habuerint ex lectione veterum recentiumque auctorum, vel majorum relatu; expendit Relatio quod ad præſentem cauſam* concurrit incorruptio corporis ſupra omnem naturæ potentiam, ſpatio annorum fere quadringentorum; de qua deponunt teſtes Medici phyſici, adhibiti per Illuſtriſſ. Dominos Judices Remiſſoriales in viſitatione corporis d. Sancti Regis, & non ſolum nullum ſignum fœtoris ſeu pravi odoris ex eo oritur, ſicut juxta naturæ conſuetum contingit in corporibus mortuorum; ſed potius bonus odor & ſuavis fragrantia, quæ ſimiliter ſanctitatis eſt ſignum. *Neſcio cur hoc loco omiſerit Auctor Summarii producere ipſum oculatis inſpectionis Actum: nam quorum allegat num.* LXXXIV *teſtimonia, ſolum procedunt ex auditu in genere à parentibus & fama, præterquam Teſtu* VI, *qui ſimpliciter dixit,* Ego vidi corpus Sancti Regis; *& Teſtis* III, *qui allegat nominatim* aſſertionem Don Pauli, qui ipſum viderit & expertus ſit tertio: *quæ ut ſufficerent ad credendam corporis pro tunc integritatem, non probant eam eſſe miraculoſam. Verum quod ex illius temporis actis habere non poſſumus, ſuggeret nobis ſequenti Capite Zuniga ex actis anni* MDCLXVIII: *tamdiu enim & ultra cauſa tenuit. Poſt ea quæ hoc & ſuperiori Capite relata fuerunt, Romæ acta & exhibita, tardius ibidem progreſſum in negotio eſt. Etenim (ſicut proſequitur Zuniga)* anno MDCXLIII, ibidem obiit P. Bernardus de Toro, Agens ex parte ſuæ Majeſtatis, tam in iſta cauſa quam in alia Immaculatæ Conceptionis; viceſque illius, cum omnibus quæ penes ipſum erant documentis & inſtrumentis, ſuſcepit P. Joannes de Lugo, ex Societate Jeſu, is qui poſtea Cardinalis obiit anno MDCLX. Interim formati proceſſus erant: qui cum anno MDCLII Romam eſſent remiſſi, & difficultatem moviſſet Congregatio ſuper articulo de non cultu, eodem Joanne Lugo jam Cardinali agente, ſacra Congregatio, conveniens in Quirinali die XXIX Maji anno MDCLV, cenſuit conſtare de caſu excepto, ex cultu adhibito per immemorialem temporis curſum, metam centum annorum excedentem ante decreta, cum ſcientia & tolerantia Ordinariorum, idcoque poſſe ad ulteriora procedi.

*denique ex corporis incorruptione & ſuavi odore.*

C

*Quibus legitime compertis,*

*anno 1655 declaratur caſus exceptus à decretis Vrbani 8.*

EX VARIIS A.D.P.

## CAPUT VI.

### Corporis incorrupti inſpectio anno MDCLXVIII, & Medicorum de ea judicium.

64 *An. 1668 Archiepiſcopus Hiſp.*

*Quantâ diligentiâ inſpectio hæc peracta fuerit, ampliſſime patet ex Relatione, quam Archiepiſcopus Hiſpalenſis D. Antonius Paino miſit Alexandro Papæ VII: ubi cum poſt alia narraſſet, quomodo proceſſurus ad ipſiuſmet ſancti Corporis inſpectionem, elegerit* XVII *Martii anni* MDCLXVIII, *ita ſcribit:* Conſtitutus perſonaliter in capella regia hujus ſanctæ eccleſiæ, à peritis ad cognoſcendum de corporis incorruptione, atque à deponentibus de notitia & antiquitate ſepulcri, iteratum exegi juramentum: iiſdemque & Promotore fiſcali Teſtibuſque præſentibus, apertum fuit ſepulcrum, in quo reperta eſt capſa lignea nigra. Quia autem locus obſcurior erat, ad eorumdem peritorum inſtantiam, extracta de ſepulcro capſa illa eſt in plenam lucem: eaque reſerata exhibuit alteram capſam, ornatiorem & panno pretioſo obductam, intra quam erat corpus venerabilis ſervi Dei. Cum ergo vidiſſemus; & propriis manibus illud reverenter contrectantes, reperiſſemus omnibus ſuis membris continuum integrumque; accedentes ſimiliter periti, ſimul omnes & ſeorſim ſinguli, inſpexerunt tetigeruntque illud in variis ſuis partibus: qui cum declarationes ſuas feciſſent ſignaſſentque, clauſa rurſus omnia ſunt, & eodem quo fuerant ante poſita modo ac loco; deque re tota conditum à præſenti Notario inſtrumentum, & ſimul cum reliquo Proceſſu ipſiſque declarationibus Romam miſſum. *Inſpectionem iſtam præverant Capellani, occaſione præparandi omnia ad ipſam neceſſaria: quid autem tunc actum ſit, accuratiſſime deſcripſit, qui præſens adfuit & curioſiſſime notavit ſingula, D. Chriſtophorus Baniez: cujus hæc relatio apud Zunigam extat, ſic Latine reddenda.*

E

*de incorruptione corporis conſulit peritos.*

*Huic actioni dili cuncta parant Capellani,*

F

65 Die XVII Martii anno MDCLXVIII, facta eſt viſitatio corporis ſancti Regis D. Ferdinandi, per D. Antonium Paino Archiepiſcopum Hiſpalenſem, ejuſque Proviſorem, & duos ex Dignitatibus ſanctæ eccleſiæ, Judices Remiſſoriales ad proceſſus de ſua Canonizatione. Iſta die vidi prædictum corpus ſanctum, manens ſub meridie in ſua regia capella; quia audiveram, quod regii Capellani tali hora diſponere deberent omnia neceſſaria ad viſitationem; & quia mihi videbatur, quod tali occaſione majori cum otio, poſſem ſatisfacere deſiderio, quod ſemper habui videndi miraculum iſtius ſancti & tam incorrupti corporis. Satisfeci autem ſicut ſperavi. Cum enim experimentum eſſet ſumptum duarum clavium ipſius tumbæ, tantopere inſtiterunt Capellani ibidem præſentes & duo qui aderant ſeculares, videlicet Didacus de Gongóra & ego; ut perſuaſus Capellæ Præſes vinci ſe ſiverit à ſua devotione & noſtra, nobiſque oſtenderit venerabilem iſtam Reliquiam. Aperta eſt ergo prima capſa, quæ tribus clauditur clavibus, eſtque nucea vel querna. Continet hæc aliam ſecundam, quæ duabus valvis clauditur, eſtque operta holoſerico cęruleo cum limbo rubeo, utroque perquam vetuſto. Intra hanc rurſus

*pia curioſitate reſerant*

*triplicem capſam,*

XXVARIUS A.D.P. rursus est tertia capsa, ad pedes magis arcta quam sarcophagus, cujus operculum convexum erat in modum tumbæ, & operiebatur panno perquam pretioso coloris rubei, ornato cruce ex argento cusa insignis artificii, quæ à capite ad pedes descendit, lata in suo hastili & in brachiis palmos duos. Hac relata sublatus est tapes coloris carmesini, & patuit oculis intuentium corpus sanctum: magnumque nobis ingessit stuporem ac gaudium, tam rara atque mirabili incorruptione sua, post annos quadringentos & sedecim.

66 Corpus est staturâ plenâ, induiturq; tunica talari ex ignotæ nobis texturę panno, quæ tota distinguitur insigniis regiis, Castellis videlicet & Leonibus, cum manicis proportionatis. Ad caput hâbet eumdem pannum circa verticem unde capilli emergunt: nec potuimus distinguere, an eo tanquam corona redimeretur, an vero haberet formam capucii, ut solet videri in epomide Episcopali; an denique esset calantica auriculata: distinctionem enim intercipiebat cervical, cui suo ipsomet pondere immersum caput Sancti, illud ad utrumque tempus sursum atrolli fecerat. Jacet autem supra culcitram & pulvinar rubri serici, perquam male à temporis vetustate habiti, indutus calceos corii viridis auro illusi; quibus loco auricularum erant uncini ad eos adstringendos. Erat qui diceret esse calcaria: verum uncini hærebant ipsis calceis affixi, nec apparet ejusmodi calcarium indicium aliquod. Iidem calcei nudos contegebant pedes absque callgis ullis, erantque digitis fere tribus latiores quam pro mensura pedum, desinentes in cuspidem triangulariter acutam: reliqua pars in lora secabatur, præbebatque per intervalla aspiciendam carnem pedum eorumque digitos. Supra pectus tendebatur gladius, simplici cruce præstructus ad manubrium, eadem forma qua est ille, qui in processione circumfertur die S. Clementis: verum hujus manubrium, id est crux, pugnus, & pomum, argentea sunt & granulis quibusdam distincta, operiturque vagina coriacea coloris electrini, vinculis argenteis interpolata. Cum autem impetrassemus à Præsidente, ut dictum gladium accuratius considerandum nobis daret; conati simul ambo sumus eum educere è vagina, hinc inde, per manubrium unus, alter per vaginam trahentes, nisu magno, sed irrito. Aderat annulus ex auro, qualitatis inferioris ut videbatur, sed spissus absque ulla cælatura vel encausto: cui pro pala inerat lapis cęruleus instar zaphyri, magnitudine mediocris fabæ & figuræ ovalis. Denique manu dextra supra sinistram, cum brachiis supra pectus decussatis, tenet virgam seu sceptrum ex ligno granato, vel simili materia, tunc temporis pretiosa, ad mensuram unius ulnæ, utrimque ebore præmunitum.

67 Mox atque prima tumba relata fuit, diffundi capit & sentiri suavis quidam odor, velut aromaticæ cujusdam, sed ignotæ speciei. Est autem corpus totum solida compage unitum; quodque ipsum non sit conditum balsamo, cognovi, quia vidi linguam incumbentem maxillæ & inferioribus dentibus; neque sectionem habet vel signum aliud ullum in fronte; neque ligatum fuit ut solent corpora balsamo condienda; nec denique in intestinis quidquam invenerunt medici, unde non certo colligerent nullam unctionem adhibitam esse. Facies est integra, non consumpta, sed turgida, ejus coloris qui solet remanere post mortem homini naturaliter rufo, sed quasi leviter conspersa pulvere. Oculi non profundè introacti, sed intra modicam cavitatem decenter depressi; ubi etiam obscurior color est, veluti in loco magis apto pulverem retinere. Barba nulla, os apertum est, sic ut videre liceat in superiori parte omnes dentes molares: in parte vero inferiori extremitates dentium unius lateris: quos inter media conspicitur lingua, cetera labium tegit. Ossa temporum grandia per cutem se demonstrant, tamquam viri robusti: collum visui patet, quatenus tunicâ nõ abscondit, estq; planè integrum cum sua cute, ejusdem coloris cujus & vultus. Quidquid ex brachiis manibusque nudum videri potest, usq; initium digitorum, cute sua vestitur, eademque nativi coloris: digitis solis cutis deest. Defectus autem causa esse videtur, quod multis annulis ornati fuerint, ex quibus solus relictus est is quem supra dixi; detrahendo autem sæpius inserendoque ipsos annulos detrita cutis illa esse videtur: quod autem conspici potest in digitis, non sunt articularia ossa, sed fibræ seu nervi coloris fusci, nonnihil tendentis ad argenteum, tamquam carnis siccæ.

68 Tibiæ à genibus usque ad collum pedis ossa nuda monstrant, sed coloris multo vivacioris quam sint ossa corporum per corruptionem dissolutorum. Pedes, quatenus conspici per calceos possunt, cum sua cute albi apparent, bene formati, sed pro statura satis exigui, ac velut hominis adhuc viventis. Judico autem ideo à tibiis defeciisse cutem; quia dum sanctum corpus stabat inter tumbas Reginæ Beatricis & Regis Alfonsi Sapientis, contingere eas potuerunt, & paulatim aliquid inde auferre ii, qui per tot secula illuc accesserunt, cupidi reliquiarum; quod nõ ita commode potuerunt facere pedibus, per calceos melius defensis ab injuria ejusmodi. Atq; hoc testari satis certo possum: quia vidi quam multum isto die raptum sit de vestibus, deque tapete superinstrato, quorum etiam ad me portiones notabiles pervenerunt, uti & de calceis: jamque etiam pes sinister, à collo usque ad initium digitorum, rasus erat. Est porro sanctum corpus flexile & plicabile per omnes suos artus, cum maxima facilitate: quemadmodum experti sunt chirurgi movendo tibias, brachia, caput, & reliquas partes optime compaginatas; quod fieri non posset, si aliquid esset corruptionis in eis. Ipse ego notavi, quod cum Assistens acciperet gladium, quia simul apprehenderat & manicam, elevarit brachium dexterum: quod ille animadvertens laxavit manicam, & brachium rediit in locum suum.

69 Hæc sunt quæ tunc cognoscere potui: postea autem ex medicis didici, quod omnia sic invenerint, & insuper viderint totum pectus, humeros & brachia, cum sua cute, salvo quod circa stomachum apertura esset, & cutis retrotracta in latus; sed ex altera parte adeo grossa, ut cognosceretur nihil ejus deesse. Suspicio autem fuit quod apertura ista ex eo sit, quia juxta usum istius temporis fieri potest, ut statim à morte sanctum ejus corpus apertum fuerit ad viscera eximenda: quemadmodum factum est D. Alfonso Sapienti, qui jussit corpus suum sepeliri Hispali aut Murciæ, cor autem in monte Calvariæ Hierosolymis: & asserit Garibayus, ætate illa consuevisse Principes corpora sua in uno, intestina in alio, viscera seu cor in tertio loco condenda mandare. Verum hoc solum per conjecturam dicitur. Dixit enim mihi Doctor Olibéra, quod cum misisset manum intra sanctum corpus, ut experiretur an non esset conditum balsamo (si enim fuisset debuisset in longitudinem cavum esse) non potuerit illam promovere versus pectus; quia nempe adhuc viscera inerant. Fortassis extraxerint stomachum & ilia: vel etiam non extracta, fuerint exiccata per se, utpote humidiora; exiccata autem attraxerint cutem in unam vel alteram partem, unde sit facta sub stomacho fissura ista; vel denique, cum quasi vacuus esset stomachi

D

*& cutis,*

*præterquam in digitis*

*& tibiis,*

E

*contactu venerantium attritis.*

*Corpus totum flexile.*

F

*cum fissura circa stomachum*

*lib 3 c. 16 cujus causa latet.*

*appósito gladio*

*& annulo, & sceptro;*

*absque ullo indicio balsami,*

*integra facie,*

machi ac ventris locus, ictu vel impulſu aliquo diſrupta cutis ſit.

70 Hæc, inquam, ſunt quæ vidi & ſcire potui, tum proprio viſu, tum relatu eorum qui aſtiterant viſitationi, cui deſignata erat hora quarta veſpertina. Et quamvis curatum fuerit ut res quam ſecretiſſime ageretur, fervens tamen devotorum cupiditas videndi corpus Regis ſancti evulgavit ſecretum: adeo ut bene multi in eccleſiam convenerint, jam inde ab uno horæ quadrante. Cumque uni viderent alios Regiæ capellæ clathris aſſiſtentes, & quid ibi morarentur interrogati illi, cauſam redderent; diffuſa ad plures paulatim notitia eſt, & increvit numerus. Denique ad horam prænotatam intravit D. Archiepiſcopus in capellam, ubi jam aderant ii qui nominatim convocati ac neceſſarii erant; clauſaque eſt portâ, ſic ut ex tota illa turba pauci admodum ingreſſi ſint. Tum vero fideles, qui tanto numero ſuæque expectationi tam propinqui adſtabant, videntes ea ſe fruſtratos, tantum egerunt, ut ſublata quæ feram tegebat lamina, peſſulum portæ reduxerint; eaque cum feſtinatione ac reſolutione irrumpentes, qualem tali occaſione à conſpirato vulgo poſſis expectare, impleverunt capellam. Ego, qui ſanctam Reliquiam jam videram, ad compreſſionem evitandam, ſubii in tribunam ad manum ſiniſtram, ut inde contemplarer ceremonias, in actu tam extraordinario adhibendas: quæ hujuſmodi fuerunt.

*Re vulgata concurrit multitudo,*

*& poſt Archiepiſcopum*

B

*in capellam irrumpit.*

71 Aſcenderunt Iudices in gradum marmoreum, in quo ſtat tumba ſanctum corpus continens; in eumque finem ſublatæ fuerunt inde tumbæ Alfonſi Sapientis & Beatricis matris ſuæ. Apertæ deinde ſunt tumbæ ſeu capſæ interiores ſancti Regis, verum intra illas non potuerunt ipſum videre tam multi, quot illud examinare debebant: ideoque mandavit D. Archiepiſcopus, ut è tumba extraherentur aliæ capſæ, & ſupra marmoream planitiem locarentur. Factum id eſt magno cum labore: quia tumba & capſæ valde erant arctatæ, unæ intra aliàs: opus itaque fuit magna violentia multiſque impulſibus, nec niſi laxatis ſeu fractis trochleis, tumbæ marmoreæ latera inter ſe conſtringentibus, extractę ſunt capſæ: quas deinde, in illa conſtipatione tantæ multitudinis, opus fuit varie convertere, modo ad pedes, modo ad caput; adeo ut difficile fuiſſet etiam vivum corpus manere illæſum. Verumtamen Deus, dominus utique vivorum ac mortuorum, non permiſit quidquam violari vel à ſua compage reſolvi. Fecerunt deinde Judices ſigillatim examen ſibi injunctum: ac deinde etiam ſigillatim medici atque chirurgi, qui corpus inſpexerunt moveruntque ſicut dixi. Interim, quamvis id impedire Archiepiſcopus conaretur, non ceſſabant fideles unde unde accedere, viamq; tentare qua ſancto corpori ſua admoverent roſaria, vel etiam aliquid reliquiarum decerperent. Viſitatione completa clauſæ ſunt capſæ, repoſitæque in tumbam; & ego regreſſus ſum ut manerem in capella: & noctu denuo apertæ fuerunt capſæ, ad componendam ſancti corporis tunicam; itáque altera vice ipſum cum otio vidi, notavique deficere calceos, ac fruſta tunicæ, raſumque eſſe pedem unum, ſicut dixi. *Hactenus curioſæ obſervationes D. Chriſtophori Baniez*, quas, *inquit Zuniga*, habui à D. Didaco de Gongora, in cujus poteſtate nunc ſunt.

*Extracta de tumba capſa,*

*mirabiliter illæſum corpus exhibens:*

C

*quod noctu iterum inſpectum à Capellanis.*

*Medicorum unus cum ſociis*

72 *Iudicium medicorum de ſupernaturalitate incorruptionis prænotatæ, legitime deſcriptum, etiam exhibet Zuniga, quod ſimiliter ex Hiſpanico Latinum fecimus: ita autem ſonat.* Doctor Gaſpar Caldéra de Heredia, medicus civitatis Hiſpalenſis, unus ex ſenioribus, tamquam nominatus ac deputatus ſimul cum Dominis, Doctore Don Petro de Herédia medico, & Licentiato Didaco de Olivéra, atque Licentiato Ferdinando Soriáno chirurgis, bene approbatis & qualificatis perſonis, ad inſpectionem, viſitationem, & recognitionem ejus ſtatus, in quo hodie reperitur corpus venerabilis ſervi Dei D. Ferdinandi III, Regis Caſtellæ & Legionis, appellati communiter & generaliter Sancti, per Illuſtriſſimum Dominum Antonium Painum Archiepiſcopum Hiſpalenſem, & Dominos D. Didacum Tribinium, Conſultorem ſancti Officii, Proviſorem ejus & Vicarium generalem; D. Franciſcum Ponce de Leòn, Archidiaconum Nieblenſem; Doctorem D. Petrum Franciſcum Lebanto, Archidiaconum Reynenſem, Dignitates ſanctæ eccleſiæ Metropolitanæ Hiſpalenſis, Judices Apoſtolicos Remiſſoriales in cauſa & proceſſu pro Canonizatione & Beatificatione prædicti venerabilis ſervi Dei D. Ferdinandi III: quam denominationem & deputationem acceptavi ac denuo accepto; præſtitumque ſacramentum, quatenus neceſſe eſt, ratifico; ac promitto declarare cum omni veritate & juſtitia, ſecundum captum ſcientiæ & ingenii mei, quidquid videro vel cognovero in dicto corpore eſſe naturale vel ſupernaturale, & utrum fuerit vel non fuerit divino miraculo conſervatum. E

*EX VARIIS A.D.P.*

*iterato juratus de veritate dicenda,*

73 Hunc in finem præſenti ſabbato XVII die Martii, currentis anni MDCLXVIII, comparui in capella Regia in ſancta eccleſia Hiſpalenſi, ubi publice ac notorie conſtat haberi in ſepulcro & jacere prædictum corpus; in præſentia & aſſiſtentia Dominorum quatuor Iudicum, & adm. Reverendorum DD. Promotorum Fiſcalium, atque nonnullorum Teſtium, circa horam quartam veſpertinam paulo plus minuſve, in comitatu dictorum Dominorum medici & chirurgorum. Cumque de mandato DD. Iudicum aperta eſſet quædam capſa lignea, judicio meo querna vel nucea, quæ ſtabat in ſuppedaneo marmoreo, quod eſt ad pedem altaris ante ſanctam imaginem Dominæ noſtræ à Regibus nuncupatæ; inventa eſt intra illam capſa alia, ex quodam ut videbatur ligno nigro, clauſaque. De mandato autem prædictorum Dominorum Iudicum, ut clariori in luce agerentur omnia, educta eſt etiam hæc ſecunda capſa de priori: apertaque oſtendit capſam tertiam, tela aurea coopertam, tam ſplendida ac lucida, velut ſi paulo ante iſtic poſita fuiſſet. In hac autem, F etiam aperta, eſt & jacet dictum corpus iſtius ſancti Regis. Cumque prædicti Domini illud attente vidiſſent & inſpexiſſent, mandarunt dictis DD. Medico & Chirurgis, mihique cum ipſis, ut videremus & palparemus cum ſpeciali attentione prædictum corpus ejuſque partes: atque ſecundum artem & ſcientiam noſtram exponeremus clare atque diſtincte ſtatum, in quo hodie invenitur prædictum corpus, conformiter noſtræ legalitati & cognitioni de obligatione jurisjurandi quod præſtitimus.

*apertis ſancti corporis arcis*

*illud juſſus explorare,*

74 Et ego Gaſpar Caldera de Heredia, cum religioſa veneratione & ſingulari ſolicitudine, poſtquam Deum ac Dominum noſtrum oraſſem, ut mihi divinam ſuam lucem concederet, ad dicendum & declarandum id quod eſſet ex ſuo majori honore & gloria, & ad complendum mandatum dictorum DD. Judicum; pro eo quod me attinet, tamquam unus ex peritis, dico & declaro ſub juramento; quod cum oſtenſum eſſet dictum corpus in luce clara atq; diſtincta, invenerim ipſum eſſe integrum, & in eo à capite uſque ad pedes continuari cutem veram, ut eam vocant medici, in omnibus ſuis membris,

*declarat ipſum eſſe integrum.*

17 *Martii*

ENVARUS A. D. P.

membris, præterquam in radio unius tibiæ, quæ eſt diſcooperta à genu uſque cavillam pedis: os tamen quod patet eſt candidum, & ſine ulla corruptione: pedes autem cooperiuntur cute-vera, inſtructi naturalibus unguibus ſuis in debita proportione. Caput eſt velut hominis mortui, & in fronte & in vertice cute ſua coopertum, cum nonnullis capillis, & palpebris oculorum integris. Os apertum cum ſuis labiis, quamvis ſiccis & aridis, multaque pars dentium intra ipſum. Caput autem, non omnino, ſed aliqualiter abjungitur à collo: quod potuit contigiſſe, ex motu facto ad extrahendam de ſepulcro primam, ut dixi, capſam. Facies ejus neque formoſa eſt, neque deformis; ſed pallore quodam mortuali obducta. Pectus & humeri operiuntur cute-vera, ſicut & ceteræ partes, quæ inde continuantur una cum brachiis, eadem cute proportionaliter contectis. Cumque elevaſſem ambo brachia dexterum & ſiniſtrum, inveni firmiter unita & cohærentia ſuo unũquodq; humero, cum debita textura nervorum tendonumque.

*& ſolide connexum ſub ſua cute,*

75 Ventrem reperi vacuum & tractabilem, cutemque ex omni parte firmam, abſque ullo indicio ſuturæ vel balſami olim adhibiti: coxas vero continuatas cum cute, à parte ventris inferiori uſque ad genua; & utramque attollens, agnovi cohærere oſſi ſacro, per nervos & tendones ſuos, eadem proportione quæ eſſe debet inter corpus & membra, ſicut dixi, deficiente dumtaxat carne, quæ ſolet iſta membra ornare. Sane oportuit eam imminui & conſumi ſpatio quadringentorum annorum à tempore mortis ſuæ, magis per reſolutionem quam corruptionem: quæ ſi alicui parti adveniſſet, aliarum partium corruptio ſecuta ſucceſſive fuiſſet. Reliquit ergo caro inter deficiendum corpus ut erat, id eſt, non velut ſcelctum, ſed tamquam corpus hominis mortui: quia cutis-vera eſt abſque corruptione: & venter integer (quantumvis ea pars tam humida ſit) nullum oſtendit in cute ſignum alicujus putrefactionis. Et hoc eo mirabilius eſt, quo conſtantius ex antiqua & generali traditione creditur, ſanctum Regem hydropiſi obiiſſe: qui autem ſic moriuntur, ſolent ſtatim corrumpi cum fœtore intolerabili. Quantum vero ad odorem, mox atque ſepulcrum apertum eſt, perceptus is fuit ex ipſomet corpore ſancto tam ſuavis procedere, ut nequeat explicari. Non enim erat ſicut odores artificiales & naturales ſuccini, muſci, aut cedri, vel aliarum ſimilium ſpecierum, ſed fragrantia plane ſingularis cor oblectantis: & adeo ut hæc vel ſola teſtis ſufficiens incorruptionis ſit. Declaro igitur, & ſic mihi videtur, quod omnia jam dicta non potuerint in iſto ſtatu tot annis conſervari, niſi operante divino miraculo: atque hæc mea eſt ſententia ſub onere juramenti: itáque confirmo, approbo, & ratifico.

B *ſed exuecum,*

*carne conſumpta,*

*non putrefacta,*

C *atque ſuaviter olente:*

76 Nunc porro officii mei eſt ſententiam, ex Philoſophiæ & Medicinæ principiis ſtabilire, ac definire utrum corpus iſtud potuerit tot ſeculis conſervari virtute naturali, an vero ejuſmodi conſervatio miraculoſa cenſeri debeat. Primo igitur ſuppono, velut principium infallibile, quod miraculum dumtaxat dicitur, effectus excedens ordinem communem naturæ & artis, ſic ut nequeat ullo artificio vel medicamine obtineri, ſed ſolum haberi queat à ſuperiori ac divina potentia. Tale autem eſſe quod corpus iſtud venerabile incorruptum ſervetur, primum probo ex eo, quod ſanctus Rex pluſquam duobus ultimis vitæ annis habitaverit Hiſpali, ibique obierit: qui eſt locus tabidus & humidus, magis quam alius ullus totius Bæticæ, tam propter naturalem ſuum ſitum, quam propter ſtellarum ei reſpondentium influxum, magiſque obnoxius corruptioni: & tamen abſque hac illud ibi duravit tot ſeculis. Idem ſecundo probo ex ſitu & modo depoſitionis, à prima hujus die uſque in horam præſentem, intra tumbam marmoream, in ſolo frigido & per exceſſum humido, præſertim ad præſens in capella Regum dicta, ubi tumba ſolum contingit immediate: adeo ut ſecundum naturæ ordinem debuerit corpus illud in pulverem redigi, niſi eſſet miraculoſe ſervatum: maxime cum præcedentibus annis plures obvenerint urbi inundationes aquæ propemodum infinitæ, ſuperfundentis ſe Hiſpalenſi civitati, unde naturaliter corrumpi illud debuit. Quod autẽ ſervatũ fuerit incorruptum, manifeſte convincitur opus eſſe miraculoſum cauſæ ſuperioris ac divinæ: adeoque, licet Deus non feciſſet alia miracula per hunc ſuum ſervum, judico quod ipſum ſit primæ claſſis, inter ea quæ divina Majeſtas ſolet operari: accedente ad iſtam incorruptionem circumſtantia ſuavis atque cæleſtis fragrantiæ: adeoque non nitor ſola incorruptione, ſed concurſu omnium ſimul ſignorum ad compoſitionem iſtius miraculi. Moveor præterea ad confirmandam miraculoſam iſtam integritatem concurſu omnium reliquorum ſignorum, tam humanorum quam divinorum; acclamatione omnium fidelium Chriſtianorum; continua & ab immemorabili opinione ſanctæ ſuæ vitæ & heroicarum virtutum; affectu & devotione tantarum ac tam innumerabilium perſonarum, quæ per ejus interceſſionem agnoſcunt ſingulares favores atque omnino miraculoſos, ſibi præſtitos à Deo fuiſſe. Sed hæc ratiocinatio aliud & ſublimius tribunal ſpectat.

D *conditione tumuli,*

*inundationum frequentia,*

*opinione vulgi miraculis nixa,*

E

77 Quod ſi quis ſuſtinere velit, ſanctum Regem aliquam pati corruptionem in cute vel in membris aut harmonia corporis; erroris convincetur manifeſti, per ſuavem odorem & fragrantiam ex dicto corpore manantem, perque ejus integritatem. Sicut enim horribilis fœtor & graveolentia ſequitur corruptionem & putrefactionem; ita bonus ac ſuavis odor conſervationem, unionem, & perfectam conformationem partium: odoris quoque illius temperamentum, non naturale ſed ſupernaturale, publicat & confirmat effectum eſſe omnino miraculoſum. Sin porro inſtet aliquis, ex eo quod in hoc corpore caro naturalis deſit, ſuſtineri poſſe quod paſſum ſit aliquam corruptionem, alias enim illam quoque integram manſuram fuiſſe, ſicut ea dicitur integra permanere in aliis quibuſdam Sanctis, Franciſco, Didaco, Iſidoro Agricola: reſpondetur quod iſtud peculiare beneficium Dei non debeat æqualiter ad omnes Sanctos extendi, ſed partialiter etiam à Deo ſoleat communicari: quandoquidem audiamus ſic dici conſervatum eſſe indicem S. Joannis Baptiſtæ, in fronte S. Mariæ Magdalenæ partem carnis, linguam S. Antonii, cor S. Thereſiæ: & ita in hoc ſancto Rege integre conſervatur tota cutis-vera per omne corpus à capite uſque ad pedes. Neque hic penetrandum curioſius in Dei providentiam, quærendaque ratio, cur Deus favorem iſtum univerſalis integritatis, etiam quoad carnem, unis Sanctis potius quam aliis concedat; multo minus ex carnis defluxu, non obſtante reliqua corporis integritate, arguendum, non ſubeſſe hic verum miraculum, ſed ſupremum effectum naturalis virtutis. Ad comprobationem porro confirmationemque ſententiæ meæ ſufficere poteſt, quod dixit & judicavit Doctor Franciſcus de Figueróa anno MDCXXXIV, quando ſimili de cauſa vidit & inſpexit hoc venerabile corpus, gravibus verbis declarans, quod ipſum invenerit cum eodem cæleſti ac divino odore, & cum eadem incurruptione atque integritate, perfectiſſimaque compoſitione & harmonia, cum qua hodie ſpectatur. Neque minus id confirmatur inde, quod ipſum ſic fuit con-

*odoris ſuavitatem*

*nec obeſſe quod cum ſiccata & conſumpta fuerit,*

F

*ex naturâ loci,*

*ſicut antea etiam judicatum fuit in Viſitatione anni 1634.*

A conſervatum per plures quam quadringentos annos. Debemus itaque indubitanter ſtatuere, quod odor, integritas, color, unio, & compago membrorum, aliæque omnes à me relatæ circumſtantiæ hujus ſancti corporis, excedant in ſui conſervatione præſenti omnem ordinem naturæ vel artis, per Dei operationem miraculoſam ad ſuos altos & ſecretos fines.

78 Liceat autem pro veritate, non ſolum affectus mei, ſed ipſiſſimæ eſſentiæ, hoc etiam addere diſcurrendo, quod ſi juſta Dei permiſſione hodie fieret reſurrectio corporum, ſuis animabus informandorum, qualis fiet in ultimo die judicii; venerabile iſtud corpus, quemadmodum ipſum inveni- *Idem communem opinionem ſanctitatis,* mus integrum, omnibuſque partibus ſuis ſecundum legitimam harmoniam diſpoſitum, ut modo eſt; ſolum exigeret, ut anima ſua ipſum informaret lucido illo ſplendore, quo juſtorum animæ informaturæ ſunt corpora ſua, communicantes ipſis lumen gloriæ, quod Majeſtas divina illiſmet communicavit, in præmium ſatisfactionis, quam hac in vita dederunt divinæ juſtitiæ per opera ſua heroica, elevata
B meritis paſſionis & mortis D. N. Jeſu Chriſti. In noſtro autem caſu evidens eſt, quod opera iſtius ſancti Regis fuerint radicata in vera ſanctitate: quandoquidem ſciamus, quod vixerit & mortuus ſit cum opinione ſanctitatis, juxta ſenſum communem & venerationem omnium fidelium; quæ hodieque perſeverat, continuata plus quam quadringentis annis, continuaturque cum majori ſemper devotione & fervore: quod ipſum arguit ſuperiorem aliquam cauſam tam continuæ perſeverantiæ.

79 Et ſane videtur mihi nullum formari poſſe ratiocinium humanum, quo evincatur contrarium: quin potius in hoc comprobatur ipſa ſanctitas, cum reſpectu ad humanæ naturæ potentiam, ſi mihi permittitur, hanc veritatem comprobare effato Gentilis Ariſtotelis, dicentis, Id quod omnibus videtur, impoſſibile eſt omnino eſſe falſum. Quod duo, aut quatuor, vel pauci quidam, fallantur, poſſibile eſt communi judicio: ut autem omnes in communi unius veritatis comprobatione fallantur, eſt impoſſibile. Conſideretur quæſo tempus & numerus ſeculorum, quibus duravit æſtimatio, cultus, veneratio, & fervens devotio erga iſtum venerabilem Dei ſervum, in omnibus populis & regnis, tam Catholico quam externo Principatui ſubjectis; & patentiſſima in luce apparebit veritas, quam meo tenui judicio aſſequi videor. Denique accedit, quod noviſſime appellatus ſit Sanctus, & honoratus tamquam alii Sancti, atque ut talis permiſſus & toleratus honorari, non ſolum à Prælatis & Superioribus ordinariis, ſed etiam à Sede Apoſtolica, quam regit & gubernat Spiritus ſanctus, per cujus auxilium ſperamus Canonizationem ipſius, ad honorem & gloriam Dei ac Domini noſtri. Hæc eſt mea in hoc judicio ſententia, quam ratam probatamque habeo, tamquam de viſu & inſpectione ipſius corporis venerabilis ſervi Dei, ſecundum ſcientiam & experientiam quam conſequi potui ſpatio annorum quinquaginta, quibus medicinam profiteor. Si errem in aliquo, quod non bene intellexerim; nullo modo intendo diſcedere à ſenſu & doctrina ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ: quia in tali caſu omnimodis me reſigno & ſubjicio, tamquam fidelis & Catholicus filius Eccleſiæ; neque tantum ipſius luci & mandato cedo, ſed etiam cuicumque meliori ac ſaniori judicio.

*tot ſeculis continuatâ,*

*infallibilis teſtimonii locâ tenere cenſet,*

C

*& declarationem concludit.*

81 *In eamdem ſententiam ac formam arbitrati ſunt, tum alter Medicus, tum Chirurgi duo: & eiſdem antehac conſona fuerunt reſolutiones eorum, qui anterioribus viſitationibus interfuerunt, conſervationem ſancti corporis approbantes pro ſtupendo & continuo miraculo.* Porro jam in-



de à principio hujus tractatus, & ſpecialiter ab anno MDCXXXIV, *inquit Zuniga*, quo Decanus & Capitulum Metropolitanæ Eccleſiæ in ſe ſumpſerunt totam curam & impendium, huic ſancto negotio neceſſarium, habuerunt ſemper formatam Deputationem, quæ ſingula agenda particulariter dirigeret, mutatis identidem pro temporum varietate perſonis; quibus liberali manu Decanus & Capitulum, ſicuti Philippo IV Regi Catholico promiſerunt, contribuunt quidquid eis eſt neceſſarium ad finem conſequendum. *Qua ſane in re inſignem animi ſui generoſitatem declarant, tamquam digni ſucceſſores antiqui illius Hiſpalenſis Cleri, qui ad fabricam adificandæ eccleſiæ novæ Cathedralis, cui ſimilem Hiſpania tota habitura vix eſſet, generoſe ceſſit ſuis omnibus proventibus annue percipiendis, modico eo quod ad neceſſariam ſuſtentationem ſufficeret contentus, quoad abſolutum opus eſſet; quod ſub* Sancio IV *Rege, atque adeo ante annum* MCCXCV *cœptum, ſub* Joanne II, *id eſt non dum ante annum* MCCCCVII *primo finitum fuiſſe, ait Rodericus Carus lib.* 2 *cap.* 4 *ipſius deſcriptionem daturus, qualem antea etiam Morgadus dederat lib.* 4 *c.* 2. *Similiter in inſtructionibus mihi miſſis lego, quod* Capella S. Clementis (*quæ ad commodiorem ſanctiſſimi Sacramenti adminiſtrationem in veteris eccleſiæ clauſtro conſtructa ſteterat jam inde ab anno* MCCXLVIII) *novo opere longeque pulcherrimo juxta novam eccleſiam fuerit parentum noſtrorum memoriâ condita; conferentibus Beneficiariis omnibus certas ſuorum reditiuum portiones, præter eam quam Fabricæ Præfecti ex erario ſuo poterant erogare ſummam. Et hoc eſt quod* Sanctuarium *appellant, novæ architectonicæ ſpecimen pulcherrimum intus ac foris, viſuque jucundiſſimum.*

*Deputatio Canonicorũ pro cauſæ directione.*

E

## CAPUT VII.

### Canonizatio ſancti Regis, inchoata à Clemente Papa X, Hiſpali nuntiata, & ad novum feſtum factus inſignis apparatus.

ANno tandem MDCLXXI *adfuit* tempus, quod, *ut ait Zuniga*, deſtinaverat Deus in maximam Hiſpanicorum regnorum & civitatis Hiſpalenſis gloriam, *per S. D. N.* Clementem Papam X, *qui die* IV *Februarii declaravit*, Regem Ferdinandum, *ut* Sanctum *coli poſſe, feſtumque conceſſit in die ejus Natali celebrandum, ſub ritu Duplicis, per omnes ditiones Hiſpanicæ Monarchiæ ſubjectas, expeditis die* VII *ejuſdem Februarii Pontificatus ſui anno primo in hanc formam litteris*: Glorioſiſſimos cæleſtis Jeruſalem Cives, illos præſertim, qui in diebus peregrinationis ſuæ, tametſi in rerum humanarum ſublimitate poſiti eſſent, non ſperarunt in lubrico divitiarum, nec in Regiæ potentia dignitatis; ſed magna illa virtute humilitatis (qua fit, ut omnia terrena cacumina, temporali mobilitate nutantia, non humano uſurpata faſtu, ſed divinâ gratiâ donata celſitudo tranſcendat) ſolidati bellarunt bella Domini; & unico illi fundamento, quod eſt Chriſtus Jeſus, innixi, ſuperædificarunt aurum, argentum, lapides pretioſos, manentiſque operis mercedem in æternæ ſalutis ſtabilitate accipere meruerunt, congruis honorum laudumque præconiis in terris celebrandos eſſe, merito cenſemus. Ac proinde flagitantia id ipſum Regum orthodoxorum, non minus pietatis aliarumque Chriſtianarum virtutum, quam Regii faſtigii ſplendore fulgentium vota, paterno affectu exaudimus; ſicut ad Eccleſiæ Catholicæ decus, ſpiritualemque fidelium populorum ædificationem atque devotionem fovendam & promovendam, conducibile in Domino fore arbitramur.

*Præmiſſis motus Clemens X decernit,*

82

F

83 Cum itaque alias, videlicet die XXIX Maji

EXVARIIS A. D. P. *quod antiquitate cultus ſufficienter probata,*

MDCLV, Congregatio tunc exiſtentium S.R.E. Cardinalium, ſacris Ritibus Præpoſitorum, ex deductis in proceſſu auctoritate Apoſtolica confecto, ſuper caſu excepto, declaraverit, de illo conſtare ex cultu exhibito ſervo Dei Ferdinando III, Regi Caſtellæ & Legionis, cognomento Sancto, per immemorabilem temporis curſum, excedentem metam centum annorum, ante Decreta fel. rec. Urbani Papæ VIII prædeceſſoris noſtri, cum ſcientia vel tolerantia Ordinariorum, & emanatum deſuper dictæ Congregationis Decretum, recol. mem. Alexander Papa VII, etiam prædeceſſor noſter, die XXXI ejuſdem menſis approbaverit; & inter alia pleniſſime conſtiterit, de celebratione Miſſarum in honorem prædicti ſervi Dei, prout de Sanctis celebrari ſolent, tam in Sacrario veteri, quam in Capella Beatæ Mariæ Regum nuncupata Metropolitanæ eccleſiæ Hiſpalenſis, ubi extat illius ſepulchrum. Hinc eſt quod Nos, piis enixiſque cariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli, Hiſpaniarum Regis Catholici, ac cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Marianæ, earumdem Hiſpaniarum Reginæ Catholicæ, Viduæ ejus Genitricis precibus, nobis per dilectum filium nobilem virum Petrum de Aragonia, Ducem Segorbiæ & Cardonæ, Regni Neapolitani Proregem, ac ejuſdem Caroli Regis apud Nos & Sedem Apoſtolicam Oratorem, ad præſtandam Nobis ipſius Caroli Regis nomine obedientiam miſſum, ſuper hoc humiliter porrectis, favorabilem aſſenſum, quantum cum Domino poſſumus, præbere cupientes; ut in omnibus Regnis Hiſpaniarum, & Ditionibus eidem Carolo Regi ſubjectis, & in eccleſia SS. Jacobi & Ildephonſi de Urbe nationis Hiſpanorum, de memorato ſervo Dei Ferdinando Tertio Rege, Miſſa & Officium de Communi Confeſſorum non Pontificum, ſub ritu duplici, juxta Rubricas Breviarii & Miſſalis Romani, quotannis in perpetuum die XXX Maji, qua idem Servus Dei obdormivit in Domino, celebrari, & ab omnibus utriuſque ſexus Chriſti fidelibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, recitari libere & licite poſſint & valeant reſpective, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus & indulgemus. Non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis &c.

*recitandum Officium & Miſſa ſit de S. Ferdinando,*

*& permiſit votivum feſtum.*

84 Hanc gratiam, *inquit Zuniga*, idem Pontifex ampliorem mox fecit, die XI menſis præfati, permittens ut pro una ſola vice celebrari poſſet feſtum unum votivum per omnia regna, præter illud quod in die Natali occurrit XXX Maji celebrandum. Cum autem adeo lætus nuntius perveniſſet Hiſpalim die III Martii, ubi propter immediate antea acceptas Roma litteras, felix quidem, ſed non ita promptus ſucceſſus expectabatur, etiam obduratiſſima corda ſoluta in lacrymas gaudii ſunt. Advenerat nuntius ipſamet hora matutina, qua ad majoris momenti negotia convocari Capitulum ſolet. Nulla igitur mora fuit, quin referatis tabellis res publica fieret, expeditis continuo Deputatis qui novum gaudium Prælatis & Magiſtratibus indicarent; & pulſatis confeſtim Metropolitanæ eccleſiæ ſignis, quæ reliquarum tota urbe campanarum concentus excireret, & tantæ lætitiæ cunctos faceret participes. Aderam ego in eccleſia, *inquit Zuniga* (*unde deinceps ſequentia accipimus*) fuique tam felix, ut inter primos rem intelligerem. Teſtari autem poſſum, inexplicabilem fuiſſe animorum motum in omnibus qui aderant; cum mutato repente ſtylo, qui dicere ſolebant, FERDINANDUS SANCTUS; cœperunt pleno gutture exclamare, SANCTUS FERDINANDUS: plerique vero properabant ad ejuſdem corpus adorandum in capella Regia, quæ numquam intra ſe conſtipari vidit magis devotum affectuoſumq; concurſum. Mox ſacra Sancti effigies collocata fuit ſuper altari, quod in medio capellæ applicitū eſt Regalibus tumbis: quo eâdem veſperâ venerabunde & proceſſionaliter acceſſerunt ambo Capitula, in gratiarum actionem Archiepiſcopo decantante orationem, DEUS QUI BEATUM FERDINANDUM; *eamdem veroſimiliter, quam Eccleſia de S. Philippo Nerio ſic proſequitur*; Deus qui Beatum N. Confeſſorem tuum Sanctorum tuorum gloria ſublimaſti, concede propitius ut cujus ſolennitate lætamur, ejus virtutum proficiamus exemplo. *Porro* noctem breviorem fecerunt lumina, per omnes vicos domoſque accenſa: & ſequenti die Jovis V Martii Audientia Regia Miſſam de ſancto Rege canendam curavit in Collegio Angeli Cuſtodis, quæ fuit omnium Hiſpali prima: ſecutum mox eſt Officium Contractationis in conventu S. Pauli; neque ceſſaſſent ex ordine alii aliique, niſi judicatum fuiſſet ſiſti debere illum præproperæ devotionis curſum, donec Metropolitana eccleſia ſuo jure eſſet uſa.

*4 Martii aguntur Deo gratiæ.*

*conſulitur ſuper feſto faciendo Rex,*


85 Ex hinc ergo Decanus & Capitulum magnificentiam adornandæ feſtivitatis cœperunt metiri generoſitate & obligatione ſua: maturandum autem & properandum erat, ut feſtum extraordinarium præcederet annuæ commemorationis recurſum. Primum ergo ex corpore Capituli miſſus eſt, qui Regi ſucceſſum gratularetur, D. Joannes de Texáda & Alveréte Canonicus: deinde decretum, ante omnia eſſe curandum, ut corpus ſancti Regis, ſeparatum ab aliis ſepulcris Regiis, eminentiori loco poneretur; nunc quidem extemporali opere pro feſto, poſtea vero durabili alio, ſecundum deſcriptiones, quas eſſet facturus Capitaneus Franciſcus de Rueſta, mathematicus & architectus præcipuus. Conſultabatur etiam, unde, ſi eſſet habenda proceſſio (quod erat ambiguum) haberetur urna tam ſancto depoſito circumferendo idonea; ac denique de formalitatibus & aſſiſtentiis Miniſtrorum Regiorum determinandis ab Aula. Tempus breve ſupererat pro tanto, quantum Decanus optabat, apparatu: cumque incipiendum eſſet opus ab altari majori ipſius Metropolitanæ, erant qui volebant ei præſtruere machinam, occaſioni præſenti accommodatam. Verum quid concipi potuiſſet, quod ejus magnificentia non excederet, etiam abſque ornatu extraneo? Reprobata ergo iſtiuſmodi cogitatione, obtinuit ſublimis idea Joannis de Baldèz, pictoris ſculptoriſque incomparabilis: qui ſuggeſſit, in eadem longiſſimæ Baſilicæ navi, inter chorum portamque principalem, ubi in feſto Corporis Chriſti ſolet exponi Sanctiſſimum, erigendam machinam triumphalem, ad earum imitationem: quas Heroibus ſuis erigebat antiquitas. Quod tam feliciter magnificeque ſucceſſit, ut qui feſtivos ſolennitatis hujus apparatus integro volumine deſcribendos ſibi ſumſerat Don Ferdinandus de la Torre-Farfan, quamvis omne ingenii acumen, ſtyli proprietatem, doctrinæ ſtudiis acquiſitæ excellentiam in hoc contulerit; imparem ſe faſſus, auxilium à ſculptura petierit; ut quod non ſatis poterat verbis, utcumque exprimeret lineamentis.

*decernitur erigenda machina triumphalis:*

86 *Porro exemplo Zunigæ, lectorem ſuum ad præcitatum ſuperiori Capite feſtorum librum ablegantis, potuiſſem hic calamum ſiſtere & ad ulteriora tranſire: ſed pati noluit Capituli magnanimitas. Intelligens enim quanto omnia elegantius ſculptores Belgæ eadem poſſent expreſſa dare, in minori & congrua primæ horum Actorum editioni forma, maluerunt me ſcriptorem priorem, quam poſteriorem imitari. Itaque fic ſculpenda curavi tunc omnia, ut ſingulæ lamellæ paginulas ſingulas implerent, ternæ autem vel quaternæ in unam contractæ majore in pagina, qualis Actorum noſtrorum eſt forma, ſimul poſſent imprimi;*

*cujus aliarumque rerum huc ſpectantium forma*

Tom 7 May Pag 387




Franc: Ertinger. del: et Fecit: Ant:

A *ari inciſa hic dantur,*

*imprimi, quas hoc ordine nunc exhibeo, ut tribus earum, ornatum interiorem majoris Portæ, Capellæ Regiæ, atque Sacrarii offerentibus aſpectui, præponatur tota vaſtiſſimæ baſilicæ ichonographia, ſervitura etiam ad intellectum deſcriptionis, propoſitæ Annot. e ad cap. 2; deinde ut poſt formam machinæ principalis, media in navi eccleſiæ erectæ, contemplari tertia in tabula liceat faciem omnem exteriorem ejuſdem eccleſiæ, inſignibus multis operibus cinctæ, quæ in prædictâ ichnographia ſignare non licuit. In qua etiam ichnographia præcipuas omnes vaſtæ iſtius fabricæ partes placuit ſignare zyfris, earumque explicationem hic ſeorſim dare. Eſt ergo*

*eum ichnographia eccleſiæ:*

1 Porta principalis, ducens à gradibus in eccleſiâ.
2 Locus machinæ triumphalis ejuſq; veſtigium.
3 Chorus major eccleſiæ.
4 Capella major, intra quam & chorum conſpectus & commeatus mutuus columnaribus cancellis præmunitur, ad arcendum vulgi ingreſſum tranſitumque.
5 Sacriſtia Capellæ majoris.
6 Capella Regia, in qua corpus Sancti.
7 Porta Capituli.
8 Porta Ærarii.

B

9 Porta Anticapituli.
10 Porta Sacriſtiæ majoris.
11 Porta meridionalis ad Longiam.
12 Capella Dominæ noſtræ de Antiqua dictæ.
13 Porta S. Michaëlis, ad latus Meridionale.
14 Porta Baptiſmi, ad latus Septentrionale.
15 Porta Sacrarii.
16 Baptiſterium.
17 Porta ad atrium Aurantiorum.
18 Porta Lacertæ, inter turrim & atrium.
19 Porta ad turrim & cœmeterium.
20 Turris vetuſtiſſimi operis, cujus hic ſolum media pars notatur.

*quam ingreſſis prima ſe offert machina illa,*

87 *Hoc præhabito ſitus totius concepta, eccleſiam ipſam ingrediatur cogitatio per præcipuam Occidentali in facie portam, ubi ante omnia tibi occurret, media in navi poſt primas columnas, ingens ac triumphalis machina quatuor ſtatuarum, quarum unam intuens & paucis explicatam legens, intellige tabularum pictarum atque emblematum eodem ſpectantium argumenta, quæ tacitus tranſeo, ſimiliter ut in prima facie, ex heroicis ſancti Regis actionibus virtutibuſque deſumpta fuiſſe, quibus ſua quæque lemmata epigrammataque Latinâ & Caſtellanâ linguâ reſpondeant. Centrum totius machinæ inferioris* Eccleſia *obtinet*, Ferdinandum *ad pedes ſibi inclinatum excipiens, & monſtrantem per quatuor ejuſdem machinæ latera ſuis in baſibus genuflexa* Hiſpalis, Cordubæ, Murciæ, *atque* Giennii *regna, cum hac ad baſim primariam, in qua conſiſtit ipſe, ſcriptura*; Leva in circuitu oculos tuos & vide: omnes iſti congregati ſunt venerunt tibi. *Hanc Scripturam, ſumptam ab Iſaiæ cap.* LX, *explicant Latini Caſtellanique verſus: & Eccleſia, ſibi ipſique in ſcuto quod ſiniſtra tenet gratulans, pari poëſeos utriuſque elegantia, reponere ei videtur iſtud ex Pſalmo* XV, Tu es qui reſtitues hereditatem meam mihi. *In tribus reliquis baſis prædictæ lateribus, ſimili modo geminæ linguæ paraphraſis metrica, Eccleſiæ ejuſdem nomine, applicabat* Regi Ferdinando *hæc Scripturæ loca*: Ad alligandos Reges eorum in compedibus, *Pſal.* CXLVIIII: Deducet te mirabiliter dextera tua, *Pſal.* XLIV: *&*, Ego primogenitum ponam illum, excelſum præ Regibus terræ, *Pſal.* LXXXVIII. *Sic etiam Hiſpalenſe regnum clavem porrigens fingebatur dicere*, Non erit qui claudat, *ex Iſaiæ* XXII; *Cordubenſe*, Qui vicerit poſſidebit hæc, *Apocal.* XXI; *Murcienſe*, Quia contrivit portas æreas, *Pſal.* CVI; *Giennenſe*, Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum, *Gen.* XXII. *Quibus etiam omnibus ſubjecta legebantur in eumdem*

C *in qua repræſentatur Sanctus Eccleſiæ exhibens ſubjecta ſibi Maurorum regna,*

*ſenſum concepta epigrammata Latine atque Hiſpanice.*

88 *Aſt illa prætermittens, ſolum hic notabo quatuor principales titulos, totidem faciebus aſſurgentis paulatim machinæ ſic inſcriptos.* 1. Ferdinando Regi, pio, felici, triumphatorique perpetuo, inter Duces auſpicatiſſimo, Indigetes inter feliciſſimo, ob rem Chriſtianam optime geſtam, pietate potius quam armis aſſertam in regnum religionemque Bæticam, Maurorumque gentem attritam, ſacris Hiſpanorum faſtis quondam adſcripto, recens cultui expoſito. 11. Clementis X, nomine ipſo felicitatem Divo Ferdinando præſagientis, æterno ſeculorum plauſu vicariam Dei poteſtatem agentis, univerſo Chriſtiani orbis conſenſu ſacros honores etiam decernentis, munificentiæ integerrimæ. 111. Caroli II Hiſpaniarum Regis, vel ab infantia & monſtris formidandi, nomine magno Thraciam concutientis, ſpe lætiſſima Eccleſiam afficientis, progenitorum Divûm ideam ſibi præſcribentis, ejusque ſacra à ſumma Sede impetrantis, catholiciſſimis auſpiciis. 1v. Marianæ Auſtriacæ, auguſtæ, magnæ in cunis, magnæ in thoro, magnæ in prole, Ferdinandi quartædecimæ ſobolis, orbique Reges diva poſteritate tradituræ, piiſſimis officiis, gratitudinis ergo Patriarchalis Hiſpalenſis eccleſia. *Convexo fornici machinæ inferioris, in modum templi conformatæ, impoſitus cubus, ex quatuor lateribus partem aliquam continebat hiſtoriæ, affabre pictam in tabula; ſic ut anterior triumphantem pro* Ferdinando *Virginem Hiſpalim induceret, ſub hoc verſu Pſalmi* CXIII, Non nobis, Domina, non nobis; ſed nomini tuo da gloriam: *quæ verba hoc deinde carmine explicabantur*:

Cælorum auguſto vehitur Regina curuli,
Quam pedes inſequitur Rex, præit agmen ovans.
Vincentis Mauros Fernandi eſt dextera: at illa
Pugnantis Regis duxit in arma manum.
Ergo triumphanti Mauros ſit gloria Divæ,
Auſpiciis cujus caſtra inimica ruunt.

EXVARIIS A.D.P.

*ſub titulis ipſi Sancto,*

*Clementi Papæ,*

*Carolo Regi,*

*Reginæ matri poſitis.*

E *Superne pingitur Sanctus inducens Hiſpalim D. V. effigiem,*

89 *Porro ex uno laterum* Sanctus Rex *conſpicitur, Hiſpalenſe templum dedicans; ex altero, idem Rex coràm ſacro Viatico de lecto in terram agrum corpus provolvens; à tergo denique idem cernebatur, animam Creatori feliciter reddens, cum datis ſibi ab eo Coronis, viciſſimque æternæ gloriæ coronam accipiens; ſub hiſce Epigraphis*: Sedes tua Deus in ſeculum ſeculi, *Pſal.* XLIV; Sciditi veſtimenta tua & fleviſti coram me, ego quoque exaudivi te, 11 *Paralip.* XXXIV; Annuntiaverunt cæli juſtitiam ejus, *Pſ.* XCVI: *quæ omnia, æque ac alia, epigrammate Latino pariter & Caſtellano illuſtrabantur, ſuper ſplendidis ductilis argenti ſcutis. Angulos hujus cubi circumſiſtebant ſtatuæ, quarum in imagine ſolum duæ cernuntur; & hæ, ex habitu ſubſcriptoque nomine, cognoſcebantur eſſe,* Seculum felix, & Oratio efficax: *quæ vero in receſſu latent, indicantur fuiſſe,* Mars indefeſſus, & Victoria perpetua. *Singulis breve lemma, ex antiquis ſcriptoribus ſumptum, aptabatur in ſcutulis, poſitis ad initium voluta, ſupra zophorum ſurſum nitentis; puta ſub ea cui* Seculum Felix *imminet, hoc Plinii ſecundi in Panegyrico ad Trajanum*; Eſt enim vera felicitas, felicitate dignum videri: *aliaque aliis tribus perſonis proportionata. Super quatuor portas, ex angulis majoris machinæ lateraliter procurrentes, totidem aſcendebant palmæ, galea ſuperne laureata onuſtæ, & ad pedem victricibus* Regis Sancti *armis circumornatæ; ſub hiſce lemmatis.* 1. Indutus eſt juſtitia ut lorica. 11. Galea ſalutis in capite ejus. 111. Indutus veſtimentis ultionis. 1v. Et opertus eſt quaſi pallio zeli. *Extimis vero earum portarum pilis ſuperſtabant ramoſæ quercus, dependentibus undique barbarorum devictorum ſpoliis onuſtæ, ſub circumvolante lemniſco, cui inſcriptum,* Fernandus Deo hæc de perduellibus arma, *metro quidem non uſquequaque*

F *cum pareregia ſtatuarum:*

ERARIUS A.D.P. *ad leges poëticas exacto ; ſed ſatis apte expreſſo ad Virgiliani hujus imitationem.*

Æneas hæc de Danais victoribus arma.

*ipſe vero in verticecomiciet.*

90 *Supra quadrilateram vero, quam dixi, baſim ejuſque coronidem, in tanto arctius ſpatium paulatim aſſurgens machina quanto ferebatur ſublimius, habebat in angulis palmiferos Genios, inſcriptam lemniſcis, quos tenebant manibus, litteris cubitalibus exhibentes quadripartitam ſententiam ex Iſaia* LXII, ------- *ERIS CORONA GLORIÆ* ------- *IN MANV DOMINI* ------ *ET DIADEMA REGNI* -------- *IN MANV DEI TVI.* ------- *Et hæc omnia claudebat ſplendido nubium globo inſiſtens ſtatua* S. Ferdinandi, *regaliter induti armatique, pro ratione altitudinis ſuæ aucta ad menſuram pedum decem cum dimidio, altera gladium tenens, coronam altera ; hanc velut acceptam cælitus, iſtum pro Deo exertum. Et quoniam Baſilicæ fornix non exiguo adhuc omnia tranſcendebat intervallo, ſpatium fuit componendo deſuper inſigni cælo, in quo tremendum* Jehovæ *nomen circumdabant Seraphini ; præter Angelos, qui velut ex aëre lapſi novo Cæliti videbantur in occurſum advolare, tanto artificio compoſitis omnibus, ut non ſuſpenſa de fornice, ſed librata in aëre per ſe conſiſtere viderentur, totamque machinam deſuper operire. Alia plura,*

B *velut in cælum tendens.*

*quæ verbis deſcribere modo non vacat, ejuſdem machinæ ornamenta, facile docebit ſculpta hic tabula, minori mole, elegantia majori, opus ipſum ſicut ſtetit exprimens ; niſi quod ſculptori licere volui, ut corrigeret defectum paſſim notatum à peritis, cum res ſtaret, judicantibus altius à pavimento eccleſiæ attolli debuiſſe machinam : quod hic factum, excitato graduum aliquot ſuggeſtu, per quem aſcendatur ad illud quaſi templum : cujus etiam ſtructura, quoad primum ordinem porticuum juſto humilior viſa, hic cernitur aliquanto elatior : atque ita moles reliqua ad decem pedes noſtra in tabula aſſurgit altius : quia cum eadem moles iterum erigenda erit (quod fiet fortaſſis olim) curandum intelligo, ut ſpectantium oculis ea quam periti requirunt ſatisfactio detur, ſitque opus omni ex parte abſolutum.*

*Ornatus interior portæ principalis,*

91 *Iſtis circumcirca ex omni latere diligenter conſideratis ſi ſpectator, rurſus ante præmemoratam in media navi machinam conſtitutus, ſeſe convertebat, & ad principem templi portam, qua fuerat ingreſſus, reflectebat oculos ; objiciebatur ex adverſo theatralis apparatus in hic appoſita num 2 imagine expreſſus, & capitella majorum columnarum altitudine excedens, ea forma, ut alte ſupra*

C *portam eminerent, Vexillum regium, Gladius, & Scutum ſub magnifica umbella, ſupravolitante lemniſco, cui inſcripta legebantur iſta Pſalmorum Davidicorum verba,* Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo : ego deſpiciam inimicos meos. *Hanc Sancto Regi fuiſſe familiarem teſſeram haud temere divinavit P. Ioannes de Pineda in ſuo Memoriali ; argumento ſumpto ex litteris, perquam barbarice ac vitioſe, pro ſeculi illius ruditate, ſculptis circum labrum ſcyphi aurei, qui ab illo Hiſpalenſi eccleſiæ donatus inter Reliquias conſervatur ; prædictaque verba ſic notata exhibet:* DOMINVS. DOMINVS. MICHI. AIVTOR. ET. NON. TIMEV. KID. FACIAD. MICHI. OMV. ECHV. DESPICIAM. ENEMICOS. MEOS. *Vtriuſque lateris argumenta licebat partim ex pictura colligere, partim intelligere ex adjunctis lemmatis. Spectabatur enim hinc quidem* Rex Sanctus, *filium ſuum Philippum inſtituens Archiepiſcopum Hiſpalenſem ; inde* Fama, *buccinans magnalia Metropolitanæ Eccleſiæ, ab eodem fundatæ ; dum hic legebatur ex Martiale Poëta hemiſtichium tale,* Unum præ cunctis fama loquatur opus ; *inde ex c.* 48 *Geneſeos,* Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio. *Superne vero totum utrimq ; opus abſolvebant emblematicæ expreſſiones elegantes duæ ; ſic ut in earum una oſtentarent ſe gemina brachia, Chriſtianum Mauricumque vexillum*

*ac laterum ejus.*


*protendentia, quorum hoc ex inimicis relatum carebat* D
*litteris teſſerariis S. P. Q. R. quas ex barbarorum mente legere oportuiſſet, SARACENORVM POPVLO QVIS RESISTET ? tranſlata autem in vexillum Chriſtianum, reſpondere videntur, SANCTVS PIVSQVE REX. Ex adverſo autem repræſentantur gemina dextera, armata una, altera oculum in palma gerens, alata utraque : quibus doceatur Rex, velut ambidexter, ſuis in actionibus fortitudini prudentiam, & utrique exequendi operis celeritatem junxiſſe.*


92 *Placeat nunc mente ſequi circumiturum lateralia ampliſſimi templi Sacella ; in quibus adornandis, ſerica veſte & ſupellectile argentea, ſic laboravit patronorum cuſtodumque zelus, ut non ſit permiſſus evagari ad nova in iis opera fabricanda ; ne ſcilicet unus alteri impedimento foret, ipſiſque principalioribus operibus, in tanta angultia temporis, ſubtraheretur numerus neceſſarius fabrorum.* *Delibato ſtrictim ornatu Sacellorum lateralium.*
*Vnum novum & omnibus commune fuit ac ſatis mirum, quod pratenſa ſingulis ſacellis crates potuerunt ſimul omnes novo auro obduci ; alterum æque gratum oculis ſpectaculum faciebant parietes, periſtromatis ſericeis vario colore varioque ingenio veſtiti ubique. Sacellorum autem ſingulorum propria & particularia decora ſtrictim percurrit liber Feſtorum : ſed ea, cum ſint perpetua, & videri quotidie poſſint, nihil attinet proſequi cum eodem : nec enim intendimus deſcribere minutim omnes auguſtiſſimæ Baſilicæ partes. Ergo ſilentio præteritis viginti duobus lateralibus verſus Auſtrum altaribus, intra non multo pauciora Sacella ; præterita etiam commemoratione inſignium ædificiorum, ejuſdem meridionalis lateris cornu extrinſecus circumeuntium, ad quæ ab eccleſia patent portæ, opere tam eleganti elaborata, ut nihil iis debuerit potueritve ad ornatum addi ; ut ſunt Ærarium, vulgo Contaduria major ; Anticapitulum ; Capitulum, centum triginta quinque pedes circumferentia ſua ovali complexum (quæ omnia eleganter deſcribit liber Feſtorum)* *& ædificiorum eccleſiæ adhærentium.*
*prætereris, inquam, iſtis univerſis, lectori æſtimandum relinquo tantorum operum interiorem venuſtatem, ab exteriori forma, quam ſic exhibeo in tabella, ut eidem ex parte adjunctum voluerim conſpectum lateris Borealis ; quatenus poſt turrim videri poteſt hemicyclus dimidius capellæ Regiæ, & initium Atrii ſive Clauſtri, cui adhæret latus Orientale ipſius turris, extimum eccleſiæ ad Euro-boream angulum angulo ſuo contrario attingentis.*


93 *Tali modo compendium faciens temporis, recta te ſiſto ante ipſam capellam Regiam, quæ media navi pro capite ſeu parte ſuprema crucis eſt. Etenim in hoc ſacello,* *exhibetur Sacellum Regium.*
*ad initium graduum verſus altare ducentium, conſiſtit Sancti Regis monumentum, cum altari ejuſdem ; & in ara majori imago Deiparæ, quæ ſibi à Regibus nomen vindicat Hujus primarii Sacelli parietes, quamvis eos tantopere ars excoluerit opere architectonico & ſculptorio vario, ut dubitatum diu fuerit, eſſetne futurum ſatis ex decore, ſi periſtromatis, quantumcumque auro & ſerico pretioſis, conveſtirentur ; quia tamen nova feſtivitas novum videbatur apparatum exigere, placuit cuſtodiæ illius præfectis Presbyteris, tam pilas quibus epiſtylium ſuſtinetur, altas triginta pedes, latas quatuor, quam interceptum pilis ſpatium, contegere inſigni unius formæ peripetaſmate, ad hunc finem confecto ex panno rubro, partim damaſceno, partim holoſerico villoſo, perpendiculariter atque alternis ducto à ſummo deorſum, caſtelliſque & Leonibus effigiato, quemadmodum tabula inter quatuor conjunctas tertia ſpectandum dat. Porro ne ignorares, quorum ſtudio ſumptuque curata fuerit res tota, ſolum opus erat legere dedicatorium titulum, ſeſquipedalibus aurei fulgoris litteris, epiſtylii circumeuntis fundo inſcriptum, in hanc ſententiam :* Caſtellæ & Legionis Divo Ferdinando Regi, nomine Tertio, pietate Primo, virtute bellica nulli ſecundo ; Majorum gloriam, Maurorum copias, fama, potentia


*novo peripetaſmate veſtitum.*


*à Cuſtodia ejus præfectis Presbyteris.*



20
19
6
7
8
9
18
10
5
4
17
11
3
12
16
2
15
14
1
13
20 40 60 80 100 120 140 160 180 200 220 240 260 280 290



S.F.
R.
III
F
DOTIBI
PARTEM
VNVM
PROCVNC
TES
PORTA MAIOR
ex adverso Triumphi
Gasp. Bouttats Fecit.






STAT IN DOMO DO:
MINE.
IN ATRIJS DOMVS DEI
Psal. 134.
Gaspr: Boutats. fecit


Gaspr: Boutats. fecit


SEPTEM
TRIO.
MERIDIES
Gaspr: Boutats. fecit

A tentia ſuperanti ; juſtitia dum vixit , corpore poſt mortem , integerrimo ; ſacri corporis in Regio ſacello Presbyteri Cuſtodes , nuper inter Cælites accenſo , bene merenti Patrono ; ex clientelæ munere , ex gratitudinis debito , hanc pompam geſtientes erexerunt. *Ingredientibus autem utroque ex latere ſpectandus exhibebatur* Rex Sanctus , *ſub papilione ſuo ; hinc quidem genibus flexis & junctis manibus orans , interim dum in aëre offertur ſibi ſpectanda civitas , & Angelus eo tendere jubens , quod inferius ſcripta verba ſic explicabant :* Ecce Dominus miſit Angelum ſuum , & præparavit viam ante faciem meam, *Malach. 3. Inde vero dormiens intuenſque Deiparam , exhortantem ad opus tam glorioſum , cum hoc lemmate* : Mitte illam de cælis ſanctis tuis , & à ſede magnitudinis tuæ , ut mecum ſit & mecum laboret, *Sap. 9. Vlterius vero , repræſentabantur Regis Caroli atque Reginæ Matris ad vivum expreſſæ imagines genuflexæ , ſub Regio utrimque baldachino : ut qui perſonaliter adeſſe feſtivitati non poterant , eidem perpetuo aſſiſterent in effigie ſua.*

*& ſpectacula lateralia :*

94 *Hinc per navim eccleſiæ Borealem, ubi totidem quot ſupra ſacella ſimiliterque apparata erant , progredi licebat uſq; ad ſacellum Baptiſterii, cujus labro ex jaſpide octogono circumducta erat nova totidem laterum atq; columnarum machina , quæ ſurſum in modum pyramidis aſſurgens , tanta arborum florumque & fructuum omnigenorum diſtinguebatur varietate , ut forma quædam extemporalis Paradiſi in ea exprimi videretur ; præter argumentum quidem præſentis feſti , ſed non præter exigentiam loci , in quo recuperatur per ſanctum lavacrum gratia amiſſa in Paradiſo terreſtri. Secundum hoc ſacellum , per elegantiſſimam ex marmore portam, ingreſſus dabatur in Sacrarium, in eadem cum templi frontiſpicio linea lateraliter procurrens , ſicut utrumque exhibet infrapoſita tabula. Ejus interiorem fabricam ac formam multis deſcribit liber Feſtorum : quo lectorem remittens , & quatuor utroque ex latere ipſius poſita altaria pertranſiens , ſiſto eum ante primarium ipſius Sanctiſſimi Sacramenti ſacellum , ſub eleganti tholo pedes omnino triginta tres latum , profundum viginti quatuor. Hujus latera veluti ſtipatores hinc inde prætexebant bicipites Aquilæ , uſque ad pedes ſexaginta elevatæ cum ſuis baſibus ; plumas habentes argenteis varii operis ſcutulis juſta cum proportione contextas , capita coronis aureis inſignia , ungues quoque & roſtra inaurata.*

B *Ornatus fontis Baptiſmalis,*

*atque Sacrarii,*

95 *Altare, præſtructum altari ordinario S. Clementis, licet ſpecioſiſſimo (in quo ipſum Sanctiſſimum , ad ægros efferendum aut communicantibus diſtribuendum , ſervatur) quale in quarta imagine cernis , altum pedes centum , ſic erat conformatum , ut media tabula locum teneat duorum utrimque arcuum porticus , ad modum perſpectivæ ; quam inter ſolo tenus demiſſa nubes , hinc* S. Clementem *in ſublimi conſidentem habent , manuque monſtrantem viam Hiſpalim verſus , cujus mœnia ac turres , poſt longa camporum ſpatia eminus videbantur repræſentari ; inde* Ferdinandum , *Fide Sacramenti ſanctiſſimi comitatum , per nubes eaſdem in terras, delapſum & velut iter Hiſpalim verſus ineuntem , applaudentibus deſuper ſceptrumque ac coronam ferentibus de cælo Angelis ; cui repræſentationi ſubjectus limbus ex Apoſtolo Iacobo ſic loquebatur :* Vides quoniam Fides cooperabatur operibus illius , & ex operibus Fides conſummata eſt. *Columnarum utrimque fundamentum ample patens , hinc dormientem ſub papilione* Regem *habebat , apparente eidem* Deipara , *ac velut dicente id quod interpilaris Angelus alte efforebat ſupra caput ſcriptum , ex libro Geneſeos ,* Terram in qua dormis tibi dabo & ſemini tuo ; *inde coram apparente* S. Iſidoro *exhibebat genuflexum eumdem* Regem , *& alius ſuperſtans interpilaris Angelus , ſimili ex ſcuto faciebat huic illum dicere iſtud Pſalmi* XXXIV , Reſtitue animam meam à malignitate eorum , *intelligendo Hiſpalenſem civitatem , à Mahometica ſpurcitia expurgandam & Catholicæ fidei reddendam. Deſuper ſub coronide prominebat , & late legebatur hic titulus :* Clementis aſpirantis auſpicio , ob ſanctam , acto de barbaris triumpho , reducem à cælo Fidem , claris quæ infecerat Arabs primævæ gloriæ ſubſelliis , almæ Hiſpalenſi Sedi in potenti brachio redditam , cultus benemerenti , acerrimo Chriſti athletæ, Ferdinando tertio , Caſtellæ ac Legionis Regi ſanctiſſimo, fortiſſimo, feliciſſimo, Patrono Bæticæ , ſacer ſplendidus ordo Hiſpalenſium, quem in auguſtiſſima Euchariſtia ſibi pro colendo fidei myſterio Deus-homo delegit , curam ſumptus addixit. *Opus porro totum deſuper coronabat* Victoria , *ex armis vexilliſque barbaricis confecto throno inſidens , & ſupremum fornicis arcum ſuo pene capite contingens , cum hoc lemmate ex Epiſtola* I *Ioannis* , Hæc eſt victoria , quæ vincit mundum , Fides noſtra : *cujus totius operis elegantiam ut ipſis oculis metiri poſſes, ſpeciem etiam ejus curavi ari incidendam.*

C *novo altari inſtructi,*

*ubi repræſentatur Sanctus Hiſpalim tendens,*

EX VARIIS A. D. P.

*Deiparæ & S. Clementis promiſſi fretus:*

96 *Sacrarium hoc communiter obtinent prænobiles Confraternitates duæ, altera ad ſanctiſſimi Sacramenti honorem promovendum , altera ad procurandum purgandis poſt obitum animabus auxilium inſtituta ; unde partitam etiam inter ſe habent lateralium , quæ dixi , ſacellorum cuſtodiam. Hac tamen vice Sodalitas ſecunda , totam totius Sacrarii ornandi curam priori relinquens , velut ipſi ex titulo ſuo magis propriam ; excolendum ſibi ſumpſit Atrium ſive Clauſtrum : quod quia lateri ipſius Sacrarii inhæret,* Clauſtrum Sacrarii *appellant aliqui ; ſed magis ordinarie vocatur* Clauſtrum Naranjorum, *id eſt arborum mala aurea ferentium, ab earumdem media in area conſitarum inſigni annoſaque proceritate ; Maurorum opus, & nunc quidem longius multo quam latius , utpote ſecundum latitudinem Sacrarii tanta procurrens longitudine , quantam habet boreale latus templi uſque ad turrim , ad cujus (ut dixi) occidentale latus pertingit. Videtur olim ipſa turris tenuiſſe medium lateris Orientalis locum ; donec laxandis novi templi ſpatiis dejectum eſt totum. latus Meridionale , cum parte fortaſſis tertia laterum Orientem atque Occidentem ſpectantium. Ex quibus rurſus ſublata eſt pars reliqua Occidentalis , illi quod dixi Sacrario ſtruendo locum factura : ſupereſt ergo ex veteri fabrica lateris Orientalis pars una arcuum ſeptem , & totum fere latus Boreale , quod cum integrum ſtaret ſcribente Morgado arcuum fuerat quindecim , nunc uno alterove brevius invenitur , quadamtenus aptatum in Veſtiarium alioſque uſus adhærentis ſibi Sacrarii. Hoc Atrium , quocumque ex latere ingredi velles, ingrediebaris per arcuatam inſigniter operis triumphalis portam, cujus utrimque procurrentes alæ , prætendebantur porticubus illis vetuſtis , quodque utrimque à media porta reſtabat ſpatium, erat pro longitudinis ſuæ ratione diviſum pluribus paucioribuſve pilis, peribolum ſupremum ſuſtinentibus , & continuabatur uſque ad communem reflexionis angulum ; ſic ut unum latus intuens, omnia te videre poſſis credere , modo velis concipere alterius atque alterius argumenti , unum tamen ſcopum ſpectantis , fuiſſe picturas figuraſque , quibus portarum ſingularum machinæ decorabantur. Singula interpilaria (quæ debuiſſent impleri duplici ſerie circumeuntium picturarum , ſi tempus tam multis faciendis fuiſſet) hiſtoriatis multiplicis argumenti tapetiis prætexebantur, quemadmodum vides ea in tabella , quæ infima eſt trium, una in pagina mox exhibendarum.*

E *Clauſtrum ſeu Atrium vetus adhærens lateraliter templo*

F

97 *Ejuſdem etiam quam dixi Sodalitatis Animarum alterum fuit inventum , ſupra prægrandem fontem , qui centrum Atrii totius occupat ad omnẽ eccleſiæ uſum opportunus,*

XVARIIS A.D.P.

tunus, erigere ex truncis arborum caudicibus montem sublimem, ad cujus summitatem ducere videbatur semita, spiraliter per clivum illius ascendens; sumpto initio ab ejusdem operis porta, cui insidebat venustissima vernantis speciei Nympha, Naturam exprimens; & quem tenebat recens natum Sanctum tradens alteri splendidissimæ matronæ, Gratiam divinam repræsentanti, ad summum scilicet virtutum culmen per omnes ætatum gradus provehendum. Succedebant enim, quæ ex ordine illum susciperent, primum Virtutes Theologicæ tres, tum Morales quatuor, insigni vestium & symbolorum cuique propriorum ornatu conspicuæ; donec tandem perveniebatur ad fastigium montis, ubi inter nubes erectus super quatuor columnas thronus, supremam Dei Majestatem, Angelorum choris vinctam, sustinebat, atque ante eam genuflexum Sanctum, eo in habitu, quem prædicta Virtutes texuisse videbantur ex colore cuique proprio. Hac machina præterita, veniebatur ad portam in templum ducentem: cui præstructum arcum placet explicare paulo diffusius, ut inde de tribus aliis ceterorum laterum portis similibus conjectura formetur. Supra ipsam ergo portam templi, stabat, subvectus Angelicis humeris inter nubes, Sanctus, altera gladium, altera crucem ferens, cum hoc lemmate: Domuit orbem & ferro & ligno. Ab hoc principio, desuper sese explicans atque paulatim latior arcus trifariam dividebatur, pendente ex ipsa ejus clavi columba, Spiritu scilicet sancto; Doni septemplicis auctore: quæ quidem Dona repræsentabantur figuris muliebribus septem, in ipsius curvaturæ fundo spatioso depictis.

*Mons in ejus centro supra fontem elegantèr erectus,*

*& portæ sibi invicem in quadrum oppositæ,*

B

98 Utrimque sub epistylio explicata latera totius operis, bifariam dividebantur singula; intraque columnas vel pilas angulares, picturis quatuor ornabantur; quarum in dextro latere extima Berengariam faciebat, regio insidentem throno, detractum capiti suo coronam imponere filio, ad genua flexo, cum lemmate subjecto: Videte Regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua. Interior pictura habebat Sanctum Regem, cum suo exercitu explicato per campum, Angelumque velut obumbrantem omnia, quibus subscriptum erat, Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum. A sinistris interior portæque ipsi vicinior tabula, ostendebat gentem Mauricam muliebri schemate, ad genua Sancti in throno sedentis, accipientem de manibus ejus librum Christianæ legis, ad quod declarandum subdebatur: Ego autem constitutus sum Rex ab eo, prædicans præceptum ejus. Ultimo denique exprimebatur idem Sanctus, Maurorum Hispalensem basilicam Deo atque Deiparæ consecrari faciens; qua propter etiam subscribebatur. Ecce plus quam Salomon hic. Singulis autem picturis suppositi Hispana lingua rhythmi, singulas sententias explicabant diffusim: & quod subtus erat spatii, inter columnarum bases, occupabant quatuor paria virgunclarum insignium, per adjuncta sibi symbola lemmataque Beatitudines octo Euangelicas repræsentare à pictore jussa. Quin etiam ipsarum basium lateribus singulis emblemata varia inscribebantur, quæ minutim possunt digesta videri in libro Festorum. Ibidem legere etiam poteris, quibus in locis transitura pompa processionali erecti fuerint arcus triumphales, quove argumento; quæ & quam sumptuosa per plateas altaria; quot theatra choreis festivis exercendis; quanta opulentia expositorum ubique peristromatum & picturarum. Opus enim est ut librum ipsum festorum adeas, quando hæc nostra summaria delibatio capitum præcipuorum modum jam excessit historici commentarii: cui propositum antiqua potius revocare in lucem, quam recentioris memoriæ acta exornare scribendo.

*quarum excipiatur una, per quam erat ingressus in templum,*

C

*ejusque ex latere utroque pictura.*

*Alibi legendavaria per urbem theatra & arcus.*

D

## CAPUT VIII.

### Festum solenniſſime celebratum: admiranda quædam ipsum comitata aut secuta. Officium Proprium impetratum.

99 *His aliisque præparatis*

IPsum festum quod attinet, narrat porro de eo Zuniga, qualiter sabbato Dominicam Trinitatis præcedente, quæ tum cadebat in XXIV Maji, & fuerat nova festivitati, semel dumtaxat agenda, destinata: inter utrumque Chorum, id est, in ipso templi mediæ navis utrimque cruciformiter excurrentis umbilico, steterit Sancti Regis statua, sculpta opere accelerato eleganterque inaurata, qualis erat sequenti die in processione deferenda. Deinde exponit causam, cur non nisi decimo ante illam die decreta supplicatio fuerit, metuentibus aliquibus, ut id per leges Romanas liceret; asserit nihilominus tam copiosum splendidumque fuisse domorum, plateārum, vicorum ornatum; ac si neque potiorem partem artificum occupatam habuisset Metropolitana ecclesia, & à longo tempore præparare omnia per otium licuisset. Tandem vero, prætermissis solennibus novæ festivitatis officiis, quæ totam Dominicam Trinitatis occupatam habuerunt, perduxeruntque longe ultra meridiem; aggreditur vespertinæ processionis, diem claudentis, modum ordinemque describere; in multis similem ei, qui fuit servatus in translatione anni MDLXXIX, & qualem quotannis videre est in festo corporis Christi; nisi quod hujus loco gestabantur Vexillum & Gladius Sancti Regis.

*instituitur Dominica Trinitatis Processio,*

E

100 Vexillum inter Præbendatos Capituli portabatur, à D. Lupo de Mendoza, Locumtenente Prætoris majoris Ducis de Alcalà, Equite habitus de Calatráva, stipantibus eum filio ejus D. Ioanne de Mendoza & genero D. Ioſepho de Grena. Inter ipsos Capitulares, Hispalensis Assistens D. Comes de Lences, Petrus de Villéla, ferebat Gladium ejusdem Regis, non tamen ab aliquo Sacerdotum digniorum deductus, quod ei tamquam Reliquiæ nunc debebatur, sed secundum antiquum morem in die S. Clementis solitum usurpari. Assistentem sequebatur secundus ordo musicorum, ambulans ante tabernaculum portatile perquam illustre, sub quo deferebatur venerabilis omnibus S. Ferdinandi imago, stipata speciosо satellitio Fratrum Societatis S. Matthæi atque Sartorum. Succedebat Regia umbella (Pallium vocant) decem argenteis hastilibus elata à totidem Rectoribus civitatis, ex Viginti-quatuor-virùm numero sumptis. Tum procedebat reliqua pars Capituli, & prælucentibus Isidoriani seminarii Collegialibus, Regina Regum, in suo feretro argenteo, sub umbella, circum sonante tertio musicorum choro; atque post illam Archiepiscopus, assistentibus sibi ex Capitulo Diaconis quatuor, cum suis domesticis: agmen autem claudebat Tribunal S. Inquisitionis, cum suis Familiaribus & Ministris; & Capitulum Rectorum Urbis, etiam cum suis. Atque ita ducta processio, cum esset egressa per portam S. Michaelis, quæ est in frontispicio ad latus dexterum portæ majoris; ingressa est per portam turris, quæ consistit in latere etiam dextro capellæ Regiæ, totamque illius Vesperæ periodum occupans clausit diem XXIV Maji, quo nullum lætiorem unquam habuit Hispalis, ab annis CCCCXXII, mensibus V, & diebus III, quando primum, XXIII Decembris anni MCCXLVIII, victor urbem ingressus est Ferdinandus.

*cum Vexillo & Gladio Sancti,*

*optimo ordine ducta per urbem,*

101 Sequenti die sic est continuata festivitas, ut ne indultæ facultatis pro una solum die limites transirentur, cantatum fuerit Sacrum de sanctissi-

*& porro continuatur festivitas.*

ma

A ma Trinitate, cum conſueta ad gratias agendas Oratione. Feria IV factum de currenti tunc feſto S. Joannis Papæ & Martyris, cum Collectis in gratiarum actionem. Feria V, die XXVIII Maji, ad feſtum Corporis Chriſti agendum ſubſervivit quidquid plateas ornaverat Dominica præcedenti; ipſumque Sanctiſſimum poſitum fuit intra ſuum tabernaculum, collocatum in illa triumphalis machinæ centrali baſi, ſupra quam antea viſus fuerat ante Eccleſiam genuflexus Ferdinandus. Cum vero in proximam ab ipſo feſto diem etiam cadeterat minus ſperari, quam factum videmus, ut inter plures quam ſexcentos tum fabros tum fabrorum magiſtros, diviſis inter ſe operis in capellis, in ſacrario, in turri, in clauſtro, in ipſoque eccleſiæ vaſtiſſimæ corpore laborantes, nemo aliquid ſibi deeſſe quereretur, nemo alterum interturbaret, nemini moleſtiæ quidquam infortuniive obveniret, quamvis contingeret plus quam ſemel nunc ſcalas, nunc alias res varias de ſummo labi inter ſubtus operantes, cum admiratione eorum omnium, quos caſus opprimere aut graviter ſaltem potuiſſet offendere? Quid quod ex menſa Capitulari præbita ſint in iſtarum feſtivitatum apparatum pluſquam quinquaginta millia ducatorum de redditibus anni currentis; & tamen in ſubducendis rationibus inventum eſt, id quod Præbendatis ſuperavit, in duplum excedere ſummas annorum præcedentium, admirantibus Capitularibus, idque adſcribentibus indubitabili ſancti Regis miraculo? Pauca tamen alterius generis accipe. EXVARII A.D.F

*ipſam feſti vitatem comitata;*

*eum Octava Corporis Chriſti.*

rent ſolennes Veſperæ S. Ferdinandi, natalem ejus diem inchoantes cum Indulgentia plenaria, quam uſque ad ſecundas Veſperas duraturam conceſſerat Pontifex, per Breve expeditum XXVIII Februarii; & totâ deinceps Octavâ permanerent iidem qui antea apparatus; videbatur divina Majeſtas rem ita ordinaſſe, ut honoribus ſuis admiſcerentur hujus ſui ſervi honores, qui ſemper illi myſterio cultum præcipuum detulerat. Denique ipſa octava die & V Junii, Venerabilis Sacramenti Confraternitas in Sacrario, ſic ut vidimus apparato, feſtum Sancti proprio nomine inſtauravit:

B quod deinde per omnes urbis conventus atque eccleſias ſingulariter factitatum, cum quanto maximo ſingulæ potuerunt ſplendore.

*Deputati Capitulares pro cultu S. Ferdinandi,*

102 *Hactenus Annales Zunigæ nos deducunt, quibus una cum ſæpius nominato libro Feſtorum uti quod potuerim, debeo diligentiæ admodum R.P. Balthaſaris Egues, tunc cum hæc primum moliri cœpiſſem Præpoſiti Domus Profeſſæ Hiſpalenſis, deinde Provincialis Bæticæ, nunc vero vita functi: cujus deinde ſuggeſtione factum eſt, ut Reverendiſſimum Capitulum, accepta notitia operis noſtri meæque ſolicitudinis, ut Tractatus hic, ad ſancti ſui Fundatoris honorem, evaderet undequaque inſtructiſſimus, mora longioris impatiens quo expectandus cum ultimo Maji Tomo credebatur, peteret urgeretque anticipatam editionem, quæ ſecuturo ac porro ulterius perficiendo operi majori præluderet. Habet Capitulum iſtud, uti ſupra num.* 81 *dixiſſe memini, delectos è ſuo corpore viros, quibus peculiariter commendata eſt cura omnium, ad cultum venerationemque ſancti Regis pertinentium, ſub appellatione Deputationis. Cum ergo deſiderio prædicto prompte annuiſſem, & in promiſſi executionem intento nonnulla haud levis momenti dubia occurriſſent, quorum ſolutionem vix aut ne vix quidem ſperare à propria induſtria poteram; Deputatio prædicta, conatus meos accurationemque pro veritate indaganda vehementer commendans, &*

C *quidquid ad eos promovendos à ſe conferri poſſet liberaliter pollicens, magna cum promptitudine miſit Feſtorum librum: deinde retuli ab iiſdem congruum ad ſingula quæſita reſponſum, ſtudioſè digeſtum à* D. Franciſco Ponce de Leòn, *Canonico & Archidiacono Hiſpalenſi, ipſiuſque Deputationis nunc Præſide. Punctum reſponſi illius ultimum ad quæſtionem hanc meam*, num quæ miracula comitata ſecutave eſſent feſtivitatem, *placet Latinum facere*

*de noviſſimis miraculis interrogati,*

103 Si miracula requirantur, quodnam haberi poteſt majus admirabili illa incorruptione corporis, à viſitatione anni MDCXXXIV, uſque ad eam cui ipſi præſentes interfuimus, ne hilum quidem alterati; prout ex eorum, qui utrique adfuerunt, medicorum collatis inter ſe depoſitionibus liquet? Quid mirabilius, quam quod concurrentibus ad hæc feſta plus quam quinquaginta millibus hominum, in civitatem adeo populoſam, ali omnes ſimul potuerint, abſque eo quod annonæ pretium ſaltem uno teruncio augeretur, vel inter cives externoſque minima oriretur diſcordia, vel furta, rapinæ, factiones, in urbe audirentur: ſed inter omnes pax & quies vigeret, condita guſtu ſuaviſſimæ & inuſitatæ devotionis? Quid humanitus po-

*præmittunt varia admiranda*

104 Michaëla Maria, in ſua declaratione dixit, quod cum anno MDCLXX laboraret catarrho, quando ſolum erat decem vel undecim annorum; ſuique parentes animadverterent ipſam plane deficere; advocarunt quemdam ſui vici chirurgum: qui ea viſa quater aperiendam brachiorum venam cenſuit & ſanguinem minuendum: ultima autem vice contracta fuit: brachiiſque ac manibus velut arthritide occupatis, manſit paralytica. Mater ergo accerſivit Doctorem Petrum Perez, medicum & chirurgum Hiſpalenſem; ſed hic ea viſa pronuntiavit, nullum niſi à cælo ſperandum remedium, juſſitque ut extremis Sacramentis muniretur. Paulo poſt repere cœpit puella in latus, manibus ac pedibus nitens: ut autem ad ſolarium aſcendere vel ex eo deſcendere poſſet, auxilio patris matriſque egebat, quæ ex hoc labore aliquando etiam abortivit. Accidit autem ut anno illo appelleret Breve ſuæ Sanctitatis de novo cultu S. Ferdinandi; quod intelligens mater, & audiens quanta cum feſtivitate ageretur in eccleſia Metropolitana feſtum, eo ſe contulit, ut filiam paralyticam Deo Sanctoque commendaret; eodemque tempore pater ſuus eam in ſolarium tulit, ut videret turrim vexillis aplu-ſtribuſque feſtive ornatam, & audiret luſum campanarium. Ad primum autem illius auditum tantâ lætitiâ perfuſa fuit, ut exclamaret dicens: Sancte mi, volo ſaltare in tua hac celebritate: obſecro ut ad hoc mihi ſalutem largiaris. Eodem vero momento erexit ſeſe quæ inclinata repebat, cœpitque ambulare & ſaltare, magna voce collaudans Sanctum: & pater qui præſens aderat, tanto obſtupefactus prodigio, non poterat lacrymas continere. Ex eo tempore numquam neceſſe habuit reptare: ſed, licet cum aliqua difficultate ambularet, pedes nonnihil diſtortos ducens propter nimiam corporis debilitatem, de die tamen in diem proficiebat: ſemperque robuſtior cœpit domeſticis laboribus manum, quæcumque ſe dabat occaſio, admovere abſque ullo impedimento: tertioque aut quarto poſt anno nuptui tradita tres filios peperit: eſtque ſucceſſus iſte toto illo, vico notiſſimus inter vicinos, qui eam contractam paralyticamque viderunt, & modo non alio appellant nomine, quam Miraculum Sancti. Hodie vero, id eſt anno MDCLXXXI, agit annum circiter vigeſimum primum ætatis, eſtque res publica & notoria. *deinde teſtantur* E *de paralytica deſperata* F *ad primum feſtivæ campanæ pulſum ſanata:*

*deque puella, quæ ſtatuam Sancti inaurarevit,*

105 D. Luiza Raphaëla, nunc conjugata, dicit quod cum puella eſſet annorum ſedecim circiter aut ſeptemdecim, in domo patris ſui Joannis Baldèz pictoris inſignis, adducta fuit ſtatua S. Ferdinandi collocanda in eccleſia Metropolitana, atque inde proceſſionaliter circumferenda, eo fine ut inaurare-

tur;

AXVARIIS A.D.P. tur;&,quod carnis colorem in vultu ac manibus referre debebat, pingeretur. Illa autem, ſciens quod pater ſuus huic rei vacare non poterat, multimodis impeditus circa opera in eccleſia & circum eccleſiam facienda; & ſuppetere neminem qui opus faceret; licet magnis febribus tertianis teneretur, obtulit tamen manus ſuas ad utrumque laborem, ſi ſanitatem ſibi largiretur Sanctus; & addidit, quod curaret Miſſam unam dicendam ante ſuum corpus. Nec mora; cœpit commendatum ſibi incarnationis atque inaurationis opus quam optime poterat executioni mandare; & numquam ei febris rediit. Fuitque miraculi inſtar, quod, propter brevitatem temporis in ſuo opere uſque in mediam noctem pervigilans, antea infirma puella, nihil incommodi ſenſerit, ſed evaſerit ſemper exinde robuſtior: quod idem confirmant teſtimonio ſuo tam ejus parentes quam domeſtici.

*à febribus curata.*

*Officium decernitur ſub præcepto discendum,*

B

106 *Iſtis aliiſque divinæ beneficentiæ effectis, dum Hiſpali magis magiſque firmatur concepta erga* Sanctum *fiducia*; *Romæ* Clemens Papa X. *idem qui feſtum ſub ritu Duplici* in omnibus regnis Hiſpaniarum & ditionibus Regi Catholico ſubjectis *celebrari permiſerat anno* MDCLXXI, *ſicut vidimus*; *iterum* ſub die XVI Auguſti MDCLXXIII, de conſilio Eminentiſſimorum ac Reverendiſſimorum DD. Cardinalium, ſacrorum Rituum Congregationi præpoſitorum, habitæ die XII ejuſdem menſis & anni, conceſſit & per litteras in formâ Brevis expediri mandavit, ut in poſterum de præcepto ſub ritu Duplicis ſervari & celebrari deberet feſtum prædicti Regis, cum Lectionibus propriis, ab eadem Congregatione Rituum approbandis. *Denique* ad reiteratas preces Majeſtatis Catholicæ, per Eminentiſſ. & Reverendiſſ. D. Cardinalem Nithardum, ſuum Oratorem ordinarium, porrectas eidem Sanctiſſimo, & per eumdem ad ſacrorum Rituum Congregationem remiſſas, eadem *Congregatio* ſupraſcriptas Lectiones pro ſecundo Nocturno cum Oratione, ut jacent, diligenter reviſas & relatas ab Eminentiſſ. & Reverendiſſ. D. Card. Porto-carréro, Comprotectore Hiſpaniæ, approbavit ac recitari & imprimi poſſe conceſſit, die XVIII Maji MDCLXXV. *Ea ut aliis quoque extra Hiſpanicas ditiones regnis provinciiſque innoteſcant, placet hic ſubjungere.* Oratio *autem talis eſt.* Deus qui beato Confeſſori tuo Ferdinando præliari prælia tua, & fidei inimicos ſuperare dediſti: concede, ut ejus nos interceſſione muniti ab hoſtibus mentis & corporis liberemur.

*& Lectiones propriæ approbantur.*

C

107 *Propriæ Lectiones hæ præſcribuntur.* IV. Ferdinandus Tertius, Caſtellæ & Legionis Rex, cui Sancti cognomentum jam inde à quatuor ſeculis Eccleſiarum & ſeculorum conſenſus dedere, tantum prudentiæ adoleſcens adhuc ſpecimen præbuit, ut Berengaria mater, Caſtellæ Regina, à qua perſancte educatus fuerat, abdicatum à ſe regnum in filium tranſtulerit. In eo, adjunctis regni curis, regiæ virtutes emicuere, magnanimitas, clementia, juſtitia, & præ ceteris Catholicæ Fidei zelus, ejuſque religioſi cultus tuendi ac propagandi ardens ſtudium. Id præſtitit in primis hæreticos inſectando, quos nullibi regnorum ſuorum conſiſtere paſſus, propriis ipſe manibus ligna comburendis damnatis ad rogum advehebat. Præſtitit inſuper in erigendis, dotandis, & conſecrandis Chriſtiano ritu Cordubenſi, Giennenſi, Hiſpalenſi, & aliarum urbium Eccleſiis, Maurico ereptarum jugo, ſimulque in inſtaurandis primariis templis, Toletano, Burgenſi, & aliis, pia & regia munificentia.

LEC. V. Inter hæc, per Caſtellæ & Legionis Regnum, in quo patri Alfonſo ſucceſſerat, collectis magnis exercitibus, annuas expeditiones contra Saracenos, Chriſtiani nominis hoſtes, ſuſcepit. In D queis, ut ſemper vinceret, præcipui exercitus fuere preces piiſſimi Regis ad Deum fuſæ; & quod ante pugnam, ut ſibi Deum propitiaret, flagris in ſe ſæviebat, atque aſpero cilicio muniebat corpus: ſicque inſignes contra ingentes Maurorum acies victorias reportavit, & plures urbes Chriſtiano cultui imperioque reſtituit: conquiſitisq; Giennii, Cordubæ, & Murtiæ Regnis, ac Granatenſi vectigali facto, ad expugnandam Hiſpalim, primariam Bæticæ urbem, hortante in viſione (ut traditum eſt) beato Iſidoro, olim illius urbis Epiſcopo, victricia ſigna tranſtulit. In ea obſidione (ut fertur) præſentem divinam opem habuit: nam ferream catenam, quæ ſuper Bætim tranſverſim extenſa, Mahometanis pro repagulo erat, coorto validiori vento, una ex navibus regiis, Regis juſſu eo delata, tanto impetu fregit, ut longius prætervecta, pontem quoque ligneum, & ſimul ſpes Maurorum abruperit, & ad deditionem coëgerit.

LECT. VI. Tot victorias beatæ Virginis Mariæ patrocinio ferebat acceptas; cujus imaginem ſecum in caſtris habens, peculiari cultu proſequebatur. E Capta Hiſpali, prima Religionis cura fuit. Nam templum Maurorum expiatum, & Chriſtianorum dedicatum ſacris, inſigni Archiepiſcopatu & honeſtiſſimo Canonicorum & Dignitatum Collegio, regia & religioſa liberalitate, exornavit: alia deinde in urbe templa & cœnobia erexit. Inter quæ pietatis officia, dum trajicere in Africam parat, Mahometanum in ea imperium everſurus, ad cæleſtem regiam vocatur. In extremo vitæ agone ſacram Euchariſtiam pro Viatico allatam, funè ad collum alligato, & humi ſtratus, cum lacrymis ubertim fuſis adorans; eaque dignis reverentiæ, humilitatis, & Catholicæ Fidei obteſtationibus accepta, obdormivit in Domino. Jacet ejus corpus, incorruptum adhuc poſt quatuor ſecula, in templo maximo Hiſpalenſi, honorificentiſſimo incluſum ſepulcro.

# APPENDIX

## DE S. CRUCE CARAVACANA, F credita tempore ſancti Regi allata.

### PRÆFATIO COLLECTORIS D. P.

*Occaſione Sancti Regis,*

*cum legiſſem Hiſtoriam Caravacanam Robleſii.*

*Cvm primum applicui animum ad Sancti Regis geſta colligenda illuſtrandaque, non ſolum Annotationibus, ut aliorum Sanctorum Acta, ſed etiam Parergis nonnullis Hiſtoricis eodem ſpectantibus; primum hunc in finem mihi ſe obtulit illud Hiſpania tota celeberrimum miraculum, quo allata fuiſſe creditur* Crux Caravacana; *& omnino operæ pretium cenſui ſtudioſius quærere,* An & quomodo ad hujus, *de quo agebam,* temporis ac Regis hiſtoriam pertineat revelatio illius ſanctæ Crucis. *Pertinere ſiquidem eo volebant omnes; & in manibus erat anno* MDCXV *impreſſa Madriti,* Hiſtoria apparitionis & miraculorum ſanctæ Crucis Caravacanæ, diviſa in libros duos, & dedicata D. Chriſtophoro de Roxas y Sandoval, Duci Uzetenſi, Regiæ Majeſtati Philippi III à cubiculis & Commendatori Carabacenſi, per Licentiatum Joannem de Robles Corvalàn, Clericum Presbyterum Carabacenſem, cum approbatione auctorum gravium, cyfrarum, characterum, teſtimoniorum, epiſtolarum, & traditionum antiquarum. *Hanc Hiſtoriam volvens & revolvens, de ſubſtantia quidem ipſius miracula cenſui ſatis*

A *ſatis certo conſtare, per Conſtantem Caravarenſium civium traditionem, jam inde ab anno* MCCCLXXV, *id eſt, à proximo poſt ſancti Regis ætatem ſeculo, publicis conſignatam inſtrumentis, & continuis deinde prodigiis ad noſtram uſque ætatem hodiedum confirmatam. Sed iſtis nihil docentibus de anno, fuiſſe eum* MCCXXXII, *non poteram credere relationibus ab Hieronymo Higuéra de Romàn acceptis; quia eum eſſe noveram inventorem fabularum infinitarum, quibus eccleſiaſticam Hiſpaniæ hiſtoriam integro jam ſeculo inquinari ſæpius dolere cogor. Ergo aliò me converti, & veterem Caravacæ inſcriptionem allegari videns, quâ annus Arabum* DXCIV *indicabatur ex interpretatione Licentiati Michaëlis de Luna, peregrinarum linguarum (ut ferebatur) ſcientiſſimi; eumdem annum reperi initium ſumere* XII Novembris *anni noſtri* MCXCVII, *finiri vero die ultimo ſequentis Octobris, intra quod tempus conceptum ac forte etiam natum* Ferdinandum *conſtabat, qui ſanctæ Crucis honorem ac fidem tantopere erat propagaturus. Id tunc tantò facilius ſivi in animum deſcendere, quanto plura occurrebant firmandæ opinioni iſti munimenta, abſque ulla repugnantia cum certioris notitiæ factis; cum è converſo multiplex illa inveniretur in figmentis Higueræ. Quia porro verebar, ne ea de tempore diſputatio lectorum alicui, pio magis quam curioſo, præberet offendiculum ſi ſola proponeretur, uti tunc factum in Parergo* I *fuerat; decrevi in fine libri argumentum iſtud prolixius extendere, traductis in linguam Latinam miraculis, quibus Crucem iſtam ſanctam, non Hiſpanis dumtaxat, ſed omnibus toto orbe Catholicis voluit commendatam Deus.*

*& de anno* 1232 *nihil fiderem Higueræ,*

*putaremque ex adſcripta hegira* 594 *tempus poſſe certius definiri;*

B

2 *Ita liber prodiit, atque ob hoc ipſum non vulgari plauſu fuit exceptus à devotis ſancto Regi, neque fraudem ſuſpicantibus eo loci, ubi tam feliciter inventus concurſus Arabicæ & Chriſtianæ Æræ, mulcebat grata novitate animum pie affectum. Verum ut fautores multos habuerit iſta definitio anni, quo Crux apparuiſſet; mihi tamen eorum gratulatio numquam potuit eximere ſcrupulum, inde natum, quod inſcriptionum Caravacanarũ characteres viderem more noſtro à ſiniſtris ad dextram duci, contra quam Arabes conſueverunt, quibus à dextra ad ſiniſtram ſcriptura retrocedit; deinde quod eorumdem characterum figura, non ſolum à paſſim notis Arabum litteris immane quantum diſcreparet, ſed etiam ab artificioſius elaboratis majuſculis, quales conſpiciuntur in illa Clavi, quam Ferdinando victori Hiſpalenſes Mauri tradiderunt. Dubio autem ſemel moto, aliæ aliæque ſupervenerunt rationes magis dubitandi de fide interpretationis ejus, qua paucas litteras, partim notas, partim peregrinas, in tam multa extenderat verba, ut, ſi ad longum quacumque lingua ſcriberentur, deberent lineas plures implere. Denique diſcere volui,*

*haud animadverti, quam non Arabica eſſet ſcriptura,*

*& quam infidus interpres Luna,*

C *quid hominis* Michaël de Luna *fuiſſet, non minus fidenter quam mirabiliter interpretatus myſterium, cujus clavis hactenus nequiviſſet in ullo notorum Alphabetorum ordine reperiri. Poteram hoc ex Robleſio didiciſſe, pag.*47 *benedicente Deum, qui ſibi* interpretem *obtuliſſet,* jam ante probatum in explicatione librorum ac laminarum Granatenſium: *harum enim impoſtura, fulmine Vaticano notata, non permiſiſſet me, ſi animum advertiſſem, diu ignorare, quam nihil fidei dandum explicationi iſti eſſet. Sed (quod ingenue fateor) explicatio, intento meo tam commoda, ſic me affecit, celeri oculo præcipua Robleſianæ hiſtoriæ puncta dumtaxat percurrentem, ut non indulſerim mihi ſpatium conſiderandi attentius præcedentes lineas, ubi figmentorum Granatenſium fit mentio. Prius autem quam relegerem in Robleſio, pridem non ſatis bene lecta, occurrit animo laudanda inferius Nicolai Antonii Hiſpanorum ſcriptorum Bibliotheca, in iiſque* Michaëlem *fore ſuſpicatus ſum. Nec vana cogitatio ea fuit, ſic enim ibi legi:* Michaël de Luna, Granatenſis, ex Arabibus converſis oriundus, hujus linguæ interpres Regius, ex Arabico Abucacini, tranſtuliſſe in linguam vernaculam videri voluit Hiſtoriam Regis Roderici & Perditionem Hiſpaniæ, tum alibi tum Cæſarauguſtæ 1603; poſteaque ſecundam partem Perditionis Hiſpanicæ, ſeu vitam Regis Jacobi Almanzoris, ex eodem Abucacino Granatæ 1610. *Exhorrui, fateor, ubi hæc legi; magis autem cum cognovi, quantam ille Michaël partem habuiſſet in Granatenſibus fictionibus; nec dubiis indiciis agnoſcens Higuéræ ſymmyſten, vel ex ipſis librorũ ſub Abucacini nomine editorũ titulis, ſero ſenſi, quod*

*nihil Higueræ melior.*

In Scyllam cecidi, cupiens vitare Charibdim.

*Auctore D. P.*

3 *Sed bene habet, quod aliſum ſemel infeliciter navigium retrahere etiam inde liceat, & curſum remetiri per hanc ſecundam ejuſdem Tractatus editionem; oſtendere etiam ipſos illos characteres, quam falſo reputatos Arabicos, tam certo eſſe poſteriores Maurorum ætate, & ex nullius noti alphabeti ideis ſumptos; ſed fabricatos ex phantaſia cerebri, vel ſtolide delirantis, vel ſtudioſe fallentis, per Latinas ut plurimum litteras, ſed ad aliquam barbariei ſpeciem diſtortas nihilque ſignificantes. Deinde cum conſideravi, quod incendium anni* MCCCXLVIII, *teſte ipſomet Robles, tantum fuerit,* ardente eccleſia & turri ſanctæ veræ-Crucis, ut effluens per portam cera, liquefacta & ardens, æquaret altitudinem dimidiæ tibiæ, flammæ autem pertingerent uſque ad ſupremum culmen ipſius turris; *facile credidi me perſuaſurum, quod omnino neceſſe fuerit, veterem omnem, ſi qua antea erat, ſculpturam aboleri, diſſilientibus maxime ſaxis ambientibus feneſtram flammas vomentem; nec non quidquid in parietibus fuit veterum picturarum tectorio gypſeo inductum: pro quibus ſubſtituta ex incolarum memoria ſculpturæ picturæve novæ, ut veræ fuerint, quoad ſubſtantiam facti ipſis repræſentati, non potuerunt tamen veræ eſſe, quoad figuram characterum. Nam hos ſi qui viderant rudi illo ſeculo, neſciverant legere, multo autem minus ex vero reformare. Placet igitur contrario quam antea ordine retractare propoſitum argumentum; & primo Caravacenſium traditionem, nullis dum fabulis inquinatam, ex ſincera veterum fide proponere; tum ſubſecuta per ſeculorum ſucceſſiones miracula, fidelium religionem ſemper vividam ſervantia; ac denique, refutatis Higuéræ Lunæque figmentis, inveſtigare veterum Chronicorum memorias circa ipſum Regem, qui in relatione* Zeyt Abuzeyt *nominatur: ſic enim haud erit difficile, venire in aliquam notitiam temporis, quo tantus favor Hiſpaniæ divinitus obtigit; eumque, haud paulo ſecurius quam antea, adſcribere ætati ſancti Regis, quamvis anno non tam præciſe ut prius determinato.*

*Eo nunc agnito,*

*ipſaq; ſcriptura poſt an.* 1448 *picta novitate,*

E

*cogor tractatum iſtū hic retractatum dare.*

## CAPUT I.

### Apparitio miraculoſa ſanctæ Crucis, deſcripta Caravacæ anno 1375; cique conſona relatio Doctoris Oncála: ex quibus veroſimiliter dicetur, ſub annum 1227 res accidiſſe.

F

4 HIſtoria hæc invenitur *apud Robles pag.* 41, *Hiſpanice ſcripta, & legitime tranſcripta anno* MDLVI, *ante fabularũ prænotatarũ fictionem; idq; ex antiquiori ecgrapho anni* MCCCCLXXX, *cujus originale vetuſtius fuiſſe anno* MCCCC, *infra docebo. Sed duorũ Notariorũ, conſequenter id agentium, præliminaria verba priusaccipe.*

*Anno* 1556 *tranſcribitur vetus Hiſtoria.*

In oppido Carevacenſi, die ſecunda menſis Januarii, anno MDLVI. Hodie coram admodum Magnifico Domino, Franciſco Muſo Muñoz, Prætore ordinario hujuſce loci, comparuit præſens Franciſcus de la Torre, Sacriſta S. Veræ-Crucis: & dixit, quod prænominata Reliquia fecerit multa miracula, deſcripta in papyro quã exhibet: quorũ ut memoria perpetua conſervetur, petit in hac pergamena charta fieri transſumptum authenticum, in forma probanti, idque ſibi tradi. Teſtes Geneſius Botía, & Henricus de Moya, & Licentiatus Muñoz. Dominus autẽ Prætor demandavit mihi, Petro Diaz ſcribæ, ut faciã trãſcribi prædicta miracula S. Veræ-Crucis in pergameno-

AUCTORE D. P.

meno, tradamq; ut petitur: & dixit quod interponebat, ſicut interpoſuit, auctoritatem ſuam & decretũ judiciale, ac nominis ſui ſubſcriptione firmavit, Franciſcus Muſus Muños: ex mandato vero Dominationis ſuæ, Petrus Dias Scriba. Tranſumptum autem tale eſt. In Dei nomine. Amen. Notum ſit omnibus, præſens & publicum inſtrumentum tranſumpti viſuris, audituris, aut lecturis, quod in oppido Caravacenſi decimo die menſis Septembris, anno à nativitate Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti MCCCCLXXX, coram venerabili & honorato Domino Chacòn, Capellano Regis & Reginæ Dominorum noſtrorum, Vicario Carabacæ & in territorio ejus pro Reverendiſſimo in Chriſto Patre, Domino Roderico de Borgia, Miſeratione divina Epiſcopo Portuenſi, Cardinale Valentino vulgo dicto, Vice-cancellario Sedis Apoſtolicæ, & Adminiſtratore Epiſcopatus Cartagenæ, coram me Notario ac Scriba, & teſtibus infraſcriptis, præſentes comparuerunt honorati viri, Petrus Fernandi Botía Prætor-major, & Joannes de Chinchilia & Alfonſus de Robles, Prætores ordinarii oppidi prænominati: obtuleruntque & per me legi fecerunt quamdam ſcripturam, exaratam in papyro, tenoris ſequentis. Omnibus quaternum hunc teſtimonii viſuris, quos Deus honoret & ſervet à malo. Ego Garcias Lupi de Cárdenas, Commendator Carabacæ, Concilium, Equites, Scutiferi, Rectores, Officiales, & Bonihomines prædictæ villæ, inclinamus & commendamus nos veſtræ Gratiæ & & Nobilitati, tamquam iis quibus optamus ut Deus multum honorem multamque felicitatem impertiatur. Sciatis, quod ad notificandum & demonſtrandum fidelibus omnibus Chriſtianis ſtatum veræ Crucis Caravacenſis, & miracula quæ per illam ſunt facta ac fiunt quotidie, uti viſibiliter conſpexerunt majores noſtri, & nos conſpicimus quoquot hodie ſumus habitatores hujus villæ; mittimus, Gratiæ veſtræ Procuratorem noſtrum, Fr. Petrum, Concionatorem Ordinis Prædicatorum: quem etiam rogamus ut velitis habere cuſtodiæ ac gratiæ veſtræ commendatum, juvetiſque eleëmoſynis veſtris, ad exornandam reparandamq; ſanctam eccleſiam & turres ſanctæ ac veræ Crucis, quæ in hunc modum reperta eſt.

*ex transſumpto anni 1480,*

*narrante, quod deficiente ad Miſſam Cruce,*

5 Cum Rex Zeyt Abuzeyt, ſuo tempore potens Rex Carabacæ, haberet captivum Clericum quemdam Presbyterum; accidit ſciſcitari ex eo Regem, quare Miſſam celebraret. Qui reſpondit, Scito, Rex, quod omnis Clericus ordinatus ad Miſſam, poſtquam ſacris veſtibus indutus eſt, & protulit ſancta illa verba, quæ Chriſtus dixit feria quinta in cœna, hoſtia illa quam elevat fiat caro, & vinum in calice merus ſanguis: & ſic conficit Clericus corpus Dei puri ac veri. Dixit Rex, quod hoc non crederet, niſi ſeipſum faceret id videre. Reſpondit Clericus, Domine, ſi mihi facis adferri omnem apparatum neceſſarium ad faciendam Miſſam, faciam te videre quod cupis. Tum Rex mandavit, ut quidquid neceſſarium erat referret in ſyllabum ad memoriam: & hoc fecit Clericus, niſi quod oblitus fuerit Crucis. Deinde miſit Rex nuntium ſuum; quo reverſo, die mane ſequenti ſurrexit Clericus, & recitavit Horas ſuas; unaque cum Rege ingreſſus turrim caſtri, ubi vera Crux eſt, veſtivit ſeſe, fecit confeſſionem devote, & accedens ad altare veneraturus Crucem, nullam reperit: quapropter animo conſternatus converſusque ad Regem, dixit, Deficit una ex rebus maxime neceſſariis ad Miſſam dicendam. Quærenti vero, Quæ? reſpondit, Crux, Domine. Tum Rex, aſpiciens verſus altare, viſa ibi ſancta ac vera Cruce, dixit: Eſtne iſta, quæ ſtat ſupra altare? Accepitque illam Clericus cum magna devotione, & cœpit Miſſam dicere. Et quando elevabat Hoſtiam, animadvertit Rex inter manus Clerici puerum candidum & formoſum: ille autem Miſſam abſolvit. Eâdem horâ cognovit Rex Zeyt Abuzeyt, quod lex Chriſtianorum erat res ſancta: & liberavit Clericum, factuſque eſt Chriſtianus ipſe, & ſubditi ejus quotquot voluerunt: & dedit terram ſuam Chriſtianis: qui viciſſim ei dederunt turrim circa Concham, quæ vocatur turris Abuzeyt, ut illic vitam duceret: & ibi ſepultum jacet ejus corpus..... Atque hæc eſt primigenia hiſtoria S. Veræ-crucis (quamvis tam admirabilis, ut verbis nequeat ſcriptove comprehendi) nec non multorum ejus miraculorum, quæ fecit facitque quotidie &c. *Hactenus Traditio popularis, quæ ſatis videtur ſimilis vero, modo baptiſmum à Rege vel clam ſuſceptum cenſeamus, ſubditis vero palam permiſſam religionis mutationem; vel adhuc dilatum ad annos aliquot celebratumque in Aragonia, quod facile potuit ex memoria Caravacenſium excidiſſe. Sed quod ad turrim attinet, eam citius crediderim ædificatam ab* Abuzeyt, *quam ipſum in ea ſepultum haberi; ſiquidem is extremam fere vitam omnem Cæſarauguſtæ in Aragonia duxit, ut infra videbimus: neque convenire potuit Chriſtiano talis in loco profano ſepultura.*

D *eſt converſus Rex barbarus,*

6 *Ut ut eſt, apparet ex dictis, nomen miraculo converſi Regis in ore vulgi fuiſſe* Abuzeyt, *vel* Zeyt Abuzeyt: *quod ſi verum nomen fuit, idemque is ille fit, in veteribus æque ac recentioribus Hiſpanorum Hiſtoriis celebratiſſimus Valentiæ Rex, qui primum* Chriſtianorum maximus perſecutor *(ſicut eum deſcribit S. Antoninus p. 3 tit. 24, §. 24* Azotum *appellans) haud difficili ratiocinio intelligeretur, res acta intra annum* MCCXXV *&* XXIX. *Etenim, teſte Robleſio pag. 45,* conſtat ex hiſtoria Generali Alfonſi Sapientis, quod anno VI Ferdinandi Regis patris ejus, *id eſt anno Chriſti* MCCXXIIII, Abuzeyt Rex erat Murciæ & Valentiæ, atque ut talis Cóncham venit, clientelæque ejus ſe ſubjecit, ne ſuæ ditiones ab eo infeſtarentur bello inferendo. Conſtat etiam per Hiſtoriam, quam Rex Aragoniæ Jacobus compoſuit, talem fuiſſe anno MCCXXV (quando prædictus Jacobus obſedit Paniſcolam) ipſique obtuliſſe partem redituum regnorum ſuorum, qua delinitus in Aragoniam reverteretur. *Vtinam ipſa utriuſque Chronicæ verba nobis exhiberet Robles! Nihilominus* Regem Valentiæ Murciæque *tunc illam fuiſſe, omnino credo Hieronymo Zuritæ; quippe qui priores* X *ſuorum Annalium Aragonicorum libros edidit anno* MDLX, *utique longe prius quam Higuera cogitaret de Hiſtoria Hiſpanica ſuppoſitiis ſuis antiquitatibus interpolanda; quique* anno MDXLVII in comitiis Aragonenſibus, conſcribendæ publico ſumptu Gentis Hiſtoriæ Chronographus creatus (*teſte in Bibliotheca Hiſpana Nicolao Antonio*) eam curam impendit ipſi, ex ſolennibus atque irrefragabilibus documentis undique conquiſitis formandæ, quam peregrinatio ejus per Italiam Siciliamque, atque per omnia Aragonenſis ditionis regna, ſatis ſuperque prodit. *Omitto graviſſima pro eodem Zurita Ioannis Paëz de Caſtro & Ambroſii Morales teſtimonia, laudem ipſi tribuentia diligentiæ incredibilis, & fidei nequaquam ſuſpectabilis, apud prælaudatum Nicolaum Antonium legenda; ſatis ſit dicere, inhærentem Hiſtoriæ Iacobi Regis (qua certius nihil hoc loco optari poſſit) ſcribere de* Zeyt Abuzeyt, Valentiæ Rege, *quod* anno MCCXXV inducias Tervelæ compoſuerit cum Jacobo Rege, tributum paciſcendo, eiq; conſignando quintam partem redituum, ex civitatibus Valentiæ & Murciæ percipiendorum. *Ea re exacerbatis contra eum Mauris, Murcienſes quidem* Abenhudum *Regem ſuſceperunt, eum qui ſe quoque Sancto Regi ſubjecit anno* MCCXL; *Valentini vero anno* MCCXXIX *Dianiæ gubernatorem* Zahenum, *qui regnum male occupatum Iacobo cedere coactus fuit, eodem anno* MCCXLVIII, *quo Sanctus Hiſpalim deditione recepit. Primi defeciſſe Murcienſes videntur: pro quibus*

B *Zeyt Abuzeyt nomine,*

*poſt annum 1225 amiſſa Murcia adhuc Rex Valentiæ,*

F *(de quo Zurita fidelis hiſtoricus)*

*anno autem 1229 etiã Valentia exclusus à ſuis,*

B *ſecundum originale factum ſub Commendatore Garcia de Cardenas,*

*eaque per Angelos allata,*

C

A *quibus ad ſuam obedientiam reducendis cum nihil egiſſe Rex ignavus videatur, de retinendis in officio Valentinis unice ſolicitus; cumque, poſt horum quoque defectionem,* Valentini Regis *titulo ſic uti perrexerit, ut titulum* Murcienſis, *nuſquam ei inveniatur junxiſſe; præſumi veroſimiliter poſſet, cum* Abenhudo *tranſegiſſe de jure ſuo in regnum iſtud, reſervato ſibi Caravacenſi territorio, unde ex ſupradicta traditione iſtic ſimpliciter* Rex Caravacæ *vocari cœperit. Pro Regno Valentino recuperando multa molitus* Zeyt Abuzeyt *eſt, Aragoni confœderatus, datis utrimque pignoribus, ſub conditione cedendæ tertiam eorum locorum partem quæ illo adjuvante ibidem reciperet.*

*propter ſuſpicionem Chriſtianiſmi:*

7 *Notat autem Zurita, Valentinos ideo potiſſimum defeciſſe, quia* deprehenſus *Rex fuit*, per ſecretos internuntios cum Romano Pontifice & Aragonum Rege agere, de Chriſtiana lege ſuſcipiēda; *dixerim ego, publice profitenda; ſi ex ſupra deductis ſatis veroſimile ſit, viſo Caravacenſi miraculo clam eſſe baptizatum. Ceterum,* cum is, baptizatus licet, parum Chriſtiane inter Chriſtianos Aragones viveret, vagæ indulgens libidini; tandem, ad perſuaſionem Sancii Cæſarauguſtani, circa annum MCCXXXVI Cæſarauguſtanam puellam D. Dominicam Lopez matrimonio ſibi copulavit, ex eaque filiam procreavit D. Aldam Fernandez, quæ deinde D. Blaſco Ximenez Arenoſii Toparchæ conjuncta, plures fundos ſibi à patre Rege relictos poſteritati ſuæ hereditarios tranſmiſit. *Ita ad annum iſtum Zurita, ex filiæ cognomine, ſecundum Hiſpanorum morem patronymico, occaſionem nobis præbens ſuſpicandi, quod baptiſmale* Zeyt *nomen* Ferdinandus *fuerit, fortaſſis ex memoria primæ cum Sancto Caſtellano conſociationis, licet poſtea ad Aragonem ſeſe converterit, utpote opportuniorem recuperando Valentino regno, quod Caſtellani, in Bætica ſatis alias occupati, ipſius partitioni reliquerant. Si tamen non ante annum* MCCXXIX *baptizatus eſt Barbarus, uti veroſimilius eſt, tunc cum ſuſcepiſſe de ſacro fonte potuit Iacobi Regis patruus* Ferdinandus *alius, ſuumque nomen ipſi impoſuiſſe. Diag. lib. 7 Annalium Valentinorum cap. 2. aſſerit, quod in propriis ejus quas viderit ſcripturis vocetur* Miramamolini nepos, *itáque dici voluiſſe putat reſpectu* Joſephi, *famoſioris illius Maurorum in Africa Imperatoris, qui anno* MCXV *Hiſpaniam cum exercitu ſexcentorum millium ingreſſus, Chriſtianis, ſub Alfonſo Sancti patre occurrere auſis, memorabilem illam cladem intulit. Atque hoc certius ei crediderim, quam quod idem fuerit* Zeyt Abuzeyt Miramamolini *iſtius frater, qui proprio nomine* Mahomad *dictus, cognomine* Viridis, XVIII *poſt annos paſſus eſt grandem illam ad Navas Toloſanas cladem, & cujus frater ab eo relictus in Hiſpania à Ruderico Toletano* Zeyt Abocecrit *dicitur: nepotis enim titulus ſalvari poteſt in filio fratris. Si tamen corruptum eſt à librariis nomen, quod apud Rodericum legitur (ut eſt veroſimile) potuit ſeſe* Miramolini, *non ſolum nepotem, ſed & filium & fratrem ſcribere; rectèque dicetur, in partitione Maurici per Hiſpaniam Imperii, poſt cladem prædictam, Murciæ atque Valentiæ contermina regna ſibi reſervaſſe, atque adeo regnare cœpiſſe anno* MCCXIII. *Quamquam porro non explicet* Diagus, *quo fundamento aſſerat Modernus quidam (ſic enim ſemper nominat) in Hiſtoria regni Valentini Dec. 1, lib. 3 cap. 3 num. 13,* Zeytum *obiiſſe anno* MCCXLVIII, *atque adeo immediate poſt deditam Regi Iacobo Valentiam; facile tamen inducar ut credam, vel tunc, vel etiam citius, & ante dictam deditionem, mortuum: neque ut uſque ad* MCCLXIII *& ultra vitam ejus protraham, movet me productum ab Diago Vibani IV breve, ſuum filiique & nepotum baptiſmum gratulantis,* Vincentio illuſtri quondam Regi Valentiæ. *Abſit enim ut dicam, aut tam ſero baptizatum* Zeyt Abuzeyt, *aut de ſua converſione tunc primum ſcripſiſſe Romano Pontifici, aut filiam ſupra dictam Aldam aliunde cognomen* Fernandez *ſortitam eſſe quam à nomine baptiſmali ſui patris.*

B

*dictus in baptiſmo Ferdinandus,*

*mortuus ante deditā Iacobo R. Valentiam:*

C

8 *Cenſeo igitur* Vincentium *iſtum eſſe primogenitum Abuzeyti*, Zeyt-Abomahomad *in paterno cum Aragone contractu nominatum; qui mortuo patre paulo poſt ſuſceptam ex Chriſtiana conjuge prolem unicam, puta circa annum* MCCXLV, *cœperit* Valentini Regis *titulum gerere geſſeritque, quoad uſque Metropoli illa ſub Aragonis poteſtatem redacta, etiam titulum illi ceſſerit, contentus poſſeſſionibus ſibi à victore aſſignatis. Res fiet ipſius Vrbaniani Brevis exhibitione clarior: ſic enim ſonat.*

AUCTORE D. P.

*cujus filio, ſub annum* 1253 *tria baptizato, & dicto Vincentio,*

Urbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio, Vincentio, illuſtri Regi quondam Valentiæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Litteras, quas nuper tua devotio nobis miſit, libenter inſpeximus & legimus diligenter: & de tua & filii ac duorum nepotum tuorum converſione felici, quam ibidem ſcriptam invenimus, Nos & Fratres noſtri plenam lætitiam habuimus, & exinde concepimus gaudium magnum valde; exolventes protinus devotos exultationis jubilos & gratiarum ſupplices actiones, unigenito Dei filio, Domino Jeſu Chriſto, ac patri luminum & errantium propenſo directori; ſuper eo quod dignatus eſt afflare ſpiraculo vitæ cor veſtrum, & retrahere vos ab invio reprobi circuli, & in viam rectam dirigere greſſus veſtros, ac parare vobis lucernam, ad quam in nocte præſentis vitæ inoffenſis greſſibus ambuletis, fidem videlicet orthodoxam, quæ eſt ſanctiſſimæ religionis ſolidum fundamentum, vera cæli porta & oſtium, per quod intrat ad cor hominis omnium Conditor & humanæ ſalutis Amator. Agnoſce itaque, cariſſime Fili, vocationem tuam, ut fides tua ſemper ſit certa, ne ſpiritu decipiatur erroris; ſit operoſa, ne per carnis mollitiem evaneſcat; ſit fortis, ne quibuſlibet adverſitatibus ſuperetur; ſciens quod quicumque intimo cordis amore fidem Chriſti percipit, quidquid extra ingruit, non ſolum tolerat, ſed & vincit. Imiteris in fide conſtantiam Chananææ, ut, quod à Domino Deo tuo digne peticris, impetrare per conſtantem perſeverantiam merearis; & aſpiciens in remuneratorem, majores æſtimes eſſe divitias omni Ægyptiorum theſauro improperium Jeſu Chriſti: qui compenſabit tibi pro terreno regnum cæleſte, & pro tranſitorio ſempiternum. Prædictum autem filium & nepotes, adhuc in fide (ut intelleximus) parvulos, Catholicis inſtruas diſciplinis; confortans eos in adoptione virtutum, in expugnatione tentationum, in ſuſtinentia tribulationum, & conflictu quorumlibet vitiorum; ut eos reddas moribus placidos, & orthodoxis traditionibus informatos; & inde vere probentur eſſe pietatis tuæ heredes, qui, ordinabiliter ſuccedentibus rebus, futuri ſunt tuorum bonorum temporalium ſucceſſores. *Favorem deinde iis ſuum, ad quæcumque digne poſtulaverint, appromittit Pontifex; multaque eis bona apprecatus, patrocinium quoque ſuum addicit,* apud Urbem veterem, quarto Idus Aprilis, Pontificeatus anno tertio. *Iſtæc autem* D. Vincentii *filii, à patre* D. Ferdinando, *diſtinctio, haud incommoda* Belviſiis *accidet, ſuam ad Valentinum Regem Maurum originem referentibus, & quoad patrem merito rejectis à Diago. Si tamen illi poſſint veroſimile reddere, quod nepotum* D. *Vincentii aliquis in Cataloniam migraverit, indeque ſub nomine* D. Bernardi Belvis, *anno* MCCLXXXVII, *redierit contra rebellantes Mauros in Valentinum regnum cum Infante Don Petro, virtutis ergo donatus ab Alfonſo III Aragoniæ Rege caſtellis quibuſdam circa Xativam, quorum uni nunc nomen Belgidæ eſt, quæque ipſi volunt ad prædicti Exregis poſſeſſiones pertinuiſſe. Hæc autem quouſque probentur, certum alii habent, Bernardum iſtum familiæ caput eſſe.*

*favorem omnem apromiſit.*

E

9 *Ceterum, ut ad* Abuzeytum *redeam, viſumque ab eo Crucis allatæ miraculum; manet hactenus veroſimile, factum id eſſe poſt fœdus cum Caſtellano & inducias cum*

RECTORE D. P. *Istis positis allata fuisse Crux circa an. 1227.*

*Aragone initas, antequam ei Zahenus rebellaret occupata Valentia, id est circa annum* MCCXXVII, *cum jam aliquoties in alios vicinos Mauros Rex sanctus incurrisset. Ad majorem porro confirmationem præmissorum, atque ut clarius intelligatur iis de rebus nihil distinctius scitum fuisse aut creditum, quoad usque Higuera & Luna procederent sua somnia, lubet huc etiam referre originalia verba* Doctoris Oncálæ, Canonici Abulensis, *relata per Robles pag. 36; dicitur enim is primus fuisse, qui de historia Caravacana aliquid prælo dedit: floruit autem, sicut noster Ioannes Gamiz mihi scribit ab anno* MDXXX *usque ad* LVIII, *ut mirum sit illius memoriam non inveniri in Theatro Ecclesiastico Mag. Ægidii Gonzalez Dávila parte 2, edita sub annum 1647, ubi de Ecclesia Abulensi acturus, præponit Catalogum virorum in urbe ista illustrium, qui tum aliis titulis tum etiam ac specialiter scriptis claruerunt. Sed neque mentionem fecit* Antonii Oncalæ (*hoc enim prænomen fuit*) *Nicolaus Antonii in sæpedicta Bibliotheca: quare illorum de Oncála silentium cogit me dicere, quod ediderit (sicut accepi à jam nominato P. Gamiz.)* I, Commentaria in Genesin. II Opusculorum *tomum unum, an.* 1555 *Salmantica apud Andream de Portonariis.* III, Pentaplon, *anno* 1546 *Compluti, apud Ioannem Brocanum, sicut in nostro Collegio Granatensi extat, & Philippo II Hispaniarum tunc solum Principi dedicatur. Hujus autem Tomi Opusculum* XXIX, Staurion *dictum, agit* de arcanis Dominicæ Crucis, *& mox sequens* XXX, *appellatur* Apophya, *estque Appendix Miraculorum. Auctor is, ut nihil habet quod faveat commentis ad calcem rejectis, ibique refutandis; ita attestatur veteribus quæ laudamus & amplectimur monumentis, in hæc verba, leviter expurgata à mendis, quibus veterum typorum non peritissimus librarius, Roblesio apographum ex impresso curans, ea videtur deformasse, prout in margine notabo ad hæc signa.* ***

*Ex Apophia Doctoris Oncala,*

B

*an. 1555 excusa,*

* celestis nempe

10 Inest & Carabacæ celebris * memoria, de vetusto miraculo Crucis, quam oppidani Veram vocant; apparuit enim Christiano Sacerdoti, cum sola deesset sacrificaturo, historiamque referunt. Regnantibus [per] * Hispanias Mauris; eaque loca tenentibus quæ sunt ad Castulonenses & Oretanos, quæque hodie Murtiense regnum appellitant, ob plurimorum Myrtorum exuberantiam, bella cum eis Hispani Christiani gerebant, [&] finibus expellebant suis, tumultuantibus animosi. Per id tempus religiosus quidam Sacerdos noster ad eos commeat, Christi Euangelium prædicaturus, [&] sacra persuasurus, sive neci sive vitæ paratus; summique fretus * auxilio Dei, dat operam audacius, quo multas (si * posset) fidelium animas Christo * lucrifaceret: in primis sacrum Missæ officium apud illius loci Regem interrogatus laudat audacter, docet, suadet. At Rex audiens, quasi per opprobrium, jubet rem divinam ut faceret more patrio, visurus quid effet, quod tantopere Christiani magnificarent. Sed quoniam apparatus [ad] Sacrum celebrandum defuit, misit è vestigio * pius Sacerdos urbem Concham, quam Christiani tenebant, famulos, ut per eos sibi remitterent ornamenta, quæcumq; ad Missæ Sacrificium, magno * Rege visuro, necessaria forent. Remissa sunt omnia præter Crucem. Incipit * Mystes celebrare. Cumque advertisset Crucem deesse, sacrificio Missæ necessariam, constitit turbatus [&] multa volvens. Est enim summo Christianorum omnium consensu receptum valdeque consentaneum, non nisi præsente Cruce ad aram celebrare. Conspexit Rex Maurus cessantem, in pallorem faciem vertere: rogat, num quidquam accidisset. At ille; * Deficit Crux, respondet. Continuo Rex; * Num illud est? ait: videbat enim Angelos Crucem * obviis manibus afferentes altaris fastigio, quos digito demonstrabat. At Sacerdos, Deo speque certa plenus, elevatis oculis gratiis actis, Crucem cælestem ab Angelis suscepit, Sacrumque lætabundus absolvit. Rex vero & plurimi qui cum eo aderant, conspecto miraculo, confestim [in] Christum crediderunt; verumque lumen * accipientes, religiosum Mystem, munere illius effectuque, secuti sunt * haud gravate. *Hactenus Oncála, qui quod rei gestæ tempus illud notet, quo dissidentibus inter se Mauris, fidentius eis insultabant Christiani, non repugnat fœderi & induciis seorsim ab aliis cum* Abuzeyt *constitutis; uti neque captivitas Christiani Sacerdotis: non enim is jure belli captus dicitur, sed ideo comprehensus, quod prædicare Mauris fidem præsumeret, rem apud omnes Mahometanos semper capitalem ausus.*

**Hispaniis haud absimiliter refertur historia Crucis,*

C

* auxilii

* postulet
* Crucificaret

* prius

* Regi
* Mystis

* Destitit
* Nan
* obiit

D

* accipiens

* adhuc

## CAPUT II.

### Antiquiora Crucis Caravacanæ miracula, & informatio sumpta an. 1598.

*Vidimus Capite Superiori Roblesium, Crucis sanctæ historiam ex veteri instrumento acceptam sic concludere*: Atque hæc est primigenia historia sanctæ Vere-Crucis.... nec non multorum ejus miraculorum, quæ fecit facitque quotidie &c. *Atqui nulladum miracula ille retulerat. Consequens ergo esse videtur, ut ea quidem immediate post Historiam scripta fuerint in eodem authentico, & ista denique conclusione terminatum instrumentum totum: sed à Roblesio suo loco avulsa, ut ab iis ordiretur librum secundum, qui erat futurus de Miraculis; nam hæc accepta fatetur*, ex memoria auctorizata per Alfonsum Ruiz Notarium publicum, & multos testes: qui Alfonsus dicit se fuisse tempore Garcíæ Sanchez Mesíæ Commendatoris Carabacensis, consanguinei Don Gomez Mesíæ Magistri S. Jacobi. *Hoc autem posito, scilicet quod inter relationem historiæ & Conclusiunculam prænotatam locata erant miracula mox describenda, habetur annus, quo illa sic authentice transcripta sunt: subjungitur enim num.* 13 *hæc clausula terminativa.* Quidquid hic scriptum est contigit ab anno MCCC-LX usque ad MCCCLXXV, eo tempore quo Rex Castellæ erat D. Henricus, ejus nominis secundus. *Fuit autem ab anno* MCCCLXVII, *quando juxta Carum in Histor. 3 Ordinum lib. 1 cap. 28, exauctorato Garcia Alvarez, in Magistrum Ordinis S. Iacobi assumptus est, non* Gomez, *sed* Gonzalez de Mexía, *& regnum cum vita terminavit anno* MCCCLXXIX. *Proinde tota tam historia quam miraculorum eatenus expositorum scriptura, credi potest ad jam dictum annum* MCCCLXXV *pertinere; quando ab eo quo* Crucem *apparuisse arbitramur tempore, solum effluxerant duo secula cum dimidio. Non longa sane temporis intercapedo in materia traditionum, quarum credibilitas etiam ad multo majora annorũ spatia sese solet extendere, tanto tamen semper minor, quanto à suæ origine longius recedit. Et hoc quidẽ dictũ sit cum respectu ad historiam apparationis miraculosæ, capite superiori relatam: nam miracula (ut apparet) fidem accipiunt à præsentibus, & cum ipsa scriberentur viventibus pro parte majori testibus, hoc tenore.*

II *Ex authentico anni* 1375.

E

F

12 Tempore Garcíæ-Sancii Mesía Commendatoris Caravacensis anno MCCCXLVIII, grande incendium exarsit in ecclesia & turri S. Veræ-Crucis, adeo ut effluens per portam cera liquefacta & ardens æquaret altitudinem dimidiæ tibiæ; flammæ autem pertingerent usque ad supremum culmen ipsius turris. Nihilominus armiger quidam ipsius Commendatoris, magna cum devotione dixit, quod paratus erat mori in obsequio S. Veræ-crucis; adeoque vel ipsam in sua capsa eripere igni, vel in eo conatu vitam ponere. Irrupit ergo per medias flammas,

*& fide certissimorum testium.*

*scitur de Cruce citra noxam flammis erepta an. 1348.*

A flammas, capſamque S. Veræ-crucis ab iis extraxit, prorſus illæſus egrediens. *Hic porro merito dolet Robles, nomen viri, æterna memoria dignum, non fuiſſe ſcripto conſignatum: deinde, ut ad ſecundum Miraculum tranſeat commodius, notat eo ipſo tempore magnam illam atque univerſalem mortalitatem extitiſſe, cujus calamitates verſibus ſuis Petrarcha intexuit; putatque ejus prænuntium fuiſſe incendium iſtud: deinde interruptum contextum ſic proſequitur*: Poſtea anno ſecundæ mortalitatis, qui fuit MCCCL, Commendam Caravacenſem adminiſtrante Petro Aivarez, tam ipſe Commendator quam armigeri ſui, ac multi boni viri, iſtic forte præſentes, viderunt efferri in cælum magnum ſplendorem ardentium cereorum ex capella S. Veræ-crucis: quod magni prodigii loco habitum: ſtatimque ſecuta eſt altera ingens mortalitas. *Addit vero iterum Robles, eâdem peſtilentia extinctum fuiſſe Regem* Alfonſum XI, *in obſidione arcis de* Gibraltàr. *Ita ſcribere Ioannem Nonii de Villaſan in prædicti Regis Chronica cap.* 341. Alias etiam, tempore ejuſdem Commendatoris, excurrerunt Mauri Morataliam uſque, & magna præda collecta Velezium abduxerunt uxorem Didaci Gil: quæ ibidem detenta commendavit ſe S. Veræ-cruci. Mox autem aperta ei ultro eſt porta quædam, & ipſa transiecticam, intra quam dominus ſuus dormiebat, deſiliens, pervenit uſque ad portam domus: quam aperiens, abiit ad domum alterius Mauri, ubi captivus tenebatur Chriſtianus quidam cognatus ſuus, cui nomen Gonſalvo Ferrerio. Aperiens ergo etiam iſtius domus portam, intravit ſolvitque cognatum à cippo cui adſtringebatur. Tunc pariter demittentes ſeſe per murum quemdam, quarto poſt die appulerunt Caravacam: ibique noctem pervigilem egerunt in eccleſia S. Veræ-crucis, relictiſque ferreis quæ Gonzalvus attulerat vinculis, abierunt.

*& mortalitate anno 1350 prænuntiata.*

B *deque muliere & juvene apud Mauros captivis, & ſolutis.*

13 Commendam gerente Ægidio Rodriguez Nogerolio, quodam die, cum turba multa S. Veram-crucem in proceſſione deduceret, ipſam intra brachia ferente Joanne de Parèga, nunc Lorcæ commorante, tunc autem annorum circiter quatuordecim puero; & hunc ſuſtentantibus hinc quidem Petro García, tunc ſcriba oppidi Caravacenſis, inde vero Joanne Peretòn; accidit circa eccleſiam S. Bartholomæi, quæ procedentibus tranſeunda erat, quod Vera-crux quaſi tonitru dedit intra arculam ſuam, nulla ejuſmodi ſonitus cauſa apparente. Obſtupefecit omnes miraculum tam grande, judicaruntque alteri portitori tradendam Crucem, qui fuit Ferdinandus filius Joannis Peretòn, puer parvulus; itáque perrexerunt cœptam pompam deducere. Poſtquam vero ad eccleſiam redierunt, apertâ capsâ invenerunt argentum, cui S. Vera-crux incluſa erat, crepuiſſe, incertum qua de cauſa; in ipſo autem loco, ubi miraculoſus ſonitus exauditus fuit, fundata eſt poſtea Parochialis eccleſia, quæ hodiedum manet. Rurſus tempore ejuſdem Ægidii Rodriguez, degebat Caravacæ vir quidam, non ſolum alearum luſui perdite addictus, ſed etiam ſolitus inter ludendum abnegare S. Veram-crucem, adeo ut vice quadam tantum non raptus à diabolo fuerit. Haud tamen propterea execrationes conſuetas dimiſit. Cum ergo Commendator prænominatus, aliis bonis viris comitatus progrederetur verſus eccleſiam S. Mariæ, & aleatorem prædictum audiret more ſolito dejerantem; cannam quidem quam manu ferebat quaſi percuſſurus extulit, ſed irruens in eum alter ipſam de manibus violenter extorſit, cœpitque fugam verſus turrim S. Veræ-crucis. Currebant ergo poſt eum alii, videruntque impingentem in valvas ipſius turris, nullo ferreo repagulo clauſas, ſed ſimpliciter conniventes; nec tamen eas, quocumque adhibito niſu, aperire valentem: quare exinde proſiliens inter duas murales pinnas, eiſdem cum ipſo ruentibus decidit, malaque morte periit, qualem execrando tam pretioſam Reliquiam commeritus erat. Poſtea juvenes duo, Oſcæ captivi in domo Ali Alcizarii, commendarunt ſe S. Veræ-cruci; & liberati dimiſerunt compedes ſuos; atque egreſſi de loco per nocturnas tenebras, neque ſcientes quo vel qua irent, poſtero die invenerunt ſe in hoc oppido. Erant autem, unus quidem eorum Argonenſis, alter Meſenſis. Porro quidquid hic ſcriptum eſt contigit ab anno MCCCLX uſque ad MCCCLXXV, eo tempore quo Rex Caſtellæ erat D. Henricus, ejus nominis ſecundus. *Et hic ego primam ſcripturam, coram Garcia de Caranas factam, terminari reor: poſtea vero eidem chartæ ſucceſſive adſcripta miracula ſequentia.*

AUCTORE D. P. *& duo captivi liberati:*

*& hæc inter 1360 atque 1375.*

14 Poſt iſta, anno Æræ MCCCCXIV, qui eſt annus 1376 venit Caravacam Alfonſus Martìn, cribrator, civis Hiſpalenſis ex Collatione S. Ægidii, cæcus, ducente ad manum filio, obtulitque S. Veræ-cruci caſulam ſericeam calicemque argenteum: & noctem totam ibidem pervigilavit. Sub horam vero matutinam ſoporato ſanguis erupit ex oculis, quos deinde experrectus ſibi perſanatos ſenſit, tam bonis iis utens quam ullus ex nobis, ſanuſque remanſit. Actum hoc coram Commendatore prædicto, & aliis viris bonis hujus loci. Anno 1387* erat Commendator Caravacæ, decimus tertius ex Ordine, D. Gometius de Soto-mayòr, cum eſſet Magiſter S. Jacobi D. Gometius Suarii de Figueròa. Tempore iſtius Commendatoris annis jam circiter quatuordecim præteritis, miſit Pagnus Rodriguez, incola prænobilis civitatis Murcienſis, lampadem argenteam, involutam ſindoni mortuariæ filii ſui, qui mortuus eique involutus fuerat, ſed commendatus huic S. Veræ-cruci revixit. Coram omnibus autem elevata eſt lampas, quæ hic prius erat, atque ex oleo quod continebat transfudit in novam, & utrique ſimul ardenti abundavit oleum. Anni jam circiter ſex tranſierunt (numeramus autem 1382*) quod ingens tempeſtas locuſtarum pervalit oppidum territoriumque Lorcenſe, ſpem totam futuræ meſſis depaſcens, ac ne in arboribus quidem viroris aliquid reliquum faciens. Miſſi huc ea de cauſa fuerunt Petrus Dias de Corduba, Petrus Joannes de Palentia, & Joannes de Corvalàn: qui inſtituta proceſſione, S. Veram-crucem intinxerunt aquæ, & aquam inde defluentem tulerunt Lorcam, eâque conſperſerunt agros: quo facto intra tertium diem ceſſavit calamitas, nec quidquam ulterius facere animalcula noxia potuerunt.

*item anno 1376 cæcus illuminatus,*

E

**imo 1378 puer mortuus ſuſcitatus,*

**imo 1392*

F *lo nille an. 1386 abacta.*

*Narratur ibidem quod S. Crux intra capſam ſonum ingentem dedit,*

C

15 *Hactenus Appendicula illa, ut eſt apud Robles, annorum zyfris (meo quidem judicio) mendoſe tranſcriptis vel impreſſis: quas ſi juxta marginales correctiones mutare liceat, rectus omnino ordo erit, neque poſtremum cenſeri debebit factum ſcriptumque citius, quam fierent & poſt annos quatuordecim ſcriberentur penultima duo. Etenim ſicut poſt annum* MCCCLXXV *(in quo finit Relatio, curante D. García de Cárdenas ſcripta) recte ſequetur primum Appendicula hujus miraculum de anno* MCCCLXXVI; *ſic huic ſuccedent etiam recte ſecundum ac tertium de anno* MCCCLXXVIII; *& ultimum factum fuerit anno* MCCCLXXXVI; *annis utique* VI *prius quam ultimum, & XIV annis prius quam penultima ſcriberentur; ſiquidem ſcripta omnia fuerint anno* MCCCXCII. *Incuria autem magna uſos Robleſii typothetas in zyfris ejuſmodi, videmus etiam pag.* 104, *ubi eadem locuſtarum depulſio memoratur, & pro* 1382 *hic expreſſis, invenitur* 1384. *Sic infra num.* 21 *die Veneris ſancte,* XIV, *pro* IV *Aprilis cogar ſcribere, ita exigente Paſchali calculo anni*

*& hæc ultima addita an. 1392.*

*quod ineam blaſphemus punitus ſit,*

AUCTORE D. P.

MCCCCXXX, *qui Paſcha retulit, non* VI Aprilis *(uti perperam ibi dicitur) ſed* XVI, *uti repoſui: erat enim littera Dominicalis* A, *cyclus Lunæ* 6, *ultimum autem Paſcha actum* VI *Aprilis fuerat anno* MCCCXCIII, *neque ipſum tali die redìit niſi anno* MCCCCLV. *Deprehenſo autem tam evidenter ejuſmodi vitio, conſultum cenſui nu.* 24, *tres annos adſcribere intervallo unius miraculi ab altero, pro duobus; & pro anno* MCCCCLXXIV *notare* LXXVI; *ac rurſum num.* 25 *&* 28 *pro* MCCCCLXXII, LXXVII; *item num.* 32 MDXCVII, *pro* XCII, *ut ſuo ordine relata habeantur omnia, & culpa confuſorum numerorum penes ſolos typothetas reſidere credatur, Ex tali correctione illud etiam commodum ſequitur, quod ſcriptio quæ alias deberet dilata credi uſque ad annum* MCCCCI *vel* II, *præceſſerit immediate annum vaſtationis & incendii, oppido & eccleſia Caravacenſi à Mauris Granatenſibus illati anno* MCCCXCIII: *poſitque pro ſingulari Dei ſanctæque Crucis beneficio numerari, quod ſcriptura hæc (in arca ipſius ſanctæ Crucis olim ſervata) flammas evaſerit, quibus alia publica omnia oppidi monumenta conflagraſſe probat Robles pag.* 81, *adducto Inſtrumento authentico, penes civem quemdam Caravacenſem etiamnum exiſtente, per quod filiis Martini de Pareja teſtimonium de bona & antiqua ſui Patris nobilitate, ex archivio loci petentibus, reſpondetur, quod*

*ante incendium anni* 1393.

B tempore rebellionum ſub Commenda Petri Lopez Faxardi, Mauri combuſſerint omnia quæ requirebant ſcripta, quando toti villæ flammas ſubjecerunt. *Exiſtimat Robles, hoc incendio periiſſe quidquid antiquarum ſcripturarum de* hiſtoria & miraculis S. Crucis *Caravacæ inveniebatur tempore* Joannis Ægidii de Zamorra, *ad* S. Ferdinandum *ſcribentis, & quidquid deinde ſcripto fuerat conſignatum. Sed præterquam quod illum, ex ſolo Higuera notum ſcriptorem, fictitium eruditi cenſent; ita in hac opinione confirmor ipſo jam expoſito memoriali anni* MCCCLXXV; *cogorque credere, nihil tunc aliud inveniri potuiſſe quam quæ retulimus; aliàs enim talium ſcripturarum mentio facienda fuiſſet ab eis, qui (uti apparet) intendebant hiſtoriæ & miraculis præmemoratis fidem omnibus quam certiſſimam facere.*

16 *Pluris merito faciendum eſt, quod laudatus priori Capite* Doctor Oncála, *poſt relatam utcumque miraculoſæ apparitionis hiſtoriam refert, partim ex traditione Caravacenſium, necdum figmentis novitiis inquinata; partim uti teſtis de viſu, his verbis.* Eſt ea Crux in hodiernum uſque diem, non incolis tantum, ſed Hiſpanis omnibus, maximis honoribus veneratione-

*Prædictis addit Oncala,*

C que ſemper habita: quam ſummo ſtudio ſummaque vigilantia, in edita fortiſſimaque arce poſitam, aſſervant [incluſam] * arculæ, ut & perpetuo lumine illuminetur, & non niſi tribus clavibus clauſam venerentur * religioſe, vicini provincialcs. Tradunt etiam à paſtore ſubreptam, & nimio quaſi pondere furem diſruptum, & [ad] arcem divinitus reverſam: uſque adeo divina numina delicta latrocinia que [non] patiuntur, nec ſine pœna facinora praviora relinquunt: tanti eſt * jus ſuum cuique tribuere. Narrant & alia quam plura certiſſimaque miracula, non aſpernanda, ſed quæ ob brevitatem non vacat in præſentia[rum] recenſere: iniquis * enim ſpatiis excluſi, alio ſtylum intendimus properantius: ſed illud non deſinam interim [monere.] Celebrant Carabacenſes Veræ-crucis feſtum ſolenne ad *v Nonas Maji, conventumque celeberrimum ibi peragunt mercimoniorum, quo mirum eſt quanta advenarum præſentia, quanta confinium populorum copia, adja[cen]tiumque provinciarum turba aviditſime confluat.

* avolæ

*quod S. Crux furem ſuum diſrupit,*

* religioſis

* vis

* etiam

* ad IV

17 Aliud [quoque] ſanctius frequentiuſque miraculum * ac ſolennius non * videtur prætermittendum. Etenim multi religioſi [Sacerdotes] urbis ac provincæ, cum tota plebe, incenſis funalibus, magna pompa magnaque veneratione, non ſine choreis & ſaltatoribus, inter maximas peregrinorum conſtipantium catervas, apertam Crucem ex * arca depromptam, inauratæque lecticæ impoſitam, quotannis uſque ad proximum lacum efferunt (Acequiam vocant) inibique ter urbanus Archipres[by]ter eam lymphis merſam (extremam ejus nempe partem intingens) [extollit: terque eadem] coram frequenti populo aſpicienda adorandaque circumfertur. [Tunc] quaſi aquis [inferioribus] ſanctificatis & vocatis ſupernis, (mirabile viſu) confeſtim pluviæ, apertis nubibus de cælo deſcendentes, ingruunt ſæpe veſperato feſto, & per ternos quaternoſque dies * celebritatis ſæpius per Octavas effluunt: quibus deficcata arva fœcundiores fruges, & * luxurioſius creſcentia pabula innumeris gregibus & animalibus * inundant: quod ut * verum, admoniti hiſce oculis, præſen[te]s inſpeximus, fidem ſcriptis facturi: oppidanique ſeniores affirmant, numquam ſe ſine opportunis optatiſque pluviis id feſtum celebratum meminiſſe, qua una re fructus colligunt uberiores. Hinc * urbs illa præ vicinis plus abundat opibus. Sed & naturæ lociq; vitio Deus optimus maximus hoc muneris miſeratus indulſit: eſt enim ea Hiſpaniæ pars & ſolis acerbitati expoſita ad meridiē, atque ob hoc

D

* arce

*& 3 Maji proceſſionaliter delata ad aquas ſanctificandas, elicias ſereno cælo pluvias.*

* celebritate

* luxurioſis

* mundant

* quos ut rerum

* Tunc urbe

E

* ſitibunda; niſi * annuis per rivulos aquis [ariditatem terræ] lenientibus, agri juvantur: ut [pote regio], quæ vix de cælo pluvias agnoſcat pro tempore, niſi [iis] Veræ-crucis beneficio recluſis, levetur. * ſitis. [Quia autem in eadem Vera-cruce remediū] tempeſtatum præſentaneum juvamen [&] admirandum experti, cernimus; ideo à Deo bonorum omnium fonte ſummam[ei] virtutem attributā facili fide cognoſcimus, cui per infinita ſecula laus, honor & gloria. Amen.

* animis

* cibus ut

18 *Quo ritu quibuſq; ceremoniis fiat prædicta aquarum ſanctificatio, prolixe deſcribit Robles lib.* 2 *cap.* 11; *putatque eam ſuum habuiſſe principium à beneficio Lorchenſibus impenſo contra locuſtas anno (ut nobis viſum)* MCCCLXXXVI, *cum aquam Caravaca petiiſſent, attactu Veræ crucis ſanctificatam. Ibidem etiam ait, prater primarium & omnibus notiſſimum feſtum S. Crucis* III *Maji, celebrari* XVI *Iulii, ſed paulo minori ſolennitate,* Triumphum S. Crucis, *jam olim ab anno* MCCX *inſtitutum feſtū. & tota Hiſpania agi juſſum, in memoriam clariſſimæ illius victoriæ, à ſancti Regis avo Alphonſo ad Navas Toloſanas tali die relatæ anno prædicto. Hic cultus, lapſu ſeculorum quatuor, multum refrixerat; ut autem Caravacæ denuo reſumeretur, auctor fuit noſter P. Agnaya: qui anno* MDCVI *ad populum verba faciens, ſuaſit perſuaſitque debitæ gratitudinis demonſtrationem illam renovandam. Similiter etiam menſe Septembri celebratu* Crucis Exaltatæ *feſtum, die* XIV, *circa quem diem divinando conjectamus natum fuiſſe* S. Ferdinandū.

*S. Crucis alia duo feſta celebrantur,*

F

*Narrat porro idem Robles cap.* 16, Michaëlem Reyna, civē quondam & Conſulē Caravacenſem, *pœnitudine magna peccatorum præteritorum tactum, eoque deliberantē quo ſatisfactionis genere melius elueret noxas contractas; induxiſſe in animum, quod nihil divinæ majeſtati facere acceptius poſſet, quam ſi honorem S. Crucis promovendum modis efficaciſſimis curaret; efficaciorem autem excogitare nullum poterat, quam fundationem Collegii* Societatis Jeſu. *Ad illum enim uſque diem nullum Religioſorum Mendicantium cœtum habebat Caravaca; poſtea vero, introducta Societate noſtra, acceſſerunt alia monaſteria quinque, Hieronymianum ſcilicet unum pro viris; duo Franciſcani, & duo Tereſiani inſtituti, virorum virginumque. Facta ergo fundatio eſt, & Fundator, in alium plane virum exinde converſus, Chriſtianaque humilitatis & aliarum virtutum factus omnibus exemplar, diem ſuum poſtremum obiit anno* MDLXXI, XVII *Ianuarii, atq; in temporario oratorio, quod aptaveramus dedicandumq; curaveramus, eſt ſepultus. Poſtea vero cum anno* MDXC I *ad novam inſtructioremque ibidem eccleſiam noſtram transferendum eſſet optime meriti Fundatoris cadaver, inventum eſt prorſus integrum*

*& inſtituia tur collegium Societatis Ieſu,*

*in cujus oratorio poſtea inventum corpus Fundatoris per ann.* 20 *incorruptum.*

A *grum ac ſuaveolens; quamvis neque balſamo neque alia re ulla fuiſſet adverſus putrefactionem munitum. Hoc autem per tranſennam indicatum oportuit, ut intelligatur unde proceſſerit noſtrorum Patrum erga* S. Crucem Caravacanam *devotio, zeluſque eamdem quaquaverſus propagandi, diſtributione Cruciularum illius attactu conſecratarum; ſimul etiam ut appareat, quam non immerito mihi ſumpſerim (licet id aliquantum videatur ultra aſſumpti operis argumentum eſſe) hiſtoriam illius vindicandam à fabellis recentioribus.*

*Anno 1589 ſcribitur,* 19 *Reſtat hoc loco producendum aliud publicum Inſtrumentum, repertum apud ſæpe citatum Robles pag.* 85. In oppido Caravacenſi anno MDXCVIII, coram me Joanne Abril, Notario publico intra diœceſim Cartagenenſem, & teſtibus infraſcriptis, perſonaliter comparuit Ferdinandus Lopez, Clericus Presbyter, natus & habitans Caravacæ; dixitque venire ad inſtantiam Joannis de Robles Corvalàn Clerici, rogatum, ut velit jam nonagenarius declarare ad memoriam poſterorum quædam, circa S. Veram-crucem ejuſque originem. Dixit ergo, quod cum anno MDXLVIII relatum fuiſſet civitatis Murcienſis Inquiſitoribus de S. Cruce, quæ ſervatur in caſtro & arce oppidi Caravacenſis, in ordine ut ſumpta informatione de miraculis, quæ ea mediante conſecuti ſunt indieſque conſequuntur fideles, iiſdem ſuæ approbationis certitudinem adderent. Cumque Inquiſitores eum in finem huc miſiſſent prænominatum Ferdinandum Lopez Clericum, tunc ipſius ſacri Officii miniſtrum; ipſe informationem faciens, & verificationem apparitionis atque miraculi, examinavit Geneſium de Robles ſeniorem, Didacum de Meſa, Petrum Muñoz, & Ferdinandum etiam ſeniorem, alioſque. Hi dixerunt, ſcire ſe per traditionem majorum ſuorum, eſſeque publicum & notorium, quod ſanctiſſima Crux quæ eſt in caſtello, allata ſit ab Angelis in turrim, eò loco ubi nunc eſt, quemadmodum ipſius miraculi relatione circumfertur.

B *quomodo an. 1548 inquiſitione de miraculis facta,*

20 Dixit etiam prænominatus Ferdinandus Lopez, quod examinavit Alfonſum Sanchez, ſimul cum aliis teſtibus, adjuratum ſuper altari cedrino quod eſt in ara, quod altare conſiſtit ad manum ſiniſtram majoris altaris in eccleſia veteri hujus oppidi, & vulgo nuncupatur altare Solitudinis Dominæ noſtræ. Hic vero depoſuit, moris fuiſſe, eo quod oppidum erat finitimum Mauris Granatenſibus, vigiles conſtituere ad altare in quo ſervatur S. Vera-crux, cui alia nulla ſera aut cuſtodia erat. Cum autem contingebat Mauros verſus oppidum aut agrum circumjectum incurrere, ipſa S. Crux ſtrepitum quemdam ciebat: quo audito prædicti vigiles pulſabant campanam, quæ hodiedum eſt in turri: quibus ſæpius reſpondebant excubitores in turribus, Nova ac Veteri atque Patibularia, quæ ſingulæ quaſi una leuca hinc diſtant; reſpondebant autem excitando fumum. Sicut ergo non niſi notæ probitatis hominibus, & in quibus magna habebatur fiducia, committebantur vices ejuſmodi vigiliarum, unde tantum omnibus in commune proveniebat emolumentum; ita ceciderat aliquando ſors in ipſum Alfonſum Sanchez.

*compertum ſit S. Crucē ſolitā prænuntiare adventum Maurorum,*

C

*Horum unus teſtatur ablatam à Sacriſta,*

21 Eodem tempore ibidem Sacriſtæ officio fungebatur ab annis aliquot Sacerdos quidam, huc fraudulenter miſſus à Capitulo Toletano, cupiente ad eccleſiam ſuam transferre S. Crucem: qui cum ſuam integritatem probitatemq; toti civitati abunde probaſſe videretur, nemini ſuſpectus erat. Huic ergo ad S. Crucis cuſtodiam ſocius una noctium datus Alfonſus, cum quadam neceſſitate urgente foras exire compelleretur, commoditatem inſcius præbuit Sacriſtano ipſam ſubripiendi ex capſula, in qua etiam ſervabantur teſtimonia apparitionis miraculoſæ. Ibat Toletum verſus prædo ſacri depoſiti, cademque die vir honeſtus huc veniens Moratalia, ſupra locum qui dicitur S. Franciſci, nunc à Crucibus nominatum, paſſim notum omnibus & leucæ quadrante diſtantem Caravaca, luminaria quædam conſpexit, interque ea ſanctiſſimam Crucem. Nuntiavit ergo Caravacæ quæ viderat. Venerunt mox Parochus & Clericus quidam peregrinus, tum forte præſens, cum civibus omnibus proceſſionem devotam conſtituentibus, & S. Crucem in turrim ſuam ad proprium altare retulerunt: in ipſo autem loco, ubi reperta Crux fuerat, apparuit fons novus, qui iſtic hodieque manat. Porro cum loci Commendam gereret D. Petrus Faxardus, primus Marchio Velezinus, facta ſunt, tabula picta altaris, ſacrarium, & reliquiarium, quæ nunc habentur, ut melius fideliuſque ſervari poſſint omnia.

AUCTORE D. P.

*miraculoſe receptam.*

*ſed abſque vetuſtis ſcripturis:*

22 Dixit inſuper prænominatus Clericus Ferdinandus Lopez, quod de mandato Inquiſitorum ab anno prædicto MDXLVIII uſq; ad L, biennium manſerit in Curia Valliſoletana, ſolicitando reſtitutionē inſtrumentorum & chartarum teſtimonialium, à Toletano Clerico ſublatarum; eoq; rem adduxerit, ut niſi mortuus fuiſſet Concilii Præſes D. Ferdinandus Niño, ipſas fuerit per ſententiam recuperaturus relaturuſque &c. *Hactenus Inſtrumentum illud, quod profert Robles ad confirmandum factum, initio Capitis 3 à ſe relatum, ubi notat conſilium rapiendæ S. Crucis ſumptum Toleti fuiſſe ſub Archiepiſcopatu* Fr. Franciſci Ximenii de Ciſnéros Cardinalis, *qui Cathedram tenuit ab anno* MCCCCXCV *ad* MDXVII; *ſuoque Primatis jure uſus, atque perſuaſus ex majori S. Crucis honore futurum, ſi in Primatiali eccleſia honoraretur, maluerit permittere ut clā auferretur, quam cum ſeditionis periculo palam transferendam mandare. Ait etiam Robles, Clerico ad id delecto prius quidem ſacriſtiam Parochialis eccleſiæ, deinde multum probato cuſtodiam* S. Crucis *commiſſam eſſe, quam is ſexennio tenuerit; propoſiti autem exequendi occaſionē nactus ſit tempore* Cardinalis Tavéræ, *adeoq; poſt annum* MDXXXIV. *Denique accuſat eumdem Clericum quod requiſita inſtrumenta occultarit, ne publice confunderetur, pertinaciterq; negaverit ea penes ſe eſſe. Sed vereor ne id judicium temerarium prorſus ſit; malimque, ad ipſius Clerici totiuſq; Capituli Toletani excuſationem, præſumere, quod Toletum perveniens Clericus, neque Crucem inveniens, quam ſe adferre credebat, ſed ſolas chartas (ipſas ſcilicet, quas ſupra dedimus, ſcriptas tempore Garciæ de Cárdenas); eas quidem oſtenderit Canonicis à quibus miſſus erat, in teſtimonium impleti quantum in ſe fuerat mandati; ſed ipſas, vel eorum ſuaſu vel propria ſponte, clam vel palam, referendas curaverit iſtuc, ubi poſtea ſunt reperta, & anno* MDLVI *ad authenticandum oblatæ, ab ignorantibus eaſdem eſſe, quæ tantopere requirebantur, ſuperſtite dumtaxat memoria ablationis, reſtitutionis non item.*

*quas Toleti exhibitas & clam reſtitutas fuiſſe opinamur.*

E

F

## CAPUT III.

### Vetuſta alia & probe teſtata miracula, ex Hiſtoria Caravacana Robleſii.

*Ab hiſtoria Caravacanæ probatione tranſeo ad Miracula, documentis hactenus adductis non comprehenſa, & proxime ſecuto ſeculo* XV *patrata qualia ex monumentis Caravacenſibus Robles producit Hiſpanice.* Anno MCCCCXXX convenerat civi cuidam Caravacano, cujus nomini parcitur cauſa familiæ, cum Granatenſibus Mauris, ut pro conſtituto pretio eis traderet oppidum. Verum in ipſo exequendi facinoris articulo audita eſt Crux Sancta, intra arculam majores ſolito ictus dare; & ſtatim poſt viſi ſunt excubantes in turribus ſignum edere Maurorum advenientium. Acceſſerant hi ad oppidum ipſa nocte feriæ VI majoris, XIV Aprilis; cumque adventum

23

*An. 1430 puer letaliter vulneratus à Mauro,*

ſuum

AUCTORE D. P.

ſuum innotuiſſe cognoviſſent, deflexerunt Ciezam & pervenerunt ad vicum quemdam Campolóy dictum. Hic quidam paſtor Didaci de Fuenſalída, proavi mei, in altam evadens quercum, ut tranſeuntes evaderet falleretque; commiſſum ſibi ejuſdem Didaci filium parvulum, proavunculum meum, ſub vepreto quodam abſconderat: ſecundum quod tranſiens Maurus eques, & circumſpiciens cauſam quæ conſternatum ex improviſo equum ferocire feciſſet, puerum advertit, in eumque ſepties haſtam ſuam contorſit: quapropter reverſus poſtea ad locum paſtor, puerum reperit tantum non mortuum: ſuſtulit eum tamen, atque in domum patris detulit. Hic eum qui aderant S. Veræ-cruci commendarunt, promittentes, quod ſervatum in vivis Eccleſiæ miniſterio conſecrarent. Sanatus eſt per Dei gratiam puer; ſtudiiſque peractis effectus Clericus, etiam receptus fuit Uclesii inter Fratres Ordinis S. Jacobi, ubi habebat patruum ejuſdem habitus, Alfonſum de Fuenſalida. Ipſe vero Geneſius de Fuenſalída, factus in oppido Morataliæ Parochus, ad tantam pervenit ſenectutem, ut annum CXV ætatis tranſcenderit: ſiquidem anno MDXL adhuc in vivis verſabatur, & quando læſus fuit cenſebatur eſſe tredecennis; multique adhuc ſuperſunt, tam hic quam Morataliæ, qui eum ſibi viſum notumque meminerunt.

*miraculoſe ſanatur,*

*& vivit nóna unáũ 1540,*

B

24 Eodem anno, ipſo die Paſchatis XVI Aprilis, iidem Mauri Ciezam advenerunt, captoque & expilato oppido multos Chriſtianos abduxerunt captivos: ac ſuppoſito deinde igne revertebantur ad propria onuſti manubiis. Id cum Caravacani intellexiſſent, Lorcanos admonuerunt; unanimiterq; egreſſi obviam, invenerunt hoſtes in campo quodam exiguo, quem ab hoc eventu Equitum-campum dixerunt. Ibi acerrimum utriſque certamen incubuit, eo quod Mauri numero maximo eſſent, animo noſtri; dumque Maurorum pars pugnabat, progrediebatur altera, pergebatq; in tutum ſubducere prædam. Hoc ergo prævertere cupientes noſtri, mutuo ſe cohortati conglobatique, invocato nomine S. Crucis, quæ ipſis eo loci apparuiſſe dicitur, tanto impetu ſe intulerunt in barbaros; ut multis eorum cæſis, reliquos in fugam egerint, omnemque prædam ex iis receperint. Nihil autem dubitabant hujuſmodi ſucceſſum divino iſti vexillo referre acceptum. Anno MCCCCXXXII Caravacam venit Religioſus quidam ex Ordine S. Franciſci, poſt gravem quam paſſus fuerat infirmitatem, linguæ atque aurium uſu privatus. Hunc pia mater ſua ad Capellam Veræ-crucis adduxerat, per eamque Dominum deprecans loquelam auditumque recuperavit filio, citra moram ullam. Anno MCCCC-LXXII, Joanne de Haro Commendam Caravacanam adminiſtrante, ipſemet declaravit, coram ordinario Prætore loci Petro Fernandez Botía, quod in oratione conſiſtens coram altari S. Crucis, animadvertit extinctam, quæ ibi erat, lampadem lumen amplius nullum dare; ideoque pediſſequis ſuis ephebis mandavit, ut eam reaccenderent. Verum priuſquam aliquis eo perveniret, ultro illuminatam ardere iterum conſpicit, idque pro magno ac certo miraculo habuerunt, tam ipſe, quam qui aderant alii.

*reportatur inſignis victoria de prædonibus:*

*ſanatur ſurdus ac mutus:*

C

*lampas ultro accenditur.*

25 Anno MCCCCLXXIII, die X Octobris eademq; Dominica, ſummo mane venit huc quidam, dicens ſe Alfonſum de Moróte nuncupari, ipſiuſmet loci Morotenſis inquilinum. Hic ſocium ſecum ducebat Æthiopem, nomine Benalíque, nullis vinctum catenis, cum ipſe compedes traheret pondere librarum circiter ſexaginta. Medio autem juramento declaravit, coram Fr. Antonio de Poza, Locum-tenente Vicarii hujus Commendæ, honorabilis viri D. Didaci Chacòn, quod Bazæ captivus apud Mauros, ſub poteſtate Salini Abendégæ, auditus eſt die quodam à præſente Benalíque ſuſpirare; & gemitus cauſam interrogatus, reſponderit, quia ſe videbat in captivitate poſitum, optabatque reverti in patriã. Cui Æthiops: Vide ut ſecretum mihi ſerves, Alfonſe, & ex veritate tibi affirmabo, per legem veri Dei, me, poſtquam inaudivi de Cruce Caravacenſi & magnis quæ operatur miraculis, æſtuaſſe vehementi deſiderio Chriſtianiſmi amplectendi. Cum ergo dominus noſter mihi crediderit, ut vides, curam Chriſtianorum cuſtodiendorum; ſi placet, & viam noſti qua Caravacam itur, commendemus nos Deo & S. Veræ-cruci, eamuſque Caravacam, & ego fiam Chriſtianus. Conſcendemus autem mulam ſub veſperam, & ſi quis abeuntes interroget, Quo? reſpondebimus, In vineam, ad colligenda ſarmenta. Factum eſt autem uti propoſuerant feria quadam ſexta circa veſperam, & cœperunt proficiſci uſque in noctem; quando exerrantes à via audiebant tympanum Bazæ pulſari, ob animadverſam fugam ſuam; neq; multum fuit cum egreſſi plures poſt eos ſunt, intercepturi abeuntes. Quid agerent, medio deprehenſi in campo extra publicam viam? Genua flexerunt verſus ortum ſolis, Deumque & S. Mariam de Guadalúpe nec non S. Veram-crucem rogarunt, ut auxilium ſibi ſalutemque præſtarent, neque ſinerent relabi in manus hoſtium Fidei ſanctæ. Ecce autem apparuit eis in aëre ſculptura lignea, veluti caſtelli, plane ſimilis oppido arcique Caravacenſi, quantum baliſtarius arcus jacere poteſt. Ad illud cum greſſus intenderent, diſparuit quidem viſio tota, ipſi vero ſe invenerunt in via regia, quam proſequentes uſque mane ſabbati, toto quidem die delituerunt in agro; ſub noctem vero reſumentes iter, altero die mane, id eſt Dominica, huc intrarunt. Hos ut prædictus D. Commendator vidit, juſſit Alfonſo vincula demi, quorum par unum appenſum eſt in eccleſia S. Crucis, alterum in Guadalupe miſſum, ſicut is ſe voviſſe affirmabat; Æthiops autem effectus Chriſtianus, nomen ſumpſit Joannis à Vera-cruce. Teſtes prædictæ depoſitioni & adjurationi fuerunt Bacalaureus Alvarus de Pratáda, Alvarus de Mula, & Garcias de Aguilàr, famuli & armigeri prædicti D. Joannis de Haro.

D

*cum captivo Chriſtiano fugam init,*

*& mirabiliter pervenit Caravacam.*

E

26 Annis poſt id tribus aliud miraculum contigit, cujus teſtimonium habetur ſequentis tenoris. Cum eſſet hujus loci Caravacenſis Commendator fortunatus Eques D. Joannes de Haro, in feſto S. Crucis III Maji, Feria quoq; III, in anno Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti MCCCCLXXVI, coram honorabili Petro Fernandez Botía, Prætore ordinario dicti oppidi Caravacenſis, atque Franciſco de Salas, ſcriba Domini Regis noſtri, ac teſtibus infraſcriptis, perſonaliter vir quidam comparuit, dicens, ſibi nomen eſſe Laurentius de Barrio-novo, domicilium autem Beatiæ; & aſſeruit quod XV Martii anni præſentis, cum noctu vigilaret in caſtello S. Crucis, audiverit ab ea quoſdam pulſus: ideoque ſe rediviſſe aliis quoque noctibus, & idem ſemper expertum; uſque dum alii etiam teſtes, cum & abſque illo, eoſdem audirent. Iterati ſunt autem pulſus illi noctibus ſingulis, uſque dum huc advenit nuntius, miſſus à D. Lupo Vaſquez de Acuña, Præfecto Cazorlenſi, cum litteris, quibus ſignificabatur D. Joanni de Haro, quoſdam proditores in hoc oppido jam pepigiſſe cum Mauris de tradendo eo. Ipſa autem nocte, qua talis epiſtola allata fuit, ceſſarunt prædicti pulſus. Super quorum veritate cum dictus Bartholomæus juramentum præſtaret in forma juris, teſtes adfuerunt Sancius de Parega, Joannes de Ubiedo, & Martinus Montego, famuli & armigeri prænominati D. Joannis de Haro. Rurſum, ſub eodem Commendatore, aliud miraculum conſignatum fuit publico inſtrumento hunc in modum.

*Proditio pulſu S. Crucis indicatur,*

F

*Servus Æthiops, ex fama S. Crucis cupidus Chriſtianiſmi*

27 In

A 27 In oppido Caravacæ, XVIII die menſis Maji, anno à nativitate D.N. Jeſu Chriſti MCCCCLXXVII, in præſentia mei Franciſci de Salas Scribæ Regii, coram honorabili Didaco Chacòn, Vicario in hoc oppido Caravacenſi ejuſque Commendaria atque oppido Moratalìæ, præſens comparuit honorabilis Eques Petrus Alarcòn, Commendator oppidi dicti Membrilia del Tocòn, Ordinis S. Iacobi, & dixit: quod cum in oppido quodam regni Granatenſis, Velez Album nominato, captivus teneretur à Mauris, noſtræ ſanctæ fidei inimicis, intra arctum carcerem; & quidem laminis quibuſdam ferreis, libras minimum quinquaginta appendentibus, gravatus; ibidem manſerit menſibus plus quam tribus. Aderant iſtic etiam captivi Chriſtiani alii, quos inter convênit carcerem ſuffodere, quamvis adeo altum validumque, ut mirum fuerit tale quid illos potuiſſe vel cogitare. Ut ergo ad propoſiti iſtius executionem divinum ſibi favorem conciliarent, tum alias inſtituerunt devotiones, tum imprimis ſe commendarunt Domino Deo noſtro, ſanctæque Matri ejus Mariæ, & huic S. Veræ-cruci; promittentes quod ab oppido Xiquéna, per novem leucas deſolatæ regionis Maurorumque inſidiis expoſitæ, pedibus ac tibiis nudis venirent, ac novemdium agerent coram S. Vera-cruce, addita quadam eleemoſyna. Cœperunt autem cuniculum moliri intra carcerem, unico uſi quem habebant pugione, abſq; aliis ullis ferramentis, ut mirum fuerit tantillo tempore tantum operis perfici potuiſſe; cum Mauri noctu diuque ad cuſtodiam carceris intenti ſtarent. Et tamen ſolo illo pugione intra octiduũ actus cuniculus eſt, hiatu tam amplo quam eſſe ſolet feneſtra; cujus aditum cum non aliter quam egeſto rudere poſſent obtegere, viſitantibus tamen eos identidem Mauris inobſervata molitio manſit, virtute Crucis, quam deſuper formabant malleolis, quibus ad ſaxa cavanda utebantur, licet rem adeo patentem notare vel cæcutiens potuiſſet: ſed videbantur oculi Maurorum menteſque teneri, ne coram ſe poſita cernerent, aut quidquam agi ſuſpicarentur.

*Commendator quidam cum aliis captivis,*

*voto ad S. Crucem nuncupato,*

*perfodit carcerem ſolo pugione,*

28 Poſt octiduum laboris iſtius cœpit Commendator, cœperunt & alii Chriſtiani captivi, vincula quiſque ſua ſcindere, mediantibus quibuſdam inſtrumentis eo idoneis: quod cum agerent, jamque compedes ſuos media ex parte ſciſſos haberet Commendator, bis die uno evocatus è carcere ad colloquium eſt, occaſione lytri de quo tractabatur; & tamen ne tunc quidem ſuſpicati quidquam barbari ſunt. Regreſſus autem in carcerem ille, ipſa hora tantum acceleravit opus, æque ac alii, ut vinculis ſoluti omnes à prima noctis hora uſque ad auroram paulatim inde egreſſi ſint, præeunte Commendatore, ac Crucem quam iſtic habebat præferente, diſcalceati univerſi, hymnumque Te Deum laudamus recitantes, ordine quaſi proceſſionali. Per cuniculum autem ſuum evalerunt in officinam ferrariam, imminentem plateæ publicæ & aforis clauſam: cujus ſeram cum ab intus perfregiſſent, duaſque ex ipſa porta tabulas abſtuliſſent, eruperunt in prædictam plateam; præcedente, ut dictum, Commendatore cum Cruce, ceteris ordine ac nudo pede ſubſequentibus. In ipſa porro platea occurrerunt mulieribus quibuſdam Mauricis, à balneo cum lumine domos ſuas redeuntibus: quæ viſo euntium agmine clamorem tollentes, excitarunt maritos ſuos & vicinos ibidem commanentes. Aſt illi nihilominus cœpta gradiebantur via verſus portam Velezziam: quo pervenientes, animadverſi ſunt à vigilibus ſupra portam eamdem excubantibus: qui ſublato clamore ſaxa jacientes nihil profecerunt, Chriſtianis eo non obſtante auſis per portam iſtam tranſire.

*& in viciniam ferrariam penetrat:*

*eoque effracta evadens in plateam,*

B Venerunt deinde ad antemurale ſepimentum, quod etiam ipſum clauſum oſtio erat: unuſque Chriſtianorum, quamvis compedes diſruptos adhuc ferret, tranſilivit ſepimentum, quatuor vel quinque cubitos altum; atque poſt eum Commendator, aliique: & cœperunt per terram cultam deſcendere, ab edito oppidi loco, in viam quæ Xiquenam ducit, quamvis eorum nemo ſciret qua gradiendum foret, neque quo duceret iter. Quatuor tamen ex illis, admodum onuſti ferro, à Mauris poſt eorum terga egreſſis reducti in captivitatem ſunt: ceteri cum Commendatore Xiquenam pervenerunt, nequidquam inſequentibus barbaris, ac ſæpe eos tranſeuntibus, nec tamen videntibus & quaſi cæcitate percuſſis, per virtutem Dei, ſanctiſſimæ Matris ejus, & S. Veræ-crucis interventum. Digreſſi Xiquéna appulerunt ſalvi Caravacam, præmemorataque omnia affirmarunt coram teſtibus ad id vocatis, Geneſio de Robles, Roderico Noguéros, & Joanne Begàr, civibus Caravacanis. Et ego ſupradictus Scriba hic me ſubſcribo.

Franciſcus de Salas.

AUCTORE D. P.

*tranſilit cum iiſdem ſociis ſepimentum portæ,*

*& ſalvus pervenit Caravacam.*

29 Sub eodem D. Joanne de Haro Commendatore, in oppido Caravacæ, XV Octobris, anno à nativitate D.N. Ieſu Chriſti MCCCCLXXVII, erat in eccleſia S. Veræ-crucis vir quidam, Martinum de Beatia vocari ſe dicens, civemque Argonenſem eſſe: qui finita novemdiali devotione affirmavit, quod menſe Majo nuper præterito, Bazæ in regno Granatenſi captivus, penes Maurum illius urbis civem, nomine Cad Alvarròz, vinctus tenebatur compedibus, ut minimum quinquaginta libras ferri habentibus. Hoc in ſtatu cogitanti qua ratione poſſet liber evadere, ſuccurrit ut ſe commendaret Deo Domino noſtro, & S. Mariæ de Guadalupe, ac S. Veræ-cruci Caravacanæ, quatenus inde adjutus pervenire poſſet ad locum aliquem Chriſtianorum; erat enim itinerum regionis ignarus. Tum cœpit limâ ferramenta atterere, eo ſucceſſu, ut intra duos dies illis ſe exolverit inobſervatus; Bazaque ſub noctem egreſſus eſt in conſpectu Maurorum plurium, quia non poterat aliter. Illi ergo currere cœperunt poſt eum, qui ſolus & nudipes ambulabat: aſt ipſe proximos venire ſibi ſentiens, converſus inclinavit ſeſe, ut dextera arriperet ſaxum in eos jaciendum, cum aliud quo ſe tueretur haberet nihil. Dum vero ſe convertit, miſſurus lapidem in pone ſequentes, neminem omnino vidit, neque tunc neque poſtea; ſed cum ipſa petra in manu venit Xiquénam: eſtque ea nunc in Capella S. Veræ-crucis: quamvis enim illam abjicere per viam conaretur, numquam potuit. Teſtes Lazarus & Joannes de Viamonte, atque Alfonſus de Ubeda.

B *Alius, Mauris inſpectantibus fugiens.*

*eorumdem manibus eripitur.*

F

30 Eodem tempore Fr. Antonius de Poza, Vicarius Caravacenſis affirmavit, jurans per Ordines quos ſuſcepit, veniſſe puerum, filium Bartholomæi Sanchez & Catharinæ de Truxilio, angina graviſſime laborantem ac ſuffocationi proximum; venit autem cum eo mater ad Capellam S. Veræ-crucis, oratura pro eo, & ſcutellam olei oblatura pro lampade. Hanc ergo conſpiciens prædictus Vicarius, qui ſtabat cum Fr. Gonzalvo, Capellano D. Commendatoris Joannis de Haro, S. Veram-crucem prætendens adverſus nubiloſam procellam, quæ ſupra civitatem ventura timebatur; mandavit præfato Fr. Gonzalvo, ut guttur pueri ungeret, oleo lampadis ante altare ardentis. Paruit iſte, & mox unctus puer per os ejecit grandem atque bicipitem lumbricum, ac loqui cœpit. Reduxit igitur mater filium, deferens ſecum oleum ad ulteriores unctiones; vix autem tertio iis uſa fuerat, cum detumuit

*Curatur puer angina præfocandus:*

AUCTORE D. P. puero guttur, quinque lumbricis ejectis expurgatum. Deinde anno MCCCCLXXVIII, cum hujus oppidi Commendator esset Petrus Faxardus, Præfectus Regni Murciensis & civitatis Cartagénæ Dominus, fabrorum lignariorum quidam, Capa-

*faber periculose labitur sine noxa.*

rèd nomine, Decembris die IX, ligna quædam aptans in capella S. Veræ-crucis, cecidit ab altitudine elevationum undecim in rupes quasdam; sed cadens commendavit se S. Veræ-cruci, inventusque est disruptis thorace, subucula, indusio, braccis, atque calceis, illæsus ipse omni ex parte. Anno MCCCCLXXXIII Ferdinandus & Isabella Catholici Reges obsederunt Bazam, multumque laborem exhausérunt ut obtinerent urbem: voverunt autem ire Caravacam ad visitandam S. Veram-crucem, & anno prædicto ac die S. Barbaræ IV Decembris ingressi urbem sunt. Cumque res omnes ibidem ordinassent, transierunt in reditu Caravaca, & S. Crucem visitantes obtulerunt lampadem argenteam, ibi hodie quoque conspiciendam.

## CAPUT IV.

B Miracula sub præcedentis seculi finem & per decursum præsentis patrata, etiam mediantibus Cruculis, veræ S. Cruci admotis, ex eodem Roblesio.

31 *Districtus Caravacanus, obnoxius tempestatibus,*

*INpartibus istis, quæ plerumque aliud non sunt quam rasa planicies, quandoque, cum minime expectet aliquis, excitantur procellæ tantæ ventorum atque imbrium, ut saxa, etiam pondo nonaginta, ferentes, ita desolatos agros hortosque relinquant, ac si diluvio aquarum perluti fuissent. Proinde totum oppidum Caravacanum cum suo territorio pridem funditus periisset, nisi ipsi Deus prospexisset de miraculoso sanctæ Crucis ligno, faciens ipsum quotidie triumphare de aëriis potestatibus, per elementa saltem res hominum familiares ladere satagentibus, quando nequeunt eorumdem animabus nocere. Pluribus exemplis id confirmat Robles, exordiens ab hujusmodi.* Ego Genesius Sálmeron, Scriba Regis ac Domini nostri & civis Caravacanus, certifico, fidemque do ac facio, in verum testimonium eorum qui præsentes videbunt, quod in prænominato oppido, die VIII mensis Novembris præteriti anno MDXCI, co-

C ram Licentiato Petro de las Cuevas, Gubernatore & Justitiario Majori hujus oppidi, comparuerunt, Alfonsus de Robles, tam proprio suo quam publico oppidi ac reipublicæ hujus nomine; & Guiterius Robles, ejusdem oppidi & sanctissimæ Crucis Scriba publicus, nomine Confraternitatis & ceterorum, ut Sacrista illius; dixeruntque notorium esse,

*servari creditur per S. Crucem:*

quod in castello ipsius oppidi habeatur sanctissima quædam Reliquia, sub appellatione & invocatione Veræ-crucis Caravacanæ; quæ, cum hæc civitas olim esset Maurorum, descendit de cælo associata duobus Angelis, ad conversionem infidelium hic dominantium, & depulsionem tempestatum adeo frequenter insurgentium, quæ ad ejus præsentiam cessarunt & cessant; aliaque plura miracula fiunt, quorum fides authentica manet in archivio hujus loci.

*quæ anno 1591. 7. Novembris simili in casu,*

32 His ita se habentibus, contigit, quod nocte ante diem VII prædicti Novembris, tempestas oriretur tonitruorum ac fulminum, cum procella turbinum imbriumque tanta, ut cives formidarent exterminium ultimum; cum præter densissimas tenebras, quas causabat aquarum è cælo defluentium copia, aures animosque perstringeret fluentium pluribus locis ædificiorum fragor, sic ut nemini possibile esset incedere per plateas: quare D etiam nec Joannes Martinez, S. Veræ-crucis Capellanus, nec alius quisquam præsumebat versus castellum ascendere, sicut aliàs consueverant, ad efferendam & exponendam prædictam S. Veram-

*visa est supra turrim multo in lumine.*

crucem. Multi nihilominus cives viderunt supra culmen tectumque turris, intra quam illa servatur, sæviente quam maxime tempestate illa, multa luminaria accensa, interque ea aliam majorem lucem magisque splendentem. Existimabant ergo, & sic dicebatur, Capellanum prænominatum aliasque personas ibi esse cum sanctissima Reliquia: sed compertum est postea, neque illum, neque alium quemquam in turri fuisse, vel S. Crucem extulisse. Quapropter judicatum fuit, ipsam sanctissimam Reliquiam per se, movente nemine, adscendisse ad fastigium turris, in auxilium incolarum accolarumque, sicut aliàs sæpe ipsos juverat contra ingruentes ejusmodi tempestates. Ut au-

*quo tamen nemo potuerat ascendisse.*

tem hujus miraculi perpetua extet memoria, petebatur ut sumeretur informatio authentica, Gubernatore prædicto suam auctoritatem interponente: prout idem mandavit fieri &c. Oblati autem in testes fuerunt, Ferdinandus Melgáres Scriba, Da- E miana Robles uxor ejus, eorumque filius Ferdinandus Melgáres, qui commorabantur in arce. Hi dixerunt omnia supra contenta in relatione; quodque tunc accesserint ad portam præfatæ turris, sed clausam invenerint. Simul etiam examinati fuerunt alii quinque testes; & Capellanus ipse in sua depositione juravit, se nocte illa non potuisse propter nimiam tempestatem accedere ad capellam. Omnes autem declarant, splendores istos supra turrim durasse per sesqui horam. Scriptum vero est Instrumentum Morataliæ, XXVIII Julii MDXCII.

*Sanatur mulier manu manca.*

33 Anno MDXCIV, cum processio S. Veræ-crucis, sub vesperam festi, die II Maji, descendisset de capella ad ecclesiam oppidi Parochialem, ad Officium isto & sequenti die ibidem ex more peragendum; cumque perlata esset Reliquia ad altare, eo fine erectum in media navi; mulier quædam manu manca vocem extulit, instantissime supplicans, ut ipsa S. Cruce manus sibi brachiumque tangeretur (id quod tali occasione ac loco facillime fieri poterat) contacta autem, iisdem membris cœpit uti tam libere, acsi nullam in iis passa infirmitatem fuisset. Dum ergo exultabunda rece- F deret, magnis vocibus glorificans Deum & opera ejus mirabilia prædicans; cæcus, cui à sex mensibus defecerat visus, idem beneficium oculis suis impendi postulavit: sed cum præ circumstrepente & premente turba exaudiri non posset, simili ro-

*eaquetactus cæcus illuminatur*

gavit instantia jam sanatam mulierem, ut se pertraheret propius ad altare prædictum. Hoc dum illa conatur effectum dare, interrogavit eam cæcus, utrum brachiorum attigisset Crux sancta: illa vero respondente, quod dextrum; rursus ille accedens magis institit, ut eo sibi perfricaret oculos: & fidem petentis secuta est gratia expectata, restituto statim & integre visu. Erat cæcus iste ex diœcesis Conchensis loco, Vers de Tovàr de Betéta dicto.

*impetratur pluvia,*

34 Anno MDXCVII nulla in hac regione facta erat sementis, eo quod ab Octobri usque ad sequentem Martium defecerant pluviæ, proinde præ inopia pabuli peribant greges. Ergo Clerus & Concilium oppidi decreverunt in vigilia Incarnationis Dominicæ, quando sereníssimum cælum æque ac unquam in Ægypto nullam spem aquæ faciebat, processionem totius populi ducere ad capellam S. Veræ-crucis: quo facto cum ab ea reverterentur,

tam

A *& ſerenitas.*

tam copioſa decidit pluvia, ut domum quiſque ſuam ingrederetur, non minus ab imbre madidus, quam lætus pro impetrato beneficio. Eodem anno, tam denſæ nebulæ tantaque obſcuritas aëris incubuit agris toto vere, ut meſſis faciendæ ſpes omnis elangueſceret: inſtituta autem proceſſione altera, pro impetranda ſerenitate, impetrata illa continuo eſt; & meſſis fuit non prorſus contemnenda. Anno MDXCVIII ex Lorcenſis & Velezii oppidorum finibus tanta ſupervenit copia locuſtarum, ut remedium eis nullum ſperarent Caravacani: jam enim cœperat eorum agros vineaſque & hortos depaſci calamitas, atque intra domos ipſas penetrare. Rurſum igitur indicta ſupplicatio eſt: & ſine mora videri deſiit omnis locuſta, etiam per totam circum regionem, velut ſi nulla ibi unquam fuiſſet.

*furtim ablata Crucula amittuntur,*

35 Anno MDCI, Judex quidam ex certa commiſſione huc advenit, emenſque ab argentario Cruces aliquot argenteas æreaſque; præter ſcientiam illius aliquot alias furripuit, quarum pretium non ſolverat: omnes autem ſimul, inſertas filo ſæpius intorto ac nodato, detulit admovendas S. Veræcruci. Cumque eaſdem recepiſſet ſic junctas, & filum digito circumvolviſſet; compoſuit ſe ad orandum coram altari, ipſas Cruces intra manum colligens. Verum abſoluta oratione, ad eaſdem reflectens animum, non invenit niſi filum digito ſiniſtræ circumplicitum. Hoc eventu confuſus narravit ipſum quibuſdam Religioſis, rogans ut ſe digreſſo, nec nominato, publicarent caſum: proB ut fecerunt. Anno MDCV, ab Auguſto uſque ad Martium anni ſequentis, non pluit: & modica quæ facta erat ſementis, meſſem nullam datura timebatur; cum educta eſt in proceſſionem S. Vera-crux: quo peracto quatriduum continuum indefinenter pluit. Tunc autem promiſit Civitas, viſo tam evidenter miraculoſo auxilio, divinitus ſibi dato, obſervare feſtum Triumphi S. Crucis XVI Julii, ſicut XIV Septembris obſervatur feſtum exaltatæ Crucis: quod ſervari antea non ſolebat.

*pluvia iterum impetratur,*

*brachium immobile ſanatur,*

36 Anno MDCVII, ad feſtum agendum III Maji, huc venerunt Petrus Garcias & Antonia Serrana, cum filiolo annos novem nato, cui brachium ex lapſu confractum adeo male curatum erat, ut movere ipſum omnino non poſſet. Cum ergo S. Crucem tali die immiſiſſent aquæ, in acC ceptam inde aſperſionis ſitulam brachium pueri immerſerunt parentes, ſtatimque movere illud cœpit. Veſperi autem delatum ad capellam iidem parentes unxerunt oleo lampadis, magiſq; corroboratum ſe puer ſenſit. Cum vero iterum immerſiſſent aquæ prædictum brachium, adeo ſanum extraxerunt ab ea, ac ſi numquam ruptum fuiſſet, quemadmodum ipſi hæc ſcribentes vidimus. Eodem die ex oppido Cehegin adduxit mater ſua puellam mutam: & ambæ vigiliam nocturnam peregerunt in eccleſia, ubi tunc Crux ſancta proſtabat. Cum autem Clerus aſſumeret illam efferendam ad locum, inſtanter ac devote rogavit mater, ut os filiæ ſuæ ea contingeretur. Hoc facto cœpit puella balbutiendo dicere, Cru, Cru; iterumque contacta perfecte loqui, laudando Deum in operibus ſuis. Multos jam annos mos obtinuit, ut ſingulis feriis ſextis cantetur ſolenni ritu Miſſa, cum Diacono & Subdiacono, in capella S. Veræ-crucis ad ejus altare, ipſum incenſando ſecundum præſcriptos ritus. Quadam ergo ejuſmodi feria, oblitus Sacriſta thus acerræ imponere, & ſciens nullum ſupereſſe, domum abiit illud quæſiturus. Interim eo perveniens Officians, ubi thu-

*muta loquela redditur,*

*thus in vacuo vaſculo invenitur.*



rificatione opus erat, mandavit ut denuo inſpiceretur acerra; inventaque eſt illa prorſus plena, ſic ut etiam ſupereffluueret: qua re attoniti præſentes miniſtri, caſum ut miraculoſum prædicarunt. AUCTORE D. P.

37 *Ex quo cœptum eſt uſurpari, ut* Crucis Caravacanæ *attactu ſacratæ Cruces aliæ, ex omni metallo materiaque, per orbem Chriſtianum diſtribuerentur; comperta earumdem ad multos mirabiles effectus virtute, ingens quotannis talium numerus poſci, ac proinde etiam fabricari incepit; adeo ut varii generis opifices, argentarii, ærarii, ſcriniarii &c. ſimulacra omnigena* Caravacanæ Crucis *efformare inſtituerint: quæſtumque exinde non modicum facientes, conati ſint etiam ejus formam & modum per omnem dimenſionem aſſimilare quam proxime.* Miraculo autem ſimile eſt, *inquit Robles,* quod, ſumptâ ſæpius ejuſdem menſurâ, hactenus tamen potuit nemo ſic eam repræſentare perfecte, quin deficeret aliquid in latitudine, longitudine vel ſpiſſitudine. *Hoc tamen nihil detrahit earumdem, quam ſupra indicavi, virtuti: quapropter placet eam exemplis nonnullis clarioribus, ex eodem Robleſio acceptis, comprobare.*

*Licet numquam potuerit perfecte aſſimilari Crux ipſa,*

*aliæ tamen ei admotæ ſunt valde efficaces.*

38 P. Alfonſus Sanchez, ex Societate Jeſu, toti innotuit Hiſpaniæ, propter virtutem & ſingularia talenta ſua; nec non propter ſerta precatoria, quæ Philippinarum dicuntur, benedicta per ſuam Sanctitatem cum applicatione Indulgentiarum, facultateque ipſi conceſſa eaſdem etiam aliis applicandi, nomine ac vice Sanctitatis ſuæ. Hic antea reſederat in hujus oppidi Caravacenſis Collegio (quod ex antiquioribus ſui Ordinis unum eſt) annos aliquam multos: quibus tranſactis, pro ſingulari quo æſtuabat animarum Deo lucrandarum zelo, petiit obtinuitque miſſionem Indicam, & Mexico tranſiit in Philippinas; poſtea vero ex mandato Gregorii Papæ XIII revertit in hæc regna, & Romam adiit. Unde huc iter relegens, favoribus & gratiis excellentibus in aliorum utilitatem cumulatus à Sixto Papa V, narravit mihi, quod ex Nova-Hiſpania & portu Acapulcenſi ſolventi, per mare Pacificum verſus Philippinas, in comitatu aliarum duarum navium, poſt multam in navigando difficultatem & laborem, ſupervenerit tempeſtas turbinoſorum ventorum adeo furioſa, ut quotquot in navi ſua erant perditos ſe cum ipſa crederent: jam enim aliæ duæ perierant. In tali diſcrimine recordatus Crucis Caravacanæ, quam ſecum geſtabat, funiculum longiorem petiit: cui ipſam alligans epibatæ cuidam tradidit, projiciendam in mare, quando atrociores fluctus ingruere conſpiceret. Tanta autem fuit ejus virtus, ut quoties alicui undæ objiciebatur, numquam ad Crucem illa pertingeret, ſed refringeretur in ſemetipſam converſa, omnibus quotquot erant in navi inſpectantibus & admirantibus. Sic illa, multum licet concuſſa, ſalva tamen pervenit ad portum Manilæ: ſupereſt autem hodiedum in Collegio Madritenſi Fr. Bartholomæus Alfonſus, Societatis ejuſdem, ſocius prædicti P. Alfonſi in tempeſtate, qui veluti geſtorum teſtis eadem omnia confirmat.

*Talem habens P. Alfonſus Sanchez S. I.* E

*præſervat navim à naufragio.* F

39 Cum P. Didacus de Soto, ex eadem Societate, anno MDLXXXI hujus Collegii Miniſter, ad quædam ſua negotia Granatam iviſſet, ſecum ferens unam ex Crucibus Caravacanis; ibique viſitationis cauſa acceſſiſſet D. Iſabellam de Manſilia, affinem Patris Fuenſalidæ ex eadem Societate; inveniens illam perquam metuentem fulgurum ac tonitruorum, perſuaſuſque adverſus ea nullum ſe illi præſentius dare ſubſidium poſſe ipſa quam ferebat Cruce, hanc illi dedit. Paucos abinde dies

*Matrona Granatenſis ſimili expoſitâ ſedat tempeſtatem,*

AUCTORE D. P.

transactos excepit horrenda fulminibus tonitribusque tempestas : quapropter recordata Crucis suæ, acceptam extendit ad eam cæli partem quæ præcipuâ caligine obnubebatur : statimque & in ictu oculi cessavit tempestas. Credens ergo quod tam venerabile pignus, melius in aliqua ecclesia publice quam sua in domo privatim honoraretur, tradidit eam quibusdam religiosis ac devotis personis : quæ, instituta sub ejus nomine Confraternitate, ipsam quotannis die III Maji solenniter efferunt, nec minori prosequuntur honore, quam ipsi Caravacenses suam.

*Discalceatus naufragus servatur à submersione,*

40 Ex Conventu Carmelitarum Discalceatorum hujus oppidi, anno MDXCII, una cum aliis Fratribus, quos sua Majestas Regia in novam Hispaniam destinabat, egressi sunt duo, Hispali conscensuri navigium. Horum alter Fr. Julianus de S. Hilarione, annos aliquot in istis partibus commoratus, revertit ad hæc Regna ; mihique & aliis multis narravit, quod cum veherentur unâ navium, constituentium classem anno illo transeuntem ad novam Hispaniam ; puer dispensatoris panis nautici, in imam partem descendens cum candela accensa, ad quærendam epibatis annonam ;

B

eandem candelam tractavit tam incuriose, ut flammantis lychni particula delapsa supra vasculum pyrii pulveris, ipsum mox crepare fecerit & simul navim ; nemine, quod quidem scire poterat, mortem evadente, præter se, ex navi demersa. Habebat ille jam à multis diebus appensam collo Crucem Caravacanæ admotam, cui se in tanto discrimine commendabat. Nesciens autem quomodo, videbatur sibi sub pedibus positum habere sustentaculum alicujus rei durioris, eoque impediri ne fluctibus iratis immergeretur. Ita ferebatur capite eminente supra undas, suo ut erat vestitus habitu : quin etiam Crucem suam videbat, supernatare aquis & fluctuare ex funiculo, unde appensa gestabatur. Tamdiu autem sic permansit, donec concomitantium navium proximior una, viso supra mare Fratre, otium habuit ejiciendi in mare cymbam, ipsumque ad se recipiendi : agnoscentibus cunctis evidentiam miraculi, citra quod necesse erat demergi dictum Fratrem, cum ea qua vehebatur navi. Unde postea publicabat, quod vitam suam

C

acceptam referebat Deo, per S. Crucem Caravacanam, & eam quæ ipsam attigerat pendentem de collo, quam etiam mihi monstrabat, ante non longum tempus defunctus in oppido Bezerìl de Campis.

*P. Didacus de Soto S. I. custoditur à fulmine :*

41 Transiverat in Indias prænominatus P. Didacus de Soto, ad Populationem Angelorum, quæ caput est provinciæ Tascalensis in Nova-Hispania, inde vero scripsit ad suos Patres Caravacanos in collegio quod ibi Societas habet residere P. Magistrum Morales, magnæ eruditionis ac sanctitatis virum : cui habenti ex Crucibus Caravacanis unam, eo anno (qui erat MDXCV) acciderit, ut videns fulmineum radium perquam terribilem de cælo erumpere, æstimaret recta in suum cubiculum ferri : quapropter exiliens, prædictam Crucem collocavit in fenestra. Nec absque fundamento timor fuit : mox enim flammam proximam sensit, credebatque extremam eam sibi horam esse. Sed fulmen, statim ut fenestram attigit, quasi retortum, deflexit quam celerrime in parietem fenestræ lateralem ; per eumque descendens, fœdum transitus sui vestigium reliquit ; eo ipso demonstrans, quanto gravius damnum secutum fuisset, nisi S. Crucis virtus impetum illum repressisset. Non videtur autem absque præcedenti Patris illius merito hæc ei gratia divinitus concessa ; sed merces fuisse beneficii, anno præcedenti per eum concessi ecclesiæ ipsius

D

S. Crucis, applicando eidem Indulgentias, quas Sixtus Papa V ei concesserat ad conversionem Philippinarum, quo ibat, magna cum potestate similes distribuendi ubicumque idoneum judicaret, non minus intra quam extra hæc regna. Itáque eas contulit Capellæ S. Crucis, aut ubicumque illa esset, die XXIV Junii, MDXCIV ; sicut constat ex ejus patentibus litteris, in archivio S. Crucis asservatis, cum inserto eis exemplo Pontificii Brevis : alioque earumdem litterarum exemplari, relicto in secretaria Communitatis. Quas etiam Indulgentias, die IV Septembris ejusdem anni, confirmavit Cardinalis Don Franciscus Davila, tamquam Commissarius generalis Cruciatæ.

*Civis Caravacanus,*

42 Anno MDXCV Petrus Portillus, Scriba Regius, hujus oppidi civis, vir fide dignissimus, ex commissione Regis hinc in Novam-Hispaniam navigavit urgentium negotiorum causa, usus navi cui à Rosario nomen. Hæc cum insulam Garnosam pertransisset in Provincia Hondurarum, die V Septembris, turbine tam vehementi involuta fuit, ut nautis colligendi vela spatium deesset, sed cogerentur ipsa seque committere misericordiæ divinæ : nihil enim præ oculis habebant quam præsentem mortem, eique tantisper differendæ satagebant ut navim exonerarent, imprimis ejiciendo lembum, qui tamen bis emissus, bis rejectus

E

intra navim à fluctibus est. Ejecerunt etiam tormenta ænea, quæ erant in suprema contabulatione, cum mercimoniis multis, ne navim everterent pondere suo, in unam simul partem convoluta. Sed nihil iftæc proderant, cum magis magisque intumescceret mare, & quovis momento minaretur navigium cum vectoribus absorbere. Recordatus ergo Petrus Caravacanarum quas habebat Crucularum, & miraculorũ similibus in casibus per ejusmodi patratorum ; parvulam unam ex ære dedit Hieronymo de Gamarra Riogensi, qui crassiori alligatam filo projecit in mare ex parte puppis. Inter hæc supervenit eis nox ; & tempestas, quamvis mitior non nihil, duravit usque mane ; quando tota conquievit, & Crucula (uti asseruit Petrus) inventa est cum filo suo jacere supra unum inferiorum rudentium, quibus vela tenduntur instar stellæ refulgens. Admirati omnes casum sunt ; Deumque collaudantes, salvi pervenerunt in portum & civitatem Tonsillanam Provinciæ Hondurarum, die VII prædicti mensis in vigilia Nativitatis Dominæ nostræ.

*unâ in mare jactâ tempestatem sedat semel,*

F

*iterumque.*

43 Cum vero prædictus Petrus, in die S. Martini, ex Campecensi provinciæ Usucatanensis portu versus Novam-Hispaniam solvisset, in ea quam Commercii appellant navi, simul cum minoribus navigiis tribus ; & tempestuosus Boreas omnes simul in præsens discrimen adduxisset ; recordatus ille supra memorati eventus, aliam Cruculam æneam dedit navarcho, qui similiter annexam funiculo dimisit in mare : & post dies viginti duos difficillimæ navigationis, cui alias quatuor aut quinque sufficere poterant, tenuerunt portum S. Joannis de Ulva, amissis sociis navigiis duobus ; tertium vero eumdem portum post tres dies subiit, facta omnium rerum quas vehebat jactura. Rogavit ergo Petrum navarchus, ut ipsam Cruculam sibi condonaret, oblata nihilominus grandi summa pecuniæ : sed is, nullam aliam reliquam habens, privari noluit tam efficaci præsidio, pro iis quæ sibi adhuc restabant per mare itineribus. Reversus denique idem Petrus in Hispaniam, sicut ipse testatur, mense Octobris anni MDCVIII visitavit ecclesiam

*& dæmonem compescit in energumeno*

A cleſiam Dominæ noſtræ de Guadalupe : eodem iſtuc intrans tempore, quo eo attraxerant energumenam mulierem, adeo horrendos motus cientem, ut cunctis eſſet formidini. Ad hanc ſacris exorciſmis compeſcendam accitus Presbyter, quem Rubium nominabant, virtutis exploratæ vir, quæſivit à circumſtantibus, num quas penes ſe haberent Reliquias. Protulit Crucem Petrus, Caravacanæ olim admotam, ipſam qua mediante prius miraculum factum erat, quam habebat Roſario ſuo affixam, deditque Sacerdoti : dæmoniaca vero, quamvis depreſſo in terram capite videre non poſſet quid ageretur, clamavit tamen, Caravaca, Caravaca : quanticumque eam facias, abjicito tamen, quia cruciat me. Stuporem ea res omnibus intulit : multæ enim aliæ Reliquiæ exhibitæ abſque effectu fuerant : & Petrus ſuam exinde habuit cariorem, quod eam tantopere dæmon abhorreret.

44 In Germaniam quoq; penetravit Crucularum talium æſtimatio, in cujus teſtimonium placet huc adferre, quod P. Petrus de Buyza Societatis Jeſu, in præſentiarum Madriti in ſui Ordinis Collegio commorans, affirmat per memoriale ſuo nomine ſubſcriptum, in quo dicit, quod anno MDC ex obedientia ſuorum Prælatorum in Alemanniam migrans, ſecum abſtulit Cruculas aliquot, Caravacanæ contactu ſanctificatas, ut eas iſtic partiretur inter perſonas devotas. Harum ergo unam dedit D. Mariæ Manríque, quondam Cameratiæ majori Auguſtiſſimæ Imperatricis D. Mariæ, aviæ Regis ac Domini noſtri uxoriſque Imperatoris Maximiliani : quæ Domina Manríque, propter excellentem virtutem ſuam multamque prudentiam, maximo apud Majeſtatem illam in pretio habita, matrimonialiter conjuncta fuerat Baroni Perniſtenio, uni ex primariis & ditioribus Proceribus Bohemiæ, à quo moriente retinuit dotis nomine, ſecundum illius regni mores, Laytomizlienſem civitatem, ubi ipſa tunc temporis commorabatur. Hæc redeunti illac Patri narravit, quod in prædicta civitate paulo ante maximum fuerit excitatum incendium, quo brevi ſpatio plures quam octoginta domus conflagrarunt, quamquam Agnus Dei aliæque Reliquiæ flammis compeſcendis injectæ eſſent. Ipſa igitur, ut ajebat, recordata Cruculæ quam acceperat à Patre, & quam efficax remedium inde ſperari ſoleret ejuſmodi in caſibus ; arripuit precatorium ſertum cui ipſam alligarat, baculoque implicitum per feneſtram palatii ſui extendit, ad eam partem ubi gliſcebat ignis : qui continuo ſubſedit, eo ipſo articulo temporis, quo de univerſa civitate actum eſſe omnes exiſtimabant. Tantam ea res civibus omnibus admirationem attulit, ut, cum cauſa ſopiti tam ſubito incendii lateret, nonnullis perſuaderetur Angeli cælitus demiſſi opera id factum fuiſſe. Aſt Deus voluit, diſtinctius ſciri cauſam protectionis tam admirandæ, permittendo ut quindecim diebus poſt aliud incendium oriretur in altera civitatis parte, nihilo mitius priori. Domina enim, jam ſemel experta promptitudinem miſericordiæ divinæ, mediante S. Cruce eliciendæ, longe etiam confidentius quam prius, Cruculam ſuam extulit : & rurſum ita conſedit in ſe ignis, ac ſi nullus fuiſſet. Unde omnes evidenter cognoverunt effectum S. Crucis fuiſſe, poſtquam eis Domina ſua narrari feciſſet quod egerat : excitataque in univerſis eſt ingens erga ſacrum iſtud pignus devotio, quod Baroniſſa ipſa deinde etiam carius habuit, tantoque in pretio, ut omnibus theſauris ſuis illud præferret.

B *In Bohemia gubernium incunabulum ſoperatur. ſemel.*

C *Earumque.*

## CAPUT V.

### Higueræ figmenta, quibus ſanctæ Crucis apparitio differtur in annum 1232, & hiſtoriæ veritas obſcuratur.

*Utcumque veroſimilis ratiocinatio ea ſit, ſecundum quam, certioris auctoritatis luce nulla affulgente, definio num. 9 hujus Appendicis, ad annum circiter* MCCXXVII *pertinere appariitionem* Sanctæ Crucis *Caravacanæ, coram Maurorum Rege Carabacenſi* Zeyt Abuzeyt ; *intra illud ſcilicet tempus, quo is in ſpectus toto Murcienſi regno ſolam poſſidebat* Caravacam, *Valentinum autem adhuc abſque æmulo obtinebat : ſi tamen alicunde offerretur aliquod ſatis certæ antiquitatis monumentum, unde conſici poſſet, rem iſtam contigiſſe aliquantis annis poſt* Zaheni *evectionem, ejectionemque* Zeyti *ex regno Valentino prænominato ; haud difficulter illi me darem, inveniremque modum prioris qualiſcumque ratiocinii diſſolvendi. Verum talia non ſunt quæ, pro anno* MCCXXXII, *Robleſio obtulit* Hieronymus Román de Higuéra ; ab omnibus fere quibuſcum vixit antiquariæ rei curioſis commendatus *quidem* non perfunctorie, *uti in Bibliotheca ſcribit Nicolaus Antonii ; ſed non à ſuo Toleti plus quam per annos triginta collega,* Joanne Mariana ; *qui in tota ſua Hiſpanienſi Hiſtoria, ita invenitur abſtinuiſſe manum ab iis omnibus quæ Higueram haud illiberaliter communicare non ignorabat, ac ſi eum omnino nuſquam noviſſet : quod vel ſolum ſatis ſit, Marianæ eruditionem ingeniumque cognitum habentibus, ad ea vitanda, quorum ille licet vel maxime viderentur facere ad rem ſuam poſſe & cupidiſſime paſſim exciperentur, nec veſtigium quidem voluit in libris ſuis apparere.*

45 *Auctor iſta, ſuo per annos 20 Collegato Mariana ſu-*

46 *Prælaudatus Nicolaus Antonii, emunctæ vir naris & eruditionis ſolidæ, quem Regiorum in Curia Romana negotiorum Procuratorem generalem per annos viginti probavit Italia Hiſpaniaque* ; Induſtriam, *inquit*, Hieronymi & diligentiam ſummis in cælum uſque laudibus efferunt vulgo noſtri homines, qui cum fallere neſciant, falli ſe ab aliis poſſe haud facile credunt ; quia ditaſſe nos ille dicitur quibuſdam veteribus Chronicis, atque aliis nuſquam antea viſis antiquitatum Hiſpanarum monumentis ; quibus mirum valde eſt, quam obnoxii ac venerabundi hujus ſeculi homines, atque in iis non pauci ex noſtratibus, nec non ex exteris, docti ſagaceſque aſſurrexerint : quæ tamen alii (exterorum nempe eruditiſſimus quiſque, noſtrorumque hi qui ratione magis quam præjudicatis ducuntur opinionibus fuiſſe conficta, atque iis quorum nomina præſeferunt ſuppoſita, luculentioribus indies argumentis convicti, liquido ipſi credunt ; nec minus facile perſuadere ſperant ſe poſſe aliis, ad rem qui adduxerint mentem doceri cupidam. *Ejuſmodi fictionum evictiones toto noſtro opere adeo multas inveniet lector, ut facile agnoſcere poſſit nihil nobis opus fuiſſe alieno indicio ad cavendas hominis illius impoſturas, qui quotidie ipſas propriis palpamus manibus. Prius tamen quam retegere inciperem, quæ Higuera de* Cruce Caravacana *vel confinxit ipſe, vel ab aliis conficta commodavit Robleſio ; placuit hujus nimium facilis Hiſpani credulitati, hominis item Hiſpani judicium opponere. Nunc venio ad exhibendum ex Robleſii pag. 26, figmentum, quod ille tanta cum fiducia profert, acſi rei geſtæ documentum nullum certius explicatiuſque, non haberi ſolum, ſed nec ſperari poſſet, hiſce originariis verbis Latine conſcriptum.*

*& Nicolao Antonii hiſtoq; eruditoribus Hiſpanis & exteris,*

47 Anno MCCXXXI (ut ex relatione Conchenſi & Carbacenſi conſtat) profectus eſt ex urbe Conchenſi, cum ſalvo conductu Regis Mulei Azebuteii, Carabis & Valentiæ, Dominus Geneſius Petri

AUCTORE D. P. Chirinus, Perſona Conchenſis Eccleſiæ, nepos Chirini Populatoris Conchæ, Carabacam ad prædicandum Euangelium Chriſti, Chriſtianis captivis & Mauris. Cumque iſte ſanctus vir, Magiſter Geneſius Petri Chirinus, ſemel plus quam aliàs inveheretur in ſectam Mahometi, ipſo die Sanctæ Crucis, juſſus eſt à Rege Azebuteo inter captivos conjici in vincula. Poſtmodum anno ſequenti menſe Januario in fine, cum Rex juſſiſſet captivos duci ad ſe, viſus eſt & ipſe ſanctus vir: qui conqueſtus eſt, quod in vincula conjectus eſſet, ſub fide publica & ſalvo conductu. Rex dixit, Niſi hujus rei rationem habuiſſent, plane te interfeciſſent, & juſſus eſt recludi. Donec ſub finem Martii, cum Rex inquireret ſingulos de ſuis officiis, Magiſter Chirinus dixit, ſe Sacerdotem eſſe Chriſti. Et cum juberet, ut ſacrificaret; dixit id fieri non poſſe ſine ſacris veſtibus. Miſſus eſt qui Concha illas illuc afferret: quibus allatis, & frontali & ara, calice & aliis neceſſariis ad divinam celebrationem; indutus veſtibus cum ſubſtitiſſet triſtis, dixit Rex, quid ſubſiſteret? Reſpondit Chirinus, Crucem deeſſe. Rex vero attollens oculos vidit duos Angelos, afferentes Crucem Patriarchalem, quam abſtulerant ex collo ſancti Roberti, tunc Patriarchæ Hieroſolymitani, idque Angelis nuntiantibus ſcitum, & Carabacenſibus miſſo nuntio eſt compertum.

*fingit quod an. 1231 Geneſius Chirinus conjectus in vincula,*

*An. 1232 juſſiſſe ram Rege Miſſam facere,*

B

48 Hæc Crux erat ex ſacro ligno Crucis ubi Chriſtus pependit. Perfecit Sacrum Chirinus; & ſunt qui dicant, Regem in Hoſtia vidiſſe puerum formoſiſſimum. Qui tantorum miraculorum magnitudine (ut, quod Hieroſolymis vulgo jactaretur, ante hanc Crucem diſparuiſſe poſt annum MCLXXXIIII invenit autem Patriarcha Doſitheus) ſtupefactus, proponit ſe Chriſtianum fieri. Vocatuſque eſt Rex iſte Dominus Vincentius, idque ſub Rege Jacobo Aragonum Bellatore. Hoc miraculum acciditipſo die Inventionis ſanctæ Crucis menſe Majo, qui ſemper in Eccleſia dies illuxit fauſtiſſimus, & toti terrarum orbi celeberrimus. Crux etiam ex illo ad hunc diem cœpit multis clarere ſignis & miraculis, & per Hiſpaniam illuſtris haberi. *Hujus relationis auctor à Robleſio fuiſſe dicitur*, Fr. Joannes Ægidius Zamóra, in Additionibus ſeu Adverſariis, quas contra aliqua puncta Chronici, à Juliano Toletano Archipresbytero compilati, ſcripſit de mandato ſancti Regis Ferdinandi, quemadmodum reperiuntur in quaterno P. Mag. Hieronymi Romàn de Higuéra, fama miraculorum quæ fiebant Caravacæ moti, ut dicebat, ad viſitandam ſanctam Crucem. *Dixerat autem antea pag. 11, totam hanc ſuam hiſtoriam, ipſius Higuera fœtum quodammodo eſſe cenſendum*, cujus ordinariis vigiliis doctiſque ſtudiis acceptum referri debeat, ſiquid boni habet, ex varia lectione antiquorum modernorumque Auctorum collectum: cum ea ipſi communicarit, profitens, ſe multum S. Crucis Caravacanæ cauſa velle, quia per applicitam ſibi à matre Cruculam illius tactu ſacratam, ſanitatem recuperaſſet, immodico ſtudio deperditam, puer annorum ſeptemdecim. *Prædictis autem ut firmior adhiberetur fides, pag. 66 ruſus quædam verba Latina proferuntur, velut à prætenſo illo* Joanne Zamóra *ſic ſcripta*: Ego dum hæc ſcriberem, aliquoties allocutus ſum, ſcilicet Azebuteum, vel Dominum Vincentium Belviſium. Erat homo comis, humanus, prudens, juſtus, procero corpore, jure regis, oculis pulcherrimis, facie decorâ, plenâ majeſtate, capillis demiſſis in tegumento capitis ſerico, veſte purpurea, ſemper multis famulis comitatus; filii eum ſequuntur.

*velut ex relatu auctoris coavi*

C

49 *Dedit etiam Robleſio Romanus de Higuera, aliud quoddam documentum, tranſſemptum ut ajebat ex veteri pergameno codice Ms. Hiſpanico, quem afferebat in Conchenſis Eccleſiæ archivio ſervari; ille vero, de ejus fide certiſſimum ſe eſſe credens, accepit etiam Concha, à quodam ejus urbis cive egraphum ſimile in hunc ſenſum, ex Hiſpanico (quod habetur pag. 14) Latine ſic reddendum:* Moyſes Geneſius Petri Chirinus, filius Alfonſi Petri Chirini, unius ex primis Populatoribus Conchæ, qui Toleto originem ducunt, ad oppidum Carabacenſe tranſivit, prædicaturus fidem Mauris, cum ſalvo conductu Regis Ferdinandi cognomento Sancti, qui pater fuit Regis Alfonſi, Imperatoribus comparandi. Cum autem Azebuteus, Rex Carabacæ, Murciæ, & Valentiæ, ibi eum interrogaret, quid opificii exerceret; reſpondit ſe eſſe Clericum Miſſalem. Idem autem quæſivit ex ceteris captivis omnibus, juſſitque ut ſuum quiſque opus exerceret: Clericus vero dixit, quod non poterat cantare Miſſam abſque paramentis eccleſiaſticis. Sciens porro Rex ea Conchæ invenienda, miſit qui requireret: allataque induit Clericus, & fecit altare. Mandavit ei Rex ut opus ſuum ageret. Cumque nihilominus hæſitaret Clericus, Quare, inquit, non operaris? Reſpondit ille, Quia deficit pars potiſſima, videlicet Crux. Suſtollens porro oculos Rex, vidit quod Angeli duo Crucem cum magna claritate demitterent; unde animatus Clericus Deo gratias egit, Miſſamque dixit: poſtea autem intellectum fuit, quod Angeli ipſam acceperint de pectore Patriarchæ Hieroſolymitani. Baptizatus fuit Rex per manus Chirini: patrini vero ejus fuerunt D. Petrus de Monteforti & Bello-viſo, & D. Joannes de Concha: ex quibus & ex D. Moyſe Geneſio reſcita fuerunt hæc omnia; cum Rex Zeyt Azebuteus liberos eos dimiſiſſet. Prædictus Moyſes Geneſius vitam ſuam ſanctæ terminavit, & jacet ſepultus Conchæ in eccleſia S. Mariæ. Æra MCCLIV.

D

*acceperit Crucem ſumptam à collo Patriarchæ Hieroſolymitani,*

*ipſiſque firmando allegat Ms. Conchenſe,*

E

50 *Quis non crederet hic ſe manu tenere omni fide dignißima teſtimonia duo, alterum ætate* S. Ferdinandi, *alterum ſub filio ejus* Alfonſo *conſcriptum? Vtrumque tamen ſubleſtæ fidei eſſe ſuſpicabitur mecum, quiſquis novit iſtum* Romanum de Higuéra, *ex cujus fide cuncta hæc edidit Robles, auctorem eſſe omnium earum fabularum, quibus tam cæcam fidem à pleriſque recentioribus habitam merito queruntur oculatiores in Hiſpania, cum aliud nihil ſint quam cerebri poſt multas litteras delirantis ſomnia, imprimis prænominati* Juliani Chronicon, *atque alia hujus generis plura, ſub nominibus* Dexteri, Maximi, Luitprandi, *& ſimilium antiquorum edita: adverſus quæ tum alii eruditi Hiſpani nonnulli fidenter decertarunt, tum omnium operoſißime ac ſolidißime* Don Gaſpar Ibañez de Segovia y Peralta *in ſuis Diſſertationibus Eccleſiaſticis, quarum priorem partem edidit anno* 1671 *tunc præcipuo titulo ſolum* Agropolitanus Marchio; *nunc vero, dum ſecundam ſub prælo habet, duplici ex capite Magnas Hiſpaniæ, utpote hereditario uxoris jure tranſgreſſus in familiam* Mendozæ, *factuſque etiam* Marchio de Mondegàr y de Valhermoſo, Comes *item* Tendiliæ; *ut taceam alias ejus prærogativas, ex Equeſtri Ordinis Calatravæ habitu, Prætura Alhambræ, & Capitaneatu urbis Granatenſis. In eadem ergo officina, eademque fallendi lubentia, cenſeri procuſa poſſunt præfata monumenta duo, ex Robleſio jam relata.* Romanus *enim iſte, machinam talem moliens, nihil egit ſolertius, quam ut quaqua verſum ſpargeret ſuorum commentorum fragmina, quibus poſtea in confirmationem adornatæ à ſe fabulæ concurſuris, tamquam teſtimoniis omni certitudine ſubnixis, uteretur. Verum nolo uti hoc præjudicio, licet apud Eruditiores Hiſpanos jam receptißimo; venio ad evictionem immediatam impoſturarum, quibus ſcatent tum prætenſa illa* Fr. Ægidii Zamorenſis Adverſaria, *tum* Conchenſia ſcripta.

*ejuſdem ſarina cujus & Iuliani pſeudochronicon, aliaque ſimilia.*

F

51 *Quòd*

AUCTORE D. P

A *In iſtis (ut taceantur ſtyli novitas,*

51 *Quod ad primum præcipuumque attinet, Latina conſcriptum lingua, difficile eſſet ſpeciem aliquam vetuſtatis in eo agnoſcere, facillimum ſuſpicari novitatem, ex vocibus recentioris plane uſus, ut ſunt* Salvus conductus, Perſona, Magiſter, Populator, Frontale, Sacrum, Ara, *iſto* XIII *ſeculo non ſic ſolita nominari. Sed nolo hoc argumento uti. Nolo etiam quærere, quomodo, præter uſum ejuſdem ſeculi, in eodem Latino teſtimonio notentur anni ſecundum Æram Chriſtianam vulgatam. Cavere tamen non poſſum quin notem, annum Chriſti* MCCXXXI, *quo Caravacam profectus primum* Geneſius *prænemoratus ſit, male convenire cum Æra* MCCLIV, *qua in Conchenſi Ms. videtur ille ſepultus dici: eſſet enim hic annus Chriſti* MCCXVI. *Denique non requiro, quæ ſint illæ* Relationes Conchenſis & Carbatenſis, *ad quas* Ioannes Zamorenſis *fingitur provocare; voce tenus, an ſcripto tradita? licet ea quæ anno* MCCCLXXV *ſcripta habetur Caravaca Relatio, aliam nullam priorem ſupponat ſcripto traditam, & longe aliter narret ea quæ velut ex Majorum memoria accepta refert. Prius tamen quam porro pergam examinare, iterum iterumque proteſtor, de veritate allata Caravacam* S. Crucis, *& miraculi quo allata ſit, nullatenus me dubitare; ſolumque Hiſtoriam ejus expurgatam me cupere à novitiis additamentis circumſtantiarum fabuloſarum, ſine quibus niſi res inveniretur antiquius ſinceriuſque teſtata, ipſam etiam miraculi ſubſtantiam merito quis haberet de fictione ſuſpectam. Nec enim pernicioſior ulla ſacris hiſtoriis afferri labes poteſt, quam cum ſic implicantur falſis circumſtantiis rerum, temporum, ac perſonarum, ut his deprehenſis ſtatuere lector auditorve nequeat, quid demum eis veri ſubſit, niſi per conjecturam. Sub iſta ergo proteſtatione dico, Relationes præcitatas neutiquam recipi poſſe pro veris ſeculi* XIII *ſcriptis, quia cum indubitabili, tam Hieroſolymitanorum Patriarcharum, quam Regum Hiſpanorum Chronologia pugnant, ut ejuſmodi errores committere & ſic exorbitare Auctor eo tempore ſcribens non potuerit.*

*inconcinnitas utriuſq; Æræ &c.)*

B


*expenditur evidens repugnantia cum certiori hiſtoria*

*Regum Hiſpanorum,*

52 Conchenſis civitas, *unde Sacerdos iſte (cujus nomen ignorare malo, quam diſcere à fabulatore) civitas, inquam, unde iviſſe Caravacam dicitur Chriſtianus Sacerdos, anno* MCLXXVII *Chriſtianæ Religioni aſſerta ab* Alfonſo, *non* Aragoniæ (*uti forſitan Higuera credidit, iſta fingens*) *ſed Caſtellæ Rege, anno* MCCXXXI *ſuberat* Sancto Regi Ferdinando. *Quomodo ergo fieri potuit, ut Auctor ejus juſſu correcturus defectus* Juliani Archidiaconi, *quod prætenditur; Regemque, ſub quo res acta erat, nominaturus; eo, ad quem, & in cujus gratiam ſcribebat, prætermiſſo, ſcriberet rem actam* ſub Rege Aragonum Jacobo, *cui neque Concha neque Caravaca quidquam juris erat? Hoc autem eo modo fit, dum additur,* Bellatore; *acſi ageretur de Rege pridem mortuo, & glorioſum iſtud cognomentum crebris pugnis victoriiſque commerito.* Jacobus *tamen iſte primum natus fuit anno* MCCIX, *adeoq; junior* Ferdinando Sancto *fuit annis* XI, *& eidem totis* XXIV *annis ſupervixit, mortuus ſub annum* MCCLXXV. *Nihilo levius impingit ſuppoſititius* Joannes Zamorenſis *contra Chronologiam Patriarcharum Hieroſolymitanorum, ex coævis oculatiſque teſtibus deductam ante Tomum 3 Maji: ubi invenietur, quod* Robertus, *de cujus,* tunc Hieroſolymitani Patriarchæ *collo, dicuntur Angeli* Crucem Caravacenſem *accepiſſe, primum promotus fuerit anno* MCCXL; *ante quem electi alii duo ſint, videlicet* Jacobus de Vitriaco, & Gerondus *vel* Geraldus *Valentinus in Gallia Epiſcopus, mortuus anno* MCCXXXVI. *Abſonum præterea eſt, quod* Crux, *quæ dicitur amiſſa fuiſſe anno* MCLXXXIV, *adeoque ſub* Heraclio, *Latinorum Hieroſolymis reſidentium ultimo, &* à Doſitheo (*urbe jam capta à Turcis*) *ſchiſmatico ejuſdem ſucceſſore, reperta; non etiam dicatur ab hujus vel ſucceſſoris æque indigni collo rapta, ſed à collo orthodoxi Latini Patriarchæ, non* Hieroſolymis *ſed* Accone *reſidentis; & tamen veritatem facti, non* Accone, *ſed* Hieroſolymis *didiciſſe finguntur Caravacenſes Legati. Proinde facillimum eſt judicare, quod fabulator ſic exorbitans in deſignandis locis perſoniſque, tam fuerit ignarus rerum, quam qui ſub nomine Enochi Patriarchæ Hieroſolimytani fingens vitam S. Angeli Martyris, eum, Sacerdotem ordinandum anno* MCCXIII, *non miſit Acconem, ubi inventurus erat Patriarcham orthodoxum, eumdem à quo ſuus Ordo recens acceperat Regulam; ſed in Hieruſalem inſeſſam à Turcis, & ubi Chriſtianus nemo niſi ſchiſmaticus manebat. Vtique arbitrabantur ſcriptores ambo, penes orthodoxos adhuc Vrbem ſanctam fuiſſe eo pro quo ſcribebant tempore; ſed hoc opinando ſuam prodebant imperitiam, ſuaque temeritati confutandæ præſtabant argumentum.*

C

*& Patriarcharum Hieroſolymitanorum,*



53 *Cur autem vocatur* Crux Patriarchalis, *&* de collo ſumpta *dicitur ea, cujus hic figura exprimitur, ipſa qua Caravacenſis Crux eſt longitudine ac forma? An quia Patriarcha Venetus, & quidam alii in Occidente noſtro Patriarchæ, duplici nunc Cruce utuntur? Aſt inſtitutum hoc noſtrum admodum recens eſt; in Oriente autem omnes, tam Epiſcopi quam Patriarchæ, tam Clerici quam Laici, tam viri quam feminæ, ſimplici vel duplici Cruce utuntur indifferenter, uti videre eſt in Sanctorum Sanctarumque omnis generis imaginibus, quas noſtræ Ephemerides Græco-moſchæ ante* I *Tomum Maji exhibent. Si porro eas Cruces attendimus, quæ* Caravaca *adferri ſolent, habent illæ omnes ſuperne vel anſam perforatam vel annulum, ut ad collum vel aliter ſuſpendi poſſint: talem autem, ſi* Crux *primaria etiam haberet, nihil obeſſet, quo minus Græcanicum* Encolpion

*ipſaque Crucis forma, quæ falſo dicitur Encolpion Patriarchale fuiſſe,*

illa

AUCTORE D. P.

*illa fuerit*, Episcopale *vel* Patriarchale. *Ast si ejusmodi ansa defit, nec aliud in parte superiori foramen, per quod traji funiculus vel catenula possit (sicut suam Robles in imagine exhibet, nosq; ex eo) profecto, sicut ille negat ipsam ex eorum esse genere quæ Patriarchis præferebantur in hastili, quia inferne nec foramen habet, quo cuspidem hastilis recipiat; neque cuspidem, quæ hastili ipsi superne forato immittatur; sic etiam negari debebit eadem* Crux *usum Encolpii præstare potuisse, ob ansulæ, vel annuli, aut saltem foraminis defectum in parte superiori. Tali autem casu dicerem (est enim valde consonum præsenti historiæ)* Crucem *esse* Liturgicam, *quali passim (ut ipse vidi) utuntur Græci ad Sacrificium, habentes eam ante se positam in altari, absque ullo cui, sicut apud nos fit, infigatur pedamento. Unde vero* Crux Caravacana *allata sit, desinire præsumat nemo: nemo etiam cum fundamento asseveraverit, formatam esse ex ligno ejus Crucis, ex qua pependit Dominus; quando, ante jam refutata commenta, nemini in mentem venit illud asseverare; nisi forte eo trahatur quod, in antiquis miraculis hodiernoque usu, identidem appelletur* Sancta vera Crux, *unde ad summum haberi potest vulgaris præsumptionis argumentum. Talis vero præsumptio, quam difficulter convinceretur erroris, tam facile credetur esse incerta ac dubia, ab iis qui norunt, quam multis passim alicujus sacri ligni vel miraculosæ* Crucis *frustulis traditio popularis prærogativam eam tribuat, quod sint de ipsa* Christi Cruce *accepta.* Caravacanam *quod attinet, ad eam specialius venerandam abunde sufficit, quod Angelorum manibus credatur allata, sitque divinorum beneficiorum erga homines instrumentum præsentissimum.*

*cum potius habeat speciem Crucis Liturgicæ.*

B


## CAPUT VI.

Quam nihilo meliori fide alius, repertos Caravacæ Characteres fictitios, ut Arabicos explicans, notaverit annum Arabum 594, qui esset Christi 1198.

54 *Characteres circum fenestram repertos;*

*Est Caravacæ, è Regione altaris in quo* S. Crux *servatur, orbicularis fenestra, per quam ipsi altari totique sacello lux infertur; in cujus limbo exarati legebantur, cum scriberet Robles, nescio an etiam modo, characteres quidam, scriptura ac lingua, vulgo eruditorum ignota, hac, quam pag. 47 exhibet forma.*

C



*interpretari præsumpsit Michael de Luna,*

Hos characteres, *inquit Robles*, cum fideliter & accurate per singulos eorum apices, ut hic repræsentantur, curavissem excipiendos, præteritis nuper annis (*scilicet ante annũ* 1615, *quo librum suum edidit*) misi Valentiam atque in Aragoniam, in Lusitaniam quoque & Salamanticam, aliaque Hispaniæ loca, ubi sciebam plures eruditos homines haberi, quos inter sperabam reperiendum interpretem ipsorum Characterum; quin usque in ipsam Barbariam mea se extendit diligentia. Sed frustra omnia: nemo enim uspiam inventus est, qui explicationem polliceri auderet: quousque Deo ac Domino nostro revelante thesauros suos divinos, qui in monte sancto prope Granatam absconditi, etiam seculis præteritis latuerant; illuc venit, ad explicationem repertarum laminarum librorumque, talium peritissimus Licentiatus Michaël de Luna, Medicus, linguarum interpres: qui sensum Characterum istorum declaravit per duas epistolas, quas originales habeo, & archivo sanctæ Crucis inferre servandas cogito; unam scriptam XXIX Septembris anni MDCIII, alteram VIII Martii sequentis: docuitque me, esse zyfras Arabicas.

D

*quomodo explicuerat laminas Granatenses,*

*Characteris ut prætenditur, Salomonici:*

55 *Hæc legens recurre, obsecro, ad Commentarium, Actis Regis sancti prævium, & num.* 15 *vide quales sint isti libri laminæque Granatenses, & quomodo* illorum pars non modica, *juxta gravissimum Apostolicæ Sedis de iis judicium*, ex Alcorano aliisque Mahometanorum impurissimis libris, transcripta *fuerit* in perniciem Catholicæ fidei. *Sunt plerique, aut in pergameno subtili descripti Arabica hodierna & lingua & littera, cum aliqua tamen affectatione vetustatis; aut in plumbeis lamellis punctim insculpti, latinis verbis, litteris tamen non Romanis, sed affectate barbaris: quorum specimen sit tibi titulus unius eorum, ordinariis Latinis litteris sic legendus;* LIBER FUNDAMENTI ECLESIE, SALOMONIS CHARACTERIBUS CONSCRIPTUS, *quales scilicet hic vides.*

E



56 *Verum quid Arabici characteres, cuicumque linguam scienti sat prompte legibiles, & nullam omnino cum Caravacanis affinitatem habentes? quid alii, si Superis placet, Salomonici, ad formam Teutonicarum litterarum atque typorum paulo ante hoc seculum in Hispania usitatorum facile referibiles, quantumvis studiosum deformati? quid, inquam, utrique potuerunt conferre Michaeli de Luna, ad explicandum sensum inscriptionis prædictæ* ⁋ *in qua plures litteræ, puta* A. E. I. O. V. *vel* Y. M. N. R. S. T. *clarissime dignoscuntur quales sint; cetera pleraque in Gothicis Runnicisve scriptis reperiuntur quidem, aut ad eas facile reducuntur, nullam tamen speciem articulatæ vocis integrare valent? Qui autem, ipsam inscriptionem interpretandam assumens, aperte convincitur fuisse mentitus, in eo cujus contrarium optime scire poterat; quando in Arabicis scripturis sat bene versatus, diversissimas ab eorum usu litteras, finxit esse Arabicas; quomodo fidem inveniet, non solum dicens, singulas aut pleraque supponere pro integris verbis, quod gratis asseritur; sed & significationem genuinam earumdem assecutum se? cum ex unis eisdemque initialibus litteris, sic acceptis & pro cujusque arbitrio extensis, aptari sententia disparatissima ac fere infinita*

F

*eosque Arabicos esse imaginatus sibi,*

A *infinitæ poſſint, ut patet in hiſce S. P. Q. R. & I.N.R.I. Age tamen videamus, quam ſententiam Caravacanis (ut appellat) zyſris ſubeſſe credi voluerit Arabs noſter, Regii interpretis titulo ſtipendioque auctus, pro opera in libris Granatenſibus navata, ſoluſque idoneus inventus Oedipus Sphyngi iſti extricandæ. Ait ipſe hunc ſenſum facere.* Anno quingenteſimo nonageſimo quarto Arabum, tempore Mahomad, Abuzeyt Rex potentiſſimus, & triginta homines, in hoc habitaculo converſi fuerunt ad ſalvamenti veram legem (& hoc, Dei gratia, Cruce duplicata mediante, quam Angeli Dei attulerunt) & alii multi eos comitantes & adjuvantes ad celebrationem: ad quorum memoriam hæ litteræ fuerunt cælatæ.

*gratis excogitavit annum 594 Hegyræ,*

57 *Hic prius quam nimiam meam accuſem excuſemq; credulitatem, natam ex affectu erga* Sanctum Regem, *& ex abominatione Higueriana fictionis, neceſſe eſt explicem Arabicorum annorum rationem, diverſiſſimam à noſtris. Scito igitur, omnes eos populos qui Mahometanam ſectantur impietatem, atque imprimis* Arabes, *unde* Saraceni Maurici *genus ducunt, annorum ſuorum epocham, quam* Hegiram *vocant, ducere à fuga* Mahometis, *quæ (ex conſenſu omnium in ejuſmodi nunc verſatorum) cecidit in* XV Julii, *anni ſecundum communem Chriſtianis Æram* DCXXII. *Cumque illorum anni lunares ſint, adeoque ordinarie ſolum numerent duodecim lunationes, conſtituentes ſummam dierum* CCCLIII; *contingit neceſſario, ut* Hegiræ annus I, *à* XV *Iulii ductus, finiatur die* III *Iulii ſequentis; &* annus II *ejuſdem* Hegiræ *inchoetur à die* IV *menſis prænominati; & ſic conſequenter per dies* XII *retrogradiendo, anticipatur ſemper anni cujuſque Arabici initium; ac tandem eo pervenitur, ut noſtri Ianuarii Kalendis inchoatus talis annus Arabicus, in Decembri ejuſdem noſtri anni finiatur; ſicut accidit anno* DCXL, *quando* annum XIX Hegiræ, I *Ianuarii cœptum, excepit, eodem anno noſtro &* XX *Decembris,* annus XX *ipſius* Hegiræ. *Ita fit, ut eodem circulo ſingulis triginta duobus annis recurrente, ſupra annorum noſtrorum numerum excreſcat anno uno numerus annorum Arabicorum; utque eorum* annus DXCIV *ſub iſto inæquali progreſſu initium ſumat* XII Novembris *anni noſtri* MCXCVII (*alias, ſi æqualiter progreſſum fuiſſet, inchoandus in Iulio anni noſtri* MCCXV) *finiaturque die* I *Novembris anni noſtri* MCXCVIII, *ſecundum accuratiſſimam eorumdem annorum tabulam, in Gloſſario Cangii (quod omnigenæ eruditionis promptuarium rectius nominaveris) accuratiſime explicatam, ad verbum* Annus.

*qui cadit in an. Chriſti 1198,*

B

C 58 *Ita doctus, & inveniens* Mahomadum, *cujus tempore res acta dicebatur, eo præciſe anno regnaſſe: quippe qui, paulo poſt illatam Chriſtianis anno* MCXCV *ad Alarcurim cladem, patri ſucceſſit, & vixit uſque poſt majorem ab illis ad Navas Toloſanas receptam anno* MCCXIII: *inveniens, inquam, prænotatum annum Æræ Arabicæ recte convenire cum tempore regnantis* Mahomadi; *convenire autem in eum præciſe annum, quo vel conceptum vel natum* ſanctũ Regem *conſtabat; quaſi clauſis ad alias omnes conſiderationes oculis, primum ipſi* Sancto *gratulatus ſum, tam illuſtri miraculo fuiſſe præmonſtratum, eum fore Crucis ſalutiferæ propugnatorem; deinde compaſſus Robleſio ſum, qui Higuerianis figmentis obcæcatus, conatus ſit Arabicorum annorum circulum, contra quam paſſim doceri agnoſcebat, torquere ad annum Chriſti* MCCXXXII, *ex neſcio cujus Pinedæ calculatione imaginaria, nec ſaltem animadverterit, quam multum annus iſte excederet tempus imperantis Mahomadi, quod tamen omnino retinendum erat, ſi qua eſſet fides interpretantis Lunæ. Tum vero cœpi cogitare, quam apte poſſet concipere aliquis, quod* Abuzeyt, *etſi tunc, cum res ageretur, ſolum Rex ſeu Regulus Caravacanus, antea tamen etiam Conchenſis fuerit: qui amiſſa ipſa Concha totaque circum regione, anno* MCLXXVII, *vitam ac libertatem pactus à victore Caſtellano, permiſſus ſit ſuo arbitrio ſuaque lege vivere Caravacæ; quod idem ſub annum* MCXCIV, *erectis præſentia Almohadi novi Im-*

*meque decepit iſtâ cum anno natali Sancti convenientiâ,*



*peratoris animis Maurorum, propter innumeras quas is ex Africa traduxerat copias, eidem ſe junxerit, ſpe magna plenus recuperandi regni, quod pugnæ & victoriæ ad Alarcurim particeps, eoque ferocior erga Chriſtianos, complures Caravacam captivos abduxerit, interque eos Sacerdotem unum; quod denique, hoc Sacerdote Miſſam celebrare juſſo, factum ſit miraculum, quo motus* Abuzeyt *ad fidem Chriſtianam acceſſerit; ejuſque liberius exercendæ cauſa Caravacam ceſſerit* Alfonſo, *accepta invicem poſſeſſione quadam apud Concham, cujus hodieque ſuperſtes turris à tali incola nomen retineat. Denique, ſic invento, ut rebar, vero anno allatæ* Crucis, *judicavi ultro corruere omnia quæcumque Caſtellani Aragoniique ſcriptores nonnulli, ab eodem Higuera ſuffarcinati, aut propriis porro conjecturis ſubnixi, addiderunt cœptæ ſemel fabulæ; ut quod* Abuzeyt *pacis petendæ cauſa* Concham *advectus, &* Geneſii Presbyteri *hoſpitio uſus, facultatem ei fecerit* Caravacam *excurrendi; quod poſt miraculum, regno expulſus à rebellibus ſubditis ad* S. Ferdinandum *confugerit cum uxore & filiis,* Alfonſo & Ferdinando *ſupra fontem dictis; multiſque donatus poſſeſſionibus, poſt rem fideliter contra Mauros geſtam in obſidionibus Cordubenſi atque Hiſpalenſi, apud* Concham *conſenuerit, & vixerit uſque ad annum* MCCLXX *octogenario major; quod denique prædictis filiis relinquens quidquid poſſidebat, dono* Jacobi Regis, *in regno Valentino jam Chriſtiano; alias in Murcienſi Regno poſſeſſiones dimiſerit* Hoſpitali S. Jacobi Conchenſis.

AUCTORE D. P. *& aptiori ad reliquæ hiſtoriam connexione.*

*quæ figmenta Higuer habebant;*

E

59 *Error alius meus fuit, ex eodemque affectus nimii fonte ſcaturiens, feneſtralem illam qualemcumque inſcriptionem, una cum picturis per parietes Sacelli Caravacani ductis, recepiſſe velut indubitata monumenta illius ipſius temporis, quo res geſta fuit; nec animum advertiſſe ad horribile illud & num.* I I *relatum anni* MCCCXLVIII *incendium, quo neceſſe fuit aut aboleri ſi quid tale ibi antea exſtitit; aut miraculo nihilo minus memorabili quam fuit ipſius Crucis præſervatio, illæſum manſiſſe à flammis, quod tamen nuſquam dicitur. Hoc enim ſi animadverti ſſem, ſatis fuiſſet concedere, iſtæc omnia, poſt annos aliquot fuiſſe, vel primum ſic poſita, vel ex aliquali eorum quæ antea extiterant memoriâ per artificem repoſita. Sed hoc quoque nimium videri debuerat, ſi notaſſem, in authentica illa anni* MCCCLXXV *relatione nullam fieri picturarum mentionem, hiſtoriam* Sanctæ-Crucis *repræſentantium. Iſtis vero tandem ad mentem revocatis, cum plane jam perſuaſum haberem, nihil in parietibus prædictis ſpectari quod eſſet ſeculo* XV *antiquius; volebam rogare pictorem mihi amicum, ferendo de illis judicio idoneum, tunc Gadibus commorantem, ut Caravacam cauſa devotionis excurreret. Sed intellexi, fruſtra id futurum: illas enim omnes qualeſcumque picturas & inſcriptiones, annis paucis poſt editam à Robleſio hiſtoriam, cauſa innovandi dealbandique ſacelli, recenti calce fuiſſe obductas, iis qui id curarunt nihil ſolicitis, ut earum ſaltem ectypa fierent, in archivo ſervanda potiori jure, quam iſtic ſervari Robleſius voluit impoſtrices epiſtolas Lunæ. Operæ pretium tamen fuerit eorumdem argumenta, verbis ſaltem Robleſii cognoſcere. Ergo, ut ait ille, primo* in pariete, collaterali altaris quod eſt in capella ſanctæ Crucis, ad latus Euangelii, cernebatur pictura Regis, equo inſidentis, & toga cærulea induti: juxta quam ſtare videbatur multus populus, Clericum captivum adducens; in orâ autem togæ extimâ, velut acupictæ, cernebantur hæ notæ:

*ut non notarum omnium eductarum eſſe centiora ſeculo 14.*

*Sunt illa nunc abolita quidem,*

F

*ſed quæ vidit ea deſcripſit Robleſius,*



In arcu etiam ſellæ equeſtris, cui Rex videbatur inſidere, ſimiliter notati legebantur characteres hi:

AUCTORE D. P.

## OMNRONBVDLYTA.

In altero parietis latere ad cornu Epiſtolæ, exprimebatur diſputatio Regis & Sacerdotum ejus cum Clerico, Rex autem ſedebat in ſedili; Clericus vero ſtabat, atque incipiebat Miſſam; interim dum Angeli dimittebant Crucem, ea qua ſupra expreſſimus magnitudine ac forma. *Denique* in pariete qui eſt è regione altaris, ubi eſt feneſtra rotunda, de qua ſupra, conſpiciebantur duo Sacerdotes Mauri, cum aliis magnæ gravitatis perſonis, aſſiſtentes baptiſmo Regis; qui baptizabatur à quodam noſtro Sacerdote, eodem, quantum ex faciei lineamentis apparebat, qui captus fuerat & Miſſam dixerat. Rex vero ad pedem Fontis ſacri apparebat genuflexus, manibus junctis hilari vultu cum magna devotione: juxta autem aſſiſtebat Regina togata magnæ majeſtatis, & circa oram togæ videbantur hæ notæ:

B


## TMQP2ƆRES LQSTEV EN CETTQISQTLQAYDESEC

60 *Hæc Robleſius: quibus lectis ac viſis, non difficile fuit Lunæ comminiſci quidquam, non omnino abludens ab ipſo picturarum argumento: itáque primis characteribus hanc interpretationem adaptavit.* In memoriam meæ converſionis, & ad gloriam Dei, obtuli hanc Regiam veſtem, ad induendam eam in die ſanctæ Crucis, propter ſolennitatem feſti. *Alios finxit ſignificare*: Cum hoc equo exaltavi Legem Dei, & vici inimicos ejus in prælio multis vicibus. *Tertiis denique litteris talem ſenſum ſubjecit*: Ego Regina Heyla, nunc Helena, uxor Abuzeith, & duo filii mei, fuimus converſi per Dei gratiam ad ſanctam fidem: in cujus rei memoriam hic effigiata ſum. *Ita ille ex conjecturâ, quam non prorſus alienâ à picturis, tam diverſâ à litteris ſibi oblatis commentus. Quamquam ea quæ videtur eſſe de Reginæ converſione pictura, non uſquequaque conveniat, cum precatione, quam caci apud ſanctam Crucem recitant, teſte Robles. In hac enim, nulla facta converſionis mentione, ſolum dicitur Regina, intellecto miraculo, manſiſſe Moratalia, ubi erat, quaſi ad virum numquam reverterit. De Characteribus patet (ut dixi) multos eſſe Latinos, quibus aliquos etiam Gothicos, plures Runnicos eſſe permixtos, nemo negabit, quiſquis earum gentium Alphabetha, apud Franciſcum Iunium & Olaum Wormium viderit.*

& explicationem gratis commentus eſt Luna,

Cum illi characteres non ſint Arabici ſed Latini & Gotho-Runnici,


C



*Ne tamen horum quoque ſpecimen deſideret lector, Auctores illos in promptu non habens, en tibi, ex Chriſtianiſſimi Franciæ Regis gazophylacio, Gothicorum nummorum ibi*

*dem aſſervatorum aliquos, ichnyocolla, exceptos mihique ab eruditiſſimo Cangio tranſmiſſos, dimiſſa ulteriori eorumdem examinatione peritis Septemtrionalium antiquitatum. Animadvertit etiam eruditus quidam Danus inter Caravacanas illas litteras nonnullas miſceri quas ſolum invenire ſit in ſex alphabethis ſecretis atque magicis apud Thurneiſſerum, in calce partis 2 ſui Onomaſtici, quod necdum vidimus: & tales eſſe ait*

D



*quarum prima in Alphabeto Northmannico reſpondeat noſtro* R, *ſecunda in Magico Honorii Thebani ſit* E, *tertia in Vaſtvaldiano ſit* G, *quarta in Trithemiano ſit* D. *Ex quibus interim ſimul omnibus negat vir iſte eruditus, & negant alii omnes, ſenſum aliquem elici poſſe, proinde vehementer ſuſpicantur rem totam eſſe fictitiam. Certe ſiquis tempore* S. Ferdinandi *ſcribere aut ſculpere aliquid Caravacæ voluiſſet ad illuſtrationem hiſtoriæ, in parietibus ſacelli pingenda; uſus is eſſet ejuſdem temporis litteris, vel Arabicis vel Gotho-Romanis; quas qui legere ſciret numquam defuiſſet, tot hodieque extantibus ſeculi* XIII *utraque in lingua monumentis ſcripturarum privatarum ac publicarum.*

aut potius ad libitum ficti.

E

61 *Atque hæc dicta ſint de impoſturis, ipſiuſmet primæ* Veræ-Crucis *hiſtoriam nunc obnubilantibus, ideoque neceſſario retectu. Quod autem attinet Cruculas ſecundarias, quas Cap.* 4 *vidimus, primariæ illius attactu tantum virtutis adipiſci, ut ad earum præſentiam nihilo minora quam apud ipſam patrentur miracula; monendus etiam Lector eſt, ne cum illis credat pariter diſtribui facultatem lucrandi Indulgentias, quales obtinent Fideles tenentes numiſmata aliaque id genus, eum in finem à Romanis Pontificibus vel ex eorum ſpeciali commiſſione benedicta. Fuerit hic aliquando error, in vulgus proſeminatus ab hominibus, minime malis, ſed nimium credulis, quorum circumferuntur Relationes, vario idiomate variiſque locis & annis impreſſæ, cum addito ad calcem ſyllabo maximarum Indulgentiarum, quas ejuſmodi Cruculas pie geſtantibus* Pius V *conceſſiſſet, confirmaſſent autem* Gregorius XV, *&* Urbanus VIII. *Nunc vero poſtquam Decretum ſacræ Inquiſitionis Romanæ prodiit anno* MDCLVII, XVIII *Maji, ubi inter alias plures ſuppoſititias, penultimo loco recenſentur* Indulgentiæ conceſſæ Crucibus de Caravaca, *par eſt, neminem inveniri amplius, qui (niſi Decreti talis ignarus) vendere aut donare præſumat Caravacanas Cruculas, velut ejuſmodi Indulgentiis præditas. Videatur noſter P. Georgius Gobat in Quinario, Tract. de Indulgentiis num.* 678, *Decretum ipſum exhibens: quod legiſſe ſatis eſt, ut ab ejuſmodi impoſturis quis caveat ſibi aliiſque. Difficilius fortaſſe cavebuntur, qui Caravacanarum formam imitati, ſimiles iis venditant, tamquam allatas ex loco, ubi numquam fuerunt; & participantes virtutem ſacri Ligni, quod numquam attigerunt. Et væ quidem illis qui quæſtum ſibi faciunt ex pia fidelium credulitate: ſed tanta eſt benignitas clementiſſimi Servatoris, ut ſic deceptorum bonam fidem numquam ſit rejecturus, quin vel optatum ſperatumque fructum, vel meliorem alium ex ea referant. Interim, ut revertar unde digreſſus ſum, maneat ſanctum iſtud lignum,* Sancti Regis *amatoribus cultoribuſque Hiſpanis eo etiam titulo venerabilius poſthac, quod fuerit illo regnante allatum:* per virtutem *vero ipſius* ſanctiſſimæ Crucis, *quam Caravacana repræſentat, ſi non & pars ejus aliqua eſt* liberet nos Deus noſter ab omnibus inimicis noſtris. Amen.

Caravacanæ Cruci admotæ aliæ,

nullas impertiuntur indulgentias,

F

& pro veris aliquando obtruduntur falſæ.

EPI-

A

# EPISTOLÆ

## datæ à Decano & Capitulo,

*occaſione primæ editionis horum Actorum, ad Regem Catholicum, ad Imperat. Romanorum, & Sereniſſimum Poloniæ Regem.*

*Recuſo, quod antehac ſingulari editione prodierat opere, atque in hunc proprium ſuum locum relato; injurius poſteritati, & erga* Reverendiſſimum Decanum atque Capitulum Hiſpalenſe, *editionis iſtius curatores, ingratiſſimus videbor; ſi lectorum oculis ſubtraxero Epiſtolam eam, cum qua ipſum glorioſiſſimo* Monarchæ noſtro *dedicatum oblatumque fuit; alias item illas, cum quibus* Cæſari Regique Poloniæ *miſſa ſunt exemplaria; ut qui in exterminium Turcica barbariei auſpicatiſſima arma & conſilia tanto conferebant cum ſucceſſu; præ oculis habentes eximium hac in laude* Ferdinandum, *ejuſdem & animarentur exemplis, & juvari mererentur ſuffragiis.*

B

# CAROLO II

## HISPANIARUM

## ET

## INDIARUM

# REGI CATHOLICO.

SUb ſacrum Majeſtatis Tuæ aſpectum rurſus venit Tuus Noſterque Ferdinandus, Rex Caſtellæ ac Legionis, nominis ordine Tertius, ſanctimoniæ prærogativa Primus. Noſter, beneficio fundatæ dotatæque nobis poſt Mauros ejectos Metropolitanæ Hiſpalenſis Eccleſiæ: Tuus, nexu continuatæ per tot glorioſiſſimos Reges proſapiæ. Utriſque tamen venerabilior eo titulo, quo ante hoc decennium dignata eum Apoſtolica Sedes, San-

C ctorum Hiſpaniæ Patronorum Catalogo adſcripſit. Tunc apparatum ordinemque feſtorum, tali occaſione in Tua Hiſpalenſi Urbe inſtructorum, non ſolum legendum per litteras, ſed & in imaginibus ſpectandum exhibuimus Sacræ Majeſtati Tuæ; annos quidem ætatis primæ dumtaxat egredienti, ſed jam tum magnifice demonſtranti, quantum Catholicæ pietatis ab Avo tam Sancto hauſiſſet. Poſtquam vero, paſſu eodem quo gradiebaris ad virilem ætatem, factus quoque es ad talis Progenitoris augendam venerationem æque ac ad veſtigia illius ſequenda concitatior; exoraviſti Pontificium Breve, quo Tui utroque in orbe ſubditi, quotquot ad Horarum Canonicarum penſum rite perſolvendum tenentur; ejuſdem Sancti Regis feſtum ſolennitate præcipua ſub Ritu Duplicis celebrare juberentur. Hinc accenſis magis magiſque ſtudiis tot populorum, quot vaſtiſſimo Tuo complecteris Imperio, cupientium noſſe diſtinctius Patroni novi, tantaque cum prærogativa honoris ſibi commendati, merita ac laudes; nihil videbamur facere opportunius poſſe, quam ſi curaremus Acta vitæ, non minus Chriſtianæ quam Heroicæ, inter Annalium veterum codices voluminoſos ſparſa, colligi in corpus unum, atque cum tota Poſtumæ Gloriæ hiſtoria fieri juris publici impreſſione Latina, quo poſſent per omnia Regna Tua legi, inter tot diverſiſſimarum aliàs linguarum nationes. Sic cogitantibus, Tuo ex Belgio, Tuaque Urbe Antverpia, obtulit ſe nobis Daniel Papebrochius, è Societate Jeſu Scriptor minime obſcurus, & poſt ejuſdem Societatis Patres Joannem Bollandum atque Godefridum Henſchenium, illuſtrandis quotquot orbe toto noſcuntur colunturque Sanctorum Actis cum laude immortuos, Continuator laboris, Eccleſiæ Triumphani perhonorifici, Militanti vero non mediocriter utilis. Videramus nempe initia Maji; tribus grandibus Tomis ante triennium edita; & proximum eſſe ſperabamus, ut in reliquorum Tomorum ultimo inveniremus Divi noſtri geſta, ſimili accuratione, fide, & eruditione petractata, qua tot aliorum illuſtrium Sanctorum jam habebamus expoſita Acta. Sed longa videbatur expectatio tam operoſæ molitionis, forſitan adhuc in unum alterumve annum protrahendæ. Optavimus ergo ea (ſiquidem prælo parata jam haberentur) præmitti in lucem ſingulari Tractatu; & qui magna cum promptitudine ſuſtinueramus ingentia pecuniarum impendia, curandæ apud Romanam Sedem Canonizationi primæque feſtivitati hic apud nos celebrandæ neceſſaria; nihilo minori alacritate obtulimus modicum illud quod deſiderari videbatur, ut talis liber evaderet Tuo non indignus ſiſti faſtigio, nec infra argumenti tam ſancti majeſtatem. Ille vero, pro ea qua Belgæ omnes erga Hiſpanum nomen ſunt reverentia, tanto libentius deſideria noſtra pro imperiis habere ſe reſpondit, quo ardentius cupiebat quam citiſſime ab omni dubietate abſolvere Reginæ Berengariæ (ejus quæ Sancto Regi mater fuit) primogenituram, præ Blanca, ſorore ejus, S. Ludovici Francorum Regis genitrice. Hæc enim, licet nulli coævorum dubitata, ſed à Ruderico Archiepiſcopo Toletano & Luca Tudenſi Præſule, quantis viris! tunc viventibus omniaque coram intuentibus, incunctanter aſſerta; ſuperiori tamen ſeculo, etiam ab Hiſpanis duobus ſcriptoribus (ut Gallos non miremur) Garibayo & Mariana inconſiderate inconſulteque negata fuit; cum manifeſta gentis noſtræ injuria, Tuæque etiam Majeſtatis præjudicio non diſſimulando, dum ſucceſſionis in Caſtellæ regnum naturalis jus ſententia illa tradere Francis videtur. Econtrario promittebat Papebrochius, in Commentario ad Acta prævio (prout in hoc libro facit) demonſtratione chronologica evicturum ſe manifeſte, adeo non fuiſſe juniorem Blanca Berengariam, ut mater ejus eſſe per ætatem potuerit; quæ, prius quam illa naſceretur, Cæſareo juveni deſponſa, ipſum deinde ſequi in Teutoniam recuſavit; eoque expedita nexu, atque poſt annos abinde ſex nupta Alfonſo Legionenſi, Ferdinandum Filium ipſi pepererat, cum vixdum novennis eſſet ſoror, tertio poſt anno (qui fuit Chriſti MCC) nuptura Ludovico Franciæ Principi, tredecenni tunc Juveni Virguncula ipſa, ſicut eodem anno in ſua Carolina cecinit nobilis & antiquus apud Gallos Poëta (ne fidem Hiſpanorum ſuſpectam quis habeat) Ægidius Pariſienſis. Digna ſane, quæ homines, noſtris in rebus, imo noſtras in res tam eruditos profert alitque Belgica, cui tantum Hiſpani ſanguinis, non minus quam auri, impenſum bene credat generoſitas Caſtellana: cuique ſe totam impendere & ſuperimpendere cupiat, ut provinciarum fideliſſima, & eâ ſolum cauſâ nunc miſerrima, Tuo, Rex Potentiſſime, nutu relevetur; & Abavum Carolum, inter Imperatores Quintum, inter Caſtellæ Reges Primum, redivivum in Secundo Rege ſuo experiatur. Interim idem ipſum Clemen-

D

E

F

A tiam Regiam orantes nos quoque, jure Patronatus ſpecialiter Tui; cum Belgarum votis jungimus & noſtra; ut qui, cum Sereniſſima Uxore Maria-Ludovica, ſanctiſſimos pariter & feliciſſimos Conjuges, Ferdinandum & Beatricem, repræſentare ſatagis, jnſtitia, clementia, religione; ceteris quoque adjiciendarum divinitus gratiarum titulis par efficiaris eiſdem, numero videlicet glorioſæ Sobolis, dilatandæ inter barbaros Fidei ſucceſſu, aviti Imperii redintegrandi celeritate. Verum quæ Sanctis iſtis Regibus fuerunt per annos ſedecim dumtaxat communia (nam poſt eos immaturo fato extincta Beatrix locum fecit Joannæ, in ejuſdem felicitatis conſortium per annos fere totidem ſucceſſuræ) Tibi ac Sponſæ Tuæ ſint duplo ac triplo diutius indiviſa: nec niſi ſero à tantorum bonorum uſu-fructu ſeparetur etiam Sereniſſima Marianna mater. Etenim ut Berengaria ſuum Ferdinandum, Caſtellæ ac Legionis regnis; ſic illa Hiſpanicarum quam late per orbem utrumque patent ditionum Imperio filium, ipſumque Imperium filio conſervavit, ſimilia inter diſcrimina, ſine viri ſolatio. Vivat igitur, æque ac illa, longævos dies: exultet veſtros intuendo ſucceſſus, victorias, incrementa. Vivat cum Uxore ac Matre Majeſtas Tua in ſenectam uberem, concordi cum ipſis animo pluribus imperans Provinciis, quam Sancti quos laudamus Reges dominati ſunt Urbibus. Da perpetuam orbi Chriſtiano pacem, ut ſubditi populi firma gaudeant tranquillitate, Religio ſancta creſcat ac floreat, Romana Eccleſia exaltetur ſublimius, Carolo II, Hiſpaniarum atque Indiarum Regi Catholico, æternum obſtricta. Ita vovemus, Hiſpali MDCLXXXIV, VI Idus Februarii.

*Signat* Pro Decano & Capitulo
Almæ Patriarchalis Eccleſiæ Hiſpalenſis
*Paulus Franciſcus Euſtachius*
*Secretarius.*

B

***Antverpienſis Librorum Cenſor Ordinarius***, Eruditiſſimus D. Antonius Hoefflach *S. T. L. & Eccleſiæ apud nos Cathedralis* Canonicus Graduatus, *Approbationem ſuam eidem Libro hoc tenore ſubtexuit.*

C TUm demum felices fore Reſpublicas, cum vel Philoſophi regnarent, vel philoſopharentur Reges, dictum unius ex Antiquis fuit; veriſſimum, ſi Chriſtiane intellectum; ita ſcilicet ut Philoſophiæ nomine accipiatur amor ſtudiumque Virtutis, ſecundum Chriſti Dei noſtri diſciplinam conſummatæ, quæ unica & ſola vere Sapientia eſt. Hanc quomodo ſemper ſectatus fuerit Ferdinandus III, re & nomine Sanctus Rex, etiam in illo ſupremæ poteſtatis culmine, luculenter demonſtrant ejus Acta, hoc in libro ex Coævorum fere ſcriptis collecta. In quibus atque in adjunctis *R. P. Danielis Papebrochii S. I. Theologi* Hiſtoricis Annotationibus & Commentariis, non modo nihil reperi aut ſanæ fidei aut bonis moribus contrarium; ſed multum etiam ſanctæ ædificationis & eruditionis curioſæ. Proinde cenſeo expedire, ut præſens opuſculum, ſumptum ex Actis Sanctorum Maji poſterioribus, quæ poſt tres jam editos in quatuor alios diviſa ſub prælo ſudant, præmittatur; velut ſpecimen allatum ex vernantiſſimo omnigenæ varietatis horto, quem ſperamus brevi totum aſpicere omnium viſibus & uſibus referatum. In hujus itaque pulcherrimi floris contemplatione tantiſper fixi, laudemus Deum, & gratulemur inclitis Hiſpaniarum Regnis, quæ Ferdinandum ſibi Regem, Eccleſiæ Militanti Propugnatorem, Triumphanti Sanctum, Principibus Exemplar, omnibus Patronum protulerunt. Dabam Antverpiæ MDCLXXXIV, VII Id. Martii.

*Hactenus ipſomet in Libro edita omnia, hic vero non tam ad commendationem ejus ſubjuncta, nedum ad laudem Collectoris (cui plus ſatis mercedis fuit eritque de commiſſis hic & alibi erroribus admoneri) quam ut ii qui Sanctum tali occaſione honoratum ſuu elogiis voluerunt, aliquem pietatis ſuæ fructum ad poſteros referant. Ut autem fructus iſte ad plures ſeſe extenderet, placuit prælaudatis Decano & Capitulo editi jam in lucem libri ad quingenta exemplaria liberali mox animo per Italiam, Germaniam, Belgium ac Galliam, potiſſimum vero per Hiſpaniam diſtribuenda mandare; ut quantum in ſe erat ubique legenda præberetur Actorum ejus hiſtoria, cujus omnis hactenus fere notitia continebatur in Lectionibus Officii proprii, necdum ultra Hiſpanica Monarchiæ terminos recitari permiſſis. Id autem ut cunctis ubique terrarum Clericis, aliiſque ad Horarum Canonicarum penſum obligatis liceret, vel etiam mandaretur ab Apoſtolica Sede; libri prædicti exemplar in Vrbem miſſum eſt & per unum Canonicorum delatum ad Pedes Sanctiſſimi Domini noſtri, cum multa gratulatione felicium ſucceſſuum ex Chriſtianorum Principum fœdere contra Turcas per ipſum conciliato. Addebatur Epiſtola* ſuæ Sanctitati *inſcripta,* E *ſed ea ad manus meas non pervenit: pervenerunt tamen eadem occaſione data aliæ, quas ſupra memoravi duæ, quaſque cum Reſponſoriis hic attexo.*

## CELSISSIMO ET POTENTISSIMO ROMANORUM IMPERATORI, LEOPOLDO IGNATIO.

## Sacra Cæſarea Majeſtas.

HIſtoriam ſacram S. Ferdinandi, Caſtellæ & Legionis Regis, almę noſtrę Eccleſiæ munificentiſſimi Erectoris, olim ab Hiſpanis Scriptoribus, nunc vero extero etiã calamo exaratã, & Belgicis typis, nobis procurantibus, cuſam, Cæſareæ tuæ Majeſtati reverenter ſiſtimus; gratumque futurum obſequium noſtrum ex ipſius operis argumento nobis pollicemur. Erit quippe Cæſareæ tuæ Majeſtati non injucundum Sanctiſſimi progenitoris, cujus decimus tertius Nepos numeraris, præclara facta, rerumque ab eo geſtarum ſeriem evolvere; cum in ea, ſi magnanimitatem ſpectare F velis; egregia facinora & animi vere Regii inclitæ dotes paſſim occurrant; ſi pietatem; juſtitiæ, religionis, omnium denique virtutum domeſtica exempla valeas contemplari. Hoc etiam, inter plurima, Auguſtiſſimæ Domus Principibus Deus indulſit, ut tam ad fortiter & glorioſe, quam ad pie ſancteque operandum gentilitiis acuantur, nec alienis egeant incitamentis. Emicuit inter ceteras Sancti Regis virtutes ardentiſſimus Fidei propagandæ zelus; atque inde etiam conſtans illud & ininterruptum in Auſtriacis Principibus tuendæ Catholicæ Religionis ſtudium, pluribus abhinc ſeculis hereditarium, & veluti innatum, etiam invidis licebit agnoſcere. Hujus rei iterata documenta præſtitit Cæſarea tua Majeſtas; ſed illud in paucis illuſtre, dum pro ea aſſerenda ſubditorum defectiones, & cum rebellibus Hungaris decennale jam bellum maluiſti ſuſtinere. Hoc fidei ardore inflammatus ſanctiſſimus Rex, debellandis Mahometanis, juratis Chriſtiani nominis hoſtibus, totus incubuit; & graviſſimis licet, ſemper tamen periculis major, bello ex victoria inſurgente, nobiliorem eis Hiſpaniæ noſtræ partem eripuit. Omittimus

timus, quæ Cæſarea tua Majeſtas, inclitique tui Majores, cum eiſdem hoſtibus bella geſſerint; nec vacat triumphos recenſere, dum nos rapit, quod totius Europæ oculos rapuit, præſens hoc & periculoſiſſimum cum Orientis Tyranno bellum: in quo Cæſarea tua Majeſtas exhibuit ſe, prudentia, magnanimitate, fortitudineque incomparabilem; & (ut maxima quæque verbo complectamur) digniſſimum & glorioſiſſimum Sanctiſſimi ac Triumphatoris Ferdinandi Nepotem. Cohorruit ſane Chriſtianus Orbis ad Barbaricæ multitudinis irruptionem, & ad Viennæ obſeſſæ periculum fere contremuit: ſtetit tamen & infracta ſtetit Cæſareæ tuæ Majeſtatis invicta conſtantia. Hanc conjurata Rebellium & totius Ottomannici Imperii vires, non modo non evertere, ſed nec commovere potuerunt; quin erecto ſupra diſcrimen animo, fortunæ tunc Barbaris blandientis iniquitatem ſuſtinuit; auctiſque copiis, ſubſidiis contractis, cunctiſque ſapientiſſime conſtitutis, duabus illis ad Poſſonium & prope Marchiam fluvium victoriis, ad maximam illam & ſeculis imprimis memorandam proluſit, qua innumeris Turcarum & Tartarorum copiis juſto prælio cæſis ac fugatis, Viennæ libertatem, Religioni præſidium, Chriſtianis provinciis ſecuritatem, Sibi vero lætantium populorum plauſus, & apud ſeram poſteritatem immortalem gloriam comparavit. Exultat gaudio Orbis Chriſtianus, & Cæſareæ tuæ Majeſtati æterno beneficio ſe devinctum fatetur; dum Tuis periculis, ſuam ſtabilitatem; curis & vigiliis, ſuam quietem & tranquillitatem, refert acceptam: ſed & ipſum ſeculum, tali victoria nobilitatum, geſtit quodammodo & ſuperbit. Jactet elapſa ætas Viennam, à Solimanno viginti dierum obſidione nequidquam tentatam, profligatamque ad Naupactum feliciſſimo prælio Selimi claſſem, Melitamque ſervatam; præſens enim eamdem Urbem, bimeſtri ſpatio propugnatam acerrime, Viennenſis pugnæ & Parcanenſis ſtragis laureas, captumque Strigonium glorioſiſſime reponit, aliiſque indies triumphis condecorari expectat. In id vero utrumque ſeculum conſpirat, & fremente licet invidia teſtatur, immanem illam Ottomannici Imperii potentiam, ſub Auſtriacorum Principum auſpiciis, qua terra, qua mari, fortiter & feliciter debilitatam ac repreſſam. Sed novis adhuc cladibus infringendam à Cæſarea tua Majeſtate ſperamus, Auguſtiſſime Imperator. Aderit auxilio Sanctiſſimus Rex, qui præivit exemplo; nec deerit ſuis, qui implorantibus favet alienis; & qui toties pro Religione pugnavit, pro Religione pugnanti præſto erit; Chriſtianaſque legiones ea virtute cælitus roborabit, ut Cæſarea tua Majeſtas, Turcarum viribus penitus acciſis, intima hoſtium penetrare, Cruciſque trophæum inibi ſtabilire, & nobiliſſimas olim provincias in priſtinam libertatem, & Orthodoxam Religionem valeat aſſerere. Ita vovemus: & Cæſareæ tuæ Majeſtati, ut Chriſtianæ Reipublicæ ſalus exigit, diutinam incolumitatem & felicitatem precamur. Hiſpali, ex noſtra Capitulari aula, Die 11 menſis Martii, Anno Domini MDCLXXXIV.

*Infra ſcriptum ſignatumque erat, ut ſupra.*

***Corruptus Viennâ aër morbique graſſantes, & ruinarum reparandarum neceſſitas, adhuc prohibuerant, ne mox à ſoluta obſidione Viennam repeteret Imperator, & Lintzii ſubſiſtere totam Aulam coëgerat; ibidemque hærebat adhuc, quando illuc allatus & traditus eſt Liber ineunte æſtate. Hinc dum indies paratur remigratio in repurgatam tandem Regiam; & Cancellaria Cæſarea, magno molimine relata, in priſtinum ordinatur ſtatum; dilata uſque in Septembrim fuit expeditio Reſponſi, quod inſcribebatur,*** Honorabilibus, Devotis, Nobis Dilectis, N. Decano & Capitulo Patriarchalis Eccleſiæ Hiſpalenſis, *hoc tenore.*

## LEOPOLDUS D. G.

### Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Serviæ, Hungariæ, Bohemiæ Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Comes Tyrolis &c.

ACcepimus ante aliquot menſes vitam S. Ferdinandi III Regis Caſtellæ & Legionis, eruditè conſcriptam, ac deinde typo datam, Nobis vero à vobis deſtinatam & dedicatam. Eam ſicut ob viri Sanctitatem venerabundo animo recepimus; ita propenſam veſtram erga Nos obſervantiam, & quam obſequioſo animi affectu utramque Noſtram Domum proſequamini, ex litteris veſtris abundè perſpeximus. Fuit ſanè hujus libri munus Nobis gratiſſimum, & dignum, quod Cæſareâ benignitate, dum ſe opportunitates ferent, compenſemus; harum utpote nullas prætermittemus, quibus honorabili Capitulo Hiſpalenſi univerſim, vobiſque ſingulis Cæſareæ noſtræ gratiæ promptitudinem benigne teſtatam facere poſſimus. Datum Viennæ v Septembris MDCLXXXIV.

### Celſiſſimo ac Potentiſſimo Principi

## IOANNI REGI POLONIÆ.

### Potentiſſime & Invictiſſime Rex.

EXimiæ virtutes illuſtriaque facinora S. Ferdinandi, Caſtellæ & Legionis Regis, ab Hiſpanis ſcriptoribus vernacula lingua litterarum monumentis commendata, prodeunt nunc in Europæ theatrum, nobis procurantibus, Latino ſermone conſcripta: neque veriti ſumus Piiſſimo & Invictiſſimo Regi opus ſiſtere, materiæ argumento non minus Sacrum, quam Regium. Impellimur ſane, Majeſtatem tuam, quam Orbis Chriſtianus ſuſpicit & ſummis laudibus celebrat, aliqua devinctiſſimæ noſtræ obſervantiæ ſignificatione revereri, ſimulque declarare ſtudium propagandæ pietatis, erga almæ noſtræ Eccleſiæ ſanctitate & munificentia præclariſſimum Erectorem. Si enim Majeſtas Tua ſacræ ejus hiſtoriæ favebit (favebit autem humaniſſime) & in ea clementiæ juſtitiam, regio ſplendori humilitatem, manſuetudini bellicam in fidei hoſtes fortitudinem, majeſtatem humanitati, conjunctamque cilicio purpuram contempletur; haud dubium eſt, quin in Sanctiſſimum Regem ſingulari quadam & ſpeciali religione afficiatur. Acceſſit his, piiſſimi Principis exemplar, & tot in Mahometanos pro gloria Crucis ſuſceptis expeditionibus incliti, Majeſtati tuæ peculiari quodam jure deberi; quam in hoc ferreo ſeculo, quo impotens dominandi ambitio deploranda inter Chriſtianos Principes diſſidia excitavit & fovet, Pater ille miſericordiarum, qui Chriſtianam rempublicam periclitari aliquando ſinit, perire numquam, ad eam tuendam & infidelium vires conterendas ſpeciali ſuæ providentiæ beneficio deſtinavit, erexit, roboravit. Teſtatur id (ut alia de tua Majeſtate, quamvis nobi-

A liſſima, omittamus) recens hæc & terribilis belli Turcici in Cæſarem commota tempeſtas;quæ primi impetus turbine ruptis Hungariæ aggeribus, Auſtriaque cædibus & incendiis vaſtata, Viennæ incubuit; atque inde grandines, fulgura, ſanguineoſque imbres ceteris Chriſtianis Provinciis minabatur. In hac læviſſima procella, horridaque periculi impendentis imagine,omnia mœſta, turbida, caliginoſa omnia : ubi vero Majeſtas Tua ſacro fœderi ſubſcripſit, prima quædam ſerenitatis lux albeſcere cœpit,quæ conſternatos omnes populos,quibus Religionis cura cordi eſt, nonnihil recreavit.Sed poſtquam nuntiatum eſt,Majeſtatem tuam collectis copiis profectionem parare, in procinctu eſſe, jamque in Cæſareis ad Danubium caſtris expectari; tunc quidem,velut aperiente ſe die, è timore in fiduciam traducti erectique animi, nec jam de eventu, ſed de opportuno adventu ſoliciti, Majeſtati Tuæ facile & expeditum iter conceptis votis precabantur. Optatam tandem ſerenitatem Majeſtas Tua reddidit, nec ullus Chriſtianæ Reipublicæ purior & hilarior dies effulſit, quam ille,quo Majeſtas Tua integris Ottomannici Imperii viribus & Tartarorum B copiis acerrima pugna profligatis, Viennam perituram ab excidio, fortiſſimos propugnatores ab interitu, finitimas Regiones à tyrannide, populorum Nationes integras à ſervitute, Chriſtiani nominis honorem à dedecore, ſacrataque Deo templa à nefariis ritibus eripuit ac ſervavit. Nec ſtetit hic invicti animi virtus, quamquam ſuſceptæ provinciæ ac totius Europæ expectationi cumulatiſſime ſufferat. Ereptos noctis beneficio Barbaros inſecuta, novo ad Parkanum prælio,ad internecionem delevit quidquid roboris ex hoſtilibus copiis victrici Majeſtatis Tuæ dexteræ fuga ſubduxerat. Et vero nobiliſſima hac & in primis illuſtri victoria ſervatus Chriſtianus Orbis Majeſtati tuæ immortales grates agit, & in ejus venerationem atque amorem religioſe conſpirat; celeritatem,præſentiſſimumque in periculis animum, & invictam fortitudinem, debitis laudum titulis celebrat & extollit: at Majeſtatem tuam, non pro focis, ſed pro aris; non ſibi, ſed Deo, ſed Eccleſiæ pugnantem; Regiamque Perſonam & Sereniſſimi Principis Iacobi præliorum diſcrimini inter prōptiſſimos objectam,miratur ac ſtupet,ſtupebitque ac mirabitur ſera poſteritas.Nec eſt jam,quod de ſeculi iniquitate valde queramur : huic enim religioſiſſimæ magnanimitatis exemplo invidere potuiſſent etiam aurea illa ſurgentis Eccleſiæ C tempora.Atque utinam ceteri Principes modo invidèrent, & Majeſtatis tuæ non ſolum factis, ſed etiam litteris excitati, aliquid ſuo nomine dignum in communem hoſtem moliri vellent; vel ſaltem puderet, quæſitis coloribus omnia miſcere, & oblatam debellandi ſuperbi tyranni opportunitatem,honoris ſui numquam delenda nota,corrumpere. Sed hæc forſan, ſinente Deo ita eveniunt, ut dum fluxam, & ne optandam quidem gloriam captant illi; veræ & ſolidæ copioſiſſimam ſegetem Majeſtati tuæ amplius demetendam relinquant.Pergit autem Majeſtas tua, uti inſtituit iteratis cladibus fractos hoſtes urgere; & Deo auſpice, partis victoriis novos ſuperaddet triumphos, Chriſtiani nominis gloriam victricibus armis late protendens.Non poſſunt enim Majeſtati tuæ non eſſe proſpera omnia,quæ ſe Sereniſſimumque Principem,in ſpem nobiliſſimi Imperii educatum, tam pie generoſeque pro Religione devovit. Quod dum ex corde vovemus; Majeſtati tuæ fauſta omnia, & poſt longiſſimum & fortunatiſſimum vitæ curſum æternam felicitatem precamur. Hiſpali ex noſtra Capitulari aula. Die XX D Menſis Martii. Anno Domini MDCLXXXIV.

*Subſcriptum erat & ſignatum ut ſupra: ſed Rege in Caſtris tantum non hiemante, longiſque terrarum intervallis remoto Cracovia, ſero valde perlatus Liber cum Epiſtola eſt, ſerius etiam oblatus Majeſtati ſuæ; mortuo inter caſtrenſes in Hungaria labores Confeſſario Regio, cui res fuerat commendata; ac nemine porro exiſtente qui ſuâ officii eſſe putaret reſponſum Regiæ Humanitatis expediendum curare. Ita unus alterque tranſiit annus, nuſquam fereſtabiliter agente Rege; quoad R.P. Carolus Mauritius Vota è Societate Ieſu, Regi ob Hiſtoricarum Mathematicarumque rerum ſcientiam cariſsimus, & Librum & Epiſtolam Regiis in Scriniis requiſivit ac reperit; annuenteque ſibi Rege, quod hic pridem factum voluerat, citra moram conſcriptum eſt reſponſum, cujus tenor fuit inè ſcriptus* Venerabilibus & Clariſſimis Prælatis, Decano, Canonicis, totique almæ Patriarchalis Eccleſiæ Hiſpalenſis Capitulo, ſincere Nobis dilectis.

# JOANNES TERTIUS

E

*Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæ, Mazoviæ, Samogitiæ, Kioviæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenſciæ, Severiæ, Czernikoviæque.*

VEnerabiles, Clariſſimi, ſincere nobis dilecti. Quemadmodum eximiæ Pietatis Veſtræ documentum eſt, quod Divus Ferdinandus, Almæ Veſtræ Patriarchalis Eccleſiæ Fundator, ceu alter Phœnix ſacris excitatus ex cineribus, tam modo è prælo glorioſus, quam olim è prælio victorioſus, iterum in orbem prodeat Chriſtianum: ita inſignis Urbanitatis veſtræ eſt argumentum, quod ad nos tantis terrarum ſpatiis diſſitos, hoc Regalis fortitudinis ac pietatis dirigere voluiſtis archetypon. Nobis equidem, qui hactenus heroica Catholicorum Regum, & inclitæ Gentis Hiſpanicæ toto orbe celeberrimæ, contra Chriſtiani nominis hoſtes facinora, admirabundi ſuſpeximus, ſemper in animo fuit invictiſſimi pro gloriâ Crucis athletæ Ferdinandi colere memoriam, & qua poſfumus factorum ejus imitari celſitudinem.Nunc vero, cum & feriem ſanctiſſimæ illius vitæ veris adumbratam coloribus, veſtro munere,Nobis relegere licet; enixius conabimur, pro re Chriſtianâ & fide orthodoxâ, actiones noſtras ad hancce ideam, tam ſancti Deoque cari Regis ope ac patrocinio efformare. Id vero, inter optime de vobis meriti Principis exempla, non poſtremum apud nos erit,ut Venerabile Capitulum veſtrum, quod à tam ſancto Monarcha fundatum ſe gloriatur, Regalis noſtræ benevolentiæ æſtimationiſque ſpecimina, quoties ſe tulerit occaſio, experiatur. Interea omnis boni & felicitatis incrementa Venerabili Capitulo veſtro cælitus exoptamus, ac nos, Regiam Domum, Regnumque noſtrum, Sanctæ Veſtræ Hiſpalenſis Eccleſiæ precibus impenſe commendamus. Dabantur Leopoli, die XII Martii, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo octogeſimo ſeptimo, Regni vero noſtri decimo quarto. F

JOANNES REX.

DE

# DE B. CONSTANTIA XIRA ET B. MARIA FERNANDEZ,

## *DE VITA PAVPERE, EBORÆ IN LVSITANIA.*

## COMMENTARIUS PRÆVIUS.

### De earum cultu, vitæ inſtituto, Auguſtiniana Regula, ſaltem poſt Conſtantiæ mortem ſuſcepta.

SEC. XV

*Earum vitæ inſtitutum,*



*Vas Caſtellani vulgo* Beatas, *Luſitani ſeculis Superioribus* Paupe-
res, *vel* de Vita paupere *nuncupabant; mulieres erant, caritatis & devotionis operibus ſic deditæ, ut diſtractis pro Dei amore poſſeſſionibus, manuum ſuarum labore ac piorum eleëmoſynis vivere eligerent, nullius religioſi inſtituti Regulæ ſeſe adſtringentes,*
B *ſolaque Confeſſarii directione contentæ. Tales fuerunt,* quas *in titulo propoſui,* Conſtantia & Maria; *Viduæ, an Virgines, non habeo dicere; taliſque vitæ exemplo plures ad ſui imitationem provocando, Collegium quoddam Recluſarum, in domibus ad hoc emptis, inſtituerunt. Ibi denique aſſumpta S. Auguſtini Regula, & cœnobitica vivendi forma introducta eſt, ſub titulo S. Monicæ & regimine Fratrum Eremitarum; ſub quibus multiplicatæ Sanctimoniales, anno* MDXXVII *Coloniam emiſerunt in Villam-vitioſam; & aliam, cum eſſent ab Ordinis juriſdictione ad Epiſcopi curam traductæ, anno* MDLXXXVI *Vliſipponem, fundandis iſtic Sanctæ Crucis Sanctæque Monicæ conventibus. Hinc factum ut ipſas quoque ſui Ordinis* Beatis *adſcribant Eremitæ Auguſtiniani, quorum Alphabetum texens Herrera, parte* I *pag.* 136, *nonnullas nobis de illis notitias dignas memoratu ſuggerit, quas in Hagiologio Luſitano Georgius Cardoſus partim auxit, & partim elimavit.*

*poſtea inductâ Regulâ Auguſtinianâ commutatum.*

2 *Ac primo ad cultum quod attinet;* earum Reliquiæ ſub altari capellæ majoris veneranter aſſervantur, ubi antiquitus pluribus miraculis coruſcarunt: earumque dies natalitius ſolennis fuit in hoc monaſterio, prima die poſt Pentecoſten, uſque ad initia regni Philippi I, *Hiſpani* Secundum *vocant*) *id eſt uſque ad annum* MDLXXX, *quo ultimus Luſitaniæ Rex Henricus*
C *obiit. Intermittendi cultus cauſam vix aliam poſſis excogitare, quam languentem ea ætate ut quam maxime piegitare, quam languentem ea ætate ut quam maxime pietatem. Illius teſtis allegatur Antonius à Purificatione, Theatri triumphalis Choro* 3, *qui hunc ſuum librum, Luſitanæ Eremitarum provinciæ laudes complexum, edidit anno* 1632, *deinde vulgari lingua redditum publicavit, ſub titulo Chronicæ antiquiſſimæ Provinciæ Portugalenſis; ſimilia deniq; imprimi fecit in opere, quod Cardoſus allegat, ſub titulo Chronologiæ monaſticæ. Quid porro Cardoſum moverit, ut feſtum, intra annum mobile, affigeret huic* XXX *Maji, difficile eſt divinare; niſi forte invenit aliquid (quod tamen ſi inveniſſet non videtur taciturus fuiſſe) circa ipſas vel earum alterutram tali geſtum anno, quo dies ejuſmodi conveniebat cum Feria* II *Pentecoſtali; quod toto ſeculo* XV, *de quo ſolo quæſtio eſſe poteſt, tantum bis contigit, videlicet anno* MCCCCXXXI *&* MCCCCLXII, *nec totis octoginta annis poſt, aut quadraginta antea acciderat ut Paſcha celebraretur die* X *Aprilis, unde iſte concurſus exurgere debet.*

*Cultus feria 2 Pentecoſtali.*

*Corpora ſub altari.*

3 *Porro tam Antonius prædictus, quam quos ſecutus eſt, paulo dumtaxat antiquiores, Ludovicus de Angelis, in Viridario Luſitanico, aliique;* Sorores *eas faciunt. Sed ſpiritu, non carne, ſorores fuiſſe convincit Cardoſus, ex legato teſtamentario Ioannis Gomez & Violantis Rodriguez, ſcripto ſub Æra* MCCCCXLVI; *id eſt anno Chriſti* MCCCCVIII, *quo domus quædam legantur* Conſtantiæ Xiræ & Mariæ Fernandez * contubernali ejus, quia ſunt bonæ mulieres, pauperes & famulæ Dei; *ubi vel ſola cognominum diverſitas ſufficit ad excludendam germanitatem. Iidem Auguſtiniani auctores de illis ſic loquuntur, quaſi Auguſtinianam Regulam tandem profeſſæ ambæ ſint: ſed & hoc, ſaltem de* Conſtantia, *dici non poſſe, probat ſepultura in ædæ Cathedrali; cui duplex Anniverſarium in eadem Cathedrali conſtitutum, ſub hiſce terminis Latine redditis, invenitur.* Die XXIII Martii
E facimus anniverſarium Conſtantiæ Pauperis, propter domos quas legavit Capitulo, quæ ſunt in Murofracto, datæque pro domibus illis ſunt libræ antiquæ novem. Facimus autem pro ea duo Anniverſaria; unum hoc die, quo vitam finivit; & alterum VI Maji, ſuntque pro iis aſſignatæ libræ antiquæ quinque. Jacet juxta fontem baptiſmalem per duos gradus, & petræ ſupra eam ſtratæ ſignantur crucibus. *Similia in eodem Anniverſariorum libro iiſdem Luſitanicis terminis leguntur die* VI *Maji. Ex quibus verbis primum ſcimus, obiiſſe Conſtantiam die* XXIII *Martii; deinde colligimus ex iiſdem,* Pauperes Sorores, *quas vivens collegerat, propriam tunc nullam habuiſſe eccleſiam, in qua mortuos ſuos ſepelirent. Incerti vero manemus, utrum per teſtamentum ejuſmodi ipſa vivens ſe abdicaverit proprietate domorum iſtarum; an vero ita, ut poſt ſuam teſtatricis mortem ea primum devenerint in poſſeſſionem Capituli: placet tamen magis, ut omnem ſtabilis fundi proprietatem vivens ipſa depoſuerit.*

* Parciera

*nec ſolitam Conſtantia profeſſa eſt Regulam Auguſt.*

*prius mortua 23 Martii,*

4 De Maria *difficilius eſt definire, utrum, mortua Sodali, ipſa cum aliis ſecum Recluſis Auguſtiniano Ordini ſe ſubjecerit. Credibile tamen id facit ſepultura quam in propria eccleſia accepiſſe videtur, ſi hæc primum (ut eſt veroſimile) condita fuit poſt Regulæ ſuſceptionem. In hac vero cum fortaſſe mox inciperet clarere miraculis, & coleretur ut Sancta; judicatum fuerit à Superioribus, dignius collocandum corpus; non tantum ipſius, ſed etiam* Conſtantiæ, *nihilo minori cum opinione ſanctitatis defunctæ, quamvis alibi jam ſepultæ. Hujuſmodi autem à prioribus ſepulturis tranſlatio ad altare, utique non niſi conſulto & probante Archiepiſcopo facta, ſpecies quadam Canonizationis fuit, ſuperioribus ſeculis uſurpatæ, & ei ſaltem quam nunc vocamus Beatificationi reſpondens; quapropter* Beatas *ſine ſcrupulo diximus.* Circa annum MCCCXC, *ut ait Ludovicus, jam ſtabat in urbe* Eborenſi *iſtud* devotarum valde mulierum recluſorium: *&* anno MCCCCXXI, *ut ſcribit Cardoſus,* Regula Auguſtiniana illuc inducta eſt; recipiente illarum obedientiam Fr. Joanne Fanono Provinciali Luſitaniæ, *ſub cujus & ſucceſſorum regimine locus manſit uſque ad annum* MDXXVI, *ut Ludovicus; vel, ut Cardoſus, uſque ad* MDXLI, *quando Ioannes tertius earum regimen ad Ordinarium tranſtulit, nequidquam diu fruſtra obnitentibus Sanctimonialibus. Tali vel alia occaſione paulatim à veteris diſciplinæ fervore dilapſæ illæ, etiam refrixerunt in cultu primarum ſuarum Matrum, eo fortaſſis prætextu quod non eſſent ſo-*
F *lenniter*

*feciſſe id Maria potuit,*

*ſi vixit ultra annum 1421.*

*Non fuerunt Sorores, niſi in ſpiritu;*

A *lenniter canonizata; quemadmodum aliorum plurium, diuturni cultus poſſeſſione Beatorum, venerationem antiquitus receptam, poſt Tridentinum Concilium abolitam ſcimus, animis rigidis decretorum Concilii interpretibus. Sed nos, omiſſa ejuſmodi querela, elogium quod illis texuit Cardoſus, Latinè redditum exhibeamus.*

# ACTA

## *Ex Hagiologio Luſitano Georgii Cardoſi.*

*Seculo renuntiantes,*

DIe xxx Maji. Eboræ ſolennis commemoratio duarum prudentium virginum ac ſponſarum Chriſti, Conſtantiæ & Mariæ de vita paupere, eo loci natarum, & fundatricum (ut creditur) Conventus S. Monicæ, quem iſtic habet Ordo Eremitanus. Cum enim eſſent divitum ac nobilium parentum filiæ, mundanam omnem pompam generoſo animo conculcantes, & virginalem puritatem conſecrantes Deo, mundum ſuum muliebrem, haud ſane exiguum, in manus pauperum repoſuerunt; matronis ac virginibus Eborenſibus (ſicut olim Romanis Paula atque Euſtochium) ad imitationem poſitæ in exemplar perfectionis. Cum ergo ſuavis tam ſanctæ converſationis odor longe lateque ſe diffunderet per regionem illam, complures eis allexit ſocias; unde brevi extitit inſigne ac bene ordinatum Beatarum collegium, quæ ſuccedentibus annis amplexæ ſunt Regulam S Auguſtini, ſub obedientia Ordinis Eremitani. Illis Conſtantia ſenior locum Prioriſſæ, junior Maria Vicariæ tenebant, quoad vixerunt; mira cum ſuavitate regentes ambæ novellum gregem; nec deerat, ubi erat opus, diſciplinæ rigor; qui tamen ſubditarum animos neutiquam alienaret exaſperaretque, ſed æſtimationem ipſis inter eas venerationemque conciliaret. Erant autem ambæ, tantum deditæ operibus caritatis, ut ſolum id animo propoſitum habere viderentur, quo bene mererentur de ſingulis, tamquam ſi ſuæ germanæ ſorores forent: manus vero earum, virtute quadam divina præditæ, præſens remedium ferebant infirmis, quibuſcumque admovebantur.

B *collegium Beatarum inſtituunt,*

2 Porro ex ſuæ recluſionis loco, qnotidie procedebant ambæ, ſubſequentibus gemino ordine ſociabus, pro uſurpandis Sacramentis, ad viciniorem ſibi S. Mametis eccleſiam; diciturque de iis, quod cum Mater Conſtantia, ſive ætatis vitio, ſive præ copia lacrymarum devotarum, facta fuiſſet cæca; hiberno tempore foras progrediens, ad manum ducebatur ab

C *eccleſiam S. Mametis frequentant.*

Angelo ſuo Cuſtode, in forma & habitu invenili, ne caderet vel luto inficeretur, prout ipſa ſæpe teſtabatur. Pœnitentiarum, quibus exercebant, rigor erat magnus; & in memoriam ſacræ columnæ, ad quam in Prætorio fuit flagellatus Dominus noſter, habebant in ſecretiori ædium parte columnam, ad quam etiam ipſæ ſe ambas alligari faciebant crudeliterque flagellari, idque potiſſimum feriis ſextis; pium ejuſmodi exercitium applicantes animabus Purgatorii, quarum intima tangebantur compaſſione: & tali occaſione ſæpe videbant coram ſe aſcendentes ſcintillas ignitas, quaſi indicia auxilii animabus impenſi, quæ eo modo ſe ſublevatas à tormentis monſtrabant. Quia autem cunctis notiſſima virtus illarum erat, numquam temporalis ſubſidii patiebantur inopiam; ſed Dominus quibuſdam fidelibus inſpirabat, ut ad oſtium domus noctu afferrent, quod ducendæ diei ſatis erat; ſic tamen ut numquam reſciri potuerit, cujus benignitate id fieret.

D *ad columnam ſe faciunt flagellari,* *eleëmoſynis occultis vitant.*

3 Multis annis in hunc modum traductis, ad finem deſideriorum ſuorum tandem pervenerunt, meritis bonorum operum cumulatæ. Et prior quidē obiit, quæ ætate ſenior, oculis cæca erat, Mater Conſtantia: cujus corpus in ædem Cathedralem delatum (necdū enim eccleſia iſtic ubi morabantur erat ædificata) depoſitū fuit magno cū accurſu populi juxta pilam baptiſmalē Quando vero Maria obiit, ad juſtā altitudinem ſurrexerat propriæ eccleſiæ fabrica; intra quam ipſi data ſepultura fuit, ſingulari cum veneratione, ſubtus altare majus. Credibile eſt, haud diu poſtea illuc quoque tranſlatum fuiſſe corpus fidelis ſociæ: nec enim conveniebat poſt mortem ſeparari ab invicem eas, quæ tam conjunctæ in vita ſua fuerant; cum utraque æqualem de ſua ſanctitate opinionem in omnium animis reliquiſſet. Hac inducti fideles, diu in uſu habuerunt de terra primæ illarum ſepulturæ devote accipere ad uſum febricitantium: quod cum pleriſque feliciſſime cederet, magnam iiſdem tota provincia venerationem conciliabat, & hoc præcipue apparebat, prima poſt Pentecoſten die, quam illis ſingulariter feſtivam habere populus Eborenſis conſueverat. Sed tempus, quod immutat omnia, & feſtivitatem & veneration-nem antiquam abolevit, haud ſine culpa Eborenſium civium, prout hodie cernimus. *Ita ille, cujus tertium bimeſtre primum prodiit anno* MDCLXVI. *Altera pars ſacri illius anni ne perficiatur, importuna mors auctoris efficit; cui utinam pari diligentia ſuccedat alius, ſed qui audeat Dextrina figmenta contemnere; quod ſi Cardoſus facere potuiſſet, ſuæ ſuæque gentis æſtimationi haud dubie melius conſuluiſſet apud eruditos viros, quibus iſta contemptui ſunt.*

E *Conſtantia in Cathedrali ſepulta,* *poſtea Maria ſub Altari jungitur,* *coluntur ambæ die Pentec.*

F



TRI-

# TRIGESIMA PRIMA MAII.

## *SANCTI QVI PRIDIE KALENDAS IVNII COLVNTVR.*

SAncta Petronilla, Virgo Romana.

S. Creſcentianus Martyr Turribus in Sardinia.

S. Hermias miles, apud Comanos in Ponto Martyr.

S. Cantius, S. Cantianus, S. Cantianilla, S. Protus, — Martyres Aquileiæ.

S. Gaulienus, S. Germanus, S. Victurus, S. Silvanus, S. Teleſphorus, B S. Victurinus, S. Donatus, S. Iſtialus, S. Tertus, S. Rogatus, — Martyres

S. Germanus, S. Silvanus II, S. Honorius, S. Cicilia, S. Tertula, S. Lautica, S. Victoria, S. Fortunata, S. Rogata, C S. Paulica, S. Agapia, S. Caſtula, S. Amelia, — Gerundæ in citeriori

S. Tertula II, S. Lupus, S. Juſtus, S. Tecla, — Martyres

S. Firmus, S. Paulinus, S. Heſychius, — Hiſpania.

S. Donatianus Martyr, Cirthæ in Numidia.

Sancti Timidenſes, in Proconſulari Africæ Provincia.

S. Datiana ſeu Datianus, Martyr Carthagine.

S. Paulinus, S. Iſicus, — Martyres Antiochiæ.

S. Simplicianus, Martyr Pictavii in Gallia.

S. Silvius, Epiſc. Toloſanus in Gallia. E

S. Paſchaſius, Diaconus Romæ.

S. Alexander, apud Arvernos in Gallia.

S. Helmtrudis, Recluſa in Paderbornenſi Weſtphaliæ diœceſi.

B. Mathildis, Abbatiſſa Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, Dyezzæ in Bavaria.

B. Jacobus Venetus, Ordinis Prædicatorum, Forolivii in Romandiola.

B. Vitalis, Eremita tertii Ordinis S. Franciſci, Aſſiſii in Italia.

B. Baptiſta Verana, Ordinis pauperum Sororum S. Claræ, Camerini in Umbria.

### COROLLARIUM.

S. Gertrudis, Virgo Martyr, Valduleti in Lotharingia: colitur poſtridie Aſcenſionis Dominicæ. F

B. Berteragmus ſeu Bertramus Presb. Ord. Eremitarum S. Auguſtini, Firmi in Piceno: colitur feria tertia Pentecoſtali.

## *PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.*

BEatus Giſlemarus Monachus, Daniæ Apoſtolus, *memoratur in Menologio Bucelini, ex Actis S. Anſcharii Archiepiſcopi Hamburgenſis, in quibus ejus mentio fit pag. 412, num. 16* III Februarii.

Blanda, à S. Eleutherio Epiſcopo Tornacenſi ad vitam reſuſcitata, ſancte obiiſſe *traditur in Vita illius* XX Februarii.

Luitpurga Sanctimonialis in Saxonia, virtutibus & miraculis clara, *à Wione propter ignorantiam diei in Appendicem relata, ab Arturo in Gynaceo ſacro ponitur hac die, citato Wione, & quem hic allegat Cratepolio: ipſa eſt quam Greveni ad Vſuardum Additiones & ex Maji Tomus VII. his Caniſius habent ea die, qua Vitam, nunc demum obtentam, dabimus* XXVIII Februarii.

S. Kineſdrida Virgo, Pendæ Regis filia, *memoratur à Bucelino. Eſt hæc* S. Kineburga *relata* VI Martii.

Miraculorum S. Benedicti feſtum celebrari *indicat idem Bucelinus. Nos ea deduximus ad Vitã* XXI Martii.

S. Frontonius Abbas *ſuggeritur in Annotatis Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Videtur eſſe* S. Fronto Abbas in Scethi, *cujus Vitam dedimus* XIV Aprilis.

S. Antonini, Archiepiſcopi Florentini, Canonizatio anno 1523 facta, *indicatur in Kalendario Balinghemii. Vitam ejus cum Actis Canonizationis dedimus* II Maji.

A S. Mundana, Vidua & Martyr, *celebratur ſub ritu duplici in Eccleſia Sarlatenſi, dicata S. Sacerdoti Epiſcopo Lemovicenſi filio ejus. In hujus Vita omnia, quæ hic dici poſſent, continentur* v Maji.

Certamen Martyris Ieremiæ *refertur in Martyrologio Arabo-Ægyptio, quod nobis Latinum fecit cum Romæ ageret Gratia Simonius Maronita, nunc Tripolitanus in Syria Archiepiſcopus. Putamus ſcribendum fuiſſe* Hermiam, *de quo hoc die agimus; niſi forte eſt Patriarcha Hieroſol. alias* Oreſtes, *de cujus martyrio ſub annũ* 1006 *tolerato egimus in Hiſtoria Chronologica iſtorum Patriarcharum ante tomum* III *Maji, invenimus autem nomen in aliquibus faſtis Latinis* XV & XVII Maji.

Ferdachricus, *inſcriptus Tamlachtenſi, & iterum, quando inter Prætermiſſos de eo egimus* XVIII Maji.

Silanus, cognomento Peregrinus & Epiſcopus, *refertur à Dempſtero in Menologio Scotico. Aliquot Silani Hiberni hoc Menſe à nobis ſunt ad ordinem Prætermiſſorum rejecti. Interim quia ſcimus Ferrarium à Dempſtero inductum in plures errores, ſuſpicamur hunc eſſe* Silaum, *quem ipſe ad* XXX *Maji retulit, nos autem* XXI Maji.

S. Lupicinus, Epiſcopus Veronenſis, *refertur in hodierno Martyrologio Romano, de quo cum eccleſia Veronenſi & aliis egimus* XXII Maji.

B SS. Flavianus & Crescentius Martyres Romani, *ob corpora de mandato Innocentii PP. X ab Alexandro Victricio Epiſcopo Aletrino extracta è Cœmeterio Calepodii atque in Auſtriam tranſlata, Officio eccleſiaſtico Duplici coluntur; hic, à Carmelitis Diſcalceatis monaſterii eremitici S. Annæ, quo ſolent ipſius S. Annæ die quotannis Imperatores accedere, in confiniis Auſtriæ & Hungariæ ſiti, atque ab Eleonora Auguſta Ferdinandi II conjuge fundati; iſte, à Sanctimonialibus Carmelitanis itidem Diſcalceatis Gracii in Styria. Ita nobis adm. R. P. Paulus ab Omnibus Sanctis, qui & alia plura ſimilia ſuggeſſit, monaſteriorum ſui Ordinis ornamenta ſimul & munimenta, etiam ad alios menſes pertinentia: cujus diligentiam & pium zelum utinam imitentur plures, quatenus ejuſmodi Sanctis, de quibus alias conſultum non eſt longam ac ſpecialem texere narrationem, ſuus ſaltem locus detur in capite Prætermiſſorum, cum prærogativa majuſculi characteris.*

Ferrandus, Cartaginienſis Eccleſiæ Diaconus, ob doctrinam celebris eſt. *Ejus opera omnia, & aliorum de eo elogia edidit Divione anno* MDCXLIX *Petrus Franciſcus Chifletius Soc. Ieſu, eique dicitur* Fulgentius Ferrandus. *At* Hector Ferrandus *Tamajo Salazar in Martyrol. Hiſpanico, qui, auctoritate Iuliani Petri & Aulî Hali, adſtruit ei Epiſcopatum Carthaginis Spartariæ, ac dein Toletanum; &, quod maximè huc ſpectat, ut* Sanctum *autumat coli. Verum hujus venerationis non reperimus ullum veſtigium: abeſt nomen ejus à Toletanis Miſſalibus, Breviariis, Officiis propriis, quæ varia habemus excuſa. Silet de eo Antonius de Quintanadueniæ, in libro de Sanctis Eccleſiæ Toletanæ. Nulla etiam mentio ejus eſt in Officiis divinis Eccleſiæ Carthaginenſis: neque Hiſpanica iſtæc figmenta momentum ullum apud nos habent, ut faciant dubitare, quin* Ferrandus *intra* Diaconi *gradũ, quẽ* Carthagine *in Africa geſſit, ſemper ſubſtiterit, ſolius Synonomiæ occaſione à fabulatoribus ad Carthaginem Spartariam in Hiſpania tractus, indeque ad Sedem Toletanam traductus, pari mentiendi licentia: nihil enim Iulianus Petri vel Aulus Hali apud nos ſunt quam veterum auctorum ac nominum larvæ recentes.*

C Eugenius Epiſcopus & Sapiens de Magh-Creainb-Chaill, Moeldranus Slanenſis, } *inſcripti, ut* Sancti Hiberni, *Martyrologio Tamlachtenſi, de quibus & aliis Hibernis hoc menſe relatis, certiora libenter addiſcemus.*

Hildebertus Archiepiſcopus Maguntiacenſis, *mortuus hoc die anno* 931, *cum titulo* Venerabilis *dumtaxat, locum habet in ſeculo* 5 *Benedictino, ubi Acta ejus à Mabilione collecta legi poterunt.* D

Hermannus, ex Canonico Bonnenſi Monachus Hemmenrodenſis, dein Abbas Heiſterbacenſis in Valle S. Petri, *indicatur in Kalendario Ciſtercienſi & cum titulo* Beati *profertur ab Henriquez, Chalemoto, Bucelino. At ſolum* Venerabilis *appellatur à Gelenio in Faſtis Colonienſibus, & Theodoro Rhay in Animabus illuſtribus Iuliæ Cliviæ &c. Abſque omni titulo eum habet Iongelinus in Serie Abbatum.*

Hermanus Converſus Heiſterbaci, Ordinis Ciſtercienſis, *ut* Beatus *refertur ab iiſdem Henriquez, Chalemoto, Bucelino abſque omni titulo ab iiſdem Gelenio & Theodoro Rhay.*

Fulco, ex Dunenſi Abbate, tunc Savigniacenſis Ordinis, Inſtitutum Ciſtercienſe amplexus, in Clara-valle mortuus, *cum titulo* Beati *refertur ab Henriquez, Chalemoto, Bucelino & Raiſſio.* Piis *ſolum adſcribitur à Sauſſajo.*

Rolandus, Comes Cenomanenſis aliique primæ nobilitatis Equites Galliæ, traduntur tempore Caroli Magni in Pyrenæis ſaltibus à Saracenis occiſi, *quos inter* Pios *recenſet Sauſſajus. Eginhardus in Annalibus ad an.* 778 *narrat, quomodo à debellatis Mauris, & Pampelona, ne rebellare poſſet, muris exuta, reverterit Carolus; & Vaſcones, extremum agmen adorti ex inſidiis, magno illud tumultu perturbarint; &* in hoc certamine, *inquit,* plerique Aulicorum, quos Rex copiis præfecerat, interfecti ſunt. *Atque hæc eſt illa Poëtarum fabulis celebratiſſima pugna Roncivallenſis ſeu Roſcida-vallis, de qua idem Eginhardus in Vita Karoli Magni agens, inter tres primarios nominat* Rollandum, Britannici limitis Præfectum. *Plura idoneus nullus auctor habet, nedum aliquid de* Rollandi *cultu ſacro.* E

Sigewinus Pius, Archiepiſcopus Colonienſis, *indicatur in Faſtis Agrippinenſibus Gelenii, quem conſule.*

Joannes Ketel, relicta mercatura adjunxit ſe Fratribus ſeu Clericis in communi Daventriæ viventibus, & ab iis coquinæ officio deputatus, piè anno 1398 mortuus, *refertur ab Arnoldo Raiſſio in Auctario Molani ad Natales Sanctorum Belgii, nullo appoſita titulo; ſed indicat ſe illud encomium dare, ex Vita ejus à Thoma Kempenſi edita.*

B. Andreas, Archiepiſcopus Trevirenſis, Confeſſor, *indicatur in Notis Mss. Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Habetur* XII *Epiſcopus, & vixiſſe creditur circa an.* CCXXVII. *Sed nihil alibi de aliquo illi tributo cultu legimus.*

Pilegrinus, Epiſcopus Paſſavienſis in Germania, *cum titulo* Sancti *profertur à Ferrario in Catalogo generali. Abſtinet ab omni titulo Wiguleius Hundius in Metropoli Salisburgenſi, ubi ejus Acta deſcribit, ac* mortuum *tradit hoc die* anno DCCCCXCI: *recenſet autem eum inter illos, qui in quodam Chronico dicuntur* claruiſſe miraculis. *Habemus Paſſavienſe Breviarium anno* MDV *excuſum, ſed abſque mentione hujus* Pilegrini. F

Paulus, Abbas Caſtalienſis, in territorio Lemovicenſi, cum toto conventu ſuo à Normannis occiſus, *memoratur à Bernardo Guidonis in Ms. Chronico, abſque ulla cultus mentione, nullo etiam anno, menſe aut die indicato. Hos tamen* ſanctos Martyres *appellant ad hunc diem Menardus & Sauſſajus; qui* Paulo *tribuit, quæ Bernardus aſſerit facta à Gaufredo, poſtmodum iſtic Abbate. Bucelinus novo encomio eumdem exornat.*

Erutherus, Epiſcopus Merciorum & Abbas monaſterii Ingothugum in Anglia, *cum titulo* Sancti *memoratur in Kalendario Ms. Ordinis Benedictini, ut plurimum deſumpto ex Trithemio. Quantum conjectura aſſequimur, videtur deſignari* Trumherus, ex

A ex Abbate Gethlingum creatus Epiſcopus Merciorum *anno* 659. *De eo agit Trithemius lib.* 4 *de Viris illuſtribus Ordinis Benedictini cap.* 18; *ſed abſque indicio ullius venerationis, neque diem obitus indicat.*

Hubertus, Abbas in Picardia, ut ſanctus *indicatur à Bucelino, citante Menardum, aſſerentem fuiſſe* magnæ ſanctitatis virum. *Omittitur à Sauſſajo, licet aliàs Menardum ſequi ſolito.*

Findocha, Virgo in Scotia, *refertur à Camerario, citato Breviario, quæ non eſt in Aberdonenſi.*

Simeon in Friſia, gentis illius Apoſtolus, *indicatur in Menologio Scotico Dempſteri, qui lib.* 17 *Hiſt. Eccl. gentis Scotorum, aſſerit ſocium S. Bonifacii fuiſſe, & num Sanctis ſit adſcriptus, non audet temere aſſeverare.*

*Nos in Actis S. Bonifacii dandis* v *Iunii* Simeonem, *iſtum non invenimus; Dempſterum autem, tam multa ſcimus in ſuæ gentis gratiam temere confinxiſſe, ut nobis hic videatur ridiculus, dum dubitat Sanctis adſcribere, quem in rerum natura fuiſſe ſua unius fide numquam probabit.*

B Apollinaris, *Arimæ in Iaponia occiſus pro fide, anno* 1617
Juſtinus Guardianus, } *Cracoviæ, circa annum*
Joannes Slonka, } 1483.
Joannes Gomeſius, *laicus Cæſarauguſtæ, an.* 1447
Petrus de Montibus, *in Canaria, anno* 1560

Felix à Peruſio, *Abbatiſſa Romæ anno* 1425, *inſcripti Martyrologio Franciſcano Arturi, &* Felix *etiam ejus Gynæceo, cui* Philippina *additur in Menologio Laherii.*

Joannes Baptiſta Podius Genuenſis, Congregationis S. Mariæ de conſolatione inſtitutor, in Ordine Eremitarum S. Auguſtini, obiiſſe hoc die anno 1479 *refertur, cum titulo* Beati Fratris & radiis Beatorum inſignitus, *inter Schedas Angeli de Rocca, citatas à Thoma de Herrera tomo* 1 *Alphabeti Auguſtiniani pag.* 390 *& ſequenti: qui poſt plurima relata dolet,* ubi & quando efflaverit animam, incertum eſſe, ejuſque oſſa tumulo ignoto tegi.

Antonius Paſqualinus, Sacerdos exemplaris vitæ, mortuus anno 1590 hoc die, *memoratur à Maſino in Bononia perluſtrata; ſed ſolum* Venerandus *appellatur.*

Antonius Auguſtinus, Archiepiſcopus Tarraconenſis, *anno* 1586, *hac die, pientiſſime obiit: vir,*
C *apud omnes ſui temporis Eruditos æſtimatiſſimus, nec minus virtutibus quam litteris excultus. Iſtæ, licet non fuerint adeo celebratæ poſt mortem, neque iis divinitus teſtimoniis roboratæ, quibus moveri Sedes Apoſtolica potuiſſet, ad eum religioſiori honore dignandum; atque adeo licet* Antonius, *ad opus hoc nequaquam pertineat; nomen tamen hic ponere volui, ut indicarem extare in Muſæo noſtro prolixum* de vita ac ſcriptis ejus virtutibuſque *tractatum, Latine conſcriptum & ex Hiſpania huc delatum ab Andrea Schotto: qui illius olim domeſticus mortuum funebri oratione laudaverat; atque in noſtram Societatem tranſgreſſus, Latine vertit ediditque Antverpiæ, anno* 1617 *ipſius Archiepiſcopi Dialogos, de Romanis Hiſpaniſque Antiquitatibus per nummos illuſtrandis. Erit fortaſis qui eruditiſſimum opus aliquando curabit recudendum, accepto à nobis, ſi volet, exemplari, Schotti manu correcto, & variorum Elogiis Græcis Latiniſque auctо: in cujus novæ editionis limine apte poneretur Tractatus iſte, à me aut ſucceſſoribus meis haud illibenter communicandus; aut eo longe prolixior alius, ſed Hiſpanicus, & æque ineditus, quem idem Andreas Schottus ſervavit, compoſitum à Doctore Don Martino Ioanne Auguſtino, Archiepiſcopi nepote & Metropolitanæ Cæſarauguſtanæ Canonico, dedicandum D. Galcerano Albanell, liberorum Philippi III in-*



*ſtructori: cujus Martini frater, patruo cognominis* D *Antonius, Societatis noſtræ Sacerdos, legitur in Bibliotheca Hiſpanica Nicolai Antonii, ſcripſiſſe Hiſpanice,* Summam Chronologicam Actionum magis illuſtrium Archiepiſcopi, ex Tractatu juſto in compendium redacto; *qui* juſtus Tractatus, *eorum quos dixi Tractatuum alteruter procul dubio eſt, an autem alterutrius fratris Latinus etiam ſit, non facile dixerim. Non eſſe Schotti, perſuadent mihi additamenta marginalia, à diverſa longe quam iſtius ſit manu, quæ etiam à nota nobis ex ſuis ad Schottum epiſtolis Martini manu non videntur eſſe; ſed potius ab Antonio poterunt adjecta præſumi, donec certius aliquid ex iis conſtiterit, qui forte ex ea ſuperſunt familia, & plura Patrui ac Nepotum autographa ſervant.*

Wilſtanus, aliis Woſtanus puer, nepos Regum Merciorum, à Wertefredo cognato ſuo innocenter occiſus anno 849 in vigilia Pentecoſtes, *ut* Sanctus Martyr, *relatus à Wilſono in priore editione Martyrologii Anglicani, & Ferrario eum ſecuto. Verum in ſecunda editione, calculo melius inito, relatus ad diem, quæ tunc erat Pentecoſtes vigilia.* 1 Junii.

S. Bennonis Epiſcopi Miſnenſis in Saxonia Canonizatio anno 1523, *refertur à Wione, Dorgano, Menardo, Bucelino, Ferrario. Natalis ejus celebratur.* E xvi Junii.

S. Joannes Epiſcopus Gotthiæ, *hodie cum longo elogio inſcribitur Synaxario noſtri collegii Divionenſis; Typicon & Menæa cum habent, quando & nos de illo,* xxvi Junii.

SS. Proceſſus & Martinianus, *ſeu* Marcianus, Martyres Romæ, *inſcripti ſunt apographis Martyrologii S. Hieronymi, & in Corbeienſi additur* Firminus, *de quo cum aliis duobus poterit agi natali horum die* 11 Julii.

Sanctorum Machabæorum Martyrum Tranſlatio Coloniam, anno 1164 facta, *celebratur apud Grevenum, Gelenium, & Caniſium, item in Ms. Florario, & Martyrologio Coloniæ an.* 1490 *excuſo. At coluntur potiſſimum* 1 Auguſti.

S. Joannis Baptiſtæ Tranſlatio cinerum Genuam, *indicatur in Catalogo generali Ferrarii. Celebratur illud feſtum Dominica infra Octavam Aſcenſionis ſub ritu duplici ſecundæ claſſis. Poterit de ea Tranſlatione agi ad feſtum Decollationis ejuſdem,* xxix Auguſti.

S. Roſa, Virgo apud Viterbium, *indicatur in Ms. Florario: ab aliis* F iv Septembris.

S. Wulfhildis, Virgo & Abbatiſſa in Anglia, *indicatur in ſecunda editione Martyrologii Anglicani. Habemus Vitam in codice Ms. relatam* ad diem v Idus Septembris, *ad quem ante referebatur in priore editione dicti Martyrologii & à Ferrario. Proinde differimus ad dictum diem* ix Septembris.

Mablina à Simana, & Bertranda Carmara, Matronæ beatæ apud Phocenſem Galliæ provinciam, *laudantur in Gynæceo Arturi, depromptis encomiis ex Vita S. Elzearii Comitis Ariani: in quibus non exprimitur dies obitus. Si intelligamus eis tribui aliquem cultum Eccleſiaſticum, referemus eas cum S. Elzeario* xxvii Septemb.

Frudocha Virgo *inſcripta eſt Menologio Scotico Camerarii, citantis Breviarium Scoticum. Dempſterus lib.* 6 *Hiſt. Eccl. gentis Scotorum pag.* 276 *de ea agit, & citato Kalendario Adami Regii, aſſerit ſacram ejus memoriam recoli* xiii Octobris.

Helmtruth, Ancilla Dei & Recluſa, *poſt memoriam SS. Cantii, Cantiani, & Cantianillæ Martyrum, & Petronillæ Virg. inſcribitur verbis jam allegatis per antiquo membraneo kalendario, ſervato in Bibliotheca Cathedralis Paderbornenſis: ideoque non dubitavit Gamanſius noſter Sanctam vocare, addens in Mss.*

A *esse eruditos Paderbornæ viros, qui* existimant inclusam fuisse in Herdehausen, ubi adhuc recluſorium extat prope chorum, quod origo & causa fuerit monasterii ibidem fundandi. *Nihilominus mavult ipse eamdem facere cum* Helindrude Recluſa Herisiensi, *cujus est ampla laudatio in historia de S. Cordula Vrsulana. Favet Martyrologium Paderbornense auctum à B. Imado seculo* XI, *ubi præscribitur* Commemoratio Hiltrudæ, Dei ancillæ & in Herisia Recluſæ, cui revelata fuit S. Cordula. *De hac autem agendum nobis erit* XXII Octobris. D

S. Chryſogonus, Martyr Aquileiæ, *adjungitur hoc die* SS. Cantio, Cantiano & Cantianillæ, *ibidem paſsis, in Mss. Martyrologiis S. Hieronymi, item Aquisgranensi & alio Reginæ Suecia. At dies ejus natalis est* XXIV Novembris.

SS. Marcellus & Exuperantius, Diaconi S. Sabini Episcopi, *referuntur ab Hermanno Greveno & Henrico Canisio: quia hoc die, haud diu post Martyrium ſuum, sepulti fuerunt: sed alii eos referunt cum ſuo Episcopo* S. Sabino *die* XXX Decembris.

# DE SANCTA PETRONILLA

## *VIRGINE ROMANA.*

## COMMENTARIUS HISTORICUS.

G. H. ## De ejus obitu, ſpirituali Patre S. Petro, cultu, Reliquiis, quarum variæ aliarum ſynonymarum ſint.

B SUB DOMITIANO *Marcellus à SS. Nereo & Achilleo rogatus,*

*Acta martyrii SS. Nerei & Achillei Eunuchorum, & S. Flaviæ Domitillæ Virginis, ex plurimis perveteribus Mss. codicibus illustravimus ad diem* XII *hujus mensis Maji. In his Marcellus, Marci Præfecti Vrbis filius, rogatus litteris SS. Nerei & Achillei, ex insulâ Pontianâ ſcriptis, respondet hoc exordio:* Marcellus, ſervus Chriſti, ſanctis Confeſſoribus Nereo & Achilleo. Lectis litteris veſtris, gaudio ſum repletus. Cognovi enim vos conſtantes eſſe & fide & corpore, & ſolicitè pro veritate pugnare. Et quoniam memoraſtis objectum vobis hoc, quod Simon (*Magus intelligitur*) innocens fuerit, retexam ex parte aliquâ vitam ejus, ut ex paucis cuncta noſcantur. *Quâ relatione factâ, ſubjungit iſta:* Quo autem ordine ſe viderunt *SS. Petrus & Paulus Apoſtoli*, & poſt ſeptem menſes conflictum habuerunt cum Simone, quoniam hîc fuiſtis & vidiſtis oculis veſtris, ſuperfluum habui vos docere quod noſtis... De Petronillâ vero filiâ Domini mei Petri Apoſtoli, quis ejus exitus fuerit, quia interrogaſtis ſolicitè, breviter intimabo: *ac dein ita vitam ejus exponit.*

*exponit Vitam S. Petronillæ.*

C *Clinica ſanatur à S. Petro:*

2 Petronillam itaque benè noſtis, voluntate Petri Apoſtoli clinicam factam. Nam recolo, interfuiſſe vos, cum apud ipſum plurimi diſcipuli ejus reficeremus, contigit ut Titus diceret Apoſtolo: Cum univerſi à te ſalventur infirmi, quare Petronillam paralyticam jacere permittis? Apoſtolus ait: Sic expedit ei. Sed ne exiſtimetur impoſſibilitas ejus incolumitatis meis ſermonibus excuſari, ait ad eam: Surge, Petronilla, & miniſtra nobis. Et ſtatim ſurrexit ſana. Miniſterio autem expleto, juſſit eam redire ad grabatum. At ubi jam timore Dei cœpit eſſe perfecta, non ſolum ipſa ſalvata eſt, verum etiam plurimis recuperavit in melius ſuis orationibus ſanitatem. Et quoniam nimis ſpecioſa erat, venit ad eam Flaccus Comes cum militibus, ut eam ſibi ſponſam aſſumeret. Cui Petronilla ait: Ad puellam inermem cum militibus armatis veniſti. Si uxorem me habere vis, fac matronas virgines honeſtas ad me poſt tres dies venire, ut cum ipſis veniam ad domum tuam. Factum eſt autem, ut trium dierum acceptum ſpatium Virgo ſanctis jejuniis & orationibus occuparet, habens ſecum ſanctam Virginem Feliculam, collactaneam ſuam, in Dei timore perfectam. Tertio itaque die veniens ad eam S. Nicomedes Presbyter, celebravit myſteria Chriſti. Virgo autem ſacratiſſima, mox ut Chriſti Sacramentum accepit, reclinans ſe in lectum, emiſit ſpiritum. Factumque eſt, ut omnis turba matronarum & virginum, quæ fuerant à Flacco conductæ, exequias funeris ſanctæ Virginis celebrarent. B

*à Flacco Comite in ſponſam petitur.*

*poſt ſumptam Euchariſtiam.*

3 *Hæc ſunt Acta* S. Petronillæ Virginis, *à Marcello ad SS. Nereum & Achilleum Eunuchos S. Flaviæ Domitillæ Virginis ſcripta, cum hi exules in Pontiâ inſulâ degerent, imo martyrio eſſent coronati, antequam reſponſum cum hiſce Actis ad eos ferretur. Ablegati autem in exilium fuerant cum S. Flaviâ Domitillâ, miſſâ in dictam inſulam anno Imperii Domitiani decimo quinto, æra Chriſtiana nonageſimo quinto aut ſequente, annis poſt martyrium S. Petri exactis triginta. Verum videntur petiiſſe,* quis exitus fuerit S. Petronillæ, *quam ante noverant Romæ à S. Petro paralyſi liberatam ad petitionem S. Titi, cujus Acta dedimus quarta Ianuarii; diximuſque ex Actis tam Græcis quam Latinis hunc Romæ fuiſſe, cum S. Paulus, imo & S. Petrus, à Nerone interficerentur. In Paſsione vero S. Pauli, quæ circumfertur ſub nomine Lini, dicuntur* Romam veniſſe, Lucas à Galatiâ, & Titus à Dalmatiâ, & expectaviſſe Paulum in Urbe. *At quo tempore obierit* S. Petronilla *non indicatur in Actis jam relatis, neque in martyrio S. Feliculæ collactaneæ aut S. Nicomedis Presbyteri; quorum illa paſſa traditur* XIII *Iunii, iſte* XV *Septembris, eodem quo deceſſerat anno* S. Petronilla. *Vſuardus aſſerit* Nicomedem Presbyterum migraſſe ad Dominum ſub Domitiano Imperatore, *qui ſucceſsit fratri ſuo Tito,* XIII *Septembris anni* LXXXI *defuncto, elapſis poſt martyrium S. Petri annis ſedecim. Idem alii habent recentiores cum Breviario Romano.* F

*quæritur quo tempore:*

*appellatur filia S. Petri,*

4 *Alia & magis intricata controverſia inde exorta eſt, quod* S. Petronilla *à Marcello dicatur* filia Domini Petri Apoſtoli, *& eadem verba referantur in Martyrologiis Rabani, Vſuardi, Adonis, Notkeri, & hodierno Romano ad hunc* XXXI *Maji, & iterum in prædictis Actis dicantur num.* 16 SS. Nereus & Achilleus ſepulti juxta ſepulcrum, in quo ſepulta fuerat Petronilla, Apoſtoli Petri filia. *Hinc aliqui cum vulgo credunt, eam ab illo progenitam, antequam à Chriſto ad Apoſtolatum vocaretur: itáque videtur etiam ſenſiſſe Wandelbertus Prumienſis ſeculo Chriſti nono, dum hos verſus in Martyrologio ſuo edidit:*

*num ab eo prognata?*

Tum

A Tum pridie Petronilla, Petri de germine ſancto,
Fulgida Virgo micat, Chriſti trabeata decore.

*Aliud argumentum deſumitur ex Chronico Sigeberti Gemblacenſis uſq; ad annũ* MCXII *deducto, in quo ad annum* DCCLVIII *iſta leguntur*: Corpus S. Petronillæ, Petri Apoſtoli filiæ, à Paulo Papa tranſponitur, in cujus marmoreo ſarcophago ipſius Apoſtoli Petri manu ſculptum legebatur: Aureæ Petronillæ, dilectiſſimæ filiæ. *Quæ eadem habent Platina & Ciacconius in Vita dicti Pauli Pontificis, & ab hoc citatur Baronius ad annum* 758, *qui ibidem ait*, fuiſſe vetus cœmeterium, S. Petronillæ dictum, ex quo idem Pontifex ſacrum corpus ejuſdem Sanctæ ſublatum tranſtulit apud baſilicam Vaticanam, *ac dein verbis Anaſtaſii Bibliothecarii iſta refert*: Intra eccleſiam B. Petri Apoſtoli, foras muros hujus civitatis Romanæ *(ſcilicet in Vaticano)* noviter oraculum in honorem ſanctæ Dei Genitricis conſtruxit, juxta oratorium S. Leonis Papæ, ſecus fores introitus S. Petronillæ, *abſque ulla mentione ſupra indicatæ inſcriptionis: cujus etiam non meminerunt Luitprandus, aut qui ſub ejus nomine Vitas Pontificum, edidit, nec qui eorumdem Geſta Mss. ad Martinum V deduxit. Verum ea inſcriptio neque patris nomen exprimit, neque forſan Chriſtianorum ejus temporis ſimplicitatem, ſed potius antiquam Romanorum ſapit elegantiam.*

B *an potius ſpirituali adoptione,*

5 *Alii ergo, conſideratis temporum ac nobilitatis circumſtantiis*, S. Petronillam *non agnoſcunt à S. Petro Apoſtolo procreatam; ſed ab eo in fide Chriſtianâ inſtructam, baptizatam, aut potius ex baptiſmali fonte ſuſceptam, & ſic ſpirituali adoptione ejus filiam fuiſſe vocatam. Addit Florentinius* ex præcipuâ in Petrum Apoſtolorum Principem devotione, & aliqua ad ejus ſepulcrum vel oratorium præſtitâ jugi veneratione, filiam Petri nuncupatam fuiſſe. *Quod ad temporis rationem ſpectat, vixiſſe S. Petrum poſt Chriſti Salvatoris in cælos aſcenſionem annis omnino triginta & ſeptem, oſtendimus in tractatu de Antiquis Pontificibus Romanis ante tomum primum Aprilis: cui ſi addantur tres anni, quibus S. Petrus in Apoſtolatum aſſumptus cum Chriſto vixit, anni ſunt quadraginta, ut jam tum fuiſſet pridem adulta. Quod ſi dicantur cum Uſuardo & Breviario Romano S. Nicomedes, & conſequenter SS. Petronilla & Felicula ſub Domitiano ex hac vita deceſſiſſe, & forſan cum SS. Nereus, Achilleus &*
C *Domitilla degerent exules in Pontianâ inſulâ, jam tum debuiſſent SS. Petronilla & Felicula decrepitæ matronæ cenſeri. Dein* nomen Petronilla, *ut advertit Baronius ad annum 69 num.* 32 magis propriè à Petronio quam à Petro deductum videri poſſet: nam à Petro Petrilla, ut à Priſco Priſcilla, à Druſo Druſilla, dicenda potius videretur. *Addit præterea S. Petrum cum illam generaſſet, necdum* nomen Petri, ſed ſolum Simonis habuiſſe, poſteà à Chriſto Cepham *ſive* Petrum appellatum. *Dein* Felicula, ejus collactanea, *in ejus demortuæ locum à Flacco Comite in ſponſam expetita, ejuſdem fuiſſet grandævitatis, & ambæ in Paleſtina exortæ; cum interim utrumq; nomen Latinæ originis ſit,* & Petronii *Romæ ea ætate nominatiſſimi fuerint, quos inter* Petronius Arbiter, *non tam amicitia Neronis & Conſulatu geſto, quam intolerabili ſcriptorum impuritate famoſus: a* Petroniis *autem proceſſerunt Mamertini, Septimiani, Turpiliani, Voluſiani, omnes nobiliſſimæ apud Romanos familiæ; & ſub Caligula* Petronius *quidam Syriæ Præfecturam geſſit. Demum quomodo Flaccus Comes mulieres Galilææas, Romanis incognitas & inviſas, tanto ardore amaſſet, & non potius nobiliſſimam earum Romæ proſapiam cenſebitur cognoviſſe? Proinde, quemadmodum S. Petrus ſuum diſcipulum Marcum, in epiſtola ſua prima cap.* 5 filium *nuncupavit, & Apoſtoli fideles paſſim fratres appellarunt; ita* S. Petronilla filia S. Petri, *fuerit cognominata.*

AUCTORE G. H.

6 *Paulus Aringhus lib.* 3 *Romæ ſubterraneæ cap.* 18, *deſcribit cœmeterium* S. Petronillæ, *ſanctorumque Martyrum Nerei Achillei ac Flaviæ Domitillæ: ac fundamentum jacit ex Actis dictorum* Martyrum Nerei & Achillei, quorum corpora Auſpicius diſcipulus eorum rapuit, & in prædio Domitillæ in crypta arenariâ ſepelivit viâ Ardeatinâ, à muro Urbis milliario uno & ſemis, juxta ſepulcrum, in quo ſepulta fuerat Petronilla Apoſtoli Petri filia. *Addit Aringhus*, extructam fuiſſe ſupra hoc cœmeterium eccleſiam in ejuſdem Virginis Petronillæ honorem; & apud Franciſcum Albertinum, qui ſub Julii ſecundi Pontificatu floruit, in libro de Rebus urbis Romæ mirabilibus, legi iſta verba: Cœmeterium Domitillæ viâ Ardeatinâ, apud eccleſiam S. Petronillæ. *At* S. Gregorius Papa Tertius, *apud Anaſtaſium Bibliothecarium in Vita ejus*, in cœmeterio S. Petronillæ ſtationem annuam dare inſtituit: ubi obtulit coronam auream, calicem & patenam argenteam, ſeu alia diverſa ad ornamentum eccleſiæ pertinentia.

*S. Petronillæ cœmeterium*

*& eccleſia*

*cum ſtatione annuâ:*

7 *Poſt S. Gregorium III, interpoſitis Zacharia & Stephano II ſucceſſit Paulus I, à quo paſſim dicitur, ut ſupra attigimus, corpus* S. Petronillæ, *ad baſilicam Vaticanam tranſlatum; & poſt hunc interpoſitis iterum Stephano & Hadriano I ſucceſſit Leo III, qui magnam erga* S. Petronillam, *venerationem noſcitur habuiſſe. Nam teſte eodem Anaſtaſio*, in altari S. Petronillæ poſuit veſtem de ſtauracin unam, habentem periclyſin de blattis ſeu chryſoclabo. *Item* in altari B. Petronillæ fecit veſtem albam holoſericam, cum tabulis de chryſoclavo & cruce; & ibidem presbyterium ex marmoribus ſculptis decoravit: fecit & columnas argenteas ſex, & regulares duos, penſantes ſimul libras octoginta: .. Nec non & ſuper altare B. Petronillæ, ubi ſupra fecit regnum aureum cum gemmis pretioſiſſimis, penſans libras duas & uncias tres. *Item* fecit venerabilis & præclarus Pontifex ſuper altare B. Petronillæ ciborium, cum columnis porphyreticis ex auro puriſſimo, miræ magnitudinis decoratum, penſans libras trecentas quadraginta & octo; atque imaginem argenteam ſub arcu de ipſo ciborio, penſantem libras decem & ſemis. *Præterea* inveſtivit altare B. Petronillæ ex argento puriſſimo deaurato, diverſis ornatum picturis undique, penſante libras centum ſexaginta & duas, & uncias octo ... Et in Muſileo B. Petronillæ, quod ponitur ad B. Petrum Apoſtolum, fecit coronam ex argento penſantem libras viginti ... Sed & in Muſileo B. Petronillæ, quod ponitur ad B. Petrum Apoſtolum, fecit vela alba majora tria, minora octo, ornata undique de fundato. *Denique* in baſilicâ B. Petri Apoſtoli ... deorſum ubi ſacratiſſimum corpus ipſius Principis Apoſtolorum requieſcit, renovavit imaginem auream, habentem vultum ſalvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac ſanctæ Dei Genetricis Mariæ Dominæ noſtræ, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli atque Andreæ, nec non & B. Petronillæ Martyris, ubi & addidit auri obrizi libras viginti & unam & uncias tres. *Hæc omnia præſtitit Leo III, mortuus anno* DCCCXVI. *Poſt Leonem ſedit Stephanus IV non integris ſeptem menſibus, dein S. Paſchalis I, in cujus Vita,* XIV *Maji edita ex Anaſtaſio eodem, fit mentio* S. Petronillæ, *ſed neque unquam in horum & Gregorii III relatione appellatur* filia S. Petri Apoſtoli, *uti neque in genuino Martyrologio Bedæ, duplici Ms. Vaticano S. Petri, duplici Caſinenſi, Altempſiano, Richenovienſi, aliquo Reginæ Sueciæ ab Holſtenio plurimum æſtimato, & variis aliis, cum apographo Martyrologii*

E *Eccleſiâ Vaticanâ cornus & altare à Leone 3 variis donis honoratum.*

F

AUCTORE G. H.

*vologii Hieronymiani arte mille fere annos exarato.* *In Mss. faſtis monaſterii S. Cyriaci iſta leguntur:* II Kalendas Junii. Romæ S. Petronillæ Virginis, quam cum quidam Romanorum in conjugium acciperc vellet, ipſa acceptis tridui induciis, orando impollutum Domino reddidit ſpiritum.

*Corpus Romæ,*

¶. 8 *Corpus ejus ſacrum hactenus adſervari in ſacroſancta baſilicâ Vaticanâ, conſtans ibidem traditio eſt: & propterea feſtū ejus ibidem Officio Eccleſiaſtico ſub ritu duplici celebratur, præſcribiturque in Miſſa* Gloria & Credo. *Traditionis illius teſtem ſe præbet Canonicus Romanus, qui ſub Eugenio III Baſilicam Vaticanam deſcripſit, his verbis;* Infra Palatium vero Neronis eſt templum Apollinis, quod nunc vocatur S. Petronillæ, in quo eſt reconditum corpus ejuſdem Virginis; ante quod eſt baſilica S. Angeli, quæ vocatur Vaticanum, quia Vates ibi canebant ſua officia ante templum Apollinis. *Interim*

*aliud S. Petronillæ Virginis & Martyris in Gallia,*

*Sauſſajus, in Martyrologio Gallicano, ad hunc* XXXI *Maji iſta ſcribit:* Natalis S. Petronillæ Virginis & Martyris, cujus Romæ hodie coronatæ ſacrum corpus in Galliam delatum à Joanna Regina Francorum, uxore Philippi cognomento Specioſi, in ſacrario

B virginalis cœnobii S. Mariæ de Barrâ, prope Theodorici-caſtrum Sueſſionenſis diœceſis, congruo decore collocatum eſt. Corpus quidem thecæ deauratæ incluſum: venerabile vero caput in loculo conditum argenteo, auro illito, effigieque ſanctiſſimæ Chriſti ſponſæ & athletæ decorato. *Factum eſt ad ſuperioris ſeculo per Focaldum Epiſcopum Sueſſionenſē* XVIII *Martii, uti inter Prætermiſſos ejus diei diximus. Memoratus Philippus Speciosus ſive Pulcher regnavit ab anno* MCCLXXXV *uſque ad annum* MCCCXIV; *cui Ioanna filia Henrici I Regis Navarræ nupta anno* MCCLXXXIV, *mortua eſt anno* MCCCIV, *cum ei peperiſſet Ludovicum Hutinum, Philippum Longum, & Carolum Pulcrum ſucceſſive Reges. At cum* S. Petronilla, *cujus ſacrum corpus dicta Ioanna habuerat, appelletur* Virgo & Martyr, *potuit alia fuiſſe à* S. Petronilla, *de qua hic agimus, licet & ipſa ſupra* Martyr *ſemel dicatur; eique colendæ electus hic dies eſſe,* S. Petronillæ *veneratione celebris. Sicuti factum eſt etiam Sueſſionibus, ubi ſimiliter colitur* S. Petronilla, S. Petri Apoſtoli filia, cujus corporis magna pars ad eccleſiam S. Petri-vivi pertinet, *ut habet indiculus Reliquiarum Sueſſionenſium nobis deſcriptus. Sed &* Silvanecti, *ſicut ſcribit Arturus in Gynæceo ſacro ad* XVIII *Martii,* habetur in eccleſia S. Reguli capſa argentea S. Petronillæ Virginis, cujus attactu & interceſſione curantur febricantes, teſte Jaulnæo in Vita & miraculis ipſius S. Reguli Silvanectenſis Epiſcopi pag. 169 & 170, *quem librum utinam habuiſſemus pro die* XXX *Martii, quando de illo Sancto egimus! utinam adhuc acciderit!* D *Intelligo etiam Pariſiis haberi extra muros civitatis ad ſeptemtrionem Abbatiam Canonicarum Regularium ſub nomine* S. Petronillæ, *vulgo* ſainte Perrine; *fortaſsis occaſione ſimilis alicujus Reliquiæ; quæ Abbatia longius ad eamdem partem diſsita ab Vrbe, non ita pridem tranſlata in propiorem iſtum locum fuit. Intra ipſam vero civitatem via S. Honorati, eadē ſancta Virgo colitur in æde* S. Remigii de Quindecim-viginti, *ſeu* Quindecies viginti, *id eſt trecentorum cæcorum, iſtic à S. Ludovico fundatorum, vulgo* les Quinzevints, *uti notatur in Kalendario Spirituali Pariſienſi anni* 1686.

9 *Inter Vrſulanas Virgines & Martyres indicantur ab Hermanno Crumbach pag.* 754 tres Petronillæ *dictæ, quarum Reliquiæ, quæ quidem in Germania inferiori ſunt, videri poſſent antiquiori* Petronillæ *attributæ: ut cum dicitur à Gelenio, quod* Coloniæ in eccleſia Patrum Prædicatorum aſſervatur pars magna capitis; *& inter Reliquias noſtri Collegii Monaſterienſis in Weſtphalia, quatuor diverſæ particulæ nominantur in variis lipſanothecis aſſervatæ. Eccleſia quoque Cathedrali urbis Namurcenſis eſt in veneratione* caput S. Petronillæ Virginis, exceptâ mandibulâ inferiore integrum, argenteo capite affabre facto condecoratum, *idque creditur ejus eſſe quæ* Principis Apoſtolorum filia *habetur, de quo Conſule Rayſii Hierogazophylacium. Præterea Philippus Sconville, Societatis Ieſu miſsionarius in Luxemburgenſi ditione, indicavit nobis anno* MDCLXX, partem capitis S. Petronillæ, quod eſt cranium, velo ſerico rubro involutam, ſervari in capſulâ eccleſiæ S. Maximini in Urenkingen, nunc Bettingen dicto. *Rurſum Colonia in Eccleſia collegiata S. Gereonis, hierotheca decima continet ſolas reliquias* S. Petronillæ, *cujus ibidem reliquiarum particulæ ſunt in hierotheca decima quinta; & bona pars capitis in hierothecâ vigeſimâ tertiâ. Omitto recenſere reliquias ejus Bononiæ in tribus eccleſiis, item Neapoli, Oveti quoque in Hiſpaniâ, & alibi adſervatas.*

*Petronillæ inter Vrſulanas.*

10 *Aliquis circa prædictam hiſtoriam ſcrupulus objicietur, ex eo quod S. Auguſtinus, libro contra Adimantum Manichæi diſcipulum cap.* 17, *aſſerat, quod* in apocryphis legant ipſius Petri filiam ſanam factam precibus patris, & hortulani filiam ad precem ipſius Petri eſſe mortuam; & reſponderit, quod hoc expediebat eis, ut & illa ſolveretur paralyſi, & iſta moreretur. *Hæc ibi. Verum hujus hiſtoriæ contextus plane diverſus eſt, cum in prædictis Actis nihil reperiatur de filiâ hortulani mortua; imo inde videatur colligi hanc* Petronillam *non fuiſſe filiam à S. Petro prognatam, ſi qua tamen filia ab eo prognata eſt: quia hoc videtur eſſe, quod S. Auguſtinus inter apocrypha recenſet: quale etiam dicendum erit eſſe illud Epitaphium, quod in ſepulcro repertum dicitur quaſi à S. Petro, patre ſaltem, ſpirituali poſitum;* Aureæ Petronillæ, filiæ dulciſſimæ.

*Non obeſt prædictis S. Auguſtinus.*

C F

# DE SANCTO CRESCENTIANO

## *MARTYRE TVRRIBVS IN SARDINIA.*

G. H.

### Cultus ex antiquiſſimis Martyrologiis pluribus.

SUB HADRIANO.

*Acobus Pinto, è Societate Ieſu vir eruditus, natione Sardus, & in univerſitate Turritana divinarum Scripturarum Profeſſor, lib.* 3 *de Chriſto Crucifixo titulo* 4 *loco* 12, *interſerit* Digreſſiunculam de Martyribus Sardiniæ, & præcipue Turritanis: *cumque egiſſet de Sanctis, qui primo Chriſti ſeculo floruerunt in Sardinia aut eam effuſo ſanguine decorarunt, iſta ſubjungit num.* 21. Sardoa Eccleſia, ſub his & ſupparibus Traiani & Hadriani temporibus, Martyres ſuos celebrat, inſigneſque Confeſſores: in quibus celebriores Gabinus & Criſpulus XXX Maji, & XXXI Creſcentianus, Turritani Martyres, Turribus paſſi honorificeque ſepulti. *De duobus prioribus jam aſſignato die* XXX *Maji egimus, & urbem Turritanam deſcripſimus, imo & Acta ibi relata ſunt cum geſtis S. Creſcentiani communia.* Joannes Arca de Sanctis Sardiniæ in fine libri, hos Sanctos inter eos refert, quorum vitæ & martyrii ſeries non niſi breviſſimo compendio innoteſcat ex Beda, Adone & Uſuardo: *uti hæc ſcribit*

*Cultus Sacer.*

A bit Franciſcus Maria Florentinius, inter ſuas ad hunc diem Annotationes, ſuper Martyrologium Hieronymianum, in cujus antiquiſſimo apographo Epternacenſi iſta ſolum leguntur: Sardinia Criſcentiani. *In apographis Lucenſi & Blumiano hæc referuntur*: Turribus Sardiniæ Criſcentiani. *At* Creſcentiani *legitur in apographo Corbeienſi, additurque* Memmii: *de quo quia à Scriptoribus Sardiniæ non reperitur facta mentio, aliunde per errorem intruſum fuiſſe ſuſpicamur: & dum major lux affulſerit, omittimus nomen in titulo præſcribere. In Adonis Martyrologio eadem his verbis leguntur*: Turribus Sardiniæ S. Creſcentiani: *quæ ipſiſſima plane leguntur apud Notkerum & Auctorem Martyrologii Bedæ ſuppoſiti. Apud Vſuardum additur* Martyris. *Sequuntur Bellinus, Grevenus, Maurolycus, Molanus, aliique cum hodierno Martyrologio Romano, in quo ita legitur*: Turribus in Sardinia S. Creſcentiani Martyris. *Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ hoc eum exornat encomio.* Creſcentianus, una cum Gabino & Criſpulo, Chriſtianam amplexatus religionem, cum Turribus ſanctitate & miraculis reſplendeſceret, apud fidei perſecutores accuſatus, & comprehenſus, & ipſe paulo poſt prædictorum ſanctorum Martyrum certamen, pridie Kalendas Junii, Martyr occubuit: iſque in Eccleſia Turritana ſummo in honore habetur. *Ita Ferrarius citato libro* I *Faræ de Rebus Sardois: quibus ſimilia habet Dimas Serpi lib.* I *Chronici Sanctorum Sardiniæ. Quod Dionyſius Bonfant hujus martyrium transferat ad tempora Diocletiani, ſupra ad Acta SS. Gabini & Criſpuli rejecimus. Ejuſdem* S. Creſcentiani Martyris Turribus Sardiniæ *memoria inſcripta eſt Ms. Martyrologio, Romæ in bibliotheca Ducis Altempſii aſſervato, itidem in Martyrologio Bellini de Padua, ſed auctius edito Pariſiis anno* MDXXI, *in quo* Creſtianus *ſcribitur.*

in Martyrol. S Hieronymi,

Adonis Vſuardi & aliorum,

Elogium ex Ferrario.

Memoria 19 Maji.

D

# DE S. HERMIA MARTYRE,

## *COMANIS IN CAPPADOCIA.*

## COMMENTARIUS PRÆVIUS. D. P.

### De cultu veteri apud Græcos, recenti apud Latinos, & Actis ex Ms. Græco dandis.

SUB. ANTONINO.



Cultus apud Græcos cum elogio ex Actis,

*Recipuo totius diei Officio, ultima Maji, apud Græcos colitur* S. Hermias Martyr; *& in omnibus tam manu quam typo expreſſis Synaxariis ſeu Menæis elogium ipſius invenitur, quale jam Græcè dedimus ex Menologio Baſilii Imperatoris, Latine autem ſic redditur*: Hîc fuit ſub Antonino Imperatore, in urbe Comanarum, vitam militarem agens; jamque ætate provectus & canitie venerandus erat, quando propter confeſſionem Chriſti comprehenſus eſt; & Sebaſtiano Duci præſentatus, primum maxillas contunditur, deinde detracta vultus totius cute, dentes eidem evelluntur; poſtea in medium ardentis fornacis injectus, indeque ſine noxa egreſſus, jubetur venenatis cibis veſci. Sed cum hos quoque citra damnum comediſſet, ad fidem convertit qui illos præparaverat magum, & capite plexum ad coronam præmiſit: ipſe autem, ſucciſis totius corporis nervis, immittitur ardenti lebeti. Denique effoſſis oculis per triduum ſuſpenſus è capite, tandem jubetur cervicem gladio præbere, & ſic ad Dominum emigravit. *Eadem omnia plurimum laudantur in Canone toto per Odas ſingulas: quem Canonem ex antiquioribus unum eſſe credimus. Elogio in Menæis excuſis hoc diſtichon præmittitur.*

C

Βάπτεις σεαυτὸν κογχύλῃ τῶν αἱμάτων,
Ἑρμεία, τμηθείς. Ὦ βαφῆς ἀνεκπλύτῳ!
Caput reſectus ipſe te, Hermia, tuo
Tingis cruore, o! purpuram indelebilem!

*Græcorum Typicon, Ephemeris metrica, exindeque ſumptũ figuratum Græco-Moſcorum Kalendarium, unicum hunc Sanctum laudant ac nominant: nuſquam vero legitur aliquid, unde ſuſpicio formari poſſit, quod corpus alibi quieſcat quam Comanis. Cum ergo in Synaxario Claromontano, ubi ad hanc diem legitur, prænotatum elogium, etiam ad* XXIX *Aprilis invenitur memoria τῦ ἁγίυ Μάρτυρ☉ Ἑρμαίυ τῦ ἐν Σιρμίῳ*, ſancti Martyris Hermæi in Sirmio; *cogimur quidem inter* Hermiam *& Hermæum diſtinguere: ſed laboramus ut diſtingui ab hoc credamus* S. Hermem, *Dalmatiæ Apoſtolum, de quo egimus ad diem* VIII *Aprilis, propter commune feſtum cum aliis quinque Coapoſtolis; Dalmatiæ enim proximum adjacet in confiniis Pannoniæ Sirmium; & nomen* Hermæ *in nomen* Hermæi *facillime convertitur.*

ab hoc diverſus S. Hermæus M. in Sirmio,

2 *Ex Latinis primus in ſuum Martyrologium* S. Hermiam *recepit Molanus, in ſecunda Vſuardi à ſe auctâ editione, anno* MDLXXXIII *curata, velut accepta à Græcis notitia, his verbis*: Die trigeſima prima ſancti Apoſtoli Hermii, & Sacroſancti Martyris Hermæi: *quod idem fere, neſcio ubi, reperiens Genebrardus, ante Pſalterium Pariſiis excuſum anno* MDXCII, *in Kalendario Græcorum legi fecit,* Hermiam Apoſtolum & Hermæum Martyrem. *Vtrumq; in tertia editione anni* MDLXXXIII *Molanus omiſerat, utique haud ſatis prioribus documentis fidens. Et merito quidem* Apoſtolũ *omittere poterat, utpote hac die nuſquam apud Græcos reperiendum: ſed* Martyrem *debuerat retinuiſſe. Fecit hoc anno* MDLXXVIII *Galeſinius hac phraſi*: In Græcia S. Hermei Martyris, qui Antonino Imperatore, fidei incredibili ardore accenſus, nullis vel exquiſitiſſimis ſuppliciis, quæ Martyri inuri Sebaſtianus Præſes juſſerat, perterrefactus, demum capite ſuſpenſo ſpiritum Deo reddidit. *In Annotationibus fatetur hæc fuſius Græce ſcripta, paucis à ſe collecta eſſe; ſed ibi legiſſe poterat, eum abſciſſione capitis martyrium conſummaſſe* Hermiamque *non* Hermeum *dici. Itaque ex Sirleti Menologio in hodiernum Romanum Baronius ipſum ſic tranſtulit*: Apud Comanos in Ponto S. Hermiæ Militis, qui ſub Antonino Imperatore, ab innumeris & ſæviſſimis tormentis ope divina liberatus, carnificem ad Chriſtum convertit, & ejuſdem coronæ participem fecit, quam tamen ipſe primus gladio obtruncatus accepit. *Sed nec in hoc elogio deſunt menda, quæ corrigas. Neque enim carnificem, à quo capite minutus eſt, præceſſit ad coronam; ſed ſecutus ad eamdem eſt magum, qui ſibi venenum miſcuerat: diſtingui etiam debet* Comana Pontica, à Comana Cappadociæ, *cui hunc Sanctum Acta adſcribunt, quemadmodum eas bene diſtinguit Ptolomæus: ſed novum Baronio non eſt* Pontum *confundere cum* Cappadocia, *ut vidimus in Vita S. Gregorii Nazianzeni.*

Memoria apud Latinos recentior, nec ſine mendis.

F

3 *Acta quæ dixi, Bibliotheca Laurentiana Magni Ducis ſuggeſſit, ex ſæpe nobis laudato codice* XIV *Plutei* IX. *ſub hoc titulo,* Μαρτύριον τῦ ἁγίυ καὶ ἐνδόξυ Μάρτυρ☉ Ἑρμείυ. Μηνὶ Μαΐῳ κά. Martyrium ſancti &

*Acta dantur ex Græco Ms. Florentino,*

& glorioſi Martyris Hermiæ. Menſe Majo xxxi. *Latine ea reddidit meus olim diſcipulus, & fervens quoad licuit adjutor, R. P. Hugo Bollius Carthuſianus, cujus opera in Martio nobis multum profuit, cum primum ſtetiſſet conſilium de Græcis, quæ numquam alterutra in lingua lucem viderant, ad calcem cujuſque tomi ſubjiciendis. Poſtea cœperat pro aliis menſibus quædam Latine reddere, ſed præter hæc* S. Hermiæ *Acta vix aliquid perfecte abſolvit, morbis ac denique morte præpeditus. Et hæc ipſa noſtræ memoriæ ferme exciderant, quando ante* i *Tomum Maji, ad Menologia Græcorum Ephemerides, in ejus nomen ad hunc diem ultimum Maji incidimus; quia fuerant loco non ſuo poſita ſub alio menſe. Quod attinet ad Codicem, in quo ea continebantur, hunc quidem ſubinde cenſuimus ad aliquam Antiocheni Patriarchatus eccleſiam pertinuiſſe, propter* S. Siram *ſimileſque Orientales Sanctos ibidem repertos: nunc autem id mihi valde ambiguum fit, dum cogito in eodem codice non ſolum illos contineri, ſed & alios quoſdam ex partibus Romano Patriarchatui ſubjectis, ut olim fuerunt Illyricum, & Inſulæ mediterranei maris, atque Achaia cum Macedonia. Vndecumque tamen eſt iſta collectio, egregia ſane eſt, & magnum huic operi lucem adferent menſes alii, ſicubi inveniatur totus Annus; utpote ab ea collectione, quæ Metaphraſti ex vulgi errore imputatur, & paſſim in Conſtantinopolitano Patriarchatu deſcripta invenitur, diverſiſſimus.*

# ACTA MARTYRII

## *Ex Ms. Græco Bibliothecæ Laurentianæ Florentiæ.*

## Interprete R. P. Hugone Bollio Carthuſiano.

*Ab Antonino Imp. miſſus in Cappadociam Sebaſtianus,*

1 TEmporibus illis magnam Chriſtiani ſuſtinuere perſecutionem, ſub Romanorum Imperatore gentili Antonino, qui hac de cauſa quemdam Ducem Sebaſtianum cum mandatis miſit. Hic è Ciliciâ in Cappadociam profectus; in Comanis reperit quemdam militem, Hermiam nomine, Chriſtianum, colentem Deum & juſtitiam faci-ntem, cui ipſe dixit: Litteræ ab Romanorum Rege Antonino mihi miſſæ afferunt, ut omnes Chriſtiani diis ſacrificent; ſi vero haud ſacrificaverint, ut magnis & acerbis excrucientur pœnis. Age ergo, Hermia; immola diis, & amicus eris Cæſaris Antonini, una & magnis adaugeberis honoribus: igitur mihi obſequere, ut ne & animam & corpus tuum diſcruciem.

*Hermiam militem ad ſacrificandum invitat:*

*quod hic generoſe reſiſtens,*

2 Reſpondens autem Athleta Chriſti Hermias, dixit Sebaſtiano: Ego miles ſum cæleſtis & immortalis regis Chriſti, cujus regni non erit finis: ideo non obtempero mortali & impiiſſimo Regi, cujus regnum non perdurabit; manebit autem regnum ſtabile Domini noſtri Jeſu Chriſti in æternum; & qui credit in ipſum, hereditabit vitam æternam. Hiſce auditis Sebaſtianus Dux S. Hermiæ dixit: Immola diis, & vitâ æternâ perfrueris in gaudio. Dixit illi Sanctus: Quando apud Imperatorem tuum Antoninum merebam, quæ illius erant, non ſapiebam; ſed in occulto Dominum Deum meum colebam, quam ob rem dæmon non vincet me. Corporis quidem mei habes poteſtatem, & hoc Domino meo permittente; ſed animæ meæ poteſtatem non habet niſi ſolus Deus, qui potens eſt dare mihi patientiam, & conſervare me in ſeculum ſeculi.

C

*& à Deo eſſe ſuam ſapientiam,*

3 Quibus auditis Sebaſtianus Dux ait S. Hermiæ: Video te multâ eſſe præditum ſapientia. Reſpondit S. Hermias dicens: Ego, ut ne ſacrificem, cum voluptate patiar tormenta & moriar; inſuper corroboror & annitor pro veritate Domini mei Jeſu Chriſti tormentis affici. Dicit illi Dux: Contemplor canitiem & prudentiam tuam, & parco tibi. Dicit vero S. Hermias; Non egemus hujuſmodi gratiâ, ſed gratia Dei; hæc me deducet ad illum: ipſe enim eſt, qui præbet talem prudentiam mihi & rectis corde lætitiam, & iis qui ſervant mandata ejus ſapientiam; ſapientiam enim & intelligentiam donat per ſpiritum ſuum ſanctum. Uti enim agricola, ſi terram ſuam excolat, præparat illam ut fructus edat uberes; eodem modo Dei ſapientiæ cuſtodit ſeipſam in iis,

1 Ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις ἐδιώκοντο οἱ Χριστιανοὶ, ὑπὸ τὸ Βασιλέως τῶν Ῥωμαίων Ἀντωνίνου, ἐθνικῷ τυγχάνοντος. Ὃς ἐξαπέστειλεν ἐπὶ τούτῳ Σεβαστιανόν τινα Δοῦκα. Αὐτὸς ἀπελθὼν ἀπὸ Κιλικίας εἰς Καππαδοκίαν εἰς Κωμάνους εὗρέν τινα στρατιώτην Χριστιανὸν, εὐλαβούμενον τὸν Θεὸν καὶ ἐργαζόμενον δικαιοσύνην, ὀνόματι Ἑρμείαν, πρὸς ὃν εἶπεν· Γράμματα ἀπέσταλησαν παρὰ τοῦ Βασιλέως τῶν Ῥωμαίων Ἀντωνίνου, ὥστε πάντας τοὺς Χριστιανοὺς θύειν τοῖς θεοῖς· εἰ δὲ μὴ θύσωσιν, εἰς μεγάλας καὶ πικρὰς τιμωρίας βασανίζεσθαι αὐτούς. Εὗρον οὖν ἄκαιρόν μου Ἑρμεία, καὶ θῦσον τοῖς θεοῖς, καὶ ἔσῃ φίλος τοῦ Αὐτοκράτορος Ἀντωνίνου, ἅμα δὲ καὶ τιμῆς μεγάλης ἀξιωθήσῃ· πείθητι οὖν μοι, μήπως καὶ τὴν ψυχήν σου καὶ τὸ Σῶμά σου τιμωρήσωμαι.

2 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἀθλητὴς τοῦ Χριστοῦ Ἑρμείας εἶπεν τῷ Σεβαστιανῷ· Ἐγὼ στρατιώτης εἰμὶ τοῦ ἐπουρανίου καὶ ἀθανάτου Βασιλέως Χριστοῦ, οὗ ἡ βασιλεία οὐκ ἔσται τέλος· καὶ διὰ τοῦτο οὐχ ὑπακούω ἀνθρωπίνῳ Βασιλέως καὶ ἀσεβεσάτῳ· τούτου γὰρ οὐ διαμένει ἡ βασιλεία, διαμένει δὲ ἡ βασιλεία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τοὺς αἰῶνας· καὶ ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, κληρονομήσει ζωὴν αἰώνιον. Ταῦτα ἀκούσας Σεβαστιανὸς ὁ Δοὺξ, λέγει τῷ ἁγίῳ Ἑρμείᾳ· Θῦσον τοῖς θεοῖς, καὶ ζωῆς αἰωνίου καταξιωθήσῃ. Λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ ἅγιος Ἑρμείας· Καὶ ὅτε ἐστρατευόμην παρὰ τῷ Βασιλεῖ σου Ἀντωνίνῳ, τὰ αὐτοῦ οὐκ ἐφρόνουν, ἀλλ' εἰς τὸν κρυπτὸν Κύριον τὸν Θεόν μου ἐλάτρευον· διὰ τοῦτο οὖν οὐ περιγίνεταί μου ὁ διάβολος· τοῦ οὖν Σώματός μου ἐξουσίαν ἔχεις, καὶ τοῦτο τοῦ Κυρίου μου Συγχωροῦντος, τῆς δὲ ψυχῆς μου ἐξουσίαν οὐκ ἔχεις, εἰ μὴ μόνον ὁ Θεὸς, ὁ δυναμένος μοι τὴν ὑπομονὴν δοῦναι, καὶ Σῶσαι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

3 Ταῦτα ἀκούσας Σεβαστιανὸς ὁ Δοὺξ λέγει τῷ ἁγίῳ Ἑρμείᾳ· Ὁρῶ σε πολλὴν Σοφίαν ἔχοντα. Ἀπεκρίθη ὁ ἅγιος Ἑρμείας καὶ εἶπεν· Ἐγὼ ὑπὲρ ἧς μὴ θῦσαι, ἡδέως καλάζομαι ἀποθνήσκων, καὶ κατισχυρίζομαι ὑπὲρ τῆς ἀληθείας τοῦ Κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ κολάζεσθαι. Λέγει αὐτῷ ὁ Δούξ· Ὁρῶ σε τὴν πολιὰν καὶ τὴν φρόνησιν, καὶ φείδομαί σου. Ὁ ἅγιος Ἑρμείας εἶπεν· Οὐκ ἤμην ἄξιος τοιαύτης χάριτος· ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ αὕτη με ἤγαγεν εἰς τοῦτο· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ παρέχων μοι τὴν τοιαύτην φρόνησιν, καὶ τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ εὐφροσύνην, καὶ

τοῖς

INTERP. H. BOLLIO

τοῖς φυλάσσουσι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ Θρίαν· Θρίαν γὰρ καὶ Σιώνεσιν ἀγαθὴν δωρεῖται διὰ τὸ ἅγιον αὐτοῦ Πνεῦμα. Ὥσπερ γὰρ ὁ γεωργὸς, ἐὰν καλλιεργήσῃ τὴν γῆν αὐτοῦ, ἑτοιμάζει αὐτῇ πρὸς καρποφορίαν· οὕτως καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ Θρία, ἐν τοῖς ποιοῦσιν αὐτῇ, φυλάττει ἑαυτῇ, οὐ συγχωροῦσα τῷ ἐχθρῷ ἐμβαλεῖν αὐτοῖς, ἀλλὰ ποιεῖ αὐτοὺς καρποφορεῖν τῷ Θεῷ. Σεβαστιανὸς ὁ Δοὺξ εἶπεν· Ἱερήσω μᾶλλον ἀποθανεῖν ἢ ζῆν; Ἀπεκρίθη ὁ ἅγιος Ἑρμείας καὶ εἶπεν· Οὗτος ὁ θάνατος οὐκ ἔστι θάνατος, ἀλλὰ ζωὴ αἰώνιος, ἐὰν ὑπομείνω τὰς βασάνους σου. Σεβαστιανὸς ὁ Δοὺξ εἶπεν· Ταύτῃ τῇ γνώμῃ ἐχρήτησας, καὶ θέλεις ἀπολέσθαι; Ὁ ἅγιος Ἑρμείας εἶπεν· Εἰπόν σοι, ὅτι οὐκ ἀπόλυμαι· ποιεῖ μόνον ὃ θέλεις.

4 Τότε ὁ Δοὺξ ἐκέλευσεν θλασθῆναι τὰς σιαγόνας αὐτοῦ καὶ τοὺς ὀδόντας, καὶ τὸ δέρμα τοῦ ἁρμονίας κοπῆναι τοῦ ὄψεως αὐτοῦ. Ὁ ἅγιος Ἑρμείας εἶπεν· Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ, ὅτι ἤγγισεν ἕως ἐμὲ ἡ χάρις τοῦ Κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Σεβαστιανὸς ὁ Δοὺξ εἶπεν· Διὰ τί τὴν ἀννώναν σου οὐ λαμβάνεις; Ὁ ἅγιος ἀθλητὴς τοῦ Χριστοῦ Ἑρμείας εἶπεν· Ὅτι ἀδίκως καὶ βιαίως ἀποσπᾶτε ἄλλους πτωχοὺς, διὰ τοῦτο οὔτε λαμβάνω οὔτε ἐσθίω ἀπ' αὐτῆς· ἐγὼ γὰρ ἔχω πνευματικὴν τροφὴν ἐκ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ οὐ μὴ πεινάσω εἰς τὸν αἰῶνα. Ταῦτα ἀκούσας Σεβαστιανὸς ὁ Δοὺξ, ἐκέλευσεν βληθῆναι αὐτὸν εἰς κάμινον χαλκωμένην δεινῶς. Ἐμβληθέντος δὲ αὐτοῦ, ἐκέλευσεν ἐπὶ πλέον ἐκκαῦσαι ταύτην. Καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐκέλευσεν ἀνοιγῆναι τὴν κάμινον· καὶ εὑρέθη ὁ ἅγιος ἀθλητὴς τοῦ Χριστοῦ Ἑρμείας, ψάλλων καὶ εὐχόμενος τῷ Θεῷ, ὅτι οὐκ ἥψατο αὐτοῦ τὸ πῦρ.

5 Τότε συμβουλεύσας ὁ Δοὺξ ἐκέλευσεν φάρμακα ἀναιρετικὰ γενέσθαι, καὶ δοθῆναι αὐτῷ. Ἐπιδοθέντων δὲ αὐτῷ τῶν φαρμάκων διὰ τοῦ μάγου, εἶπεν ὁ ἅγιος Ἑρμείας· Οὐκ ἤθελον μὴν ἀπογεύσασθαι, ἀλλ' ἵνα σοι δείξω ὅτι δυνάται ὁ Θεός μου τὰς μαγίας σου πάσας καταλῦσαι, λαμβάνω τῶν μεμαγευμένων χρεῶν, καὶ προσευξάμενος ἐδίῳ· καὶ λαβὼν ἐγεύσαμο, καὶ οὐδὲν ἠδικήθη ὅτε βλάβην ὑπέμεινεν. Ὁ δὲ Μάγος δεινότερα παραγαγὼν αὐτῷ φάρμακα ἕτερα, εἶπεν· Νῦν δέξαι, καὶ ἐὰν οὐδὲν πάθῃς, καταλείψω κἀγὼ τὰς μαγείας μου, καὶ πιστεύω τῷ ἐσταυρωμένῳ Θεῷ, ᾧ σὺ λατρεύεις. Λαβόντος δὲ αὐτοῦ, καὶ μηδὲν παθόντος, εἶπεν ὁ Μάγος· Ἐνίκησας καὶ ἐνεδυναμώθης, διότι ἔσωσας ἐξ ᾅδου τὴν ψυχήν μου ἀπολυμένην, ἵνα Θεῷ ζήσω· ὥσπερ γὰρ ἀνδριὰς ἀναχαλκευθεὶς, παλαιὸς ὢν ἀνακαινίζεται, ὅτως κἀγὼ παλαιωθεὶς τοῖς κακοῖς, οἷς ἔπραξα, καὶ ἐν ἀπωλείᾳ γενόμενος, τὴν ψυχήν μου ἀνεκαινίσθην, ὑπερέβας ἐπὶ Θεὸν ζῶντα καὶ διαμένοντα ἀεὶ καὶ εἰς τὸν αἰῶνα. Καὶ πάλιν ἔλεγεν· Ὁ Θεὸς ἔσωσάς με ἀπὸ τῆς πλάνης τῶν δαιμόνων, καὶ τῶν φαρμάκων βδελυγμάτων διὰ τοῦ δούλου σου Ἑρμείου, δι' οὗ ἐπίστευσα εἰς σέ. Τότε Σεβαστιανὸς ὁ Δοὺξ ἐκέλευσεν τῷ Μάγῳ ἀποτμηθῆναι τὴν κεφαλὴν, καὶ ὕτως ἐτελειώθη ἡ αὐτοῦ μαρτυρία ἐν καλῇ ὁμολογίᾳ.

6 Εἶτα λέγει ὁ Δοὺξ τῷ ἁγίῳ Ἑρμείᾳ· Θῦσον τοῖς θεοῖς, καὶ γενοῦ φρόνιμος. Ὁ δὲ Ἅγιος εἶπεν αὐτῷ· Πάντοτε φρόνιμός εἰμι, τοῦ Θεοῦ μου δυνάμιν μοι παρέχοντος. Σεβαστιανὸς ὁ Δοὺξ εἶπεν· Ἀλλὰ νῦν μωρὸς ἐγένου· θῦσον τοῖς θεοῖς. Λέγει αὐτῷ ὁ ἅγιος Ἑρμείας· Ἀλλὰ τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, ἵνα καταργήσῃ τοὺς σοφοὺς, καὶ τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου· καὶ τὰ ἐξουθενημένα ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, ἵνα

qui ſequuntur illam, nullam adverſario concedens poteſtatem invadendi illos; ſed facit ipſos fructificare Deo. Dixit Sebaſtianus Dux: Eligiſne magis mori, quam vivere vitam? Reſpondens S. Hermias dixit; Hæc mors, non eſt mors; ſed vita æterna, ſi patienter tulero tuos cruciatus & pœnas. Ait Dux Sebaſtianus; Retineſne hanc mentem, & vis perire? Cui S. Hermias; Dixi tibi, quoniam non pereo; tu facito modo, quod vis. EX MS. FLORENT. *ac ſemidiurna agnoſcentia.*

4 Tunc Dux maxillas ejus & dentes contundi juſſit, & cutem vultus ejus dilaniari. S. Hermias dixit: Gratias Deo ago, quoniam gratia Domini mei Jeſu Chriſti mihi adfuit. Sebaſtianus dixit; Ut quid annonam tuam non accipis? Sanctus Chriſti Athleta Hermias ait; Quia injuſte & violenter defraudatis alios pauperes; ideo ego neque accipio, neque comedo de illâ: habeo quippe ſpiritualem eſcam, quæ de Spiritu ſancto eſt, & non eſuriam in ſecula. Quibus auditis, Sebaſtianus Dux præcepit illum in caminum vehementer accenſum immitti; & illo immiſſo, longe amplius inflammari caminum. Tribus autem evolutis diebus caminum juſſit aperiri, & repertus eſt S. Hermias Chriſti Athleta pſallens & Deum orans, quoniam non tetigit illum ignis omnino quidquam. *maxillas contunditur:* *& illæſus e fornace egreſſus.* B E

5 Tum Dux, furore percitus juſſit, pharmaca letifera apparari, & dari illi. Quibus ſibi à Mago porrectis, dixit S. Hermias; Haud vellem quidem deguſtare, ſed ut oſtendam tibi, quoniam potens eſt Deus omnes tuas diſſolvere præſtigias; ideo carnes incantamentis infectas capio, &, fuſis ad Deum precibus, manduco. Cumque eas accepiſſet, guſtavit, & in nullo læſus eſt, neque quidquam ſuſtinuit nocumenti. Tunc Magus cum alia perniciofiora protuliſſet medicamenta, dixit: Nunc accipe, & ſi nihil paſſus fueris, relinquam & ego magias meas, credamque in Deum Crucifixum, cui & tu famularis. Quæ cum accepiſſet Hermias, & nihil omnino eſſet paſſus, dixit Magus: Viciſti, & invaluiſti, quia ſervaſti ab inferno animam meam jam pereuntem, ut Deo vivam. Veluti enim ſtatua, antiquitate prope confecta, renovatur recuſa; ita & ego malis, quæ commiſi, inveteratus & periculo pereundi proximus, ſecundum animam renovatus ſum, reverſus ad Deum viventem, & permanentem ſemper & in ævum. O! Deus, qui liberaſti me ab dæmoniorum errore atque execrandis medicamentis per ſervum tuum Hermiam, per quem & credidi in te. Tunc Sebaſtianus Dux Magum juſſit capite truncari, & hoc modo in bonâ confeſſione eſt martyrio conſummatus. *cum ſineno-xa venenum bibiſſet.* *convertit magum.* C F *mox capite plexum.*

6 Dein ait Dux S. Hermiæ: Sacrifica diis, & eſto prudens. Cui Sanctus: Omnino ſum prudens, Deo vires mihi ſuppeditante. Sebaſtianus Dux ait: Jam vero ſtultus factus es; immola diis. Ad quem S. Hermias: Sed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, ut deſtruat ſapientes; & infirma mundi, & contemptibilia elegit Deus, ut confundat fortia; & ea quæ non ſunt, ut ea, quæ ſunt, deſtrueret, uti Apoſtolus Paulus, facundus orator, Dei Eccleſiam edocuit. Veniens enim in ſanctâ vocatione, acceptâ à Deo ſapientiâ, habuit in ſeipſo Scripturarum plenitudinem, & viam monſtravit ſalutis iis, qui ſalvari volunt. Dixit Dux Sebaſtianus: Hermia, abſtine ab his ſtultis verbis, quæ tibi non proderunt. S. Hermias ait: haud ſum ſtultus, ſed ſapere ſtudeo. Stulti ſunt, qui audientes te inanimatis idolis ſacra faciunt, & falſis diis credunt, contempto Deo vero. Scriptum eſt: *Sanctus oſtendit ſe non deſipere:* 1. Cor. 1

INTERP. H. BOLLIO

Dii, qui non fecerunt cælum & terram, pereant; Et cum ipsis peribunt omnes, qui confidunt in iis, veræ cognitionem fidei non recipientes.

*nervisque sectis,*

7 Tum Dux excandescens, præcepit omnes totius corporis ejus, nervos extendi. Cui S. Hermias: Hæc omnia sustinens, minimè sentio: nam, quemadmodum lanceola medici pungendo evacuat recens vulnus ab omni humore, & corpore educit omnem pravum habitum, & præbet refocillationem; sic & ego, nervis vehementius distentis, refocillatus sum per fidem quam in Christo habeo. His auditis Sebastianus Dux, præcepit Sanctum projici in oleum, fervens supra modum. Quo facto, ait S. Hermias: Hoc oleum, adeo inflammatum, veluti ros cæli factum est mihi; aut veluti aqua homini superfusa, sic corpori meo præbet refrigerium. Ego quippe hujusmodi non sentio cruciatus, neque exequor tuam voluntatem; sed voluntatem cælestis Patris, meque offero sacrificium immaculatum Deo, qui me plasmavit, quoniam ipse est corporum & animarum Dominus. His auditis Dux præcepit acetum & lixivium in guttur ipsius infundi: ad quem S. Hermias: Acetum & lixivium mihi veluti favus mellis sunt, propter Deum, cujus amore hæc tolero.

*ferventi oleo immissus,*

*aceto & lixivio, potatus,*

B

*contemnit minas inferendæ cæcitatis.*

8 Tum jussit Dux illum orbari luminibus. Hæc audiens S. Hermias ait: Et quoniam corporalem mihi visum aufers, potest animæ meæ oculus mihi præbere, ut plus videam; & clamat ad illum, cujus amore hæc sustineo: attamen, si tibi opus sint; accipe hos meos corporis oculos, qui vana mundi conspiciunt; cordis vero oculi lumen verum intuentur. Sebastianus Dux ait: Cogis me, ut multa & grandia tibi tormenta infligam. Sanctus Hermias dixit: Deo me confortanti ago gratias: igitur pro voluntate & libitu tuo excrucia me, & ne parcas mihi, uti sanxisti: paratus sum omnem sufferre cruciatum, Deo mihi auxiliante. Tunc Dux præcepit capite suspendi eum per triduum, donec naribus ipsius efflueret copiosus sanguis. Per tres vero dies cum pependisset, venerunt quidam videre illum, rati jam obiisse. Et venientes reperere illum viventem & laudantem Deum: & præ timore excæcati sunt. Quos ut vidit S. Hermias, ait: In nomine Domini mei Jesu Christi visum recipite: & impositis super illos manibus, eorum aperuit oculos. Et reversi nuntiavere Duci omnia, quæ contigerant. Hisce intellectis Dux offensus, jussit illum totius corporis pelle nudari. Ad quem S. Hermias: Quamvis corpori meo detrahas cutem, secundum voluntatem tuam ego non sacrifico: fac, quod vis. Quippe paratus sum certare adversus patrem tuum diabolum.

*triduo suspenditur in capite,*

C

*nec timet excoriari:*

*tandem capite plectus,*

9 His auditis, Sebastianus Dux, more leonis rugiens, mandavit illum decollari. Audita sententia S. Hermias supplicans ait: Gratias tibi ago, Deus, qui hanc mihi contulisti victoriæ gratiam. Jam vero consummandus S. Hermias, rursum dixit: Domine Jesu Christe, glorifico te, & oro, ut quicumque mei certaminis peragent memoriam, per interventum Deiparæ Mariæ & Sanctorum, fiant participes sanctorum Martyrum, qui tibi optime placuerunt. His dictis, spiculator decollavit eum, & exivit sanguis & aqua; adeo ut omnes videntes, qui illic aderant, raperentur in admirationem, propter omnia quæ facta fuerant. Igitur plurimi fidei Christianæ adjuncti sunt, conspicati miracula ab ipso patrata. Et venientes viri Christiani venerandum ejus corpus collegerunt, & justis expletis reposuerunt illud in Cappadociâ,

*sepelitur Comanis.*

καταισχύνῃ τὰ ἰσχυρὰ, καὶ τὰ μὴ ὄντα, ἵνα τὰ ὄντα καταργήσῃ, ὡς ὁ Ἀπόστολος Παῦλος ὁ ῥήτωρ ἐδίδαξεν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ· ἐλθὼν γὰρ ἐν τῇ κλήσει τῇ ἁγίᾳ, καὶ λαβὼν Σφίαν παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἔσχεν ἐν ἑαυτῷ τὸ πλήρωμα τῶν γραφῶν, καὶ ὁδὸν ἔδειξε Σωτηρίας τοῖς βυλομένοις Σωθῆναι. Σεβαστιανὸς ὁ Δοὺξ εἶπεν· Ἑρμεία, παῦσαι τῶν μωρῶν τούτων ῥημάτων, οὐ γάρ σε ὀφελήσουσιν. Ὁ ἅγιος Ἑρμείας εἶπεν· Οὐκ εἰμι μωρὸς, ἀλλὰ τὸ εὐφρονεῖν ζητῶ· μωροὶ δέ εἰσιν οἱ ἀκούοντές σου, καὶ θύοντες ἀψύχοις εἰδώλοις, καὶ τὸν Θεὸν τὸν ἀληθινὸν ἀθετοῦντες, καὶ τοῖς θεοῖς ψευδέσι πιστεύοντες· γέγραπται γάρ, Θεοὶ οἳ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν, μετ' αὐτῶν οὗ καὶ οἱ πιστεύοντες αὐτοῖς, καὶ τὴν γνῶσιν τῆς ἀληθινῆς πίστεως ἀθετοῦντες ἀπολοῦνται.

EX MS. FLORENT.

7 Τότε ὁ Δοὺξ θυμωθεὶς ἐκέλευσεν ἀποσπασθῆναι αὐτοῦ τὰ νεῦρα ἀπὸ πανὸς τοῦ Σώματος αὐτοῦ. Ὁ δὲ ἅγιος Ἑρμείας εἶπεν· Ταῦτα πάντα πάσχων οὐκ ἀθάνομαι· ὥσπερ γὰρ κέντρον νύσσον τραῦμα κενοῖ τὸ ὑγρὸν, καὶ ἐκφέρει τὴν κακοχυλίαν ἀπὸ τοῦ Σώματος, καὶ ἀνάπαυσιν παρέχει· ὕτως κἀγὼ τῶν νεύρων ἀποσπωμένων σφόδρα ἀνεπαυσάμην, διὰ τὸν ἐν Χριστῷ πίστιν. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Σεβαστιανὸς ὁ Δοὺξ, ἐκέλευσεν ἔλαιον σφοδρῶς ἐψηθῆναι καὶ ἐμβληθῆναι τὸν Ἅγιον εἰς αὐτό· Τούτων δὲ οὕτως γενομένων εἶπεν ὁ ἅγιος Ἑρμείας· Τοῦτο τὸ ἔλαιον τὸ ἐκπυρωθὲν, ὡς δρόσος τοῦ οὐρανοῦ μοί ἐστιν, ἢ ὥσπερ ὕδωρ δοθὲν ἀνθρώπῳ ψυχρὸν κατὰ τοῦ Σώματός μου· ἐγὼ γὰρ τῶν τοιούτων κολάσεων, οὐκ ἀθάνομαι, οὐδὲ ποιῶ τὸ θέλημά σου, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ ἐπουρανίου Πατρὸς, καὶ ἐμαυτὸν προσάγω θυσίαν ἀγνὴν τῷ Θεῷ τῷ πλάσαντί με, ὅτι αὐτός ἐστιν ψυχῶν καὶ Σωμάτων ἐξουσιαστής. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Δοὺξ ἐκέλευσεν ὀξος καὶ κονίαν εἰς τὸ λάρυγγα αὐτοῦ ἐμβληθῆναι. Εἶπεν δὲ ὁ ἅγιος Ἑρμείας· Τὸ ὀξος καὶ ἡ κονία ἐμοὶ ὥσπερ μέλι κήρινόν ἐστι διὰ τὸν Θεόν μου, δι' ὃν πάσχω ταῦτα. Τότε ἐκέλευσεν ὁ Δοὺξ τὴν ὅρασιν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ σβεσθῆναι.

8 Ταῦτα ἀκούσας ὁ ἅγιος Ἑρμείας εἶπεν· Καὶ ὅτ' ἂν τὴν τοῦ Σώματός μου ὅρασιν ἐκβάλῃς, δώσει ὁ τῆς ψυχῆς μου ὀφθαλμὸς πλέον παρέχειν μοι ὁρᾶν· καὶ βοᾷ πρὸς τὸν, δι' ὃν ταῦτα πάσχω. Ὅμως εἰ χρείαν ἔχεις καὶ τῶν Σωματικῶν μου ὀφθαλμῶν, λαβὲ αὐτούς· καὶ γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ τοῦ Σώματος τὰ μάταια κόσμου ὁρῶσιν, οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ τῆς καρδίας βλέπουσι τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν. Σεβαστιανὸς ὁ Δοὺξ εἶπεν. Ἀναγκάζεις με πολλὰς καὶ μεγάλας βασάνους ἐπενεγκεῖν σοι. Ὁ ἅγιος Ἑρμείας εἶπεν· Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ, τῷ ἐνδυναμοῦντί με· ὡς θέλεις οὖν κόλαζέ με, καὶ μή μου φείδου, ὡς Σωνομίζεις· ἕτοιμος γάρ εἰμι ὑπομεῖναι πᾶσαν βάσανον, τοῦ Θεοῦ δυνάμιν παρέχοντός μοι· τότε ὁ Δοὺξ ἐκέλευσεν κατακέφαλα χρεμασθῆναι αὐτὸν ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς, ἕως ἂν ἐκ τῶν ῥινῶν αὐτοῦ ῥεύσῃ αἷμα. Κρεμασθέντος δὲ αὐτοῦ ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς, ἀπῆλθον ἰδεῖν αὐτὸν, νομίζοντες αὐτὸν τεθνηκέναι· καὶ ἐλθόντες εὗρον αὐτὸν ζῶντα καὶ ὑμνοῦντα τὸν Θεὸν, καὶ ἐκ τοῦ φόβου ἐτυφλώθησαν. Καὶ ἰδὼν αὐτοὺς ὁ ἅγιος Ἑρμείας εἶπεν, Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀναβλέψατε, καὶ ἁψάμενος αὐτοῖς τὰς χεῖρας ἀνέῳξεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμούς· καὶ ἀπελθόντες εἶπον Σεβαστιανῷ τῷ Δυκὶ ἅπαντα τὰ γενόμενα. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Δοὺξ, ὀργισθεὶς κατὰ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἑρμείου, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐκδερματισθῆναι. Εἶπεν δὲ αὐτῷ ὁ ἅγιος Ἑρμείας· Κἂν τοῦ Σώματός μου ἀφέλῃς δορὰν, κατὰ τὸ θέλημά

A μά σε ἐγὼ οὐ ποιῶ. Ποίε οὖν ὃ θέλεις· ἑτοιμος γάρ εἰμι ἀνταγωνίζεσθαι τῷ πατρί σε τῷ διαβόλῳ.

9 Ταῦτα ἀκούσας Σεβαστιανὸς ὁ Δοὺξ, καὶ βρύξας ὡς λέων, ἐκέλευσεν τραχηλοκοπηθῆναι αὐτόν. Ἀκούσας οὖν τὴν ἀπόφασιν ὁ ἅγιος Ἑρμείας, εὐχόμενος ἔλεγεν· Εὐχαριστῶ σοι ὁ Θεὸς, ὁ χαρίσαμενός μοι τὴν χαρὰν τῆς νίκης. Μέλλων δὲ τελειοῦσθαι ὁ ἅγιος Μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Ἑρμείας, εἶπεν· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ δοξάζω σε καὶ δέομαί σε, ἵνα, ὅσοι ἐπιτελῶσι τὴν μνήμην τῆς ἀθλήσεώς μου, τύχωσι τοῦ μεριδος τῶν Ἁγίων διὰ τῆς θεοτόκου Μαρίας, καὶ τῶν ἁγίων Μαρτύρων τῶν εὐαρεστησάντων σοι. Ταῦτα εἰπόντος αὐτοῦ, ἔκραυγασεν αὐτὸν ὁ Σπεκυλάτωρ, καὶ ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ, ὥστε πᾶντας τοὺς εὑρεθέντας καὶ ἰδόντας θαυμάσαι ἐπὶ πᾶσι τοῖς γενομένοις. Πολλοὶ οὖν προσετέθησαν ἐν τῇ πίστει τοῦ Χριστοῦ, διὰ τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Ἑρμείου, θεωρήσαντες θαύματα γινόμενα ὑπ' αὐτοῦ. Καὶ ἐλθόντες ἄνδρες Χριστιανοὶ, σωσεκόμισαν αὐτοῦ τὸ τίμιον λείψανον, καὶ ἐκήδευσαν αὐτὸ, καὶ ἀπέθεντο ἐν Καππαδοκίᾳ ἐν τόπῳ λεγομένῳ Κωμάνοις, ὥστε πολὺ πλῆθος πιστεῦσαι τῷ Χριστῷ διὰ τοῦ ἁγίου αὐτοῦ λειψάνου. Ἐμαρτύρησεν δὲ ὁ ἅγιος Ἑρμείας τῇ πρὸ τριῶν Καλανδῶν Ἀπριλλίων, ἐτελειώθη δὲ ἐν τῇ Συμπληρώσει τοῦ Μαΐου μηνὸς, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν. D

in loco, Comana dicto; magna autem multitudo per Sancti reliquias credidit Chriſto, ſanctus vero Hermias, quarto kalendas Aprilis fidem, primum confeſſus eſt, ſed conſummatus menſe Majo completo, in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

# DE SS. CANTIO, CANTIANO, ET CANTIANILLA, ET S. PROTO EORUM PÆDAGOGO IN FIDE,

## *MARTYRIBVS AQVILEIÆ IN FORO-IVLII.*

B

## COMMENTARIUS PRÆVIUS.

E G. H

### De Cultu & Actis: hæc an ſcripta à S. Ambroſio?

AN. CCXC. *Aquileia inter alios Sanctos colunntur.*

AQuileia *hodierno agro Foro-Iulienſi inſerta, olim urbs Carnorum, ac teſte Strabone Illyricarum gentium emporium, & ob incolarum frequentiam ac divitiarum rerumque omnium affluentiam, Cæſarum aliquando Sedes, & quaſi altera Roma habita fuit. Ad hanc à S. Petro miſſus* S. Marcus Euangeliſta, *fidem Chriſti plantavit; atque inde abiturus Alexandriam, ſucceſſorem ordinavit* S. Hermagoram Epiſcopum; *uti ad Vitam S. Marci diximus* XXV *Aprilis, atque iterum dicendum erit ad diem* XII *Iulii, quo* S. Hermagoras, *cum* Fortunato Diacono *ſuo, eſt martyrium paſſus. Inter alios Sanctos ibidem martyrii palma fuerunt coronati,* S. Hilarius Epiſcopus, Tatianus Diaconus, Felix, Largus, & Dionyſius, *ſub* Numeriano Imperatore, *quorum Acta illuſtravimus die* XVI *Martii. Hujus* Numeriani *&* Carini *fratrum ac* Cari *patris conſanguinei fuerunt,* SS. Cantius & Cantianus fratres, & Cantianilla *eorumdem* Soror, *qui à* S. Proto pædagogo *in Catholica fide præclare inſtructi, cum illoque ſub Diocletiano & Maximiano in agro Aquileienſi capite plexi, hoc* XXXI *Maji Solenni cum veneratione coluntur. Plexi autem fuerunt anno Chriſti* CCXC, *quemadmodum ſequitur ex Chronologia, à nobis ſtabilita* III *Aprilis ad Acta Sanctarum Agapes Chioniæ & Irenes, Aquileia pariter abductarum Theſſolonicam, una cum Iudicibus ſuis Dulcidio & Siſinnio: qui deinde remiſi Aquileiam uno poſt menſe novam hanc tragœdiam concitarunt.*

C

*Acta martyrii apud Mombritium tributa S. Ambroſio Mediol.*

2 *Boninus Mombritius, tomo primo Legendarii ante ducentos annos excuſi, inſeruit* paſſionem Sanctorum Martyrum Cantianorum, *quam aſſerit* editam à S. Ambroſio Mediolanenſi Epiſcopo, *cum hoc exordio:* Servus Chriſti Ambroſius Epiſcopus, Chriſtum verum Deum colentibus Fratribus per omnem Italiam, in Domino omnem ſalutem. *Ex hiſce aliquod compendium extat inter Sermones S. Ambroſii, à Georgio Wicelio in Hiſtoria de Sanctis Dei, & à Laurentio Surio ad hunc* XXXI *Maji recuſum, cum hoc exordio.* Hodie beatiſſimorum Cantii, Cantiani, & Cantianillæ natalis eſt: *& mox addita particula,* Quam,

*uti & ſoma penultimum:*

*ex lectionibus de ſumptis*

*reliqua ex Actis apud Mombritium deſumuntur, hoc modo:* Quam bene & jucunde tres Martyres uno pene vocabulo nuncupantur. Nec mirum, ſi ſimiles ſint nomine, qui ſunt ſimiles paſſione. Si una eſt illis apud homines appellatio, quibus apud Deum eſt una vocatio. Uniter enim vocati ſunt à Domino, non interpoſito tempore aliter & aliter paſſi, ſed omnes eodem ictu pariter martyrium pertulerunt. Quod quidem illis parentina quadam à Chriſto affectione conceſſum eſt, ut congruerent meritis, qui vocabulis concordabant; [&] qui erant conſanguinitate fratres, fierent ſanctitate germani; & quorum membra unius corporis ſubſtantia vegetabat, eorum animas ejuſdem fidei confeſſio coronaret. *Hæc ibi, vel ideo à nobis protaia, quod eadem in Actis infra dandis non habeantur: cujus ultima verba de* conſanguinitate *erant omiſſa apud Mombritium: apud quem de* Dulcidio Præſide & Siſinnio Comite, *atque horum Martyrum apud eos delatione multa proferuntur, quorum loco in dicto Compendio iſta habentur:* Refert autem de Beatis ſupra dictis hiſtoria, quod tempore paſſionis, cum eos perſecutor inquireret: *ac tum reliqua habentur apud Mombritium,* Aſcenſo vehiculo *uſque ad ultima hæc verba:* Præcedere nos profitemur ad gloriam. *Dein narratur quomodo deprehenſi ſint, & quia nolebant Iovi thus offerre, morti adjudicati; quales dein preces fuderint & quomodo tandem fuerint capite plexi, ac ſepulti, in dicto Compendio alto ſilentio involvitur. Nos, relictâ aliis aliter ſentiendi libertate, judicamus dictum Compendium ex aliquibus Lectionibus, ad Matutinum ſolitis recitari, fuiſſe deſumptum. Similes* Lectiones, ex quodam Breviario antiquo, ſecundum ritum ſanctæ Eccleſiæ Aquileienſis, *edidit* Illuſtriſſimus Senator Joannes Chauvin, *in elogiis horum trium Martyrum, anno* MDCLXX *apud Pariſios editis, & ſub finem earumdem adduxit ſubſcriptionem* Joannis Joſephi Capodalei, Juris utriuſque Doctoris & Capituli Aquileienſis Secretarii, cum ſigillo ipſius Capituli. *Fidem pro* Capodaleo *faciente* Coſſino, Notario curiæ Patriarchalis Aquileienſis, cum ſigillo Patriarchæ Aquileienſis. *Interim hæ Lectiones inveniuntur totæ deſumptæ ex Mom-*

F

britio, *ſed ſolum incipiunt à ſupra indicato*, aſcenſo vehi-
EX MS. culo, *ac dein ad finem martyrii & ſepulturæ deducuntur. Adjunxit dictus* Chauvin *in poſteriori editione Acta, prout ſunt olim à* Mombritio *in lucem prolata.*

*Alia Acta ex Mss.*

3 *Alia nos monumenta hactenus inedita nacti ſumus; ac primo ex triplici codice Ms. ſcilicet Audomarenſi monaſterii S. Bertini, Trevirenſi monaſterii S. Maximini, & Ultrajectino Eccleſiæ S. Salvatoris. Alia Ioannes Gamanſius nobis ſubmiſit, à ſe deſcripta ex Paſſionali Ms. cœnobii Bodecenſis Ordinis Canonicorum Regularium in diœceſi Paderbornenſi: ſed hæc ſola phr. ſi hinc inde ab aliis differunt, & multis in locis ſunt contracta. Denique Acta quædam uberiora reperimus anno* MDCLXI *in urbe Florentina, in Codice Ms. Illuſtriſſimi Senatoris Florentini Caroli Strozzi, ſignato num.* 5, *ubi folio* 177 *habentur, quæ nos cum aliis Mss. & Mombritio collata damus. In illis omnibus nulla præponitur mentio S. Ambroſii, quæ invenitur apud Mombritium; nec, licet præponeretur, continuo auderemus aſſerere, revera ipſum talia Acta vel alia ſcripſiſſe. Mallet Baronius illa adſcribere S. Maximo Epiſcopo Taurinenſi. Aſt Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, quia varios Sermones S. Ambroſio adſcriptos reperit inter Sermones S Maximi, fatetur* plane judicari non poſſe,
B utrum Ambroſio vel Maximo tribui debeant; ſed cujuſcumque ſint, antiqui & ſancti Auctoris eſſe. *Idem & nos de Actis prænotatis dicimus, etiamſi neutrius horum forent, plane antiqui Auctoris eſſe. Compendia eorumdem, prout in dictis Mss. habentur, reperiuntur apud Petrum de Natalibus lib.* 5, *cap.* 70, *& in variis Breviariis, de quibus infra agemus.*

*Memoria in ſacris Factis.*

4 *Sacra memoria horum Martyrum paſſim omnibus Martyrologiis Latinis inſcripta eſt, & apographo S Hieronymi ex vetuſto Ms. Corbeienſi Pariſiis excuſo, his verbis:* Pridie Kalendas Junii, in Aquileia Natalis SS. Canti, Cantiani, Proti, Chryſogoni, & Cantianillæ. *In Ms. Epternacenſi deeſt vitio amanuenſis nomen* Canti, *uti palaſtra in Ms. Lucenſi. In Ms. Reginæ Suecia per Holſtenium edito deeſt nomen* Proti, *ideo forſan, quod in Eccleſia Aquileienſi ſeorſim colatur* XIV *Iunii: uti* S. Chryſogonus, *illuſtris etiam ipſe Martyr Aquileienſis,* XXIV *Novembris. Rabanus in ſuo Martyrologio iſta notavit:* Eodem die martyrizati ſunt beatiſſimi Martyres, Cantius, Cantianus, & Cantianilla, imperante Diocletiano. *Vſuardus iſta habet:* Apud urbem Aquileiam natalis ſanctorum Martyrum, Cantii, Cantiani, & Cantianillæ fratrum, qui cum ducerent proſapiam ex genere Aniciorum, ob Chriſtianæ fidei conſtantiam, una cum pædagogo ſuo Proto, capite plexi ſunt. *Similia habent Aao, Notkerus, Bellinus, aliique recentiores cum hodierno Martyrologio Romano: ubi in Notis late agit Baronius* de familia Aniciorum, illuſtrata non tantum Conſulibus & Imperatoribus,
C *& Cantianilla inter Virgines.* ſed & nobilitata Martyribus & Confeſſoribus, *uti in decurſu noſtri operis ſæpe apparebit. Antonius Gallonius Romanus Congregationis Oratorii edidit Romæ anno* MDXCI *Hiſtoriam Sanctarum Virginum Romanarum, cum Cæſar Baronius ibidem ſcriberet Annales Eccleſiaſticos, & inter illas cenſet* S. Cantianillam, Virginem & Martyrem, *cujus & fratrum Acta ibidem deſcribit. Eamdem inter Virgines venerantur Franciſcus Lahierius in earum Menologio, & Arturus du Monſtier in Gynæceo ſacro. Ceterum, ne alicui forte ſuſpecta ſint trium Germanorum germaniſſima nomina, in dubium revocanti, an tale quid fuerit iis temporibus uſitatum; exemplum is ſumat à tribus filiis Conſtantini Magni, qui* Conſtantinus, Conſtans, & Conſtantius *fuerunt appellati.*

# ACTA MARTYRII. D

## *Ex variis Mss. & Mombritio.*

*Geſta Sanctorum utilia legentibus:*

OMnia, quæ à Sanctis geſta ſunt vel geruntur, ſi quis voluerit ſtudioſe perquirere, & ſibi & plurimis ædificationis exhibet fructum: ſicut arbor fructifera non ſine cauſa probatur terram occupare dum vivit, cum & ipſa ſuis pomis ornatur, & omnis qui ex fructu perceperit ſaginatur *a*. Scribimus, ut in geſtis invenimus, quid egerint, quid locuti ſint, quid paſſi ſunt Sancti. Oſtenditis vos eſſe Catholicos, qui victorias Chriſti libenter legitis, libenterque auditis. Interrogo vos, qui iſta inter apocryphas litteras abolenda cenſetis: per quos conſtat Canon Scripturarum divinarum? Numquid non per eos, qui pro ipſo Canone occidi magis voluerunt, quam vinci? Quid ergo? Tenuerunt Martyres fidem rectam, quæ ſacris voluminibus certo librorum numero continetur. Agunt illis gratias apices ſacratiſſimi, quia per illorum perſeverantiam E perſeverant; & ideo volunt eorum geſta conſcribi, *& commendata à Scripturis, pro quibus ſervandis illi paſſi ſunt.* ut in conſpectu Dei & hominum ſemper Sancti laudentur, qui in conſpectu incredulorum pro eorum defenſione tormenta immania pertulerunt. Nihil præter Scripturas Canonicas recipientes, iſta ſtudioſe conſcripſimus, oſtendentes dogma Catholicum per Catholicos Martyres cuſtoditum: exemplum poſteris damus, ædificationem credentibus tradimus, artem belli Chriſti militibus demonſtramus. Conſtat eos nolle, ſi neceſſe ſit, pugnare, qui legere nolunt pugnatores. Imperent ſilentium infidelibus; ſpectent pugiles diabolicos, qui athletas Domini ſpectare contemnunt. Nos divinas virtutes loquimur, ſcribimus, prædicamus. Prohibeant æmuli, imperent ſilentium timidi, verberent contemnentes, lugentes increpent, libenter hæc audientes accuſent. Glorioſos faciunt milites vulnera, pro Imperatoris laude ſuſcepta; pro cujus amore etiam animas perdere libenter optamus. Triumphorum Chriſti ac victoriarum labores exercitibus de occultis foras proferimus. Scimus pugnas, quas illi viſibiliter paſſi ſunt, inviſibiliter nobis excitari quotidie, & negligenter repugnantes acrius vulnerari: ergo ut arma pertractes, attende bellantes; da mentem ſtudiis, ut hoſtis incipiat te timere.

*Aniciorum ſtirpe prognati fratres,*

2 Beatiſſimos igitur Martyres Chriſti, Cantium, Cantianum, & Cantianillam legimus, à pædagogo ſuo Proto valde Catholica fide fuiſſe edoctos, qui de genere Aniciorum, hoc eſt divæ memoriæ Carini Imperatoris, noſcuntur progeniti, & intra urbem Romam in quarta decima regione generati atque educati probantur, Diocletiano Romæ imperante, Maximiano partibus Illyricis, Carino quoque intra Gallias *b* bene agente erga Chriſtianos, qui non b
poſt multum tempus *c* defunctus eſt. Poſt cujus c
obitum ſceleratiſſimi Imperatores Diocletianus & Maximianus *d*, per omnes Provincias decreta poſuerunt, ut ubicumque Chriſtiani invenirentur, ſi ſacrificare contemnerent, diverſis pœnis affligerentur. Cumque hæc edicta audiſſent Beatiſſimi Chriſti Martyres Cantius, & Cantianus, atque Cantianilla, cum in urbe Roma fuiſſent poſiti, conſilio habito *omnia in pauperes diſtribuunt.* cum B. Proto, ut iniquam vitarent ſententiam, omnes res ſuas & domos, quas intra muros urbis Romæ habebant, venumdantes diſtribuerunt pauperibus: & ſervos ancillaſque, quas habebant circiter in animabus ſeptuaginta tribus, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, ingenuos eos fece-

A fecerunt. Tunc prædia ſua in ſuburbano poſita ſub ſpecie viſitationis circuire decreverunt, & appoſita hac occaſione de urbe Roma exierunt, & apud Aquilegienſem civitatem, pro amore Chriſtianiſſimi Chryſogoni Martyris, eodem tempore repedaverunt; in qua civitate tunc temporis non parva rura poſſidebant. Sed quia lumen latere non poterat in tenebris, neceſſe erat ut eos Dominus ad gloriam ſui nominis coronaret.

*Aquileiam abeuntes,*

3 Cumque in Aquilegienſem urbem ſancti Martyres Cantius, Cantianus, & Cantianilla cum Proto pædagogo ſuo fuiſſent ingreſſi; duriorem ſævitiam erga Chriſtianos repererunt, quam reliquerant Romæ. Ita etenim omnis ſanctorum Martyrum vel Confeſſorum pro Chriſti nomine multitudo in vinculis carcerum cuſtodia tenebantur, ut numerari non potuiſſent. Cumque ſancti Dei Martyres in urbem Aquilegienſem ingreſſi fuiſſent; intempeſtæ noctis ſilentio venerunt ad carcerem, & interrogarunt viros Chriſtianos, qui in carcere erant retruſi, ſi cum eis eſſet ſanctiſſimus Chriſti Martyr Chryſogonus. Tunc dixerunt ad eos ſancti Martyres qui in carcere erant: Jam ſunt dies triginta & ſex, quod

*Chriſtianos in carcere confortant:*

B per martyrii palmam ab iniquiſſimis Principibus capite plexus eſt *e* S. Chryſogonus, non longe ab hac civitate, loco ubi dicitur, Ad aquas gradatas, & ibi ſepultus eſt à ſanctiſſimo Zoilo Presbytero. Hæc audientes Chriſti Martyres Cantius, & Cantianus, atque Protus, & Cantianilla, cœperunt præ gaudio flere cum iis qui in carcere erant: & data pecunia carcerariis, per totam noctem ibi morati ſunt. Mane vero exeuntes de carcere, prædicantes Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & in nomine ejus multa ſigna facientes, cæcos illuminabant, leproſos mundabant, dæmones effugabant, & his qui in grabatis erant imponentes manus ſalvos eos faciebant.

e

*clarent miraculis:*

4 Eodem tempore in eadem civitate Aquilegienſi *f* Præſidatus officium Dulcidius impiiſſimus habebat cum Siſinnio Comite ſuo. Audientes itaque iniquiſſimi Judices, quod ſancti Dei Cantius, Cantianus, & Protus, atque Cantianilla de Roma adveniſſent, ſtatim conveniri ab apparitoribus præcipiuntur, ut diis thura imponerent. Tunc beatiſſimi Martyres Cantius & Cantianus, Protus & Cantianilla, aſpicientes in cælum, reſponderunt: Nos dæmoniis non ſacrificamus; quia ſcriptum eſt, Omnes dii gentium dæmonia, Dominus autem cælos fecit. Et iterum; Similes illis fiant qui faciunt ea, &

f

*diis thura offerre renuunt:*

C omnes qui confidunt in eis. Ite ergo, nuntiate iniquo Præſidi veſtro, nos pro Chriſti nomine optare potius mori, quam ab ejus mandatis recedere: quia ab ipſis cunabulis Dominum Jeſum Chriſtum confitemur. At illi redeuntes Præſidi retulerunt omnia quæ geſta fuerant. Tunc Dulcidius Præſes, una cum Siſinnio Comite, valde commoti talem dederunt impio *g* Diocletiano & Maximiano ſuggeſtionem: Piiſſimi Imperatores, ſubvenite Romanis legibus, pro quibus victrix dextera veſtra hoſtium cervices inclinat; & diis omnipotentibus, qui à Chriſtianis contemnuntur, juvamina præbete. Advenerunt enim tres germani ex urbe Roma, qui de genere Carini Imperatoris eſſe noſcuntur, cum Proto pædagogo eorum, uno animo fortiter reluctantes & confitentes Chriſtum, illum, quem Judæi ſub Pontio Pilato Præſide in Judeâ crucifixerunt; & in nomine ejus virtutes multas operantur: unde quid juſſio veſtra decreverit, decernite. His auditis ſceleratiſſimi Diocletianus & Maximianus vehementer ira commoti ſunt, & hanc auctoritatem dederunt, ut ſi ſacrificare noluiſſent, capitali ſententia plecterentur.

g

*& juſſione Imperatorum,*

*damnantur ſupplicio:*

5 Cumque iniqua ſententia perveniſſet ad beatiſſimos Martyres Cantium, & Cantianum, & Cantianillam, aſcenſo vehiculo una cum pædagogo ſuo Proto ex urbe Aquilegienſi egreſſi ſunt, feſtinantes ire ad corpus ſancti Martyris Chriſti Chryſogoni, divinam Scripturam habentes præ oculis, quæ dicit: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Nam ipſos beatiſſimos Martyres in ipſa nocte Dominus *h* viſitare dignatus eſt, dicens eis: Pax vobis. Feſtinate ire ad dilectum meum Chryſogonum, quia ibi vobis coronas præparatas habeo: & ibi debetis coronari, & in regno Patris mei cum Chryſogono ſine fine gaudere; & nolite contriſtari, quia ſi vos perſecuti fuerint in unam civitatem, fugite in aliam: &, Qui vos perſecuti fuerint, & me perſequuntur. Mane vero facto nuntiatur iniquiſſimis Judicibus, Sanctos Dei properaſſe. Tunc Siſinnius Comes una cum ſpiculatoribus, ex præcepto impiiſſimorum Imperatorum Diocletiani & Maximiani, ſubſequuntur eos *i*.

EX MS. *à Chriſto animantur:*

h

i

6 Beatiſſimi vero martyres Cantius, & Cantianus, & Cantianilla, una cum pædagogo ſuo Proto, aſcenſo vehiculo junctis mulabus ſecedere feſtinabant. Et cum irent, & non longe ab urbis mœnibus iter agerent, unum animal de ſubjunctis, ſubito corruit, in loco qui appellatur Ad aquas gradatas, *k* ubi paſſus eſt B. Chryſogonus; ut Dominus hæc adimpleret, quæ David Propheta per Spiritum ſanctum dixit: Ecce, quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum; &, Præceptum poſuit Dominus & non præteribit. Cum eſſent ibi ſancti Martyres, ubi S. Chryſogonus paſſus fuerat, ponentes genua ſua oraverunt, dicentes; Domine Jeſu Chriſte, Deus omnipotens, dirige ſanctum Angelum tuum ad auxilium noſtrum, ut confundantur omnes qui adorant ſculptilia. Deprecamur ergo, Domine, ut digneris nos in hac vocatione perſeverantes eſſe, ad laudem & gloriam nominis tui, & ad confirmandum corda in te credentium; ut cognoſcant omnes qui idolis ſerviunt, quia non eſt alius niſi tu ſolus Deus, cui Angeli ſerviunt.

E

k

*ad Aquas gradatas,*

Pſ. 132, 1 & 148, 6.

*preces fundunt:*

7 Hæc autem eis orantibus ſupervenit Siſinnius Comes cum ſpiculatoribus ſuis: ita illi ſunt à perſecutoribus comprehenſi. Quod factum quam glorioſum ſit, & à divinitate diſpoſitum, debemus advertere. Semper enim Deus, quos elegit, eos victores cum ſubvectione ſublimi in aulam regni cæleſtis inducit. Nam ſicut Elias curru applicito aſcendit in cælum, ita & iſti vehiculo admoto ad martyrium pervenerunt: & quadriga, ſicut illum evexit ad requiem, ita illos portavit ad gloriam. Et quamvis illa ignea quadriga fuerit, hæc tamen non inferior habenda eſt: quia illa unum geſtavit Prophetam, hæc tres Martyres ſuſtentavit. Sed dicet aliquis, Glorioſius geſtavit ignea quadriga, quam terrena. Nec hoc plane defuit ſanctis viris: nam ſicut Eliam ignea quadriga portavit, ita ſanctos Martyres fides ignea jam ferebat. Ferebat illos, inquam, Chriſtus, qui lumen eſt, qui ignis eſt, de quo ſcriptum eſt, Deus noſter ignis conſumens eſt. Ergo cum Beatis, de quibus loquimur, perſecutor ingrueret, vehiculum conſcenderunt. Qua cauſa? Ut fugerent? Abſit: ſed ut ad martyrium citius pervenirent. Non ut latitarent, ſed ut ſe Chriſtianos cunctis tranſeuntibus demonſtrarent. Certe occultius inter plures in civitate manere poterant: ſed hoc fecerunt, ut totius populi corda, dum per diverſa fugiunt, Chriſti amore flammarent. At vero, ubi quis vehiculo apparato ac diſpoſito per aggerem publicum egreditur, illa non fuga dicenda eſt, ſed profectus. Sancti enim viri hoc facto, velut in triumphali curru poſiti, conteſtabantur dicentes: Ecce perſecutor, ecce proficiſcimur, ecce præcedimus. Quid reſides? quid moraris? Subſequere

B

*comparantur Eliæ Prophetæ;*

*quia invenerunt ultro in curru ad palæſtram.*

EX MS. m n

sequere noſtra veſtigia, nolumus enim videri inviti duci ad pœnam, qui præcedere nos profitemur ad gloriam *m*.

*conſtantes in fide,*

8 Tunc Siſinnius Comes *n* hæc audiens, juſſit beatos Martyres comprehendi, dein Judex hortatur eos, ut Jovi thura incendant. Beatiſſimi vero famuli Dei execrando dixerunt, ſe nunquam dæmoniis immolaturos, ſed omnipotenti Deo, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt: nam omnia idola ſimul, & qui ea colunt, cum eiſdem ibunt in ignem æternum. Tunc impius Siſinnius Comes hoc audito, valde iratus eſt, & juſſit ſpiculatoribus, ut, ſi Jovi thura non darent, capite plecterentur. Beatiſſimi vero Martyres Cantius, Cantianus, & Gantianilla, una cum Proto pædagogo, gaudentes & pſallentes ducebantur à ſpiculatoribus. Tunc beatiſſimi famuli Dei, expanſis manibus ad cælum, orationem ad Dominum fuderunt, dicentes: Domine Jeſu Chriſte, qui perſeverantibus in tuo nomine te patrem & matrem eſſe dixiſti, & pro temporalibus futura, & pro perituris perpetua, & pro divitiis terrenis incorruptam vitam cum æterna felicitate dare promiſiſti; te obſecramus, amator puræ conſcientiæ, ut adſpicias de ſummitate cælorum ad hanc

*precibus fuſis,*

B horam, ut ſuſcipias animas noſtras in pace, & inter ſanctos & electos tuos nos collocari præcipias, cum quibus congaudent glorioſi Martyres tui, quia tu es Deus ſolus & benedictus in ſecula ſeculorum. Et cum compleſſent orationem, dixerunt: Amen. Porrigentes ſibi invicem oſculum pacis, ponentes genua, ſuſceperunt gladium, acceperunt coronas ſempiternas: & ecce ſanguis eorum tamquam lac videntibus apparuit, & apparet ſuper petram quæ eſt juxta Aquas-gradatas uſque in hodiernum diem.

*capite plectuntur,*

o Quo tempore Venerabilis *o* Zenus Presbyter colligens beatiſſimorum martyrum corpora, condivit ea aromatibus pretioſis, & in locello marmoreo collocavit eos, juxta Chryſogonum. Paſſi ſunt autem

31 Maji.

beatiſſimi Martyres Chriſti Cantius, Cantianus &

p Cantianilla cum pædagogo eorum *p* pridie Kal. Junias, duodecimo milliario ab urbe Aquilegia, trans

q flumen *q* Hyſontio, loco qui vocatur Aquas-gradatas.

## ANNOTATA.

a *Hucuſque eadem leguntur apud Mombritium, totus autem Prologus deeſt in aliis Mss. Hic idem reperitur ante Acta quædam S. Anaſtaſiæ 25 Decembris, cujus exordium citat in Notis ad dictum diem Baronius: forſan vero eſt generalis, præfixus toti uni collectioni plurium Actorum.*

C

b *In Actis martyrii S. Sebaſtiani, illuſtratis ad 20 Ianuarii, auctore S. Ambroſio, iſta num. 64 leguntur*: Carinus erat cum omni exercitu in partibus Galliarum poſitus, & ejus intuitu lenta perſecutio circa Chriſtianos eſſe cœperat; quia Carinus habebat aliquos amicos, quos hujus tituli profeſſio decorabat.

c *Ms. Bodec.* Bene agendo erga Chriſtianos occubuerat. Occiſus *dicitur in citatis Actis*, in civitate Moguntiaco, *aliis* apud Margum, *ſeu* Murgum in Mœſia, contra Diocletianum confligens, *quod contigit anno* 285.

d *In Actis S. Sebaſtiani num.* 65. Occiſo Carino, facta eſt perſecutio talis, ut nullus emeret vel venderet aliquid, niſi qui thuris exhibuiſſet incenſum. *Qua nos* 3 *Aprilis, ante Acta SS. Agapes, Chioniæ & Ireues, oſtendimus contigiſſe anno* 289.

e *Anno* 289 *erat Aquileiæ Diocletianus, & mandavit capite plecti S. Chryſogonum, quod factum eſt* 24 *Novembris. Addebatur S. Anaſtaſia, poſtea martyrizata in inſula Palmaria* 25 *Decembris. Nulla alterutrius mentio fit in aliis Mss. & nomen* Anaſtaſiæ *videtur à ſciolo perperam adjunctum, quod ubique expunximus.*

f *Hinc potiſſimum incipiunt Acta apud Mombritium.* D

g *Diocletianus diſceſſerat Aquileia Theſſalonicam, & eo etiam abducta Agape, Chionia & Irene ibidem martyrium compleverunt, ſub Dulcidio ſeu Dulcicio Præſide & Siſinnio Comite Imperatorem ſecutis; ut hi videantur ſtatim Aquileiam remiſſi, ad proſequendam in Illyrico perſecutionem.*

h *Hæc viſio deeſt apud Mombritium & in aliis Mss.*

i *Hinc incipiunt citatæ ſupra lectiones antiqui Breviarii Aquileienſis, ſed ex Actis, prout ſunt apud Mombritium, deſumptæ.*

k *Iterum hæc deſunt in Mss, & apud Mombritium.*

l *Mombrit. & Ms. S. Maxim.* manifeſtius approbarent. *Mss. S. Bertini & Vltraject.* manifeſtarent.

m *Hic finit compendium ſeu ſermo, inter opera S. Ambroſii & apud Surium.*

n *Tam hic, quam mox iterum adjungitur apud Mombritium, &* Dulcicius Præſes, *ſed in aliis Mss. etiam ſoli* Siſinnio *hæc executio tribuitur: & forte rectius: quia Dulcicius in paſſione Sanctarum ſororum correptus amentia, potius reductus quam regreſſus Aquileiam, in eadem amentia veroſimiliter adhuc perſeverabat.*

o *Ita Mombritius, Petrus de Natalibus, aliique: ſed idem qui nomini Chryſogoni ubique addidit nomen Anaſtaſia, pro Zeno quoque ſubſtituit Zoilum, quem ſciebat curaviſſe ſepulturam S. Chryſogoni. Interim de Zoilo expreſſe dicitur, quod cum* ſub die quinto Kalendarum ab eo conditus *eſſet* S. Chryſogonus. . . . . & ipſe S. Zoilus trigeſima die ſuſceptionis ejus perrexit ad Dominum, *adeoque* XXVII *Decembris, cum biduo antea martyrium abſolviſſet S. Anaſtaſia. Deleo itaq; ex his Actis jam dicta verba, ut huc perperam intruſa, niſi quod pro* trigeſima die, *hic ſcriptum erat* poſt aliquantum tempus ſuſceptionis ſuæ; *& loco* Zoili, *ſcribo* Zenum. *Aliqua Acta hic interſerunt omnia quæ alibi habentur de viſione S. Chryſogoni Zoilo facta, & his martyribus ea attribuunt.* E

p *Eidem, ſub* die octavo decimo Kalendarum Juliarum, *qui dies aliis dicitur ejus tranſlationi ſacer.*

q *Antiquis* Sontius, *in Mappis Geographicis* Liſonio, *ubi parochia* S. Cantiani *collocatur, uti & alia inferius verſus ſinum Tergeſtinum.*

## ANALECTA.

### §. I. Sacræ Reliquiæ Aquileiæ & Mediolani in Italia, Stampis in Gallia, Hildeſii in Germania. F

*Corpora primum Aquileiæ depoſita.*

IN *Actis jam datis* Zenus Presbyter, colligens beatiſſimorum Martyrum corpora, condivit ea aromatibus pretioſis, & in locello marmoreo collocavit *In Ms. codice S. Maximini*, & in optimo loco ſepelivit. *In Ms. Bodecenſi*, condigna veneratione ſepelivit. *Petrus de Natalibus*, à Zeno prope ipſam civitatem tumulata ſunt. *Quamdiu ibi permanſerint non liquet. Adhuc ſeculo Chriſti ſexto Aquileiæ Sanctorum venerationem viguiſſe, intelligitur ex poëmate Fortunati de Vita S. Martini: qui ſub finem libri quarti, in Proſopopœa ad ſuum libellum, iſtos verſus habet.*

Hinc Venetûm ſaltus campeſtria pergè per arva,
Sub montana quidem caſtella per ardua tendens.
Aut Aquileienſem ſi fortaſſe acceſſeris urbem,
Cantianos Domini nimium venereris amicos,
Ac Fortunati benedictam marmoris urnam.

S. Fortunatus *cum* Felice, *paſſus Aquileiæ etiam ſub Diocletiano, inſcriptus eſt Martyrologio Romano ad diem* XI *Iunii. Sed utrum eodem modo voluerit auctor poëmatis Fortunatus, etiam ibidem ſervari* Cantianorum *Martyrum corpora, an ſolum ſacram memoriam celebrari, non ſatis diſtingui poteſt ex ejus verbis. Palladius de Olivis lib.* 8 *Rerum Foro-Iulienſium, de noſtro hoc tempore,*

*ita*

A *ita loquitur.* Corpora à Zenone Sacerdote Aquileiam deportata, usque ad præsentem ætatem, magnifice coluntur: imo testari incolas ea adhuc ibidem esse, infra apparebit. *Interim ipsa esse alio translata volunt alii.*

*Mediolani dicuntur esse,*

2 *Ac primo Paulus Morigia Mediolanensis, lib.* 1 *de Nobilitate Mediolanensi cap.* 14, *in Sanctuario urbis & diœcesis Mediolanensis pag.* 5, *& in Historia Domus seu Cathedralis Ecclesiæ Mediolanensis cap.* 11, *asserit in hac asservari* corpora Sanctorum Cantii, Cantiani, & Cantianillæ, fratrum & Martyrum. *Iosephus Ripamontius, decade prima Historiarum Ecclesiæ Mediolanensis lib.* 2, *describit pag.* 115 Martyrium SS. Cantii, Cantiani, & Cantianillæ: *& dein pag.* 116, *ista addit*: Corpora translata Mediolanum, & in Basilicâ Dionysianâ collocata, posterior ætas transtulit inde in templum maximum, ubi anniversario precum officio recoluntur pridie Kalendas Julii (*imo* Junii): totaque pietas Ambrosiana sacris Reliquiis hunc honorem impendit. *Hæc ibi. Habemus Missale Mediolanense, secundum institutionem S. Ambrosii anno* 1522 *excusum, in quo ad diem* XIV *Iunii præscribitur* Missa Sanctorum Cantianorum Martyrum, *fol.* 175; *& præfigitur effigies quatuor personarum, scilicet trium fratrum & S. Proti pædagogi, atque hæc* Oratio super Populum *præscribitur.* Populum tuum, Domine, perpetua munitione defende; nec difficulter, quod pie & juste postulat, consequatur: cui Sanctorum tuorum Cantianorum merita suffragantur. *Altera* super Syndonem *hæc recitatur*: Deus, qui Sanctorum tuorum Cantianorum glorioſi fecisti palmam florere certaminis; da nobis, quæsumus, hostis nostri fortia superare tentamina: & quod nostris non præsumimus meritis; ipsorum, quorum natalitia celebramus, assequi precibus adjuvemur. *Tertia* super Oblatam *est ista*: Plebis tuæ, Domine, munera benignus intende: quæ Majestati tuæ in Sanctorum tuorum Cantianorum solennitatibus sunt dicata. *Vltima post Communionem hæc legitur*: Invocantes nomen tuum, Domine, deprecamur, ut qui patres nostros, virtute tui nominis præeunte, Angelicis pastibus refecisti; nos quoque, intercessione beatorum Martyrum tuorum Cantianorum, mysticis dapibus foveas & reformes. *Hæc ibi, quibus conformia sunt, quæ in antiquis Breviariis Mediolanensibus præscribuntur, ut sunt primæ duæ Orationes jam indicatæ; quibus adjungitur Actorum martyrii compendium in tres Lectiones distributum: & iisdem relatis in*

C *Breviario, jussu S. Caroli Borromæi edito, ad* XXXI *Maji, ista pauca subjunguntur*: Eorum Reliquiæ, Mediolanum translatæ, in Basilica Metropolitana reconditæ sunt.

*quem tamen dubium faciunt Aquileienses,*

3 *Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, relatis Actis martyrii, ista sic exprimit*: Quorum corpora à Christianis condita, postea Mediolanum translata sunt. *Ac deinde annotat*: Hic sane mirandum, quod Mediolanenses tam asseveranter corpora horum Sanctorum Martyrum se habere affirment, cum tabulæ Ecclesiæ Aquileiensis ea Aquileiæ asservari dicant, in eaque Ecclesia Translatio ipsorum celebretur. Forte Mediolanum non integra corpora, sed reliquiæ aliquot insignes, quæ per synecdochem corpora appellentur, advectæ sunt. *Hæc Ferrarius, qui idem dubium movet in Catalogo generali ad diem* XIV *Iunii, quo asserit,* Translationem *horum* Martyrum celebrari Mediolani: *eorumque addit* Inventionem Aquileiæ, *die* XXIV *Aprilis, memorari. Motum à Ferrario dubium magis auget Vghellus, tomo* 4 *Italiæ sacræ, asserens de Ludovico Donato Episcopo Bergomensi, quod ejus tempore,* anno MCCCCLXVII die ultima Maji, inventa sunt corpora Sanctorum Martyrum Cantii, Cantiani, & Cantianillæ fratrum, in Seriate pago *(est is civitati ad Euro-Africum proximus)* in æde S. Chrysogoni: ab ipsoque Episcopo, præsenti clero populoque Bergomensi, in altari eorum nomini dicato repositæ fuere. *Ante Ferrarium vero & Vghellum, Augustinus Valerius Episcopus Veronensis scripserat,* ecclesiam S. Mariæ in Organis *Veronæ,* in medio altaris sanctissimi corporis Christi, *ostentare lapidem hoc titulo inscriptum*: Conditorium marmore interciso & auro inspersо, ubi sanctissima Cantii, Cantiani, Cantianillæque, Chrysogoni, Proti, & Anastasii ossa jacent, Antistites templi adorantibus apposuere MCCCCXCVII. *Hisce controversiis accedit alia æque difficilis. Sunt Stampæ urbs Galliarum in Senonibus, & hodiernæ Belsiæ inserta, Insula Francicæ vicina ac Parisiis duodecim circiter leucis disita, qua versus Aurelianos iter instituitur, atque à Gregorio Turonensi, Fredegario, aliisque antiquis memorata: & si* Robertum Regem Francorum monasterium S. Mariæ in Stampensi castro, & ecclesiam in Palatio ædificavisse, *scribit Helgaldus Monachus Floriacensis, in dicti Roberti Vita apud Chesnæum tomo* 4 *Historiæ Scriptorum Francorum pag.* 77. *Addunt alii, eumdem Regem Robertum impetravisse sacra* corpora SS. Cantii, Cantiani, & Cantianillæ, *& in dicta S. Mariæ ecclesia Stampensi deposuisse. Regnavit autem Robertus iste ab anno* DCCCC- E LXXXXII *ad* MXXXII. *Descripsit ipsorum Martyrum Vitam, passionem, translationem & miracula carmine heroico ac libris quatuor comprehendit Petrus Gandræus, apud Stampas Cæsarum Patronus, atque curavit Parisiis anno* MDCXIII *typis Iuliotæis vulgari. Alius Martyrum horum encomiastes est Ioannes Chauvin, Consiliarius Regius in Curia monetaria, qui edidit Elogia horum Martyrum, & denuo typis Vitræis curavit anno* MDCLXX, *recudi, itáque recusis, rursum addidit novas Observationes, cum altera classe sex novarum Epistolarum, quarum tertia mihi inscribitur, & Magistri mei Ioannis Bollandi tum vita functi laudes prosequitur, Atlantem eum spiritualem appellans. Ex his auctoribus duobus nonnulla subjungimus, quæ iidem asserunt ex ipsis archiviis Stampensibus accepisse.*

*Rex Robertus dicitur deposuisse dicta corpora.*

*cultus ibidem Ecclesiasticus:*

4 *Virtutes autem miraculorum apud hæc sacra corpora adeo eminuerunt & eluxerunt, ut eorum venerationem assumpserint omnes circumquaque posita civitates. Ex his in Metropolitana Ecclesia Senonensi ejusque diœcesi* festum SS. Cantii, Cantiani & Cantianillæ, *celebratur cum officio novem Lectionum, quarum tres in secundo Nocturno recitari solitæ ex Vita & Martyrologio desumuntur; ultima vero, ex impressione anni* MDC- F XXV, *concluditur his verbis*: Nunc vero pretiosæ eorum glebæ venerabiliter coluntur in fano Virginis Mariæ Stampensis oppidi, partimque in nostra Metropolitana Ecclesia Senonensi: quibus in locis, eorum meritis indies Dei pietas operatur magnalia. *Et sic Nicolaus Cardinalis de Pellevè Archiepiscopus Senonensis, in Processu verbali de Reliquiis suæ Cathedralis ecclesiæ, qui apud nos est, sub nota anni* MDLXXI; Quoniam, *inquit,* multorum, tum Principum tum Archiepiscoporum, opere & pio labore, corporum piorum Reliquiæ huc asportabantur, quæ coacervatæ invicem & mixtæ piis Christianorum votis non respondebant; venerabilis Antistes Galterus, anno Domini MCCXLVIIII, glorioſa pignora Sanctorum Cantii, Cantiani, & Cantianillæ, S. Macarii Abbatis, & SS. Felicis & Feliciſſimi, singulis thecis reponenda curavit. *Deinde narrans, quomodo easdem & alias ibidem Reliquias visitaverit, duodecim distinctas thecis, & quid singulis contineatur explicans*; In septima, *inquit,* & octava repertæ sunt reliquiæ corporum SS. Cantii, Cantiani, & Cantianillæ, cum Reliquiis Heraclii & Pauli

*& coluntur in Ecclesia Senonensi.*

*ubi creditur pars magna eorum esse:*

*item in Parisiensi,*

*Bergomenses ac Veronenses.*

AUCTORE G. H. Pauli Confeſſorum & Pontificum Senonenſis Eccleſiæ: & quia in utraque theca iidem tituli reperti ſunt, ne quis in diſtinguendo ſubrepat error, eoſdem retinendos eſſe duximus. *Omnes autem iſta duodecim capſæ ſtant ſuper altari majori, ſicut habet indiculus ad nos miſſus: qui etiam citra ambiguitatem aſſerit*, SS. Cantii, Cantiani, & Cantianillæ corpora, fere integra, in ſua capſula *contineri: quod nimium eſſe puto: nam novum quod Chauvinus pag. 92, allegat Breviarium, ſolum dicit*: Ex quibus corporibus extracta ſunt poſtea quædam oſſa inſignia, quæ ſervat & honorat eccleſia Senonenſis, in theca retro majus altare elevata: *diſtinctane à duabus prædictis ac nova, an una ex duabus prænemoratis, haud facile dixerim.*

*& alibi in Galliis*

5 *In Eccleſia Pariſienſi ejuſque diœceſi ita ſub finem Lectionis tertiæ dicitur*: Quorum corpora Zoilus Presbyter Aquileiæ ſepelivit, pridie Kalendas Junii, & eadem Chriſtianiſſimus Rex Francorum Robertus Stampas ad eccleſiam B. Mariæ dicitur tranſtuliſſe. *In Meldenſi Eccleſia legitur*: ad Eccleſiam B. Mariæ tranſtulit. *Similia habentur in Breviariis Aurelianenſi, Bellovacenſi, Carnotenſi, & aliis: & iſta præſcribitur Oratio.* Deus inviſibilis fortitudo certantium, adeſto quæſumus nobis ſupplicantibus, ut qui hodierna die ſanctorum Martyrum tuorum Cantii, Cantiani, & Cantianillæ glorioſum triumphum recolimus, eorum meritis & precibus, feſtis Angelorum perpetuis intereſſe mereamur. *Andreas Sauſſajus præter illa, quæ de his Martyribus ad hunc diem* XXXI *Maji in ſuo Martyrologio Gallicano habet, conatur in hujus Supplemento, ad diem* XIV *Iunii, omnium ſententias conciliare hoc modo*: Eodem die tranſlatio corporum Sanctorum Martyrum Cantii, Cantiani, & Cantianillæ, cum ex Aquileia (ubi, poſtquam cæſi ſunt pro fide ad Aquas-Gradatas, à Zoilo Presbytero ſepulti fuerant) Mediolanum ſacra eorum pignora tranſvecta, inde piis votis Roberti Francorum Regis Chriſtianiſſimi in Gallias delata, Stampis ab eo in eccleſia S. Mariæ religioſo cultu repoſita ſunt. Colit Eccleſia Aquileienſis eorum inventionem die XXIV Aprilis: eorumque pignoribus nonnullis etiamnum gloriatur, de quibus pia æmulatione cum ea dimicat ipſa Eccleſia Mediolanenſis.

*An Mediolano illuc tranſlata?*

C *Hildeſii inſignes Reliquiæ, ante annum* 1450 *neſcio quamdiu,*

6 *Huic controverſiæ accedit Eccleſia Hildeſienſis, in Saxonia inferiore: cujus Canonicus, Chriſtianus Theodorus de Plettenberg, Celſiſſ. Paderbornenſis ac Monaſterienſis Epiſcopi Ferdinandi Furſtenbergii Patroni noſtri ex ſorore nepos, ita ad nos ſcripſit*: Quando & per quem horum Sanctorum Reliquiæ huc tranſlatæ ſint, prorſus mihi ignotum eſt; nec puto hic facile inveniendum qui id doceat: varia enim tempeſtas, qua plus quam annis centum, uſque ad pacem Monaſterii conſtitutam, quaſſata fuit hæc Diœceſis, pleraque vetuſtatis monumenta aut omnino delevit aut alio tranſtulit. Interim ex Vita S. Godehardi, à vobis data IV Maji * clare patet, jam Azelini Præſulis ætate, qui anno MXLIV, ſeptimo à S. Godehardi morte, adeptus Epiſcopatum, eumdem tenuit annis decem, Sanctorum iſtorum Reliquias in Cathedrali noſtra ſervatas fuiſſe. Quin etiam Hezelonis Epiſcopi, qui Azelino ſucceſſit, Conſtitutio, qua is numerum Canonicorum eatenus incertum ad quinquaginta duos redegit, annuoſque Prębendarum reditus inſigni munificentia auxit, inter cetera præcipua feſta Eccleſiæ, diſerte meminit Vigiliæ Sanctorum Cantianorum, item Feſtivitatis eorumdem: quibus diebus, durante tum adhuc communis refectorii uſu, largiorem menſam Canonicis voluit exhiberi: hodieque in tabulario noſtro ſupereſt Conſtitutionis iſtius autographum. Ceterum uti Vita S. Godehardi, loco jam citato, Adventum Reliquiarum prædictarum refert ad Kalendas Aprilis, quibus miraculum contigit ibi commemoratum, ad Sancti illius tumulum; ita & Breviarium noſtrum, anno 1516 Lipſiæ impreſſum, Adventum eumdem eodem die notat, quamvis ipſum Feſtum XXXI Maji ſub ritu Duplicis apud nos celebretur. Iidem quoque ſancti Martyres, in feſto Patronorum Eccleſiæ noſtræ, quod ſub ritu Duplicis primæ claſſis annue peragitur Dominica III poſt Paſcha, Lectione VI inter Compatronos adnumerantur.

* num. 58.

*cum triplici feſto.*

D

7 Reliquiæ ipſæ per diverſa ſcrinia diſperſæ nunc ſunt. Nam cum anno MDCLVII, XXIX Maji, Sereniſſimus Maximilianus Henricus, Elector Colonienſis atque Epiſcopus noſter, eccleſiam Cathedralem pro ſui officii ratione viſitaret; tumbam argenteam aperiens, in qua S. Epiphanii corpus & SS. Cantianorum ſacra lipſana depoſita ſunt, partē dumtaxat eorumdem reperit: quæ ne ſimiliter diſtrahi poſſet, arctius ipſam tumbam claudi voluit: quod ita factum eſt, ut ſine ſumma difficultate ipſiuſque vaſis fractione aperiri ampliùs nequeat. In turri autem, laminis argenteis obducta, quam veteres Turrim Patronorum appellarunt, quod eorumdem inſignes Reliquiæ ibi conditæ eſſent; notabiles partes de Sanctis Cantianis Martyribus, ac nominatim de S. Cantianilla reperiuntur: & in Reliquiario, quod in Proceſſionibus portatur à Subdiacono, cernuntur inſignes etiam Reliquiæ S. Cantii Martyris, uti & in aliis hierothecis minores aliæ eodem titulo. Caput autem S. Cantii, argenteæ lipſanothecæ incluſum, ſervatur in noſtro Hildeſienſi ſacrario, certiſque feſtivitatibus exponitur publicæ fidelium devotioni. Ego quoque ſuperioribus annis aliud caput reperi, inſcriptum, Caput de ſanctis Cantianis, cum juſſu Reverendiſſimi Capituli mei ſacros iſtos theſauros perveſtigarem, redigeremque in Catalogum. *Hactenus Reverendiſſimus ille Canonicus noſtrique operis amantiſſimus; quibus nihil addi poſſe ſperes, modo intelligas* S. Epiphanii, *intra eumdem tumbam recluſi corpus, eſſe Epiſcopi Ticinenſis, à nobis relati* XXI *Ianuarii, ubi vide Hiſtoriam tranſlationis factæ anno* DCCCCLXIII. *Porro, tot tamque variis Eccleſiis de poſſeßione Sanctorum iſtorũ Corporum contendentibus, nihil mirum eſt, ſi aliæ quoq; plurimæ in Italia, Gallia, Germania Eccleſiæ, eorumdem Sanctorum cultum receperunt, majori minorive feſtivitate agendum, quarum omnium Breviaria ac Kalendaria enumerare longum ſit. Quin & in Poloniam uſque penetravit religio illa, ubi feſtum* SS. Cantii, Cantiani, & Cantianillæ Martyrum *ſub ritu duplicis majoris celebratur in diœceſi Wratiſlavienſi, & in Ordine Crucigerorum cum rubra ſtella, & propria Oratio aßignatur: at quæ cauſa hujus ſit venerationis, non additur. Facilius eſt dicere, cur Venetiis quoque celebris eorumdem ſit cultus; cum ibi habeatur eccleſia propria ſub nomine* S. Cantiani.

*Sunt ea in variis capſis,*

*uti & capita duo eorumdem Sanctorum.*

E

F

## §. II. Miracula Stampis patrata poſt Tranſlationem anni 1249.

8 *Poſt pluviam impetratam,*

AD *Stampenſem eccleſiam revertamur: ubi ſacra oſſa, arca incluſa, erant in veneratione, Sacerdotibus, Senatui, populoque Stampenſi, & bis quotannis in proceſſione publica deferebantur, ſcilicet Feria tertia Paſchali & hoc* XXXI *Maji, die eorum natali. Contigit interim, ut pluvius è cælo negatus magna ſiccitas circa ditiones Stampenſes eſſet exorta, atque inde miſeranda fames timeretur. Recurſum eſt ad miſericordiam Divinæ bonitatis: adhibita interceßio Sanctorum Mar-*

A *Martyrum : inſtituta Supplicatio cum Reliquiis horum Martyrum ex oppido ad eccleſiam haud procul diſſitam ſive capellam S. Lazaro dicatam. Dum hæc pia devotio exercebatur, nubes cum lætitia ſupplicantium colligebantur in aëre, copioſas ſuo tempore daturæ pluvias. Sed ecce cum, peractis jam in dicta æde litaneuticis precibus, reducenda eſſet pia ſupplicatio ad primariam Deiparæ Virginis eccleſiam, ibidem hierotheca Martyrum* ---- de ſede moveri

*immobilis manet capſa lignea.*

Convelliq; nequit: manet arca immobile pondus;
Denſa velut rupes defixa in viſcera terræ.

*Stupent omnes, & humiles ad Deum fundunt preces. Inter hos Sacerdos, ob ſingularem doctrinam & ſanctitatem notus, inter plura monita iſtud effatur: Offeramus Sanctis loco vilis ligneæ arcæ aliam ex argento faciendam, ut poſthac honeſtiori modo repræſententur oculis omnium in eccleſia noſtra; ac videbimus ſi velint ad illam reportari.*

Dixit, & extemplo genibus pia concio pronis
Conſilium Myſtæ crebro probat utile plauſu.
Hoc ſimul ac votum flammanti corde ſacratur;
Sarcina fit, ſicut ante, levis; poſitoque dolore
Stampicolæ læti Superis nova cantica promunt.
Sancta reportantes Divorum pignora Fratrum,
Ut Tutelares retulere in Virginis ædem.

*donec voveatur & fiat argentea*

B 9 *Mox collata pia eleemoſyna, unde nobiliſſima arca confecta ex argento fuit, & circumquaque figuratis fimbriis inaurata. Vt tranſlatio fieret, indictus dies* IV *Auguſti, anni* MCCXLIX, *& invitatus Archiepiſcopus Senonenſis Gilo ſeu Ægidius Cornatus, à quo* Sanctorum Martyrum Cantii, Cantiani, & Cantianillæ apud Stampas corpora tranſlata *fuiſſe, indicant in Archiepiſcopis Senonenſibus Claudius Robertus & Sammarthani. Addunt alii, Gilonem, ob quamdam de veritate Reliquiarum hallucinationem, fuiſſe quadam asraſia punitum, ut ne quidem in aperta arca potuerit ulla oſſa videre, ſed totius rei geſtæ hiſtoriam edoctus, reatum ipſe ſuum arguit.*

*in quam an 1249 ſacra oſſa,*

Mox prece præmiſſa, lacrymis perfuſus obortis,
Explicat inſcriptos Divorum nomina Fratrum
Faſciculos, ſacroſque viris aſtantibus artus
Oſtentat, ſtructamq; recens tranſmittit in arcam;
Quam prius antiquo trinis de more dicarat
Fratribus Antiſtes. Canti tamen ille lacertum
Excipit, & caſtæ mentum ſanctæque Sororis.

*non ſine miraculo transferuntur.*

*Ita Stampenſes, cum interim Senonenſes credant, potiorem partem ſacrorum corporum apud ſe eſſe, haud magna, ut ſupra vidimus, certitudine.*

C o *Poſt iſtam ſacrorum oſſium tranſlationem, aucta eſt erga hos Martyres devotio, & à Deo variis honorata miraculis. Duabus ab oppido Stampenſi verſus Pariſios leucis eſt* Strichiacum, *vulgo* Eſtrechy *pagus, in cujus vicinia erat hiſce Martyribus erectum oratorium ſive ædicula: quibus illic aliquam exhiberi reverentiam non ferens ruſticus, redeunti ex ſilva cum aſino lignis cæſis onuſto, ante dictam ædiculam ſecuris de manibus lapſa pedem gravi vulnere diffidit: unde collapſus exanimis, paulatim recepto ſpiritu reatum deplorat, Sanctos invocat, ſomno corripitur, & plane ſanus Sanctorum patrocinio ſurgit, ſolis vulneris accepti veſtigiis relictis. Cognito à vicinis miraculo, aguntur Deo & Sanctis debitæ gratiæ, eædemque quotannis innovantur. Degebat Stampis in platea S. Iacobi, alias dictâ Majori, quædam pia fœmina, Maria Aupié nuncupata, quæ ex templo domũ regreſſura, incidit in puerũ pauperem, & miſere contractum, ac ſua membra teſtudinis inſtar humi trahentem. Curat ergo eum ad ſuas transferri ædes, atque ita languentem ſpatio ſeptem annorum fovet. Quadam vero die Dominica egredientem ad templum ſubſequitur, more ſuo humi reptans, miſer contractus; & ex nimia erga Sanctos Martyres fiduciâ, matronam, ne conteretur metuentem, conſolatus, per eccleſiæ gradus deſcendere incipiens, inter manus ipſum ſub axillis tenentium,*

*Curantur graves laſuræ pedis.*

*indurata à nativitate contractio.*

D Extemplo ſacras diris clamoribus ædes
Implet: quippe tori nervique illius inertes
Tenduntur, miriſque modis laxata repente
Oſſa reponuntur, propriaque in ſede locantur.
Ac juvenis ſubito mediũ progreſſus in agmen,
Abſtruſas tanti cauſas clamoris, & in ſe
Quod factum eſt paucis narrat mirabile verbis
Prodigium, & grato pia carmina concinit ore.

*Apparent Sancti cum Deipara,*

11 *Aliud mirandum contigit Sulpitiæ matronæ Stampenſi piiſſimæ, quæ aut lampadibus fovendis in templo aut orationi operam dabat, aut ægris qui ſub tegmine templi jacebant ſolerter ſerviebat. Quadam nocte huic ibidem oranti adſtitit Deipara Virgo, cum biſce Cantianis fratribus, atque una ægros viſit, quorum uni prædixit felicem ad cœlos poſt triduum acceſſum, aliis contulit ſanitatem. Quæ ita evenerunt. Adoleſcens, quidam totus oppletus puſtulis, fuit à matre Sanctis Cantianis non ſine piis lacrymis commendatus, & mox priſtinam obtinuit ſanitatem, ſolam tanti mali memoriam retinens. In pago Alliaco territorii Carnotenſis, quædam mulier peperit filiam mortuam, ac curavit ſepeliri. Verum divinitus inſpirata, ſequenti die filiam ex ſepulcro receptã, Stampas detulit ad arcam Sanctorum Martyrum, ubi illa vitam recepit, & ſacro baptiſmate etiam fuit regenerata, anno* MDXIII *in conſpectu plurimorum hominum, qui ſuis teſtimoniis confirmarunt factum. Aliud tempore Henrici ſecundi eſt patratum miraculum, cum feria tertia Paſchali in publica proceſſione deferretur capſa SS. Cantii, Cantiani, & Cantianillæ. Interfuit ei juvenis, ab ipſa nativitate ſurdus & mutus, & annos tunc natus viginti: cui circa ædem S. Michaelis.*

*ſuſcitatur mortua ad baptiſmum.*

E *ſcelus mandatare.*

Extemplo mutæ ſolvuntur vincula linguæ,
Dantur & elingui vocalia munera muto.

*& an. 1638 paralytica.*

12 *Atque hæc ex Petri Gandrei prolixiori poemate decerpſiſſe ſit ſatis; interim dum eorumdem miraculorum contextum veterem, quod vehementer optamus, nobis tranſmittat aliquis. Nunc ex Elogiis, à Conſiliario Chauvino editis, addo recentius unum; cui fidem facturus Auctor, in ſpeciali quadam ad nos inſtructione, allegat relationem Pariſiis impreſſam ipſo vel ſequenti anno; & plures dignos teſtes, qui illud ſibi retulerint, atque inter alios Dominum de Leſcomay, in Parlamento Advocatum, magnique judicii ac ſtudii virum. Res ita ſe habuit.* Puella quædam ex S. Memmii vico, nondum ætatis annum ſextum attigerat, Jacquetta Chapé dicta, & jam vergebat ad vitæ finem, tota debilis ac paralytica, pene ab ipſa nativitate. Fruſtra eam curandam ſuſceperat chirurgus quidam ex oppido S. Arnoldi: quin & Pariſienſes medici ſuper ea conſulti, remedium à ſe inveniendum tanto malo deſperaverant. Ergo ad ſuperhumanam opem convertitur Cornelia mater puellæ, & anno MDCXXXVIII die VI Aprilis Stampas cum filia perveniens, ipſam albis veſtibus indutam, in ea quæ ducebatur proceſſione pariter circumgeſtari fecit. Quo facto melius habere miſellam cœpit, domumque relata, tota alia mox apparuit, ſuis ipſa pedibus citra impedimentum ambulans: deinde vero indies magis magiſque corroborata, intra unius menſis ſpatium, integerrime valuit ad omnes humanæ vitæ, ſuæque ætati congruas functiones.

## §. III. De nova inſpectione & tranſlatione ſacrarum Reliquiarum, Stampis facta anno 1620 & 21.

13 *Capſam argenteam reparaturi Stampenſes*

*IN ea capſa, quam anno* MCCXLIX *factam argenteam vidimus, manſerunt immotæ Sanctorum Reliquiæ annis* CCCLXXI, *quibus exactis quid factum ſit prælaudatus Chauvinus accurate proſequitur, in novis ad hiſtoriam Obſervationibus, poſt Elogia excuſis; cujus verba non pigebit ex Gallico Latina ſic facere:* Anno MDCXX decretum fuit reparare argenteam Sanctorum capſam; eumque in finem recurſum eſt ad Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Joannem David, Archiepiſcopum Senonenſem; qui ut ea aperiri poſſet, publicæ indulſit pietati; id faciendum committens Guidoni de Verambroïs, Magiſtro in Artibus creato Pariſiis, & Decano Chriſtianitatis, atque Curato S. Martini Stampenſis. Commiſſionem, ſignatam 1 Julii, ſecutum eſt decretum Capituli datum XVI ejuſdem. Ergo die XXX dicti menſis Julii, inſtituta eſt totius Cleri generalis proceſſio, comitantibus Officialibus oppidi civibuſque & accolis magno numero, ad quos panegyricam de Martyribus pronuntiavit P. Drupianus Capucinus. Regreſſa in eccleſiam pompa, Mag. Guilielmus Chaſſe-cuilliér, Cantor & Canonicus D. Virginis, Miſſam celebravit; aſſiſtentibus ſibi, pro Diacono & Subdiacono, Mag. Stephano Beauvoïx Primicerio Curato ejuſdem eccleſiæ, & Petro Godín Sacellano.

B 30 *Iunii indicunt generalem proceſſionem*

14 Coram iiſdem, finita Miſſa, Mag. Andreas Gilles & Gedeon Pans, Canonici D. Virginis, ſimul cum Mag. de Verambroïs, aſcenderunt ad locum ubi conſiſtunt Reliquiæ ſupra quatuor columnas elevatæ, ubi etiam præſentes aderant Magiſtri, Nicolaus Thiroüin, Joannes Verón Cantor & Canonicus Sanctæ Crucis, Damianus Doucét Curatus S. Ægidii, & Petrus le Roy Curatus S. Petri; Domnus Michael Gaguín, Prior clauſtralis Abbatiæ Moriniacenſis; Patres, Seraphinus le Bourgeoïs, Miniſter Ordinis Sanctiſſ. Trinitatis de Redemptione captivorum; Deſiderius Pariſót, S.T.D. Guardianus Franciſcanorum; Petrus Audigér, S.T.B. ejuſdem Ordinis; Raphael de Rouate, Guardianus Capucinorum, ejuſdem Ordinis concionator. Ibidem etiam inventi ſunt adeſſe Officiales Balivatus & Præpoſituræ cui ab Electione eſt nomen, Major & Schabini Stampenſes, Proviſores & Æditui D. Virginis, aliique innumeri, eodem zelo adducti. Poſtquam igitur ſericea vela alba & rubra, recipiendis ſacris Reliquiis deſtinata, conſueto ritu ſacrata fuerunt incenſataque, una cum parva capſula quernea, in quam reconderentur; aperta fuit argentea capſa, nec non quæ intus claudebatur lignea pervetuſta, atque intra hanc repertæ Reliquiæ, cum Latinis inſcriptionibus, quarum una ſic ſonat: Hic continentur Reliquiæ ſanctorum Martyrum Cantii, Cantiani, & Cantianillæ &c. Aliud: Hic requieſcunt Reliquiæ de oſſibus Sanctorum Martyrum, Cantii, Cantiani, & Cantianillæ, Fratrum. In eadem etiam veteri lignea capſa, inventa eſt burſa ex diverſi coloris ſerico, intraque eam tria ferri fragmina, ex eo forſan quo mors Martyribus ſanctis illata fuit. Quin etiam apparuerunt panni, rubro colore tincti, veſtigia forſitan fuſi ſanguinis: ac deniq; quadã in parte notata cernebatur ſimilitudo Epiſcopi pedum tenentis, cum his verbis, Gillo Dei gratia Archiepiſcopus Senonenſis; & juxta S. Stephanus Protomartyr, Senonenſis Metropolitanæ Titularis.

*deinde coram multis teſtibus,* C

*eadem aperta eximuntur Reliquiæ.*

D

15 *Poſt hæc, artificum induſtria, reparatæ, ubi opus erat, argenteæ capſæ ſplendor novus additus eſt: opere autem intra novem menſes abſoluto, quid actum ſit, dicet Relatio, ut appellant, verbalis, ab eo qui Tranſlationem peregit, hunc in modum authentice conſignata.* Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo primo, pridie Idus Aprilis, feria Paſchali ſecundâ, ſedente Gregorio decimo quinto ſummo Pontifice, Joanne David Archiepiſcopo Senonenſi, Ludovico decimo tertio Rege Francorum & Navarræ; Nos, Henricus Clauſſe, Epiſcopus Aurenſis, nec non Coadjutor Cathalaunenſis, ſucceſſorque deſignatus, indicimus, atteſtamurque, data facultate ab eodem Reverendiſſimo Senonenſi Archiepiſcopo, perantiquas & reverendas divorum Martyrum Cantii, Cantiani, & Cantianillæ Reliquias, in feretrum, cujus longa vetuſtate aureus fulgor obſoleverat, magnis ſumptibus nitori ſuo redditum, incoctum, & plurimis laminis argenteis auctum, & in capſam recentem (quod altera carie penè exeſa deperiret) aſſuetis ritibus, ac celebritate, prius habitâ ad frequentem populum concione à Fratre Gabriele San-Laudenſi, Prædicatore Capucino, noſtra manu, magnâ ſpectante frequentiâ, repoſitas in æde Beatæ Mariæ, ubi pie coli atque aſſervari ſolent. Poſtero autem die in ſtata & ſolenni ſupplicatione promulgatis quadraginta dierum Indulgentiis, quas idem Dominus Archiepiſcopus conceſſit, & æternum vim habere juſſit, magno apparatu circumlatas per urbem eaſdem ſanctas proſecuti ſumus Reliquias, ingenti civium Stampenſium, & populi undique ad celebritatem affluentis multitudine. Quibus omnibus ut fides major ſit, ad perpetuam rei memoriam, hiſce litteris propriâ manu ſubſcripſimus, præſentibus viris inſignibus, tum Clericis tum ſecularibus, Rever. Patr. ac Dom. Andrea Berzeaú, Abbate Morigniacenſi ac in ſupremo Senatu Conſiliario: Venerabilibus viris Magiſtris Guilielmo Chaſſecuiliér Cantore & Canonico, Andrea Gilles, Ludovico Baſtárd, Nicolao Thirovyn, Ægidio Barraúlt, prædictæ eccleſiæ Canonicis, Stephano Beauvóix Capicerio Curato, multiſque aliis ejuſdem eccleſiæ Capellanis: Rever. FF. PP. Joanne Pavé Doctore Theologo Franciſcano; Raphaële Rothomagenſi Guardiano Capucinorum Stampenſium; Nobilibus ac præclaris viris Jacobo Petáu Stampanæ provinciæ Præſide, Nicolao Couſté Propræſide, Guidone David Aſſeſſore, Michaële Egál Prætore, Claudio Prevóſt Proprætore, Simone Chauvín, & Iſaaco Blanchárd, Advocato & Procuratore Regiis, Petro le Géndre Majore, Petro de Jambón, Iſaaco Guyſenét, Joanne Aleaúme, & Michaële Gillét, Scabinis; Petro Barón, Doctore medico; Joanne Albért Juris utriuſque Licentiato, Collegii Stampani Moderatore; Clemente Poiſſón, Electo Regio; Jacobo Guyſenét, Claudio Guetárd, Renato le Sueúr, Natale Maugín, & Stephano Rivét, dictæ eccleſiæ Beatæ Mariæ Ædituis, permultiſque aliis ad rem admiſſis teſtibus. Datum Stampis in dicta eccleſia Beatæ Mariæ, ſub ſigillis noſtro & Capituli, anno & die ſupradictis. Signat

Henricus Epiſcopus Aurenſis, nec non Coadjutor Eccleſiæ Cathalaunenſis.

*ſequenti an. 1621 12 Aprilis*

E *in eamdem novo ornatu ſplendentem repoſitæ,*

*& 13 Apr. circumlatæ.*

F *condito ea de re inſtrumento publico.*

16 *Ex prædictis & exilitate capſæ ad recipiendas Reliquias prædictas deſtinatæ, ſatis apparet non niſi exiguam ſingulorum trium corporum partem Stampis haberi: quod certius etiam diſcere potuiſſemus, ſi placuiſſet auctoribus dictæ Tranſlationis ſigillatim enumerare oſſa intus re-*

A *Ad augendam deinde in populo venerationem prædictorum Sanctorum Martyrum, inſtituta etiam Archiepiſcopali auctoritate Sodalitas eſt utriuſque ſexus Fidelium: quorum ut accenderetur zelus in exercendis ſibi propriis religionis & caritatis officiis,* Urbanus Papa VIII, *per Breve datum anno* MDCXLIV *die* VII *Iunii, eidem à ſe approbatæ Confraternitati conceſſit Indulgentias varias; ac plenarias quidem iis, qui confeſſi ac ſacra Communione refecti, nomina in illam ſua dabunt, ipſa qua id facient die; tum annis ſingulis, poſt ſacramenta ſuſcepta, primario Sodalitatis feſto, viſitantibus oratorium ejus, ibique orantibus ad conſuetas Pontifici intentiones; nec non aliis diebus quatuor, pro devotione communiter eligendis atque ab Ordinario approbandis: dierum vero ſexaginta indulgentia conceduntur omnibus, ad quæcumque pietatis & caritatis opera ipſis præſcripta convenientibus &c. Cunctis iſtis anno* MDCXLV, XIV *Februarii robur ordinariæ ſuæ poteſtatis addens* Octavius, Archiepiſcopus Senonenſis; *approbavit electos à Confratribus quatuor dies,* Feſtum Circumciſionis Domini noſtri; Feriam III Paſchalem; IV Auguſti, tranſlatione ſanctorum Martyrum memorabilem; & primam Dominicam Octobris, Dedicatione eccleſiæ D. Virginis feſtivam.

*An. 1644, inſtitutæ Sodalitati conceſſa Indulgentia.*

B *Feſtum præcipuum Fer. 3 Paſchæ.*

15 *Porro Feria* III *Paſchalis à Stampenſibus præcipua religione tranſigitur, quia tali ad ſe allatas credunt fuiſſe ſæpe nominatorum Sanctorum Reliquias.* Inſtituitur ſiquidem generalis Proceſſio, *inquit Chauvinus,* quam ordiuntur ambo Ordines S. Franciſci, exemplari cum modeſtia; hos ſubſequuntur Parochiæ ex locis diverſis collectæ, atque Capituli utriuſque D. Virginis & S. Crucis Canonici, hi ſiniſtrum, iſti dextrum latus tenentes; capſam vero circumdat ingens facularum ardentium numerus. Poſt hanc defertur etiam alia hierotheca, S. Matthæi appellata, & alia, S. Ioannis Chryſoſtomi: Officians autem Crucem argenteam geſtat, egregio opere laboratam. Pompam auget Deiparæ imago ſculptilis, cui eſt incluſa particula de ejus veſtimentis, Ludovici Ebroicenſis Comitis Stampenſis memorabile donum; qui etiam nobili fundatione teſtatum ſuum Stampenſibus affectum reliquit; nec deſunt qui humili amictu ac pedibus nudis capſam comitando circumdent. Die Natali Sanctorũ, XXXI Martii, alia proceſſio ducitur, in qua dumtaxat circumgeſtatur capſa, quam Minorem vocant, continentem veſtes ipſorum Martyrum; *eos, credo, pannos, qui in Tranſlatione nupera reperti fuerunt ſanguinolenti*; & cantatur Miſſa, ex fundatione Rochi Colleáu, Stampis nati, ſed Aurelianis, ad S. Anianum Canonici, pridem defuncti. Nec tacendus nobis eſt annus MDCLXVI, quando Stampas advenientibus præcipuę nobilitatis feminis duabus, Domina Duciſſa Vindocinenſi, matre Cardinalis ſic nominati; & Domicella Aumalia, poſtea Luſitaniæ Regina; utraque capſa depoſita in mediam eccleſiam fuit, ipſarumque & innumeri, qui affluxerat populi, conſpectui præſentata.

AUCTORE G. H.

*aliud minus 31 Martii.*

E

## *DE SANCTIS MARTYRIBVS,*

## GAULIENO, GERMANO, VICTURO, SILVANO, TELESPHORO, VICTURINO, DONATO, ISTIALO, TERTO, ROGATO, ITEM GERMANO, ITEM SILVANO, HONORIO, CICILIA, TERTULA, LAUTICA, VICTORIA, FORTUNATA, MAXIMA, ROGATA, PAULICA, AGAPIA, CASTULA, AMELIA, ITEM TERTULA, LUPO, JUSTO, TECLA, FIRMO,

## *GERVNDÆ IN CITERIORI HISPANIA.*

### Ex antiquis Martyrologiis, præſertim S. Hieronymi.

G. H.

F

XXXI MAII.

C *Memoria trium in variis faſtis,*

VEtuſta *Mss. Martyrologia, Romanum Cardinalis Barberini, Trevirenſe S. Maximini, Leodienſe monaſterii S. Laurentii ſub nomine Adonis, item Ms. Florarium Sanctorum, & Auctarium Greveni ad Vſuardum anno* 1515 *&* 1521 *excuſum, aliquos ex hiſce Martyribus ita referunt*: In civitate Gerunda natalis SS. Germani, Victuri, Silvani. *Eadem habet Petrus Caniſius in Martyrologio Germanice edito, additque* Gerundam in Hiſpaniâ, *ut palæſtram, non* Emporiam, *quod perperam ei imponitur à Ferrario in Catalogo generali, ubi eoſdem* Martyres Gerundæ *adſcribit*: *qui etiam, ſed palæſtrâ omiſſâ, referuntur in Ms. Pragenſi. Plures ſocios adjungit in ſuo Martyrologio S. Notkerus his verbis* In Hiſpaniâ civitate Gerundâ, Germani, Victuri, Sylvani, Teleſphori, Victorini, & aliorum multorum. *Notkerum deſcribit Tamajus Salazar in Martyrologio Hiſpanico, & hoc eos elogio celebrat*: Gerundæ in Hiſpaniâ citeriori, SS. Germani, Victuri, Sylvani, Teleſphori, Victorini, & aliorum multorum Martyrum: qui pro fide Chriſti per varios agonum cruciatus ad felicem coronæ triumphum pervenere.

*aut etiam quinque, cum aliis multis.*

2 *Qui hîc citantur* multi alii Martyres, *indicantur in quatuor antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis, ſed per ſocordiam amanuenſium loco* Gerundæ *ſcriptum eſt*, Earumdem *ſive* Eorumdem, *& ita in Ms. Blumiano legitur*: In civitate Earumdem (*imo* Gerundâ) *natalis* SS. Gaulieni, Germani, Victuri, Silvani, Teleſphori, Victorini, Donati, Stialiterti, Rogati, item Germani, item Silvani, Honori, Ciciliæ, Tertulæ, Lauticæ, Victoriæ, Fortunati, Maximæ, Rogatæ, Paulicæ, Agapiæ, Caſtulæ, Amellæ, item Tertulæ, Lupi, Juſti, Teclæ. *Hæc ibi. In apographo Lucenſi, dicitur ſub initium,* In civitate Eorumdem, *quæ verba deſunt in aliis apographis: & Corbeienſe Pariſiis excuſum incipit ab his verbis*; Natalis Sanctorum. *Sed & hæc deſunt in Epternacenſi, in quo primus appellatur* Gallienus, *qui aliis eſt* Gaulienus: *ita etiam loco* Victuri, Teleſphori *&* Victorini, *ſcribitur* Victoris, Telisfori *ſeu* Thalisfori, *&* Victurini. *At* Stialiterti *dividitur ab Epternacenſi in duo nomina, ubi ſcribitur* Iſtali, Terti. *In Corbeienſi eſt* Iſtiali, Terti, *quod magis probamus. Dein loco* Ciciliæ, Lauticæ, Victoriæ *&* Fortunati, *eſt etiam* Ciliciæ, Leuticæ *ſeu* Laudæ, Victuriæ *&* Fortunatæ: *ſic pro* Paulicæ *&* Agapiæ, *legitur etiam* Pauliciæ *&* Appiæ. *In Epternacenſi quoque deeſt nomen* Amellæ, *& unico vocabulo ſcribitur* Juſtidiæ,

*relatis in Martyrologio S. Hieronymi.*

A *aliis* Justi *&* Teclæ, *quibus additur in Corbeiensi nomen* Firmi. *En Sancti Martyres novem supra viginti, quos Hispania offerimus, quod utinam sapius possemus, cum sciamus, gentem sacro Martyrum cultui addictissimam esse. Nudum nomen* Germani *inter alios Martyres refertur in Ms. Parisiensi Labbæi, uti nomen* Justi *in Mss. Atrebatensi Ecclesiæ Cathedralis, & Tornacensi monasterii S. Martini. De urbe* Gerunda *egimus* XVIII *Martii, ad Vitam SS. Narcissi Episcopi Gerundensis & Felicis ejus Diaconi, in persecutione Diocletiani martyrio coronatorum; acturi iterum de eadem* VIII *Iunii, quo die coluntur* SS. Germanus, Paulinus, Iustus & Scicius, *in eademmet Diocletiani persecutione Gerundæ martyrium passi. Ad quos aliosque Martyres videtur Prudentius alludisse in libro περὶ στεφάνων, Hymno* IV *de Martyribus Cæsaraugustanis, quem dedimus* XVI *Aprilis: in quo Gerundam, sacris pignoribus divitem appellat, hoc versu:*

Artubus sacris locuples Gerunda.

3 *Antonius Vincentius Domeneccus, in Historia generali Sanctorum Catalaniæ, ad confinium Maji & Iunii* D *ponit Acta quatuor supranominatorum Sanctorum, quorum festum agi dicit feria* II *post Dominicam Trinitatis. Equidem vehementer suspicor,* Germanum *&* Iustum *ex iis esse qui hodie referuntur: sed quia duos alios socios sibi habent adjunctos, horum causa differimus de iis agere usquè in Iunium, pro quo die servamus ipsa originalia Acta: nam quæ Tamajus de Salazar profert, etsi ea dicat se ex veteri Gerundensi Ms. sumpsisse, patet tamen legenti recentem esse ac proprium stylum ipsius Tamaji, iterum Latine reddentis, quæ Domeneccus ex Latino Hispanica dederat. Ceterum non dissimulaverim, quod ea Acta plane commentitia videantur esse, nec fide digna, nisi quatenus agunt de Translatione facta à Gerundensi Canonico ac postmodum Episcopo, Arnaldo de Monrodon, ante finem seculi* XII; *adeo ut nihil repugnet, duos hoc die passos aliis duobus, alia die passis, conjungi. Fortassis etiam ex* Paulino *&* Scicio, *in unum femina nomen perperam conflatis, facta est* Paulicia.

*Ex his duo fortassis coluntur Feria 2 post Dominic. Trinitatis.*

# DE SANCTO DONATIANO

## *MARTYRE CIRTHÆ IN NVMIDIA.*

G. H.

### Ex Martyrologio Hieronymiano.

XXI MAII

*Irtha seu* Cirta, *metropolis Numidiæ, plures olim Martyres habuit, à nobis ad diem* XXX *Aprilis recensitos; quibus arbitramur annumerandum* S. Donatianum Martyrem, *licet urbs* Sirtha, Sytha, Sista *scribatur: quia nomen est apud Afros usurpatum, & litteræ S & C, uti in pronuntiatione ante vocales* i *aut* y *apud plurimos non differunt, ita sæpe in nominibus propriis non satis distinguuntur. De hoc ergo* Sancto Donatiano, in civitate Sirtha *seu* Cirthâ Martyre, *agunt antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa, & cum iis alia antiqua Mss. Romanum Cardinalis Barberini, Trevirense S. Maximini, atque Leodiense S. Laurentii sub nomine Adonis. Idem vero, sed palæstrâ nulla indicata, nominatur in Ms. Florario Sanctorum, & Mss. Parisiensi Labbæi, Augustano S. Vdalrici, & alio Ecclesiæ Pragensis. Per errorem quoque, ut facile fit, bis* Donatianæ *scribitur, & semel* Daciani; *sed forte propter* S. Dacianam, *Carthagine hoc die passam, uti jam dicetur.*

# DE SANCTIS TIMIDENSIBVS

## *IN PROCONSVLARI AFRICÆ PROVINCIA.*

D. P.

### Ex veteri Kalendario Carthaginensi.

XXI MAII C

*Ex unico sed indubitabili testimonio noti,*

*Kalendarium istud, à nobis ex ejus eruderatore Ioanne Mabilione pluribus laudatum, descriptumq; ad* XXV *hujus mensis ubi de* S. Flaviano; *pro hoc die* II Kal. Junii Sanctorum Timidensium *Natalitium suggerit, alio quidem nullo testimonio confirmabilem nobis, sed nec alterius confirmationis egentem; quando de Natalitiis domesticorum Sanctorum certissimo præ ceteris testari potest ipsa Carthaginensis Ecclesia, cujus hoc Kalendarium fuit, minime copiosum nominibus, nec plures quam octoginta per annum dies, sui alicujus Episcopi depositione, vel alterius valde memorabilis Sancti, aut omnino patrii nomine inscriptos habens. Est autem ex S. Augustini lib.* 7 *contra Donatistas cap.* 22 *notus* Faustus, Episcopus à Timida Regia; *& ex Catalogo eorum qui anno* VI *Hunerici Regis, Christi* CCCCXC, *Carthaginem convenerunt* in Provincia Proconsulari, *cujus ipsa Carthago caput est,* Benenatus Tumidensis, in Corsica *exulare jussus pro fide.* Regia *cognominari videtur* Timida *illa, ad distinctionem alterius Synonymæ, unde fortassis in eodem Catalogo, inter Episcopos Mauritaniæ Cæsariensis, habetur* Securus Timidanensis. *Porro cum prædictum Kalendarium sic turmatim* Sanctorum *meminit,* Martyrum *memoriam agere colligitur ex simili deinceps phrasi, quâ ibidem indicantur Natalitii dies, puta,* XV Kal. Augustas, Sanctorum Scilitanorum; XI Kal. Aug. Sanctorum Maxulitanorum, III Kal. Aug. Sanctarum Tuburbitanarum; XVI Kal. Nov. Sanctorum Volitanorum, *quorum locus nativitatis vel certaminis intra Provinciæ Proconsularis terminos est notus: & pro Scillitanis quidem de Martyrii titulo constat ex Actis, ad dictum eorum diem proferendis. Neque alia phrasi utitur Kalendarium, quando inter paucos externos meminit,* Kal. Aug. Sanctorum Machabæorum; & .... Kal. Sept. Sanctorum Massæ Candidæ. *Vtinam hoc indicio habito, alicunde eruatur distinctior notitia, non solum istorũ* Timidensium *aliorumque jam nominatorum locorum; sed etiam eorum quos idem Kalendarium habet ad Mauritaniã Cæsariensem pertinentium.* IIII Kal. Nov. Vagensium..... Id. Nov. Sanctorum Capitanorum (*ita, ut reor, dictorum à civitate sua* Caput-cillanum *dicta*) & IIII Non. Febr. Sanctorum Carterensium, *ubi legendum censeo* Cartennensium. *Quod si de his incertum est quærere, multo difficilius venietur in notitiam eorum, quorum Natales appellantur,* III Id. Dec. sanctorum Martyrum Eronensium, XVI Kal. Febr. Sanctorum Rubrensium, XIIII Kal. Febr. Sanctorum Tertullensium & Ficariensium, *ac denique ad* XIII Kal. Martii Sanctorum

F

*sicut aliâ similiter indicati Martyres.*

*in Proconsulari provincia,*

*in Mauritania,*

*& alibi in Africa.*

cum Petrenſium. *Nam nec loca quidem nota habentur, unde nomenclaturam hi accipiunt: quare ſic omnes conjunctim proponere hic placuit: quos equidem opinor ſub Impe-*

*ratoribus Gentilibus paſſos univerſos, nullos ad Wandalicam perſecutionem ſpectare, ad quos Galeſinius eos more ſuo amandaſſet, ſi notitiam eorum nactus fuiſſet.* D

# DE S. DATIANO SEV DATIANA

## *MARTYRE CARTHAGINE IN AFRICA.*

D. P.

### Ex S. Hieronymi Martyrologio.

XXXI MAII. DAtianum *ſive* Datianam Carthagine *celebrant eadem antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa, Lucenſe, Blumianum, & Corbeienſe Pariſiis excuſum. At vetus Ms. Reginæ Suecia, laudatum ab Holſtenio in Animadverſis ad Martyrologium Romanum, iſtâ habet:* Carthagine natalis S. Datiani. *Palæſtra autem omiſſa, nomen* Datianæ *legitur in Ms. Pariſienſi Labbæi; & Datiani, in Ms. Auguſtano S. Vdalrici. Nec plura niſi ſex codicum teſtimonia reperimus. Oportet tamen fateamur, non admodum celebre fuiſſe Eccleſiæ Carthaginenſi hoc martyrium, quando in præfato ejus Kalendario illius nulla mentio invenitur: niſi ſuſpicari quis velit, jam jam memoratos* Sanctos Timidenſes, *Carthaginem deductos, ad cauſam fidei coram Proconſule dicendam, ibique martyrium conſummaſſe; quorum anteſignanus fuerit* Datianus, *ſolus in Martyrologio nominatus.*

# DE SS. PAVLINO ET ISICHO

## *MARTYRIBVS ANTIOCHIÆ.*

G. H.

### Ex eodem Hieronymiano Martyrologio.

XXXI MAII. RAdicta *Martyrologii Hieronymiani apographa concludunt hunc diem & menſem his verbis:* In Antiochia Paulini & Iſici. *Pro hoc in Epternacenſi exaratur* Iſtici. *Sed cum priore lectione conſentiunt Martyrologia Mss. Romanum Cardinalis Barberini, Atrebatenſe Eccleſiæ Cathedralis, Tornacenſe monaſterii S. Martini; & in his duobus appellatur eorum* natalis, *& additur* Juſtus. *Sed hic pertinet ad Sanctos Hiſpanos, Gerundà paſſos. At non appoſita palæſtra memorantur ambo in Mss. Pragenſi Eccleſiæ primariæ, & alio nobis Pariſiis à Philippo Labbe ſubmiſſo, ſolus autem* Iſicus *in Ms. Richenovienſi in Suevia. Plura ſi quis de his Martyribus cognoverit, libenter addiſcam: nec enim diffitebor, non auſurum me fuiſſe à Gerundenſibus Martyribus eos ſeparare, illoſque differre ad Iunium, niſi tam concorditer in omnibus Hieronymiani Martyrologii exemplaribus inveniantur adſcripti* Antiochiæ, *interjectis etiam Martyribus duobus Cirthenſi uno, Carthaginenſi altero, paulo ſuperius nominatis.*

# DE S. SIMPLICIANO MARTYRE

## *PICTAVIS IN GALLIA.*

G. H.

### Sylloge de ſacro illius cultu.

XXXI MAII. EXtant Litaniæ Pictonicæ Sanctorum, qui ortu vel incolatu Pictonum oram nobilitarunt, ab Henrico Ludovico Caſtanæo de la Rochepozay Pictavorum Epiſcopo concinnatæ & diſpoſitæ, notiſque illuſtratæ: *in quibus invocatur* S. Simplicianus Martyr, *& de eo iſta annotantur*: Simplicianus, viro Conſulari & Pictonicæ provinciæ Rectore natus, quod idolorum cultum ſperneret, patris juſſu juxta Pictavorum urbem gladio obtruncatus eſt, in prato Ponti S. Cypriani contermino, ubi Crux memoriæ cauſa antiquitus poſita eſt. Ipſius nomini parochialis eccleſia intra muros ejuſdem urbis conſecrata eſt: *additurque in margine, coli hoc* XXXI Maji: *ad quem diem cum hoc elogio celebratur à Sauſſajo.* Pictavis S. Simpliciani Martyris, qui adoleſcentulus à Juſto patre, injuſto & impio, quod Chriſti fidem coleret, gladio obtruncatus, incliti martyrii lauream glorioſe emeruit.

*Cultus.*

*Eccleſia parochialis.*

2 *In Pictavienſi, ut vocant, Pullario, id eſt, Regiſtro beneficiorum urbis inter parochiales eccleſias numeratur ſupra citata,* S. Simpliciano *dicata: cujus Parochum conſtituendum Abbas S. Cypriani præſentat Decano Eccleſiæ Cathedralis, ad quem ſpectat, illud Beneficium conferre. In Officiis propriis Eccleſiæ Pictavienſis præſcribitur ſolennitas* S. Simpliciani Martyris, *celebranda hoc* XXXI *Maji ſub ritu duplici, & hæc Oratio*: Deus qui Beatum Simplicianum Martyrem, in adoleſcentia conſtitutum, in agone certaminis roboraſti; præſta quæſumus, ut ejus meritis & precibus æternam gloriam conſequi mereamur. *Item hæc*: Deus qui Eccleſiam tuam meritis & precibus beatiſſimi Martyris tui Simpliciani mirifico ſplendore clarificas; concede propitius, ut qui memoriam illius veneramur in terris, intereeſſorem eum apud te habere mereamur in cælis. *Pro ſecundo Nocturno hæc ponitur Lectio*: Simplicianus, viro Conſulari & Pictonicæ provinciæ Rectore natus, adoleſcens piorum virorum monitis in Chriſtum religione fretus & confirmatus eſt. Quod cum reſciviſſet pater, & idolorum venerationem à filio haberi contemptui; in eum capitis obtruncatione juxta Pictavenſem urbem animadverti juſſit, eaque ratione Simplicianus Chriſtianæ fidei illuſtre perhibuit teſtimonium. *De ſancti corporis Reliquiis, quas veroſimile eſt in proprii nominis eccleſia aliquando fuiſſe, mirum eſt nihil dici à quoquam.*

*Orationes propriæ.*

*& Lectio.*

D

# DE SANCTO SILVIO

## *EPISCOPO TOLOSANO IN GALLIA.*

G.H.

### Ex Vita S. Exuperii ſucceſſoris.

ECULO IV

*Culius ſacer 31 Maji.*

PHilippus Ferrarius *in Catalogo generali ad hunc diem* XXXI *Maji iſta habet*: Toloſæ S. Silvii Epiſcopi ejuſdem civitatis. *Annotatque ea ſe tradere* ex tabulis Epiſcoporum Urbis Toloſæ, & libello Officiorũ priorum Eccleſiæ Toloſanæ. *Habemus nos dicta Offi cia, juſſu Caroli de Montchal Archiepiſcopi Toloſani recognita, & anno* MDCXLVII *recuſa, in quibus præſcribuntur propriæ Lectiones, in ſecundo Nocturno ad Matutinum recitandæ, eaque fere ex Vita S. Exuperii Epiſcopi ſucceſſoris, ad diem* XXVIII *Septembris illuſtranda, deſumpta, quas hic damus.*

B

2 Silvius, Epiſcopus Toloſanus, B. Hilarii anteceſſoris ſui præclaris veſtigiis inſiſtens, ſuum populique ſtudium erga ſanctum Pontificem Saturninum fovit plurimum ac promovit. Cum enim animadverteret, frequentia fidelium ſepulcra juxta S. Saturnini ſepulcrum extrui, veritus ne poſt tempus aliquod, præ ſepulcrorum multitudine, dubii aliquid ſuboriri poſſet de ipſius S. Saturnini ſepulcro; ſecum ſerio, de exportandis atque alibi honorificentius collocandis tanti Martyris Reliquiis, cogitare cœpit. Quapropter coacervatis & collectis undique multis pecuniis, magnis ſumptibus & impenſis, templi Toloſani, non quale nunc eſt (nam poſterioribus ſeculis in hanc magnitudinem, in quâ cernitur, extructum eſt) ſed qualiſcumque fundamenta jeciſſe dicitur, & ex parte ædificaſſe. Ad faſtigium tamen perducere non potuit morte interceptus: quare illud inchoatum ſuo ſucceſſori perficiendum reliquit.

*Eccleſia ad honorem S. Saturnini ab eo ſtrui cœpta.*

Is fuit S. Exuperius, qui templum illud non modo abſolvit, ſed in illud etiam S. Saturnini beata pignora, magnâ cum veneratione, deportanda curavit. Ipſius Silvii tumulus in prænominato templo non paucis poſt ſeculis repertus eſt, anno ſcilicet milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quinto, Nonis Octobris. Inventa quoque ſunt in eodem loco ſepulcra S. Papuli Martyris, & SS. Honorati & Hilarii Toloſanorum Antiſtitum. Ex illis tunc educta ſunt horum quatuor Sanctorum corpora, & in monumentis aliis, extra humum effoſſam ſuperius excitatis compoſita, in ea templi parte, quæ S. Saturnini monumento ſeu ſacello ſubeſt. *Hæc ibi quæ Nicolaus Bertrandi, in Geſtis Toloſanorum, editis anno* MDXV, *ſic breviter perſtringit*: Sanctus quoque Silvius fuit Epiſcopus Toloſanus. Hic inchoavit eccleſiam S. Saturnini, quam S. Exuperius conſummavit, ſicuti ſcribitur in geſtis S. Exuperii. Corpus S. Silvii in eadem eccleſia requieſcit, in proprio tumulo lapideo, infra eamdem cryptam ſuper terram. Ejus natalis recolitur pridie Kalend. Junii. *Reliqua de Inventione & Elevatione dicta ſunt* XXI *Maji ad Acta S. Hilarii Epiſcopi Toloſani. S. Saturninus colitur* XXIX *Novembris. Sauſſajus in Martyrologio Gallicano ad hunc* XXXI *Maji ſcribit*: Toloſæ repoſitio S. Silvii Epiſcopi & Confeſſoris, cujus depoſitioni ſacra eſt dies XVII Februarii. *Verum multum fallitur* S. Silvinus *Epiſcopus alicujus incertæ Sedis, ab hoc* S. Silvio *plane alius eſt, & ejus Acta dedimus dicto* XVII *Februarii, atque diximus obiiſſe circiter annum* DCCXX. *At* S. Silvius *Toloſanus floruit ſeculo Chriſti quarto. Hujus proximum ſucceſſorem ſtatuunt Sanmarthani Rodanium, quem alii præponunt, aſſeruntque immediate ſucceſſiſſe S. Exuperium, qui S. Hieronymo valde familiaris uſq; ad annum* CCCCVII *vixit.*

E

*ſepulcrum S. Silvii repertum.*

*Tempus Sedis.*

# DE SANCTO PASCHASIO

## *DIACONO ROMÆ.*

G.H.

### COMMENTARIUS HISTORICUS.

### De ejus cultu & miraculis, etiam in Purgatorio exiſtentis: item de ſcriptis, ab eoque diverſo Diacono Dumienſi.

CIRCA DXX.

*Memoria in Faſtis recentioribus.*

IOannes Molanus *in prima editione Auctarii ſui ad Vſuardum, ad* XXXI *Maji, minore charactere, & prænotata littera* Q, *ad ſignificandum ſequentia haberi* ex quodam alio Martyrologio, *ſubjungit iſta verba*: Romæ S. Paſchaſii Archidiaconi & Confeſſoris, de quo Gregorius in Dialogis lib. 4 cap. 40. Arvernis Sanctorum Confeſſorum Alexandri & Gallæ de quo Gregorius Turonenſis in libro de Confeſſoribus cap. 36. *Petrus Caniſius eadem tranſtulit in ſuum Martyrologium Germanicum. De duobus ultimis mox agemus. De priore in hodierno Martyrologio Romano iſta leguntur*: Romæ S. Paſchaſii, Diaconi & Confeſſoris, cujus meminit B. Gregorius Papa. *Hic autem de dicto* Paſchaſio, *lib.* 4 *cap.* 40 *ſub hoc titulo.* De anima Paſchaſii Diaconi, *cum ante egiſſet de igne purgatorio, iſta ſubjungit.*

2 Nam dum adhuc eſſem juvenculus, atque in laico habitu conſtitutus, narrari à majoribus atque ſcientibus audivi, quod Paſchaſius, hujus Apoſtolicæ Sedis Diaconus, cujus apud nos rectiſſimi atque luculenti de ſancto Spiritu libri extant, miræ ſanctitatis vir fuerit, eleëmoſynarum maxime operibus vacans, cultor pauperum & contemptor ſui. Sed hic in ea contentione, quæ inardeſcente zelo fidelium inter Symmachum atque Laurentium facta eſt, ad Pontificatus ordinem Laurentium elegit, & omnium

*elogium ex Dialog S. Gregorii.*

A *ejuſdem in veniali ſchiſmate mortui.*

um poſt unanimitate ſuperatus, in ſua tamen ſententia uſque ad diem ſui exitus perſtitit, illum amando atque præferendo, quem Epiſcoporum judicio præeſſe ſibi Eccleſia refutavit. Hic itaque cum temporibus Symmachi Apoſtolicæ Sedis Præſidis eſſet defunctus, ejus Dalmaticam feretro ſuperpoſitam dæmoniacus tetigit, ſtatimque ſanatus eſt. Poſt multum vero temporis Germano Capuano Epiſcopo, cujus ſuperius memoriam feci, medici pro corporis ſalute dictaverant, ut in Angulanis thermis lavari debuiſſet. Qui ingreſſus eaſdem thermas, prædictum Paſchaſium Diaconum, ſtantem & obſequentem in caloribus, invenit. Quo viſo vehementer extimuit; &, quid illic tantus vir faceret, inquiſivit. Cui ille reſpondit: Pro nulla alia cauſa in hoc pœnali loco deputatus ſum, niſi quia in parte Laurentii contra Symmachum ſenſi. Sed quæſo te, pro me Dominum deprecare. Atque in hoc cognoſces, quod exauditus ſis, ſi huc rediens me non inveneris. Qua de re vir Domini Germanus ſe in precibus ſtrinxit, & poſt paucos dies rediit, ſed jam dictum Paſchaſium in loco eodem minime invenit. Quia enim non malitiæ, ſed ignorantiæ errore peccaverat, purgari poſt mortem à peccato potuit. Quod tamen credendum eſt, quia ex eleëmoſynarum ſuarum largitate hoc obtinuit, ut nunc poſſet promereri veniam, cum jam nihil poſſet operari.

lib. 2 cap. 35.

*ex purgatorio liberatio,*

B

13 *Hæc ibi, at Capite ſequenti ad hæc Petrus iſta addit:* Placet quod dicis: ſed in tanto viro Paſchaſio hoc animum ad inquiſitionem movet, quod poſt mortem ad pœnalem locum ductus eſt: cujus feretri veſtis tangi potuit, & malignus ſpiritus ab obſeſſo homine fugari. *Ad quæ ita reſpondet S. Gregorius*: Hac in re magna debet omnipotentis Dei diſpenſatio, & quam ſit multiplex agnoſci. Cujus judicio actum eſt, ut idem vir Paſchaſius, & ipſe intus ad aliquantum temporis reciperet quod peccaſſet, & tamen ante humanos oculos mira per corpus ſuum faceret, qui ante mortem eis quoque cognoſcentibus pia opera feciſſet: ut neque hi qui bona ejus viderant, de eleëmoſynarum illius æſtimatione fallerentur; neque ipſi ſine ultione laxaretur culpa, quamnec eſſe culpam credidit, & idcirco hanc fletibus non exſtinxit.

*licet antea fuerit miraculis declaratus Sanctus.*

C

4 *Hæc S. Gregorius, cui ſententiæ confirmandæ ſervire poteſt exemplum ſimile de* S. Vitalina XXI *Februarii, ex S. Gregorio Turonenſi. Ex ea porro Paſchaſii excuſatione, qua utitur Gregorius Magnus, infert in Notis Baronius,* ea verba, quod in ſententia ſua uſque ad diem exitus ſui perſtiterit, vel eſſe excluſive intelligenda, quaſi ſic perſtiterit in ſententia, ut tandem die obitus ſui pœnituerit; vel dicere neceſſe eſt, Paſchaſium, vertente adhuc illa de electione Symmachi controverſia, ex hac vita migraſſe ... Prædictorum itaque alterum præceſſiſſe neceſſe eſt, cum ejus ſanctitati adſtipulari virtute egregii miraculi viſus ſit Deus; imo & honeſtam ſepulturam tegumento Dalmaticæ adeptus fuerit. *Vbi Baronius plurima de uſu Dalmaticæ habet, quæ ibi videri poſſunt.*

*cum quomodo excuſet Baronius.*

5 *De dicta Laurentii cum S. Symmacho contentione latius agendum erit ad Vitam* S. Symmachi, *qui creatus eſt anno* CCCCXCVIII, *mortuus anno* DXIV, *ſepultus die quo colitur* XIX *Iulii, quando Acta erunt illuſtranda. Interim videri poteſt elogium de eo in veteribus Catalogis Summorum Pontificum, à nobis editum ante tomum primum Aprilis pagina* XXXV. *At* S. Germanus, *Epiſcopus Capuanus, cujus animam S. Benedictus in cælum ab Angelis ferri vidit, colitur* XXX *Octobris. Vnum hic miror, quomodo Ferrarius ejus non meminerit, in Catalogo Sanctorum Italiæ, ubi nullum ejus elogium profert; neque ibidem in Indice Topographico nomen allegat: aſt in Indice Alphabetico iſta leguntur:* Paſchaſius Diaconus Romæ 3 Maji. *Interim neque eo die neque in Appendice ejus mentionem facit, & forſitaſſis* 31 Maji *voluit imprimi; nam & alios aliquos ſimiles defectus ſic videas in Indice illo ſuppletos. Nicolaus Brautius Epiſcopus Sarſinæ, in Martyrologio Poëtico, illos verſus edidit de eodem Sancto.*

*Ætas S. Symmachi & S. Germani*

AUCTORE G. H. *ſilentium apud Ferrarium.*

Paſchaſium Præſul laudat quia maximus, omni
Eloquio laudis dignus habendus erit.

*Conſtantinus Ghinius, in Natalibus Sanctorum Canonicorum, aliquod ejus elogium ex S. Gregorio depromptum habet, & Maſinus in Bononia perluſtrata aſſerit in Eccleſia S. Iacobi Majoris aliquas* S. Paſchaſii *Reliquias aſſervari: ſed num hujus, quis auſit certo aſſeverare, quando nec Romæ quidem notæ ejus Reliquiæ ſunt?*

*Alius ab eo Paſchaſius Diaconus S. Martini Dumienſis.*

6 *Georgius Cardoſus in Hagiologio Luſitano ſuis adſcribit ad hunc diem* S. Paſchaſium; *& ante iſtum Antonius à Purificatione in Chronologia monaſtica Luſitana, quaſi in Luſitania natus, fuiſſet monachus & diſcipulus S. Martini, primo Abbatis, dein Epiſcopi Dumienſis ac poſtea Braccarenſis, ejuſque juſſu de Græco in Latinum tranſtuliſſet aliquot Concilia Orientalia, atque ſententias antiquorum Patrum Ægyptiorum. Imo libri ſeptimi de Vitis Patrum apud Roſweidum iſte eſt titulus Prologi:* Domino venerabili Patri Martino Presbytero & Abbati, Paſchaſius, *qui in priore titulo appellatur* S. R. E. Diaconus. *Verum de eo titulo Roſweidus Prologomeno* 14 *dubitat: ſed quia ante impreſſum repererat, noluit mutare. Acta S. Martini Dumienſis illuſtravimus ad diem* XX *Martii, ubi oſtendimus eum anno* DLXXX *mortuum eſſe, cum circiter annos viginti vixiſſet in Galicia; &* S. Paſchaſius, *de quo hîc agimus, pridè ante diem obierat ultimum. Nam S. Germanus videtur ex hac vita deceſſiſſe anno* DXL *die* XXX *Octobris, cujus ſucceſſorem S. Victorem ordinatum fuiſſe anno* DXLI *ſcribit Vgheilus in Epiſcopis Capuanis, prout latius dicendum die* XVII *Octobris quo colitur. Iam quot annis ante ſuam mortem S. Germanus viderit* S. Paſchaſium *in* Angulanis thermis, *ſive* balneis Neapolitanis, *quæ dein* Sudatorium S. Germani *dicta fuerunt, non conſtat. Imo ex conjectura Baronii eſſet mortuus forte ante Romanam Synodum, in quæ* ab Epiſcopis centum & viginti quinque redintegratus eſt Sedi Apoſtolicæ B. Hormiſdas, & damnati Petrus Altinas & Laurentius Nucerinus: *atque ita obiiſſet* S. Paſchaſius *ſub finem ſeculi quinti aut initium ſequentis: teſtimonio autem S. Gregorii ſaltem temporibus Symmachi Papæ defunctus eſt, adeoque toto dimidio ſeculo prius, quam Martinus ordinaretur Dumienſis Epiſcopus.*

E

F

*forte ei inſcripſit Eugippius Vitam S. Severini.*

7 *Baronius ad annum 496 num.* 50 *cenſet hunc eumdem eſſe* Paſchaſium Diaconum, *cui Eugippius Presbyter inſcripſit Vitam S. Severini Noricorum Apoſtoli, quam cum utriuſque epiſtola dedimus* VIII *Ianuarii, ubi Eugippius aſſerit ſe ſcribere biennio elapſo poſt Conſulatum Importuni, aliis Opportuni, proinde anno* DXI, *ac ſic obitus* S. Paſchaſii, *poſſet referri in annum* DXII, *quo adhuc præerat Eccleſiæ univerſæ Symmachus, & Capuanæ S. Germanus. Conveniunt ergo nomen, tempus, & ordinis Eccleſiaſtici gradus, quæ rem ſatis probabilem faciunt, non omnino certam; cum plures ejuſdem nominis potuerint eſſe Diaconi, illique eruditi. Libri ipſius de* Spiritu ſancto, rectiſſimi & luculenti *à S. Gregorio appellati, primo editi fuerunt Coloniæ anno* MDXXIX; *dein tranſlati ad Veterum Patrum Bibliothecas, ſæpius ſunt recuſi, ſub hac Præfatione, quæ ad aliquod doctrinæ & ſtyli ſpecimen hoc loco meretur, correctis typographicis mendis nonnullis, delibari.* Fides Catholica in univerſum mundum per Patriarchas & Prophetas, gratiæ diſpenſatores, Spiritu ſancto inſinuante diffuſa eſt. Hanc Apoſtolica ſolicitudo atque perfectio, ſicut per ſanctas Paginas dilataverat, ita per Symboli ſalutare mira brevi-

*Librorum de Spiritu Sancto exordium.*

tate

A tate collegit, & tamquam per diverſas remediorum ſpecies diſpoſuit in corpus unum, ac veluti ex innumeris aromatibus pretioſum confecit unguentum, cujus odor omnes fines terræ potentia fragrantiæ ſpiritualis implevit, ut in ipſo univerſitatis * aſſenſu virtus appareat. Et quia oportet ut errantibus, quaſi parvulis & ignaris,* prima Chriſtianæ traditionis elementa repetamus, in hac Symboli perfectione & unitas evidenter aperitur & trinitas; dum ter repetita confeſſio, Patri & Filio & Spiritui ſancto, unum credulitatis reddit obſequium ..... In hoc ergo numero atque myſterio, in quo & ſanctus Abraham de innumeris gentibus triumphavit, Seniorum (*in Synodo Nicæna*) hoſtem fidei *Arium*, ſub una Patris & Filii & Spiritus ſancti pfædicatione confundo. Unde etiam intelligendum eſt eos (*Macedonianos*) qui in Spiritum ſanctum, ſub æterna damnatione blaſphemant, aut ſine * profeſſione Symboli baptizatos, aut in ipſo * fidei Symbolo * ad Fontem mentitos, ante quem omnis homo diabolo renuntians confitetur, Credo & in Spiritum ſanctum ... hoc eſt dicere, Confiteor illum, Colo illum, Adoro illum, Totum me in jus ejus ac dominium trado atque transfundo. In profeſſionis hujus reverentia univerſa divino nomini debita continentur obſequia. D

*al. Aſcenſu. *primæ.

* profectione *ſibi *ac fronte

# DE SS. ALEXANDRO ET GALLA

## *APVD AVERNOS IN GALLIA.*

G. H.

### Ex S. Gregorio Turonenſi & recentioribus Faſtis

B XXXI MAII *Memoria in Faſtis,*

IOannes Molanus, *uti jam in* S. Paſchaſio *monuimus, in prima editione Auctarii ſui ad Vſuardum, minore charactere & prænotata littera* Q, *ad denotandum ea ſe* ex quibuſcumque recentiorum collectaneis *accepiſſe, hoc die* XXXI *Maji refert primo* S. Paſchaſium, *ac dein ſubdit*: Arvernis Sanctorum Confeſſorum Alexandri & Galliæ, de quo Gregorius Turonenſis in libro de Confeſſoribus cap. 36. *Petrus Caniſius utriuſque memoriam tranſtulit in Martyrologium Germanicum. Baronius* S. Paſchaſium, *quia* Diaconus Romanus, *inſeruit Martyrologio Romano: de hiſce ſiluit. At Ferrarius in Catalogo Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt, retulit illos his verbis*: Arvernis Sanctorum Confeſſorum Alexandri & Gallæ. *Andreas Sauſſajus in Martyrologio Gallicano, ad diem* IX *Martii, iſta habet*: Item ibidem, *Arvernis*, S. Alexandri Confeſſoris, de cujus tumulo infirmorum neceſſitas eraſo pulvere conſequitur ſoſpitatem. *Idem iterum in ſuo Supplemento ad hunc* XXXI *Maji iſta ſcribit*: Claromonte Arvernorum, Sanctorum Confeſſorum Alexandri & Gallæ: quorum miræ ſanctitatis encomia S. Gregorius ſuo in libro de Gloria Confeſſorum enarravit.

C

*& apud Greg. Turonenſem.*

2 *Cum dictus Gregorius Turonenſis capite* 35, *egiſſet* de ſepulcro, effracto in baſilica S. Venerandi, *dein cap.* 36, *iſta ſcribit*: Sunt autem iſto in loco multa ſepulcra, quæ, ut diximus, fidelium eſſe probantur. Habetur enim ibi tumulus, huic à læva contiguus, longitudine, latitudine, altitudine, omnique poſitione conſimilis. In hujus fronte ſuperiore habetur ſcriptum, Sanctæ memoriæ Gallæ. Eſt & illud nihilominus ſepulcrum multis meritis glorioſum, inter egreſſum baſilicæ S. Illidii, & ingreſſum templi B. Venerandi, in edito poſitum: in quo ferunt Alexandrum quemdam religioſum fuiſſe ſepultum: de quo frequens infirmorum neceſſitas, eraſo pulvere hauſta potione, extemplo conſequitur ſoſpitatem. Unde tam frequens conſequitur medicamentum, ut pro aſſiduis beneficiorum commodis transforatum ab aſpicientibus cernatur. *Hæc Turonenſis.* E

*Non videtur fuiſſe uxor S. Eucherii.*

3 *Baronius, cum ad diem* V *Octobris retuliſſet* S. Gallam, Romanam viduam, filiam Symmachi Conſulis, *in Notis addit*: Floruit in Galliis alia item Galla, quæ fuit uxor Eucherii, de qua Ado XVI Novembris, cujus ſepulcri, meminit Gregorius Turonenſis de Gloria Confeſſorum capite XXXVI. *Ado dicto* XVI *Novembris profert longum encomium S. Eucherii Epiſcopi Lugdunenſis, in quo ſub finem iſta habet*: Hujus uxor Galla, in ſancto habitu Deo ſerviens, ſpeluncam ejus ingreſſa, omne illic vitæ ſuæ tempus in ſtudio religionis exegit. *De ea ejuſque filiabus, ad dictum diem latius agetur. Quantum enim colligere poſſumus, ab hac* S. Galla *facile diſtinguitur ea, quæ procul ab Arvernis in Delphinatu vixit & obiit: ubi fuiſſe filii ſpeluncam indicat idem Ado, cum ſcribit, latuiſſe Eucherium* ſuper fluvium Druentiam, retruſum in ſpecu. *Iacobus Branche, in Vitis Sanctorum & Sanctarum Arvernia atque Velaunii, editis anno* 1652, *verba S. Gregorii Gallice reddens, allegat librum eccleſiarum Claromontanarum, in quo ſaltem mentio fiat eccleſiæ,* S. Alexandro *conſtructæ. De præſenti cultu nihil habet, vir alias in talibus diligens; unde ſuſpicamur eum plane intercidiſſe, nec ullam Reliquiarum extare memoriam. Miramur autem, quod cum dictus Auctor citet etiam Molanum, & hic* SS. Alexandrũ & Gallam *ponat die* 31, *ipſe illos collocet die* 3; *& veremur ne in ordinandis chartis, quibus continebantur vitæ ab eo ſcriptæ, oculos fugerit poſterior zyfra, & ſic ad diem* 3 *ſint relati.* F

*alibi nominantur die*

DE

# DE S. HELMTRVDE RECLVSA,

## *IN PADERBORNENSI VVESTPHALIÆ DIOECESI.*

G. P.

### SYLLOGE HISTORICA.

SEC. X. VEL XI. *Heriſiena ta Sancta*

HEriſiâ, *vulgo* Herſe, *perantiquo Virginum Canonicarum Collegio, poſt annum* DCCCLXXV, *fundato, inſignis locus, & multis Sanctorum Reliquiis olim exornatus, pluribus deſcribitur* XX *Maji, ubi de* S. Saturnina Virgine ac Martyre, *veteri ibidem Patrona, agitur. De eadem, in vetuſta quadam Actorum Vrſulanorum Appendice apud Crombachium, ita legitur, ut ſimul nobis videatur notitia dari ejuſdem Sanctæ, de qua in titulo agere propoſuimus:* Eſt locus in Saxonia (*Inferiori ſcilicet, Weſtphaliam totam complexa*) Herſe, ibique uſque hodie glorioſa Sanctimonialium congregatio, ubi Incluſa quædam, incomparabilis vitæ & ſpecialis meriti, Helendruda, nata & nutrita, peracto ſanctiſſimæ vitæ curſu, nunc corporaliter in pace quieſcit; quamvis ultimi temporis ſui aliquantum in monte, quo civitas Iburg, *Oſnabrugenſis diœceſis*, ſita eſt, in eadem ſanctitate exegerit. Hujus vitæ & ſanctitatis tot ſunt teſtes, quot vel hodie Herſæ Sanctimoniales ſunt, vel abinde fuerunt: & veriſſime; utpote Deo verbis hominum adſtipulante. Uſque hodie enim, ad tumulum ejus, frequenter redditur lumen cæcis, greſſus claudis, infirmi ad uſum vitæ reparantur, & obſeſſi ab immundis ſpiritibus emundantur.

B

*ibidemque ſepulta claret miraculis.*

*inſcribitur kalendario Paderborn.*

2 *Ita ille, non quidem antiquiſſimus ſcriptor, & qui ante ſecula non multa vixit, ex judicio Crombachii in Vindiciis Vrſulanis pag.* 14; *idoneus tamen teſtis cultus* S. Helendrudæ (*ut vocat ipſe*) *apud Heriſienſes notiſſimi ſuo tempore. Quapropter nequeo dubitare, quin ipſa ſit, cujus hoc die nomen cum nominibus* SS. Cantii, Cantiani, Cantianillæ, & Petronillæ, *reperit noſter Ioannes Gamanſius eadem vetuſta manu,* in perantiquo, *ut loquitur*, & inſigni pergameno kalendario Bibliothecæ Cathedralis Paderbornæ, *ſic ſcriptum,*

C

Helmtruth, Ancilla Dei & Recluſa; *eodem ſcilicet modo, quo alibi in eodem Kalendario, concurrentibus propriis diœceſis Patronis, horum nomina nominibus veterum Sanctorum ceteriſque communium adſcribuntur, ut ait ille: quare nec dubitat ipſam abſolute* Sanctam, *ſcribere in ſuis ad prædictum kalendarium Notis. Nunc quod ejus nulla apud Heriſienſes veneratio, fortaſis nec memoria ſuperſit; factum videtur* bello Chriſtiani, Ducis Brunſwicenſis hæretici, *quo* Reliquiæ templi, everſis tumbis, per totum pavimentum diſperſæ fuerunt, nec ſine confuſione à ſacris Virginibus iterum collectæ; *niſi forte anteriori aliqua vaſtatione monaſterii contigerit ſepulcrum* Helmtrudis *violari, & alio auferri corpus vel diſſipari.*

*offa videntur ab hæreticis diſſipata.*

*Apparens ei S. Cordula Vrſulana,*

3 *Huic, ut habet eadem Vrſulana Appendix,* longâ ſerie temporum, *poſt Sanctarum Virginum Martyrium,* evolutâ, apparuit per viſum S. Cordula; eamque, quaſi contubernalem ſuam, an ſe agnoſceret, requiſivit. Illa autem, quamvis ſancta & mente jam Deo proxima, tamen adhuc corruptibilis, & quaſi corruptio incorruptelam non ſuſtinens, divinæ venuſtatis & gravitatis perſonam abhorruit: erat enim Virgo Dei ultra omne artificium hominis veſtita mirifice, coronam liliis roſiſque alternantibus intextam geſtans in capite. Famula ergo Dei, ex pavore reſpirans, indignam ſe Majeſtatis agnitione eſſe reſpondit; Cum ego, inquiens, carnalis peccati ſim legibus obnoxia; tu autem, jam in ordinem Cælicorum aſſumpta, totius ſis corruptionis aliena. Tum illa, Noveris, inquit, me unam ex ſacro Colonienſium Virginum numero fuiſſe; quæ, illis in agone Chriſti triumphantibus, una nocte ſupervixi; ſequentique die, mortis cupida, ultro me carnificibus obtuli; ſicque in Chriſto moriens, nec Sorores meas deſerui, nec ſocialem Martyrii coronam amiſi. Itaque cum illarum glorioſiſſimi tranſitus diem debitâ jam devotione tota Colonia veneretur, mei nominis nec brevis adhuc recordatio agitur. Proinde nunc veniens id tibi injungo obedientiæ, quo Sanctimonialibus, ad corpora noſtra devote excubantibus, denunties ex me; ut, cum Sororum mearum triumphalem gloriam celebrant, proxima die & mihi aliquid venerationis impendant: quia minime eis expedit, ut inter omnes quæ illic pauſant, mei tantum nominis reverentia nulla ſit. Cumque illa de nomine ejus requireret, juſſa eſt à Virgine frontem ejus intueri, ut hoc ſibi nomen fuiſſe indubitanter ſciret, quod illic exaratum inveniret. Paruit illa, vidit, & legit; diſtinctiſque ſyllabis, Cordula, diſtincte ſcriptum invenit. Famula igitur Dei ad Sanctimoniales divinum oraculum retulit; creditumque eſt ac deinde ſtatutum, ut cum Sanctarum Virginum ſolennitas agitur, ſequens dies S. Cordulæ laudibus impendatur.

E

*proprium Colonia feſtum petit & impetrat.*

4 B. Imadus, *poſt annum* MLII *Paderbornenſis Epiſcopus, reliquit Eccleſiæ ſuæ proprio ſtudio auctum Martyrologium, ubi, ad hunc ultimum Maji, præſcribitur facienda* Commemoratio Hildrudæ, Dei ancillæ & in Heriſia Recluſæ, cui revelata fuit S. Cordula. *Ita unum idemque nomen varie ſcribitur, & cultus ejus aliquis magis magiſque confirmatur; etſi neque Sancta neque Beata titulus adſcribatur. Colitur ipſa* S. Cordula XXII *Octobris, ad quem diem plura erit de ea agendum: interim ex Crombachio pag.* 498 *noto, quod* Bruno II, Archiepiſcopus Colonienſis, aliquod S. Cordulæ altare conſecravit, anno MCXXXV, & feſtivitatis, ut jam eo tempore, à pridiana diverſæ, meminit. *Hoc ſi ita eſt, videtur omnino* Helmtrudis, *ſive (ut alii ſcribunt)* Helintrudis *vel* Helendrudis, *ſeculo* X *aut* XI *vixiſſe; de qua utinam plura ſcripta ſint, & aliquando efferri in lucem poſſint. Ipsâ interim hic collocatâ, expungi poſſunt, quæ in ordine Prætermiſſorum de ea ſcripſimus, velut plenius de ea tractaturi ad diem S. Cordulæ menſe Octobri.*

F

*ipſa inſcribitur Martyrologio,*

*videturque vixiſſe ſeculo IX aut XI.*

# DE B. MATHILDE VIRGINE

*EX DYEZZENSI PRÆPOSITA, ABBATISSA OETHILSTETINENSI,*

ORDINIS CANONICORUM REGULARIUM S. AUGUSTINI,

DYEZZÆ IN BAVARIA.

G. H.

## COMMENTARIUS PRÆVIUS.

### De ejus Familia, Vita, Tranſlatione & Cultu.

CIRCA MCLX. *Ex nobiliſſima familia Andecenſi,*

VIgulejus Hundius, *præter Metropolim Salisburgenſem, quam Additionibus pluribus auctam atque in tres tomos diſtinctam vulgavit Chriſtophorus Gewoldus, indiſcriminatim ſub nomine Hundii ſolitus allegari; ſcripſit etiam Stemma genealogicum nobilitatis Bavaricæ, anno* MDXCIII *Germanice excuſum: in quo à pagina* 20 *late deducit* familiam antiquorum Comitum Andecenſium, Dyezzenſium, Hohenwartenſium, Wolfradthauſiorum, Thauriorum, Ducum Dalmatiæ, Meraniæ, Voitlandiæ, Marchionum Iſteraviæ, & Palatinorum Burgundiæ: *& dein pag.* 26 *deſcribit ex hac familia* Bertholdum, Comitem Andecenſem & Dyezzenſem, patrem B. Mathildis Virginis: *quæ ſeculo Chriſti* XII *in monaſterio* Dyezzenſi, *in Bavaria ſuperiore ad lacum Ambræ ſito, antiquis* Damaſia *dicto, ſanctè vixit, & mortua multis miraculis claruit. Idem Hundius tomo* 2 *Metropolis pag.* 259 *de variis fundationibus hujus monaſterii agit: & dein,* Tertia fundatio, *inquit,* facta anno MCXXXII per illuſtres Principes Bertholdum Comitem de Andechs & Ottonem Comitem de Wolfradzhauſen, unà cum uxoribus Sophia & Laurita & liberis earum; qui arcem ſuam Damaſiam verterunt in monaſterium, conſtruentes ibi eccleſiam in honorem B. Mariæ Virginis, dotantes eam monilibus & prædiis nec non pluribus privilegiis, ratione advocatiæ & quarumcumque exactionum offerentes eam tutelæ B. Petri & Sedis Apoſtolicæ. *Et pag.* 261 *ſubjungitur* Diploma Innocentii II Papæ, datum dicto anno MCXXXII. *En tibi parentes B. Mathildis, qui infrà in Vita nominantur* Bertholdus Comes, *& ejus uxor* Sophia, Comitiſſa Amertalia *aliis dicta. Fratres fuerunt* Bertholdus II Comes Andecenſis, *qui ducta uxore propagavit ſtirpem; &* Otto Dux Meraniæ *&* Comes Andecenſis, *factus anno* MCLXXVII *Epiſcopus Bambergenſis, qui anno* MCLXXXII *dedicavit Eccleſiam Dyezzenſem ad honorem B. Mariæ Virginis, præſente Hartwico Auguſtæ Epiſcopo, & prædiis compluribus donavit, anno* MCXCVI *vita functus, adeoque diſtinguendus à S. Ottone I Bambergenſi Epiſcopo, anno* MCII *conſecrato, & anno* MCXXXIX *mortuo die ſecunda Iulii, cujus tunc Vita danda erit. Sorores* Mathildi *fuerunt* B. Euphemia, *monaſterii S. Altonis Abbatiſſa, anno* MCLXXX *defuncta, & apud ſororem in eccleſia Dyezzenſi ſepulta, cui dicitur dies* XVII *Iunii ſacer eſſe: &* Giſala, *nupta Diepoldo Comiti Bergenſi in Suevia, ex quibus geniti* Udalricus *ſecundus, Epiſcopus Paſſavienſis, aliquibus* Diepoldus *dictus; ejuſque frater* Magnoaldus, *itidem Paſſavienſis Epiſcopus, tum* Otto *ſecundus, Epiſcopus Friſingenſis; &* Henricus *itidem ſecundus, Epiſcopus Herbipolenſis; ac denique* Ulricus, *loco patris Comes Bergenſis, aliique ab Hundio indicati.*

B *Bertholdus pater B. Mathildis,*

*fundat eccleſiam Dyezzenſem ſub an.* 1132.

C *fratres Virginis Bertholdus* 2 *Comes & Otto* 12 *Ep. Bamberg.*

*Sorores B. Euphemia & Giſala mater* 4 *Epiſcoporum.*

2 *Inter alia quam plurima monaſteria, ab hac familiâ conſtructa & fundata, apud Hundium pag.* 20 *primo loco nominatur* Lanckenheimium, in montanis Voitlandiæ, tribus à Culinbachio milliaribus verſus Bambergam, *in cujus eſt diœceſi ſitum*; magnificentiſſimum, *inquit Iongelinus*, & munificentiſſimum Ciſtercienſis inſtituti cœnobium, anno MCXXXII fundatum ab Othone Comite de Orlemund, Principe Meraniæ, ejuſque uxore Domina Beatrice, & utriuſque filio Othone Domino in Miſtelfeldt in proximo pago, cujus templum arx fuit Meraniæ Ducum. *Hujus cœnobii Monachus* Engelhardus, *ex Abbate forſan alterius innominati monaſterii*, Vitam B. Mathildis graviter conſcripſit: quam ſolidis plenam virtutibus, non immerito theſaurum quis dixerit, *ut præfatur Henricus Caniſius, qui illam libro quinto Antiquarum ſuarum Lectionum inſeruit, extra quam alii nonnulla minus ſolida affirmant, ut infra notabimus. Non indicatur ibi annus aut dies obitus: Andreas tamen Brunnerus par.* 3 *Annalium Bojorum à pag.* 421 *epitomen vitæ tradens, ipſam ad annum* MCLX *aſſerit obiiſſe. Aliam epitomen edidit Matthæus Raderus tomo* I *Bavariæ Sanctæ, ubi ſcripſit,* IV Kal. Martii ſepultam, *ut tunc inter Prætermiſſos diximus, rejecimuſque in hunc* XXXI Maji; *quo* eam obiiſſe anno MCLX *certius edocti ſumus ſcripto Domini Simonis Præpoſiti Dyezzenſis, & DD. Innocentii Keferhoberi atque Thomæ Dürri ſucceſſive Decanorum. Horum poſterior pro die anniverſario præſignato allegat Breviarium Dyezzenſe antiquum, itemque Kalendarium vetus, & monaſterii Chronicon anno* MDXX *ſcriptum (quæ omnia etiam definiunt annum mortis* MCLX) *ac denique Martyrologium ſcriptum ab anno* MCCCCLXXIII, *ex quo annis ſingulis ad talem diem hæc leguntur,* Monaſterio Diezzenſi depoſitio B. Machtildis, Virginis & Abbatiſſæ, filiæ Fundatoris ejuſdem cœnobii. *In Kalendario tamen præcitato notatur (eodem teſte)* obitus Machtildis III Kal. Iunii. *Cujus diverſitatis ratio videtur eſſe, quod* XXX *Maji obierit Beata, ſed* XXXI *depoſita fuerit ſolenni exequiarum officio. Idem Thomas Dürr miſit ad nos in forma probante, ſub atteſtatione Notarii Cæſarei Ioannis Georgii Hortmanni, anno ſcripturis* MDCLXXXII, XIX *Octobris, fidem ſuam obligantis, ex veteri monaſterii Dyezzenſis codice uberius Vitæ compendiũ deſcriptum circa annum* MDXXXV; *& vetuſtius aliud ex loci ejuſdem Chronico, per Fr. Sebaſtianum Mechelober, ejuſdem Dyezzenſis cœnobii alumnum, compilato circa annum Domini* MCCCLXV.

*à Lanckenheimenſi monacho Engelhardo ſcripta Vitâ Beatæ.*

B

F *Annus & dies obitus ex antiquis ſcripturis.*

3 *In hoc (nam utrumque nihil continet quod Acta prænotata non habeant) altera manu invenitur poſtmodum adnexa hujuſmodi appendicula;* Anno virginei partus MCCCCLXVIII, in die Sanctorum Martyrum Gordiani & Epimachi, *id eſt* X *Maji*, procurante venerando Præpoſito in Dyezzen Mag. Ioanne Schón, extumulata ſunt oſſa B. Machtildis, filiæ Fundatoris noſtri, Comitis Berchtoldi, de licentia D. Georgii de Godtzveld, Vicarii Reverendiſſ. D. D. Petri Card. Presbyteri tit. S. Vitalis Romæ & Epiſcopi Auguſtanæ diœceſis. Inventaque ſunt oſſa ipſius Machtildis incorrupta, in ſarcophago lapideo, in profundo terræ, decentiſſime incluſa, carnibus & veſtibus tantum conſumptis, excepto velo capitis ejus, quod ca-

*Oſſa an.* 1468 *elevata,*

A capiti innixum inventum eſt, quo ſe Chriſto ſponſam ſacravit. Jacuit autem ibidem in terræ pulvere trecentis & octo annis. Præfatus autem venerabilis Præpoſitus, ad inſtar hominis Euangelici, qui theſaurum in agro abſconditum invenit, ſed tamen abſcondere noluit; B. Machtildis reliquias quas invenit, idcirco in loco quo ſupra, Pario ſepulcro à terra elevato, eaſdem honorifice repoſuit; ut quilibet viſitans chorum, devotionis objectum habere poſſit. Anno autem Domini MCCCCLXXXVIII, Venerabilis Pater D. Joannes Zallinger, præfati D. Præpoſiti Schón ſucceſſor Præpoſitus, conſiderans populi devotionem & concurſum ad B. Mechtildis ſepulcrum, voluit pretioſam margaritam inventam, videlicet Reliquias ejus, non abſcondere, ſed liberum cuique viſitandi aditum præbere: quia priorem locum adire non ſemper conveniebat, eo quod Conventus frequenter ibidem in choro divinis laudibus inſiſtebat. Quare dictus D. Præpoſitus Zallinger ſepulcrum cum Reliquiis devote tranſtulit ad capellam S. Sebaſtiani, quæ pervia utrique ſexui exiſtit.

*an. 1488 transferuntur.*

B 4 Conſiderandum inſuper cenſeo, lapidem repertum in ſepulcro B. Machtildis capiti ſuppoſitum, quem prænominati Domini Prælati, ad augendam Chriſti fidelium devotionem, in abſide Aquilonari noſtræ majoris eccleſiæ Dyezzenſis, circa extremum beatiſſimæ Virginis Mariæ altare, infigere fecerunt artis cæmentariæ gnaros. Ibidemque tantus devotionis ardor in cordibus fideliũ excrevit, ut ſe, qui oſculatus lapidẽ fuerit, felicioré in ſuis operibus ſucceſſum habere præſumat. Nec illud devotionis portentum eis ſufficit, quin etiam communi Chriſti fidelium contributione magnam ceream candelam efficiant; quam iſti, quorum intereſt, tempore tempeſtatis accendere debent, ne tempeſtas & grandines nobis noceant. Et cum bonis anteceſſorum veſtigiis inſiſtere laudabile ſit; Reverendus in Chriſto Pater D. Hieronymus, Præpoſitus, ſucceſſor eorumdem, volens augmentandi cultus divini poſteris occaſionem præbere (nam exempla movent) parvam imaginem pectoralem B. Machtildis argenteam, veteri ſchemate comptam, renovavit; & majorem, integrali hominis effigie, ex argento puro effecit. *Præfatus vero Decanus Thomas, in datis* XXX *Octobris anno* MDCLXXXII, *cum affirmaſſet, quod* creſcit indies, cum ipſius Sanctæ gloria, ruſticanæ præſertim plebis devotio, quæ ſingularem prorſus contra tempeſtates aëreas ac ſegetum grandinationes Patronam illam veneratur, magnoque fructu & gaudio experitur; *ſubjungit, quod* Feſtum illius, ex recenti indulto Reverendiſſimi Ordinarii Auguſtani, celebrabitur in poſterum annuatim, cum Officio & Miſſa ex communi Virginum, feria II poſt Dominicam Trinitatis, eſtque in parochia Dyezzenſi dies iſte in foro quoque feſtivus: cum antehac dies illius Natalis ſic ageretur feria IV Quatuor-temporum Pentecoſtes à Dyezzenſibus tantum. *Quo id fundamento, equidem ignoro: nam anno* MCLX, *quo Sancta iſta obiiſſe dicitur, dies* XXX *Maji aut* XXXI *cum dicta Feria non concurrit, nec aliquo eorum annorum quibus facta oſſium tranſlatio eſt: eoque liberius mutatum diem credo, quod ejus cauſa nulla certa appareret.*

*Lapis repertus ſub capite in honore eſt;*

*ipſa invocatur contra tempeſtates & grandines.*

C

*argentea ejus ſtatua renovatur,*

*feſtum transfertur in fer. 2 poſt Trinitatis.*

5 *In Ms. Florario Sanctorum, ad diem* XXX *Ianuarii, refertur Memoria* Mathildis Comitiſſæ, *quam* Virginem *hanc* Mathildem, *arbitrati ſumus, lectore ad hanc* XXXI *Maji remiſſo. Hugo Menardus & Gabriel Bucelinus, eamdem ad diem* VI *Iulii Martyrologio Benedictino inſcripſerunt, & hos ſecutus dicitur noviſſimus kalendarii Benedictini in quatuor tomos extenſi auctor, Ægidius Rhambeeck, Scyrenſis in Bavaria Monachus; allegatque auctorem Vitæ Engelhardum, quaſi is* Regulæ Benedictinæ, Mechtildi ſervatæ aſſerte meminiſſet. *Sed neque ibi neque alibi, ullum talis aſſerti veſtigium apparet aut fundamentum. Econtra Innocentius II Papa in citato ſupra diplomate,* ſtatuit ut Ordo Canonicus, ſecundum B. Auguſtini regulam, in eadem eccleſia futuris temporibus conſervetur: *& ita* B. Mathildis *in Vita num.* 22, *cum petiiſſet ex redditibus dotis ſuæ donari vicinis eccleſiis panem in altari conſecrandum, addit:* Id quod petii veſtra, Pater pie Hartwice Præpoſite, mihi præſtet gratia, & confirmetur conſenſu omnium Confratrum & Dominorum meorum hujus Eccleſiæ Canonicorum. *Et in elogio ipſius Præpoſiti Hartwici apud Hundium, dicitur,* præter Canonicorum ſodalitium, & Sanctimoniales rexiſſe, ſeparato clauſas cœnobio: idque, ea moderatione & prudentia, quam B. Mathildis earum Præpoſitæ perſpecta ſanctitas commendat. *Præfuit Hartwicus Præpoſitus ab anno* MCXXXII *uſque ad annum* MCLXXIII, *& ſic uſque in noſtram ætatem ibidem perſeverant Præpoſiti, eorum qui Canonicam Regulam ſub Hartwico ſuſceperunt ſucceſſores, ut citra controverſiam videatur eiſdem adſcribenda* B. Mathildis. *Monaſterium quoque Oetilſtetinenſe ejuſdem cum Dyezzenſi inſtituti fuiſſe, vel ex eo colligas, quod ex hoc ad illius regimen poſtulata* Mathildis *fuerit. Si quis nihilominus dubitare vellet, huic opponètur Bulla Sixti IV* anno MCCCCLXXXI, XIII kalendas Novembris, Pontificatus anno XI, *data* Dilectis in Chriſto filiabus, Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii de Edelſteton, Ordinis S. Auguſtini, Auguſtanæ diœceſis. *Hujus Bullæ exemplum authenticum accepimus, ſub atteſtatione & ſigillo Auguſtini Grath, Doctoris & Notarii Apoſtolici.*

AUCTORE D. P.

E

*Non fuit Ordinis Benedictini ſed Auguſtiniani.*

6 *Suggerit ſub finem Vitæ auctor, ſe* in Ms. codice præterea reperiſſe Hymnum de S. Mathilde, & Officium Miſſæ de eadem: *& conſtat ex Appendice poſt Vitam adjecta, ad tumulum elevatum, & inſculpta Beatæ imagine venerabilem, votiva etiamnunc Sacra fieri, atq; defectuoſos multos ſanari. Miſſa nihil proprium habet præter hanc Collectam.* Deus qui nos annua B. Mechtildis Virginis tuæ ſolennitate lætificas: da ut quam veneramur officio, etiam piæ converſationis ſequamur exemplo. *Ex Officio accepimus Hymnum unum, cum Lectionibus ſecundi Nocturni.* Hymnus, *ad Sapphici metri ſimilitudinem aliquam male tornatus, ſic incipit;* Meritis celſam, præmio beatam &c. *Lectiones, elegantem Vitæ epitomen continent, dignam hic legi.* IV. Mechthildis Virgo floruit in Germania, per illud tempus, quo maximè in ea & alibi, religioſorum utriuſque ſexus Principum & reliquæ nobilitatis pietate ac munificentiâ, pene in immenſum crevit numerus monaſteriorum. Quare etiam parentes ejus, non minus liberalitate in Deum, quam ſummo genere illuſtres, duo Cœnobia fundarunt Dyezzæ in ſuperiore Bavaria, ad latus Occidentale, ubi flumen Ambra lacum efficit; in quorum uno Canonicos, in altero Canonicas poſuere ſub Regula S. Auguſtini. In hoc Berchtoldus fundator quinquennem filiam, in illo ſeipſum Deo conſecravit. Mechtildis ætate & ſapientia proficiens, florem virginitatis, obedientiæ ac humilitatis ceterarumque virtutum ornamentis ita cumulavit, ut à morte Magiſtræ una digna videretur, quæ reliquis præeſſet, ſed una reclamaret. V. Ad gubernaculum admota, exemplo magis quam verbo ſubjectas erudiit. Nulli durior quam ſibi ipſi, tenui victu, vili veſtitu utebatur. Balnearum ſemper abſtinens, carnibus veſci aut vinum bibere auſa non eſt, niſi ſemel aut iterum ſuperiori poteſtate ac juſſu coacta: nec

*Officium proprium.*

B

AUCTORE D. P.

nec plumis unquam, ſed paleis incubuit. Verba otioſa adeo ſtudioſè cavit, ut unum aliquando ſibi elapſum multis lacrymis & longa pœnitentia expiaret. Qua virtutum exercitatione & regendi prudentia effecit, ut ad nobilium Canonicarum Abbatiam in Suevia gubernandam ab Epiſcopo Auguſtano accerſeretur; quas in ſanctam ac ſponſas Chriſti decentem diſciplinam, ſuaviter juxta & fortiter, reformavit. VI. Gratia ſanitatum prædita, multorum infirmitates, curavit. Ab energumena malum dæmonem orando expulit, eamdemque mutam loqui fecit. Sanctimoniali oculum, ſubula trajectum, tactu reſtituit. Morituram ſe præſentiens, Dyezzam referri voluit, ut ubi ſe Chriſto donaverat, ibi ab eo reciperetur. Ergo ad iter æternitatis ritè ſe comparans, habito ad Virgines Chriſti de caritate & animorum concordia luculento ſermone, placidè obdormivit in Domino, anno ſalutis milleſimo centeſimo ſexageſimo. Corpus ejus, cum velo capitis, poſt annos trecentos & octo, ex terra elevatum, & tumba marmorea conditum, frequenti fidelium devotione colitur, ac ritè petentibus hodieque impertit diverſa beneficia.

B

*Nomen varie ſcriptum.*

7 *Quod ad nominis orthographiam ſpectat, indicat Simon Præpoſitus*, nomen ejus antiquiſſime ſcribi Mathildis, in Kalendariis mortuorum monaſterii: ſed poſteriores ſenſim variaſſe, ſcribendo Mæthildis, Methildis, Mahtildis, Mehthildis, Machtildis, Mechthildis, Mæhtildis, ac demum Mechtildis, *uti ſcribunt Raderus & Brunnerus. Nos* Mathildem *cum Simone appellamus, uti ſcripſimus cum Martyrologio Romano ad* XIV *Martii B. Mathildem Reginam, conjugem Henrici Aucupis Regis Germaniæ, nec dubitamus, quin inde nomen celebre factum ſit apud poſteros.*

# VITA

## Auctore Engelhardo, Ordinis Ciſtercienſis.

### *Ex antiquis Lectionibus Henrici Caniſii.*

### EPISTOLA DEDICATORIA I.

C

DOmino Præpoſito & Fratribus univerſis in Dyezzen, Engelhardus, pauper & modicus, non modice in Domino valere. Servitium ſervivi vobis neſcientibus, neſcio an & nolentibus, utinam & patienter ferentibus. Theſaurum veſtrum prodidi ego: quæſo, ignoſcite, hoc cogitantes, quia ſecretum Regis celare bonum eſt, Dei autem gloriam revelare honorificum eſt. In hoc ſcrupulus, quod meâ non intereſt, prodidiſſet; veſtrum fuit hoc, & forte cauſamini cum Eſau, quod ego præripui benedictionem veſtram. Si facerem hoc ſecundo, recte cauſaremini: Supplantavit enim, inquit, me alterâ vice. Semel operatus ſum pro vobis in ſcribendo Vitam B. Mathildis, utinam benedictionem patris in eâ meruerim, & ipſa ſit Rebecca pro me, ne inducat ſuper me malectionem pro benedictione. Utinam Deus alteram Mathildim mihi det, in quâ ſecundam benedictionem promerear, ſcribendo verum, laudando Deum, proponendo exemplum, extollendo miraculum. Hæc facta ſunt in Mathilde veſtrâ, imo noſtrâ, de quâ multum rogatus, ſed parum eruditus, ſcripſi quod ſcripſi; & plus feciſſem, ſi plus vel melius ſciſſem. Vellem apud nos jam & alter Apollo inter vos fieri, fiducialiter agens pro Sanctâ, eſſetis & vos mihi Priſcilla & Aquila, docentes me quæ neſcio, ad hæc forte ſcribenda. Eſt tamen locus vobis benedictionis promerendæ, ut omiſſa mea ſuppleatis, errata mea corrigatis, falſa mea deleatis, & laborum meorum in caritate veſtrâ gloriam faciatis. Chriſtus eſt Dei virtus & Dei ſapientia, virtus infirmis, ſapientia ſtultis; utriſque corrigendis ipſius vobis officium in me ſumite, infirmum ſupportando, ſtultum emendando: & hoc cogitate, quia panis eſt, Qui edunt me, inquiens, adhuc eſurient: ſed & fons, Qui bibunt me, adhuc ſitient: poſtremo quia ſapientia, Qui elucidant me, vitam æternam habebunt: & ut, quod prius eſt, ultimum ponam, lapis eſt, Qui operantur in me, ait non peccabunt. D

### EPISTOLA DEDICATORIA II.

DOminæ Illuſtræ *a* Comitiſſæ N. Frater E. quondam dictus Abbas, nunc autem pauper Chriſti in Lanchaim, orationes peccatoris & ſervitium pauperis. Rogatus à vobis Vitam ſcribere B. Mathildis Abbatiſſæ, vix audeo acquieſcere, cum ſciam difficile doctis indocti verba placere. Qui ad pondus & menſuram & rationem more Dei volunt cuncta conſtituere, & conſtituta oſtendere, mallem illos arripuiſſe opus, & mihi calumniandi occaſionem vel cauſam abſtuliſſe. Sed ipſis dedignantibus, & circa Leges vel Decreta occupatis, ego ruſticandi ſtudioſus, vitam aggrediar feminæ beatæ, ſanctitatis ejus auctorem ſanctum invocans Spiritum, ut bona, quæ illi contulit facere, mihi largiatur edicere. At omnia illius non attingo, quia neſcio. Nam, ut ſcitis, vix horâ unâ vobis aſſedi, quâ capitula nobis recitanda collegi. Sed nec ipſa cum viveret, ſua vel aliqua ſciri voluit; cum exemplo Dominico jubens de ſe taceri, virtutes latere non poſſent, ſed virtus ipſa clamaret. Adſit mihi pietas Sanctæ, juvet immeritum meritis ſuis, ut ſi magiſtris & ſapientibus mundi ſcribendo diſpliceo, placeam ei cui ſe Sancta probavit; quæ in vitâ laudari noluit, quia timuit; poſt mortem, quia non timet pia, laudem pietatis admittit. *b* E

a *Simon Præpoſitus Dyezzenſis interpretatur*, Comitiſſam de Orlamund, *in cujus fratre Ottone, anno* 1248 *mortuo, defecit proſapia Dyezzenſis.* F

b *Interſerebantur Capitula, quorum verba hic conjungimus, & in numeros convertimus, more noſtro diſtinctos. Sunt autem hæc Capitula.*


1 QUo fuit genere nata.
2 Adulta, carne & vino abſtinuit.
3 Quod medicinam carnalem non adhibuit.
4 Quod obediens ultra hominis menſuram fuit.
5 Quod patiens in infirmitatibus fuit.
6 Quod mendacium fugerit.
7 Quam diſtricta ſibi, aliis pia & clemens fuerit.
8 Quod in Magiſtram eligitur.
9 Quod in Abbatiſſam eligitur in Oetilſtetin.
10 Qualiter vixerit in regimine.
11 Quod apertum clauſtrum ipſa recluſit.
12 Quam frequens in eccleſia fuerit.
13 Quod in ſtramine ſine plumis jacuerit.
14 Quod honorem fugiens non effugit.
15 Quantæ compunctionis fuerit.
16 Quantum fleverit pro uno verbo otioſo, & quod non riſerit.
17 Curiam adiens, ex aqua ter vinum bibit.
18 De dæmoniaca curata.


19 Quod

A 19 Quod obitum præſcivit ſuum, & in Dyezzen rediit.
20 Quod ad caritatis donum Sorores admonuit.
21 Quod decima ſubſtantiæ patris ejus in Diengen, data eſt eccleſiæ S. Mariæ Virginis in Dyezzen.
22 Quod eventu mirabili ſemel carnes comederit, vinum biberit, & ſemel riſerit.
23 Quod oculum, excuſſum ſubula, reſtauravit.
24 De exhortatione Præpoſiti Hartwici ſuper ægram.
25 Quomodo exitum ejus Angeli vel dæmones obſervabant.
26 Quod in morte gaviſa eſt ad viſionem S. Mariæ.
27 Quomodo Chunrado gratias egit.
28 Quod inviſibiliter communicavit.
29 Quod in tranſitu ejus pius fuit fletus, ſed magis pium gaudium omnium.
30 De Chunrado quodam, qui à gravi capitis dolore ibidem curatus.
31 De gloria exequiarum ejus.
32 Defunctæ crines abſciſſi contra tonitruum valent.

## CAPUT I.

*Nobilis ortus: monaſtica vita. Præfectura in Dyezzen: Oetilſtetinenſis Abbatia ſuſcepta: Clauſura procurata.*

a *Genere illuſtri nata,*

IGitur Mathildis, nobilis carne, ſed mente nobilior, de ſanguine *a* Imperiali duxit originem: ſed genus eſſe Dei, pluris habuit per pietatem. Ad hanc ſe totam converterat, hanc æmulabatur, huic ſtudebat; ut alium patrem ſuum neſciret, quam Deum; nec aliam matrem, quam illam, in qua oblata fuit, Dyezzenſem eccleſiam, videlicet illius tunc magiſtram. Equidem de *b* Dyezzen ſanguinem, unde traxit & ſanctitatem, Principis terræ filia, & filio Dei cæli in eodem monaſterio ſolenni oblatione deſponſata, Sponſo ſuo placere contendit in tantum, ut terrena deſpiceret & amaret cæleſtia; ſciens duobus dominis non poſſe ſerviri, nec virginem ſequentem amatores ignobiles à nobiliſſimo poſſe amari. Audierat à David: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam; & concupiſcet Rex decorem tuum: & factum eſt ita. Audivit in tremore, nunc videt in exultatione; inclinavit aurem ſuam, humilem & hilarem exhibens obedientiam, & hoc in eam Regis excitavit concupiſcentiam. Quinquennis intravit monaſterium; non pedem poſuit foras, non linguam, non animum, ſed nec de ore ejus auditum eſt unquam ſeculare verbum. Dulcis infantula infantilia ſua tam mature geſſit, ut maturas ætate, non verbo, ſed exemplo corriperet.

b

Ps. 44, 11. *quinquennis oblata monaſterio,*

C

2 Crevit corpore, crevit & mente, crevit & virtute, amplius etiam quam ætate. Audebat in fortitudine ſæpe mittere manum ſuam ad fortia, domare carnem ſuam carnis abſtinentia: non ut creaturam Dei quæ bona eſt rejiceret, ſed ne carnem edens carnis vitia nutriret. Abſtinuit & à vino, in quo eſt luxuria, ut vinum illud lætificans cor hominis in crapula ſæpe biberet, & diceret in lætitia cordis ſui, Botrus Cypri dilectus meus mihi. Denique carnem illam Agni paſchalis, Agni peccata mundi tollentis, in remiſſionem peccatorum ſuorum frequenter accepit, edens illum potius mente quam dente, & parans ſe illi templum mundum, tam corde quam corpore. Parum fuit hoc in oculis ejus, adjecit majora præſumere, ſpiritu infirmitatem ſexus adjuvante. Contempſit & balnea, cum Petro audiens; Qui lótus eſt, non indiget niſi ut pedes lavet: quos etiam ipſam laviſſe non negaverim, ne audiret illud tonitruum, Si non lavero te, non habebis partem mecum.

*carne & vino abſtinet:*

Cant. 1, 13 *ſæpe ſacram Euchariſtiã ſumit:*

Joa. 13, 10

A. ENGELHARDO

3 Sæpius infirmata cum Paulo, dixit; Cum enim infirmor, tum fortior ſum & potens; libenter glorians in infirmitatibus ſuis, ut inhabitaret in ea virtus Chriſti; certa & experta, quod virtus in infirmitate perficitur. Unde & medicinam carnalem corpori ſuo numquam exhibuit, Agathæ *c* jam ſodalis & ſimilis. Nam quod huic gladius in morte defuit; gladio tamen verbi Dei quotidie vulnerabatur, totum ad ſe trahens, quod in ſermone, quod in lectione legeret vel audiret; carnem ſuam crucifigens cum vitiis & concupiſcentiis, timens gehennæ ſupplicia, & ambiens promiſſa cæleſtia.

2 Cor. 12, *ægra meditinam non admittit:*

C

4 Nihil tamen ſuo fecit arbitrio. Ab ore Magiſtræ tota pendebat, ut quod illa prohiberet, iſta numquam præſumeret; quod juberet, numquam negligeret, numquam differret. Sic obediens fuit, ut antiquum obediendi miraculum ſibi traxiſſet in uſum, & quodlibet opus imperfectum relinqueret, mox ut vocantis vocem vel jubentis audiret. Scribere ſolita & docta, apices inchoatos ſæpius inventa eſt ad ſonum vocantis Magiſtræ vel campanæ non impleſſe, ut audiret de ſe præconium Domini, In auditu auris obedivit mihi. Sed & viro forti ſe comparans, de quo Salomon; Vir, inquit, obediens loquetur victorias; victorias loquebatur Mathildis noſtra, vincendo cor ſuum, vincendo ſexum, vincendo diabolum. Et in ſpiritu Dei facta cum Deo ſpiritus unus & cor unum (Siquidem teſte Paulo, Qui adhæret Domino, unus eſt ſpiritus) jam mente quaſi in monte mundo ſupereminens erat: aſpexit & deſpexit ſub ſe omnia, cantans & pſallens in corde ſuo canticum illud caſtitatis, canticum caritatis; Regnum mundi & omnem ornatum ſeculi contempſi, propter amorem Domini mei Jeſu Chriſti: quem vidi fide recta, quæſivi ſpe firma, dilexi caritate perfecta. Sic Mathildis noſtra in medio juvencularum tympaniſtriarum cantavit in viis Domini, Quoniam magna eſt gloria Domini.

*prompte obediens litteram imperfectam relinquit:*

E

2 Reg. 22, 45. Prov. 21, 28.

1 Cor. 6, 17.

5 Virtuté virtuti conjunxit, obedientiã patientiæ præferens; [& ſuſcipiens] omne flagellũ infirmitatis à Deo, adverſitatis à proximo, tentationis à diabolo; ad nullum horum murmurans, indignans, vel repugnans. Nam cum tentaretur à diabolo, huic ſe totâ virtute oppoſuit, reſpuit & contempſit: neminem etiam, præter eum, unquam inimicum habuit. Omni major invidiâ, invidas, ſi quæ fuerunt, caritate ſuperavit, virtute confudit, auctoritate obruit, humilitate proſtravit, ut ſibimet feciſſet, ſi qua moliretur aliquid contra illam. Nam nobiliſſima omnium omnibus ſe fecit ancillam, nulli ſe præferens, nulli comparans; facta ipſa vas ſibi perditum, ſed utile & in honorem omnibus qui erant in domo Dei. Si qua tamen, ut fieri ſolet, aliquando loqueretur, quod poſſet offendere, ſurdis auribus ſtuduit præterire; obturans aures ſuas ſecundum Prophetam, ne audiret ſanguinem; & oculos ſuos avertens, ne videret vanitates. Silentium tantum indixerat ſibi, ut mutam crederes; ſi vero loqueretur, cum Angelo te conferre putares.

*fortis in adverſitatibus ferendis,*

F

Eſai. 33, 15.

6 Mendacium ſic cavit, ſic abhorruit, ut non argueret eam omnis caro: ſed & talis eſſe ſtuduit in conſcientiâ, ut ſecundum Job non reprehenderet eam cor ſuum in omni vitâ ſuâ. Hinc dilecta Deo & hominibus, cum multorum peteretur affectu, multorum munuſculis tentaretur, turturi ſuo turturem ſe cuſtodiens, contempſit munera, reſpuit blandimenta, fugit colloquia. Inde & *d* Fratres ſuos Principes vix videre conceſſit, & tam breviter, ut puncto eis aſſediſſe ſuffecerit: hinc eis carior, quo

Job 27, 6. *conſcientiã puram ſervat.*

A. ENGELHARDO M.

eorum colloquia renuit. Sciebat in multiloquio non deesse peccatum, quia vix ad interrogata respondens, linguam placabilem lignum vitæ in se ostendit. Ex hoc non Sororem, sed Dominam suam eam nominaverunt, coluerunt, & honoraverunt.

7 Tam nihil habebat proprium, ut nihil diceret suum; tam communia faciens sua singulis, ut singulare nihil pateretur habere præ ceteris; tam pia, tam clemens erat omnibus, tam patiens, tam compatiens universis, ut cujuscumque dolorem, suum crederet; gauderet denique Pauli exemplo cum gaudentibus, fleret cum flentibus, cum infirmis infirmaretur, & aliorum scandalis ureretur. His cana sensibus, his affectibus anus juvencula, ætatem senectutis, vitam immaculatam gessit, majori placens & minori. Omnibus debita reddidit, Prælatis subjectionem, senioribus honorem, junioribus amorem: sed & ipsis ancillis rogans imperavit, ne se Dominam dicerent, sed Sororem. Et sic dum fugeret, non effugit honorem; dum exhibet omnibus, omnium habet vel invita favorem.

*omnibus comis & humilis,* Rom. 12, 15.

8 Tecta sub modio, lucerna lucens & ardens, latere voluit: sed quod voluit, non potuit: posita est super candelabrum, ut luceat intrantibus in domum. Domus illa Dyezzensis viduata est Magistrâ suâ: mœror fit & luctus omnium: sed præ omnibus Mathildis, quæ sese orphanam tunc primum sentiret, cum, ut prædictum est, aliam se matrem habere nesciret, aliam contemneret. Versata sunt consilia de aliâ substituendâ: sed omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci. Quid utilius quæque diceret, quid dulcius audiret, quam Mathildis nos regat, nos gubernet, nobis imperet! Verbum abbreviatum fecit Dominus; vocem sequitur effectus, effectum lætitia, lætitiam perseverantia. Mathildis sit Magistra, dolet, renuit, reclamat, quæ nihil injunctum, nihil rogatum ante renuerat. Cogitur in virtute obedientiæ, obediens opus facit Euangelistæ, monens & suadens de regno Dei, cum fide, cum fervore, cum dulcedine. Salvandæ uni animæ suæ prius intenderat; intendit pluribus nunc salvandis, castigans corpus suum & in servitutem redigens, ne forte aliis prædicans ipsa reproba inveniretur, & dicerent ei quasi in occulto, Medice cura teipsum. Multum jejunaverat ante, vigilaverat plus, oraverat plurimum; nihil putat se egisse. Accingitur, primum nunc arripiens arma militiæ Dei, arma spiritalia, arma potentiæ Dei: fit altera Judith, pugnatura cum Holoferne; fit Esther, Aman hostem pessimum deletura; fit denique Maria, cum tympanis & choris populum Dei præcessura. Exhortatur subditas suas, Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est, laudans ipsa nomen Domini cum cantico, & magnificans eum in laude; incipiens cum Jesu facere & docere. Prima omnium Chorum intravit, ad opus consedit, & disciplinæ tenax omnia pietate permiscuit, sciens secundum Apostolum; Quia corporalis exercitatio ad modicum utilis est. Nulla in victu, nulla in vestitu differentia fuit, nisi quod ipsa vilioribus utebatur, nec posset inter alias aliunde dignosci quam veste, non immunda quidem, sed omnium viliori. Signum cognitionis ejus humilitas & hilaritas vultus, tam nobilis, tam insignis, ut in eo Angelum exhiberet; tam gravis, tam matura, ut nihil petulantia, nihil levitas coram ea præsumeret. Sic denique se, sic suas egit, ut schola Christi esset domus illa, tam Deo conjuncta per amorem, ut secundum Prophetam nullius os loqueretur opera hominum, & quisque adveniens, audiens, & recedens, vere testaretur; Quia Deus est vobiscum: hodieque Mathildis, quasi vivens in corpore, est eis sanctitatis exemplum.

B

*in Magistrâ electa,*

C

*bono exemplo præit:*

Act. 19, 8

1 Tim. 4, 8

D

9 Aurum fuit Mathildis nostra, quod per ignem transierat: purum visum est omnibus, etiam in coronam summi Regis gloriose transferendum, malleis productum, sed adhuc melius producendum. Non sufficit Deo, quod laboraverat; ad laborem denuo vocat eam, acquirere sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum, & vocare non plebem Dei, plebem Dei. Erat *e* domus una de antiquis ecclesiis; nobilis in personis, dives in substantia, cujus obierat *f* Abbatissa, & religio simul decesserat, vel ante ipsam, vel cum ipsa: est enim solitum & justum Dei judicium, ut negligentia disciplinæ certissimum sit rerum & facultatis excidium. In illis diebus non erat Rex in Israël; & unusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat. Fuerat domus dilapsa, dilapidata substantia, sublata disciplina. De restauratione cogitabant, quibus id curæ vel cordi fuit, ut in loco Dei Deus haberet gloriam, refloresceret disciplina, desinerent vitia, virtutes denuo plantarentur. Quæsitum est, per quem istud fieret; & nemo inventus est dignus, qui aperiret librum, nisi leo de tribu Juda, & Mathildis ejus ancilla Dyezzensis Magistra. Hanc eligant, ajunt Principes, in hanc suadet Antistes. Huic obediemus, inquiunt Sorores *g*. Hanc eligimus, hanc petimus, dicunt omnes. Fit electio, fit exultatio. Acclamatur, Deo laus & gloria, imprecantur electæ fausta, domui pacem, rebus abundantiam, moribus disciplinam. Affuit his Deus agendis, movendis, & promovendis, & beato fine complendis. Mittitur pro ea electionis titulus, Pontificalis commendat auctoritas, junguntur Principū preces, Sororum humilis & devota petitio, totius familiæ supplicatio, sed & provinciæ serviendi larga promissio. Omnia hæc, in comitatu nuntiorum, commendata litteris, firmata testimoniis, approbata personis. Veniunt ad locum, aperiunt nuntium, dant nuntiis litteræ testimonium, quorum nobilitas pluris potuit esse quam scriptum. Domum fama pervolavit & invadit omnes mœror, quod thesaurum vix inventum & optimam margaritam essent amissuræ, cujus amore amor Dei coaluerat eis, ut alios amores nescirent, nisi Dei tantum & Mathildis. Petitio venit ad ipsam, erubuit, renuit, reclamavit, Posuerunt me, inquiens, custodem in vineis, vineam meam non custodivi: satis est mihi in judicium unam non custodisse, quam post hanc illam quoque negligere. Prævaluit autem Episcopalis auctoritas *h*, quam juvit nuntiorum & actorum facundia, ut cederet, & fieret voluntas Dei major quam sua. Sorores tamen & familia perstiterunt in tristitia, damnum intelligentes maximum profectus sui, quem unaquæque habuit in ejus præsentia. Acquiescit altera Rebecca, vadit cum pueris Abrahæ, venit ad Isaac filias ei paritura non paucas, qui & occurrit ei ad puteum viventis & videntis. Illic invenit eum, possidens in patientiâ animam suam: siquidem & Rebeccæ patientia ducens ad risum, qui est Isaac, deambulans ad puteum viventis & videntis Scripturæ: nam alius risus non est viventis, nisi qui de promissione sermonis Dei; sed nec videns, nisi cujus revelat oculos Deus, ut consideret mirabilia de lege Dei Sic proficiscitur Rachel altera, oves patris sui adaquare: nam gregem ipsa pascebat, illa pecorū, ista hominum: & ecce Jacob hauriens ei aquā de puteo, & adaquans oves cum ea, faciensque reduci ad pascua. Numquid non & Sephora fuit, quā Moses à pastoribus violentis defendit, ut gregem

e

f

*ut collapsa disciplina in Oetilste: in restauretur,*

E

g

*eligitur Abbatissa:*

F

h

*Heroidibus antiquæ Legis comparanda.*

cum

A cum eâ pariter adaquaret, poſtremo & paſceret? Hæc in figura illis contigerunt. Mathildis pro tribus illis; Iſaac dico, & Jacob, atque Moſe, Chriſtum habuit, gregem ſecum paſcentem pane illo, qui deſcendit de cælo, & dat vitam mundo; adaquantem illo etiam de fonte, qui de Paradiſo egreditur, & deinceps in quatuor capita dividitur, quia in quatuor principales virtutes ſeſe partitur. Ad hunc proficiſcitur Domina Mathildis cum Regina Saba audire ſapientiam Salomonis, oſtenſura ſe amicam, columbam, formoſam, non ſuis meritis, ſed dono gratiæ Salomonis. Proficiſcitur, inquam, lætantibus & exultantibus, qui eam deducerent; flentibus & lugentibus, qui eam dimitterent. Quis perdat auri maſſam, & non doleat? quis margaritam fulgentem, & gemmam carbunculi pretioſam, & æquanimiter ferat? Id tibi cogita de Mathilde. Sed quod gravius eſt illis, illam amiſiſſe. Sedquid viam prolongem longam ſatis, & non hanc in ſua deducam? ſuis exhibeam? Venit expectata, & benedictio Domini cum ea. Excipitur cantu lætitiæ, oſculis exultationis, in amplexus novæ matrisfamilias irruunt filiæ, ſed & tota clientela inclinatur ante faciem dominæ. Defertur ad requiem: ſed non eſt requies, ubi videt laborandum, nec ſine labore gravibus damnis conſulendum. Induit animum viri mulier fortis, cujus pretium non propè, ſed procul & de ultimis finibus invenitur. Laborat acſi nihil egerit prius, & laborem lætitiæ ſecutus eſt fructus.

*excipitur cum lætitia;*

B

10 Cauſam cum hominibus pugnandi non habuit prius, nec agere terrena cogebatur: nunc ad nutum ejus cuncta pendebant, & de Mariâ Martha effecta fuiſſet, niſi ad pedes Domini optimam ſibi partem elegiſſet. Unde & reſpondit Dominus pro ea, providens illi ſuæ ſolicitudinis ſolatia, viros foris, ſorores intus collaborantes, & fideles & prudentes in rebus agendis, ſupponentes ſe totos in parte ſolicitudinis, & Dominæ deferentes plenitudinem poteſtatis. Soror Mathildis contendit appellari, ſine Dominæ adjectione, altum omne contempſit in nomine; ſed uſus exegit Domus & Monaſterii regula, ut Domina vocaretur & Abbatiſſa. Ad hoc nomen habuit ordinari, & ab Epiſcopo ſolenniter benedici; ad quod utique non conſenſiſſet, niſi & domum ſuo jure minuere, & donum Dei in ſe reſpuere timuiſſet. Conſenſit ergo: benedicta eſt, & benedictione aucta. Aucta dico per gratiam, ſublimata ad gloriam, non tam nominis, quam conſummatæ virtutis. Videres in ea pleno plenius adjici, perfecto perfectius, ut delicias præteriti temporis nova carnis caſtigatione redimere putaretur ab eo, qui neſciret, in quanto prius rigore vixiſſet. Ceterum ita domuerat carnem, ut jam non contra ſpiritum concupiſceret, ſed tamquam domino ancilla ſerviret; non nolens, aut coacta, ſed volens & ſpontanea, & virtutis ſuavitate delectata. Cantabat ergo in viis Domini, quoniam magna eſt gloria Domini; dicens Deo in orationibus ſuis, In viâ teſtimoniorum tuorum delectata ſum, ſicut in omnibus divitiis. Hoc fecit, hoc docuit, & eodem affectu poſt ſe gregem ſuum traxit; ſimilis ipſa mulieri Euangelicæ, quæ in ſata tria miſit fermentum, donec fermentaretur totum. Non tamen facile inchoanti: nam durum aſſueta relinquere, & licentias illas illicitas illicitis magis velle prohibere: ſed prohibitæ ſunt, Domino Abbatiſſæ cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Quæris quibus? Primum ſignum quod ſancta dedit, ipſa fuit. Juvencula nobilis, formâ herilis, viſu amabilis, talis erat in moribus, talis erat in motibus, talis eloquio, talis contubernio, ut non argueret eam omnis caro; ſed nec mentiri auderet fama de illâ, quod maximum eſt decus, teſtante S. Ambroſio, quo commendatur virgo. Talis fuit mater Dei Maria, talis & Mathildis pediſſequa ejus, imitans eam in omni diſciplina; imitans eam, dico, uſque ad partum illum divinum, qui Mariæ fuit ſingulare privilegium, & ei præ conſortibus ſuis plenitudine gratiæ ſequeſtratum. Ceterum qui Mariæ filius, hic Mathildis eſt ſponſus; tam dulcis ei, ut nihil non dulce crederet, non ſuave reputaret, in quo illi placere potuiſſet. Ad ſuadendum tam efficax fuit, ut duriſſima corda molliret, & ſermone verbi ſalutaris leves quaſque ad maturitatem corrigeret, & diceret correcta illud B. Job; Quæ prius tangere nolebat anima mea, nunc præ anguſtiâ cibi mei ſunt. Sic fecerat timoratas, ſic vitæ præteritæ pœnitentes, ut audirent ab Apoſtolo, Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? nam finis illorum mors eſt. At ipſa timoris Dei forma erat illis, in mandatis ejus ſervandis; in tantũ, ut cum S. Job dicere poſſent, Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum, & pondus ejus ferre non potui. Hinc faciles erant flecti, & quidquid eſſet retortum vel recurvum, redegit ad lineam, ad normam revocavit; in pondere, menſurâ, & ratione cuncta conſtituens, & poëticum illud apud ſe dicens,

A ERGSÆ-HARDO M.

*reddit ſubditas maturas & timoratas:*

Iob. 6. 7.

Rom. 6. 21

Iob. 31. 23

B

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit conſiſtere rectum.

Recto ſic intendit Mathildis, ut miſericordiam & judicium cantaret Domino, ſed cum Domino miſericordiam ſuperexaltaret judicio. Sic moderatur omnia, ſic ſingula ſeparat, ut & fortes plus laboris pro Deo appeterent, & infirmæ non refugerent. Dicebat in ſpiritu diſcretionis illud Jacob, Si greges meos in ambulando plus fecero laborare, morientur cuncti uno die. Fortiter illud Salomonis exhortans ait; Quodcumque poteſt manus tua facere, tu inſtanter operare; quia nec opus, nec ratio, nec ſcientia erunt apud inferos, quo tu properas. Et conſolans adjecit; Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis, ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Item: Momentaneum & leve tribulationis noſtræ ſupra modum in ſublime æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Sed & illud admirans, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus diligentibus ſe; Quæ, inquit, talia ſunt & tanta, ut pro his leve ſit ferre vigilias, jejunia, vel quælibet aſpera. Hoc vitâ probavit & linguâ, apponens manum linguæ, opus verbo; imo digitum ſuperponens ori ſuo, ut dictis facta præeminerent, nec alias doceret, quod plus & prius ipſa non feciſſet. Tantâ pietatis clementiâ præerat, ut non verbo vel officii nomine mater haberetur, ſed opere & veritate; tantum cuique apud ſe præbens fiduciæ, ut nihil eam celarent conſcientiæ ſuæ, ſed inſtar Adam & Evæ ſibi nudæ eſſent: nudæ, dico, corde, non corpore; puritate, non temeritate; non impudentiâ, ſed innocentiâ.

*diſcreta in opere exigendo,*

Gen 33. 10

Eccl. 9. 10

C

*In Abbatiſſam benedicitur:*

F

*benignitate corda emolliit:*

11 Adjecit adhuc fructum facere majorem, in gloriam Spon, ſi acceſſus prohibere virorum, ut veritas caſtitatis haberet & ab his teſtimonium, qui foris ſunt; nec haberet adverſarius aliquid loqui de eis obtrectandi gratiâ. Loquitur ſuper hoc Sororibus, contradicentes aliquas audit, ſed non exaudit. Inſtat eis loqui de propoſito caſtitatis, votum grande profeſſione firmatum, fragilem ſexum, multiformem inimicum, nec cum eo in campo congredi feminis tutum; ſed juxta Martini ſententiam, ſatis eſſe ad laudem, ſi ſe intra caſtra con-

*contra acceſſus virorum claſſuram inducit.*

*malens Sororappellari,*

A. ENGELHARDO M.

contineant; fœdiſſimum autem, ſi vel illi illas, vel illæ illos frequenter adeant. Flores quoque Scripturarum ad caſtitatem ſuadendam decerpſit multos. Odoratæ ſunt plurimæ odorem vitæ ex eis, adeo ut ſui clauſuram expeterent; quædam odorem mortis acciperent, ut claudi omnino renuerent. Venit foras verbum, acceptatum eſt tamquam à Deo miſſum, & Deo oratione commiſſum. Advocatur Epiſcopus, panditur verbum prius abſconditum; quæruntur voluntates; inveniuntur diverſæ: ſed poſtremo, præter paucas, omnes poſt Abbatiſſam converſæ. Laudes Deo & gratiæ referuntur, clauduntur volentes remanere, claudi nolentes dimittuntur voluntati ſuæ. Tum demum floruit hortus Domini, & emiſſiones ejus tamquam paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Illa prius cum Militibus uſitata colloquia verſantur ad Angelos; & in foraminibus petræ, in cavernis maceriæ verſabantur columbæ, in vulneribus Chriſti & Angelorum frequentiâ felices, à ſe fuerunt occupatæ. Percurrebant deſiderio paradiſum, & per jubileas amœnitates cordibus ferebantur, & Sponſum fletibus invitabant ad hortum, ut paſcatur inter lilia, quo ſingulis virtutibus ſibi quæque diceret, Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel & favum ori meo, loqui autem de ſeculo, amarius eſſet abſynthio. Ita floruit hortus Domini, quem conſeverat ei Mathildis, adjutorio Spiritus ſancti, pulcher ad videndum, dulcis ad guſtandum, ſuavis ad odorandum, ſed tener ad tractandum. Nova enim plantaverat, & ne incautè moverentur lingua ſeculari, diligenter cavebat. Porrò ſpiritales viros litteratos gaudebat admittere rigatores, rogans ſingulos effundere phialas ſuas, & verbo Dei refrigerare plantas ſuas, fovere areolas, areolas aromatibus conſitas. Sic faciebat Mathildis, dies per ſingulos offerens holocauſta per ſingulas, dicens Deo: Perfice vineam quam plantavit dextera tua, & ſingularis ille ferus longè ſit ab ea: ſpiritus tuus bonus bonum operetur in ea. Igitur filiæ Dei à filiis hominum ſemotæ, ſupra homines eſſe nitebantur, cum Mariâ ſedentes ad pedes Domini, & audientes verbum illius; matre ſuper eas lætante, quod laudarentur voce Dei, quia partem optimam elegiſſent ſibi.

B

## ANNOTATA.

C

a Fredericus I *Barbaroſſa ſive Ænobarbus infra num.* 17 B. Mathildem ſuam cognatam *appellat.*

b *Infra num.* 21 *dicitur* Dyezzen à patre & proſapia Virginis fundata: *& num.* 22 *pater ſapius appellatur* Comes Bertholdus.

c *Acta* S. Agathæ *Virginis & Martyris illuſtrata ſunt ad diem* 5 *Februarii.*

d *Inter fratres fuit* Bertholdus 2 Comes, *&* Otho Epiſcopus 12 Bambergenſis.

e Oetilſtetin *in titulo dicta, aliis* Edelſtetin *&* Oetlinſtetin, *inter Auguſtam & Vlmam medio itinere.*

f *Bruſchio* Giſila, & prima Abbatiſſa *dicitur*, *&* ſecunda B. Mathildis, *ſed ſic non fuiſſet* domus de antiquis eccleſiis, *ut hîc dicitur.*

g *Eidem Bruſchio dicuntur fuiſſe* Canoniſſæ liberæ, & ab omni profeſſione ac regula immunes, quibus liberum erat egredi ac nubere.

h *Tempus hujus electionis innoteſcit ex Additionibus Gewoldi tom.* 2 *pag.* 262, *ubi Anaſtaſii Papæ IV Breve recitat, Datum Laterani* X *Kalend. Decembris, atque adeo anno* MCLIII *vel* IV, *nam annum tantum* 1, *menſes* 4, *dies* 23 *Anaſtaſius ſedit, defunctus* 2 *Decembris, uti in Conatu Chronico-hiſtorico docetur. Brevis iſtius hic eſt tenor.* Anaſtaſius Epiſcopus Servus Servorũ Dei, Dilectæ in Chriſto filiæ M. Electæ monaſterii de N (*malim ſcriptum fuiſſe* O) ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sicut obedientes ad æternæ vitæ præmia per obedientiæ virtutem perveniunt, ita inobedientes per inobedientiam damnationem æternam utique promerentur. Pervenit quidem ad nos, quod cum canonicè ad onus ſis Abbatiæ vocata, onus ipſum non velis ſuſcipere, & recuſas aliis miniſtrare; cum Chriſtus non miniſtrari, ſed miniſtrare veniſſe legatur. Quia ergo melius eſt obedire quam ſacrificare, & auſcultare magis quam offerre adipem arietum; devotioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus jugum Chriſti, adminiſtrationem videlicet Abbatiæ, ad quam vocata es, nullatenus recuſes accipere, & mandatis venerabilis Fratris noſtri Auguſtenſis Epiſcopi, nequaquam audeas repugnare; ſciens quia eidem Fratri noſtro dedimus in mandatis, ut, ſi obedire nolueris, canonicam in te cenſuram exerceat. *Erat autem tunc Auguſtenſis Epiſcopus* Conradus à Lutzelnſtein, *teſte Bruſchio, electus* 1152.

D

## CAPUT II.

### *Illuſtres Mathildis jam Abbatiſſæ virtutes & miracula.*

QUid ipſa ſtudii, quid fervoris habuerit, non tacui ante; ſed jam quaſi de novo incipiens, & velut aquila juventutem ſuam in Dei ſervitio renovans, cœpit ardua petere, & quaſi non ambulare ſuper terram, ſed dicere cum Paulo, Noſtra converſatio in cælis eſt. Frequens in eccleſiâ fuit, veriſſime cohærens mente Deo, converſatione Angelis, cohabitatione Sanctis, quorum ſe gaudebat adeſſe Reliquiis. Si quis eam alibi quæreret, non inveniret; ſed illic inventam, pulſare non auderet, ſtante ſuper eam Sponſo, prohibente & dicente; Adjuro vos filiæ Jeruſalem, ne ſuſcitetis, neque evigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit. Talem ſe horâ orationis exhibuit, ut Deo videretur injuriam facere, qui ab eo voluiſſet eam abſtrahere, & ipſum dicere Mathildi; Qui tangit te, tangit pupillam oculi mei. Hinc ipſa Deo adhærens, & unus cum eo ſpiritus exiſtens gloriabatur; Læva, inquiens, ejus ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me: & ſic in pace in idipſum dormiam & requieſcam. Quam ſuaviter dormivit, abſcondita in abſcondito vultus Dei à converſatione hominum, protecta in tabernaculo Dei à contradictione linguarum! O felix anima, quoties tibi datum eſt aſcenſiones in corde tuo diſponere in valle lacrymarum, & ire de virtute in virtutem, poſtremo videre Deum deorum in Sion, & dicere cum Paulo; Nos omnes revelatâ facie gloriam Domini ſpeculantes, in eamdem imaginem transformamur de claritate in claritatem, tamquam Domini ſpiritu. Quoties tibi contigit ad inſtar Moyſi velare faciem tuam, ob genas tuas madentes lacrymis, accipienti à patre tuo cum Axa irriguum ſuperius & inferius: & quaſi ſciſcitantibus dicere; Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinavit in me caritatem. Talis exiſti de conſpectu Domini, plena gratiarum, ſplendens & ſapiens, de conſortio Dominici ſermonis; proficiens contemplando & orando magis in Chriſto, Dei virtute & Dei ſapientiâ, quam legendo in paginâ, vel audiendo magiſtros in ſcholâ. Quoties in lectulo tuo per noctes quæſiſti quem diligit, imo quem dilexit anima tua? caritas enim numquam excidit. Etſi ædicula caritatis caro tua in morte deciderit, verum anima tua, inter carnem & cari-

12

Phil. 3. 20 *Frequens in eccleſia,*

F *Chriſto per contemplationem adhæret:*

2. Cor. 3. 18.

A caritatem media, caritatis adjutorio & veritatis teſtimonio numquam non vivit. Gaude & lætare nunc, filia Sion, cum per ſpeculum & in ænigmate vides Regem gloriæ; ſed quantum in carne ambulanti, & non ſecundum carnem militanti licuit videre. Suſtuliſti tamen te ſuper te, dicens
Ezech. 28 in corde tuo: O quis dabit pennas mihi ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam. Tendebas ad illas cavernas maceriæ, maceriæ ex parte deſtructæ, ruentibus ex ea lapidibus ignitis, in quorum medio Lucifer ille, teſte Ezechiele, ambulavit felix,
Apoc. 12 donec igne Dei flagravit infelix, cum ignem alienum, hoc eſt, invidiam, accendit: unde & ruit, & tertiam partem ſtellarum ſecundum Joannem poſt ſe traxit, & facti ſunt de principibus lucis principes tenebrarum, contra quos nobis certamen eſt, non contra carnem & ſanguinem. Hæc meditans
Epheſ 6, Mathildis noſtra, immò Dei, quia ſi cognovimus
Pſalm. 72 eam ſecundum carnem, ſed nunc jam non novi-
*ardet deſiderio cæleſtis patriæ,* mus, & ipſa ſecundum carnem neminem agnovit; Mihi, inquiens, adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam. Quæ retro ſunt obli-
B ta eſt, in anteriora ſe extendens, ſuperiora ſitiens, æterna mente complectens. In maceria *b* illa Angelica oculum ſuum frequenter exacuit, purgans cum à pulvere terreni deſiderii, inungens ſtibio cæleſtis ſapientiæ, ut ſapientiam ipſam videret, componentem omnia, & ſingulos ordines cæleſtium virtutum compoſitos in ſapientia, diſpoſitos in ipſa maceria. O quam illi deſiderabile, cogitare ſapientiam, attingentem à fine uſque ad finem fortiter, & diſponentem omnia ſuaviter, ædificantem Jeruſalem illam de vivis lapidibus, quæ ex parte regnat, ex parte adhuc exulat, & de exilio reverſos quotidiè recipit, & cavernas illas muri Jeruſalem in animabus ſanctis reædificat! Attendit manſiones illas multas in domo patris, datas pro meritis, ſufficientes ſingulis, abundantes deliciis, perpetuis gaudiis, permixtas cum Angelis, diſtinctas gloriis, ſed unitas vinculo & glutinè caritatis. Ire jucundum illi de virtute in virtutem; ire, inquam, animo, circuire deſiderio templum illud, quod eſt in cælo; offerre laudis incenſum Deo, ſingulis quoque ordinibus Angelorum dare gloriam de cordis ſui ſacrificio. Detulit illis animabus beatis unicuique laudem, petens interceſſionem, & parans ſibi cum illis beatitudinis ſortem. Quî putas fuit illi cum Maria, virginum domina, virginum regina? O quoties illi ſuſpiravit, loquens illi, & relevans ſe in ſtratu ſuo cum illa, à malitia ſeculi, à laqueis diaboli, ab anguſtiis incolatus ſui. Hanc habuit ſingulare ſolatium, hanc contemplationis principem, hanc vitæ ſuæ formam & ordinem; per hanc acceſſit ad ſpiritum, ſui ſpiritus ducem. Sed & Scripturam ſanctam adhibuit magiſtram, ut
C hanc potius ſequeretur, quam ſenſum ſuum ad
*contemplando ſingula ejus magnalia.* contemplationem Dei. His præviis ſecura incedere, intrans in ſancta ſanctorum, corde ſancto contemplans tabernaculum illud admirabile, exemplar illius quod oſtenſum eſt Moyſi, & dictum eſt; Vide, fac omnia diligenter, ſecundum exemplar quod tibi oſtenſum eſt. Mirata eſt altare aureum,
Exod. 25, quod eſt ante oculos Domini, & ſub altari animas occiſorum; thronum etiam Dei, cui viginti quatuor illi ſeniores in ſuis ſedibus aſſederunt: ſed &
Apoc. 4, quatuor animalia, ſenas alas habentia, & oculis undique plena; tum etiam illa centum quadraginta quatuor millia, canticum novum cantantia; ſed & ſinum Abrahæ, animarum ſanctarum ſuſcep-
Luc. 16, torem; & poſtremo, turbam illam magnam, quam dinumerare nemo poteſt, ex omnibus populis, tribubus, & linguis, ſtantes ante thronum, & palmæ

in manibus eorum. Hæc & his ſimilia contempla- A. ENGELHARDO
ri ſolebat Mathildis noſtra, doctior ipſa in videndo, quam ego in dicendo; ſed & beatior in experientiâ, quam inexpertus in ſcientia. Adhuc libet ſequi Abbatiſſam noſtram, intro in atrium Regis ingreſſam: ſed fulgorem, quo ipſa paſcitur, ferre non ſuſtinens, reverberatis oculis ceu cæcutio, & clamo poſt tergum ejus; Intra in gaudium Domini tui; ſic enim digna es: & memento mei, cum bene tibi fuerit, ut ſuggeras Sponſo, ut mei meminerit.

13 Hoc opus ejus; immò otium non otioſum *de commodis filiarum ſolicita in ſtramine dormit.*
in eccleſia: hoc illi actitare per diem dulciſſimum, ſed & noctis in hoc plurimum conſumpſit, vel potius totum. Unde ne lectus ei blandiretur, & ſegnior eſſet ad ſurgendum; non in plumis, ſed in ſtramine jacuit. Sed & ſtramenta reſpuiſſet, niſi fugiſſet laudem, & libentiſſimè quieviſſet ſuper humum nudam, aut ſuper lapidem. Sororibus tamen clementior ubique quam ſibi, providit lectiſternia, pulvillos & lintea ſtratorum, & indumentorum mundicias, dicens nihil hoc animabus nocere, ſi modo non haberentur ſuperbæ vel ſuperfluæ. Modum modis omnibus commendabat, quem tamen ſibi negabat in beneficiis corporis, corpori non parcendo; ſervavit tamen in ceteris, à nulla plus quam E
poſſet exigendo. Munditias, ut prædictum eſt, amavit cum paupertate; atque ut honeſto ſatisfaceret, noluit videri pauper, ſed eſſe. Saccum ergo palearum pro plumis ſub ſe habuit, qui tectus linteamine pompam oſtenderet, & pretium non haberet. Sed quæ cura? Curavit magna præparatione cor ſuum Domino, quærens in lectulo ſuo, quem dilexit anima ejus; ſed non inveniens, ſurrexit & circuivit civitatem, quærens dilectum; civitatem dico illam, quæ ſurſum eſt; Jeruſalem, quæ eſt mater noſtra. O quoties invenerunt eam vigiles, qui cuſtodiunt civitatem, quos ſciſcitata *& ſacris vigiliis intendit,*
eſt, Num quem diligit anima mea vidiſtis? Pertranſivit & illos, & invenit, quem diligit anima ſua. Ipſum habuit ſocium, ſociam ſe paravit illi, & adhærens illi unus ſpiritus fuit. Quid dico fuit? Eſt potius amans, tunc in ſpe, ſed nunc in re; tunc
Eſa. 26. 8 in deſiderio animæ, nunc ſaturitate, non quæ faſtidium generet, ſed quam dilectio diligendi perpetuet. Dixit autem cum Iſaia Domino, immò ſponſo; Anima mea deſideravit te in nocte, ſed & F
ſpiritus meus in præcordiis meis: de mane vigilabo ad te. Ita dormivit, ut diceret; Ego dormio, & cor meum vigilat. Sic illa cum Sponſo ſuo vigilavit, ut in palea dormiens palatium cæli ſomniaret; ſed & ſomnium crederet, & paleam reputaret omne, quod mundus iſte ſuſpiceret; unde & fletibus lavabat lectum ſuum, & lacrymis ſtratum ſuum rigabat. Vigilias communes antevenire conſuevit, ut principes illos, Angelos dico, qui conjungi pſallentibus ſolent, ſi nō præveniret, inveniretur tamen ipſa prima in medio juvencularum tympaniſtriarum. Pſalm. 67

14 Opera hæc lucis in lucem venerunt, tegi non poterant, ſicut nec civitas ſuper montem poſita. Habuerunt amatores, omnes rectos corde; & laudatores omnes, tranſeuntes per viam; ut & fama *fugiens honorem,*
virtutis ejus pervolaret terram, & perveniret ad Curiam. Mirum viſum de perſona, quia nobilis, quia pulchra, quia juvencula; & eo fama gratior, quo junior, quo acceptior femina: ſolet enim carnis nobilitas ignobilitatem mentis pleriſque generare, & eo licentius peccant, quo ſe reprehendi vel redargui tardius putant. Ceterum hoc non in publico, ſed in angulis, quis non vituperet, quis non judicet, quis non condemnet? Ubi duo vel

A. ENGELHARDO M.

tres congregati fuerint, in medio eorum eſt, cum duobus tertia, cum tribus quarta: hæc eſt pars nobilium ignobiliter agentium. Sed aliter Mathildis, quæ hominum laudes cum fugeret, non effugit, juxta illud Hieronymi; Gloria virtutes quaſi umbra ſequitur, & appetitores ſui deſerens, appetit contemnentes. Hæc ſancti viri ſententia probata in Mathilde noſtra, quæ quanto plus ſprevit honorari, tanto magis honorata eſt; & eo celſior apud Dominum, quo humilior in oculis ſuis, & deſpecta penes judicium ſuum. Veram probavit Dominicam & Euangelicam vocem: Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur; & qui ſe humiliat, exaltabitur. Exaltationem humiliter experiendo didicit in ſe, humiliationem ſe exaltantis in aliis vidit, videndo perfecit, & manus ſuas lavit in ſanguine peccatoris; lavit & peccantem fletu compaſſionis, lacrymis compunctionis, ſuſpiriis pii doloris.

*magis honoratur:*

15 Tantæ quippe compunctionis fuit, ut nullius dolorem præteriret, nullius caſum vel infortunium diſſimularet; ſed mox, ut comperiſſet, prorupit in lacrymas, ad orationem confugit, & quod factum eſt, Dei clementiæ flendo commiſit. Hinc multis ſubventum eſt, ipsâ orante, ut cederent dolores, minuerentur anguſtiæ, rediret ſalus, ſive corporis, ſive animæ. Inde nomen illi ſanctitatis amplificatum eſt, ut colerent illam, non ut exulantem adhuc in terris, ſed ut regnantem jam in cælis. Hoc illi: ſed illa de laude ſuſpicata judicium, de favore arbitrata ſupplicium, volvebat apud ſe illud Propheticum: Populo meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & ſemitam greſſuum tuorum diſſipant. Ecce elongavit fugiens, & manſit in ſolitudine, perſiſtens in fletibus, & exitus aquarum David, diviſioneſque aquarum Jeremiæ deduxerunt oculi ejus. Si afflictam videret Eccleſiam, exitus aquarum diffudit in lacrymas, omnium miſeriis miſerando compatiens; ſi tangeret afflictio ſingulos, diviſiones aquarum fecit lacrymando per ſingulos; ſi peccaſſet quis, flebat pro eo; ſi tentaretur Frater aut Soror, flere non deſtitit, donec ceſſaret ſtimulus, & anima eriperetur à laqueo. Cibavit ſe pane lacrymarum, & potum accepit in lacrymis in menſura; unguentum faciens ſibi de anguſtiis pauperum, de inopiis egenorum, de orbitate viduarum, de oppreſſorum ſuſpiriis, de orphanorum atque pupillorum miſeriis, de captivorum exiliis aut catenis, de peregrinantium vel navigantium periculis vel naufragiis; ad ultimum, de omnibus in omni tribulatione conſtitutis. Hoc, inquam, unguento venit cum illis mulieribus Euangelicis ungere Jeſum; ſed illo non invento, quia reſurrexerat jam in gloriâ, iſta unguentum non perdidit; ſed expendit in corpus ejus, quod eſt Eccleſia. Unxit omnes, ut dictum eſt, afflictos unctione miſericordiæ, compaſſionis adipe, oleo benignitatis, unguento clementiæ. Ad hoc lacrymas fudit, ut in iis ſubveniret, & ipſa laudaretur non ab homine, ſed ab eo qui intuetur cor. Suſcepit enim auris ſua venas ſuſurri ejus, & quaſi vocem auræ lenis audivit ſuſurros Sponſi, ad ſe loquentis in Canticis; Meliora ſunt ubera tua vino, fragrantia unguentis optimis. Et alia ejuſmodi unguenta parare conſueverat, unum quod Domino Maria Magdalena ſuper pedes funderet lacrymando pro peccatis, aliud quod ſuper caput gratias agendo pro beneficiis: ſed melius priore iſtud, nec illud deſpicitur, quia ſacrificium eſt ſpiritus contribulatus; hoc tamen placet & placat magis, cum ſit ſacrificium laudis. Tertium quod eſt optimum, compaſſionem proximi, beneficium indigentis, utrique præponderans, ab utroque non diſcrepans, Mathildis noſtra tam actu quam affectu prætulit; ſciens illa facere, & iſtud non omittere. Unde placens Deo facta, dilecta dilecto, exaudita eſt pro ſuâ reverentiâ, quæ nihil aſperum ulli exhibuit, cum eſſet gravis quidem & matura, ſed omni dulcedine & ſuavitate permixta.

*omnium neceſſitatibus compatiens,*

B

Eſa. 5. 11, Pſ. 54. 8 Pſ. 118, 36 Thr. 3, 48

C

*omnibus ſubvenire ſatagit.* Mar. 16, 1

Cant. 1. 3

D

16 Dicere me cogit hiſtoria, quod utique per me non dicerem, niſi dicti teſtem & dicendi inſtigatricem, matronam nobilem tam genere quam veritate, habuiſſem. Sed quid dubito? Quid impoſſibile Deo? Numquam viſa eſt ridere, nec audita verbum inutile dicere. Finis tamen vitæ cum riſu fuit illi, quod in ſequentibus dicam, dum illo pervenero. Ceterum de verbo inutili redarguit ſeipſam; redarguit ſe præter morem conſcientia: quod ita geſtum eſt. Una Sororum ſtetit coram illâ, portans quiddam in manibus. Cecidit quod portavit in terram, & Abbatiſſa ſubjunxit verbum vulgo tritum: Calca deſuper. Quod ut dixit, prorupit in lacrymas, flens & ejulans, acſi Romanas effregiſſet eccleſias. Multis diebus ſuper hoc afflixit ſe jejuniis & vigiliis, adjiciens dies pœnitentiæ. Quid ad hæc nos dicimus, loquentes contra interdictum? lacerantes colloquio proximum? ſagittantes in occultis immaculatum? exacuentes linguas noſtras ut gladium? Audierat illa in Euangelio, Omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die judicii. Audierat, & prævenit diem judicii, citius & felicius ipſa judex ſui. Audierat à Sapiente, Melior eſt ira riſu; quia per triſtitiam vultus, corrigitur animus delinquentis. Irata eſt ſibi, ceterum aliis numquam viſa eſt iraſci. At quomodo, inquies, emendavit exceſſus? An nemo ibi peccavit, ſed erant omnes quaſi Angeli Dei in cælo? Peccantes non arguere peccatum eſt, & maximum; dicente Domino ad Heli, quia noverat indigne agere filios ſuos, & non arguit eos, idcirco, inquit; Juravi Heli, ut non expietur iniquitas domus ejus victimis & muneribus uſque in æternum. Cavit hoc Mathildis corripiens, ſed in miſericordiâ increpans, & cum modeſtiâ; ut ipſa quæ peccaverat, non iram deputaret, cum puniretur, ſed juſtitiam; ceterum reſiſtere illi nemo auderet, nemo tentaret. Tanta fuit gravitas judicantis, ut lux vultus ejus non caderet ſuper terram, ſed quaſi tonantis de cælo audiret ſententiam, ſiquidem cum Eccleſiaſte riſum deputavit errorem, & gaudio dixit; Quid fruſtra deciperis? Quæ cum Job dum ſederet circumſepta Sororum exercitu, erat tamen mœrentium conſolatrix, in judicando juſta, in conſolando benigna, in actu ſevera, & cum Apoſtolo omnia omnibus. In multis erat ſecundum Salomonem quaſi inſcia, nihil tamen negligens, quia timorata; ſciens mutare quodlibet, ſed ipſa non mutari; & cum Annâ vultus ejus non ſunt amplius in diverſa mutati. Habes ô lector in hac femina multa virtutis inſignia, quæ ſi retexas, invenis ab infantiâ ſanctitatis exempla, & à primâ hora diei laborantem in vineâ, non cauſantem de pretio, ſed pretium ſibi non aliud delegiſſe, quam Domini gratiam. Habes ſanctitatem, probatam factis, ſanctificatam meritis, quæſitam laboribus; ſed necdum manifeſtam virtutum ſignis. Nec iſta viventi defuerunt, multo magis defunctæ non deſunt.

*numquam viſa ridere*

E

*ob verbum iocoſum fleri amare.* Mat. 12. 36

Eccl. 7. 4

F

17 Cauſa extitit ut evocata Palatium adiret: utilitas monaſterii ſic exegit, & damnum maximum ſi non iſſet. Per alios voluit agi negotium, Fridericus *c* tunc Imperator quæſivit Abbatiſſam, jus ipſum id poſcere ut veniret, & finiretur res per ipſam. Veniat, inquit, cognata mea Ratisbonam: ſolen-

nis

A nis res eſt, nec aliter, quam ſolenniter agenda coram
*evocata ad Fridericum Imperat.* Principibus & Curia. Ivit, licet invita, comitatum habens nomini ſuo congruentem, & majorem quam vellet; cui ſolitudo amabilior, quam palatium. Videres alteram Judith, poſt tot jejunia, non pallorem vultus oſtendere, ſed omnium oculis apparere gratioſam: &, niſi probata virtus corriperet inſipientem, inſipiens non deeſſet, qui putaret eam vacaſſe deliciis potius, quam laboraſſe jejuniis. Probatum eſt ibi, quid egerit domi, quod vere habuerit jejunia pro deliciis; & hinc vultus ejus, præ crapula ſpiritus, ſimilior ſpecie roſarum, quam cineris; reſpuens cum Daniele & ſociis ejus, cibos regios, & eſu contenta leguminis. Talis aſtitit Imperatori videnti pulchritudinem, nec ignoranti virtutem, & deferenti Sanctæ plus ob ſanctitatem, quam propter genus & ſanguinem. Lætabatur quam maxime, talem ſe habere conſortem generis; mirabatur ſanctiſſimam
*agit cauſam monaſterii:* de non ſanctis, & quaſi roſam proceſſiſſe de ſpinis. Hoc prædicavit de ea, & viſa gaviſus eſt ea: ſed & libentius ea audita, cauſas, pro quibus venerat, fecit & perfecit omnes pro ea. Ventum eſt ad menſam: cœna familiæ; prandium Abbatiſſæ veſperi parabatur: carnes ceteris; Abbatiſſæ poſitus eſt cibus Da-
B nielis. Ipſa cum ceteris indifferenter viſu & olfactu percepit omnia; ſed ab omnibus guſtu diviſa, non habuit in guſtu niſi legumina. Pincerna ejus Miles erat, maturus ipſe, ſciens quid Deo, quid ſeculo deberet; nec prꝛeteriens, quod Dominæ voluntatẽ eſſe agnoſceret. Præmonitus, fontem clam hauſtum, ſolenniter cum ſociis procedens, detulit Abbatiſſæ: nam aliis omnibus ad omnem copiam vinum propinabatur. Sed illa guſtans, ſe deceptam, vel contemptam præter ſolitum, mirabatur: fons enim, non fontem, ſed vinum optimum ſapiebat. Quo protinus
*ad cœnam bibitura aquam, repetit in vinum mutatam:* abſtinens, pincernæ modeſtius innuebat, inobedientiam arguebat, auferre vinum, & afferre fontem, clanculo faciebat. Miſit ille pediſſequum ſuum, hauſit fontem, tulit in domum. Propinat denuo, bibit Abbatiſſa vinum ex fonte; pincernam increpat de obſtinatione. Jurat ille, ſervum aquam haurientem ſe vidiſſe, nec præter quam hauſerat ſe obtuliſſe. Tunc illa, Bibe, inquit, & teipſum redargue. Bibit alter architriclinus; factus eſt laudator vini hujus. Nihil, inquiens, huic Bavaria ſimile genuit, nihil Auſtria protulit, nihil Francia vel Alſatia miſit, ni-
C hil Cyprus aut Græcia huic comparandum dedit.
d Laudantem compeſcuit Abbatiſſa, fontem *d* tertio poſcit. Currit ille, hauſit per ſe, & affert. Aſſerit ſe hauſiſſe, guſtatum noluit aliud eſſe quam vinum: quod Abbatiſſa voluiſſet occultum eſſe, ſed rei magnitudo latere non valens venit in publicum. Vides quam dilectam habuit Dominus, quam omnibus ſuis abundantibus vino, ſolam noluit aquam bibere: ſed de botro Cypri, quod ipſe fuit, vinum miniſtravit ei; ut dilecta dilecti tali gratuletur convivio; & coram Principibus, quos latere non poterat, glorificaretur miraculo. At ipſa, honoris impatiens, ſuppreſſit & ſupprimi optavit verbum; ſed exemplo Domini, quo magis tegitur, eſt detectum. Fugit ergo de Curia, nolens gravari rumuſculo; ſed odorem reliquit poſt ſe dignum Deo, quaſi contemptum deliciis faciens, amorem jejunio, honorem Deo, adſpernationem ſeculo. Hoc initium ſignorum habuit cum Domino Jeſu Domina Mathildis, utrobique, ut credo, commanente & monente Maria, Vinum non
*Ioan. 2.* habent: idemque fecit hic vinum ex aqua, pro una quam dilexit, qui pro multis ibi, quos diligentes & credentes effecit. Ipſa nihil ſibi ſuper hoc laudis vel honoris occulte vel publice vendicans, manus ſuas excuſſit, immunem ſe dicens facti hujus; Dominum eſſe factorem omnium, nihil propter ſe vel à ſe, ſed propter alios, ſi quid novi accidit, factum. Sic remiſit virtutem ad Dominum virtutum, ſicut ad mare fontes & flumina recurrunt, ubi origo eſt omnium: ſiquidem omnia flumina intrant mare, & mare non redundat: & Mathildis, ad locum unde exierat, miraculum reverti fecit, ut iterum fluat; fluat, inquam, & non deficiat iteratum. A. ENGELHARDO. Eccl. 1.

18 Adjecit adhuc Dominus facere cum ea, & facti ſunt lætantes habitantes ſub ea. Filia cujuſdam carnalis erat, dæmonium habens, cui locum pater impetraverat in monaſterio præbendariæ, non Sororis, ſed à Sororibus ſequeſtratum; & hoc prece, non pretio factum. Genus hoc dæmonis peſſimum, *Mat. 17.* & ſimile illi de Euangelio, quod in nullo exiret niſi in oratione & jejunio. Unde nec illud Diſcipuli, nec iſtud Sorores potuerunt ejicere, cum frequenter o-
*Sanat dæmoniacam;* raſſent pro ea, ſed adhuc nihilominus dæmon erat cum ea. Erat in ea videre miſeriam, nudam diſcurrere, implere clamoribus omnia, ſpiritu exagitante diſcerpere ſeipſam, quærere locum præcipitandi ſe; vel in igne vel aqua, horrenda viſu & auditu committere dæmon, ut eam perderet. Gravis omnibus, omnium vicerat gravitatem, ut ne dicam ſervire infirmæ, ſed nec videre aut audire illam jam eſſet facile. Senſit hic Mathildis operandum: & revelante E
ſibi ſpiritu, animata ſpe atque fiduciâ, aggreditur dæmonem; oratione præmiſſa, jubet ut exeat: reclamanti ac ſi flagris cæderetur, ne ultra ibi ſit, imperat. Fremit dæmon, dentibus ſtridet, & multum diſcerpens eam, Domino Jeſu adjuvante ſponſam ſuam, exivit; oſtendens diſcerptione ipſa, qualis & quantus fuerit in malitia. Sanata eſt puella, teſtis ipſa virtutis Abbatiſſæ, ſervienſque dum viveret Deo vita ſanctitatis & juſtitiæ. Volebat & hoc Abbatiſſa eſſe celatum, ſed clamavit miraculum: ipſa hoc dicente, quia idem eſt Jeſus Dominus in cælis, qui fuerat in terris ad operandum; & idem inviſibilis facit, quod viſus exhibuit. Hinc factum eſt ut frequentaretur à multis, & frequentata ſigna faceret multa; quæ ſic obumbravit, ut benedictionibus verborum adſcriberet, ſibique de virtute virtutis nihil arrogaret. Sed non latuit meritum operantis in opere, & de fructibus ſuis non cognoverunt eam, referentes ab ea ſalutem & auxilium de tribulatione, reddentes Deo pro ea honorem cum gratiarum
F actione. Illa quæ curata fuerat (quod pene omi-
*& mutam:* ſeram) etiam muta erat: ſed Domino curante & Mathilde orante, dæmonem perdidit & loquelam recepit; conterens de cetero ſathanam ſub pedibus ſuis, & ore facundo pronuntians laudem Domini Salvatoris, imitanſque & magnificans vitam S. Mathildis. Viderunt Sorores ſe non deceptas, ſed habere fru- *Rom. 6.*
ctum ſuum in ſanctificationem, finem vero vitam æternam, cujus jam ſpiritus [partẽ] maximâ præguſtaſſent in centuplo, quod eis dederat Deus pro contemptu ſeculi, & imitatione Jeſu Chriſti. Totis ergo viribus anhelabant ad ſuperna, cupientes diſſolvi & eſſe cum Chriſto: hoc enim multo melius. Et *deſidevio æterna vitæ accendit Sorores.*
currebant omnes deſiderio, fervebant ſtudio, nitebantur affectu. Currebant omnes: ſed Mathildis prævcucurrit citius ceteris, ſed non introivit præ ceteris; multas ipſa præmittens ad thalamum Sponſi, à quibus maluiſſet inveniri, quam præveniri; prævenita in benedictionibus dulcedinis, ut geſtiret exire de corpore, & Chriſto præſens eſſe. Mundum vidit in maligno poſitum; vidit, inquam, non tantum in locutione, ſed magis in actione; vidit vanitatem cunctam ſub ſole, & contendit animo ſupra ſolem. O, inquit, quando veniam & apparebo ante faciem Dei mei? Quando abſorbebitur hoc quod mortale eſt à vita, & corruptibile hoc induet incorruptelam? Quis me liberabit de corpore mortis hujus? Et reſponſum

A. ENGELBARDO.

accepit à Spiritu, responsum Apostolicum lætum & jucundum: Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Voces istæ cordis ejus auditæ & exauditæ sunt in cælo, introierunt in sancta, & missum est ei auxilium de sancto.

## ANNOTATA.

a *Annotat hinc Canisius, notam fuisse B. Mathildem scriptori Vitæ.*

b Maneries, *modus, ratio, prout pluribus exemplis probat in Glossario Cangius*: Macerie *Canisius legit & impressit, unde nullus sensus conficitur, ideo illud correxi & supposui* Manerie: *sicut infra pro* Macerie *correxi*, Maceria.

c *Hic est Fridericus I Ænobarbus, creatus Rex Germaniæ an.* 1152, *Imperatoris nomen adeptus ab Adriano IV an.* 1155, *Tarsi in Cilicia mortuus an.* 1190.

d *Hujus triplicis miraculi meminit Brunner: at Simon Præpositus egre credit, quod sic probaretur abstinentia Virginis.*

## CAPUT III.

B *Reditus in Dyezzen: Adhortatio ad Sorores. Decima procurata. Miracula.*

19 *Mortis suæ præscia,*

SCiens ergo se in brevi morituram, simile quid Patriarchæ Joseph faciens, qui filiis mandavit de ossibus suis transferendis, Dyezzen se oblatam & desponsatam Christo memoravit, & illic cum Sororibus suis sepulcrum optavit. Convocatisque Sororibus suis, indicat dissolutionem sui corporis imminere, Dyezzen se oportere redire, valde infirmam esse dicens; ibi aut cito mori, aut in brevi convalescere. Assenserunt, vitam ejus exinde sperantes, simul etiam nulla in eâ mortis signa videntes. Ivit, non dubia se morituram, vel potius transituram de morte ad vitam; quæ vitæ sunt mandans servare Sororibus, maxime quæ didicissent & vidissent verbo & exemplo ipsius. Munda, inquit, sum à sanguine omnium vestrûm: non enim subterfugi, quo minus annuntiaverim vobis omne consilium Dei. Vado à vobis: utrum revertar, incertum; certum autem, quod reddat Dominus unicuique secundum laborem suum. Et exosculans omnes, Deoque commendans, abiit Dyezzen. Tristè susceptа est, quia infirma; sed omni cura & humanitate procurata, non ut hospita, sed ut mater carissima, & ut loci Domina. Dolor crevit, sed die & nocte non

*revertitur in Dyezzen:*

C aliud corde versabat & ore sponsa Dei, nisi laudem Dei. Sic vitula, ut in bonam partem interpreter, docta diligere triturам, aliud facere nesciens in tempore infirmitatis, ostendit commiserationem suam. In vigiliis, in jejuniis usum tenuit suum, nisi tantum, quantum potuit exorari, ut reficeret paululum. Convocat Sorores, & carni vim faciens, spiritus virtute salutat omnes dulci alloquio; deinde affatur hoc sermonis exordio: Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum; vere Pascha mihi, quia lætum, quia jucundum, quia semper optatum; Pascha inquam, id est, transitum. En ego, dulcissimæ, viam universæ carnis ingredior: jam ad Patres meos colligor ego, & cum Adam cinis in cinerem redeo. Hoc indeclinabile, hoc fugiunt omnes, & nemo effugere valet. Nihil mihi conscia sum: sed, qui judicat me, Dominus est; miserator idem & misericors & justus: qui si decreverit salvare me, continuo liberabor; si laborem aspiciat, nihil subterfugi, quo non studuerim placere illi. In omnibus laboravi, non autem ego, sed gratia Dei mecum. Illius adjutorio bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi; nec dubito quin mihi supereſt coro-

D na justitiæ, quam reddet mihi Dominus, qui corona, qui finis, & merces pugnæ. Considerate, Dominæ, momentaneum & leve hoc tribulationis nostræ, quod supra modum in sublime æternum gloriæ pondus operatur in nobis, contemplantibus nobis non ea qua videntur, sed quæ non videntur; quæ enim videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna. Et temporalia quidem blanda contempsi, adversa non timui, & finem utrorumq; nunc habeo in redditione jucunditatis, in plenitudine gloriæ, in æternitate lætitiæ. Potueram illam viam latam & spatiosam, ducentem ad mortem, cum mortalibus ambulasse; nunc esset finis voluptatum, sed tormentorum initium, de quibus non evaderem, sed caderem de pœna in pœnam per seculorum secula. Nunc anima mea liberata est de laqueo venantium, spirituum dico malignantium in nos, & trahentium ad peccatum; sed laqueus contritus est, &, Deo gratias, ego liberata sum. En venit princeps mundi hujus, & in me non habet quidquam; quia mundo me numquam præbui sociam, familiarem, vel amicam. Abrahæ sinus me recipit, thalamus me Christi exspectat; & Maria mater Domini mei, cum sanctis

*Sorores alloquens magnam animi fiduciam præfert.*

E Virginibus, in occursum mihi properat: Patriarcharum & Prophetarum chorus, Apostolorum senatus, Martyrum glorioſus exercitus, sed & omniũ Electorum innumerabilis exercitus adventui meo congaudet & tripudiat; cælum lætatur, Paradisus exultat; & ipse Christus Dominus ad epulas & ad convivium suum me invitat. Ecce venio, gratias ago. Cum his ero, qui redempti sunt à Domino, qui venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna erit super capita eorum, gaudium & lętitiam obtinebunt, fugiet dolor & gemitus. O me felicem! quæ evaserim judicium Dei, supplicium æternum, gehennæ pœnam, ignem inextinguibilem, vermem immortalem, vincula manuum ac pedum, tormenta parata peccatoribus, & malleos jugiter percutientes impiorum corpora. Evasi per Dei gratiam os leonis, manum canis, facies diras tortorum, mortem ipsam, sathan & diabolum. Procul à me erit Behemoth ille Leviathan, serpens antiquus, draco tortuosus, aspis & basiliscus, aper de silva, & singularis ferus; idem ipse multis & diversis nominibus appellatus, quibus magna & mille artifex significatur malitia ejus. Hunc mihi vicisse in Christo, quantæ sit gratiæ, quam immensæ gloriæ, de hostis magnitudine vos pensate. Et ecce apertus est mihi paradisus, janua cæli patet, & Jerusalem illa cælestis, quæ fundata est in saphyris, cujus propugnacula jaspis, gemmis ædificantur

F turres ejus, & omnis lapis pretiosus structura murorum ejus. Plateæ Jerusalem sternentur auro mundo, & per omnes vicos ejus Alleluja cantatur, & Virginum chorus illic canticum novum cantans, Agnum quocumque ierit sequitur. His ego conjungor, una lætantium & cantantium in plenitudine gaudii, in saturitate convivii, cujus micas & minutias cum canibus sub mensa dominorum colligere solebam & edere: siquidem plenitudo gaudiorum est in cælis, & inde sententiæ illæ Scripturarum, quibus consolamur in terris: inde vox illa, vox plena gaudii: Ecce ego creo cælos novos, & terram novam, Isa. 65, 17 & non erunt in memoriâ priora, neque ascendent super cor, & gaudebitis & exultabitis in his quæ ego creo: quia ego creo Jerusalem in exultationem, & populum ejus in gaudium, & exultabo in Jerusalem, & gaudebo in populo meo, & non erit in eo ultra vox fletus & vox clamoris. Eia, dilectissimæ, festinate ingredi in civitatem illam: & ô me beatam, si fuerint reliquiæ seminis mei in ea! vos dico, semen, non carnis, sed cordis mei, quia per Euangelium ego vos genui.

20 Ire

A 20 Ire illuc, diligere eſt: nam niſi per caritatem
*inculcat mutuam caritatem:* non intratur in eam, nec aliud gaudium quã caritas eſt in ea. Hoc mihi dicere non pigrum, vobis autem neceſſarium; quia neceſſe eſt in hac parte vos emendare, ut majorem operam detis caritati ſervandæ. Pulſatis vos, & fatigatis invicem injuriis, iras diu tenetis, pro nihilo litigatis, & de feſtuca trabem, de ira odium vobis facitis. Laudo vos? in hoc non laudo. Laudo vos, quod eſtis alacres ad divinum Officium, quod promptæ ad jejunandum, quod veloces ad vigilias, quod paratæ ad obedientiam, caſtæ ad continentiam, vigiles ad omne bonum; non laudo, quod contentiones inter vos habetis & zelum. Quid
Iac. 3.11. eſt Deum laudare, & vituperare proximum? Fons ex eodem foramine non emanat dulcem & amaram aquam, ut ait Jacobus, nec Deus accipit laudem ſui cum vituperio proximi. Quid valet jejunium cibi, quem Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus; & comedere carnem Sororis aut Fratris calumniis aut detractionibus? Quid vigiliæ proſunt, in quibus ore cantatur Deo, & corde cogitatur malum Sorori, vel mali talio? Quid utile habet obedientia hominis cum contemptu Conditoris?
B Quid confert continere carnem à luxuria, & non continere cor ab invidia, linguam à contumelia? Et de his quidem, quæ bona ſunt, laudo vos: ſed non laudo, quod invidiæ & contentiones inter vos ſunt. Virgines eſtis; non valde gloriemini: fuerant & illæ, quæ reprobatæ ſunt, quæ oleum caritatis in vaſis ſuis non habuerunt, quibus pulſantibus dictum eſt, Neſcio vos. Sed abſit, ut hoc dicatur ad vos. Avertite à vobis, cariſſimæ, illam ſcilicet Hieronymi ſententiam, Peſſimum virus invidiæ viperæo ſemini comparatur, nempe interficit matrem ſuam. Hoc eſt ſolum, quod timeo vobis; hoc ultimum moneo emendare, & ſpero certiſſime vos ſalvari; nec foris cum fatuis virginibus remanere, ſed cum prudentibus intus ad Sponſum intrare. Cum gratiarum actione admonitio ſuſcepta eſt, emendatio promiſſa; & in omnibus, quæ habuerunt adverſum ſe aliquid, confeſtim exhibita. Vocat ad ſe omnes, ſigillatim exoſculatur, Deoque commendans, requieſcit exiguum.

21 Dolor crevit in dies. Non aliud corde verſa-
*petit à parentibus, dotis nomine,* bat & ore ſponſa Dei, niſi laudem Dei. Et ut Dei famulos & famulas, Fratres & Sorores ejus in Dyezzen Deo famulantes, ſicut viva ſic & mortua, ſicut verbo ſic & exemplo, ſic & aliquo reficeret ſtipendio; convertens ſe ad parentes B. Mathildis, patrem ſuum Bertholdum *a*, & matrem ſuam Sophiam, coram omnibus leni voce ſic alloquitur: O pater, memor eſto, quod me juvenculam deſtinaſti in hanc Eccleſiam, in qua, ſancti Spiritus me gubernante gratia: ita profeci, quod, quamvis indigna, tamen magiſterii nomen effugere non potui. Deinde in Oetilinſteten, ſicut ipſe noſti, nomine Abbatiſſæ uſque nunc florui. Conſtat ergo paternitati tuæ, quod in ſeculari habitu vitam honeſtam duxiſſe potuiſſem tecum, ſi Deo hæc mea vita contemplativa plus quam activa non placuiſſet. Patet ſane omnibus intelligentibus, in Oetilinſtetten magis delicate quam in ſeculo vixiſſem, ſi voluiſſem; quia quam plures libertatis ſocias ibidem habuiſſem. Nunc ergo quia in Dyezzen fui juvencula & magiſtra, dignum æſtimo, ut ego ancilla & filia tua tecum hic merear ſepeliri. Nunc, pater mi, ſi me deſponſaſſes viro mortali, nonne illi partem ſubſtantiæ tuæ nomine dotis mecum tribuiſſes, & iſdem deinceps non ſolum pro genero, immo pro herede totius tuæ ſubſtantiæ ſe geſſiſſet? Verum quia Rex Regum & Dominus Dominantium Jeſus Chriſtus me ſi-
C a

liam tuam ſibi elegit ſponſam, tu numquam tam dulci Sponſo meo, Creatori, Redemptori, ac Salvatori tuo, pro me, & pro anima tua, aliqua ſponſalia dare deliberaſti. Cognoſce igitur, pater pie, quod eccleſia Dyezzen, à te & proſapia mea fundata, in qua thalamus materialis mihi eſt à Deo præordinatus, ſita eſt in loco nemoroſo, aquoſo, & infructuoſo. Da ergo, pater cariſſime, Sponſo meo immortali, non de tuis, ſed de ſuis, quæ ſibi in prima totius mundi elegit conſtitutione; da, inquam, quæſo, mihi, & tam juſte congrueque petenti Sponſo, nomine ſponſalium, decimam ſubſtantiæ tuæ, quam habere dignoſceris circa Iſaram, in confinio Diengen. Pater vero ejuſdem ſponſæ Chriſti præcordialis filiæ ſuæ intellecta petitione, communicato parentum ſuorum conſilio, gaudenter & affectuoſe ipſi adimplens petitionem, dixit: O filia, mihi præ omni cognatione tuâ dilectiſſima, decimam totius ſubſtantiæ meæ circa Iſarã in confinio Diengen, ob amorem tui, huic eccleſiæ ſanctæ Mariæ in Dyezzen confero, & ſub teſtimonio omnium circumſtantium, ſuper hoc altare ſanctæ Mariæ Matris & Virginis Jeſu Chriſti delego. Ad quod ſponſa Chriſti B. Mathildis dixit voce gratulabunda: O E
pater mi, jam congaudeo tibi, quia meæ per omnia ſatisfeciſti petitioni. Convertens ergo ſe B. Mathildis ad Præpoſitum Hartwicum, & ad conventum Fratrum & Sororum, flexis in terra genibus erectiſque manibus, cum lacrymis rogabat Deum, dicens: Domine Jeſu Chriſte, ſuſcipe jam tibi collatum munus, & conſerva famulis & famulabus tuis, hic tibi devote famulantibus, ad uſum profuturum. Poſt hæc ſubjunxit pater ejus, dicens: *eaſque impetrat, Angelis ſubjicientibus Amen:* O dulcis Deoque dilecta filia, mecum, precor, ora Deum, ſi quisquam, quod abſit, meorum poſterorum donum jam per me datum impedire attentaverit, ut isdem hic condigna pœna puniatur, & non in extremo judicio cum Cain perpetuo crucietur. Hac finita prece, audita eſt vox in aëre ſanctorum ſpirituum reſpondentium, & cum dulciſſima voce clamantium, Amen.

22 Cum B. Mathildis cognovit tempus & ho-
*ex iiſdem carnes & vinum per obedientiam ſumit,* ram adductionis decimæ de confinio Diengen, quæ nomine ejus eccleſiæ S. Mariæ Virgini in Dyezzen eſt collata, ad Præpoſitum Hartwicum, coram omnibus Fratribus & Sororibus, tali uſa eſt ſermone, dicens: O in Chriſto Pater & Domine, jam gaudeo, quod dotem pro meæ deſponſationis teſtimonio adduci video: quia ſicut præſentis vitæ refectionem ſentio, ſic & æternaliter in futuro in cæleſti patria refici confidenter ſpero. Poſt hæc, cum Fratres & Sorores more ſolito, cymbalo ſonante, ad refectorium convocarentur; Præpoſitus Hartwicus, relicto ordine Fratrum ad refectorium Sororum properavit, & B. Mathildem his alloquens verbis, dixit: O in Chriſto filia, Deo & hominibus dilecta, quia parata ſunt jam cibaria, quæ dulciſſimo tuo interventu nobis & ſucceſſoribus ad refectionem corporum ſunt collata. Decet itaque *Ioan. 1.* tuam piiſſimam devotionem hodie in caritate carne cibari & vino potari. Auctoritate ejus, qui viſibiliter coram te poſitam aquam in vinum mutavit, moneo, peto, & in virtute ſanctæ obedientiæ tibi præcipio, ut de omni cibo, quo hodie & deinceps nos & noſtra ſucceſſio reficimur, eodem, in inſtanti hora, gaudenter reficiaris. Ad hujus præcepti verba ingemuit B. Mathildis, & tacite arridens, dixit: O! Pater & Domine, riſus dolore *Prov. 14.* miſcetur, & extrema gaudii luctus occupat. Nunc ergo, quid faciam, ignoro; niſi hoc ſolum ſcio, quod numquam inobediens volo inveniri. Ad hanc



A. ENGELHARDO. *decimas quaſdam monaſterio Dyezzenſi,*
F

vocem omnes Sorores, ad pedes ejus proſtratæ, gratias immenſas ei referebant, non tantum pro ſtipendii, quo fruebantur, collatione; quantum de ejus ſolenni refectione, cui omnes congratulabantur. Porro Magiſtra ordinis, dante ſigno, ut Sorores de menſa ſurgerent, & cum Pſalmo, more ſolito, eccleſiam peterent; B. Mathildis tremebunda cum Sororibus concinens, vocem audivit in aëre dicentem: O B. Mathildis, ſcias te hodie non cum Eſau reprobato, ſed cum Elia in aëra levato eſſe cibatam. Huic voci auditum præbens, tacite Deo gratias referebat. Quod non audientes, ſed intelligentes Sorores; ſciſcitabantur, quid eſſet, quod intra ſe animadverteret, & cum aliis non pſalleret. Ad hoc B. Mathildis cum Propheta reſpondit: Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi. Super tali ejus reſponſione univerſæ admirantes Sorores, quid facere poſſent, cogitabant. Cumque mutuo inter ſe, ut dictum eſt, diſceptarent, Magiſtra conventus piarum Sororum, dixit: Si eſt ad placitum veſtrum, ne diu ſic inter nos diſceptemus, Dominum Præpoſitum vocemus. Hoc audito omnes dicebant: O Domina Magiſtra, placet nobis, quod Dominum Præpoſitum vocetis, ut per ejus auxilium, quid Beatæ Mathildis fuerit ſecretum cognoſcamus. Ad hæc verba eſt vocatus Præpoſitus Hartwicus, qui veniens inquirere cœpit, quare vocatus eſſet. Cui Magiſtra pro omnibus, ſicut decuit, Sororibus reſpondit, dicens: O Pater & Domine in Chriſto venerande, cum hodie more ſolito de mensâ ſurgeremus, & eccleſiam peteremus, Domina & Soror noſtra B. Mathildis, quaſdam habuit, ſicut intellexeramus, cum ſanctis ſpiritibus collocutiones; & dum pie inquireremus apud eam, quid eſſet, quod locuta fuiſſet, reſpondit: Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi. Super tali ejus reſponſione, Pater & Domine in Chriſto, vos noveritis eſſe vocatum. His auditis, Præpoſitus Hartwicus vocari ad ſe juſſit B. Mathildem. Quæ cum vocata eſſet, dixit ad eam Præpoſitus Hartwicus: O filia, Deo & hominibus dilecta, ſi me vereris, ut Dominum, & ut Patrem veneraris, dico tibi cum Malachia Prophecta: Si ſum tibi Pater, ubi eſt amor meus? ſi Dominus, ubi timor meus? Sub obtentu ergo paterni amoris, & magiſterii timore, dic mihi, cur dilectis Conſororibus dixeris, cum à te, quid ageres, ſciſcitarentur, & tu reſpondiſti, Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi? Ad hæc Mathildis reſpondit: Anima mea liquefacta eſt, ex quo tu, Pater amande & Domine mihi ſemper timende, ſic locutus es. Et ſtatim ad pedes Præpoſiti Hartwici proſternere ſe diſponens, Præpoſitus Hartwicus, receptâ manu ejus, pie eam elevans, parumper ſeorſum eam ducens, didicit ab eâ quod ſpiritus Angelici dixerunt ei; O B. Mathildis, ſcias te hodie non cum Eſau reprobato, ſed cum Elia in aëra levato eſſe cibatam. Vix finito tali ſermone, cum lacrymis, inquit Præpoſitus Hartwicus: O B. Mathildis, Deo & hominibus dilecta, tu ſis nunc & in æternum benedicta. Et ſine morâ præcepit, ut ambo conventus Fratrum & Sororum cum devotione pſalleret ad laudem Dei, qui hodie mirabilia declaravit in B. Mathilde, hunc Pſalmum: Benedicite omnia opera Domini Domino. En mirum; cum jam cantatus eſſet ultimus verſus hujus Pſalmi, pater beatæ Mathildis Comes Bertoldus aſtans foribus eccleſiæ, iterato incepit eumdem ultimum verſum cum lacrymis ajens; Benedictus es in firmamento cæli, & laudabilis, & glorioſus, & ſuper exaltatus in ſecula, qui in filiâ meâ tanta facis virtutum mirabilia. Quo dicto, à Præpoſito Hartwico, & à B. Mathilde, & ab omnibus honorificè eſt receptus: ſuper qua ſalutatione omnibus regratians, ſubjunxit, dicens: Audite precor, & intelligite, & quomodo venerim huc, mecum perpendite. Hac nocte circa pullorum cantus, dum de filia mea ego & mater ejus colloqueremur, quædam vox inſonuit auribus meis, dicens: O Comes Bertholde, ſurge, & ad filiam tuam propera. Et cum feſtinatione ſurgens, ſicut cernitis, adveni. Nunc ergo, ô Præpoſite Hartwice, quid ſit geſtum, mihi narrate. Ad hæc Præpoſitus Hartwicus reſpondit, dicens: Audio & intelligo, quod Deus noluit vos ignorare mirabilia, quæ nuper in Domina mea, filia veſtra & Dei ſponſa B. Mathilde ſunt, ut ex parte cognoviſtis & plenius cognoſcetis, peracta: & conſedentes, narravit ei ſingula. Quibus auditis Comes Bertoldus, reſpondit, dicens: Deus qui huc venire me fecit ad tantam ſolennitatem, illi ſit mea devotio nunc & in ævum oblata, ſitque ei laus perpes nunc & in perpetuum. Vix Comes Bertholdus ſermonem ſuum finierat, & B. Mathildis ſubinferens, dixit: Ego dormio, & cor meum vigilat. O quam dulciſona voce, Chriſti ſponſa, ſui cordis protulit arcana: quia ſicut omnium juris eſt ſponſarum, curam ſuorum gerere ſponſorum; ſic multo decentius eſt, veram Chriſti ſponſam, corde vigili recolere ſponſi ſui Jeſu Chriſti amorem, quem in ea habuit, dum propter eam carnem induit; cum in cruce pendens, ſomnum cepit; & in ſomno mortis corporalis, per apertionem ſui lateris, de fonte ſui cordis ſanguinem & aquam nobis propinavit. Illius amoris memor B. Mathildis, inquit: O in Chriſto Pater & Domine, venerande Præpoſite Hartwice, ego miſella precor, providâ veſtrâ diſpenſatione mihi detur, ut de Decimâ, per præſentem patrem meum huic Eccleſiæ Dyezzen nomine meo collata, pars tantæ quantitatis ad Oblatas *b* inſtituatur, ut etiam omnibus adjacentibus Eccleſiis large & perpetim tribuantur. Gaudium etenim mihi generat & ſalutem omnibus, reſiduis ejuſdem Decimæ partibus fruentibus, ſi [de ea fiat] panis ille myſticus, qui de cælo deſcendens in uterum Virginis, & in cruce pendens, teſte Oſee Propheta, coctus eſt in clibano, ut nobis fieret eſibilis. Ut ergo nos eodem pane pariter reficiamur in regno cælorum, id quod petii veſtra, Pater pie Hartwice Præpoſite, mihi præſtet gratia, & confirmetur conſenſu omnium Confratrum & Dominorum meorum hujus eccleſiæ Canonicorum. Completa hac petitione, omnes pari voce dicebant: O B. Mathildis, quod jam petiſti, hoc omnes conſulimus, & fieri poſtulamus. Ad hæc pius caritativus Præpoſitus Hartwicus, manu Fratribus ſilentium imponens, dixit: O B. Mathildis, Deo & hominibus dilecta, gratum eructaſti verbum; quia omnium corda noſtrorum excitaſti ad tuum complendum deſiderium. Ut igitur tui affectum deſiderii ad optatum ducam effectum, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti conſtituo, & omnibus Officialibus præcipio, ut ſingulis annis in tam ſuperabundanti quantitate medulla frumenti de Decimâ in Diengen & de confinio ibidem, ſpecialiter ad Oblatas, ſicut B. Mathildis petiit, perenniter tribuatur; & ſicut ſalutaris illa Euchariſtia, in eâdem panis forma figurata, nulli pœnitentis ſimul & poſtulantis affectui eſt neganda, ita etiam ipſa panis ſubſtantia numquam cuiquam denegetur. Conſtat ſane omnibus Chriſtianiſſimæ fidei cultoribus per hanc ſaluberrimam conſtitutionem, dotem deſponſationis B. Mathildis, in eccleſia Dyezzen, apud Deum & homines eſſe celeberrime confirmatam.

23 Cum Soror una, cui uſus erat ſcribendi membranam, dum ad lineas *c* punctaret, ſubulam in-

*cælo approbante.*

Eſa. 24 16

B *quod ipſum eum juſſa eſſet revelare,*

Malach. 1

C

Dan. 3,

*aguntur Deo gratia,*

*quibus divinitus monitus pater interveniſ.*

D

E

*Ipſa petit Decimæ partem in Oblatas erogari vicinis Eccleſiis:*

Oſee. 7, 7

*& impetrat.*

F

c

A incaute trahens, oculum transfigit, pupillam perforat, & continuo exivit ſanguis & aqua. Dolor elicit clamorem, concurrunt omnes ad Sororem : geminatur moleſtia de languore deſperabili Matris, & de excæcatione Sororis; ſiquidem utilis erat, & dilecta omnibus; & hinc magis doletur dolor ejus. Excitat Matrem tumultus ille, vocatur & adducitur illa : cum aquâ pupilla defluxerat, & adhuc ſanguis rivatim fluebat. Nulla ſpes oculi rehabendi, nulla de cetero videndi; ſolus dolor ut quieſceret, optatur dolenti. Jubetur accedere, attractat oculum manu [Mater]: & manus Domini affuit, fugans dolorem, dens ſanitatem, & luminis claritatem. Stetit ſanguis, & ſanitas perſtitit, adeo ut numquam clarius viderit, nec ſuavius habuerit. Hoc fecit in morte Mathildis noſtra, conteſtans ſe non mori, ſed de morte tranſire ad vitam, & viventibus conſulens ad meliorem vitam.

*oculum ſubula excuſſum reſtaurat.*

## ANNOTATA.

a *Simon Præpoſitus hîc* σφάλμα *aliquod Scriptoris arguit, arbitratus* patrem novennio ante filiam mortuum eſſe, *ſcilicet* anno 1151, *ſed quid ſi legatur* mortuum eſſe anno 1161? *tunc omnia ſalvantur, & potuit hic error facilius contigiſſe. Aliàs quæ hoc & ſequenti numero referuntur, referenda eſſent ante ejus diſceſſum ad cœnobium Oetilſtetinum.*

B b Oblatæ *dicuntur, orbiculi ſacrificales, vulgo* Hoſtiæ, *& hinc Francis* Oblïes *dulciaria quædam eodem modo confecta quo illæ.*

c *Ita videmus & habemus plures codices ad aqua utrimque intervalla ſingulis in foliis acu transfixa, & ductas ad utriuſque lateris correſpondentia ſibi puncta ſubtiles lineas diluti aut etiam nullius coloris, ſupra & intra quas ſcriptura poſtea inducta decurrit.*

## CAPUT IV.

### *Vltima moribundæ geſta. Obitus, ſepultura, miracula.*

24 *Hartwicus Præpoſitus rogat,*

INterim auditur foris, Abbatiſſam infirmam formari jam ad mortem. Præpoſitus Hartwicus accurrit exanimis, irruunt Fratres cum fletu maximo & lamentis, fit ſuper eam mugitus & gemitus, proprius cuique, & planctus in commune ſolennis. Sciebant quod per eam Dominus ſalutem dediſſet domui, & ſequentia præcedentibus

C raro ſimilia. Tunc Præpoſitus Hartwicus exorſus eſt fari, Abbatiſſam conſolans, & Conventum exhortans : Te quidem, ô Mater, video in defectu corporis maximo, non tamen adhuc de vita tua deſpero : potens eſt Dominus te reddere nobis in ſalutem domus, quæ tota pendet in te, quam plangimus, quam lugemus. Scimus te Chriſtum deſiderare, quem diligis; ſalva ſunt tibi præmia meritorum, nec dilata minuentur. Noſtri potius miſerere, quos deſeris. En quos in duobus locis Chriſto lucrata es tuæ ſanctitatis exemplo : en Fratres & Sorores, quos per te Chriſtus acquiſivit, omnes ad coronam tuam pertinentes, & gemmarum inſtar in decore tuo fulgentes. En omnes vicini, odorantes de te odorem ſuavitatis in operibus tuis, quæ compererunt in verbis, quæ de te audierunt; ſed & in diſciplina morum tuorum, quam viderunt; in his omnibus gloriam Chriſto acquiſiſti, nec eſt quod neget tibi oranti. Oramus ergo, ut petas vitam adjici tibi, neceſſariam nobis magis quam tibi. Quis ultra, te ſubtracta, proteget nos orationibus, fovebit ſuaſionibus, muniet conſiliis, relevabit auxiliis? Principes genus tuum ſunt, omnes tui gratia gratum habuerunt locum, impenderunt beneficium, averterunt omne contrarium, inclinaverunt ad nomen tuum. Te vivente pacem habuerunt noſtri; omnes tui fuerunt ex te honorati; nihil audebant maligni; ipſi, qui oderunt pacem, tuis fuere pacifici. Optamus vitam tuam; ſed ſi Chriſto magis placet, ut migres, vade ſecura, certa de coronâ, glorioſa de victoriâ. Et vos, inquit, ô Sorores, ecce via, quam currimus ad finem : hinc tendimus, ut vitam hanc morte terminemus. Atque utinam morte hac terminaremur, nos qui malè vivimus; & non alia mors ſequeretur immortalis, qua peccatrix anima in æternum moritur, & numquam permoritur. Vivit enim ſemper recens ad ſupplicium, nec defertur ad terminum; conſumitur, & non conſummatur; habens in æternum, quod doleat deſperans, & deſperata quod evadat. Eja nunc, Sorores, beatas vos dixerim, quas Dominus aſſumpſit ſibi, quas non ancillas, ſed ſponſas ſuas vult vocari; quia non à nobis vult timeri, ſed diligi; vel ſi timetur, timore delectatur filiali, immò ſponſali, non ſervili. Cernitis ante vos Ducem veſtram currentem, & curſum jam conſummantem, & pulſantem ad januam cæli; & ecce jam aperietur ei. Felix ipſa, quam deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei, & dedit illi ſcientiam Sanctorum; honeſtavit illam in laboribus, & complevit labores illius; deducens eam auxilio, oſtendens regnum conſilio, dans illi ſcientiam ſapientia, honeſtans in laboribus conſtantia, complens labores perſeverantia; & vos, filiæ, eadem virtute armamini, veſtigia Matris veſtræ ſectamini, ut cum ipſa currentes perveniatis ad bravium, & ipſius meritis perveniatis ad regna cælorum, Sponſo ipſius & veſtro parante, qui vivit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

A. ENGELHARDO M.

*& ad eam imitandam Sorores hortatur.*

E

25 Exitus Sanctæ ſancti Angeli obſervabant, & dęmones & Sorores. Tum ſubito illa flere cœpit amariſſimè; poſt fletum, quod ante nunquam viſa eſt feciſſe, riſit cum lætitia magna : & ſic tertio fletum iteravit, & riſum, non impos mentis, ut ſæpe fit, ſed optime habens ſenſum. Nulli tamen indicavit, quare id eſſet factum. Super hoc conjectandi quiſque licentiam habeat. Mihi, non ut ſapienti, videtur, cauſam fletus ſui dæmones fuiſſe, quos Sancta vidit, mala ejus numerantes & penſantes; Angelos autem ſanctos bona opera è contra numerando ſuperantes; & ex hoc rectè ridens exultavit, ſicut fleverat, dum malignos fore victores extimuit. Ter vero ideo factum; quia tribus modis bonum vel malum committitur; cogitatione, locutione, & opere; quæ ſingula inimici dæmones trutinant. Primum [prava] opera in trutina ponunt; quæ ſi bonis præponderent, animam malè operantem vendicant ſibi; minora ſi ſint bonis, fugiunt victi. Adhuc tamen de verbis cauſantur, quæ & ipſa deducunt ad libram; & his victi, ſecundam exhibent fugam. Poſtremò, nec ultimam cogitationem prætereunt indiſcuſſam, ubi ſi vincantur, ultra nihil juris habent in animam. Sicut autem ſpiritus mali ſtudent rapere, ita boni conantur eripere animas; ut nihil malorum patiantur deduci ad medium, quod fuerit ſatisfactione deletum : tantumque exaggerant boni bona, quantum mali mala. Credo, huic Sanctæ de ſe vidiſſe iſtud datum, ſed dicere non fuiſſe datum; ut ipſa lætior, quo ſecurior, de corpore exiret; & alium minus ſanctum fletu ſuo ſolicitum redderet, riſu quoque fiduciam non negaret.

*illa cum ter flevisset totiesque risisset,*

E

26 Quod & ipſa perſeverantia gaudii probavit : nam ita læta jacuit poſtea, tamquam ad epulas invitata, & cum Angelis convivata. Vidit enim

*ut ſibi petat reduci vitam,*

A enim S. Mariam Dominam noſtram, vidit & ſalutavit. Ave, inquiens, Maria, gratia plena, Dominus tecum; &, in Benedicta tu, defecit, & riſit, & magno tripudio exultavit. Obtulerunt ei Sorores imaginem S. Mariæ: manu avertit illam, convertens oculos ad viſionem, quam vidit in ſpiritu; quaſi diceret, Ego ſaluto S. Mariam, non in imagine, ſed in veritate. Et ſicut extrema gaudii ſtultorum luctus occupat, ita expectatio juſtorum lætitia; & ſicut mors peccatorum peſſima, ita pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum, in hac Sancta probatur. Probavit de ſe dictum: Uſque ad tempus ſuſtinebit patiens, & poſtea redditio jucunditatis. Vidiſſes eam ad præceptum Jeſu obmutuiſſe, nec verbum de ore ejus exiſſe; circuiſſe muros ſeptem dies, & tunc clamaſſe, & clamore muros diſieciſſe, & morti mortem inſultaſſe, nec mortis amara præ dulcedine vitæ ſenſiſſe. Riſit tunc, ante non ridens, & videns impletam illam Baldad Suitis ſententiam: Deus non projicit ſimplicem, nec porrigit manum malignis, donec impleatur os tuum riſu, & labia tua jubilo. Evaſerat omnem anguſtiam, vidit ad vitam ſe transferri; perfecta merito, certa de præmio, vocatione Chriſti, & Angelorum conductu. Hæc illi cauſa riſus, hæc materia jubili; quæ potuiſſent in occulto fieri, niſi paraſſet illi Deus apud homines in benedictione memoriam, ſicut apud ſe gloriam, ut & nos traheret ad ſimilem vivendi formam.

*Creditur à Deipara apparente exhilarata,*

Eccleſ. 1,

Ioſ. 7.

Iob. 1,

B

27 Necdum tamen penitus defecerat; reſpiravit, & locuta eſt in gaudio, mirantibus cunctis; ſingulas quaſque conſolando exhortans, & confortans manus earum in Deo, & gratias ſingulis agens pro impenſo ſervitio. Vidit Chunradum nomine, fidelem & devotum ſibi, qui de Milite Converſus ex familia parentum ejus, omne monaſterii fecit opus; quem alloquens, multa conſolatione replevit, inſtruens verbis ſalutaribus. Tu, inquit, mihi adjutor & miniſter fidelis in Domino, benè ſerviſti mecum in officio domus Dei. En ego cucurri ad terminum, & hodie percipio bravium: ſupereſt mihi corona juſtitiæ, & requies æternæ vitæ. Confide & tibi ſupereſſe, nec diu differri, quia tu mihi coronam magna ex parte præparaſti. Si quid oratione, meditatione, vel lectione profeci, tu me reddidiſti expeditam; ut tui laboris inſtantia, fuit requies mea; ita nunc erit merces tua cum mercede mea. Sta ergo nunc, & perſta quaſi miles bonus, certa ut fidelis athleta. Labor quidem eſt, ſed brevis & modicus, ad futuram gloriam, quæ nec modum habet, nec finem; quam ego nunc video, non tantum per fidem, ſed certè per ſpeciem. Video coronas noſtras pro labore noſtro reddendas, tantæ jucunditatis, tantæ gloriæ, ut nullius ſenſus, nullius lingua tibi poſſit edicere. Perſevera benefaciens, adjice quotidie divitias tibi & gloriam in cælo; ſicut ille qui theſaurizat, nihil contemnit in lucro. Hæc locuta eſt; & reincipiens, à Dei laude non ceſſavit, quamdiu linguam movere prævaluit.

*Chunradum miniſtrum ſuum*

2. Tim. 4.

C

*adhortatur ad perſeverantiam:*

28 Sana frequentius communicavit, agnum comedens cum lactucis agreſtibus; quia nunquam ſine lacrymis & amariſſimis fletibus communicavit, & poculum Sanguinis Chriſti cum fletu temperavit. Communicaverat in lecto doloris, accipiens, de conſilio S. Jacobi Apoſtoli, & Sacramentum Unctionis ſanctæ, atque in ea indulgentiam peccatorum. Illud ab hominibus inter homines vivens: ſed jam cum Angelis victura, manibus communicavit Angelicis. Ad finem deducta vocem ultra non habuit, geſtu corporis præſentiam Majeſtatis oſtendit, inclinans reverenter, hians ore competenter, glutiens gutture decenter, ſed & geſtum bibentis imitans, & inclinans frequenter. Hoc viſo miratæ ſunt Sorores, & qui aderant; ſed miraculum exhibens, animam mox ſolvit, communicans communicatoribus Sanctis in gaudio, & abiens cum eis ad rem ſacramenti de ſacramento, & de re fidei ad vultum ſpeciei. Erat illic videre miraculum, ſigna non mortis in mortua; ſplendorem, ſed vitæ. Viventi ſimilior vultu roſeo, roſis Martyrum admixtum oſtendit ſpiritum ſuum; ſed lilii candorem imitans corpus reliquum, Virginibus ſociam teſtabatur animam, tam ſpiritu quam carne incorruptam. Gaude nunc & lætare Mathildis, filia Sion, & non captiva Babylonis; canta cum David canticum Domino in terra tua, quod plene non poteras in aliena. Dic, Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis; eo quod effugeris de fornace ferreâ Babylonis, & habites in luce cum filiis lucis.

D

Pſal. 115,

29 Celebrantur exequiæ; ploratum ibi non eſt multum; nam lacrymas abſorbuerat gloria: magis gaudebant de virtute manifeſta; fletus ſi qui erant, erant pro ſe cuique ad ipſam, non pro ipſa. Corpus olim jejuniis attenuatũ, acceſſu infirmitatis prorſus abſumptum, nihil reliquit vermibus devorandum; ſed ſuper oſſa cutis extenſa hanc ab ea vocem Job elicuit; Pelli meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum, & derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos. Nonne & diſſimilis erat illi, qui cucurrit adverſus Deum erecto collo, & pingui cervice armatus eſt? Operuit faciem ejus craſſitudo, & de renibus ejus arvina dependet. Nihil horum in Mathilde. Spiritus ejus rexerat artus, ad ferendum faciles, quo ipſe vellet, nec velle ipſius aliud, quam ut de morte ad vitam tranſiret. Et factum eſt ita. Nihil exequiis defuit gloriæ ſpiritualis: Pſalmis, Hymnis, & canticis ſpiritualibus celebratæ ſunt: accenſa luminaria plurima, ſed vento vehementi & frequenti extincta. Fecit autem Deus miraculum, ut cum præ flatu ventorum homines ſtare non poſſent, candelæ inceſſanter arderent; & cum jam extinctæ viderentur, arderent denuo inviſibiliter reaccenſæ; & qui imperavit ventis & mari, voluit ſponſam ſuam luce, quam ſemper dilexit, nec in morte privare.

*Dum celebrantur exequiæ,*

E

Iob. 19, 20

*cerei vento extincti divinitus reaccenduntur,*

Matth. 8,

F

30 Voluit Deus oſtendere, quod viveret, poſt mortem ſignum dans in Fratre, qui mortuus fuiſſet, niſi mortua ſubveniſſet. Nomen illi Chunradus; non ipſe, quem proxime [diximus], ſed homo liber, ſpiritali amore Converſus, ita infirmus capite, ut reſponſum mortis haberet quotidie, ſed præcipuè poſt fletus in morte Abbatiſſæ. Quid ageret? Uno tantum gradu ipſe morſque dividebantur. Cœpit concepta fide audaciam, accedit ad mortuam, cogitans Euangelicæ mulieris exemplo, Quod ſi tetigero fimbriam veſtimenti ejus, ſalvus ero. Tetigit ipſe caput Sanctæ, & ſuo capiti ſalutem acquiſivit; quod ad mortem ultra uſque non doluit, & ſe de cetero virtutis Abbatiſſæ teſtem & præconem dedit.

*Capitis dolor curatur*

Marc. 6,

*Extremum inuncta, viſa eſt quaſi Communionem accipere ab inviſibili manu,*

Iac. 5 14,

31 Affuit de provincia plebis multitudo exequias celebrantis: offertur pro ea ſalutaris oblatio, offerunt ſinguli ob ſui memoriam, commendantes Sanctam Deo, & ſe Sanctæ commendantes coram Deo. Vicini aderant fletu ejulantes, viduæ & orphani damna ſua plorantes, ac ſi Dorcas jaceret præſens, & oſtenderent Petro, quas illi tunicas feciſſet & veſtes. Affuerunt & infirmi ſanati ab ea; confitentes, illas & illas infirmitates ſe evaſiſſe per eã; ſed ſemper hoc celaſſe, ne Sancta gravaretur: ſi quidem fuerat comminata, ſi proderent, quod in

*multi ſe à vivente ſanatos fatentur, ſed ſilere juſſos.*

A in eadem mala reciderent. Hæ minæ finem acceperunt in morte ipſius ; illuc uſque pactum fuit ; poſtea quod vellent, dicere licuit. Proceſſerunt plurimi tunc, qui dicerent; ille, ſe cæcum fuiſſe, & vidiſſe ; ille ſurdum, & audiſſe ; ille paralyticum, & convaluiſſe ; & alii atque alii, diverſas & innumeras infirmitates per eam evaſiſſe. Venerunt etiam infirmi ad exequias: plurimi ſanati ſunt, quorum numerum ideo non ſcribo, quia præſentium negligentia non annotavit. Invidia quoque ſi adfuiſſet, pro evidenti miraculo celari non potuiſſet. Sepulta eſt cum honore, poſita in Dyezzen, ante altare S. Joannis Baptiſtæ, ſpiritu ejus exultante in Domino, & corpore ejus in teſtimonium illic poſito, contra eos qui agunt vitæ illius contraria. Age nunc, Sancta Dei, cognoſce figmentum noſtrum, cognoſce & tuum ; & te nihil potuiſſe, præter auxilium divinum : idemque nobis impetra ad faciendum bonum: & ſi tuum non poſſumus attingere meritum, ad gloriam eminentem, vel pœnam poſſimus evitare per te, Deo conjunctam, in Omnipotente nihil non potentem. Regnas cum Deo, da ut non regnet peccatum in mortali corpore noſtro : & qui tibi contulit fructum centeſimum cum Virginibus, conferat nobis ſexageſimum cum continentibus ; imò vel triceſimum, cum conjugatis ſibi placentibus. Ornet te lilium, in corona gloriæ & ſerto exultationis ; nobis fiat vel viola, teſtis pœnitentiæ & humiliationis. Tu ſedeas cum Sponſo Sponſa in throno regni, dormias in ſinu ejus, conſors quietis & ſocia thalami ; nobis ſufficiat evaſiſſe ſupplicium, & in regno cælorum vel ultimos fieri. Tu cum Virginibus Virgo ſequaris Agnum, quocumque ierit, & cantes canticum novum ; nos vero, per lamentationes propheticas, declinemus illud Væ tormentorum. Tu poſtremò ſedeas cum Chriſto judex vivorum & mortuorum ; nos cum dextris aſſiſtamus in numero benedictorum, percepturi regnum tuis precibus, quod non poſſumus juſtitia meritorum; ipſo præſtante, qui vivit & regnat per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

*Invocatur à Scriptore vitæ.*

*Capillis mortuæ reſciſſis morbi curantur.* 1. Cor. 11

32 Ad finem nimium feſtino. Supereſt unum dicere, quod hiſtoria prohibet reticere. Conſilio Pauli comam nutrierat, dicentis : Mulier ſi comam nutriat, gloria eſt illi. Quod audiens & obediens, nequid mandatorum præteriſſe videretur, cogitavit obſervare, acquieſcens verbo doctoris, non ſpeciei corporis. Nam capillos ita velatos habuit, ut numquam viderentur; & laboris plus, quam decoris fuit, eos non tonderi ; cum laſciviæ ejus nihil ſervierint, totum oneri corporis, totum militiæ ſpiritus, & oculus ejus ſimplex eſſet in omnibus. Defunctæ abſciderunt eos, ſervantes pro Reliquiis : nec fallit pietas fidei, nam tactu eorum ſæpe ſanantur infirmi. Certiſſimo autem ſunt remedio contra tempeſtates & fulgura; & ſurgentibus ventis atque minitantibus, capillos Sanctæ ſuſpendunt in aëra ; ſicque tempeſtates conquieſcunt, conticeſcunt tonitrua, ac ſi Dominus Ieſus imperet eis, ſicut in mari quondam, ita nunc in terra. Hoc tam ſolitum in monaſterio, tam notum in provincia, ut capillorum S. Mathildis oſtenſio, ſit tempeſtatum depulſio ; nec poſt mortem ejus illic noxiæ fuerint, cum prius ſæpe nocuerint. Oremus & nos Sanctam, ut ſanctitatis ſuæ meritis nos defendat à tentationum tempeſtate, protegat precibus ſuis à diaboli laqueis ignitis ; accendat potius ſpiritu judicii & ſpiritu ardoris, ut zelum habeamus Dei per dilectionem, & animum contemperatum proximo per diſcretionem. Impetret nobis S. Mathildis ſancti Spiritus gratiam; depellat iram, ſedet invidiam, extinguat odia, premat ſuperbiam, ſanet conſcientiam, occidat luxuriam, tribuat caſtitatem, adaugeat fidem, cumulet ſpem, adjiciat caritatem; ut ipſum, qui caritas eſt, videamus Deum, in illa bonitate electorum viventem & regnantem in ſecula ſeculorum. Amen.

A. ENGELHARDO M.

B

C

*& tempeſtates ſedantur.*

# APPENDIX

## *Miraculum anno* MDCXVII *patratum, à Simone Præpoſito Dyezzenſi tranſmiſſum.*

*Puella aſthmate & gibbo laborans ſanatur.*

QUamquam ſemper fuit eſtque fidelium magnus in B. Mathildem noſtram fervor atque devotio; divina tamen bonitas recenti miraculo dignata eſt ſeu illum fervorem magis in nobis accendere, ſeu B. Mathildem amplius illuſtrare. Circa annum XVII hujus ſeculi miraculum illud accidit. Virgo quædam nobiliſſima, duodennis ferme, duplici ex morbo, aſthmate ſcilicet & fœdo gibbo laborabat, qui omnem medicorum induſtriam & artem pridem eluſerant. Erat illa illuſtrium Comitum de Furſtenberg, Wiſenſtaig & Helfenſtain filia, cujus malis parentes mire diſcruciabantur, naturæ vitium, convitium ſuæ, ut aſſolet, proſapiæ interpretati. Dominus Rudolfus Comes parens, tunc temporis, auctoritate Sereniſſimi Ducis Bavariæ Maximiliani, Præfecturam adminiſtrabat Landſpergæ, quæ ſuperioris Bavariæ civitas eſt, quo paulo ante ex ſede ſua Wiſenſtaig commigrârat. Iſtic loci forte celebris fama Comitum aures feriit de B. Mathildis noſtræ ſanctitate, apud Deum meritis ac miraculis, maxime quæ patraſſet in curandis defectuoſis. Accenduntur Dynaſtæ ambo & eriguntur in ſpem, fore ut parem Beata ſuæ quoque filiæ gratiam conferat. Spem porro ut firment ſuam, vovent ad ſepulcrum B. Mathildis legendum Sacrum ; &, ſi ſanaretur filia, etiam alia donaria. Eapropter Comitiſſa, cauſa tam voti ſolvendi, quam experiundi B. Mathildis opem, venit cum filia ad noſtrum monaſterium ; curat legi Sacrum votivum. Interea ambę aliquantiſper ad tumulum flexę, fundunt ad beatam Abbatiſſam preces, quas ardens deſideriũ exoptati auxilii ſuggeſſerat, utiq; fervidas. Surgunt. Mater primo filiæ palliolum ſepulcro (id ſuper humum, laterițio opere, & marmore deſuper impoſito, S. Mathildis referente imaginem inciſam, elevatum eſt) mox ipſam filiam imponit; cui dein eamdem, qua gibbus prominebat, circumcirca ſtrictim admovet, pallioloque rurſus amicit. Res mira! Dei potentia, & B. Mathildis merita & ſupplicum fidem reſpiciens, imo tamquam clariſſimas cælo voces exaudiens, liberat virginem utroque malo, matre & filia ſtupentibus & gaudentibus ; atque Deo Deique Sponſæ caſtiſſimæ, Patronæ ſuæ B. Mathildi, animitus gratias quas poterant maximas agentibus. Illuſtris Matrona tam in animi pro tanto beneficio grati ſignificationem, quam in patrati teſtificationem miraculi, ſanctæ ſoſpitatrici ſuæ dono miſit duo ſcitè facta capita, incluſis Sanctorum reliquiis venerabilia : quæ deinceps beneficium B. Mathildi acceptum referre ac prædicare, quoad vixit, numquam deſtitit. Hujus teſtes miraculi, qui partim coram ſpectarunt, partim ex ſpectantibus audierunt, aliqui etiamnum ſuperſunt : & in iis duo celebres Prælati, qui nominari poſſunt ; & quorum alter nuper etiam propria ſyngrapha rem teſtatam fecit, XXVI Aug. anno MDCXXXVII.

E

F

# DE B. IACOBO VENETO
## ORDINIS FRATRUM PRÆDICATORUM
### *FOROLIVII IN ROMANDIOLA ITALIÆ PROVINCIA.*

D. P.

## COMMENTARIUS PRÆVIUS.

### De cultu ab Apoſtolica Sede ſæpius probato & aucto, Vitaque à coævo ſcripta, & ejus varia traductione atque epitome.

ANNO MCCCXIV

*Chronotaxis vitæ B. Iacobi,*

B

*Beatum* Jacobum, *illuſtrem in Italia Ordinis Dominicani Confeſſorem, alii* Venetum *cognomine, alii* Salomonium *dicunt:* Venetum *à Venetiis natali urbe, à paterno vero nobili ibidem genere Salomoniorum,* Salomonium. *Chronotaxis vitæ, ut ea vel in limine ipſo, quod Actis præſtruimus, ſub Lectoris ſimul aſpectum cadat, hujuſmodi eſt. Natus fuit Venetiis anno à Nativitate Chriſti* MCCXXXI, *ibidemque anno decimo ſeptimo poſt, hoc eſt* MCCXLVIII *in Religioſam S. Dominici familiam adſcitus, annos exegit octodecim. Poſt quos, anno videlicet* MCCLXIX, *vitaturus moleſtam propinquorum conſuetudinem, mutata ſede, in Conventum Forolivianum commigravit: ubi reliquu exactis ætatis annis (ſi ſex excipias, quibus ex intervallo Prafecturâ inter ſuos Ravennatem, Faventinam atque San-Severinatẽ, ſed vicariam geſſit) annos omnino ſexaginta ſex in Regulari diſciplina conſumpſit, deceſſitque ætatis octogeſimo tertio, Chriſti* MCCCXIV. *Humato, & ante ac poſt mortem patratis miraculis claro, laboratum ex optimo marmore mauſolaum Forolivii, cum hujuſmodi inſcriptione Veneti poſuere:*

*pitaphium.*

Hoc Jacobum tumulus conſervat marmoreFratrem,
Virtutum cumulus quem dat tibi Livia Patrem.
Gloria qui Venetis, cuiatibus eſt oriundus:
Virgineis meritis meruit cæleſtia mundus.
Hujus Dominicus, Petrus, Thomas Ordinis almi
Gaudent, quod ſocio cantantur in æthere pſalmi.
Cancros, arteticas, febres, capitisque dolores
Propulit, atque alios morbos mentisque furores.
Forlivium gaude pro te nunc Præſide tanto,
Qui Patrem Natumq; rogat cum Pneumate ſancto.

C

*Cultus Forolivienſibus conceſſus pro 31 Maji,*

2 *Publicum ejus cultum, non multis ab obitu annis, tacito aſſenſu probavit primo Ioannes XXII; continuatisque per duo interea ſecula illuſtribus miraculis, iiſque ad examen oblatis Clementi VII, impetratum ab eo fuit anno* MDXXVI *vivæ vocis Oraculum, quo poteſtatem faciebat, annuum intra Forolivienſia mœnia feſtum ei agendi. Oraculi iſtius teſtis idem qui & orator apud prædictum Pontificem,* Chriſtophorus Numaius, Miſeratione divina Tituli S. Mariæ Aracæli S.R.E. Presbyter Cardinalis, Forolivienſis vulgariter nuncupatus, *fidem ejus manu propria ſub atteſtatione Secretarii ſui* Bartholomæi Bentivoli, *hoc modo fecit.* Univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, has præſentes inſpecturis, lecturis, pariter & audituris, ſalutem in Domino ſempiternam. Fidem indubiam facimus & atteſtamur, qualiter, cum ſit quod divina clementia varia & diverſa ſanitatum & gratiarum munera, meritis B. Jacobi de Venetiis, Ordinis Fratrum Prædicatorum S.

*per vivæ vocis oraculum,*

Dominici, in ſacro Conventu S. Jacobi intra Civitatem Forolivienſem conſiſtente, multis eum pie invocantibus indeficienter conferre non deſinat; propterea dictæ civitatis & conventus tam populus quam fratres ejuſdem Ordinis S. Dominici, Congregationis Lombardiæ, hujuſmodi B. Jacobi pia devotione inflammati, ad Sedem Apoſtolicam & ad ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri D. Clementis Papæ VII clementiam recurrentes, eidem ſuæ Sanctitati per nos eorum nomine humiliter ſupplicari curarunt, quatenus, tam pro ipſius B. Jacobi gloria, quam pro ipſorum populi & fratrum plurima devotione augenda, de omnipotentis Dei miſericordia ac beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate & ſua, annis ſingulis perpetuis futuris temporibus, concedere & indulgere dignaretur, ut dicti B. Jacobi feſtum in die obitus ſui, videlicet ultima menſis Maji, nec non divinum Officium & Miſſarum ſolennia, pro ipſius B. Jacobi gloria edita & facta, ſub

E

Officio feſti duplicis ſolenniter celebrare valeant; infra annum vero, tam pro dictorum fratrum pro tempore ibidem degentium, quam pro aliorum ſæcularium devotione, prout ipſorum devotio exege-

*eum Miſſa & Officio proprio, etiam infra annum recitandis*

rit, toties quoties opus fuerit, in eccleſia ipſorum ſeu etiam in monaſterio monialium ejuſdem Ordinis, in dicta civitate & ſub eorumdem fratrum regimine conſiſtente, Miſſam dicere aut cantare, ſeu dici aut cantari facere, per fratres dicti Ordinis Prædicatorum dumtaxat, valeant; ſimiliter præfati Jacobi commemorationem, quandocumque ipſorum fratrum ibidem degentium ſeu aliorum advenientium devotio induxerit, ibidem in eccleſia & in monaſterio ſupradicto, tam in Miſſis quam in divino Officio facere poſſint; & inſuper quod dictæ eccleſiæ S. Jacobi conſecrationem, quæ ultima Maji celebrari conſuevit, ad ſextam menſis Septembris transferre, & tali die illam celebrare poſſint. Et quoniam ſua Sanctitas fidelium piis votis libenter annuere conſuevit, vivæ vocis oraculo nobis deſuper facto, anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſexto, die vero XXV menſis Junii, & Pontificatus ſui anno III, tam pro ipſorum populorum & fratrum devo-

F

tione, quam pro ipſius B. Jacobi gloria augendis, de Omnipotentis Dei miſericordia ac Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate & ſua, nobis, pro parte & nomine ſupradictorum communitatis & fratrum humiliter ac pie ſupplicantibus, omnia & ſingula ſupradicta liberaliter & benigne conceſſit pariter & indulſit: ita quod ſupradicti fratres, ibidem pro tempore degentes, hujuſmodi Feſtũ, nec non divini Officii ac Miſſarum ſolennia, tam in die obitus ſui quam infra annum, ut præmittitur, celebrare, nec non Conſecrationis feſtum transferre, & alia omnia & ſingula ſupradicta facere & explere libere & licite, & absque alicujus conſcientiæ remorſu, poſſint & valeant, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuscumque. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium, has præſentes noſtras litteras exinde fieri, & noſtra ac noſtri Secretarii infraſcripti manibus ſubſcribi voluimus; nec non noſtri majoris oblongi ſigilli appenſione communiri juſſimus & mandavimus. Datum Romæ in ædibus noſtris, ſub anno Domini à nativitate ejuſdem MDXXVI, Indictione XIIII, die vero XXVI menſis Junii, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & D.N.D. Clementis, divina providentia Papæ VII, anno ejus Tertio, &c.

*tranſlatam 6 Septemb. Dedicatione eccleſiæ.*

3 Quod

A 3 *Quod in prædictis litteris editum indicatur, & uſurpari permittitur Officium, id Ferrarius ait recitari ſolitum fuiſſe, uſque ad Breviarii emendationem, à Dominicanis Foro-Livienſibus: & ex ejus ecgrapho, quod penes nos eſt, infra quidem Lectiones proprias & Hymnum damus; hic vero lubet hanc Orationem apponere:* Deus, qui per B. Jacobum Confeſſorem tuum feciſti Eccleſiam tuam novis gaudiis exultare: præſta quæſumus, ut ipſe pro nobis pius exiſtat interceſſor, qui tui nominis pro nobis devotus ſemper exſtitit prædicator. Per Dominum &c. *Vt autem dictum feſtum, ex ſocietate cujuſpiam diei, à populo feriato agenda, feſtivius Foro-Livienſibus eſſet, Iulius Papa III anno* MDLIV, XI *Aprilis,* Joanni Morono, Tituli S. Laurentii in Lucina Presbytero Cardinali, Ordinis Prædicatorum Protectori, ad inſtantiam Rev. P. Fr. Stephani Uſuſmaris, totius Ordinis Generalis Magiſtri, ac dicti Conventus Fratrum, *ſimili* vivæ vocis Oraculo, *conceſſit & decrevit*, ut Feſtum prædictum, quod ultima Maji celebrari conſuevit, de cetero perpetuis futuris temporibus, in locis & à perſonis prædictis, in Dominica quæ poſt feſtum Aſcenſionis D. N. I. C. immediate ſequitur, ſub Duplici majori & proprio Officio, cum ſolenni proceſſione & oblationum pompa, prout antea conſueverat, celebretur. *Refert hæc omnia Lucas Caſtellinus, in tractatu de certitudine gloriæ Canonizatorum pag* 140: *antea autem, videlicet pag.* 85, *ſuccincte egerat de eiſdem, addens,* in *ipſa* proceſſione ejusdem Beati Reliquias decenter ornatas circumferri, & ad ſepulcrum appendi tabellas, donaria, & vota. *Veneti quoque, nihilo Forolivienſibus pro cultu ſui civis ſegniores, per Oratorem ſuum in ſacra Congregatione Rituum inſtiterunt, & annuente Paulo Papa V impetrarunt,* XXIII *Octobris anni* MDCXVII, *ut idem ſibi liceret quod Forolivienſibus.*

*deinde pro Domin. poſt Aſcenſionē.*

B

*& ſic communicatur Venetis,*

4 *Anno tandem* MDCXXII, *ſub Gregorio XV, univerſus S. Dominici Ordo Decretum ſacræ Rituum Congregationis, de communi ubivis locorum B. Iacobi feſto inſtituendo, hujuſmodi elicuit:* Propoſita, in ſacra Rituum Congregatione, Sereniſſimæ Reip. Venetæ unaque totius Ordinis Fratrum Prædicatorum petitione, qua B. Jacobi Salomonii feſtivitatem, quæ felicis recordationis Clementis VII primum, ac deinde Julii III conceſſione in civitate Forolivienſi; nuper vero, ex indulto Pauli Papæ V, ac voto ejuſdem Congregationis, Venetiis quoque celebratur; in omnibus eorumdem Fratrum eccleſiis ac provinciis celebrari poſſe ſupplicabant: eadem Congregatio, votum Illuſtriſſimorum Cardinalium & Secretarii Referentis amplexata, petitum indultum, ſi ſanctiſſimo Domino noſtro placuerit, cenſuit concedendum. Decere ſcilicet arbitrati ſunt Illuſtriſſimi Patres, iis qui vitæ ſanctitatem longa temporis diuturnitate comprobarunt, non in ſolo narurali, vel iis in locis dumtaxat ubi corpora eorum aſſervantur; ſed etiam ubique ab omnibus, qui idem cum iis profitentur inſtitutum, venerationem haberi. Idem vero ſanctiſſimus, audita ſacræ Congregationis in Beatum virum propenſione, præſens indultum Apoſtolico beneplacito roboravit, die XXII Septembris, anno MDCXXII. *Quæ omnia, cum ad inſtar Indulti Forolivienſibus à Iulio III facti procedant, intelligenda ſunt pro eâdem poſt Aſcenſionem Dominica: quæ cum ſit mobilis, neque ſic commode Sanctorum Faſtis inſeri nomen poſſet, placuit Philippo Ferrario in utroque Catalogo, & Ioanni Pauli Maſini in Bononia perluſtrata, retinere diem* XXXI *Maji; nam Bononiæ peculiari etiam jure feſtum idem agitur, propter ipſius Sancti Reliquias in eccleſia S. Dominici aſſervatas.*

*nec denique toti Ordini.*

C

5 *Ad cultum* B. Iacobi *in primordiis ſuis propagandum, non multo poſt ejus obitum, piorum hominum Sodalitatem inſtitutam fuiſſe, ex litteris Berengarii Salomedii,*



*Ordinis Dominicani Generalis, conſtat. Iis ipſe, Sodales omnes univerſi Ordinis meritorum, ad promovendum B. Iacobi cultum, participes facit per hujuſmodi verba:* Devotis in Chriſto dilectis, univerſis utriusque ſexus, in Congregatione ſeu Societate ob felicis ac beati Jacobi Ordinis noſtri gloriam & reverentiam congregatis vel impoſterum congregandis, Frater Berengarius, Fratrum Ordinis Prædicatorum Magiſter licet indignus, ſalutem, & congregationi conjungi Civium ſupernorum. Dona charismatum fraternæ participationis communione proficiunt, & eo copioſius inter poſſidentium mentes exuberant, quo largius in proximorum ſubſidia derivatione quadam traduces caritatis emanant; quæ licet ſint univerſis communicanda fidelibus, ad illos tamen debent largiori emanatione profluere, quos meritorum attollit probitas, & ſingularis prærogativa dilectionis merito reddit acceptos. Veſtræ itaque devotionis merita, & dilectionem quam ad noſtrum geritis Ordinem, ſpeciali & attenta conſideratione recogitans; vobis omnium Miſſarum, orationum, jejuniorum, abſtinentiarum, vigiliarum, laborum, prædicationum, univerſorumque bonorum, quæ per Fratres totius Ordinis noſtri fieri divina gratia operante contigerit, participationem concedo tenore præſentium ſpecialem. Volo inſuper & ordino, ut poſt deceſſum veſtrum animæ veſtræ in Generali Capitulo devote & ſpiritualiter commendentur, & injungantur pro ipſis Miſſarum & ſpiritualium orationū ſuffragia, ſicuti pro Fratribus & Familiaribus Ordinis noſtri defunctis fieri cōſuevit; ut multiplici ſuffragiorum præſidio, & hic à malis protegi, & in futuro mereamini in æterna tabernacula feliciter introduci. In hujus autem conceſſionis teſtimonium, ſigillum noſtrum duxi præſentibus apponendum. Datum Forlivii. Anno Domini MCCCXV, pridie Nonas Julii.

AUCTORE D. P.

*Sodalitas ſub illius patrocinio inſtituta.*

E

6 *Primigeniam illius & antiquiſſimam Vitam reperimus apud Patres Oratorii S. Mariæ in Vallicella Romæ, in Codice H. fol.* 185, *tranſcriptam ſub hac clauſula,* Explicit Legenda B. Jacobi de Venetiis, Ordinis Prædicatorum: quæ cum antiqua eſſet, & ex characteribus caducis & pravis conſtaret, innovata eſt fideliter per Fr. Vincentium de Faventia ejuſdem Ordinis, addito ultimo miraculo Fr. Sebaſtiani, MDXXIIII, die XXII Maji. *Miraculum iſtud ultimum contigerat anno* MCCCCLXXIII. *Cetera ergo omnia, quæ ad viginti ſeptem poſt mortem* B. Jacobi *facta narrantur, ſunt ex illis* trecentis triginta octo, de quibus, infra viginti octo menſium terminum à tranſitu ejus repertis, eſt diligens facta inquiſitio per manum publicam cum atteſtatione ſolenni, *ut dicitur num.* 73. *Quæ autem ad Vitæ geſta & virtutes attinent, videtur accepta ex Proceſſu, ſub idem tempus inſtituto, idq; intra tres aut quatuor primos annos; accepta autem ab aliquo ejuſdem Conventus alumno, propoſitum habente,* incerta ſeu dubia, quæ de B. Jacobi virtutibus & miraculis à multis relata fuerant, prætermittere; & ea ſolummodo de vita & virtutibus ejus præſenti Legenda conſcribere, quæ diligenti indagine probata ſunt, vel fide dignorum atteſtatione comperta. *Auctor ſuâ ut præſentis & videntis fidem nuſquam allegat, eâdem fortaſis humilitate, qua nomen ſuum ſubticuit. Novum autem exemplar ut ſcriberetur Romamque mitteretur, factum crediderim auctoritate publica Senatus Populique, pro annui feſti impetratione Clementi VII ſupplicaturi, ut dictum eſt.*

*Datur Vita Romam miſſa ad Clementem 7.*

F

7 *Hanc Vitam Hieronymus Albertutius Burſellus, anno* MCCCCXC *florens, verbotenus inſeruit libro ſuo, quem de Generalibus Ordinis Magiſtris conſcripſit. Idem uno poſt ſeculo Mediolani fecit Ambroſius Taëgius, in vaſtiſſimo trium voluminum opere, quod in Bibliotheca Conventus S. Mariæ gratiarum ſervatur Ms. nobiſque benigne com-*

*eadem fuerat tranſcripta à Burſello.*

AUCTORE D. P.

*municatum fuit: ſed loco vetuſtioris Prologi novum ſuoque inſtituto magis proprium hiſce verbis prætexuit.* Provincia S. Dominici appellatur ea, in qua corpus ipſius ſancti Patris, *Bononiæ mortui & ſepulti*, requieſcit. Hæc quam plures produxit illuſtres viros, qui prædicationis gratia, vitæ ſanctimonia, ac morum honeſtate in Eccleſia Dei floruerunt: quorum tamen memoria pro majori parte, ex priorum Fratrum incuria, vel forte rerum nimia occupatione, deleta eſt. Quorumdam nihilominus actus & nomina, prout colligere potui, hic apponenda ſtatui, ad Dei gloriam, & Ordinis honorem, ac Studentium ſpiritualem profectum. In primis præmittere libet Vitam Fr. Jacobi Veneti (qui Forolivii jacet, quem Fr. Galvaneus, in Chronica ſua, patrem habuiſſe ſanguine Mediolanenſem, affirmat) non quia tempore prior fuerit; ſed quia mirabilior, prout inſpicienti patere poteſt, comprobatur. *Hæc Taëgius, Opus prælaudatum perducens uſque ad annum* MDXIII, *quando creditur obiiſſe. Aſt Ioannes Antonius Flaminius Forocornelienſis, anno* MDXVI *novo ſtylo eamdem retexuit; & Fr. Mathæo Bandelli, amoris ac venerationis ergo, inſcripſit, inſerendam libro Leandri Alberti de viris illuſtribus Ordinis, uti ſequenti mox anno Bononiæ prodiit. Alterutram porro Vitam ſecuti deinde ſunt, qui aliis linguis ſcripſere, Italica quidem Silvanus Razzius, Ioannes Thiepolus S. Marci Primicerius, Franciſcus Merenda Forolivienſis Dominicanus; omniumque noviſſimus Dominicus Maria Marcheſius in ſacro Diario; Hiſpanica vero Ferdinandus Caſtellius, & Gallica Ioannes de Rechac; ut eos taceam qui compendioſius vitam tradiderunt idiomate vario.*

& invenitur in Ms. Taëgii.

B

# VITA

## *Ex Ms. Vallicellano Patrum Oratorii Romæ, collata cum Ms. Ambroſii Taëgii Mediolani reperto.*

## PROLOGUS.

C

*Fides & diligentia auctoris in conſcribendis B. Iacobi geſtis.*

SPlendor gloriæ Dei Patris & ſalutis auctor humanæ, Dominus Jeſus Chriſtus, qui emittere ſuæ admirabilis claritatis radios, ad illuminandum corda fidelium & peccatorum tenebras effugandas, cunctis præſentis vitæ curriculis, ſolitâ pietate non deſtitit; noviſſime diebus iſtis ſidus novum exhibuit, ſuæ gratiæ luce præfulgidum, ſuum videlicet B. Jacobum de Venetiis, de Ordine Fratrum Prædicatorum: qui fulgore ſanctæ converſationis & vitæ, ac miraculis quibus in vita & in morte claruit, evidenter ſemivivam in multorum cordibus devotionem & fidem ſupernâ gratiâ ſuſcitavit. Ut igitur ſanctitatis & virtutum ejus notitia ſpiritualium æmulatoribus exemplorum fructum ſacræ imitationis pariat, & noxiæ propulſet negligentiæ detrimenta, ipſius vitam, virtutibus plenam, ad Dei gloriam & devotorum conſolationem, ſub ſcripto fideli commendare decrevimus: incerta ſeu dubia, quæ de ipſius virtutibus & miraculis à multis relata fuerant, prætermittentes, ſummâ præcaventes diligentiâ, ne Deum veritatis falſis videamur attollere laudibus: hoc enim magis eſſet ipſius iram accendere, quam miſericordiam provocare. Cum ipſe, qui major eſt omni laude, noſtro mendacio non indigeat, ut pro ipſo loquamur dolos. Ideoque ea ſolummodo de vita & virtutibus ejus præſenti Legenda conſcribimus, quæ diligenti indagine probata ſunt, vel fide dignorum atteſtatione comperta. Quæ autem rudi quidem ſtylo, ſed veraci, conſcribimus; illius laudi & gloriæ deputamus, qui Sanctos ſuos ita glorificat, & per humilium merita facit mirabilia magna ſolus. D

## ANTIQUA DIVISIO CAPITUM.


I. DE ipſius infantia & primordiis vitæ ejus.
II. De profectu vitæ ejus in ſeculo.
III. De introitu ejus in Ordine Fratrum Prædicatorum.
IV. De converſatione ejus ſancta & mirabili perfectione ipſius.
V. Qualiter ad Forolivienſem Conventum ſe tranſtulit.
VI. De abſtinentia & parcitate ejus.
VII. Qualiter vinum ſibi miſſum, tempore cariſtiæ, occulte pauperibus erogavit.
VIII. De auſteritate ipſius.
IX. De cuſtodia & continentia linguæ ejus.
X. De pia compaſſione ejus ad pauperes & afflictos.
XI. De juvene triſti, quem ſuis precibus à ſuperabundanti triſtitia liberavit.
XII. De ferventi devotione ejus.
XIII. De abundantia & gratia lacrymarum ejus.
XIV. De devotione, quam habebat ad Sanctos.
XV. De roſa, quam miraculoſe invenit in hieme in Ravenna. E
XVI. Qualiter ivit Romam, & intravit miraculoſe in Catacumbas.
XVII. Qualiter celebravit Romæ in Sancta ſanctorum.
XVIII. De columbâ, quæ ſuper humerum ejus viſa fuit.
XIX. De gratia ſanitatum, quam ægrotis contulit: & primo de puella quadam, à ſcrofulis liberata.
XX. De muliere, liberata à periculo partus.
XXI. De puella, cujus pedem mirabiliter curavit.
XXII. De Moniali, quæ ad invocationem ejus fuit dolore arteticæ liberata.
XXIII. De muliere, à qua triſtitiam maximam ſuis precibus propulſavit.
XXIV. De muliere, curata à quadam paſſione naſi cum ſaliva ejus.
XXV. De muliere, quam à viri cujuſdam tædio liberavit.
XXVI. De muliere, quæ in deoſculatione manus ejus fuit à dolore capitis liberata.
XXVII. De alia, quæ à ſimili dolore remedium accepit ab ipſo.
XXVIII. De equo, quem precibus ſuis ſuſcitavit: & de curatione pueri ſemivivi.
XXIX. De illo qui in ejus præſentia dolorem arteticæ non ſentiebat.
XXX. De ſimili miraculo in eodem.
XXXI. De muliere ſurda, quæ in ejus præſentia ſubtiliter audiebat.
XXXII. De Religioſo quodam, quem à diſcedendi propoſito revocavit, propter revelationem divinitus ſibi factam.
XXXIII. Generalis quædam & brevis deſcriptio morum ejus, & virginitatis & eximiæ ſanctitatis ipſius.
XXXIV. De infirmitate ejus gravi & patientia ejus.
XXXV. De mirabili odoris fragrantia, quæ ſentiebatur.
XXXVI. Qualiter tempore ſuæ ægritudinis ad gradus altarium faciliter conſcendebat.
XXXVII. De oleo augmentato pro cibo ejus.
XXXVIII. *Deeſt.*
XXXIX. De miraculo, ipſius meritis facto in ultima Miſſa ejus.
XL. De ultima ægritudine ejus.
XLI. De

A XLI. De ampulla vitrea, concuſſa & non effuſa, neque confracta.
XLII. De felici obitu ejus apud Forolivium.
XLIII. De conventu populi Forolivienſis ad exequias ejus.
XLIV. De muliere, cujus brachii curationem prædixerat, quæ ad tactum corporis ejus curata eſt.
XLV. *Deeſt.*
XLVI. De muliere cujus brachium manu propria diu tenuit, dum jaceret in feretro mortuus.
XLVII. De curatione artetici.
XLVIII. De curatione cujuſdam gibboſi, & miraculoſa campanarum pulſatione.
XLIX. De ſepultura ejus.
L. De muliere, liberata à periculo ſquinantiæ.
LI. De apertione tumuli, facta poſt novem menſes, & mira odoris fragrantia.
LII. De pœna & curatione illius, qui B. Jacobi miraculis detrahebat.
LIII. De puella curata, & lacte divinitus impertito.
LIV. De leproſa curata.
LV. De puero contracto curato.
LVI. De puero ſemivivo curato.
LVII. De ſuſcitatione cujuſdam pueri defuncti.
LVIII. De alio puero reſuſcitato.
B LIX. De liberatione mulieris claudæ.
LX. De curatione alterius mulieris.
LXI. De illuminatione cujuſdam cæci.
LXII. De ſurdo, qui ad invocationem ejus recuperavit auditum.
LXIII. De auditu cuidam alteri reſtituto.
LXIV. De Sacerdote paralytico & artetico liberato.
LXV. De liberatione alterius paralytici.
LXVI. De muliere epileptica liberata.
LXVII. De curatione cujuſdam muti.
LXVIII. De tranquillitate maris, ejus meritis impetrata.
LXIX. De equo, ſuſcitato ad invocationem ejus.
LXX. De loquela, reſtituta cuidam mulieri.
LXXI. De quodam Ferrarienſi, à gutturis periculo liberato.
LXXII. De quodam Fr. Sebaſtiano Faventino, ab incurabili morbo ſanato.
LXXIII. Generalis clauſula de multitudine miraculorum ejus.

C *Hic eſt numerus & Ordo Capitum in Romano ecgrapho, quemquia duobus locis inveni interruptum, volui ſervare invariatum, quo facilius ſuppleri poſſit, ſi quando alibi reperietur magis integrum exemplar: alioqui quorumdam capitum menſura, pluſculum excedens aut deficiens, facile ſuaſiſſet ipſos quoque paragraphorum numeros aliter dividere, quædam Capita bifariam dividendo, quandoque etiam tria in unum numerum colligendo, præſertim in miraculis.*

## CAPUT I.

### *B. Iacobi pueritia, ingreſſus in Ordinem S. Dominici; virtutes illius; pœnitentiæ & abſtinentiæ rigor.*

1 *Natus Venetiis,* BEatus Pater Jacobus, ex honorabili civitate Venetiarum, patre Adam, matre vero Marchiſiniâ nomine, de domo Salomonis, oriundus fuit. Dum adhuc autem parvulus eſſet, pater ſuus ex hâc vitâ deceſſit: mater vero ipſa, cæleſti Sponſo adhærere cupiens, cum adhuc juvenis eſſet, commiſſo puero curæ & fidei ſocrus ſuæ, ſpretâque ſeculari vita, ad monaſterium Monialium de Cæleſtibus *a* Ciſtercienſis Ordinis, convolavit: ubi diu devote Domino ſerviens, dies ſuos laudabiliter duxit, & feliciter conſummavit. Erat autem præfato puero avia Joanna nomine, mulier devota, fidelis & providens. Hæc in ſanctæ viduitatis propoſito Chriſto diu fuerat famulata: quæ pueri curam ſuſcipiens, ipſum in omni puritate Deo non ſeculo nutriens, in devotione Chriſti & matris ejus glorioſæ Virginis totis conatibus informabat; ſummam diligentiam adhibens, ne puer ex comitiva malorum poſſet à viâ puritatis & devotionis averti: fecitque eum litteris imbui, & Officium Beatæ Virginis cordetenus diſcere. Ut autem aſſueſceret ipſum quotidie dicere, promiſit puero certam pecuniæ ſummam, ſi centum diebus continuis ipſum Officium pro ipſa promitteret ſe dicturum. Cum autem partim ex devotionis affectu, partim ex amore pecuniæ quam ſperabat (ut moris eſt innocentiæ puerilis, omnia ſcilicet pretio facere, aut intuitu præmii temporalis) centum diebus continuis, quod promiſerat impleviſſet, ſuique laboris mercedem promiſſam exigeret; avia ejus pretium, quod promiſerat ridendo, negavit. Quod nutu Dei factum eſt, ut diſceret puer devotus, pro cæleſti, & non pro temporali mercede, liberum Chriſto miniſterium exhibere. Agnoſcens igitur ſe pia deceptione deluſum, ſtatim intra ſe firmavit propoſitum in omni vitâ ſuâ quotidie ipſum Officium dicere, non pro tranſitorio præmio, ſed pro honore Virginis glorioſæ: & ex tunc devotam inchoavit conſuetudinem, quam uſque ad ultimum vitæ ſuæ diem nulla oblivione, infirmitate, vel occupatione dimiſit. Licet autem puerilis eſſet ætatis, erat tamen in mente ejus veneranda ſenectus, quam in ſermonis & operis puritate monſtrabat, maturis moribus, puerorum abdicans vanitates. Diſſolutorum namque puerorum conſortia deſerens cum melioribus & honeſtis converſabatur, ludos diſſolutos in ſua abhorrens infantia. In uno ſolo ludo erat ſolitus delectari, ut puerilem ſcilicet Miſſam ſicut noverat cum pueris decantaret, prout in eccleſia conſpiciebat fieri; Chriſti Sacerdotem futurum in puerili ludo, ut alter *b* Athanaſius, præfigurans. Pueriles vero tranſcendens annos, puerilem innocentiam conſervavit.

EX MSS. a

*litteras & Officium B. V. in pueritiâ diſcit,*

E *quod tota dein Vita quotidie recitat.*

*ludis ſacris delectatur,*

F *& precandi ſtudio.*

2 Factus igitur adoleſcens, à quodam religioſo Monacho Ciſtercienſis Ordinis, qui in monaſterio matris Capellanus erat, in cantu eccleſiaſtico & divino Officio eruditus eſt. Sic enim nutriebatur in ſeculo, ut litteris & divinis officiis informatus, ad Religionem ſuo tempore facilius convolaret: ipſe vero in forma Religionis & devotionis ſibi tradita ſic profecit, quod ſub ſeculari habitu religionis affectum celare non poterat. Nam continuè eccleſiaſtica frequentans limina & audiens divina Officia, reverenter poſt communem Eccleſiæ devotionem ad ſecretum altariolum, quod in ſuo cubiculo ex inſtitutione aviæ ornatum habebat, recurrebat quotidie, & ferventer ac diu orationi vacabat. Sæpe etiam ſe in ipſo oratorio concludebat; & ſodalium ac ſuorum conſortia vitans, cum Chriſto latitans, Patri, qui videt in abſcondito, devotionis obſequium exhibebat.

3 Interea crevit juvenis talibus moribus informatus: & ætate creſcente crevit & gratia. Cumque illi jam ſenſus cognoſcendæ veritatis plenius ineſſe cœpiſſet, cœpit mundi hujus voluptates ſpernere, atque ad æternæ dulcedinis gloriam totis deſideriis anhelare. Volenſque perfectius Chriſti ſe deputare ſervitio, Prædicatorum Ordinem intrare diſpoſuit: & cum à Fratribus, ejus inſtans & de-

*diſtracto patrimonio,*

Ex Mss. vota petitio fuiſſet admiſſa, diſtracta omni ſubſtantia, quæ ad eum jure hereditatis pertinebat, ſic ipſam in diebus paucis amore Dei diſpenſare ſtuduit, ut temporalem ſubſtantiam in hereditatem perpetuam commutaret. Invenit autem juvenem quemdam ſecularem illitteratum, qui in eodem Ordine Chriſto ſervire cupiens pro Converſo recipi cupiebat; ſed triſtabatur vehementer, quia à Fratribus pauperibus indui non poterat, & ipſe pecuniam pro veſtibus non habebat. Beatus vero Iacobus, ejus congaudens propoſito & compatiens paupertati, pecuniæ partem, pro omnibus illis veſtibus neceſſariam, quam in libris ſibi neceſſariis proponebat expendere, illi tradidit, ne ſpiritualem profectum amitteret pro defectu pecuniæ temporalis. Cum igitur Religionis veſtes pro ambobus præparatæ fuiſſent, & ipſe B. Iacobus à cunctis ſeculi ſolicitudinibus eſſet expeditus; cum eſſet annorum circiter decem & ſeptem, ſimul cum illo præfatum Ordinem eſt ingreſſus. Ubi ſexaginta ſex annis in tanta perfectione & devotione admirabilem vitam duxit: quod non eſt noſtræ facultatis exprimere, præ multitudine & admiratione virtutum: pauca tamen de multis narrari poterunt, quæ de ipſo viſa ſunt & fideliter approbata.

*ejuſque parte in pauperis candidati veſtem impensâ,*

*eum eo inſtitutum S. Dominici explectitur,*

B

4 Ipſe ſiquidem Chriſti ſervus, [ut] in obſervantiâ ſanctæ religionis inſtrueretur, ſanctorum exemplorum imitatus veſtigia, ad tantam humilitatis & perfectionis gratiam in brevi tempore provectus eſt, quod cunctis ejus vitam cernentibus factus eſt devotionis norma, juventutis ſpeculum, & religionis exemplum. Tantum erat religionis ejus ſolicitudo continua, ut nec unius horæ ſpatio bene agendi ſtudium præteriret. Otium enim inimicum virtutis tanta diligentia fugiebat, quod aut ſacræ lectionis ſtudio, aut caritatis vel humilitatis obſequio, aut devotæ orationis vel meditationis ſolatio, aut utilis collationis exercitio, ſuum tempus & animum integraliter occupabat; numquam etiam in omni vitâ ſuâ viſus eſt otioſus. Tanta fuit in ejus animo bene agendi conſtantia, quod virtutis regulam, quam ſemel in juventute arripuit, uſque ad ætatem decrepitam non dimiſit. Creſcebat quotidie in eo virtus gratiæ ſpiritualis, & de virtute in virtutem quotidianis ſtudiis procedebat: præfulgebat enim in ipſo infatigabiliter totius perfectio ſanctitatis. Aderat quidem ei in jejunio continuitas, in cibo parcitas, in lecto aſperitas, in lectiſterniis vilitas, & in veſte humilitas. Erat & in oratione aſſiduus, in contemplatione fervidus, in fide fortiſſimus, caſtitate puriſſimus, locutione utilis, converſatione dulcis, compaſſione pius, conſilio poſt ſacræ lectionis ſtudia ſolidus, ſermone rectus, in opere bono ſolicitus, obſequio promptus, in inceſſu maturus, in tribulationibus indefeſſus, in conventu pacificus, actione ædificativus, exteriori habitu deſpectus, mente compoſitus, caritate provectus, & cunctis virtutibus adornatus.

*profectum ſine intermiſſione urgens,*

*variis virtutibus præfulget.*

C

*fugiens propinquos Forumlivii migrat,*

5 Poſtquam vero vir Dei fuit annis pluribus in conventu Veneto in ſacræ doctrinæ exercitio inſtructus; in obedientia vera, puritate perfecta, humilitate profunda, Chriſti gratia ſolidatus; ſciens conſanguineos ac patriam ſæpè impedimento eſſe volentibus iter perfectionis proſequi; metuens ne mens ejus, quæ jam mortua mundo erat, ex illorum præſentia & requiſitione frequenti poſſet aliquando à ſpiritualibus profectibus retardari; honorabilem Venetiarum patriam, Conventum *c* ſolennem, ac conſanguineorum & notorum præſentiam deſerens, ad Forolivienſem Conventum ſe tranſtulit: conſiderans ſe poſſe liberius Chriſti vacare ſervitio, ſi à patria & conſanguineis foret corporali præſentia ſegregatus. In quo quidem loco, pro eo quod potuit ſuas liberè devotiones proſequi, tantam invenit requiem cordi ſuo, quod ſpatio annorum quadraginta quinque manſit in ipſo, parvo excepto tempore quo fuit [ad] Conventus aliquos, licet invitus, pro Supprioratus officio deputatus. Fuit enim Supprior in Conventibus Faventino, S. Severini, Foro-Livienſi & Ravennate. Hac igitur obedientia in præfatis locis completa, humiliter ſemper poſtulabat Foro-Livienſi Conventui aſſignari, eligens ibi dies ſuos cum Chriſti beneplacito terminare. Cunctis autem diebus, quibus inibi vixit, Fratrum & ſecularium cum quibus converſabatur, tam pium ſibi vendicavit affectum, quod omnes diligens ab omnibus amabatur.

L

*Præfecturas aliquot obit*

6 Jejunia Ordinis ſui & communem refectorii vitam cunctis diebus vitæ ſuæ ſic ſedulo obſervavit, quod in ipſis jejuniis diſpenſationem numquam recipere volebat; nec à communi refectione divertere voluit, nec per alios trahi unquam potuit, niſi ultimis vitæ ſuæ diebus; quando ipſum gravis infirmitas, ſenectus decrepita, & Prælati ſui obedientia coëgit. Extraordinariis horis ita ſemper à potu abſtinuit, quod circa finem vitæ ſuæ, dum ſemel ei potus offerretur, dixit; quod quinquaginta annis elapſis, extra communis refectionis horam, numquam niſi quinque vicibus biberat. Quando autem *d* pitantia aliqua quantum cumque modica Fratribus dabatur, ſemper partem ſuæ portionis inter pulmenta ponebat abſconditè; ut pauperes quos pio ſemper dilexit affectu, portionis ſuæ ſocios faceret: ſoli vero Domino placere deſiderans, ab humanis oculis quantum poterat in hujuſmodi ſe actionibus occultabat.

*jejuniis conſtanter ſe macerat.*

E

d

*& à potu extraborario abſtinet.*

7 Tempore quodam erat in civitate Foro-Livii magnus vini *e* defectus, propter quod Fratres maximam de eo patiebantur penuriam. Matrona vero quædam dives, quæ ipſum habebat Confeſſorem & Patrem, paupertati Fratrum & ipſius debilitati compatiens, obtulit, ſe Beato Patri, toto tempore defectus prædicti, quotidie duos vini urceos devotione ſpontanea tranſmiſſuram. Ipſe autem, pro ſe ſingularitatem illam nolens recipere, ſed duorum pauperum ſibi notorum & valde indigentium compaſſione commotus, oblationem illam eorum intuitu gratanter ſuſcepit: ac quotidie per fidelem nuntium ſui ſecreti conſcium recipiebat vinum, & præfatis indigentibus accepta licentia tranſmittebat. Poſt multos vero dies requiſitus ab ipſa, ſi vinum illud ei gratum extiterat; ipſe, qui ſuper modum erat bonorum operum ſuorum mirabilis occultator, metuens eorum fructus perdere, ſi ſiniſtra ejus ſciret, quod ejus dextera faciebat; ita reſpondit: Vinum veſtrum optimum eſt: ego autem veſtræ caritati gratias agò, quia neceſſitati meæ gratum ſubſidium contuliſtis. Sicque reſponſo prudenti indicare noluit, quia non bibiſſet de eo, aut quod pauperibus erogaſſet.

e

*vinum in annona caritate ſubmiſſum in pauperes erogat,*

F

8 Cum beatus Pater Jacobus ſemper fuerit divinæ ſubditus voluntati, merito dignus fuit corpus proprium ſpiritui ſubjectum habere: qua poteſtate & gratia ſic ſolicitè uti ſtuduit, ut ſemper in juventute & ſenectute, ſanus & infirmus exiſtens, corporales delicias abhorreret; metuens ne caro menti fieret contumax, ſi non etiam à licitis conſolationibus frænaretur. Unde in lecto ſuo ſemper omnem mollitiem renuit, ſolum ſuper paleas unicum & vile coopertorium laneum habens. Paleas lecti ſui aliquando per annos decem & octo nec

*variâ afflictione corpus exercet.*

*moleſto cubatu,*

A nec moveri nec mutari permiſit. In lecto dum quieſceret, ſcapulari & tunica ſemper indutus fuit, coopertorio vili & aſpero cooperiebatur. In lectulo, in veſtibus, cilicio, & omnibus lectiſterniis, aſperitatem vilitatemque dilexit. In librorum ſuorum ornamentis & cooperturis, in corrigiis, cultellis, calceamentis, & aliis utenſilibus quibuſcumque ſemper curioſitatem abjecit: ſic humilis corde erat, *vigiliis,* ſic humilitatem in ſuis actionibus exhibebat. Vigilias graves & continuas omni vitæ ſuæ tempore obſervavit: nam ſero diu lectioni & orationi vacabat: ad Matutinas primus omnium conſurgebat, quibus finitis Fratrum plurimorum & maximè juvenum Confeſſiones in eccleſia audiebat, quos pio ſtudio ad devotionem & puritatem exemplis & monitis provocabat; poſt hæc diu in orationibus vigilabat. Ante auroram vero ad cellam rediens, caput aliquantulum reclinabat; nihil plus de ſomno capiens, niſi quantum laſſitudo cogebat: ad auroram ſemper manè primo ſurgebat. Divini autem amoris igne ſuccenſus, materialis ignis conſolationem cunctis vitæ ſuæ diebus, in juventute & ſenectute, quantumcumque frigus eſſet intenſum, penitus refugiebat.

B Oblatum ſibi in hyeme ignem ad manus, dum celebraret, pœnam frigoris pro Chriſti amore forti animo ſuſtinens, omnino renuebat. Numquam ad ignem ſedere viſus eſt: numquam ad ignem pedes vel manus calefaciebat, niſi ultimis vitæ ſuæ diebus, quibus cum ad refectionem ſederet, *abſtinentiâ ab igne.* quandoque ad oblatum ſibi ignem in vaſculo manum porrexit. Cum locus Forolivienſis Conventus ſpatioſum haberet viridarium, ita rariſſime viſitavit ipſum, ut pro miraculo quodam à Fratribus haberetur cum in viridario videbatur: ſed aliis poſt cœnam ipſum æſtivo tempore intuentibus, ipſe ad eccleſiam orationis gratia ſe conferebat. Hoc autem, inter hæc omnia & alia quamplura multæ auſteritatis indicia, fuit viro Domini mirabiliter ſingulare; quod, cum ſibi admodum eſſet auſterus, aliis tamen pius erat & dulcis, aliorumque conſolationibus congruis affectu mirabili congaudebat.

## ANNOTATA.

a *Hodie*, S. Maria Celeſte, *vel* S. Maria della Celeſtia, *ſitum in Sextario (ut vocant) ſeu regione urbis à Caſtello nuncupata.*

C b *Vide S. Athanaſii Vitam, 2 Maji à nobis collectam, num.* 18.

c Solennis *etiam nunc multis, idem quod* Magnificus, eximius.

d Pitantiâ, *aliquibus putatur, quaſi* Pietantia *dici; eo quod pietatis ſeu miſericordiæ intuitu ſupra communem portionem erogetur; alias etiam pro quotidiano dimenſo accepta nihilominus poteſt ſic dicta videri, ut Religioſi eam accipientes meminerint, eam velut Chriſti pauperibus eleemoſynæ nomine obvenire.*

e *In titulo vocatur* Cariſtia, *& in vulgo dicitur cujuſcumque annonæ caritas.*

## CAPUT II.

*Amor pauperum & colloquiorum ſpiritualium: ſtudium precandi, ecſtaſes, donum lacrymarum, cultus Sanctorum.*

Matth. 9. 12. 35. NOn ſolum glorioſus Pater bona operari ſtuduit, ſed etiam bona loqui. Et quoniam, ut ait Salvator: Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona, ſicut legem Dei ſui in corde ſuo infixam habebat, ſic lingua ejus judicium virtutis & rectitudinis loquebatur. Semper enim cum Deo aut de Deo loqui volebat, & ad hæc loquenda alios hortabatur. Nam inter cetera dona virtutum, quibus à Chriſti gratia dotatus fuit, hoc habuit ſpecialiſſimum & inſigne, quod ſermo malus de ejus ore non procedebat. Quia enim labia ſua orationibus ſacris & divinis laudibus ſic ſedulè dedicavit, dignum profecto fuit ut ejus labiis talis gratia ſit diffuſa. Teſtantur omnes, cum quibus converſationem habebat, numquam ſe audiviſſe ab ejus ore verbum adulationis, detractionis, irriſionis, duplicitatis, levitatis, aut vanitatis: poſuerat enim ori ſuo cuſtodiam & oſtium circumſtantiæ labiis ſuis; ſicque cuſtodivit vias ſuas, ut non delinqueret in lingua ſua. Si quis cum eo loquens ad inutilia vel vana aut ſecularia ſermonem trahere voluiſſet, ſtatim beatus Pater verbum B. Hieronymi ad medium adducebat dicens: Felix lingua quæ non novit niſi de divinis tenere ſermonem. Quod verbum ſæpiſſimè allegabat; & introducens in medium verba utilia, inutilem ſermonem piâ locutione diſſolvebat; quod ſi obtinere non poterat, confeſtim à loquentibus diſcedebat. Detractionis vero verba penitus ſuſtinere non poterat, ſed ea loquentibus dicere ſolitus erat: ſi defectus noſtros recogitare vellemus, numquam loqui præſumeremus de defectibus aliorum. Aſpectu enim & auditu juſtus erat, idcirco ſuper hujuſmodi verbis ſemper diſplicentiam oſtendebat. Si quando coram ipſo de diviſionibus patriæ vel de bellis mentio facta eſt, numquam viſus vel auditus eſt verbo, nutu, vel affectu in partem alteram declinare, ſed omnes diligens afflictis omnibus miro compatiebatur affectu.

*ex Mss.*

*ſermones ſpirituales miſcet & amat.*

*omnia linguæ vitia devitans.*

E

10 Sicut Venerandus Pater, in ſuis infirmitatibus & gravaminibus quibuſcumque, fuit dono ſpeciali gratiæ mirabiliter patiens, ſic aliorum tribulationibus & infirmitatibus fuit miro modo compatiens. In ſuis quidem adverſitatibus gloriabatur, ſed in proximorum calamitatibus turbabatur: nam potentium & divitum conſortia vitans, niſi ad eos pro animæ auxilio peteretur; pauperum, infirmorum, cæcorum & abjectarum perſonarum admodum familiaritatem avebat, conſiderans ſe in talibus ſuſcipere Chriſtum: unde eis ſubſidia quæ poterat & ſalutaria conſilia in frequenti collocutione præbebat: adeo ut vix ad ipſum hujuſmodi veniret afflictus, qui non recederet conſolatus. Dicere autem ſolebat afflictis, quando ei tribulationes proprias exponebant: Si ſciretis qualem fructum de ſuis tribulationibus recipient patientes, rogaretis Dominum, ut paucis tribulationibus veſtris cum ſui gratia ſuperadderet ampliores. Hoc autem non ſolum verbo, ſed facto in ſuis infirmitatibus docuit, quas hilari facie & jucundo animo toleravit. Juvenis quidam pauper ex morbo quodam cæcitatem incurrit: cumque cœpiſſet eleemoſynas quærere, orationes & prædicationes & eccleſias frequentare, quæ omnia negligere erat ſolitus dum videret; interrogatus à beato Patre qualiter ſibi eſſet, reſpondit, pro cæcitate ſua ſe admodum eſſe triſtem. Cui pius Pater ait: Fili cariſſime, numquid tempore quo videbas prædicatoribus & divinis officiis intendebas? Ait ille: Domine, lucro intentus & operi, iis vacare parum poteram parumque curabam. Ergo ait Sanctus: Fili, conſolare in Domino, & de ejus judicio non triſteris: quod tibi Dominus dedit, pro gratiâ, & non pro pœnâ, ſuſcipias: quoniam Dominus de ſtatu cæcitatis te deduxit ad lucem: ille enim veraciter cæcus eſt, qui veræ lucis opera negligit: qui autem imitatur opera ſanctitatis, horrendæ cæcitatis tenebris non tenetur. His aliiſque multis perſuaſionibus

*pauperum ambientis conſortia, ſalutia iiſdem impertit,*

F

*cæcum ad tolerantiam efficaciter animat,*

EX MSS. sionibus Sanctus ad tantum ejus cordis triſtitiam relevavit, ut cæcitatis pœnam deinceps pro gratiâ reputaret. Inſuper etiam benignus Pater tanta ad illũ motus eſt caritate, qui penitus illitteratus erat, & præter orationem Dominicam nullam aliam ſciebat orationem; quod ad miſeriæ illius relevationem majorem & devotionis augmentum, ſeptem pœnitentiales Pſalmos, Euangelia multa de iis quæ leguntur in eccleſia, Officium totum glorioſæ Virginis & Letanias ipſum docuit continuatis diebus. Quod non in brevi tempore fieri potuit, ut illitteratus & mendicus vir tanta diſceret & corde retineret. Multos & alios cæcos & claudos, paupertimos & abjectos, jucundâ & piâ familiaritate recolligens, in eorum tribulationibus quotidianis monitis plurimiſque ſubſidiis ſtuduit conſolari; in tantum ut à multis, Frater Iacobus amicus pauperum vocaretur. Vocatus ad pauperes & abjectos, confeſtim ad ipſos hilariter accedebat; ſæpiſſime vero non requiſitus ab eis, ipſos per eccleſiam caritate ſpontaneâ requirebat, & verbis ſacris eos inſtruere ſatagebat. Neque autem mirandum eſt, ſi ad homines pius erat, qui ſtudium miſericordiæ adeo
B verterat in affectum naturæ, quod & ad aviculas & ad animalia cetera miro movebatur compaſſionis affectu: ſæpe enim à pueris aviculas, quas filo ligatas tenebant, emit; & ipſas diſſolvens evolare permiſit, dicens, ſe compati aviculis Domini, quas videbat ligatas in anguſtiâ detineri. Non autem vir Domini hoc ideo faciebat, cum eſſet litteratus & prudens, ut irrationabilium animalium captionem & mortem homini illicitam eſſe putaret, cui Dominus animantia cuncta ſubjecit; ſed cum eſſet excellentis pietatis gratia præditus, ad minima quæque animalia ejus mira pietas redundabat, omnemque crudelitatis actum ejus benigna caritas abhorrebat.

*mœſto fuſa prece hilaritatem reddit,*

12 Quodam mane, dum pro celebratione Miſſæ ingredi vellet eccleſiam, obvium habuit juvenem quemdam, gravi cordis mœſtitia perturbatum: quem cum benignus Pater triſtem cerneret, ipſum monitis ſacris conatus eſt conſolari. Cumque ille propter injuriam, quam à quodam ejus vicino receperat, nimia motus indignatione, mitigari non poſſet nec à comminationibus refrænari; Beatus Jacobus,
C ad altare Miſſam celebraturus accedens, totum pro illo ſe contulit ad orandum. Miſſa vero ex more devotiſſime celebrata, ad illum rediit, quem ſic deſolatum dimiſerat; & ait; Fili, confide in Domino, quia cito te ab hac triſtitia liberabit: ego enim pro te hanc celebravi Miſſam. Statim ut verbum finivit, fuit ille ſubito immutatus, & omni recedente triſtitia conſolatus.

*orationi deditiſſimus,*

12 Inter cunctos animi ſui actus, quibus B. Iacobus Deo placere ſtuduit, hic illi videtur fuiſſe præcipuus, ut in divini amoris fervore & honore, cunctis vitæ ſuæ temporibus, intellectum & affectum & linguam totis viribus occuparet: & licet ſæpe cum Marthâ in actionibus caritatis proximi Chriſto ſeduſum exhiberet obſequium; cum Mariâ tamen frequentius ac libentius ſecus pedes Domini ſedens, ipſius contemplationi & dulcedini totis deſideriis inhiabat, corporeque in terris poſito anima in cæleſtibus paſcebatur. Tantam ſolicitudinem in divinis laudibus adhibebat, quod Chorum numquam diurnis vel nocturnis officiis dimittebat: & quia in juventute ſua cantum eccleſiaſticum & divinum officium plene didicerat, numquam error in aliqua difficultate officii vel defectus in ejus præſentia eſſe poterat; quoniam ipſe onus officii indefectis viribus ſuſtinebat. Nemo illum fatigatum, nemo alienatum in divinis laudibus & eccleſiaſtico officio vidit. In ſuis infirmitatibus vim ſibi mirabilem inferebat, & chorum & eccleſiam quaſi infirmus non eſſet hora officii cum admiratione omnium frequentabat. Finitis matutinis & Fratrum aliquorum auditis Confeſſionibus, cuncta eccleſiæ altaria cum genuflexionibus & orationibus viſitabat, & diu ibi in cæleſti conſolatione manebat. *in ecſtaſi ſæpe reperiturus* Ante diem per horam modicam ſomnum neceſſitate cogente capiebat, & ſtatim mane primo conſurgens Miſſam devotiſſime celebrabat. Sæpe dum quæreretur, à Fratribus inventus eſt in eccleſia, ante altare ſtans, facie elevatâ: & vocatus à Fratribus, non reſpondebat: tractus autem per manum vel cappam, non ſentiebat. Scilicet hilari vultu fixus & immobilis in ſuo raptu manebat; itaque requirentes ipſum expectare oportebat, donec qui ſuper ſe elevatus erat, reverteretur ad ſe. Poſtea ad ſe rediens, vocatus à Fratribus, hilariter & humiliter reſpondebat.

*dono piarum lacrymarum præditus,*

13 Nomen Domini Salvatoris, ſicut jubilus in corde ejus erat, ſic in ore ejus ut mel dulceſcebat: propter quod in omni locutione ſua nomen Domini frequentiſſimè nominabat. Cum autem hæc digniſſima nomina, ſive Jeſus, ſive Chriſtus, ore pronuntiabat; præ dulcedine vivæ devotionis, lacrymas ut plurimum continere non poterat: quas & E largiter effundebat, quando de veneranda Chriſti paſſione aut de paſſionibus Beatorum Martyrum loquebatur, vel ſi coram ipſo alius de hac materia loqueretur. Sermones quoſdam devotos & utiles de quibuſdam Sanctorum feſtivitatibus in juventute ſua mente didicerat, quos pro Dei & Sanctorum reverentia frequentiſſime ruminabat: propter quod eos ſemper cordetenus retinebat. Cum autem à junioribus Fratribus rogaretur, ut aliquorum ex ipſis copiam illis daret, reſpondebat: Ego eos ſcriptos non habeo; ſi vultis vobis eos ſcribere, ego ipſos vobis ſcribentibus recitabo: quod dum faceret, in tanta copia lacrymas emittebat, quod pro lacrymarum abundantia nimia faciem ad partem aliam, ne Frater lacrymas videret, eum vertere oportebat. Miſſas cum multis lacrymis celebrabat. Extraordinariis horis de die & de nocte ſe in aliquo ſecretiori loco eccleſiæ recolligebat, & devotiſſimis lacrymis habenas diutiſſime relaxabat. Sæpe autem inventus eſt ad altare B. Urſulæ, ubi eſt ipſius & F Beatorum ejus ſodalium depictum martyrium, in illas picturas inſpicere; & ſic uberrime flere, acſi beatas illas Virgines coram ſe veraciter videret occidi. Hunc autem devotionis & lacrymarum fervorem, quem in juventute inchoaverat, cunctis vitæ ſuæ diebus imprætermiſſe ſervavit.

*mirè cultui Sanctorum addictus*

14 Devotionem autem, quam vir Dei habebat ad Sanctos, nullius hominis lingua ſufficeret enarrare. A juventute enim ſua cor ſuum ſumma ſolicitudine appoſuit ad Martyrologium Uſuardi, quo Fratrum Prædicatorum Ordo continue utitur: habet enim liber ille pro ſingulis anni diebus ſingulas Lectiones, in quibus multæ ſanctorum Martyrum paſſiones, plurimorumque Confeſſorum ac multarum beatarum Virginum & Ancillarum Chriſti felices actus & obitus recitantur. Multorum etiam aliorum Sanctorum paſſiones & vitam in antiquis eccleſiarum libris fuerat perſcrutatus: ex quibus omnibus pro diebus ſingulis totius anni ordinaverat, ſibi ſolum, pro Sanctorum honore ſecreta ſolennia. Nam præter quotidianum Officium eccleſiaſticum, ad quod erat ex profeſſione ſui Ordinis obligatus, faciebat diebus ſingulis de ſanctis Martyribus, ad quos ſpeciali afficiebatur fervore, feſtum Duplex aut totum Duplex, dicendo per ſe Officium totum integraliter pro Sanctorum illorum honore;

honore; omnes ſcilicet horas, diurnas pariter & nocturnas, cum officio Miſſæ, ſemper ad Tertiam hujus officii dicens hymnum, Veni creator Spiritus: & præter omnia ſupradicta dicebat quotidie cum novem lectionibus Vigilias defunctorum. Poſt gratiarum autem actiones, quæ poſt cibi ſumptionem dicuntur, devotam Antiphonam illam, Salve Regina, ſemper ſuperaddebat. De multis inſuper Patriarchis, Prophetis, Confeſſoribus, & Virginibus frequentiſſime ſolennitatem ſicut & de Martyribus faciebat: ita quod, pro majori totius anni tempore, faciebat quotidie trium feſtivitatum ſpecialium Officium integrum, diurnum, ut prædiximus, & nocturnum. In cella ſua altariolum unum in arca quadam ſecretum habebat, quod decentibus paramentis ſecundum feſtivitatum diverſitatem cum multa reverentia præparabat: & candelas quatuor ante ipſum in Matutinis & Veſperis accendebat: & juxta eccleſiaſtici morem Officii thus ad altariolum offerens: ſalvatori Domino & Sanctis ejus devoti cordis odoriferum ſacrificium offerebat. Hæc autem omnia in juventute inchoans, toto vitæ ſuæ tempore conſervavit. Bonum enim faciens non deficiebat, ſciens quoniam in gloria recepturus erat cum exultatione manipulos, quos cum devotionis lacrymis & bonorum operum ſolicitudine ſeminaſſet. Hæc autem omnia dum viveret ſcita de eo ſunt, & poſt felicem ejus tranſitum per ſchedulas multas ipſius manu conſcriptas plenarie patuerunt. Prædictis vero ſolennitatibus tanta replebatur devotionis lætitia, quod ſpirituale gaudium quod habebat non ita poterat interius continere, quin devotis & familiaribus ſuis Sanctorum ſuorum ſolennia panderet: quod & in ſuis prædicationibus ad populum ſæpiſſime faciebat, Sanctorum illorum feſtivitates populo recitans, qui infra illam hebdomadam concurrebant.

A *variis eos pietatis exercitiis colit.*

B

15 Dum beatus Pater in Conventu Ravennate Superior eſſet, & die quinta decima Kalendarum Decembris, infra octavam ſcilicet B. Martini (quâ in Martyrologio ſupradicto Beatorum martyrum Aciſcli & Victoriæ paſſio recitatur, qui apud Cordubam fuerant Martyrio coronati *a*, ubi ad commendationem pretioſæ mortis eorum eodem die roſæ naſci & colligi divinitus referuntur) ſolus per hortum Fratrum deambularet, in honore Sanctorum illorum ſolita Officia perſolvendo, & delectaretur mente in ipſius conſideratione miraculi; jucundo illo miraculo, quod fit in Cordubâ, lætificari meruit in Ravennâ. Nam dum ante roſarium, floribus ac foliis pro illo tempore deſtitutum, tranſitum faceret; vidit in ipſo roſario ſubitò roſam pulcherrimam. Quam cum lætitiâ colligens, ſenſit ex ea ſuaviſſimi odoris fragrantiam: & ipſam ad Fratres detulit, in memoriam & reverentiam miraculi ſupradicti: mirantibus omnibus, quod roſa, tam ſuavis & pulchra, tali tempore ſit inventa.

*roſam extra tempus miraculoſe in horto invenit.*

C

## ANNOTATA.

a *Verba Vſuardi hæc ſunt.* Civitate Cordubæ, paſſio ſanctorum martyrum Aciſcli & Victoriæ; ubi ob commendationem mortis eorum, eodem die ortæ roſæ divinitus colliguntur: *quæ in hodierno Romano Baronius omiſit, aliis ſubſtitutis, abſque Roſarum mentione; dubitans forte de facti veritate, quæ vel hinc videtur confirmari. Licebit hoc plenius ad 17 Novembris examinare.*

EX MSS.

## CAPUT III.

*Sanctorum ſepultra B. Iacobo ultro reſerata, columba humeris inſidere viſa: periculum ex partu, tumor, cancer, podagra ab eo diſpulſa.*

16 DUm glorioſos Apoſtolos Chriſti Petrum & Paulum vir Dei ſummo veneraretur affectu, ſicut in ſuis devotionibus eorum honorabat merita, ſic voluit eorum pretioſa corpora viſitare: unde obtenta licentia perrexit Romam; ubi etiam cuncta ſanctuaria viſitavit. Cum autem Fratres tres in devota peregrinatione comites haberet per Urbem; contigit cum eiſdem, in vigilia Aſcenſionis Domini, poſt Miſſarum ſolennia ad B. Sebaſtiani eccleſiam pervenire: introeuntes autem in eccleſiam neminem repererunt. Facta vero ibidem oratione devota, voluerunt in capellam illi eccleſiæ contiguam ingredi, quæ Catacumbas dicitur, ubi antiquitus beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli fuerunt recondita corpora; accedenteſque ad oſtium invenerunt ipſum diligenter vecte ferreo clauſum & clave firmatum. Cumque nullum invenire poſſent, ad *a* quem pro apertura ejus recurſum haberent, ſinguli adhuc ſcrutati ſunt diligenter, ſi modo vel ingenio aliquo poſſent oſtium aperire. Fruſtra autem laborantes, & rem velut impoſſibilem dimittentes, inde cœperunt diſcedere. Sed & cum ad portam principalē eccleſiæ B. Sebaſtiani pervenirent ut diſcederent; B. Jacobus, Domini fiducia roboratus, converſus ad ſocios, dixit: Non diſcedamus, Fratres, ſed propter Dominum retrocedite mecum: quia ſpero in Domino, quia ipſe nobis dignabitur aperire. Paululum vero intra ſe orans, cum Fratribus retroceſſit ad januam, quam invenerant clave & vecte firmatam; cujus vectem cum manu leviter tetigiſſet ſua, confeſtim aperta eſt janua, ac ſi clavi nullatenus firmata fuiſſet. Tunc ingreſſi ſunt omnes in Catacumbas, & viſitatione illa interiori ad libitum facta, & devotione completa, Domino gratias agentes, ad propria remearunt. Cum autem Frater Alexander Faventinus, qui inter ſocios principalior erat, diceret ei in via: Pater, propter merita veſtra Deus fecit nobis miraculum; reſpondit humilitatis amator: Rogo vos, Fratres cariſſimi, propter Dominum, ut de hac re nulli aliquid referatis.

*Roma Sanctorum Catacumbas viſitans.*

E

a

*ſola prece ad Deum fuſa obſeratum oſtium reſeratur.*

F

17 Audiens Romæ beatus Pater, quod Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli capita, cum multis Reliquiis pretioſis, in veneranda illa Baſilica *b*, quæ dicitur Sancta Sanctorum, recondita ſervabantur; deſideravit in altari ejus venerabili celebrare: & cum audiſſet hoc eſſe inſolitum & difficile, ut in loco illo permittantur extranei celebrare; oravit Dominum, ut ei illam gratiam dignaretur conferre. Unde de Chriſti benignitate confiſus, quodam mane dum illuc accederet, Miſſam in domo Fratrum celebrare noluit, ſperans habiturum ſe à Domino gratiam quam petebat. Cumque capellam intraret, Sacriſta loci illius, ſtatim viſo eo, antequam beatus Pater aliquid loqueretur, ipſum prævenit. Ad quem reverenter accedens, percunctari cœpit, ſi Sacerdos eſſet, & ſi ipſa die celebraſſet Miſſam. Cumque vir Domini reſpondiſſet, & Sacerdotem ſe eſſe, & ipſa die non celebraſſe; ait ille: Rogo vos, Frater cariſſime, ut in hoc altari venerabili celebretis: quoniam caſus contigit, propter quem impedimentum patitur qui hodie debuit celebrare. Qui gratias agens Domino, cum multa mentis conſolatione, quod deſideraverat adimplevit.

b

*ad SS. Petri & Pauli capita celebrare geſtiēs, ſubito voti compos fit.*

TEX MSS. *humeris cõfessiones excipientis columba insidere visa.*

18 Devota quædam matrona de Forolivio, nomine Florentina, retulit, quod dum die quodam ad pedes beati viri Jacobi in ecclesia Fratrum de Forolivio pro Confessione sederet; vidit subito super humerum ejus dextrum columbam albam & pulcherrimam: cumque visa ea diceret; Pater, videtis vos columbam, quam super humerum habetis? Ille respondit: Præcipio tibi, filia, in nomine Domini Jesu Christi, ut quamdiu vixero nemini manifestes hanc te vidisse columbam. Quo dicto columba ad fenestram volavit ecclesiæ, quæ super caput ejus erat, & inde exiens ab illius aspectu subtracta est.

*Ipse scrofulas desperatas curat:*

19 Vir quidam de Forolivio, Peppus Zelonis nomine, filiam habebat annorum circiter quindecim, cujus guttur, diu ac turpiter, à scrofularum passione fuerat corrosum: & cum medicorum remedia penitus defecissent, ad Regem Franciæ, secundum consilia sibi data, desiderabat puellam ducere: sed deficiente sibi pecunia pro expensis suis, corde pariter deficiens, mirabiliter tristabatur. Sciens autem quoniam beatus Pater Jacobus miro modo compatiens erat ad pauperes & afflictos, adducens secum puellam ad ipsum, propriam paupertatem exposuit ei, & puellæ infirmitatem ostendit. Venerandus autem vir, mira compassione commotus, & de Domini pietate confisus, manum super guttur apposuit: & consignans ipsam Christi signaculo, ait: Confide in Domino, filia, quia cito te liberabit: nec oportebat pro curatione tua te iter tanti laboris assumere. Illis discedentibus totum se contulit ad orandum; Christi vero gratia ejus precibus annuente, antequam illi ad domum propriam pervenirent, fuit puella integraliter liberata. Confestim igitur pater cum puella rediens, & pro curatione gratias egit, & liberatum guttur ostendit. Quibus ille mandavit, ut à solo Domino recognoscerent gratiam, & quod per eum Dominus hoc fecisset nulli hominum intimarent.

B

*partum expedit diutius laboranti:*

20 Mulier quædam de Forolivio, diebus pluribus partus doloribus cruciata, omni humano deficiente remedio, nullam habens pariendi virtutem, mori credebatur in brevi: quæ advocans virum suum ait: Cum omnia mihi desint remedia, hoc solum residui habeo, ut sanctissimus ille servus Dei Frater Jacobus de Venetiis requiratur, ut dignetur pro me Dominum deprecari. Festinus ille pervenit ad ipsum, & uxoris suæ periculum & devotionem exposuit: cumque pius Pater respondisset, se Dominum precaturum; ait ille: Rogo etiam, Pater, ut aliquid mittatis ei quod tetigeritis manu vestra. Beatus vero Jacobus ad cellam vadens, attulit illi quamdam scedulam, quam propria manu scripserat, & ait: Ex parte mea hanc schedulam trade uxori tuæ, & die ut forti animo sit, quia in proximo liberabitur. Cum igitur mulier, quæ adhuc prædictis detinebatur angustiis, schedulam cum devotione suscepisset, & in sinu proprio posuisset; statim duos filios peperit, quorum unus erat mortuus, alter vivus. Hoc etiam mirabile fuit, quod dum inciperet parere, vicina quædam ut ipsi parienti assisteret fuit celeriter advocata: quæ festinanter currens, invenit illam jam ab omni partus impedimento totaliter expeditam.

C

*signo Crucis cancro laborantem sanat,*

21 Fuit in Forolivio juvencula quædam, nomine Christiana, cujus pedis dextri cavillam cancer horribilis, dum esset annorum decem & octo, terribiliter corrodebat: mater vero ipsius vidua, cum illam haberet unicam, tristitia plena, totis conatibus medicorum remedia quærens, non parcebat laboribus nec expensis. Humano tamen deficiente auxilio, puellæ periculum semper in deterius procedebat. Tandem pedis & cruris deficiente virtute, sex mensibus in lecto decubuit, nullatenus valens propriis viribus surgere: nam pes totus cum crure usque ad genu graviter intumuerat, & cancer pedem augmentis continuis sedula corrosione vorabat. Cumque per medicos deliberatione habita consuleretur matri, ut filiæ pedem amputari permitteret; mater admodum tristis effecta, sed de Domini Jesu Christi pietate confisa, ait ad filiam: Filia mea, ex quo nobis desunt humana remedia, recurramus ad Christum. Patrem nostrum, Fratrem Jacobum de Venetiis, advocemus: peccata nostra ambæ confiteamur, & rogemus ipsum, ut pro nobis Dominum deprecetur: spero enim, quia verus servus Christi est, quia Deus per ejus merita nos juvabit. Accersentes igitur Patrem præfatum, omnia peccata sua ei generaliter sunt confessæ. Absolutione facta, dum Sanctus discedere vellet, puellæ mater ejus pedibus provoluta, ait: Obsecro, Pater, ut orationem pro filia mea fundatis ad Dominum, quia spero ei per vestras orationes sanitatem restitui. Cui cum responderet, Ego pro ipsa libenter orabo, ait: Volo, Pater, ut ante recessum vestrum hoc faciatis: scio enim quod potestis liberare eam. Cui vir Dei ait: Non est hoc meum, filia, facere: non est hoc meum: quoniam non suppetunt merita: sed cum fide vera recurratis ad Christum. Illa autem, cum devota violentia ejus apprehendens cappam, dixit: Et ego vos deprecor, ut in Christi nomine hanc mihi gratiam conferatis. Tunc servus Christi, fide magnificus & compassione commotus, flexis genibus & elevatis manibus, devotam orationem direxit ad Dominum; deinde surgens, & puellæ decumbenti approximans, signo Crucis pedem ejus in Christi nomine consignavit, & ait: Confidite in Domino Jesu Christo, quia cito vos consolabitur. Quo dicto statim discessit, & plaga illa putrida & horrenda sic fuit statim perfecte curata, quod nec cicatrix quidem, nec signum aliquod infirmitatis vel vulneris in pede illo potuit ulterius apparere, operante Domino, qui facit mirabilia magna solus. Rursum vero ipsum accersentes, & ei gratias agentes, factum ejus meritis miraculum ostenderunt. Beatus autem vir, verus humilitatis amator, nolens humanæ linguæ attestatione laudari; eas sacramentis mirabilibus adjuravit, ut quamdiu viveret nulli penitus revelarent.

D

*ex humilitate id facere primo detrectans:*

E

*à moniali arthritica depellit,*

22 Quædam Monialis monasterii B. Dominici de Forolivio, nomine Ormandia, ad præfatum Patrem dum viveret magnam devotionem habebat. Quodam autem tempore per sex septimanas sic fuit dolore arteticæ gravata, & totius corporis viribus destituta, quod infra præfatum dierum numerum numquam potuit de lecto surgere per se ipsam, nec aliqualiter ambulare. Cum vero die quadam, suam & Sororum propter ipsam pœnam considerans, mente pariter non modicum gravaretur; B. Jacobum Patrem, absentem quidem, sed adhuc viventem, intus se devote & fiducialiter invocavit, dicens: Mi Pater carissime, serve Dei altissimi, Frater Jacobe, scio te salvatori Domino sic acceptum, quod si pro me orare volueris, mihi sanitatem protinus impetrabis. Mira res! Statim ut hæc verba finivit, à gravamine præfato se allevatam sentiens, surrexit: & quæ primitus sine Sororum auxilio se movere non poterat, propriis viribus per totam domum libere sicut voluit ambulavit.

F

*& periculosum ex filiæ morte mœrorem.*

23 Mulier quædam, Clara nomine, propter filii sui mortem tanta fuit absorpta tristitia per menses plurimos, quod nec ad ecclesiam ire valebat, nec aliquid operari; rei autem familiaris curam omnino dimiserat; filium, qui residuus erat, quasi videre non poterat; cuncta ei in fastidium versa erant, & in nullo nisi in lacrymis & gemitu poterat delectari: nullo

A verba conſolatoria à nullo audire ſuſtinebat, propter quod timebatur à multis, ne in furorem præ anguſtia verteretur. Cum autem quadam die, quaſi per violentiam, ad domum Fratrum Prædicatorum fuiſſet adducta, & ad eam poſt Miſſas fuiſſet beatus Pater vocatus; videns eam tam gravi & deſperata mentis perturbatione detentam, ipſam caritative corripiens, ait: Præcipio tibi, ex parte Domini Jeſu Chriſti, ut deponas triſtitiam, & ut fideliter Chriſtiana eccleſiam devote frequentes. Cui reſpondenti, ſe hoc facere nullatenus poſſe, ait: Vade ſecura, quia ego pro te orabo ad Dominum. Illa igitur diſcedente, ſic fuit ſubito & totaliter à corde ejus abraſa triſtitia, ut in ipſa nullę amaritudinis reliquiæ remanerent.

*tumor incurabilis ſanatus ejus ſaliva,*

24 Vicina quædam Fratrum in Forolivio, nomine Tomaſina, tumorem quemdam habuit ſuper naſum, qui poſt dies aliquot reſolutus, dimiſit ibidem veſicam cum pruritu. Poſt aliquos autem dies renovatus eſt tumor, & poſt dies paucos modo ſimili B reſolutus, quamdam veſicam laceratam dimiſit. Iterum autem atque iterum ſecundum præfatum modum excreſcebat tumor, & rurſum modo ſimili ſolvebatur. Hoc autem tædium, cum dolore non modico, duobus fere annis perpeſſa eſt: multis vero medicinis adhibitis, in nullo profecit. Quadam igitur die, dum pro ſuorum Confeſſione peccatorum ad pedes B. Jacobi ſederet in eccleſia, beatus Pater caſu in terram expuit. Venit illa clam, eo non advertente: & ob ſanctitatis ejus reverentiam, de ipſius ſputo collegit cum digito, & præfatum infirmitatis locum cum ſaliva ac devotione linivit. Recepta igitur abſolutione ac benedictione ab ipſo, invenit ſe à pœna prædicta totaliter liberatam, ita quod eam ulterius non eſt paſſa.

*tumor inſanus coercitus.*

25 Vir quidam in civitate Foro-Livii in Uxorem alterius ſic inordinate affectus oculum fixerat, quod ante illius domum quotidie tranſiens, & alia ſimulata cauſa eam ſæpiſſimè domum ingrediens, verbis & aſpectibus mulieri grave tædium inferebat. Cum autem Deum timens ipſum rogari feciſſet, ut ab hujuſmodi frequentatione deſiſteret; ille ſemper deterius faciebat. Illa vero metuens ne ex hoc ſcandalum & periculum aliquod ſequeretur, ſi ad viri ſui notitiam deveniret; ad B. Jacobum fideli mente recurrit, obſecrans ut rogaret C ad Dominum, ut huic tædio remedium apponere dignaretur. Cumque pro ipſa orationem feciſſet, vanus ille vir ſic fuit à ſua ſtultitia immutatus, nullo hominum cooperante ulterius, quod de cetero viam illam facere, aut præfatæ mulieri inferre tædium aliquod non eſt viſus.

## ANNOTATA.

a *Eſt* S. Sebaſtiani eccleſia *extra Vrbis mœnia media horæ ſpatio, quo fit ut poſt divini Officii horas, æſtivo præſertim tempore, quale tunc erat, nemo ibi inveniatur.*

b *De his Clemens IV, Iſabellæ Francorum Reginæ ſcribens;* Scias *inquit*, filia, Apoſtolorum capita Romæ indubitanter haberi, quæ fel. recordationis Gregorius Papa IX de Sanctis-Sanctorum ſuis manibus extrahens, Romano populo patenter exhibuit, & in locum ſuum reſtituit, præſentibus & viſentibus univerſis, *utique ante annum* 1241, *quo is obiit. Dicuntur autem* Sancta-Sanctorum *ſacellum illud, quod olim S. Laurentio ſacrum, extra baſilicam Lateranenſem eſt, ſublimi loco; aditurque nunc per eas quas paſſim* Scalas-ſanctas *vocant, è Pilati Prætorio (ut creditur) advectas, ſemper fere clauſum; dictum etiam* Sacellum Pontificium, *quod ſoli Pontifici iſtic liceat celebrare. Aſt Vrbanus Papa V, ante annum* 1370, EX MSS. *cum ſacra Capita ibi haud ſatis digne haberi exiſtimaret, ea in Lateranenſem Baſilicam tranſtulit, & ſuper aram maximam in marmoreo, quod hodieque viſitur, ciborio (ſic enim appellant) collocavit. De quibus vide Cæſarem Raſponum de Baſilica Lateranenſi lib. 4 cap. 19.*

## CAPUT IV.

*Variæ infirmitates curatæ: equus vitæ, & puer ab eo læſus ſanitati reſtitutus: arcana cognita, inſignis caſtimonia.*

DUm Forolivienſis populus, propter B. Jacobi eximiam quam in eo viderat ſanctitatem, ipſum mirâ veneraretur devotione; & poſt celebrationem Miſſæ ipſius, ad deoſculationem manuum ejus, confluëret catervatim; contigit quodam die inter ceteros quamdam mulierem adeſſe, Bertam nomine, quæ menſibus tribus gravi ac continuo fuerat capitis dolore vexata: multa autem experta remedia fuerat, ſed nullo juvari à medicis poterat. Quæ cum videret ad oſcula manuum viri Dei confluere populum, acceſſit & ipſa: & cum manum ejus oſculata fuiſſet, E fuit continuo à dolore capitis totaliter liberata. 26 *Dolores capitis ſanat Beatus, uni,*

*alterique:*

27 Alia quædam matrona, nomine Beatrix, ſæpe dolorem capitis conſueverat pati: veniens autem die quadam ad beatum Patrem ut confiteretur cum eo, dum ipſe ei Abſolutionem conferret, & manum ſuper illius caput poneret, ſimul cum Abſolutione contulit ſanitatem. Poſt paucos dies redeunte dolore, rediit & ipſa ad Patrem; & modo ſimili, dum in Abſolutione manum imponeret capiti, ſubito dolor evanuit. Rurſus dum poſt aliquot dies, innovaretur dolor, redibat ipſa ad remedium conſuetum; & ſic pluribus vicibus, ad tactum manus ſacræ evaneſcente dolore, recepit continuo beneficia ſanitatis.

28 Cujuſdam medici, vicini Fratrum, equus indomitus in domo Fratrum Prædicatorum de Forolivio paſcebatur in clauſtro; ſuper quem puer quidam, circiter annorum decem, puerili levitate ductus, aſcendere voluit; & pede in laqueo funis poſito quem equus ad collum habebat, perterrito equo & ſaltum præ pavore dante, ſic fuit F puer funis laqueo per pedem adſtrictus, quod equo currente ipſe pariter trahebatur. Equus autem ex hoc magis ac magis terrore perterritus, nunc anterioribus nunc poſterioribus pedibus percutiebat puerum & trahebat, quem & crebris ictibus percuſſit in capite. Fratribus autem pluribus ad tam triſte ſpectaculum concurrentibus, & puerum à morte cupientibus liberare; unus ex ipſis, cum remedium aliquod non videret; arrepto fuſte grandi & forti, equum multis ictibus percuſſit in capite, volens ipſum ſi expediebat occidere, ut per mortem ejus puer liberaretur à morte: equus vero in terram mortuus corruit, puer autem cecidit ſemivivus. Triſtes Fratres vehementer effecti pro morte equi, ſed magis pro periculo pueri quem mori timebant; elevantes eum, qui per ſe ſurgere vel moveri omnino non poterat, ipſum portaverunt interius, ut eum remediis quibus poterant adjuvarent. Interim Frater alius, memor ſanctitatis B. Jacobi, cucurrit ad ipſum, qui in cella erat: & cunctis quæ acciderant enarratis, rogavit utipro puero & Fratrum triſtitia Dominum precaretur. Audiens Chriſti ſervus triſtitiæ caſum, compaſſione commotus & de Salvatoris pietate

*equum ſuo ſte mactatum vita*

*puerum ab eo læſum ſanitati reſtituit.*

EX MSS. consitus, ait: Nullus dubitet, nemo tristetur: quia Deus misericors nos juvabit. Confestimque surgens ecclesiam introivit, factaque ibi oratione brevi revixit equus, nullum penitus habens percussionis vulnus vel tumoris signum: & puer, qui prius jacebat immobilis, plenæ confestim restitutus est sanitati. Qui statim, puer scilicet & equus, propriis pedibus sani & incolumes ad domos proprias redierunt.

*dolorem arthriticum,*

29 Erat servo Domini consuetudo humilis & devota, pauperes quosque libenter suscipere, & cum eis de cælesti gloria benignè conferre. Inter ceteros autem pauperem unum cæcum, Hieronymum nomine, valdè familiarem habuit, cui propter Christum consolationem maximam exhibebat; propter quod ille, ejus benigna paternitate allectus, ad ipsum sæpissimè veniebat. Hujus autem attestatione fideli compertum est, quod dum multo tempore arteticæ doloribus in manibus & pedibus, & in omnibus juncturis sui corporis, diutissime gravaretur; nihilominus ad eum sæpissimè veniebat, cupiens ejus doctrina & sacris consiliis recreari. Hoc autem mirabile multo tempore est expertus, quod dum loqueretur cum ipso, dolorem illum in ejus præsentia nullatenus sentiebat; cum vero discedebat ab ipso, dolor, qui in Sancti præsentia exul fuerat, ipsum more solito cruciabat. Semper igitur hoc in ejus præsentia habuit, ut dolorem arteticæ non sentiret; mortuo vero beato Patre, ad sepulcrum ejus à doloribus illis totaliter est curatus.

B

*& oculorum suâ præsentiâ levat:*

30 Idem quoque devotus vir simile sibi accidisse asseruit: nam cum in uno oculo diu gravem dolorem haberet, qui eum continuè affligebat; semper quando cum beato Patre loquebatur, dolor ille, quasi sancti viri præsentiam metuens, illum affligere non audebat: quando vero discedebat ab ipso, dolorem maximum sentiebat, propter quod ipsum sæpius visitabat.

*surda auditum reddit,*

31 Narravit matrona quædam Forolivienſis, devota & prudens, nomine Druda, quod dum ex infirmitate quadam surda fuisset effecta, ita ut per annum nihil nisi clamore magno audire potuisset; multis vicibus infra annum illum, prout solita erat, B. Jacobo confessa fuit. Hoc autem certitudinaliter semper experta est, quod, non obstante surditatis pœna, ipsum submisse valdè loquentem ita absque omni impedimento & difficultate audiebat & clarè intelligebat, sicut facere erat solita quando perfectissimè audiebat: quando vero discedebat ab eo, statim ut prius surda erat. Hoc semper cum eo loquens manifestè probavit; cum vero servum Dei instanter precaretur, ut pro integra & continua auditus ejus recuperatione Dominum exoraret, beatus Pater, quasi futurorum præscius, respondebat; Patientiam habe, quia brevi liberaberis. Mortuo igitur viro Dei, præfata matrona venit ad ecclesiam, ubi corpus ipsius tumulatum; & cum multa miracula fieri videret, oravit beatum Patrem, ut eam ab illa miseria liberaret. Oratione devotè completa, domum rediit: & post mediam horam sensit intra caput suum fragorem quemdam, quasi multæ arundines frangerentur: quo facto, fuit statim ab omni surditate curata.

C

*arcanâ scientiâ in statu religioso vacillantem confirmat,*

32 Frater quidam juvenis de Burgo Sancti sepulcri, Franciscus nomine, Ordinis Servorum B. Marię, qui conventualis erat in Forolivio, maligni persuasione deceptus, deliberaverat in brevi à suæ professionis voto & habitu resilire. Cumque deliberatum illud malum nemini manifestare præsumeret, sed diem sibi captaret & horam, qua posset absque impedimento quod conceperat adimplere; gloriosus Pater B. Jacobus, Fratris illius, quem numquam viderat, nomen, cognomen, & propositum didicit Spiritu revelante divino: acceptaque licentia statim ad locum ubi Frater erat accessit, petivitque à Fratribus Fratrem illum juvenem ad se vocari. Requisitus Frater, admirans quid sibi vellet, venit ad ipsum. Quem vir discretus & caritate plenus ad partem trahens, inter se & ipsum solum cum caritate corripuit, & salutaribus monitis cœpit à suo proposito revocare. Cum autem ille mentis suæ conceptum secretum fateri nollet præ verecundia & timore, Sanctus ait: Fili, ille qui cogitationem novit hominum, hæc mihi revelavit; de me autem nihil dubites, quia correctionem tuam, non confusionem quæro. Videns ille quod cogitatio cordis ejus beato Patri fuerat divinitus revelata, & audiens beati Patris salutifera monita, & culpam protinus confessus fuit, & propositum mutans in Ordine consolatus permansit: post mortem vero servi Dei B. Jacobi, ad Dei gloriam, hæc quæ retulimus per ordinem enarravit.

D

*omni virtutum genere ornatus,*

33 Omnipotens Deus, à quo bona cuncta procedunt, servum suum Jacobum tantâ virtutum honestate decoravit, ut mores ipsius & actus cunctis conversationem ejus inspiciêntibus ædificationem præberent: tam lucidè siquidem profulsit in ipso dilectio puritatis, quod non solum à malo, sed & ab omni specie mali sic se conservavit immunem, ut nullus unquam de eo præsumpserit aliquid mali judicii vel mali testimonii proferre secundum morem; quia vita simplici & recta in cunctis suis actionibus gradiens, verba & actus simulationis & duplicitatis horrebat. Ad Fratres & Socios in omni sua vita benevolus, obsequiosus, gratus, & humilis semper fuit. In Conventu cum omnibus sic dulcis & pacificus erat, quod verbum injuriæ, turbationis, & amaritudinis ad fratrem vel secularem, in omni vita sua, non est auditus proferre. Prælatis obedientiam, antiquioribus reverentiam, infirmis compassionem, desolatis consolationem, junioribus eruditionem, & cunctis ædificationem exhibebat. Hospites undecumque advenientes hilari & pio suscipiebat affectu. Si qua pietatis intuitu ei data vel missa fuissent, interioribus & exterioribus indigentibus libenter condi videbat. In prosperis non elevabatur, in adversis non frangebatur. Constitutiones Ordinis sui, Capitulorum & Prælatorum monita, toto studio & libenti animo integraliter observabat. In observantiis regularibus, Fratrum omnium speculum erat & forma. Silentii amator & observator præcipuus semper fuit. Et quoniam amicitia Dei, delectatio bona, & cor gaudens exhilarat faciem; jucunditatem faciei in cunctis suis successibus ostendebat: mundi vero laudem gloriamque contemnens, ad cælestem gloriam totis desideriis anhelabat. Vitam in cunctis irreprehensibilē duxit. Ita semper vivebat quasi quotidie moriturus. Duorum etiam Confessorum suorum, qui ejus generalem Confessionem pluries audierunt, firma assertione repertum est, quod illibatū nitorem virginalis munditiæ perpetuo custodivit, & cor mortalis peccati contagio numquam extitit maculatum: idem etiam asseruit Frater, qui tertia die ante ipsius mortem Confessionem ejus generalem audivit.

E

*virginitatem & animum ab omni graviori noxa illibatum servat,*

F

CAP. V.

## CAPUT V.

*Morbus cancri patienter à B. Iacobo toleratus & miraculis honeſtatus: mors præſcita & piè obita.*

34 *Morbum cancri patienter celat* CUm omnipotens Deus ſervum ſuum Iacobum, operarium fidelem, ad mercedem æternam perducere decreviſſet; gravi prius cancri ulcere pectus ejus percuſſit; ut tanto glorioſior eſſet in cælis, quanto pro amore ejus graviores pœnas cum patientia toleraſſet in terris. Qui morbus annorum ferè quatuor ſpatio pectus ſacrum continua voratione corroſit. Sed qui exteriori pectori irrogavit pœnam, interiori cordi contulit patientiæ gratiam; ut pœna corporis ſemper virtutem augeret mentis. Nam fere per annum pœnam illam ſic cunctis occultavit, ut nemo percipere poſſet quod paſſione aliqua gravaretur: cum autem in lotione tunicæ ejus, poſt annum fere elapſum, fuiſſet in ſigno cruoris de ſua infirmitate deprehenſus; oſtendere compulſus eſt plagam pectoris, quam pro Chriſti amore patienter & humiliter occultabat; & cum adhiberentur ei aliqua auxilia medicinæ, nihil liberationis habere corporaliter
B potuit, quin potius noluit: qui tamen aliis in infirmitate ſimili & aliis pluribus ſanitatis gratiam dum viveret impertivit: divina hæc providente clementia, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, & virtus in infirmitate perficitur. Plaga igitur illa adeo ampliata eſt, ut gallinæ ovum libere receptare potuiſſet: & cum horribilis eſſet ac putrida, & quando pro medicina aperiebatur fœtorem emitteret, & vermes ſæpe ſcaturirent ex ea; numquam conqueſtus eſt, numquam gemi- *& ſuſtinet,* tum præ dolore emiſit, numquam triſtis apparuit; ſed Deo ſemper gratias referens hilariter, ac patientiſſime ſuſtinens, Miſſas devotionis ſolitas & Sanctorum ſuorum officia, nec non & cetera ſacræ Religionis exercitia, devotus atque ſolicitus perſolvebat. Remedia autem medicinalia cum tædio videbatur ſuſcipere, qui ſibi pro amore Chriſti in ſuis
C infirmitatibus complacebat. Quodam tempore, cum per dies plures plagam illam à ſervitore ſuo videri & mutari non permiſiſſet; metuens Frater ne nimis plaga putreſceret, tali eum arte coëgit. Agnum parvulum coram illo adduxit dum decumberet, & arrepto gladio ipſum prætendebat ſe velle in ejus præſentia jugulare: beatus vero Pater Fratrem lacrymabiliter precabatur, ne illud Dei animal læderet. Cui cum diceret Frater, Niſi permittas plagam veſtram mutare ut voluero, iſtum agnum occidam; ſtatim pro liberatione agni, ipſe Chriſti Domini agnus, ejus ſe tradidit manibus, pro ejus libito contrectandum.

35 Fuit autem hoc viro Domini mirabile, quod cum plaga pectoris ejus quando aperiebatur ſæpe fœtorem emitteret, mira tamen fragrantia odoris frequentiſſime procedebat ex eo. Teſtatur enim plurima devotorum fidelium multitudo, ſenſiſſe ex *ac nihilominus ſuavem de ſe odorem ſubinde ſpirat.* eo prodire inuſitatam ſuaviſſimi odoris fragrantiam, nulli rei aromaticæ ſimilem. Alii namque ad tactum veſtium ipſius, quæ tamen erant humiles & deſpectæ; & alii in deoſculatione manuum ejus, maxime quando Miſſam celebraverat; alii vero de ore ipſius, dum loqueretur, odorem ſuaviſſimum exire ſenſerunt; ut exteriori tanti odoris ſigno clareſceret, quod mens ejus virtutibus refecta, tota erat odorifera coram Domino.

36 Cum propter ætatem decrepitam & ægritu- EX MSS. dinem gravem corpus pene haberet emortuum, ſola Gal. 2 20 Chriſti devotio vivebat in ipſo: ut poſſet merito *Oraturus in decrepitâ ætate & morbo ſingulariter confirmatur* cum Apoſtolo dicere: Vivo ego jam non ego, vivit vero in me Chriſtus. Devotionis ejus fervorem, quem in juventute inchoaverat, ſic fortiter & delectabiliter in ſenectute ſervavit, quod nec ad horam ab ipſo deſiſtere potuit; quin imo ad devotionem ampliorem augmentis continuis procedebat. Cum autem, præ nimia ſenectute & corporis debilitate, amplius per ſcalas vel gradus aſcendere non valeret, imo vix pedes à terra elevare poterat; ad gradus tamen altarium ad orandum vel celebrandum, quoties voluiſſet, liberè abſque difficultate aliqua conſcendebat. Interrogatus à Fratribus, quomodo ad gradus illos ſic aſcenderet libere, cum ad gradus alios penitus impotens videretur; ait: Si deberem multum auri lucrari, vel ad Papatum etiam promoveri, pro hac cauſa adſcendere rectus horum altarium gradus non poſſem; ſed ſi debeo ibi orare aut celebrare, hanc à Domino gratiam habeo, quod ſine difficultate illuc adſcendo velociter: quod quotidiana experientia evidentiſſime comprobavit.

37 Tempore quo beatus Pater cancri prædicti E ulcere gravabatur, matrona quædam, quæ magnam *cibum agro parantibus oleum divinitus auget,* reverentiam habebat ad ipſum, per nuntium requiſivit, ut creſpellas ex herbis & farina commixtas, quas vulgo *a* fritellas vocant, pro ejus prandio cum a oleo præpararet: quæ tunc in urgenti rei familiaris exercitio occupata, vicinam ſuam quamdam pauperem advocavit; & vaſculum ei cum oleo tradens, rogavit, ut pro beato Patre perficeret, quod ipſa occupata nimium facere non valebat. Illa recepto vaſculo abiit, & libenti animo cibum parare diſpoſuit: ſed cum totum oleum quod in vaſculo erat in ſartaginem effudiſſet, tantæ quantitatis non fuit, ut pro cibi illius præparatione ſufficeret. Cum vero mulier triſtaretur, quia olei ſufficientiam non habebat, & erubeſceret ad matronam redire pro oleo; ſubito oleum illud, quod modicum erat, ita excrevit & replevit ſartaginem, quod propter ſuperabundantiam nimiam oportuit plus olei de ſartagine removeri quàm prius fuiſſet appoſitum. Frixurâ vero completâ, oleum, quod in decoctione hujuſmodi conſumi conſuevit & minui, ita ſuperabundavit, ac ſi in eo nulla fuiſſet facta decoctio, & ad ignem poſitum non fuiſſet: propter quod pauper illa mulier plus adhuc de ipſo repoſuit, quam in vaſculo à principio reperiſſet. Cum autem B. Jacobo, quod acciderat miraculum, retuliſſet; ille reſpondit: Filia mea, oleum illud cum gratiarum actione conſerva, quod tibi miſit Dominus Jeſus Chriſtus. Simile etiam contigit duabus aliis matronis, & pluries, pro ipſo cibum parantibus; quia oleum non ſolum conſumi non potuit, ſed fuit inſuper ejus meritis augmentatum. F

38 *Hic caput unum tranſcribenti excidit vel in numeris Capitum ſignandis erravit librarius: quod infra iterum notabimus.* Corporis ſancti viri deficiente virtute, creſcebat quotidie devotio mentis ejus: nam licet cum difficultate nimia ambularet per domum, cum multa tamen devotione Miſſam quotidie celebrabat. Cum autem die quo Miſſam ultimam celebravit, ad B. Andreæ altare accederet; affuit ſtatim ante Miſſæ inchoationem religioſa quædam mulier & honeſta, *tumorem ab agro dempellit,* vicina Fratrum, Helena nomine, tumorem magnum in dextra parte gutturis habens, quem fere per annum perpeſſa fuerat, nec potuerat ab eo medicorum arte curari. Sed quia præcedenti nocte doloribus maximis fuerat cruciata, adeo ut præ dolorum ve-

EX MSS. hementia requiem invenire non poſſet; ſperavit ſe poſſe à cruciatu liberari prædicto, ſi manum beati Patris Jacobi tangere forſitan meruiſſet. Cui hoc devote petenti Sanctus reſpondit: Præſtolare, filia, donec complevero Miſſam, & tunc quod poſtulas adimplebo. Miſſa devote completa, manu ſancta locum tumoris & doloris tetigit, & Chriſti ſignaculo conſignavit: quo facto ab altari diſceſſit uterque; & illa ſtatim verſus domum abſque dilatione iter arripiens, antequam de Fratrum exiret eccleſia, evaneſcente tumore ac dolore fugato, fuit continuo integraliter liberata.

*paulo ante mortē nullum ex cancro fœtorem reddit.*

4o Omnipotentis Dei gratia diſponente cunctis ſervi ſui laboribus finem imponere, & mercedem æternæ gloriæ ejus retribuere meritis; Sancti viri corpuſculum, longa ægritudine tabefactum, ſic fuit fortitudine deſtitutum, ut quatuor extremis vitæ ſuæ diebus, viribus propriis è lecto ſurgere non valeret. Nam uſque ad dies illos, quamvis ſupra modum gravis corpore eſſet & debilis, cum devotione maxima Miſſam quotidie celebrabat, tanto in Chriſti amore ferventior, quanto celerius vitæ ſuæ terminum appropinquare ſentiebat. Infra dies vero illos Sacramenta Eccleſiæ cum maxima devotione recepit. Plagæ autem ejus fœtor, qui ſæpe ſentiri conſueverat, infra memoratos dies quatuor totaliter exſtinctus fuit,

B

41 Quodam ſero, dum in ipſa infirmitate decumberet, propter ſitis anxietatem, quam ob febres patiebatur, aliquando ſervus ipſius ampullam vitream plenam aqua ad caput lectuli ſuper aſſerem poſuit, ut remedium nocte in promptu haberet, ſi ſitis pateretur ardorem. Cumque nocte vaſculum illud vitreum manu propria vellet accipere, manum taliter impegit in ipſum, quod de alto inferius cecidit: & os vaſculi, nullo clauſum operculo, verſum fuit inferius, & ſic inverſum per magnæ noctis horam uſque mane permanſit. Mane autem ſervitor vas colligens, valde obſtupuit, quod vitreum vaſculum fragile, ex caſu illo frangi minime potuit; & quod æſtatis tempore, ex everſione vaſis, nequivit de aqua minui aliquid vel effundi.

*vas vitreū contactu ejus in terrā dapſum nihil aquæ effundit.*

42 Adveniente igitur deſiderata die, qua glorioſus Pater depoſito carnis onere aſcenſurus erat ad Chriſtum; diem ipſam integraliter in divinis laudibus occupavit, Horas ſuas & Sanctorum ſuorum Officia per ſe dicens in lectulo. Multis autem frequentantibus cellam ejus, & qualiter ſibi eſſet requirentibus, bene ſibi eſſe omnibus reſpondebat humiliter: ſed ut ſpiritus ejus in illa beata expectatione liberius dirigi poſſet ad Dominum, ipſos ſtatim licentiabit benigne. Ex verbis autem ipſius cognoſci potuit manifeſte, quod hora tranſitus ejus ei fuerit à Domino revelata. Nam dum hora *b* ſexta moriturus à Fratribus crederetur, & ob hoc facto ſigno Fratres cum feſtinantia ad ejus tranſitum pro commendatione animæ convenirent; Fratribus dixit: Nimis cito vocati eſtis, cum nondum venerit hora mea. Diſcedente Conventu, poſt nonam horam cœpit à ſervitoribus de veſpertina hora diligenter inquirere: & reſponſo accepto, quod hora illa nondum adeſſet; rogavit ut diſcederent cuncti, & ſolum cum Domino vacare permitterent. Cumque Fratres crebro redirent, à cunctis ſupervenientibus de veſpertina hora deſiderabili requirebat. Facto igitur ad Veſperas ſigno & terminatis in eccleſia Veſperis, putans unus ex ſervitoribus quod ideo ſic fuiſſet de veſpertina hora ſollicitus, ut hora debita Veſperas diceret, ait ad eum: Pater, adeſt hora, de qua hodie ſic ſolicite quæſiviſti: ſi vultis, vocabo ad vos Fratres, qui dicant Veſperas vobis, quoniam vos nimis debilis eſtis. Cui ait: Non expedit, fili, omnes enim horas

*mortem præſciens,*

C

b

*pīè illam obit;*

meas integraliter dixi, & jam de Veſperis expeditus ſum: ex tunc autem neminem licentiari voluit. Confeſtim autem cœpit corporis virtute deſtitui: & dum pro Fratrum convocatione ſignum fieret, Frater quamdā crucē illi offerens ait: Confidite, Pater, in adjutorio Crucifixi, & nullum periculū metuetis. Ipſe vero, elevatis ſurſum oculis, dixit: Non timeo, fili: non timeo, fili. Fratribus vero Officiū commendationis animæ proſequentibus, ipſe cum eis pariter dicebat Officium. Et dum cum ipſis diceret Letaniam, elevatis in cælum oculis, & exhilaratus in facie, Redemptori Chriſto ſpiritum reddidit. Statim autem ut migravit ad Dominum, plaga pectoris ejus, quæ tantæ magnitudinis erat ut dictum eſt, ita fuit cōſolidata, ut vix ex ea cicatricis tenuis veſtigiū appareret. Migravit autem ad Chriſtum glorioſus ſervus ejus B. Jacobus, anno gratiæ milleſimo trecenteſimo decimo quarto, die ultima Maji, feria *c* ſexta, in feſto ſanctæ glorioſæ Virginis Petronillæ, anno autem ætatis ſuæ octogeſimo tertio, completo vero in ſervitio Chriſti in Ordine Fratrum Prædicatorum anno ſexageſimo ſexto.

*plaga cancri ſubito coëunte.*

D

c

E

## ANNOTATA.

a *Hoc videtur facere, quod ex Conſuetudinibus Cluniacenſibus allegat Cangius*, Pro ſigno Criſpellarum, vel (ut alii dicunt) Frigdolarum, cum pugno accipe crines, quaſi cupias eos facere criſpos. *Academici della Cruſca maſculine uſurpant, & ajunt eſſe cibum ex ſolidiori farina purioris maſſa criſpatum, quales in Belgio ſimili etymo vocamus* Kerſpelinge; *& ab iis diſtingunt* Frittellas, *quaſi hæ fiant ex farinacea pulte potius quam maſſa*; Lagana, *Latine ac Græce dicuntur*; *Francis* Gaufres, *Belgis* Wafels.

b *Horæ hic intelliguntur eccleſiaſticæ, ſecundum curſum divini Officii; & ſic conſequenter hic numeratur* Hora nona, *&* Hora Veſperarum: *quas, ex initio Capitis ſequentis, ubi dicitur* multum adhuc diei ſuperfuiſſe, *intelligimus recitari ſolitas circa tertiam vel quartam poſt meridianam.*

c *Recte: nam anno* 1314 *littera Dominicalis erat* F.

## CAPUT VI.

### *Confluxus urbis ad B. Iacobi funus, varia miracula tunc patrata.*

F

QUamquam Fratres omnes, qui beati Viri vitam virtutibus plenam noverant, ipſum non ambigerent ad cæleſtem gloriam evolaſſe; nihil tamen novitatis inſolitæ facere præſumentes, & quia multum adhuc diei ſupererat, & calor tunc temporis erat intenſus; volebant ipſum, nullo populo convocato, cum honore humili in Fratrum cœmeterio ſepelire. Deo tamen melius diſponente, qui clarificat honorantes ſe; licet per Fratres ejus obitus non fuiſſet extraneis nuntiatus, ſubito per totam civitatem Forolivii & ejus ſuburbia inſonuit vox de tranſitu ejus. Confeſtim autem univerſa populi multitudo, utriuſque ætatis & ſexus, operibus, officiis, exercitiis, & quibuſcumque occupationibus prætermiſſis, ad locum Fratrum tam ſubita celeritate cucurrit, quod beatum ſe quiſque putabat, qui ad tactum ſacri corporis poterat alium prævenire. Interea Fratres, ſtatim poſt tranſitum ejus, involventes corpus & in feretro ad eccleſiam deferre volentes, obviaverunt turbis innumerabilibus irruentibus intra clauſtrum. Turbæ autem violentia devota irruentes in eos, corpus cum feretro deponentes, & cum devotione maxima contingentes, veſtes, quibus corpus fuerat involutum, minutatim

43 *Confluentes ad funus urbe,*

*corpus veſte pro reliquiis ſpoliatum odorem ſpirat,*

A tatim pro Reliquiis dilaniaverunt: ita quod in brevi tempore oportuit ipſum tribus vicibus ex integro indui. Odor autem mirabilis inauditæ & incognitæ fragrantiæ, de ſacro corpore prodiens, contingentes ipſum mira devotione lætificabat. Delatum vero ad eccleſiam corpus, fuit ſuper altare à populo poſitum, deinde propter ſupervenientem multitudinem ad diverſa loca delatum eſt: præ multitudine autem nimia confluente, infra tres dies non potuit ſepeliri. Statim vero ut in eccleſiam delatum eſt corpus, multa miracula propter ipſius merita divinitus oſtenſa ſunt.

44 Quædam mulier de Valdopſo diœceſis Forolivienſis, Agnes nomine, habitans Forolivii, lapſu ſubito, dum beatus Pater viveret, cecidit: & dum ſuper manum ſiniſtram in ipſo caſu firmare ſe vellet, os brachii ejus juxta pugnum in partes plurimas confractum & diviſum fuit. Adhibitis autem multis medicorum remediis, per menſes plures nec ſolidari potuit nec curari, nec de manu vel brachio potuit ſe juvare. Ad Beatum igitur Jacobum, dum ejus beata mors in vicino eſſet, accedens, pluries rogavit ipſum, ut pro ſe Deum precaretur: cui ſemper Chriſti ſervus aiebat: Suſtine filia patienter, quia Dominus cito te ab hac infirmitate curabit. Mortuo igitur viro Domini, cum ipſa hora tranſitus ejus ad contingendum eum tota concurreret civitas, mulier ipſa cum primis cucurrit; & ad feretrum accedens ait: Ubi eſt, Pater, promiſſio veſtra, qua mihi in brevi aſſuturam ſanitatem promittebatis? obſecro, ut nunc pro me oretis ad Dominum. Et tacto corpore ejus, cum brachio & manu ubi fractura erat; confeſtim os brachii perfecte & integraliter conſolidatum eſt, & (ut ſervus Chriſti promiſerat) recepit integram ſanitatem.

*ad quod confractum brachiũ reſtituitur,*

B

45 *Deeſt.*

46 Mulier quædam, Brunetta nomine, de civitate Forolivii, brachium habens per longa tempora tumefactum, manum ejus in feretro quieſcentis aperiens, brachium ſuum in illius poſuit manu: ſic enim fuit tribus diebus tenera & tractabilis caro ejus, quod in ipſa nulla durities, nulla rigiditas fuit; brachia enim ipſius & crura plicari poterant & extendi; manus vero & digiti claudi & aperiri, plicari, retrahi, & extendi poterant, ſicuti quando vivebat. Cum autem præfata mulier manum ſuam intus manum ejus poneret, ipſe manum illius ſic fortiter ſtrinxit & tenuit, quod vidente multitudine populi diu ab eo non potuit ſeparari; veſtigium etiam impoſitionis pollicis viri ſancti in brachio illius ulterius deleri non potuit. Sed quid ſibi voluerit ille tactus, cum mulier à tumore manus & brachii curata non fuerit, penitus nobis hucuſque manſit incognitum. Hoc tamen non modice apparet mirabile, quod manus mortui ſic fortiter ſtrinxerit viventis manum: hujus autem rei judicium illi ſoli relinquimus, cui nihil incognitum eſt, qui novit omnia antequam fiant.

*& agra quædã manu ejus arcte ſtringitur:*

C

*arthriticus,*

47 Vir quidam, Nicolaus nomine, de natione Forolivienſi, arteticæ paſſione dire gravatus, corpus ſancti viri amplectens in feretro, ſtatim liberatus eſt.

48 Gibboſus quidam, Picinus nomine, qui magnum gibbum habuerat per annos circiter viginti ſex, & cum aure ſiniſtra audire non poterat, accedens ad feretrum ejus, brevi facta oratione ab utraque paſſione curatus eſt. In cujus curatione, ut ſervi Domini virtus innoteſceret cunctis, facta eſt in campanili Fratrum campanarum pulſatio per ſe ipſas, nullo hominum penitus operam dante.

*& gibboſus ſanantur,*

49 Die tertio à beati Patris tranſitu, intra eccleſiam ante altare glorioſæ Virginis in monumento humili, cæmento forti & lateribus circumcluſo, pretioſus theſaurus cum mirâ populi devotione reconditus eſt: cui ſuperpoſita fuit craticula lignea, quouſque lapis pro coopertura tumuli pararetur. Tribus vero diebus aliis nullo alio tectum operculo manſit corpus ejus, ita ut libere ab omnibus videretur: à civibus tamen ſolicitudine & devotione ſedula cuſtoditum fuit, & ab innumerabili populorum frequentia viſitatum. Infra quos dies cum eſſet æſtus permaximus & preſſura continua populi, die noctuque ipſum cernere & contingere ſatagentis; nihil corruptionis vel fœtoris de ſacro corpore exhalavit, ſed odorem ſuaviſſimum ſenſit ex ipſo maxima populi multitudo. Infra triduum vero prædictum, infirmi alii plures viginti, à diverſis languoribus ſunt miraculoſe ſanati.

Ex Mſ.

*multiq; ægri ad humatũ corpus, etiã tunc ſuaveolens.*

50 Cum Beati viri ſepulcrum fuiſſet lapide coopertum, antequam cæmento undique clauſum eſſet, mulier quædam Blanca nomine, habens in gutture ſquinantiam, ex qua liberari non poterat auxilio medicorum; vicinæ mortis periculum metuens, ad Beati viri tumulum acceſſit, multis comitata conſanguineis & amicis. Cernens autem ex parte ima ſepulcri parvam quamdam aperturam ſub lapide, filiæ ſuæ parvulæ corrigiam per foramen illud intromiſit in tumulum, ut tangeret locum infirmitatis ſuæ cum corrigia, quæ ſancti viri corpus vel reliquias tetigiſſet. Depoſita vero intus ſepulcrum corrigia, viderunt & ſenſerunt omnes qui aderant, quod trahi inferius videbatur: & cum plures ſimul ſurſum ipſam trahere conarentur, manifeſte ſenſerunt quod cum violentia quadam inferius trahebatur. Cumque mulieri patienti ſuaderetur à pluribus, ut beato Iacobo corrigiam dimitteret quam trahebat; ait illa: Corrigia hæc ad nihilum valet ei, mihi vero perneceſſaria eſt, ex quo tetigit corpus ejus. Iterata igitur violentia ipſam retrahit, quam illico ſibi ad collum applicans, dolore confeſtim ceſſante, antequam perveniret ad domum ſuam, fracto tumore fuit perfecte curata.

*Curatur quæda anginâ affligata.*

E

51 Tempore quo beati Patris corpus extitit tumulatũ, tanta fuit circa ipſum populi multitudo, ut involvi & aptari non potuerit ut decebat. Poſt novem vero menſes à tranſitu ejus, ſubito quod omiſſum fuerat perfecerunt. Fidelium igitur civium teſtimonio ſecum adhibito aperuerunt arcam; & corpus, ut decreverant, pannis ſericis involverunt. Senſerunt autem de corpore ſacro odorem prodire mirabilem: pulvis etiam qui in ſepulcro juxta corpus ejus inventus eſt, mirabiliter redolebat; quo devote collecto, ad contactum ipſius pulveris, infirmi plures receperunt beneficia ſanitatis.

*corpore poſt 9 menſes ſuaviter etiam redolente.*

F

52 Juvenis quidam, Miciolus nomine, audiens à multis ſancti viri miracula recitari, non ſolum incredulus extitit; ſed & ipſis miraculis detrahere cœpit. Nutu vero Dei ſtatim motu & uſu ſiniſtri brachii privatus eſt, qui de ſancti viri virtutibus loqui verba ſiniſtra præſumpſerat. Vexatione igitur præbente intellectum auditui, ad cor ſuum rediit; & B. Jacobum lacrymans miſerabiliter invocavit. Facto autem voto, quod ſi liberaret ipſum, linguam de cetero contra ipſius miracula non laxaret, confeſtim recepit beneficia ſanitatis.

*obtractanti B. Iacobi miraculis brachium contrahitur & ſanatur.*

53 Maturus quidam & devotus vir de Bononiâ, habitum habens Pœnitentiæ, nomine Frater Guido, pro ſuſceptione pauperum in valle S. Victoris Cæſenatis diœceſis, cum uxore ſua in hoſpitali ſe pauperculo deputavit. Quodam autem mane domo egredi volens, puellam parvulam, à vili matre projectam, ante hoſpitalis oſtium reperit: qui uxorem advocans, mandavit ut puellam abjectam pro Chriſti amore ſuſciperet, & ei matris obſequium pro ipſius reverentia exhiberet. Quæ diſſolvens puel-

*meritis ejus infans à puſtulis liberatur,*

læ

EX MSS. læ panniculos, quibus involuta fuerat, reperit ipſam turgentibus veſicis & puſtulis toto corpore coopertam. Audita autem fama miraculorum B. Iacobi, ipſum oraverunt fideliter, ut ſanitatem puellæ pauperculæ ſuis meritis impetraret: nocte vero ſequenti puella fuit Beati viri meritis integraliter liberata. Cum vero uxor præfati devoti viri filios à multo tempore parere deſtitiſſet, & jam ſpatio annorum tredecim lacte penitus caruiſſet, lactare per ſe puellam non poterat, quæ omnino lacte carebat. Quærentes igitur in contrata prædicta ſi mulierem aliquam invenire poſſent, quæ pro Chriſti amore lactare vellet puellam; cum ipſi, eo quod pauperes erant, pro ſolutione nutricis pretium non haberent; & nullam ſub hac conditione reperirent; omnino ad B. Iacobum fidelis ille vir cum fide & devotione magna ſe contulit, orans ut uxori ſuæ lac à Domino impetraret, ne puellæ nutrimentum deficeret. Facto igitur voto ad eum, nocte ſequenti uxor ejus in mamillis pruritum ſenſit: quas dum ſcalperet & comprimeret, ſubito Dei virtute lac erupit: quo augmentis quotidianis multiplicato, infantulam nutrire ſufficienter potuit toto tempore quo lactanda fuit; cum tamen præfata mulier nec prægnans eſſet, nec à multo tempore extitiſſet.

*ac nutrici miraculoſè lac miniſtratur.*

B

*Leproſa mundatur,*

54 Mulier quædam, Franciſca nomine, ſeptem annis leproſa fuit, ex quibus annis quatuor in leproſorum hoſpitali fuerat ſeparata. Accedens ad ſepulcrum B. Jacobi, voto emiſſo plenè liberata eſt. Quæ videns ſic ſe perfectè curatam, facta oblatione ſtatim receſſit, nec Fratribus & populo, ad Domini gloriam, ut debuerat, publicavit. Poſt dies paucos ſubito gravi paſſione correpta cecidit, & penitus loquelam amiſit. Quæ rurſus intra ſe facto voto ad B. Iacobum, quod ſi liberaret eam à prædictis paſſionibus, viſitaret iterum ſepulcrum ejus, & miraculum quod occultaverat publicaret, ad plenum liberata eſt; & accedens ad tumulum viri Dei cuncta per ordinem enarravit. De prima autem infirmitate ejus teſtis extitit maxima populi multitudo, quæ poſtea ipſam vidit perfectè curatam.

*contractus ſanatur,*

C

55 Andriolus quidam nomine, parvulum filium habens, in manu & pede, brachio & crure, ex dextra parte contractum, ita quod ex parte illa nullo modo poterat ſe juvare; ipſum ad B. Iacobi ſepulcrum adduxit: ubi puer ſtatim ſic plene curatus eſt, ut infirmitatis præcedentis nullum veſtigium remaneret.

*& infans ſemivivus,*

56 Mulier quædam de Fighino Ravennatis diœceſis, nomine Julia, filium peperit ſemivivum, motu ſenſuque carentem, niſi quod tantum illius labia movebantur: qui cum crederetur illico moriturus, ſtatim baptizatus eſt. Cum autem per dies quatuor ſic immobilis permaniſſet, & nec lac quidem ſumeret nec ploraret; mater ejus ad beatum Iacobum ſe reduxit. Emiſſo autem voto ad eum, abſque dilatione vel morâ, fuit puer vitæ & ſanitati protinus reſtitutus.

## CAPUT VII.

*Defuncti, meritis B. Iacobi ad vitam revocati: plurimæ infirmitates curatæ.*

*Reſuſcitatur puer in dolio aquæ,*

57 CUm civis quidam Forolivienſis, Guilielmus nomine, faceret in domo propria parietem conſtrui, ob quam cauſam in medio domus ſuæ dolium cum aqua poſuerat; accidit parvulum filiùm ſuum, Sanctum nomine, ſuper ipſum dolium incautè ludere. Cumq; inclinare ſe vellet ad aquam, in ipſam cecidit & ſuffocatus eſt. Cum veniſſent autem ad aquam operarii, & inveniſſent puerum totum in aqua ſubmerſum; exclamantes, ipſum mortuum extraxerunt: mater vero pueri, cum vicinis pluribus accurrens, & videns eum penitus mortuum, B. Iacobum devote & fideliter invocavit. Mira res, ſed ab eo facta qui vitæ & mortis habet imperium. Matris oratione finita, & voto emiſſo ad B. Iacobum, puer, qui mortuus erat, confeſtim à mortuis reſurrexit.

D

*a & alter in fluvio ſuffocatus:*

58 Alius quidam puer duorum fere annorum, Jacobus nomine, juxta fluvii *a* cujuſdam ripam dimiſſus à matre apud Forolivium, quæ in vicino horto colligebat herbas; manibus reptans & pedibus ad flumen acceſſit, & in ipſum cecidit. Cumque capite demerſo deorſum, & pedibus elevatis ſurſum, per longum ſpatium fuiſſet tractus ab aqua; à quibuſdam ſuper ripam fluvii iter agentibus elevatus de aqua fuit. Clamantibus illis concurrit populi multitudo, quæ ad feſtum quoddam vadens inde tranſitum faciebat. Et dum per pedes elevatus fuiſſet ut aquam evomeret, ipſa evomita mortuus eſt inventus, nullum habens penitus ſignum vitæ. Faciem namque habebat nigerrimam: & calefacto ad ignem corpuſculo ejus, nec motus nec ſenſus in ipſo apparuit, ſed in eo fuerunt omnia ſigna mortis. Cumque pater ipſius & mater omneſque adſtantes vidiſſent, eum eſſe veraciter mortuum, ipſum B. Jacobo cum multis lacrymis & magna fiducia devoverunt. Ante Matutinas autem, per B. Jacobi merita, omnipotens Deus ipſum vitæ & ſanitati reſtituit: priſtinoque recuperato colore, nullius gravaminis vel debilitatis veſtigium remanſit in ipſo.

E

*claudi duo greſſu donantur,*

59 Mulier quædam Forolivienſis, nomine Avenante, quæ triginta duobus annis ex utraque parte clauda fuerat, accedens ad Beati Patris tumulum, oratione facta, adepta eſt plenæ beneficium ſanitatis, ita ut rectè ſicut ceteri ambularet.

60 Alia mulier Foropopilienſis, nomine Ymoldina, quindecim annis fuit adeo viribus deſtituta membrorum, quod de loco ubi ſedit vel jacuit, ſine ſuſtentaculo baculi vel alterius perſonæ auxilio, ſurgere non valebat: delata vero in vehiculo ad ſepulcrum ejus, in multorum præſentia fuit ſtatim perfectè curata.

F

*cæcus viſum,*

61 Cremonenſis quidam, nomine Zaninus, qui per annos ſex oculorum lumine totaliter privatus fuerat, dum eſſet Ravennæ, & audiſſet famam miraculorum B. Jacobi; cum fide & devotione ſtatim verſus Forolivium iter arripuit, oculos cereos & candelas promittens ſe ad ejus tumulum oblaturum, ſi viſum recipere mereretur. Cumque Forolivium perveniſſet, antequam ad beati Patris tumbam accederet, omnia peccata ſua confeſſus eſt Sacerdoti. Confeſſione facta ſtatim aliquantulum videre cœpit; accedens vero ad arcam & offerens vota tua, ſtatim illuminatus eſt integraliter & perfectè.

*ſurdi duo auditu:*

62 Gulielmus de Ponte-Ronchi, Forolivienſis diœceſis, qui quatuor annis ſurdus fuerat, facto voto ad B. Jacobum, liberum ejus meritis recepit auditum.

63 Bonaguirus quidam de Mantua, qui per annos ſex auditum perdiderat, viſitato beati Patris ſepulcro continuo recuperavit auditum.

*duo à paralyſi liberantur.*

64 Sacerdos quidam apud Ravennam, Joannes nomine, paralyticus effectus & toto corpore languidus, in viſu & voce adeo debilitatus erat, quod nec legere nec cantare valebat; inſuper & arteticæ doloribus gravabatur. Cumque ad ſepulcrum B. Ja-

A B. Jacobi nocte una cum devotione & reverentia pernoctaſſet, liberatus eſt plenè à cunctis gravaminibus ſupradictis.

b 65 Quidam de *b* Valle-Amonis Faventinæ diœceſis, Servatus nomine, decem annis paralyticus fuit, intra quos diebus & noctibus caput vehementer & continuè agitabat. Hic accedens ad B. Jacobi venerabilem ſepulturam, perfectè curatus eſt.

*Æmilia ab epilepſia* 66 Apud Caſtrocarium mulier quædam, Æmilia nomine, epilepſiam ſic horribilem paſſa eſt annis ſeptemdecim, quod infra prætaxatum annorum numerum regulariter in omni die ter cadebat ad minus, & paſſione illa terribiliter concutiebatur: quæ veniens ad beati Patris ſepulcrum, oratione facta, ejus meritis fuit perfectè ſanata.

*quidam à ſurditate.* 67 Florentinus quidam, Sentinus nomine, Faventiæ habitans, quadam die dum ſolus eſſet, ſenſit ſe ſubito à quadam manu tangi; & dum ſe undique verteret, & neminem adeſſe conſpiceret, tanto fuit ſtupefactus horrore, quod ſtatim uſum loquelæ perdidit. Cumque nil ei prodeſſent auB xilia medicorum, ad B. Jacobum ſe devovit. Poſt quinquaginta autem dies ab horrore prædicto, ad ſepulcrum ejus acceſſit: & facta ibi brevi oratione, ſolutum eſt integraliter vinculum linguæ ejus.

68 Navis quædam in mari Adriatico, dum à c Portu Volanæ per milliaria circiter viginti quinc que diſtaret, tanta fuit tempeſtate quaſſata, quod propter procellas maximas & ventum fortiſſimum, qui in ipſa erant non valentes conatu proprio ſe juvare, de rebus & vita pariter deſperabant. Erat autem inter ipſos Forolivienſis quidam, Nicolatius nomine, qui induxit ſocios, ut omnes devotè B. Jacobum de Venetiis invocarent: cujus ceteri acquieſcentes conſilio, Beatum cœperunt vocare Jacobum, voventes ſe ejus ſepulcrum viſitaturos, ſi eos à periculo liberaret. Oratione completa & emiſſo voto, ſtatim illa tempeſtas B. Jacobi meritis eſt ſedata.

*B. Iacobi meritis tempeſtas ſedatur.*

69 Duo juvenes de Forolivio, qui fratres erant & communiter habitabant, equum habebant admodum ſibi gratum, quem quodam mane in ſtabulo mortuum invenerunt: ſuper quo vehementiſſimè contriſtati, diligenter ſcrutati ſunt ſi vitæ ſignum reperire poſſent in ipſo. Cumque omnes *equo vita reſtituitur,* C advenientes abſque dubio ipſum verè mortuum judicarent, cum motu penitus privatus eſſet & ſenſu, & eſſet horribiliter tumefactus; nuntius pro illo directus eſt, qui ferramenta de pedibus removeret, & ad excoriandum ipſum faceret aſportari. Interim unus ex prædictis fratribus, Conus nomine, dixit fratri ſuo: Credo, frater, ſi devotè invocaremus B. Jacobum de Venetiis, per quem Dominus tot & tanta mirabilia operatur, quia Deus ejus meritis nobis vivum & ſanum reſtitueret equum iſtum. Quo fideliter annuente, votum ambo pariter emiſerunt, quod ejus venerabile ſepulcrum diſcalceatis pedibus viſitarent, & equum cereum offerrent, ſi equum eis reſtitueret vivum. Tunc frater alius, Manfredus nomine, mortuum equum apprehendens per aures, fideli voce clamavit dicens: Surge in nomine B. Jacobi. Statim autem, ſervi Chriſti invocato nomine, omni evaneſcente tumore, qui mortuus fuerat reſtitutus eſt vitæ, nullum penitus habens infirmitatis vel debilitatis indicium.

*muta loquela redditur,* 70 Apud Solarolum Faventinæ diœceſis, quædam mulier, Alberta nomine, ſuperveniente in ipſam ſubita paſſione, uſum linguæ ſic totaliter perdidit, quod nec minimum verbum exprimere poterat. Cum vero ſic diebus pluribus perduraſſet, Ex MSS. & nec ſubveniri ei in aliquo poſſet auxilio medicinæ; ad beati Patris Jacobi ſuffragium ſe reduxit, & nutibus innuens ſuis ut potuit, petivit duci ad venerabile ſepulcrum ejus. Et cum ad Fratrum eccleſiam perveniſſet apud Forolivium, antequam ad ſanctam ſepulturam accederet, ſigno quo potuit Confeſſorem petiit. Quo vocato, ad ejus pedes humiliter ſe proſternens, oſtendit ſe habere magnum deſiderium confitendi: cumque à Fratre ei data benedictio fuiſſet, ad ſepulcrum B. Jacobi ducta eſt: factaque ibi brevi oratione ſurgens, & accenſas candelas ad ejus imaginem offerens, ſtatim ruptura & ſonitu quodam intra guttur ejus facto, nomen B. Jacobi, audiente populo, invocare cœpit, loquelæ uſu & officio ei plenariè reſtituto.

*lapſa cervix confracta ſanatur.* 71 Dum Ferrarienſis quidam, Bartholomæus nomine, ex quodam caſu collum confractum haberet, propter quod caput ſuper collum denodatum ſtare non poterat, ſed ſuper pectus cadebat; in lecto poſitus, audivit à pluribus de miraculis magnis & multis, quæ divina virtus per merita B. Jacobi de Venetiis in Forolivio faciebat. Ipſe autem, qui vicinam ſibi mortem eſſe putabat, accepta fiducia de virtute ejus, eidem Patri humiliter ſe devovit, promittens ſe ejus ſepulcrum diſcalceatis pedibus viſitaturum, ſi eum priſtinæ reſtitueret ſanitati. Statim autem facto voto obdormivit paululum; confeſtimque excitatus à ſomno, vidit virum quemdam venerandi aſpectus, albis indutum, qui ab eo recedere videbatur, invenitque ſe plenariè liberatum. E

*quidam incurabili morbo laborans,* 72 Anno inſuper milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio, die duodecima menſis Auguſti, cum terræ motus magni fieri cœpiſſent, & per dies plurimos increſcentes perduraſſent; Cęſenatenſes (major enim inter Civitates Romandiolæ ex hujuſmodi terræ motibus Cæſenam timor invaſerat) relictis domibus die noctuque loca ſub divo incolebant: Fratres etiam Conventus Cæſenæ, eodem perterriti timore, hortum ſibi delegerant in dormitorium. Quo factum eſt, ut Frater quidam, Sebaſtianus nomine, Faventinus, Vicarius Conventus, cum & ipſe per dies multos cum aliis in horto dormiſſet, infirmitatem quamdam ex aëre & ſoli humiditate contraxerit: adeoque hujuſmodi infirmitas invaluit, ut latus ac femur & crus alterum ſibi totaliter invalidum ac emortuum redderetur. Quare cum multum temporis pro ſananda qua tenebatur F ægritudine expendiſſet, & defeciſſent medicorum remedia, nullaque poſſet ſibi arte ſubveniri; ad D. Iacobum ſe convertit, ejus auxilium imploraturus. Senſerat quidem ejus virtutem antea per multos annos, in alia quam paſſus fuerat infirmitate: à qua cum ejus meritis meruiſſet liberari, in devotæ & gratæ mentis ſignum ſingulis diebus ſeptem Pſalmos pœnitentiales cum Letaniis dicebat. Fecit igitur in menſe Decembris à conſanguineis ſuis *ad B. Iacobi ſepulcrum ductus curatur.* equo ſe Forolivium portari. Cum autem ibi ad altare B. Jacobi in Miſſa confeſſus ſacram Communionem accepiſſet; ſub ejuſdem B. Jacobi ſepulcro marmoreo, quod quinque columnis fulcitur, ſe locari à Fratribus fecit. Non poterat ſolus incedere, niſi quibuſdam ligneis fulcimentis, quas *d* feD las vocant, fultus. Cumque à ſummo mane uſque ad horam fermè veſpertinam ibi permanſiſſet, ſuavi quodam detentus ſopore, vidit quemdam Fratrem ſui Ordinis (is erat B. Jacobus) leniter manu loca infirmitatis demulcentem, ac inquientem ſibi: Confide, fili, quia ſanaberis. Nec mora, à ſomno expergefactus, ſe ſanum & incolumem, ſicut audierat, invenit. Tunc protinus ex ſe ipſo

EX MSS. à loco in quo jacuerat exiliens, in adeptæ ſanitatis perfectæ ſignum ſic gradiebatur, ac ſi numquam fuiſſet paſſus infirmitatem: conteſtabatur autem magnis vocibus, ſe B. Jacobi munere donatum ſanitate. Ad hujus vocem & miraculi magnitudinem, excita eſt univerſa civitas in laudem beati Patris: noverant enim quamplurimi ipſum tali detentum infirmitate. Cœperunt autem Forolivienſes propenſius ejus ſuffragia non incaſſum implorare: inter quos & filia Domini Juliani Cuſtodis arcis
c Illuſtriſſimi Comitis *e* Hieronymi, quæ gravi languore & fermè incurabili detenta, cum voto ſe voviſſet B. Jacobo, ſanata eſt. In horum autem teſtimonium extat Civitas Forolivienſis, & litf teræ Domini Vicarii Reverendiſſimi Epiſcopi *f* Cæſenatenſis.

*miraculorum, ejus meritis patratorum, numerus & probatio.*

73 Alia autem miracula, ad ipſius beatiſſimi Patris Jacobi ſepulcrum vel ad ejus invocationem divinitus facta, quæ fideliter ſunt probata, pro vitanda prolixitate nimia, ne legentis gravetur animus, in libello hoc judicavimus non ſcribenB da. Nam præter omnia miracula ſupra dicta, infra viginti & octo menſium terminum, à tranſitu ejus, reperta ſunt miracula numero trecenta triginta octo: de quibus eſt diligens facta inquiſitio, & quę per manum publicam cum atteſtatione ſolenni in ſcriptis ſeriatim & expreſſè redacta ſunt. Multa vero alia, quæ ſcripto commendata non ſunt, in diverſis mundi partibus cooperata fuerunt, quæ à perſonis fidelibus ſunt relata: in quibus repertum eſt, quod omnipotens Deus ipſius Patris meritis plures alios mortuos ſuſcitavit, cæcos multos illuminavit, ſurdis auditum reſtituit, confractos conſolidavit, contractos erexit, paralyticos, epilepticos, febricitantes, & hydropicos curavit; multis loquelam reddidit, vulneratos ſanavit, in carceribus compeditos & in hoſtium manibus conſtitutos miro favore eripuit, afflictis & deſolatis multis veram conſolationem exhibuit. In teſtimonium enim ipſius eximiæ ſanctitatis, Chriſti pietas & poteſtas continuare & multiplicare miracula non deſiſtit, ad ſui nominis gloriam & honorem, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivF vit & regnat Deus in ſecula ſeculorum. Amen *g*.

## ANNOTATA.

a *Fluvius, qui Forolivium proxime ad Occiduum latus alluit, à capite quidem ſuo* Flumana *dicitur; ubi autem civitatem attingit, & infra eam*, Canalis della Socolia: *ac denique acceſſu aliorum auctior*, Ronci *nomen obtinet; unde infra num.* 62, Pons-Ronci *dicitur.*

b Vallis-Amonis *dicitur longus ſecundum hunc fluvium tractus, ab Apennino uſque Faventiam. Sunt autem in eodem via Flaminia tractu, pari* 12 *aut* 13 *milliarium intervallo*, Faventia, Forolivium, Cæſena, *de qua infra.*

c Portus Volanæ, *ad oſtium Padi Ferraria tranſeuntis.*

d Ferlæ, *id eſt*, Ferulæ, *non à feriendo, ſed ferendo, apte dictæ.*

e *An* Hieronymi Riarii, *qui Pontificis Sixti IV nepos ſuperintendebat exercitui Eccleſiæ, ſub imperio Pini Ordelaffi, Domini Forolivienſis, contra Venetos & Mediolanenſes adverſus Papam colligatos?*

f *Cæſenæ Epiſcopatum tunc obtinebat* Antonius Ventorellus, *ab anno* 1463 *ad* 1475.

g *Hic* Incipit tabella hujus Legendæ ſupraſcriptæ, *ſeu Syllabus Capitum, quem cum deſcribi non curaverimus, utpote quibus ſatis videbatur ipſos titulos in decurſu deſcriptos habere, non poſſumus nunc diſcernere, an & quid deſit duobus ſupra notatis locis poſt numeros* 37 *&* 44.

# COMPENDIUM VITÆ

## *in Lectiones, Apoſtolica auctoritate editas diſtributum.*

LECT. I. JAcobus Salomonius Venetus, nobiliſſima familia natus, in ipſo ineuntis ætatis flore parentibus orbatus, ſub aviæ diſciplina, mirificos in litteris ac pietate progreſſus fecit; Euangelico accepto conſilio, ut nudus nudum Chriſtum ſequeretur, patrimonio in pauperes diſtributo, Prædicatorum Ordinem elegit, in quo ſexaginta ſex annis ſanctiſſime vixit, ſola contemptione voluptatis & contentione virtutis, ad S. P. Dominici exemplar totum in ſeſe exprimendum aſpirans.

II. Humilitatem adeo ſervavit, ut virtutes omnes ac miracula, quæ ex divina liberalitate indies patrabat, diligentiſſime abſconderet. Caritate in Deum & proximos, præcipue pauperes, ita ardebat, ut Pater pauperum communi elogio diceretur. In aſſidua divinarum rerum meditatione, tanta animi voluptate perfundebatur, ut ſæpe in extaſim raptus, omnino immobilis ſubſiſteret. In ejus ore non niſi Deus ac divina verſabantur: hinc ſæpius illud Hieronymi uſurpabat, Felix lingua, quæ non niſi de divinis novit texere ſermonem. E

III. In nomine Jeſu proferendo uberrime flebat, quod etiam cum de Chriſti paſſione, Sanctorumque Martyrum, & præſertim S. Urſulæ Sociarumque ejus ſermo erat, præſtabat. Secreta cordium ei divinitus revelata: prophetico quoque ſpiritu donatus fuit. In ſacramento Pœnitentiæ adminiſtrando, ſæpe illius humeris inſidens columba, roſtro in ejus aures immiſſo, ſenſibiliter apparuit: & in propriis miſeriis, ceterarum hominum culpis deflendis, ex ipſius oculis lacrymarum fontes ſcatebant. Animarum ſalutis negotium numquam Dei operoſo miniſtro fuit otioſum.

IV. Virginitatem perpetuo illæſam cuſtodivit, totamque vitam ab omni letalis peccati labe immunem duxit. In malorum tolerantia invictiſſimus: ulcus enim graviſſimum, ipſius pectus aſſidue corrodens, ita quatuor annis occultavit, ut ne minimo quidam gemitu aut ſuſpirio acerbiſſimum dolorem proderet: nec propterea quidquam de conſueta ſui corporis maceratione remitteret: jamque in F ipſo, ob decrepitam ætatem aſſiduamque ægritudinem ſemimortuo, ſolus Chriſtus vivebat.

V. Sui obitus diem divina revelatione prædixit; qua adveniente, illico ex priſtino ulcere ita convaluit, ut ne exiguum quidem ejus veſtigium in eo amplius appareret. Eccleſiaſticis deinde Sacramentis munitus, dum una cum ceteris Fratribus alternis vicibus Deo pſalleret, defixis in cælum luminibus, ex corporeis vinculis lætiſſimus animus ad Superos evolavit, anno ſalutis milleſimo trecenteſimo quarto decimo, ætatis ſuæ octuageſimo tertio. Triduo corpus ejus, ob advenientis populi concurſum, inhumatum, mirificum odorem ſpiravit, piis fidelium manibus veſtium particulas decerpentibus.

VI. Miraculorum gloria illuſtris, & qui vivus multos juvit, mortuus indigentibus prodeſſe non deſtitit. Leproſos mundavit, ſurdis auditum, mutis loquelam, greſſum claudis reddidit; parturientibus dolores eripuit, narium ulcera ſanavit, ſemivivam ad vegetam valetudinem reduxit, mortuos ad vitam revocavit, omnibus omnia factus profuſiſſimæ beneficentiæ præbuit exempla. Romæ S. Sebaſtiani templum

templum clauſis januis penetravit. Quamobrem in Beatorum numerum relato, feſtum ejus ac officium Clementis VII primum; ac deinde Julii III juſſu apud Forolivienſes, poſtmodum Pauli V etiam Venetiis inſtitutum. Gregorius quintus decimus in uniuerſo Prædicatorum Ordine celebrari voluit.

HYMNUS.

SUmme felix Eccleſia, lætare novo gaudio,
Per quam cæleſtis Curia novo relucet radio.
Jordanis tranſit fluvium Jacob cum turma duplici;
Fert Auguſtini radium, & lilium Dominici.
Fulget Prædicatoribus ſidus, per orbis cardinem,
Refulgens in virtutibus; quorum decorat Ordinem.
Ad Jacobi corpuſculum columbam Sancti Spiritus,
Et gratiarum vaſculum Salvator miſit cælitus.
Novum ſentitur gaudium, nova prodeunt miracula:
Dant ægris oſla præmium, exultant omnes in ſecula.
Sit laus Patri cum Filio, Sancto ſimul Paraclito,
Cui Jacobi confeſſio nos jungat parcens debito.
Amen.

# DE B. VITALE A BASTIA,

## EREMITA TERTII ORDINIS S. FRANCISCI,

## *IN ASSISIENSI VMBRIÆ DIOECESI.*

## SYLLOGE HISTORICA.

C. H.

### De vita, miraculis, tranſlatione, & cultu ejus.

B ANNO MCCCCXCI.

BAſtia, *locus in agro & diœceſi Aſiſienſi, verſus urbem Peruſinam, patria fuit* B. Vitalis, *qui hinc cognomen traxit. Aſt apud Aſiſienſes aſſumpto habitu & regula tertii Ordinis S. Franciſci, relictis omnibus quæ poſſidebat, anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeceſſit ad eremitorium, mille paſſibus ab Aſiſio diſſitum, ubi prope Eccleſiam B. Mariæ, de Viola dictam, in quodam ſacello vitam ſolitariam ultra annos viginti duxit, in aſperâ pœnitentiâ & ſumma perfectione. Erat converſatio illius cum Deo in oratione & contemplatione: erant exercitia in jejuniis, corporis caſtigationibus, & ſenſuum ſuorum mortificationibus. Porro ex quo Eremita ad dictum locum migravit, numquam ignem aut lumen accendiſſe fertur. Pauperitatis rigidus ſectator, tunicam & habitum geſtabat ſegmentitium ex panno vili & rudi, ac nudis ſemper pedibus incedebat. Vinum aut obſonium aut quidquam ſale conditum non guſtabat. Ne vinceretur à ſomno, ſolebat caſariem prominentem ſuprapoſito ligno intexere, aliiſque modis ſoporem repellere. Ita meritis virtutibuſque repletus, mortuus eſt die* XXXI *Maji anni* MCCCCXCI; *ac populo venerandus, miraculis clarus, lapideoque recenter fabricato ſepulcro impoſitus, atque in ſuo ſacello ſepultus: ubi poſtmodum ad ejus honorem Eccleſia fuit conſtructa, cum à Deo multis ac variis miraculis ejus ſanctitas eſſet declarata.*

*Patria.*

*Vita ſanctè peracta.*

C *pius obitus anno* 1491.

*Miracula.*

2 *Quæ pauca ex plurimis ad notitiam poſterorum pervenerunt, ſunt iſta: Scholaſticus quidam memoriam & loquelam amiſerat, qui cum ſacras ejus reliquias viſitaſſet, utramque recuperavit. Puer defunctus, à parentibus ad ejus ſepulcrum delatus, ejuſque interceſſionibus commendatus, ad vitam eſt revocatus. Quidam Tudertinus, morti adjudicatus, cum B. Vitalis imploraſſet patrocinium, carcere vinculiſque divinitus reſeratis aufugit. Demum per plurimos annos obſeſſi à dæmonibus, & diſrupti, ad tumulum ejus curabantur. Quare tanta miraculorum operatione excitati cives, corpus ejus elevarunt, quod ex eccleſia in ſolitario loco conſtructa, cum ſolenni pompa ad eccleſiam Cathedralem tranſlatum eſt, die* XXII *Septembris, anno ſupra milleſimum & quingenteſimum nono; & depoſitum in ſacello in ipſius ſervi Dei honorem dicato, quod* Capella S. Vitalis *appellatur. Imago ipſius, tam in priori eccleſia, quam in Cathedrali venerationi publicæ expoſita viſitur. Dies autem natalis ejus in urbe & diœceſi Aſiſienſi ſub ritu duplici celebratur* XXXI *Maji, & feſtum tranſlati corporis* XXII *Septembris. In ipſo autem feſto ad ejus honorem inſtituitur per urbem ſolennis proceſſio, ubi præterea eſt nobilis & numeroſa Confraternitas, S. Vitalis nuncupata.*

E *tranſlatio corporis facta an.* 1509.

*Officium Eccleſiaſticum.*

3 *Arturus du Monſtier in Martyrologio Franciſcano retulit eum ad diem* XXV *Novembris. Nos in hac relatione ſecuti ſumus potiſſimum Ludovicum Iacobillum, qui Fulginii loco plane vicino Vitas Sanctorum ac Beatorum Vmbriæ conſcripſit. Ad eumdem diem* XXXI *Maji, retulit eum Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, & alio Catalogo generali. Waddingus eumdem celebrat in ſuis Annalibus ad annum* 1491 *num.* 42, *qui corpus in urbem tranſlatum aſſerit anno* 1599. *Verum cum Iacobillus eam tranſlationem retuliſſet in primo tomo an annum* 1510, *in Additionibus & Correctionibus tertio tomo adjunctis, ubi etiam meminit Waddingi, adſcribit ad annum* 1509; *facilis autem error potuit contigiſſe in cifra apud Waddingum, ut ſcriberetur annus* 1599. *Præterea addit Iacobillus, ex Indice caſtrorum & villarum Comitatus Aſiſienſis, eſſe ibidem pagum ſub titulo S. Vitalis cum eccleſia illi dicata, in quo numerantur centum & quindecim familiæ. Alii auctores, qui de* B. Vitale *agunt, citantur plurimi à dictis Iacobillo & Arturo, ad quos lectorem remittimus.*

*Scriptores de eo*

F

*eccleſia parochialis illi dicata.*

# DE B. BAPTISTA DE VARANIS
## ORDINIS PAVPERVM SORORVM S. CLARÆ,
### *CAMERINI IN VMBRIA.*

D. P.

## COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De ejus familia, titulo ac cultu Beatæ, anno ac die mortis, Vitæ autographis & Supplemento, aliisque Opusculis.

ANNO MDXXVII. *Ex dominatrice tridem Camerini familia,*

LEander Albertus *in descriptione Italiæ pag.* 425, *inter nobiliores Vmbriæ civitates* Camerinum *numerans*, diu, *inquit*, *in ea* Principatum tenuit Varanorũ illustris familia, ex qua vir armis strenuus, &. consiliis prudentiaque multum pollens

B fuit, Gentilis (XVIII *Maji in Annotati ad Translationem S. Venantii littera C laudatus*) cui Rodulphus filius successit: qui Gentilem-Pandulphum & Gerardum (*scriptores Camerinenses* Berardum *appellant*) ex prima conjuge; Petrum-Gentilem & Ioannem, ex altera suscepit. Secundi per conjurationem primorum germanorum perierunt.... quo scelere per urbem evulgato, concursu populi Gentilis-Pandulphus & Gerardi liberi quinque (nam ipse Gerardus paulo ante Tolentini cæsus erat) trucidati sunt, anno post Christum natum MCCCCXXXIII. *Ita in libertatem se-*

*patre Iulio-Cæsare Varano.* *se asseruit civitas, sed annis solum decem eam tenuit. Etenim relictos ex Ioanne Varano liberos Rudolfum & Iulium-Cæsarem miserata, eisdem honorifice revocatis se subdidit. Horum Iunior, cum sub Nicolao V & Sixto IV Pontificiarum copiarum summum imperium tenuisset, Venetis primum, deinde Matthia Corvino Hungariæ Regi eodem in munere egregiam navavit operam, tam primo virilis ætatis vigore utilis extraneis, quam postea mortuo fratre seniore civibus; laudatus à Sansovino, quod* urbem ædificiis multis exornavit ac munivit, templum D. Mariæ in suburbio construxit, Cives optimis institutis, gratiis, ac beneficiis benevolus restituit; castra Serra-vallis, Ploraci, Lanciani, Beldilecti, S. Anatoliæ, Agelli, ac alia loca instauravit; vivarium in

C planitie spatiosissimum secus flumen Potentiæ stravit, murisque undique cinxit.

*& Ioanna Malatesta,* 2 *Hic tantus talisque, ex* Joanna Malatesta, *Sigismundi Ariminensis Principis filia, quam vixdum octennem sibi desponderat (sive firmandæ propriæ potentiæ causa id fecit, sive inducti in spem illius quoque civitatis dominium jure uxorio, si masculi deficerent, aliquando obtinendi) processu temporis genuit filios quatuor, filiamque* Camillam, *natam anno* MCCCCLVIII *die* IX *Aprilis, cujus causa istac attigimus; nuncupatam vero anno* MCCCCLXXXI *in Religione* Baptistam, *cui scriptores plerique hoc seculo titulum* Beatæ *absque scrupulo tribuunt. Cultum certe huic nomini convenientem probant ea, quæ anno* MDCXXX *edidit novissimus Vitæ scriptor Matthæus Pascuccius, Presbyter Congregationis Hospitii Camerinensis, agens de Corporis translatione & honore lib.* 3 *cap.* 13. *Narrat enim quomodo trigesimo anno à morte, repertum integrum, ac denuo terræ conditum; anno deinde* MDXCIII *refossum iterum sit, in ossa quidem resolutum, sed suavissimum odorem spirans; linguâ autem (quæ citissime diffluere in cadaveribus solet) integra, succulenta, ac rubicunda. Et ossa quidem novæ arcæ decenter imposita; linguam seorsim in proprio reliquiario ad venerationem collocatam ait; accedente proculdubio consensu Ordinarii Hieronymi de Bobus, aut saltem ejus tunc Romæ degentis Vicariorum.*

*nata Camilla, post Baptista*

*Beata passim dicta post corporis translationẽ an.* 1593.

3 *Neque est quod vereamur,* Beatam *vocando, & locum ipsi hic tribuendo, impingere in decreta Vrbani VIII, circa venerationem nondum Canonizatorum, anno* MDCXXV *irritum facientia quidquid citra expressam Sedis Apostolicæ licentiam, aut temporis immemorabilis privilegium, fuerat recentiori cujuscumque auctoritatis indulgentia receptum usuque introductum. Siquidem iis non obstantibus, ipsius Pontificis quondam Secretarius primus, quem appellant Status, D. Scipio Savini, Archidiaconus Camerinensis, tam Reliquiarium quam Sepulcrum & Aram renovari curavit, sic ut conspiciper crystallos obductas possint singula. Ita fuisse eadem anno* MDCXXXIX *religiose visitata à Pontificiæ familiæ Matronis primariis narrat idem Pascuccius. Post has, eodem similis religionis causa accedentem D. Annam Colomnam, D. Taddæo ipsius Papæ nepoti nuptam, honoris & venerationis ergo comitatus est Illustrissimus Æmilius Alterius Episcopus Camerinensis: qui postea Pontifex Clemens X & prædictorum conscius, nihil tamen circa ea mutari jussit; ut merito dici debeant procedere omnia ex Apostolicæ Sedis indulgentia, saltem tacita, citra quam non licuisset publicare gratias & favores ad invocationem aut reliquias B. Baptistæ patratas, idque cum expresso ubique titulo Beatæ, sicut etiam* Eminentissimus & Reverendissimus D. Jacobus, tituli S. Mariæ in Ara-cæli S. R. E. Presbyter Cardinalis Franzonus, Episcopus Camerinensis annuit, ut, servatis servandis, typis mandetur liber cui titulus, Vita della Beata Battista Varani, Principessa di Camerino, è Fundatrice del monastero di S. Chiara. Camerini in Palatio Episcopali X Aprilis MDCLXXX. *Firmo autem, ejusdem cujus & Camerinum Piceni civitate, recenter admodum mihi scribitur,* Reliquiariam *Baptistæ* arcam nunc haberi intra altare, ardere ante ipsam lampades; frequentesque eo accurrere, non Camerinenses dumtaxat, sed etiam extraneos: *quæ suspicari me faciunt eumdem Clementem X, qui pro singulari suo erga Camerinenses affectu eorumdem Patronum S. Venantium universali Ecclesiæ colendum præcepit, istius quoque Beatæ cultum probasse auxisseque, etsi ea de re nihildum certi intellexerim.*

*exornatasq; Reliquias,*

E

*& à matronis Principibus religiose visitatas,*

*atque impressa miracula.*

F

*Cultus sub Clemente X auctus.*

4 *Paulo fusius hæc dicenda fuerunt, quia pro* Beatæ *titulo tribuendo* Baptistæ, *non solum non facit temporis memoriam hominum antecedentis præscriptio, quippe vix centum annis ante Vrbani decreta mortua; sed neque temporis præsentis paulum antiquioris usus apud scriptores Franciscanos, imo nec apud Camerinenses. Nam prima quæ* Vitam ejus, *quam ipsamet scripserat,* in meliorem *(ut Pascuccius loquitur)* formam redegit, Sor. Euphrosyna della Cornia, anno MDLVII *hunc ei præfixit titulum*: In nomine sanctissimæ Trinitatis. Incipit vita fel. mem. Illustris Dominæ Baptistæ de Verano, Ordinis S. Claræ, quæ fuit filia Illustris Domini Julii de Verano, olim Domini Camerini in Umbria: quæ suam virginitatem consecravit Domino Jesu Christo benedicto, vero sponso suo: quæque sua sancta vita & operibus bonis meruit multa familiaritate sponsi sui Jesu Christi frui, ab eoque accipere multas consola-

*licet titulo Beatæ antiquiores abstinuerint.*

ſolationes ſpirituales & revelationes, præſertim de octo doloribus mentalibus, quos pertulit Jeſus Chriſtus vivens in carne mortali; & inter alia mirabilia epiſtolam unam circa modum ſuum vivendi in adverſitatibus ſuis, dictatam à Domino Jeſu Chriſto, ab ipſaque, Chriſto dictante, manu propria ſcriptam. *Eumdem pene titulum, pauculis verbis mutatum vel auctum legere eſt ante Vitam, anno* MDCXXIV *Macerata impreſſam, ubi ſolum dicitur* Veneranda Mater, Soror Baptiſta Varani. *Eâdem cautelâ, qua Sor. Euphroſyna utitur*
*ipſeq; Waddingus,* *Gonzaga Generalis Ord. Franciſcani anno* MDLXXXVII *in opere de Origine Seraphicæ Religionis, parte 2 in Prov. Marchiæ monaſterio 8 pag. 217, ſatiſque habet primo* Nobiliſſimam, *deinde* Pientiſſimam Sororem *appellare. Nec plura Waddingus: nam in Annalibus ad an.* 1492 *Gonzagæ verba deſcribit: ad annum vero* 1509 *elegans vitæ ſummarium collocans, ſolum* nobilem & piam Clariſſam *vocat. Eadem Waddingi abbreviatori Haroldo ſimpliciter dicitur,* ſancta, nobilis, & erudita Virgo; *nuſquam abſolute* Sancta *vel* Beata Baptiſta, *ut paſſim ejus generis alia. Mirabilius porro eſt, quod Arturus à Monaſterio, neque in Martyrologio Franciſcano, neque in Gynæceo ſacro,* Baptiſtæ *meminerit; alias minime parcus in multiplicandis Ordinis ſui Sanctis ac Beatis, ut illi ignorata potius quam prætermiſſa videri debeat.*

*& abſit à Martyrol. Franciſc.*

B 5 *Primus, qui* Beatæ *titulo uſus ſit, videtur fuiſſe Bartholomæus Cimarella: qui Chronicis Minorum, à Marco Vliſipponenſi compoſitis & à ſe Italice verſis, addidit partem 4 impreſſam Venetiis an.* MDCXXI *cujus lib. 7 præfigitur* Vita ſpiritualis & inflammatæ Jeſu Chriſti ſponſæ, B. Baptiſtæ Varanæ, Principis Camerini, Monachæ Ordinis S. Claræ: *& hoc exemplo factum videtur, ut in exemplo Camerinenſis editionis, quod apud nos eſt, in prima libri pagina veteri atramento adſcriptum inveniatur,* B. *hoc modo* Veneranda Madre B. Suora Battiſta. *Poſt Cimarellam eâdem licentiâ uſus invenitur in ſua Hiſtoria Camerini Ms. Angelus Benigni, Canonicus Collegiatæ eccleſiæ S. Venantii, I. V. D. Camers, allegatus à Ludovico Iacobillo, circa titulum* Beatæ *utrumque ſecuto, Tomo 1 de Vitis Sanctorum ac Beatorum Vmbriæ, impreſſo ſub annum* MDCXLVII *ad* VII *Aprilis; & rurſum anno* MDCLXI *in Tomo* III, *ubi ſupplentur defectus priorum tomorum pag.* 476. *Angeli iſtius hæc verba leguntur apud Paſcuccium*: Nec tacere debeo, quæ Deus per ſexum
*Cæpit ea ſic appellari hoc ſeculo,* *à variis ſcriptoribus.* fragilem operari dignatus eſt, atque imprimis per B. Baptiſtam de Varanis, quæ ad vitæ auſteritatem excellentiamque Chriſtianam, quam Ordo S. Claræ
C profitetur, varias obſervantiæ regularis perfectioniſque religioſæ inſtitutiones adjunxit. *Sequuntur deinde alii aliiq; recentiores, relati à Paſcuccio lib. 3 Vitæ cap. ult. ac nominatim Fr. Cletus Calcagna, ſeu quis alius, qui compilavit Catalogum Sanctorum ac Beatorum Religionis Franciſcanæ in Marchia Anconitana; P. Carolus Caſalicchius Societatis Ieſu, in libro cui titulus,* Utile cum dulci mixtum, *impreſſo Neapoli ſub annum* MDCLXXI *Decade 5 Argutia 2; P. Antonius Gulielmus, in libro Reflexionum ſupra myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis, Diſcurſu 29; aliique minus noti nobis, & quorum non allegantur expreſſa verba, ſicuti priorum; ut minus certum nobis ſit, utrum æque ac illi* Beatæ *titulo* Baptiſtam *afficiant.*

6 *Prater eam quam expoſui ſuperius venerationem religioſam ſacrorum oſſium ac linguæ, etiamnum incorruptæ, nulli certo tempori affixam; non invenitur ullius particularis diei obſervantia apud Camertes, quo illi publico cultu quotannis recolant* B. Baptiſtæ *memoriam: imo incertum diu ipſis fuit, quo die mortem obiiſſet illa. Pracitatus Iacobillus, primus diem aggreſſus determinare, notaverat* VII *Aprilis, ut idixi: quod deinde ex aliena ſententia in Supplemento retractandum duxit. Æque incertus paſſim erat ejuſdem mortis annus: quem cum idem Iacobillus neſcio quo auctore numeraſſet* MD, *qui Chriſtianis Iubilæus fuit, ab Alexandro nempe Papa VI reſeratus; ſequacem mox*
*Dies & annus mortis diu incerti,* *habuit Lucam Waddingum in libro de ſcriptoribus ſui Ordinis, ſub annum* MDCL *edito. Neque poſtea, octavum Annalium ſuorum tomum contexens ipſe, eumdemque in epitomen contrahens Franciſcus Haroldus, quidquam exploratius habuerunt*; cum neque ex traditione, neque
*& Aprili ac ſeculo 16 male attributi.* ſcripturis monaſterii, *aliquid ſuggereretur ad tollendam incertitudinem; ambo tamen epitomen Vitæ ad annum* MDIX *retulerunt, etſi necdum vidiſſent Breve Iulii II, Firmanis civibus anno* MDV *poteſtatem facientis, pro novi monaſterii fundatione Camerino aſſumendi* Baptiſtam de Varanis, & Angelam de Ottonibus. *Quod ſi iidem videre potuiſſent epiſtolam ejuſdem Beatæ, Camerinenſi monaſterio jam cum ſumma Abbatiſſæ poteſtate præfectæ, datam Fr. Ioanni Fanenſi anno* MDXXI, *indubie vitam ejus longius protraxiſſent.*

7 *Prodiit tandem Camillus Lilii Camers, poſtea Pariſiis mortuus cum titulo Hiſtoriographi Regis Franciæ, qui parte 2 Hiſtoriæ Camerinenſis lib. 9, apud Iacobillum in Supplemento prædicto, ſic loquitur:* Ultimo die Maji MD-
*videbantur immortuiſſe ex Camillo Lilio:* XXIV, cum magna ſanctitatis fama obiit Soror Baptiſta de Varanis, cui Dux Joannes-Maria de Varanis, frater ſuus, fecit ſolennes exequias, lugubribus una cum tota ſua aula veſtitus: verumque apparuit, quod de ea prædictum fuerat, neminem alium ex familia Varana ita æternam acquiſiviſſe famam, ſicut acquiſivit hæc religioſa Princeps, morum vi- E
tæque ſanctimonia immortalem memoriam in mentibus Camerinenſium adepta. *Credibile videbatur, quod inter ſcripturas monaſterii fruſtra requiſiverunt alii,* *ſed etiam hic erravit in anno.* *inter ipſius domus Varanæ ephemerides repertum fuiſſe à Camillo. Hunc ergo annum, jam ei adſcribebam; motus inſuper auctoritate Angeli Benigni, à Paſcuccio allegati ſub eadem zyfra anni* 1524; *quamvis idem Paſcuccius, in allegandis Camilli prafati verbis, ſcripſiſſet* 1525, *typographico, ut exiſtimabam, errore; quando ex eodem auctore Vitæ colligens Supplementum, ea de initiis Cappucinorum referri à Beata vidi, quæ ad certiorem notitiam Ioannis de Terra-nova Annaleſque tam Franciſcanorum quam Capucinorum collata, neceſſario evincunt, ſerius etiam Beatam obiviſſe & ultra annum* MDXXVI *prorogaſſe Vitam. Itaque proximum annum ſumpſi, ut prius illa defuncta ſit, quam frater ejus Ioannes Maria, primus & ultimus Dux Camerinenſis, peſte mortuus anno* MDXXVIII. *Diem tamen ultimum Maji retinui, ne nihil Camillo tribuerem; quem exiſtimo in aſſignando anno ideo ſolum erraſſe, quia non certo exploratum habuerit initium Capucinorum, cui haud diu ſupervixiſſe Beata probabatur aliunde.*

8 *Ceterum eadem* Baptiſtæ *humilitas, quæ fecit ut cæleſtes favores, ipſi per extremos* XXIII *annos mortalis* F
*Latent poſteriora vitæ geſta.* *hujus vitæ impenſi, nos lateant; æterno etiam ſilentio preſſiſſet eos, quibus antea fuit cumulata divinitus, jam inde ab anno ætatis ſuæ decimo, nata (ut ſcribit ipſa) anno* MCCCCLVIII *die* IX *Aprilis; niſi anno* MCCCCLXXXVIII *adeo vehemens in eam incubuiſſet tentationum diabolicarum tempeſtas, ut poſt horrendam trium fere annorum luctam, tandem coacta fuerit totam anteactæ ſuæ vitæ hiſtoriam Patri ſuo ſpirituali perſcribere; eidem, à cujus fructuoſis concionibus initium prima erga Paßionem Dominicam devotionis habuerat; quique poſtea Vicarius Provincialis, ipſam in Camerinenſe monaſterium adduxerat; ac demum mortuo Fr. Petro de Moliano ipſius Confeſſario, pro Patre* *priora ipſamet divinitus ſcribere coacta fuiſſe.* *ſpirituali eſſe eidem cœperat à ſex circiter menſibus, quando ipſa illi omnia cordis ſui arcana aperuit, prolixo quod ex Italico Latinũ dabimus ſcripto, menſe Martio anni* MCCCCXCI. *In hoc cum prædictus Fr. Petrus de Moliano multum laudetur, & quidem velut ante ſemeſtre mortuus n.* 35 & 48, *mirum eſt quomodo non ſolum Waddingus, ad plura diſtractus; ſed etiam Paſcuccius, uni huic rei intentus, ſic potuerint errare; ut dicerent, prædicatorem illum, de quo ſupra, fuiſſe ipſummet Petrum de Moliano, eodemque præcipiente ſcriptam à Beata eſſe eam de qua agimus Vitam.*

A *Ex Macera-tæ pridem, edita ex Camerinensi protocollo,*

9 Hanc *porro* describendam, *ut ait Pascuccius* ex eo quod Camerini invenitur autographo (*Protocollon vocabimus*) curavit P. Sebastianus Grandi, S. Philippi Nerii dilectus discipulus, & Congregationis Oratorii Camerinensis, quod Hospitii vocant, fundator laudatissimus, rogatu P. Juvenalis Ancina, Oratorii Romani Presbyteri, postea Episcopi Salutiensis; Patrum item Congregationis Neapolitanæ, exemplar nanciscì desiderantium. Tali autem occasione usus P. Dominicus Passinus Camers, prædicti P. Sebastiani discipulus, eamdem in capitula novemdecim divisit, ac Maceratensibus typis subjiciendam curavit anno MDCXXIV, *qui erat ab ipsius morte ferme centesimus; idque sub auspiciis ejus qui tunc erat Camerinensis Episcopus, Ioannes Baptista Alterius, Germanus frater sui postea successoris Æmilii, ac denique Pontificis summi, ut diximus. Et hæc editio verbotenus etiam convenit, cum Ms. quod habemus ecgrapho Sororis Euphrosynæ supra laudatæ; eo solum excepto, quod huic, sub nota diei* III Martii *finito, desint ea quæ postea scripsit, & habentur edita sub nota diei* XIII. *Hoc autem mihi occasionem dedit suspicandi, duplex Camerini autographum inveniri, sub duplici data; quorum unum quidem transcripserit Euphrosyna, aliud ab ipsamet Beata (cum mittendum Patri spirituali, sua denuo manu id forte rescripsisset) nonnullis ad finem additis auctum, Passinus ediderit. Itaque quod habebam ecgraphum Ms. secutus, Latinum ipsum feci, ultimo loco addens illa quæ insuper apud Passinum inveneram. Cur autem deinde consilium mutaverim, aliamque aliunde acceptam versionem prætulerim propria, causam accipe.*

*& à nobis ex Ms. Latine reddita.*

B

10 *Bartholomæus Cimarella, tribus, ut initio dixi, annis ante Passinum (quod ipsum fortasse latuit, mihi certe diu ignotum fuit) Venetiis ediderat Partem quartam Chronicarum Ordinis Italica lingua, atque in libri 7 fronte collocaverat* Vitam B. Baptistæ Varanæ, scriptam ab ipsamet ad suum Confessarium, *ut habet titulus. Hanc meus pridem Adjutor Conradus Ianningus, tunc Theologiæ operam dans in Romano Collegio, reperiens ibidem in Bibliotheca, & suavissimi ac devotissimi argumenti captus dulcedine, simul etiam sui in Italica lingua profectus experimentum facturus, Latine vertit transmisitque Antverpiam; cum librum ipsum mittere commode non posset, neque cito speraret inveniendum venale exemplar aliud. Illam ergo versionem contuli cum mea, ipsoque Italico contextu quem hic habebam: invenique Cimarellæ contextum pluribus locis auctiorem altero, phrasi etiam non raro diversum, signari die, non* III, *sed* XX *Martii: nec potui aliud judicare, quam primam quidem scriptionem ab ipsamet Camerini fuisse servatam inter alia sua opuscula; sicut illam transcripsit Soror Euphrosina (nam quod dicitur in meliorem ordinem ipsam redegisse, nusquam apparet) secundum vero, quod erat Patri spirituali mittendum, interque transcribendum sic fuerat auctum mutatumque, in eo mansisse Conventu, ubi Pater ille postea obiit, & ubi ipsum deinde Cimarella reperit. Idcirco censui potiorem debere haberi contextum, quem Beata secundis curis recognoverat, & cujus à priori discrepantia posset vel in Annotatis indicari vel hisce signis [ ] contextui appositis, ut significetur sic inclusa abesse à prima scriptione.*

*Venetiis etiam ex autographo alio inserta Chronicis,*

*& Latina facta à C. Ianningo hic dantur.*

C

*Additur supplementum ex Pascuccio,*

11 *Vtinam vero alicui Sororum vel Confessariorum monasterii, post mortem Beatæ, mentem injecisset Deus pertexendi reliquam historiam vitæ, post dissipatas tentationum prætactarum nubes procul dubio haud minus sancte, imo sanctius traductæ, proficiente per adversa virtute! Cum autem id factum non sit, superest solum ut Pascuccii novissimo labore fruamur, ad conficiendum qualecumque Supplementum, omissis parergis, quibus argumentum ille suum in tres libros dilatavit. Idem Pascuccius huic suæ lucubrationi tria ipsius Beatæ subjunxit opuscula, videlicet, Dolores mentales D.N. Iesu Christi, Considerationes devotas supra Passionem ejusdem, & Novenam beatissimæ Virgini Dominæ nostræ faciendam. Quæ omnia, licet devotissima sint, solum tamen primum, (quia acceptum divinitus est, ipsumque jam habeo Latine à me redditum) Vitæ addam. De secundo dubitat ipse Pascuccius, ab illane fuerit ex B. Henrici Susonis operibus compilatum, an vero id sit quod initio exercitationis suæ spiritualis accepisse se dicit à Confessario, quodque inter sua semper servaverit, memor percepti exinde fructus.*

D *& tractatus de internis Christi doloribus:*

12 *In editione Veneta Cimarellæ, post Vitam prænotatam sequuntur alii duo tractatus; quorum (sicut Ianningus indicat) brevior alter, monita quædam complectitur, Baptistæ adhuc seculari data, quæ* primum scripsisse *dicit* in chartis (quod dolet) minus decentibus & abjectitiis, Urbini, quinque mensibus ante Professionem suam, & transcripsisse anno MCCCCXCI ultimo Ianuarii, sex mensibus post mortem glorioси Patris sui Petri Moliani; *additque:* & modo novem sunt anni cum habitu S. Claræ me indui. *Alter Tractatus, qui longior & ultimus est, continet institutionem ad consequendam perfectionem, missam ad Sacerdotem Religiosum, filium suum spiritualem, cui varia intermiscet de vita sua suoque ad progressum spiritualem conatu, nulla adjecta rebus quas narrat nota temporis: & huic Tractatui subscribitur Italice, sicut antea,* Ego Soror Euphrosyna della Cagna .... rescripsi hanc vitam spiritalem Beatæ Sororis Baptistæ Varanæ, ad instantiam cujusdam devotæ Religiosæ & in Christo Sororis carissimæ anno Domini MDLVIII. *Multa ad historiam Vitæ spectantia ex ultimo isto tractatu decerpsit Pascuccius, quæ inde collecta & in Capita aliquot digesta, Latine dabimus* in Supplemento Vitæ: *atque ita totam de Baptista commentationem absolvemus. Cetera prædictis ejus operibus annumerasse Cimarella potuerat,* Carmina pleraque Latina & Vulgaria (*utraque enim linguâ exculta Beata erat*) *nec non plures* Epistolas spirituales ad devotas personas, *quæ ipse hinc inde delibat in Vita, & Waddingus laudat in libro de Scriptoribus. Nobis ista indicasse satis est, simulque significasse lectori, quod quæ verba originaliter Latine scripta inveniuntur in historia Vitæ, ea à ceteris ex Italico traductis inveniet ipso charactere distingui. Placet etiam in margine notare diversam geminæ editionis Capitum divisionem, sub litteris* B *&* D, *utriusque Auctores* Bartholomæum *&* Dominicum *significaturis.*

*alia opuscula indicantur.*

E

F

# VITA

## Ab ipsamet ad Patrem Spiritualem scripta,

## *ex impresso Italico Bartholomæi Cimarellæ,*

## In latinum rete Conradi Janingo S. I.

### PROLOGUS.

*Indicans occasionem & intentionem hujus scriptionis.*

*Profitetur quod vehementi inspiratione concitus,*

AD modum Reverende Pater, in Christo Jesu dilectissime, hisce tibi significo, quo pacto versata sim tota hoc mense Februario in summis angustiis, & pugna spirituali. Causa fuit vehemens imprimis fervensque inspiratio, cui pro viribus restiti, dubia, essetne an non diabolica tentatio, superbi tumidique spiritus, cribrare me volentis, accepta ad hoc à Deo potestate, propter delicta & iniquitates à me commissas. Hinc omni destituta auxilio solatioque humano, mœrens

ad

A ad conſueta orationis arma me converti, precando dulciſſimam Dei Matrem, quanto potui affectu & amore, ut in tantis tenebris mentiſque caligine, in quibus ob peccata mea me deprehendebam, id ſaltem luminis mihi impertiretur, quo cognoſcere liceret, eſſetne iſta voluntas divina, an ſecus. Et ut verum fatear, Pater mi in Chriſto Jeſu, ſalva conſcientia poſſum dicere, me toto hoc menſe, quaſi mentis impotem fuiſſe, orto malo ex aſſiduo clamore, quo onerare cælum non deſtiti, ut in tali lucta mihi ſuccurreretur. Hac de cauſa, ut tam in ſomnis quam vigiliis, tam in oratione quam Officii divini recitatione, pacem aliquam reperiam; hodie ſecunda Quadrageſimæ Dominica *a*, penultima Februarii, poſtquam ſacram altaris Synaxin communicavi, decrevi omnino obedire & obſequi dictæ inſpirationi: alioquin enim fruſtra quietem deſidero & quæro. Faxit Deus, ut elegerim id quod ipſe vult! & confido pro ſua bonitate & gratia, id me elegiſſe potius quam oppoſitum. Nihilominus ſeu ita ſit, uti dico, ſeu ſecus; nihil mihi inde tum in tuo, tum in divino conſpectu manet, præter verecundiam & confuſionem: & hæc ratio ad obſequendum inſpirationi potius me inſtigat, quam quælibet alia, quamvis multæ, & utiles, & neceſſariæ mihi propoſitæ fuerint.

*ad animum ſuum ut cumque pacandum,*

a

*eum maxima ſua confuſione,*

B

b 2 Inſpiratio porro, Pater mi *b* in Domino, hæc eſt quæ me ſollicitam reddit ad conſequendam ſalutem. Utque melius & quæ dictura ſum capias, & quanti ponderis ſint quæ dixi judices; narrabo manifeſtaboque Reverentiæ veſtræ, quæ nulli unquam homini patefeci, nimirum vitam meam ſpiritualem; quodnam illius exordium, quis progreſſus ad hodiernum uſque diem fuerit. Ita volo. O mi Pater, in hanc uſque horam balbutivi cum veſtra Paternitate, quando ſive ſcripto ſive verbo indicium quoddam dedi illius, qui me angit doloris: nunc vero tempus poſcit, ut, invita licet, proferam quæ in imis præcordiis latent; & occultum vulnus, quod jam inde à tribus *c* annis afflictam hanc & peccatricem animam exedit, aperiam. d Hic ille & fuit & eſt præacutus pungenſque cultellus, qui cor meum transfixit; hæc fuit eſtque *d lancea* illa *potentis militis Ieſu, quæ uſque ad penetralia cordis mei pertranſivit.* O mi Pater in Domino, C ne tibi ægre ſit vel tædioſum aures mihi præbere. Quippe ut altera Magdalena, ad pedes boni Jeſu proſtrata, ita ego benignis tuis & paternis pedibus advoluta, humi procumbo, perfuſa faciem lacrymis, pudore ac verecundia; humiliter expoſitura hiſtoriam infeliciſſimæ meæ felicitatis. Et vero recte mihi videor illam appellare poſſe infeliciſſimam felicitatem; quia peccatorum, infidelitatis, & ingratitudinis meæ ergo, in tale fel, venenum, & amaritudinem mihi converſa eſt. Verum, dilecte careque mi in Chriſto Jeſu Pater, cum obteſtatione te precor, ut oculo illuminatæ mentis tuæ paterno atque commiſerante reſpicias, conſideres, ac perpendas, *ſi eſt dolor ſicut dolor meus.*

*explicatura ſit vitæ ſuæ Spiritualis initium.*

*ſimul & præſentem ſuam afflictionem,*

3 Quoniam loquendum mihi eſt de materia tanta tamque ſublimi, id eſt de Deo, deque rebus divinis, clam à ſola ipſius bonitate atque gratia patratis in anima mea; vere mihi videor omnem ſenſum amittere, cumque magno metu narrare ac ſcribere aggredior: & quia probe novi, totam me, quanta quanta ſum, & in me nihil eſſe aliud quam falſitatem ac mendacium; cum lamentabili atque intimo cordis affectu invoco benignum benedicti Domini Jeſu Chriſti Spiritum, ut dignetur aſſiſtere & adeſſe huic meæ narrationi; quia ipſe, ſcio, verum ac ſummum bonum, ipſe Spiritus verax & ſimpliciſſimus, ſine ulla mixtura, *atque veritatis puritatiſque amator eſt*; ut mihi det gratiam, qua poſsim ſine fuco ſimpliciter narrare tibi, mi Pater, dona beneficiaque particularia; quæ ab ipſo clementiſsimo Deo, Patre miſericordiarum, indigna recepi. Atque ita fert animus facere; fert, inquam, potius det minuere multum, quam addere vel minimum. Volo autem dicere *ſub titulo & ſigillo confeſſionis* e, ac propterea dico: *Confiteor Deo omnipotenti & tibi Pater.* e

*adque ſub ſigillo Confeſſionis.*

EX AUTOGRAPHO ITALICO.

## ANNOTATA.

a *Anno* 1491 *littera Dominicali B, Cyclo lunæ* 10, *ſolis* 16, *celebratum fuit Paſcha* 3 *Aprilis; atque adeo dies Cinerum incidit in* 16 *Februarii.*

b *Hujuſmodi tenerioris ac devotioris affectus expreſſiones plerumque abſunt à Protocollo, ubi fere aliud non legitur quam* Pater mi.

c *Id eſt ab Octobri anni* 1487: *tunc enim hæc tribulatio cœpit, die menſis* 11, *ut infra habetur num.* 47.

d *Ms. Camerin.* Acuta lancea & potentiſſima.

e *Hæc clauſula primum feciſſe debuit, ut ſub ejuſmodi præfatione ſcripta nemini, quoad vixit Beata, auſus ſit communicare qui acceperat; poſtea vero etiam eis, in quorũ* E *manus illa venerunt, moviſſe potuerunt religionẽ, ne perlegere præſumerent tali ſigillo obſignata; quoad ſanctitatis fama latius diffundi cœpit, miraculo incorruptæ poſt annos* 69 *linguæ. Idem accideris tum Camerinenſi Protocollo, tum Sororis Euphroſynæ ecgrapho: & ſic ignota manſerint toto fere ſeculo* 15 *magnalia, quæ Deus fuerat in ſua famula operatus, & ſcribi voluerat, definito a ſe tempore in publicam lucem efferenda, ad ſolatium devotarum animarum, ambulantium per viam divini amoris, ſanguineis Redemptoris noſtri veſtigiis ſignatam.*

## CAPUT I.

### *Puerile votum de Chriſti Paſſione hebdomatim recolenda, & hinc paulatim auctior devotio exercitiaque pietatis.*

F

4 SCito, ſuavis & dilectiſsime in Ieſu Pater mi, totam vitam meam ſpiritualem, ſecundum gratiam Dei, à te ſolo exordium principiumque duxiſſe. Certum mihi eſt, hunc ſermonem tibi moturum admirationem, videndumque fortaſſis incredibilem: ſcio namque, hæc te latere omnia; neque vero credidi unquam aut in animum induxi meum, fore ut iſthæc ſeu tibi ſeu cuivis alteri manifeſtare cogerer. Sed auſculta modum, & omnia Deo poſſibilia eſſe deprehendes.] *a* Perſuadeas a tibi velim, Pater, quod te ultimum Camerini prædicante verbum Dei, ego, ut mea quidem fert ſententia, annis amplius octo vel decem nata non eram: ſed tu id recte ſupputabis, ſi memor ſis, à quanto tempore, hic prædicaveris. Ego, nona Aprilis die, finio annum Domini noſtri *b* Jeſu Chriſti; b quia vero nata ſum *c* anno MCCCCLVIII, ſubtrahe c ab annis XXXIII numerum illorum, qui ab ultima hic facta prædicatione tua effluxere; quod reliquum eſt, ætatẽ tum temporis meam indicabit. Die Veneris ſancta, volui ſponte mea ſanctæ & proficuæ mihi concioni tuæ intereſſe; ac interfui, non modo (quæ Spiritus ſancti gratia eſt) attenta, ſed omnino abſtracta à ſenſibus, inſtar hominis audientis quæ numquam ante audierit; videbanturque tunc mihi res iſtæ, quas dicebas, non jam peractæ, ſed mox peragendæ. Unde probe intelligis, cujus ætatis cujuſque puritatis ac ſimplicitatis eram, quæ, cum tu dixeras, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum adductum

*Fere decennis concionem de Paſſione audit,*

EX AUTOGRAPHO ITALICO.

ductum esse ad Herodem, ab eoque, si loqueretur, liberandum; tanta ipsius commiseratione me motam sensi, ut precibus à Deo postularem concedi, ut Jesus ille meus loqueretur, ac Herodi responderet, quo mortis supplicium evaderet. Verum ut, noluisse responsum dare, inaudii; supervenit mihi dolor ingens, quo deinde ut animum tantisper levarem, dicebam in corde meo, Cur respondere renuit? Indicium id est sponte sua velle mortem oppetere. Sic est, Benignissime Iesu, sic est: sed ego non comprehendebam. Et hæc dicta volui, ut quot annos nata fuerim intelligas, quando dulcis hic Dominus cœpit possessionem sedemque in hac anima mea ingrata sibi vendicare.

*& quamsit meritorium omni fersa 6 unam lacrymam dare:*

5 Ad extremum sacræ concionis tuæ peroraſti cum multo affectu, ut auditorum animos ad planctum piamque patientis Christi memoriam inducerés, precando unumquemque, ut omni saltem die Veneris sacrosanctæ Passionis recordarentur, & vel unam unicam lacrymulam istius amore elicerent; affirmans efficaciter, hanc solam multo acceptiorem Deo atque utiliorem animæ futuram quolibet altero, quantumvis bono, opere. Hæc porro Sancta peroratio, quemadmodum, virtute Spiritus

B

sancti operante, efficaciter à te dicta fuit; ita eâdem virtute agente, in tenerum ac puerile cor meum tam tenaciter impressa est inhæsitque, ut numquam illius memoriam deinceps deposuerim: atque ita aliquando grandior ætate facta, volvens revolvensque animo sancta illa verba tua, Deo me obstrinxi voto fundendi quolibet Veneris die lacrymam unam amore Passionis Christi: hincq; spiritualis vita mea secuta est, quemadmodum infra ordine intelligitur, cujus hac de causa dixi modo exordium principiumque à te esse, ut ne mireris, *sed mecum laudes Deum, & gratias agamus Creatori nostro, à quo hoc atque cuncta bona procedunt.*

*ad quod jam grandiuscula se voto adstringit,*

*idque constantissime observat,*

6 Redeamus ad rem. Emisso quod dixi voto, totis viribus incubui in illius observationem, quamvis multa cum difficultate. Sub vesperam diei Veneris tempore opus erat non modico, priusquam lacrymulam istam possem elicere, eo quod modum eliciendi nullum reperirem; usque adeo aversata res spirituales, ut non modo illas non legere, sed ne legentes quidem audire sustinerem; ideoque angebar plurimum, antequam prodiret lacrymula ista benedicta. Quando autem per specialem Dei gratiam oculis meis emicabat una, ne putes, expectasse me (pro exigua mea prudentia) secundam; sed festina erigens me in pedes, fugiebam. *c* Aliquando pro vivacitate mea tantum ridebam aliasque exercebam nugas, ut quando ad illam exprimendam me conferebam, morari tamdiu nequirem donec eliceretur: tum vero septimanâ sequenti totâ ægre me habebant omnia, ratam siniſtri quidpiam propterea mihi eventurum. Inter hæc Quadragesimæ tempore conveniebam Fr. Pacificum de Urbino, expiandorum peccatorum gratia; expiatisque interroganti, num quo voto tenerer, [respondi, non teneri: at paululum in me reflexa recordataque hujus voti, dixi, teneri & subinde observare non posse; stante tamen fixâ voluntate observandi semper. Interroganti porro illi, quodnam votum vovissem; principio inducere in animum nulla de causa potui, ut edicerem, propterea quod res bona esset, quam me pudebat manifestare: nihilominus] manifestavi tandem, cum ipse instare non desineret. Tum ille: Filia mea, hoc te voto neutiquam absolvero; quin imo volo ut illud observes: hac tamen conditione, ut quoties observare non poteris, dummodo quod in te est præstiteris, nullo peccato obligeris.

C

c

*licet magno cum labore.*

7 Ita voto adstricta, multo tempore, multoque, ut dixi, cum labore perseverans, volente Deo, incidi in meditationem quamdam de Passione, partibus quindecim distinctam, factamque, ut quidem apparebat, in usum cujusdam, rudis ad meditandum de tali argumento. Ubi vero unum è quindecim articulis perlegeram, jubebar recitare Salutationem Angelicam: deinde aggrediebar alterum, dicendo: Gratias tibi ago, Domine mi Iesu Christe, quod hæc & illa fecisti pro me: ceteraque admodum in longum protracta. Tuli mihi retinuique librum eo animo, ut totum genibus flexa coram Crucifixo feria sexta devote evolverem; quod & feci annis pluribus, operam dans, ut inter recitandum illas quindecim Angelicas Salutationes suis locis assignatas, ad singulas lacrymulam unam elicerem: &, quæ gratia Dei est, ut plurimum abundantiores expectatione mea fundebam. Quadam die Veneris usque ad octavam *d* noctis horam occupata fueram, cum facultatem mihi dedit Dominus parens concedendi cubitum: fuique, tum quod alta nox & longa meditatio erat, tum quod reliqui omnes domestici quieti sese dederant, gravissime tentata ad supersedendum solita illa devotione: deliberavi autem multum, quater & amplius, modo in hanc, modo in illam partem inclinans; Deo tandem largiente victoriam, ad persolvendum pensum solitum. Si scires, mi Pater in Christo Iesu, quanto periculo per illam noctem defuncta sim, unâ circiter hora postquam cubitum concessi, obstupescerés: quod si quæsieris, quale sit, dicam postea: modo, ne in scribendo fusior sim, prætermitto. Verum ô beatam creaturam illam, quæ qualicumque tentatione pulsata, non desistit à bene cœptis! quod experientiâ docta pronuntio: sed brevitatis causa *e* redeamus unde discessimus.

D

*postea addit legenda 15 mysteria Passionis,*

d

*quocumque impedimento posthabito.*

E

e

8 Ex continuata Passionis lectione talem tantamque animi voluptatem cepi, ut decernerem non modo legere illam deinceps, sed meditari etiam; nec solum Veneris, sed omnibus diebus; idque per temporis spatium satis longum, prout Deus meditanti inspiraret, non prout charta suggereret. Tantum autem erat devotarum lacrymarum donum, à Deo mihi concessum, ut sæpe sæpius recitare Coronam sine lacrymis cupiens [cum ratione circumstantium, tum loci ad orandum apti defectu] absolvere illam non possem. Et hoc tenuit annis tribus continuis, prius quam Deo me consecrare totam decernerem, nihil non agente astutia diaboli, ut quocumque modo ab hoc lacrymarum usu abstraheret me, suggerendo illis, quorum conspectum atque commercium subterfugere nequibam, quia simul habitabamus, ut fletum meum modo rerum mundanarum, modo aliarum insano affectui tribuerent. Quæ dicteria atque exprobrationes gravi quidem dolore cor meum urebant, sed per gratiam Dei omnium evasi victrix, nihil ab instituto recedens, obvertendoque calumniantibus tergum, & animum convertendo ad Deum, in devotione mea perseverans, dicebam: [Interpretemini licet seu bene seu male factum meum], non flocci facio. Atque ita tribus istis annis feci semper, propter devotionem Passionis dulcis Christi mei, [qua mihi cor redundabat.]

F

*eadem deinde quotidie meditatur.*

9 Diem Veneris jejuna semper in pane & aqua transigebam: eâdem die quibusdam meis defectibus ac peccatis abstinere, voveram; licet votum subinde per malitiam meam violaverim. Adhæc eadem die sæpissime in totum corpus meum verberibus sæviebam: præterea singulis noctibus è lecto surgebam, ut Coronam dicerem; si quando autem ex negligentia mea non surrexeram, pro una Corona

*addit jejunia, flagella & vigilias.*

rona recitabam duas. Nunc vero, cum Monacham
A induta ſum, non [ſurgo, nec] quidquam boni ago. Accedat, quod prædictis tribus annis, omnibus Domini Dominæque noſtræ feſtis diebus, ſolo pane & aqua viverem: occurritque ſubinde ſeptimana, qua aut tres aut duos continuos jejunii dies in pane & aqua tranſigerem: [at modo numquam jejuno]. Sed omnia hæc bona opera exercebam, non ſolum ut in altera vita, ſed multo magis ut in hac felix eſſem. Verum quidem eſt, quod quando finem illius longæ, devotæ, & lacrymoſæ orationis attigeram, meque ſeparare à Deo & recipere ad alia volebam, anima mea ſæpe rapta ſingulari tranquillitate ac pace fruebatur, quam nec ipſa poſſim dicere, qualis eſſet. Id ſcio, quod exiguo illo ſpatio quo durabat (erat illud aliquando pluſculum, aliquando minuſculum, quam quo recitari Salutatio Angelica bis poſſet) corpus ſpiritu omnino carebat, non aliter atque cadaver; anima vero in loco multum tranquillo deliciosoque verſabatur. Propterea non raro dixi Deo ex toto corde: Domine mi, ſi cognoſcis mundi cauſa vel ad latum unguem ſeparandam me à te, im-
B mitte mihi prius mille calamitates *f* & miſerias: id-
f que intelligebam hoc modo: Si cognoſcis, perdituram me hunc pauculum, quo fruor modo, ſuavitatis guſtum. Neque enim alium ad Deum habebam acceſſum: quippe dempto modico illo, quod ſupra dictum eſt, tempore, omne reliquum, tripudiis, cantui, ambulationi, vanitatibus, aliisque juvenilibus
g ac mundanis oblectamentis *g* inſumebatur. [Tanto mihi faſtidio erant res devotæ, ut riſum moverent vix legi cœptæ: tantumque averſabar Religioſos utriusque ſexus, ut ægre eos videre ſuſtinerem: tota eram in ornatu meo & lectione rerum vanarum] Fluentibus iſtis tribus annis ſemper animum circumtuli incarcetatum, nec, multum licet precata, obtinere orationibus meis potui, ut in plenam libertatem vendicaretur. Sed audi ſis, quo pacto tandem liberata ſim. O Deus, quam benignus es, qui mille modis ſemper adjuvare noſti animam, ſerio ſeſe ad
h virtutem applicantem! *h*

*ſub finem orationis rapi in Deũ ſolita.*

## ANNOTATA.

a *Hic primum incipit cap. 3 editionis Maceratenſis; alterius vero editionis quam ſequimur originali, inter reſcribendum, adjecta ſunt præcedentes lineæ, uti & cetera deinceps [ ] includenda.*

C b *Id eſt 33 annum, tamdiu enim Chriſtus vixit, & tribus inſuper menſibus, ut alibi docuimus.*

c *Manifeſto typotheta errore in margine apud Cimarellam legitur, quod nata ſit an. 1425.*

d *Quamvis difficile ſit definire, quo præciſe tempore hoc acciderit (cum Itali nullum habeant fixum horarũ numerandarum initium, ſicuti cetera, quas vocant Tranſmontanas, nationes omnes, quæ horis utuntur aſtronomicis, fixum in meridie ac media nocte initium habentibus) facile tamen concipi poteſt hoc ſpectare ad eam anni partem, qua noctes Camerini, ſub 41 Elevationis polaris gradu ſita urbe, longiores erant. Longiſſima autem ibi nox die 22 Decembris, in hiemali ſolſtitio, eſt horarum 15: proinde hæc ibi tunc inchoatur ad medium 5 poſtmeridianæ: atque ita hora 8 nocturna Camerini, incipiret ad medium noſtræ horæ 12. Rurſum, quia iidem Itali diurnas actiones ſuas auſpicantur cum reſpectu ad ortum ſolis, eaſq; finiunt poſt horas ab eodem ortu 16; contingit ut tempore ejuſdem ſolſtitii hiberni, quo ſol ipſis oritur hora 15, decumbendi tempus eiſdem ſit hora 7 nocturna. Quanto autem & dies longiores & noctes breviores fiunt, magis ultra mediam noctem hora 8 procurrit, tandemque circa ſolſtitium æſtivum pene concurrit cum ortu ſolis. Vt ergo ad unam horam ultra mediam noctem vigilaſſe dicatur Beata, antequam dimitteretur à patre; fuerit id circa initium Febru-*



*arii, vel poſt 9 Novembris, quando hora 7 Italica incidit in mediam noctem. Plura de his qui volet, videat Theodoſii Rubei Horologium univerſale perpetuum, editum Romæ an. 1660.*

EX AUTOGRAPHO ITALICO.

e *Hæc verba in Protocollo habebantur Latine:* Regrediamur unde digreſſi ſumus.

f *Ibidem eſt*, Da mihi inguinariam, *ſcilicet peſtem, imprecatione perquam familiari Italis.*

g *Ibidem additur*, Ornando corpori & libris vanis legendis: *&, quæ hic ſequuntur, abſunt omnia.*

h *Hic interſerit Paſcuccius quatuordecim documenta circa Dei amorem, quæ Fr. Petrus de Moliano huic ſuæ filiæ ſpirituali miſit per epiſtolam, excerpta ex tractatu B. Vincentii Ferrerii de Vita Spirituali; quaſi jam tunc illa ſe ipſius directioni commiſiſſet, quod non exiſtimo.*

## CAPUT II.

### *Vocationi ad Religionem diu reſiſtens, tandem genoroſe ſe tradit Baptiſta.*

10 DIſponente Deo pro miſericordia ſua, ut ego ex mundi tenebris ad lucem veram perrumperem, venit Camerinum anima illa benedicta, tuba illa Spiritus ſancti, Fr. Franciſcus de Urbino, *qui nunc in pace quieſcit*, prædicandi Euangelii cauſa; cujus verba & doctrina mihi videbantur eſſe tonitrua ac fulmina, quæ aſſidue contra animam meam vibrabat: totâ namque iſtâ Quadrageſimâ propoſuit verba hæc, timoris plena, *Timete Deum, Timete Deum.* quibus identidem repetitis, tantus animum meum invaſit Dei timor; tam clara offenſæ injuriæque, ipſi à me irrogatæ, cognitio; tantus infernalis flammæ pavor; ut, ſi aliàs docta non fuiſſem, præ ceteris peccatis diſplicere Deo deſperationem, vere, vere, Pater mi in Chriſto Jeſu, deſperaſſem miſericordiam. Sola illa, quam modo dixi, vox, erat tota ſpes & fiducia mea in tanta anguſtia: quoniam nihil unquam illa de re cum quopiam contuli; ſed die noctеque amaris planctibus atque lacrymis me dabam, præ magna, quam ſentiebam, contritione: ideoque valentius incubui in orationem meditationemque Paſſionis Chriſti. Nimirum ubi primum eamdem recolebam ſemel de die, tum bis contemplari cœpi, videlicet mane ac veſpere: die Veneris autem tres quatuorve buccellas panis manducabam cum aqua modica, aut prorſus nihil refectionis ſumebam: nocte vero ob reverentiam Paſſionis Chriſti, ne quidem in lecto recumbens, parum admodum dormiebam, poteramque vere dicere, *Ego dormio, cor meum vigilat.*

E B. 3 D. 6 *Concionante Franciſco de Vrbino.*

*ingentem Dei timorẽ concipit.*

*& pietatis exercitia duplicat.*

F

11 Interea devotum frequensque orandi ſtudium continuans propter timorem, cujus ſupra memini, identidem *a* mihi inſuſurrari ſentiebam, ut ſi pœnas inferni, cujus adeo vehemens timor pavorque me inceſſerat, vellem evadere, Religioni me mancipa-
a rem, nuntio remiſſo rebus mundanis; *b* ſin vero, uti
b hactenus, iis vana adhærerem, fore ut propter illas condemnarer. Videbantur mihi voces illæ amariores felle; quia contraria diſpoſitio naturæ meæ, propter malitiam ſuam volutabrum cœnumque mundi unice deſiderantis, fortiter repugnabat. Allegabam quidem ego rationes, quæ id mihi perſuadere potuiſſent, plurimas; ſed fruſtra: neque enim ulli aſſenſum præſtare potui, propter affectus inordinatos, quibus liberum eſſe oportet quicumque ad ſerviendum Deo vult accedere.

*ſentit ſe ad Religionem vocari:*

*cui inſpirationi dum reſiſtit,*

12 Placuit tandem omnipotenti Deo, vero atque unico amatori ac redemptori animarum, mihi ut veniret in mentem, ſcribere ad Patrem prædicatorem epiſtolam, quaſi ex zelo promovendi ſalutem alie-

*alia ex cauſa Franciſco ſcribit;*

EX AUTOGRAPHO ITALICO.

nam non meam (quamvis non aliis, ſed mihi ſoli id ſalutare fuerit) idque clam omnibus, adeoque ſine ſpe recipiendi reſponſum: nec vero memini illi vel litterulam commiſiſſe unicam, quæ bonam malamve de me opinionem poſſet injicere, excepto hoc quod ad calcem ſubjunxi, *Memento mei in tranquilla ſublatione mentis tuæ.* Idque ideo ſubjeci, quod crederem, quemlibet Dei famulum illam animi tranquillitatem ſub finem orationis ſuæ experiri, quam ego ſuperius ſenſiſſe me dixi; quod de eo ſuſpicabor tanto magis, quanto ſimilior angelo quam homini apparebat. Porro ille, [inſpirante Deo,] reſponſum ad me dedit via modoque ſatis ſecreto, uti expediebat ad declinandum ſcandalum. Erat autem iſtiuſmodi, Sibi curæ futurum *publice & private* negotium iſtud, de quo ſcripſeram, quantum quidem ad officium ſuum pertineret: deinde ſancta hæc ſubjunxit verba: Quæſo te, filia mea, ut coneris cor & corpus tuum conſervare immaculatum, exemplo S. Cæciliæ Virginis, dum Deus de te diſponat; neque ſuccumbas carnali ſenſualique affectui, crebro animum tuum invadenti; ſed in omnibus generoſe te ipſam vince. Vale. Lectis hiſce, præ afflictione, fere in deliquium animi incidi; neque enim verba mihi videbantur, ſed acutæ ſagittæ, à Deo vibratæ ut cor mihi trajicerent. Probe noram, nec allocutam me, nec vidiſſe unquam ipſum; nihilominus videbatur captivitatem cordis mei non ignorare; dixique Deo, ubi ad me redii: Tu Domine, per os hujuſce famuli tui mihi loqueris: ſcio enim, latere ipſum ſecreta cordis mei; & nihilominus mihi dicit, Vince te ipſam, ſi vis eſſe perfecte libera: ita, Domine, ita decerno facere. Crede mihi, mi Pater; vix ter quaterve à placitis atque oblectamentis ſenſuum abſtinui oculos; & ſubito, affectu illo libera fui. Quam ob rem tantum erga Fr. Franciſcum concepi amorem, ut nimius videri poſſit; attamen neceſſarius, quia mundanus fallaxque amor ita in ſanctum & ſpiritualem converſus eſt; eoque me obligabat ſummum beneficium, per ſanctum ipſius ſermonem acceptum.

*quo inopinatò reſpondente ut ſe vincat,*

B

*generoſe id facere incipit:*

D. 7. *vocationi tamen ſuæ reluctatur,*

C

13 Poſteaquam Pharaonis ſervitute liberata fui, inſtitit magis Deus, ut populus ſuus in ſolitudinem ſacrificatum ſecederet; ut anima, inquam, mea ad ſanctam Religionem ſeſe reciperet. Verum moras trahente perversâ meâ naturâ, divinæ voci obſecuta non ſum; imo magis magisque contumax, alias ex aliis inveniebam afferebamque excuſationes, ſic ut nullus me poſſet ex potentibus patris manibus eripere, adeo caram conſtrictamque tenentibus, ut tametſi voluiſſem, proripere me inde poſſe deſperarem. O mi Deus! ô mi Deus! Quid tibi cum hac anima fallaci & peccatrice? quid me tibi opus erat, dulcis Jeſu, quod tam inſtanter me requireres? Quem fructum tibi reddidi, Domine mi? Sed modo taceo, quot quantaq; mihi promiſſa proponeret, quo è potentibus patris manibus me eriperet; nimiâ enim cor meum, mi Pater, triſtitiâ obruunt, ideoque referri à me non poſſunt.

14 Perſpectâ igitur duritiâ atque pertinaciâ cordis mei, conſtituit patientiſſimus ſapientiſſimusque Deus alia via illud aggredi & emollire; eumque in finem curavit per dictum prædicatorem, pridie feſti Virginis Annuntiatæ, concionem fieri de amore divino, quo Virgo Maria exarſit, Angelo ipſam ſalutante. Et vero, ex fervore quo concionabatur, judicaſſes Seraphinum loqui. Inter alia autem affirmabat, in unica illius amoris, quo Virgo redundabat, ſcintilla, majorem ineſſe ſuavitatem, quam in omnibus carnis voluptatibus ſimul. Finita concione, ante altare quoddam poſitis humi genibus votum Virgini Mariæ feci, ſenſus meos me omnes immaculatos ſervaturam, donec aliter de me Deus diſponeret; hac tamen conditione, ut me participem faceret unius ſcintillulæ iſtius amoris, quem ipſa Annuntiationis die experta fuerat; & perſeverabam diu noctuque talia ex toto corde ac deſiderio precando. Quoniam vero minus conveniebat, theſaurum adeo pretioſum divini amoris reponi in vaſe immundo, quale erat anima mea; ita illam mundare Deus voluit.

*donec cupiens ſentire aliquid ejus amoris quo B. V. arſit,*

D

15 Sabbato *c* ſancto concionator, contra conſuetudinem & placitum Sacerdotum eccleſiæ præpoſitorum, id nolentium ratione ceremoniarum, quæ illo die in eccleſia Cathedrali fiunt admodum prolixæ; prædicare inſtituit, præſentibus auditoribus paucis, quoniam id uſus non obtinebat; aderat tamen illa, cujus gratia concionem fieri volebat Deus. Petiit autem ab unoquoque veniam, quod tali die concionaretur; cauſatus inſpirationem Dei, jubentis exonerare conſcientiam ratione diei ſequentis, quo Paſcha celebraretur. Unde dicere inſtituit de impedimentis, quæ facerent illicitam Communionem; diſſeruitque multa; ſed ad me ſequentia. Quisquis, inquiebat, ad Confeſſionem accedit ſine propoſito relinquendi illa, quæ ſunt aut ſubminiſtrant materiam peccati mortalis, communicare prohibetur. Tum ego tacito in ſinu: Heu me! quæ quaſi ſemper tali modo Euchariſtiam ſuſcepi, nulla concepta voluntate aut adhibita diſpoſitione remittendi nuntium vanitati *d* & ſtultitiæ meæ, niſi forte in præſentia! Hac veſpera, cum noxas Confeſſione expiabo, de illo peccato me præſertim accuſabo. Atque ita feci. Fr. Oliverius, cui confitebar, percunctabatur, à quo tempore iſtum in modum Pœnitentiæ atque Euchariſtiæ Sacramenta ſuſcepiſſem. Cui ego: Quaſi ſemper. Et ille: Filia, neutiquam permittam, ut die craſtina Dominico corpore te reficias *e*: ſed vade, ſerio ſeduloque perpenſura delicta tua, ac redi ſeptimana ſequenti, tum Confeſſionem tuam excipiam generalem. Uti juſſit ille, ſic feci, multum licet confuſa & pudore affecta *coram adſtantibus*, quod feſta Paſchatis luce cum aliis ad ſacram menſam non accumberem. Sed veriſſimum eſt illud: Qui non dat quod poteſt, non accipit quod vult: idque mihi tum evenit. Facta autem Confeſſione illa (vera dico) ſinceram, ut oportet, contritionem [quaſi tota *f* hac Quadrageſima] per Dei gratiam habui: [nec tamen diffiteor, quod, pro laxâ conſcientiâ meâ, exiguo lumine inſtructâ, non quamlibet minimam rem conſcientiæ mihi duxi, uti ducerem modo. Quod autem tum non feci, fieri poſtea debuit, uti porro intelliges: ſed ſufficiat, me feciſſe, quantum cognovi faciendum.] Octava erat Sabbathi ſancti, quando [Fr. Oliverius in *g* S. Petri Confeſſionem meam excepit, ſacramque Synaxin porrexit. Unde digreſſa contuli cum pio Patre meo Fr. Franciſco de Urbino, numquam antea mecum collocuto. Qui me interrogavit, numquid Religionem meditarer? & reſpondi, Non: videbaturque propterea ex vultu dolore affici, & dixit: *Iam facta es ſana, noli amplius peccare, vade in pace.*] Atque ita ſolatio affluens domum redii.

c

*& extraordinariâ prædicatione mota,*

*ad renuntiandum omni vanitati,*

E

d

e

*dilata tantiſper Communione Paſchali,*

f

F

*& facta generali Confeſſione.*

g

16 Cum anima mea, eo quo narravi modo, expurgata mundataque eſſet, cœpit divina bonitas fortius pulſare oſtium cordis mei: vocesque ejus jam non eminus allabebantur, ſed cominus inſonabant tam claræ diſtinctæque, ut non raro manibus obturaverim aures, quo minus eas perſentiſcerem: ſed fruſtra, quia non corpori loquebantur, ſed animæ. Hinc quando ad orandum accedebam, verius ad prælium me accingere videbar. Nec injuria; certamen quippe difficilius illo nullum reperitur: non tamen propterea oratione conſueta ſuperſedi unquam. Accidit aliquando, cum vehementius me urgeret

B. 4.

*poſt diuturnam luctâ,*

A urgeret benignus Dei ſpiritus, atque ego non minus fortiter urgenti reſiſterem, ut mihi minitaretur his verbis: [Ego ille ſum, quem tu deſideras] : abi ſis ad mundum ; numquam iſtic deſiderata conſequêris. Conſidera, mi care Pater, quam mens mea iſtis non acquieverit : volvebam ac revolvebam animo dicta, nec requiem inveniebam ullam, nec ad Religionem applicare mentem poteram. Nihilominus orationem repetii, erat autem dies Veneris: viſusque eſt mihi (neque enim certo affirmo) alius quidam juxta aſſiſtere; cum tam vehementem animæ conflictum, modo volentis, modo nolentis ſenſi, ut præ anguſtia per totum corpus ſudor erumperet : tum vero arbitrium liberum, quod ſemper ſui compos firmumque perſtiterat, ſponte ſua, non coacte, agens quaſi judicem, in cathedra ſedentem ſpectantemque crudele certamen, contra me ſententiam pronuntiavit : ſtatuique cum totius animi affectu ſervire Deo, adeo ut, ſi illius rei cauſa martyrium mihi ſubeundum eſſet, prius hoc & quidem promptiſſime adiviſſem, quam à propoſita ſententia diſceſſiſſem. Eodem tempore cupido infuſa eſt mihi proficiſcendi Urbinum, alio in loco pacem animi non habituræ.

*tandem decernit vocanti obedire.*

B Quemadmodum igitur defatigato ac debilitato corpori maximæ requieti eſt mollis [floribus roſiſque] lectulus; ita exagitatæ menti meæ conſolationi ſummæ fuit, tandem aſſentiendo victas manus dare; ac deinceps pace, tranquillitate, & gaudio ſpirituali perpetuo gaviſa ſum.

## ANNOTATA.

a *Expreſius Ms. Camerin.* Cœpi audire intra animam meam voces quaſdam, velut à longe; non adeo tamen longe, quin eas bene intelligerem.

b *Ibidem :* Dabaturque mihi interius lumen, quo diſtincte cognoſcebam, quod ſi pergerem in ſeculo vivere, omnino damnanda eram.

c *Commode hæc potuerunt accidiſſe anno 1477, quando annum 19 ætatis explebat Virgo, nata 9 Aprilis an. 1458, & Paſcha celebratum fuit 6 Aprilis, atque adeo præcedens feſtum Annuntiationis inciderat in feriam 3 poſt Dominicam Paſſionis. Idque confirmatur ex 13 annis, quibus infra num. 24 dicit ſe toleraſſe quamdam infirmitatem, ſibi jam converſæ datam pro ardenti multa patiendi deſiderio : à Februario enim anni 1491 retrocedendo per annos 13, venitur ad Februarium anni 1478, proxime ſecuti dictam converſionem.*

d *Cum ex infra dicendis num. 51 ſatis appareat mentis & corporis puritas, quam omni vita ſervavit Baptiſta;*
C *non eſt credibile eam levitatem, cujus diutius continuatæ ſibi conſcia hic reddebatur, ad mortalis peccati gravitatem aut acceſſiſſe ipſam, aut proximam occaſionem præbuiſſe. Sed neque credibile eſt in eadem Confeſſioni ſubjicienda eliciendoque emendationis propoſito ſic negligentem fuiſſe Virginem, ut invalidas fecerit Confeſſiones. Quid ergo?* Piarum mentium eſt, *inquit Gregorius*, ibi culpam apprehendere, ubi culpa non eſt ; *& quæ magnis peccatoribus movendis intentant quandoque concionatores, applicare ſibi, propter internum lumen, quo æſtimare norunt etiam illa quæ aliis videntur levißima.*

e *Non etiam credo, quod prudens Confeſſarius exiſtimaverit omnino obligari Virginem ad iterandas Confeſſiones ſuas; ex præſenti tamen diſpoſitione illius bonâ debuit judicaſſe, moram Communioni injectam, & poſtea faciendam Confeſſionem generalem, plurimum conducturam ad ejus profectum ſpiritualem.*

f *Non poteſt hic intelligi* Quadrageſima major ; *quæ præterita erat ; ſed* Quadrageſima Spiritus ſancti, *quam multi in Ordine Franciſcano obſervant, à Feria 2 poſt Dominicam in Albis uſque ad Pentecoſten, de qua mentio fit inter alias in Vita B. Felicis Cappucini, per Mathiam Salodienſem 18 Maji, num. 63.*

g Ea erat ubi nunc eſt arx, *inquit Paſcuccius.*



## CAPUT III.

### *Spirituales favores conceſſi Virgini, jam integre converſæ.*

18 O Deus meus, modo te precor, ut mihi præſens adſis, non alia poſthac quam Angelica Divinaque relaturæ; deſque gratiam, ut [fœtenti hoc ore & venenoſa lingua] explicem beneficia mirabilia tua, mihi iniquæ conceſſa ad confuſionem & pudorem meum : quo ſcilicet tu, Pater mi, non ſemel, ſed millies poſſis dicere : Bene merita es, filia, & illud & omne malum tuum ; *quid ultra potuit facere Deus, & non fecit?* Atque ita revera ſe res habet. Cum enim ſic tota in divinam voluntatem conceſſiſſem ; omnes cæli cataractæ patuerunt mihi, & miſericordiæ divinæ abyſſus peccatricem hanc animam meam abſorbuit. Tum benignus Deus obviam venit filio prodigo ; tum paternis brachiis ipſum amplectens, ſuaviter ac amabiliter ſtrinxit ; tum ſanctæ pacis oſculum ore ſuo non ſemel iterumque, ſed pluries ipſi dedit. O cor meum ſaxo durius ! cur non rumperis ? quid agis ? cur moras trahis ? Et videbatur ſumma Bonitas, ſtringendo ſanctiſſimis diviniſque ulnis ſuis meam [adulteram & peccatricem] animam, ſatiari non poſſe. Sanctiſſime aſſevero, ſæpe ſæpius me ſanctæ humilitatis ſtudio fugiſſe, Deoque ſupplicaſſe, ut ne diutius conſtrictam brachiis ſuis teneret animam meam ; alias ab oratione deſiſtebam : ſed nequidquam fuga, nequidquam precatio adhibebatur ; nullæ enim ab amplexu ejus mihi induciæ fuerunt, priuſquam divinæ Majeſtati ſuæ placeret eas indulgere. Accidit autem non raro ut finita oratione non modico temporis ſpatio oberrarem, antequam anima mea ſibi reſtitueretur. Dulciſſimæ erant ſuaviſſimæque ejus ad me voces, manna & melle plenæ, plenæ exultatione, jucunditate & lætitia, aptæ ut lenirent & reciproco amore exardeſcere facerent, cor ſaxeum : ſed nequeo totum ſcribere, quia Propheta dicit : *In cordè meo abſcondi eloquia tua, ut non peccem tibi.* Sed veræ poteram uti iſtis Canticorum verbis : *Anima mea liquefacta eſt, ut dilectus locutus eſt :* atque illis Prophetæ : *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo,* [*Et ignitum eloquium tuum vehementer, & anima mea peccatrix dilexit illud*] a. Et clariſſime intellexi, in me vere completa eſſe illa Prophetæ : *In quacumque die converſus fuerit peccator, non recordabor amplius iniquitatum ejus.* Atque ideo totam me in amoris oceanum ingerebam ac ſubmergebam : * Sicque periculo meo didici ; *Quod initium ſapientiæ, id eſt principium Saporis divinæ dulcedinis, eſt timor Domini.* Et quoniam pro magnitudine timoris, major eſt amoris divini ſenſus, qui conſequitur ; hic immenſus maximuſque in in me extitit, quia ille ſummus, Deo donante, fuit.

*Poſtquam ita ſe tradidit,*

E *Deus animam ejus amplecti cœpit.*

F *& interim ſuaviſſime alloqui,*

a

* D. 9

*velut dilectiſſimam ſponſam,*

19 Tum vero habenas cordi meo ad amandum laxavi, quod annis pluribus ob timorē honoris mundani frēno diſcretionis non ſine labore conſtrinxerā; ſivique impetum ſuum *b* ſequi, & repoſui totum in ſuaviſſimo ſponſo meo Chriſto Jeſu benedicto ; qui ſic me vocabat, quia ſic in anima mea ſe exhibebat totumque dabat, & quidem aliquando ſub forma

b

EX AUTOGRAPHO ITALICO.

benigniſſimi patris; aliquando tanta cum familiaritate, ut carus amicus ſodaliſque appareret; ſed ut plurimum inſtar ſuaviſſimi ſponſi. Cum vero Deus, uti ſponſus, ingreditur animam peregrinam, credo ego, pro modica quam habeo experientia, illum amoris divini ſenſum eſſe talem, ut in hoc vitæ ſtatu dulcior ſuaviorque dari non poſſit. Quod ſi mihi ſenſus ille duraſſet porro, numquam mortali hoc corpore liberari voluiſſem; quoniam vita æterna & paradiſo cæleſti in hoc mundo frui videbar. Neque crediderim, aliud inter paradiſum & dulcedinem iſtam intereſſe, [niſi quantum inter arrhabonis & totius ſtipendii ſolutionem; &] quod alterum certum eſt perpetimque duraturum; alterum incertum & in momenta amiſſibile. Sed heu me! non exigua hæc eſt differentia; imo maxima & infinita.

*inde gaudio fere cæleſti delibuta,*

*ad primitivam innocentiam ſe reductam intelligit;*

20 Quare hinc videns, tam tenere me amari; inde cognoſcens, nihil in me reſidere præter iniquitatem & peccatum; eo quod in illo, ubi ſol juſtitiæ Chriſtus Jeſus diverſatur hoſpitio, luce omnia illuſtrantur clariſſima; præ admiratione obſtupeſcens vehementer, aliquando ex profunda humilitate ita ipſum allocuta ſum: O Domine mi, ſi audeant dæmones blaſphemare te, certum mihi eſt, quod audentius appellabunt te amatorem iniquitatis: oro quæſoque te, mi Jeſu, ut ne amore mei iſto te nomine appellari ſinas. [Ego aliud non ſum, quam mera iniquitas; & tu tanto me amore dignaris? Quod igitur aliud tibi nomen impingent, niſi illud, Amator iniquitatis? ] Ad hæc ſuavis Deus meus, benigniſſime reſpondens, dixit: Scito, filia mea, procul abeſſe, ut ſim amator iniquitatis: non iniquitate, ſed innocentia, in qua & nata es & vivis modo, delector. Rudis ego vocabulorum ſpiritualium, ignorabam penitus, quid huic voci, Innocentia, notionis ſubeſſet: verumtamen ad extremum *c* reperiens iſtiuſmodi vocabulum *d*, & ſimile beneficium animæ cuidam à Deo collatum, interrogavi quid hæc ſibi vellent: Ego primam tibi reſtituam innocentiam. Et famulæ quædam Deo devotæ declararunt iſthunc ſenſum ſubeſſe: Ego peccata tibi tua remitto, tum quoad omnem culpam, tum quoad omnem pœnam. Atque ita intellexi, in id uſque temporis gratiam culpæ pœnæque peccatorum mihi factam. Opinabar ad hæc, innocentiam iſtam quemdam animæ ornatum eſſe: at non capiebam, quæ ſupradictis ſubjunxit Chriſtus: Sicut ego me ipſo delector, & non te; innocentiam quippe iſtam animæ tuæ ego infudi, meaque eſt; ac propterea non te, ſed me ipſum amo, me ipſo delector & gaudeo. Atque hiſce declaravit mihi copioſe, quo pacto nullius rei deſiderio aut amore, præterquam ſui ipſius teneretur, tam in cælo quam in terra: tantum ſcilicet creata diligit, quantum ſui in iis poſuit: nulla namque res extra ipſum & ſine ipſo quidquam amabile aut delectabile habet, ſeu cælum ſive terrã perſcruteris. Et hoc modo me inſtructã relinquens, ne ſuperbia vanáve gloria extollerer, cavit. Sed hæc materia, mi Pater, talis eſt, ut quanto plus de illa dicam, tanto plus dicendum reſtet: & poſtquam dixiſſem, quæ poſſim omnia, reſpectu illorum quæ reipſa contigerunt, nihil dixiſſe putarer. Sufficiant quæ dicta ſunt, ut manifeſte cognoſcas, quanta in pace & tranquillitate, quanta in dulcedine & dilectione, quanta in fiducia & familiaritate, ſancto ſpiritualis iſtius jubilæi tempore, viverem; deprehendens me ſæpius in colloquio divino, inter cara brachia Sponſi cæleſtis, in converſatione benigni æternique Patris, in gratia & conſolatione Spiritus ſancti.

B

c

d

*in eaque delectari Chriſtum, quia ab ipſo eſt.*

C

21 O tempus gratiſſimum, ſereniſſimum, & jucundiſſimum, quomodo in tempeſtuoſum, obſcurum, & tenebroſum mihi converſum es! O pax incomprehenſibilis, *quæ ſuperaſti omnem ſenſum*, quam exitiale mihi bellum facta es! O dulcedo ineffabilis, quo pacto in amariſſimum mihi fel mutata es! O amor, [qui me mori pene cogebas], quam crudele odium poſt te relinquis! O amicitia, ô familiaritas *e*, quantam in diſcordiam & inimicitiam verſæ eſtis! O brachia dulciſſima, quomodo è loco tam ſublimi in profundum orci me cadere permiſiſtis! Hei mihi, quam gravis iſte lapſus eſt! Nihil modo miri, anima mea ærumnoſa, ſi omnia oſſa tua dirupta ſint. Modo lamenteris, modo ſuſpires, modo exclames licet: *Sedet in triſtitia domina gentium, & lacryma ejus in maxillis ejus, & non eſt qui conſoletur eam. Omnes noti mei abierunt ſimul & dereliquerunt me deſolatam, tota die mœrore confectam. Quis ergo dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem lacrymarum? & plorabo deſolationem meam, [viduitatem meam, & infelicitatem meam]. Eheu mihi! cecidit corona capitis mei, & exitus aquarum deducunt oculi mei, quia non cuſtodivi immaculatum divinum amorem cæleſtis Sponſi mei.* Ploret ſuper me cælum & terra: plorent ſuper me rationales creaturæ omnes: plora tu, dilectiſſime mi Pater, (ſi modo cor ſaxeum tibi non ſit) ſuper filiam tuam deſolatam; & vide, *ut dixi*, [*ſi eſt dolor ſicut dolor meus*, & ] *ſi eſt dolor ſimilis dolori meo.* Hæc illa fuit atque eſt occulta plaga, quæ jam pridem cor mihi meum diſrupit: modo illam tibi detego, modo monſtro; quia celare, quia tegere amplius nequeo: medicinam adhibe, ſi potes; ſi non potes, exhibe commiſerationem; pro levamine erit. Deſidero patientiam, deſidero tolerantiam; præ dolore deficio, [percuſſa timore gravi & amaritudine amara; ſum ſenſus expers, ignorans quid dicam faciamve: quare ſi quo in verbo peccem, ignoſce; hæc namque mihi ſtat ſententia: ] *Quantum fuit in deliciis & gloria, tantum date ei tormentum & luctum.* Verum nunc narrationem cœptam proſequamur: dicam, ut promiſi, vitæ meæ ſpiritualis ſeriem, quomodo nempe peracta ſit, ad tempus uſque ærumnæ ac deſolationis meæ; & dicam ſumma cum veritate ac ſimplicitate, uti hactenus dixi, per gratiam Dei.

D

*à quo felicis ſtatu ſe dejectam lamentatur,*

e

*coram Deo*

E

*ſuo Patre ſpirituali.*

F

22 *Ille, qui eſt flos campi, lilium convallium, & inter lilia paſcitur*, manifeſta præſentiæ ſuæ in animâ meâ veſtigia volens relinquere, tribus illam vernantibus atque odoriferis liliis adornavit. Primum fuit mundi odium tam grave, ut ſi quis poteſtatem mihi dediſſet eligendi quod vellem, aut perſtare in mundo Imperatricem cum certitudine conſequendi ſalutem; aut ſecedere ad Religionem cum periculo incurrendi damnationem: velim mihi credas, Pater [mi in Chriſto Jeſu], cum promptitudine ſumma ſpiritus elegiſſem potius Religionem, ſalutis dubia; quam mundum cum omni pompa & gloria ſua, ejuſdem ſecura: idque elegiſſem propter odium capitale, quo hunc proſequebar; neque enim mihi amplius videbatur mundus, ſed id quod erat, temporalis infernus & arrha infernalium pœnarum: atque ita eſt, ad confuſionem ejus, qui id fateri non vult.

*Relinquit in corde ejus Chriſtus tria lilia,* B. 5, D. 10.

*ideſt magnum odium mundi.*

23 Alterum lilium fuit animi demiſſio interna, qua ſincere ex toto corde confitebar credebamque, majorem & iniquiorem peccatricem non ſuſtinere terram quam me, non aliter, quam ſumma Dei miſericordia, ſalvandam; damnandã vero, ſi juſtitiæ ejus ratio haberetur: ſicque eo me viliorem uſque reputabam, quo ille majoribus me beneficiis cumulabat. Et hæc gratia id effecit, ut ſemper omnia illius dona tam-

*humilitatem intimam,*

A tamquam credito commodata tenerem, non ut data in ſortem: itáque verum eſt, veritatem eſſe amabilem, quæ me ſic inſtruxit docuitque.

*ardens deſiderium patiendi.*

24 Tertium denique lilium fuit, ardens patiendi deſiderium, ſic ut, ſi ipſe evocare me in ſuum paradiſum voluiſſet, nulla paſſam incommoda & ærumnas, venire renuiſſem: orabam vero & precabar identidem cum ſuavi affectu, ſi tanta benignitas, quantam mihi uſque exhibuerat exhibebatque re ipſa, è corde ſincero proficiſceretur, ut iſthoc mihi ſignum poneret, nimirum ut veſtirer eadem veſte, quam dilectiſſimus ejus filius indutus fuit; id eſt, ut adverſa pati in hoc mundo concederetur. Ecce autem tam liberalis eorum promiſſio mihi facta eſt, ut quater & amplius iis ad ſatietatem expleta ſim. Tum temporis continuo in morbum incidi, hunc ipſum, quo labentibus jam annis tredecim numquam curata ſum; eumque tanta cum voluptate tuli, ut credere vix poſſis; excepto dumtaxat anno hoc ultimo, quo viſa mihi ſum ſuſtinendo diutius non eſſe; tametſi primum cum reſignatione plenâ libenter ægrotaverim: verum hæc non in me, ſed in Domino gloriatio eſt, *quoniam ab ipſo patientia mea.* Cumque, uti alter Iob, graviſſima & mortali infirmitate corporis affligerer, pſalmos canendo gratias agebam Deo ex toto corde.

B

*Docta meditari vitam Chriſti,*

f

25 Finitis porro ſeptem menſibus, quibus in momenta animam exhalatura videbar, è lecto ſurrexi; ac Fr. Gregorius *f*, *qui nunc triumphat glorioſus in cælis, ſi verum eſt, quod dicitur*, inſtituit me docuitque modum meditandi vitam Chriſti, inter recitandum coronam Beatæ Virginis, explendis tribus horis ſufficientem. Interea tanto abundabam ſolatio ac dulcédine, ut finem facere vix aut ne vix quidem poſſem, omnibus mihi in mel & ſaccharum & manna ſuaviſſimum converſis

g

*g*. Verum enimvero inter contemplandum Chriſti Salvatoris noſtri Transfigurationem, tam ſublimia cæleſtiaque mihi promiſſa ſunt, ut numquam vel nominari Transfigurationem audiam, quin ſuaviſſima animi voluptate tota perfundar; exſequens ita, quod præſcribit Propheta his verbis: *Guſtate & videte.* Nam ut guſtavi, tanto ipſum videndi deſiderio accenſa ſum, ut omnis oratio mea aliud non eſſet, quam languor perpetuus amantis cupientiſque intueri ſereniſſimum & glorioſiſſimum ejus vultum: ſeu herbas, flores, roſas in terris aſpicerem, ad pulchritudinem Domini contemplandam me provocabant; ſeu ſurſum oculos attollerem in cælum, ſtellis diſtinctum, tota languore deficiebam, dicens: *Cæli enarrant gloriam Dei & opera manuum ejus annuntiat firmamentum* O dulcis Jeſu mi, ſi tantâ nitent elegantiâ opera manuum tuarum, quantum reſplendebit radiata facies tua? Oſtende mihi te, [oſtende mihi te, oſtende mihi te,] benigniſſime Domine: cur me ita languere ſinis? Tu ſolus vita & ſpes mea, ſolus amor cordis animique mei; [cur me celas, cur à me abſcondis faciem tuam ſanctiſſimam]? Hoc illud erat tempus, quo non fugiebam ipſum, ut pridem; ſed avide ſequebar, *in odorem unguentorum ſuorum*; dicens illi: *Meliora ſunt ubera tua vino, & odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata; utinam oſculeris me oſculo oris tui* h!

C

*& Transfigurationem cogitans,*

*arcenditur ejus videndi deſiderio:*

h

*idque diu precata,*

i

26 Cum tali deſiderio multum agitata paſſaque *i* eſſem, ita compotem me votorum reddidit, ut petenti glorioſam videre faciem ejus, ipſe mihi tergum obverteret. Nihilominus aliquando mecum ipſa dictitans; Hic Ieſus meus omnia mihi oblique præſtat: vere tum oblique exaudita ſum & intellecta; ſed directe votorum particeps reddita: perſtiti quippe ex eo omnimode pacata & deſiderio potita. Nunc audi ſis, quo pacto ipſe pro infinita bonitate ac miſericordia ſua ſe mihi videndum exhibuerit. Orationi vacans aliquando, ex ſignis percepi non dubiis, præſentem ipſum animæ adeſſe meæ; cumque inde abitum pararet, mihi dixit; Si me videre cupis, reſpice. Reſpexi: & velut homo qui ab altero diſcedens, ei terga vertit ſuumque iter proſequitur, ab anima mea fugiebat. Ubi primum videre ipſum cœpi, aberat à me ſex amplius paſſus; ambulabatque protinus per aulam ſatis longam, in cujus extremo oſtiolum erat, quale cubiculis proprium: vidique ipſum tamdiu, donec propter proceram corporis ſtaturam inclinato capite, per oſtiolum prædictum evaderet; [nec poſtea aut ipſe, aut aula, aut oſtiolum oculis meis apparuerunt uſquam: & ſic vidi tergum, non faciem ipſius.] Veſtem erat indutus candidiſſimam, & talarem, quæ quidquid candoris hic mundus habet ſuperabat; ac limbo, aureis litteris craſſi digiti unius magnitudine adornato, terram verrebat. Litteras tamen legere nequivi, tum quia procul aberant, tum quia ipſe, licet modeſte incedens, nuſquam ſubſiſtebat. Circa lumbos erat tenuiſſimus, circumdatus zona ex auro ſolido, duobus digitis latâ. Capite colloque ſuper homines eminebat omnes: capilli videbantur inaurati, ad zonam uſque promiſſi, leniter criſpi: verticem vero capitis tam accurate videre non licuit, ut reſcire poſſem, coronamne an diadema, aut circulum è roſis floribuſque contextum geſtaret. Noluit ipſe, ut hæc mihi innoteſcerent: credoque tam concinno ornatu comptum ei caput fuiſſe, ut oculis illum meis uſurpare digne non fuerim. Aurea vero copioſaque cæſaries, per latos ac bene proportionatos humeros promiſſa, candidiſſima pulcherrimaque veſte decorem augente, [tantopere ipſum commendabant, ut intuens in admirationem atque ſtuporem raperer].

EX AUTOGRAPHO ITALICO.

*tandem mirabili modo conſequitur,*

E

27 Duobus iſtis & dimidio annis, quibus meliora meditans in mundo perſtiti, multis à Deo gratiis ac donis præventa ſum; quorum hic mentionem non facio, ſatius eſſe judicans de multis pauca, quam de paucis multa dicere; quia id ad pacem meam expedit majorem. Scito tamen certiſſime, Pater mi in Domino, tranquilliſſimo illo tempore innotuiſſe mihi omnes, quas paſſa ſum, anguſtias atque ærumnas, quemadmodum manifeſte patebit infra, quo eas prudenter ac patienter tolerarem. Sed heu me miſeram & infelicem, quæ neque unum, neque aliud reipſa complevi! quia non ſecus, quam ovis, me rexi: ideoque non poſſum non lamentari ſocordiam meam, dicens: *O vos omnes, qui tranſitis per viam divini amoris, attendite & videte, ſi eſt dolor ſimilis dolori meo. Illa anima infelix, quæ erat ſponſa & ſecretaria ſummi Dei, & in croceis jacebat, amplexata eſt ſtercora fœtentiſſimi diaboli.*

*multoſque favores alios toto biennio.*

F

28 Cum adveniret itaque plenitudo temporis *(quia omnia tempus habent)* quo afflicta probataque fui, aurumne an plumbum forem; probata infirmitate, probata tentationibus, minis, [carcere], rebus omnibus, *Deo auxiliante*, rependi ſuam ipſi monetam, id eſt blanditias contempſi; & ægritudinem minaſque cum deſiderio complexata ſum *k*. Voluit tandem Deus omnino liberare me; quemadmodum pollicitus fuerat, Ægyptiaca mundi ſervitute, & potentis manibus Pharaonis; qui duobus cum dimidio annis cor induratum habuit, *quique proprio ore dixit, quod ſi non timerem flagella Dei, numquam permitteret me ad Religionem ingredi.* Itaque ſpoliatâ Ægypto, theſauris, inquam, & gratiis ſpiritualibus onuſta, *ſiccis pedibus* id eſt ſine labore vel minimo & paſſione, tranſivi mare rubrum,

B. 6, D. 11 *Ad multam tolerantiam præparata,*

k

*& obtento denique patris aſſenſu,*

EX AUTOGRAPHO ITALICO.

inflatam, dico, tumidamque mundi pompam & principatum: quæ rubra quidem apparent, hoc est oculos oblectant, uti rubeus color solet; re autem vera pulchra non sunt, quia præter fumum & ignem è stramine excitatum, qui cito perit, nihil habent. Cumque me invertens post tergum respicerem, vidi submersum in ipso mari cum toto exercitu suo Pharaonem; puta dæmonium cum omnibus laqueis suis, vitiis & peccatis. Et hoc modo translata sum in desertum sanctæ Religionis, in sacrum monasterium *i* Urbini, *te teste, te præsente* ubi in veritate, Pater mi in Domino, tanto repleta fui gaudio, quando me ex mundo ejusque laqueis evasisse vidi, ut cum Maria Prophetissa merito potuerim dicere: *Cantemus Domino glorioſe, quia honorificatus est, equum & ascensorem projecit in mare.* Et fieri quidem possit, ut alius quispiam tanta cum lubentia voluptateque mundum deserat, quanta ego: ut vero cum majori, credere non possum. Nec mirare, quod in comparationem adduxerim dignitatem & figuram populi Judaici, tot Dei donis ac beneficiis cumulati: non enim occurrit, cui me potius comparem; tum propter infinita, quæ à Deo accepi, beneficia; tum præcipue propter infinitam duritiem atque ingratitudinem meam.

1 *Vrbini ingreditur monasterium.*

B

narat. Tunc autem ibi vivebant Franciſca Varana, ipſius Eliſabethæ filia, cognata item Euphraſia Chiavelli de Fabriano, Emerentiana Colomna, Clara Cappelli, Bernardina Baglioni, aliæque nobiliſſimæ Virgines. *Iacobillus iis additam Camillam ſcribit anno 1481, 14 Novembris, quod ex Vrbinatis monaſterii regiſtro habuiſſe potuit.*

D

## CAPUT IV.

*Tirocinio Vrbini peracto, profeſſa Baptiſta Camerinum remigrat: utrobique divina quædam patitur, hic etiam S. Claram intuetur.*

28 *Habitum induta,* D. 12

ET hactenus quidem de vita mea ſpirituali in ſeculo ducta, ubi per interceſſionem & merita glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, id à me rogatæ, perſenſi ſcintillam unicam amoris divini. Et vere unica erat ſolummodo, collata ad ignem illum amoris eſſentialem, in æternum æſtuantem; [attamen quæ tantum ac taliter exarſit, ut ſinu meo aut portare aut capere plus nec poſſem nec vellem, & ſæpius ſæpiusque exclamarem: Nihil amplius, Domine, nihil amplius.] Nunc porro proſequar, quæ ſacro S. Franciſci habitu veſtitæ acciderunt. *Sicut in materiali deſerto invenitur cantus avium, florum pulchritudo, ſecreta cubilia animalium, ut dicit Vbertinus; ſic in ſacro monaſterio Vrbinenſi inveni ſuaviſſimum cantum devotarum orationum, bonorum pulchritudinem exemplorum, ſecreta cubilia divinarum gratiarum & cæleſtium donorum.* Motaque à Spiritu ſancto & provocata, exarſi deſiderio vehementi penetrandi *ad interiora deſerti*, id eſt, ad ſacratiſſimas intimi cordis Jeſu mei ſuaviſſimi pœnas. Tunc temporis *ex corde* nuntium remiſi omni cæleſtis manna dulcedini; non quod id faſtidirem, uti electus ille & ingratus pariter Judaicus populus; ſed quod præ ſancta humilitate indignam eo me putarem, verebarque ne id debito meo potius quam capitali acceniretur. Precabar autem ex corde puro ſinceroque Deum, ut amariſſimis & venenatis ſanctiſſimæ ac myrrhatæ Paſſionis ſuæ cibis me nutriret, ſatiaret ac impleret; illos namque ſolos deſiderabat ſitiebatque anima mea, illos ſolos concupiſcebat ardebatque; ac poterat cum dilecta Sponſa in Canticis dicere: *Faſciculus myrrhæ Dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur.*

*renuntiat omni ſpirituali guſtui.*

E

F

29 Tunc conſtitui, quidquid orationi temporis impendebatur, ad Paſſionis Chriſti meditationem transferre; nolensque ad aliud cogitationem adjicere, cum totius mentis vigore & impetu in mare amariſſimum pœnarum, quibus cor Jeſu Chriſti abundavit, ſolvi, cupida eiſdem immergere me ſi poſſem. Nec mirum videri debet, quod me cupido inceſſit ingrediendi cor tuum, dulciſſime Jeſu: quoniam iſtic jam pridem nomen meum aureis *a* deſcriptum notis monſtraveras. [O quam belle apparebant in rubenti corde tuo litteræ aureæ, capitales, antiquæ, iſthæc exprimentes:] *Ego te diligo, Camilla! b* Et hæc ideo exhibuiſti mihi, bone Jeſu, quia plurimum ſtupebam, quod tu tanto me amore proſequereris, quodque excuſando te diceres, aliter facere non poſſe, quia in corde me ſcriptam gerebas: & ſublato in altum brachio tuo glorioſo, legere me ſuprarecitatas voces jubebas. O anima mea, cur non conforteris aliquantulum, memor tanti boni amorisque erga te dilectiſſimi Jeſu tui? At inquies, ſcio, Non poſſum; quoniam illorum memoria tantum abeſt ut me corroboret, ut pro ſagittis acutiſſimis ſit, quæ mihi trajiciunt cor; atque adeo ſatiari nequeo lamentando: *O vos omnes, qui tranſitis per viam divini amoris, attendite & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus.*

*volens intrare in cor patientiæ Jeſu.*

a

b *in quo ſe olim ſcriptam legerat.*

30 Nunc

## ANNOTATA.

a *In Protocollo additur*: Tunc nec recordabar, nec ſentiebam timorem, quo antea torquebar; multo minus recordabar ullius eorum quæ ante feci.

b *Ibidem*. Pene dixeram, furorem.

c *Item* Quando eram Urbini.

d In quodam libro.

e Quæ cogitari non potes nec explicari, propter tui magnitudinem.

f *Ibidem* Fr. Gregorius.

g *Additur ibidem* Et quidquid cogitabam non ſe offerebat velut præteritum, ſed tamquam ſi corporaliter præſens intereſſem omnibus verbis & obſequiis glorioſæ Virginis & pueri Ieſu, quos mihi videbar comitari in ſuis laborioſis itineribus.

h *Item hæc quoque Latinis verbis ſubjunguntur*: Oſtende mihi te ipſum: nam dum expecto te, Domine, ſufficit mihi.

i *Ibidem additur*, Totis ſex menſibus.

C k *Rem explicans Paſcuccius dicit, patrem Beatæ, per mortem Nicolai, nepotis ex fratre majori, factum totius Domus Varanæ caput ac dominum, item Venetarum copiarum ducem, nec aliud quam incrementa ſtatus ſui ſpectantem, modis omnibus filiam cogere voluiſſe ad nuptias, quibus res ſuas augeret potenti affinitate aliqua.*

l *De monaſterio S. Claræ Vrbini ita ſcribit Paſcuccius*: Electum hoc monaſterium fuit, quia ibi aliquanto tempore ante Monacham induerat Baptiſta Malateſta, uxor quondam Guidonis de Monte-feltrio, poſtea nuncupata Soror Hieronyma, doctrinæ nomine iſtius ſeculi ſcriptoribus celebratiſſima: & ibidem etiam vixerat Eliſabetha, quondam uxor Petri-Gentilis Varani, quæ poſt mariti cædem apud Recinetenſes patratam, Fulginii facta religioſa, atque apud Nicolaum Papam V in ſuſpicionem adducta, quod prætextu vitæ monaſticæ Fulginii ducendæ intenderet urbem reducere ad dominatum Trinciorum, conſanguineorum ſui quondam mariti; ideoque juſſa emigrare; interventu quorumdam Principum Italorum obtinuerat monaſterium Montis-Luci, cum viginti & una Religioſis eam Fulginio ſecutis: ſeptennio autem ibi exacto, mandante Callixto III, ad preces Ducis Urbinatis tranſierat Urbinum, ibique monaſterium prædictum erexerat à fundamentis, magnaque cum probitate guber-

A 30 Nunc vero ut ad inſtitutum regrediamur; cum tali deſiderio in oratione ac meditatione perſeverans duobus illis annis, quibus antequam Camerinum redirem Urbini ſubſtiti, per admirabilem Spiritus ſancti gratiam introducta fui in ſacerrimum thalamum myrrhati cordis Jeſu Chriſti, veri ſolique maris amariſſimi, omni tam angelico quam humano intellectui innavigabilis; in eoque mari ſæpe ſæpius ſubmerſa fuiſſem, ſi potens Dei manus me non juviſſet. Nam multo ægrius ferre poteram aſperitatem dolorum meorum, quam amoris ipſius dulcedinem; dicens: Non amplius, non amplius, Domine Jeſu Chriſte, non poſſum amplius; ſubmergor, quia mare hoc termino & fundo caret. Tum mihi Deus, non paradiſus apparebat, uti primum; ſed crudelis infernus: & vero [ex ſancta ſimplicitate] frequenter ipſum non alio appellabam nomine quam Inferni, quia aliud convenire ipſi non putabam. Sed in præſentia hac de re nihil dico amplius; dicetur alibi: illud tamen non prætermiſero, quod tametſi mihi fuerint participatæ tantæ ipſius mentales pœnæ, quantas tolerare atque capere [per Spiritus ſancti donū] anima mea potuit; nihilominus

B reſpectu ipſarū, quæ fuerunt, intellexi meastaliter ſe habere, qualiter granulū arenæ, & ſiquid illo minutius cogitari poteſt, reſpectu cæli & terræ univerſæ.

C 31 Tempore *c* illo, quo Urbini in ſacro monaſterio vixi, anima mea, ſole divinæ juſtitiæ cæleſtem influxum ſuum communicante, mirabilem in modum florebat diverſis floribus gratisque Deo deſideriis, ut vere poſſet dicere: *Flores apparuerunt in terra noſtra*: omnibus tamen germinabat lætius florebatque vernans iſtud lilium, quod jam inde à principio converſionis meæ plantatum fuit in [ſterili] animæ meæ terra; deſiderium, inquam, illud inflammatum patiendi adverſa. Illud præ ceteris omnibus ſacerrimo iſto tempore à regia manu veri Aſſueri Chriſti Jeſu benedicti fuit cultum, & aquâ pœnarum ejus mentalium irrigatum, largeque perfuſum, ut quamvis ſæpiſſime prope abfuerim à morte, tamen orarem frequenter Deum hoc modo: O Domine mi, quando me conduces in paſcua iſta pinguia hortosque pœnarum amœnos, ubi electæ & dilectæ oves tuæ pingueſcunt? O Domine mi, multum

C differs, quæ promiſiſti, conferre! age, brevi, ſubito: Domine mi, patientia ulterior me deficit: propter multa peccata mea non te pœniteat promiſſa ſolvere; non me priva, Domine, tanto bono.

32 Poſt hæc ſecuta eſt Profeſſionis meæ calamitas, turbans & concutiens univerſam Religionem *d* [hoc eſt Fratres & Sorores, & ſeculares etiam Dominos; quæ quem eventum habuerit ſcribere certa de cauſa omitto: ſed nolo aliud cogitetur, quam quod ſcribere nolui.] Illud tacere non volo. Nimirum turbatam quidem ratione Profeſſionis meæ terram; in cælis vero gaudentibus Angelis diem feſtum ſumma cum lætitia celebratum eſſe; idque pro certiſſimo tene, [dilectiſſime] mi [in Chriſto Jeſu] Pater: neque enim ex relatione hoc aſſero, ſed ex clara notitia; atque utinam tam certo peccatores omnes conſequerentur cælum, quam illud eſt verum! Nec tamen in animum induco credere, ita cælum geſtiiſſe mea cauſa; ſed potius hujuſce monaſterii gratia, multum deinceps utilitatis percepturi, tum propter profeſſionem meam, tum propter glorioſam & angelicam prædam, quæ mundo erepta, in eodem ſacro loco morari debebat. Atque adeo æquum fuit, ut dæmonium in terris ſeminaret turbarum zizania, quò in cælis Angeli exultarent. Hæc notata velim, ſcilicet quod illo tribulationis meæ anno electus ſis Vicarius *e*, quod munus diu ante non geſſeras, neque poſtea obiiſti amplius;

ita volente Deo, ut, quemadmodum per bonitatem ejus & gratiam fueras cauſa & principium ſalutis meæ, ſic ad medium & finem quoque allaborares: ad medium, inquam, ubi deſolatione & ægritudine animi affecta ſum; ad finem vero eorum, quæ à Septembri in hoc uſque tempus & egi & ago. [Et vero conveniebat te præ ceteris tum eſſe Vicarium, ut qui tanti boni cauſa fueras, particeps quoque fores tantarum moleſtiarum turbarumque, quantæ per Provinciam univerſam Fratres Sororesque inter, & inter ſeculares tum inferioris tum primæ notæ, exſtiterunt. Hinc certo ac evidenter ſcio, quod uti à moleſtiis non abfuiſti, ita Deus tibi voluit partem cedere bonorum omnium, quæ fiunt faciendaq; ſunt in ſacro monaſterio hoc. Et vero licet impenſe egeris, ut tui Vicariatus tempore non acciperetur locus, volente Deo deinde ſententiam mutaſti:] & fuit ſimiliter neceſſarium, ut tu fores is, & non alius, qui auctoritate tua & præſentia nos hic includeres, ac principium ſacro huic monaſterio dares. [O! fuge licet Camerinum, fuge ut libet; id conſtat, nulla in orbis parte tantum fructus bonique à te factum, quantum Camerini. Hinc diabolus, nequaquam ignarus, quantopere ipſi iſtic obfueris, facit ut locum E illum oderis fugiasque. Et hæc pauca cum filiali fiducia dixi.]

B. 8. & *ipſa iſtic incluſa fuit,*

33 Poſteaquam ego per obedientiam Reverentiæ veſtræ, ex auctoritate Apoſtolica tibi conceſſa, una cum aliis venerandis Matribus in iſtud monaſterium *f* tranſlata ſum; non ignara, imo optime conſcia, divinæ Majeſtati placere, ut huc reverterer; aliud à Deo ſignum pro certitudine & conſolatione mea obtinui, magis nobile ac manifeſtum, nempe hoc. Secunda ab ingreſſu noſtro in hoc monaſterium Veneris die *g* Soror Conſtantia, tibi probe nota, ad focum nebat forte, ibidem ſuente me; cum illa canere hymnum, cujus hoc exordium: *Anima benedetta dall' alto Creatore* &c. & ego canenti reſpondere atque alternis inter nos proſequi, donec ad illa perventum eſt verba, *Riſguarda quelle mani, riſguarda quelli piedi, riſguarda quel coſtato*. Tum vero non potui amplius: præ cordis anguſtia me remiſi in ſinum Sororis, latus meum claudentis, opinantisque non eſſe aliud, quam ſolitum aliàs ſæpius accidere mihi malum corporale, cum vere tum eſſet ſpirituale: anima quippe mea in illud myſterium afflictæ matris, mortuum filium ſuum materno amplexu ſtringentis, rapta fuit. Percipiebam præſens ſonoras, raucas, flebilesque ipſius ſanctiſſimæ Matris voces: audiebam amantiſſimam mœſtiſſimamque diſcipulam Magdalenam, clara voce exclamantem, Magiſter mi! Verberabat aures meas dilecti diſcipuli Joannis amarus planctus, ſtridulo ſubmiſſoque ſono dicentis; Pater mi, frater & magiſter mi: ac pari modo reliquæ dilectæ Mariæ lamentabantur. Tenuit ſtatus ille meus ad horam uſque primam noctis & amplius, inchoatus paulo ante Completorium; ac tenuiſſet nocte tota, niſi ipſa mihi vim intuliſſem, quo animum revocarem, ac Sororibus levarem doloris ſenſum. Nam quamdiu ita affecta fui, aliquando audiebam Sorores clariſſime, aliquando minus clare; cum vero intendebantur voces glorioſæ Virginis Mariæ, nihil prorſus percipiebam mundi hujus, quaſi exulante à corpore animâ; & ſubinde lacrymæ prorumpebant ex oculis, quando ſentiebam, quæ circa me fiebant dicebanturque. Reverſa denique in memet ipſa, tam fatigatam afflictamque comperi, tam facie mutatum transfiguratumque corpus, ut quindecim diebus ſubſecutis è ſepulchro prodiiſſe videretur.

34 Porro priuſquam id accideret, aut exigua aut nulla mihi memoria erat myſterii illius, ſcilicet Virginis Mariæ, cadaver dilectiſſimi filii ſui brachiis con-

*Cæpit ergo ſub tempus Profeſſionis ſuæ tribulari,*

*propter turbationem ſuæ cauſa motam,*

*Rapta in extaſim,*

*intereſt myſterio depoſitionis Chriſti de Cruce,*

*eoq; intelligis ſuâ migrationē Deo placuiſſe.*

EX AUTOGRAPHO ITALICO.

constrictum tenentis; sed tota mens tendebat vel in cruci affixum, vel in orantem in horto Dominum; & hoc inter omnia mysteria primas tenebat. Verum ab illo tempore semper isti mysterio devotissima fui, relinquenti in me hoc verum sui signum, ut duobus amplius annis scalas, malleos, clavos, forcipes intueri non possem; licet raptûs mei tempore, quod quidem memini, istiusmodi instrumenta non viderim. Et hoc illud est signum, quod dico, mihi datum fuisse, ut cognoscerem, placuisse Deo reditum meum in locum hunc; atque ideo, *O vos omnes, qui transitis per viam divini amoris, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus.* *Quemadmodum dicit Apostolus, quod

B. 9. i Populus Hebræus baptizatus fuit in aqua & igne *i*: sic anima mea baptizari primum voluit aquâ lacrymarum contritionis ac devotionis, deinde divino & seraphico igne. Nunc intelliges, quo pacto Deus illam igne voluerit baptizare & purgare à culpis, [tribulationis tempore contractis], ut, quæ gratia divinæ Majestatis est,] novis ipsam donis ac beneficiis deinde cumularet.

D. 13. 35 Expiraverat annus tribulationis meæ, quo amaris doloribus afflicta fui, Deo ita disponente, propter meum copiosius meritum & coronam (neque enim propter aliud delictum, ut nosti, id evenit, quam quod initium dari huic monasterio vellem sub titulo & Regula pauperum Sororum S. Claræ; quemadmodum per Dei gratiam in præsentia obtinet) cum Pastor & Vicarius noster electus fuit anima illa glorioſa, anima illa sancta, vereque beata, propter miracula, quæ tum in vita patravit, tum patrat post mortem; Frater, inquam, Petrus *k* de Moliano: qui ad monasterium nostrum accedens aliquando, post multa alia mihi dixit, præsentibus frequenter Sororibus: Tune es Soror Baptista Varana? Para te, Filia, ad Confessionem, quia excipere eam prius volo, quam viæ me discessurus committam. Cui ego continuo: Nihil mihi opus est, Pater, Confessione. Et ille: Filia, ita mihi inspiratum est; ac propterea velim delicta expies, gnarus, ita ex re tua esse. Ego autem reposui, Non esse. Tum ille rursus: Dimitte Sorores, & gradum huc admove: quia sic oportere, ex inspiratione cognovi. Cumque ego nollem, interrogavit: Cur Confessionem subterfugis? Et respondi, Quoniam nihil illa opus. Quæ responsio cum non parum ei displicere visa esset, dixit sibilando: Apage cum tali responso; fac melius rem consideres. O mi Pater! admodum benignus eras erga hanc inhumanam.

B à Petro Moliano Vicario jussa generaliter confiteri.

k

id primum excusat,

l

C

deinde novo lumine instructa,

36 Interjecta deinde à discessu ejus die una, totum cor meum rodi cœpit, atque ipsa mihi exprobrare inhumanitatem meam, dicens: Valde contumelioſe *m* respondi Patri Vicario; vere apud ipsum conscientiam per Confessionem deponam, ubi redieris: idque ei scripsi, rogans, ut obstinationis meæ mihi gratiam faceret: & paucis diebus adeo desiderium illud confitendi crevit, ut copioso lumine detegente multa, quæ ex neglectu conscientiæ numquam Confessione ablueram, locum requiei nullum reperirem: ideoque non poteram non per litteras instare, ut reditum acceleraret. At ille, ut medicus expertus, nectebat moras, quo excitaret in me desiderium vehementius, uti postea mihi testatus est. Moræ autem istæ tenuerunt à Capitulo ad usque festam lucem sacrorum Stigmatum *n* S. Francisci Patris nostri: donante interim divina gratia tantum mihi dolorem peccatorum (ad deplorandũ amaris lacrymis tam remissa, quam nondum remissa) ortum ex eo, quod infinitam Dei bonitatem offendissem, & conjunctum cum tanto mei odio, ut ex toto corde desiderarem Patri Vicario post Confessionem summe abominabilis ac detestabilis esse. Verumenimvero cupienti mihi, ut ille me detestaretur, promisit Deus fore ut inde amorem conciperet majorem. Et vero expiatis ad pedes illius per Confessionem generalem peccatis, cum multa divina illustratione atque odio mei, tantam consolationem ac voluptatem cepit, ut exinde sancto me amore prosequeretur tenerius, quam ullam aliam in hoc mundo filiam spiritualem. [Atque hæc certo scio.] Ego vero post Confessionem majori etiam, quam ipse, solatio gaudioque perfusa, tranquillo deinceps animo semper fui.

n

facit magno cum fructu.

D

37 Paucis diebus interjectis, videndam se mihi exhibuit, non modo orationis tempore, sed fere omni etiam alio, Soror quædam Ordinis nostri, cooperta caput velo nigro, quasi una è nobis, formosissima plane; eamque tam clare conspexi, ut numquam oculis corporeis viderim rem ullam clarius lubentiusque, suavitatem conciliante liquidiorem oculo quo videbatur animæ, quam corporeus aspectus posset. Ipsa autem singularem mihi comitatem atque amorem vultu lætissimo ac renidente exhibebat: unde plurimum ego voluptatis capiens, ad tale spectaculum hæsi, præ stupore ac admiratione à sensibus fere aliena; nec poteram imaginari, quæ foret: & hac ipsa de causa videbatur illa sibi plaudere ac lætari, & quasi dicere; Non me cognoscis? Quotiescumque animum meum subibat, subito ex instinctu particulari curvabam genua coram ipsa, quantumvis ad mensam, ad focum, ad crates sederem; & illi pro benignitate sua sublevare me volenti humo, neutiquam assentiebar, existimans venerationis causa convenire, me genu flexam adesse. Oculi ejus præ pulchritudine, ut tota pulcherrima erat, radios vibrare videbantur: exultabat lætaturque mecum, nesciente qua de causa vel propter quam, tota gratiosa, tota benigna. Et hæc sæpius sæpiusque contingentia durabant diutius; quindecim puta, ut quid certi dicam, diebus. Ætatem habere dixisses quadraginta annorum: cumque post hæc disparuisset, numquam deinceps, uti nec antea, oculis meis visa est.

D. 14. *Postea ei visendam se sistit,*

E

*gloriosa quædam & amabilis Soror:*

38 Interea ego ne per umbram quidem unquam suspicata sum, illam esse S. Claram, Matrem nostram glorioſam & vexilliferam, quia numquam me incessit cupido videndi illam in hoc mundo, sed solum in altero. [Verum audi, Pater mi, quid cogitaret hæc filia, an ovis tua, dicam? Semper obstiti, quo minus aliunde adducta Soror quæpiam reciperetur hic; idque ex zelo bono:] credebam ergo illam esse ejusmodi, & volente Deo collocandam hic, ac propterea monstratam mihi, ut ei non contraria, sed propitia & benigna forem; & dicebam in corde meo: Ecqua aut desidiosa aut minus contenta vivet, quando ista in monasterium nostrum recepta erit? Solo oculorum nutu nos consolabitur. Denique ubi omnino è mente mea evanuit, tanto amore ac devotione erga glorioſam Matrem nostram S. Claram continenter inflammata fui, ut dubitandi locus non relinquatur, quin ipsa fuerit: & si unquam per sanguinis Christi merita paradisum consequar, ipsam inter mille millia cognoscam, amplectar, & dicam; Mater mea suaviſſima, tu illa fuisti, quæ in mundo me visitasti. Heu me! quæ fui, & quæ sum! atque ideo, *O vos omnes, qui transitis per viam divini amoris, attendite & videte si est dolor sicut dolor meus.*

F

*quam intelligit S. Claram fuisse.*

## ANNOTATA.

a *Protocollon Camerin.* Aureis & antiquis.

b *Ibidem* Ego diligo Camillam: *hoc enim nomen*

*Beatæ*

A *Beata in baptiſmo poſitum erat, ſed in Religione mutatum.*

c *Ibidem*, Duobus illis annis.

d *Paſcuccius cauſam fuiſſe exiſtimat, quod pater voluerit filiam è monaſterio extractam nuptui collocare, ſicut reipſa factum eſt cognatæ Genevræ, filiæ Rodulphi Varani & viduæ Mutii Columnenſis, cum Beata illuc ingreſſa. Potius dixerim voluiſſe patrem, auctoritate Pontificia ſubnixum, ut filia ſua ad aliquod Camerinenſe cœnobium, laxioris licet inſtituti, & alterius forſan Ordinis, traduceretur; idque ex poſt ſecutis intelligere mihi videor. Non enim prius acquievit, quam filiam Camerini videret in condito ad hoc (non enim volebat ipſa dimittere dilectam ſibi paupertatem) novo veteris obſervantiæ monaſterio. Cum autem infra num. 35 dicat, iſtius* ſuæ tribulationis annum *ſibi primum expiraſſe, quando anno 1484 jam Camerini conſtituta, in pacifica erat poſſeſſione inſtitutæ iſtic obſervantiæ; videtur ea tribulatio cœpiſſe in Ianuario vel Februario anni 1483; ut autem cœpiſſe dicatur ante Profeſſionem, oportet hanc fuiſſe dilatam ad 15 aut plures menſes à ſuſcepto habitu.*

e B. Petrum Molianenſem *hic intelligit Paſcuccius, aliique: ſed errant, ut ſupra diximus: expectamus*
B *igitur ut hujus temporis Vicarium aliunde nos doceat aliquis, in monumentis Provinciæ verſatior.*

f *Iacobillus tom. 3 in Supplemento ad 7 Aprilis ſcribit, anno 1484 die 4 Ianuarii inductas illuc Sanctimoniales, ubi antea Tertiarias fuiſſe ait Gonzaga, quarum aliquæ ibidem manſerint ſuſcepta Regula, aliis alibi proſpectum fuerit. Paſcuccius* monaſterium Belmaneriorum *appellat, ſub Congregatione Olivetana, cujus reliquiæ inde ad extremitatem Burgi tranſlatæ ſint. Waddingus ad annum 1483 ſic ſcribit:* Julius Cæſar de Varano, civeſque Camerinenſes, hoc anno 6 Kalend. Septembris rogarunt Pontificem, ut ſuppreſſo Ordine S. Benedicti in vetuſto & pene diruto monaſterio S. Conſtantiæ, in quo tantum una Monialis decrepita permanſerat; liceret ex pretio & ruderibus ejuſdem aliud monaſterium Ordinis S. Claræ, juxta primæva inſtituta ejuſdem Ordinis, ſub invocatione S. Mariæ-novæ, & regimine Fratrum Minorum de obſervantia, alio commodiori & honeſtiori loco conſtruere. Annuit Pontifex, ea lege, ne S. Conſtantiæ eccleſia profanaretur, ſed in ea quandoque Miſſæ celebrarentur, & decrepitæ Moniali de opportuna ſuſtentatione provideretur. *Hinc illa Reliquiæ* S. Conſtantiæ Virg. ac Martyris, *quas ibi haberi*
C *ait Gonzaga. Vniverſim autem octo fuiſſe primum ibi incluſas, ait in Supplemento Iacobillus.*

g *Ergo 16 Ianuarii, nam anno 1484 Biſſextili litteris Dominicalibus DC, 4 Ianuarii, quo ingreſſas diximus, erat Dominica. Ms. Camerin.* Prima, imo ſecunda, (ſi recte memini) die Veneris.

h *Hymnum integrum Paſcuccius recitat pag 96.*

i *Protocollon*: Duplicem modum baptiſmi ſcriptura allegat, aquæ ſcilicet & ignis. Matthæi 3.

k B. Petrus Molianenſis *refertur ab Arturo in Martyrol. Franciſcano ad 25 Iulii, & merito; teſtatur enim de eo Iacobillus tom. 2 ad dictum diem, quod corpus anno poſt mortem duodecimo repertum integrum, tranſlatumque ad novum conventum intra civitatem, requieſcat ſub altari majori. Obiit autem in feſto S. Iacobi, dum in choro* Te Deum *cantaretur. In ejus morte ad annum 1489 collocanda errant omnes: & errorem agnovit ac retractavit Waddingus tomo ultimo, inventa epiſtola in qua dicit Beata, ſe* multa ex iis quæ prius ſcripſerat & Urbini inchoaverat, tranſcripſiſſe die ultimo Januarii anni 1491, ſex menſibus ab obitu Molianenſis decurſis: *obierat ergo anno 1490. Miraculorum porro ejus aliqua refert Waddingus ad an. 1489 num. 34.*

l *Protocollon.* Et ideo rurſum dico, Volo audire Confeſſionem tuam. Scio quod non egeas.

m *Ibidem.* Enimvero plane aſina fui & ruſtica, quæ ſic P. Vicario reſpondi.

n Feſtum Stigmatum S. Franciſci *recolitur 17 Septembris.*

## CAPUT V.

### *Alii divini erga Baptiſtam favores, eoſque ſecuta probatio & tribulatio.*

*Mirabilia teſtimonia tua, Domine, & animæ quærenti te credibilia nimis.* [Sub firmamento cæli clariora & veriora teſtimonia non ſunt, quam Dei; & tibi, Pater Reverende, qui ipſum in veritate quæris, ſunt *credibilia nimis*. Propterea non celabo, Domine, laudes tuas Patrem meum devotum;] ſed narrabo illas, ad magnificentiam tuam & confuſionem meam; [non tamen incredulis & inſenſatis; ſed tibi, Pater mi; quia ſcio, quod qui probat, credit.] Vos autem, Angelici ſpiritus, quorum nonnulla mihi memoranda veniunt, ſupplex oro, ut adſitis mihi; quo veraciter in lucem proferam comitatem ac benevolentiam veſtram, ingratæ animæ meæ exhibitam. Pauci erant dies elapſi, à quo ſancta Mater Clara ſeſe animæ meæ viſui ſubduxerat; cum apparuerunt Angeli duo, candidiſſima induti veſtimenta (qualia jam pridem geſtare Chriſtum Dominum videram) & alis inauratis decori: quorum alter animam meam è dextera, alter è ſiniſtra prehenſam ſuſtulerunt in ſublime, poſuerunt-
E que ad cruci affixos filii Dei incarnati pedes; eoque pacto menſibus plus duobus continuis tenuerunt: ego interim ambulare, loqui, & agere quidquid vellem, mihi videbar ſine anima, iſtic fixa, ubi ab Angelis, numquam inde recedentibus, tenebatur. Neque tamen memini, me unquam antea deſiderium ſentire ſtandi ſemper ad pedes Chriſti. Elapſo hoc tempore reſtituerunt animam corpori ſuo, tanto exinde amore ac devotione erga Seraphinos mihi remanente, ut aliud loqui nollem, quam de ipſis; ardenti ſemper poſtulans affectu & oratione, ut unus illorum ad me, uti quondam ad Iſaiam Prophetam, advolaret.

39 B. 10 D. 15

*A duobus Angelis in ſpiritu locata ad pedes Crucifixi.*

*duoſque ibi menſes detenta.*

40 Cumque ſæpius per dies plurimos precata, votorum compos non fierem; converti aliquando orationem tempore matutino ante Primam ad dul-
F cem Dei Matrem, & cum ſancta quadam impatientia dixi: O dulciſſima Mater, ô benigniſſima Regina, ſcio Imperatricem te eſſe Angelorum, cunctosque tibi ut Dominæ ſuæ obſequi; oro te, ſuaviſſima Domina mea, mandes alicui Seraphino, ad me ut advolet, quemadmodum advolavit ad *a* Prophetam Iſaiam: tu noſti, Mater mea ſanctiſſima, quantopere id deſidero. Et illa, non paſſa in longum protrahi orationem meam, ſubito promiſit ultro, miſſuram ſe quod petebatur: unde plurimum læta toto corde exultabam. Poſt dies aliquot noctu, abſoluto Matutino, orationi me dedi, & lubido ſubiit meditandi attentius magnitudinem amoris divini erga creaturas. Erat ille orandi modus parum mihi uſitatus, ſed permittebam ſequi mentem, quo trahebatur à Deo; ac principium cogitationum fuit de rebus infimis & abjectis; ſed mox modo ineffabili tranſlata ſum ad ſublimia divinaque, [& ingreſſa ſum mare tam altum ac profundum, ut bis terve optarem viam relegere, ſi potuiſſem]. Neque illud ratiocinium aut viſio fuit, ſed lumen quoddam, verbis omnino inexplicabile *b*. [Dicam tamen ad conſolationem tuam nonnulla, videlicet tria, nam reliqua
G dici non poſſunt, ſed per ſolam Dei gratiam conſiderari. Primum eſt, quod contemplantes, qualia quantaque ſint benigniſſimi & clementiſſimi Dei præ-

*petit ad ſe unum è Seraphinis mitti.*

a

*& viſo Dei amore erga creaturas.*

EX AUTOGRAPHO ITALICO.

ſtit nobis ex amore noſtri beneficia, comperiemus, duorum nos debitores manere, quæ ſolvendo numquam erimus: amoris ſcilicet, quo prius ipſe nos, quam nos ipſum, dilexit; & paſſionis, quam pro nobis viliſſimis vermiculis, plenis fœtore & graveolentia, ſubivit: & hæc duo debitum ſunt inſolubile. Secundum erat, quod omnis noſter in Deum amor ſit quaſi odium peſſimum, omnis laus quaſi maledictio, omnis gratiarum actio quaſi blaſphemia; ſi conſideretur quam ſublimi in gradu illa debeantur tanto Deo. Tertium denique, quod vidi perſpicue ac manifeſtiſsime, eſt, quod glorioſa Dei Mater, una cum omni angelica humanaque natura, non ſufficiat ad gratias divinæ bonitati perſolvendas, pro creatione unius viliſsimi floſculi terræ hujus, utilitatis noſtræ cauſa producti, propter infinitam Creatoris excellentiam & magnitudinem, noſtramque vilitatem & abjectionem.

*atque intimius cognito quantus is ſit,*

41 Nunc vero, Pater mi, velim cogites, in quanta me abyſſo deprehenderim, conſiderans tanta ejus collata mihi beneficia, non eſſe aliud quam flores & herbas. Tum ſcilicet vere deſperavi de me ipſa, deque omni opere meo bono: tum repudiavi ex toto corde omnes deliciàs ſpirituales, quo minus debitum debito & ingratitudinem ingratitudini addeB rem; ſic ut, ſi Chriſtus apparuiſſet mihi, clauſiſſem oculos, quo minus viderem. Tum prono in terra capite poſtulabam à Deo gratiam, ut me continenter ad finem uſque vitæ ſine intermiſsione poneret ad pedes clementiſſimos crucifixi filii ejus; utque omne tempus, quod illic peragerem, imputaretur mihi, quaſi blaſphemando Deum & fornicando tranſactum (certa quippe eram, quod & illud & omne aliud malum perpetraſſem, ſi miſericordi manu ſua non me tenuiſſet) denique ut poſt mortem me mitteret, quo ei ad honorem ſuum majorem collibitum eſſet, etiam in inferno commoraturam libentiſſime, quia ſola ejus voluntas, in me & per me adimplenda, in votis mihi erat; illa mihi erat pro beatitudine, illa pro mercede, illa pro gloria.] Vidi tam immenſum nulliſque terminis circumſcriptum, quo Deus creaturas complectitur, amorem, ut in me reverſa non poſſem non exclamare: O ſtultitia, ô ſtultitia! neque enim ullum vocabulum inveniri poſſe putabam magis conveniens amori tanto. Tum conceſſi mihi fuere gratioſiſſimi illi pedes, quorum poſſeſſione annis quinque gaviſa ſum cum continua illorum memoria & pace tanta, quantam ſi dicerem, incredibilia loqui putarer. Nunc pedibus iſtis orba, nunc veſte tam divite ſpoliata, nunc theſauro cordis mei tam opulento privata ſum. O pedes, ô ſola & unica ſpes animæ meæ, qui fieri poteſt, ut vivam ego ſine vobis, qui eratis vita, cor & theſaurus animæ meæ? O Jeſu mi, ſaltem unius horæ ſpatio illos concede mihi, [& detrudas me ad inferos licet, lubens eos ſic adibo]. Tantam lacrymarum copiam, ſcio, funderem, tantum amplecterer atque oſculares vulnera illa ſanctiſſima, ut mihi cor creparet, ſicque miſerum hoc fœtenſque corpus deſtrueretur. O pedes ſacerrimi, veſtri amore mihi volupe eſt omnium pedes videre, tractare, oſculari, amplecti! O pedes dulciſſimi, quantam in amaritudinem mihi verſa ſunt convivia, ſuper vobis mihi celebrata, [qualia fuere planctus devoti, amore ac pietate referti!] O pedes amabiles, numquam credideram, iſthunc locum mihi interdicendum auferendumque, ubi adulteræ & meretrices repererunt aſylum! Heu me, & millies millieſque heu me! quanto calamitoſior & infelicior ſum ego omnibus aliis peccatricibus! [O pedes clementiſſimi, niſi parcerem tædio illius, cui hæc ſcribuntur, totum hunc quantum quantum *c* Veneris diemiſtiuſmodi ſuſpiriis planctibuſque darem!] Neque iſthæc mireris, mi Pater; quia ſicuti aurum reliqua metalla omnia ſplendore ſuperat, ſic dolor hic reliquis omnibus cruciatibus pœnoſior mihi eſt; credo, quia diutius hac gratia aliis fruita ſum. *Et ideo verſa eſt in luctum cithara fiduciæ meæ.* Amœniſſimi ac ſuaviſſimi pedes iſti aberrare me à propoſito fecerunt; ſed cum gratia Dei proſequar modo & pertexam, quam per ſolam ipſius gratiam atque inſpirationem exorſa ſum telam.

*Præſentes ſibi habet Chriſti pedes quinquenniototo*

C

*diſcit nil eſſe noſtra ad ſum collata*

*eoſque ſibi poſtea ſubtractos plangit.*

42 Evaneſcente, de quo modo, lumine, tantus animam meam inſedit ignis, ut cum ſumma veritate auſim dicere, illam vere inflammatam arſiſſe immateriali hac flamma, quemadmodum res materiales materiali ſolent. Perduravit autem hic ignis, ſi recte memini, menſes facile tres *d*; eratque deſiderium exeundi ex carcere hujus corporis & fruendi Chriſto, deſiderium excedens modum, deſiderium tantum tamque intenſum, ut, ſi dicam, timere poſſim, ne fidem apud audientes non inveniam. [Sed Deus ſcit, quod vera eloquor]. Deſiderium erat tam æſtuans atque inflammatum, ut per æſtatem in corpore meo circumferre pœnas infernales mihi viderer; imo has refrigerium putabam, collatas cum meis, numquam deinceps mihi expetendis, præterquam in hora mortis: quia tali cum deſiderio moriens, non mori, ſed ad nuptias me conferre *pulſantibus organis* viderer. Tunc dicere cum Apoſtolo poteram: *Cupio diſſolvi & eſſe cum Chriſto.* Et cum Propheta: *Educ de carne animam meam ad confitendum nomini tuo; me expectant juſti donec retribuas mihi.* Tunc perſpicue cognovi, è Seraphinis aliquem advolaſſe ad animam meam, quemadmodum pollicita erat, illorum & mea pariter dulciſſima Imperatrix, ſanctiſſima Dei Mater.

*Tota divino amore incenſa*

d

B.11 D. 16

B

F

*mori optat & eſſe cum Chriſto:*

43 Interim ego *vehementer* afflicta & cruciata, tum in anima, tum in corpore, ab hoc ardenti deſiderio, amariſſime plangebam & ſingultiebam, orans inſtanter Deum, ut è miſeria corporis hujus mundique me eriperet. Unde die quodam orationis tempore, idipſum inſtantius à Deo poſtulanti mihi, viſus eſt Chriſtus benedictus multam commiſerationem monſtrare, ac circumdatam brachio altero animam meam pectori ſuo applicare, dicens identidem, Ne tantopere plores; altera vero manu oculos animæ meæ abſtergebat; erat quippe planctus iſte animæ, non corporis, licet etiam corporaliter largiſſime plorarem. At vero tantum abeſt, ut dulciſſima illa Chriſti verba dolorem mihi minuerent, ut potius in lacrymas totam ſolverent, precantem ardentius, ut ex hac cuſtodia educeret animam meam. Ad quam petitionem ille tandem reſpondit; Nondum poſſum; ſimulque potentiſſimas manus mihi ſuas monſtrabat, variis modis ligatas & conſtrictas, dicens: Hæ ſunt orationes tuarum Sororum Monacharum & Fratrum Obſervantiæ, quas pro te fundunt, ut ne moriaris: eſto patiens.

*qui eam dulciter ſuper dilatione ſolatur,*

*quia pro ejus vita orabant alii.*

44 Quod nunc relatura ſum, neſcio ſane priuſne an poſterius fuerit modò dicto. Sentiens aliquando tantum ignem ſpiritualem ut ferendo non eſſem, converti me, quaſi deſtituta ſenſibus, ad Seraphinos, lamentando & quaſi pœnitendo, quod præſentiam illorum precibus Deum poſtulaſſem, dicens: O ſpiritus dulciſſimi, ego tam ferventer acceſſum ad me veſtrum expetii, rata, quod qui veſtra præſentia, idem & paradiſo gauderet, quia vos Deo eſtis propinquiſſimi; quo igitur fato poſt adventum veſtrum

*Intelligit cur cruciatur eo deſiderio, unde lætantur Seraphini,*

pœnas

A pœnas ego inferni ſuſtineo ? Ignoro ſane, quid vos vobiſcum afferatis. Tum illi mecum familiariſſime, quemadmodum cum nota & amica colloquentes, dicebant, Quod tibi pœnæ, nobis voluptatis cauſa eſt: flamma quidem vehementis deſiderii æſtuas tu, ſed quamdiu corpore teneris, cares præſentia illius qui nobis adeſt: ideoque tam grave tormentum tibi, quam ardens deſiderium eſt. At nobis, intenſum deſiderium ſemper cum præſentia dilecti habentibus, intenditur voluptas pro intenſione deſiderii incomprehenſibilis. Poſt hæc declararunt mihi, intimam ſui cum Deo præſentiam iſtiuſmodi eſſe, ut Deus ſine ipſis, aut ipſi ſine Deo numquam vel eſſent vel eſſe poſſent. Declararunt præterea, tam arctam inter Seraphinos atque Cherubinos intercedere conjunctionem, ut neutri unquam ſine alteris in anima verſari poſſent, ſubjungentes: Verum quidem eſt, in una anima primas obtinere Cherubinos, in altera Seraphinos; ſed in tuâ, nobis Seraphinis principatus obtigit; ideoq; in te ignis prævalet lumini. Atque ita revera res ſe habebat. Nam tametſi lumen, ut ſupra memini, eſſet præ intenſione ſua incomprehenſibile; nihilominus illud tribus *e* partibus ſuperabat ignis. Et hinc clariſſime intelligo, duos iſtos Angelos, qui me tamdiu pedibus Crucifixi admotam tenuerunt, fuiſſe Cherubinum alterum, alterum Seraphinum. Hic ille ignis eſt, per quem me baptizatam & expurgatam dixi, accedente pura & generali Confeſſione, glorioſo & beato Patri meo Petro de Moliano facta.

*ſæpe plus ignis habere quam lucis.*

e

B

B. 12 D. 17 *Magnam hæ ſtia famem*

45 *Vere Sacramentum Euchariſtiæ eſt panis Angelorum.* Ita loquor, quia poſt Angelicam viſitationem tantus mihi remanſit appetitus fameſque ſanctiſſimi Sacramenti, ut explere illam nullo modo poſſem: & hinc per annos fere duos continuos ad ſacrã menſam ſingulis Dominicis diebus accedebam, deſiderans quotidie eamdem frequentare: cogitanti vero, in octavum uſque diem illa abſtinendum, præ dolore animus deficiebat. Sic tribus antè annis *f*, quam inchoabatur tribulatio mea, requiem inveniebam & lætabar in mentali & Angelica pace mea. Tunc omnes viæ Sion, id eſt Paradiſi ſancti, mihi patebant liberæ, planæ, expeditæ; currebamque per illas velociter, deſiderio & pia oratione quodvis impedimentum amovente. Tunc vere, Pater mi, aut habebam, aut habere mihi viſa ſum angelicum & cæleſte potius, quam humanum terrenumque cor: nec aliam in eo ſuperbiam ſenſi præter hanc; quod ſi quis tum dixiſſet, perventuram me ad illum ſtatum, ad quem perveniſſe tu noſti, numquam induxiſſem in animum credere, id fieri poſſe. Hanc, inquam, in corde meo ſuperbiam ſenſi, nullius præterea mihi conſcia. Tunc ſanctam illam inſtitui per ſingulare Spiritus ſancti donum meditationem, qua optabam, uti opto modo, ut omnes vitæ meæ dies in diem Veneris ſanctum converterentur; accenſa cupiditate plangendi ſemper amariſſimam Paſſionem dulcis mei Jeſu, ut in hora mortis meæ mihi appareat reſuſcitatus & glorioſus. Ab illo tempore, nec Paſchatis, nec Natalis, nec alterius cujuſlibet feſtæ lucis, ab Eccleſia celebrari ſolitæ, diſcrimen apud me fuit; imo nec die Veneris ſancto aliud potui quam intendere exercitium ſolitum. Verum quidem eſt, quod cogitatio mea me rapiebat quaſi invitam ad recolenda myſteria, quæ Eccleſia militans in feſtis repreſentat; cum tamen fixũ firmumq; mihi eſſet perſeverare in meditatione Paſſionis, illa quã inſtituerã, cum optavi, vitam meam univerſam in diem Veneris ſanctũ converti. *Et ſic reſpondent ultima primis* id eſt, ſicut die Veneris ſancto ſum orſa per tuam ſanctam concionem *g* operari ſaluté meam; ita pariter in die Veneris ſancto meditationis meæ, finio relationẽ vi-

*conjungit cum jugi meditatione Paſſionis.*

C

f

g

tæ ſpiritualis, tibi, qui principium fuiſti, faciendam.

EX AUTOGRAPHO ITALICO.

46 Tranſieram hoc modo per deſertum mundi hujus, *deliciis affluens, innixa ſupra dilectum meum paſſionatum, ab ipſo ſeparata corpore, ſed non mente.* Jamque appropinquabat tempus infelicitatis & ruinæ meæ ſpiritualis, quam mihi (*quia omnia præterita & futura nota ſunt oculis ejus*) prædixit hoc pacto; ſed ego rudis & ignorans non intellexi. Die quodam vix me dederam orationi, cum ſubito mihi dictum fuit; Abi ſis, commiſſura chartæ dolores illos mentales Paſſionis, quos noſti. Et ego me excuſans, reſpondi: Domine mi, ne quidem novi, quo pacto exordiar; neque enim eſt animus narrare, res illas accidiſſe mihi. Tum juſſa ſum exordium ponere hoc modo: Anima quædam fuit cupidiſſima paſcendi ſe: fuitque ſic porro dictatum, donec duo unius paginæ explerentur verſus: cum ſubito me in pedes erigens obedivi præcepto, tanta verborum copia affluente, ut, quid ſcribendũm foret, numquam animo recolere oportuerit. Similiter & modo mihi accidit, ut quoties ad ſcribendum me accingo, moleſtiam patiar non levem; ſed deinceps porro etiam non cogitanti abundet oratio: O quantum mihi res illa adverſa fuit! Videbatur enim velle dicere: Video ego & prævideo, animæ tuæ vas inficiendum non parum, imo tantum, ut ejectura ſis balſamũ dolorum meorum mentalium, illudque in alios effuſura, quoniam ob infectionem tuam prodeſſe tibi amplius non poterit. Et hæc vera ſunt. Id autem quod modo præ manibus habeo, ne aut ſimilem eventum aut pejorem etiam obtineat, vehementer timeo. *Quaſi dicat Deus; Evome ex ore tuo omnia bona mea, quia evomere volo te ex ore meo.* O Deus meus, libera me ab amara iſta ſententia!

*Iubetur ſcribere dolores mentales Chriſti,*

*ſæpe intelligit denuo affligendã,*

E

47 Auguſtus agebatur menſis, quo cœptum erat crudele meum certamen; verum ego aſtutias ſathanæ ignorans, altaque animæ pace gaudens, belli ſecura agebam, adeoque omnem inimici machinationem exiſtimabam pacificam & periculi expertem. Dehinc ad Octavam S. Franciſci *h* perventum erat, cũ tam crudeliter ab ipſis inimicis excepta percuſſaq; fui, ut perſuadere mihi non potuerim amplius, aut ipſos amicos aut ipſorũ machinationes bonas eſſe *i*: imo cognovi manifeſte, & re ipſa experta ſum, eſſe inimicos capitales animæ meæ. Tunc Deus aperuit mihi ad modicum oculos, vidique me in medio campo, ubi vitæ hujus mortalis pugnæ pugnantur, circumdatam à potentibus inimicis; è quorum manibus eripere me ſola poterat potentia divina, quæſituram fruſtra alias evadendi vias. Tunc irremediabili dolore obruta ſum, & quid aliud conſilii caperem ignorans, Octavam S. Franciſci ſolo pane & aqua veſcendo tranſegi, Dei dictique Sancti opem continenter implorans. Tunc noctu in ſomnis repræſentatus mihi fuit labor omnis & afflictio, quæ me manebant. *Hic ſuſpendimus organa noſtra.* Hic finis bonorum meorum, hic principium malorum fuit. Tunc puteus abyſsi diabolicæ pravitatis, qui annos decem *k* occluſus fuerat, patefactus eſt: prodiitque draco ille venenatus, faucibus apertis rugiens adverſum me, cum tanto impetu ac furore, ut me vivam, vivam inquam, deglutire velle videretur; adeoque quantum ad malignam ejus voluntatem attinet, deglutivit ac devoravit. Verum potens Dei manus, quæ numquam dereliquit *ſperantem in ſe l*, extraxit me integram illæſamque è rugientibus illius faucibus, ut notum tibi; idque ſua ſolius bonitate, neutiquam vero mea virtute aut prudentia. Tunc exuta ſpoliataque fui omni divite ac pretioſa veſte. Tunc eruti mihi oculi; tunc tonſi capilli ſpiritualis meæ fortitudinis: *inſuper percuſſerunt, vulneraverunt, & ſemivivâ relictâ abierunt.*

D. 18. *ſicut ei acc cidit in octava S. Franciſci:*

h

i

F

*quando videt ſe dæmoni tradi vexandam:*

k

l

EX AUTOGRAPHO ITALICO. *& Petro Molianensi, qui eam solatus erat, mortuo.*

48 Duobus hisce annis, quibus tam miserum in modum afflictata fui, nullam omnino opem aut consolationem humanam sensi, nisi ter, cum sancto & glorioso Patre meo Fratre Petro de Moliano collocuta. Plurimum namque gavisa, ubi Vicarium eum rescivi electum esse, dicebam: [Si modo cum ipso agendi copia mihi fiat], numquam dæmonium effectum dabit, quod intendit; sed continuo opem experiar. O Pater mi sancte, venisti quidem [etiam postea] *m* in has partes; sed dilecta Filia tua non potuit alloqui te, ne paucis quidem, utpote prius morte ereptum. Hæc mors me nimium afflixit, hæc me meipsâ quasi destituit, & quodammodo desperatam coëgit firmiter decernere, in nullo deinceps homine quoad hanc necessitatem meam, fiduciam ponere, nisi Deus illum mihi per gratiam suam commonstraret. O Pater mi, derelinquere voluisti me orphanam, quia sic expedire saluti meæ cognoscebas. Primum subito à morte tua meos hostes omni potentia privasti, meque *in viam veritatis* reduxisti. Deinde inspiravit mihi per ejus *n* intercessionem Deus, ut quemadmodum in ipso, ita in te quoque [Pater mi senecio] fiduciam meam collocarem, & ordine declararem tibi omnem tribulationem meam, uti peracta erat; atque illuminando docuit, ita oportere ad salutem meam: nec vero id à veritate dissonabat, uti scis. Accidit autem mihi dicta inspiratio, tam amara voluntatique meæ contraria, ut omnem humanam cogitationem excedens, à solo Deo comprehendi amaritudo possit. At posteaquam, ut facta erant, narravi omnia (non adulans loquor, sed verax) tam quieta consolataq; fui, ut nollem cuilibet alteri mundi hujus, quam vestræ reverendæ Paternitati fisa fuisse.

m

*tota refusa in eum à quo initium suum habuerat,*

n

B

*sublevatâ se sentit.*

## ANNOTATA.

a *Protocellum*, Sicut venit Gabriel ad Danielem Prophetam.

b *Totus hic locus de præstantia divini amoris, aberat à Ms. sororis Euphrosynæ: adest tamen in editione Maceratensi.*

*Cum hoc additum sit in transcriptione Protocolli, facta (ut infra dicetur) intra* 13 *&* 20 *Martii, non potuit hic* dies Veneris *alius fuisse quam* 18 *Martii, quia anno* 1491 *littera Dominicalis erat* B.

d *Ianningus scripserat* triginta: *quod ex Protocollo mutandum censui; cum tam prolixum duorum & semis annorum tempus non soleat à Beata numerari per menses; neque post* 5 *annos ad pedes Crucifixi, inchoandos ab anno* 1484, *plus quam trimestre spatium supersit, usque ad initium novæ tentationis; qua per duos & semis annos durante, compulsa fuit talia scribere.*

C

e *In Protocollo solum dicitur*, plus ignis quam lucis.

f *Id est ab anno* 1484: *cœpta est enim tribulatio* 11 *Octobris an.* 1487, *adeo ut omnes prædictæ visiones pragressæ sint anni istius autumnum.*

g *Ita Protocollum: nec potest aliter habuisse Ms, quod secutus est Cimarella, siquidem autographum fuit: sed imperitus quispiam potuit vel in margine adnotasse, vel textui addidisse nomen* B. Fr. Petri de Moliano, *quod habet editio Veneta ex eoque Pascuccius; quodque & hunc & alios in errorem traxit, ut hanc relationem illi scriptam crederent, quia scripta ad eum, cujus concioni attribuebat Beata suæ conversionis initium, supra num.* 4.

h *Id est* 11 *Octobris, quia festum S. Francisci agitur* 4 *ejusdem.*

i *Hinc intelligitur permisisse Deum, ut ministri sathanæ, transformantes se in Angelos lucis, Beatæ nostræ duobus & amplius mensibus continuis illuderent, quorum consolationes apparitionesve fallaces tunc primum agnoverit, cum earum acerbissimos effectus sentire cœpit, videlicet ingentem desolationem, ariditatem, & obscuritatem mentis. Huc enim facit illud quod dixit num.* 27, *quod* anima sua, quæ jacebat in croceis, amplexata est stercora fœtentissimi diaboli, *deducta in errorem, quem in ista perturbatione nequiverit discernere à peccato formali, cum urgens tentatio impelleret ad judicandum, id quod patiebatur invita, à Deo sibi ad peccatum imputari, ideoque se hostiliter ab eodem tractari, quæ est extrema anima piæ afflictio.* D

k *Decem isti anni videntur numerandi ab anno* 1477, *quo Beata se integre tradidit vocanti ad Religionem Deo, mensibus fortassis aliquantis, post factam in Paschate Confessionem, adhuc luctata. Cur autem non dicit* ab annis sex, *ut indicetur tribulatio quam passa est ante suam Professionem? Existimo, quia illa tota fuit externa, neque tunc diabolo data potestas fuit animam interius affligendi.*

l *Proinde numquam in formale peccatum protracta fuit, saltem grave ac mortale.*

m *Hæc verba nusquam inventa, ad sensum clariorem reddendum, ipse addidi.*

n *Ita Protocollum: Cimarella vero, dum pro* suæ, *legit* tuæ, *fecit ut sequentia omnia ad* Petrum, *licet jam mortuum, à Waddingo, Pascuccio, aliisque referrentur; nec alia de causa idem Waddingus appellasse scriptum hoc videtur,* obscurum atque perturbati ordinis opusculum: *& alibi hactenus nulla appareat perturbatio; imo neque obscuritas ulla notabilis, nisi quod non exprimatur nomen ejus cui scribitur. Desunt etiam apud Cimarellam verba illa,* Pater mi, *quæ sunt in editione Maceratensi; & Euphrosyna addit,* Vecchiarello, *quod significat* Seniculum. E

## CAPUT VI.

*Tres epistolæ, post vitæ historiam successive additæ.*

49 *Scriptis 3 Martii addit dolores mentales Christi,*

AVtographum Camerinense, sicut illud Soror Euphrosyna transcripsit, quod Protocollum appellamus (quia id ipsam Beatam sibi reservasse existimamus, post quam scripsisset alterum nonnihil nitidius auctiusque) primum, inquam, autographum finitur adscripta die 111 Martii, MCCCCXCI, *deinde consequenter subjungitur:* Postquam expolui cursum spiritualis vitæ meæ, tantum ut obediam inspirationi divinæ, hic finem facio ad laudem Jesu Christi glorioli. Deinde sequuntur dolores mentales Christi benedicti, quos dixi mandavit ut scriberem. In quibus observa, me dicere, quod una ex Sororibus Urbinatibus talia mecum contulerit, ut non cogitetur quod sint ex mea farina: & ideo loquor in tertia persona: quandoque etiam dico, Anima ista sancta & benedicta sic mihi dixit, ad melius obtinendam à lectoribus fidem, atque ut non cogitent quod ego fuerim. FINIS. *Hunc ergo tractatum, seorsim in alio quaterno scriptum, Beata servabat, pariter ostendendum suo spirituali Patri cum advenisset Camerinum: nec enim res tam arcanas adhuc statuerat committere tabellario. Ipsum vero dum expectat, duas successive scripsit* Epistolas: *unam sine data, quæ quidem inveniatur; alteram sub data diei* XIII, *sicut illæ autographæ habentur in editione Maceratensi, una cum gratiarum actione ad Deum pro sui manifestatione, candide & integre scripta. Interim vero non adveniente Camerinum Patre, stimulari sese beata sensit, ut quæ communicata optabat, per internuntium saltem illi mitteret, eumque in finem scripsit secundum autographum, quo usus est Cimarella. Inter rescribendum vero (ut fieri assolet) mutavit & addidit quædam, superius his signis [ ] indicata; Clausulam autem de doloribus mentalibus ad finem novæ scriptionis reservans, expunxit etiam notam diei* III Martii. *Tum consequenter adscribens primam secundamque epistolam, omisit similiter notam diei* XIII, quo-

F

*sed postea interponit epistolas duas in novo exemplo,*

A *quoniam jam illâ aque effluxerat ac dies* III, *agebatur-que dies* XX *menſis; quando tertiam epiſtolam ſcripſit, vel ſeorſim, vel ad calcem ipſius quem erat miſſura quaterni. Deſcripſit etiam novum exemplar prædicti tractatus de mentalibus doloribus, mutata nonnihil formula tranſitionis, ab uno ad aliud argumentum faciendæ, ſicut infra videbimus. His autem ita diſtinctis, ſpero nihil perturbationis obſcuritatiſque ſuperfuturum. Sit ergo prima epiſtola*

*ac ſubinde etiam tertiam.*

50 Mi reverende ac dilectiſſime Pater. Multis de cauſis ſperabam quietis & induciarum aliquantulum à capitali duorum annorum pugna: ſed heu me, mi Pater, vana fuit hæc ſpes mea! imo poſt diſceſſum tuum *a* crudelius quam antea afflicta percuſſaque ſum, maxime inſurgendo contra Deum, imputando ipſi quidquid defectus, peccati, & erroris admittebam; expoſtulando ſubinde cum ipſo, adſcribendo propter varia, tum ipſi, tum ſacræ Scripturæ mendacium, *quæ eſt iniquitas peßima b*; denique alia agendo, quæ hic cum ſilentio prætereo. Et credo, devotiſſime Pater, quando hæc audies, opinaberis pauperem hanc animam meam poſt tuum diſceſſum, à quo ſex menſes modo elapſi ſunt, in temporali inferno extitiſſe; utque vere dicam, viſa mihi eſt tota infernalis & diabolica. Verum quod, omnem dolorem ſuperans, cor mihi comminuit, eſt, quod cum nemine conferre ſermonem quantumvis brevem, aut ſolatium minimum in tanta mea neceſſitate ac cruciatu recipere, ut noſti, datum ſit. O mi Pater, ubi locorum fuiſti! O mi Pater, fui multum cruciata illo tempore, & alloqui te mihi non licuit, nec me tibi! O infelicitas, ô infortunium meum, cujus inter principium & finem grande interfuit intervallum! ideoque in tota hac doloroſa narratione ingemui identidem flebiles iſtas voces: *O vos omnes qui tranſitis per viam divini amoris, attendite & videte, ſi eſt dolor ſimilis dolori meo!* O mi Pater, te unum alloquor, conſidera & vide, num dolor ſit æqualis meo! O utinam mihi Deus daret vocem tam potentem, ut à mundo univerſo poſſem intelligi! vociferarer ac dicerem: O vos omnes famuli & famulæ Dei, qui viam amoris divini teritis, diſcite exemplo meo & humiliate vos, quia etiamnum fieri poteſt, ut quis colloquatur cum Deo, cum beata Virgine Maria, cum Angelis Sanctisque; ac deinde miſerabili lapſu corruat in multa mortifera delicta; ut corrui *c* ego: exemplo vobis ſit infortunata & infeliciſſima hæc anima, *quæ pervenit in altitudinem maris divini amoris & ſpiritualis dulcedinis; nunc autem tempeſtas valida demerſit eam in profundum abyſſi & inferni.*

a *Primâ præſentem ſuæ calamitatẽ explicat,*

b

B *Patris abſentia aggravatam,*

*ſeque aliis in exemplũ ſtatuit,*

c

C

Vale Pater &c. *fortaßis ut infra, addita veroſimiliter etiam diei nota, quam nolumus per conjecturam appingere.*

51 *Secunda epiſtola, per modum teſtamenti exarata, talis erat.* Sententioſe dictum eſt ab Eccleſiaſtico, quod omnes aquæ, quæ è mari exeunt, eodem revertuntur: ita æquum & conveniens eſt, ut cum per gratiam Dei debeam Reverentiæ veſtræ principium ſalutis meæ, ejuſdem ſalutares aquæ per circulum temporis fluentes, diſponente Deo, ad te revertantur; *& iterum fluant: tu plantaſti, alii ſancti Patres rigaverunt, Deus autem uſque nunc incrementum dedit. Aſtutia ſatbanæ deradicavit eam, ſed adhuc in ea eſt aliquid viriditatis, hoc eſt intimitas & promptitudo & amor voluntatis ad bonum, quam Deus ita & taliter cuſtodivit, quod illæſam, intactã, & immaculatã, corporaliter me cuſtodivit: & immaculata, Dei gratia, non mea virtute permaneo, & vere cum Dei Matre dicere poſſum: Ego virum non cognoſco. Refer itaque mecum, Pater dilectißime, gratias creatori meo, qui dignatus eſt me ut amicam & ſponſam cuſtodire.*

Eccli. 40,

*Secundâ eidem ſe totã committit,*

52 Nulla dubito, mi Pater in crucifixo Jeſu, quin hæc res, animæ meæ nova (numquam enim quidquam ejuſmodi feci) paritura ſit aut grande malum, aut grande bonum: ſed ego ex toto corde Deum obſecro ejuſque glorioſam Matrem, quo ſignificare dignentur, hunc eſſe ultimum meum finem, ultimumque teſtamentum. Quod ſi ita, uti vere opto, foret; condo teſtamentum rerum mearum, id eſt animæ corporiſque, quia præter illa nec amore, nec deſiderio, nec affectu vere quidquam poſſideo in hoc mundo. Corpus relinquo terræ; concedatque Deus, ut in fœtorem ac pulverem, prout convenit vili ejus materiæ, brevi reſolvatur. Animam in ulnas tuas caritate plenas reſigno, Pater mi dilectiſſime, qui ſecundum Deum es unica & ſola ſpes ſalutis meæ: & certa ſum fore, ut per pretioſum Chriſti ſanguinem & per preces tuas reperiam locum pacis ac miſericordiæ: nec tui unquam me oblivia capient. *Vale Pater optime in Domino Ieſu meo, quem pro filia tua exorare memento. In monaſterio S. Mariæ novæ Camerini* XIII *Martii. Anno Domini* MCCCXCI.

EX AUTOGRAPHO ITALICO.

*quaſi teſtamento ac cito moritura.*

## Soror Baptiſta.

*Ita editio Maceratenſis, in qua mox ſeorſim & charactere grandiori ſequitur hæc Oratio.* Gratias infinitas tibi ago, Domine mi, quod te donante, ſumma cum veritate ac ſimplicitate narravi veritatem tuam: & precor pariter ut gratiam tuam largiaris, qua ſimpliciter ea credatur ad laudem gloriamque tuam, & temporalem meam confuſionem ac pudorem.

*Deoque pro re confecta agit gratias.*

E

53 *Tertia denique epiſtola (cujus Camerini nullum remanſit exemplum, quamque reperit Cimarelli, ſolam ex omnibus inſtructam nota diei, initialique ſalutatione ac finali commendatione) hujuſmodi eſt tenoris:* Reverende mi Pater in Jeſu crucifixo. Quæ dicta hactenus ſunt de vita ſpirituali mea, quoniam cognoſcere viſa ſum divinam inſpirationem eſſe, ex obedientia narrare conſtitui: ac cogitavi quidem primo coràm tibi illa referre viva voce; ſed ad ſcribendum adacta ſum: deinde ſtatui propria manu tibi ſcripta tradere; ſed neceſſe eſt ut mittam: nec ſcio quam ob rem aut finem. Utinam recte me intelligas! *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.*

*& omnia mittit Patri prædicto.*

54 Quæ ſequuntur, ſunt illi dolores mentales Chriſti benedicti, quos dixi mandatum mihi eſſe ut ſcriberem: ſed obſerva, quod quando redivi Camerinum, aliquid de iis ſubinde Sororibus meis dicebam, ad ipſarum meamque conſolationem; addebamque, quod Urbinatium Sororum una de talibus rebus mecum contulerat, ut non ſuſpicarentur eſſe meam farinam. Soror autem Pacifica ſæpe ac ſæpius me oravit, ut illa ſcriberem: ſed reſpondebam, quod numquam id facerem quam diu viveret Soror illa. Quia vero, quando mihi imperatum fuit ut *e* ſcriberem, plus quam duo anni tranſierant, ex quo de ipſis mihi amplius locuta non erat; jam ſcribere coacta, ad ipſam Sororem Pacificam ſtylum direxi, quia ipſa tunc erat mea Reverenda Abbatiſſa, & ego illius indigna Vicaria; fingens tamen ſemper, prout ei dixeram, quod Soror quædam Urbinatis monaſterii talia tamque devota mecum contulerit: & ideo aliquando dico, Iſta anima ſancta, Iſta anima beata ſic mihi dixit: idque bona fide, ut non cogitent lectores me eſſe. Illa autem ad utilitatem animarum, Chriſti Paſſionem amantium refero, ut ſequitur. *Tum incipit uti ſupra indicavit num.* 46. Fuit anima quædam: *quem tractatulum placet infra Latinum facere: nunc pergo referre quædam poſt eumdem deſcripta, ſimulque cum præmißis omnibus Maceratæ impreſſa, in quibus præcipua eſt epiſtola, ipſi Baptiſtæ à Chriſto dictata, pro tempore ſuæ futuræ & tantopere concupitæ tribulationis.*

*ſicut & dolores mentales Chriſti ſibi revelatos.*

F

*ut tempore ſuæ tribulationis.*

## ANNOTATA.

a *Intelligitur Pater ille, cui poſt obitum Molianenſis ſe tanto cum ſolatio ſuo aperuerat Beata (uti in fine Relationis præmiſſæ explicaverat) haud diu poſt Camerino abiiſſe; & huc etiam facit, quod ſupra num.* 32 *queratur de eo, quaſi locum oderit fugiatque.*

b *Simili modo S. Maria Magdalena de Pazzis, perpeſſa horribiles illus integri quinquennii tentationes,* in lacu, *ut appellabat,* leonum, *relatas in Vita per Puccinum; eaſdem humiliandi ſui cauſa enarrans cuidam Novitiæ, in Vita per Ceparium num.* 183, *ſe accuſat quaſi graviſſime in omnibus illis peccaverit.*

c *Scilicet quantum ad ſenſum, qui faciebat hæc omnia ut mortalia apprehendi; non quantum ad conſenſum voluntatis ſuperioris, Deo ſemper adhærentis, ſic tamen ut agre id ipſa perciperet, propter tentationum vehementiam; quod probat ſequens mox epiſtola.*

d *Vt ſcilicet ſcripto mandaret omnem interiorem animæ ſtatum.*

e *Scripſit autem an.* 1487, *adeoque ſermones iſti habiti fuerunt primo anno commorationis Camerinenſis: videtur porro hæc* Sor. Pacifica, *fuiſſe una ex provectioribus Vrbino adductis.*

B

## CAPUT VII.

### *Epiſtola, Beatæ à Chriſto dictata, præmuniente illam ad futuras tentationes, & alia quædam eodem ſpectantia.*

SOror mea, quandoquidem ſæpius mihi dixeris, quod Deus in principio tuæ vocationis, tibi promiſerit magnam aliquam tribulationem; & quod formides, ne quando eris in iſtis pœnis, obliviſcaris promiſſionis tibi datæ, ideoque fias quaſi deſperata; decrevi tibi dictare hanc epiſtolam, velut memoriale: nec dubito quin vel ſola tibi ſit allatura magnum refrigerium in tua anguſtia. Recordare ergo primo, quod vocatio tua non ſit facta per verba humana, ſed per vocem Dei contra tuam voluntatem; quodque poſt conceptum deſiderium faciendi bona, ſubito ſucceſſerit alterum tolerandi mala, & ſtatim cœpiſti ægrotare. Recordare etiam quod à pueritia ſemper te traxerim ad meditandam Paſſionem meam, in cujus ſimilitudine volo ut tranſigas vitam hanc, quantum mortalis fragilitas ferre poterit. Incipe autem tibi ipſi annuntiare tuas pœnas, quando es in oratione; idque oro & obſecro ut facias, quia non potes aliquid mihi gratius agere. Sicut enim homines mundani magis amant videre dilectam ſuam in uno habitu quam in alio; ita ſcias, quod mihi magis placeat te aſpicere in iſto habitu virtuoſo. Conſidera autem quod quando ego in oratione verſabar, placuit Patri meo monſtrare mihi omnes pœnas, quas pati & tolerare debebam; & tunc ego omni propria voluntate me expolians, dixi, *Fiat voluntas tua.* Tantumque incenſus fui caritate in iſta mea quam dixi oratione, quod volui in tali cruciatu mori, non propter meam utilitatem, ſed ſolum propter honorem Patris mei & propter ſalutem animarum. Redivi vero tertio ad orationem, ut darem intelligere tibi & cuicumque mihi placere cupienti in veritate, quod non ſufficiat ſemel orare, ſed quod perſeverantia orandi me delectet, ſuperet, & vincat.

55 *Præcipit ei Chriſtus, ut tempore ſuæ tribulationis,*

C *recordetur vocationis.*

*ſeque ejus exemplo ad tolerantiam paret,*

56 Recordare, quod licet ego Deus venerim ut paterer; tamen appropinquante Paſſione, quia eram etiam homo, coactus fui orare ac dicere, *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte.* Itaque tibi etiam dico, filia, quod licet ſæpius me rogaveris ut concedam tibi pati; quando tamen propter pœnarum multitudinem me oraveris dicendo, *Tranſeat à me calix iſte ſi poſſibile eſt*; quia concludes addendo, *Fiat voluntas tua*; non putes te deſperare aut mihi diſplicere: ideo enim idem feci in quantum homo, ut tibi & aliis præirem exemplo. Quod ſi benignitas Patris tanta fuerit, ut cum inter ipſas pœnas perſeveraris in oratione, ipſe tibi dignetur monſtrare omnes quæ te adhuc manent, ſicut monſtravit mihi; & tu ſic inflammeris ut velis eas pati, non propter utilitatem tuam, ſed ſolum propter amorem Dei & ſalutem proximorum, ſicut ego feci; propter hanc mei ſimilitudinem quam aſſumes, cogetur Pater meus in altiſſimo veræ caritatis gradu te amare. Agas ergo cordialiter Deo gratias propter pœnas, quas tibi præparavit ex ſua benignitate; & doleas amare de illis quas tibi non præparavit propter tuam ingratitudinem & defectum ſpiritus: ſciaſque tantam eſſe illius caritatem, ut vellet tibi immittere omne malum, ut occaſionem haberet dandi tibi omne bonum. Agnoſce cum gratiarum actione, quod non merearis tantum bonum, quantum eſt conformem fieri dilecto ejus filio per viam paſſionis: hæc eſt enim veſtis nuptialis, qua ego verus ſponſus tuus ſemper fui amictus. Revera autem pretioſiſſima gemma, poſt bonam voluntatem, quam Deus tibi poſſit dare, eſt tolerantia mali. Quod quidem malum ſicut ego effugere potuiſſem, ſic etiam poteris tu evitare: ſed ſcito, quod ſi fugias, fugies omne bonum: quia ſicut electio patiendi, quam feci ego ex mero amore & caritate, placuit Patri meo; ſic etiam opus eſt ut tu facias, ſi velis te ſimilem mihi reddere ut Patri meo fias grata. Quando vero ſic inflammatus caritate diſceſſi ab oratione, obviam proceſſi inimicis: itaque tu etiam obviato illis abſque timore. Ego traditus fui per oſculum à diſcipulo, ſic etiam tu decipieris & affligeris ab eis, quos amas & quibus bene cupis.

D *gratanter excipiendo paratas ſibi pœnas,*

E *ut rem pretioſiſſimam.*

57 Recordare quod hic te doceam puncta quinque. Primum, quod quando tu offenderis, plus doleas de offenſa Dei, quam pœna tua. Secundum, ora me cordialiter, ut offendentibus te ignoſcam, eoſque à commerita pœnam liberem; ſicut velles liberari oculum aut aliud quodvis membrum tuum à cruciatu, quia revera proximus tuus eſt oculus tuus & membrum tuum. Tertium, ut cognoſcas, quod magis obligeris ei qui tibi male facit, quam qui bene; tales enim purgant animam tuam, eamque faciunt pulchram, gratioſam, & acceptabilem in conſpectu meo. Quartum, conſidera quanta ſit mea caritas, quod licet eſſes mea mortalis inimica propter culpas commiſſas, nihilominus omnem injuriam tibi factam reputarem factam eſſe mihi: & ideo volo ut doleas offenſam meam. Tali autem odio vellem odiſſes inimicos tuos, id eſt, ut omne malum quod ipſis accidit, putes accidere tibi. Quintum, ut cogites te recipere tantum partem eorum quæ mereris, & omnia me permittente fieri pro bono tuo, nec illis peccato imputes quidquid faciunt.

*Idem eam docet quomodo excipienda injuria,*

F

58 Conſidera, quod accepto oſculo, Judam & turbam interrogaverim, Quem quæritis? Et quando ipſis dixi, *Ego ſum*, tanta fuit potentia verbi, ut in terram ceciderint: ſed eodem verbo data ipſis eſt poteſtas, ut me comprehenderent. Id eſt, ſicut ego in quantum homo univi voluntatem meam divinæ, dicens, *Fiat voluntas tua*, & ideo non potuerunt inimici mihi nocere; indeque cognoſcere debuerunt, potentiam illam non eſſe humanam, ſed divinam; divinitus tamen eis conceſſum fuit, ut quæ vellent agerent contra me: ſic ſi tuam voluntatem in re quacumque tradideris Deo, dicens ex animo, *Fiat vo-*

*in iiſque voluntas ſit unienda divinæ,*

*licet natura repugnet,*

A *voluntas tua*, taliter mihi assimilaberis per unionem tuæ voluntatis cum divina, ut dæmones nocere tibi in nullo poterunt, prius quam illis data facultas fuerit, sed cadent neque prævalebunt contra te. Non tamen à dæmonibus aut aliis creaturis, quæ à Deo acceperint potestatem, cruciaberis tantum, quantum ego, unicus Dei filius, ab omnibus desertus & derelictus: tu vero quanto magis te derelictam inveneris, tanto lætèris impensius, mihique agas gratias. Fui præsentatus diversis Principibus, cum variis tormentis & illusionibus, idque ab eo populo quem amabam: tu ergo si à variis personis injurias, contumelias, reprehensiones sustineas, exulta & gratias mihi age. Manси nudus in cruce: & volo ut maneas nuda etiã tu in cruce Religionis, id est exuta omni amore. Fui confixus tribus clavis: & tu etiam totidem crucifigeris, videlicet paupertate, obedientia, & castitate. Multa alia tibi dixi, quorum nolo nunc meminisse.

*volenti ipsam assimilare suæ passioni.*

*Iubet ut meminerit favorum*

59 Recordare, quod majus signum amoris tibi ostenderim, quando te afflixi; quam dum adstrictam inter brachia mea dulcissima tenebam. Cum vero senties magnam aliquam pœnam, recordare quoties etiam fueris appellata Filia, Sponsa, Soror, idque tam dulciter, ut inde langueres. Recordare, anima misella, quod Deus tantum tibi de se dixerit, ut impar dulcedini tantæ ferendæ exclamares, Non amplius, Domine; non amplius; & præ humilitate fugiebas. Recordare, Deum ad domandam tuam magnam superbiam, declaravisse tibi, quod signa amoris quæ tibi monstrabat, non erant propter bonum quod feceris, sed propter meram caritatem qua erga te ferebatur: idque explicuit hujusmodi simili. Quando medicus videt morbum esse periculosum & letalem, non circumducit ægrum per multa remedia, sed assumit ultimum & potentissimum: sic etiam Deus, velut medicus perfectus, egit tecum: non quia id merueris, sed ut per meram caritatem suam liberaret te à tua gravi & periculosa infirmitate.

B

*plane gratis acceptorum*

*& ante omne meritum:*

60 Recordare, quod, ut te facerem humiliorem, clare tibi demonstraverim, gustus istos dulces & suaves non posse obtineri per humanam facultatem; sed Deus per suam solam & infinitam caritatem ex eis communicabat, quantum & cui placeret, secundum arbitrium sapientiæ suæ, & prout expedire novit animæ, illos recepturæ. Tibi autem, quia superba es, voluit eos dare prius, quam aliquod bonum faceres: ne, si tibi, in tuo capitali habenti multa mala & peccata, & postea facienti aliquod bonum aut malum patienti, illos concessisset, caderes in laqueum superbiæ & tuis meritis quidpiam imputares. Scito igitur, quod, quando caveris multa peccata & multa bona feceris, multasque tribulationes sustinueris, multo magis quam prius, futura sis obligata Deo: magnum enim est beneficium, non peccare; majus, bene facere; maximum in gradu superlativo, mala pati propter Deum aut propter amorem justitiæ. Nihil horum potuisti facere absque gratia, *quia sine me nihil potestis facere.* Tu scis, quomodo experientia probaveris, quod omne malum feciſſes, nisi Deus te retinuisset; nullum bonum feciſſes, nisi sua dulci manu te sublevasset; nullam pœnam sustinuisses absque peccato, nisi per suam caritatem dedisset tibi robur & voluntatem ut posses. Quia autem hoc lumen tibi dedit Deus, ideo ei infinite obligaris.

C

*item ut recordetur obligationis suæ infinitæ pro illis,*

61 Denique recordare, quod Deus per suam bonitatem clare te fecit videre, quod licet numquam peccavisses; & plus pœnitentiæ feciſſes sola, quam unquam fecerint omnes Beati; tantum etiam fudisses lacrymarum, quantum alteri mari (si esset possibile) faciendo sufficeret; tantum denique pœnarum toleraſſes, quantum capere natura potest; haud tamen sufficeres agendis mihi gratiis pro minimo quod tibi contuli beneficio. Cogita nunc, quomodo posses satisfacere pro infinitis & infinitis tuis culpis; & dicito, Domine mi, vita, dulcedo cordis mei, quandoquidem non possim, neque faciendo bona, neque mala tolerando, gratias tibi referre pro tot beneficiis, aut satisfactionem pro tam gravibus meis culpis pudendisque peccatis, contra te nequiter commissis; saltem hanc mihi gratiam facito, Jesu mi; ut me reputes quasi feciſſem omne malum, nec ullum unquam bonum: & concede mihi, ut modicum quod mihi restat vitæ, expendam secundum tuam sanctam voluntatem; post mortem autem eo me mitte, ubi magis ero ex tuo honore: quamvis enim ad infernum me relegaveris, ibi ero contentissima, quia volo ut honor tuus, Domine mi, sit mea beatitudo & gloria.

EXAUTOGRAPHO ITÁLICO.

*& ultroneæ oblationis ad multa toleranda,*

62 Recordare promissorum, tibi à me factorum: quomodo autem ea fecerim, non scribo, quia ipsa nosti. Recordare modi, quo tibi tribulationem promisi, & nihil tibi apparebit difficile; omnia enim cito transeunt: post dolorem lætitia sequitur, & serenitas post tempestatem: illa autem tempestas tibi ex parte erit tempus acceptabile & dies salutis. Recordare, quam generoso animo me oraveris, dicens, Statim, cito, & fortiter, Domine mi, non possum ulterius expectare; nimium differs mihi dare promissas pœnas? quando me deduces ad illa pascua pinguia tolerantiæ, ubi saginantur electæ oviculæ tuæ? Memento, cum fueris in supplicio ejus crucis quam Deus tibi destinat, ne dicas unquam, O Deus, quare me dereliquisti? Causam nosti, quia id tibi inhibui. Recordare autem, me tibi dixisse, quod quanto magis tibi placuerit, teipsam à me derelictam videre, tanto tibi ero propinquior. Volo enim eumdem tecum modum tenere, quem Pater mecum: id est volo permittere, ut tantum pœnarum toleres, quantum fragilitas tua poterit perferre.

E

F

*Deoque gratis ferendum.*

63 Memento, quod tibi dixerit Deus, fore ut incidas in grandem errorem, aut deceptionem, aut tentationem, aut proditionem: sed noli propterea desperare, quia nihil tam graviter ei displicet quam desperatio. Sta igitur in timore & humilitate, sicuti usque hodie stetisti cum fiducia in Deo: oportet enim vertere folium: quia numquam tantum tibi visa fuisti esse in ejus amore & gratia, quantum videberis ei odio esse & displicentiæ. Sed persta fortiter & constanter, vincentibus enim datur corona. Recordare regiæ oblationis, quam fecisti Deo, quod ei velles servire, non ad evadendum infernum, vel paradisum obtinendum; sed quia ipse est summum, infinitum, & singulare bonum, quod ab omni creatura meretur omne obsequium, amorem, & laudem: adeoque famulare illi pure & ferventer usque ad mortem, etiamsi certa esses, te damnandam. Recordare, quod Deus hæc tibi non revelaverit, propter tuam bonam & sanctam vitam. Memento hujus, & confundere, cogitando, hinc magnam Dei bonitatem, inde tuam miseriam & pravitatem.

*Interim solatur eam Christus compatiendo*

64 Doleo enimvero & compatior tibi, ô anima misella, quod post tot dulces amplexus, tam suavia verba, quibus te sponsam & filiam sæpius appellavi, sicut nosti; post tot testimonia maximi amoris, quem non solum verbis, sed rebus probasti; postquam sensisti & gustasti Deum esse super omnia amabilem, delectabilem, concupiscibilem, gratiosum, dulcem & suavem, permitte-

re

EXAUTOGRAPHO ITALICO.

re debeam ut in tam lamentabilem desolationem incidas. Sta igitur in timore, neque dicas amplius, De hoc me servet Deus, de isto alio ego me ipsa servabo. Propter hoc enim Deus te fecit magno cum impendio intelligere, quod unica formica sufficeret ad frangendum tibi collum, nisi ille te retineret: & numquam amplius tibi ipsi fide, quamvis ad tantam gratiam adducereris, ut quotidie patrares miracula. Recordare docuisse me, quod quando in magno luctu cũ devotione versaris, exsolvas partem aliquam tui debiti. Recordare quod exhortatio hæc non procedat ex odio, sed amore: quia nolo tibi in hoc mundo præmium pro meritis reddere, sicut sæpius declaratum tibi est. Recordare, quod Deus te velit solam & nudam super lecto crucis, in quo sacratissimo lecto vult tecum consummare sanctum hoc & spirituale matrimonium, mediantibus amore & pœna, ut possis cum dilecta sponsa in Canticis dicere, *Dilectus meus mihi & ego illi, qui pascitur inter lilia*; inter lilia, inquam, multarum pœnarum.

*& præmunit instruendo.*

65 Hæc omnia scivi quando eram secularis, post firmum atque irrevocabile propositum serviendi, Deo sub perpetua clausura, in Ordine gloriosæ S. Claræ: scripsi autem eadem, dictante Christo, quando eram Urbini, quinque mensibus antequam facerem Professionem meam. *Laus perpetua illi.*

B

66 *Hactenus Soror Baptista, quæ si Theologus discretus rerumque spiritualium peritus expendat, omnino credo judicaturum*, errorem seu deceptionem, *in quam labi ipsam permisit Deus, in solo hæsisse intellectu, nihil vero habuisse conjunctum ex parte voluntatis, quod esset imputabile ad peccatum; nec enim alias donum Dei fuisset, datum ei, quæ ex summo amore summam sibi ipsi tribulationem optaverat petieratque, & voti se futuram compotem pollicente Deo intellexerat. Quin imo existimo, quod dolor natus ex apprehensione, licet falsa, gravium & mortalium peccatorum, à se durante illa deceptione commissorum, propter quæ Deo esset facta odibilis aut etiam reprobata; maxime ipsam eidem conjunxerit, perseverantem nihilominus in ejus amore, simillimamque reddiderit Christo. Hic enim, licet non potuerit peccata hominum errando apprehendere ut verè sua, quia tamen ea in se susceperat persolvenda, sic de eis doluit confususque est coram Patre suo, quantum potuisset si vere ea ipse commisisset, factusque esset ipse immediatum objectum odii indignationisque divinæ, cum interim numquam magis quam tunc in eo sibi complacuerit Pater. In hujus veritatis confirmationem puto voluisse Deum, ut lingua illa, qua ipsa crediderat se blasphemasse, maneret post mortem incorrupta, quasi idem diceret de illa, sicuti de Iusto Iob scriptum legimus;* In omnibus his non peccavit Soror Baptista labiis suis, neque stultum quid contra Dominum locuta est; *sed est* locuta coram me rectum, sicut servus meus Job; *etiam in illis, in quibus visa fuit à Deo redargui, sicut ille videtur redargui toto cap. 40 & 41: qui tamen tamquam de stultiloquio correptus, dixit, quod & dicere visa est Soror Baptista,* Idcirco me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla & cinere.

*Error, cujus se accusat ut ream mortalis peccati videtur ei permissus à Deo,*

*ad magis ipsam conformandam Christo:*

C

*in quo tamen cum Iobo*

67 *In hujus rei confirmationem placeat legere orationem, quam composuit & scripsit sub finem acerbi illius triennii, sic Deum alloquens;* O dulcissime & benignissime Deus, misericordiarum infinitarum Pater, ecce me centesimam oviculam tuam, quæ pene tribus annis oberravi, mente dispersa & vagabunda *per vepres & campestria*, pasta amarissimis herbis & siliquis venenosis. Nunc autem, dulcis & clemens Deus, ex toto corde redire desidero ad te, fontem veræ pacis. Recipe me & suscipe in humeros tuos misericordes, ô bone & fidelis Pastor, qui posuisti animam tuam pro ovibus tuis. Reporta me ad ovile tuæ infinitæ miserationis, *& ne avertas faciem tuam à me.* O dulcis Jesu mi, noli permittere ut demergar intra securissimum portum Religionis; qui tantum laborasti mihique tam prope fuisti, ut eriperes me ex tempestuoso mari hujus fallacis seculi. Recordare, Jesu mi, quam caro tibi steterim. Recordare, pientissime Deus, quale pretium pro me numeraveris ad mensam amarissimæ crucis. Recordare, Redemptor mi, non quid fecerim, sed quid voluerim facere pro tuo honore. Jesu mi, ego sum ille publicanus, qui propter verecundiam suam non audet, sicut nec ego audeo, oculos attollere ad cælum; sed adsto facie demissa in terram, percutiens pectus atque dicens, Deus propitius esto mihi peccatrici.

*ipsa se accusabat*

D

*humiliabatque,*

68 O clementissime Domine, recipe inter aperta brachia tua hunc filium prodigum, qui de longinquo redit, tuis, non suis bonis dissipatis, non vivendo in veritate & rectitudine. Domine mi, non sum digna quæ appeller famula aut mancipium tuum, quia persecuta sum animas sanguine tuo pretioso redemptas. Occurre mihi, Domine, obviam cum gratia tua; stringe afflictam animam meam dulcissimis tuis brachiis, quemadmodum solebas in diebus antiquis, & visita desolatam. O Pater benignissime, da mihi tantopere desideratum osculum tuæ sanctæ pacis. Pone finem, Domine, huic letifero bello, quod jam ferme tribus annis duravit: quod si non merear ut id alia fiat ratione, fiat vel per mortem. O dulcissime Jesu, educ me ab hac periculosa vita tenebrarum hujus mundi: educ me ex fœtenti carcere hujus miseri corporis. Trahe me ad te, pie Deus, trahe me ad te: nec me facias permanere diutius in hoc calamitoso exilio. Non possum diutius manere patienter: omnia me pellunt: infirmitas, dæmones, creaturæ aliæ, tribulationesque mentales, & dicunt, Fuge, fuge: non licet tibi hic manere amplius. Recipe me ad te & in te, dulcis Jesu mi; sicut enim nosti, veniam tam libenter, ut nullis id verbis queam explicare. Relega me, quo magis ex tuo honore fuerit, usque ad diem judicii, modo me non separes æternum à te, sicut merui, ô verum & summum bonum! idque pro magna misericordia æstimabo. *Gloria tibi, Domine. Amen.*

E

*& finem ejus vel per mortem optabat.*

# REVELATIONES
## de mentalibus doloribus Christi.

F

*Ex editione Dominici Pascucci Latinè redditæ.*

### §. I. Dolor ex damnatorum & electorum pœnis.

*Fingit se audivisse ab alia,*

1 FUit anima quædam devota, multumque cupiens pasci & satiari cibis Passionis amorosi Domini & dulcissimi Jesu: quæ post annos multos, admirabili illius favore, introducta ad mentales dolores afflictissimi cordis ejus, mihi dixit, quod multo tempore oraverit Deum, ut illam induceret & submergeret in mari suorum mentalium dolorum. Itaque ipse dulcissimus Jesus, singulari quadam pietate, misericordia & gratia, dignatus est, non una solum vice, sed sæpius sæpiusque ipsam in ampliſſimum istum oceanum introducere, talir ratione ac modo, ut fuerit coacta exclamare, Non amplius, Domine, non amplius, quia pœnarum vehementiam non possum sustinere: idque facile credo, quia scio quod largus & benignus sit erga eos, qui talia ab ipso sciunt humiliter & perseveranter

ranter flagitare. Dicebat autem mihi anima iſta benedicta, quod in oratione poſita cum anxietate cordis dicebat Deo; O Domine, oro te, ut introducas me in ſacratiſſimum thalamum tuorum dolorum mentalium: immerge me in amariſſimum iſtud mare: opto enim illi immori, dulcis vita mea. Dic mihi, Ieſu ſpes mea, quam magnus fuit dolor anguſtiati cordis tui. Et benedictus ille Ieſus reſpondebat ei: Scis quam magnus fuit dolor meus? tantus fuit, quantus amor, quo Deum & creaturam proſequebar. Porro benedicta illa anima mihi dixit, quod jam antea alio tempore Deus feciſſet ipſam intelligere, quantum ſibi placeret in amore quo creaturam proſequitur: & ſuper hoc puncto mihi dixit cogitationes pulchras & devotas tam multas, ut ſi eas quoque vellem ſcribere, res perquam prolixa fieret: tacebo igitur eas, quia nunc ſolum intendo narrare dolores mentales Domini. Ut autem redeam ad propoſitum, dico, quod quando Chriſtus ei dicebat, tantum fuiſſe dolorem quantus fuit amor erga creaturam; ex eognitione quam jam habebat de magnitudine & immenſitate iſtius amoris, metienti dolorem, ſenſus omnes defecerunt; ita ut neceſſe fuerit ipſam, audito hoc verbo, reclinare caput ad locum aliquem, propter anguſtias cordis ſui & debilitatem totius corporis. Poſtquam vero nonnihil virium receperat, dicebat: O Deus mi, quandoquidem jam dixeris quantus fuerit dolor, dic etiam, Domine, quantæ fuerint pœnæ quas portaſti in corde tuo. Cui ipſe dulciter ſic reſpondit.

*quod Ieſus ei revelavit.*

*dolores ſuos pares fuiſſe amori erga creaturas.*

2 Scito, filia mea, pœnas, quas portavi in corde meo, fuiſſe innumerabiles & infinitas: innumerabiles enim & infinitæ ſunt animæ, membra mea, quæ à me ſeipſas peccando ſeparabant: toties autem unaquæque anima ſeparabat ſe à me vero capite ſuo, unde vitam recipit, quoties peccabat mortaliter. Hæc autem fuit una ex crudelioribus pœnis, quam in anima mea portavi & ſenſi, ſcilicet talis disjunctio membrorum meorum. Etenim cogita, quantam pœnam ſentiat qui torquetur per funem, dum quædam ſua membra moventur à ſitu naturali; indeque collige quale fuerit martyrium meum, cui tot membra fuerunt avulſa, quot animæ unquam damnabuntur; & quidem ſingula membra toties, quoties mortaliter peccarint. Tanto autem magis dolorifica eſt abjunctio membri ſpiritualis quam corporalis, quanto anima eſt pretioſior corpore; quanto porro hoc illa ſit pretioſius, neque tu neque homo vivens poteſt intelligere: quia ego ſolus, qui feci utrumque, novi quanta ſit nobilitas animæ & vilitas corporis: proinde nec tu nec alia creatura poteſt intelligere atrocitatem & amaritudinem pœnarum mearum; ago tamen nunc tantum de animabus damnatis. Sicut autem unus peccandi modus eſt gravior altero, & unum peccatum altero; ita plus minuſve pœnæ dabat mihi disjunctio unius quam alterius: atque hinc oritur qualitas quantitaſque pœnarum. Et quia videbam illorum perverſam voluntatem æternum duraturam, ideo eis deſtinatur ſupplicium æternum: quia vero plura gravioraque peccata commiſit unus quam alius, ideo in inferno plus minuſque cruciatur unus quam alius.

*eoſque maximos ex pœnis damnatorum,*

*dum illi tamquam membra divellebantur ab ejus myſtico corpore,*

3 Sed crudelis pœna, quæ me cruciabat, erat, quod videbam prædicta mea infinita membra, id eſt animas damnatorum, numquam, numquam reunienda mihi vero capiti ſuo: atque iſtud, Numquam, cruciat cruciabitque æternum infelices iſtas animas, plus quam omnia alia tormenta quæ tolerant vel poſſunt tolerare. Me vero tantum afflixit, iſtud, Numquam, Numquam, ut prompte elegiſſem de novo pati omnes iſtas disjunctiones, omneſque earum modos qui fuerunt, ſunt, vel erunt; non tantum ſemel, ſed multis & infinitis vicibus; ut poſſem videre quod, non dico omnes, ſed vel una ſola animarum illarum eſſet reunienda integritati aliorum meorum vitalium membrorum, id eſt electorum, æternum victurorum in Spiritu ſancto, per vitam ex me procedentem; quia ego ſum vita vitalis, id eſt ſum vita rerum omnium vitâ utentium. Atque hic nota, quam cara mihi ſit anima hominis, quandoquidem tibi dixi, quod pro una ſola voluiſſem pati toties replicatas totieſque multiplicatas pœnas, & quidem infinitis vicibus, tantum ut eam mihi reunirem faceremque meum membrum, qui ſum verum illius caput. Similiter ſcito, quod per meam juſtitiam ſic affligat animas illas iſtud, Numquam, Numquam, ut ſingulæ etiam vellent per ſeipſas millies & infinities ſuſtinere varias & infinitas pœnas, modo ſperare poſſent aliquando ſe mecum reuniendas, quantumlibet fero: ſed quod numquam poterunt, hoc eas ſupreme cruciat & affligit. Atque ita ratiocinandum de omnibus peccatis, quod, quantum pœnarum animæ illæ mihi per ſingula dederunt, ſeparando ſe à me, ſecundum cujuſque peccati qualitatem & quantitatem; ſic etiam ex vera juſtitia mea correſpondebit eis quantitas ac qualitas pœnarum ſuarum. Iſtud, Numquam, Numquam, cruciat & affligit ipſas ſupra omnes pœnas quas patiuntur & æternum patientur. Atque hic conſidera & nota, quantam pœnam ſuſtinuerim mentaliter in corde meo pro omnibus damnatis ſimul, & quidem uſque ad mortem.

*& quidem numquam reunienda,*

*quod ipſos etiam graviſſime cruciat:*

E

4 Dixit mihi anima iſta, ſuggeſtum ſibi fuiſſe ſanctum deſiderium, quod credebat infuſum à Deo, proponendi quoddam dubium; verumtamen cum magno metu & reverentia, ne videretur velle ſpeculari res divinas nimiumque profundas; itaque cum ſumma ſimplicitate, puritate, & confidentia ei dicebat: O dulcis & afflicte Ieſu, audivi ſæpius dici, quod ſuſtinueris pœnas omnium damnatorum; vellem, Domine mi, ſi tibi placet, ſcire, an verum ſit, quod ſenſeris diverſitatem iſtam pœnarum infernalium, puta frigoris, caloris, aduſtionis, ſtridoris dentium, uti patiuntur omnes iſti ſpiritus infernales. Dic obſecro, Domine, Senſiſtin' iſta, Ieſu mi? Sane dum ſolum hæc refero ſcribens, videtur mihi cor liquefieri, cogitanti tuam benignitatem, qui tam dulciter tamque prolixe loqueris quærenti te in veritate, teque volenti. Tunc ille benedictus Ieſus, gratioſe reſpondens, videbatur oſtendere acceptam ſibi accidiſſe ejuſmodi interrogationem, dixitque: Ego, filia, non ſenſi iſtam diverſitatem pœnarum, quam ſentiunt damnati, eo modo quo tu intelligis & quæris: erant enim membra mortua & reſciſſa à me, ſuo capite & corpore. Hoc autem per exemplum ſic explico. Si tu habeas manum vel pedem aut aliud quodcumque membrum male affectum, donec pes ille vel manus ſeparetur à te, ſentis in ea magnum cruciatum & dolorem: poſtquam autem illa manus eſſet reſciſſa, ſi quis illam in ignem projiceret, vel canibus aut lupis objiceret devorandam, nullum in ea dolorem aut cruciatum ſentires, quia eſt membrum putridum ac mortuum, penituſque ſejunctum à capite. Sed ſcis quam pœnam ſentires? Quia fuit membrum tuum, affligereris, videns illud conjici in ignem, aut lupis canibuſve vorandum objici. Simili plane modo, infinita illa membra, animæ inquam damnatæ, mihi dolori fuerunt, quamdiu durabat ipſa disjunctio, & adhuc ſupererat ſpes aliqua vitæ vitalis; ſenſique ineffabiles & infinitas pœnas, & omnes earum anguſtias quas ſuſtinuerunt in hac vita: quia uſque ad mortem ſpes ſupererat, quod poſſent, ſi vellent, mihi

*horum tamen jam damnatorum pœnas*

*non aliter ſenſiſſe ſe docet Chriſtus.*

F

*quam quis ſentiat uſtionem abſciſſi jam membri.*

EX AUTOGRAPHO ITALICO.

capiti ſuo reuniri. Verum poſt mortem eorum nullam amplius pœnam ſenſi, quia velut membra mortua, putrida & diviſa à me, penituſque reſciſſa & ſeparata ſunt, nec unquam ultra mihi veræ vitæ reunientur. Erat tamen mihi pœna incomprehenſibilis & ineffabilis, conſideranti quod fuiſſent mea vera ac propria membra, videntique ea in faucibus æternorum ignium, id eſt in poteſtate ſpirituum infernalium, aliiſque diverſiſſimis & innumerabilibus pœnis æternum conſtituta.

*2 Dolor Chriſti ex omnibus electis mortaliter peccaturis.*

5 Alius dolor, qui mihi cor transfixit, fuit ex parte omnium electorum: & ſcito quod omnibus illis modis, quibus dixi afflictum & cruciatum me fuiſſe in membris damnatis, ſimiliter me afflixerunt & cruciaveruut membra electa, quæ poterant mortaliter peccare, per ſuam à me ſeparationem disjunctionemque. Quam enim magnus erat amor, quem erga ipſos eram habiturus æternum, & ipſi erga me; & quam magna vilitas, cui ſe uniebant peccando mortaliter; tam grandis fuit dolor, quem in iſtis omnibus meis membris ſenſi. In hoc tamen diſcrepabat ab eo
B quem mihi faciebant damnati, quod eorum, tamquam membrorum mortuorum, non ſentiebam amplius pœnam, utpote à me ſeparatorum per mortem; ſed ſenſi omnem electorum amaritudinem ac pœnam in vita atque poſt mortem: videlicet in vita, martyria omnium martyrum, pœnitentias omnium pœnitentium, tentationes omnium tentatorum, infirmitates omnium infirmorum; perſecutiones, infamias, peregrinationes, afflictiones denique omnes parvas ac magnas omnium electorum viatorum, tam diſtincte vivaciterque expertus ſenſi, atque tu vivens experireris & ſentires, ſi quis tibi modo percuteret oculum, manum, aut aliud membrum tuum. Nunc cogita quam multi extiterint Martyres, & ſinguli quam varios cruciatus ſuſtinuerint patiendo. Adde pœnas

*& afflictionibus per eos in vita tolerandis.*

omnium electorum membrorum, quotquot fuerunt, earumque diverſitatem: & ſic ratiocinare. Si haberes mille oculos, mille manus, mille pedes, & ſic ex aliis omnibus membris mille, & in ſingulis mille diverſas pœnas; omnia autem illa membra uno eodemque momento temporis ſic cruciarentur, quam exquiſitum id tibi videretur ſupplicium? Membra autem mea, ô filia, non
C computantur millibus aut millionibus, ſed infinita fuerunt, & abſque numero etiam ſunt pœnæ Martyrum, Confeſſorum, Virginum, aliorumque omnium electorum. Hinc ergo conclude, quod ſicuti ſciri nequit, quantæ in paradiſo ſint beatitudines, gloriæ, & præmia præparata juſtis electis; ita intelligi nequit, quales & quantę fuerint pœnæ mentales, quas propter electa mea membra ſuſtinui, quibus per meam juſtitiam ſuum proportionatur præmium.

6 Poſt mortem vero omnem diverſitatem cruciatuum, quos pro ſuis peccatis debebant ſuſtinere in purgatorio, ſecundum cujuſque qualitatem & quantitatem, prout quiſque plus minuſve commeruit, ſenſi ac pertuli; quia erant membra mea

*Itemque in purgatorio:*

viva, mihique ſpiritualiter unita, non autem putrida & reſciſſa ſicut damnati. Itaque omnes eas pœnas, de quibus me interrogaſti an eas ſenſerim, non ſenſi propter damnatos, ob rationem jam dictam, ſed bene propter electos: & omnes pœnas purgatorii, quas ſuſtinere pro ſuis debebunt delictis, ego ſenſi atque expertus probavi, quemadmodum hoc exemplo intelliges. Si manus tua ſiniſtro aliquo caſu rupta aut aliter facta eſſet inutilis, eamque chirurgus judicaſſet urendam, conterendam, vel canibus in os mittedam; multum tibi doleret, quia eſt membrum adhuc vivum, D ſperaſque illud perfecte ſanum reuniendum corpori tuo: ita omnes Purgatorii pœnas, quas omnia mea electa membra debebant ferre, ego tuli & ſenſi in meipſo, quia erant membra mihi unita & viva, ipſoque illo ſupplicio debebant perfectè reuniri mihi capiti ſuo. Nulla eſt autem differentia pœnarum inferni & purgatorii, niſi quod inferni pœnæ numquam, numquam habituræ ſint finem; habituræ autem eum ſint pœnæ purgatorii; ideoque purgantes animæ in ſuis pœnis manent volentes & contentę (quamvis doleant) quia purgantur; & patiuntur in pace, gratias agentes ſupremæ juſtitiæ. Atque hæc dicta ſint de pœnis mentalibus quas pro electis ſuſtinui.

7 Utinam nunc poſſem recordari devotorum verborum quæ anima iſta cum viſcerali planctu protulit, intelligens quantum diſplicuerit Deo gravitas peccatorum ſuorum, & quantam pœnam attulerit ſuo dilectiſſimo Jeſu, ſeparando ſe à ſummo bono, ut adhærereret rebus tam vilibus quam ſunt res hujus mundi, præbentes occaſionem peccandi. Recordor tamen quod illa mihi dixerit, ita ſe locutam eſſe Deo: O Deus meus, ſive ſalvanda ſive damnanda ſim, magnas tibi pœnas attuli. O Domine mi, numquam comprehenderam quod tantum te offendebant peccata; quod ſi ſciviſſem, E tam facile non peccaſſem. Verum nec in hoc ad verba mea attende, Domine; ſcio enim quod facerem pejus quam unquam antea, niſi pientiſſima manus tua me retineret. O dulcis & benigne Jeſu, amator mi! dulces & benignæ ſunt omnes iſte pœnæ, quas mihi dicis.

*unde intelligitur peccati gravitas.*

## §. II. Chriſti dolores ex pœnis Matris, Magdalenæ, & Diſcipulorum.

8 TUnc amoroſus & benedictus Jeſus ſubjunxit: Auſculta, auſculta, filia mea, necdum ita loquaris: reſtant enim adhuc pœnæ amariſſimæ dicendæ; imprimis acutus ille gladius, qui transfixit & pertranſivit animam meam; dolor, inquam, puræ & innocentis matris meæ, quæ propter meam mortem ac paſſionem tantopere erat affligenda, quantum nulla unquam perſona alia. Merito itaque in paradiſo exaltavimus eam & ſublimavimus ſupra omnes angelicas & humanas creaturas; quantum enim magis creatura aliqua in hoc mundo, propter amorem meum, in ſe F ipſa affligitur, deprimitur, & annihilatur; tanto magis in regno cælorum, ex juſtitiæ divinæ regula, exaltatur, glorificatur, & præmiatur. Quia autem nulla mater aut alia perſona tantum fuit anguſtiata, quantum mea dulciſſima & afflictiſſima mater; ideo numquam in paradiſo ſurſum perſona aliqua erit ei ſimilis: & ſicut ipſa in terra fuit alter ego per pœnam & paſſionem, ſic eſt in cælo alter ego per potentiam & gloriam; excepta ſcilicet Divinitate, cujus ipſa non eſt particeps, ſed tantum nos tres, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Scito autem quod omni illo reſpectu & ratione, quibus ego Deus incarnatus dolui & paſſus ſum, etiam doluerit & paſſa ſit mea ſanctiſſima mater; niſi quod paſſus ſum in perfectiori & altiori gradu, quia eram Homo-Deus, ipſa vero pura ac ſimplex creatura. Ejus autem dolor tantum me afflixit, ut, ſi placuiſſet æterno Patri, magnum ſolatium mihi futurum fuiſſet, ſi omnibus ejus doloribus in me tranſlatis, ipſa potuiſſet manere abſque dolore; id enim habuiſſem pro ſummo refrigerio. Sed quia incomprehenſibile martyrium meum debeb at eſſe abſque ulla conſolatione, ideo

*Ex doloribus matris ſuæ ſic paſſuseſt Jeſus*

*ut optaverit eos in ſe totos ſuſcipere.*

talis

A talis gratia mihi non fuit conceſſa, licet ipſam ſæpius ex reverentia filiali multis cum lacrymis poſtulaverim. Tunc dixit anima illa, cujus cor videbatur deficere præ compaſſione erga glorioſam Virginem matrem, quod in quadam mentis perplexitate poſita, aliud proferre non potuerit quam hæc verba: O Mater Dei, non amplius deberes appellari Mater Dei, ſed mater dolorum, mater pœnarum, mater afflictionum, quæ nec numerari nec comprehendi cogitatione poſſunt. Ipſe eſt quidam infernus, & tu es alter ipſe: quid igitur aliud nominare te poſſum quam matrem dolorum, & dicere etiam te eſſe alterum infernum? Non amplius, non amplius, non amplius; Domine mi, noli amplius mihi dicere de doloribus tuæ benedictæ Matris, quia non poſſum ultra ferre: ſufficiunt mihi iſti pro vita omni reliqua, etſi ea adhuc mille annorum foret.

*Idem compaſſus eſt Mariæ Magdalenæ*

9 Ipſe ergo tacens de tali materia, quia videbat illam eſſe incapacem, cœpit ei dicere: Quantum autem credis paſſum eſſe me ex afflictione dilectæ meæ ac benedictæ diſcipulæ, Mariæ Magdalenæ?

B Numquam id capere tu poteris, nec perſona ulla: quia ex ipſa & ex me principium habuerunt & fundamentum omnes ſancti ac ſpirituales amores, qui fuerunt unquam vel erunt. Quia autem perfectio mei amantis Magiſtri, & dilectio ac bonitas ipſius amatæ Diſcipulæ, non potuerunt comprehendi niſi à me; aliquid quidem capere poſſet quiſpiam, habens experientiam ſancti ac ſpiritualis amoris, activam æque ac paſſivam: ſed ad ejus æqualitatem pertingere nemo poteſt: numquam enim inventi ſunt talis Magiſter & talis Diſcipula: nec Magdalena alia unquam fuit aut erit præter ipſam ſolam. Dicat unuſquiſque quod volet; poſt Matrem meam nemo magis mortem ac paſſionem meam doluit quam ipſa: quod ſi alia magis doluiſſet quam ipſa, huic poſt reſurrectionem meam prius apparuiſſem quam ipſi: ſed quia poſt benedictam Matrem meam fuit afflicta ſupra omnes, ideo poſt dulciſſimam Matrem prima meruit conſolari.

*præ omnibus aliis amanti & dolenti,*

10 Feci ut Joannes dilectiſſimus meus, in illa dulci ſoporatione, in illa amara & deſiderata cœna, ſupra pectus meum ſacratiſſimum, clare videret

C meam reſurrectionem, & ampliſſimum fructum animarum ſecuturum ex mea paſſione & morte: licet tamen exinde ceperit plus doloris ac pœnæ, quam alius ullus diſcipulorum, ne credas quod ſuperaverit meam amantem Magdalenam, quæ non erat capax altarum & ſublimium rerum ſicut Joannes. Hic enim, licet potuiſſet, non tamen voluiſſet impedire meam paſſionem ac mortem, propter cognitionem tanti boni quod per illam & ex illa ſecuturum erat: mea vero dilecta Magdalena non ita, quæ cum me vidit expiraſſe in cruce, credidit cælum & terram ſibi defeciſſe, quia in me erat omnis ejus ſpes, omnis amor, pax, & conſolatio: & ideo ſine menſura erat ejus dolor. Quod intelligens ego, cordialiter ipſam portabam intra animam meam: & ex ejus parte ſum expertus omnem illam teneritudinem, quæ ex ſancto & ſpirituali amore poteſt percipi, quia ex intimis præcordiis me amabat.

*etiam pra Joanne*

*aliiſque diſcipulis,*

11 Si cupis prædicta melius intelligere, obſerva, quod Diſcipuli, veluti nondum alienati ab omni re alia, ſicut illa peccatrix, poſt meam mortem redierint ad retia derelicta: ipſa vero non redivit ad faſtuoſam & incompoſitam vitam; & ardens tota, ſanctoque deſiderio inflammata, quem vivum non ſperabat ſe viſuram, requirebat mortuum; ſciens nihil ſibi amplius delectationi eſſe poſſe præter carum ſuum Magiſtrum, ſeu vivum ſeu mortuum. Quam autem hoc verum fuerit intellige, conſiderans quod, ut me mortuum inveniret, contempſit & dimiſit ſocietatem & præſentiam meæ dulciſſimæ Matris, qua nihil poſt me cogitari poterat magis amabile, deſiderabile, & delectabile; dulcia Angelorum alloquia pro nihilo habuit; nec in ullius alterius aſpectu vel præſentia conquieſcere potuit, niſi in me ſolo, dilecto Deo ſuo. Denique tantus fuit dolor iſtius meæ benedictæ & caræ Diſcipulæ, ut ſæpe caſura fuerit mortua, niſi ego per meam ſupremam potentiam ſuſtentaſſem illam: iſte autem dolor continuo verſabatur in corde meo. Multum propter illam anxiatus & afflictus fui: ſed non permiſi eam ſic deficere, quia facere illam volebam quod poſtea feci, Apoſtolam ſcilicet Apoſtolorum, ut euangelizaret veritatem triumphalis reſurrectionis meæ, ſicut ipſi poſtea euangelizarunt toti mundo: volebam illam facere & feci ſpeculum, exemplum, ac normam omnis vitæ beatæ atque contemplativæ, in illa triginta trium annorum ſolitudine, quibus mundo incognita vixit; ubi guſtavit & ſenſit ultimos effectus amoris, qui

D

*adeo ut mòriturа fuerit, niſi ipſe eam ſervaſſet,*

E in hac mortali vita guſtari poſſunt & ſentiri. Atque hæc de doloribus quos proprer dilectam meam Diſcipulam ſuſtinui.

*Diſcipulorum quoque deſolationem eo gravius ſenſit,*

12 Alter mentalis dolor, qui configebat animam meam, erat fixa & continua memoria ſacri illius collegii meorum Apoſtolorum, columnarum cæli, fundamentorum Eccleſiæ meæ militantis, ovium ſine paſtore, quas volebam & ſciebam diſpergendas: videbamque omnes cruciatus & martyria, quæ mea cauſa & amore pati debebant. Scito autem quod nullus unquam pater filios, frater germanos, magiſter diſcipulos tam tenere & cordialiter amavit, ſicut ego dilectiſſimos meos fratres & diſcipulos, benedictos Apoſtolos. Quamvis enim creaturas omnes ſemper amaverim amore infinito; nihilominus concipere facile ipſa potes, quod amor iſte magis particularis & ſingularis fuit erga eos quibuſcum corporaliter converſatus ſum. Itaque cum eorum cauſa particularem quoque & ſingularem dolorem ſentirem, ipſorum cauſa potius quam mea dixi, amarum iſtud & mœſtum verbum, Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem, propter teneritudinem affectus quem ſentiebam relinquens illos ſine me, ſuo capite, patre, magiſtro fideli: tantaque mihi exinde naſcebatur

*quò magis eos diligebat,*

F anguſtia, ut ejuſmodi corporalis ſeparatio mihi mors altera videretur. Quare qui bene conſideraret verba illius ultimi ſermonis quem habui ad ipſos, quantumvis durus, non contineret lacrymas: quia ſingulæ voces, compaſſionis plenæ, eructabantur è fundo cordis, quod mihi videbatur præ amore illorum ipſo in pectore crepare.

*& pluraperſe paſſuros ſciebat.*

13 Videbam inſuper, quomodo propter amorem meum alter debebat crucifigi, alter capite minui, alius excoriari, omnes denique per varia martyria vitam finire. Hinc intellige quanta mihi pœna fuerit. Cogita enim, ſi haberes perſonam quæ ſancte te amaret, cui cauſâ tuâ dicerentur verba injurioſa aut alia injuria fieret, quantum & quam vehementer tibi doleret, quod ei qui tantopere te amaret, eſſes cauſa talis doloris; cum ei contra velles ſemper obvenire tui reſpectu omne bonum, honorem & conſolationem. Ego vero, filia, ipſis eram cauſa, non dico verborum injurioſorum, ſed etiam mortis; neque uni eorum tantum, ſed univerſis. Quapropter dolorem, quem propter ipſos pertuli, non poſſum alio tibi exemplo explicare: ſufficiunt dicta, ut mihi compatiaris.

EX AUTOGRAPHO ITALICO.

## §. III. Dolores Chriſti ex ingratitudine Judæ, Judaici populi, & creaturarum omnium. Dolor item particularis in horto.

14 *His acceſſit notitia multiplicis ingratitudinis,*

ALius viſceralis dolor, qui me continuo affligebat; eratque inſtar cultri, tribus venenatis acutiſſimisque cuſpidibus inſtructi, ad cor meum feriendum aſſidue transfigendumque, fuit impietas & ingratitudo dilecti mei diſcipuli Judæ, ejusdemque iniqui & peſſimi mei proditoris; durities, perverſitas & ingratitudo Judaici populi à me electi; maligna cæcitas & ingratitudo omnium quotquot fuerunt, ſunt vel erunt creaturarum. Primum ergo cogita quanta fuerit ingratitudo Judæ, quem elegi in numerum Apoſtolorum, cui peccata ſua omnia condonavi, quem feci operatorem miraculorum, & diſpenſatorem omnium mihi oblatorum; cui denique ſemper oſtendi ſigna amoris ſingularis, ut eum à concepta iniquitate removerem; ſed quanto ampliorem erga eum indicabam affectum, tanto peius cogitabat contra me. Nunc autem conſidera, cum quanta amaritudine iſta & plura alia in corde meo volvebantur. Verum quando acceſſi ad lacrymabilem illum & humilem actum lavandorum ipſi & aliis ſimul omnibus pedum, tunc cor meum effuſum eſt in viſceralem planctum, & ab oculis meis fons lacrymarum prorupit ſupra inquinatos ejus pedes, quia dicebam in corde meo: O Juda, quid feci tibi, quod me tam crudeliter tradas? O infortunate diſcipule! numquid non hoc eſt ultimum amoris ſignum, quod tibi exhibere poſſum? O fili perditionis, ex qua cauſa ſic diſcedis à patre & magiſtro tuo? O Juda, ſi cupis triginta denarios, quare non vadis ad matrem tuam ac meam, quæ libenter ſeipſam vendet, ut te meque liberet à periculo & morte? Ah Juda, ingrate diſcipule, ego cum tanto amore tibi lavo & oſculor pedes, tu vero cum proditionis executione mihi meam faciem oſculaberis. O quam malam vicem mihi reddes, care & dilecte fili, plangenti tuam perditionem, potius quam propriam paſsionem & mortem, quia propter hanc dumtaxat veni.

*primum Judæ,*

B

*dum ejus pedes Chriſtus lavaret,*

15 Hæc & ſimilia verba dicebat ei cor meum, interim dum lacrymis copioſis ejus pedes rigabam: ſed ipſe nihil horum animadvertebat, quia ante ipſum genuflexus eram inclinato capite, ut in ejuſmodi lotionis actu ſolent alii; & quia, dum ſic inclinabar, multitudo longorum capillorum meorum faciem mœſtam lacrymoſamque operiebat. Sed dilectus meus Joannes, cui omnia paſſionis meæ myſteria in illa doloroſa cœna revelaveram, notabat & obſervabat omnem actum meum, ac ſigillatim planctum meum ſupra pedes Judæ; ſciebatque & intelligebat, quod ex amoris teneritudine procedebant iſtæ meæ lacrymæ. Sicut cum pater quiſpiam, habens unicum filium, eidem jam morienti aliquod obſequium præſtat, & dicit in corde ſuo; Vale, fili, hoc eſt ultimum quod tibi unquam ſerviam; ſic ego omnino feci Judæ, quando ei oſculabar & lavabam pedes. Cum autem eos blandius contingerem & ori meo benedicto apprimerem, ſingulos meos geſtus & actus notans oculatiſſima illa Aquila, præ ſtupore & admiratione erat mortuo quam viventi ſimilior.

C

*fluentibus interim lacrymis;*

*quæ obſervans Ioannes,*

16 Et quia humillima illa anima noviſſimo recubuerat loco, ita ut ad eum poſtremùm pervenirem, cum ego jam me ipſi ad pedes lavandos incli-

narem, amplius ſe continere non potuit; ſedensque ipſe, mihi humi flexo collum ambobus brachiis ſtrinxit, & me ſic aliquantum tenens, velut ſi deliquium pateretur, & fundens copioſiſſimas lacrymas, cordis ſui voce, lingua tacente, mihi loquebatur atque dicebat: O care Magiſter, Frater, Deus & Domine mi, quomodo tibi ſuffecit animus ad lavandos & oſculandos ore tuo ſacratiſſimo maledictos pedes iſtius canis proditoris? O Jeſu mi, Magiſter care, valde perfectum nobis relinquis exemplum; ſed nos miſeri, quid faciemus absque te, qui es omne bonum noſtrum? quid faciet infelix mater tua, quando ei hanc tuam humilitatem narrabo? Et nunc, ut mihi cor facias findi, vis mihi lavare fœtidos pedes eosque diſſuaviari ore tuo dulci atque melliſluo. O Deus meus nova ſigna amoris tui mihi ſunt cauſa majoris doloris. Atque hæc & alia ſimilia multâ cum teneritudine dicens, quæ ſaxeum quoque cor emolliſſent, diſcalceatos pedes maxima cum verecundia mihi lavandos porrexit. Atque hæc dixi, ut aliquam notitiam tibi ingererem cordialis mei doloris, quem pertuli propter ingratitudinem & impietatem proditoris Judæ; cui quanto majorem gerebam amorem pluraque dilectionis ſigna oſtendebam, tanto me gravius affligebat peſſima ejus ingratitudo.

D

*intime compatiebatur magiſtro ſuo.*

E

*Tandem ingratitudine Iudæorum expenſa,*

17 Quid dicam de ingrato & obſtinato populo Judæorum, quantum me compunxerit & anguſtiarit ineffabilis eorum ingratitudo? Feceram eos populum ſanctum, populum Sacerdotalem; elegeram eos mihi in partem & hereditatem præ omnibus populis terræ, traduxeram ſiccis pedibus per mare rubrũ, liberando ab Ægyptiaca ſervitute & manibus Pharaonis, obumbraveram in columna per diem, & lux eis fueram noctu; dederam eis legem in monte Sinai & Euangelicam legem ore proprio annuntiaveram; tot victorias de inimicis conceſſeram, & humanam carnem ex illis ſumens, toto vitæ tempore cum ipſis fueram converſatus; commonſtravi ipſam viam cæli, & eodem tempore multa contuli beneficia, illuminando cæcos, dando ſurdis auditum, greſſum contractis, ipſis denique mortuis vitam: cum ergo intellexi quod tanto cum furore clamabant poſtulabantque, ut Barabbas dimitteretur, & ego cruci ac morti traderer, videbatur mihi diſſilire cor. Neſcit, filia, niſi qui expertus eſt, quid ſit dolorem & omne malum accipere ab eo cui quis fecerit omne bonum. Quam etiam durum eſt, quod contra juſtum & innocentem conclametur ab omnibus, Moriatur, moriatur: contra vero de eo qui ſcitur mille mortes commeritus, vociferetur totus populus, Servetur, ſervetur. Hæc ſane ſunt ejuſmodi ut cogitari potius debeant quam dici.

*natoq; hinc dolore Chriſti,*

F

*ſeipsã comparans Baptiſtæ cum Iuda,*

18 Tunc dicebat anima illa ſancta, quod ſentiebat in corde ſuo tantam humilitatem, ut vere confiteretur Deo & toti Curiæ ejus cæleſti, quod recepe-
rit à Deo plura beneficia & dona quam Judas, plura quam totus ille ingratus populus ſimul, & interim (quod eſt peius) majori cum ingratitudine ipſum prodiderit quam Judas; magis proterve eum crucifixerit & occiderit quam ille ingratus populus: atque in hac ſancta confeſſione & conſideratione, velut magna peccatrix, mentaliter ſubjiciebat animam ſuam pedibus animæ damnati Judæ; & conſiderans ſe eſſe in ipſo ejus abyſſali loco, ex illo, velut revera inibi poſita, dabat voces, clamores & planctus ad ſuum dilectum, ſed à ſe offenſum Deum, dicens illi: O benigniſſime Domine mi! quomodo potero dignas tibi gratias agere, quod me ſuſtineas, quæ feci millies peius quam Judas? Tu feciſti ipſum diſcipulum tuum, me vero feciſti filiam & ſponſam; Illi condonaſti peccata ſua, mihi quoque mea per tuam pieta-

A pietatem & gratiam remiſiſti. Dediſti ei diſpenſationem rerum temporalium, mihi ingratæ ex theſauris tuis ſpiritualibus tot favores, tot dona contuliſti. Dediſti ei poteſtatem faciendi miracula, me autem feciſti pluſquam miraculum facere, ſponte me deducendo ad locum ubi nunc ſum. O Jeſu mi, vendidi & tradidi te, non una vice, ſicut ille; ſed pluribus ſine numero. O Deus meus, ſcio quod peius te tradiderim quam oſculo Judas, quando ſub ſpecie ſpiritualitatis te dimiſi meque adſtrinxi ligaturis mortis.

*& Iudais,* 19 Quod ſi iſtius populi ingratitudo tam gravis tamque moleſta tibi fuit: quomodo te debuit affeciſſe mea, quæ peius tibi feci, quam ille; & tamen plura de te beneficia accepi quam ille. O dulciſſime Domine mi! ex toto corde gratias tibi ago, quod eduxeris me de ſervitute Ægyptiaca dæmonis & peccatorum, de manibus illius crudelis Pharaonis, qui ad libitum ſuum dominabatur miſellæ animæ meæ. Duxiſti me per medium aquarum mundanæ vanitatis ſiccis pedibus, tranſiviq; per gratiam tuam ad ſolitudinem in deſerto Religionis, ubi ſæpe ſæpius paviſti me dulciſſimo & ſapido manna, quod mihi, quantum ad omnem ſaporem deſiderabilem, viſum eſt quantamlibet delectabilitatem continere, quia delectationes omnes mundanæ mihi viſæ ſunt inſipidæ præ minima tua conſolatione ſpirituali. Gratias ago tibi, Domine mi, quia mihi ſæpius dediſti legem, tuo ipſius dulciſſimo & ſancto ore, in monte Sinai ſanctæ orationis, ſcriptam digito miſericordiæ tuæ in tabulis lapideis duriſſimi & rebellis cordis mei. Gratias tibi ago, Redemptor benigniſſime, de omnibus victoriis, quas mihi dediſti contra hoſtes, id eſt capitalia vitia. Quoties eos ſuperavi, à te & per te, Domine, mihi venit victoria: quoties victa fui aut vincor, id ex mea malitia provenit exiguoque amore, quem habeo erga te, Deus meus. Tu Domine mi, per gratiam natus es in anima mea; mihique monſtraſti viam & lucem veritatis, qua venirem ad te verum paradiſum. Inter tenebras & caliginem mundi dediſti mihi videre, loqui, audire, ambulare; quia vere ad omnes res ſpirituales eram cæca, ſurda, muta, paralytica. Et quid amplius, ô Deus, potuiſti facere mihi quod non feceris? Eram omnino mortua, & in te vera vita reſuſcitata fui, qui das vitam omni creaturæ viventi ex te. Quis autem te crucifixit? Ego. Quis ad columnam flagellavit? Ego. Quis ſpinis coronavit? Ego. Quis felle & aceto potavit? Ego.

B *Chriſto gratias agit pro beneficiis,*

*Ibique imputat totam ejus paſſionem,*

C

*& intelligit plangitque in gratitudinem omnium creaturarum.* 20 Itàque diſcurrens per ſingula myſteria patientis Jeſu, ſentiensque gratiam ſibi dari à Deo, concludebat his verbis: O Domine mi, ſcis quare tibi dicam, quod omnia iſta fecerim? quia vidi lumen in lumine tuo, & cognovi quod plus te afflixerunt peccata mortalia quæ commiſi, quam te tunc afflixerunt iſti qui tales pœnas tibi corporaliter inflixerunt. Quapropter, Deus meus, non eſt neceſſe ut poſt hac mihi dicas, quam pœnam tibi attulerit ingratitudo omnium humanarum creaturarum, quia dediſti mihi gratiam intelligendi meam ingratitudinem ex aliqua ſaltem parte. Nunc conſidero per gratiam tui luminis, quanto grandior ſit ingratitudo omnium creaturam, & in hac conſideratione deficit ſpiritus meus, atque obſtupeſco tantam caritatem atque patientiam, qua uſus es erga nos ingratiſſimas creaturas, quibus numquam, numquam deſtitiſti proſpicere in omnibus neceſſitatibus ſpiritualibus & corporalibus. Sicut autem non poſſunt intelligi, nedum explicari res innumeræ, quas feciſti in cælo & in terra, in aqua & in omnibus elementis, pro iſtis ingratis creaturis; ſic non poſſunt intelligi aut explicari magnæ ingratitudines meæ. Itaque, Deus meus, confiteor & credo, quod tu ſolus poſſis eas intelligere & comprehendere, poſſisque cognoſcere quanta & qualis fuerit amariſſima illa ſagitta ingratitudinis noſtræ, quæ toties tibi cor transfixit, quoties humana aliqua creatura fuit, eſt, aut erit, quæ illâ fuerit contra te uſa. Hanc enim veritatem meo & omnium creaturarum nomine agnoſco atque confiteor, quod ſicut momentum nullum, hora, dies aut menſis tranſit, quo non utamur beneficiis tuis; ſic nec tranſeat abſque multiplici, imo infinita, ingratitudine noſtra: quam ego credo & ſentio eſſe ex atrocioribus doloribus, quibus affligta fuit anima tua, mi Jeſu. *Expleta ſunt hæc pauca verba dolorum mentalium Ieſu Chriſti, ad laudem ipſius, die Veneris* XII *Septembris, anno Domini* MCCCCLXXXVIII.

EX AUTOGRAPHO ITALICO.

*Notat quod hi dolores fuerint intenſiores in horto,*

21 Quod hic infra adſcribo, revelatum mihi fuit, cogitanti myſterium Jeſu Chriſti orantis in horto, ubi ſanguinem ſudavit: videlicet quod ſicut ſol, quando eſt in Leone, quia eſt in domo propria, magis exerit vires ſuas, quam toto reliquo anno; ſic etiam Chriſtus benedictus in ea oratione, quam fecit in horto, vehementius ſenſit ſuos dolores mentales, quam toto curſu vitæ ſuæ triginta tribus annis: tunc enim ſol dolorum ejus erat in leone, id eſt domo propria ſive in ſummo. Dico autem mihi fuiſſe revelatum, quod tanta ſit differentia inter eum [qui exercetur mentalibus Chriſti doloribus recolendis, & alterum] qui ſiſtit in ſola humanitate cruciata, quanta eſt inter mel aut balſamum, quod eſt in vaſe, & modicum illum liquorem, quo exterius idem vas humectatur. Itaque qui deſiderat Chriſti Paſſionem deguſtare, non debet ſemper occupari lingendo oram extimam vaſis, id eſt plagas & ſanguinem, iſti ſacratiſſimo vaſi humanitatis Chriſti adhærentem; numquam enim tali modo ſatiabitur is qui talem cibum eſurit: ſed ſi cupit eo ſatiari, intret in vas ipſum, id eſt in cor ſeu mare Chriſti benedicti, & ibi plus quam volet ſatiabitur. Hoc autem mihi revelatum fuit, ſed nolui ponere iſtic ubi ſcripſi mentales dolores Chriſti, ne tollerem devotionem ei qui in ſola humanitate contemplanda delectatur: quia non omnis intellectus aptus eſt ad navigandum in tali mari, maxime nos mulieres, quarum exigua capacitas eſt, & quibus prædictos dolores direxi. Verum tamen eſt, quod Deus eum capacem reddat, qui ipſum in veritate deſiderat & quærit. O Pater mi, quantum doloris mihi acceſſiſſe credis hæc ſcribenti! Vere ſicut mare eſt contritio mea. *Hactenus illa, ex cujus ultimis verbis intelligimus, poſtremum articulum eſſe additum anno* MCCCCXCI, *triennio poſt quam priora eſſent ſcripta, quando eadem tranſcripſit Baptiſta, Patri ſuo ſpirituali mittenda, una cum hiſtoria ſuæ vitæ.*

*& ultimus conſiderentur quam pœnæ corporales.*

E

F

# SUPPLEMENTUM

## Ex Italico Matthæi Paſcuccii.

### CAPUT I.

*Anacephalæoſis Chronologica Vitæ in ſeculo & religione uſque ad finem ſeculi* XV.

ANno MCCCCLVIII, *die* IX *Aprilis, nata* Camilla de Varanis, *ut ait num.* 4. *decennis circiter erat, quando primos ſuſcepit devotionis tenerioris igniculos erga Dominicam Paſſionem. Anno deinde* MCCCCLXXVII, *factâ Paſchali tempore Confeſſione generali, cum vehementius ſtimularetur ad ſtatum religioſum capeſſendum,*

*Ordo vitæ in ſeculo ductæ.*

EX ITAL. PASCUCII

*dum, diu ſecum atque cum Deo luctata, manus tandem dediſſe vocanti videtur in æſtate anni prædicti; abhinc enim numerari poſſunt anni illi decem, quibus n.* 47 *dicit occluſum fuiſſe puteũ abyßi, qui erat pateſactus in Octobri anni* MCCCCLXXXVII. *Interim poſt illam de ſe victoriam, & ineundæ Religionis propoſitum patri ſignificatum circa Paſcha anni* MCCCCLXXVIII, *obluctantem illum paſſa eſt annis duobus cum dimidio, ut ait num* 27 *&* 28; *hi enim finem accipiunt in Novembri anni* MCCCCLXXXI. *Poſt eamdem victoriam multiplicibus gratiis a Deo cumulata, magnoque accenſa deſiderio multa patiendi pro dilecto, incidit in graviſſimum morbum, unde relictam ſibi infirmitatem annis fere tredecim tenuiſſe ſe ait num.* 24, *ſcribens anno* MCCCCXCI *ineunte. Fuit autem morbus hic letalis habitus primis ſeptem menſibus, indicatis num.* 25: *& hi finem habent ante Auguſtum prædicti anni* MCCCCLXXVIII, *quando circa feſtum Transfigurationis cupida videndi Chriſtum ſuum, gratiam hanc petere cœpit num.* 26, *& poſt ſex menſes ardentis precationis obtinuit, puta menſe Februario anni* MCCCCLXXIX.

*& in Religione uſque ad an.* 1487

B

2 *Anno* MCCCCLXXXI *die* XIV *Novembris, Iacobillo teſte, habitum S. Claræ induta Vrbini, mutato nomine vocari cœpit* Baptiſta; *& quinque menſibus ante ſuam Profeßionem ſcribit epiſtolam ſibi dictatam à Chriſto, ut habes n.*65. *Ipſam vero Profeßionem fecit anno* MCCCCLXXXII *vel potius* LXXXIII. *Videtur enim quod propter ſubnatas difficultates, ultra annum protracta probatio fuerit; cumque pater Iulius de monaſterio Camerini fundando conſultaret eodem anno* LXXXIII; *ut illud ſub obſervantia regulari inſtitueretur, acco multum laborandum fuit Baptiſtæ anno eodem, ut ipſum num.* 35 *vocet* annum tribulationis *ſuæ, quem dicit finem accepiſſe Camerini, poſt factam ibidem novam Confeßionem generalem B. Petro Molianenſi, tum Provinciæ Vicario. Venerat autem Camerinum cum ſodalibus & ibidem recluſa fuit anno* MCCCCLXXXIV *die* IV *Ianuarii. Exinde novis à Deo favoribus recreari cœpta, primo conſpicuam ſibi habuit S. Claram, num.*37; *tum duobus menſibus teneri ſe vidit ad pedes Crucifixi, num.*39; *Seraphico igne arſit menſibus tribus, num.*40; *& juxta num.*45 *communicat fere Dominicis ſingulis per biennium, id eſt uſque ad æſtatem anni* MCCCCLXXXVII, *quando juſſa eſt ſcribere tractatum de Mentalibus Chriſti doloribus; ſive (ut ait ipſa num.* 54) *plus quam duobus annis poſt ſuum in patriam reditum.*

*& rurſus uſq; ad an.* 1491,

C

3 *Tractatu iſto abſoluto, cum alta pace frueretur, ad majorem ejus probationem permiſit Deus, ut menſe Auguſto ejuſdem anni* MCCCCLXXXVII *decipieretur à dæmonibus, quemadmodum fatetur num.* 47: *die autem* XI *Octobris cœperunt iidem graviſſimis tentationibus ipſam affligere, quas occultas tulit fere tribus annis, ut ait num.*2; *donec poſt obitum B. Petri Molianenſis, defuncti* XXV *Iulii anni* MCCCCXC, *totam ſe mox commiſit ei cui poſtea Vitam ſuam ſcripſit menſe Martio ſequenti, ſex menſibus poſtquam is Camerino diſceſſerat, ut ait, num.* 50: *ſperaverat autem quando illi ſe credidit (ut ibidem ait) aliquid induciarum* à capitali duorum annorum pugna; *nempe ad explendum tertium ejuſdem pugnæ annum bimeſtre fere ſpatium adhuc deerat. Interim dum conſolatorem requirit nec invenit, cœpit multa ex iis quæ Vrbini inchoaverat deſcribere, uti fatetur in epiſtola Waddingo viſa, & data ſex menſibus poſt mortem Moliani menſe Ianuario, anno* MCCCCXCI; *quod idem nos invenimus ſcriptum poſt ſpiritualia illa monita, de quibus in Præfatione num.* 12 *ex Cimarella egimus. Cœpit etiam eodem anno circa initium Februari vehementius impelli ad ſcribendam prædictam vitæ ſuæ hiſtoriam: cujus protocollon abſolvit die* III *Martii; & ſecundam additarum eidem epiſtolarum, datam* XIII *ejuſdem menſis. Verum longiorem expectationem ferre non valens animus, preſſo diu ſecreto gravis, quæ ſcripſerat præſenti tradenda in manus, decrevit abſenti mittere per Epiſtolam, ſignatam die* XX *Martii. Cete-*

*quando de Vita ſua ſcripſit.*

*rum hæc ipſa inquietudo, quam prædictæ teſtantur epiſtolæ, etiam poſt exoneratum quadamtenus animum illa ſuorum ſecretorum ſcriptione, ſatis indicat, conſolationem ea completa perceptam (uti aſſerit num.* 48) *non fuiſſe diuturnam; ſed dierum dumtaxat paucorum; imo (ſi recte intelligo ejus alibi verba) tempeſtas diabolici maris, cui immerſa fuit, continuum duravit quinquennium; atque adeo primum ceſſavit poſt medium Octobrem anni* MCCCCXCII.

D

*poſtea adhuc tentata uſque Octobrem an.* 1492.

4 Eadem volens, *ut inquit Paſcuccius pag.* 125, filio cuidam ſuo ſpirituali explicare, quomodo Deus quandoque probandos ſuſcipiat eos, quos ad æternam gloriam præordinavit, exemplum in ſeipſa propoſuit, velut de tertia perſona loquens, referendo tribulationes quas paſſa eſt quinque annis continuis. *Hactenus ille verbis ſuis, utique quoad numerum annorum ſumptis ex prolixiori epiſtola; ex qua deinde verbis ipſiuſmet Beatæ partem adducit, indicantem nobis quod intendimus, ipſam ſcilicet agere de tempeſtate, non qualicumque, ſed diabolica: ea autem ſic ſonant Latine reddita.* Propterea perſona illa cogebatur identidem ad Dominum clamare, nocte diuque auxilium poſtulando atque dicendo, *Deus in adjutorium meum intende; Domine ad adjuvandum me feſtina. Ad te levavi oculos meos, unde veniet auxilium mihi? Auxilium meum à Domino.* Iſtas autem voces, anguſtiarum ſuarum internarum teſtes, eructabat anima illa afflicta, iemper iterans; O Deus, juva me. O Deus noli derelinquere me in hoc extremo articulo. O Deus, robur ſuggere, quia deficiunt me vires: nequeo amplius ſuſtinere: porrige adjutricem manum tuam. O Deus, conſopitus jaces intra navim animæ meæ, & tempeſtas diabolici maris me ſubmergit. Verumtamen, *Domine Ieſu, ſine te* nulla poteſt obvenire tranquillitas. Atque ita toto tam periculoſi temporis ſpatio immobilem reddidit mentem ſuam, frequenter cogitando de Deo, *qui in tempore belli non recedit ab ea.* Cura igitur & tu, devote fili Jeſu, ut in tua benedicta anima ejuſmodi habitus bonus radicetur, & experieris mirabilia Dei intra tempus breviſſimum. *Dic ergo cum Propheta: Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper. Et iterum: Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.* Alia ejuſmodi loca ſacræ Scripturæ plura invenies, in quibus Prophetæ alii viri ſancti profitentur, fixam ſe memoriam habuiſſe in Deo.

E

*ſicut indicavit, ſcribens diſcipulo,*

*quomodo inter iſtas anguſtias ſe geſſerit.*

5 *Cum talia ſcriberet Beata noſtra illi, filio ſuo ſpirituali (quem nonnumquam etiam* Patrem *nominat, & Sacerdotem fuiſſe indicat) annos in Religione tranſegerat omnino octodecim, qua privata quæ prælata, ſicut ipſamet in fine inſtructionis ſuæ prolixioris teſtatur: proinde jam labebatur ſeculi* XV *annus penultimus: ante quem annum quoniam nihil ſuggeritur quod ad actiones externas attinet; lubet ex Paſcuccio colligere fragmenta præcipua inſtructionis iſtius, in qua ipſamet de ſe velut de tertia perſona declarat vitæ ſuæ ſpiritualis excellentiam, ſicut ea per varia virtutum capita auctor partitur. Indicabo autem ad marginem numeros paginæ, ubi ſingula loca poterunt in ſuo originali Italico inveniri; quando totum inſtructionis illius contextum necdum videre nobis contigit, & totum huic operi inſerere fortaſſe minus expediret. Ordiar ab humilitate, quæ ceterarum virtutum omnium fundamentum eſt.*

F

*Scripſit autem anno* 1499.

## CAPUT II.

*Humilitas Beatæ ſinceruſque erga Deum amor: fervor ſpiritus, & recta intentio propriis ejus verbis expreſſæ.*

6 pag. 110. *Indignam ſe Dei donis reputans,*

ANima iſta benedicta tam zelotypa fuit honoris divini, tantumque cavit ne quid illius ſibi ſuffuraretur, & adeo profunda humilitate dotata divinitus extitit; ut cum exiſtimaret, gratias Domini ſui loco nimis vili repoſitas haberi, qualem ſcilicet credebat ſe, ingratiſſimam & peccatricem; cum etiam crederet ad maximam verecundiam atque inſigne Sponſi ſui dedecus verti poſſe, quod tantum virtutum cumulum & donorum ſpiritualium in ipſam contulerit; ea occultabat quoad poterat, ſolicito omnia obvelans ſilentio. Sæpius ſub alio quopiam prætextu ſubducebat ſe à pia quæ in commune fiebat lectione, metuens ne ſibi interim contingeret aliquid, unde Sorores aut Fratres cognoſcerent gratiam aliquam ſibi divinitus factam. Eâdem etiam ex cauſa quandoque lectricem monebat, ne lectionem de Paſſione

B *conatur ea tenere occulta:*

Domini proſequeretur, interim dum manducabant Sorores; nec enim, inquiebat, ſatis commode poſſunt deglutire cibum, dum animum intendunt amoroſæ iſti hiſtoriæ. Hoc autem monebat, metuens ne qua modum ſuum comedendi ſub ejuſmodi lectione, aut aliquem affectus interni effectum interea obſervaret in ipſa: & propter eamdem cauſam rarius ad commune refectorium venit, duplici quidem ex capite (quod palam patebat) excuſata, magis tamen ex illo quam alio ullo reſpectu.

7 Hoc tibi dico, Pater & Fili mi in Chriſto Ieſu, ut ab illa diſcas occultare ſpiritum & gratias tibi conceſſas, quoad Deus aliter ordinaverit. O beatam eam animam, quæ omnium operationum ſuarum nullum vult inſpectorem præter ſuum Creatorem! O quot foſſas propterea tranſilivit hęc Mater tua! quot contumelias injuſtas, quot judicia falſa, temeraria & præſumptuoſa ſuſtinuit! quoties pro eo quod erat laude dignum *apud Deum & homines*, convitia & reprehenſiones pertulit *ante Deum & homines, Sorores & Fratres.* Sed ad iſtiusmodi ictus perſtitit ſemper firma, conſtans atque immobilis, velut turris ſolidiſſima in ſuo propoſito, cum

*quod ei cauſa fuit multa tolerandi*

C

indubitata fiducia, quod fideliſſimus ſponſus ſuus Jeſus Chriſtus *in tempore opportuno* pro ipſa gladium acutum manu accipiet; & poſt divinos ſuos humeros rejiciet ſcutum, quo animam illam cooperuit annis multis, ad probandam illius patientiam ac fidem: quæ viciſſim variis modis ac viis manifeſtavit rectitudinem cordis ſui, quærens unice placere Deo, ſpretis humanis quibuſcumque judiciis, & pro illius honore ſervando flocci faciens qualemcumque propriam confuſionem. Quare, Fili mi reverende, cave ne quid fureris Deo: nolo enim te habere cor cuicumque rei terrenæ affixum: quia id Matri tuæ magno dedecori, tibi vero eſſet damno majori. Oſtende te igitur ſemper fideliſſimum, time, ama, honora Deum tuum; *quia quæcumqne voluit fecit in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyſſis.*

*nihil præter Deum ſpectanti.*

pag. 168 *Petit eadem dona in digniorem ſe transferri,*

8 Vixit etiam benedicta illa anima in tanta humilitate & timore, ut toto corde oraverit Deum, quo dignaretur omnes gratias & favores quos in ſe conferre volebat transferre in aliam quamcumque creaturam, melius ipſi placentem, unde plus honoris in ipſum quam ex ſe redundaret. Non enim perſuadere ſibi poterat reperiri in mundo creaturam aliquam, quæ magis inutiliter beneficia divina poſſideret quam ipſa. Quod ſi fuiſſet circà id à Deo exaudita, maximum inde percepiſſet ſolatium; quia Dei honorem, non autem utilitatem ſuam quærebat. Tali animæ credo ego dicendum iſtud Euangelicum, *Euge ſerve bone, quia in pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam; intra in gaudium Domini tui:* talem ſpectare puto iſtud Apocalypſeos, *Eſto fidelis uſque ad mortem*; quaſi dicere vellet, Non ſufficit eſſe fidelem per annos decem aut viginti; ſed oportet fidelem eſſe *uſque ad mortem*: ſequitur enim, *Et dabo tibi coronam vitæ.* Fidelis eſt ille ſervus, qui non tantum vitæ ſuæ tempore, verum etiam in fine ejus reddit Domino, quod ſibi ex ejus benignitate datum fuerat cuſtodiendum. Cave igitur, Fili mi reverende, ne fias latro: Deus enim faceret te ſuſpendi per collum, neque curaret quod fueris Sacerdos aut Doctor, nihilo inferior aliis conſtitutis in dignitate. Hujuſmodi enim dictum eſt: *Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.*

EX ITAL. PASCUCII

*& fidelitatem erga Deum commendat,*

9 Mater tua, ne Deo amorem ſuffuraretur, quamdiu in Religione vixit uſque in horam præſentem, hoc ſemper curavit, ne cui ſe traderet, nec ulla perſona ſe traderet ipſi: ſed rationem quamdam tenuit generalem, qua caveret, ne per exceſſum amaretur. Quia autem ipſa eſt multum amabilis, ideo declinavit omnem occaſionem amandi quemquam, vel amorem cujuſquam erga ſe provocandi: cumque ſubinde animadverteret ſe ab una quapiam plus quam alias diligi; graviſſimum inde dolorem hauriens, orabat Deum ferventibus cum lacrymis, ut in illa perſona ejuſmodi affectum temperaret vel extingueret: quandoque conabatur eidem aliam invenire perſonam meliorem ſe, ut amori iſti importuno ſe ſubtraheret. Totum autem iſtud agebat, ne Deo ſuffuraretur amorem illius, quæ crederet ipſam mereri præ aliis diligi. Denique in veritate affirmo tibi, quod numquam creatura ulla tantum voluptatis, gaudii, & ſolatii hauſit cum amaretur; quantum ipſa recipiat doloris, diſplicentiæ, atque faſtidii ex amore cujuſquam erga ſe, non regulato ſecundum Deum, multum & acerbe idcirco plangere ſolita. ***Hactenus prædicta inſtructio apud Paſcuccium: apud quem de eodem argumento etiam ſic invenitur ſcripſiſſe.***

*volens ab aliis amari*

*nequid Deo ſubtraheretur.*

pag. 169 *Iubet unice peti cognitionem ſui ipſius,*

10 Mirabilis revelatio, quam volo ut à Deo poſtules, eſt, ut cognoſcere te faciat, quid ſis, quantum poſſis, quantum ſcias, quantum merearis: nam ſine hac revelatione nemo unquam perfectionem attingit. Secretum hoc non diſcitur ab alio, ſed reſervatur in ſacratiſſimo pectore Chriſti Ieſu: neque multis illud manifeſtat, ſed paucis; neque his omnibus æqualiter, ſed alii plus, alteri minus, ſecundum perfectionem ad quam quiſque eorum pervenire debet. Credo autem quod ſecretum iſtud non poſſit plene comprehendi in hac tenebricoſa vita, ſed in altera; ubi plene atque ex vero cognoſcemus vilitatem, fragilitatem, & ſtultitiam noſtram. Atque hinc naſcitur humilitas cordis, non quidem oculis humanis apparens, ſed grata & acceptabilis divino conſpectui. Illa tua ſpiritualis Mater numquam optavit aliam revelationem, quam Deum atque ſeipſam cognoſcere. Diſpenſator autem gratiarum largus, comis, ac benignus, & multas alias ipſi indulſit, & iſtam omnino non negavit.

*qualem ipſa divinitus accepit,*

11 Anni complures ſunt, quod ipſa, in ſua oratione mentali coram imagine Crucifixi, hujus veritatis lumen divinitus percepit, quod numquam perventura eſſet ad perfectionem, niſi præter divinam Trinitatẽ aliam cognoſceret trinitatem. Sicut enim, Chriſtiana ut eſſet, debebat credere & confiteri unã ſanctiſſimam Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum; ita, ut perfecta evaderet, oportere

ipſam

EX ITAL. PASCUCII

ipſam confiteri & credere hanc triplicem veritatem, videlicet quod aliud non ſit quam nihil, tota ſtulta, & tota odibilis Deo. O beatiſſima Trinitas, neque cognita, neque æſtimata, neque credita ab ignorantibus ſpiritualibus. O Deus meus! dicebat illa, potius me prives corporali vita, quam mihi auferas cognitionem tam amabilis veritatis; & oſſa mea potius in minutiſſimũ pulverem reducas, quam iſta æternę Sapientiæ doctrina unquam recedat ab anima mea. Non poſſum vane gloriari de potentia, quia poſſe meum nihilum eſt: non efferre me valeo propter ſapientiam, quia nihil in me reperitur præter ſtultitiam: non denique debeo præſumere mereri me quidpiam in conſpectu Dei, cum ſim creatura vilis atque odibilis, imo odibilior ipſomet odio. Qui enim facit peccatum ſervus eſt peccati: cumque peccatum ſit nihil, & ego illud commiſerim, eo deveni ut ſim tanto minor nihilo, quanto minor eſt ſervus domino. Quod autem peccatum ſit nihilum, colligi poteſt ex hac ejus proprietate, quod annihilet imaginem Dei in nobis, de quo dicit S. Joannes, *Omnia per ipſum facta ſunt.*

*plane neceſſariam ad perfectionem tendenti:*

12 Hinc fit, quod dum anima ſentit ſe poſſe operari bene, cognoſcat quod perſona Patris æterni vires tribuat nullitati potentiæ ejus; quando videt ſe poſſe loqui & alios inſtruere in vita ſpirituali, mox etiam comprehendat quod perſona Filii ſapientem effecerit ſtultitiam ejus; quando capit quod ipſa, quæ tota odibilis eſt, amet ac viciſſim ametur, intelligat quod perſona Spiritus ſancti amore ſuo ſuaviſſimo amaverit & amabilem reddiderit ſuam odibilitatem: itáque in Deum refundens omne bonum ſuum, manet anima ejus libera à vana gloria, ab elatione tumidâ, & à fœtido fumo ſuperbiæ, quam Angelus expulit de Paradiſo: unde cum Propheta poteſt cantare & dicere, *Domine, non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei &c.* Eadem pro irrefragabili habet hanc veritatem, quod ſi anima quæcumque ſpiritualis non procuret in ſeipſa habere iſtud lumen, iſtam cognitionem, iſtam neceſſariam revelationem; numquam ſe poterit vere atque ex animo humiliare Deo aut creaturis.

B *quia aliter nemo poteſt omnia refundere in Deum.*

*Hinc Sorores etiam Novitias reverebantur ut Angelos,*

13 Scito quod in actionibus exterioribus ſit admodum reverens & capitalis inimica putidæ hypocriſis: nihilominus non ſolum clam, ſed ſæpe etiam palam oſculatur limen eccleſiæ, quod Sorores pedibus ſuis calcant; reputans ſe indigniſſimam eſſe, quæ ſuum peccaminoſum os ibi ponat, ubi illæ ponunt virgineos ſuos ſanctoſque pedes: ſanctos, inquam, quia licet fortaſſis tales non ſint, ipſi tamen tales videntur. Atque hæc ſcribo tibi lacrymantibus oculis; quia experior me devotione & oratione tua cogi ad pauperculæ iſtius ſecreta tibi revelanda, quæ multis annis fuerunt occultata. Nunc autem, ô anima benedicta, cogita quod iſtud faciens, multo libentius omnibus faceret reverentiam, niſi reſpectu dignitatis vel officii ſui impediretur: ideoque dum alia quæcumque ipſi exhibet reverentiam, viciſſim eidem ſe reverenter inclinat; nec unquam vel cogitando illi incidit ut diceret, Pluris ſum quam iſta. Sæpius etiam Sororum minimis reverentiam prior facit, exterius quidem velut ludibunda & vultu ridente; ſed interius toto ex corde, conſiderando eas eſſe ſponſas Chriſti.

C *ex corde Jeſu hanc & alias virtutes hauriens*

14 Cura igitur, anima cara, omni ſtudio eſto humilis ex animo, benignus, pius, & manſuetus, reſpiciens velut in ſpeculum in cor puriſſimum dulcis Jeſu; conformanſque te ipſi, ſi ejus dulciſſimam familiaritatem & honorificam amicitiam concupiſcis. Ex illo corde, ex illo ſacratiſſimo pectore Mater tua hauſit omnem, quem habet, tam exteriorem quam interiorem ornatum. Manſuetum iſtius amantis Jeſu pectus ſchola ejus fuit: in hoc dumtaxat erudita eſt, quia ibi ſtuduit. Ibi non aliud legitur quam veritas, manſuetudo, commiſeratio, dulcedo, jucunditas cordis, & jubilum conſcientiæ: nihil aliud ibi invenitur quam amor & caritas, amor erga Deum & caritas erga proximum. O cor divinum! non poſſum omittere quin te nominem, quia ipſa ſe vidit in te ſcriptam litteris aureis, conſpicuis, & pulchris. Huc ingredere, ô anima, ſi cupis cito eſſe perfecta. Hæc eſt via brevis, occulta, ſecura, & infallibilis, per quam ambulat & ambulavit Mater tua; ſequere eam igitur, quia conformitas generat & conſervat amorem. Convertere ad Deum, & dic ei: Hanc revelationem à te peto, mi Domine, quia abſque illa nequeo eſſe perfectus; cum tamen dignitati meæ & excellentiæ Sacerdotali neceſſaria perfectio ſit. Ora illum ex animo, Reverende, quia certo ipſam tibi dabit: cum ſit adeo bonus, adeo liberalis, adeo plenus omni gratia & dono, ut etiam non rogatus ſemper largiatur, *de plenitudine bonitatis ſuæ* juſtis & peccatoribus. *Ideo miſericordias Domini in æternum cantabit anima illa, quam tu diligis.* E

*Docet ſerviendum Deo ex puro amore.*

15 Volo, anima benedicta, ut ſequaris hoc meum monitum, videlicet ut ſervias Deo, non tamquam mancipium, propter timorem pœnæ temporalis ſuppliciorumve æternorum; non tamquam peccatrix, propter qualecumque præmium; ſed tamquam filia, reddas Deo amorem pro amore, ſanguinem pro ſanguine, mortem pro morte. Hæ ſunt breves viæ, occultæ, & ſecuræ; non apparentes humanis oculis, ſed notæ & admirabiles obtutibus Dei, cui aperta & nuda ſunt omnia. Quod autem dico conſiſtit in affectu: [qui ſi purus eſt], prius quam anima noſtra incipit progredi, & prius quam progreſſa pulſet ad oſtium divinæ miſericordiæ, aperitur ei immenſus ſapientiæ illius theſaurus; & antequam petierit, accipit etiam plus quam velit, imo plus quam ſciat ipſamet petere, ex eo quod ſibi ab incomprehenſibili Dei bonitate offertur. Largus liberaliſſimuſque eſt noſter miſericors & amantiſſimus Jeſus crucifixus: cui multum placent illi qui ſe ipſi conformant, & aperiunt cor liberale, magnanimum atque munificum, ut illud perfecte poſſideat Rex vitæ æternæ. In corde autem anguſto, vili, & ruſtico, numquam habitat neque habitabit Deus: *quia magnus & excelſus eſt ſuper omnes Deos.* Dimitte, dimitte, dilectiſſima anima, hunc fallacem & deceptorem mundum, non propter infernum tamquam mancipium, nec propter ſpem præmii tamquam peccatrix; ſed tamquam filia & ſponſa amabilis, propter amorem tui crucifixi Jeſu, eumque brachiis, id eſt affectu cordis tui magnaque dilectione ſtringe. Ita fecit dilecta Mater tua, quæ doluit de eo quod non habebat, deque eo quod non erat, ut tanto plus poſſet dimittere propter amorem ſui crucifixi Jeſu, quem diligebat puro atque ardenti corde & intentione perfecta. F

*pag. 153 in eoque jugiter figendam mentem,*

16 Cum autem debeat anima, quæ iſtuc deſiderat pervenire, tenere mentem in Deo fixam, quantum ei per ſuam fragilitatem gratiamque divinam conceſſum fuerit; nihil eſt quod magis utiliter poſſit, aut magis neceſſario debeat facere ſervus Dei omnipotentis. Hæc cogitatio, qua quis mentem affixam tenet Deo, ipſam ſanctificat, accendit affectum, & illuminat intellectum, eſtque pro fræno quo præſervetur à venialibus peccatis. Ipſa eſt vitiorum ſcopa & præparatio ad orationem, ad

A ad quam alioqui multi accedunt tota die, & numquam cogitant de Deo. Sentiunt illi ſe indevotos, aridos, indiſpoſitos, & mentalis faſtidii plenos; ideoque dicunt; Non habeo donum orationis: quod tamen non eſt ita, ſed totum hoc eis evenit, quia non direxerunt cogitatum ſuum ad Deum, quo ſedem præparent orationi mentali. Qui autem cogitant, quomodo id quam optime faciant, abſque mora perveniunt ad optatum finem: talis enim anima *præparavit locum Domino*, accipitque gratiam lacrymarum, compunctionis, guſtus, & devotionis. Hac methodo utuntur ſpirituales ac ſapientes Religioſi in hoc mundo, & æternum proſequentur in cæleſti gloria. Hoc ſignum eſt præ aliis omnibus infallibile, ad cognoſcendum utrum quis ſcriptus ſit *in libro vitæ*: frequens enim de Deo cogitatio cogit ejus ſupremam bonitatem ut ſæpe recordetur noſtri. Pro certo autem habe, quod quanto frequentius memoraberis illius, tanto etiam ſæpius tui memoriam renovabit. Hoc [Matri tuæ] demonſtratum fuit à Spiritu ſancto, ut anima ejus magis accenderetur ad iſtud Angelicum exercitium: & ſcito quod habeat gratiam ſæpe invocandi in corde ſuo Redemptorem, ejuſque interius recordandi.

*quia hæc eſt optima diſpoſitio ad orationem,*

B 17 Multi nituntur pervenire ad cordis munditiem via perquam longa & laborioſa, vigilando, jejunando, flagellando ſe, humi cubando, frigus æſtumve tolerando, & corpus affligendo; quia ſciunt per interiorem puritatem poſſideri conſummatam perfectionem. Sed hæc tua Mater pro exploratiſſima veritate habet, quod frequens de Deo cogitatio faciat tantum bonum acquiri citius meliuſque, & minus laborioſe. Stultus foret qui Romam valens pervenire die uno, idque plana ac facillima via; itineri illi vellet impendere dies quatuor, idque per ſemitas longe aſperrimas. Elige, elige viam iſtam brevem, dulcem, ſuavem, ſecuram, & occultam, quæ te deducat ad paradiſum, nemine obſervante. Amplectere Chriſtum, & certus eſto te locupletandum, nullo ſciente ubinam negotieris. Finio & dico, quod qui ſæpe de Deo cogitat, *Deus manet in eo*: & qui eum per gratiam poſſidet, quid deeſſe ei poſſet? Cura igitur ut objectum tuarum cogitationum intentionumque ſit Deus, neque affige te creaturæ. Exempli cauſa, ſi vis caritatem exercere erga proximum, bonum quidem eſt, ipſum habere menti objectum ut proximum; ſed multo melius, repræſentatum ut membrum Chriſti: quantumque unum altero nobilius & excellentius eſt, tanto eſt etiam magis meritorium unum altero.

pag. 154 *Ea via breviſſima ad munditiam cordis,*

*& ſanctam in omnibus intentionem*

C 18 *Ne umquam obdormias in ſomno pigritiæ & negligentiæ*: ſed ſcito quod *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Mater illa tua dicit, quod hoc Euangelicum verbum à Spiritu ſancto impreſſum cordi ſuo ſit tam ſignanter, ut dormientem ac vigilantem habeat ſemper ſolicitam. Volo dicere, ut numquam in ſancta Religione occupari te ſinas ab eo ſomno, quo tenentur multi: qui illuc ingreſſi obliviſcuntur primi ſui fervoris; & quidquid boni operantur, faciunt abſque ulla conſideratione mentali. Sequuntur ordines, ceremonias, inſtituta ſanctæ Religionis omnino ſicut capræ, quæ ſaltante una ſaliunt etiam ipſæ, nec ſciunt quare. Sic Religioſus ſpiritualiter conſopitus, ſequitur ſuſceptam ſemel conſuetudinem; nec conſiderat quæ ratio ad id impellat. Accidit talibus idem quod aſino, qui vinum portat & bibit aquam: nam & iſti extremum laborem ſuſtinent, cum modico, modico, modico fructu. Quia ſicut materia abſque forma non eſt pulchra neque utilis, ſic opus factum abſque certa intentione non placet Deo, nec quidquam utilitatis tibi adferet. Licet enim opus bonum in ſeipſo ſit laudabile, nihilominus, inſtar materiæ cui non adeſt forma, id eſt bona intentio, eſt abſque fructu; & ſtultus eſt qui illud ſic exercet. Age ad modum prudentis ac ſapientis, neque inhære ſtultorum veſtigiis: ſed in omni opere, ſeu magno ſeu parvo, dum ſpiritus vitæ in te fuerit, leva oculos mentis ad Deum, ſanctificans iſtic tuam intentionem, & pro Dei amore omnem tolerans adverſitatem. Propter ejuſdem Domini amorem fac orationem, lege pium librum, canta officium, lava ollas, everre domum, exerce caritatis opera erga ſanos & infirmos: & crede mihi, quod ſi teipſum aſſuefeceris ad mente dicendum interim dum iſta agis, Domine Deus facio hoc propter tuum amorem, id dicturus ſis etiam cum non cogitabis.

pag. 164 *Commendat vigilantiam ſpiritualem*

EX ITAL. PASCUCII

19 Sic fecit tua dilecta Mater; quamvis enim ſimilibus exercitiis parum admodum vacare potuerit, propter longam ſuam infirmitatem & debilitatem corporis; tamen (quod ad ædificationem tuam dictum ſit) ſic egit, ut de ea dici cum veritate queat, quod plus fecerit quam poterat; prout Deus & ejus conſcientia norunt. Conſilium ergo hoc tibi do, ut cures habere ſemper fervens deſiderium faciendi pœnitentiam: ſed quoad exteriorem agendi rationem noli arbitrio tuo ferri, verum *ſerva mandata Patrum tuorum*, quia ſic non parum mereberis coram ſanctiſſima Trinitate, quæ ſolum conſiderat & penſat cor. Proinde ſatage ut ipſum continuo habeas inflammatum caritate: quia ollæ bullienti non appropinquant muſcæ, ſed tepidæ advolant in eaque merguntur. Ab anima æſtuante ab igne amoris divini dæmon & omnes cogitationes immundæ procul fugiunt: in animam vero tepefactam quoad amorem & in caritate refrigeratam, ſeſe immergunt mergunturque muſcæ vanitatum & inutilium cogitationum; unde progignitur letifer ille ſomnus animæ negligentis. Hinc evenit ut multi dormiant in ſancta Religione, & dormientes ſomnient ſe perfectionem acquirere: ſed in hora mortis agnoſcent falſitatem ſomniorum ſuorum chimericorum; manus enim plenas diabolicarum illuſionum habere ſe invenient. Itaque, Reverende mi Fili in Chriſto, aperi oculos, & hoc age ut ne joculariter impendas paucos qui tibi reſtant vitæ dies: eſto vigilans & fervens, *juxta gratiam à Deo tibi conceſſam, dicens cum Apoſtolo, Gratia ejus in me vacua non fuit, quia ad te de luce vigilo*: & hac methodo utens, eſto certus, quod brevi magnum es facturus progreſſum.

*quia non conſiderat Deus quantum quis agat,*

E

*ſed quo affectu.*

F

## CAPUT III.

### *Caritas Baptiſtæ erga proximos, etiam maledicos vel aliter injurios, in monitis Diſcipulo datis explicata.*

pag. 156 *Iubet religioſum erga ſe parcum, proximo liberatiſſimum eſſe.*

VOlo ut idem ſimul liberaliſſimus & avariſſimus ſis, id eſt, liberaliſſimus erga proximum, & avariſſimus circa teipſum tuamque perſonam: contra quam ſolet mundus. Mundani enim homines ſunt liberaliſſimi erga ſeipſos, ſibique de omnibus neceſſariis ſolicite proſpiciunt; erga proximum vero ſunt tenaciſſimi, quem ſi viderent centum rebus egere, vix unam ei largirentur. O cæcitas infinita! ô calamitas deplorabilis! Dominus omnium comis eſt, liberalis, munificus, abſque

EXITAL. PASCUCI. absque menſura, & ab ipſo ſunt omnia ; *Quia Domini eſt terra & plenitudo ejus, orbis terrarum & univerſi qui habitant in eo*: ſervus contra & diſpenſator, cui nihil proprii juris eſt in hanc machinam mundialem, qui in eam ingreſſus eſt nudus & nudus in terram cito revertetur, exhibet ſe avarum, arctum, immiſericordem, & crudelem proximo ac fratri ſuo. O ſuprema Trinitas! ô Trinitas ſanctiſſima! infinitas gratias tibi reddo. O potentia impotentiæ meæ! ô ſapientia meæ ſtultitiæ ! ô amor clementiſſime odibilitatis meæ ! quantum poteſt impotentia , quantum ſapit ſtultitia, quam amabilis eſt odibilitas quæ inveniuntur in me ; tantas gratias tibi ago propter me & propter meam naturam ; quod tu per tuam potentiam , ſapientiam , & clementiam infinitam modum viamque repereris, qua arrogantia noſtra ſuperbiaque humana in id quod eſt reducatur, id eſt in nihilum , quia nihil ſumus & in nihilum revertimur. Magnam lætitiam ſentit cor meum , quia in eo contemplor potentiam ac ſapientiam tuam; & video quod ſolus ſis atque æternum eris is qui ſemper fuiſti ; & ex converſo cognoſco quod peccatores, qui in ſua vanitate, ſuperbia & avaritia maledicta volunt hereditare terram reſque tranſitorias, neque miſericordiam erga proximum exercere , cito ſint redituri in fumum & in nihilum ; quodque efrẹni equo deſideriorum ſemper amplius ampliuſque habendi , qui celeritate curſus ſui certat cum ventis, à potenti manu Dei ſuccidendi ſint poplites; unde ſupinus corruet , non quidem in terram , ſed in profundum inferni , propter eorum maledictam avaritiam.

*intuitu Dei in ipſo per ipſum agentis;*

B

pag. 157 *deteſtatur avaritiam,*

21 Heu ! quod peſſimum iſtud vitium jam caudam immiſerit in ſanctas Religiones ; unde ſæpe evenit , ut qui multa in ſeculo dimiſerunt propter amorem Chriſti , uſque adeo tententur in hac parte à dæmone, ut grave eis ſit ſi videant modicum lactucę vel panem unum pauperi dari pro Dei amore, vel ſcyphum vini ſitibundo. O rem turpem & nefandam , conſpicere hujuſmodi machinam vitiorum inter ſervos Dei ! O quantam hic inde diſplicentiam haurit! quantum cor ejus affligitur! Quomodo enim poſſet liberaliſſimus Dominus ſuſtinere avariſſimos famulos ? Volo igitur ut tu , Pater reverende & Fili in Chriſto Ieſu cariſſime , prorſus oppoſitum facias ei quod faciunt ſeculares : id eſt , ut ſi pro tua perſona quatuor rebus tibi opus fuerit, avariſſimus ſis , & una ſola contentus acquieſcas, relinquens Deo curam corporis tui : qui, ſi firmam habueris fidem , inſpirabit alicui ut tibi proſpiciat, nec quidquam tibi deerit. Ita fecit Mater tua: fueruntque tam multi divinitus inſpirati ut providerent , non ſolum internis , ſed etiam externis ejus neceſſitatibus, & quidem abſque damno ſuo, ut non poſſet amplius deſiderare. Non credo autem quod pro ſua perſona unquam petierit aliquid à Prælatis ſuis : quin potius oblata ſæpius recuſavit accipere, dicens; Mater, non indigeo re iſta; da obſecro magis quam ego egenti.

C

*ac nimiam ſui ipſius curam.*

*Explicat Dei liberalitatem erga corpora*

22 Volo contra ut erga proximos largiſſimus, quoties unum quid rogatus fueris, quadruplum dones. Mater tua intravit, aut (ut melius dicam) Deus ipſam traxit per ſuam miſericordiam in contemplationem liberaliſſimæ caritatis Dei. Videbat illa in cælo quantas res fecerit liberaliſſimus Dominus, cæli ſtellati nobiſque viſibilis pulchritudinem , tam multis fulgentibus ſideribus diſtinctam , planetarum ſcintillatione , ſolis claritate , lunæ varietate admirabilem ; conſiderabat quanta in terris naſcebatur ſuavitas fructuum varietaſque foliorum, quot roſæ & lilia , quam magna odoriferarum herbarum diverſitas & utilitas curandæ hominum ſanitati ; quanta multiplicitas piſcium in mari , quanta diſſimilitudo avium in aëre, quot quadrupedes in ſilvis, quot ad domeſticos hominum uſus creata animantia ſint : & hæc omnia atque alia multo plura feciſſe Deum pro fœtidis noſtris corporibus rogatum à nemine ; ultro etiam providiſſe de frumento, vino, oleo, aliiſque rebus ex ſua liberaliſſima caritate , idque pro iis quæ brevi in nihilum redigenda ſunt. Quid ergo credis, Fili mi reverende , feciſſe eum & præparaſſe pro anima noſtra , æterna & perpetua, condita ad imaginem & ſimilitudinem ſuam? quantam varietatem gloriæ , quantam diverſitatem beatitudinis, quam incomprehenſibilia gaudia , quam inæſtimabiles delicias, inveniendas in iſta ſuperna civitate Ieruſalem triumphantis ? *Gloriosa dicta ſunt de te, civitas Dei. Portæ nitent margaritis, adytis patentibus ; & virtute meritorum illuc introducitur, omnis qui ob Chriſti nomen hic in mundo premitur : & plateæ & muri ejus omnes ex auro puriſſimo. O Ieruſalem beata,* tu es viſio pacis , habitatio contentorum , fruitio æternæ gloriæ. Cur autem tot tamque magna bona condidit Deus in cælo & in terra , in mari & in omnibus elementis , niſi ut nobis mortalibus demonſtraret ſuam liberaliſſimam caritatem & infinitam miſericordiam ? quia totus largus eſt , benignus, facilis & gratioſus ; neque ſolum ex plenitudine caritatis ſuæ communicat aliquid , ſed etiam ſeipſum largitur in ſanctiſsimo Sacramento. O liberaliſsime Deus ! tu nobis te ipſum & tua omnia donas : peccator contra peſsimus negat proximo res quantumcumque minimas.

D

*& hinc intelligit quid paraverit animabus.*

E

*& quomodo nos ſibi velit liberalitate aſſimilari.*

23 Ex hoc loco hauſit Mater tua liberalitatem ſuam, quamquam in tenera etiam ætate manifeſtiſſime declarabat eadem virtute ſe eſſe dotatam. Nunc autem magis gaudet dare quam accipere, & nihilominus magis magiſque ſentit in hac gratia ſe proficere ac creſcere. Sis igitur perquam liberalis , ſi vis Deo conformari: nihil enim aliud amat Deus quam ſeipſum , ſuamque imaginem & ſimilitudinem in nobis. Hanc doctrinam iſta Dei famula didicit in ſchola divinæ ſapientiæ. Si eam non intelligis , interroga : & invenies Deum eſſe in omni re amabilem , & omnia extra ipſum eſſe odibilia. Intellige me : *quia nemo bonus, niſi ſolus Deus; qui eſt liberaliſsimus, pius, & miſericors ; cujus miſericordia non eſt numerus, cui laus & gloria per infinita ſecula. Amen.*

F

pag. 161 *Docetur neminem dijudicare,*

24 Omitto dicere quam teneræ viſcera caritatis eadem Dei famula habuerit ad compatiendum imperfectionibus & infirmitatibus proximi ſui: quia non ſemper expedit oculos cæcorum recludere : ſolum affirmo tibi, quod Mater tua fuerit ſuper hac materia divinitus inſtructa, [adhuc exiſtens in ſeculo]. Quia autem ignorans tunc erat omnium ſpiritualium rerum, non intellexit quanti momenti ea doctrina eſſet , quamque profundæ ſignificationis : at poſtquam fuit in Religione, tam bene eam comprehendit , Spiritu ſancto mentem ipſius illuminante , ut annis circiter octodecim quibus in ea vixit , neque ſubdita neque prælata unquam aliquid mali dixerit de quacumque creatura. Quod ſi forte, permittente id Deo ad augendam tibi coronam, & dæmone inſtigante, unuſquiſque de te male loqueretur ; cura ut vindictam non relinquas filiis tuis , ſed ipſe eam facito , laudando Viſitatoribus ſanctam converſationem Fratrum , tamquam ſi omnes eſſent Angeli incarnati ; neque indices quis de te locutus ſit male , ne odium vel indignatio in corde tuo ſuboriatur, quibus duobus vitiis abominabilia Deo fiunt ſpiritualia obſequia : ſed nota bene , quod hoc fieri nequeat , niſi anima cor habeat occupatum circa Deum & plenum cognitione ſui ipſius. Tunc enim cæca

*& cacaeſſe ad proximorum defectus.*

A cæca effecta ad intuendos defectus proximorum, non cognoſcendo errores & delicta aliena, poteſt dicere cum veritate, Omnes mihi videntur Angeli incarnati. Hinc mihi videtur Matri tuæ adveniſſe hæc gratia, quod non haberet quid diceret Viſitatoribus: quin etiam affirmo tibi in veritate, quod ſæpe Novitiæ plura ejuſmodi ſcirent referre, quam ipſa quæ fuit in Religione tot annis: quod ſi nonnunquam aliquid aliis referentibus audiebat, tamquam ſi peregre abfuiſſet, dicebat intra ſe, Fierine poteſt ut hoc ignoraverim? *Ergo recipe.*

25 Dico præterea quod ipſa per Dei gratiam in hac doctrina comprehenderit diabolicam quamdam ſubtilitatem, qua multi etiam perfecti decipiuntur: quapropter, quia ex toto corde te diligo, ipſam tibi volo manifeſtare. Scito, Fili mi, quod murmurationes & judicia quæ fiunt in Religione, à dæmone tegantur & fieri procurentur ſub ſpecie alicujus boni: unde contingit ut laqueus, perquam ſubtilis & fere inviſibilis, fugiat etiam oculos mentales contemplativorum. Hæc eſt peſſima ſanguiſuga, quæ exugit, rapit, & tollit omnes labores & B ſudores Religioſorum ac Religioſarum. Hæc eſt peſſima illa lepra, qua contaminata fuit Maria Prophetiſſa, ſoror Moyſis: neque profuit illi propheticus ſuus ſpiritus, quo minus caſtigaretur: imo quia murmuraverat percuſſa fuit leprâ magis peſtilenti ac dolorificâ: & niſi Moyſes, contra quem murmuraverat, pro ipſa oraviſſet, intra paucos dies, ſicut ait Scriptura, conſumpta mortuaque fuiſſet. O nobilem figuram & ſpeculum exemplare, à Spiritu ſancto propoſitum in veteri Teſtamento, ad cujus vel ſolum conſpectum tremere deberent ſpirituales murmuratores!

*Murmurationis vitium comparat lepræ,*

26 Verum hæc doctrina parum conſideratur & minus intelligitur, quæ nobis certum præbet argumentum, quod qui in ſancta Religione mundus eſt ab ejuſmodi lepra, arrham ſecuram poſſideat Paradiſi. Hinc erat quod Mater tua tantum compateretur murmuratori, & invideret illi de quo murmurabatur: *Quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Specialis lepræ proprietas eſt, non ſolum abſumere carnes miſeri patientis, ſed etiam contactu inquinare ſocium: ideo mandavit Dominus ut Maria ejiceretur extra caſtra, ne alios inficeret: hoc C autem ſignificat id quod vulgo dicitur, Tantum agit qui tenet, quantum qui excoriat: nec enim magis peccat qui murmurat, quam qui aures murmurationi præbet; imo ſecundus magis quam primus: ſi enim non eſſet qui auſcultaret, non eſſet etiam qui murmuraret. Dæmon unus in lingua murmurantis reſidet, & alius in aure auſcultantis: ambo invicem annuunt corridentque, irridentes ſtultum Religioſum qui murmurat, & ſtolidum atque amentem qui auſcultat. Volo ego ut tu ſapiens ſis, & neque murmures, neque murmurationibus aurem præbeas. Scias autem, quod ſi faciem turbatam obſcuramque monſtraveris volenti tecum murmurare, duo bona uno eodemque tempore facies: quia fugabis dæmonium, quod inſidebat ipſius linguæ; & procul abiges etiam alterum, quod erat paratum ut aurem tuam occuparet. Verum animadverto quod fecerim longam digreſſionem, & credo quod aſſiduę preces tuæ, pro tua majori utilitate, ejus cauſa fuerint. Concludam ergo dicens, quod nolim ut murmures de re aut perſona quacumque, neque de bono neque de malo, neque propter bonum neque propter malum. Quapropter recordare hujus præcepti, & ipſum opere comple: non enim loquor ſine cauſa. Tene, Fili, frænum manu, quia

*quia etiam audientem inficit.*

*& jubet murmuranti faciem triſtem exhiberi.*

ſecundum S. Jacobum in ſua Canonica, *Religioſus non refrænans linguam ſuam hujus vana eſt religio.*

EX ITAL. PASCUCII

27 Subtilis ille laqueus, quem promiſeram tibi monſtrare, latet ſub hac Viſitatione. Quia enim novit dæmon, bonam omnem noſtram operationem, niſi fundetur in caritate, eſſe odibilem Deo, nobiſque infructuoſam & vanam; ideo malignus ille ſpiritus omnem induſtriam eo intendit, ut nos faciat [Patri Viſitatori] dicere multas multaſque res, quibus relatis nihil opus eſt, quæque maturius conſideratæ aliud non ſunt, quam opiniones & ſuſpiciones; pro talibus tamen non apprehenduntur ab imperfectis, oculum ſemper intentum habentibus in Quid, non in Quando. Hinc tepeſcit fraterna caritas, & inter Religioſos rumpitur pacis vinculum: multiplicatis autem ſuſpicionibus ſequitur totalis refrigeratio atque extinctio ejuſdem caritatis. Id cum maligni ſpiritus ſciant, exiſtimant ſe eſſe, & revera ſunt, elatos ſupra equum; nec amplius curant noſtram obedientiam, parvi faciunt honeſtatem, explodunt paupertatem, lacrymas, diſciplinas, jejunia, & alia quæcumque opera virtuoſa: ſola enim caritas nos Deo gratos efficit, & donat Paradiſum. Quapropter dæmon habet arcum & ſagittas ſuas venenatas ſemper directas contra radicem fraternæ dilectionis, & in ejus deſtructionem toto niſu intendit. Ideo facit nos temere judicare, ideo facit murmurare, ideo durante Viſitatione replet animos ſuſpicionibus; ac denique ſpargit zizania in cordibus aliorum, & exterminat zelum pro honore Religionis, ut linguæ præbeat opportunitatem dicendi & referendi quæ non conveniunt.

*Oſtendit laqueum tempore Viſitationis poſitum à dæmone,*

*ad caritatem delationibus violandam.*

E

28 Heu me! heu me! Quanta bona propterea perdunt animæ, ſua malitia excæcatæ! quanti labores redduntur infructuoſi! quanta hinc naſcitur inquies conſcientiarum! Ne quidem cognoſcere poſſunt quid bonum ſit, quia ſunt perturbati. Si faciunt orationem, nullum ex ea guſtum capiunt, aut in ea non confidunt Deo, quia non ſunt capaces ullius gaudii ſpiritualis: & hæc omnia mala procedunt à lingua. Tace, tace de rebus alienis: dicit enim Propheta, *Silui à bonis.* Tibi, tibi loquor, Fili mi. Volo ut hunc converſandi modum in ſancta Religione teneas, quia per Dei gratiam ita egit cordatiſſima Mater tua; indeque ex Dei ſpeciali dono tantam pacem hauſit, ut dicenti credere non poſſis: & eamdem prærogativam deſidero etiam benedictæ tuæ animæ.

*cum ingenti damno ſpirituali.*

F

29 Scito etiam quod Religioſa illa [cujus ſecreta tibi revelo] quamvis dotata divinitus multis gratiis ac donis ſpiritualibus, ſingularemque Dei erga ſe amorem ac benevolentiam argumentis plane extraordinariis experta, nihilominus ſemper ſitivit eam, qua poſſet omnes male de ſe meritos ſincero corde diligere, & magis quam eos qui ſibi facerent bene. Quæ etiam Dei famula, in ſuis ſanctis ac devotis orationibus, conſueverat ſæpe exclamando dicere, O Deus meus! ô clementiſſime Domine! ſi mihi revelares cuncta cordis tui ſecretiſſimi arcana, & quotidie oſtenderes omnes Angelicas hierarchias, mihique conferres poteſtatem quotidie mortuos reſuſcitandi, nollem propterea credere, certam me fore, quod ames me amore indefectibili & infallibili; niſi quando ſentiam gratiam ſinceri cordis, ad bene loquendum de quocumque mihi male faciente, & abſque mentis contradictione laudandum quemcumque male loquentem de me, meque injuſte calumniantem. Tunc, æterne & clementiſſime Pater, tamquam infallibili ſigno, credam, quod vere ſim fi-

pag. 116 *Præ omnibus gratiis deſiderat inimicorum dilectionem.*

EX ITAL. PASCUCII

lia tua, confortando meipſam exemplo dilectiſſimi filii tui Jeſu Chriſti crucifixi, qui eſt bonum unicum animæ meæ, & in cruce pendens pro crucifixoribus ſuis exoravit. Deo autem ſint gratiæ, quia muneris iſtius bonam partem conſecuta jam ſibi videtur anima illa; dum quâcumque ſibi dictâ aut factâ injuriâ, nullam omnino ſentit averſionem in corde ab ejus auctoribus, quantumvis valde atroces pertulerit, quas tibi non ſcribo: Deus & ipſi eas norunt. Quinimo maxima voluptate afficitur, dicendo aut faciendo aliquid quod gratum eſſe poſſit injuriatoribus ſuis: ſolum male eam habet damnum, quod animæ iſtæ infelices faciunt; & ex corde toto pro iis Deum orat, ne illis ſtatuat hoc peccatum: quandoque etiam in hoc ludo amoris, ad perfectionem ſummam tendentis, indulget iiſdem prærogativam unius vel alterius Pater & Ave. Volo, ô anima benedicta, ut etiam idem tu facias: id eſt, ut inſiſtas ſecuris veſtigiis illius tuæ Matris, quæ tantopere te diligit, ut pro ædificatione tua ſcribat talia. Confido autem in Deo tuaque prudentia, quod tempus huic ſcriptioni impenſum, non erit infructuoſum, ſed cordi tuo maximam adferet utilitatem. Quidquid anno uno potes efficere, noli partiri in duos. Ambula, curre, vola in via Dei. Ambulant probi, currunt ſapientes, amantes volant ad fruitionem majeſtatis divinæ. Si potes currere, noli ambulare; ſi potes volare, noli currere: quia tempus breve eſt. In via Dei ſemper progredi debes, retrogradi numquam. Si igni non adduntur ligna, per ſeipſum extinguitur: ita ſi animæ non addatur virtus, in ſe deficit; & incipiens à *Credo in Deum*, deſinet in *carnis reſurrectionem*, id eſt in negotiis & curis ſecularibus. Verum te omnemque animam Chriſtianam de via tali auferat Dominus. Interim ſi multum cupis proficere, time Deum, & ama eos qui te calumniantur. Hoc tibi volui inculcatum. Attende tibi, aperi oculos, & domi tuæ mentem contine: quia pauci ſunt qui ardenter deſiderant pervenire ad Euangelicam iſtam perfectionem, quam dulciſſimo ore ſuo docuit me benigniſſimus Jeſus: pauci ſunt, inquam, qui pertingunt ad veram perfectionem, in eo ſitam ut ament inimicos ſuos.

*ut certum ſignum amoris divini.*

B

*& monet diſcipulum ut ſemper conetur progredi.*

C pag. 171

30 Concluſi cum Dei grâtia, & finivi has ſalutares admonitiones, Reverende Pater & Fili mi dilectiſſime, quas volo ut ſerves & cuſtodias cum ea caritate, cum qua ipſas tibi mitto. Volui etiam conſolari te narrando tibi ſpiritualem vitam iſtius tuæ dilectæ Matris, coopertam ſub umbra præceptorum: neque grave mihi fuit tantillum laborem tui cauſa ſuſcipere, ſpero enim in meo crucifixo Ieſu, quod multa inde utilitas & mentalis conſolatio tibi ſit proventura. De rebus tuis principalibus, quales ſunt obedientia, paupertas, & honeſtas, ſpeciale monitum nullum tibi hic dedi, idque duabus de cauſis. Primo, quia qui obſervabit hæc præcepta, impoſſibile erit ut non ſit obediens, pauper, caſtus: ſecundo quia mihi videris tam bene diſpoſitus ad ſubjiciendum voluntarie collum jugo ſanctæ obedientiæ, ut inutilem judicem futuram extraque propoſitum quamcumque ſuper ea re adhortationem. Ad corroborandam nihilominus voluntatem tuam, dico hæc pauca verba: quod nullum ſacrificium poſſis offerre Deo magis acceptabile, quam ſi offeras ei voluntatem tuam tuumque arbitrium, mediante ſancta obedientia: *quia ſcriptum eſt; Obedientiam volo plus quam ſacrificium.*

*Concludendo, cauſam reddit,*

*cur nihil dicat de obedientia,*

pag. 92

31 De ſancta etiam paupertate tibi non loquor, ejus enim à Chriſto obtinendæ adeo cupidum te eſſe ſcio, ut pro ea dimitteres mille mundos: unum dico, quod vere perquam beatus ſit, qui margaritam hanc orientalem cognoſcit. Hoc inæſtimabilis pretii monile à Matre tua per Dei gratiam agnitum fuit, ipſumque ſibi & aliis comparavit: ſed ipſi ſoli incubuit onus perſolvendi pretii, multarum ſcilicet ærumnarum, fatigationum, & lacrymarum coram Deo, nec paucarum tribulationum ſuſtinendarum à Fratribus & Sororibus, Principibus, Presbyteris, & Secularibus: adeo ut poſſit cum veritate affirmare, quod paupertas pluris ſibi ſteterit, quam opulentis ſoleant conſtare divitiæ: magiſque eam requiſivit ac deſideravit habere, quam ſoleat avarus pecuniarium lucrum proſequi. Fili mi, paupertas tua hæc ſit, nolle quoad vives aliud quam Ieſum crucifixum, in quo reperies veras ſupremaſque divitias. O quam pauper eſt, qui aliud vult quam Deum! quam dives, qui aliud nihil habet quam Deum! Quod ad caſtitatem attinet, nihilo magis de ea tecum ſermocinari volo: ſcio enim quod hujus virtutis coronam geſtare præ omnibus ſodalibus tuis merearis: & ideo hæc tua Mater ſpecialiſſimo amore te proſequitur. Videtur autem mihi eſſe conveniens, ut circa hoc punctum acquieſcas huic meæ narrationi: cum enim fragile vas corporis tui ornatum ſit hac pretioſa gemma, & illuſtratum hoc Angelico ſplendore, non potui omittere quin tecum communicarem ſecreta Ancillæ tuæ, ut in te reponantur & conſerventur. * De ſancta oratione aliud etiam tibi non ſcribo (cum oretenus ſatis de ea tecũ locuta ſim) quam unum hoc, quod vide ut intelligas, Quando non potes metere, rape violenter; id eſt, cum non poteris mente, ore ſaltem precare.

D

*paupertate,*

*caſtitate,*

E

*& oratione.*

## CAPUT IV.

*Virtus Baptiſtæ adverſis & proſperis Varanæ Domus caſibus exercita: Vicariæ officium, Fundana fundatio, dignitas Abbatiſſæ.*

32 *Anno* 1502 *occiduntur pater & Fratres Baptiſtæ,*

F

*AB his præceptis caro Diſcipulo ſcriptis vix effluxit triennium, quin materiam exercendæ erga inimicos heroicæ iſtius caritatis, qualem ſupra explicavit* Baptiſta, *obtulit ei furioſa tempeſtas, qua Varanam familiam pene funditus evertit. Siquidem, uti narrat Leander Alberti in deſcriptione Italiæ pag.* 425, Pater ejus Julius, cum Principatu diu ac feliciter potitus fuiſſet (*puta per quadraginta vel quinquaginta annos, ſi Camerini nata fuit* Baptiſta) *tandem anno* MDII ſimili quo Priamus interiit fato; *quando, Camertibus ultro ſe in Alexandri Papæ VI poteſtatem tradentibus,* ipſum, cum Venantio, Annibale, Petroque filiis carceri incluſum, Cæſar Borgia Dux Valentinus in arce Pergulana crudeliſſime necavit; ut unus plane ex ea domo reſtaret Joannes-Maria, fratrum omnium minimus; quem pater initio belli Venetias cum theſauris, ut Polydorum filium in Thraciam Priamus, amandavit: *ſed ſucceſſu feliciori, quem meritis & precibus Baptiſtæ poſſis tribuere. Cito enim converſa fortuna, mortuo ſub annum* MDIII *Alexandro VI, unicam Varanæ domus ſcintillam denuo extulit & creſcere fecit in lucem maximam.*

*excepto minimo Ioanne-Maria;*

33 *Etenim* Joannes Maria de Varanis, qui cum patre Julio, Ferdinandi Regis locum tenente, Neapoli primum fuerat, ac deinde in Aragonenſium exercitu cum fratre ſuo Venantio militare poſuerat tirocinium; tranſierat Venetias, in eaque prudentiæ ſchola exercebatur ad artes magno Principe dignas; quando patrem fratreſque Valentini Ducis potentia obruit extinxitque, una cum libertate Camerinenſium. Sed Alexandro mortuo cito iis in faſtidi-

*qui anno* 1503 *honorifice receptus Camerini,*

um

A um venit Cæſar Borgia; proinde facile fuit Joanni Mariæ, Venetorum ſubnixo auxiliis, recipere civitatem, à majoribus ſuis poſſeſſam: quo cum Mutio Columna, Matalicæ Toparcha, adveniens, ab omni populo feſtiviſſime eſt exceptus. Dominium urbis eidem Pius III Alexandri ſucceſſor confirmavit, brevi illo quem tenuit menſis non integri Pontificatu: factumque ratum etiam habuit Julius II, eodem adhuc anno in Petri Cathedram ſuffectus. *Ita Paſcuccius, pag.* 128: *qui deinde pag.* 136 *latis triſtia miſcet, ex auctore iſtius ſeculi tranſcribens mortem & exequias D. Joannæ, à quibus* Baptiſtæ *abeſſe non licuerit, ut extremum officium optimæ matri perſolveret. Utriuſque verba hic adnumero.* Moritur Illuſtriſſima Joanna, filia Giſmundi Domini Ariminenſis: quam omnes confidunt, pro ſua bonitate, juſtitia, & miſericordia, receptam in locum ſalutis æternæ, impleviſſe triadem beatarum domus ſuæ animarum, Ruperti, inquam, & Margaretæ, quæ monaſterium unum Ferrariæ condidit, opulentiſque dotavit redditibus; ubi & Monacha facta obiit, ſicut etiam Illuſtriſſima Joanna, Ordinis de Obſervantia S. Franciſci, cujus anima ut ſperamus, *gaudet in cœlis in æternum.*

*matri mortuæ,*

B 34 Exequiæ fuerunt ſupra modum ſolennes; tota enim Curia Statuſque publicus intervenit, nec non triginta ſex Deputati à civibus, ex unaquaque Regione urbis duodeni. Omnia luctum mœſtitiamque ſpirabant, ſed plenam majeſtate. Etenim in aula majori expoſitum cadaver, ſpeciem adhuc viventis præferebat, in monaſtico habitu tertii Ordinis quem fuerat profeſſa, circumſtantibus illud Matronis innumeris mœrore confuſis. Aderat etiam cum ſuis Sanctimonialibus Soror Baptiſta, facultatem ad hoc faciente eo, cujus erat tali in caſu ſolvere obligationem clauſuræ. Et hæ quidem dum funebris pompa duceretur latus unum tenebant, aliud occupabant aulici Camerarii Ephebique honorarii, omnes pullis veſtiti, ſubſequentibus Collateralibus, Doctoribus, Civibuſque; Clerus vero ſequebatur ſuum Generalem Vicarium, quem Religioſi Ordines & Confraternitates præceſſerant, agmine tam longo, ut quando cadaver efferebatur è porta Palatii, prima octodecim Crucium jam attigiſſet limen eccleſiæ Cathedralis. Feretrum bajulabant Poteſtas & Caſtellanus, Artiumque Capitanei, mutuo ſibi ſuccedentes. Ad ingreſſum eccleſiæ, quæ pullata tota facibus accenſis ſplendebat, confuſus magnuſque planctus extitit populi, Matrem, Dominam, Patronam amiſſam quiritantis. Joannes Maria, præ ſinceri doloris exceſſu, ter deliquium paſſus fuit: Baptiſta, cum non minori omnium ædificatione, lacrymas habuit in poteſtate. Corpus defunctæ in capſa plumbea aliquamdiu ſtetit ſupra arcū antiquæ tribunæ: ſed alio poſtea tranſlatū fuit, Pontifice prohibente, ne depoſita mortuorum altiori quam ſunt altaria loco haberentur. *Factum eſt autem id ſub annum* MDLXX, *quando Pius V eā in rem Viſitatores Apoſtolicos per ditiones omnes Papales miſit, de quibus actum* XIII *Martii ubi de cultu B. Erici Peregrini apud Peruſinos num.* 7. Viſitur porro hodieque Joannæ effigies, vivis expreſſa coloribus in eccleſia S. Franciſci, in tabula repræſentante fugam in Ægyptum, juxtaque ipſam in habitu Tertiariæ cum filio Joanne Maria, ita ut ex matris ore ad Virginem Deiparam prodire videantur litteris inauratis hæc verba: *Vt te & filium ſervaſti, ita me & filium ſervare dignata es.* Eratque ſubſcriptum JOANNA MALATESTA VARANA, UXOR PIA CAMERINI PRINCIPIS.

*exequias magnificas facit,*

C *interveniente etiam Baptiſta.*

*Non videtur ad accidiſſe ante annum* 1505.

35 *Annum & diem illius mortis mirū eſt à nemine fuiſſe expreſſum. Paſcuccius prædicta videtur ponere ante annum* MDV, *cujus principio ad Firmani Conventus initia facienda poſtulata* Soror Baptiſta *fuit; ſed huic conjecturæ nequeo aſſentiri. Cum enim jam inde ab anno* MCCCCLXXXII *patriæ ſuæ Epiſcopatum tenuerit Fabritius de Varanis, Herculis filius, Petri-Gentilis frater, neque obierit Vghello teſte ante annum* MDVI, *quæcumque ejus fortuna fuerit ſub Duce Valentino, reſtitutam certe eam fuiſſe oportuit, regreſſo in urbem Ioanne-Maria; neque ſatis credibile videtur, Præſulem tam conjunctum defunctæ, ſi vixiſſet & Camerini præſens fuiſſet, non habiturum partem & nomen in hiſtoria funebri, cui præ aliis omnibus competebat mortuale ſacrificium celebrare per ſe, non autem per Vicarium. Quapropter magis propendeo ut iſta facta fuerint Sede vacante, intra* VII *Martii quo obiit Fabritius, & Februarium anni* MDVIII *quo eidem ſuffectus eſt Franciſcus Roboreus, Iulii Papæ II ex fratre nepos.*

EX ITAL. PASCUCIS

*ſed potius poſt annum* 1506;

36 *Vicariæ munere fungebatur* Baptiſta, *uti ſupra vidimus, quando imperatum ei fuit ſcribere de mentalibus doloribus Chriſti, anno* MCCCCLXXXVII, *agenti ætatis ſuæ annum* XXXIII: *ſubſecutum deinde eſt tempus probationis admirandæ, annis quinque continuatæ, quam ab ipſa ſtrictim indicatam, non vero hiſtorice deſcriptam vidimus. Exhinc nihil de vita actis per annos triginta invenire Paſcuccius potuit, præter unicum Iulii Papæ II breve, quo Firmanis civibus poteſtas fit, ipſam ad ſe traducendi, hoc tenore.* Julius ſecundus Pontifex, dilectis Filiis noſtræ civitatis Firmi.

*cum antea eſſet Baptiſta evocata Firmum,*

E

Dilecti Filii, ſalutem & * amplificatam benedictionem. Exponi nobis feciſtis, quomodo in civitate noſtra Firmana nuper amplum & honeſtum monaſterium Monialium, Congregationis S. Claræ Ordinis S. Franciſci, in divini cultus augmentum, de Sedis Apoſtolicæ & Superiorum licentia & aſſenſu, ſeu aliàs legitime & juxta juris ordinem ſervatis ſervandis, noviter conſtructum & ædificatum exiſtit; & vos Moniales d. Ordinis & Congregationis in eodem monaſterio congregari deſideratis; ſitque neceſſarium & opportunum, ad inſtruendum monaſterium ipſum ac novitias Moniales ad id confluentes, ex aliquo alio monaſterio ejuſdem Ordinis, aliquas Moniales ſanctæ vitæ, probitatis & morum, & Regulæ ac inſtitutionum & ordinationum Ordinis prædicti inſtructas, advocare; & pro parte veſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut deſuper opportune providere dignaremur. Nos hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, dilectis in Chriſto filiabus, Baptiſtæ de Varanis & Angelæ de Octonibus, Monialibus monaſterii Camerinenſis ejuſdem Ordinis & Congregationis, cum una, duabus, vel pluribus Monialibus ejuſdem monaſterii, ſicut eis videbitur, de conſenſu tamen Superiorum, pro uno vel duobus annis, prout eiſdem Superioribus videbitur, ut ad d. monaſterium civitatis Firmi ſe transferant, & illud cum Monialibus ad illud confluentibus ordinent, juxta Conſtitutiones Ordinis & Congregationis prædictarum & Superiorum eorumdem (ſuper quo earum conſcientiam oneramus, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ) auctoritate Apoſtolica tenore præſentium mandamus: non obſtantibus &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die XXVIII Januarii MDV, Pontificatus noſtri anno II.

*ad ordiendū ibi monaſterium,*

F

37 *Ecce ut Firmana civitati,* pro uno *dumtaxat* vel duobus annis, *concedatur* Baptiſta: *proinde nihil obeſt, quo minus poſt obitum Epiſcopi Fabritii, & ante inſtitutionem ſucceſſoris Franciſci, Camerinum illa reverterit, antequam mater ſua extremam incurreret ægritudinem. Agebat autem illa, cum Firmum deſtinabatur, ac fere compleverat ætatis annum* XLVII, *ex quo uſque ad annum ejuſdem ætatis* LXIV *Chriſti* MDXXI *nihil reperit Paſcuccius, quod hiſtoriæ inſereret, præter Varanæ Domus felicitatem, ad ſupremum pene culmen honoris evectam, per præfati Ioannis-Mariæ nuptias cum D. Catharina Cibo, Leonis Papæ X ex ſorore Magdalena nepte. Is enim anno* MDXV *in Conſiſtorio*

*indeque reverſa Camerinum.*

EX ITAL. PASCUCII *ubi vidit an.* 1515 *fratrẽ creatum Ducẽ,*

*ſiſtorio Cardinalium collaudata modeſtia, juſtitia, ac magnanimitate ipſius, de conſenſu Collegii, Ducis titulo eumdem ornavit; miſſo qui Ducalia ornamenta cum inveſtitura Camerinenſis dominii eidem conferret Innocentio Cardinali Cibo, ſuo itidem ex prædicta ſorore nepote; ac denique eidem Romanæ urbis Præfecturam contulit, præter alia beneficia multa. Horum memoriam extare novus ex Duce Præfectus voluit; atque in Palatio publico Camerinenſi, hunc ſibi poni titulum fecit:* Joannes-Maria Julii-Cæſaris filius, vigeſimum primum annum agens, Dominium aſſumpſit: arcem Camerini ædificavit, Viſſum & S. Geneſium obtinuit; Camertium Ducatus dignitatem, Saxum-ferratum, Civitatem-novam, Præfecturam Urbis, & Senogalliæ Comitatum. *Hinc præter alia in rem noſtram diſcimus fuiſſe Baptiſtam hoc ſuo natu minori fratre, nato ſub annum* MCCCCLXXXII, *totis* XXIV *annis ſeniorem, atque inter omnes Iulii liberos fortaſſis promigenitam, ut eam frater hic ſuus potuerit matris loco habere.*

38 *Mirum proinde nihil eſt, quod, magna ejus apud Ducem fratrem auctoritate & gratia, monaſterium Camerinenſe* eo dignitatis atque magnitudinis pervenit, ut locus hic inter præcipuos Provinciæ connumerandus venerit, atque quadraginta ſex Moniales optime capiat, *uti teſtatur Gonzaga, ſub annum* MDLXXX *ſcribere exorſus de Origine Seraphicæ Franciſcanæ Religionis. Maxime autem in publicum monaſterii ſui bonum debuit incubuiſſe* Baptiſta, *poſtquam Firmo reverſa, mortuaque ſupranominata Abbatiſſa Sorore Pacifica, communibus votis poſtulata ad eamdem dignitatem ipſa fuit: neque putamus eidem ullam fuiſſe prælatam, quæ inter Pacificam ipſamque* Baptiſtam *munere iſto fuerit annis aliquot functa. Neſcimus tamen divinare annum quo facta Abbatiſſa ſit, neque factam eſſe poſſemus docere (omiſit enim notare Paſcuccius) niſi proferretur illius Epiſtola ſcripta* Reverendo in Chriſto Jeſu, Patri colendiſſimo Fr. Joanni Fanenſi, Ordinis Minorum de Obſervantia, divini verbi Præconi digniſſimo: *cui Epiſtolæ in hunc modum ſubſcripſit:* Filia tua indigna, Soror Baptiſta de Varano, Abbatiſſa, in monaſterio Chriſti Jeſu ancilla inutilis. *Dum autem ſub finem Epiſtolæ* filium *quoque ſuum videtur* Ioannem *appellare; ſuſpicionem mihi ingerit, quod ipſe ſit ille dilectus* Diſcipulus, *ad quem extant monita ſuprapoſita.*

B *voq; favente inſigniter monaſterium ſtabilit,*

*facta Abbatiſſa.*

## CAPUT V.

*Baptiſtæ familiaritas cum Ioanne Fanenſi; ſub hoc enata Congregatio Capucinorum: Beatæ obitus & veneratio corporis ac linguæ incorruptæ.*

C

39 EX *variis quas ſancto illi viro* Baptiſta *ſcripſit epiſtolis, unam illam totam Latine ſcriptam producit Paſcuccius, quam integram hic attexere placet; tum quia nonnihil ad hiſtoriam confert, tum ut Latini ejus ſtyli ſpecimen habeatur. Eſt ergo talis.* IESUS. Super flumina Babylonis illic ſedimus & flevimus cum recordaremur tui Sion. Verba ſunt Cantoris Spiritus ſancti, ad conſolationem afflictorum prolata, Domine reverende atque amatiſſime, Pater optime, & ſtatui tribulationis & perſecutionis Reverentiæ tuæ conveniunt, vili judicio meo. Nam electi ſedent & quieſcunt ſuper flumina Babylonis: impii vero, reprobi, & peccatores ſubmerguntur in fluminibus Babylonis. Tu ergo, anima amabilis & inclita, quæ es ex conſortio & numero electorum, ſedisti & quieviſti ſuper flumina Babylonis, id eſt ſuper aquas tribulationis, in ſpe reſurrectionis tuæ innocentiæ & virtutis. Sediſti & quieviſti in Deo ſalutari tuo, qui eſt defenſor & cuſtos innocentiæ electorum ſuorum. Infamatores & detractores Reverentiæ tuæ ſubmerſi ſunt in barathro confuſionis & loquacitatis eorum. Semper, Pater amabilis, ante auroram & ſolem tenebræ antecedunt. Sic etiam poſt montes, pulchras, amœnas, floridasque planicies invenire ſolemus. Phyſicus ille cæleſtis, qui pro humani generis ſalute in cruce pependit, electis ſuis, poſt flumina perſecutionis & anguſtiæ, jucunditatem diſpenſat & lætitiam; atque poſt lacrymas, riſum Angelicum addiſcunt electi in ſchola crucifixæ humanitatis Chriſti: & quamvis medicinam materialem rugoſa fronte bibat ægrotus, non modicum poſt gaudet recuperata corporis ſalute. Permittit multoties amabilis ipſe & piiſſimus, ut omnia nobis amareſcant, ut ſolus ipſe dulcis & amabilis appareat. O dulciſſime Ieſu, ô amor ineffabilis, quam dulcia & delectabilia ſunt opera tua animæ quærenti te, animæ diligenti te ſine fraude & ſimulatione, animæ quæ ex toto affectu affectualiter requieſcit in pectore tuæ crucifixæ humanitatis, ubi plenitudo divinitatis corporaliter inhabitat. D *glorioſum exitum.*

40 Gaude & lætare, filia Sion, ô anima diligens Deum & à Deo dilecta nimis; quia lapidatores & perſecutores ignorantes poſuerunt in capite tuo coronam de lapide pretioſo: & credentes reverentiam Paternitatis tuæ ſpoliare honore, dignitate, & gloria, texuerunt tibi tunicam immortalem in hac vita honoris & glorioſæ famæ: nam aurum, in igne probatum & examinatum, clarius ſuum valorem & pretium demonſtrat. Tu, Pater reverende, eras pretioſum lilium clauſum: modo expandiſti folia tuæ patientiæ & virtutis, & dediſti odorem pretioſum toti Religioni & Provinciæ Marchiæ, quam per tres annos pudiciſſime atque virtuoſiſſime rexiſti, & Angelico tuo prudentiſſimo regimine Fratres & Sorores gubernaſti in ſanctimonia & pace. Flevimus nos omnes filiæ tuæ, dum tu Pater cordialis ſedebas ſuper flumina Babylonis, dum recordabamur benignitatis & dulcedinis tuæ, ô Sion! ô anima divinâ caritate plena! Nunc autem exultamus, & jubilamus, & gratias immortales agimus omnipotenti Deo, qui dedit imperium puero ſuo B. & ſalvum fecit filium ancillæ ſuæ, ſcilicet Ioannem. Fecit mecum ſignum in bonum, ut videant qui oderunt te & confundantur, quoniam tu Domine adjuviſti eum & conſolatus es me. Hæc ſupra notata inepta verba, ſtylo femineo currenti, exaravi; ut habeat reverenda Paternitas tua in ſuis orationibus memoriam mei, cui humiliter & devote me commendo, & benedictionem tuam cordialiter peto. Vale in eo, qui eſt omnium in ſe ſperantium vera & conſummata ſalus, quem pro filia & famula tua exorare memento. In monaſterio S. Mariæ-novæ Camerini, die XX Aprilis MDXXI. F *ſicut ei antea fuerat multum compaſſa.* E

41 *Hic eſt ille Ioannes Fanenſis, qui ſub annum* MDXXV *iterum factus Vicarius Provincialis Marchiæ, Fr. Matthæum à Baſio, ex Camerario Iulii-Cæſaris patris* Baptiſtæ, *factum inter Obſervantes eximii ſpiritus ac zeli concionatorem, capucii formam mutare aggreſſum, eaque de cauſa Romam euntem atque ex itinere retractum, in Capitulo Provinciali Matalicæ celebrato graviter reprehendit, velut apoſtaſiæ reum, carcerique incluſit. Ea res nuntiata Duciſſæ Camerinenſi, Fratri Matthæo perquam devotæ, adeo ipſam commovit, ut minacibus litteris primo Ioannẽ aggreſſa, deinde & verbis coram Guardiano Camerinenſi expoſtulans, coëgerit dimittere vinctum, uti aſſerit Paſcuccius. Matthæus autem Romam ſe contulit ad Pontificem Clementem VII, facultatem petiturus, quam & impetravit, in aſſumpto habitu ubi collibitum eſſet vitam eremiticam tenendi. Anno deinde ſequenti* MDXXVI *Fr. Ludovicus & Fr. Raphael, ambo de Foro-Sempronii & fratres germani, eodem quo Matthæus ſpiritu ducti, nec tamen in ejus ſocietatem recepti, per ſeipſos quoque eumdem habitum capuciatum aſſumpſerunt; & faventibus Duce ac Duciſſa eamdem quam ipſe à Pontifice facultatem obtinuerunt, die* XVIII *Maji; itaque regreſſi Camerinum, intra quædam* palatii

*Hic anno* 1525 *primum Capucinum durius tractat,*

*ejuſque ſociis anno* 1626 *ſe opponens,*

*Gratulatur Ioanni, obloquia multa paſſo,*

A *palatii Ducalis conclavia, donec proprius eorum inſtituto locus pararetur, tantiſper ſe continuerunt, una cum aliis ſubinde adjunctis, quos nominat Fr. Ioannes de Terra-nova in Tractatulo de origine Capucinorum, inveniendo ad* XVIII *Maji poſt Acta B. Felicis.*

*ſcribit Ducibus Camerinenſibus,*

42 Non placuit, *inquit Paſcuccius.* Fr. Ioanni quod tantæ prudentiæ Princeps adeo afficeretur novæ huic Religioni, & puſillo iſti gregi tam potenter patrocinaretur. Scripſit ergo ei epiſtolam vehementem, rogans ut palatio ſuo expelleret illos, quos appellabat contumaces; cogeretque reverti ad obedientiam, unde abſceſſerant: ſcripſit & aliam ad Duciſſam in eumdem ſenſum, ac denique tertiam ad

*ipſique Baptiſtæ:* Baptiſtam, exhortans eam ut quanta poſſet efficacia idem Ducibus germanis ſuis ſuaderet: ſed ex horum reſponſo ſatis intellexit fruſtra id fuiſſe. Ipſe ergo Camerinum ſe contulit, & tempore opportune captato, conatus eſt compoſitis ad perſuaſionem verbis efficere, quod nequiverat per litteras. Sed non eſt ſapientia, non eſt conſilium contra Dominum; veroque eventu patuit illa Gamalielis ſententia: Si eſt ab hominibus conſilium hoc, opus diſſolvetur; ſi vero ex Deo eſt, non poteritis diſſolvere illud: quibus formalibus verbis Baptiſta Joanni reſponderat, ei reſcribens. Etenim initio dubia erat ipſa, probaretne an improbaret novitatem hanc, & Fr. Matthæo ejusque ſociis favorem præſtaret: ſed denique tam illa quam ipſemet Ioannes agnoverunt Deum eſſe, qui corda Camerinenſium Ducum commovebat ad Capucinos protegendos. Quapropter non ſolum eis moleſtus eſſe Vicarius deſiit, ſed etiam animum applicuit ad idem inſtitutum amplectendum: qua de re cum Baptiſta conferens, cuicum communicare ſolebat de præcipuis animæ ſuæ negotiis, ſtimulos ab ea novos accepit ad cæleſtem impulſum executioni mandandum.

B *quæ ei ſapienter reſpondet.*

43 *Ita Paſcuccius, qui in argumentum mutuæ inter Ioannem & Baptiſtam confidentiæ, allegat multas hujus ad illum epiſtolas, & verbatim etiam eam quam ſupra dedimus, ſed longe anteriorem; cum potius oportuiſſet eam adducere, ſi qua erat, unde probaretur illius poſtremi conſilii particeps revera fuiſſe* Baptiſta; *ſicut ſupra allegaverat breve reſponſum, quod illi circa Capucinos dederat. Sane, cum ex Waddingo certiſſime conſtet, Ioannem adhuc inter Obſervantes vixiſſe anno* MDXXXII, *nec niſi biennio poſt cum ad Capucinos acceſſiſſe teneat Boverius, Dux autem Camerinenſis teſte eodem Boverio obierit ex peſtilentia anno* MDXXVIII; *impoſſibile ſit ut Baptiſta, ante fratrem ſuum defuncta, partem habuerit in prædicta mutatione: quin etiam veroſimile eſt, ipſam, etſi Capucinis adverſari noluerit; pro ea tamen qua Ioannem proſequebatur reverentia & eo quo Ordinis quietem ſectabatur ſtudio nulla in re ipſis poſitive faviſſe contra illius expreſſam voluntatem. Etenim, hic, ut Ioannes de Terra-nova ſcribit,* cum eſſet Miniſter Provinciæ Marchiæ, tantus perſecutor Capucinorum fuit, ut nec nomen quidem eorum poſſet audire abſque indignatione & comminatione: quod ſi aliquis ſubditorum ejus boni ſpiritus, monſtrabat indicium voluntatis accedendi ad eos, excipiebat eum male, non ſolum verbis, ſed etiam carceribus. *Dicamus ergo* Baptiſtam, *pro ſuo neminem judicandi inſtituto, explicato ſuperius num.* 25, *inter illas Ordinis ſui turbas ſibi ſoli ſuiſque Sororibus intentam dumtaxat, commiſiſſe Deo cetera, quorum curatio nihil ipſam ſpectabat.*

C *equippe mortua ante an.* 1528:

44 *Vtinam epiſtolis ea in cauſa ultro citroque ſub initium datis, quarum meminit Paſcuccius, quaſque à ſe viſas indicare videtur, adſcriptæ fuiſſent notæ anni & diei. Sed hoc videtur prætermiſſum fuiſſe in illa rerum præcipitatarum feſtinatione: alioquin enim agnoviſſet Paſcuccius, eam quæ adhuc vivebat cum iſtac agerentur, non obiiſſe anno* 1524, *ut habet pag.* 183; *vel* 1525, *ut habet pag.* 146; *hic Lilii Camilli, iſtic Angeli Benigni verba allegans. Ex dictis ſiquidem manifeſte apparet, quod Baptiſta debuerit ſaltem uſque ad annum* MDXXVI *vivendo pertigiſſe: quando ſi obiiſſet die ultima Maji, paucis dumtaxat diebus vixiſſet poſt reditum FFr. Ludovici & Raphaëlis Foro-Sempronienſium, ſi tamen illi ante Maji finem Roma redierunt. Vix autem eſt credibile, illam, extremo cum morbo luctantem mortique propinquam, aut interpellatam pro tam ſcabro negotio fuiſſe à Ioanne, aut interpellanti reſponſum ſcripto datum fuiſſe. Proinde, quando non licet ſtare numeris ſcriptorum Camerinenſium ſupra notatis, abſque injuria coævorum Capucinorum, annum originis ſuæ procul dubio certius notantium; inclinat animus ut abſque formidine judicem, anno* MDXXVII, *ætatis ſuæ* LXIX *inchoato, mortuam fuiſſe* Baptiſtam, *quando Paſcha celebratum fuit* XXI *Aprilis; adeoq; dies* XXXI *Maji cum feſto Corporis Chriſti concurrit, erga quod myſterium quam fuerit devota explicuit ipſa num.* 45 *Vitæ ſuæ. Ea de morte cum nihil inveniat in Camerinenſibus monumentis Paſcuccius, præter initio allegata verba Lilii Camilli, aſſerentis exequias à tota Ducali aula magnifice celebratas fuiſſe; neque nos de ea dicere aliud poſſumus, quam pientiſſime obitam eſſe.*

*non tamen ante annum* 1526,

*ſed poſt* 1527.

*in feſto Corporis Chriſti.*

EX ITAL. PACUCII.

E

45 Corpus, *inquit Paſcuccius lib.* 3 *cap.* 13, à Sanctimonialibus conditum loco decenti fuit in choro earum, ut præſentiorem ſemper haberent ſuæ Fundatricis memoriam, & protectionis è cælo ſperandæ viciniorem arrham. Poſt annos autem triginta quibus illud ſic ſepultum jacuit, non ferentes Religioſæ diutius eam ſub terra condi, ſumma cum reverentia illud de tumulo ſuo extraxerunt. Nec dici poteſt quale gaudium earum pectora inundarit, quantam lacrymarum copiam ab oculis expreſſerit tenerrimę ſenſus devotionis, quando viderunt illud adhuc undequaque illæſum incontaminatumque, facie magis læta quam pallida, quaſi omnes ſalutaret, & oculis plane vividis. Hinc illud decentius quam antea collocarunt, majori in veneratione habendum. Sed earum voluntati oppoſuit ſe illius temporis Confeſſarius; & neſcio quo zelo motus, voluit ipſum denuo ſub terra recondi: nec ſine aliqua (ut videtur) indiſcretione fecit ſacrum iſtud pignus intra duas tabulas compingi, & multam deſuper humum ingeri: quin etiam aquam copioſam affundi mandavit, itàque commadefactam terram à ſocio ſuo premi atque calcari.

*Corpus in choro ſepultum,*

*poſt annos* 30 *levatur integrum,*

*iterumque recondituri.*

F

46 Obedientia, quam in loco illo exactiſſimam profitentur Monachæ, effecit ne qua earum verbum opponeret zelo Religioſi iſtius viri: itáque ſepultum denuo corpus, ſecundum Dei beneplacitum, manſit ibi occultum uſque ad annum MDXCIII; quando oportuit nova condendis mortuarum corporibus ſepulcra fieri. Tum vero ſeniores Virgines, ex quarum memoria numquam exceſſerat locus, in quo jacebat condita Mater ſua; commendaverunt operariis, ut quam maxima cautela uterenrur in amolienda humo. Hoc vero agentibus ex improviſo apparuit tabula, qua ſublata cum ſuaviſſimus odor exinde funderetur, agnitum fuit ipſam eſſe quæ corpori Beatæ impoſita fuerat. Ergo ad rei nuntium accurrerunt omnes, manantibus præ gaudio lacrymis perfuſæ; & exultaverunt, videntes poſt annos tam multos abſiſtere tantæ ſuavitatis fragrantiam ab eo corpore; ut dubitari nequiret quin anima pridem eſſet in thalamum cæleſtis Sponſi recepta, poſt quem vivens adeo ſtrenue cucurrerat in odorem unguentorum ejus. Admirationem auxit, quod ſola lingua, etiam tum humida & ſanguineo colore rubens, prorſus permanſerat omnis

*Oſſa an.* 1593 *reperta,*

EX ITAL. PASCUCII

nis corruptionis expers. Aderant retectioni ſacrorum oſſium (nam caro reliqua in cineres reſoluta abierat, ut votum illius impleretur *ſupra num.* 15 optantis, ut corpus ſuum, quod terræ commendat, in pulverem, prout convenit vili ejus materiæ, brevi reſolvatur) aderant, inquam, ſacrorum oſſium retectioni, non ſolum omnes Sanctimoniales loci, ſed etiam earum Confeſſarius Fr. Euangeliſta Fabrianenſis, vulgo nuncupatus Pharao; qui attentius conſiderans linguam recentem, mollem ac rubicundam, inter pias lacrymas admirabundus prorupit in hæc verba S. Bonaventuræ, S. Antonii Patavini linguam ſimiliter integram aſpicientis: O lingua benedicta, quæ ſemper Deum benedixiſti, & alios benedicere docuiſti! nunc manifeſte apparet, tua quanta fuerint erga Deum obſequia.

*cum lingua adhuc incorrupta,*

47 Inventum, ut dixi, ſacrum beatæ Matris corpus, cum quanta licuit ſolennitate depoſitum fuit intra novam marmoream arcam, in choro ipſius monaſterii, ea qua hodieque ſpectatur forma. Lingua ſeorſim reſervata, atque intra reliquiariam thecam clauſa eſt: quam thecam, uti etiam arcam ipſam, pretioſius exornandam anno MDCXXVI curavit egregia pietas D. Scipionis Savini Archidiaconi Camerinenſis. Hic poſtquam pluribus ſucceſſive Pontificibus operam navaſſet in officio Secretarii Status, ut appellant, animi ſui magnitudinem munificamque liberalitatem teſtatam fecit in eccleſiis patriæ ſuæ ſplendidius excolendis: & tunc appoſitis cryſtallis fecit, ut tam arca quam reliquiarium prædictum oculis intuentium perſpicua eſſent, accurrentibus ad ea intuenda omnis conditionis hominibus & perſonis, etiam primariis atque eminentiſſimis.

*thecis pretioſis condunturs*

B

48 Sic anno MDCXXXIX menſe Octobri, Camerino tranſiens excellentiſſima D. Conſtantia Magalotti Barbarini, cognata felicis recordationis Urbani Papæ VIII, cum illuſtriſſimis Dominabus Lucretia Vaini & Maria Machiavelli, ſororibus ſuis carnalibus, venerunt ad monaſterium S. Claræ, viſitatum corpus B. Baptiſtæ de Varanis: auditaque ad illud Miſſa & deveneratis Reliquiis, ac lingua intra pyxidem argenteam aſſervata, ingreſſa etiam cum prædictis ſororibus monaſterium eſt: quo perluſtrato, intra arcam Beatæ reliquit numiſma aureum novum, cognati ſui Pontificis imagine impreſſum aliaſque eleemoſynas. Simili modo locum viſitavit D. Anna Columna Barbarini, uxor Excellentiſſ. D. Thadæi, æque nepotis prædicti Papæ Urbani menſe Majo anni ..... ingreſſaque monaſterium etiam ipſa, dicebat, ſibi cum familia Varana conſanguinitatem intercedere. Huic autem viſitationi aderat honoris cauſa Illuſtriſſ. D. Æmilius Alterius Epiſcopus Camerinenſis, qui fuit poſtea ſummus Pontifex & univerſalis Eccleſiæ Paſtor dictus Clemens X. Denique aliæ plures qualificatæ perſonæ, pro fama continuatæ hactenus devotionis, viſitarunt & honorarunt ſacrum iſtud depoſitum: & viri religioſi non pauci magnæ æſtimationis deſiderarunt obtinueruntque aliquid bombacii, intra arcam repoſiti, quod pro Reliquiis ſibi haberent.

*& religioſe viſitantur à primariis matronis:*

C

*expetunturque Reliquiæ.*

## CAPUT VI.

### *Gratiæ obtentæ ad invocationem B. Baptiſtæ.*

49 PAtriarchæ Joſepho, ſicuti ſacræ litteræ referunt, concreditus fuit Regius Pharaonis annulus, quo ad ſignandas gratias pro ſuo uteretur arbitrio: & licet is illum tamquam miniſter Regis ejuſque vice fungens tractaret, ſemper tamen apparebat impreſſa ceræ figura ipſius Regis, cenſebaturque eſſe ſignatura, non Joſephi, ſed Pharaonis. Haud aliter agit cum ſuis amicis Deus, concedens eis ſæpe numero gratiam miraculorum, quæ ſunt velut annulus omnipotentiæ ejus; & ipſi tamquam miniſtri eo ſic utuntur, ut velint ea cognoſci profecta à Deo. Hinc fit ut crebro ad ſolam invocationem nominis, contactumve ſepulcri vel corporis, aut etiam veſtium, admirabiles omnino ſequantur effectus. Prærogativa autem hæc etiam B. Baptiſtæ conceſſa fuit, inter alias gratias gratis datas. Ad hujus aſſerti confirmationem placet colligere aliquam multa exempla curationum, noſtris hiſce temporibus (ut antiquiora taceam) impetratarum per interceſſionem ejus, unde divina erga nos benignitas magis magiſque eluceſcat. Prius tamen quam ad infirmitates morboſque accedam, præmittere debeo quamdam quaſi perpetuam gratiam, quam dilectis filiabus ſuis Beata impertitur. Videlicet, quod quoties earum aliqua commune humanitatis debitum ſolutura eſt, diebus aliquot ejus mortem prægredientibus audiatur intra ſepulcrum ejus motus ac ſtrepitus quidam; ut eo ſigno admoneantur ſingulæ, ad extremum exitum ſe præparare: unde ſi quam tunc contingit gravius infirmari, ſolent illæ curioſius arcam ſanctam obſervare, num forte ex eo morbo obitura indicetur.

D

*Baptiſta filias ſuas ſolet de morte præmonere.*

E

50 Nunc veniam ad morborum curationes, & ex multis paucas referam, præſertim in ſuarum filiarum morbis oſtenſas, ut illæ aſſueſcerent in ſuis quibuſcumque neceſſitatibus ad ipſam recurrere. Soror Martha Nemcei arthriticis doloribus multis jam annis divexata, ſic ut duorum baculorum admiculo ægre promovere greſſum poſſet; invocata B. Baptiſta naturalem vigorem movendique pedes facultatem recepit, atque inventa eſt ſana; ſicut & aliàs ſæpe à capitis & oculorum infirmitatibus. Menſibus pluribus lecto decubuerat Paula Mazzutelli, ſic ut nullum membrorum ſuorum poſſet per ſe movere. Hæc doloribus aggravata cum votum B. Baptiſtæ feciſſet, non ſolum ſublevari ſe ſenſit, ſed etiam in ſuavem ſoporem lapſæ apparuit liberatrix ſua, tactuque ſanam reddidit, acſi nihil incommodi unquam paſſa fuiſſet. Toto corpore cruciabatur Fr. Thomas de Matalica, cum recordatus invocandæ Baptiſtæ, ſubito ſanum ſe vidit & à cruciatibus liberum.

*Eâdem invocatâ ſanantur, arthritica,*

*& paralytica;*

F

51 Anno MDCXXXVI D. Anna Cucchiaroni cum duabus filiabus ſuis acceſſerat ad monaſterium S. Claræ in die S. Jacobi Apoſtoli; cum obſcurato derepente cælo, furioſa loco incubuit grando, permixta tonitribus fulminibuſque, quorum unum haud procul ubi conſtiterant decidit. Hinc attonitæ tam ſeculares quam religioſæ, omnes velut emortuæ corruerunt in terram: ſed mox atque in colloquii locum allatæ Reliquiæ Baptiſtæ ſunt, redierunt ad ſenſus ſuos quæ fuerant conſternatæ: & prædicta Domina in grati animi ſignum reliquit eleemoſynam, unde poſtea curata imago Beatæ eſt, quæ hodiedum ſervatur in parte chori interiori. Eadem D. Anna, intenſiſſimis colicæ paſſionis doloribus invaſa, morti viciniſſima judicabatur à medicis: ſed præſervata fuit, cæleſte auxilium per interceſſionem Beatæ implorans: cui deinde anathema argenteum obtulit in memoriam diſcuſſi periculi.

*fulmine perſtrictæ incolumes ſurgunt;*

52 Fr. Antonius Maſſucci de Recineto, Confeſſarius monaſterii S. Claræ, nullum remedium inveniens gravibus qui corpus ejus totum lancinabant doloribus, nec requiem eidem indulgebant vel modicam; poſt alia fruſtra tentata, vovit anathema affigendum tumbæ ſacræ, & ſanus ſine mora fuit. Nobilis quædam Camerinenſis matrona, cui

*voto facto curatur Confeſſarius loci,*

*Deo per Sanctos ſuos miracula operante,*

A cui nomen Magdalena Ugolini, enormi cruciabatur cephalalgia: cujus quia origo ignorabatur etiam non inveniebatur remedium. Ivit ergo ad monaſterium S. Claræ, ubi ſororem habebat: perſuaſaque commendare ſe B. Baptiſtæ & imaginem votivam offerre, voto facto liberatam ſe dixit, votumque perſolvit. Simili in cauſa eodem recurrit D. Gentileva Ugolini, imaginem cum argenteo capite vovens: & cito compos voti facta, ipſum exacte implere curavit. Ex eadem cauſa nullam quietis partem noctu diuque capiebat Soror Maria-Olympia Aquini: deficientibus autem remediis aliis, votivam tabellam ſi ſanaretur ſepulcro Beatæ appendendam promiſit, & ſana fuit.

*plures ab alio deſerti,*

53 Occupabatur in monaſterii utilitatem Sor. Laura Roſſetti, quando effuſo improvide ſuper faciem ac brachium bulliente muſto, non ſolum ſibi pellem aduſſit, ſed genas etiam ſic inflatas habuit, ut clauſis cum maximo cruciatu oculis jam nihil quam informes duæ maſſæ carnis excorticatæ cernerentur, haud abſque periculo perpetuæ cæcitatis. Ut ergo de gratia Beatæ participaret, ad ejus patrocinium humilis ac devota accurrit. Cumque delata ante ſepulcrum ferventer ibi preces fudiſſet, brevi tempore recuperavit integram ſanitatem. Soror etiam Columba Piſelli, propter brachii male affecti tormenta, ad omne monaſterii ſervitium inutilis erat: ſed Beatam invocans, cum pollicitatione argentei anathematis, meruit exaudita ſanari. Sorori Mariæ-Angelicæ Cucchiaroni ſic erant luxati dentes, ut ad quemcumque leviſſimum contactum excidere viderentur: vovit ergo dentium argenteorum ſeriem Beatæ ſepulcro affigendam, & ſuos mox conſolidari ſenſit, neque diſtulit obligationi contractæ quantocius facere ſatis. Simili modo conſolatam ſe ſenſit Sor. Flavia Voglia, idem incommodum patiens.

*facies muſto bulliente perfuſa,*

B *brachium inutile,*

*dentes luxati,*

54 Sor. Venantia Roſſetti, catarrho ſuper oculos defluente pene viſum amiſerat: ſed facto de offerendis duobus oculis argenteis voto, ſuos ſibi ſervavit. Similiter oculis infirma fuit Soror Michaëla Maggi, qui ei inſtar maſſarum duarum carnearum intumuerant: ſed detumuere, poſt votum Beatæ nuncupatum. Infirmitatem in gutture patiebatur Sor. Venantia Savini, cui remedium facere non poterant medici: quare Beatæ ſe devovit, & mox habere melius cœpit, nec multo poſt ex integro ſana fuit. Sor. Benedicta Bonapaſta epileptico malo ſic agitabatur, ut quovis die ſæpius ad terram allideretur. Hæc ad ſepulcrum Beatæ acceſſit, ibidemque recurrente malo collapſa ac ſemimortua, vidit illam coram ſe aſſiſtentem in habitu religioſo: neque multo poſt erecta in pedes, deinceps tale nil paſſa eſt, ideoque argenteum anathema voti rea obtulit. Idem malum patiens Bartholomæus Nerucci, tantum non etiam excidiſſe uſu mentis videbatur; itáque perſeverans abſque ſpe remedii invocavit Beatam; promittens ſi ſanaretur viſitare ſepulcrum ejus in gratiarum actionem: moxque exauditus ad ſanam mentem ex integro rediit; & ſanus etiam corpore votum implevit.

*oculi obſcurati,*

*angina,*

C

*epilepſia,*

*amentia,*

55 D. Franciſcus Candella pene ad amentiam redactus vi morbi erat: ſed à Sanctimonialibus Beatæ commendatus, in ſe rediit & ſanus fuit. Homo quidam, cujus nomen intercidit, aqua intercute eo uſque intumuerat, quo poteſt hydrops corpus inflare: qui deſperantibus medicis commendatus Beatæ, ad communem ſtuporem omnium detumuit & convaluit. Neſciebant iidem medici cognoſcere malum, quo Sororis Hyacin-

*hydrops,*

*ſurditas,*

thæ Cameræ torquebantur inteſtina: dimiſſis ergo remediis humanis ad divina recurſum eſt, & intercedente beata Fundatrice ſanitas afflictæ rediit. Picenati cuidam in aures poſitus eſt floccus bombacinus ex arca Beatæ, & auditum receperunt quæ ſurdæ erant. Filia quædam D. Franciſci Piſelli adeo debilis cruribus erat, ut erigere ſeſe in pedes nequiret aut quopiam progredi. Pro hac pater ſuus tibiam argenteam Beatæ vovit, & puellam expedite ambulantem cito vidit. Simile incommodum cum defectu loquelæ filio ſuo metuebat Joanna-Andrea Bona, qui jam triennis nec vocem formare neque conſiſtere pedibus poterat: ſed ubi eidem Reliquias Beatæ fecit admoveri, curâ illâ ſoluta mox fuit, puero & loqui & gradi incipiente.

EX ITAL. PASCHALI

*crurum debilitas,*

56 Filiolus quidam D. Venantii Savini lac ſugere non poterat: delatus autem ad monaſterium, per invocationem Beatæ Reliquiarumque contactum, ſugendi nactus facultatem, neceſſario ſibi alimento deinceps uſus eſt. Manus Sororis Raphaëlæ Maggi tam ancipiti malo affecta erat, ut de medicorum judicio putaretur eâdem numquam uſura amplius. Sed Beatam rogans ut pro ſe intercederet, brevi tempore obtinuit quam petierat ſanitatem. Vocem omnino perdiderat Sor. Cæcilia Ugolini, propter vehementem ſtomachi paſſionem: ſed Beatam invocans, eamdem recuperavit. Sæviſſima febri tenebatur D. Primavera Monaldi, cui cum arthritici dolores & ſanguinis fluxus acceſſiſſent, pro deſperata habebatur à medicis. Itaque ad Beatam ſe convertit, & exaudita ſtatim convaluit. Simili febre afflictus D. Octavius Strada devote ſe commendavit interceſſioni Beatæ, intendens ſi ſanaretur offerre imaginem: & ſubito reſtingui cœperunt febriles æſtus, atque indies melius habere ſe ſentiens, tandem plenam ſe adeptum ſanitatem gratus agnovit. Nihilo minus gravatam febri filiolam D. Gaſpar Forti commendavit Beatæ, & eodem die ſanam habuit.

*reſtituitur facultas ſugendi,*

E *manus emortua,*

*loquela,*

*ſanantur febres,*

57 D. Sulpitia Nari Romana habebat in ſuo obſequio domicellam, malo incurabili in una coxarum laborantem: quod cum denique nihil proficiente medicorum arte verſum eſſet in gangrænam, invocans devote Beatam ægra, promiſit ad ſepulcrum ejus mittendam à ſe imaginem argenteam ſi curari per ipſam meruiſſet, & evidenti miraculo ſana facta votum implevit. Sor. Chriſtina Manarda ſic impeditum pedem ex morbo retinuit, ut paralytica per tres menſes lecto decubuerit, cum magno cruciatu ſuo: cumque applicita malo remedia non proderent, recurſum ad Beatam habuit innixa baculo: quem mox atque ad tumbam pervenit, ibidem depoſuit, tota jam valida, & in gratitudinis monumentum appendit etiam crus argenteum. Sor. Columba Piſelli in uno genuum apoſtema patiebatur curabaturque à medicis; tantos interim ex eo dolores ſuſtinens, ut diebus ac noctibus non poſſet quieſcere. Ergo decernens humanis remediis abdicatis divinum deinceps experiri, ad ſepulcrum Beatæ portari ſe fecit, ibique continuo ſanata fuit. D. Venantia Voglia, Piſellis innupta, longo tempore partus dolores ſuſtinuerat, à quibus poſt partum nil relevata, jam jam expiratura credebatur: ſed voto Beatæ nuncupato, ſpem vitæ recepit, ac brevi etiam ſanitatem, votumque ſolvit.

*coxa insurabilis,*

*mulier paralytica*

F *apoſtema in genu,*

*moribunda puerpera*

58 Filiolo cujuſdam Catharinæ, graviter vulnerato, ad protrahendam ſaltem vitam conſuta inteſtina erant: ſed bombacium ex arca ſumptum, applicitum vulneri certiorem ei medicinam fecit, vitamque ſervavit ſubito melius habere incipienti.

*& puer,*

EX ITAL. PASCUCII

*graviter læsum caput*

D.Franciſcus Battibocca percuſſus in capite, tam graviter læſus erat, ut neceſſe fuerit ad ejus curationem plura oſſium fragmina inde extrahere, unde etiam in maniam incidit, nihil amplius aut legere aut ſcribere valens. Ea res cum gravis accideret quibuſdam conſanguineis ejus, Monialibus S. Claræ, convenerunt ut illum ſuæ ſanctæ Fundatrici commendarent: & voto potitæ, in gratiarum actionem caput argenteum appenderunt. Ex illis quas dixi Monialibus una, Sor. Maria Battibocca, manum ſibi acu transfixerat tam infeliciter, ut nullo apparente ſanguine ſpaſmum pateretur, nec intenſiſſimo exinde dolori inveniret medicinam; donec invocata Beata dolores depulit, ipſamque ſanam fecit.

*& manus.*

*Arimini, ubi reliquiæ,*

59 Sed neque intra unius monaſterii terminos patriamve urbem ſtetit gloria defunctæ Baptiſtæ: ſolet enim dilectorum ſuorum cognitionem Deus propagare longius, mediantibus Reliquiarum particulis, tamquam benedictionis ſeminibus. Cum ergo Matres monaſterii Angelorum Arimini officulum quoddam Baptiſtæ obtinuiſſent, ipſum in privato oratorio ſuo religioſe collocarunt, pignus impetrandarum à Deo gratiarum. Et ſane congruum plane fuit, ut partem ſui Beata communicaret illi civitati, unde per matrem Joannam genus traxerat. Hujus erga Ariminenſes benevolentię effectus fuit gratia collata Sorori Angelæ-Catharinæ Ceccoli, ibidem Monachæ, quæ gravi & maligna febri laborans requiem capiebat nullã: augente morbũ tumore, qui in latere, ejus ſiniſtro apparebat ad magnitudinẽ panis unius. Quare deſperatam judicantes medici, ſuaſerunt extremis Sacramentis procurandam. In eum ergo reducta ſtatũ, in quo neque moveri ipſa per ſe in lecto poterat, nutibus magis quam vocibus oravit Sor. Mariam-Seraphinam de Malateſtis, ibidem tunc temporis Abbatiſſam, ut Reliquiam B. Baptiſtæ ad ſe ferret. Paruit illa infirmæ deſiderio. Nec mora: ſtatim atque in cellam illata pretioſa Reliquia eſt, magno gaudio perfuſa ægra, Beatæ ex animo commendavit ſe: & inflatio cum eadem Reliquia rite ſignata evanuit, abiit dolor, & ſomnus nocte ſequenti adfuit, cum ſtupore medicorum & Religioſarum omnium. In cujus rei monumentum condita relatio authentica, & Camerinum miſſa eſt, ad monaſterium S. Claræ.

B

*curatur moritunda Monacha*

*item ex calculo,*

60 Sor. Antonia Fabbri Converſa, graves patiens cruciatus, qui ex calculo judicabantur provenire, iiſdemque ad extremum vitæ terminum adducta, jam muniebatur Sacramentis ad exitum; quando in auxilium vocavit Beatam, ejuſque Reliquiis conſignata, dolorem omnem abſtergi ſibi ſenſit, nec eum deinceps viſa eſt ſuſtinere. Sor. Innocentia-Felix Alberini, oppreſſa erat improviſo catarrho, qui continuo ſtillans reſpirationem impeditam & loquelam reddiderat impoſſibilem: jamque vultu deformatæ, ac mortis prænuntia ſigna ferenti, pauca admodum momenta temporis reliqua eſſe credebantur: quando Sor. Florida Marchetti, cognitum habens, quam tenera devotione afficeretur ægra erga B. Baptiſtam; applicuit ei bombacium, ex Reliquiario ſumptum, formans ſignum Crucis; moxque illa & reſpirare & loqui expedite cœpit, ſanitatem tam ſubitam inſperatamque Beatæ acceptam referens. D. Camillus Luizani, correptus febri graviſſima & ſtomachi cruciatu, non citra ſuſpicionem veneni, accipiens modicum prædicti bombacii, ad ſe miſſi à Sor. Maria-Seraphina de Malateſtis, mox atque illud malo applicuit, liber à febri & omni alio dolore fuit, medicis admirantibus.

E

*præfocante catarrho,*

*aut venoſa febri periclitantes.*

# COROLLARIVM
## AD UNIVERSUM MENSEM MAIUM.
### *POSTRIDIE ASCENSIONIS DOMINICÆ*

C
# DE S. GERTRUDE VIRG. MART.
### *VALDVLETI IN LOTHARINGIA.*

E

D. P.

De cultu, & Vita non ſatis certa, Sylloge hiſtorica.

*Colitur poſtridie Aſcenſionis,*

*Aſcenſionis Dominicæ feſtivitas, quomodocumque ſe habeant Cycli Paſchales, citius non poteſt celebrari quam die* XXX *Aprilis, nec ſerius quam die* III *Iunii; quo fit, ut dies feſtum iſtud ſubſequens ſemper ſit aliqua dies Maji, niſi Paſcha celebretur die* XXII *Aprilis, aut aliquo trium ſequentium; quod cum non ita contingat frequenter, merito hanc Sanctam, quæ poſtridie feſti prædicti colitur, referimus ad menſem Majum, nulla aſſignata menſis die, ut ſciatur, juxta feſtorum mobilium rationem, per totum eum menſem & primos tres dies menſis ſequentis vagari ejus veneratio, ideoque hanc toti menſi, ſub titulo Corollarii ſubnectimus in fine poſtrema diei. Prima ejus notitia ad nos pervenit, à R. D. Petro de Waghenaer Præmonſtratenſi, piæ mem. quondam Priore Abbatiæ S. Nicolai Furnis in Flandria: qui ab Ampliſſimo qu. D. Nicolao Lede, ejuſdem Ordinis Præmonſtratenſis, Abbate S. Andreæ in nemore prope Heſdinum, acceperat Vitam ex Hiſtoria monaſterii Bellæ-vallis, per quemdam ejus loci Religioſum recentius conſcriptam.* Valduletum *autem, ubi Sancta colitur, vulgo* Vauxdiuellet, *prædictæ Bellevallenſi Abbatiſſæ in ſpiritualibus æq; ac temporalibus ſubeſt. Ea notitia ſic habet.*

*Valduletii S. Gertrudis*

2 Virgo illa & Martyr Gertrudis, à quibuſdam putatur fuiſſe neptis ſanctæ Virginis Gertrudis, Nivellenſis Abbatiſſæ, Pipini ſenioris filiæ: ſed vulgaris fama inter parochianos Valduletenſis eccleſiæ habet, ipſam S. Gertrudem, Virginem & Martyrem, fuiſſe filiam cujuſdam Regis ſeu Ducis Brabantiæ Ethnici, fuiſſeque Chriſtianam inſcio patre, velut alteram S. Barbaram; ſuſcepiſſeque baptiſmum, & virginitatem ſuam Sponſo cæleſti mente devotiſſimâ conſecraſſe; ideoque connubium, ſibi à patre cum magno Principe terreno oblatum, conſtanter reſpuiſſe. Quod ut vidit, rationemque ſcivit

*quæ oblatum à patre matrimonium fugiens,*

A vit pater impius & ethnicus; voluit, irâ furoreque percitus, eam occidere; ſed ſanctam puellam ſibi fugâ conſuluiſſe: quam diu conquiſitam à duobus ejus Ducis ſeu Regis filiis, paterni furoris & iracundiæ æmulis, & inventam in quodam Argonæ loco qui Dioletum dicitur; primum illi eam durioribus verbis objurgatam, deinde blandioribus delinitam, & ibidem juxta quemdam fontem (quem ipſa à Deo paulo ante impetrarat ad ſitis ardorem extinguendum, cum ex itinere defatigata eſſet, qui fons adhuc hodie miraculis clarus, fons S. Gertrudis dicitur) ſedere juſſam, rurſum qua minis qua blanditiis tentarunt, ut tandem patri acquieſceret, & Chriſti fidem deſereret, ac oblatum iniret connubium. Sed illa renuit, & fratrum ſuorum ethnicorum conatus impios ſuperavit: amor enim Chriſti intus in pectore ejus vehementer ardebat, unde nullis minis nulliſve blanditiis vel promiſſis concuti poterat. Præſentiens igitur beata puella ſibi martyrium imminere, petit & impetrat à Deo aliquantum temporis, quo ſe per orationem diſponat ad mortem. Tum ſubito ſopore fratribus ejus vehementer correptis, Gertrudis in montem vicinum aſcendit, ubi aliquamdiu vacat orationi; cæleſtique Sponſo, cujus nuptias præſtolabatur, animam ſuam ſacrificat; eique oleo gratiæ, & caritatis igne, lampade cordis accensâ, occurrit. Interim vero fratres ejus expergefacti, ut ſororem ſuam non vident apud ſe, indignabundi montem conſcendunt, & eam juxta arborem quamdam orantem ſagittis transfigunt; in loco ubi adhuc hodie Crux lapidea viſitur: ibique, duplici virginitatis & martyrii coronâ nobilem animam, Gertrudis Sponſo ſuo Chriſto reddidit.

*ab inſecutis fratribus confixa telis ſit.*

3 Non longe ab illa Cruce eſt lapis quidam, habens formam ſepulcri, duobus ferme pedibus à terra elevatus: ſub quo ferunt repertum fuiſſe corpus ſanctum hujus Virginis, per quemdam cæcum ex urbe Sathanacenſi, quatuor circiter milliaribus à Valleduleto diſſitâ. Qui divinâ revelatione ſepulcri iſtius locum ut didicit, eo ſe duci fecit; & coram populi multitudine copioſa, terram ſepulcri illius effodere cœpit. Et cum particula quædam terræ iſtius in ejus oculos inſiliiſſet, ſubito viſum recepit, & Deo Beatæque Gertrudi gratias humiliter & devote reddidit; populo acclamante, mirabilem Deum eſſe in Sanctis ſuis; quo miraculo cœperunt ſacras illas Virginis reliquias in honore & veneratione habere. Cum autem corpus illud ſanctum in eccleſiam Valleduletenſem transferrent, & illud magno honore & gaudio proſequerentur, in declivio montis ita hæſit, ut inde nullâ vi dimoveri potuerit ulterius; quapropter eo loco capella in honorem ipſius ſanctæ Gertrudis Virginis & Martyris ædificata eſt, ubi nunc eſt parochialis eccleſia: in qua ſacrum corpus illud colitur, in antiqua capſa ænea recluſum, variis picturis decorata, & caput ſeparatum in loculo æneo, in quo ſcriptum eſt:

*Ad ejus ſepulcrum illuminato cæco,*

*transfertur corpus:*

Stat caput hîc ſanctæ Gertrudis clarius auro.

*hiſtoria pingitur:*

In hoc Valduletenſi templo viſuntur adhuc variæ picturæ, hiſtoriam martyrii S. Gertrudis repræſentantes: quarum præcipua & antiquior eſt in feneſtra retro altare, in cujus pede picturæ ſcriptum legitur Gallico idiomate: Quomodo S. Gertrudis per ſuos fratres morti tradita eſt. In eadem eccleſia, in dextro latere ſummi altaris, eſt capella S. Gertrudi ſacra: in qua ſunt etiam variæ picturæ, hiſtoriam hujus Sanctæ repræſentantes. Propter multiplicia autem & propemodum continua, quæ fiuntad hujus ſanctæ Virginis & Martyris corpus, miracula, magnus habetur undequaque populi concurſus ad ſacras ejus exuvias colendas: quorum plerique, poſtquam orationes ſuas ad Deum per hujus ſanctæ Virginis & merita & interceſſiones fuderunt, & ex ejus fonte biberunt, ſani & ab ægritudinibus ſuis liberati domum redeunt. Solennitas ejus quotannis celebratur poſtridie feſti Aſcenſionis ex more antiquo, ad quam hominum millia devotionis causâ confluunt. In proceſſione Caput ejus circumfertur à Parocho hujus eccleſiæ; reliquæ vero Reliquiæ ejus portantur à duabus puellis virginibus. Officium ejus tam in Miſſa, quam in Matutinis, & Horis, ac Veſperis, fit de communi unius Virginis & Martyris. Eccleſia monaſterii Bellevallenſis habet mediam circiter partem coſtæ unius hujus ſacri corporis, quam Fr. Petrus Gauchér, Parochus Valleduleti, ei dedit anno MDCXXXII die XIX Martii: qui atteſtatur etiam, nullam omnino partem deeſſe ſacro huic corpori, præter hanc partem coſtæ, & junctu-ram unius digiti: quam ejus crudeles fratres, in teſtimonium ſororis occiſæ, præciſam, ad patrem impium Nivigellæ degentem, cum ejuſdem Virginis annulo retulerunt. D E

*feſtum annuum inſtituitur.*

4 *Hæc inde. Conſtat ſibi Locorum ſitus: nam quatuor à* Sathanaco *ſive Stenayo leucis verſus Reteliam in Occidentem, in typographica Reteleſii mappa, notantur* Valdulay *&* Belval *Abbatia, mediæ dumtaxat leucæ intervallo ſejunctæ: ſed quomodo ea regio ſuperius vocetur* Argona *necdum didici. Quod ad ſanctæ Virginis genus attinet; nihil dubitamus, quin Paſſionis iſtius figulus,* Pippini *&* Nivigellæ *ac* Brabantiæ *nomina acceperit ex Legendis celebris Gertrudis Nivellenſis; de qua egimus* XVII *Martii: &, poſt ejus Acta explicata, quæſivimus, an alia ejuſdem nominis Virgo, in Franconia nota (cui ſimiliter, Pippinus, pater; cauſa fugæ, detrectatio matrimonii fuiſſe dicitur) credi poſſit Caroli-Magni ſoror, adeoque neptis Magnæ quam dixi* Gertrudis, *ſicut de Valduletenſi opinantur aliqui; nec fuimus auſi pro affirmativa ferre ſententiam. Sed ſive fuga illa vera hiſtoria in Franconica Gertrude fuerit, atque fabuloſe ad Nivellenſem ſit tranſlata; ſive (quod verius crediderim) Nivellenſi primitus ſit afficta ab illis, qui cauſam inventam cupiebant tam celebris ejus in Franconia cultus; credibile plane eſt, ab alterutra illam tractam* Valduletum *eo facilius eſſe, quod Valduletenſis crederetur propter caſtitatis amorem, à fratribus, ad patrem ipſam retrahere cupientibus fuiſſe occiſa: quæ traditio ſi vera eſt, & illa vere habuerit patrem fratreſque gentiles, dixerim ex Francorum Saliorum, necdum Chriſtianorum genere eos fuiſſe. Sed quam ſunt hæc obſcura, tam certus eſt cultus; quo contenti ab ulteriori conjectura abſtinemus. Solum addimus, diem, cultui aſſignatum, videri à tempore elevationis aut tranſlationis potius acceptum eſſe, quam quod tali die ejus ſeu martyrium ſeu mors obtigerit. Si quis tamen putet probabile videri poſſe, quod eadem quæ in Franconia habitavit, per Lotharingiam fugiens trans Moſellam ac Moſam Valduletum advenerit, ibique obierit; non poterit falſitatis convinci expreſſentia Corporis apud Francones. Hi enim ut ſummum prætendunt modicam ejus particulam habere, & hanc ipſam potuerunt accepiſſe Nivellis, quo credebant ſuam* Gertrudem *denique rediviſſe, unde eam quoque* XVII *Martii colunt.*

*Circumſtantia quædam videntur ſumptæ à S. Gertrude Nivellenſi*

F

*confuſacum S. Gertrudo Franconica.*

A

# TERTIA FERIA PENTECOSTALI

# DE B. BERTERAGMO SIVE BERTRAMO

## PRESBYTERO ORD. EREMITARUM S. AUGUSTINI,

## *FIRMI IN PICENO ITALIÆ PROVINCIA.*

D. P. Sylloge ex Auctoribus Auguſtinianis, præſertim ex Thoma de Herrera.

ANNO MCCCCXC *Cur hic relatus,*

EOdem jure, *quo ad finem tocius menſis Maji retulimus* S. Gertrudem *præfatam, referre huc etiam poſſumus* B. Berteragmnum, *ex prima nominis formatione dicendum forte* Bertegramum: *quod molliori dialecto Hiſpanis nunc* Beltramus, *italis* Bertramus *pronuntiatur. Etenim colitur Feria* III *Pentecoſtali, pluries cadere in Majum ſolita, quamvis etiam non infrequenter in Iunium; cujus illa primum diem occupabat ipſo quo Beatus mortuus dicitur anno* MCCCCXC, *quia Paſcha tunc fuit celebratum* XI *Aprilis. Verum talis Feria potius electa videtur, quia vel tunc ſepulturæ datum corpus ſit, vel (quod magis crediderim) elevatum de terra, quamquam modo ignoretur ubi illud ſit; vel denique pro majori commodo plebis devotæ, abolito quod proprium primitus habuiſſe videtur Natalis aut Elevationis feſto. Tamayus, in ſuo Martyrologio Hiſpanico, Hiſpanum nullum Sanctum inveniens, quo ornaret diem* XIX *Maji, hunc* Bertramo *elegit arbitrio ſuo: nihil autem potuit addere dictis à Thoma Herrera, qui antiquum ejus Cultum probat inſignibus ac propriis Hymnis, olim ſolitis in feſto ejus recitari; qui nobis pro vitæ hiſtoria eſſe poterunt, dum latet ea, quam ſcriptam fuiſſe teſtatur, ſed hactenus non inveniri queritur Herrera.*

*qui in Hiſp. Martyrol. ponitur* 14 *Maji?*

*Primus ejus Cruſenius meminit;*

2 *Cruſenius in Monaſtico Auguſtiniano p.* 3 *c.* 31, *primus illius ſic meminit:* Adhuc currente anno MCCCCXC, Firmi in Piceno, ex hac miſeriarum valle, multis divinæ majeſtatis ſignis, evocatus fuit B. Bertramus, ex generoſa familia in Hiſpania oriundus; poſtquam multis annis eremiticam vitam egiſſet, ſub

C obedientia Prioris Firmani: quo tempore numquam aut genus aut familiam detexerat; detexit autem virtutes, ſub eremitico palliolo latitantes, Deus: cūm enim corpus ſepulturæ mandaretur, Angelicus concentus auditus fuit. *Cruſenii verba Annalibus ſuis eccleſiaſticis inſeruit Abrahamus Bzovius, ad annum prænotatum num.* 30. *Phraſim leviter mutavit, Ioannes Nævius, in Auguſtiniana Eremo pag.* 309: *quos omnes allegat noviſſimus Encomiaſtici Auguſtiniani collector Philippus Elſius, ex Herrera addens pag.* 128, *quod Beatus* cæcos illuminavit, alliſos à dæmonio ſanavit, ægrotis ſanitatem, ſurdis auditum reſtituit, paralyſim ac morbum lupum nomine abſtulit. *Singula probationem ſuam accipiunt ex Hymnis prælaudatis: quos prius quam tranſcribamus, præſtat ampliorem Herrera narrationem, p.* 1 *pag.* 98 *expreſſam, hic dare.*

*Herrera additam.* 1452 *Firmumvenisse & miniſtraſſe Hoſpitali,*

3 B. Bertramus, natione Hiſpanus, genere nobis incognitus, meritis cælo notus, cum ex Hiſpania, metallis auri & argenti divite, ſed tot Sanctorum inæſtimabilibus margaritis ditiore, in Italiam Presbyter ſecularis veniſſet, & pluribus annis in Hoſpitali Firmano devotiſſime & ſanctiſſime miniſtraſſet, ab anno MCCCCLII; ut Deo arctius & fortunatius inhæreret, in conventu Auguſtinianorum ejuſdem urbis, militiæ Auguſtinianæ nomen dedit. Ibi poſt multos annos pœnitentiæ & perfectiſſimæ vitæ, cum magna opinione ſanctitatis, de deſerto hujus mundi ad Jeruſalem cæleſtem, anno MCCCCXC clarus miraculis tranſmigravit. Ejus vitam ſcripſit auctor coætaneus Thomas de Firmo, ſacræ Theologiæ Lector: ſed tempus, rerum & codicum edax & tenax, vel conſumpſit tractatulum vel occultat. Manet tamen beati viri celebris memoria: ejuſque meritis Deus plura opem implorantibus confert beneficia. Feria III in Pentecoſte ejus corpus devotis populis quotannis ſolenniter oſtenditur: & adhuc extant Hymni eccleſiaſtici in ejus honorem: qui non leviter indicant, Bertramum, ante reformationem Breviarii, cultu publico divini Officii à Fratribus honoratum. *Addo ego* & proprio feſto; *ſed neſcio pro quo anni die; certe non Feria aliqua Pentecoſtali, quando non fuiſſet locus propriæ Vigiliæ de Sancto aut Beato: & tamen primus Hymnus inſcribitur,* In Vigilia B. Bertegramni ad Veſperas. *Hymnos iſtos etiam Ludovicus Torelli retulit in Tomum* 7 *ſeculorum Auguſtinianorum: ultra quos nihil dicere potuit niſi qua ſcripſit Herrera. Iſtis ergo contenti, eoſdem exhibeamus.*

*Vitam à coætaneo ſcriptam;*

E

*& proprios hymnos pro feſto ejus exhibet.*

## HYMNI.

### *IN VIGILIA AD VESPERAS.*

FIrmana tellus jubila,
Hiſpaniæ quæ munere
Ditaris; pellens nubila,
Jam lucis orto ſidere.
Sidus micans ſacra reddit
Berteragmus compendia:
Vitâ, verbo clarus, pandit
Beata nobis gaudia.
Hic gaude, turba pauperum, F
Sub Auguſtini notula:
Tota pelluntur ſcelerum
Nox, & tenebræ, & nubila.
Nam nubiloſa prodigus
Hujus illuſtrat radius:
Preſſis adeſt ſuffragiis
Ales dici nuntius.
Hunc nuntium in latice
Antro profeſſum Numinis,
Pſallentem alit myſtice
Splendor Paterni luminis.
Lumen relucens Ordini
Patris Doctoris providi,
Extollitur jam agmine
Ad cœnam Agni providi.
Per te Pater cum Filio,
Conſolatorque Spiritus,
A criminis contagio
Nos hic emundet funditus.
Amen.

*Ad*

*AD NOCTVRNVM.*

PAngat Regi Cæleſtium
Chorus melos lætitiæ,
Qui Berteragmo præmium
Supernæ dat militiæ.
Dum iſte Chriſto militat,
Vincendo ſe non vincitur:
Sic contra hoſtes dimicat,
Qui bello non concutitur.
Novus colonus ponitur
In Auguſtini vinea:
Quæ culta, dum recolitur,
Surgit ubertas dulcior.
Oppreſſis à languoribus
Sacra impendit ſtudia:
Cæcis effuſis precibus
Pius donat ſuffragia.
Alliſos à dæmoniis
Voto ſalutis excutit:
Sic, facto, voto, ſtudiis
Confert, cum virtus ſuppetit.
Patri, Nato, Paraclito,
Decus, honor, & gloria,
Sint Berteragmi merito
Nobis æterna gaudia.
Amen.

*AD LAVDES.*

ATHleta Chriſti colitur
Berteragmus Eccleſiis:
Qui multis jam provehitur
Miraculorum radiis.
Artus revirent aridi,
Uſus naturæ redditur:
Voti attentu avidi
Virus mortale pellitur.
Nam morbum Lupum nomine
A collo roſo abjicit;
Ac phreneſim, in Flamine
Sacro, pro voto dejicit.
Addamus ergo precibus
Preces: qui nunc faſtigio
Polorum gaudet ſedibus,
Nos juvet in exilio.
Patri, Nato &c.

# APPENDIX
## Addendorum, Mutandorum, Corrigendorum
### AD OMNES SEPTEM TOMOS
# DE ACTIS SANCTORUM
# MAII.

*EAdem rationes, quæ ſuaſerunt, dimidiatum, hunc menſem anno currentis ſeculi* LXXX *præmittere in lucem; & ſub annum poſtea quintum, alteram deinde partem bifariam dividere, quamquam illa ferme tota haberetur parata prælo; perſuaſerunt etiam, ut in priori illa notabilia aliqua Acta omitteremus, quæ vel tunc nondum ad manus erant, vel longiorem quam expediebat moram allatura prælis fuiſſent. Factum eſt autem illa ratione, ut qui ſex tantum Tomi fuerant initio deſignati, facti ſint ſeptem; ad eum numerum numquam venturi, niſi alio quam quod pluribus poſtea placuit conſilio, Conatum Chronico-hiſtoricum ad Catalogos Romanorum Pontificum ſic imprimi juſſiſſemus, ut ante quartum quintumque Tomum divisus eoſdem poſſet facere prioribus pares, qui uno in volumine melius conjunctim legeretur. Alioqui potuerat res ſic ordinari, ut Tomo III addere-*



*tur dies* XVII; *Tomus IV, in fronte habens Henſchenianum de Epiſcopis Tungrenſibus ac Trajectenſibus Tractatum, cum die* XXI *finiretur; Tomus V haberet dies proximos quinque; & quinque ultimos Tomus VI, Archiepiſcoporum Mediolanenſium Chronologia prætextus. Si porro contingat aliquando, ut, abſoluto primo ſacri Anni Semeſtri ac ſecundis curis recognito, ipſum ſecunda editione judicetur dignum (quod omnino ſperare facit primorum menſium raritas tanta, ut intra paucos annos nulla in bibliopoliis invenienda ſint exemplaria venalia) tum*

A *vero ejuſmodi editionis Curatores id rogatos velim, quod in Supplemento generali priorum ſex menſium poſt Iunium faciendo, rogabo impenſius; ut ſuis ubique Tomis ac locis inſerere velint, quas dedimus, atque hic damus, & porro daturi ſumus, Appendices: ne noſtris Sanctorum Actis recudendis accidat, quod Annalibus Eccleſiaſticis Cæſaris Cardinalis Baronii, ſemel iterumque accidiſſe queror in Conatu, ad Pontificatum Innocentii III num. 4, ſive ſecundum noviter deſignandam Partitionem in Diſſertatione* XLII *ejuſdem meliori forma donati Conatus. Quamquam autem hæ noſtræ Additiones ſpectent Henſchenianas lucubrationes, æque ac alias meo Danielis Papebrochii nomine notatas; non tamen Curatori ejuſmodi ſecundæ editionis præſcribendum cenſeo, ut quid addiderim vel in ipſis mutaverim ego, nota aliqua ſecernat. Etenim, ſicut, vivente adhuc illo meo venerando Magiſtro, citra diſcrimen ullum ſub ejus nomine prodierunt quæcumque ad ipſius Commentationes adjeci; ita factum etiam eſt ipſo mortuo, non tantum in iis quæ vivens legerat probaveratque, ſed etiam in non paucis, quæ poſt illius obitum mihi ſe obtulerunt, idonea perficiendis ornandiſque ejus cœptis, qualia manifeſte ſunt omnia quæ hac poſtrema Appendice dantur. Satis fuerit ſemel Lectorem docuiſſe, quod eæ partes Maji, quibus* G. H. *præfigitur, majori ex parte ipſius ſint, licet aliqua addiderim mutaverimve, juxta poteſtatem ab Auctore mihi factam.*

# AD PROPYLÆVM.

EO conſilio *factum eſt* Propylæum, *ut ante primum Tomum collocaretur, ab iis, quibus id integrum eſſet; quique* Conatum Chronico-hiſtoricum *prædictum bipartitim vellent præfigere quarto ac quinto Tomo. Hoc cum paucis admodum placuiſſe videam, manente ſua ſingulis libertate tenendi id quod ſibi commodius judicaverint; reſtat ut titulus* Propylæi Majalis *extendatur ad totum illum de Pontificibus Romanis Tractatum: qui alioqui in ſecunda editione, auctus Paralipomenis ſuis, cuique loco inſertis, melius ſeorſim procederet, ſub proprio atque ab Actis ipſis ſejuncto titulo; caput facturus eorum Tractatuum, quos, ſub titulo* Prævii Apparatus, *ex plurium Tomorum Præliminaribus hactenus editis collectos, una cum* Præfatione Generali *Bollandi, atque Indicibus etiam Generalibus ad totum Semeſtre, duorum triumve tomorum menſuram impleturos, jubebo cenſeri in ordine operis, ante Tomos Ianuarii, tunc, etiam abſque illis, quatuor aut quinque futuros. Tantum æqua ſtudiis & negotio librario commoda tempora indulgeat Deus, per quæ nobis ac*

C *bibliopolis liceat cogitata perficere, & primum ſemeſtre quã fieri poteſt abſolutiſſimum dare; poſteris, alterum ſemeſtre facturis, ſerviturum pro norma totius operis abſolvendi. Interim in* Propylæo Maji, *proprie dicto, ut poteſt à Pontificia Chronologia ſeparari, pauca hæc obſervata velim.*

1 *Auctor* Odes *ad* S.D.N. Innocentium XI, *optaret in medio pag.* 2, *ubi enumerantur gentes, quas ad bellum Turcicum ipſe excitat, hunc verſum ſubſtitui ---*

Currentes Bavaros ad arma laudas.

*In Enarratione Pietatis Regiæ,* XIII Kal. Februarii, *repræſentatæ Madriti, poſt exordium corrigatur typotheta hallucinatio, per quam dies* XX Februarii *irrepſit pro* XX Ianuarii, *quem diem Romanæ Kalendæ, in titulo prænotatæ, alioqui ſatis indicant; feſtumque* S. Sebaſtiani, *in Ianuarium, non Februarium cadens; ac denique dies* XXIII Ianuarii, *quo ſubſignatur ipſa epiſtola; ut non judicaverim, errorem, quamvis mox notatum, magno molimine corrigendum fuiſſe, aut eo folio recudendo gravandum Typographum.*

*In ejuſdem Pietatis Hypotypoſi mallet etiam Auctor, ut pag.* 3 ℣. 15. *pro voce* oblivio, *magis poëtice ſubſtitueretur vox,* oblivia---; *&* ℣. 5 *à fine ejuſdem pag.* ---infræne, *quia hoc Virgilianum eſt, potius quam* effræne, *licet aliàs bene Latinum.*

*Ad Vitam* Venerab. Petri Georgii Odeſcalchi, *pag.* 2 *ſub finem Prologi hæc adde,*

*Effigiem dedi, quam mihi perita ſatis manu picta miſit prælaudatus de Tattis, licet non obſcura indicia viderem prototypi, ex defuncti vultu potius quam viventis forma accepti. Fortaſſis neſciebat D. Aloyſius aliam Viglebani ſculptam haberi, ante eam Vitam, quam anno* MDCLXXXII *exquiſitiſſima diligentia elaboratam, noſter* P. *Octavius Invitiatus, ibidem ad prælum promovendam, & S. D. N. Innocentio XI dedicandam, commiſerat Ioanni Mariæ Ferrariæ, Viglebanenſis Eccleſiæ Canonico, ut appellant, Cantori, quartæ poſt Epiſcopum dignitatis ea in Eccleſia perſonæ. Verum quia vir iſte, non ſatis intellecta Auctoris intentione, ſuum ipſius nomen ſubſtituerat operi alieno, nonnulla pro ſuo arbitratu addens aut mutans; Auctore quod ſuum erat repoſcente, ſuppreſſa eatenus manſerant omnia, neque in hunc uſque diem potui Vitam iſtam nanciſci, quamvis noſtri ſub idem tempus Collegii Comenſis Rector* R.P. Ioannes Baptiſta Craſſus, *anno* MDCLXXXV *omnem operam dederit ut exemplar indipiſceretur mecum communicandum. Faxit Deus, ut Præſule meritiſſimo in Sanctorum relato Catalogum, poſterior iſtac & accuratior Vita, cum ampla poſtumæ Gloriæ miraculorumque Appendice, edi poſſit in univerſali totius primi Semeſtris Supplemento, quod poſt Iunium nos moliri jam præfatus ſum.*

R

AD

# AD TOMVM PRIMVM MAII
## IN TRACTATV PRÆMINARI.

IN *Præfatione ad* Ephemerides Græco-Moſchas, *num.* 5 *lin.* 11 --- *Petro & Laurentio* --- l. --- *Laurentio & Petro* --- *id enim exigit ordo ætatis.*

*N.* 11 *lin.* 36 poſt --- *memorabilis* --- adde *Quod autem fides Chriſtiana apud Ruſſos tunc revera initium habuerit, confirmatur ex Hiſtoria Saracenica auctore Elmaceno, ſub finem ſeculi* XII *ſic ſcribente, ad annum Arabum* CCCLXXVII, *qui fuit Chriſti* DCCCCLXXXVII. Cum Orientis Duci Bardæ Phocæ, Imperium ſibi arroganti, feliciter negotia ſuccederent; timere ſibi vehementer ab eo cœpit Imperator Baſilius, quem & pecunia jam deficiebat; unde coactus fuit mittere ad Regem Ruſſorum, qui inimici ejus erant, auxilium ab eo implorans. Is autem id ei promiſit, petita ab eo affinitate. Duxitque Rex Ruſſorum ſororem Baſilii, Imperatoris Romanorum, poſtquam hic ab eo obtinuit, ut religionem Chriſtianam amplecteretur. Miſitque ad eum Baſilius Epiſcopos,
B qui religione Chriſtiana imbuerent, tum ipſum tum omnem populum ejus. Atque ante illud tempus nulla eis fuerat religio, nec profeſſi erant quidquam. Sunt autem populus magnus, & ab illo ad hoc uſque tempus omnes ſunt Chriſtiani. *Prædictus autem* Michaël *&c.*

*In* Ianuario *Græcorum ad diem* γ' *de* S. Malachia Propheta *pag.* VII *col.* 1 --- *die ſequenti* --- l. --- *die* XIV.

*Ad* ε' *Ibid. col.* 2 *poſt medium, poſt verba S. Maximi,* Noverit ipſe qui fecit --- *expunctis lineis* 14, *retineatur ſolum quod ſequitur lin.* 15 *à fine, jungaturque prænotatis verbis* --- *Manet interim quod dies* VI *Ian. &c.*

*Pag.* VIII ιε' *de* S. Ioanne Calybita, *lin.* 6 *dele* --- *ipſam.*

*Pag.* IX ιθ' *in Verſu* --- ἢ δεναάτῃ ΜΑΚΑΡΙΟΙΟ --- l. --- ἢ δεκάτῃ ΜΑΚΑΡΙΟΥ.

*Pag.* X κ', *ubi de* S. Hippolyto, *adde* --- *Habemus ſinceriora* S. Aureæ, *pariter paſſæ, Acta, in quibus res tota adſcribitur tempori* Alexandri Imperatoris, *ipſo anno* CCXXII *die* X *Martii regnare exorſi, quo prædictus* Hippolyti Canon *terminatur: &* Portuenſis *pro eodem tempore* Epiſcopus, *iſtic appellatur* Cyriacus; Hippolytus *vero appellatur* Arabum Metropolitanus. *Idem*
C *ſecutus eſt Gelaſius, Papa, multo majoris, ut vetuſtatis, ſic auctoritatis, quam Nicephorus Calliſtus & Ioannes Zonaras, qui* Hippolytum Epiſcopum Portuenſem *credidiſſe inveniuntur. An autem inter Romanorum Pontificum Vicarios, de quibus ſæpius ad tria prima ſecula in noſtro Conatu Chronico-hiſtorico, locus eſſe poſſit alicui* Hippolyto, *qui Martyrium fecerit ſub Claudio II Imperatore & Dionyſio Papa, unde Græcis occaſio ſit data ipſum quoque nominandi* Papam Romanum, *& Hippolyti ſcriptoris Chronologiam turbandi, haud facile definiverim.*

*Pag.* XXVII *in* Majo Gr. *de* S. Hermia *lin. ult.* ſic lege --- *Ejus Acta ſuo loco damus.*

*Pag.* XXX *in Iunio* V Id. *lin.* 5 --- *Hieroſolymitanus,* l. *Alexandrinus.*

*Pag.* XXXIV *Col.* 2 Iulii κε' *de* Simeone *lin. ult.* pro his verbis --- *quod etiam nunc ut fiat optamus* --- ſubſtitue ſequentia --- *Poſtquam autem Pariſiis diſceſſeramus, & acceperamus ipſius Combefícii operâ Leonis Allatii Diatribam de Simeonum ſcriptis; invenimus pag.* 148 *ex Orat.* 13 *ipſiuſmet Xerocercenſis Symeonis, veroſimilius reddi, vixiſſe eum anno Chriſti* 1092, *quando omnis fere Græcia Catholicam Latinorum communionem abjecerat, & naſcebatur inter Monachos nova de Thaboritico lumine hæreſis, cujus propugnator præcipuus Gregorius Palamas,* Symeonis *iſtius auctoritate plurimum uſus fuit, quemadmodum explicat idem Allatius pag.* 173 *&* ſequentibus; *ac demum pag.* 177 *ex prædictis ſcriptis probat Omphalopſychorum & Maſſilianorum dogma, ipſo* Symeone *auctore, inter Heſychaſtas conceptum & propagatum fuiſſe.*

*Ibid.* κβ' *de* Magdalena *lin.* 1 --- *Etiam à Latinis antiquitus culta hoc die* --- adde --- *ſed à pleriſque eorum tamquam eadem.* ---

*Pag.* XXXV *col.* 1 *de* S. Anna *ante* κς' adde --- *Scribit autem mihi Claudius Caſtellanus Canonicus Pariſienſis, quod cum ante hos annos non multos, puta circa* 1680, *in S. Mederici eccleſia Lutetiæ, Concionator quidam in feſto S. Annæ ſermonem intuliſſet de prædictis* Emerentiana Ilmeriaque; *pleriq; auditorum ſubito quodam fremitu teſtati ſint, ſcandalizari ſe iſtiuſmodi novitate: quodque fuerit ipſi cathedra interdicenda, niſi promiſiſſet deinceps ab ejuſmodi nugis ad concionem proferendis abſtinere.*

*Pag.* XXXVII, Auguſti ς' *poſt verſus de* Transfiguratione *adde* --- *Eodem die myſterium hoc recolit Romana Eccleſia: monuit me tamen Claudius Caſtellanus, in pleriſque Eccleſiis Occidentis ejuſmodi feſtum agi ſolitum fuiſſe* XXVII *Iulii, quod in iſtum diem pluribus exemplis veterum Breviariorum fulciendum, hic juverit adnotaſſe.* E

*Ibid.* ι' *poſt verſus de* S. Laurentio --- *Habentur ſancti hujus Martyris Acta notiſſima, ſed propter male intruſum* Decii *nomen non uſquequaque ſincera. De corpore Romæ &c.*

*Pag.* XXXXIII *col.* 2 *de* Philotheo Archiep. *lin.* 8 *&* 4 *ſeqq.* ſic lege --- *qui anno* MCCCLXVII *ad Catholicam unionem propenſum ſe oſtendit, & cujus Orationes plures de Sanctis laudantur ab Allatio; ſed neque prædicta unio plenũ ſucceſſum habuit, neq; ſolum ſchiſmaticus ſed etiã hæreticus* Philotheus *iſte fuit, qui teſte eodẽ Allatio Diſſ.* 2 *de libris Eccleſ. Græcorum pag.* 115 Palamæarum ſectator partium, multis contra Latinos invectus eſt; multum etiam laboravit pro Palama; illiuſque hæreſes, à pleriſque Græcis oppugnatas, damnatis defendit ſcriptis & operibus; tandemque ipſum Palamam inter Sanctos retulit, & Officium in ejus laudem compoſuit; *nec unquam ſcitur ab errore iſto reſipuiſſe. Hunc ergo ſi à Græcis Moſchi acceperunt honorandum ut Sanctum, decepti ſunt ut in aliis circa fidem multis. Interim quærendum reſtat an non fuerit &c.* F

*Pag* XXXXV, Octobris ε' *de* S. Mamelchta *adde* --- *Inſcribitur ea Romano Martyrologio* XVII *hujus menſis.*

*Pag.* XXXXVI ιδ' *de* S. Coſma *lin.* 5 *ſic lege* --- *Eſt autem ipſe ſecundum Allatium Epiſcopus &c.*

*Pag.* LII *col.* 2 Novembr. λ' *poſt medium* --- *ſecundum explicationem Euſtathii* --- adde --- *& apu Heſiodum ἔργων ἢ ἡμερῶν α' · καδδύναμιν, pro ποτὰ δύναμιν.*

*Pag* LVI *col.* 2 κε' Decembris poſt verba --- *Magos excipientis in domo* --- ſublatâ jam alibi poſita imagine & expunctis aliis, hæc ſubſtitue, --- *unde aliquando nobis perſuaſimus, credidiſſe Græcos, utrumque myſterium eodem die* XXV *Decembris, ſed non eodem anno geſtum. Poſtquam vero edocti ſumus, eoſdem Græcos primitus ſolitos* Chriſti Nativitatem *æque ac* Baptiſmum *celebrare* VI *Ianuarii; agnovimus, ideo tantum ab iis* Nativitati *jungi* Adorationem Magorũ, *quia eodem in oppido Bethleem res utraque acta, eodem quoque die commodius recolebatur ab excurrentibus eo Hieroſolymitis, poſtquam cœperunt, docente Iulio Papa,* Nativitatem *diſtinctim à* Baptiſmo *celebrare; & liberum habere diurnum Officium, quod antea impediebatur excurſione longiori ad Iordanem:*

*uti*

*uti docebo in Paralipomenis ad Apparatum Chronologicum Epiſt. Conſultatoria 2.*

*Pag.* LVII, *Col.* 1 *lin.* 4 *à fine* poſt --- *die præcedenti* --- dele cetera : *quia hæc eadem fuſius diſtinctiuſque deduximus in Apparatu prævio ad Conatum Chronico-hiſtoricum de Romanis Pontificibus pag.* 25 : *& nihilominus, in Paralipomenis ad eumdem Apparatum alteram damus Conſultatoriam, mutatâ opinione veroſimilius nunc eſſe æſtimantes, quod Stella cœperit apparere Magis, cum Zachariæ thus adolenti apparuit Angelus, ortum nuntians Præcurſoris ; &, quod ſecundo ab hinc anno ad finem vergente, nato jam ab octo vel novem menſibus Chriſto, venerint in Bethleem Magi; atque adeo Infantum cædem, intra dies paucos ſecutam, ad menſem Iulium vel Auguſtum pertinere.*

*Pag.* LXVI *lin.* 7 *à fine*, lege --- *quæ ſufficerent ut & diem tertium Decembris.*

*Pag.* LXVII *col.* 1 *lin.* 8 *ſic legatur :*

Franciſci exuviæ, Goa quas opulenta decenter
Compoſitas, *&c.*

*Ibid. Col.* 2, *poſt Carmen*, adde : --- *Hæc cum vel dictavi primum, vel poſtea dedi imprimenda, uti nihil minus cogitabam, quam gratiam, à Sancto (ut mihi piè perſuadebam) acceptam, miraculo adſcribere ; ſic minime ſuſpicabar futurum aliquem, qui ſequius id acciperet, meque de Tridentinorum decretorum tranſgreſſione accuſaret, tamquam privatâ auctoritate definientem, id quod Ordinariorum judicio ſubjectum Eccleſia voluit. Atque utinam mea unius inſectatione contentus, non etiam in Sanctum Sanctique cultorem eximium Principem, virulentum calamum infixiſſet effrons Camus ! Nunc quis ego ſum, qui mihi factam injuriam querar ? Satis illi, quicumque fuit is, ejuſque faviroribus pœna eſt, quod me, quem optabant audire mortuum, vivere intelligant, ad veritatem hiſtoriæ ſacræ à fabulis ſecernendam optime animatum, nulliſque vel minis vel probris à cœpto opere deducendum, quamdiu Deo viſum fuerit vitam, ex eo periculo ſervatam, mihi prorogare.*

*Ibid. lin. ult.* Lithitanus --- *l.* --- Lithuanus.

*Pag.* LXXVII *In Indice Sanctorum litt.* P *primo loco & ſub nota diei* 1 *ponatur, per oblivionem præterita.*

S. Panacæa V. M. Agamii in diœceſi Novarienſi. Acta *dantur ex Carolo à Baſilica Petri pag.* 165.

*Ibid. lin.* 18 *à fine* --- Unibria --- *l.* --- Umbria---

*Sed hæc & alia plura hujuſmodi typographica menda per ſe corrigat benignus Lector : præcipua, quæ Sociis occurrerunt inter componendos Indices, relata ſunt ad calcem cujuſque Tomi. Omnia vero & ſingula à capite ad calcem relegere per meipſum, ſicut relegi totum Conatum Chronico-hiſtoricum de Pontificibus, nunc mihi non ſumpſi : fiet id abſoluto* Iunio, *quando in ordine ad* Supplementum generale, *& conſequenter ad novam quæ fieri fortè poterit editionem, totum ſemeſtre quam diligentiſſime recognoſcetur. Hic ſolum accipies* Additamenta & Correctiones, *quæ aliud agentibus mihi ac Sociis ultro occurrerunt, dum interpolatam bis impreſſionem Maji proſequebamur, & ad finem uſque perducebamus ; quod ab hac cura vacuum erat temporis, impendentes* Iunio *præparando.*

# SANCTI,

## quorum Acta vel Supplementa referuntur IN APPENDICIBUS MAII,

### ſecundum ordinem Kalendarii.

*Cum tres primi Tomi proprias ſinguli habeant Appendices, quarum ratio non fuit habita, in texenda ad unumquemque diem Sanctorum ſub eo recurrentium ſerie ; placet, tam eorum qui iſtic olim relati ſunt, quam qui de novo huc referentur ſic miſcere nomina ; ut quibus nullum poſtponetur ſignum, intelligantur in novis dumtaxat Appendicibus haberi ; quibus † ſufficitur, ad priores ſpectare ; utrobique autem de iis dici aliquid cum iis poſtponetur *. Similiter cum nomini præponetur †, intelliges in corpore ipſorum Actorum iſto die nihil omnino haberi de tali Sancto, ſed in ſolis Appendicibus de iis agi ; cum vero præponetur *, eorum quidem Acta proprio ſuo loco haberi, in Appendicibus tamen proferri partem Actorum valde notabilem, quæ ibi non habeatur : ubi autem nullum ſignum adhibebitur, noveris correctionem dumtaxat aliquam, vel minoris molis additiunculam tibi offerri : qui vero curſivo (ut vocant) charactere repræſentantur Sancti, eos intellige ad* Prætermiſſos *pertinere.*

DIE

## DIE PRIMA.

S. Hieremias Propheta.
* S. Philippus Apoſtolus. *
S. Jacobus Alphæi Apoſtolus. *
S. Jacobus Frater Domini Epiſc. Hier. *
S. Andeolus Subdiaconus Martyr. *
* S. Hypoliſtus Presb. Martyr.
† S. Creſcentius & Socii x M. cum S. Hypol.
SS. Acius & Aciolus Martyres.
S. Florina Virgo Martyr. *
S. Blandinus Confeſſor.
S. Africanus Epiſcopus.
* S. Marculfus Abbas.
S. Orientius Epiſcopus.
S. Sigiſmundus Rex.
S. Briocus Epiſcopus.
S. Theodulfus Presbyter. *
S. Bertha Abbatiſſa.
S. Evermarus Martyr. †
† Ven. Geraldus Canon. Regularis.
S. Theodardus Archiepiſcopus.
B. Panacæa Virgo Martyr.
B. Vivaldus Tertii Ord. S. Franciſci.
B. Franciſcus Ord. Servorum B. M.
† *Garcias Martinez Ord. Melitenſis.*
† *Blaſius Epiſc. Soanenſis.*
† *Bonamicus Tertii Ord. S. Franciſci.*
* *B. Peregrinus Ord. Serv. B. M.* xxx Aprilis.
† *S. Simpertus Epiſcop. Auguſt.* xiii Octob.

## DIE SECUNDA.

SS. Germanus & Cæleſtinus MM.
† S. Avia Virgo Martyr.
† S. Valentinus Epiſcopus.
* S. Athanaſius Epiſcopus. *
* S. Germanus Epiſc. Martyr.
* S. Waldebertus Abbas.
S. Wiborada Virgo Martyr.
† B. Mafalda Regina. *
* S. Antoninus Archiepiſcopus. *
* *S. Lucifer Epiſc. Calaritanus.* xx Maji.
† *BB. Soſtenius & Vguccio Servitæ* xxiii Aug.

## DIE TERTIA.

Inventio ſanctæ Crucis.
S. Alexander Papa.
* S. Philippus Presbyter. *
† B. Æmilia Ord. Prædicatorum.
† B. Zacharias Ord. Minorum.
† B. Alexander Epiſc. Nucerinus.
† B. Staniſlaus Canon. Regul.
*Staniſlaus Epiſc. M. Forojulii* xxvi Ianuarii.

## DIES QUARTA.

S. Cyriacus Epiſc. Hieroſol. *
S. Herculius & Socii Mart. †
* SS. Floriani Martyres, Cracoviæ in Polonia, Vicentiæque & Æſii in Italia.
† SS. Florianus & Victorinus MM.
S. Silvanus Epiſc. Martyr. †
S. Jacobus Diaconus Martyr.
* S. Monica Vidua. *
S. Godehardus Epiſcopus. *
* S. Helena Virgo. *
S. Lupinus Conf.
† B. Creſcentius Presb. Patavii.
† *S. Clarus Conf.* i Januarii.
† *S. Licinianus Epiſcopus.*
† *S. Lupinus Confeſſor.*
* *Apparitio S. Crucis Caravacæ.* xxx Maji.
† *S. Paulinus Martyr Levita.* viii Julii.

## DIE QUINTA.

S. Pius Papa V.
S. Irena Virgo Martyr CP. *
† S. Hirena ſive Irene Lupiis. *
S. Nectarius Epiſcopus.
* S. Sacerdos Epiſcopus. *
S. Gerontius Archiepiſcopus.
* S. Landus ſeu Lannus Martyr. *
* S. Theodorus Epiſcopus.
S. Joannes Confeſſor. *
S. Angelus Carmelita Martyr. *
† S. Jutta Vidua.
† *SS. Marcellus & Laurentius MM.*
† *Gratus Epiſc. Carthaginenſis.*
† *Ven. Michael de Noblets Presb.*
† *Ven. Sebaſtianus Michaelis Ord. Prædicatorum.*

## DIE SEXTA.

S. Theodotus Martyr. †
* S. Joannes Damaſcenus.
S. Prudentia Virgo. †
† *Chriſtophorus Ord. Prædicatrum.*

## DIE SEPTIMA.

S. Serenicus Diaconus.
* S. Joannes Archiepiſcopus. *
S. Staniſlaus Epiſc. Martyr.
*Genethlius Epiſcopus Carthagin.*
*S. Gerlacus Abbas.* *
† *Bonaventura Solitarius.*
† *S. Benedicta Virgo Rom.* v Octob.
† *Siſintrudis Virgo* vii Decemb.

## DIE OCTAVA.

S. Victor Martyr.
* S. Gibrianus Presbyter.
S. Deſideratus Epiſcopus.
* S. Metron Presbyter.
* S. Wiro Epiſcopus.
† *SS. Quirillus, Quinidius, Zeno, Aphrodiſius, Benedictus Anxiopoli.*
† *Scherus Abbas.*
† *S. Clodoaldus Presbyter* vii Septemb.

## DIE NONA.

* S.Gregorius Nazianzenus.
† B.Benincaſa Ord.Servorum.
S.Gerontius Epiſcopus. †
B.Nicolaus Albergatus Epiſcopus.
† *S.Beatus Archiepiſcopus.*

## DIE DECIMA.

* S.Iob Propheta.
S.Palmatius Martyr. †
SS.Gordianus & EpimachusMM. †
SS.Tertullinus & Chryſanthus MM †
S.Cataldus Epiſcopus.
S.Guilielmus Presbyter.
† B.Guilielmus Nucerinus Monachus.
* *S.Antoninus Archiepiſcopus* II Maji.
B † *S.Caſaria Virgo Martyr.*
† *SS.Secundus & Socius MM.*
† *S.Gordianus Martyr.*
† *S.Agapitus Martyr.*
† *S.Sophia.*
† *S.Æmilianus Martyr* XVIII Iulii.
† *S.Faræ Virg.Tranſlatio* VII Decemb.

## DIE XI.

S.Liceria Virgo Martyr.
S.Mamertus Epiſcopus.
S.Agatumber Epiſcopus.
S.Fremundus Rex Martyr.
* S.Majolus Abbas.
S.Illuminatus Confeſſor.
† *Mile-ſeu-Malehardus Epiſc.Sagienſis.*
*S.Evellius Martyr* XVII Maji.

## DIE XII.

SS.Nereus, Achilleus, Domitilla. *
* S.Pancratius Martyr. *
C † Felix puer Martyr.
* S.Philippus Presbyter.
S.Epiphanius Epiſcopus.
* S.Modoaldus Epiſcopus.
S.Rictrudis Abbatiſſa.
* S.Germanus Patriarcha.
B.Imelda Virgo. †
† S.Ioanna Princeps Luſitaniæ.
† *B.Gemma Virgo* XIII Maji.

## DIE XIII.

S.Victor & Socii Martyres.
† SS.Raſſius & Anaſtaſius MM.
S.Chriſtantianus Martyr.
S.Oneſimus Epiſcopus.
S.Ioannes Silentiarius. †
† S.Raſtragena Virgo.
* S.Rolendis Virgo.
* B.Gerardus de Villa-magna.
B.Gemma Virgo.
* *B.Petrus Regalatus Ord.Min.* XXX Martii.
† *S.Secundianus Martyr* XIV Maji.

## DIE XIV.

SS.Victor & Corona Martyres.
S.Henedina Martyr.
* S.Pontius Martyr. †
S Bonifacius Martyr.
* S.Barbarus Martyr.
* S.Pachomius Abbas. *
S.Aprunculus Epiſcopus. †
S.Bonifacius Epiſcopus.
S.Pomponius Epiſcopus.
* S.Paſchalis Papa I.
B.Ægidius Ord.Prædicatorum.
† *Polybius ſocius S.Epiphanii.*

## DIE XV.

S.Iſidorus Martyr.
S.Euticius Presb.Martyr.
S.Iſidorus Agricola.
* *Adelgarius Abbas.* E
† *S.VVigberti Tranſlatio.* XIII Auguſti.

## DIE XVI.

SS.Valentinus & Damianus MM.
S.Fortis Epiſc. Martyr.
S.Maxima Virgo.
S.Germerius Epiſcopus.
S.Domnolus Epiſcopus.
S.Ragnobertus Epiſcopus.
* S.Adamus Abbas.
* S.Ubaldus Epiſcopus.
S.Simon Stock Carmelita.
B.Ioannes Nepomuc.Canonicus M.
* *S.Meginbodus Monachus.* XVI Martii.
* *S.Victorinus Martyr* XXIX April.
† *S.Syrus Epiſcopus.*

## DIE XVII. E

S.Torpes Martyr.
S.Reſtituta Virgo Martyr.
† S.Reſtituta Calaritana M.
S.Montanus Recluſus.
† S.Framehildis Vidua.
S.Bruno Epiſcopus.
* B.Franciſcus Ord.Minorum.
* *S.Gothardus Epiſcopus* IV Maji.
† *S.Agrippinæ V.M. Tranſlatio* VIII Iulii.
† *S.Ottonis Epiſc. Commem.* X Iulii.
† *S.Ludovici R.Tranſlatio* XXV Auguſti.
† *B.Gandolfi Ord.Min.Tranſl.* XVII Septemb.

## DIE XVIII.

* S.Venantius Martyr.
S.Lucegia Martyr.
B.Guilielmus Erem. Auguſt.
B.Felix Cappucinus.
† *B.Ratho ſeu Razzo Comes.* XVII Iunii.
† *Arſacii Epiſc.Tranſlatio* XII Novemb.

DIE

## DIE XIX.

SS.Pudentiana & Praxedis VV.
B.Alcuinus Abbas.
S.Dunſtanus Archiepiſcopus.
S.Petrus Cæleſtinus Papa.
S.Yvo Presbyter.
S.Auguſtinus Ord.Eremitarum.
† *B.Berteragmus Presbyter* xxx Maji.
† *S.Pavacius Epiſcopus* xxiv Iulii.

## DIE XX.

S.Plautilla Matrona.
S.Thalalæus Martyr.
S.Hilarius Epiſc.Toloſanus.
S.Baudelius Martyr.
S.Lucifer Epiſcopus.
S.Auſtregiſilus Epiſcopus.
S.Ivo Carnot.Epiſcopus.
B.Albertus Abbas.
* S Bernardinus Senenſis.
B.Columba Reatina.
† *Arnaldus Erem.Auguſtin.*

## DIE XXI.

S.Conſtantinus Imperator.
S.Mantius Martyr.
S.Silaus Epiſcopus.
S.Petrus Parentius Martyr.
*SS.Syneſius & Theopompus MM.*
† *S.Yvo Presbyter.* xix Maji.
† *S.Hilarius Epiſc.Toloſ.* xx Maji.
† *BB.Ioannis Plebani & Leonis Epiſcopi Tranſlatio Venetiis* ix Auguſti.
† *S.Candidæ V.M. ibidem tranſlatio* i Decemb.

## DIE XXII.

S.Romanus Monachus.
S.Euſebius Epiſcopus.
S.Aigulfus Epiſcopus.
* S.Bobo Miles.
S.Fulcus Peregrinus.
S.Atto Epiſcopus.
* S.Humilitas Abbatiſſa.
† B.Andreas Ord.Minorum.
B.Rita de Caſſia.
† *S.Yolendis Ord.Pradicat* xvii Ianuarii.
† *S.Barderius Martyr.*

## DIE XXIII.

† S.Medicus Confeſſor.
* S.Guibertus Gemblacenſis
† *SS.Lucius & Montanus MM.* xxiv Febr.

## DIE XXIV.

S.Symeon Stylita.
S.Martha mater ejus.
† *Ioannes Prado,Ord.Minorum.*

## DIE XXV.

S.Maria Magd.de Pazzis.

## DIE XXVI.

SS.Priſcus & Cottus MM.
S.Auguſtinus Epiſc.Cantuarienſis
S.Philippus Nerius Presbyter.

## DIE XXVII.

S.Zacharias Epiſc. M. Viennæ.
S.Reſtituta V.M. Soræ.

## DIE XXIX.

† SS.Cerealis, Theodorus, Antenodorus, Vitus, Martyres Romani.

*Accedunt variæ correctiones ad* VII *ultimos Maji dies, quos Lector ex ordine ſub finem inveniet; fortaſsis & Additamenta quædam hic non annotata, quia poſt cœptam Appendicis impreſſionem oblata.*

# APPENDIX
## AD TOMVM ET DIEM PRIMVM.

P*Ag. 2 col. 2 poſt nomen* B. Panaceæ ---- *addatur* ---

Ven. Geraldus, Canonicus Regularis, Anſedæ in Luſitania.

*Ibid. Col. 1 ante alios Prætermiſſos ponatur.* --- B. Dom. Garciæ Martinez Tranſlatio *ex App.pag.754.*

*Pag.3 col.1 lin.* 5 poſt *Acturi* --- adde --- *& Hagiologio Luſitano Cardoſi, tamquam in vicina Luſitaniæ Caſtella natus. Verum &c.*

*Ibid.lin.* 11 *de* B.Peregrino, *expunctis ibi impreſsis, hæc ſubſtitue.* --- S.Peregrini Ordinis Servorum B. Mariæ, *memoria facienda præſcribitur in hodierno Romano Martyrologio, ſecundum noviſsimam ejus recognitionem editionemque anni* 1674. *Itaque ſi aliquando primum operis hujus ſemeſtre recudatur, ſecundum præſcriptum Appendicum & Supplementi poſt Iunium faciendi, etiam illius Acta transferenda huc erunt à die, ubi ipſa dedimus & quando antea à ſuo Ordine colebatur,* xxx Aprilis.

*Ibid.col.2 ſub finem, ponatur* --- B.Blaſius Epiſcopus Soanenſis *&c.ut in App.pag.* 754 --- *deinde addatur* ---

Bonamicus de Bonamicis, Tertii Ordinis S. Franciſci Volaterris in Hetruria, *cum titulo* Beati *refertur à Silvano Razzio, nullo aſsignato mortis die. In Commentario Volaterranenſium (plenius laudando ad* VI *diem Iunii & alibi jam ſæpe laudato, præſertim ad*

III *Februar. ubi de S. Candido) dicitur floruiſſe anno* 1424, & in eccleſia S. Franciſci kalendis Maji tumulatus. *Allegat idem Razzius librum, neſcio quem, ubi de eo ſic legerit.* In eccleſia S. Franciſci Volaterris, ſubter pulpitum, jacent oſſa Beati Bonamici, qui in vita & in morte miraculis claruit. *Addit autem Razzius, quod cum anno* 1586, *aliquid operis faciendum eſſet circa ipſum pulpitum; invenerint fabri atque incaute fregerint pulcherrimam quamdam arcam, intra quam ita fractam reperta ſint oſſa prædicta, cum lamella conſona prænotatæ narrationi, ſuaviſſimum odorem ſpirantia; quare mœſti Fratres collecta oſſa incluſerunt ſaculo laneo, atque in Sacriſtiam detulerunt. Dicunt autem Volaterranenſes, publica auctoritate deputati, in ſua Relatione, quod anno* 1647 *die* XIV *Decembris, à Guardiano loci inducti in Sacriſtiam, inſpexerint arcam, in qua ſervabantur reliquiæ* S. Florentii Epiſ. & Mart. & in eadem, *inquit Notarius*, arca corpus B. Bonamici de Bonamicis, civis Volaterrani, repoſitum vidimus: ſed nec lamina ſupradicta, nec alia inſcriptio notata fuit. *Exiſtimo, Fratres iſtos, ideo conjunxiſſe prædictum corpus oſſibus* S. Florentii, *ut caverent, hinc quidem ne inhonorus*
B *omnino maneret ſuus* Bonamicus, *inde ne proprium ei cultum tribuendo, citra debitam licentiam, delinquerent contra Canones. Quare nobis etiam ſatis ſit hæc obiter retuliſſe. Maxime cum neque appareat unde conſtet de die, neq; plura. ut vellemus, poſſimus de ipſo dicere.*

*Pag.* 4 *col.* 1 *ante* S. Sabam --- *ponatur* --- Eliſabeth Euangeliſta *ex Pag. App.* 754 --- *paulo poſt de* B. Mafalda *lin* 3 ſic lege. *Ejus Vitam dabimus in Anniverſario depoſitionis* II Maji.

*Pag.* 5 S. Simpertus Epiſcopus Auguſtanus, *neſcio qua de cauſa hiſce Kalendis adſcribatur à Mabilione ſec.* 4 *Benedict. parte* 2. *Colitur ipſe, quando de ea agendum nobis erit* XIII Octobris.

## DE S. JEREMIA PROPHETA.

*Pag.* 6 *num.* 5 *lin.* 9 poſt verba --- *credunt incolæ* --- expunge *ſequentes ſeptem lineas, & has* ſubſtitue ---

*Ioannes Cotovicus, I.V.D. Vltrajectinus, anno* MDXCVII *in Orientem profectus, in ſuo poſt annos viginti*
C *edito Antverpiæ Itinerario, figuram loci æneæ tabellæ expreſſam exhibet pag.* 146, *iiſdemque fere verbis, quibus Quareſmius, eum deſcribit: de Minoritarum vero Conventu addit, ingentem eum fuiſſe, uti ex ruinis apparet, quas appingit; Arabes autē annis abinde octoginta, puta ſub annum* MDXX, *ipſum invaſiſſe, & Monachos omnes trucidaſſe; juxta autem adeſſe fonticulum aquæ optimæ; qui tamen incuria barbarorū neglectus, nullius fere uſus iter facientibus ſit. Aſt Sanctus Hieronymus, cujus nobis in talibus potior eſt auctoritas, non iſto loco, ſed tertio ſupra Vrbem ſanctam milliario* Anathot *locat. Neque vero opus eſt, ut qui* Anathotites *dicitur, ibi omnino natus fuerit; vel ſi fuit, ut hoc ei templum erectum ſit in loco ſuæ nativitatis; potuit enim ſic dictus fuiſſe à diuturna in* Anathot *commoratione, & quia parentes habuerit inde oriundos; unde etiam iſtic agrum poſſedit, à patrueli emptum, ut legitur in ejus Prophetia cap.* XXXII. *Potuit etiam locus hic, ſpectans ad ſortem tribus Ephraim; non autem ad Benjamin, ſicut* Anathot, *alia aliqua ex cauſa ſancto Propheta conſecratus fuiſſe, quam quod in eo natus ſit. Altera ejuſdem Prophetæ memoria &c.*

*Eccleſia in loco (ut creditur) natali.*

*Diverſo ab Anathot.*

## DE S. PHILIPPO APOST.

*Pag.* 11 *num.* 23 *lin.* 4 *adde poſt verbum* quieſcentium --- *Nicolaus Bertrandi, in Geſtis Toloſanorum, ſcriptis ſub finem ſeculi* XV, *fol.* 5 *v°. recitat* litteras,

*Reliquiæ Toloſæ.*

*jam olim ſcriptas*, complectentes ſingula Sanctorum nomina in præfata eccleſia quieſcentium, quorum maxime ſacra oſſa ſunt relevata, & cuilibet intueri volenti monſtrantur: *ſecundo autem loco nominantur*, corpora Beatorum Apoſtolorum Philippi & Jacobi Minoris, filii Alphæi. *Sed quando aut quomodo ea Tholoſam allata ſint, nuſquam indicat* Nicolaus: *litteræ autem prædictæ mox addunt, quod* Caput Jacobi inde tranſlatum fuit in Compoſtellam, civitatem Galiciæ, pro ſolatio & devotione peregrinorum illic affluentium, *tacent autem de* Capite S. Philippi; *de quo tamen præfatus Sauſſayus addit, quod ipſum etiam* à corpore divulſum *&c* --- *atque poſt verba Sauſſay &* --- *Hæc ibi* --- *iterum* adde --- *Fuit* Joannes *iſte tertio genitus Ioannis II Regis Franciæ, qui primus Bituriges erexit in titulum Ducalem, & ſuo iſti filio donavit cum ampliſſimâ circumditione. Anno autem* MCCCLXIX, *ut docent Sammarthani lib.* 18 *hiſtoriæ Domus Regiæ, creavit Ioannes Rex prædictus eumdem ſuum filium Viceregem per totam Aquitaniam & Occitaniam, vulgo Guyenne & Languedoc. Sed poſtremum titulum vindicante ſibi Gaſtone Comite Fuxenſi, Ioannes, licet bello ſuperior, æmulo tamen ſuo eumdem titulum pacis cauſa ceſſit; unde intelligitur*
E *prænotatum Indiculum Reliquiarum, ubi nulla talis Tranſlationis fit mentio, conditum eſſe ante Ioannis Ducis promotionem. Vaſconcellus in deſcriptione &c.*

D

*& hinc delatum caput Pariſios.*

*Aliud in Luſitania.*

*Ibid. num.* 24 adde --- *Deinde per litteras ſignificavit &c. uti in Append. priori pag.* 754.

*nunc argento inclu-ſum.*

*Ibid. poſt num.* 25, adde --- 26 *Tot locis de Capite* S. Philippi Apoſtoli *gloriantibus, accedit nihilominus adhuc Cyprus inſula; cujus novaque in ea Iuſtinianæ Archiepiſcopus Chriſtodulus, anno* MDCXVI *Indictione* XIV, *ſignavit litteras atteſtantes veritati tibiæ unius, ex Reliquiis* S. Philippi *acceptæ, eo fine ut in Italiam deportata, excitaret liberalitatem Prælatorum Italicorum, in favorem monaſterii celeberrimi, quod eidem Sancto Apoſtolo conſecratum* S. Philippi in Arzo *nuncupatur. De illa, deque tunc pariter Neapolim allatis Reliquiis S. Barnabæ Apoſtoli, pluribus agemus,* XI Junii: *quia hæ illatæ in eccleſiam noſtræ ibi Domus Profeſſæ, occaſionem iſta cognoſcendi dederunt: illæ, ubi nam depoſitæ fuerint, necdum comperi. Ex Proceſſu ſuper utrarumque legalitate formato, & apud noſtros Notarialiter tranſcripto, ſicut noſter Conradus Ianningus ſuperiori anno illum ibi legit, ſatis ſit docuiſſe; quod unus ex tribus teſtibus, coram Vicario Archiepiſcopali D. Alexandro Roſſio examinatis,* XXIII Januarii MDCXVIII, D. Demetrius Zamperlanus, Archipresbyter civitatis Arzi regni Cypri, Sacerdos Græcus annorum XLVIII vel circa, *reſpondit:* In eccleſia monaſterii in Arzo eſt caput S. Philippi, & duo crura, & os ſacrum: haſque ego Reliquias vidi feſto ejuſdem Sancti die, qui incidit in XIV Novembris; exponi tunc ſolitas in patina argentea ſupra altare. *Cumque in particulari interrogaretur ſignum aliquod diſtinctivum indicare, quo ſciebat eam de qua requirebatur tibiam, ipſam eſſe quam viderat in Cypro; dixit,* quod in medio eſſet aliquantum ambuſta; *ſicut reapſe videbatur.*

*In Cypro Caput & alia quædam oſſa.*

*unde tibia allata Neapolim an. 1616.*

## DE S. JACOBO ALPHÆI.

*Pag.* 21 *num.* 8 dele ultimas 9 lineas --- *Quis autem hic* Joſeph. *Num.* 9 *lin.* 16 dele --- *ſaltem uterinus* --- deinde lin. 17 ſic proſequere, expunctis aliis. --- *Non exiſtimo, quod ideo tantum; quia tunc illa, juxta modum loquendi iſtius ævi, potius* Cognata, *id eſt, fratris uxor, quam* Soror *Deiparæ, diceretur. An quia ipſamet* Maria, Cleophæ *uxor, nata fuerit ex ſorore aut fratre SS. Ioachim vel Annæ, atque ita ſicut matres* Jacobi *& Jeſu inter ſe vocabantur* Sorores,

*An alii Iacobi fratres, eodem patre Cleopha, alia matre*

*it*

A *ita filii dicebantur* Fratres? *Id mihi videtur congruentius.* Simonem *vero &* Judam, *una cum* Jacobo & Joſeph *Marcæ* XIII *nominatos à Nazarethanis, ejuſdem* Cleophæ *filios etiam dixerim; ſed ex alia uxore, nihil ad Deiparam pertinente, atque ita ex una ſolum parte Chriſti Fratres. Horum alter procul dubio fuit Epiſtolæ Canonicæ Auctor, ipſo in titulo ſcribens ſe* Fratrem Jacobi, *utique velut dignioris vel ſenioris: quod autem idem etiam ſit unus ex duodecim, cognomento* Thaddæus, *mihi non videtur ſimile vero, etſi id paſſim credatur. De* Simone Cananæo (*qui eodem die colitur, & nomen à Cana Galilææ putatur traxiſſe, ibidemque à Nuptiis, quibus accitus Chriſtus ut conſanguineus aquas in vinum vertit, ad Domini ſequelam aſſumptus fuiſſe*) *difficilius dixerim, ſitne is quem Nazarethani Chriſto objiciunt apud Matthæum; an vero* Simeon, *dictus etiam ipſe* Cleophæ *filius, ſecundus poſt Iacobum Ieroſolymorum Apoſtolus. Verum his de verbis diſtinctius agitur* §. 7 *Diſſertationis Theogenealogicæ ante Conatum Chronico-hiſtoricum ſuper Catalogo Romanorum Pontificum.*

*Dicta ab eo Hieroſolymis Sedes Theadelphica.*

10 *Atque hæc eo dicta, &c. pag.* 21 *col.* 2.

*Pag.* 24 *col.* 2 *ad finem* §. 3 *addantur ſequentia --- Atque hæc ſi placet ex Cardoſo &c. uti pag.* 754 *App. in Margine vero* ſcribe --- *Item ad Inſulas Materia --- &* B *Capitis Viridis.*

*Pag.* 25 *num.* 24 adde --- *Scio eſſe qui ſibi perſuadeant, aut* Alphæi *&* Cleophæ *nomen unum eſſe, ſolaque pronuntiatione diverſum; aut uni perſonæ geminum nomen fuiſſe, uti certum eſt eumdem* Levi *dictum qui &* Matthæus; *atque iiſdem videri, quod ex imaginaria dumtaxat diſtinctione perſonarum, finxerint Græci Acta quædam* Jacobi Alphæi; *diverſa ab Actis ejus qui dicitur* Cleophæ. *Primum quam nulla veroſimilitudine nitatur, oſtendam* ad XXVI Maji, *quando* Alphæus; *Apoſtolorum* Matthæi & Jacobi pater, *ut Sanctus proponitur colendus à Græcis, nullam* Cleophæ *memoriam agentibus; ut hunc propterea exiſtimem obiiſſe ante Chriſtum; iſtum autem, in Euangelio poſt Aſcenſionem prædicando, partem habuiſſe, unde meruerit, cum primis Apoſtolorum conſortibus,* Apoſtolus *dici etiam ipſe. Poſterius de gemino unius viri nomine, quam gratis dicitur, tam gratis negatur, donec evidens neceſſitas aliqua (& hæc nuſquam apparet) cogat totius Orientis conſenſum in hac materia, veluti in meris fabulis fundatum, rejicere.*

*Toloſa ubi corpus erat,* C 25 *Deinde* S. Jacobus Alphæi *&c.*

*Pag.* 26 *poſt num.* 30 adde --- *Quæ inter Petavium noſtrum & Salmaſium &c. ut in App. pag.* 755, *in margine autem* ſcribe --- *non quaſi ipſis fuerit auctoritate inferior.*

*Pag.* 28 *col.* 1 *lin.* 8 lege --- *patrem potius aut maritum intelligi: atque adeo ſeculo* XI *allatum Caput prædictum in Hiſpaniam fuiſſe. Ideo Litteræ, de Reliquiis Toloſanæ eccleſiæ, apud Nicolaum Bertrandi ſeculo* XIII *aut* XIV, *ita dicunt apud ſe haberi* corpus Beati Apoſtoli Jacobi Minoris, *ut addant,* præter caput ejuſdem, quod inde tranſlatum fuit in Compoſtellam civitatem Galiciæ, pro ſolatio vel devotione peregrinorum illic affluentium. *Neque hoc impedit quo minus aliquamdiu Carreone hæſerit ſacrum iſtud pignus; fueritque tempore Alfonſi filii Vrracæ, eo adhuc puero, ſed jam tum Galeciæ Rege dicto, à matre Regina, conceſſum Archiepiſcopo Compoſtellano, Regio inſtructori. Nec refert quod Toloſates ex communi errore* Jacobum Minorem, *appellent* filium Alphæi: *Sed vellem docere poſſe, quomodo & quando corpus & Caput prædictum, ab Hieroſolymis (ut dixi) tranſlatum Conſtantinopolim ſub Imperatore Iuſtino, in Galliam pervenerit. Interim deficientibus veteribus ea de re documentis, poſſumus credere vetuſtæ poſſeſſioni, eique innixæ traditioni, vere id factum eſſe. Nec amplius putem pro ſe poſſe adducere Compendienſes pro ſuo SS. Cornelii & in Cypriani monaſterio,* in *cujus* Sacrario, *inquit Sauſſayus, ad Supplementum kalendarum Maji, celebris eſt* veneratio Capitis S. Jacobi Minoris Apoſtoli, in quo magnifice condito ictus adhuc appareret, quo à Fullone percuſſus eſt. *Maneat ſua Hiſpanis Galliſque poſſeſſio, quando non eſt facile definire utri jure certiori nitantur.*

*Caput Compendii eſſe dicitur.*

D 40 *Honoratus Bouche &c. uſque ad lin.* 12 *a fine numeri, ante hæc verba --- Habet etiam civitas Anconæ* --- pone --- *Brouwerus in Annalibus &c. uti pag.* 755, *col.* 1 *in App.* --- in margine --- *Treveris manus.*

*Reliquiæ Lingonæ.* *Num.* 44 ſic lege --- *Sauſſajus in Martyrol. Gallicano, cum ad haſce kalendas egiſſet de corporibus* beatiſſimorum Apoſtolorum Philippi & Jacobi, in baſilica S. Saturnini Toloſæ quieſcentium; *ſubdit.* Porro S. Jacobi Brachium unum Lingonis, in majori templo ante ſeptingentos annos repoſitum, ibidem ea qua decet veneratione recolitur. *Volaterranenſium commentarius de ſuis Sanctis & Reliquiis, inter eas quibus Cathedralis ſua gloriatur, undecim omnino Apoſtolos nominat, in quibus etiam* Jacobus & Philippus: *ſimiliter etiam Monaſterii in Weſtphalia Patres noſtræ Societatis, diverſas eorumdem particulas recenſent, una cum aliis collocatas in variis lipſanothecis, ſupra aut circa majorem aram. Abbatia Centulenſis &c. lin.* 5 *à fine expunctis* 10 *inter mediis.*

E *Volaterræ & centula.*

*Pag.* 34 *Annot.* --- b *Scilicet antonomaſtice: nam conſtat alios ſaltem tres,* Joſephum *ſcilicet, Iacobi fratrem germanum,* Judam item & Simonem, *Fratres Domini nuncupatos fuiſſe: ſed poſteriores duos, ſolum per patrem, non autem etiam per matrem, ut* Jacobus *& frater ſuus* Joſeph; *& hic videtur ante Chriſti in cælos aſcenſum obiiſſe, ideoque nullum nomen habere potuiſſe inter primos Euangelicæ legis Præcones.*

## DE S. ANDEOLO SUBDIAC.

*Eccleſia Pariſiis* *Pag.* 35 *num.* 4 *lin.* 6 *poſt* clarere miraculis --- adde --- *Idem Auctor pag.* 207 *ex inſtrumento &c. uti in App. pag.* 755 --- *& in marg.* ſcribe --- *an.* 1108, *commendatur Abbati S. Ruſi.*

F *Ibid. num.* 5 adde --- *De* S. Andeolo *ſuggerit Claudius Caſtellanus, Canonicus Pariſienſis, fuiſſe olim Pariſiis eccleſiam ſub ejus nomine, inter Pontem S. Michaelis vicoſque dictos* de Latrondel *&* Gilcœur, *atque vetus palatium* de Luines: *cujus videtur meminiſſe Childebertus Rex, apud Brolium in Pariſinis Antiquitatibus, pag.* 297 *nominans* Oratorium S. Andeoli Martyris.

6 *Poſt Vitam ſeu Paſſionem, additam voluiſſemus hiſtoriam miraculorum, vel,* &c. *uti in App. pag.* 755, *marg.* ſcribe --- *Deſiderantur Miracula.*

## DE S. HYPOLISTO PRESB. M

*Pag.* 41 *Titulus ſic ſcribatur* --- De ſanctis Martyribus, Hypoliſto Presbytero, Creſcentio & Sociis decem; Martyribus, Atripaldæ in Regno Neapolitano.

*Pag.* 43 *col.* 1 *Annot.* h --- adde --- *quæ Bollandus noſter in Februario num.* 8 *&* 9 *à Regio ſumpta exiſtimans, totam Vitam eo recentiorem eſſe credidit, quod in ſolam fortaſſis ultimam Appendiculam quadrat.*

*Ibid, Annot.* i *lin.* 3 --- *num.* 1 --- l. *num.* 3.

*Ibid. Col.* 2 *in fine* adde --- 6 *Hactenus Acta producta* IX *Februarii, quibus confirmandis ſupplendiſque edita eſt anno* MDCXLVIII, *Italica lingua,* Brevis relatio de glo-

A glorioſis ac miraculoſis corporibus Sanctorum, quæ ſunt Atripaldæ, *auctorem præferens* Andream Falconem; *qui, in Præfatione ad Lectorem, ſibi gratulatur, præſentem ſe fuiſſe Inventioni initio memoratæ, ut qui tunc temporis Rector erat cryptæ, in qua theſaurus iſte latebat; exindeque ſæpius idem munus geſſiſſe profitetur, ac multam operam contuliſſe, tum eleëmoſynis conquirendis ad inſtaurationem ornatumque ipſius ſacelli, & curandas picturas, pavimentum, feneſtras; tum celebrandis, quanto potuit ſplendore, eorumdem Sanctorum feſtivitatibus; tum denique conſcribendis nonnullis miraculoſis curationibus, impetratis per uſum liquoris, ex monumentis ſcaturientis. Hic, pag. 11, ſpecialiter de* S. Hypoliſto *narrat, quod authentice ſcriptum inveniatur. qualiter* anno MDC, cum Rector iſtius ſancti loci eſſet Notarius Alexander Manentis, vir non nullius auctoritatis & qualitatis dum viveret, 1 die Maji Atripaldam venit venerandus quidam Presbyter: qui præfato occurrens Notario, cum requiſiſſet ubinam eſſet eccleſia S. Hypoliſti Martyris; illuc ab eodem officioſe deductus, magna cum devotione nec ſine lacrymis, gratias reddidit Sancto, publiceque narravit; quod ante menſes aliquot, per mare veniens ex regionibus longinquis, &

*Ex novâ Tranſlationis hiſtoria,*

*habetur gratia facta periclitanti in mari per S. Hypoliſtum.*

B grandi tempeſtate nocte quadam agitatus, fuerit arreptus per brachium, in terramque depoſitus, ab apparente ſibi Sancto atque dicente: Ego ſum Hypoliſtus Antiochenus; vade igitur Atripaldam, juxta patriam tuam; ibi enim invenies eccleſiam, in qua requieſcit corpus meum, cum aliis Martyribus diſcipulis meis. Viſita ipſam die 1 Maji, quando feſtivitas mea agitur. Hæc Notarius audiens, continuo appellavit plures, teſtes narrati miraculi futuros. Presbyter autem ibidem reliquit anathema argenteum, ſic inſcriptum. Don Pompilius Vitalis Neapolitanus. Anno Domini MDC V.F.G.A. *Id eſt (ut ego quidem interpretor)* Voto facto gratias agit.

7 *Occaſio ſcribendi libelli prædicti fuit Tranſlatio* S. Hypoliſti *& Sociorum in novas arcas: cujus Tranſlationis cauſa, inſtitutus in Curia Epiſcopali Proceſſus eſt, variaque tum condita, tum producta inſtrumenta, partim Latine partim Italice. Ac primum* die quinta menſis Maji MDCXLVII, ex parte Antonii Fareſii Syndici, Franciſci Paſchæ, Notarii Dominici de Matthæis, Marci Antonii Pepini, & Simonis Alvini, Electorum; nec non Andreæ Falconis & Agnelli Coci, Magiſtrorum Oeconomorum Capellæ Sanctorum Corporum in eccleſia Collegiata S. Hypoliſti, Atrepaldenſis oppidi, *narrata elevatione ſacrorum oſſium & depoſitione in capſellas ligneas præmemoratas, facta anno* MDCXXXIV; *propoſitum Curiæ Epiſcopali fuit*, quod *præfatus Syndicus ceterique comparentes* optarent ipſa tranſponere in capſas plumbeas decentiores.

*Proceſſus anno 1647 inſtitutus,*

C *quo petitur facultas tranſponendi Corpora ſancta,*

8 *His auditis*, Illuſtriſſimus D. Juſtinianus (*uti narrat inſtrumentum poſt rem factam conditum* XVI Septembris *ejuſdem anni* MDCXLVII, *ſed* 1 Indictionis *noviter inchoatæ*) D. Iuſtinianus, *inquam*, ad augendum divinũ cultum & populi devotionẽ, & præcipue ad preces Magnif. Michaëlis Guarracini, olim regentis officium Regii Perceptoris hujus Provinciæ, in hac Terra degentis (qui ex voto & ex ſpeciali gratia recepta ab ipſis Sanctis, ut declaravit, eumdem Illuſtriſſ. Dominum pluries atque pluries ſuppliciter rogavit, ut ipſa Corpora in loco decentiori ponerentur; & audita intentione ipſius Illuſtriſſimi, deponendi ipſa Corpora in capſis plumbeis, aliquam ſummam pro emendo d. plumbo obtulit) ac etiam ad preces iteratas Populi & Cleri d. Univerſitatis, mandavit Reverendiſſimo Vicario & Reverendis Theologo ſuo & Procuratori Fiſcali, ac etiam Actuario uni, ut perſonaliter accederent ad præd. Terram Atripaldi, & proprie intus d. eccleſiam &

*ex ligneis capſulis in plumbeas novas,*

capellam ſeu conſervatorium; &, prævia diligenti informatione teſtium fide dignorum, recognoſcerent, ſi vere & realiter eadem Corpora Sanctorum, ſublata ex loco cryptæ S. Hypoliſti, ubi jacebant in monumentis lateritiis ex altera parte muſaici, eſſent ipſamet quæ repoſita fuerant in capſulis ligneis, depictis cum palmis & coronis, quæ capſulæ fuerant collocatæ ſuper altari novo S. Hypoliſti, ex parte dextera capellæ prædictæ, in repoſitorio ſimiliter ligneo, in fronte appoſita icona, cum pictura S. Hypoliſti & ſociorum Martyrum: prout apparebat mediante publico Inſtrumento, rogatu manu Notarii Iulii Duardo Terræ Manicalceati.

D

9 *Accedente ergo Atripaldum Vicario, cum adjunctis ſibi ſociis, ad eorumdem inſtructionem, primo productum fuit autenticum exemplum inſtrumenti facti* die XVI menſis Septembris decimæ Indictionis (*quam fuiſſe annum* MDCXI *patet ex tempore mox nominandi Epiſcopi, clauſo intra annos* MDCIX & XXVI) *ubi comparens* D. *Mutius Cinquinus Epiſcopus, atteſtatur veritati tranſlationis S. Sabini, factæ anno* MDLXXXVIII. *Productum deinde eſt ſimile exemplum inſtrumenti alterius, conditi* die XI menſis Ianuarii MDCXXXIX, XII Indictionis, *quo continentur ea fere omnia quæ habet relatio Canonicorum, edita in noſtro Februario. Tum vero, die* III *menſis Iunii* MDCXLVII, Perilluſtri & Reverendiſſ. D. Fabritio Gavotti, V. I. D. Canonico & Generali Vicario & Frequenti, cum aſſiſtentia R. P. Fr. Hyacinthi Hiſpani, S. T. Magiſtri Ordinis Prædicatorum, Curiæ Epiſcopalis Theologi, ordinatione Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Epiſcopi, accerſitis in Subcorpore SS. Hypoliſti ac Sociorum Martyrum in Collegiali eccleſia terræ Atripaldi, ad finem exequendi petita & ſupplicata per Magnificos de Regimine terræ prædictæ, ut in eorum ſupplicatione ſeu petitione, præſentata ſub die V Maji proxime præteriti.

*quorum veritate coram Vicario probata,*

E

*ex ante conditis inſtrumentis,*

10 In quo Subcorpore, cum aſſiſtentia & interventu Revendorum, Archipresbyteri *D. Simonis de Ciutiis*, Primicerii *D. Franciſci Antonii de Roggeriis*, & Canonicorum, nec non ipſorum de Regimine & Oeconomorum Capellæ dictorum Sanctorum Martyrum; fuit de ordine d. Reverendiſſ. D. Generalis Vicarii [ablata] icona cum imaginibus ſanctorũ Martyrũ Hypoliſti & ſociorũ, in tela depictis, manens ſupra altare ſub invocatione S. Hypoliſti, prope gradum à cornu Euangelii d. eccleſiæ: & ſupra d. altare fuerunt repertæ decem capſulæ, ex ligno confectæ; novem quidem eodem modo confectæ, longitudinis palmorum trium una vero longitudinis palmorum ſex. In quibus capſulis adſunt inſcriptiones in qualibet ipſarum, ſcilicet in ſeptem ex eis, Corpus S. Martyris Socii S. Hypoliſti; in alia, Corpus S. Creſcentii Socii S. Hypoliſti; in alia, Corpus S. Hypoliſti Martyris, caput cujus ſervatur in theca argentea; in alia vero palmorum ſex, Duo orpora SS. Martyrum Sociorum S. Hypoliſti. Quæ Corpora Sanctorum Martyrum, ut ſupra, unanimiter Reverendi, Archipresbyter, Primicerius, & Canonici, Magnifici de Regimine, Oeconomi, & alii ex Univerſitate, [aſſeruerunt] eſſe eadem quæ annis elapſis fuerunt per Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Bartholomæum Juſtinianum ..... repoſita in dictis capſulis ligneis, intus foderatis ex armiſino colorato, ſupra dictum altare pro majori decentia & veneratione; & ſic relicta & denuo repoſita. Fuit autem de omnibus capta informatio, ut ſequitur .....

*inſpectiſque ipſo in loco capſulis ligneis undecim,*

F

11 Magnificus V. I. D. Joannes Antonius de Roggeriis, terræ Atripaldi ætatis annorum LXXIV in circa, 1 Teſtis, ſummarie productus, & ejus medio juramento interrogatus, & examinatus ſuper præſenti informatione ..... ad opportunas interroga-

*& auditis deſuper tribus juratis,*

A rogationes ſibi factas, reſpondit *de inventione, translatione & repoſitione prædictis*, quia ſcit, quia vidit, audivit, & interfuit: *atque inſuper addidit*: prædicta Nomina Sanctorum Martyrum ſic fuiſſe ipſis Capſellis ligneis inſcripta, quemadmodum antea legebantur ſcripta ſupra gradus prædicti Subcorporis, ſed corrupta ſunt, dum ipſe aſcenſus dictorum graduum innovabatur. Et quia, *inquit*, idem Teſtis, prædictæ capſulæ ligneæ quotidie conſumuntur; Magnificus D. Perceptor Provinciæ, Michaël Guaracinus, in hac Terra commorans; propter multas gratias, quas confitetur recepiſſe per interceſſionem dd. Sanctorum; decrevit propriis ſumptibus faciendas curare arculas plumbeas, in quibus eorum Reliquiæ collocentur (id quod faciet ad majorem venerationem ipſorum glorioſorum Martyrum) ac deinde reponantur in loco decentiori, quam ſit Subcorpus eccleſiæ. Id quod etiam ego probo & laudo; quia ſic multo melius ſacra iſtæc pignora ſervabuntur. *Teſtis* II Magnif. Conſtantinus Giſonellus, Terræ Atripaldi, annorum LIV in circa .... *& Teſtis* III Magnif. Ioſeph Cinnamus, Atripaldi, annorum LXIV in circa .... *Eadem omnia affirmarunt, eodemque modo ac fere iiſdem verbis; ſubſcriptione nominis ſui*
B *firmando depoſitiones, quas ex ipſorum ore acceptas ſcripſerat, ac deinde ſubſignaverat* Maxentius de Rogeriis Actuarius.....

*de mandato Epiſcopi Avellinen.*

12 *Cauſa ſic verificata*, & facta de ipſo actu relatione eidem Illuſtriſſimo D. Iuſtiniano, fuit demum ordinatum eiſdem Vicario, Theologo, Procuratori Fiſcali, & Actuario; ut denuo accederent ad locum prædictum; & cum effectu prædicta corpora Sanctorum Hypoliſti, Creſcentii, & aliorum novem in capſis plumbeis reponerent; & in loco quam poſſent decentiori, intus dictam capellam & conſervatorium, collocarent. Quæ intervenientibus ſupradictis Reverendis de Collegio, & Magnificis de Regimine, ac Magiſtris & Oeconomis præd. venerabilis Capellæ, cum Magnifico V.I.D. Iulio Cæſare de Aponte Neapolitano, ad præſens Gubernatore d. Terræ, & multis aliis perſonis dignioribus & ſpectabilibus, fuerunt collocata in decem capſulis plumbeis; in ſingulis capſulis corpus unum; incipiendo à corpore S. Hypoliſti, quod ſine Capite collocatum eſt in capſula una; in alia, corpus S. Creſcentii; in ſingulis ſingula corpora ſanctorum Martyrum ignoti nominis. Et in eorumdem præſentia
C capſulæ ſingulæ fuerunt clauſæ & ſigillatæ, per Ioſephum Ruſſo, magiſtrum hujus operis.

*idem Vicarius ipſa corpora tranſponit:*

*& tranſpoſita collocat ſupra monumentum S. Sabini,*

13 Quibus omnibus ſic completis, idem Reverendiſſ. D. Vicarius, concertatis de loco decentiori cum iiſdem Reverendis Theologo, Procuratore fiſcali, Actuario de Collegio, & cunctis omnibus, judicavit, & mandavit, & cum effectu collocari fecit ſuper monumentum marmoreum, in quo ſervatur corpus S. Sabini: quod monumentum ſitum eſt in capite cryptæ antiquæ, ad directum dicti operis muſaici, ubi manebant ex altera parte, ut ſupra dictum eſt, Corpora; & ut præſens eſt, ex altera parte conſervatur corpus S. Romuli Levitæ, ſimiliter in monumento marmoreo; & ſubtus dictum monumentum ſunt alia corpora Sanctorum. In quo capite cryptæ, ubi ſitum eſt monumentum S. Sabini, ſcilicet ex parte ſuperiori, connexa adhuc apparet imago Salvatoris depicta. Quæ quidem capſulæ plumbeæ collocatæ ſunt; videlicet, in primo ordine inferiori, capſulæ quatuor; ſupra quas in ſecundo, capſulæ tres; in quarum prima ex parte Euangelii ſunt illo duo corpora, & in medio corpus S. Creſcentii; & ſuper eaſdem in tertio ordine, capſulæ duæ; & demum in ſupremo loco, capſula una, cum corpore S. Hypoliſti, cum inſignibus hinc inde coronarum & palmarum in laminis plumbeis pictis, & ſuper D capſulam S. Hypoliſti collocata Cruce.

*conſtiturque de re tota inſtrumentum.*

14 Et abſolutis omnibus collocare fecit cancellatam ferream ante ipſas capſulas, ad conſervationem & majorem devotionem dd. Sanctorum, mandans quam diligentius & decentius conſervari & venerari, ad majorem Dei gloriam, ipſorum Sanctorum honorem, & Populi devotionem. In quo actu collocationis, ex Cleri & Populi devotione, cum luminibus accenſis, fuit cantatum Te Deum laudamus, & fuerunt pulſatæ campanæ ipſius Collegiatæ eccleſiæ & aliarum eccleſiarum; cum magna ſolennitate, Deo gratias agendo, & cum omnibus aliis ſolennitatibus requiſitis, in ſimilibus ſervari conſuetis. De quibus omnibus ſic peractis, prænarratis, & declaratis, dicti Reverendi præfati Collegii, nec non de Regimine d. Univerſitatis ac prænominati Oeconomi ſive Gubernatores d. Conſervatorii ſtatim requiſierunt nos &c. ut de prædictis omnibus publicum conficere deberemus Inſtrumentum &c. Unde ad futuram rei memoriam &c. præſentibus opportunis &c.

*avi ipſe vi carius atteſtatur* 29 *Sept.*

15 *Hactenus Inſtrumentum, factum* In Dei nomine, die XVI Septembris primæ Indictionis, *ut ſupra dictum*, MDCXLVII, Atripaldi ad preces & requiſitionis E inſtantiam, Iudici Notario & Teſtibus factas pro parte Reverendiſſ. Archipresbyteri D. Simonis de Ciutiis S.T.D. R. Primicerii D. Franciſci Antonii de Roggeriis; R.D. Alexandri de Alvino, S.T.D. R.D. Scipionis de Sanctis, R. D. Franciſci Pepino, R.D. Antonii Partiale S.T.D, R.D. Ioſeph Ciccone, R.D. Dominici Giſonello, R.D. Marci Matthæi Mennati, R.D. Ioannis Angeli Giffonello, Canonicorum Rever. Collegii d. Terræ; nec non Magnificorum, Franciſci qu. Felicis de Maſi Syndici, Thomæ de Roggeriis qu. Doctoris Pomponii, Ioannis Angeli Fremante, Hieronymi Bottegliero, & Ioſeph Maſcia, Electorum d. Univerſitatis; ac etiam Andreæ Falcone, Simonis de Alvino & Agnelli Coci, Magiſtrorum & Gubernatorum venerabilis Capellæ ſeu Conſervatorii ſanctorum Corporum ſubtus Collegiatam eccleſiam S. Hypoliſti præfatæ Terræ, *ſicut in capite ipſius Inſtrumenti omnes notantur. Accedit ipſius Vicarii Epiſcopalis de prædictis omnibus authenticum teſtimonium*, Datum in Epiſcopali Palatio Avellini, die XX Septembris *anni prænotati; cum fide publica de qualitate Archipresbyteri, Primicerii, & Canonicorum prænominatorum: cui poſt præfatum Vicarium nomina ſua ſubſcribunt*, Ferdinandus Saccardus Procurator Fiſcalis, Fr. Hyacinthus Hiſpanus S. T. Magiſter Ordinis Prædicatorum Theologus Epiſcopalis, & Maxentius de Rogeriis Actuarius. F

*16 Sept. 1647.*

*Socii S. Hypoliſti cur eidem hic junctis*

16 *Porro cum* S. Creſcentio ac Sociis *ejus* decem *nullus peculiaris honor habeatur per annum, diſtinctus à cultu* S. Hypoliſti; *neque dies proprius hactenus ipſis inveniatur aſſignatus, recte eos videmur ſub unius diei nota compoſuiſſe in titulo. Quod attinet ad miraculum ſcaturientis in crypta jam dicta liquoris; id licet ex dictis* IX *Februarii ad* SS. Sabinum & Romulum *proprie pertinere videatur; tamen in deſcribendis gratiis, iſto liquore mediante relatis, pluries indifferentur attribuitur omnibus: quapropter haud incongrue etiam hoc loco illæ referentur ex Andrea Falcone, aptius alias collocandæ ad dictum diem* IX *Februarii.*

GRA-

# GRATIÆ RECEPTÆ
## per liquorem à Sanctis emanantem
### *Ex Inſtrumentis Atripaldenſibus.*

1 *Liquore illo inunctus moribundus ſubito convaleſcit,*

FIdem facimus plenam & indubitatam, etiam cum juramento more Religioſorum, nos D. Marcus de Ciutiis, Presbyter Sacerdos Atripaldi, cuicumque præſentes lecturo; quomodo accedens ad viſitandum Agnellum Perillo, in d. Terra infirmum, depoſitum à medicis, & omni mundani remedii ſpe deſtitutum, atque ægre reſpirantem, quæſivi ecquid mali ſentiret? Reſpondit ille, voce ſubmiſſa: Sentio tamquam glaciem ſupra ſtomachum, quo ſuffocor, nec retineo cibum. Subjunxi, ut vera cum fide ſe commendaret glorioſis corporibus Sanctorum: quodque volebam impendere ipſi aliquid ex manna, ab ipſis ſcaturiente. Ad quod ille: Libenter id accepto. Quæſivi ergo illud, & affectum male locum modice inungens, vidi ſubito relevari
B ægrum, atque clamare: Bonum mihi: pone, pone ſatis: quia ſanus ſum, ad honorem meorum glorioſorum Sanctorum. Itáque fuit: nam in momento receſſit à ſtomacho illa quaſi glacies & ſanus manſit. Quapropter in futuram ac perpetuam memoriam, præſentes mea manu firmavi Atripaldi xx Novembris MDCXXXVII. Ego D. Marcus de Ciutiis confirmo ut ſupra. Ego D. Sabinus de Matthæis teſtis ſum. Ego D. Franciſcus Maſcia teſtis ſum.

*eodem guſtato ſtatim ſanatur puer depoſitus à medicis,*

2 Fit plena & indubitata fides, etiam cum juramento, cuicumque opus habituro haſce videre, quomodocumque ſibi præſentatas, per me Doctorem Joannem Jacobum Cerqua, Terræ Atripaldæ; qualiter infirmum habens Franciſcum Cerqua, unicum filium meum ſeptennem, per ſpatium dierum quadraginta ſeptem, ex febri maligna morboque contagioſo in gutture, ita ut octodecim diebus jacuerit elinguis, inflammatam habens gulam, & os plenum malo atque emarcidum; devote recurri ad glorioſa corpora Sanctorum, ſcilicet SS. Sabini, Hypoliſti & Romuli, & alia corpora ſanctorum Martyrum Terræ præd. quæ ſervantur intra Collegiatam eccleſiam
C S. Hypoliſti Terræ præd. rogavique Rev. D. Leonardum Tinum Sacerdotem, ut ſuas apud ipſos preces pro filio interponeret. Hic autem in meam domum veniens, & cum devotione ac fide pro illo orans, dedit eidem guttulam mannæ è ſanctis Corporibus ſcaturientis: ſtatimque ut eo unxit guttur infirmi, miraculoſe ſanatus eſt, mediante gratia ipſorum Sanctorum, coram multis præſentibus. In quorum fidem, ad futuram rei memoriam, præſentes propria manu ſcripſi, Atripaldæ x Decembris MDCXXXVII. Idem qui ſupra Jo. Jacobus Cerquia manu propria. *Teſtes autem ſe ſubſcribunt*, Vincentius Partiale, Cæſar Menati, Lucas de Sanctis.

*Item Cuſtos Crypta, admoto ſibi fruſtro lateris ſumpti ex veteri monumento Sanctorum.*

3 Facimus plenam & indubitatam fidem, etiam cum juramento more Religioſorum, nos D. Savinus de Angionis, Canonicus & Sacriſta major Collegiatæ eccleſiæ S. Hypoliſti Atripaldæ, cuicumque intereſſe habenti; qualiter multis annis opreſſus graviſſima infirmitate oppilati gravatique lienis, nihil juvantibus ſyrupis, medicinis, pillulis, unctionibus, & remediis quibuſcumque, tandem recurri ad devotionem erga glorioſa corpora Sanctorum Terræ præd. ſumpſique fruſtulum cocti lateris unius, ex iis qui ex eorum tumulis ſunt extracti, applicando ipſum cum fide lieni: ipſoque inſtanti ſanatus ſum, non obſtante frigore ipſius lateris, quod potius nocere mihi debuiſſet: qua propter D
etiam miraculoſam eam gratiam fuiſſe cenſui, atque ad futuram & perpetuam rei memoriam & gloriam prædd. glorioſorum Sanctorum, præſentes mea manu firmavi. Atripaldæ IV Januarii MDCXXXVIII. Ego D. Sabinus de Angionis, Canonicus & Sacriſta major, fidem facio, atque dico, quod prædictus later, tinctus fuerit manna, quando ipſum applicavi malo, & ſubito convalui: *Teſtes pariter ſubſcripti* Petrus Barzellona, Carolus Torelli, Cl. Carolus Falcone.

*puero reſtituitur pes incurvus ſimili unctione,*

4 Fit plena & indubitata fides, etiam cum juramento, per me Sabinum Fareſe de Atripalda, ei ad quem præſentes ſpectabunt, quomodo cum eſſem pede mancus, cujus pars anterior retrorſum flexa ſic erat ut alterum pedem contingeret; cum eum unxiſſet mater mea liquore, manante ex corpore S. Sabini Epiſcopi, cum efficaci devotione; rediit ad ſuam rectitudinem pes, ſanuſque & ſimilis alteri eſt redditus, qualem etiam nunc habeo. Et in fidem atque ad gloriam ipſorum Sanctorum, nec non ad perpetuam memoriam, firmavi præſentes propria mea manu. Atripaldæ x Januarii MDCXXXVIII. *Atteſtantibus & nomina ſubſcribentibus*, Bartholomæo de Luca, Cl. Franciſco Antonio Torelli, Franciſco E
Antonio de Acomando.

*alterius quoque cacutientes oculi,*

5 Fit plena & indubitata fides, etiam cum juramento, ei quemcumque hęc ſpectabunt, per me Natalem de Alvino de Atripalda, quod cum maximus catarrhus deſcendiſſet in oculos filii mei Hypoliſti; dimiſſis remediis aliis, quæ parum aut nihil profuerant; recurri ad glorioſa corpora Sanctorum cum fide vera, ne filius iſte meus cæcus maneret; ipſumque inungi feci manna, ſcaturiente de glorioſo corpore S. Sabini Epiſcopi: & ſubito fuit miraculoſe ſanatus. Itaque ad laudem & gloriam Dei ac prædd. Sanctorum, atque ad futuram & perpetuam memoriam ſcribi feci præſentes: &, quia litteras ignoro, ſignavi formato manu propria Crucis ſigno. Atripaldæ II Januarii MDCXXXVIII. Signum ✠ propriæ manus mei prædicti Natalis ſcribere neſcientis. *Subtus vero*, Ego Franciſcus Paſca, Vincentius Partiale, Jordanis Mariconda, *Teſtes*.

*& moribundo ſervatur vitas*

6 Facimus plenam & indubitatam fidem, etiam cum juramento, nos D. Salvator Julianus Presbyter Sacerdos de Atripalda, ei quem præſentes attinebunt, quod intelligens in domo Joannis Petri de Caſtello, aurifabri d. Terræ magnum eſſe luctum, propter filium ejus nomine Antonium moribundum, depoſitum à medicis & extra ſpem humani remedii conſtitutum; illuc me contuli, patrem ac matrem conſolaturus; eoſque interrogavi, an gratum haberent, ſi eis portarem manna ſcaturiens ex corpore S. Sabini Epiſcopi; futurum pollicens, ut ipſis fidem adhibentibus, puer convaleſceret. Cum vero annuiſſent; ivi ego: & d. manna inuncto pueri gutture, cum etiam pauxillum ori ejus inſtillaſſem, ſubito & miraculoſe ſanari vidimus. In gratiarum vero actionem parentes eum appenderunt ad panem & oleum, in Capella ſive Subcorpore ſanctorum Corporum, ad honorem ipſorum glorioſorum Sanctorum. atque ad futuram & perpetuam memoriam præſentes propria mea manu ſignavi. Atripaldæ die I Februarii MDCXXXVIII: *pariterque ſignarunt*, Thomas Roggerii, Franciſcus Paſca, Andreas Falcone.

*item jam ſuffocando per catarrhum.*

7 Fit plena & indubitata fides per me ſubſcriptum Rinaldum Gentilem de Caſerta, muſicum, conjugatum Atripaldæ, etiam cum juramento, quomodo nocte quadam dormienti unico filio meo Horatio Gentili ſupervenit occultum rheuma, ſic ut lividus totus atque ore ſpumans, parum abeſſet

quin

A quin ſpiritum exhalaret. Ad clamores autem Catharinæ Julianæ uxoris meæ, matris ipſius pueri, accurrit D. Salvator Julianus, multaque cum devotione ipſi dedit manna S. Sabini Epiſcopi: ſubitoque convaluit tam perfecte, ac ſi numquam malo tam fœdo laboraſſet. In quorum fidem ad honorem prædicti Sancti præſentes propria manu ſcripſi. Atripaldæ XX Februarii MDCXXXVIII. *Cum quo etiam nomina ſua ſubſcribunt*, Marcus Matthæus Mennati, & Andreas Falcone. *Ipſis autem ſeptem autographis, tamquam veris, fidem ſingillatim faciens* Notarius Vincentius Pepino de Atripalda, *inquit*, hic me ſubſcripſi & ſignavi ſic rogatus, *nullo expreſſo anno vel die.*

8 Fit plena & indubitata fides, per me ſubſcriptum Joannem Donatum Cafarum, de civitate Cavenſi, commorantem Atripaldę, cum officina pannorum, laneorum, ſericorum, ac lineorum, cuicumque hæc attinebunt vel quomodocumque exhibebuntur; quod infirmatus, ideoque purgatus, delatus fui ad domum meam in prænominata civitate; ubi adeo increvit malum, ut experti valde medici, poſt varias medicinas mihi applicatas, omnino depoſitam haberent ſalutem meam. Tali in ſtatu me inveniens, nocte quadam recordatus ſum devotionis ſanctorum Corporum in præd. terra Atripaldæ: magnoque cum affectu me commendans, ſolumque cogitans de donandis illic ducatis bis centum, (dictu mirabile) eodem in actu correptus fui modico ſomno; unde experrectus mane ſequenti, deprehendi conſecutum me gratiam optatam: quandoquidē depulſa febri videbar nullum morbum paſſus, magna cum admiratione medicorum, qui mei, per gratiam cæleſtem ita ſanati, curam ulteriorem abdicarunt. Quapropter veniens ad viſitandum præd. glorioſa corpora Sanctorum, indignus licet, implevi votum, & quos promiſeram ducatos ducentos, abſque ullo onere, ibidem depoſui: quos accipientes Magiſtri capellæ ipſorum ſanctorum Corporum ad cenſum expoſuerunt. Ante autem quam ſic infirmarer, pro ſingulari mea erga ipſos Sanctos devotione, filio cuidam meo baptizando dedi nomen Savini. Nunc vero in honorem & gloriam prædd. glorioſorum Sanctorum, atque ad futuram & perpetuam memoriam, de prædictis ſignavi præſens inſtrumentum manu mea propria, Atripaldæ, XXVIII Junii MDCXLVI. *Subſcripſerunt etiam* Andreas Falcone, Carolus Torelli, & Thomas de Accommando; poſt quorum ſignaturas additur, Fidem facio ego Not. Franciſcus Antonius de Aitoro Turris Montis-fuſculi, incola in Terra Candidæ, præſentem fidem fuiſſe ſubſcriptam in præſentia mei, propria manu præd. Joannis Donati Cafaro, & ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptionibus roboratam, & fidem requiſitus ſignavi. *Ita ille verbis Latinis, ſub inſtrumento Italice ſcripto, qua lingua etiam habentur inſtrumenta ſeptem prænotata. Idem autem Notarius ſimiliter Latine ſignavit fidem Inſtrumentorum, Tranſlationem præmemoratam ſpectantium, ut qui*, facta collocatione cum ſuo proprio originali protocollo, *concordare copias invenerit*, meliori ſemper ſalva. *Sequens vero inſtrumentum originaliter Latinum ſic exhibetur.*

9 Cunctis, univerſis, & ſingulis, has noſtras teſtimoniales litteras inſpecturis, viſuris, lecturis pariter & audituris, notum facimus, ac etiam cum juramento Religiorum more teſtamur, qualiter Nos D. Ludovicus Terra-lavore, Terræ Tripaldi Avellinæ diœceſis, ſacra & Apoſtolica auctoritate Notarius, annis elapſis & proprie in anno MDCXXXIV, tempore quo ab Illuſtriſſ. Dominis D. Barrholomæo Iuſtiniano, noſtrę diœceſis Ordinario; ac D. Thoma Caraccio-lo, tunc Cirenenſi Epiſcopo, nunc vero Taranti Archiepiſcopo, à ſuis lateritiis monumentis, corpora Divi Hypoliſti & Sociorum ejus ſublata fuerunt, cauſa reponendi illa in loco devotiori & veneratiori, ut ipſemet Illuſtriſſ. D. Tarentinus Archiepiſcopus ſuis expenſis fecit; dum ipſa ſacra corpora ſublata fuerunt, inventum fuit corpus d. Divi Hypoliſti, magiſtri illorum omnium, torum creta involutum, quæ in majori parte erat ipſius Martyris ſanguine conſperſa. Nam, ut auctores illius Martyrii ajunt, ipſe Martyr fuit raptus & trucidatus in loco, ut patet, cretaceo: quam cretam omnes adſtantes devotionis ſtudio ſingulari acceperunt, præſertim ego: qui accepta aliqua parte illius, illam impertiens cum devotione & oratione prævia eidem Martyri, vino & alio pulmento infuſam, quartana vel tertiana vel quatriduana febre laborantibus, continuo ipſi curabantur; & hoc multoties evenit. In quorum fidem, & ad futuram rei memoriam, me ſubſcripſi & ſignavi. D. Ludovicus Terra-lavore confirmo, ut ſupra. *Idem deinde ſimiliter Latine fidem fa cit*, qualiter honorabiles Notarii Iulius Duardus, Dominicus de Matthæis, Franciſcus Antonius de Aitoro, Vincentius Pepinus, de ſuperſcriptis inſtrumentis rogati fuerunt, *eiſque ut talibus habenda ſit & habeatur fides. Italice vero, perſonis aliis ſuperius nominatis fidem faciunt* XX *Septembris* MDCXLII, Doctor Fabritius de Matthęis Syndicus, Doctor Decius Lorenzanus, Franciſcus Paſca, Jordanus Mariconda, Electi; Notarius Dominicus de Matthęis Cancellarius; *& ſic toti libello Andreæ Falconis fides authentica finiſque imponitur, ſub ſigillo Vniverſitatis Atripaldenſis.*

*Letaliter febricitans vovet Sanctis* 200 *ducatos,*

*eoſque impetratagratia ſolvit.*

*Creta adhærens oſſibus* S. *Hypoliſti,*

*plures à febribus liberat.*

## DE SS. ACIO ET ACHEOLO.

*Pag.* 44 *col.* 2 *lin.* 4 poſt hæc verba --- *anno* MLXXXV, *ibi conſtituit adde*--- Charta *fundationis iſtius* in Capitulo Ambianenſi recitata, voto & aſſenſu omnium Senatorum *iſtius* diœceſis, *proponitur tom.* 2 *Spicilegii Acheriani pag.* 601, *ubi Epiſcopus*, eccleſiam quamdam, quam B. Firminus Confeſſor, dum primitus urbem à cultu dæmoniacæ ſervitutis erueret ..... in honore ſanctæ & perpetuæ Virginis fundavit; poſtea vero à ſanctis Martyribus Aceo & Acheolo, antiquitatis tempore, ſibi nomen aptavit .... ab omni reditu Epiſcopi miniſtrorumque ejus liberam eſſe decernit, & in ea Clericos, qui Canonice & regulariter Deo ſerviant, deputat: altaris bona, atrii & eccleſiæ totius reditus univerſos, & fidelium devotio quidquid eis contulerit, victui eorum integre & illibate adſcribit: concedit etiam totam villam Huy, & univerſa ad hanc villam pertinentia. *Alia deinde beneficia addit*, & Canonicis S. Acheoli, *ea concedere ſe ait. Tum etiam* Ingilramus Comes Ambianenſis & Advocatus Bothuenſis ... de molendinis Bothuenſibus ſingulis menſibus ſextarios quatuor de tritico, menſæ illius eccleſiæ SS. Mariæ & ſanctorum Martyrum Acii & Acheoli in perpetuum tradit; *uti etiam* Euſtachius Vicedominus Ambianenſis, de redditu ſextarii ſui in Ambianica civitate ſextarios duos, omni menſe. *Porro nomen* Acheoli, *vulgo* Acheul *redditur, teſte Peyroneto in Onomaſtico Sancto-Gallico-Latino.*

*Eccleſia Canon. Regul. Ambianis.*

## DE S. FLORINA V.

*Pag.* 47 *num.* 5 *lin.* 4, *potuiſſet*: adde --- *niſi punctum unum ex Onomaſtico Sancto Peyroneti*, *ſcilicet quod* S. Florina habet eccleſiam & monaſterium Ordinis Fontis-Ebraldi in Arvernia inferiori, quod ab ejus nomine vocatur Sainte Florine.

*Eccleſia apud Arvernos.*

A *Ibid. poſt num.* 5 adde --- *6 P. Ioannes Columbi &c.* ex Append. *pag.* 755 *& lin.* 18 *poſt* S. Cannati --- *adde* --- S. Xenati, *forte Renati*; S. Cleri, *forte Clari*; S. Foræ, *forte Faræ ſeu Burgondophoræ*; S. Tutaelis: *de quibus cum optarem aliunde diſcere, ſuggeſſit* Claudius Caſtellanus, S. Theofredum, *eſſe eum, qui vulgo* Saint Chafre, *dicitur*, Abbatem Calmiacenſem, & Martyrem XVIII *Novembris commemorandum; &* S. Cannatum *eſſe* Epiſcopum Maſſilienſem, *qui à ſuis colitur* XV *Octobris. Cujus autem cauſa &c.*

*Ad tempus &c.*

## DE S. BLANDINO.

PAg. 49 *col.* 2 adde --- *Sed* D. Claudius Caſtellanus, *Metropolitanæ Pariſiis eccleſiæ Canonicus, & minutiſſimarum etiam rerum quæ Sanctos ſpectant ſolertiſſimus indagatur, ſcripſit mihi ſub finē anni* MDCLXXXIII, *quod per iſtius anni menſes autumnales, per Meldenſem tranſiens diœceſim, &* Cellam *veniens prope Farę monaſterium, Benedictinorum Anglorum Prioratum, invenerit poſt altare elevatam capſam* S. Blandini, *ejus cujus hodie feſtum. Sed & in ipſum Farę-monaſterium veniens poſt biennium Octobri menſe idem Canonicus, inter Sanctorum ejus loci Reliquias, ſibi ad ſpectandum oblatas ab Abbatiſſa, quaſdam etiam* S. Blandini *notavit.*

B

Pag. 58 De S. Amatore Epiſc. *Annot.* o Aliſa, *vulgo* Allize, *vel potius* Aliſe (*ſic enim nunc pronuntiari me monet* Claudius Caſtellanus, *licet prius habeat topographica Atlantis Blaviani tabula*) *oppidum etiamnum &c.*

## DE S. ORIENTIO EP.

PAg. 60 *num.* 1 *lin.* 3 adde, *vulgo* Auch *vel* Aux, *eſt Metropolis &c.* --- *num.* 2 *lin.* 3 lege --- *Oratorio vel potius eccleſia (juſta enim magnitudinis eſſe teſtatur, qui anno* MDCLXIX, *ipſam ingreſſus eſt* Claudius Caſtellanus) *quæ poſtmodum tradita fuit monachis Crucigeris, &c.*

*aut omnino aliquis oſte vixiſſe*

Pag. 61 *num.* 6 adde. --- *Vereor profecto ego, ne ſola affinitas nominum inter* Oſcam & Auſcium, *toti iſti commento occaſionem Hiſpanis dederit; & Oſcanos, cum nullas alicujus* S. Orientii, *neque patris neque filii Reliquias invenirent, ſuſpicatos eſſe, iſtum Auſciorum Epiſcopum, apud ſe natum fuiſſe; itaque ex Gallia poſtulaviſſe, quod optabant tenere.*

C

## DE S. AFRICANO EPISC.

*Nomen vulgo Sainte Frique:*

PAg. 70 *col.* 2 *adde* ----- 36 *Poſt hæc omnia monet me* Claudius Caſtellanus, Africani *nomen à Francis* Aifrique *pronuntiari; imo à pluribus terminatione feminina ſcribi*, Sainte Frique; *quemadmodum populus vulgo etiam ſolet, eodem feminino* Sainte *propoſito, efferre nomina alias virilia*, Cornille, Melaine, Souleine, *id eſt*, Cornelii, Melanii, Solennis, &c. *Quod idem apud Belgas Teutonizantes valere novimus, qui quoties ex vicinia Francorum iſto Latino Francico adjectivo utuntur, ſi nomen Sancti inchoatur à conſonante, adhibent terminationem femininam*, Sinte Peeter, Sinte Pauwels. *Neque hoc adeo mirum videri debet, inquit Caſtellanus, cum Romæ etiam ipſi maſculino nomini terminationem femininam quandoque adjungat vulgus; ut cum dicit*, Sancta Sitronina *pro* San-Saturnino; Sant-Apazara *pro* Santo Abba-Cyro. *Quin etiam numerum ſingularem quandoque idem vulgus, ſupponit pro plurali; ut cum eccleſia* SS. Innocentium *Pariſiis, nominatur* Saint Innocent; S. Geminorum *Lingonibus*, Saint-Geome; SS. Angelorum, & SS. Apoſtolorum *Romæ*, Sant-Angelo, Sant-Apoſtolo. *Eſt etiam in Francia nobilis quædam familia cui* Sainte-Frique *nomen eſt.*

I

## DE S. MARCULFO AB.

PAg. 70 *num.* 2 *lin.* 4 --- *proficiſci ſolent*, adde --- *itinere leucarum quinque, quibus diſtat locus, tantumdem fere Lauduno etiam diſitus.*

*Meduntæ an.* 1451 *inſpectum ab Epiſcopo Caput & oſſa quædam.*

Pag. 71 *poſt num.* 4 adde --- 5 *Eodem quo hæc edebamus anno* MDCLXXX, *edita etiam Pariſiis fuit Pars* 2 *Seculi* IV *Benedictini, ex qua didicimus, quod de veritate Tranſlationis* Corbiniacum *ſeu* Corbinacum, *non obſtantibus ea de re litteris Caroli Simplicis, aliiſque monumentis, poſt Vitam datis ex Guilielmi Marloti Remenſi Hiſtoria, certatum ante annos quinquaginta fuerit inter Meduntenſes & Corbiniacenſes; quando Simon Farulfus Decanus & Officialis Meduntenſis, libello de vita S. Marculfi Pariſiis edito, ſub annum* 1633, *protulit litteras, primum Petri Carnutenſis Epiſcopi, anno* MCCCCLI *datas: quibus teſtatur Antiſtes, ſe* Reliquias & oſſa glorioſi S. Marculfi, exiſtentes in veteri & antiqua capſa, in unam argento circumdatam & noviter fabricatam tranſtuliſſe; *atque Sanctorum diſcipulorum ejus* Domardi & Cariulfi (*quorum cultui proprium aliquem diem aſſignatum necdum comperi*) *ex alia item in aliam. Deinde idem Auctor alias litteras recitat Philippi Haraldi Carnotenſis Epiſcopi, à quo earumdem Reliquiarum viſitatio facta eſt anno Domini* MDCXIII; quas quidem Reliquias, cum præfatus Reverendus Pater pannis lineis involutas, apte & decenter compoſitas inveniſſet, eas intactas reliquit *&c.* conteſtatus, *ait Farulfus*, Meduntenſes poſſe gloriari, poſſeſſione Capitis & multorum Oſſium S. Marculfi.

F

*creduntur S. Marculfi eſſe;*

6 Hæc *ſi* tota (*ut Mabilio loquitur*) argumentorum Farulfi vis eſt, longa verborum ambage involuta; *non magno libro opus fuit Oudardo Bourgeois, pro Corbiniacenſibus Apologiam reponenti, anno abinde quinto, ut doceret non poſſe prævalere eam octogintorum annorum continuata poſſeſſioni, inconteſtabilibus documentis ſubnixæ. Quis enim non, facilius quam hæc omnia arguas fictionis, perſuadebit ſibi, voluiſſe Meduntenſes, ceſſante à Normannis metu & repertis* SS. Domardi & Cariulfi *Corporibus, reſtaurare priſtinum apud ſe* S. Marculfi *cultum; & compoſita in ejus nomen capſa tertia, iſtic recondidiſſe unius illorum Caput & quædam utriuſque oſſa, ad faciendam ſpeciem trium corporum? Equidem nolim cuiquam præjudicare, maxime cum Farulfi libellum non viderim; Mabilionis tamen fidei, omnibus notiſſimæ tantum tribuo, ut auſim aſſeverare, neutrum ex prænominatis Carnutenſibus duobus Epiſcopis, poſt plura ſecula ab incurſione Normannica capſas jam vetuſtate marcidas ſcrutatis, ſolicitum fuiſſe, ut adhibitis chirurgis ac medicis anatomices peritis dijudicaret, uniuſne & ejuſdem corporis iſtæc omnia oſſa eſſent, quæ in capſâ* S. Marculfi *dictâ detinebantur; atque exploratis diebus aliis capſis diſceret, an his non deeſſent pleraque eorum quæ in prima repererant oſſium. Si mediæ ætatis mores conſideraverimus, & quam non magno ſibi ſcrupulo multi tunc ducerent alias pro aliis Reliquias ſubſtituere (nolo enim deterius aliquid de Meduntenſibus ſuſpicari) dicemus, debuiſſe eos, qui ſcire poterant, quanta ſub auctoritate & poſſeſſionis antiquæ certitudine corpus* S. Marculfi *honoraretur Corbiniaci, ut minimum dubitare de nomenclatura earum quas reperiebant Meduntæ, niſi vel in ipſa antiquiori capſa, vel ſaltem in monaſticis longiſſimæ ætatis tabulis notatum invenerint*, Caput & oſſa multa S. Marculfi, *inibi fuiſſe collocata, anno aliquo ante Normannicas incurſiones, aut poſt eas revecta Corbiniaco, certo auctore certaque fide. Tale autem quidpiam repertum fuiſſe, non tacuiſſet, ſi vere aſſerere potuiſſet Farulfus: tacuiſſe tamen*

*contra Mabilio putat,*

*videri ea eſſe ex corporibus diſcipulorum ſumpta*

cre-

A *credimus Mabilioni, ſummam argumentorum ejus colligere ſe dicenti.*

7 *Quibus e contrario documentis veritatem ſuæ poſſeſſionis Corbiniacenſes firment, videbimus poſt prænotata ſancti viri Acta, ubi ex editione Mabilionis dabimus* Miracula B. Marculfi Confeſſoris, modernis temporibus facta, ſeu Delationem corporis ejus per varia loca in ſubventionem ejus eccleſiæ, *prout ab Auctore ſeculi* XII *conſcripta ſunt, præmiſſo ſermone encomiaſtico, erutaque ex codice Ms. qui olim fuit monaſterii Laudunenſis, ad cujus calcem ſic ſcriptum legebatur:* Anno Domini MCCCLXXXIV, Domina Egila de Berterée, quondam nata in villâ S. Hilarii, ante fores iſtius eccleſiæ ſituatâ, dedit librum iſtum cum quadam Agendâ (*id eſt Miſſâ anniverſariâ mortuali, ut videre eſt in Gloſſario Cangii*) Conventui eccleſiæ B. Vincentii Laudunenſis. *Idem autem Miraculorum libellus extat, Mabilione teſte, in Codice Victorino, continente Vitam ipſius Sancti (eam ſcilicet quam primo loco damus) eſtque is Codex annorum quadringentorum:* Ex quo intelligitur, *inquit idem Mabilio,* eâm tum fuiſſe perſuaſionem, ſacrum corpus Corbiniaci ſervatũ, eſſe S. Marculfi Abbatis Nantenſis, non alterius.

*Corbiniacenſibus longe antiquiorem poſſeſſionem præferentibus,*

*eâm libello miraculorũ an. 1384 ſcriptorum.*

B *Pag.* 72 Annot. b *ſic lege* --- Nantus, *vulgo* Nant, *pluribus locis commune nomen, quippe quod Britannica lingua ſignificat* Rivum: *Conſtantiam autem urbem præterfluit amnis,* Senle *dictus in tabulis, & ſeſquileuca ab inde* Heronem *recipit, atque poſt alteram ſeſquileucam miſcetur Oceano. An autem ad horum alterutrum, & ubi ſitus hic locus ſit, docebunt incolæ: nec enim ejuſmodi nomen nunc exprimunt tabulæ. Caſtellanus indicat adhuc eſſe nobilem familiam in Francia, quæ ab iſto vel alio* Nanto *nomen ferat.*

*Pag.* 79 *n.* 3 *lin.* 4 *à fine,* Indictione IX --- *l.* --- VIII *& n.* 4. *lin.* 1 --- DCCCCVI --- l. --- DCCCCV --- atque in Margine --- *anno* 905.

*Pag.* 80 *n.* 4 adde --- *Mabilio ejuſdem diplomatis contextum expendens, perquam rationabiliter ex eo concludit, aliquot annis prius quàm iſtud conderetur, puta ſub annum* DCCCXCVIII, *factam fuiſſe prædictam Tranſlationem.*

N. 6 adde --- *Eamdem porro Donationem confirmavit Lotharius Rex, Caroli nepos; cujus diploma autographum, uti & Superius Caroli, hactenus in Archivo Remigiano ſervari, teſtatur Mabilio.*

*& jam inde ab an.* 1114,

C *Poſt num.* 10 adde --- 11 *Iſtius porro Regia prærogativa curandarum ſtrumarum locupletiſſimum teſtem, allegat Mabilio Guilielmum Novigenti Abbatem, anno* MCXIV *vita functum, lib.* 1 *de Pignoribus Sanctorum cap.* 1 *ſic loquentem.* Quid? quod Dominum noſtrum Ludovicum Regem (*Craſſum ſcilicet, anno* MCVIII *regnare exorſum*) conſuetudinario uti videmus prodigio? Hos plane, qui ſcrophas circa jugulum aut uſpiam in corpore patiuntur, ad tactum illius, ſuperaddito Crucis ſigno catervatim, me ei cohærente & etiam prohibente, concurrere: quos tamen ille, ingenita liberalitate, ſerena ad ſe manu obuncans, humillime conſignabat. Cujus gloriam miraculi cum pater ejus Philippus, eo nomine primus, alacriter exerceret, neſcio quibus incidentibus culpis amiſit.

12 *Quo autem ritu Francorum Reges, ſeculo* XV, *ad ejuſmodi curationes ſe accingerent, docet apud prælaudatum diligentiſſimum Mabilionem Stephanus de Contio, Corbejenſis Monachus, in libello qui tunc ſcriptus extat de Regibus Francorum, ita loquens:* Poſtquam Rex audivit Miſſam, affertur ante eum vas aquæ plenum. Statim tunc facit orationem ſuam ante altare, & poſtea manu dextera tangit infirmitatem, & lavat in dicta aqua. Infirmi vero, accipientes de dicta aqua, & potantes per novem dies jejuni cum devotione, ſine alia medicina omnino ſanantur. Et eſt rei veritas, quod innumerabiles ſic de dicta infirmitate fuerunt ſanati per plures Reges Franciæ.

*conſueto ritu exercere,*



*Addit Mabilio:* Nunc id, ſolo Regiæ dexteræ contactu, adhibitis ſolennibus verbis (*Rex te tangit, Deus te ſanet*) poſt Communionem ſacram præſtari ſolet à Francorum Regibus: qui ejus rei cauſa, ſtatim à ſua quiſque inauguratione, Corbiniacum adire ſolent ad corpus S. Marculfi, quem hujus gratiæ ſequeſtrum habent ac ſuſcipiunt. Rem deſcribit Oudardus in ſuo libello, ubi hunc morem, à S. Ludovico ad Ludovicum Juſtum, continua fere ſerie deducit. Teſtis ſum ego in multis, *inquit Mabilio,* anno MDCLIV, Chriſtianiſſimum Regem noſtrum Ludovicum Magnum, poſtridie ſacræ Unctionis ſuæ, acceſſiſſe ad templum S. Remigii; in quo tunc, ob bellorum tempeſtates, corpus S. Marculfi repoſitum erat: ibidemque audita Miſſa, quæ per novenos dies continuata eſt, & Euchariſtia percepta, morbo ſcropharum affectos contigiſſe. D

*uſque hodie.*

13 *Idem Mabilio vidiſſe ſe ait Privilegium,* Leonis Papæ IX *autographum, Herimaro Abbati S. Remigii conceſſum, in gratiam* Monaſterii *Corbiniacenſis,* quod corpore B. Marculfi nobilitatur; datum III Nonas Octobris, anno Leonis IX Papæ primo, Indict. III, *utique à Septembri inchoata, hoc eſt anno Chriſti* MXLIX, *quando ipſe fuit* XXI *Februarii conſecratus, non autem anno* ML. *Deinde (ut taceam de circumgeſtatione corporis anno* MCI, *ad relevandum afflictum monaſterii ſtatũ, de qua agit prænemoratus & mox infrà dandus libellus)* anno MCCXXIX Dominicâ ante Aſcenſionem Domini, *id eſt* XX *Maji* tranſlatum fuit corpus ſancti Confeſſoris Marculfi Abbatis, à venerabili patre Anſelmo Laudunenſi Epiſcopo, & repoſitum in capſa argentea; præſentibus; Petro S. Remigii Remenſis, Guilielmo S. Michaëlis in Taraſcha, Adam S. Baſoli Abbatibus, Thoma exiſtente Priore Corbiniaci, *ut ex veteri ipſius monaſterii charta ſcribit Mabilio; qui deinde addit:* Caput ſacrũ ſcrinio peculiari tum inclusũ eſt. Tres autem alias invenio, *inquit idē,* ejuſdem Corporis in alias thecas tranſlationes: unam à Roberto Laudunenſi Antiſtite factam anno MCCXCV, Dominica poſt feſtum S. Remigii in menſe Octobri, *id eſt die* 11; alteram anno MCCCLII, Feria tertia poſt feſtum Aſcenſionis, *id eſt* XXII *Maji;* tertiam anno MCCCCLXXVIII more Gallicano, die Dominica, menſis Januarii die XVII, *id eſt anno noſtro* MCCCCLXXIX; per Dominicum Tuſſanum Dionyſienſem, *Archiepiſcopi Remenſis Petri de la Val, tunc forte ob regiam indignationem abſentis, Vicarium, ut exiſtimo.* Alia prætereo ejuſdem poſſeſſionis monumenta, *inquit Mabilio,* quæ apud Oudardũ legere licet. *Ac denique concludens, ſubjungit;* S. Marculfi corpus hactenus poſſident Corbiniacenſes noſtri, præter caput, quod furto ſublatum eſt Patrum noſtrorum memoria. *Quis ſcit, an non relatum Meduntam, ut ipſum ſit, de quo pro anno* MDCXIII *teſtem allegat Farulfus Philippum Huraldum Carnutenſem Epiſcopum.*

*Tranſlata in aliam capſam an.* 1229.

E

1295.

1352 & 1479.

F

## MIRACVLA.

### Circa annũ MLXXV Corbiniaci patrata,

*Auctore coævo, ex ſec.* 4 *Benedict. parte* 2.

VEnerandi Patres ac dilecti Fratres, quos in domo ſua Deus habitare facit unanimes, exhortationis noſtræ alloquia, imo divinæ virtutis inſignia, beati Marculfi meritis oſtenſa, veſtræ benigne percipiant aures. Salomone teſtante, imo Spiritu ſancto Salomonis ore loquente, didicimus, quia gloria Regum, celare verbum; gloria vero Dei, inveſtigare ſermonem 4. Quapropter, dilectiſſimi, veſtra dilectio noverit, nos inveſtigaſſe quædam operum Salvatoris noſtri Dei, quæ Pater ejus per naturam, noſter vero per gratiam, uſque modo operatur, & idem Filius ope-

AUCT. CO-ÆVO EX MABIL.

rari cum Patre non desinit. Igitur fidelis ac boni testimonii viri relatu comperimus, quod ad gloriam Dei Sanctorumque ejus honorem litteris tradere studuimus.

*Lampas extincta,*

2 Nocte sequente diem Annuntiationis Dominicæ, in ecclesia, in qua B. Marculfus requiescit corpore, talem virtutem Deum credimus operatum esse. Eadem namque nocte jam mediante, extincto in ecclesia lucernæ lumine, solitæ noctis redierunt tenebræ. Ædituus denique à somno excitatus, ut circumspexit ac sensit luce visibili basilicam carere; relicto stratu, dormitorium & coquinam Fratrum non timuit adire; quatenus ibi candelâ succensâ, lucem redderet domui sanctæ. Sed & in dormitorio lucernam, & in ipsa etiam coquina prunas reperit extinctas; non fortuitu, sed (ut remur) ut manifestarentur Dei opera. Quid ergo idem ædituus ageret ignorabat. Tandem nimiâ mœstitiâ attonitus, [in] oratorium rediit, ibique prostratus coram altari diutinæ orationi incubuit; supplicans divinæ majestati, ut meritis Sancti sui ibidem quiescentis, in hac opportunitate succurreret ei, ne scilicet lumen deesset Fratribus, Matutinalem synaxim proxime cantaturis. Nec distulit Omnipotens exaudire & auribus percipere lacrymas pauperis, ad se in afflictione clamitantis. Nam affectus tristitiâ, fessus etiam oratione ipsa, dum Elbertus (sic enim vocatur præfatus ædituus) dum, inquam, stratus sui repetiisset spatiola, tunc quoque lacrymatur: & sibi omnino reputans, quasi sui negligentiâ luce careret ecclesia; Dei nutu respectus circumspexit, totamque basilicam cælesti luce clarescere vidit. Repente gaudio gavisus magno, lucernam paulo antè extinctam adiit, eamque clarissime ardentem reperit. Mox etiam lacrymis tristitiæ gaudii lacrymas superfundens, Deo & B. Marculfo præconiorum jubilos retulit, sicque securior dormitum ivit. Mane autem discusso noctis peplo, dieque radiante sereno, Fratres loci, Monachos videlicet beatissimi Remigii, accersivit; eisque (me præsente *b* qui hæc scripsi) rem gestam pandit, contestans Dei virtutem Sanctorumque ejus auctoritatem, omnia, quæ aiebat, quæque huic pitaciolo decrevimus inserenda, sic haberi.

*ad preces ædituæ, ea causa mœsti, divinitus reaccenditur,*

B

C

3 Adhuc autem, sub hac nostra ærumnosa ætate, non dispar omnipotens Deus miraculum in eadem ecclesia ostendit: ut quoniam Electum suum ineffabiliter glorificatum habebat in cælis, non minus ad capacitatem mortalium mirificare dignaretur in terris. Nam illius infirmitatis sanandæ (quam

c

*Regio morbo affectus & ad Sancti confugiens peregrinus,*

regium morbum *c* vocant) tanta ei gratia cælesti dono accessit, ut non minus ex remotis ac barbaris quam ex vicinis nationibus, ad eum ægrotantium catervæ perpetuo confluant. Quodam itaque die hujusce gratiâ quidam homo ad ecclesiam devenit, suæ devotionis munus obtulit; eique, cujus id erat officii, sui adventus causam patefecit. Is autem qui super sacra ecclesiæ ministeria custodiam habebat, vir magnæ in Christo reverentiæ erat, qui ex seculi fluctibus ad monasterii portum convolaverat, ibique per aliquot annos ministraverat. Cumque ab eodem Domno Roberto (sic enim vocabatur) omnia quæ ei ad salutem provenirent ex more percepisset, ægrotus adjecit: Ego, quidem, mi Pater, quoniam de longinquo sum, in præsenti repatriare dispono: sed hoc ob devotionem peto, ut hæc quam obtuli candela, ante hoc sacratissimum sepulcrum quamdiu durare poterit, usque ad consummationem ardeat: quoniam cum in patria mea essem, si non ex actione, certe ex desiderio eam B. Marculfo sæpissime offerebam. Erat autem non modicæ quantitatis, ut infinite per tres dies dare lumen in ecclesia sufficeret; jamque ante altare, quod est in honore ejusdem Christi Confessoris, revoluta super pavimentum ardebat. Acceptaque sponsione à Monacho, quod quæ petiverat adimpleret, peregrinus recedebat; cum Elbertus, de quo superius meminimus, quasi aliud quid agere vellet, pede superposito candelam extinxit; juxta arcam seorsim extinctam deposuit; post peregrinum, valvas ecclesiæ obseraturus, abiit. Nec mora, firmatis ostiis, antequam ille rediret, candela divinitus accensa est; tantusque ex ea ignis exilivit, ut & arcam & vestes arcæ superpositas subito in favillam redegerit; ipsaque candela (sicut pauper Sancti petierat) illico consummata est. Res mirabilis! quod quasi duobus momentis & flamma multiplex excreverit, & quæ arripuerat omnino consumpserit. Sed si consideremus unius devotionem, & alterius negligentiam; liquet profecto, pro irrogata fraude juste divinitus vindictam subsecutam esse. Vidisses, fateor, miraculum de rebus insensibilibus, ad redarguendam rerum sensibilium, id est hominum, avaritiam. Accurrêre Fratres qui in vicino aderant; nam crepitum ignis audierant custodemque succlamantem. Quid dicerent, agerentve non habebant: quoniam nihil jam remanserat quod igni subtraherent. Ille autem se reum, se huic discrimini obnoxium, totis singultibus fatebatur; acceptaque pœnitentia à Fratribus, in communi statutum atque anathematis vinculo confirmatum est, ut oblata à Fidelibus luminaria numquam hactenus *d* aliàs, nisi in usibus ejusdem ecclesiæ Fratrumque ibi servientium, expenderentur.

D

*quæ contra fidem extincta ab ædituo,*

*sed divinitus reaccensa, incendium excitat.*

E

d

4 Necessarium est, carissimi Fratres, in laude hujus sanctissimi patroni ac protectoris nostri Marculfi, quod Deo donante nostris oculis præsentatum est, memoriæ tradere, quem omnipotens Deus apud se dignatus est specialem dare pro nobis interceſſorem: ipse est enim qui assidue orat pro populo suo, & pro habitatoribus hujus sancti monasterii sui. Tempore igitur quo eumdem beatum virum apud castrũ Peronã miraculis coruscare [cœpisse, sciunt] hi qui interfuerunt & viderunt, & manibus tractaverunt; nobis, qui in ejus gloriosa sede remansimus, quanti eam haberet, mirabili operatione patefecit. Erat enim ante altare, ubi ipse pretioso requiescit corpore, lampas ardens, quæ nullo modo die noctuque extinguebatur; quia quamvis modicum abesset corporaliter, non tamen deerat spiritualiter. Is itaque qui ecclesiæ officio præerat, cœpit secum cogitando dicere, quoniam idem luminare in vanum ardebat, eo quod corpus B. Marculfi in præsenti non esset: non considerans ibidem Dominicum corpus *e* (quod majus & præcipuum erat) cum Angelorum adesse custodia. Quod cum prave & inaniter cogitasset, extinctâ lucernâ abiit: sed post transactum horæ spatium, causa cogente aliqua reversus, dictu mirabile illico oculis ejus apparuit. Vidit namque eamdem lampadem, angelica claritate fulgentem, ita ineffabili modo pendere, ut nec fune desuper teneretur, nec terræ deorsum incumberet. Erat autem magnæ visionis miraculum, quod inter funem & lampadem habebat cubiti spatium, & inter lampadem & terram cubiti similiter spatium; & (ut dixi) lumine cælesti accensa mirabiliter ardebat. Non tibi forsitan ad credendum animus suffecisset, nisi Fratrum populique concursus testimonium effecisset. Nam ille timore pariter & admiratione correptus, ex toto vico, rem videre mirabilem, maximam concionem plebis evocavit. Multi denique exuberavere lacrymis, dicentes; quoniam piissimus Christi Confessor Marculfus, ipsorum post Deum custos vigilantissimus, & apud Deum multiplex advocatus; quamvis modico tempore esset aliorsum, suos tamen filios per ostensionem miraculi consolari ac visitare

F

*Dum corpus Perona esset,*

e

*extincta Corbiniaci ad aram lampas, reaccenditur,*

*candelam offert, coram eo jugiter oraturam:*

est

eſt dignatus. Actum eſt Corbiniaci milleſimo octogeſimo-quinto anno incarnati Verbi.

*ut abſens corpore ſpiritu præſens intelligatur.*

5 Igitur dilectiſſimi, qui hoc audire, & (ut rémur) credere non renuiſtis, ſcitote quia hoc tam evidens miraculum, ad honorem Sancti ſui, ad utilitatem quoque noſtri, Deus dignatus ſit operari. Nec immerito. Quia enim B. Marculfus, dum in convalle laerymarum carne moraretur, opera tenebrarum abjecit, & indutus armis lucis viriliter ejuſdem lucis principi militavit; merito carnis onere leviatus, & ad ſuperna polorum (ut credimus) vectus, auctori claritatis inhærere promeruit. Ergo non dubitandum eſt quin extinctam lucem reparaverit, qui tenebras noctis in baſilica ſua eſſe abhorruit. Verumtamen quoniam nihil fit in terra ſine cauſa, & B. Gregorio dictante comperimus, quia Deus & Dominus noſter ad bene agendum aliquando verbis, aliquando nos admonet ipſis miraculorum exemplis; curemus hujus ſancti ac beati patroni noſtri Marculfi, ante cujus ſacros cineres excubamus, cujus etiam memoriam hodie ſolenniter celebramus; curemus, inquam, hujus patrocinium quærere: obſecrantes, ut ſuis piis precibus fuget tenebras cæcitatis & ignorantiæ noſtræ, & impetret nobis lucem cæleſtis gratiæ, qua illuminati opera tenebrarum abjiciamus, piiſque intenti actibus armis lucis induamur; his quoque muniti, principem tenebrarum proteramus; ſic etiam victoria potiti, conditori lucis adhærere mereamur, qui vivit & regnat trinus & unus Deus.

*Hom. 17 in Euang.*

B

## ANNOTATA.

a *Imo è contrario legitur in illo textu, Prov.* 25, 2 Gloria Dei eſt celare verbum, & gloria Regum inveſtigare ſermonem.

b *Socium veroſimiliter auctorem aſſumpſerat Ædituus, Corbiniaco Remos ambulans.*

c *Quia ſcilicet à Rege curantur ſcrofulæ, ipſarum morbus uſque nunc ita appellatur etiam Teutonice,* 't Kóninxzeer; *olim alioqui* Regius morbus, *teſte Iſidoro lib.* 4 *cap.* 8, *is erat,* quem Icterum Græci appellant, *quemque* Auriginem Varro appellari ait à colore auri, *flaveſcere enim hominem facit totum*: Regium autem morbum ideo exiſtimant dictum, quod vino bono & regalibus cibis curetur; *ego potius dixerim, quia color aureus ſive flavus,* Regius *apud multas nationes habetur. Mabilio vult antiquis eo nomine ſignificatam* Lepram *fuiſſe, quod equidem necdum reperi, neque cauſam video.*

C

d Hactenus *pro* deinceps, *haud facile alibi invenies.*

e *Non omittenda hic inſignis Annotatio Mabilionis, quæ ſic habet:* In archivo Cœnobii Remigiani legi litteras Simonis Abbatis, atteſtantis, Odonē de Sarceio Monachum, de conniventia ſua, redditus acquiſiviſſe; & de ipſis redditibus in eccleſia S. Remigii, *ante majus altare, ſuper quod corpus Domini reponitur, cereum perpetuo ardere inſtituiſſe.* Id factum Willelmo Archiepiſcopo Remenſi, ſub annum MCLXV. Præiverat uno ſeculo Paulus Abbas S. Albani in Anglia, qui, referente Matthæo Pariſio, *pelvem argenti dedit, conſtituendo, ut cereum contineret jugiter ardentem ante majus altare.* Lege Aimoinum (*lib.* 2 *Miraculorum S. Benedicti cap.* 13) ubi obſervat, Floriaci *morem fuiſſe à priſcis inſtitutum patribus, ut tam diebus quam noctibus, trium lucernarum lumine memorata illuſtraretur eccleſia.* Lucernæ ergo communiter adhibebantur olim, rarius cerei, ad continuum in baſilicis lumen.

# MIRACVLA.

## Anno MCI facta Peronæ in Picardia,

### *Auctore coævo ex Sec.* 4 *Benedict. parte* 2.

## CAPUT I.

*Circumvectio ſacris Corporis per Campaniam & Tardanenſem agrum, atque exceptio Peronæ.*

SIcut aqua frigida animæ ſitienti, ita nuntius bonus de regione longinqua. De regione ergo longinqua; in quam abiit omnipotens Dei & hominum Mediator, accipere ſibi regnum & reverti ad judicium, glorioſum Confeſſorem ſuum Marculfum, nuntium ſalutis & gaudii, ad nos tranſmiſit; cum per ejus venerabile corpus ſigna & prodigia, quæ oculis noſtris vidimus, ad annuntiandam virtutem operum ſuorum, populo ſuo paternæ pietatis reſpectu exhibuit.

*Prov.* 25.

E

2 Eſt cella Monachorum in villa Corbiniaco, conſtituta in Laudunenſi territorio, beatiſſimi Remigii Francorum Apoſtoli ſubjacens Archimonaſterio, in qua videlicet villa habetur baſilica, præfati Confeſſoris Chriſti Marculfi ſacratiſſimo corpore inſignita: ubi, ad commendanda ſanctitatis ejus præconia, multa ſanitatum comprobantur fieri opera, quæ nobis, tamquam convicaneis *a* & alumnis ſuis, oſtendere dignatur ſæpenumero. Sed nos in hac ſchedula ea ſolummodo, quæ apud Peronam nuperrime geſta ſunt (quia Fratrum ejuſdem loci ita expetit dilectio) amore tanti Patroni devicti non patiemur premi ſub ſilentio. Et quia Chriſtianis omnibus fraternæ dilectionis debitores exiſtimus, plurima ex his, quæ nobis certiſſime comperta ſunt, ſubtrahentes æmulis & incredulis, ne propter multiplicitatem in blaſphemias erumpant, caritative parcimus; devotis & benevolis, ad laudem & gloriam & honorem nominis Chriſti, carmen exultationis & gratiarum actionum materiam conteximus. Tunc enim fructuoſe & utiliter magnalia Sanctorum ſuſcipimus, ſi ea quæ ægrotis impenduntur ad ſanitatem corporum, in medelam nobis vertamus animarum; ut Deum in electis ſuis mirabilem humiliter glorificemus, & ad imitanda eorum veſtigia, quorum miramur opera, ſocordiam noſtram viriliter excitemus.

*Auctor Peronenſibus petentibus ſcribit,*

a

b

F

3 Anno igitur incarnati Verbi milleſimo centeſimoprimo, eadem quam prædiximus, villa, promerente incolarū malitia, multis eſt cladibus crudeliter devaſtata; & tam peſte animalium varia, quam prædonum direptione aſſidua à priſtino decore miſerabiliter immutata: inſuper à quodam nefandæ iniquitatis tyranno, nomine Thoma *c*, Montis-acuti oppidaneo, qui conſobrinam ſuam in matrimonium duxerat, poſt diverſas hominum cædes & rapinas, maxima ex parte concremata. Unde Fratres ibidem degentes, mente conſternati, utpote pecudum ſuarum ceterarumque rerum poſſeſſione privati, pene ad extremæ inopiæ ſunt indigentiam redacti; nonnulli etiam crebreſcentibus malis ad monaſterium *d* redire coacti. Demum ipſe Præpoſitus Cellæ, in Domni Abbatis S. Remigii veniens præſentiam, ſua conqueri cœpit infortunia, & in Capitulo Fratrum libenti animo ab eâdem ſe abſolvit obedientiâ. Quam omiſſionem cum nullus ei diſſuaderet, Andreas, qui & Sigebertus, eligitur *e*: & ſtatim communi conſilio Fratrum, Deo (ut credimus) diſponente, Corbiniacum dirigitur. Qui & ipſe quamvis ſa-

*quod, cum an.* 1101 *Corbiniacū peſte & furtis devaſtaretur,*

c

d

*loci Præpoſitus Andreas.*

e

A gaciter & irreprehenſibiliter ſtudia ſua inſtituerit, & magno dilectionis fervore erga B. Marculfum ſemper æſtuaverit; tamen non multo poſt, tot inquietudinum procellis eliſus, tot perſecutionum preſſuris affectus, tam dira familiæ ſuæ vexatione fatigatus (præſertim cum locum ipſum in magna egeſtate inveniſſet, nulliuſque auxilii levamen à quocumque hominum percepiſſet) tanti pondus oneris non ſuſtinens; licet inops ſubſtantiæ, tamen compos, quam mente conceperat, ſanæ ſententiæ; poſt tres ferme menſes ad Monaſterium regreſſus, quanta ſe perurgeret calamitas, coram omnibus expoſuit; dicens, ſe & ſibi commiſſos permanere non poſſe, ubi quotidiani victus defeciſſent neceſſaria; multos ſibi imminere creditores, qui inſtantiſſimè ſua exigerent debita; ſe omnino carere unde eorum extingueretur querimonia; tecta etiam monaſterii & aliarum officinarum attrita eſſe vetuſtate nimia, quæ cujuſquam prædeceſſorum ſuorum numquam reſarciſſet incuria; expedire utique ut alimenta Fratribus ibi ſervituris tribuerent, aut corpus B. Marculfi inde efferri præciperent, aut certè negotium, quod ſibi intolerabile erat, alteri potiùs injungerent.

*inopiâ preſſus,*

B 4 Ad hæc cunctis reticentibus & competentem definire hæſirantibus ſententiam, quoniam & ipſa beati Remigii eccleſia multimoda, tunc temporis patiebatur impedimenta, nec ex facili conſtabat competens tantis adverſitatibus adhibere remedium; præfatus Præpoſitus, animadvertens aliunde ſibi non patere levaminis aditum, ſtatim ſui cordis aperuit conſilium; dicens, ſæpius accidiſſe ſua ætate in regno Francorum, ut quoties tam ſæviſſima tribulatione aliqua prægravabatur eccleſia, ibidem commorantes ſuarum circumferrent lipſana Reliquiarum; quatenus ex donariis & oblationibus fidelium ſuæ repararent neceſſitatis incommodum. Nam eodem tempore nobiles Clericos S. Quintini Martyris *f* id actitare conſtabat; & ante ſex annos, conflagratâ glorioſi Martini Turonenſis baſilica, corpus B. Brictii *g* (ſicut ipſi perſpexerant) procul à ſuis finibus pro hoc ipſo negotio delatum exſtiterat. Quapropter nihil ſibi competentius videri adſtruebat, quam ut ſimiliter de corpore S. Marculfi fieret, ſi Dominus Abbas & ceteri non obſiſterent: confidere ſe per Dei miſericordiam, non defuturos, qui tam pretioſi theſauri portantibus gemmam officioſa liberalitate manum auxilii porrigerent.

*S. Marculfi corpus oppidatim deferri ſuaſerit.*

f g

C 5 His auditis, qui ſanioris erant conſilii, cauſa fraternæ compaſſionis petitioni ejus acquieverunt, & ut in proxima ſolennitate ſanctæ Pentecoſtes *h* cum pignoribus Sanctorum, quæ ex antiqua conſuetudine remiſerant deferenda, ipſe quoque cum corpore S. Marculfi adeſſet, ſicut optabat, annuerunt. Qui accepta hac licentia, in craſtinum Corbiniacum celeriter redequitavit; & quæcumque huic expeditioni convenire eſt arbitratus, executor idoneus ſolerti cura præparavit.

*Ipſum ergo in Pentecoſte.*

h

*Remos delatum*

6 Inſtante denique præfatæ celebritatis die, cum timore & reverentia, de loco, in quo jacebat, à Fratribus expoſitum; in geſtatorio, manu artificis his uſibus eleganter aptatum ſacri corporis feretrum componitur; atque proſequente utriuſque ſexus numeroſa populi multitudine, ad Remenſium urbem devehitur; ubi eos Canonici ſanctæ Dei genitricis Mariæ, proceſſione diligenter ordinata, in Metropolitanæ Sedis eccleſia cum gaudio ſuſceperunt: ſicque cum pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus excubantes ibidem pernoctaverunt. Altera die, decurrente hora prima, accepto nuntio Monachi S. Remigii ferventiſſimis ſtudiis dilectiſſimo ſibi Patrono occurrerunt, ſatis dolenti animo peccatis ſuis imputantes, quod cum honore condigno & lætitiæ apparatu, ut deſiderabant, eum ſuſcipere non meruerunt: nam quia dies pluvialis erat, cum pretioſis cappis egredi non valuerunt. Cum crucibus tamen aureis ac thuribulis, *i* ceroferariis præeuntibus arcam benedictam, pene uſque ad urbis mœnia *k* procedentes, debitæ venerationis obſequium ſuppliciter exolverunt; nec minus devotis animis quam vocibus conſonis, Sancte Marculfe, Confeſſor Chriſti, audi rogantes ſervulos, ex integro concinentes, ſic deducendo ſuis eum ſedibus intulerunt. Deinde, ut magis confluentium turbarum pateret ſpectaculo, in medio Oratorio, ante altare ſanctæ Crucis eum depoſuerunt.

*in majori eccleſia excipitur,*

i k

*tum in eccleſia S. Remigii.*

7 Jam quia longum eſt, & forte aliquibus tædioſum, iter eorum per ſingulas diætas retexere; nos qui ad potiora tendimus, quæ ſuperſunt, donec Peronam perventum eſt, compendioſa proſequemur relatione. Poſt biduum ſæpedictus Andreas Præpoſitus, à B. Remigio humi proſtratus petita benedictione, ut intentionem ſuam paterna dirigeret conſolatione; qui præſtantiores erant, ſummiſſis humeris ſacrum efferentes feretrum, egreſſi ſunt, proſequente diligenter inſtructa proceſſione; poſtque reſponſorium B. Marculfo decantatum, in quadam planitie aliquantiſper ſubſiſtentes, habito ad populum ejus, cujus id officii erat, exhortationis ſermone, dimiſſi à Fratribus in nomine Domini per Cœnobium Sancti Baſoli *l* acceſſere Catalaunis: ubi ſibi obviam exeunte Clero cum civibus, honorifice ſuſcepti ſunt in templo victorioſiſſimi Stephani Protomartyris. Illuceſcente vero craſtino inde digreſſi ad villam, quæ quondam B. Remigii propria fuiſſe dignoſcitur, *m* Sparnacū nomine, devenerunt: quorum adventu comperto, Canonici S. Martini cum plebis cohorte occurrentes, Summe Dei Confeſſor Marculfe, te venerantes protege, fide promptiſſima cecinerunt. Tranſeuntes autem per Caſtellionem *n* & Brainam, Sueſſionis metatum acceperunt: &, ex non inutili conſilio Fratris Joannis, qui uſque Sparnacum in commeatu eorum fuerat, in veneratione piritus ſancti, ut ejus omnipotentiæ benedictionem & auxilium obtinerent, quotidie Miſſam reverentiſſimè celebraverunt. At ubi Sueſſionica urbe relicta, Noviomo *o* ſui præſentiam exhibuere; per confinium quod eſt inter Ham *p* & Nigellam divertentes, Peronam appropinquavere; oppidum, ſitu quidem loci munitiſſimum, incolarum numeroſitate populoſum, præeminenti ædificiorum magnitudine celeberrimum, opulentia variæ ſupellectilis & antiquæ dignitatis gloriâ ceteris Viromandenſis provinciæ caſtris præcellens, habens in ſe non modicæ quantitatis & operoſæ compoſitionis templum, meritis & corpore B. Furſei *q* ampliſſimè decoratum, & ad ſuæ magnificentiæ cumulum honeſtiſſimi Cleri *r* ibi ſervientis, quaſi cujuſdam egregii Senatus, nobilitate venuſtum.

*Inde portatur Catalaunos,*

E l

m

n

*Noviomum*

o

p

F

*Peronam*

q

r

8 Præcedente ergo qui adventum Confeſſoris Chriſti Marculfi ipſis Clericis nuntiaret; abſque dilatione cum proceribus & oppidaneorum plurimis exeuntes, quantacumque potuerunt reverentiâ, eis obſequelæ ſuæ miniſterium impenderunt; ac feretro honorabili in medio eccleſiæ locato, ſecus eccleſiam ipſa nocte eos manere fecerunt. Et quia eo loci multus occurrerat populi conventus, facto ad eos ſermone qui ad hoc ipſum fuerat electus, tandem tragœdiam, quæ eos perurgebat, calamitatis expoſuit; deſolationem Cellæ S. Marculfi aperuit; adjiciens quod nullum ex circumſtantibus credebat ignorare, ad hoc electi Dei corpus illuc advectum,

*ubi ſuſcepta tum in eccleſia S. Furſei.*

ut

A ut à fidelibus Dei loco ſuo impetraret auxilium. Ad hæc primus ejuſdem caſtri Dominus, vir admodum fidelis & ſtrenuus, & poſt eum plures, prout cuique viſum eſt, largiri cœpere. Nonnulli vero juvenum, filii Belial, levitatis turbine & vecordiæ ſcurrilitate agitati, garrulis vocibus inſultando, ac rugoſis naribus alterutrum irridendo ſubſannabant; quiſnam fuerit iſte Marculfus, ludibrio inquirentes; non audiſſe ſe hactenus quemlibet hominum hujus nominis extitiſſe, non ſine ridiculo & inſania perhibentes. Quorum deteſtanda irriſio non multo poſt apparuit, quantum fuerit reprobata in oculis Majeſtatis divinæ, cum ſubſequentibus prodigiis, qualis eſſet Marculfus, nullus poterat neſcire. Quapropter, quia horrendum eſt incidere in manus Dei viventis, (ſicut ipſe electis ſuis ait, Qui vos ſpernit, me ſpernit) caveat omnis Chriſtianus, alicujus Sancti meritum, vel ex elegantia, vel ex deformitate nominis ponderare aut vituperare; cum extremæ ſit dementiæ, qualecumque nomen, quod in libro vitæ ſcriptum eſſe conſtat, non amplecti ſemper & honorare.

*à quibuſdam irreverenter habetur,*

Luc. 10, 16

B 9 Ceterum cum B. Marculfi vectores voto haberent à Perona proficiſci, mane facto egreſſi ſunt ab eccleſia B. Furſei, deducente ſe Clero cum maxima multitudine populi. Ut autem more ſuo Reſponſorium, Sancte Marculfe Confeſſor Chriſti, concinentes in foro venere; plerique ex circumſtantibus, quod maturius æquo abirent, cœperunt ſuccenſere; aſſerentes magno eis fore diſpendio, quod tam celeriter diſcederent; cum multus in eodem caſtro hominum ſupereſſet numerus, qui eos ibi adhuc eſſe neſcirent. Quod cum reciproca voce alii atque alii adſtipularentur, retractantes in cordibus ſuis interdum utilius eſſe alieno parere conſilio, quam ſuo ſemper uti arbitrio; ex voluntate Canonicorum, à quibus jam acceperant licentiam, diverterunt in proximam eccleſiolam Præcurſoris Domini, uſque in diem alteram ibidem demoraturi. At Præpoſitus, cujus erat omnia illa diſponere, recordatus, ante quindecim annos, pro reparatione ſuæ eccleſiæ feretrum B. Vedaſti *s* cum reliquiis Remis uſque delatum, ac in B. Remigii Archimonaſterio ſedula liberalitate ſuſceptum; civitatem Atrebatenſium adiit, Epiſcopum *t* convênit; quia cum ejus favore corpus B. Marculfi poſt biduum *u* illuc afferre cuperet, intimavit. Cui ipſe Antiſtes & quidquid petierat annuit, & apud ſe (quia jam ſolis occaſus imminebat) eadem nocte detinuit.

*& transfertur in eccleſiam S. Ioannis Baptiſtæ.*

C s t u

## ANNOTATA.

a *Hinc colligitur, Corbiniacenſem quoque Auctorem fuiſſe, ac veroſimiliter Monachum, ex iis qui corpus ſunt comitati.*

b *Ex infra dicendis num. 9 intelliguntur omnia facta in eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ: & num. 20 indicantur monaſterii valvæ; ut cœnobiticum locum fuiſſe appareat, ſive Præpoſituram ejuſdem Ordinis, cujus Fratres hic intelliguntur.*

c Mons-acutus, *vulgo* Mont-aigu, *diœceſis Laudunenſis, ſeſquileuca diſtitus Corbiniaco verſus Bozeam.*

d *Remenſe, ſcilicet* S. Remigii, *cui tunc Abbas præerat nomine* Azenarius, *vocaturque etiam* Archimonaſterium, *tum à Leone* IX *ſec.* 10, *tum ab Adelberto Archiepiſcopo Moguntino in litteris anni* 1124.

e *Mabilio obſervandum hic monet, Præpoſitorum, in locis à monaſterio aliquo principali dependentibus, electionem ſpectaviſſe ad Capitulum, non vero ad Abbatem.*

f *Ab hoc Sancto, qui 31 Novembris colitur ipſa Veromanduorum Auguſta nomen ſuum nunc habet, ut* S. Quintini *dicatur.*

D g S. Brictius, *ipſius S. Martini ſucceſſor, colitur* 13 *Novembris.*

h *Recurſura dies Pentecoſtes erat, eo anno* 1101, *qui Paſcha habuerat* 21 *Aprilis, die* 9 *Iunii.*

i *Ita corrigendum ſenſum credidi, quem Mabilio in ſua originali turbatum reperierat hoc modo,* thuribulis præeuntibus aquam benedictam ceroferariis.

k Nempe eo tempore, *inquit Mabilio*, extra muros urbis erat S. Remigii eccleſia; poſtea, auctis urbis ædificiis, mœniorum ambitu incluſa.

l S. Baſoli, *qui colitur 26 Novembr. monaſterium Ordinis Benedictini, vulgo* Saint-Bale, *leucis fere 4 Remis diſtat, unde Catalaunos, vulgo* Chalons ſur Marne *reſtabat iter 6 leucarum.*

m Sparnacum, *vulgo* Eſpernay, *ad ſiniſtram Matronæ ripam, ſecundo flumine deſcendentibus occurrit, poſt iter leucarum* 7.

E n *Vulgo* Chaſtillon ſur Marne, Braine, Soiſſons, *hoc ordine ſuccedunt*: Sparnaco Caſtellionem, *ſitum ad dextram fluminis ripam, iter eſt leucarum* 4. *Hinc, directo inter Septentrionem, & Occidentem itinere, venitur* Brainam, *poſt leucas* 8; *Braina autem* Sueſſiones, *diſtant leucis fere tribus.*

o Noviomum, *vulgo* Noyon, *diſtat Sueſſionibus circiter* 9 *leucis*; Perona *vero, quo iter erat, tantumdem aut amplius.*

p *Vulgo* Han & Neelle, *diſtant inter ſe leucis tribus, eſtque per medium earum iter Noviomo Peronam, pari fere utrimque intervallo.*

q S. Furſei *acta illuſtravit, Bollandus* 16 *Ianuarii.*

r *Manet etiamnum Collegium Canonicorum, ut infra nominantur, Apoſtolicæ Sedi immediate ſubjectum, ibique ſepultus jacet* Carolus Simplex *Rex Francorum, defunctus an.* 929, *poſt aliquot annorum captivitatem Peronæ toleratam.*

s S. Vedaſti, *Acta & miracula illuſtravit Henſchenius* 6 *Febr. ſed hujus deportationis uſque Remos, facta circa an.* 1086, *notitiam non habuit.*

F t Lambertus *hic fuit, quem Vrbanus II, an.* 1093, *(diviſis quæ diu conjuncta fuerant Atrebatenſi & Cameracenſi Eccleſiis) proprium Arteſiis Epiſcopum dederat, vixitque ad annum uſque* 1115.

u *Diſtat enim Perona* Atrebatum, *vulgo* Arás, *dumtaxat leucis* 11.

## CAPUT II.

### *Miracula facta, ſubſiſtente Peronæ corpore.*

10 *Erigitur curvus;*

APud Peronam vero in eccleſia S. Baptiſtæ Joannis, in qua feretrum glorioſi Marculfi depoſitum fuerat, plurimæ cæcorum, claudorum, vel quibuſcumque infirmitatum debilitatibus oppreſſorum catervæ confluxerant: Fratres quoque, qui diſcedente Præpoſito remanſerant, poſt refectionem cibi feretrum circumſtabant. Cum unus ex languentibus, qui omni vitæ ſuæ tempore curvus, & numquam ſine duobus baculis ſe ſuſtentantibus ire conſueverat, hac & illac deambulans, repente S. Marculfi auxilium ſe ſentire perhibuit: abjectiſque baculis quibus utebatur, ſanus ex integro coram cunctis ſine ulla difficultate pergere cœpit. Noſtrates quidem, qui nihil tale tunc ſuſpicabantur, non temere credere voluerunt ejus ſermonibus: ſed ab his, quibus ab infantia notiſſimus erat, re diligenter inquiſita, cum veritatem agnoviſſent, lau-

A laudes Deo & gratias devotiſſimis rependerunt vocibus. Cumque clamore ingenti plebs univerſa perſtreperet, ac velut ſeditione oborta in tam populoſa villa utriuſque ſexus concurſus fieret; qui in ſuperiori parte oppidi erant, quod evenerat neſcientes, tantis vocibus attoniti, ſenes cum junioribus, proceres cum ruſticis, matronæ cum puellis, per ſpatioſa loca platearum properantes, quidnam novi accidiſſet, alii ab aliis requiſierunt; & ab his qui pro foribus eccleſiæ ſtabant, nec præ turba ingredi valebant, id reſponſi acceperunt: Balduinus, Balduinus impos, ille infirmus, qui retortus atq; recurvus (ut vos ſcitis, & nos ſcimus) habitabat hic mendicus, ope B. Marculfi modo eſt ſanitati reſtitutus. Nec erat omnino qui contradiceret; cum, ad omnem ambiguitatem excludendam, oculis omnium ſe ille ultro ingereret. Eadem ergo hora diei per hunc Patronum noſtrum
a iſte incolumis eſt effectus *a*, qua ad ſpecioſam portam templi, qui ex utero matris claudus erat, per cæli Clavigerum extitit erectus. Ex hoc cuncti Peronenſes magis ac magis in ejus amore ſunt ſuccenſi, ac majori devotione quàm pridie fecerant,
B cereis & luminaribus frequentes affuerunt nocte ſubſequenti.

*curatur à nativitate ſurda & muta.*

12 Pervigilabat etiam multiplex energumenorum aut debilium numerus: inter quos aderat quædam puella, cui prima dies exordia vitæ dederat, abſque lingue atque aurium uſibus: nec non in eleemoſyna nobiliſſimæ matronæ, uxoris ſcilicet Principis ipſius caſtri, per multa annorum curricula fuerat educata; & ex ejus imperio, comite quadam pediſſequa quam cuſtodem habuerat, ad confugium S. Marculfi ut ei ſubveniret deducta, ſub feretro illius nocte jacuit tota. Verum illuceſcente crepuſculo, cum dormire putaretur, ſubito vocem emiſit: dehinc loqui enixa, primo verbo quod protulit, Domina Adelidis, inclamavit. Ad hæc, quæ ei ad cuſtodiam deputata fuerat, concite ſurrexit; & quam numquam audientem vel loquentem viderat, quid pateretur, quid ſibi vellet interrogavit. Ita duplici miraculo verba ejus audivit, & interroganti reſpondit, ſe S. Marculfi auxilium ſentire; dominamque ſuam, quam prius nominaverat, velle videre ſe dixit. Nuntius tanti gaudii ad Dominam Adelidem in arcem cucurrit: quæ de ſtratu ſuo exiliens, magis virili animo quam inceſſu femineo, ad locum, in quo cuncti adventum ejus opperiebantur, feſtinavit. Tunc accerſita illa, quondam muta ſua præbendaria, cum probaſſet factum, eadem congrue reſpondente per ſingula, præ magnitudine exultationis compuncta in lacrymas, oblationem ſuam S. Marculfo plena quidem contulit manu, ſed preces & gratias pleniori effudit affectu. Ea res in brevi univerſis circumquaque innotuit, neque deinceps quiſquam Viromandenſium, quis eſſet Marculfus, ignorare potuit.

C

*qua Maria vocatur:*

b

13 Poſt triduum quippe quidam ex Monachis ſancti Remigii Laudunum clavatū *b* à domino Abbate directus adiit: qui in clauſtro *c* S. Vincentii, quia per S. Marculfum multa ſigna Peronæ fierent, gratulabundus audivit. Non multo poſt id, hora diei prima, revertenti à Præſule Atrebatenſi ſuo Præpoſito, Fratres ſeriatim retulere conceſſa ſibi divinæ pietatis opera: qui quoniam abſens hæc videre non meruerat, ingenti perturbatus eſt mœſtitia. Solus nimirum haberi indignus tantis intereſſe virtutibus vehementer expavit: ſed exaudibilis Marculfus ſine mora fideles ejus lacrymas perfecto gaudio exhilaravit. Cumque nomen ejus, quæ primo diluculo ante ejus reditum ſanata fuerat, inquireret; nullo eam hactenus nomine nuncupatam, utpote quæ nihil unquam intellexiſſet, accepit; populoque ſuggerente, ut ei nomen darent hi qui cauſa ſalutis extitiſſent; quidam ex noſtris Sacerdos Maria nomen illi impoſuit; recordatione utique illius Mariæ illectus, quæ huic mundo generale gaudium protulit. Inſtante autem meridie cauſa reficiendi receſſerunt: ſed lotis manibus priuſquam panem frangerent, omnia campanarum ſigna in eccleſia ſancti Joannis inſonuerunt. Percunctantibus, cur id fieri videretur, quidam ex ſuis curſu velociſſimo affuit, quamdam veniſſe ad feretrum genibus & manibus reptando, quæ præ languore diutino officium pedum amiſerat; nuntiavit: & quia poſt orationem B. Marculfo effuſam, ſoſpitati ad unguem reddita, cunctis apparuit. Sic exultantibus animis ad eccleſiam regreſſi, hymnum Te Deum laudamus præcordialiter, ut decebat, concinebant: & quia notiſſima erat univerſis mulier cui ſanitas impenſa erat, irruente multitudine, omnium bonorum datori Deo æquipollentibus ſtudiis omnes affatim gratiarum actiones rependebant.

D

*pedum uſus recipitur.*

15 Præ tumultu vero ac preſſura turbarum, longa mora interveniente, egredi nequiverunt; donec hora nona vix adepti facultatem ad hoſpitium eundi, cum ad menſam reſidere cœpiſſent, nondum appoſito cibo, rurſus campanas in eccleſia ſubito ſtagore concrepantes audierunt. Unde non ignari virtutem illic exhibitam divinitus, relictis quæ præ manibus erant, impigris ante S. Marculfum acceſſere greſſibus. Profecto reverentiſſima matrona ejuſdem caſtri domina, quam præmiſimus, multis ſibi cohærentibus aderat: ſed & multitudo languentium è contiguis villis, fama vulgante res geſtas, tamquam ad opinatiſſimi medici ſubſidia obtinenda concurrerat: ex numero quorum contracti duo ſanitatem fuerant conſecuti, quos revera longo tempore contractos fuiſſe conſtiterat atteſtatione totius præſentis populi. Cumque Deo laudes pro tam evidentiſſimis pietatis ejus operibus omnium referret vox conſona, necdum finitis laudibus duo ſimiliter ex debilibus receperunt optatæ ſanitatis remedia: una videlicet anus viſum, quæ, quamdiu vixerat, utriſque fuerat luminibus orbata: altera paralytica, dum omnium membrorum reſoluta compagibus, in vimineo vanno ante S. Marculfum portaretur; priuſquam limina eccleſiæ attingeret, aliquid intra ſe muneris divini ſentiens, ad terram ſe deponi præcepit: ſicque conamine non lento, acſi nihil unquam mali perpeſſa fuiſſet, ambulare cœpit. Quis fuerit ſenſus populi tam magna videntis, quis ſtupor & clamor, quæ ſanæ gaudia mentis, nullius exprimere valet ingenium ſapientis. Habuit ea die Perona novæ glorificationis lætitiam, cum Chriſto faciente memoriam mirabilium ſuorum, primitivæ Eccleſiæ expetiretur gratiam in ſe; illiuſque temporis felicitatem maxima ex parte tunc meruit accipere, quo per manus Apoſtolorum fiebant ſigna & prodigia multa in plebe.

E

*ſanantur contracti duo.*

*cæca item, & paralytica.*

F

16 His auditis Domnus Montis ſancti Quintini Abbas Henricus, vir magnæ in Chriſto reverentiæ, quod Cœnobium à Perona duobus circiter diſtare videtur milliariis, fraternis congratulans profectibus, utpote ſocietatis eorum *d* particeps, & eccleſiæ B. Remigii juſtis de cauſis amiciſſimus; ante hujus pretioſi & dilecti ſibi Confeſſoris veniens præſentiam; quia impediente turba humi proſterni non poterat, quod potuit fecit, ſtans quidem corpore, ſed flexis cordis genibus oravit: ſtatimque, eo præſente duobus curatis languidis, quod auditu acceperat, ſe intueri exultavit: & tam admirabilis amici Dei ſuffragiis enixius ſe commendans, inclinato capite bene-

*& coram Abbate Montis-Quintini infirmi duo,*

d

A benedictione petita, paulo post cum omni conventu Fratrum sibi commissorum in idipsum reversurus abscessit. Sancti quoque Fursei principalis Clerus, licet non perfunctorie circa affectum B. Marculfi suæ dedisset bonitatis experientiam ; post ea tamen quæ præmisimus, potiori caritatis fervore instigatus, cum corpore ejusdem Patroni sui S. Fursei multitudine comitante affuit ; ac in introitu ecclesiæ, non sine religiosissimæ deliberationis consilio, psallentes, Veni creator spiritus, eo finito subjunxerunt hymnum, Te Deum laudamus. Deinde à Præposito & sibi cohærentibus humillima supplicatione, quatenus ad ecclesiam S. Fursei, ubi primo fuerant, S. Marculfum referrent, cœperunt deposcere; perhibentes non expedire, eos in arcto positos loci difficultate prægravari ; imo debere compati imbecillibus, quos quotidie videbant constipatæ multitudinis impressione periclitari. Magnæ capacitatis ecclesiam talibus causis congruere ; S. Marculfi vicinitate & eorum coëssentia se plurimum delectari, quorum studiis & utilitatibus videbant Dei pietatem tanta signorum prærogatione cooperari. Econtra nostri, benevolentiæ quidem eorum maximas gratias agere, sed quod postulabant respondere nullatenus se posse perficere : locum, quem Deus B. Marculfo elegerat ad operanda tanta signorum magnalia, se relinquere non præsumere ; ne contra Dei nutum aliquid tentantes, incurrerent pœnas temeritatis illicitæ. Ita fraudati à desiderio suo Canonici, reversi sunt ad propria, inefficacis petitionis suæ repulsam, ut eruditi viri, disciplinatæ mentis perferentes modestia. Credo ego in conspectu Dei, qui pia vota semper dignatur intueri, devotionem illorum suffragante S. Furseo locum invenisse : quia quod illa die consequi nequiverunt, non multo post meruerunt impetrare.

*Clerus S. Fursei processionaliter Sanctum visitat,*

B

*nti & Monachi Montis S. Quintini.*

17 Pari modo Monachi Montis S. Quintini, relatione Pastoris sui incitati, eodem nihilo minus comitante, nudis pedibus cum obsecratione letaniæ venientes, prostrati solo coram S. Marculfi feretro orationem fuderunt : ac plurimum lætati in Domino, xenia nostris, ex caritatis debito & intimæ

C dilectionis munificentia, obtulerunt; dehinc S. Marculfi gratiam, fructum laboris sui sibi fieri deprecantes, abscesserunt.

## ANNOTATA.

a Ad horam orationis nonam, *inquit S. Lucas Act. 3 1.*

b Laudunum clavatum, *vulgo* Laon, *distat Remis Peronam transeuntibus, leucis circiter 10; Perona vero, 14.*

c *Est & hoc Ordinis Benedictini cœnobium Lauduni.*

d *Item hoc, Perona ad Boream situm.*

## CAPUT III.

### *Alia miracula, & reditus Corbiniacum.*

*18 Sanatur puer surdus,*

IIsdem diebus puer quidam, cui auditus officium natura negaverat, diu inibi ante S. Marculfi feretrum in orationibus & vigiliis pernoctaverat : qui cum, lassitudine ac fragilitate carnis compellente, quarta vix demum nocte pro foribus ecclesiæ paullulum membra sopori dedisset ; & cum jam elapso quietis silentio, varios usus laborum optatis operum studiis lux alma reduceret ; subito (mirabile dictu !) idem qui suæ adhuc surditatis gemens incommoda, prope limen ecclesiæ, imperfectæ soliditatis corpus salutiferæ quieti commiserat, expergefactus assurgit ; & incolumem se repente D miratus, ubinam se inveniat, defixis obtutibus inhiando circumspicit; & quod stupori ejus vehementius accedebat, qui extra ecclesiam calceatus obdormierat, nudum se pedibus intra ecclesiam ante S. Marculfi feretrum somno solutum videbat. Cujus rei seriem, cum non sine ingenti gaudio & admiratione, circumstantium multitudini, redintegratis & sæpe repetitis vocibus, præconatur; subito tanta divinæ largitatis fama per totum oppidum divulgatur, & quanta per servum suum Dominus sit dignatus operari miracula, crebris affluentium populorum præconiis celebratur. Mira res ! sotulares, quibus calceatus, videntibus qui aderant, sopore gravis abscesserat, nec sibi detractos ab aliquo omnimoda assertione obnixe & viriliter adstruebat; ubi somno sepultus jacuerat; inveniuntur ; & ad tam plenariæ congratulationis augmentum, eidem inter tantam constipatæ multitudinis affluentiam referuntur.

*miraculosè delatus in ecclesiam,*

19 Illud etiam nullatenus pigro taciturnæ oblivionis silentio occultandum censuimus, quod ante ejusdem beatissimi Marculfi feretrum matrem & filium, pristinæ jam sanitati restitutum, gratulabundâ sententiâ promulgantes audivimus. Cum enim hujus tam inæstimabilis gemma thesauri, & siderei instar luminis diversorum odorem aromatum longè lateque diffunderet, & miraculorum ejus celebris & magnifica gloria circumquaque crebresceret ; quia, sicut Salvator ait, Nemo lucernam accendit, neque sub modio ponit, sed super candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen videant ; non solum contigua & collateralis hominum affinitas, verum etiam remota aliquorum & solers universitas, ad tam inopinata salutiferæ restaurationis fluenta, infirmorum atque debilium protrahebat catervulas. Inter quas muliercula quædam, in silva quæ vulgo Areuvasia *a* nuncupatur, filium suum miræ ægritudinis de- a
bilitate ..... multatum, *b* tædiosam humeris b
sarcinulam subvehebat ; & ut B. Marculfi subsidia sine intermissione efflagitaret, improbis admonitionibus stimulabat : cujus sano puer parens consilio, alta voce sanctum Dei Confessorem Marculfum, ut sui misereretur orabat, & circum se catervatim ruentium populorum aures tædiosis clamoribus obtundebat. Sed divina miseratio, diu imperfectam sui juris fabricam esse non patiens, laboranti misero solitam misericordiæ manum porrexit, & solidum perfecti decoris supplementum proprio operi reparavit. Cum ergo præfatus puer divinæ sibi miserationis auxilia jam adesse sentiret; se deponi celeriter exoravit, & qui hærentibus ad nates pedibus & pectori manibus, necdum etiam reptanti gressu terram pulsaverat ; subito per divinam gratiam sospes & hilaris ambulabat. Quanta vero comitantium populorum fuerit exultatio, quam magnifica & specialis laudatio, magis sane videtur prætereundum silentio, quam imbecillis ingenii committendum naufragio.

*item puer contractus.*

E

Matt. 5 15

R

20 Dæmoniacus unus, ante S. Marculfi feretrum adductus, in crastino est sanatus. In illo autem tantæ admirationis concursu, multi qui diversis de causis invicem inimicabantur, advenerant : qui quamquam partim merita doloris ira perstreperent, partim majoris facultatis subnixi potentia omnimodo sequestræ paci resisterent; tamen præsentiam S. Marculfi reverentes, vinci gaudebant, alterutrum condonantes. Ex quorum numero unus, arrogantiæ & fastus sui felle suffusus, & imminenti jamque contiguo mortis exitio destinatus, in hanc diabolicæ tenacitatis prorupit insaniam ; ut facilius possent saxa molliri, & adamantinæ soliditatis duritia

*Inimici reconciliantur.*

A in plumbi ſolubilitatem converti, quam ejus pertinax animus ab illicitæ temeritatis auſibus immutari. Cum enim, ut cuidam inimico ſuo, quod erga eum commiſerat, condonaret, ab omni Clero & affluenti populo rogaretur; & cum idem ſanctus Dei Confeſſor contra eum, quaſi itidem rogaturus, elevaretur; nullatenus acquieſcens abſceſſit. Verum divina ſubſequente vindicta, dum monaſterii valvas exire contendit, ſubito inenarrabili & acerbo interaneorum dolore concuſſus, reſupinus infra eccleſiam corruit, & tantis anxietatum auſteritatibus cœpit urgeri, ut vix in eo halitus remaneret. Ad manus autem illum trahentes, ante ſancti viri feretrum ſtatuerunt; &, ut poſtea rei exitus approbavit, quod rogabatur, non ſponte conceſſit. Eductus autem ab eccleſia, & moribundus & gemens in lectulo reclinatus, divino ſubſequente flagello, viam eſt univerſæ carnis ingreſſus.

*pervicax unus morte multatur.*

21 Per idem tempus cum Canonici S. Quintini in Atrebatenſium partibus, ad reparanda intolerabilis ſuæ combuſtionis incommoda, Fidelium munificentiam cum Reliquiis & feretro ſolicitarent; accepta tanti fama Patroni & miraculorum ejus opinione gaviſi, non multo poſt cum eodem feretro & ſanctarum Reliquiarum inſignibus, ad præfatam eccleſiam, in qua ſanctum ſervabatur corpus, venerunt: & feretrum ſuum juxta B. Marculfi feretrum deponentes, facta oratione votiſque ſolutis, conſono cordis & oris officio, Dominum, qui in Sanctis ſuis ſemper eſt mirabilis, venerantes, ad propria rediere gaudentes.

*Reliquiæ S. Quintini deferuntur Peronam.*

B

22 In Vigilia autem beati Joannis Baptiſtæ, cum innumerabilis utriuſque ſexus multitudo confluereret, & tum propter ſolitam & vulgarem Præcurſoris Chriſti ſolennitatem *c*, tum propter tam famoſiſſimi & egregii hoſpitis venerationem, plebs copioſa concurreret; præfatus Clerus S. Furſei, diu deſideratæ petitionis tempus idoneum nacti, advenerunt; & ut Corpus ſanctũ ad principalem deportaretur eccleſiam, ſuaſerunt; manifeſtis & probabilibus indiciis afferentes, locum vix unius huc uſque venerationi hoſpitis aptum, nunc apparatui geminæ exultationis arctiſſimum. Et quia hujus ſuggeſtionis ſanum viſum eſt eſſe conſilium, quod non ex cujuſlibet ambitus vel elationis zelo, ſed ex opimo puri cordis theſauro, iterata petitione quæſierant, invenerunt. Sic ergo hujus ſacratiſſimi reliquiæ Corporis, cum crucibus & candelabris, cum incenſo & ſuavi odore thymiamatis, magno præcedentium ſubſequentiumque populorum tripudio, ad præfatam eccleſiam deportantur, & in medio eccleſiæ cum ingenti honore atque lætitia collocantur. Poſt triduum autem, ad cumulandam tam fidelis & honeſtiſſimi Cleri lætitiam, mulier quædam, videntibus qui aderant, coram ſancti viri feretro ſe contracta projecit; nec mora, cæleſti præeunte clementia, priſtinæ ſanitati reſtituta ſurrexit. Dæmoniacus quidam, qui nuper adductus fuerat, ſed necdum ſanitatis dona receperat, ad evidentioris miraculi præconia reſervatus, antiquæ eſt ſoſpitatis uſui reſtauratus.

*& S. Marculfi corpus in baſilicam S. Furſei,*

C

*Curatur contracta,*

C

*& demoniacus:*

*Corbiniacum redit.*

d

23 His ita peractis cum ad propriæ manſionis oppidum redire diſponerent, nec jam amplius peregrinandi tempus idoneum *d* judicarent; præfatus Præpoſitus & qui cum eo erant, ad Principem oppidi & ad univerſum Clerum accedentes, Patrono ſuo & ſibi revertendi licentiam petierunt; magnas illis gratias referentes, quod Prophetam in Prophetæ nomine recepiſſent, ipſiſque totius benevolentiæ & humanitatis obſequio nullatenus defuiſſent. Honeſtiſſimi autem Clerici, & totius incolæ & proceres oppidi, miro admodum dolore concuſſi, quippe qui tam amantiſſimi hoſpitis numquam cupiebant præſentia defraudari; quod juſtum erat petere, non ſunt auſi negare. Per totum ergo oppidum, juſſu Principis & Canonicorum, magna voce præconis edicitur, ut plebs univerſa ad deducendum Patroni tam liberalis in craſtino reditum accingatur; & eum à quo tot gratuita pietatis dona ſuſceperat, devotiſſimæ ſervitutis obſequio comitetur. Facto autem mane adeo nubium denſitas & turbida ventorum auſteritas cœpit ingruere, ut nequaquam futuræ ſerenitatis ſignum mutata cæli facies daret; & plebs univerſa perſtreperet, ad nutum amici Dei has aëris denſitates contingere, evidentibus indiciis edocentes, nulla eum penitus in præſens velle ratione diſcedere. Præpoſitus autem, convocatis itineris ſui comitibus, & apparatis hujus tam gratiſſimi oneris ſubvectoribus, diſpoſitum iter arripuit. Tunc ipſius Primores eccleſiæ colla ſancto ponderi ſupponentes, magna (ut dignum fuerat) populorum ſtipante caterva egredientes, Sanctum Dei deducebant, divinæ laudis & hymnorum carmina concinentes.

*cum feſtivo apparatu,*

D

*juxta Peronam deſignatur locus erigendæ Cruci in honorem Sancti.*

E

24 Cum ergo oppidum egreſſi ad quamdam planitiem deveniſſent, religioſi & honeſtiſſimi Clerici, omnes etiam ſanctum corpus ſequentes, unanimiter petierunt, ut feretrum humi pauliſper deponeretur; quatenus ad ejus venerationis memoriam Crux affigeretur, quo diverſarum infirmitatum languoribus preſſi confluerent, & opitulatione B. Marculfi priſtinæ ſe ſanitati reddendos non dubitarent: ubi etiam, uſque in hodiernum diem, ardore diverſarum febrium & varia peſte languentibus innumera præſtantur beneficia Redemptoris, interventu ſui dilectiſſimi Confeſſoris. Accepta ergo benedictione, & S. Marculfi ſe patrocinio commendantes, pro tanti viri abſentia gemebundi & lugubres, diſceſſerunt. Mulier autem quædam ſurda, quæ per omne tempus ſancti Dei viri præſentiæ cum luminaribus ſuis ante ipſius feretrum vigilaverat, ad diſceſſum ſanctiſſimi Confeſſoris cœpit mœſtis ululare clamoribus; & nequaquam eum ſe dimiſſuram, niſi ſibi ſubveniret, conteſtans, ſanctum ſequebatur corpus. Ecce autem ex improviſo repentino auditus uſui reſtituta, glorioſum & admirabile nomen Domini collaudavit: & acceptâ licentiâ, incolumis & lætabunda, ſanctum deoſculans feretrum, cum ceteris repedavit.

*Surdæ auditus redditur,*

e

F

25 Inde ergo diſcedentes, ad villam quæ Vermandis *e* vocatur, venerunt; ubi quidam ſervus ſancti Marculfi, Robertus nomine, eis occurrit; qui audita miraculorum opinione, baculo ſuſtentante, laborioſo reptatu eo uſque vix venerat: quippe qui per duodecim jam annorum curricula, nullo prorſus niſi uno pede terram attigerat. Cum ergo ante ſancti viri feretrum lacrymoſis ululatibus inclamaret, ut quam alienis munificentiam exhibuerat, eamdem ſibi, ſuo naturali ſervo & diu languenti, impertiret; quaſi irâ turbatus, immo ſpe pietatis ejus animatus, ducem itineris baculum procul abjecit; & ſic deinceps ſine ſuſtentaculo, omni tempore vitæ, redintegratis pedibus ambulavit.

*Claudus ſanatur.*

*Corpus mandante Abbate S. Remigii*

26 Interea dum in clauſtro S. Remigii de mora tanti Patroni hæſitaret Fratrum curioſa devotio, & de reditu ipſius multa fieret deſperatio; præfatus Frater Joannes, qui Corbiniacenſi eccleſiæ pro abſentia Patroni ſui maximè condolebat (quippe qui inſtinctu ſuo & ſuggeſtione in illas partes delatum ſibi conſcius erat) Deo ſibi providente, acceptis à Domno Abbate & ceteris Fratribus litteris,

A teris, equum aſcendit; & cum Peronam verſus iter dirigeret, voti compos effectus, in Abbatia
f quæ Humolarias *f* dicitur, quod cupiebat invenit. Tunc Deo gratias agens, qui deſiderium ſuum proſperaviſſet; apertis ſigillo & litteris, quas à Domno Abbate & Fratribus acceperat, ſe ideo miſſum ad eos, ne diutius morarentur, edocuit.
g Inde ergo in craſtino egreſſi, per *g* Ribodimontem
h & munitionem, quæ Francorum curtis *h* dicitur,
i in ſuburbium Laudunenſe, in villam quæ Vallis *i* vocatur, venerunt, & ibidem ea nocte manſe-
*Lauduno Corbiniacum refertur.* runt. Mane autem facto, & comperto quod prænominatus tyrannus Thomas eis inſidiaretur; quippe quos, tantâ populorum munificentiâ, innumerabili nummorum copiâ redundantes arbitrabatur; pernicibus plantis iter aggreſſi feſtinare cœperunt, miro affectu occultari geſtientes. Sed quia urbs in monte ſedens numquam latere poteſt, multi eos populi ſequebantur gaudentes. Præco autem & tanti nuntius gaudii præcucurrit Præpoſitus; & ut deſiderato diu Patri, de regione longinqua redeunti, obviam irent, Corbiniacenſes & finitimos admonebat. Sed quia cupienti animo nihil ſatis
B feſtinatur, non erat opus admonitione, quos jam videbat adventu ſancti Confeſſoris excitos affluere. Ut autem, quod opinione didicerant, oculis inſpexerunt; & convicaneum ſuum Robertum, utroque pede ſine ſuſtentaculo ſanctum corpus præcedentem, viderunt; tunc vero ingens lætitiæ fervor exoritur, gaudium gaudio cumulatur, & ad laudem & gloriam Redemptoris ſubſequentium corda populorum ferventius animantur. Appropinquante autem ſancti viri corpore, & invicem ejus feretro ſuccedentes, cum ingenti congratulationis tripudio, uſque ad propriæ habitationis locum detuiere gaudentes. Stantes ergo præ foribus, & ſanctum corpus humeris attollentes, omnes ſub eo tranſire fecerunt, & ſic in eccleſiam eum cum proceſſione & cantibus intulerunt, anno incarnati
k Verbi milleſimo centeſimo ſecundo: ubi præſtantur innumera beneficia Redemptoris, cui eſt honor & gloria, cum Patre & Spiritu-ſancto, per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Cinctoria *k* autem, quibus religioſiſſimæ feminæ in eundo & redeundo ſanctum
C cinxerant feretrum, probabiliter computata, inventa ſunt pluſquam ducenta.

## ANNOTATA.

a D'Aroiſe, *nunc dici notat Mabilio: eſt autem forſitan ea ſilva, quæ ad fines Cambreſii ſita, inter Caſtelletum & Capellam, invenitur in tabula appellari* le foreſt de Roize, *Perona diſtans* 10 *circiter leucis.*

b *Apud Mabilionem ſic legitur*, debilitate in gutture tenens infirmitas multatum: *unde cum nullus elici ſanus ſenſus poſſet, malui redundantia quædam verba expungere.*

c *Quod integrum & amplius annum tenuerit hæc ſacri corporis circumvectatio, intelligitur ex num. ult. Nihil igitur impedit, imo ſuadent omnia, ut hic intelligatur præcipua Baptiſtæ nati feſtivitas, 24 Iunii.*

d *Vtpote populis jam totis in meſſe occupatis, ac deinde in futura vindemia occupandis, quando in ipſis etiam feſtis nonnumquam diſpenſatur.*

e *Vulgo* Vermand, *media inter Peronam & San-Quintinum via.*

f Homblieres *Ordinis S. Benedicti, una ab S. Quintini oppido leuca.*

g Ribemont, *Tardanenſis tractus inſigne oppidum, leucis fere* 3 *à prædicto oppido S. Quintini.*

h *Licet plura loca inter* Ribemont & Laon, *nomen* Court *ferant; hujus tamen munitionis nullum veſtigium in tabula reperio; forte mutato jam nomine in* Riche-court, *vel* Membre-court, *quæ ambo via illa occurrunt.* D

i Le Van *vulgo dicta villa, Laudunenſi urbi ad Orientem ſita, & à Ribemont diſtans itinere leucarum 6.*

k Cinctoria *ſcilicet* cerea, *ad menſuram capſæ vel ejus perſonæ facta, pro quo ſupplicabatur: ſic legiſſe memini in Chronica Gaufridi Voſienſis, quod Lemovicenſi caſtro ab Anglis obſeſſo an.* 1183, mulieres intra muros caſtrum ſtupæ filo cinxerunt, ex quo candelas multas fecerunt, quas S. Martiali aliiſque eccleſiis diviſerunt.

## DE S. SIGISMUNDO REGE.

Pag. 91 *num.* 15 *lin.* 7 *poſt*, Regis & Martyris --- adde --- *Probatio tamen videri poſſit, quod ſuggerit Claudius Caſtellanus, quia Clauſtralis eccleſia Canonicorum S. Ambroſii nomen habet à* S. Sigiſmundo: *habent autem iſti eam eccleſiam ex ſua parte, ſicut Ciſtercienſes eamdem S. Ambroſii Baſilicam cum ipſis habentes, ex ſua parte habent eccleſiam S. Remigii --- tum lin.* 10 *poſt* filiorum *adde --- Ita Franciſcus Barbaranus in Hiſtoria Vicentina pag.* 78, *Aquileiæ eccleſiam eſſe dicit, ubi ad manum dexteram altaris conſpiciatur arca ſaxea, his inſculpta notis:* MCCCXXV Ind. octava, die ſecundo Maji, corpora Sanctorum Felicis & Fortunati (*fuerunt hi Aquileiæ paſſi & referuntur in Romano Martyrologio* XI *Iulii*) Sigiſmundi Regis & Menæ, in hac arca de tumulo inferiori fuerunt tranſlati. *Præterea &c.* *Vincentia.* E

## DE S. BRIOCO EPISC.

Pag. 91 *num.* 1 *hæc* adde --- *Quæ omnia, cum Officio S. Guilielmi Epiſcopi Briocenſis, pro* XXIX *Iulii recuſa ſunt, anno circiter* MDCLX; *ac rurſum, editione nova anni* MDCLXXXIII *prodierunt, ſub felicem ingreſſum ad iſtam diœceſim Ludovici-Marcelli de Coetlogôn, Epiſcopi & Domini Briocenſis.*

## DE S. THEODULFO PRESB.

Pag. 100 *col.* 2 *poſt lin.* 1 *dele lineas* 4 *ſequentes & ex App. pag.* 755 *hæc ſubſtitue --- quos* ex priori conjuge genitos *&c.*

*Ibid. num.* 8 *in fine* adde --- *Totam autem machinam conjecturarum præmiſſarum evertere videretur Mabilio, in Prætermiſſis ad ſec.* 4 *p.* 2, *allegata cujuſdam Gogi ad Nicetium Trevirenſem epiſtola apud du Cheſne tom.* 1, *ubi is ait,* Saluto Theodulfum, ſacri Domitiani Abbatis ſimilem, de cujus ſepulcro roſarum virgulta prodierunt, moribus inſignem & vitæ converſatione ſublimem. *Neſcio an hic nominetur* S. Domitianus, *qui colitur* 1 *Iulii*: Nicetium *ſcio ſeculo* VI *floruiſſe, atque adeo* Theodulphum, *quem is ſalutare jubetur, longius recedere ab ætate Honorii & Ataulphi.* F *Sed obeſo quod videatur vixiſſe ſec.* 6.

## DE S. BERTHA AB.

Pag. 113 *lin.* 9 *poſt verba* --- Sicut S. Benedictus præcipit --- *lineam expunge*, & lege --- *Sed quis ſecuros nos reddet, non eſſe hoc Interpolatoris gloſſema, ejuſdem farinæ cujus tot alia hic adnotanda? Multo efficacius intentum probaret &c.*

*Pag.* 114 *num.* 6 *ſic lege* --- Omnia autem ædificia ſanctiſſima Mater, ſicut S. Benedictus præcipit, circa ædes . . . conſtruxit, excepto molendino.

*Pag.* 115 *Annot.* o *expunge*, & *hanc ſubſtitue.*

o *Sitne hoc ex veteri textu an ab interpolatione novitia, non definio. Reg.* 66 de Oſtiario monaſterii, *ſic habet*: Monaſterium autẽ, ſi fieri poteſt, ita debet conſtrui

A ut omnia neceſſaria, id eſt, aqua, molendinum, hortus, piſtrinum, vel artes diverſæ, intra monaſterium exerceantur. *Fateor ingenue Rubricas Regularum percurrenti mihi nunquam veniſſe in mentem, ut de* Officinis *aut* Molendino monaſterii *quærens, quid S. Benedictus præſcripſerit, Regulam* de Oſtiario *perlegerem, aut alias nihil magis eo ſpectantes. Debuerat ſane pro articulo omnino novo atque diverſo à præcedenti, nova & propria Rubrica fuiſſe poſita. Sed hoc alii curent: ego, quod tali occaſione erravi, libenter retracto. Parum interim ad rem facere puto, utrum ex tali errore expuncta a me verba legantur vel non legantur in Actis, tam parum ſinceris, tamque licenter interpolatis.*

*Pag.* 121 *de* S. Evermaro *num.* 5 adde --- *Ioannes Merſſæus &c. ut in App. pag.* 755.

*Pag.* 130. *Annot.* c *lege* --- Hoyum, *rectius* Hojum, *vel* Hogium, *vulgo* Huy.

*Pag.* 137 *col.* 1 *in Annot. litt.* e --- *ad dextram Moſæ ripam* --- lege --- *ad lævam.*

*Pag.* 139 *Annot.* f *adde* --- *remque ab ovo examinabimus: ſunt enim qui etiam nunc putent, diſtinctionem iſtam mere imaginariam eſſe; ejuſque neceſſitatem apparentem diſcuti poſſe, conciliando Acta Concilii* VII *cum S.*
B *Gregorio Turonenſi.*

## DE S. THEODARDO ARCHIEP.

*Pag.* 141 *n.* 1 *lin.* 15 dele hæc --- *Hujus eccleſia &c.* atque ſubſtitue: *Iacet vero hodie ſacrum* S. Theodardi *corpus in vico de* Ville-Brumié, *diœceſis Montalbanenſis; quo fuiſſe è civitate Montalbanenſi propter hæreticos deportatum, docuit nos Simon de Peyronet, in Notis ad Onomaſticum ſuum Sanctum Gallico-latinum, Toloſæ excuſum, ubi etiam teſtatur nomen ejus vulgo* Saint Audard *efferri. Ejus memoria &c. lin.* 17.

*Pag.* 149 *Annot.* e --- Blitterræ - *l.* - Biterræ.

*Annot.* f --- Helena --- *l.* --- Elena.

*Annot.* g --- *aliis melius* Frodoinus.

*Annot.* h --- Lutena --- *l.* Luteva.

*Pag.* 158 *n.* 1 *lin.* 3 --- Foſſembrone. *l.* Foſſombrone.

*Pag.* 160 *Adde quæ habentur in Append, pag.* 756, *de* Venerabili Geraldo *ſed num.* 1 *lin.* 17 --- *Paruenſem* --- l. --- *Portuenſem, & lin.* 19 *anno* MCLIX --- *ſcribe* --- MDLIX.

*Placeat autem hic animadvertere, protervam hominum nonnullorum inſolentiam; qui Majum noſtrum necdum ſibi lectum eſſe ſimulant, ut non cogantur aut ſuas convictiones,*
C *aut meas ubi opus fuit retractationes agnoſcere; dumque actum agi identidem poſtulant, cohibere ipſi ſe non poſſunt, quin typographica quoque errata cavillentur, etiam iis in locis quæ legere nihil ipſorum intererat; eoque ſatis palam faciant, quam minime incurioſo, ſed máligno oculo excuſſerint omnes librorum meorum angulos; non ut viderent quid ſibi quamque rationabiliter reſponderim, ſed ut anſam quærerent obtrectandi.*

## DE B. VIVALDO.

*Pag.* 161 *col.* 1 *lin.* 1 ſic lege --- *Auctorem tamen putavi me poſſe aliunde cognoſcere* --- & in marg. --- *deſcripta, non à Dionyſio Polinari.*

*Ibid. n.* 6 *lin. penult.* ſic lege --- *eo firmius credebam eſſe ab eodem auctore. Verum id credendo deceptum me fuiſſe, per litteras docuit R. P. Antonius de Terrinca, cujus opera de Sanctis ſui Ordinis deque ſcriptoribus Florentinis mihi modo adferuntur ex Italia.*

*Sed ab Anonymo ſeniore Ord. ejuſdem,*

7 Etenim Dionyſius (*uti ſcribit Antonius, & patere ait ex ipſa ejus Chronica, quæ Ms. Italice ſervatur in Conventu Sanctorum omnium Florentiæ*) Dionyſius, *inquam*, Minoribus obſervantibus nomen dedit in Conventu S. Franciſci Feſularum, anno MDXXXIV; atque eodem anno in Conventu S. Bernardini Capreolæ; prope Senas in Tuſcia, Sacerdos initiatus, primam Miſſam decantavit; demum anno MDLXXX Chronicam ſuam abſolvit, defunctus MDLXXXII. Auctor vero Ms. Codicis, à Silvano Razzio citati & à Franciſco Maria Novello exemplati, anno MDX in ſacro Alverniæ conventu vivebat, ubi anno jam dicto ſcripſit miraculum unum S. Bernardini, relatum in Vita ejuſdem Sancti, Lucæ impreſſa, auctore Fr. Antonio de Terrinca, atque anno MDXLI vivendi finem fecit. Manet ergo Ms. illius Auctor Anonymus, Florentinus tamen: quia in eodem Ms. ſub finem deſcribens quædam de geſtis B. Margaritæ Faventinæ, Florentiæ defunctæ, fatetur cum ea familiaritatem habuiſſe ab infantia in civitate Florentiæ. M

8 *Hactenus Terrinca, verumtamen, æque ac ego antea in Dionyſio Pulinari, deceptus in componenda Anonymi juniore tanoſtri ætate cum* B. Margarita. *Hæc ſiquidem cum S. men quam Humilitate Abbatiſſa ſua, cujus Vitam illuſtravi* XXII *is qui de Maji, ad fundandum Florentiæ monaſterium venit circa B. Margaannum* MCCLXXXII; *quando etiam invenitur ſignata à rita Faven-Vallumbroſano Abbate fundandi licentia, in qua ſupplican- tina ſcrip-tium Sororum prima nominatur* Margarita; *quæ S. ſit,* F *Humilitati anno* MCCCX *defunctæ ſuccedens, quamquam ultra centum annos ipſa vixerit, multo tamen prius obiiſſe debuit, quam noſter Anonymus naſceretur, videlicet circa annum* MCCCL. *Quiſquis igitur iſta* B. Margaritæ *geſta ſubtexuit codici Ms. de quo agimus, apparet eum tranſcripſiſſe, non quæ ipſe, ſed quæ alius de illa ſcripſit, quæque nos habemus danda ad* XXVI *Auguſti*, recollecta per Fr. Petrum de Florentia, Ordinis Minorum; *profitentem, quod* propter intimam familiaritatem, quam *cum Margarita* habuerat, rogatus ab Abbatiſſa & Monialibus, *præſumpſit eam de ſuis ſecretis interrogare; & fide data de non revelandis iis quoad viveret, ipſo quo obiit anno oretenus excepit, quæ deinde ſcripſit; Religioſus utique tunc minime juvenis: ut etiam ipſe prius obiiſſe credi poſſit, quam Anonymus noſter in lucem veniret.*

*Ibid. titulum Vitæ corrige* --- Auctore Anonymo Ord. Obſerv.

## DE B. PANACÆA VIRG.

*Pag.* 165 *n.* 7 *poſt* --- *Opera pretiũ* -- expunge ultimas 7 lineas, atq; ſubſtitue --- *Hæc jam impreſſa cum legiſſet noſtri operis ſtudioſiſſimus, & tum Collegii Ge-* F *nuenſis Rector R. P. Ioannes Stephanus Fliſcus, ſignificavit, Vita Italica auditam ſibi de corporis tranſlatione curioſam narratio- recentior, nem, quam mirabatur à Carolo Epiſcopo fuiſſe prætéritam. Ego vero ne ultra hanc deſiderem, vel ipſum prænemorati Rochi ſcriptũ inveniri poſſe ſperem, facit accepta nuper, quæ anno* 1671 *Mediolani iterato impreſſa fuerat, Italica ejuſdem Sanctæ Vita, auctore Æmiliano Caſtilionæo Congregationis Somaſchæ Presbytero Regulari, atque dedicata Illuſtriſſ. Marchioniſſæ Corneliæ Viſconti Borromeæ Littæ. In hac enim Vita collectum legitur, quidquid, voce, pictura, ſcriptura traditum haberi nunc poteſt: ſcriptura autem alia nulla allegatur pag.* 54 *quam Vita, juſſu prælaudati Epiſcopi à Baſilica Petri exarata, aſſervataque inter chartas eccleſiæ Parochialis Quaronenſis, nulla facta mentione antiquioris alicujus quæ uſpiam reperiatur.*

8 *Iſta autem recentior, poſt præambula quædam, aſſumptum argumentum ſic aggreditur.* Quarona Terra eſt *qua diſtin-* diœceſis Novarienſis, à ſua metropoli diſtans paſ- *ctius explicatur gemi-* ſuum millibus circiter XXII, ad pedem cujuſdam *num patris* collis, quem præterlabens Seſia non minus ſalu- *matrimo-* brem quam amœnum reddit. Huc habitationis ſuæ *nium,* ſedem tranſtulerat, Laurentius de Mutiis, Cadarafanii natus, ſed à Celiis cognominatus, quia matrem habuerat Celio oriundam, indeque Celiam nuncupatam. Ibidem etiam Mariam Agamienſem ſibi copu-

A copulavit uxorem, & ſutoriam exercuit, ac filiam genuit, nuncupatam Panacæam, haud ſine præſagio ejus gratiæ, qua ad morborum quorumcumque curationem eſſet poſt mortem divinitus illuſtranda. Deſiderio deinde ejuſdem ſuæ uxoris obſequens, ad patrium illius ſolum Agamium, paſſuum millibus undecim Quarona diſſitum, habitationem tranſtulit, poſt tertium felicis ſui conjugii annum. Sed ea felicitas diuturna non fuit: paucos enim intra dies novæ in patria commorationis, febri contacta Maria, viduum maritum reliquit. Hic ad alteras nuptias cito tranſiens, adſcivit in conjugem Margaritam de Gallogis Locarnenſibus, ex parochia Paronis, modice remotâ à valle Seſiæ: itáque ad priores lares Quaronam remigravit. Ex eo matrimonio nata filia altera, pariter quidem adoleſcebat cum Panacæa; ſed tantum ab ejus diſcrepabat moribus, quanto magis aſſimilabatur matri, nimium diſſimilis ingenii mulieri: quæ ut impotentius proprium amabat fœtum, ita furioſius oderat alienum; ſuæque filiæ diſſimulans vitia, ipſas privignæ virtuoſas actiones ut

*noverca ſævitia,*

B crimina graviſſima deteſtabatur. Imprimis tamen orationis frequentioris ſtudium intolerabile videbatur nihil niſi terrena cogitanti, totumque tempus quod ei impederetur familiæ neceſſitatibus decedere exiſtimanti. Quare cum in ſtabulo Panacæam aliquando orantem deprehendiſſet ferox noverca, tanto furore percita fuit, ut fuſte caput ei contundens, non ceſſaverit prius innocentem affligere, quam, ſanguine ex vulneribus atque potiſſimum ex naribus fluente coopertam, extenderet in palea: ubi pene exanimem ſequenti nocte reperit pater, caſu illuc cum lucerna ingreſſus: adhibitiſque fomentis, per ſe perque accurrentes in auxilium vicinos, ægre ad uſum ſenſuum revocavit

9 *Hactenus ſcriptor iſte recentior: cetera quoad modum patrata poſtea cædis nihil diſcrepant à præmiſſis, ſed oratoriâ dumtaxat eloquentiâ exaggerantur ſingula; ac denique additur impia noverca funeſta mors, quam ipſa ſibi conciverat, de alta rupe corpus præcipitans. E converſo corpus Sanctæ privignæ, ait Auctor, non ſolum ardentis faſcis præmemorato miraculo indicatum fuiſſe accolis, ſed etiam ultroneo pulſu Quaronenſium campanarum. Cum vero admirationem augeret rigidi corporis immobilitas, ad eum-*

*divinitus caſtigata,*

C

*dem ubi jacebat locum (ipſum ſcilicèt montem, in quo ædificata erat Parochialis ædes Quaronenſium, ſanctæ Baptiſtæ dicata) eodem, inquam, accurriſſe dicitur vicinorum oppidorum populus omnis cum ſuo Prætore, qui tunc fuerit Ambroſius de Pantaleonibus; atque Novarienſi Epiſcopo, qui erat Oldradus Oldradius Mediolanenſis.* Hujus manibus, *inquit Æmilianus*, moveri ſe permiſit cadaver carroque imponi; non tamen prius avehi alio, quam loco robuſtorum boum jugum ſubirent vitulæ duæ, etiamnum lactentes. Jamque à monte ad planitiem Quaronenſem adductæ Sanctæ, ubi erat fundus cujuſdam Laurentii Juliani de Celio, deſignabatur ædificanda eccleſia; eo quod vitulæ iſtic carrum ſtitiſſent, idque non fruſtra eſſe crederetur: ſed cum ille neque ad vendendum neque ad permutandum fundum ſuum induci poſſet, audita eſt vox de cælo dicens: Tam longe ego hinc recedam, ut cum volueritis ad me venire, integer vobis dies impendendus ſit in itu redituque.

D

*& Tranſlatio corporis,*

*Quaronæ.*

10 Tum vero Agamium verſus carrum trahere cœperunt vitulæ; ſequentibus turbis, neque credentibus longe à Quarona ſubſtitura animalia, ubi autem ſubſiſterent, locum eccleſiæ ſtruendæ capturis. Sed vitulæ porro gradientes, & Agamio propinquantes, venerunt in campum Banchelorum dictum, ubi mater Panacææ olim cœperat infirmari: ibique ad horæ quadrantem moratæ, tranſierunt in locum, ubi eadem eſt ſepulta atque immobiles hæſerunt, ſonantibus mox ultro Agamenſium campanis, ſicut antea Quaronæ factum erat. His mirabilibus aliud acceſſit: qua enim ultima vice tranſiverunt vitulæ verſus ſepulcrum matris, ſiccata eſt palus quæ locum minus ſalubrem reddebat. Ibi ergo filiam juxta matrem ſepelivit Epiſcopus, peculiari tamen in monumento, crate ferrea cincto, non ſine encomio panegyrico, tunc pariter pronuntiato. In ipſo quoque monte S. Joannis, ubi vitam finivit Sancta, colitur omni ſecunda cujuſque menſis Dominica, habeturque os unum ipſius, cum carbonibus ex faſce combuſto reſervatis. Supra ſaxum, in quo cæſa fuit, dedicatum altare eſt, cui hæc verba inſcripta leguntur: In loco hujus ſancti altaris migravit ad Dominum beata virgo Panacæa, Virgo & Martyr.

*Agamium.*

E

*illius nihilominus altare Quaronæ in loco cædis.*

F

# APPENDIX

## AD DIEM SECVNDAM MAII.

PAg. 166 *col.* 1 *poſt* S. Flaminam *ponatur.*

### S. Avia Virgo Martyr circa Pariſios in Gallia.

*Ibid. col.* 2 *lin.* 6 *ponatur*, S. Valentinus Epiſcopus Genuæ in Liguria: *ponatur ſcilicet ante S. Athanaſium, & deleatur ut eſt poſt* 9 *lineas ante S. Waldebertum.*

*Ibid. poſt* B. Conradum, *ponatur.*

### B. Mafalda, Luſitaniæ Regis filia, Ord. Ciſtercienſis Aroquæ.

*Pag.* 167 *col.* 1 *lin.* 5 *dele quæ ſunt de* S. Avia.

*Ibidem col.* 2 *dele ibi dicta de Mafalda.*

*Pag.* 168 *col.* 1 *ſub finem addatur* S. Lucifer *Epiſcopus &c. uti in App. pag.* 756.

*Ibidem col.* 2 *in medio poſt* S. Caſſianum *ponantur*, BB. Soſtenius & Uguccio, *ex primis ſeptem Fundatoribus Ordinis Servorum B. Mariæ, hodie an.* 1281 *mortui dicuntur: de omnibus ſimul agetur ubi de S. Philippo Benitio* XXIII Auguſti.

### DE SS. GERMANO ET CÆLESTINO MM.

PAg. 179 *n.* 2 *lin.* 13 *Bononiæ* --- adde --- *Idem dixerim de* SS. Germano & Cæleſtino, *quorum Reliquiæ aliquæ habentur in eccleſia Societatis noſtræ Monaſterii in Weſtphalia; atque in earum indiculo ad nos miſſo laudantur, tamquam* Romæ multa in carcere paſſi, *ex fide hodierni Romani Martyrologii, in hoc (ut mox apparebit) nequaquam recipienda. Similiter à prænemorato* Cæleſtino *diverſum putamus &c.*

*Ibid. lin.* 10 à fine --- *Romano Martyrologio* --- l. --- *Romanis Martyribus.*

*Pag.* 183 *poſt Commentarium de* S. Flamina, *adde alium de* S. Avia.

# DE S. AVIA VIRGINE MARTYRE

## *CIRCA PARISIOS IN GALLIA.*

D. P.

*Cultus Veneti,*

POſt SS. Elenaram, Sponſariam, & Flamianam, *in Gallia paſſas ſub Diocletiano, damus hic alteram Virginem Martyrem in eadem Gallia, ſed tempore nobis ignoto coronatam, atque antehac inter Prætermiſſos relatam, quod nihil tum de ipſa ſciebamus. Nunc iſtic dicta expungi juſſi: invenitur enim nomen inſcriptum Proprio Venetenſis diœceſis, & plures ejuſdem per Galliam eccleſias eſſe, doceor à talium rerum obſervatore*

*eccleſiæ alibi & Pariſiis,*

*curioſiſſimo, Claudio Caſtellano; atque imprimis Pariſiis antiquiſſimam unam, unde appellationem habet platea inter celebriores urbis numeranda, dicta de* Sainte Avoie. *Vt enim* Via, *Gallice* Voie; *ſic* Avia, Avoie *redditur. Erraverunt enim noſtri Patres, Labbe & Bonnefons, confundentes illam cum* S. Aurea, *vulgo* Sante Aure *dicta;*

B

*perperam tributa S. Aureæ,*

*hæc namque* S. Aurea, *in Parochia S. Pauli (intra cujus diſtrictum Patres illi habitarunt in noſtra ibi Profeſſa domo) feſtum de præcepto habet* IV Octobris, *quod ab aliquot annis in Dominicam primam menſis transfertur: ac etiam in eccleſia ſancti Eligii Barnabitarum, ubi eſt corpus ejus. Iſta vero* S. Aviæ *eccleſia, olim à Beguinis poſſeſſa, nunc obtinetur & colitur à Religioſis Vrſulanis, quæ ſuæ iſtius Patronæ feſtum agunt prima Dominica Maji, cum officio de Communi Virginis ac Martyris & Plenaria Indulgentia. Sed neque hæ, neque iſtæ quidquam ſciunt aut ſciverunt de ejus Actis; ſolum in pariete exteriori eccleſiæ monſtratur Sanctæ iſtius imago anaglypha, tamquam proſpicientis per feneſtram. Porro cum eccleſia iſta ab annis pluribus quam quadringentis ſuum iſtud nomen habuerit; & dum iſtic Vrſulinæ collocabantur, nemo cogitaverit de ulla convenientia ejuſdem Sanctæ cum S. Vrſula; apparet Arturum à monaſterio, quando ipſam confudit cum* S. Avina, *Vrſulanæ Societatis una juxta Crombachium, in iſtam conjecturam deductum ex eo ſolummodo, quod* S. Aviam *nunc videret ab Vrſulanis coli. Eſt & alia ſimilis nuncupationis eccleſia in diœceſi Pariſina, teſte prælaudato Caſtellano. Plures ſi indicentur, libenter eas his attexam, nec non quidquid ulterioris notitiæ fortaſſis aliquando erueretur in lucem.*

*pejus etiam credita Societatis Vrſulanæ una.*

E

*Pag.* 183 *de* S. Sichario M. *num.* 3 *lin.* 4 --- *nomen impoſuerant* --- adde --- *in honorem* S. Sicharii *Epiſcopi Lugdun. ſeculo* V *celebris, qui colitur* XXVI *Martii; ejuſmodi, inquam, puerum aliquem cogitare poſſem, hac ſecunda Maji &c. lin.* 5.

*Pag.* 186, *ante Commentarium de* S. Athanaſio, *ponatur ſequens de* S. Valentino Genuenſi *novus; & qui nunc invenitur pag.* 273 *deleatur; totus enim mutandus fuit, acceptâ quæ deſiderabatur Vita, & ætate verosimilius definita.*

# DE SANCTO VALENTINO

## *EPISCOPO GENVÆ IN LIGVRIA.*

## COMMENTARIUS PRÆVIUS.

### De ejus ætate & Vita, diu poſt Inventionem Corporis, ſeculo x factam, ſcripta.

ANNO CCCXXV VEL XL.

C

*Ex certo cognita ætate Diogenis Ep. 8, pro an.* 381,

NOn *ita accurata Genuenſium monumenta ſunt, ut de* S. Valentini *ætate ex iis poſſit aliquid certo pronuntiari. Paſſim opinantur Scriptores, teſte Vghello tom.* 4 *Italiæ ſacræ, ipſum Eccleſiam ſuam gubernaſſe, quintum in ordine Epiſcoporum, quorum tamen nullum nominant, præter Salomonem, qui* Valentinum *anteceſſerit, vixeritque ſeculo Chriſti* II *vel* III. *Primus, cujus nobis certo innotuit ætas,* Diogenes *eſt, anno* CCCLXXXI *præſens Concilio Aquilejenſi. Ab hoc ſi ſurſum aſcendas, per* Sanctos Romulum, Syrum, Felicem, *ſextum (ut aiunt) Genuenſium Epiſcopum; non poterit quinti ante illos* Valentini Cathedra, *quam annis fere tredecim dicitur tenuiſſe, longe removeri ab ætate S. Silveſtri Papæ. Nam & ſucceſſor ejus poſt S. Felicem S. Syrus, ſediſſe dicitur annis viginti; ut autem prædictis Felici & Romulo, Diogenis immediatis deceſſoribus, quorum Sedi nulla certa definitur duratio, non amplius quam quinquennium vel decennium junctim tribuas; ipſumque Diogenem non niſi ſub tempus Concilii Aquilejenſis Epiſcopum factum concipias; neceſſario tamen incurres in Pontificatum Silveſtri, qui annis ferme* XXII *Eccleſiam rexit, anno* CCCXIV *ordinatus.*

*ſequitur Valentinum floruiſſe ſub S. Silveſtro*

2 *Certe qui* in ecclesia Apoſtolorum *ſepultus dicitur, non poteſt neque ſediſſe neque obiiſſe diu ante annum* CCCXIV, *quo Conſtantinus edixit,* ut, quod Romæ cœperat, eccleſiæ toto orbe Romano ampliöribus ſpatiis ædificarentur, *ſicut ex Euſebio docet Baronius: quæ eccleſias uti primus Silveſter ſub nominibus Sanctorum dedicandas inſtituit, ita exemplum ejus primus Genuæ potuit ſecutus eſſe* Valentinus, *& mox obiiſſe anno* CCCXXV. *Hunc annum mortis ut definiam, facit quod in Epitaphio,* F *cum quo repertum poſt novem ſecula corpus fuit, notetur* Indictio tertia decima. *Etenim Conſtantinus, numerandarum Indictionum, & ſingulis quindenniis innovandarum, initium fecit anno* CCCXIII; *à quo anno primum numerata Indictio* XIII, *ſignavit annum* CCCXXV, *ſupra indicatum; unde ſi detrahas annos* XII, *menſes* XI (*hos enim & Epitaphium definit (fuerit ordinatus* S. Valentinus *anno* CCCXII, *ipſis Kalendis Iulii in Dominica. Ita porro ſucceſſor* Felix, *uſque ad annum* CCCXLV *Eccleſiam rexerit; ita* Syrus, *cujus toto Pontificatu graviſſimis Arianæ tempeſtatis procellis agitata Eccleſia fuit, anno* CCCLIX *Arimini vel etiam* CCCLXV *Mediolani vexatus ab hæreticis, meruiſſe potuit, ut* Martyr *diceretur; quo titulo eum S. Gregorius lib.* 4 *Dialog. cap.* 53 *cohoneſtat. Sed idem S. Gregorius, jam deprehenſus in Sanctis Epiſcopis Zenone, Iuvenale, atque Herculano, tali titulo liberalius quam par ſit uti, haud ſatis firmæ auctoritatis nobis eſt pro vero* S. Syri *martyrio, de quo agi poterit die* XXIX *Iunii. Tantumdem fere erit, ſi recurrentem* XIII *Indictionem expectare malis, & anno* CCXL *mortuum* S. Valentinum *tenere. Sic enim deceſſor ejus* Salomon, *poſt tres Epiſcopos, quorum memoriam abolevit perſecutionum turbo, eccleſiaſtica in pace Nicænorum Patrum anno* CCCXXV *unus fuerit; pro eoq; non diu ſuperſtite ordinatus* Valentinus *anno* CCCXXVII

*& ex Indict.* 13 *colligitur obiiſſe* 325.

pridie

A *pridie Nonas Iunii seu die* IV., *undecimum fere mensem supra* XII *annos expleverit*; Felix *usque ad annum* CCCXL, *cum plerisque aliis in Ariminensi concilio deceptus, paulo post forsan præ dolore obierit*; Syrus, *post exilium SS. Dionysio, Lucifero & Eusebio indictum vexatus fuerit*; Romulus *circa* CCCLXVII *successerit, & ante* CCCLXXX Diogenes.

3 *Prælaudatus Vghellus Vitam* S. Valentini *aliquam habuit, indeque transcripsit corporis, anno (ut ait)* DCCCCLXXXV *inventi translatique, Historiam. Habuit eamdem etiam Ferrarius, & ex ipsa retulit Miracula quædam, diu post inventionem prædictam patrata, cum ecclesia S. Syri (sic enim dicta fuit, quæ primitus à Sanctis Apostolis nuncupabatur) ad Monachorum usus translata Abbatem haberet, Episcopali Sede ad ecclesiam S. Laurentii traducta. Vitam illam ut quæreret rogatus R. P. Ioannes Stephanus Elisæus, nulli quidem pepercit operæ, sed frustra ei cessit conatus omnis. Quapropter cum primum de* S. Valentino *egimus, nihil reperimus quod adderemus paucis quæ Vgellus Ferrariusque suppeditabant, præter elogium virtutum ex Proprio Sanctorum Genuensium transcriptum: in quo quia notabamus, non legi nisi generica & cuivis Sancto* B *Episcopo aptabiles laudes, suspicatus sum, in eo qui requirebatur textu nihil singulare circa viventis acta contineri. Quam id jure merito, postea docuit Romæ inventum à Ianningo nostro instrumentum authenticum, quo ipsam originalem Vitam contineri, ex eo descriptam codice qui Genuensi Cathedrali ecclesiæ in usu fuerat, hoc præambulo constabat.*

*ejus Vita ex Ms. Cathedralis Genuæ,*

4 In nomine Domini. Amen. Noverint universi & singuli, qualiter Magnificus D. Antonius Maria Montebrunus qu. Magn. Francisci, Patritius Genuensis, constitutus coram Illustri & admodum Rev. D. Papiniano Denalio, Regiensi I.V.D. Protonotario Apostolico, Canonico ecclesiæ S. Mariæ In via lata almæ Urbis, Illustriss. & Reverendiss. Domini, D. Horatii Cardinalis Spinulæ Archiepiscopi Genuensis Vicario Generali, exposuit, in libro magno chartæ pergamenæ manuscripto, assulis cooperto, & in sacristia ecclesiæ majoris Genuæ, una cum aliis libris & suppellectilibus ejusdem ecclesiæ asservari solito, inter cetera reperiri scriptam Vitam Sancti Valentini Januensis Episcopi, cujus tenor de verbo ad verbum sequitur infra, & est talis. Incipit Vita S. Valentini Januensis Episcopi. B. Valentinus bonæ indolis puer &c. *Relato Vitæ textu (quæ potius* Sermo *appellandus esset quam* Vita) *sequitur Notarialis attestatio de ipsius antiquo in ecclesia usu, & fide transsumpto habenda, hoc tenore.*

*Notarialiter transscripta,*

C 5 Qui quidem Magnif. D. Antonius Maria Montebrunus, debita cum instantia requisivit de præmissis publicum transumptum fieri, & in publicam transumpti formam redigi, & de hujusmodi publico transumpto ipsi copiam tradi, ac alias in præmissis opportune provideri omni meliori modo &c. Qui quidem Illustris & Admodum Rev. D. Papinianus Vicarius generalis, visis & auditis attestationibus cum juramento factis, per Reverendos D. Franciscum de Ferrariis & D. Seguranum Morandum, Capellanos Massæ prædictæ ecclesiæ majoris Genuæ, attestantibus recordari, quod alias (jam sunt plures atque plures anni) Vita prædicti S. Valentini legebatur & recitabatur in choro d. ecclesiæ in recitatione Officii; librumque præd. in quo illa descripta est, fuisse & esse librum antiquitus asservari solitum in Sacristia ejusdem ecclesiæ; quia ipsi interfuerunt, & viderunt, & audiverunt, prædictam Vitam S. Valentini ut supra legi, & librum ipsum ut supra asservari, & pro tali ab aliis Capellanis & Presbyteris d. ecclesiæ, antiquioribus & modernis haberi, teneri, & reputari: & demum, cum plena & sufficienti causæ scientiæ redditione, mandavit & mandat

*& probata in usu Ecclesiæ antiquo fuisse,*

præd. Vitam S. Valentini, per me Notarium & Cancellarium infrascriptum transumi, transcribi, & exemplari, & in publicam transumpti formam redigi; & successive pronuntiavit & declaravit, hujusmodi transumpto adhibendam esse & adhiberi debere illam eamdem fidem, ac habere illam vim & robur, quæ & qualis adhiberetur, ac quam & quod haberet originale illius, in eodem libro scriptum, ubi, quoties, & quando liber ipse & originale prædictum produceretur & exhiberetur; præmissisque omnibus & singulis (causa prius plene cognita) suam & officii sui, & Curiæ Archiepiscopalis Genuæ, qua fungitur auctoritatem interposuit & interponit, pariter & decretum laudans. De quibus omnibus per me Marcum Antonium Mulfinum, Notarium & Cancellariū &c. Actum Genuæ in palatio Archiepiscopali, anno à Nativitate Domini millesimo sexcentesimo octavo, Indictione quinta, secundum Genuensem cursum, die lunæ vigesima quarta Martii in vesperis; præsentibus D. Antonio Maria Montebruno filio Stephani, & Hieronymo Odono qu. Augustini, testibus ad præmissa vocatis & rogatis.

AUCTORE D. P. *an.* 1608 *Genuensiū* 24 *Martii,*

6 *Concursus feria* II *cum die* XXIV *Martii, exigens litteram Dominicalem* G, *simul cum numero Indictionis* V, *annum nobis notat* MDCVII. *Qui cum* secundum Genuensium cursum *scribitur* MDCVIII, *patet quod secundum istum etiam hoc tempore numerentur anni Genuensibus, itidem ut Pisanis, ab Incarnatione, novem omnino mensibus ante Nativitatem Christi, & quidem præveniendo ipsum diem* XXV *Martii, atque à Vigilia dicti festi annum novum auspicando. Sic transumptum à Notario Mulfino ecgraphum, ex ejusdem protocollis anno* MDCXII *die* XI *Maji transcribi fecit, transcriptumque (quod habere nos dixi) in formam publicam probantemque redegit.* Jacobus Cuneus qu. Lazari, publicus Imperiali & Genuensium auctoritatibus Notarius. *Huic vero fidem amplam fecit, eodem die & anno, idem qui supra* Papinianus Denalius; *subsignavitque* Silvester Merellus, Notarius, & Curiæ Archiepiscopalis Genuæ Cancellarius, *Atque hæc sunt quæ Romæ Ianningus noster reperit, fortassis ad probandum veterem cultum illuc allata, & unde impressa dantur sequentia, sub titulo* Sermonis.

E *nobis* 1607.

*iterumque* 1612 *hic datur,*

7 *Fuit is compositus ante annum* MCCXL, *quando, teste Vghello,* transtatum fuit venerabilis Præsulis *Valentini* corpus, ab æde S. Syri, ad novam Cathedralem S. Laurentii: quod Joannes Archiepiscopus hujus nominis tertius, *cognominatus de Cuturno,* reperit ibidem, atque honorificentiori loco excepit. *Sed quomodo* novam *illic* Cathedralem *ait? cum ipsemet de Ioanne II scribat, quod circa idem tempus, quo is* corpus S. Valentini prædecessoris repertum, juxta altare majus in ecclesia S. Syri collocandum curavit, *id est circa annum* DCCCCLXXXV, Sedem Episcopalem transtulit, ex eadem S. Syri ecclesia ad ædem S. Laurentii, intra urbis mœnia. *Rursum quod ait Vghellus,* transtatum fuisse idem corpus S. Valentini, *intelligendum est de notabili ejus parte: siquidem prælaudatus P. Flisæus* traditione *haberi scribit,* partem sacri corporis relictam fuisse in ecclesia S. Syri, ubi in ara maxima, in arca marmorea nigri coloris, affabre elaborata atque ornata signis æreis deauratisque, servatur, publice venerationi exposita: reliquam partem in ecclesia S. Laurentii reconditam sub ara majori.

*compositæ ante an.* 1240.

F

*quo pars corporis fuit transtata ad S. Laurentii.*

SERMO

# SERMO IN FESTO

## ex Veteri Ms. Cathedralis Genuenſis.

### §. I. *Encomium Vitæ.*

*Ab adoleſcentia probatus Sanctus,*

BEatus Valentinus, bonæ indolis puer, à pueritia Chriſtum ſtuduit diligere, valenter carnis delicias, & voluptates ſeculi calcans potenter, Dei præcepta in ipſa ætatula ſubſequens diligenter: neque enim, ut illa fert ætas, puerili laſcivia relaxabatur; ſed totus circa eccleſias & loca ſancta erat intentus. Fidem, quam Chriſto in baptiſmo promiſerat, fidenter conſervans, ab omnibus pompis diabolicis ſeſe cuſtodiebat refrænans. Hic talis ac tantus, decedente
a Januenſis Eccleſiæ qui tunc erat *a* Præſule, à Clero populoque unanimiter electus, in Sede Pontificali violenter inthronizatur: qui qualis quantuſque fuerit ſequens opuſculum obſequendo monſtrabit: idem namque perſeverabat qui prius fuerat. Beatus
*factuſque Epiſcopus,* namque Valentinus ſalubriter Paſtoralem curam
B ita geſſit, ut vita cum meritis concordaret. Propter culmen honoris, à recto tramite non deviavit intentionis pedem: ſed vera ſemper viriliter permanſit in fide. Iſte talis ac tam laudabilis viduarum nutritor fuit, orphanorum & peregrinorum pater exſtitit; dicens Beati Job verba, Quia ab infantia
Iob 31, 18 crevit mecum miſeratio, & de ventre matris meæ
Eccl. 46, 9 egreſſa eſt mecum: &, ſicut in libro Sapientiæ legitur, In diebus ſuis miſericordiam fecit. In ſulcis
*b* agreſtium hominum, [id eſt in eorum] cordibus,
b divini verbi ſemina ſerebat; eradicans omnia nequitiæ germina, ſuadens ut Chriſto munda præparent corda, & Domino lucrifaciebat, quos diabolo abſtrahebat.

2 Fidelis namque ac prudens diſpenſator, in magni patrisfamilias domo conſtitutus erat, ut cum
*virtutibus ſuo gradu dignis excellit,* ſervis ſuis in tempore ſuo menſuram tritici erogaret. Quid dicemus, quam ſeverus in corripiendo, quam alacer in prædicando, quam benevolus fuerit circa ſubditos? Oppreſſores pauperum & viduarum libera & aperta voce corripiebat, ſecundum Apoſtolicum præceptum arguendo, obſe-
Tim. 4, 2 crando, increpando: tam Domino quam hominibus complacebat in hoc ſeculo: pernox ſemper in orationibus ac vigiliis; ut frugi homo parcus in cibis. Bonum namque qui ſolitus erat conſueſcere, pudebat deſueſcere: in adverſis & proſperis perſtabat fortis: in agone poſitus ſpeciali, infatigabiliter ſcutum tenuit fidei; totuſque vitæ ejus excurſus, cum Principe mundi fuit conflictus. In viis juſtitiæ rectus, in conſiliis providus, in donationibus largus; Chriſtum in ore, Chriſtum in mente ſemper commemorabat attentus; omni enim dignitate extitit præclarus, omni bonitate comptus; ſtatura decens, vultu honorabilis, facie venuſtus, corde lætus, conſilio ſapiens, ore jucundus, moribus compoſitus, atque in omni opere Dei ſtrenuus. Vigili namque cuſtodia mentem cuſtodiens, non ut Isbozeth quondam ad oſtium ancillam poſuerat, ſed Chriſtum habebat cuſto-
c dem; qui eſt januæ *c* pro peſſulo, per quem tranſeunt fideles, & ingrediuntur & regrediuntur oves; qui ad januam noſtri cordis pulſat, ut cum Patre Spirituque ſancto veniens in nobis requieſcat..... *d*
d Beati inquit miſericordes, beati pacifici, beati pauperes ſpiritu, beati qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam, beati lugentes & patientes, & beati mundo corde; quoniam ipſi Deum videbunt, ipſorumque erit regnum cælorum; non eorum, qui extol- D
luntur in honoribus & divitiis, & qui gloriantur in ſignis & prodigiis.

3 His, & talibus beatus Valentinus florens virtutum chariſmatibus, tamquam miles emeritus, poſt longa hujus vitæ certamina, hominem exuens, *moritur 2 Maji.* ad ſiderea tranſiit regna, die ſecunda poſt præno-
minatas kalendas *e* Majas; dans terris membra, ſpi- e
ritumque cælo. Sepultus eſt in eccleſiæ *f* Apoſto- f
lorum antro, in ſacrofago plumbeo, quod poſitum eſt in tophea tumba, ubi florent orationum ejus merita, quamdiu mundi hujus verſatur orbita. Et, ſicut reperimus ſcriptum in tabula marmorea, antiquitus ſuper memoriam B. Valentini poſita, deguit in hoc ſeculo ſeptuaginta quinque annos, in Pontificatus culmine præfuit annis duodecim, menſibus undecim, Indictione *g* tertia decima, re- g
gnante Domino noſtro omnipotente, ſereno, atque ſacratiſſimo; qui nunquam non fuit, nunquam aliter fuit, nunquam aliter erit; qui difficile invenitur ubi ſit, difficilius ubi non ſit; cum quo non omnes poſſumus, ſine quo nullus noſtrûm eſſe poteſt; ipſo adjuvante, qui in trinitate perfecta vivit & regnat, per cuncta ſecula ſeculorum. Amen.

## ANNOTATA.

E

a *Hunc fuiſſe* S. Salomonem *ſeu* Salonem, *qui 28 Septembris colitur, poteſt prudenti aliqua conjectura ſuaderi.*

b *Forte legendum.* Inſulſis, *& tunc nil ſupplendum eſſet.*

c *Exgraphum noſtrum*, Propes, *quod ſenſum non faciebat.*

d *Ibid. additur* Ecce omnia hæc: *ſed ſequitur*, Hic omittuntur tres lineæ parvæ, quæ legi non poſſunt perfecte, cum charta in parte ſit lacerata, & ſequitur in principio ſequentis chartę: ſacra. Beati &c. *Parva hæc ſane jactura eſt, cum parum admodum ad hiſtoriam faciat generale encomium.*

e *Diſtinctius Proprium Genuenſe*, VI nonas Maji, *id eſt, 2 die Maji.*

f *Ibidem*, duodecim Apoſtolorum; *quæ poſtea dicta eccleſia* S. Syri.

g *Anno, ut dictum* 325 *vel* 340.

### §. II. *Inventio, elevatio, & miracula.*

HUjus talis ac tanti Valentini Præſulis, unde ſuperius epilogum fecimus, latuit mor- 4
talibus corpus, humatum intra S. Syri ec- *Corpus occultum uſque ad tempus Ioannis Epiſcopi,*
cleſiæ ſinum. Sed ſicut ab antiquioribus noſtris dicimus, dum in eodem locello ignoto euntium & redeuntium pedes deambularent, quaſi quidam concavitatis ſentiebatur ſonus, terraque tremere: unde quam plurimi magnæ vitæ virum, ſicuti & erat, quieſcere [ibi] opinabantur. Qui cauſa devotionis, quadrificæ compoſitionis incaſtraturam ligneam ſuperius extruentes, ab injuria Sancti omnium remoti ſunt pedes. Quæ ita permanſit noſtris uſque temporibus, donec curam Paſtoralem obtinuit Ioannes, hujus Januenſis civitatis Epiſcopus. Cum igitur Domino omnium bonorum *in reſtauratione eccleſiæ repertum* inventori placuiſſet, ut egregii viri tam vita quam corpuſculum panderetur, dum memoratus Epiſcopus eccleſiam S. Syri in monaſticæ inſtitutionis ordine ordinare cuperet, & populus dirutam eccleſiam jam in melius reſtauraret ac fundamenta jaceret; repererunt corpus ſanctiſſimi Valentini, in loco de quo jam diximus, integrum veſtibus & corpore.

5 Quod citis greſſibus illico Epiſcopo nuntiatum.

A tum eſt; qui celerius Diaconum ſuum miſit, ſcire cupiens utrum ita ſeſe res haberet; indicens in mandatis, ut diligentius inquireret, an Sanctus annulum in manu haberet, quem juſſit ut ſibi detuliſſet. Qui veniens adhuc in eodem loco corpus ſanctum reperit; & cauſa cupiditatis (ut juſſus fuerat) annulum abſtulit, partemque aliquam carnis cum veſte rapuit; ſed eam illico ſuper altare poſuit, annulum autem Epiſcopo detulit; & partem, quam de corpore Sancti tulerat, & ſuper altare repoſuerat, per ordinem pandit; eumque idem Epiſcopus invexit *a*, quod ſtulte fecerit; atque præcepit in mandatis, ut quantocius carnem cum veſte in ſepulcro juxta corpus reponeret, unde abſtulerat; quod & fecit. Domnus autem Epiſcopus, cum ſacro ordine Clericorum & multitudine populorum, exinde glebam Sancti auferens, cum omni reverentia juxta altare majus poſuit, quoad uſque locus, ubi inde reconderetur, aptiſſime perficeretur. Quod Deo annuente completum eſt, & ab omni plebe donatione larga tantum largitum eſt, unde camera totius eccleſiæ penè ad finem perfecta eſt. De loco autem, ubi Sanctus jam pridem jacuerat, tabula inventa eſt marmorea; in qua ejus nomen & vita decenter eſt ſcripta, quæ permanet *b* uſque hodie ad multorum notitiam.

a *juxta altare locatur.*

B

b

c *Sancto invocato bucella faucibus inhærens ejicitur.*

6 Alio namque tempore quidam vir de *c* Vintimilienſi caſtro, cum Domino ſuo videlicet Comite, in Januenſem convenerat urbem; qui à quodam ſuo amico ad domum propriam invitatus, dum hora prandii pranderet, ſubito quædam offa carnis in ejus hæſit gutture, ut nulla agitatione vel impreſſione ejicere eam poſſet vel glutire. Qui nimia anxietate attritus, & mortis timore percuſſus, ad eccleſiam S. Syri confugit, ubi venerandi Patris Valentini jacet corpus, pro anima rogaturus, vel ultimum Viaticum ſumpturus. Quem ſic pavitantem & ſemimortuum Abbas videns, cauſamque dignoſcens; monuit ut quantocius eccleſiam intraret, & Sanctorum patrocinia imploraret. Cujus monitis obtemperans, ingreſſus eccleſiam, dum ternas ad unumquodque altare venias, lacrymans flecteret, atque ante S. Valentini aram ternam genuflexionem compleſſet; ab ejus ore illico bucella carnis, cum ſanguine proſiliens, ante altare corruit; ſanuſque & incolumis reſtitutus, Deo ac S. Valentino gratiarum actiones referens, ad propria eſt reverſus.

C

d *contracta curatur.*

7 Puella quædam alio in tempore de Aſtenſi *d* urbe, à parentibus ſuis in Genuenſem delata eſt civitatem, quæ ita erat indebilitata corpore, ut vix quoquam deambulare poſſet: nam calcanea pedum ejus, præ nimia infirmitate ita cruribus inhæſerant, ut niſi reptans manibus, poſitis ſubſtentaculis, alicubi non procederet. Quæ dum die quadam Dominica ita clinica jaceret; ecce adſunt mane duo Infulati ante Januam domus, dicentes ei, Surge, & ad eccleſiam procede. Quæ cum ſurgere trepidaret, ac deliramenta eſſe crederet; & iterum iterumque moneretur ut ſurgeret; inquirere cœpit, qui eſſent, qui eam tam mature de lecto levare præciperent. Fatetur unus ſe eſſe Syrum, & alium Valentinum, qui in ipſa eadem eccleſia *e* requieſcunt; atque ut imperata perficiat cohortantur. Et dum tremebunda ſurgens, eos ad eccleſiam præcedentes ſubſequi, genibus & manibus reptans, conaretur; ecce Dei gratiâ ante ejuſdem eccleſiæ valvas extenditur, cruribus erigitur, pedibus ſuis & baculis ſuſtentata ſanitati priſtinæ reſtituitur. Tibiæ namque, quæ præ nimia ægritudine graciles & ſubtiles effectæ fuerant, iterum in priorem ſtatum æqualitate reformantur: & ita in brevi tempore convaluit, ut nulla eam poſtea in aliquo officio anticipare poſſet. Hæc tua ſunt Chriſte opera, tua miracula: qui dum mirabilis efficeris in Sanctis tuis, mirabilior præmonſtraris in reſtituendis & renovandis creaturis.

e

D

*deformitas vultus corrigitur.*

8 Sub eodem fere tempore in civitate janua fuit quædam matrona: quæ dum larvam ceræ, ad ſui vultus ſimilitudinem factam, ad ſepulcrum D. Valentini detuliſſet: confeſſa eſt ſeniori loci, ſe olim in ſuo vultu ſic fuiſſe tumidam & fuſcam factam, ut pene ad mortis devenire exitum crederetur. Quæ dum Sancti nomen Valentini invocaſſet, ejuſque auxilium imploraſſet; ſubito ſe in craſtino ſanam fuiſſe effectam, & vultum in priorem coloris effigiem reverſum; ideoque, pro ſua liberatione & gratiarum actione, dixit, [larvam illam] ſe detuliſſe, ut cunctis clareſceret, à quo morbo eam Sanctus liberaſſet. Hujus Beatiſſimi Valentini miracula dignoſcens humana creatura, efflagitet ejus ſuffragia; ut ſuis precibus fulta, mereatur poſſidere regna cæleſtia.

E

Pſ. 138, 17

*Colendus ut Patronus Vrbis.*

9 Licet autem, cariſſimi Fratres, omnium Sanctorum ſolenniter ac miro opere celebranda ſit feſtivitas, juxta Propheticum vaticinium, Nimis, inquiens, honorati ſunt amici tui, Deus; præcipue tamen illorum ſolennia largius venerari, piaque mentis devotione celebrare vobis convenit; quorum corpora vel pignora in urbe noſtra, vel in propinquis locis Deo favente quieſcere, quoſque Patronos noſtros jugi interceſſu, ſignis & miraculis coruſcantibus, pro certo fore cognoſcimus. Unde etiam cum olim Deus, univerſitatis auctor ac mirabilis rerum cunctarum diſpoſitor, clementiæ ſuæ bonitatem & miſericordiam mortalibus luce clarius innoteſcere vellet; ipſoſq; de ſede florigera in hujus vitę exilium mirabiliter propulſos, gratuito munere ſibi filios facere decreviſſet; ineffabili miroque modo unicum Filium, ex ſe ante Luciferum genitum, ad reformandum videlicet humani generis lapſum, ſancto cooperante Spiritu de Virgine natum, viſibili ſpecie in mundum direxit. Ut autem, juxta Euangelii fidem, Deus homo factus, plaſma, quod ipſe formaverat, diaboli veneno infectum atque in utriuſque mortis damna perductum, ad vitam reformaret priſtinamque libertatem; ipſe quidem, nulla peccati lege cogente, ſed propria voluntate, pro nobis mortem ſubire dignatus eſt. Ob id quidem, dilectiſſimi, Chriſtus Ieſus mortis attrocitatem corporaliter perferre voluit, quatenus mortis auctorem, carnis infirmitate ſuperaret: per quam & Crucis vexillum, in electis ſuis, ipſam mortem funditus deſtrueret; ſibique homines gratia ſua, per fidei copulam operumque exhibitionem, gratiſſimos faceret amicos. Unde ipſa Veritas in Euangelio; Vos, inquit, amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ ego præcipio vobis.

F

*Chriſti amicus.*

Ioa. 15, 14

*& communicata ab eo virtute.*

10 Igitur quia homines, peccati conditione mortales, Apoſtoli ſcilicet ac reliqui eorumdem ſucceſſores, amici Domini noſtri Jeſu Chriſti veraciſſime comprobantur; ſummo opere neceſſarium fore credimus, quo eos ad continuæ interceſſionis noſtræque ſalutis ſuffragium ſedula prece implorare ſtudeamus; quatenus apud Deum ipſos patronos & amicos, Chriſti opitulante gratia, jugiter habere mereamur. Cetera, quæ tamen nec modica, nec pauca eſſe comperimus, in laude B. Valentini breviandi gratia dimittimus; quia eos inter quos facta ſunt, nullo modo de his ſilere putamus. Nam ſicut ſacramentum Regis abſcondere bonum eſt, ita opera

A Dei revelare & confiteri honorificum eſt. Ipſe enim in Sanctis & per Sanctos virtutes quaſlibet operatur, qui electis ſuis diſcipulis dicit; ſine me nihil
Ioa. 15, 5 1. Cor. 1 poteſtis facere: de quo Paulus dicit, Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam: cui nos quoque, Fratres cariſſimi, pro modulo noſtro, laudes & gratiarum actiones, in his glorioſiſſimi ſui Valentini Confeſſoris ſolenniis deferamus: ut qui illum in Sanctis ſuis mirabilem prædicamus, eiſdem opitulantibus nobis eum propitium ſentiamus, ad cujus beatiſſima funera ſepulcri Chriſti vigilet gratia,
*curationum miraculis clarus.* dum diverſa infirmantium genera ejus expetunt merita, & reformati ſanitate remeant proſpero ſucceſſu ad propria ſani. Denique fæva dæmonum perit ibi rapina, pervicax monſtrum pavet & refugit, figmentum diabolicum obſeſſa corpora ejulans laxat, febris livida oſſa vexata relinquit, umbra diurna lucis extinctæ in ſolem vertitur, nervorum contracta genua tramite recto & inceſſu ſolvuntur, omniſq; infirmitatum catena frangitur, ſpeque felici deſolati in vivida iterum reformantur gratia ſani.

B 11 O dies veneranda, dies colenda, dies prædi-
*quo titulo auctor Genuenſibus gratulatur:* canda! quæ talem florem in hujus mundi protulit lucem, ad hominum ſalutem omnium. Felix tellus Januenſis, talis gemmæ adornata pignore, taliſque lucernæ quæ reſplendet indicibili lumine. Plaude & gaude Januenſis civitas cuncta, tali lumine, quod fulget ſuper æthera quaſi ſol, qui lucet inter ſidera. O magnum meritum, & admirabile donum, & ineffabilis gratia, præſtita ſancto Confeſſori! Cujus virtutes nec calamo notari, nec etiam lingua humana jam expediri poterunt. Non enim ibi tantummodo ubi corpore requieſcit miraculis pollet; ſed etiam (ſicut ab his, qui quotidianis ejus interſunt virtutibus, expertum eſt) in terra, in pelago, in carcere, in infirmitatibus, in periculis multis, & (ut ego ipſe jam ex parte probavi) in neceſſitatibus variis, ſi quis eum recto corde interpellaverit, præſentem ſentiret. Hoc quoque, ad laudem & gloriam Chriſti omnipotentis, qui omnipotentiæ ſuæ habenis cuncta cohibens, cum Patre & Spiritu ſancto coæterna unitate regnat, per æternaliter manentia ſecula ſeculorum. Amen.

C

## ANNOTATA.

a Invehere *active, pro* increpare, *etiam alibi legiſſe memini.*

b *Id eſt uſque ad ſeculum* 13, *quo ſcriptum hunc Sermonem putamus. Nec miramur ſub terra defoſſum marmor per ſeptem integra ſecula ſervaſſe legibilem inſcriptionem, qui longe antiquiora Romana antiquitatis marmora hodiedum legimus.*

c Vintimilium, *antiquis* Intimilium & Albintimilium, *vulgo & in tabulis* Vintimiglia, *in confinio Liguriæ & Provinciæ celebre oppidum, diſtat Genua milliaribus* 90, Nizza 20, *quæ forſitan occaſio fuerit detorquendi iſtuc nominis.*

d Aſti, *civitas Pedemontii, diſtat Genua fere* 50 *paſſuum millibus.*

e *Hinc colligimus hæc ſcripta ante Tranſlationem S. Valentini in ædem S. Laurentii, ſed multo magis (nam pars nihilominus ad S. Syrum manſit) ex ſilentio de actis poſterioribus in retectione & diviſione ſacri corporis.*

## DE S. ATHANASIO EPISC.

*Ipſe id ſi ſcripſit, Latine ſcripſit.* PAg. 191 *poſt num.* 36 adde --- *Anonymus auctor Orationis de rebus in Nicæna Synodo geſtis &c* --- *ut pag.* 756 *ſub finem & ſequ.* 757 --- in Margine vero hæc ponatur Synopſis --- *ante quod gratis fingitur de Sancto vaticinatus S. Metrophanes CP.*

*Pag.* 203 *num.* 110 *lin.* 8 poſt hæc verba --- *prænarrata fabula* --- adde *Placuit deinde conſulere Annales &c. Ibid. in App.* D

*Ibid. num.* 111 *poſt* 3 *primas lin.* ſic proſequere --- *ideoque conſiderantes, quod apud antiquos Græcos nullum extet veſtigium Typi cujuſquam, ſeu fidei formulæ ab* Athanaſio *editæ; nihil dubitamus, quin Symbolum prædictum, ſi vere ab Athanaſio ſcriptum aliquando fuit, Latine primitus ſcriptum ab eo fuerit, ſed ab alio diu poſteà Græce redditum, quale nunc inter opera reperitur. Ipſe quidem in omnibus ſuis ad Orientales ſcriptis hoc potiſſimum agit, ut præter editam Nicænæ fidei formulam nullam aliam requirant vel ſuſcipiant: ſed cum Latinis videri poſſet aliter agendum conſuiſſe; imo conveniſſe ut iis diſtincte ac clare ipſorummet lingua explicaret, doctrinam ſuam prorſus eamdem eſſe. Ita ego olim, non audens ob ſolam illam, quam dixi, cauſam recedere à communi ſenſu, tribuente Symbolum iſtud* S. Athanaſio *ipſi, &c. ex* Append. *pag.* 757 --- *uſque ad lin, antepenult. columnæ* 1, *quam* ſic proſequere --- *Idem argumentum, poſt Quenellium, poſtea ex profeſſo tractavit Natalis Alexander, inter ſelecta Capita hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſeculi* 4 E *p.* 1, *cap.* 6 *art.* 8, *agens de* S. Athanaſio *ejuſque ſcriptis; & num.* 9 *negavit eſſe Symbolum iſtud* S. Athanaſii, *poſtquam accurate deduxiſſet omnia, quorum favore videbatur ipſum ei aſſeri poſſe. Actum igitur egero, ſi utriuſque argumenta reſumere hic velim, & convitia, à neſcio quo* Camo *ea cauſa in me contorta, retundere.*

112 *Libellus* de obſervationibus Monachorum &c. *pag.* 203 *uſque ad lin.* 14 *non niſi Latine ſcriptus videtur* --- & ſic proſequere --- *quapropter idem Natalis Alexander, loco jam citato num.* 6 *judicat,* Magno Athanaſio perperam adſcriptum, *nulla ulteriori ſuæ ſententiæ ratione allata, nec vero ex intrinſecis cauſam ullam ego eruere potui, diligentius ſcriptum iſtud ſcrutatus. Suppoſito enim ſemel verum eſſe, quod dixi, Athanaſium Latine etiam doctum fuiſſe (hoc autem cur teneri nequeat, hactenus non video) haud difficulter excogitari ratio poteſt, quæ ſanctum exulem eo loco ac tempore moverit, ad libellum iſtum conſcribendum. Quoniam enim monaſtica profeßio &c. uſque ad finem cap.* 10 *ubi poſt num.* 117 adde ---

F *Syntagma doctrinæ ad Clericos & Laicos.* *Præter iſta jam olim nota, prodiit nuper Pariſinis typis, ſub magno* S. Athanaſii Epiſcopi, Alexandrini *nomine, opuſculum, publica ſane luce digniſſimum, ex Voſſiano annorum quadringentorum aut quingentorum codice, etiã Palladii Lauſiacam & libellos aliquot vetuſtiores continente; ſcilicet* Syntagma doctrinæ ad Clericos & Laicos *interprete & commentatore Andrea Arnoldo* C.F *Norimbergenſi, quod vir clariſſimus pro ſua humanitate ad me miſit, dijudicandum an verax credi titulus poſſet. Sed præverterunt alii, & Novellis litterariis Gallicis Amſtelodami per menſes ſingulos edi ſolitis, inferendas curaverunt rationes, ob quas illud Pſeudepigraphum indicant. Harum prima, quæ velut* certum ponit, Athanaſii temporibus neque Communionem inter Monachos, neque Regulam fuiſſe, quarum tamen mentio in hoc libro occurrit, *confutationem evidentem habet ex Actis S. Pachomii, utique coævi SS. Athanaſio & Antonio, ad quæ Acta, illuſtrata* XIV *Maji, in Commentario prævio* §. 3, *fuſe oſtendi* Cœnobialis vitæ ſive Monaſticæ perfectioris initium & exemplum à Pachomio ejuſque Regula fluxiſſe, *contra eos qui ipſam longe antiquiorem credi voluni. Quod autem ſimplex Monachatus, id eſt, à cœnobiali ſocietate liber, adeo non adimeret Monachis aliis jus bona quædam proprio nomine poßidendi, ut etiam* Theodoſianus Codex *lib.* 3 *tit.* 3 *liberam teſtandi facultatem eis concedat, nihil nos moratur. Non etiam moratur nos objectio tertia, exinde petita quod Auctor jubeat,* Quadrageſimam Sanctæ Eccleſiæ, & ſeptimanam Sancti Paſchatis cum curâ agi, *nec enim dubitamus,* *non probatur Athanaſii non eſſe.*

quis

A *quin Quadrageſimalis jejunii obſervantia ſit ab Apoſtolica traditione ; & hebdomada Paſchalis ſpecialis ſolennitas, ex ipſomet* Athanaſio, *videtur probari poſſe. Magis me movet ſecunda difficultas : neque enim ſatis video, quomodo* Athanaſius *potuerit præcipere,* Simul ac fructus juſte & ſine fraude legiſti, primum Sacerdotibus offer decimas, *niſi illæ jam tum lege præſcriptæ fuerint ; non videntur autem fuiſſe ætate illa, etſi ad exemplum Legis Moſaicæ fideles pii ipſi ſibi legem feciſſe potuerint, proventuum ſuorum decimas divino cultui vel pauperum uſibus reſervandi. Quod* Clericos conjugio prohibeat *Auctor, non obſtante Nicæni Concilii indulgentia, quam non potuit* Athanaſius *ignoraſſe (& hæc objectio quarta eſt) non invenio in libello iſto : ſed quod moneat,* μὴ ἔχειν γυναῖκα συνείσακτον, καθάπερ τινὲς ἀγαπητὰς ἐπιθέντες αὐταῖς ὀνόματα· τάχα δὲ ἐναντίως μισηταὶ αὐτοῖς εὑρηθήσονται, Non habere mulierem contubernalem, ſicut quidam, nomen eis ponentes Amicarum, quæ forte inimicæ potius ipſis eſſe invenientur. *Non enim hic prohibentur uxores legitimæ, ſed quales à Nicæna Synodo etiam prohibitas eſſe Can.* III, *notat eruditiſſimus Commentator,* γυναῖκας συνεισάκτους *ſimiliter appellans, niſi ſint matres, ſorores*

B *aut amitæ vel materteræ : quas deſcribens Concilium Ancyranum Can.* XIX, Virgines, *inquit,* quæ tamquam ſorores cum quibuſdam habitant, συνερχομένας παρθένους τισίν, prohibuimus ; *eas denique de quibus Hieronymus ad Euſtochium,* Unde in Eccleſias Agapitarum peſtis introiit ? Unde ſine nuptiis aliud nomen uxorum ? Imo unde novum concubinarum genus ? *Nempe ut egregie notat prælaudatus Commentator,* Malæ rei, *aut certe periculoſæ admodum ideoque prohibendæ,* optimum nomen ingenioſe dabatur, *quo Appiam S. Paulus appellaverat,* Ἀγαπητῷ *nominans in epiſtola ad Philemonem. Fatetur ingenue Arnoldus, hactenus nihil antiquius reperiſſe ſe, quo libellum iſtum,* Alexandrino Athanaſio, *aſſerere poſſet, quam Interrogationes & Reſponſa cujuſdam Conſtantinopolitanæ Synodi, ſeculo (ut opinatur) nono celebratæ ; novit autem etiam ipſe, quam fuerint facile iſto ſeculo ſcripta quædam antiqua ſub alienis nominibus recepta ; qua propter aliud nihil affirmat, quam non perſpicere ſe,* quid ſit, quare Syntagma *ſuum* S. Athanaſii eſſe nequeat. *Auctoris certe eſt eo propemodum tempore viventis, quippe qui ſupponat adeo tunc adhuc gentiliſmum viguiſſe, ut neceſſarium duxerit Chriſtianos monere, ne feſtis Gentium communicent,* ἑορταῖς ἐθνῶν μὴ συγκοινωνεῖν. *Supponens etiam publicas omnes aut pleraſque cauponas*

C *ab ethnicis teneri, docet quid iter agentibus ſit faciendum, ſi forte eo venerint,* ubi nec eccleſia fuerit, neque domus ulla orthodoxorum. *Quæ omnia omnino quantum ſeculum ſapiunt.*

*Pag.* 205 *ad finem Cap.* XI adde --- *Poſt hæc cum ſubjectas &c. uti in App. pag.* 760 *col.* 1 *ſub finem, atque in margine* ſcribe --- *& Thebaidem viſitans Pachomium iniratur.*

*Pag.* 215 *Caput* XVII *ſic Ordieris* 118 *Quo tempore* Athanaſii *cauſa Sardicæ agebatur &c. ibid. in App. In Margine autem* ſcribe --- *Secundum S. Pachomii prædictionem.*

*Pag.* 218 *num.* 202 *lin.* 5 *à fine,* ſic lege parentheſim *de Gregorio Nazianzeno Conſtantinopoli fidem Catholicam reſuſcitante* --- (*erat enim tunc ſaltem ſeptuagenario major, quemadmodum docebo in Appendicibus ad* IX *Maji, retractaturus quod ſcripſeram, etiam octogenario majorem fuiſſe*) *vel prout ipſius Athanaſii &c.* ---

*Pag.* 219 *in fine Cap.* 18 adde --- *Interim mortuus erat S. Pachomius &c. ibid. in App. & in margine* ſcribe --- *Mortuo, Pachomio commendat Tabenneſiotas Orſieſio.*

*Ibid. num.* 214 adde --- *multoque rectius Petrus de Marca Archiepiſcopus Pariſienſis, in Synopſi chronologica ad ſuam poſtumam Diatribam* de tempore Synodi Syr-



*eſt tamen aliquid difficultatis in Decimis ibi nominatis :*

*non in prohibitione* γυναικῶν συνεισάκτων,

*Eſt autem ſcriptio alicujus Athanaſio coævi.*

*ut non eſſe, longe eſt veroſimilius)*

mienſis plenariæ, Valentiſque & Urſatii venia, *ſtatuit, Romanam iſtam Synodum anno* CCCXLIX *fuiſſe celebratam, uno alterove poſt anno quam Mediolani congregati Epiſcopi Catholici de cauſa Photini præjudicaverant, ipſum condemnantes ; eoſdemque Valentem & Vrſacium, ſe Catholice profeſſos ſentire, in communionem receperant ; uti ex Hilarii Fragmentis & Epiſtola Synodica Ariminenſis Concilii, prælaudatus Archiepiſcopus loco citato conficit.*

*Pag.* 221, *num.* 221 *lin.* 6 *à fine* --- *Servatium & Maximum* --- adde --- *ſeu potius (ut recte Baronius notat) Maximinum, hunc Trevirenſem, iſtum Tongrenſem Epiſcopos.*

*Pag.* 222 *num.* 231 *lin.* 9 *poſt* --- *Hilarium* --- adde --- *Sed occurrit Baronius Tom.* 8 *Annalium, in addendis ad Tom.* 3, prolixe ventilans *hanc quæſtionem : notatque prædictæ ſub Liberii nomine Epiſtolæ mox ſubjici,* Quid in his litteris non ſanctitatis, quid non ex metu Dei eveniens eſt ? *quæ approbatio epiſtolæ, Athanaſium damnantis, non potuit ipſius Hilarii eſſe. Sed neque ſatis veroſimilis conjectura fuerit, ſcriptam quidem &c.* --- *& in fine* adde --- *Fuit ergo epiſtola illa omnino ſubreptitie impetrata, ſi tamen impetrata eſt unquam vel ſic : quod ſane putem agre dici poſſe per conjecturam veriſimilem, cum id Liberio, Athanaſium damnare conſtantiſſime poſtea recuſanti, nemo unquam objecerit ; objeciſſet autem proculdubio aliquis, ſi talis ejus epiſtola, quantumvis ſupprimi juſſa, fuiſſet in manibus Arianorum, uti fuiſſe debuiſſet, ſi potuerit ab Hilario aut alio quocumque ex vero deſcripta dari. Quid quod ipſemet Liberius videatur aſſerere, ſe poſt obitum Iulii inhæſiſſe communioni Athanaſii uſque ad ultimum ſui exilii annum, dum epiſtolam de Athanaſii damnatione, tunc à ſe vere ſcriptam, ſic ad Orientales ordi-*

*eum defendit &c.*

*tur :* Ego Athanaſium non defendo, ſed quia ſuſceperat eum bonæ memoriæ Julius deceſſor meus, verebar ne forte in aliquo prævaricator judicarer, *eum ſcilicet abjiciendo quem is ſuſceperat.*

232 *Verum ut epiſtola non ſubreptitia ſolum, ſed prorſus ſuppoſititia fuerit ; non tamen Orientalium ad ſe legationem ſic contempſit Liberius, ut non ſaltem reſcripſerit. Cum enim poſtea accuſaretur &c.* --- *& lin.* 8 *dele parentheſim, ac lin.* 13, ſic lege --- *reſponſum fuiſſe Orientalibus, ſed per aliam prorſus quam quæ ſupra allegabatur epiſtolam. Vtinam porro extarent &c.*

*Pag.* 222 *num.* 226 adde --- *Prædicta Epiſcoporum cum* Athanaſio *conſenſio, quæ iſtos ita ſimulate reconciliatos urebat, magis etiam patuit in Sirmienſi Synodo illa, inter eruditos controverſitas de qua, poſt narratam Valentis & Vrſacii receptionem à Iulio factam ita ſcribit Hilarius.* Verum inter hæc (*dum ſcilicet relatio de prædictis Roma ad Orientales Occidentaleſque lentius mittitur, & Orientales vicißim id ſubdole litteris ſuis agunt, ut res Sardicæ judicatas convellere incipiant, prætextu damnati Photini & communionis Marcello negatæ ab Athanaſio*) *iterum* Sirmium convenitur, *ubi* Photinus hæreticus comprehenſus, olim reus pronuntiatus, & à communione jam pridem unitatis abſciſſus, *ſcilicet in Concilio Mediolanenſi anni* CCCXLVIII, *& poſtea in Romano anni* CCCXLIX, ne tunc quidem, per factionem populi, potuit amoveri, *à ſuo ſcilicet Epiſcopatu. Etenim eum Sirmienſem Conventum ad* CCCLI *ſpectare, utpote Romana Iulii Synodo biennio poſteriorem, recte cenſuit de Marca.*

*& de Photini depoſitione Sirmii agunt.*

*Pag.* 225 *n.* 251 adde --- *agens de Hoſii lapſu Hilarius, Formulam cui conſenſit* non olim, tunc cum Photinus Epiſcopatu dejectus eſt, conſcriptam *eſſe ait, id eſt in Synodo generali jam dicta anni* CCCLI : *ſed in particulari Illiricorum Epiſcoporum, quibus Vrſacius, Valens, Germinius præſidebant anno* CCCLVII, *uti recte notavit de Marca.*

*Pag.* 230 *in fine col.* 2 *poſt num.* 284 adde --- *Interim etiam contigit &c. ex App. pag.* 761, *ubi marginalem Synopſim hanc* ſcribe --- *Digreſſo ad viſitanda monaſte-*

A *ria S.Theodoro, --- Artemius Dux Athanaſium quærit apud Tabenneſiotas : --- quibus de eo aliquid fateri recuſantibus, --- Dux divinitus correptus recedit.*

*Pag.* 239 *num.* 345 *lin.*18 *poſt* --- ſurgens comedat --- adde --- *Fugerat paulo ante Alexandria* Athanaſius *&c, ex App. --- in margine vero ſic* ſcribe --- *Interim Theodorus fugienti etiam Theophilo --- indicat tyranni mortem, divinitus ſibi oſtenſam, & redire jubet Alexandriam : --- quo etiam regreſſus Athanaſius, --- recipiendi eccleſiam &c.*

*Pag.*241 *ad finem Cap.*30 adde *Ex hinc cœpit* Athanaſius, *&c. ex App.pag.*461 *&* 2,*ubi hanc marginalem Synopſim* ſcribe --- *Thebaidis monaſteria viſitat, --- excipitur gratanter à S.Theodoro, --- eumque deinde per epiſtolam Orſieſio laudat, --- & ſolatur Fratres ejus obitu mœſtos, --- monetque ejus loco Orſieſium habere.*

*Pag.* 243 *num.* 370 *lin.* 1 --- *exeunte Septem* --- 1 --- *Septembri.*

*Pag.*249 *num.*409 *lin.*6 *iiſdem plane verbis,* --- adde --- *atque pro rerum ab* Athanaſio *geſtarum & toleratarum amplitudine nimis profecto arcta. Recentioris autem compoſitionis eſt primum, quam ut conſiderari mereatur.*

B *Ampliorem ſcripſerunt Adelpertus, Prior S. Vdalrici Auguſtæ,* *Caſinenſe in tres Lectiones ſic dividebatur, ut tota Vita ſimul legi ad ſecundum Nocturnum poſſet ; neque ultra prædictum Cœnobium extendiſſe ſe uſus illarum Lectionum videtur, certe non tranſiiſſe Alpes, ad nobiliſſima aliæ Benedictinæ Profeſſionis cœnobia. Ergo* Adelbertus, Prior cœnobii SS. Udalrici & Afræ, Auguſtæ *Vindelicorum in Suevia, primum ſe credidit* Vitam S Athanaſii Alexandrini Epiſcopi, fidei defenſoris, qui Symbolum Quicumque vult ſalvus eſſe compoſuit, *ſingulari opuſculo colligendam ex diverſis antiquis hiſtoriis ſuſcepiſſe, hæc inter alia præfatus,* Anno exacto, cum operam dediſſem ordinandi & ſcribendi ad vigilias Matutinales in feſtis Sanctorum Legendas, Tomum libri Confeſſorum reſpiciens, & S. Athanaſii Vitam inter alias non reperiens annotatam, repente obſtupui ; & ſuſpirando cœpi mirari, & intra me proteſtari, quod vir tantus, toti orbi notus, tanta pro fide Catholica paſſus, in partibus noſtris de Actibus ſuis ſaltem libellum manualem non haberet ſpecialem. Nil ergo moratus, Hiſtorias, Eccleſiaſticam videlicet Euſebii Cæſareenſis, & Tripartitam Theodoreti, Sozomeni & Socratis, Græcorum diſertiſſimorum, ac librum Illuſtrium virorum, nec non librum Chronicalem pertractans, (*bi duo quinam ſint nec divinare lubet, nec vacat operoſius indagare*) &

C *poſt ſcriptas aliorum Sanctorum Legendas,* capita in diſtinctionibus librorum diligenter examinans, legi in quodam Capitulo de Rufino, qui vitam illius ſuo nobilitavit eloquio : reperi etiam abunde in eiſdem libris ad deſiderium meum. *Narrat deinde, quomodo expleto Legendarum volumine, deſideratum opuſculum de S. Athanaſio ſcribere exorſus, varias difficultates in eo recte ordinando objectas ſuperaverit, atque concludit :* Si qua ergo in hoc opuſculo reprehendenda reperiuntur, non inſcitiæ meæ aut ignaviæ reputentur, ſed illorum qui antiquitus illa ſcripſerunt : quia in nullo verba ipſorum permutavi, niſi quod locorum & civitatum nomina, non bene cognita, aliquo additamento explanavi.

409 *Quandonam Adelbertus iſte vixerit, mihi non conſtat ; nec puto ſcient dicere Vdalriciani Monachi, quorum cœnobium totum conflagraſſe anno* MCCCXXXIII, *ſcribit*

*ſeculo ut videtur* 13 *Bernardus Hertfelder, in brevi ipſius loci* Chronico, *poſt luculenter deſcriptam SS. Vdalrici & Afræ Baſilicam, ante hos* LX *annos ibidem Prior. Iſto autem incendio etiam prædictum de* S. Athanaſio *opuſculum, fortaſſis haud diu ante conſcriptum, periiſſe hoc veroſimili indicio credo, quod anno* MDCLX *Bibliothecam celeberrimi monaſterii & Mſs. Codices omnes diligenter ſcrutatus (erant autem in iis aliqui ab annis circiter trecentis ſcripti) nihil tale invenerim. Sed quod in loco ſuo natali non inveniebatur, invenerat ante dictus Gamanſius noſter in Blaburenſi prope Vlmam Ordinis Benedictini Abbatia, inſertum Parti* 1 *Paſſionalis, ibidem à Fr. Bartholomæo Krafft circa annum* MCCCCLXXX *exarati. Idem Gamanſius ſuum Blaburenſis Mſ. ecgraphum curioſe contulerat anno* MDCXLIX, *cum alio vetuſtiori quam prius Paſſionali, vicini Wiblingenſis monaſterii ; unde conjectura noſtra de Adelberto Priore, quod ſeculo* XIII *vixerit, utcumque confirmatur. Incipit ille ab enumeratione ſex omnino civitatum, quæ idem* Alexandriæ *nomen antiquitus tulerunt ; ac deinde opus cœptum pluribus interſtinguit titulis, in propoſitum argumentum ſic ingrediens :* Regnante Conſtantino Imperatore, egregii Confeſſores & Catholicæ fidei fideles defenſores, Alexander apud Alexandriam, Maximus Hieroſolymis, Alexander æque Conſtantinopoli Sacerdotio fungebantur. *Minus operoſe, & contextu abſque titulorum interpoſitione & abſque præloquiis ullis continuato, eamdem rem videtur egiſſe, neſcio an Adelberti exemplo, alius in S. Maximini prope Trevi-*

*tum Anonymi tres Sancti Maximinianus,* *ros Abbatia, unde ſimilem collectionem habemus tali principio ;* Cum apud Alexandriam poſt Achillam, qui Petro Epiſcopo & Martyri ſucceſſerat, Alexander Sacerdotium ſuſcepiſſet *&c, verbis pene Ruffini, ac deinde aliis aliorum. Eodem fere ſtylo & initio habemus*

E *Valcellenſis,* *ipſam* Athanaſii *Vitam, in præclaro grandium ſex tomorum Paſſionali, quod eccleſiæ S. Mariæ de Valcellis aliquando fuit, & primo Tomo excepto venditum Clar. V. Balthaſari Moreto, ne ad uſum Typographiæ lacerare-tur, ab eodem redemimus ; ac deinde Vitam illam contulimus cum Codice* 696 *Reginæ Suecia, in quo ipſa aliquanto contractior habebatur ; multo etiam magis contracta in Paſſionali Bodecenſi, unde ſua manu eamdem nobis deſcripſit prælaudatus Gamanſius, in duos quaſi libros diviſam.*

*& Bodecenſis.*

410 *Sed hæc omnia, & ſi quæ alia, ut nomine Auctoris carent, ita non merentur operoſius diſtingui : laudandus vero nominatim eſt* Joannes Aretinus, Romanæ Eccleſiæ Subdiaconus, *qui ſub Eugenio Papa IV, &c. continuando hunc numerum uſque* 411 *pag.*250.

*Item Joannes Aretinus,*

*Pag.*258 *num.* 453 *lin.* 6 --- San-Blancé --- 1 --- Samblansé --- *& lin.* 8 ſic proſequere --- *Topographica tabula, tertia ab urbe Turonenſi leuca ad boream,*

F *notant oppidum* Samblançay (*antiquis* Simulantiacum *fuiſſe, notat Claudius Caſtellanus, quod prædictus Pater, natione Hibernus judicium aurium ſuarum ſecutus, potius quam orthographiam,* Samblanſé *ſcripſit ; mihique occaſionem dedit ſuſpicandi alium locum, paulo remotius ad urbis meridiem ſitum, & in tabulis notatum S.* Branché) *Tabulæ, inquam, Geographicæ tertia ab urbe leuca notant oppidum* Samblançay, *eique ad Occidentem vicinum* le Serrain, *in quo jam dictus Pater &c.*

*Ibid. num.* 455 *lin.*6 *à fine* --- *ſic judicaret* --- adde --- de Brachio *quod nos anno* MDCLXI, XVII *Martii, vidimus in Sacrario monaſterii Caſinenſis, & de* Coſta *&c.*

*Ibidem ad num.*455 *hanc marginalem Synopſim* ſcribe --- *Vtrimque ambigua omnia ſunt.* --- *deinde poſt finem numeri hæc ſubjunge.* ---

456 *Hic poterat finis nobis eſſe agendi de S. Athanaſio ; quia tamen ſuperius num.*111 *indicavi, Symbolum* Quicumque, *non videri huic erudito ſeculo ejus eſſe cujus nomen præfert, idque argumentis pene ineluctabilibus evincitur ; placet huic loco attexere digreſſiunculam haud importunam, ad inſtruendum minus eruditum lectorem ; cui forte, ut mihi olim, durum videatur dubitare de Auctore, quem tot jam ſeculis nominatim appellavit Eccleſia, ſub Dominicali ad Primam Officio. Vtar autem verbis ipſius Queſnellii potius quam meis, ne alieni ſtudii fructus videar ad me licentius traduxiſſe.*

*Occaſio ſequentis Appendicis.*

# APPENDIX

## De Symbolo, quod vulgo S. Athanaſii dicitur, cujus auctoris & ætatis ſit?

*Poſt undecim formulas &c. ut pag. 757 &c. uſque ad pag. 760, ubi poſt textum Quenellii ad mea verba ſic ſcribatur in margine --- Quanti faciendum in talibus ſilentium Antiquorum --- & in fine columnæ* ad verba *--- qui voluiſſent, & debuiſſent, nec potuiſſent, non ſæpius talium meminiſſe ---* adde *--- Aſt* Symboli Athanaſiani *meminiſſe dicuntur, Auguſtinus in tractatu ſuper Pſalmum* CXX, *& Gregorius Nazianzenus in Oratione de laudibus Athanaſii. De Auguſtino quidem apud Poſſevinum, & ex hoc apud Bellarminum lego, quaſi explicans illud,* Per diem ſol non uret te, *ſic loquatur.* De hoc ſole Pater Athanaſius Alexandrinus Epiſcopus, ita pulchre locutus eſt: Filius Dei à Patre ſolo eſt, non factus, non creatus, ſed genitus. *Verum ipſummet Auguſtinum conſulens, nihil aliud reperio, quam hæc verba;* Ergo alium ſolem fecit Deus, qui oritur ſuper bonos & malos, iſtum quem vident boni & mali *(puto Auguſtinum ſcripſiſſe* præter iſtum) Alius eſt autem ille ſol, non factus, ſed genitus, per quem facta ſunt omnia. *Poſſevinum credo memoria lapſum, pro alio quopiam Auguſtinum citaſſe, libenterque excuſo; excuſo etiam libenter Bellarminum, bona fide recipientem quod in Poſſevino repererat; ſed qui me arguit non legiſſe Bellarminum, aut lectum diſſimulaſſe; numquid poterit excuſari, quod ipſe ſaltem non curaverit Auguſtinum inſpicere? Nazianzenus porro nihil minus dicit quam ſcriptum ab* Athanaſio *Symbolum; ſed ſolum laudat eum, quod* cum ceteri omnes, qui doctrinam noſtram *(Chriſtianam ſcilicet)* profitebantur, trifariam diviſi eſſent, ac multi circa Filium, plures etiam circa Spiritum ſanctum ægram fidem haberent; pauci autem utrimque ſani & incolumes eſſent; primus ille & ſolus, aut cum admodum paucis, veritatem palam apertiſque verbis promulgare non dubitavit, unam trium perſonarum divinitatem ſcripto confeſſus; & quod multis illis Patribus *(in Nicæno Concilio)* circa Filium prius conceſſum fuerat; idem ipſe poſtea, in aſſerenda Spiritus ſancti divinitate, ſuperno afflatu conſecutus: atque Imperatori donum vere Regium & magnificum offert, ſcriptam nimirum fidei confeſſionem, adverſus novum dogma, nuſquam in Scriptura expreſſum; ut ſic Imperatorem Imperator, & doctrinam doctrina, & libellum libellus frangeret atque opprimeret. *Quis autem Libellus iſte? Vtique Græco Imperatori Joviniano Græce ſcriptus (quod de* Symbolo *nemo hactenus cogitare potuit) nec aliusquam* Synodica Epiſtola, ab Athanaſio ad Jovinianum data, nomine omnium Epiſcoporum Ægypti, Thebaidos atque Libyarum; quæ & Nicænum Symbolum complectitur, & quædam ad jugulandum Pneumatomachorum recentem hæreſim, *uti recte animadvertit Natalis Alexander. Hic vero cum etiam ſibimet objeciſſet S. Thomam, 2,2 qu. 1 art. 10 in reſp. ad 3, tamquam* non levis hac in cauſa momenti, expreſſe dicentem; Athanaſius non compoſuit manifeſtationem fidei per modum Symboli, ſed magis per modum cujuſdam doctrinæ: ſed, quia integram fidei veritatem ejus doctrina breviter continebat, auctoritate ſummi Pontificis eſt recepta, ut quaſi fidei regula habeatur; *cum, inquam, hæc ſibi objeciſſet Alexander, ſuperfluum duxit reſpondere id quod per ſe patebat, D. Thomam, definiendo quod erat in quæſtione,* utrum ad ſummum Pontificem pertineat fidei Symbolum ordinare; *atque ex opinione vulgari* Athanaſium *ſibimet objiciendo; non examinaſſe quid facti erat, quod Hiſtorici, eſt non Theologi; ſed quid juris in iſto quod prætenditur facto eſſe potuerit, ſive id factum, ſive non: qui eſt modus ordinarius D. Thomæ, numquam proinde allegandi in iis rebus, de quibus diſputandis vel examinandis ille nec cogitavit quidem.*

*& quam falſo allegentur pro Symbolo, S. Auguſtinus*

*& S. Gregorius Nazianzenus,*

*quam male etiam S. Thomas.*

### DE S. GERMANO EP. M.

*Pag. 260 num. 11 lin. 3* poſt *--- coronatus ---* adde *--- vulgo* S. Germain ſur Breſle, *à rivulo iſtic in Augiam influente; locus olim* Bretteiſel *dicebatur. Eſt vero Prioratus Ordinis Benedicti, cui* Joannes Miles Dominus de Bretteiſel, *donationes aliquas invenitur feciſſe anno* MCCXXXIV *&* IX; *Guarinus autem Epiſcopus Ambianenſis anno* MCXXXVIII, *confirmans vicina S. Fuſciani in nemore Abbatiæ poſſeſſiones quaſdam, in iis numerat* altare de S. Germano ſuper ripam Augiæ: *& Theobaldus, item Epiſcopus Ambianenſis, ejuſdem ſeculi* XI *anno* XC, *ipſammet* Eccleſiam S. Germani de Bretteiſel cum appendiciis *&c. eidem Abbatiæ commendavit. Non tamen ipſe Prior, ſed &c.*

*Pag. 261 col. 1 lin. 3* poſt *--- queat ---* adde *--- Superius vero paris menſuræ ſaxum, opere anaglypho Sancti ſtatuam habet inſculptam, jacentis in habitu Pontificali, cum mitra & baculo atque dracone ſub pedibus. Iuxta eamdem aram &c.*

*Ibid. lin. 6 --- Reliquiæ ---* adde, *de quibus ad calcem Vitæ impreſſæ, ſic legitur.* In uno brachio argenteo cum bordura, infra concavum clauſum, ſive firmatum aranea argentea, fuit repertus ſacculus quidam antiquus purpureus, cum ſcripturâ, declarante ibidem eſſe oſſa cum pulveribus B. Germani Epiſcopi & Martyris. *Præmittitur autem Breve Vrbani VIII, ipſi eccleſiæ pro feſto Sancti jam dicti concedentis Indulgentiam plenariam, ad ſeptennium duraturam ab anno* MDCXXXIX.

*Ibid. lin. 8* à fine *--- ſive Aumales ---* l *--- vulgo Aumale --- & lin. ult. Minidavid ---* l. *Medavy.*

*Ibid. num. 12 in marg.* ſcribe *--- Hiſtoria tranſlationis geminæ 1650 & 1660 ----- & in fine numeri ejuſdem* adde. *--- Erat hæc Latina Hiſtoria, epitome alterius longioris, quam idem Auctor prius Gallice Bollando ſimiliter miſerat; ſed ſerius reperi, quam ut ante impreſſionem conferre cum Latina poſſem: nunc autem recognoſcens, deprehendo varias circumſtantias minutiores habere, quas opera pretium ſit in Annotatis legere.*

*Pag. 265 col. 1 lin. 2 --- Flammavilla juxta Dieppam ---* l. *---- Flammantivilla, juxta vicum Deppam.*

*Pag. 268 Annotat.* e, dele *---* Bellocaſſes, *vel --- & ſolum retine* Bajocaſſes; *nam* Bellocaſſes, *ſeu potius* Veliocaſſes, *regionem tenuerunt, quæ Pariſina urbi ad Occidentem ſita, le* Païs Vexin *dicitur.*

*Pag. 269 Annotat.* c *lin. 3* lege *---* Albamarna *ſeu* Albamarnula, *vulgo* Aumale, *quibuſdam etiam* Albamarla *dicta.*

*Ibid. Annot,* d *---* Viel-Roüen, *ut eſt in tabulis, ſeu potius* Vicu-Rovan, *ut hodie communius vocatur ac ſcribitur, vicus eſt &c.*

*Pag. 270 auge Annotata: & conſequenter in ipſo textu novas adde litteras, huc referendas.*

a Ribodimons, *&c.* & adde *--- ipſum vero ſuburbium vulgo* de Suſemont *nuncupatur.*

b *Ad num. 2 lin. 4 --- Excipe paucas Reliquias quæ aliis in eccleſiis reverenter ſervantur.*

c *ad lin. 6. Eſt ea arca tres & dimidium pedes longa, alta duos, larga ſeſquipedem.*

d *ad lin. 12 --- Monaſterium S. Nicolai de Prato &c.*

b --- adde *--- Huic autem monaſterio Godefridus Co-*

A *mes de Ribemont iſtam eccleſiam donavit anno* 1104, *fundatam ab ejus patre anno* 1083, *Monachi tamen eodem introducti non ſunt, niſi poſt mortem Canonicorum an.* 1153.

e *ad lin.* 18. *Tranſlatio recolitur* 13 *Novembris.*

f *ad num.* 3 *lin.* 2 --- *Annus* 1650 *&c.*

g *Ibid. ad lin.* 14 --- *Theſaurario iſti nomen fuit* Gilbertus Carlier Ribodimontenſis.

h *&* i *ſint, quæ fuerunt* d *&* e.

*His annotatis, placet Latine reddere ipſos authenticos Actus, quibus notarialiter conſignata ſunt, quæcumque num.* 3 *prænotata Hiſtoriæ ſuccinctius referuntur.*

4 Anno MDCL, die VII menſis Junii Feria III Pentecoſtali, turmæ quædam hoſtiles, ab exercitu ſejunctæ, ex mandato Vice-Comitis de Turenne & Comitis de Fuenſaldaigne, cum Ribodi-montem occupaſſent expilaſſentque, nec ab ipſa quidem parochiali S. Petri eccleſia abſtinendo rapaces manus, in eadem repererunt arcam ſancti Martyris & Pontificis Germani, cognominati vulgariter Scoti, ipſamque effregerunt; nec enim B propter vetuſtatem ſuam potuerat auferri ad oppidum S. Quintini, quo oblatum fuerat caput & brachium, depoſitumque apud Dominum D'Origny, Regium iſtic Advocatum. Relicta nihilominus in fundo arcæ fuerunt oſſa, quæ Mag. Gilbertus Carlier, non ita pridem Theſaurarius prædictæ eccleſiæ, adjutus à piis aliquot diœceſanis ſuis, detulit in oppidum Feram, commiſitque fidei & cuſtodiæ Mag. Nicolai Viti, Presbyteri Curati prædictæ eccleſiæ S. Petri, qui & ipſe iſtuc ſe fuga receperat: omniaque clauſit in arcam, continentem ornamenta eccleſiæ, cum præſenti ſcriptura; & depoſuit in ædibus D. Joſephi Doctoris medici iſtic commorantis, præſente & ſuadente D. Mag. Antonio Bougier, Conſiliario Regio & Locumtenente Ribodi-monte; Franciſco Foreſtier, Notario Regio; Gilberto Carlier prænominato; & Dionyſio Baillet, tunc Graphiario, nunc Scabino Ribodimontenſi, qui ſimul omnes Feræ tunc erant. Acta ſunt autem hæc 1 Auguſti, & à ſingulis ſubſignata nominatim fuerunt in protocollo, quod aſſervatus Ribodi-monte in archivo publico.

*Effracta anno* 1650, *à milite hoſtili capſa,*

*Corpus à Theſaurario Feram defertur,*

5 Hodie vero, coram Notariis Regiis ſubſignatis, comparentes venerabilis & diſcretus Joannes Heduin, Presbyter, Doctor Theologalis, Conſiliarius & Eleemoſynarius Regius, Concionator item ordinarius, Pariſiis commorans in Collegio Remenſi Parochiæ S. Stephani de monte; Ludovicus Buhot, Armarius, commorans in clauſtro S. Joannis Lateranenſis; & Mag. Antonius Gra, jam dicti Remenſis Collegii etiam inquilinus, omnes Ribodi-monte nati, certificarunt & teſtati ſunt, quod corpus S. Germani Scoti, Epiſcopi & Martyris, fuerit in ſua capſa (ſicut per traditionem audiverunt) ab annis circiter octingentis; à die XIII Novembris depoſitum intra eccleſiam S. Petri Ribodimontenſis, ubi habetur Patronus oppidi: & quod anno MDCL, durante obſidione & oppidi caſtri Guiſiæ, menſe Junio, prædones aliqui ab exercitu inimicorum immiſſi, violenterque ingreſſi Ribodi-montem, iſtuc reſiduos aliquot incolas repererunt, ac nominatim prænominatum Comparentem Buhot: qui dixit & declaravit, quod vidit frangi grandibus malleis prædictam arcam, interim dum alii prædonum ſocii ipſum & alios plures tenebant firmiter religatos, ut captivos jure belli. Effractâ autem capsâ, cum intra eam vidiſſent oſſa, mediantibus adhuc nervis & carnoſitate quadam exuccâ inter ſe quadamtenus cohærentia; tanto terrore fuerunt omnes divinitus perculſi, ut ſimul omnes fugam arripuerint, reliquerintque intactum argentum, & lapides gemmasque argento infixas. Ita remanſerunt inviolata oſſa ſancta, quo ad uſque præd. Gilbertus Carlier Theſaurarius ea excepit, collegitque intra mappam benedictam, & adjuvantibus nonnullis Feram detulit, quo Mag. Nicolaus Vitus, tunc Ribodi-montis Curatus, cum Majori incolarum parte confugerat. Ibi de conſilio Domini Bougier Locumtenentis civilis & Mag. Franciſci Blondel Advocati Regii ac Majoris Ribodimontenſis, prædicta oſſa fuerunt depoſita apud D. Joſephum, Doctorem medicum Ferenſis oppidi. Poſt hujus mortem arca, continens prædicta oſſa cum ornamentis eccleſiæ Ribodimontenſis, de mandato prædicti D. Heduini, tunc Curati Ribodimontenſis, tranſlata fuit in ædes Theodori Violette mercatoris pileolarii, Feræ commorantis; ubi etiamnum eſt, continens adhuc oſſa prædicta; niſi quod inde ſumptum aliquid, traditum ſit Fr. Joanni Cauchie, Priori Curato eccleſiæ S. Germani Scoti, ad ejuſdem ſuæ eccleſiæ ornatum. De quibus omnibus prædicti Comparentes petierunt fieri inſtrumentum authenticum, prout coram nobis in noſtro muſæolo factum eſt XIV Octobris MDCLIX, ac rite ſignatum ab omnibus.

D

*atque exinde manſiſſe Feræ depoſitum.*

6 *Prædicta autem communicationis hoc ſpeciale eſt inſtrumentum.* Anno MDCLIX, XXV Septembris, coram nobis Roberto de Tupigny, Presbytero Magiſtro in Artibus Univerſitatis Pariſienſis, Curato Parochiæ S. Petri Ribodimontenſis, diœceſis Laudunenſis, & Gilberto Carlier ejuſdem loci cive ac Theſaurario actuali dictæ Parochiæ, ſimul cum R. P. Victore Ambianenſi Capucino & Superiore Capucinorum Conventus Ferenſis, atque R. P. Hippolyto de Ault, ſtitit ſe Fr. Joannes Cauchie, Presbyter Religioſus Profeſſus Abbatiæ S. Ioannis Baptiſtæ Ambianenſis, Ordinis Præmouſtratenſis & Curatus eccleſiæ Parochialis S. Germani Ambianenſis: qui nobis declaravit, quod motus devotione erga præd. S. Germanum Scotum, Pontificem & Martyrem, atque Patronum jam nominatæ Parochiæ ſuæ, in ejuſdem honorem requiſiverit, & publicaverit anno MDCXLVI, Vitam ejus & Officium, ſub approbatione qu. Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Patris ac Domini Franciſci le Fevre de Camartin, beatæ mem. Epiſcopi Ambianenſis; viſitaverit etiam locum martyrii ac ſepulturæ, in oppido nomen ejus ferente in diœceſi Ambianenſi Decanatus Oiſemontani. Quodque proſequens prædictam devotionem, proſecutus etiam ſit curam quærendi loci, ubi corpus ejus quieſceret; intendens obſequi zelo quo ferebatur, ad promovendum illius Sancti honorem, non ſolum in dicta Parochia ſua, ſed etiam in tota civitate Ambianenſi, ubi populus pientiſſime erga eumdem Sanctum afficitur.

E

*Addit Curatus S. Germani Ambianenſis.*

F

*ſe poſt editam Vitam ac miracula*

7 Hoc agens didicerit, ipſum de loco primæ ſepulturæ tranſlatum fuiſſe, ab annis circiter octingentis quinquaginta, in oppidum Ribodimontenſe diœceſis Laudunenſis: ſed non fuerit auſus illuc ſe transferre propter bella; verum ſcripſerit plures epiſtolas venerabili & ſcientifico Domino Joanni Heduin, Presbytero Doctori in Theologia &c; cupiens ab eo certior fieri de Reliquiis S. Germani prædicti. Ille vero ipſi miſerit Officium divinum, quod canitur in loco præd. in die Martyrii ejus II Maji, & in die Tranſlationis Reliquiarum ejus die XXX Novembris: quo in Officio continentur miracula, iiſdem fere verbis quibus reperiuntur in Vita edita per d. Fratrem Cauchie; ultroque obtulerit donare

*cognito quod corpus Ribodimonte fuiſſet,*

*quod annis* 800 *Ribodimonte fuiſſe,*

*nec ſacrilegio prædicto violatum, teſtatur qui vidit.*

donare eidem notabilem aliquam partem Reliquiarum ipſius S. Germani. Hac ſpe illectus ipſe Fr. Joannes, quam primum ſibi tempus favere, ceſſante bello, vidit; diſceſſerit Ambiano XVIII Julii nuper præteriti, famulo ſuo Nicolao Archelin comitatus, & Ribodi-montem advenerit XXII die ejuſdem menſis; ubi non invenerit præfatum D. Harduinum, quippe qui Pariſios ſe receperat, Cura oppidi in Petrum de Ribodi-monte tranſlata. Itaque prænominatus Frater nos accedens, declaravit devotionis ſuæ & itineris cauſam: inſtanterque rogavit gratiam ſibi fieri, per quam poſſet ipſius Germani arcam inſpicere, ſecumque referre partem aliquam, ſua in eccleſia Ambiani reverenter exponendam. Tum vero narravimus ei præcedentis temporis acta: quomodo ſcilicet effracta à prædonibus arca Feram tranſlata fuerit.... ibique nunc aſſervetur.... Volentes inſuper piæ ejus curioſitati facere ſatis, deduximus illum ad eccleſiam S. Petri, oſtendimuſque locum ubi poſita capſa erat: deinde vero conſilium ſumpſimus una cum ipſo Feram adeundi, quod tamē differendum nobis fuit, eo quod prænominatus Carlier Ribodi-monte abiiſſet, propter urgentia quædam negotia: proinde Frater ſæpe dictus Ambianum rediit.

*& accepta ſpe partis obtinendæ,*

*illuc acceſſiſſe anno 1659.*

8 Die autem x Septembris ſequentis ſcripſimus Fratri illi, ut omnino curaret adeſſe Feræ die XXV ejuſdem menſis: quemadmodum & fecit, Ambiano egreſſus die XXII, & poſtridie Feram appulſus, ubi nos uſque ad XXIV expectavit, quando nos etiam iſtic adfuimus cum præd. Domino Carlier; Sequenti vero die una cum eodem Domino adivimus R.P. Victorem Ambianenſem, Prædicatorem Cappucinum & Superiorem domus & conventus Ferenſis, atque R. P. Hippolytum d'Ault item Prædicatorem; rogavimuſque dignarentur nos comitari, ituros ad Theodorum Violette, Magiſtrum Pileolarium, in cujus domo depoſita ſervatur arca, continens Reliquias S. Germani, & argenteam eccleſiæ Ribodimontanæ ſuppellectilem, atque alia pretioſiora paramenta. Huc cum etiam adveniſſet, ut præmonitus erat, dictus Fr. Cauchie, ut intereſſet ipſius arcæ reſerationi, Reliquias ſpectaret, ſuæque devotioni faceret ſatis; oravimus præd. Dominum Carlier, penes quem claves arcæ erant, ut ipſam nobis aperiret. Quo facto, cum omni qua potuimus reverentia, exemimus inde faſciculos duos, quorum unus continebat ſudarium S. Germani, in altero erant pene omnia illius oſſa, exceptis capite atque brachio, quæ ſeorſim habentur incluſa argenteis thecis.

*Deinde Feram evocato,*

*coram duobus Capucinis,*

9 Porro cum idem D. Carlier, præſtitiſſet juramentum, quod illa eſſent ipſamet S. Germani oſſa, quæ ante violationem capſæ, factam per milites, intus repoſita jacuerant (utpote qui ea ipſemet collegit poſtridie violationis prædictæ; quod etiam atteſtabatur Proceſſus verbalis, ex eadem arca productus) cumque omnes ipſas Reliquias profunde eſſemus venerati; ad inſtantem ſupplicationem prædicti Fr. Cauchie, accepimus inde os coxendicis unius, coſtæ unius, & unius vertebræ, cum parte maxillæ, cui etiamnum dens unus adhæret; ipſoque illo tempore donavimus præd. Fr. Cauchie, Curato Parochiæ S. Germani Ambianenſis, per ipſum modo infra exprimendo iſtuc deportanda, & conſervanda in choro jam dictæ parochiæ; ita ſcilicet, ut ſolus ipſe directionem ejus rei habeat, quamdiu Curam ibidem obtinebit, ac poſtea ejus ſucceſſores; hos & illum inſtanter rogantes, ut quantam poterunt adhibeant diligentiam, pro tantarum Reliquiarum condigna veneratione. Denique, poſtquam prædictas Reliquias, candido Corporali involutas, incluſimus pyxidi ex albo ligno, cum goſſypio & filo albo, ad cum finem nobis per Fratrem Cauchie oblatis; eidem pyxidi etiam impoſuimus duplicatam hujuſce Proceſſus verbalis, à nobis omnibus rite ſignatam, obſignatamq; ſigillo locali Conventus Cappucinorum Ferenſium; quos rogaveramus ipſum ſigillum nobis commodare, pro comprobanda dictarum Reliquiarum certitudine & omnium ſuprascriptorum: de quibus ipſe Fr. Cauchie, petiit à nobis publicum inſtrumentum: quod cum ei annuiſſemus, atque geminæ ſindoni albæ delicatiſſimæ involviſſemus tam Reliquias quam Sudarium S. Germani; & utrumque faſciculum incluſiſſemus arculæ ligneæ albæ, una cum prædicta gemina ſindone oblatæ nobis à dicto Fratre; addito etiam authentico hujus Actus exemplo; ipſam arculam octo clavis operculum tranſeuntibus confiximus, funibus cannabinis circumligavimus, & per quatuor partes obſignavimus ſigillo antedicto; quo exprimitur S. Ludovicus Franciæ, cum circumſcripto, SIGIL. CAPVC. CONVEN. FERÆ. Præſens autem inſtrumentum traditum fuit prædicto Fr. Cauchie, hoc modo ſignatum. Fr. Victor Ambianenſis Prædicator Capucinus, Superior Conventus Ferenſis. Fr. Hippolytus d'Ault, Presbyter Prædicator Capucinus, Cauchie, Carlier & de Tupigny, cum atteſtatione & ſignatura legali.

*ſub fide publici inſtrumenti;*

*& cetera nova capſa incluſit.*

*reſerata per Theſaurarium arca,*

*tradidit Curatus Ribodimontenſis oſſa,*

10 Sabbato XXVII Septembris anni jam dicti MDCLIX, prænominatus Fr. Joannes Cauchie, Curatus S. Germani prædicti, Ambianum appulit, in domum Presbyteralem ejuſdem S. Germani, cum famulo ſuo, qui eum fuerat ſemper comitatus, Nicolao Archelin, afferens pycidem albam prænotatam, cum Reliquiis, expreſſe numeratis in Proceſſu verbali Domini de Tupigny, Curati Ribodimontenſis. *Qui Frater, cum de omnibus antedictis accurate retuliſſet ad Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. Franciſcum le Fevre, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopum Ambianenſem, petiit aſſignari ſibi horam, qua ipſi prædictas Reliquias reſerandas & recognoſcendas offerret. Aſſignato autem ſibi die* III *Aprilis anni* MDCLX, *comparuit hora poſt ortum diei tertia, in capella Domus Epiſcopalis; & ſimul cum prædicta pyxide capſam querneam attulit, benedicendam ab Epiſcopo. Hic convenienter ad ejuſmodi actum indutus, coram diſcretis ac ſpectabilibus Magiſtris Renato Robeville, Presbytero, Doctore Theologo in Vniverſitate Pariſienſi, Archidiacono & Canonico Theologali eccleſiæ Cathedralis Ambianenſis; Carolo Picard, Presbytero, Iuris Canonici Baccalaureo, Scholaſtico & Canonico atque Officiali Curiæ ſpiritualis; Carolo Houlon, Presbytero Licentiato in Legibus, Clerico Conſiliario Baliviatus & Sedis Præſidialis Ambianenſis, ipſiuſq; Officialis tunc Vices-gerente; omnibus ejuſdem Epiſcopi Vicariis generalibus: Secretario item, Promotore, ac Theſaurario Epiſcopalibus, pyxidem aperuit; omnia ut ſupradicta ſunt reperit, ipſas Reliquias oblatas ſibi ſindoni albæ ac ſerico rubro involvit, & ſeparatim tribus pulvillis telæ albæ impoſuit, eiſque ſericeo rubro filo aſſui fecit; itaque, ſimul cum Proceſſu verbali deſuper confecto (cujus hic ſummam dedimus) incluſit benedictæ à ſe querneæ arculæ, ac ligneis clavis clauſam, & funiculo ſericeo rubro obligatam, ſigillique ſui impreſſione munitam, reddidit prænominato Fr. Cauchie. Qui hanc narrationem concludens addit,* Intelligo quod, publicata inter ambas Coronas pace, Reliquiæ S. Germani, tam quæ apud S. Quintinum, quam quæ fuerant in depoſito Feræ, Ribodi-montem honorifice ſint relatæ ad eccleſiam S. Petri, ubi in eodem quo prius honore habentur.

*Ille Ambianum regreſſus,*

*ipſas Reliquias an. 1660 exhibet Epiſcopo Ambian.*

*ab eoque recognitas recipit, in ſua Parochiali exponendas.*

A

## DE S. WALDEBERTO AB.

PAg.274 num.1 adde --- *Sic etiam in nobili S.Faræmonaſterio diœceſis Meldenſis* Reliquias S. Waldeberti Abbatis Luxovienſis *haberi (quem Sanctimoniales* S.Gaubert *vocant, &* Walburgim, Gauburge, *quaſi* Gualbertum, Gualburgim) *ſcribit mihi Claudius Caſtellanus Canonicus Pariſienſis, poſtquam omnes ipſius loci lipſanothecas, monſtrante Abbatiſſa, vidiſſet anno* 1685. *Verum metuo, ne hac ſit confuſio infra notanda; ubi Abbatem Luxovienſem, ab ejuſdem nominis Epiſcopo Meldenſi, SS.Faronis & Fara fratre, diſtinguere conabor.*

*Ibid. col.2 an.* 24 *poſt verba --- Walberti Epſcopi ---* adde --- *Mabilio, in Appendice ad part.2 ſeculi* 3, *daturus librum Miraculorum, de quo infra, notat in veterrimo Kalendario Corbeienſi, ante annos nongentos exarato, non aliter exprimi ejus memoriam quam hiſce verbis;* VI Nonas Madias depoſitio S.Waldeberti Abbatis, *nec majorem titulum in ipſo libro miraculorum uſpiam ei dari. Idem poſt Part.1 ſec.3 in addendis ad ſec.2 in Vita S.Salabergæ danda* XXII *Septembris, quæ Vita non longe poſt Waldeberti obitum ſcripta eſt; & in libro de miraculis ejuſdem Sancti, nuſquam* Epiſcopum, *ſed jugiter* Abbatem *appellari notat. Similiter poſt ſec.4 in addendis ad 2 notat, in Vita S.Bathildis, num.7 ſecundum noſtram diviſionem,* XXVI *Ianuarii, dici, Theofredum Corbeiam Miſſum* à Reverentiſſimo viro Domno Gualberto, quondam Abbate, *ubi ſine dubio putat, ſi unquam fuiſſet* Epiſcopus, *ſic etiam appellandum fuiſſe.*

B

*Pag.* 277, *col.* 1 adde --- *Mihi videtur, ad rem tantam decidendam nullum momentum adferre poſſe ſcriptor ſeculi* XI, *licet Benedictinus: quantumvis in eamdem cum ipſo ſententiam eat Albericus trium fontium Monachus, ad annum* DCCCCXXX *dicens, quod* ad hæc tempora Regula B. Columbani, tam in Francia quam in Burgundia, obſervabatur à nigris Monachis: ſed S. Odo Abbas Cluniacenſis Regulam S. Benedicti in Cluniaco, & in S. Benedicto ſupra Ligerim fecit obſervari, & exinde procedente tempore ubique recipi. *Quidquid enim iſti dicant aut ſentiant, certum eſt Benedictinæ Regulæ propagationem trans Alpes longe anteriorem eſſe ſeculo* X; *ipſaque Floriacenſis Abbatiæ ſecundus Abbas S.Mummolus, adeo ſolicitus ut corpus ſanctiſſimi Patriarchæ ad ſuum transferri faceret monaſterium, ſatis certos nos reddit de Regula quam ille profeſſus ſit; & cujus dumtaxat obſervationem reſtituiſſe Floriaci potuerit S.Odo, non primum induxiſſe, utcumque actum ſit cum Luxovio aliiſve nonnullis, Burgundiæ ac Franciæ Orientalis ſeu Franconiæ monaſteriis, quæ forte ſolam S. Columbani Regulam uſque ad ſeculum* X *tenuerunt, licet Benedictinam nec ignorarent nec contemnerent, ſed cum aliis aliorum Sanctorum Patrum Regulis haberent ac legerent pro ſpirituali inſtructione.*

*quamquam ea diu antea nota fuerit in Gallia.*

C

*Ibid. col.2 in titulo* --- Abbate Luxovienſi --- *l.* --- Dervenſi.

*Pag.*279 *Annot.* f *lin.6 inchoetur Annot.* g Nant. ... *& in fine* addatur. --- *Aſt idem in Addendis ſe corrigens, vult intelligi locum* Vinant, *quaſi* Vicus-Nanti, *qui una aut altera leuca diſtat à Matrona infra Meldas.*

## DE S. WIBORADA V. M.

PAg.283 num.2 lin.4 adde ---: *eamdemque bis tranſcriptam nobis miſit Gamanſius, ex papyraceo Codice Auguſtano SS.Vdalrici & Afræ, exarato (ut in fine hujus Legendæ additur)* anno Domini MCCCCXIIII, feria IV quatuor temporum in Adventu Domini: *cum quibus duobus ecgraphis editionem hanc conferens, paucula quædam aut diverſa aut meliora reperi, & ad calcem apponenda cenſui. Vita ipſa ab Ekkehardo &c.*

D

*Ibidem poſt num.* 5 adde --- 6 *R. P. Ioannes Mabilio, ſuo* V *ſeculo Benedictino inſerturus Vitam à nobis acceptam, inter alia præfatur, Recluſorum Recluſarumque inſtitutum celebre olim in Ordine Benedictino fuiſſe; idque probat exemplis* S.Hoſpitii *ac* B. Coletæ, *de quibus nos egimus* XXI *Maji &* VI *Martii. Ad rem noſtram propius hic facit, quod narrata* S. Rachildæ *recluſione & morte, ex prælaudatis Hepidanni Annalibus idem addat, quomodo ſexto poſt obitum Rachildæ anno, Chriſti* DCCCCLII, Kerhilt VI Kal. Junii, in die Aſcenſionis Domini, ſacro velamine induta eſt, & in Natali S. Mariæ incluſa, *primum quidem ad S.Georgium, deinde* circa Wiboradæ clauſulam apud S.Magnum; *fuit autem ipſa* neptis S.Notkeri Balbuli, *uti aſſerit Ekkehardus Iunior Cap.*9, *mox ſubjungens, quod* Perchterat quædam vidua ſancta, cum & ipſa includi optaſſet, & in clauſula ejus (*Rachildæ ſcilicet*) ſibi oblata pene annum in probatione laudabilis appareret; vulgi viſitationes crebras & inanes devitans, in cella Salomonis circa parietem tituli S.Georgii includi rogaverat, magnarumque virtutum operatrix plures inibi annos exegerat. *De hujus morte, ad annum* MCCCCLXXXVI, *ſcribit Hepidannus:*

*Quam in Recluſione ſequuntur.*

*Kerhildis.*

E

*Pertherâda.*

Pertherat in clauſtro defuncta, petit loca cælo:

*Hatkerus.*

Hatker mox antrum, poſt quã, ſe damnat in ipſum.
*De* Hatkero *vero,* octava Chriſti (*videlicet* Nati) *adeoque Kalendis Ianuarii defuncto, ita porro canit ad annum* MXVIII.

Hatker in melius mutatur (ut opto) Recluſus;
Dexter in Octavâ fit, bone Chriſte, tuâ.

*Gerhiltha & Kothelindis.*

*Eodem etiam tempore ſimilem recluſionem coluerunt apud Sangallenſes,* Gerhiltha & Kothelindis (*Virgines an Viduæ incertum, grandævæ amba*) *id enim teſtatur idem Hepidannus ad earum mortuales annos,* MXIV & MXX, *hiſce verſibus:*

Cruda virens Deo Gerhilth, ſeniore ſub ævo
Fungitur in clauſtris, reſerans ergaſtula carnis. *Et.*
Flendo peractorum Kothelin veterana dierum,
Sponſi celſa ſubit, cui ſe vivam ſepelivit.

*Pag.*295 *poſt Annotata ponantur.*

## VARIANTES LECTIONES.

### *Ex Ms. Codice Auguſtano.*

NVm, 4 *lin.* 15 Quam diſſimulata pro tempore cauſa.
5 *lin.* 17 Cumque ille.
6 *lin.* 1 Rem roboraturus ſum. F
7 *lin.*12, immoramur.
8 *lin. penult.*, in ſeculum ſeculi manſuræ.
10 *lin.*15 coëgiſſet *l.* coëgit.
*Lin.*20 *&* 21 una Kelmi, altera Bertheda: *quæ minus placent.*
*Lin.*31 *l.* contenta [eſſet] *& dele* [cetera]
13 *lin.*11 eum: *l.* cum.
14 *lin.*15 videretur, *l.* videret.
15 *lin.* 1 prædictum eſt.
16 *lin.*16 in Potamico lacu *vulgo* Boden zee, *ſeu potius* Bodmen-zee, *ab adjacente caſtro: alias poſſet dictus ab auctore videri* Potamicus, *id eſt* fluvialis, *quippe quem Rhenus fluvius efficit: antiqui* Venetum *dixere.*
20 *lin.*2 qua. *l.* quæ.
36 *lin.* 7. Qui *l.* Quibus.

*Pag.*320 *ante vitam* S.Antonini *ponatur ex Appendice pag.*763, *Commentarius ſequens.*

DE

A

## DE B. MAFALDA REGINA.

*Num. 5 sic inchoetur --- 5 Ita Rodericus, ex cujus lib. 6 cap. 21 scimus,* Alfonso VI, *quem Imperatorem cognominant, filias duas fuisse;* Urracam, *unde natus nepos* Alfonsus VIII, *Henrici pueri proavus;* & Sanciam, *nuptam Henrico Comiti Portugalliæ, unde natus est Alfonsus, ejusdem Portugalliæ primus Rex, avus Mafaldæ: sic ut sponsi se mutuo contingerent in quinto gradu, in quo nuptias contrahi tunc adhuc vetabatur Canonico jure: quæ omnia distinctius patebunt ex nostris ad Acta S. Ferdinandi Regis Commentariis die* XXX *Maji. Sciens ergo* Mafalda, *quale ipsam inter se & Henricum Castellanum consanguinitatis impedimentum esset, & præ oculis habens Tarasiæ sororis suæ exemplum, quæ ab Alfonso Rege Legionensi amitino suo, post annorum plurium contubernium liberosque susceptos, fuerat coacta recedere, ut Regnum Interdicto solveretur; supponi debet, ut erat non minus prudens quam pudica, & annos tum forte nata viginti quatuor, diligenter caviisse, ne quid Rex puer circa se aut vellet aut posset agere decori contrarium, quemadmodum*
B *recte animadvertit Cardosus, ex cujus Hagiologio &c.*

## DE S. ANTONINO ARCHIEP. FLORENT.

*Pag. 311 n. 2 lin. 13* post --- *accuratissime ederetur* --- adde --- *Idem deinde nobis significavit &c. ut in App. pag. 766.*

*Pag. 313 col. 1 post. lin. 3* adde ---

13 *Absolveram autem non solum compositionem prædictorum omnium, sed etiam impressionem, tresque priores Maji tomos in lucem emiseram; quando prælaudatus Illustrissimus Patronus meus D. Antonius Magliabechius misit Italicum Vitæ compendium, statim à peracta Canonizatione ex Castilionæo & Leonardo desumptum, à Fr. Ioanne Maria Tolosano de Colle Vallis-Elsæ Conventus S. Marci Professor, cui testimonium eruditionis minime vulgaris præbent ejus opera complura, in Bibliotheca Conventus istius asservata, uti lectorem docet Præfatiuncula, eidem post plures anteriores editiones nuper recuso præfixa. Recordatus etiam Magliabechius, in Musæo suo, non tam copia quam vetustate & delectu librorũ æstimando, haberi aliam plenioremItalicam Vitam Sancti sui tutelaris ac synonymi, anno* MDLXIX *Florentinis typis Italice editã, auctore Euphrosyno Lapini, ipsam mihi misit. Laudat eum Catalogus scriptorum Florentinorũ Pocciantii à tersa Latinitate, Græcaq; linguæ ac liberalium omnium Artium peritia singulari, qua nobilissimos quosque patriæ suæ juvenes non modica cum eorum voluptate perdocuit: sed mirum est, complura ejus utroque idiomate Latino Tuscoque opera recensenti, hunc de* S. Antonini *vita libellũ innominatum præteriri, duobus dum taxat annis editum ante Auctoris mortem, quam obiit exeunte anno* MDLXXI, *ut hoc ejus quasi testamentum dici posit. Inscribitur opusculum Fr. Angelo Diaccetto, Fæsulano Episcopo, ex Ordine S. Dominici ad eas Insulas assumpto: qui etiam in eodem Ordine, post abdicatam Prælaturam pientissime obiit, triennium non integrum Lapinio superstes; vir etiam ipse, dum viveret, doctrina & sanctitate clarissimus. Profitetur Lapinius secutum se* Auctores duos, *quorum* primus Sancto familiarissimus (*haud dubium quin Franciscus Castilionensis*) statim post mortem ejus Vitam scripsit Latine, affectando strictam ac brevem sermonis elegantiam; copiosius alter, quamvis stylo minus venusto, eamdem composuit, tempore Clementis VII, rogatus à quodam P. Procuratore Ordinis S. Dominici, *scilicet Fr. Vincentio Mainardo prænominato*, ipsique Pontifici misit. Ego vero, *inquit*, ex directione duorum istorum, & propriarum observationum quarumdam adminiculo, conformium ei relationi, quam à puero accepisse memini, ab iis qui ejusmodi mirabilia audiverant re-

*Vita Italica ab Euphrosyno Lapini,*

C


*ex Castilionensi & Mainardo propriisque notitiis,*



citari à senioribus suis, quorum patres ipsi Archiepiscopo sancto coævi familiaresque fuerant; accinxi me ad conscribendum præsentem tractatum vulgari nostra lingua; ut communis omnibus esse possit memoria glorioissimi sui Pastoris. Hoc autem eo magis necessarium mihi visum est, quod licet prædictæ Vitæ, ipso quo sunt compositæ tempore, typis mandatæ sint; exemplaria tamen earum usque adeo rara nunc inveniantur, ut nec apud ipsos quidem Sancti Fratres, nisi perquam difficulter, ea sit reperire. *Ita ille, litteris Florentia datis* X *Septembris. Quod si jam tunc tanta erat exemplarium prædictorum raritas, nil mirum si rariora ea nunc sint, magnaque felicitati sibi Magliabechius ducat, Vitæ à Castilionensi curatæ impressum exemplar in sua haberi bibliotheca; nec minus nos nobis gratulemur, accepisse ex Hispania librum, quem Florentiæ nusquam videramus. Interim operæ pretium fuerit, instituta collatione jam impressarum à nobis Latinarum Vitarum cum ista posteriori Italica, referre in Appendicem, Gloriæ postumæ præmittendam post Acta, quidquid à Lapinio singulariter commemoratum notaverimus.*

*unde hic datur accepta Appendix.*

D




14 *Præter hæc, nihil ultra habens quod addam, animadverti in Actis Translationis fieri mentionem tabulæ, positæ super altare, sub quo conditum sanctum corpus credebatur;* In qua *tabula* depicta existebat imago sanctissimi Crucifixi, ad cujus pedes flexis genibus depicta est etiam imago S. Antonini, dictum Crucifixum adorantis. *Sed* & in facie *ipsius depositi, sub eodem altari collocati,* reperta *dicitur* imago dicti S. Antonini, modo quasi jacentis & mortui, cum quibusdam Versibus. *Hæ autem imagines cum fuerint æstimatæ* à tempore depositionis ejus *sic extitisse; cupido me subiit eas exquirendi, & ectypa si possem obtinendi: sed responsum accepi eas quidem non extare amplius, haberi tamen in civitate vetustas alias, non solum pictas, quibus diffidere vir prudens merito posit; sed etiam fusiles, ex ea forma, quæ fuit ab ipsomet mortui vultu accepta, quo nihil optari potest ad genuina lineamenta certius. Talem igitur hic accipe, qualem D. Carolus Marcellinus, eximius Florentiæ statuarius, hunc in finem delineavit.*

*Sancti effigies genuina.*

A *Pag.* 351 *Annot.* c *lin.* 4 ſic lege — *Sed audaci unius ex Electis, Petri ſcilicet Capponii dicto factoque cohibitus — Deinde eadem pag. ponatur.*

# APPENDIX

## *Ex Vita Italice ſcripta ab Euphroſyno Lapini.*

MOrtuo D. Bartholomæo Archiepiſcopo Florentino, contigit totis novem menſibus Sedem vacantem manere: eo quod Eugenius Papa IV, Florentinæ Eccleſiæ optime affectus, utpote qui Florentiæ natus fuerat, hæreret ambiguus, quem potiſſimum illi præficeret. In hac tam longa deliberatione, divina id ordinante providentia, animum nonnihil laxaturus, die quodam venit ad capellam palatii, ubi Fr. Joannes ex Ordine Prædicatorum, Profeſſus Conventus S. Dominici Fęſulani, idemque celeberrimus pictor, de mandato & ad petitionem ipſius Pontificis, Chriſti à cruce depoſitionem pingebat, aliaſque hiſtorias, quas ibi etiamnum videre eſt. Erat Joannes vir bonus ac ſimpliciſſimus, ideoque perquam carus Pontifici ac familiaris. Hic ingredientem ſalutans, cum ſolito triſtiorem incedere animadvertiſſet (conſueverat enim frequenter, & hilari ſemper facie, ad opus inſpiciendum venire) interrogavit, ecqua eum cauſa ſic perplexum haberet. Non levis, inquit Pontifex: cogitamus enim, quomodo, elapſis jam novem menſibus, quibus nullam potuimus quietem capere, tandem idoneum Præſulem præficiamus patriæ tuæ: necdum enim, quamvis multi oblati ſint, occurrit animo, cujus denominationi poſſim acquieſcere. Ad hæc Joannes; Ne Tua, inquit, Sanctitas facile iſta ſe cura liberaverit, cui tanta ſuppetit copia proborum atque litteratorum virorum, in quorum humeros onus iſtud reclinari poſſit. Inter hos non ultimus mihi nominandus occurrit Frater Antonius, de quo Sanctitas ſua toties magnificum tulit judicium, admirans eum ac præferens omnibus, ingenii ac virtutis laude præſtantibus, qui non ſolum in noſtra civitate Florentia, ſed etiam ubicumque florent hac ætate, tam quoad experientiam regiminis, quam quoad ſcientiæ Theologicæ profunditatem: ille vero opportune vicinus nobis eſt, Conventus per Regnum Neapolitanum viſitando circumiens. Hic vel alii ſimiles (quorum ideo ratio nulla habetur, quia ſeſe per ambitionem non ingerunt, uti alii, hac ipſa de cauſa indigni, & interim omni hora moleſti) ſolicitudinem veſtram lenient; quorum ex meritis facta electio, non ſolum quietem Sanctitati Tuæ conciliabit, ſed etiam laudem pariet.

*Poſt 9 menſium deliberationem anxius pro creando Archiepiſcopo Pontifex,*

B

C

2 Non tu, ſubjunxit Pontifex, ſed Spiritus ſanctus per os tuum mihi locutus eſt, oſtendens mihi quod medio in mari aquam requiram, & virum nominans procul dubio digniſſimum. Gratias deinde Joanni egit, & de iis quæ dicta erant ſilentium ipſi impoſuit; ac porro ad alios ſermones digreſſus, in ſua conclavia rediit, firmiter decretum habens Antonium Archiepiſcopum nominare; quemadmodum, præter omnium expectationem, convocato poſtridie conſiſtorio, fecit. Ita omnino actam rem certiſſimo mihi conſtat: nec ſatis demirari poſſum, quod noſtri temporis ſcriptor aliquis, ex occaſione mentionem inducens Fr. Joannis Pictoris, aſſeruerit, quod huic ipſi Archiepiſcopatum obtulerit Pontifex; ſed ab eodem, ſuæ incapacitatis conſcio, propoſitus Papæ Antonius fuerit. Verum quid mirer in eo caſu narrando ſic exorbitaſſe ſcriptorem iſtum, quando eidem etiam accidit, Nicolaum V pro Eugenio IV nominare? Antonius interim, intellecta ſui nominatione, decrevit fuga ſeſe in Sardiniam ſubducere. Sed hoc cogitanti, & nihilominus moras aliquas in Regno trahenti, ne ſuæ Religionis cœpta negotia confuſa & imperfecta relinqueret; ſupervenit improviſo ſuus ex ſorore nepos Petrus, citatis equis ideo advectus Florentia, quia avunculi ingenium cognitum habens, haud fruſtra metuebat ne is electioni ſuæ repugnaret, & repugnando irritam faceret. Tum Nepotis & Patrum omnium precibus victus, conſenſit quidem redire in Tuſciam; ſed convocatis in Fęſulanum Conventum diœceſeos Florentinæ Prælatis, conatus eſt excuſare ſeſe.

*ad id munus eligit.*

*ſuggeſtum ſibi à Religioſo Pictore Antonium,*

D *Ipſe aegre regreſſus in Tuſciam Prælatis ſe excuſat,*

3 Quanto autem excuſabat magis, magis illi eum optabant habere; cumque videretur precibus eorum concordibus nihil moveri, decreverunt pariter omnes ſcribendum eſſe Romam, ad Communitatis totius tunc in Curia Legatum, Paulum Zenobii qu. Pauli de Diacetto, ſignificantes ei quantopere ille repugnaret oblatæ Prælaturæ, ipſique econtrario Paſtorem non alium velle conſenſiſſent; injungentes eidem, quacumque ratione id ageret, ut vel ſponte vel coactus admitteret Antonius oblatam dignitatem: id quod inter alia dictus Orator Dominio Florentino ſignificat, ſe apud Pontificem tandem effeciſſe. Vidi ego talium litterarum exemplar in fragmento cujuſdam libri: ubi per modum Ephemeridum adnotabantur Legationis iſtius acta, quod fragmentum hodiedum ſervatur apud D. Franciſcum Diacettum Canonicum Florentinum, dignum heredem, non ſolum nobilitatis avitæ, ſed etiam virtutum majorum ſuorum. Placet autem ex illa Epiſtola, ſcripta die XIX Februarii MCCXLV, ad confirmationem prædictorum, tranſcribere articulum huc ſpectantem, eſt vero hujuſmodi. Quantum ad Archiepiſcopum, mihi dicit (ſcilicet Pontifex) expertum ſe omnia, tam per litteras, quam per certos homines, ac porro libenter idem facturum: hortatur autem Dominationes veſtras, ut loqui Antonium faciatis, eique perſuadeatis acceptare munus: quod ſi porro perſiſtat negare conſenſum, Dominationes veſtræ omnino intelligant quare neget, eumque exorent atque conſtringant. Quibus ex verbis liquet, qua in æſtimatione bonus ille Religioſus apud Pontificem eſſet; qui repugnantiam tantam intelligens, nec abſque ratione eam eſſe perſuaſus, omnino voluerit cauſam quæri; quam ubi denique non aliam animadvertit eſſe, quam profundam Chriſtianamque viri humilitatem, abſoluto eum præcepto conſtrinxit.

*hi vero per Legatum ſuum Romæ inſtant,*

E

*ut cogatur acquieſcere.*

F

4 Archiepiſcopus factus, voluntariam paupertatem nihilo minus quam antea ſectabatur: quod ſi homines largi & caritate præditi, ut ſæpe fiebat, mitterent ei aliquid ad uſus ſuos, continuo jubebat vendi, acceptumque pretium in pauperes diſtribui. Contigit autem virum nobilem donare ei lectiſternium ſericum acu laboratum, eo quod judicaſſet non ſatis congruum ipſius dignitati eſſe vile illud, quod Archiepiſcopi lecto inſtratum viderat: quippe quo vix patienter mediaſtinorum quiſpiam uti voluiſſet. Verum ille venum miſit oblatum, & pretium in eleemoſynam erogari juſſit. Venditum in veterarii cujuſdam apotheca agnovit Nobilis qui donarat: ratuſque defectu pecuniæ id feciſſe, quem ſciebat ſæpe etiam de neceſſariis ſibi tuliſſe, eleemoſynæ faciendæ cauſa; ſtragulum idem redemit, Præſulique remiſit, idque tertium. Quæ res vulgo cognita adeo non reſtrinxit caritatem civium, ut potius plurimi, ex nobilioribus & opulentioribus, de ſubſtan-

*Paupertatis amans,*

*pretioſius ſtragulum ter vendi facit in eleëmoſynam.*

A ſubſtantia ſua ad eum conferrent, eo fere modo, quo temporibus Apoſtolorum primi fideles deferebant bona ſua ad pedes S. Petri.

*Quot noctibus ſurgens ad Matutinas,*

5 Nulla non nocte ſurgebat ad Matutinum Officium, nec erat domeſticorum ejus aliquis, qui, ejus hoc in genere conſtantiam aliquando expertus, quantumcumque intempeſta eſſet aura, ſequi eum detrectaret: quare aliquando etiam contigit oſtendere Deum quam id ſibi gratum eſſet. Cum enim hiemali ac pluvia nocte, per denſiſſimum imbrem, ſic progreſſo in Cathedralem occurrerent domeſtici, humorem à veſtibus excuſſuri, quas perplutas invenire credebant, nec hilum quidem madere mirati ſunt. Habebat ſororem Sanctus, conjugio copulatam. Ea cum aliquando de rei familiaris anguſtiis quereretur, ſolari eam volens frater, bono ut animo eſſet, juſſit; futurum aliquando aſſeverans, ut grave tunc onus, leviſſimum experiretur; tantum filiis, quos tres habebat, bene educandis incumberet ſedula. Nec irrita talis prædictio fuit: unum enim eorum vidit mater ad eum ipſum gradum dignitatis evectum, in quo tunc Sanctus erat: & alii duo inſignes Legum Doctores fuerunt.

*non tangitur à pluvia.*

B *Tumultuoſos in templo ad ſponſam nobilem videndam concurſus,*

6 In publicis vitiis reprehendendis, ſi verba non ſufficiebant, violentioribus etiam remediis utebatur. Ita cum ſub ſempus Veſperarum, quibus ipſe intererat, nobiliſſima quædam ſponſa eccleſiam ingreſſura eſſet, ſingularis omnino formæ, & quæ iſta vice primum procedebat in publicum; ac ſparsâ rei famâ, juventus quaſi infinita accurriſſet ad ſpectaculum, viam quà tranſitura erat obſidens; mox atque eam portæ templi appropinquare auditum eſt, facto in Chorum concurſu, omnia ſedilia & ſcamna occupavit, & utrimque veluti in ſepem reducta, non niſi anguſtiſſimum tranſitum relinquebat. Hinc ingens toto Choro ſtrepitus confuſuſque tumultus, cum poſteriores alii urgerent anteriores. Tantam eorum proterviam ferre non valens Archiepiſcopus, ſurrexit de throno ſuo; ingreſſuſque in ſacriſtiam, manipulum funium arripuit; & facto exinde flagello, plenus zelo ad tumultuantes acceſſit; quantumque valebant brachia percutere incipiens; Ite, inquit, abite, ſcelerati & ſatanæ filiis, Dei templum domus orationis eſt, & vos eam facitis ſpeluncam latronum. Ad Euangelicas haſce voces tantus terror invaſit multitudinem totam, ut quaſi iram Dei in vultu ſui Paſtoris legiſſet uniſquiſque, certatim ad aliquam portarum procurrerent omnes, exitum quæſituri, ita ut pene invicem conculcarent. Fuitque res admiratione digniſſima, quod tali in caſu, quo etiam viliſſimus quiſque ſolet audaciſſimus eſſe, in tanta turba Nobilium, & juvenum, & pro hujus ſeculi corruptela inſolentiſſimorum, nec unus quidem repertus ſit, qui hiſcere contra auderet.

*flagello diſſipat.*

C

*Mortui digitum optat habere Pius V. Pont.*

7 Mortuo ſepultura fuit data, ad latus communis ſepulturæ Fratrum, quæ eſt ante portam Chori: ibidemque poſtea facta eſt capella, ac ſupra depoſitum Antonii altare, craticulatum à fronte, ut videri poſſit monumentum: ante quod tenetur jugiter accenſa lampas, & ſic ad noſtra uſque tempora perſeverat. Quamvis autem Pius Papa V, cupiens vel unicum ſancti viri digitum obtinere, ſuum hoc deſiderium Priori Conventus S. Marci indicaſſet; miſſus tamen ea de cauſa Romam fuit R.P. Fr. Sanctez Cini, qui ſuæ Sanctitati ſignificaret, ſepulcrum iſtud ad eum uſque diem numquam apertum fuiſſe: rogaret proinde, ne, ſi omnino id fieri Pontifex vellet, abſque apparatu aliquo extraordinario id ageretur. Quod ille intelli-



gens, neque tunc ſatis idoneum tempus eſſe cognoſcens, maluit rem differri. D

*Pag.* 354 *num.* 16 adde --- *Blaſius Ortizius, Canonicus Toletanus, Adriani Papæ ex Hiſpania in Italiam comes, & quamdiu is fuit in vivis domeſticus,* Itinerarium *ejus* ab Hiſpania Romam uſq; ac ipſius Pontificatus eventus, ſumma fide collectos *reliquit tribus libris, digniſſimis plane quos tertio ſuo Miſcellaneorum tomo inſereret eruditiſſimus Baluzius. Libri iſtic* III *Caput* XXX *totum eſt* de Canonizatione Beatorum Antonini & Bennonis. *Colitur autem* S. Benno, *Miſnenſis in Saxonia Epiſcopus,* XVI *Iunii, de cujus Canonizatione cum nulla habeatur promulgata Bulla, commode iſtud Caput ibidem proponetur ad ſuppiendum defectum. Satis ſit ad laudem Adriani cum Ortizio notare, quod* quamvis ſumma pecuniarum non exigua in ejusmodi *Canonizationis* actu, tum in Pontificia familia toganda, tum in aliis impendiis ſoleat conſumi; circumſpectiſſimus tamen Papa tales ſumptus, quaſi alienos à ſanctimonia & puritate Canonizationis, fieri vetuit.

*Adrianus omnia, gratis fieri juſſerat.*

*Pag.* 355 *num.* 19 adde --- *Cæptum id mox executioni mandari, tam Florentiæ quam in toto Prædicatorum Ordine. Et in hujus quidem Breviariis, ſecundum exemplar quod habemus excuſum Pariſiis anno* MDXLIX, *inſertum reperitur Officium, quoad Hymnos, Antiphonas, Lectiones, ac Reſponſoria totum proprium: quali autem uſus ſit reliquus Florentiæ Clerus non comperimus: nam Lectiones & Orationem proprias, de quibus infra, primum anno* MDCLXV, *ſub Pontificatu Alexandri VII, invenimus fuiſſe approbatas.* E

2 *Quod ad omnes per univerſam Eccleſiam Seculares & Regulares attinet, à quibus etiam voluit Pontifex Officium cum Miſſa præfata ſecundum morem ſuarum Eccleſiarum recitari, an unquam & alibi quam Florentiæ adductum in praxim mandatum illud ſit, vehementer ambigo &c.* --- Tum in fine ejuſdem numeri adde --- *Vt ut eſt, cuicumque difficultati, in celebrando* S. Antonini *feſto eatenus oblatæ, occurrit anno* MDCLXXXIII S.D.N. Innocentius Papa XI, *die* XVII *Auguſti publicato Brevi, quo declarat, qualiter* de conſilio Eminentiſſ. & Reverendiſſ. DD. Cardinaliũ, ſacræ Congregationi Rituum præpoſitorum, habitæ die XXIV currentis anni, ad pias preces Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ, benigne indulſit, ut impoſterum in Eccleſia univerſali quotannis die X Maji poſſit recitari Officium, & celebrari Miſſa S. Antonini, olim Archiepiſcopi Florentini, Ordinis Prædicatorum, de Communi Confeſſoris Pontificis ad libitum, juxta Rubricas Breviarii & Miſſalis Romani, ab omnibus utriuſque ſexus Chriſti fidelibus, tam Secularibus quam Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur. *Anno deinde ſequenti eadem* ſacra Congregatio, ad reiteratas preces Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ, Lectiones proprias pro ſecundo Nocturno & Orationem de prædicto S. Antonino, aliàs ſub die XXI Novembris MDCLXV reviſas, & relatas per Eminentiſſ. D. Card. Azzolinum, & ab ipſa ſacra Congregatione pro Clero Florentinæ diœceſis approbatas, & relationem ejuſdem Eminentiſſ. Azzolini, permiſit recitari ac reſpective celebrari poſſe, etiam in univerſali Eccleſia, *ut ſupra*, die XI Martii MDCLXXXIV. F

*Pag.* 356 *col.* 2 *poſt num.* 27 *hæc* ſubjunge --- *Non erat nobis ſatis &c. ex App. pag.* 766 *& ſeqq. in margine autẽ* hæc Synopſis ſcribatur. --- *Ex invento de tranſlatione Proceſſu plenius habetur, quomodo eâ decretâ,* --- *acceſſerit Archiepiſcopus ad eccleſiam S. Marci,* --- *ubi recognovit monumentum hactenus intactum* --- *quod etiam alii plures jurarunt* --- *uti & altare ſupra illud conſtructum:* --- *quibus effractis apparuit capſa, in eaque ſanctum corpus* --- *habitu Ordinis & Pallio indutum* --- *exem-*

*Feſtum nunc per ad* 10 *Maji tranſlatum.*

A *exemptiſque inteſtinis incorruptum --- quod Pontificalibus deinde indutum, defertur ad ſacrarium.*

*Pag.* 358 adde --- 39 *Hujus Tranſlationis occaſione, reſervatas fuiſſe nonnullas ſacri corporis particulas, viriſque principibus impertitas, vix equidem dubitaverim: noſtrum certe Monaſterienſe in Weſtphalia Collegium habet aliquas in Reliquiario aræ S. Crucis, & in Reliquiario parvo Sodalitatis minoris: de aliis alibi necdum cognovi: plures paterent, cenſeo, ſi haberemus Lipſanographiam Dominicanorum Conventuum, quibus par eſt credere plures fuiſſe communicatas. Sufficere poterat hæc geſta rei fidelis relatio, ex Italico contracta & Latine reddita: placet nihilominus publicum totius actionis inſtrumentum, quomodo Latine impreſſum habetur, totum hic addere. Eſt autem hujuſmodi.*

Dei nomine invocato *&c. ut in App. pag.* 768. *col.* 2 *& ſeqq.* --- *Vtile autem fuerit poſt num.* 16 *ſic inſerere jam indicata ac porro indicanda additamenta, ut commutati proportionaliter numeri augeantur hoc modo:*

17 *Blaſius Ortizius &c.*

§. *III.* 18 *Secundo poſt Canonizationis publicationem anno &c.*

B 19 Quapropter Vitam & geſta.

20 Et quoniam cupimus.

21 *Quod ad omnes per univerſam eccleſiam Seculares.*

§. *IV.* 22 *Teſtatur in Bulla Canonizationis --- & ſic conſequenter uſque ad* 27, *nunc* 28 *num. poſt quem ex App. habetur* D

29 *Non erat nobis ſatis &c. uſque ad* 36 *incluſive: us qui numerus eſt* 28 *fiat* 37.

37 *Poſt hoc laborari cæptum &c.*

§. *V.* 38 Omnibus in diem octavam Maji *&c. uſque ad finem; ita ut ultimus numerus, qui nunc* 38 *eſt, fiat.* 46.

47 *Sufficere poterat hæc &c.*

48 Cum Sanctum corpus *&c. ut in App. pag.* 769, *continuatis ſucceſſive numeris uſque ad finem. Vltimæ autem huic additioni jungatur marginalis Synopſis hujuſmodi --- Cum anno* 1589 --- 15 *Aprilis recognitum corpus, --- & in novam capellam transferendum, --- expoſitum* 8 *Maji fuiſſet --- congregatis* 9 *Maji qui proceſſuri erant --- panegyrim recitat Epiſcopus Glandaten. --- poſt quam illud humeris Epiſoporum exceptum, --- & per urbis Florentinæ præcipuas quaſque vias circumlatum fuit, --- comitantibus* 5 *Cardinalibus &* 19 *Epiſcopis, --- Deinde Archiepiſcopus exhibuit Breve Sixti V --- ſecundum quod omnia egerit: --- teſtatuſque ipſum eſſe corpus S. Antonini --- novo illud altari includit --- condito de re tota publico inſtrumento. ---* E

# APPENDIX
## AD DIEM TERTIAM MAII.

POſt B. Alexandrum Ciſtercienſem *pag.* 359 *col.* 2 *ponantur hæc nomina.*

B. Zacharias, Ordinis Minorum Alanquerii in Luſitania.

B. Æmilia Biccheria, Ord. S. Dominici Vercellis in Pedemontio.

B. Alexander Vinciolus, Epiſcopus Nucerinus in Vmbria.

B. Staniſlaus Canon. Regularis, Caſimiriæ in Polonia.

*Ibid. inter Prætermiſſos col.* 1 *poſt* S. Meſſalinam *ponatur* ---S. Auxilii Epiſcopi & Martyris Tranſlatio
C Forojulii *inſtituta celebrari anno* 1642, *poſt inventas ejus Reliquias: qua de re inſignem tractatum nuper edidit, nobiſque miſit alibi laudatus Ioannes Antelmius Forojulienſis Canonicus, conatus perſuadere ipſum eumdem eſſe cum* Antiolio Epiſcopo, in Lerinenſi cœnobio Luporum Concellita Maximorumque, Memphiticis & Palæſtiniis Archimandritis comparato *apud Sidonium Apollinarem ejus familiarem, lib.* 8 *Epiſt.* 14 *quod plenius licebit examinare ad diem ipſius* S. Auxilii *natalem, quando etiam de hujus inventione miraculiſque agemus, ſcilicet* XXVI Januarii.

### DE INVENTIONE S. CRUCIS.

*exemplo ad plures propagato per Vrbanum* 8

PAg. 365 *num.* 23 *lin.* 8 *ſic lege --- cæptam recoli memoriam inventæ Crucis? ſi non ipſo quo inventa eſt die (hæc enim nimis incerta eſt conjectura, quam ſecutus eſt auctor epiſtolæ, Euſebio Papæ ſuppoſitæ ſupra, num.* 13) *eo ſaltem qui primus in mobilis occurrere poteſt, habita ratione feſtorum cum Paſchate mobilium, quorum cyclus numquam ſerius refert Dominicam* Quaſi-modo, *quam* 11 Maji. *Sic tamen id credere velim Romæ inſtitutum fuiſſe, ut etiam exiſtimem &c. ---* & lin. penult. lege --- *inter feſta à populo feriato agenda numeratum in pluribus Italiæ Germaniæque Provinciis. Ex Gallia intelligo, neque Pariſiis neque in diœceſibus aliis pleriſque, ſi Aurelianenſem excipias, obligationem iſtam ſuſceptam fuiſſe, cujus primum auctorem Caſtellanus exiſtimat fuiſſe* Urbanum VIII, *per Bullam necdum mihi viſam. Ea Bulla edita fuit ante annum* MDCXXXIV, *quando Bartholomæus Gavantus ſuum in Rubricas Miſſalis Commentarium quinta vice recudendum dedit; alias enim miraret quod ejus ipſe non meminiſſet tom.* 2 *ſect.* 7 *c.* 7, *ubi agens de feſtis menſis Maji, dicit eſſe qui Officii hoc in feſto recitandi (quale reperimus in Breviario Venetiis excuſo ſub annum* 1522) *auctorem faciant* Petrum Senogallienſem Epiſcopum, *approbante* Gregorio XI, *cujus is Sacriſta atque Confeſſor erat, Epiſcopatu Senogallienſi & aliis ſucceſſive titulis ornatus, ſuum tamen in Curia munus conſtanter & ultra annum* MCCCLXXXVIII *retinens. Idem autem Gavantus docet, quod* Clemens VIII prædictum feſtum inter feſta ſecundæ Claſſis numeravit, *cum antea ſolum ageretur ut Duplex minus*; mutavitque Antiphonas ad Laudes, ut eſſent eædem quæ in Exaltatione, quia priores hiſtoriam continebant dubiam, *imo fabuloſam, æque ac Lectiones quæ eadem de cauſa mutatæ fuerunt. Vt ut eſt, nec in noſtro quidem Belgio, quatenus ad Archidiœceſim Cameracenſem ſpectat, feriatus in populo eſt dies* Inventionis, *ſed dies* Exaltationis *menſe Septembri, uti & per omnem Gulliam.* *illis veri Officium compoſitum ſub Gregorio V.*

2 *Erit forte &c.*

### DE S. ALEXANDRO PP.

PAg. 369. *Num.* 8, *à lin.* 31 *reliqua iſtius paragraphi uſque ad lin.* 55, *ſic mutabis.* --- Trebonius Gallus & M. Atilius Metilius Bradua Conſules extiterunt *anno* CVIII, *Trajani* XI, *ultra quem annum ſuperfuiſſe* Evariſtum, *ad aliquot ſaltem hebdomadas, olim cenſuimus. ut poſt nonl, ongum intervallū ſuccedere potuiſſet* Alexander, *circa initium Martii. Poſtea deprehendimus,*

*eos*

A *eos dies, quibus primi* XVIII *Pontifices dicuntur ſepulti, veros eorum natales eſſe, adeoque revera mortuum eſſe* Evariſtum, XXVI *Octobris; neque quidquam tunc adhuc circa* Alexandrum *mutantes, cenſuimus recipi poſſe Vacationem integrorum quatuor menſium, poſt quos hic ſederit* annos VIII, menſes II, diem I, *juxta priorem Catalogum. Verum ſecundis curis recognoſcentes tractatum, quem circa Chronologiam Pontificiam paraveram, elegimus ex ſecundo Catalogo recipere pro menſibus duobus,* menſes ſeptem; *itáque* Alexandrum *facere* Evariſti, *primo Vicarium, à die* I *Octobris; deinde Succeſſorem, à die* V *Novembris: ut ille, qua Vicarius qua Pontifex, Eccleſiam rexerit* annis VIII, menſibus VII, diebus II. *Similiter* Alexandri *ſucceſſor* S. Sixtus, *invenitur ordinatus ante novos Conſules &c. lin.* 8 *à fine.*

*Pag.* 371, *num.* 17 *lin. antepen.* --- *tres invenit* --- adde --- *Volaterrani, inter ſuæ Cathedralis reliquias,* Os *unum numerant; alii alias &c.*

*Pag.* 393 *Annotat.* e Bailivus ---- l. ---- Ballivus.

D

## DE S. PHILIPPO PRESB.

*Pag.* 423, *col.* 1, *lin.* 12 *à fine* --- *Gamanſius noſter* --- ſic perge --- *deinde eadem ſtudioſe tranſmiſit, danda poſt Vitam ſub titulo* Appendicis. *Fuerat Heidelbergenſis Academia &c* --- *uti lin.* 9 *à fine pag.* 426, *poſt Acta ponatur* APPENDIX de Eccleſia & Fraternitate S. Philippi, *uti habetur pag.* 771.

*Pag.* 427 *de* S. Urſio *num.* 6 *col.* 2 *lin. antepen.* poſt --- *Apta* --- adde --- *nec non à Canonico Claudio Caſtellano Pariſiis tranſmiſſas &c.*

*Pag.* 428, *de* B. Aufrido, *adde in margine litteras,* G. H. *ut* P. Godefridii Henſchenii *ſciatur eſſe Commentarius iſte.*

*Poſt Pag.* 434, *ponatur Commentarius de* B. Zacharia, ex Ord. Minorum, *ut habetur in Appendice pag.* 775: *deinde ſequens omnino novus, quod nunc primum innoteſcat nobis veritas abicuius cultus.*

# DE B. ÆMILIA BICCHERIA

## EX ORDINE DE POENITENTIA S. DOMINICI

E

## *VERCELLIS IN PEDEMONTIO.*

## COMMENTARIUS PRÆVIUS.

D. P.

### De cultu, tranſlationibus, Vita ſcripta, & anno mortis.

ANNO MCCCXIV. *A Ferrerio Ep. Beatis Vercellenſibus adſcripta,*

IOannes Stephanus Ferrerius, *hujus nominis & cognominis Secundus Epiſcopus Vercellenſis, ſextus autem ex eadem Ferreriorum Bugello oriundorum familia, anno Domini* MDCII, *ſui Pontificatus* III, *Vitam & res geſtas S. Euſebii Vercellenſium Epiſcopi & Patroni, ejuſque in Epiſcopatu ſucceſſorum, edidit & Clementi Papæ VIII dedicavit; ad calcem vero eorumdem ſubjecit Catalogum Sanctorum ac Beatorum, qui cives aut Epiſcopi Vercellenſes fuerunt. In his ultima inter tres* C Beatas, *utpote ætate junior, nominatur* Beata Æmilia Biccheria, Ordinis S. Dominici, *Gualæ Biccherii, Epiſcopi item Vercellenſis & S. R. E. Cardinalis, proneptis. Hæc, fundato juxta urbis mœnia S. Margaritæ monaſterio, ipſum aliquammultis annis Prioriſſa rexit, in eoque pientiſſime obiit die* III *Maji; habita quidem in magna opinione ſanctitatis, non tamen ſtatim cœpta coli ut* Beata. *Colligitur hoc ex eo, quod fundatæ ab ea Sanctimoniales, ex ſuburbana ſua habitatione in urbem commigrantes, circa annum* MCCCLX, *nihil ſolicitæ fuerint de transferendo pariter corpore. Cum autem cæleſtibus ſupra ſepulturam jam deſertam luminibus noctu lucentibus, Epiſcopus ac cives Vercellenſes exciti, venerabile corpus ſolenni proceſſione inſtituta traduxerunt, die* VII *Auguſti; videtur cogitatum fuiſſe de eo die, quotannis* B. Æmiliæ *ſacro habendo; nam eum annue celebrare vovit quæ num.* 36 *dicitur, eo die fuiſſe à maleficio liberata: ſed nihil habeo unde affirmem, quod ea cogitatio habuerit conſequentiam aliquam.* *ut talis transfertur circa an. 1360.*

2 *Vtebantur Sanctimoniales illæ, tunc cum facta prima Tranſlatio eſt, adeoque paucis poſt migrationem annis, aut etiam ſolum menſibus, loco Capitulari pro eccleſia, donec ea ædificaretur à fundamentis: hac autem perfecta, ſuo potius affectui quam publicæ pietati conſulentes, ibidem penes ſe retinuerunt depoſitum iſtud ſacrum. Non tamen hoc obfuit, quo minus etiam apud cives, eamdem urgente aliqua infirmitate invocantes, perſeveraret veneratio* Æmiliæ, *tamquam* Beatæ, *etiam in picturis. Quapropter ſupra laudatus Epiſcopus, cognita cultus antiqui poſſeſſione, & veritate tam veterum quam recentium eius miraculorum, Sanctimonialibus id petentibus, anno* MDCIX, *die* XVII *Auguſti, cum duobus Canonicis, illuc acceſſit, & ſanctæ Fundatricis corpus à loco Capitulari tranſtulit, ad eccleſiam interiorem ſive chorum Sanctimonialium, in urnam lapideam, cubitis aliquot alte elevatam à terra; juxta quam ad ægrotantium votum ſæpe accenditur lampas, ut illi ejus oleo peruncti ſanitatem recipiant, quemadmodum recepiſſe plures, plurima circum anathemata teſtantur. Quin etiam num.* 49 *Vitæ intelligetur, anno* MDCXXXIV *adhuc in uſu Monacharum fuiſſe, ut memoriam ultimæ Tranſlationis* XVII *Auguſti feſtivius quotannis iterarent. Præcipuum tamen feſtum nunc agitur die* III Maji; *ſed ita, ut nec Officiū de ea, nec Miſſa fiat, nec imago ponatur in altari; cum omnia hæc ſibi vindicet Crux ſancta. Quid ergo? Totum templum, ornatu extraordinario excultum, & uti num.* 57 *dicitur, expoſitum venerabile Sacramentum, omnibus tunc ſpecialiter illuc accedentibus indicat, aliquam ibi memoriam agi, quæ non ſit aliis Eccleſiis Dominicisque feſtivitatibus communis. Hæc ſub annum* MDCLXXXIII *examinanti Ioanni Petro Farcito, noſtri Collegii Vercellenſis tunc Rectori, dixerunt Sanctimoniales, Bullam etiam Pontificiam aliquam ſe habere, ubi* Beata Æmilia *appelletur; ſed diu quæſitam reperire non potuerunt, ſignificaveruntque, putare ſe, quod ipſa, unà cum luculentioribus multis de Beata ſcripturis, ablata Mediolanum ſit ad monaſterium S. Euſtorgii, ab ultimo ex Prædicatoribus Confeſſario, quando ipſius monaſterii gubernationem, Fratribus domum remiſſis, ad ſuam curam Epiſcopus traxit. De ea re interrogati Euſtorgiani Patres, cum nihil ſcire dicant, oportet quæ latent tempori eruderanda relinquere, eorumque diligentiæ, quos hæc forte admonitio excitabit, ut ſtudioſius requirant, ſiqua ſint antiquiora monumenta quæ huc facere poſſint.* *iterumque an. 1609*

3 *Vitam compendio primus ſcripſerat Michael Pio, de quo infra, anno* MDCXIII, *prout eam partim inter ſchedas monaſterii, partim ex traditione Sanctimonialium habere potuit; hanc latius extendendam & miraculis poſterioribus augendam ſibi ſumpſit Adm. Rev. Mater (fortaſis Prioriſſa* *Vitam prior Michael Pio*

A *monaſterii*) Soror Anna Maria Æmilia Mechtildis Fuazza ; *ſive, ut ipſa ſe brevius nominat in decurſu,* Sor. Anna Mechtildis, *eamque Vercellis cum licentia Superiorum bis imprimendam curavit anno* MDCLII *&* LXII. *Accepi eam primum anno* MDCLXXXIII, *ſub prælo habens alteram Maji partem. Accepi autem, unde illius notitiam hauſeram, ab auctore ſcilicet Sacri Diarii Dominicani, Tomis ſex Neapoli editi ante decennium; ab admodum, inquam, R.P.M. Dominico Maria Marcheſio, qui eâdem uſus fuerat tomo ſuo tertio ad diem* III *Maji. Allegat hic etiam Michaelem Piò, agentem de ea, parte 2 de hominibus illuſtribus Ordinis lib.* I *pag.* 140, *unde ea quæ ad primã tranſlationem veteriſque cultus indicia pertinent verbotenus fere accepit Sor. Anna Mechtildis, & pariter cum illo natam fuiſſe ſtatuit Æmiliam anno Chriſti* MCCXXXVIII, *habitu autem monaſtico indutam anno* MCCLVI.

*deinde Anna-Mechtildis, & ex hac Marcheſius ediderunt:*

*omnes an. 1238 natam dicunt,*

4 *Sed cum ille factam Prioriſſam dicat anno* MCCLXXIII, *obiiſſe anno* MCCCXIV ; *iſta anno* MCCLVII, *mortuam* MCCLXXVIII; *tantæ diverſitatis aliam nullam verоſimilem cauſam invenio, quam confuſam memoriam* annorum quadraginta, *quibus* Æmiliam, *vel vixiſſe,* B *vel monaſterio præfuiſſe obſcura & incerta ferebat traditio, in ſolo annorum numero ſibi conſtans. Interim quam eſt difficile creditu, annorum viginti dumtaxat puellam, &, licet fundatricem, fere tamen adhuc Novitiam, quæque per leges nondum ætatem pupillarem exceſſerat, factam eſſe novi monaſterii ſupremam Magiſtram ; tam merito præſumi poteſt, quod Michael annum electionis à ſe notatum non accepit ex cerebro ſuo, ſed ex inſtrumentis monaſterii, illo primum anno ab* Æmilia *ut Prioriſſa notatis, vel ex Provincialium Priorum Actis in Archivo Provinciæ ſervatis : quod ut ipſe ſine dubio totum ſcrutatus eſt libros ſuos ſcribens; ita Annæ-Mechtildi inacceſſum, juvare ipſam non potuit. Hujus ergo apud me minor, quam illius auctoritas eſt : ut taceam, quod ipſam deprehendam in ſupputandis temporum calculis infelicem nonnihil fuiſſe, quæ anno* MCCLVI *ingreſſam monaſterium* quindecim *ſolum dicat* annorum *fuiſſe, cum nata* MCCXXXVIII, *debuerit annum decimum octavam egiſſe. Eadem utrumque ejus natalem diem, in terris & in cælis, Dominicæ Crucis inventioni dicatam, dicit etiam fuiſſe Dominicam ; qui tamen dies, annis ab ipſa notatis, & habentibus litteras Dominicales* C *&* B, *debuerunt fuiſſe feria* II *&* III.

*ſed primus veroſimiliorem annum electionis ad Prioratum & mortis docere videtur.*

# VITA

## C Per Rev. M. Sor. Annam Mechtildem Fuazam, Italice edita anno MDCLII.

## CAPUT I.

*Futuræ ſanctitatis ante ac poſt nativitatem præſagia, propoſitum Religionis ineundæ oppugnatum à domeſticis, probatum à patre.*

CAP. I *Nata parentibus nobilibus & opulentis*

BEata Æmilia Biccheria, cujus vitam & converſationem narrandam ſuſcepimus, filia fuit Illuſtriſſ. D. Petri Biccherii & D. Alaſiæ Borromææ, conjugum Vercellenſium, ſtirpe nobiliſſimorum & opibus præpotentium. Etenim Excellentiſſimus Cardinalis Guala Biccherius, ex cujus nepote proceſſit Æmilia, anno MCCXIX ædificari fecit ſumptuoſiſſimum illud templum & conventum S. Andreæ, quod nunc à RR. adm. PP. Canonicis Regularibus Lateranenſibus poſſidetur, expenſis in eam rem centum circiter ſcutorum millibus ; itemque Noſocomium hujus civitatis, aſſignato eidem annuo ſexies mille ſcutorum reditu, Parentes, plurium caſtellorum atque feudorum Domini, amplam in iis exercebant juriſdictionem : D *ac piis,* prole inſuper multa fœcundi erant, ſed feminina dumtaxat, qua natæ filiæ cenſebantur hoc ordine: D. Agnes, D. Aldiſia, D. Otta, D. Æmilia (hæc de qua ſermo eſt) D. Beatrix, D. Margarita, & D. Martina : quarum aliæ nobiliſſimis familiis innupſerunt, aliæ Domino conſecrarunt virginitatem ſuam : ipſi autem ſua illa ſorte contenti, divinoque beneplacito acquieſcentes, exercitiis devotionis intendebant, quantum eis per negotia domeſtica licuit ; præſertim Alaſia, nullum patiens ſibi diem effluere, quo non aliquid pii operis peregiſſet. Etenim converſatio ejus omnis erat cum matronis piis ac ſpiritualibus, nec non cum adm. RR. PP. Dominicanis, quibuſcum ſolebat de interiori animæ ſtatu conferre : frequens autem in viſitandis noſocomiis, eadem largis, ſed ſecretis eleemoſynis adjuvabat.

*non ſine præſagiis futuræ ſanctitatis,*

2 Egerat aliquando cum uno ex prædictis Patribus, gravidam ſe eſſe neſciens ; ab eoque reverſa, una cum concepto fœtu (Æmilia hæc futura erat, filiarum quarta) ſenſit inſolitam ſibi antea à cibo ſumendo averſionem, iis omnibus diebus, quos poſtea filia jejuniis dicatos habuit, ſcilicet E Veneris & Sabbati. Quia autem prædictus Pater eidem dixerat, fore ut filiam pulcherrimam pareret, per quam decus & ſplendor familiæ augeretur vehementer, divinumque obſequium promoveretur ; maximâ fuit perfuſa lætitiâ, ejuſmodi prædictionem conferens cum viſione, qua paulo ante conſpexerat matrem ſe factam puellæ, candidiſſimo velo coopertæ & cinctæ turma puellarum nubilium, quæ eodem velo contegi ſatagebant. Sane tam viſionem quam prædictionem à cælo fuiſſe, patuit eventu ; quandoquidem Æmilia poſtea facta eſt fundatrix monaſterii noſtri, in quod ingreſſa ſanctè vixit & obiit.

3 Nata fuit autem anno Domini MCCXXXVIII die III Maji in Dominica, eademque feſtiva propter commemorationem inventæ Crucis, ſub horam XV, ſedente in Apoſtolica Sede Gregorio IX illo, qui Sanctiſſimi Patriarchæ noſtri Dominici nomen Sanctorum Catalogo ſolenni Canonizatione adſcripſit ; Imperium vero Romanum obtinente Frederico II ; Vercellis, civitate antiquiſſima ſimul & celeberrima, tam ratione divitiarum F quibus olim abundabat, quam illuſtrium inſigni ſanctimonia heroum qui in ipſa aliquando floruerunt. Nativitas illa, non ſolum familiæ toti, ſed & viciniæ gaudium ſimul ſtuporemque attulit, cum præſagiis futuræ ſanctitatis ; quando carni infantili, è regione cordis, impreſſum ſignum Crucis eſt conſpectum. Verum ô ! quam longe major admiratio fuit inter ſolennia baptiſmi, eidem à Reverendiſſ. D. Vicario conferendi ! quando ab omnibus circumſtantibus viſa eſt columba candidiſſima, pernici volatu ad infantulæ caput ſe ſiſtere, neque prius abſcedere quam poſitum ei eſſet nomen Æmilia ; quo pronuntiato, in altum ſeſe tam celeriter ſuſtulit, ut comprehendi nequiret ubi ſubſtiterit ; meritoque præſumatur cælitus dimiſſa, ad denotandum candorem illius ſancti habitus, quo eſſet poſtea induenda ad regimen animarum illarum, quas ſuo pallio nunc complectitur & obumbrat in cælo.

*an. 1238 3 Maji, Vercellis,*

*advolante ad caput columba baptizatur.*

4 Quanta cum ſolicitudine & diligentia fuerit educata Æmilia, facile quilibet comprehendere poterit vel ex hoc argumento, quod parentes, ne tam formoſę, & gratioſę filię quotidiano privarentur aſpectu, decreverint eam domi ſuæ retinendam ; committentes ipſam ſagaci nutrici, iſtum in finem cu-

*Infans aliâ quoque deſe. dabat indicia pietatis.*

A curioſæ lectæ. Affirmari porro cum veritate poteſt, quod à ventre matris ſecum tulerit indicium ejus amoris, in quo ſolidius poſtea exercenda erat & promovenda, dum etiam in ipſis cunis oculos fere in cælum defixos teneret, vel in honeſtas devotaſque picturas circum cubiculum appenſas. Nec minus dabat ſignum peculiaris quam erat uſurpatura abſtinentiæ, dum ubera bis tantum ſugebat in die, mane ſcilicet atque veſperi. Utrumque fortaſſis præfigurabat futuros raptus ejus, amoroſaque colloquia, olim per illam inſtituenda cum Domino univerſorum. Explicari certe verbis non poteſt, quomodo in ætate tam tenera oſtenderet parvula capacem boni omnis indolem: unde & parentes, in exigua hac radice præſagientes abundantiam fructuum ſpiritualium, ſolebant ſæpius inter ſe iterare prædictionem venerandi iſtius Patris. Neque vero quidquam decepti ſunt, quando vel ex iis quæ ipſi in pueritia contigerunt, apparebat reſidere in ea ſpiritum illum fortem ac principalem, quo adjuta, eſſet executioni mandatura, quidquid cognoſceret ad Dei honorem Eccleſiæque utilitatem de ſe requiri.

B *caritatis erga pauperes*

5 Erat non ſolum ſpeciei venuſtate, ſed etiam modeſtia ſingulari prædita, & moribus omnino placidis atque ſuavibus: adeo ut omnis ejus converſatio, harmoniam quamdam ſilentii atque ſermonis ex ratione temperatam præſeferret; vultuſque & oculi, velut feneſtræ cordis, manifeſtarent viſcera caritatis erga pauperes Chriſti. Simul etiam cum illa videbatur eſſe nata devoti animi inclinatio erga res ſpirituales: & jam inde à quarto ſuæ ætatis anno dixiſſes Religioni atque Choro factam, ſi audiſſes, nunc fracta voce ſubmurmurantem, nunc elatiori tono cantantem per domum, Inclina Domine aurem tuam ad preces meas & exaudi me: totaque incenſa deſiderio clauſtralis vitæ, non ceſſavit illud identidem eructare, donec ſui voti divinitus cognovit ſe futuram compotem. * Interim dum maxime egere videbatur maternæ auxilio ſolicitudinis, quadrima dumtaxat eodem privatur per illius mortem, cujus æque ac patris nutus ſolita obſervare, fuerat ſemper eidem obedientiſſima. Tum vero magna cum humilitate & affectus teneritudine ſupplex accidit cælorum Reginæ, ut ſibi pro matre eſſe dignaretur, acceptando in filiam: quod pie credi poteſt obtinuiſſe, tum propter ea quæ poſtmodum ipſi in vita acciderunt, tum quia illo ipſo tempore cœpit, cum extraordinaria dulcedine ſpiritus, deguſtare primitias ſanctæ virtutis, ſubito ſeſe abſtrahens ab omni levitate puerili; annis quidem juvencula, ſed ſenſu matura.

CAP. III *& propenſionis ad Chorum.*

C *quadrima, matre orba, Deiparæ ſe commendat,*

6 Repudiabat ergo ex tunc ſuperfluum omnem ornatum corporis, ſimplici frugalique forma veſtium contenta; & averſata delicias atque divitias, paupertatem aſperitatemque veſtitus ſectabatur; quanto autem magis proficiebat ætate, tanto etiam magis creſcebat virtute. Conabatur etiam voluntati propriæ contradicere; cumque occurreret aliquid genio ſuo accommodum, eodem, cauſa mortificationis, abſtinere. Verba ejus pauca ac bene meditata erant; cum id unum ſpectaret attente, ut ne cui illa obeſſent, ſed proximo ſemper prodeſſe poſſent: ideoque cum famulabus domus paternæ non converſabatur, niſi ut eas erudiret in ſpiritu: ſed in ſuam ſæpiſſime cameram recipiebat ſe, converſari cum ſolo Deo cupiens, cujus manibus omnem ſuam vitam commiſerat. Orationibus adjungebat jejunia, jejuniis pauperum ſubventionem, quantam facultas præſens ſinebat; detractis non raro de collo proprio elegantiis quibuſdam aureis, quas famulæ ſuæ ipſi circumpoſuerant. Recurrebat autem quam poterat frequentiſſime ad Matrem gratiarum, velut ad ſuam ſpecialem protectricem & advocatam: nec prætermittebat alios quoque Sanctos invocare, ut iis mediantibus certius cognoſceret effectuique manciparet divinam circa ſe voluntatem. Quæ omnia conſiderans pater ſuus, magna implebatur expectatione bonorum; familiæ ſuæ ex proſperis illius ſucceſſibus profectibuſque obventurorum.

*mortificationi & ſilentio,*

*orationi & jejuniis dedita,*

D

7 Talibus cogitationibus intentus pater, quemadmodum admirabatur in filia tantam ingenii morumque gravitatem, ita delectabatur præconcipiendo felicitatem ejus domus, in cujus regimen aliquando eſſet per matrimonium inducenda. *Sed alia omnia meditabatur Æmilia, & altioris perfectionis cogitationes volvebat animo: quarum etiam die quadam conſciam facere univerſam familiam non dubitavit, ſolo patre excepto, fortaſſis ne eum in tali ætate affligeret. Expoſuit ergo eis innocens virguncula, quam ardenter deſideraret dedicare ſeſe divino famulatui in aliqua Religione, utique certo perſuaſa eorum conſiliis adjuvandam ſeſe ad executionem tam ſancti propoſiti. Verum aliter longe accidit. Ex eo enim die cœperunt ſinguli ſtudioſe id agere, ut ipſam quacumque ratione diverterent, ab ejuſmodi cogitatione, quam credere non poterant ſatis matura deliberatione niti. Alii ſuadebant remanere in ſeculo, ut ſuis poſſeſſionibus melius frueretur; alii exaggerabant Religioſi ſtatus aſperitatem, mortificationes, diſciplinas, jejunia, quorum nihil eſſet teneræ ejus complexioni proportionatum; omnes denique, vel conſanguinitatis intuitu, vel ſpecialis erga ipſam benevolentiæ, faceſſebant ei negotium; quorum ſermonibus inſultibuſque, quam improviſis, tam parum gratis, ſuccincta reſpondebat brevitate; non videre ſe, quomodo aut majoribus frui deliciis, aut teneræ ſuæ complexioni melius poſſet conſulere, quam vitam inter Religioſas ducendo.

*cum indicaſſet deſiderium Religionis,*

CAP. IV

*domeſticos adverſantes patitur,*

E

8 Verum benigniſſimus Dominus eam, quam ſibi delegerat in Sponſam futuramque Matrem tot filiarum in domo ſua ſancta, non deſeruit in hujuſmodi certamine; ſed ei ingerens prudentem formidinem, ne conſilium ſuum aliunde patri innoteſceret, addidit animos, ut prior ipſa indicium ei faceret; ita forſitan citius voti compos efficienda, efficaciterque inhibitura quemcumque alium ab ipſo ſibi imminentem inſultum: quod etiam haud longa interpoſita mora, magiſtro (ut credere licet) Spiritu ſancto uſa, ſic eſt aggreſſa *. Annum attigerat illa decimumquintum, quando in paternum conclave ſola ſe intulit, deſideratam diu licentiam petitura. Quantum improviſus hic, ſolitariæ & verecundioris alias filiæ ingreſſus patri attulerit admirationis, facile concipere quilibet animo poteſt; crevit autem illa magis cum ante pedes ſuos proſtratam vidit, audivitque exponentem conceptum mente propoſitum de ſtatu monaſtico amplectendo. Suffuderat quidem virgineum ejus vultum rubor aliquis; ſolito tamen alacrior, ex fiducia bonæ quam proponebat cauſæ, tam libero expeditoque eamdem explicavit eloquio, ut ſatis appareret non quieturam, niſi paterna benedictione obtenta. Quamvis ergo hominem, alioqui ſanctum, verba filiæ non modice conturbarent; eo quod perfectam morum ejus maturitatem excellentioremque virtutem ejus ſic probaret, ut tamen non facile pateretur ſuis ſe ex ea deliciis privari

F *ſed priùs patrem ea de re allocuta,*

CAP.

*jam quidennis,*

*conſenſum extorquet.*

A.SOR.MATHILDE EXITAL. privari tam cito ; tanta tamen efficacia illorum fuit, ut coactum ſe viderit divinæ acquieſcere voluntati, & piis Æmiliæ deſideriis præbere aſſenſum.

9 Ita conſecuta quod concupierat illa, non po-
*intendit exercitio virtutis,* terat continere internum gaudium, quin ſe effunderet ad omnes quotquot domum intrabant. Quia autem necdum determinatum habebat locum, Ordinemque religioſum quem amplecteretur ; cœpit exercitiis ſpiritualibus vacare attentius, quatenus divina Majeſtas ei ſignificare dignaretur,ubinam ipſam ſibi vellet deſervire. Majori ergo quam hactenus fervore jejunia ſervans, quibus quaſi ab ipſis aſſueverat incunabulis, ad abſtinentiam Veneris ac Sabbathi, alios plures dies addebat, prout vel occaſio vel ſuus ferebat ardor ; ſolitudinem etiam ſectabatur impenſius, mundanumque omnem rejiciebat ornatum ; quibus in rebus licet progrederetur ultra quam domeſtici deſideraſſent, ea tamen utebatur diſcretione, ut nemo illam unquam præſumeret interpellare quærendo, cur hoc vel iſtud faceret, ſed eam permittebant arbitrio ſuo *.

CAP. VI *hæreditatis definitam obtinet portionem.* Interea pater,non tam præſagus futurorum, quam
B divino impulſus afflatu, cogitare cœpit de fundis ac poſſeſſionibus ſuis inter filias partiendis ſeptifariam, pro numero earum : taliſque partitionis formulam ſua ipſe manu ſcripſit anno MCCLIV, ex qua ad Æmiliam pervenerunt Ropolum & Caballiacenſis fundus, cum parte bonorum in Caſſinis de Strata, aliiſque poſſeſſionibus in Olcenengo confiniiſque Vercellenſibus, puta Vercellina,Cantarana, Sapientia, Trapoligneum, S. Bartholomæus, & Volpera, & cetera, unde quotannis ampli reditus proveniunt, aliaque commoda quibus hodieque fruimur.

## CAPUT II.

*Ingreſſus in monaſterium ab ea conſtructum ; Prioriſſæ officium optimo cum exemplo & fructu exercitum à Beata.*

10 CAP. VII *Electo Ordine Prædicatorum,* MAximopere deſiderans nobilis Virgo ſanctum ſuum propoſitum mancipare effectui ; poſt invocatum ſolicitius divinum
C lumen, quatenus in tanti momenti negotio id eligere valeret, quod magis ex Dei gloria foret ; animum tandem applicuit ad inſtitutum S. Dominici, mota inſigni ſanctitatis fama, quæ de eo tunc percrebuerat. Tali autem decreto firmato, ejuſdemque propoſiti ſocias aliquot virgines nacta, cum iiſdem ſe contulit ad conventum RR. Patrum S.Pauli ; & re cum illis communicata, emit ab eiſdem locum & ædes extra muros civitatis ad portam S.Andreæ ; ibique ædificavit ſumptuoſum monaſterium cum eccleſia,ſub titulo S. Margaretæ Virginis Martyriſque. Anno deinde MCCLVI, cum jam decimum quintum * ætatis compleviſſet, &
CAP.VIII fabrica ſtaret quadamtenus abſoluta, ſtatuit illuc
* *imo* decimum octavum, ingredi & aſſumere Habitum. Deinde ad pedes Crucifixi proſtrata,ſenſit ſibi animos addi ad conveniendum D.Petrum patrem ſuum, cui in hunc modum locuta eſt : Pater cariſſime, ecce me tuæ proſtratam dilectioni, ut quando mihi deliberatum eſt Sancti Patriarchæ Dominici inſtitutum amplecti, eoque finem erectum monaſterium habeo, prævia delictorum meorum contra te venia, benedictionem etiam tuam obtineam, ſine qua nolim unquam à te diſcedere.

11 Perculit hujuſmodi ſupplicatio generoſi E-
quitis animum, neque ſe potuit continere, quin D
erumperet in planctum lacrymaſque, interim dum *& præhabita patris benedictione.*
illi,ſic genuflexæ, vix leniter humectarentur oculi, ex compaſſione lacrymarum paternarum.Ipſe vero, ſuppreſſo tantiſper ſinguitu ; Equidem,inquit,filia, quia præ ceteris te diligo,ut mereris, ſentio graviter tua privari præſentia : quia tamen eam eſſe dicis voluntatem Dei, & ego credo ; vade quo libuerit cum mea benedictione, quam tibi de cælo indulgeat Deus, ſicut ipſam tibi in terris annuo : & his dictis iterum prorupit in lacrymas, & totâ domo audita eſt vox, credita deſcendiſſe de cælo,dicens, Confirmabitur, ſimulque tam patrem quam domeſticos conſolata nonnihil eſt. Nec mora, gratiis breviter actis & reddito extremo oſculo, egreſſa *illum cum ſociabus ingreditur.*
eſt domo paterna Æmilia, comitantibus ipſam prædictis virginibus populique multitudine copioſa, tam generoſam mundi fugam admirantis: venienſque in locum prænemoratum, cum iiſdem ſociabus, quæ omnes erant nobiles Vercellenſes, accepit ſacrum Habitum, cantans illud Pſalmi, Hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo quoniam elegi eam. Tum venia à circumſtantibus ſumpta, recipientes ſe intro,pariter proſtraverunt in genua, E
agentes Deo gratias, qui ex Ægypto ſe traduxerat in terram promiſſionis, lacte ac melle manantem ; nec dubitaverim quin diem illum, Dedicationi S. 29 *Sept.* 1256 :
Michaelis ſacrum,exinde feſtivum anniverſarie habuerint, ipſumque Archangelum ſibi delegerint in Patronum.

12 Ex hinc porro aggredimur deſcribere Beatæ noſtræ vitam, atque virtutes in ſancta Religione cultas : quarum in ea tanto majus eſt pretium, apud *Poſt tirocinii annum profeſſa.*
eos qui mentem habent divinitus illuſtratam,quantum obedientia illas elevat ſupra gradum quem potuerant habuiſſe in ſeculo. Hæc ergo condiebat perficiebatque omnes actiones illius, quarum nec minimam quidem citra ejus directionem aggredi præſumebat, propriam omnem abdicans voluntatem, & in majorem Dei gloriam habens intentos ſemper oculos. Toto autem ſui Novitiatus anno ſolida jacens perfectionis ſummæ fundamenta, ſic erat à ſeculi affectu abſtracta ; ut mundanorum nulli, præ- F
terquam patri, conſpiciendam ſe præberet, etſi ſæpe ab illuſtribus matronis rogata : patri autem obſequebatur,non ſua libera voluntate, ſed Prioriſſæ atque Magiſtræ imperiis adacta. * Anno ſic expleto CAP. X
Profeſſionis religioſæ conſueta vota nuncupavit, multum gaudens quod Deo ſe arctius obligatam videret. *Hactenus Anna-Mechtildis : & mox ſubjungit electionem ad Prioratum,velut factam anno* MCCLVIII, *quam ego multo melius differri à Michaële puto ad annum* MCCLXXIII, *quando Beata attigerat ætatis annum* XXXVI, *tantæ molis capacem. Omiſſa igitur parte reliqua Capitis* X, *pergo & proſequor interruptum contextum ad Caput* XI *tranſiens.*

13 Religioſis adſtricta votis, orationis continuæ ſtudium magis magiſque intendit, pro omnium hominum ſuarumque imprimis ſororum ſalute Deum deprecans,nec oblita patris, per cujus indulgentiam CAP. XI
facultas ſibi contigiſſet monaſterium fundandi, in *mortem patris prænoſcit.*
quo felicem vitam duceret. Id cum aliquando ferventius ageret, monita ab Angelo fuit, fore ut intra octiduum naturali morte defungeretur pater. Illa nuntio haud leviter conturbata, ac veluti in quamdam agoniam reducta, cito tamen ſe recollegit ; & divinam circa patrem adoravit voluntatem,toto animo eidem ſe ſubjiciens. Poſtquam vero præſtituto tempore & modo mortuum intellexit, adeo nihil commota eſt, ac ſi ad ipſam non pertinuiſſet ; quin po-

A *animam ejus in gloria videt;*

potius auditis facti circumſtantiis exhilarata, & coram Crucifixo proſtrata, cœpit defuncti animam cum omni tranquillitate commendare Deo. Et ecce apparens ipſi Chriſtus, certam reddidit, quod is cui purgando alias fuerant tres dies neceſſarii, ipſius intuitu tres tantum horas egerit in purgatorio. Diſparente autem Chriſto, mox etiam defunctus parens apparuit, gratias agens filiæ pro tam opportuno ſubſidio precum.

*partem ſibi ex bonis competentē dictribuit.*

13 His officiis perfuncta, de conſilio Ottæ ſororis ſuæ, Comitem Robertum de Caballiaca Lomellum, de feudo Caballiacenſi, quod ad ipſam devolutum conſtabat, rite inveſtivit; locum autem Ropolenſem, ex paterna partitione ſibi relictum, exornare cœpit, & monaſterii uſibus aptare: ubi etiamnum monſtrantur ipſius & aliarum Sororum cellæ, pro tempore quo iſtic morabantur.

*infimis quibuſque miniſteriis participat.*

14 *Communibus omnium votis electa Prioriſſa, munus impoſitum, quam invitâ ſuſcepit, indignam ſe reputans, tam recte geſſit*; vitam inſtituens iis omnibus virtutibus inſtructiſſimam, quas in Superiore Religioſa poſſet aliquis requirere: de quibus ſigillatim aliquid dicendum mihi cenſeo, quando illæ excellentius reluxere ſub illo quod gerebat munere.

B CAP. XII *Affabilitate & humilitate excellens,*

* Erat ipſa quidem caritate erga Sorores abundanti, ſuoque tam placido quam ſuavi alloquio ita conſolabatur omnes, ut ei proximæ ſemper eſſe ſtuderent; admirantes in ejus converſatione, licet gravi ac majeſtatis plena, ſingularem quamdam humilitatem, monaſticæ omnis ſanctitatis ut fundamentum ſic & munimentum. Et vero tam erat in hac virtute radicata Æmilia, ut licet tantis à Deo cumularetur favoribus gratiiſque, nihil tamen propterea elevaretur cor ejus, ſed verbis factiſque demonſtraret quam de ſeipſa ſentiret demiſſe. Nihil unquam dicebat faciebatque quod ad laudem propriam captandam tenderet: quin potius omni ſtudio occultabat quidquid illam ipſi poſſet acquirere, ad minimam quoque humanæ laudis mentionem virgineo rubore perfundi ſolita: utpote tam inimica omnis jactantiæ ac vanæ gloriæ, quam ſtudioſa abjiciendi ſui. Ergo quantum per ſui officii occupationes licebat, miniſtrare culinæ, ſervire menſis, lances extergere, ciborum reliquias erogare pauperibus, deliciæ ipſius erant: volebatque in iis ſibi ſuum cum ceteris diem habere. Nec minus libenter occupabatur vilioribus etiam quibuſcumque exercitiis communitatis; nunc cellas & ambulacra everrens, nunc aranearum telas decutiens, nunc lampades mundans concinnanſque, tam ſolicite hilariterque, ut omnes ad ſui imitationem traheret, appareretque ſpeculum abſolutiſſimi contemptus & abnegationis ſui ipſius.

C CAP. XIII *Regularum & Confeſſarii obſervantiſſima,*

15 Humilitati adjunxerat exactiſſimam obedientiam, non quidem erga Superiorem quam nullam tunc habebat, ſed erga Regulas ſui inſtituti & conſilia Patris ſui ſpiritualis, hominis raræ doctrinæ ac vitæ exemplaris, admodum inquam Rev. Patris Petri Mariæ de Beccaria, Ordinis Prædicatorum. Quidquid enim præſcriberet vel ſuaderet ille, aſpiciebat velut mandata tranſmiſſa divinitus, excipiebat magna cum promptitudine animi, atque ad Sorores referebat: animanſque eas verbis Pſalmiſtæ dicentis, Inclina cor meum Deus in teſtimonia tua, & non in avaritiam; Averte oculos meos ne videant vanitatem; in via tua vivifica me; expeditas & alacres eſſe monebat ad quemcumque nutum obedientiæ. Ex tali porro perſuaſione naſcebatur reverentia, qua proſequebatur Confeſſarium ſuum, & quoſcumque Eccleſiaſticos Superiores; conſiderans eos velut Dei officiales & interpretes voluntatis ipſius: unde etiam mandata eorum erant illi valde ſapida, conabaturque efficere ut Sorores ſuæ eamdem virtutem noſſent æſtimarentque.

A. SOR. MATHILDE EX ITAL.

*ſuas exercet ad ſitim ſubinde tollerandam ex obedientia,*

16 Itaque cum monaſterii noſtri Conſtitutiones præcipiant, jejunii tempore nec bibere quidem extra conſuetæ refectionis horam abſque licentia Prioriſſæ; eamdem petentibus (ut erat in rebus ſpiritus exercitatiſſima) aliquando concedebat, negabat aliquando; affirmans abſtinentiam, ex mera obedientia factam, maximo ſubſidio eſſe in alteram vitam; docens etiam illam offerre Jeſu crucifixo, in memoriam ejus ſitis quam pertulit in Calvario monte; ac denique ſupplicans, ut ejuſmodi refocillationem conſervatam vellent in vitam æternam, vel per manus Cuſtodis Angeli offerendam animæ ſuæ inter flammas purgatorii. Hujus autem ſalutaris exercitii effectus claruit in Sor. Cęcilia Margarita Avogadra de Quinto, ſicut revelavit ipſamet, tertio poſt mortem die B. Æmiliæ conſpiciendam ſe præbens. Negaverat ei aliquando Beata potum iſtiuſmodi: quod illa licet vehementer ſentiret, tamen (ut edocta erat) obtulerat Jeſu Crucifixo. Ut autem obiit, apparens eidem inter purgatorias flammas Angelus, illo quo abſtinuerat potu deſuper infuſo plane omnes extinxit; & quæ ad triduum iſtic retinenda erat, propter nimium erga matrem carnalem affectum, iſtius mortificationis merito ſtatim educta eſt inde: orantique pro ſe Prioriſſæ, gratias egit de inſtructione tam fructuoſa.

*quod uni earum mortua purgatorium extinxit.*

E

*docet omnia agere ex motivo divinæ gloriæ,*

17 Ut vero magis magiſque ad formalem obedientiam ſubditas exerceret, mandans quidpiam vel officium quodcumque mutans, dicere ſolebat, Judico ex Dei obſequio, vel ad majorem ejus gloriam futurum, ut iſtuc eas, vel hoc aut iſtud agas; vade ergo cum Dei benedictione: itáque dimittebat eam, præferens quod de obedientia ejus eſſet ſecura, eoque majoris meriti occaſionem præbens, quanto minus humani motivi interveniebat imperio, cui formaliter ut tali parere docebat. Id ſe expertam fateretur, ſi viveret, Soror noſtra Maria-Iſabella, quam gravi tentatione impellente ſtimulatam ut ante alias egrederetur de Choro, cùm interrogaſſet ut quid ita feſtinaret; illaque ingenue confitens, victam ſe tædio tam diuturnæ in eccleſia moræ, expectaret inſignem aliquam coram pluſquam quadraginta Sororibus mortificationem vel pœnitentiam gravem; nihil aliud dixit Æmilia, quam judicare ſe ex Dei majori gloria futurum, ſi ſemper ultima iſtic maneret. Hac vero tam amanter tamque diſcrete prolata ſententia, ſic Sororem ægram animo confirmavit, ut in exequendo dato ſibi conſilio pene ad exceſſum religioſa aliquibus videretur: etenim horis ſæpe integris poſt alias remanebat in Choro, orationi mentali abſque defatigatione intenta.

*quod cuidam profuit ad vincendam acediam,*

E

*mira ſuavitate diſcipline obſervantiam impetrat:*

18 Porro neſcio qua ratione poſſim explicare diſtinctius exactitudinem Regularis obſervantiæ, qua præluxit aliis, quam dicendo, quod quamdiu in hac mortali vita ſuperfuit Mater noſtra Æmilia, ſive Superior ſive aliis ſubdita, à nemine unquam notata ſit tranſgredi vel minimam Regulam: & Prioriſſa exiſtens poſt ſuam Profeſſionem, faciebat omnes ad unguem obſervari, ſuavitate tamen ad id potius quam rigore utens. Apparebat autem illa ſpiritus ejus ſuavitas ex eo, quod ſæpius per annum, tam Sororibus profeſſis quam Novitiis, procurabat & indulgebat honeſtiſſimas recreationes, novaſque excogitabat praxes, ad conſervandas omnes lætas & hilares in Domino. Ad pacem quoque & amorem mutuum conſervandum inſtituit, ut circa præcipua quæque feſta, mutuo genuflexæ darent ſibi invicem oſculum pacis, petita prius venia malorum exemplorum aut moleſtiarum invicem creatarum: & prior ipſa id faciebat, ſubſequentibus ex ordine ceteris.

A.SOR.MATHILDE EX ITAL. C. XIV

19 De paupertatis virtute ſolum dicam, quod ei nihilo ſecius afficiebatur Æmilia quam divitiis avari, etiam cum adhuc eſſet in ſeculo. Teſtari autem potuiſſet ejus temporis Portaria, qualis erga ipſos pauperes fuerit: quandoquidem habuerit in mandatis, neminem eorum abſque eleëmoſyna dimittere; omni vero ſabbato diſtribuere, in honorem quindecim myſteriorũ Roſarii, totidẽ panes. Præterea omnẽ proprietatis ſpeciem quã longiſſime fugiens, ſi quando privatim accipiebat aliquid, à devotis ſibi perſonis oblatum, id continuo faciebat ad uſus publicos in commune exhiberi. De virginali quoq; illius puritate, quam ſemper cuſtodivit illibatam, fruſtra dixero qualis fuerit: corpuſculum tamen ſuum tractabat rigidiſſime, ad pœnitentias & jejunia uſque adeo prona, ut niſi fervorem ejus diſcretus Confeſſarius refrænaſſet, cito fuerit exhauſtis viribus ſuccubitura. Jejunabat in pane & aqua omni feria ſexta & ſabbato, nec non preſcriptis ab Eccleſia vel ab Inſtituto diebus: cilicio aſpero ad nudam carnem utebatur ſemper; & hebdomadatim ut minimum tertio flagellabat ipſa ſe, licet paſſiones haberet uſque adeo mortificatas, ut iis carere videretur.

*erga pauperes larga.*

*& in corpus ſuum pie ſæva.*

B

## CAPUT III.

### *Caritas erga ægras, zelus diſciplinæ, praxis colloquiorum ſpiritualium, & orationum Beatæ efficacia.*

20 CAP. XV

Amabat ſummopere Deum; ideoque inſtituens de eo colloquium colliqueſcebat quodammodo, & ex ipſius vultu ſplendor quidam inter ejuſmodi ſermones relucebat, ſignificans quam grati illi ſibi eſſent. In caritate autem erga Sorores ſingulariter excelluit, ſtudens ſuccurrere iis omnibus, quæ illius ope videbantur egere. Infirmis jugiter aſſiſtebat, quaſi hoc officii ſui fuiſſet; earumdem ſimul infirmaria & coqua, nec non conſolatrix induſtria, ſternendo lectos, condiendo cibos, morti propinquas ad extrema Sacramenta religioſe ſuſcipienda hortando: adeo ut quandoque pro ejuſmodi opere cogeretur aliud aliquod pietatis exceritium intermittere, quamvis non abſque moleſtia ſpiritus, ei æquâ ſolatio quod ex tali obſequio percipiebat. Ordinaverat illa, ut feſto quoque die ſacra Communio ſuſciperetur ab omnibus. Cum ergo accidiſſet eam Miſſæ tempore circa quamdam infirmam occupari, nec potuiſſet communicare cum ceteris: defunctaque officio veniſſet in eccleſiam, & ibi coram Crucifixo proſtrata, hinc doleret eo die privatam ſe ſacro iſtoc epulo, inde gauderet id tali ex cauſa eveniſſe; deſcendit de cælo Angelus, & ſacram ei Communionem cunctis videntibus admirantibuſque porrexit. Quæ tam ſingulari favore præventa, non ſolum per ſe gratias egit virginum Sponſo, ſed etiam præſentibus omnibus Sororibus mandavit concinere Hymnum Ambroſianum: quod & facere ſolebat, quotieſcumque cælitus perceperat aliquod ſpeciale donum.

*Propter caritatis opus Communione privata,*

C

*eamdem poſtea ab Angelo ſuſcipit:*

21 Aliàs præ ferventi ſacræ menſæ deſiderio propere dimittebat infirmas, ſtatimque ad eaſdem recurrebat; quæ deinde, accepta illius benedictione, ſæpius ſanitati reſtituebantur. Accidit id ſignanter anno MCCLIX, quando in Natali Domini, tres quæ lecto decumbebant Sorores, benedictione ejus percepta, ſanæ ſurrexerunt. Idemque ſæpius & ſæpius uſu venit, cum omni Dominica feſtiſque diebus, nec non feria qualibet quinta & ſexta, communicare ſoleret; totis illis diebus ſacris cum Sponſo colloquiis meditationibuſque intenta. Cum vero aliquando eam formido ſubiiſſet, ne præ amoris vehementia extingueretur; ſeque ut temerariam redargueret coram Domino, quæ toties ad Euchariſtiam præſumebat accedere; hunc ei errorem eximere volens Chriſtus, apparuit dixitque: O dilectiſſima mea ſponſa Æmilia, quam delector manere tecum ſub ſpeciebus iſtis ſacramentalibus! Scito gratiores mihi eſſe qui eo ex amore accedunt, quam qui inde ſe abſtinent ex timore; ideoque dixiſſe me Apoſtolis meis, Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in eo. Atque hoc dicto diſparuit, relinquens Dilectam ſuam ſolatio ſpirituali cumulatiſſimam.

D

*ad frequenter communicandum à Chriſto animatur.*

*egras benedictione ſanat:*

22 Nec ſolum corporibus infirmarum Sororum ſuccurrebat Æmilia, ſed multo magis ſtudebat proſſe animabus, omnes tamquam filias præſentes ſibi habens in ſuis ad Deum orationibus; & orandi ſtudium ipſis quoque commendans, ſæpius dicendo, quod Religioſa in monaſterio manens abſque meditatione, eſt veluti peregrina, quæ mercandi cauſa in civitatem ingreditur, nec tamen novit quomodo tractare merces vel æſtimare debeat. Inſigniter autem demonſtravit ſuam caritatem erga puellam quamdam, cujus familia reticetur, non quia ignobilis fuerit, vel quia puella commiſerit crimen æterno ipſam probro affecturum, ſed ſolum ut liberius exprimi poſſit, quod vanitati ſeculari plus nimio dedita fuerit. Hæc in monaſterio educabatur, & quamvis non nihil diſcola moribus, volebat tamen fieri Monacha, eoque ſæpius ſupplicaverat in Capitulo; ſemper tamen ob cauſam prædictam paſſa repulſam, monebatur identidem, facile voti futuram compotem, ſi morum mutaſſet levitatem. Non deſinebat Beata admonere illam, nunc exempla meliora proponens, nunc pœnas divinitus ſæpe inflictas pro talibus, frequenter etiam orabat pro illa: cum tandem apparuit Angelus, dixitque futurum, ut octavo poſt Habitum aſſumptum die mutaretur in aliam, & in aſperitatem levitates, duritiam ingenii converteret in obedientiam, denique ex imperfecta valde perfecta evaderet.

*Filiarum profectum precibus adjuvat,*

E

*& uni earũ, nonnihil diſcola,*

23 Admittitur ergo, pleno totius Capituli conſenſu, haud multo poſt: ſed quæ primos mores una cum ſeculari veſte poſuiſſe credebatur, haud paulo quam ante deterior apparuit, exprimens pœnitentiæ ſeræ ſigna & voces ab iis, quæ putabant ſe in illius receptione nimia facilitate peccaſſe, ad ſuum ipſiuſque damnum haud leve. Sola Æmilia, futurorum conſcia, nec lamentabatur nec laſſabatur: ſed tranſactis diebus octo, ſibi in viſione præfinitis, mandavit ut jam veſtita Novitia ſequeretur in oratorium, nec inde diſcederet quoad ipſa juſſiſſet. Ea ergo intus recepta, ſe proſtravit humi; cœpitque ſuarum levitatum veniam à Deo petere, emendationemque polliceri. Precibus ejus ſuas quoque preces jungebat Beata. Interim vero rapta illa in ecſtaſi ad tribunal Chriſti, à ſupremo Judice vocem audivit hujuſmodi: Soror Dominica-Catharina (id enim nomen ei erat) ignoſco tibi præterita omnia: ſcito autem reprobandam te fuiſſe, niſi caritas Matris Æmiliæ interceſſiſſet, propter levitates tuas nimiamque ambitionem: ſed illa numquam deſtitit deprecari pro ſalute tua. Emendare igitur, & gratia mea fruere. Sub hæc ad ſe reverſa Novitia, monita inſuper à Beata, narravit ei viſionem: qua audita, inſtitit porro Æmilia, ut ne ulterius cunctaretur Deo ſe totam tradere, ſatis ſuperque inſtructa. Sponſa vero Chriſti exivit ab eccleſia, cum dilectiſſima directrice ſua, tantopere compuncta, adeoque firmiter propoſitum habens ab omni deinceps petulantia abſtinere, ut fuerit omnibus admirationi; cum viderent

*tamen ſub ſpe emendationis ad Habitum receptæ,*

F

*ſubitam impetrat correctionem.*

A rent antea effuſam in riſus, amare plangere ſuos defectus; eodemque planctu confuſæ ipſæ & excitatæ cucurrerunt ad eccleſiam; Hymnumque Te Deum intonantes, Deo egerunt gratias. Ipſa vero eo ſanctitatis pervenit, ut poſt multa quæ vivens patrarat miracula,& gratias pluribus perſonis impetratas, magnam de ſe opinionem apud omnes moriens reliquerit, quæ brevitatis cauſa prætereo.

24 Quia autem non poterat Æmilia ſeſe procurandæ ſaluti proximorum, quantum optaſſet impendere, cum id Religioſis viris potius quam feminis competat; ſtudebat ſpirituali ſuarum filiarum profectui, varia media induſtrie excogitans ad eumdem incitandum magis, pro ea quæ ſibi divinitus data erat prudentia. Neque ſolo curabat prodeſſe exemplo, quod ſemper optimum de ſe dabat: ſed inſuper id efficiebat, ut in recreatione, tam matutina quam ſerotina, ſermones ſemper haberentur de rebus ſpiritualibus, eliminarenturque colloquia, non dico otioſa & inutilia (talia enim omnino non fuiſſent tolerata) ſed etiam indifferentia: eumq; in finem legebat ſæpe libros aſceticos aut Vitas Sanctorum. Si animadvertebat in turba aliquam auxilii ſpiritualis egentem, conabatur ejus ſibi conciliare affectum, B mane ac veſperi ipſi ſe in recreatione adjungens; donec videretur ad eum gradum perfectionis adducta, quo putabat poſſe pervenire; deinde ab ejus converſatione familiariori paulatim ſequeſtrabat ſeſe, præferens quod ad communem ædificationem conduceret, magis indifferenter cum omnibus agere; nominabat nihilominus in particulari aliquas, ex quarum conſortio plus eſſet profectura: atque hoc modo tranſibat ad alteram, inter Novitias præſertim, aut recens à novitiatu egreſſas; ſolicita conſervare in his ſpiritum, quem de Novitiatu extulerant.

*Colloquia ut ſint ſpiritualia curat,*

*nunc uni nunc alteri ſe jungens,*

25 Per ejuſmodi religioſas induſtrias, intra hebdomadas paucas, ſubveniebat multis, accendendo etiam in frigidioribus animis devotionis ignem: eratque videre monaſterium totum accenſum fervore. Cumque plures tunc eſſent quam quadraginta Sanctimoniales; erat tamen eas videre binas ternaſve recreationum tempore per hortos pergulaſve, nec aliud quam divina loquentes audire. Erat ergo relaxationis iſtiuſmodi hora, velut collatio quædam ſpiritualis: & quia ejus omnis rei inſtitutrix atque promotrix ſciebatur eſſe Æmilia, laus omnis in eam conferebatur, unde & æſtimabatur & diligebatur ab C omnibus plurimum. Amabiliorem vero etiam illam reddebat, quod magna cum diſcretione atque prudentia aptabat ſe locis, temporibus, atque perſonis; & licet in omni actione eſſet ſeria, nihil tamē morooſum aut tetricum in converſatione præſeferebat; ſed potius gratioſam & affabilem cunctis ſe exhibens, quandoque etiam admiſcebat verbum ingenioſe argutum, aut brevem aliquam hiſtoriolam erudite narrabat, ad ſeipſam & alias oblectandas, intra fines religioſæ modeſtiæ.

*tempore recreationis,*

*ſed abſque ingrata morooſitate.*

26 Quam eſſet dedita orationi, quantamque in Deum haberet illa mediante collocatam fiduciam, ex ſequentibus caſibus poterit utcumque comprehendi. Ignis nocturnus, neſcio quo caſu, monaſterium forte corripuerat; & vicinia tota concurrebat ad portam, opem latura. Ipſa certior facta, una cum ceteris omnibus intravit oratorium, auxilium poſtulatura; neque rationem habuit ejus qui foris perſtrepebat clamoris aperiri jubentium: ſed juſſit ut pariter univerſæ laudem dicerent Deo, una voce cantantes, Gloria Patri &c, poſtquam ipſa recitaſſet Verſiculum, Domine non ſecundum peccata noſtra facias nobis, neque ſecundum iniquitates noſtras

c. XVI *Ardente monaſterio,*

retribuas nobis. Hoc tertio ac trigeſies voluit repeti, in honorem annorum, quibus Chriſtus inter peccatores verſari dignatus eſt; ut quemadmodum omni illo tempore dignatus eſt pro nobis ſemper pati aliquid, ſic ad majorem gloriam ſuam ignem iſtum reſtingueret. Deinde vero, cum flamma nihilominus incrementum caperet, mandavit ut proceſſionaliter iretur ad locum incendii, ibique cœpit ſignare ignem. Ecce autem, rem miram! Subito reſedit in ſeipſum ignis, nec ullum inventus eſt feciſſe damnum, plane ac ſi phantaſticus fuiſſet. Unde exhilaratæ omnes & ſtupefactæ recurrerunt ad eccleſiam, Te Deum laudamus pro more cantaturæ.

A SOR. MATHILDE EX ITAL.

*ſolas preces adhiberi patiuntur.*

27 Magis etiam demonſtravit quantum confideret Deo, quando Mater Procuratrix, feria quadam ſexta, quæ ſolet apud nos quadrageſimaliter peragi, progreſſa ad hauriendum oleum pro cibis condiendis, neque tantum inveniens quanto opus erat, ſed neque ad manum habens quem ad illud quærendum mitteret, ancillis & famulis omnibus circa meſſem occupatis per agros, defectum retulit ad Beatam. Etenim nihil inde turbata, quia divinitus providendum præſenti neceſſitati ſperabat, fecit ad oratorium convocari Sorores, & juſſit recitari Pſalmum, Benedic anima mea Domino, & omnia quæ E intra me ſunt nomini ſancto ejus, atque ad ſingulos verſus iterari ejuſdem Pſalmi verſiculum penultimum, Benedicite Domino omnes virtutes ejus, miniſtri ejus qui facitis voluntates ejus. Quo ſic completo, abiit Procuratrix, præparatura ollas quibus deinde imponeret oleum: omnes autem ſupereffluere comperit. Facile ex his quivis ſibi imaginabitur, quo jubilo excepta Procuratrix fuit, quando omnibus adhuc in oratione adunatis renuntiavit miraculum quod acciderat; & quomodo pariter in terram proſtratæ, conſuetum Deo hymnum gratulabundæ perſolverint. Ipſa vero Prioriſſa, quia ſæpe impediebatur officii ſui munere prolixiori vacare orationi, jaculatoriis ut plurimum utebatur verſiculis, inter quæ hunc ſibi habebat familiariſſimum, Benedicam Domino in omni tempore, ſemper laus ejus in ore meo.

*Deficiente oleo,*

*poſt fuſas communiter preces,*

*abundare illud facit.*

## CAPUT IV.

*Favores Beatæ divinitus facti, pia mors; monaſterii corporiſque tranſlatio, & hanc comitata miracula.* F

28 ABundabat tanto guſtu ſpirituali in orationibus ſuis, taleſque patiebatur elevationes mentis, ut in eis manere ſemper voluiſſet, c. XVII niſi ex officio fuiſſet abſtracta ad opera alia. Noctu igitur ſupplens, quod minus per diem licebat, integram ſæpe tranſigebat inter viſitationes cæleſtes extatica: cujus gratiæ ſpecimina hic adducam quatuor, pluribus ejuſmodi favoribus fidem factura. Diebus continuis plurimis abundantia imbrium laboraverat terra, iiſque avertendis variæ novenæ ſupplicationeſque fuerant fruſtra inſtitutæ: orabat etiam eo fine Æmilia, cum ſibi Deum ipſum videre viſa eſt ſereno in aëre; Mariamque Virginem ſe conſolantem blande, dicentemque audivit, Filia mea, dilecta Æmilia, ne dubites quin exaudiendæ ſint orationes & lacrymæ tuæ: volo autem docere te brevem orationem, quâ tali occaſione poſthac utêris. Accipies ergo cereum Paſchalem, cum Cruce & Aqua benedicta, & comitantibus te proceſſionaliter Sororibus, ſignabis deinde ſola aërem ad quatuor mundi partes, ad ſingulas Cruces dicendo Credo, & Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis. Per

*Ad ſedandas tempeſtates docetur à Dei para,*

*certam precandi formam & ritum:*

A.SOR.MATHILDE EX ITAL.

signum Crucis de inimicis noſtris libera nos Deus noſter (ad hæc autem verba Crucem formabis) in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Amen. Denique regreſſa in locum opportunum recitabis Letanias honori meo compoſitas, cum Hymno, Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ; tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe. Hæc ſi in tempeſtatibus obſervaveris, videbis in momento redire ſerenitatem; imo ob tui amorem ſimiliter exaudientur quicumque eadem uſurpaverint.

*aliàs intelligit quæ Deo gratior oratio ſit futura,*

29 Alias eidem pari modo apparuit Regina Angelorum, illo ipſo tempore, quo reducta in cellam magno cum deſiderio illam orabat, ut modum ſuggereret diſcendi aliquam precationem, quæ diviſnæ majeſtati magis grata foret, dixitque; Dilectiſſima mea, dulcedo ſermonum tuorum invitavit me ut venirem ad te: quandoquidem autem id facere deſideras, quod filio meo gratius eſſe poſſit; ſcito ei maxime placiturum, ſi commemorans illas tres longas orationes quas fecit in horto Getſemani, recitaveris tertio Pater & Ave, gratiaſque egeris pro iis quæ ſuſtinuit, propter agoniam & ſudorem ſanguineum, eumque pro animam agentibus deprecaberis. Ex quo novo orandi modo tantam illa conſolationem ſenſit, ut eum poſtea quamdiu vixit omiſerit numquam. Fuit etiam cum à Chriſto ſponſo ſuo cupivit intelligere, quis dolorum, tempore paſſionis ab eo toleratorum, major fuiſſet; ille vero ipſi aſſeruit, eum ſibi accidiſſe, cum per tres horas manſit affixus cruci: & promiſit meritum trium virtutum theologicarum ei, qui ad horam diei decimamquintam ter Pater & Ave diceret in iſtius cruciatus memoriam. Iterum meditanti myſterium Coronæ ſpineæ, accidit petere, ut hujus quoque tormenti participem ſe faceret; Chriſtus autem id oranti per os Crucifixi reſpondit, quod erat exaudienda. Tum vero ab oratione ſurgens, tam intenſum ſubito ſenſit capitis dolorem, ut triduo toto nequiverit de lecto ſurgere: & poſtmodum eo relevata, plurimum ſe reperit conſolatam; eoque magis quod etiam conſpicuas habuiſſet ſanctas Mariam Magdalenam & Catharinam, à quibus præbita eſt ei aqua, auferens acerbam ſitim, ex prædicto capitis dolore relictam.

B

*Item quis gravior Chriſti patientis dolor.*

*& ſpineæ ejus coronæ participat.*

C.XVIII *Matronam podagricã,*

30 Concurrebant ad monaſterium, dum viveret Æmilia, omnis conditionis & ſexus perſonæ, commendantes ſe ejus orationibus, eo quod ſperarent iis mediantibus conſequi divinitus quas optabant gratias. Inter has præcipua quædam urbis hujus matrona ſe fecit in lectica adferri, quia impediente podagra gradi nequiebat. Statim autem atq; Æmilia, oratura pro ipſa, humi fixit genua; exiens de lectica matrona, cœpit multa cum facilitate ambulare per locum, ac ſi numquam paſſa morbum talem fuiſſet. Acceſſit miraculo alia minus expectata gratia, quando ante finẽ anni, ea quæ ſemper habita ſterilis fuerat, filiam peperit, quã Æmiliam voluit nuncupari.

C

*& ſterilem juvat.*

C. XIX *Extremum ægra, cum magno exemplo patientiæ,*

31 Illa porro, multiplicato jam ſatis monaſterio, atque ad perfectam Regularum obſervantiam adducto, graviter infirmata, lecto decubuit: ubi quomodo ſe præparavit ad tranſitum de terra in cælos faciendum, docere utcumque poterit inſignis ejus in morbo tolerando patientia, cujus nec minimum quidem defectum ullo unquam ſigno aut verbo oſtendit; ſed in omnem Infirmariæ voluntatem reſignatiſſima, ipſique & medico obedientiſſima, exemplo monſtrabat, qua ratione debeant Religioſæ ſuſtinere infirmitates corporales, quantumcumque graves. Manebat in continua fere divinarum rerum contemplatione defixa, ſubinde viſitantibus ſeſe verbum aliquod ſpirituale dicens, aut jaculatoria precatione ſilentium interpolans, eademque declarans quantum cuperet ſervire Deo. Actus etiam fidei & adorationis magna cum devotione exercebat. Denique aggravari infirmitatem videns, petiit inſtanter ſacro muniri Viatico, quamvis pro more ſuo nuperrime communicaſſet: id quod facile obtinuit, ferente ipſum R.P. Antonio Beccaria Confeſſario ſuo. Ipſa vero illud accepit maxima cum hilaritate, firmiter confidens, quod Sponſum ſuum facie ad faciem cito eſſet intuitura in cælis,

D

*Viaticũ pie ſuſcipit,*

*& ſingulis amanter valedicit,*

32 Credibile eſt præſentes omnes, videndo actum illum & audiendo conſueta verba, Accipe, Soror, viaticum &c. prorupiſſe in planctum lacrymaſque: maxime quando Viatico ſumpto ſigillatim voluit univerſas complecti, uniuſcujuſque precibus animam ſuam poſt mortem commendans. Illæ vero viciſſim ſe commendabant ejus apud Deum interceſſionibus: cumque in commune petiiſſent, monitum aliquod teſtamenti vice relinqui ſibi: Aliud, inquit, nihil vobis habeo commendandum, quam Regularum & Conſtitutionum obſervantiam: ſic enim videbitis adimpleri in vobis, quod Dominus in Euangelio ſuo dixit, In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Poſtquam autem extremam quoque Unctionem petierat acceperatque, cœpit ſenſibiliter deficere: & tum, conjunctis manibus oculisque in cælum ſublatis, quaſi venientem Sponſum intueretur, aſſumpſit hæc verba; Et in carne mea videbo Deum Salvatorem meum. Parata ſum, & non ſum turbata, ut cuſtodiam mandata tua. Deinde hæc: Et veniat ſuper me miſericordia tua, Domine, ſalutare tuum ſecundum eloquium tuum. Nihil autem ſæpius majorique cum ſenſu iterabat, quam: Fiat miſericordia tua ut conſoletur me, ſecundum eloquium tuum. Denique, magno animo dixit: In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum. Maria mater gratiæ: ac ſubjungens, Jeſus, Maria, Dominice, benedictam animam ſuam ſuo reddidit Creatori.

E

*ac devotiſſime moritur.*

*3 Maji, ut natæ olim erat:*

33 Dies tunc erat (*nam de anno vitioſe notato tacere hic præſtat*) dies, *inquam* erat III Maji, idem quo nata mundo fuerat; videriq; poterat à Deo deſignatus, ut ſecundus meliorq; natalis in cælis primo perfectius aſſimilaretur. Mox autem cum magna omnium circumſtantium admiratione, audita eſt vox dicentis quaſi Sponſi, Veni electa mea. Gloriæ quoque ad quam ingrediebatur ſignum feſtivo ſonitu dedere campanæ monaſterii, nullo eas trahente: unde factum, ut ad ſpectandum beatum corpus undique accurreretur. Repoſitum autem illud fuit in loco condecenti per dies octo, & (quemadmodum ex traditione habetur) infirmi multi illuc conducti recuperarunt ſanitatem. Quin & ipſi cerei ad corpus ardentes, totoque octiduo nihil conſumpti, beatitudinem Æmiliæ loquebantur omnibus. Poſtea vero eidẽ data eſt honorabilis ſepultura, cum ſimili miraculoſarum curationum frequentia, inter præſentes ægros, quales etiam multi hodieque ſanitatem obtinent. Denique communi æſtimatione habita, & voce ſolita dici Beata; utroque honore frui cœpit ſtatim à morte. Extant enim apud nos imago, in pictura, haud diu poſt facta, radiato capite genuflexæ ante Crucifixum cum hac epigraphe, Beata Emiglia de Bicchieris, de Pœnitentia S. Dominici, fundatrix monaſterii S. Margaritæ extra muros. Et ſupra portam Capituli, etiam reperitur ejus antiqua imago, æque radiata cum ſubſcripto, Beata Emiglia de Bicchieris, de Pœnitentia S. Dominici, Ordinis Prædicatorum, ex civitate Vercellarum. Denique D. Doctor Joannes Franciſcus Ranzus, in Vita D. Candidi Ranzi impreſſa anno MDC, ejuſdem facit mentionem cap. 5 ſub hoc titulo. De B. Emi-

F

*fit concurſus ad corpus,*

*ejus mox imagines cum titulo Beatæ.*

A B. Emiglia Bicchiera, Dominicana.

C. XX *Monaſterio ſub an. 1379 in urbem tranſlato.*

34 Poſt mortem Beatæ, majores noſtræ multis annis manſerunt in primo illo extra civitatem monaſterio: ſed deinde conſiderantes, Italiam totam perniciosis Guelforum & Ghibellinorum factionibus concuti, à loco, etiamnum retinente nomen S. Margaritæ, tranſierunt anno circiter MCCCLXXIX in præſentem domum, & in monaſterium, quod nunc inhabitamus; quem ſitum ſibi non abſque multis litibus & difficultatibus compararant, uti apparet ex inſtrumentis emptionis, factis anno MCCCLXXIII & LXXV.

*ob conſpecta in loco ſepulturæ luminaria,*

35 Cur ſimul non fuerit tunc etiam tranſlatum corpus Beatæ, haud facile dixero; credi poteſt, Dei ordinatione id factum, ad declarandam magis famulæ ſuæ excellentiam. Etenim militiæ Teutonicæ vigiles, noctu circumeuntes civitatem, eo in quo ſepulta jacebat loco, neſcio quos radios ſplendoreſque luminarium accenſorum conſpicere, & Angelicæ cujuſdam melodiæ voces audire ſibi viſi ſunt. Horum indicium cum detuliſſent ad Matres jam tranſlatas & Patres S. Pauli, indeque certiores redditi eſſent Superiores Eccleſiaſtici & Seculares,

B *transfertur eo etiam corpus:*

& lumina atque cantus continuari conſtaret per multas conſequenter noctes, decretum eſt tam ſacrum pignus inde auferendum. Itaque inſtituta proceſſio eſt, cui non ſolum Clerus totus, ſed omnis etiam miles præſidiarius intervenit; tranſlatumque eſt corpus in locum S. Margaritæ urbanum, & alto in ſuggeſtu collocatum conſpicuum omnibus, quos multas ibi retuliſſe gratias, fidem faciunt appenſa anathemata cereorum, facularum, lampadumque: novenæ etiam iſtic inſtitutæ, aliaque publicæ venerationis argumenta. Præterea dum Monachæ omnes ad portam monaſterii conſiſterent, ſacrum pignus excepturæ, rurſus trahente nemine ſonuerunt campanæ monaſterii. Lubet autem ex poſt ſecutis miraculis aliqua hoc loco recenſere.

C. XXI *liberatur maleficio infecta,*

36 D. Maria Lancy, nullum diu inveniens remedium maleficio quo fuerat incantata, Beatæ vovit annue celebrare diem Tranſlationis ejus, recurſurum VII Auguſti, offerendo ad ſepulturam intortitia ſex; cumque ad eccleſiam ſe conferens ſecutura etiam eſſet proceſſionem, mox atque illuc intravit optatam liberationem ſe ſenſit conſecutam. Joannes Franciſcus Stopinus, vir opulentus ſed cæcus, ad eamdem proceſſionem perduci ſe juſſit, promiſitque pro viſu accipiendo medietatem bonorum ſuorum, impendendam dotationi alicujus puellæ,

C quæ Monacha fieri vellet: ſtatimque compos voti nullo ad proceſſionem duce eguit, clare omnia videns.

*& mortuus ſuſcitatur.*

37 Eodem die obierat Joannes Baptiſta Novella, mortuumque eo tulerant uxor & filiæ, qua tranſiturum per eorum ædes erat corpus ſanctum; ante quod proſtratæ, voto perpetuæ virginitatis ſe obſtrinxerunt puellæ, ſi patrem ſibi, matri virum Deus reddidiſſet. Ecce autem ipſo momento ſuſpiravit, qui jacuerat diu mortuus; & ſuaviter pronuntians Jeſus Maria, veluti ſi expergiſceretur de ſomno, exiliit de ſandapila in conſpectu omnis populi, clamantis, Miraculum! miraculum! Maximo id gaudio fuit uxori ac filiabus, quæ votum nuncupatum exacte compleverunt, paulo poſt receptæ in monaſterium noſtrum, ubi ſuſcepto habitu ſancte vixerunt: ipſe vero progreſſus in eccleſiam noſtram tota iſtic die manſit, agendis gratiis intentus; vovit inſuper quotannis celebrandas curare Miſſas triginta pro animabus purgatorii. Ad horum autem omnium confirmationem, optarem habere tabulam illam, in qua Primores nonnulli ex conſanguineis B. Æmiliæ exprimendum curarunt Proceſſionis ordinem, cum iſtis & aliis quæ ſub ea acciderunt miraculis. Sed quantumcumque laboraverim, numquam tam felix fui, ut eam ab ipſis obtinerem: quia tranſlata Birolum, ubi iſti habitabant, deſtructa omnino fuit à Francis, iſtic ſua caſtra metatis, tempore obſidionis Eporedienſis anno MDCXL. A SOR. MATILDE EX ITAL.

C. XXII *Corpus in loco Capituli manet uſque ad an. 1609.*

38 Ab eccleſia, propter fabricam ejus tunc nec-dum abſolutam, deportatum eſt ſanctum corpus ad locum Capituli, ubi tunc Miſſæ & cetera divina Officia celebrabantur: ibique reverenter contrectabatur, tam à Matribus monaſterii, quam à perſonis aliis, quibus illuc patebat acceſſus: itáque requievit ibi uſque ad XVII Auguſti anni MDCIX, ſicuti ad tranſlationem ſecundam videbitur. Quamvis autem iſtic ſemper haberetur cum magna veneratione, refrixerat nihilominus etiam poſt tot obtentas gratias aliquantulum devotio: quando placuit Deo eam reſuſcitare, exhibitione miraculoſarum curationum quarumdam, tam in Matres noſtras, quam in omnis ſtatus conditioniſque perſonas alias operatarum.

## CAPUT V.

*Gratiæ ſcriptæ à Rev. Matre Sor. Ludovica.*

E

C. XXIII *Puella miraculo ſanata,*

EDucabatur in monaſterio noſtro quædam formoſiſſima puella, ex nobiliſſima Lanciorum familia, nomine Catharina. Hanc lætaliter ægram ſua quædam amita, ejuſdem loci Monacha, ſalvam cupiens, poſtquam ad Beatæ ſepulcrum tenuiſſet cereum novem diebus ardentem, ſuaſit ut ejus imploraret auxilium. Illa vero nihilo minus cupida longioris vitæ, virginitatem perpetuam Deo vovit, intendens ipſo in loco Sanctimonialis fieri, ſi concupitam gratiam obtineret, quemadmodum etiam paulo poſt obtinuit. Verum frater quidam ejus, corporis quam animæ ſororis amantior, tali propoſito fortiter ſeſe oppoſuit, econtrario promittens quod eam deſponſaturus eſſet paris conditionis Comiti. Jamque captato tempore ad monaſterium acceſſerat, educturus inde Catharinam; & hæc, quaſi oblita voti jam egrediebatur; cum ſibi ad latus vidit adſtantem Æmiliam, quæ humerum leniter pulſans, dicebat: Memento Catharina voti mihi facti. Ipſa vero attonita reſpondit trementi voce, Frater meus in cauſa eſt: moxque aſperrima febri corripitur, tertia

*dum votum implere dubitat, corripitur & moritur.*

F die moritur, & (ſicut præſumere licet) ſponſalitia ſua conſummat in cælo.

*Sor. Ludovica, multis gravata morbis,*

40 Anno MDCVII, die VIII Maji, immiſit Dominus noſtræ Matri Sor. Ludovicæ Avogadræ tam graves dolores punctiuræ, febris, catarrhi, conſtrictioniſque cardiacæ, cum aliis accidentibus talibus, ut medici, Amedeus Crucius, Chriſtophorus Lilius, & Franciſcus Viglionus de ejus vita deſperatum eſſe concluſerint. Suſcepto ergo ſacro Viatico, cum extrema quoque Unctio pararetur, monita fuit ad votum aliquod faciendum. Tum velut à gravi letargo excitata, commendavit ſe Beatiſſimæ Virgini atque B. Æmiliæ, petens non tam liberari à doloribus corporis quam ab anguſtiis animi, quæ tali in articulo ſolent obvenire: cumque aliud offerendum nihil haberet, ſeſe ipſam obtulit, ſi ſalutem corporis & animi conſequeretur, ad ſcribendum cum facultate Superiorum eas omnes gratias, quas quotidie videbat, videretque in poſterum accidere, per interceſſionem illius. Vix verba pronuntiaverat, cum circumſtantes omnes animadverterunt eam notabiliter melius habere: & conceſſam ei ſanitatem omnino miraculoſam eſſe atteſtati ſunt medici. Hæc ergo fidelis obſervatrix voti ſui, hactenus relata ſcrip-

*voto facto de ſcribendis miraculis, convaleſcit:*

A. SOR. MATHIL. EX ITAL.

ſit, & mox referenda, quæ ipſius porro verbis exponam.

*ejus mater moribunda ſervatur,*

41 Mater mea, inquit, Bartholomæa Hodoti, extra ſpem vitæ derelicta à medicis, dum funeri jam pararentur neceſſaria, fuit à me commendata Beatæ die Jovis XXVIII Octobris (*atque adeo anno* MDCIV, *neque enim abhinc, uſque ad* MDCX, *concurſus hic fuit*) ſtatimque cœpit habere melius; adeo ut Dominica immediate ſequenti proceſſerit ad Miſſam audiendam. Infirmæ cuidam (*ipſimet Ludovicæ hæc ſcribenti*) aperta in uno pedum vena fuit, quod adeo nihil illam juvit, ut confluentibus eo humoribus puſtulaſque gignentibus, novem tandem plagis hiaret tibia, cum maximo (ut Franciſcus Gattinara chirurgus affirmabat) gangrænæ periculo. Cum ergo ad deſperatum malum humeros contraherent medici,

*& ipſa à gangrænæ periculo liberatur:*

nullum ei remedium invenientes; vovit illa novemdiale obſequium Beatæ peragendum, & intra viginti quatuor horas perfectiſſimam obtinuit ſanitatem. Verum negligens ſtatim implere votum, rurſum correpta fuit infirmitate lætali, quam evaſit renovato dumtaxat voti exequendi propoſito.

*expeditur negata diu dos,*

42 D. Margarita Avogadra de Aſiliano, Prætendens noſtra, ut nominare ſolemus, id eſt, admitti ad habitum poſtulans, ſeptem annis apud nos fuit titulo educationis, nec umquam potuit impetrare à conſanguineis dotem ſuam. Tandem aliis mediis omnibus fruſtra tentatis, cœpit novenam facere in honorem Beatæ: Octavo autem die, quando jam aliud non expectabat quam ut domum remitteretur, adfuit nobis ille ad quem ſpectabat dotem deponere, eaque coram Reverendiſſ. D. Vicario depoſitâ, ſacrum habitum Margarita ſuſcepit. Nec minor fuit gratia, quam obtinuit tempore ſuæ Profeſſionis. Etenim tranſacto probationis anno & menſibus pluribus, haud levior alia ſubnata eſt difficultas, ratione cenſus conſtituendi. Turbata igitur afflictaque Novitia, iterum ſe

*& cenſus profeſſura neceſſarius:*

commendavit Beatæ. Et ecce die XX Decembris adfuit Reverendiſſ. D. Vicarius; & poſtpoſitis quas examen Ordinandorum tunc objiciebat occupationibus, dedit ſe tam pio negatio finiendo: quod illa non dubitavit beneficio ſingulari beatæ Matris adſcribere.

*impetratur gratia vocationis ad religionem:*

43 Anno MDCV ingreſſa in monaſterium eſt educationis cauſa D. Victoria Bellina Vercellenſis; quæ licet nullam haberet propenſionem erga religioſum ſtatum, pro advocata tamen ſua aſſumpſit B. Æmiliam, ab eaque obtinuit gratiam inſpirationis efficacis. Itaque cum, expleto quod educationi conceditur ſpatio, veniſſent parentes, ut ipſam reducerent domum; noluit omnino è monaſterio abire; quin potius æternæ virginitatis voto ſe obſtrinxit, exitura numquam. Soror quædam

*curantur, dolor capitis*

capitis dolorem patiens, ut primum ſe Beatæ commendavit, extemplo liberata fuit, nec deinceps eumdem dolorem paſſa. Anno MDCVI Mater Sor. Martha Beſa, paralytica effecta, totis duobus menſibus non potuerat de lecto ſurgere: quæ tamen ſanitatem recuperavit vovendo novenam inſtituere,

*& paralyſis;*

ſub qua aleret perpetuo ardentem lampadem, prout fecit. Oaſcaria, Vercellenſi in urbe paupercula, ad extremam redacta inopiam, nec habens unde filiæ infirmæ ſuccurreret, ad monaſterium venit, Matrum preces expoſcens, ut Deus miſellam filiam vel ſanitati redderet, vel ad ſeſe in cælum aſſumeret: & ultimum intra paucos dies obtinuit. Anno

*obtinetur citra mors.*

MDXCVII D. Joannes Baptiſta Borſanus, habens filium Franciſcum infirmum, nec ſciens quo remedio ipſi ſuccurreret; miſit aliquid olei ac ceræ, ut arderent ante ſepulcrum Beatæ; ſtatimque melius æger habuit: imo ipſa Beata ei noctu apparuit, eique promiſit ſanitatem, intuitu oblationis per matrem ejus factæ: quemadmodum ipſa poſtea magno cum gaudio enarravit. Panifica noſtra, hydropica exiſtens, vovit celebrandam Miſſam curare in honorem Beatæ, cum oblatione facis unius ad ſepulcrum: & intra viginti quatuor horas ſana adſtitit.

D

*ſanatur extreme ager,*

*& hydropica.*

*Quibus cognitis Epiſcopus 1609*

44 Hæc omnia oblata fuerunt Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Domino, Stephano Ferrerio, Epiſcopo Vercellenſi, à Matribus, rogantibus ut juberet corpus B. Æmiliæ referri ad eccleſiam, & collocari loco eminentiori. Is autem, re communicata cum adm. Reverendiſſ. P. Joanne Ambroſio, Inquiſitore Generali Vercellis, Eporediæ atque Auguſtæ, ad eccleſiam noſtram benigne ſe tranſtulit, XVII Auguſti MDCIX, in comitatu adm. RR. DD. Joannis Baptiſtæ Coroſanæ Canonici & Vicarii Monialium, atque Hieronymi Lorii Canonici & Theologi: & ſub inſigni muſica ſacrum corpus tranſpoſuit, coram iiſdem DD. Canonicis & Sanctimonialibus infraſcriptis, videlicet RR. Matribus ac Sororibus. Auguſtina Vialarda, Archangela Centoria, Caſſandra Avogadra Scarianenſi, Franciſca Bazzana Caſalenſi, Antonina de Senioribus Buronzana, Lazara de Marcheſiis Cevenſi, Angelica Trora Rozaſcenſi, Angelica Barbavara Mediolanenſi, Ægidia Catina Venerienſi, Hieronyma Gubernatis Hiſpana, Petronilla Bava Foſſanenſi, Veronica Guiſcarda Foſſanenſi, Clara Hyacintha Bazzetta Buronzana, Joanna à Porta Vercellenſi, Barbara Abbiamina Vercellenſi, Margarita Mirgolia Monteſtinenſi, Beatrice Riſtis Vercellenſi, Ardiſia Conradi Lignana Vercellenſi, Benedicta Ranuttina Rivolenſi, Tecla Auguſtina Sangeorgii Foliizzana, Catharina Gubertati, Digna-merita Pane Vercellenſi, Flavia Conſtantia Lilii Santiana, Deomina à Porta Vercellenſi, Dominica Heumonia Taurinenſi, Alba Dominica Avogadra Silliacenſi, Victoria Bellina Vercellenſi, Angela Margarita Riſtis Vercellenſi, Daria Ruggerina Vercellenſi, Diana Maria Avogadra Vercellenſi, Anna Maria Valperga Mazzeana. Aderant & Sorores laicæ, Hieronyma de Stroppiana, Apollonia Caſtella, Martha Chieſa, Lucia Baſſa, Paula Malagigi, Helena Barbaris. Aderant denique & Prætendentes, quæ titulo educationis inter nos morabantur, Illuſtriſſ. DD. Laura, Benedicta, & Leonora de Foliizzo, D. Margarita à Porta, Joanna Vialarda, Clara Oggeria, Lucretia & Ludovica Boncatia: quas ideo libentius nominavi ſigillatim, quia teſtes etiam fuerunt prædictarum & infra dicendarum gratiarum.

*corpus ad eccleſiam refert,*

E

*coram omnibus Religioſis,*

F

*aliiſque ipſarum domeſticis.*

45 Iſtis omnibus volo annumerare Mag. Simonem Canutum, fabrum cæmentarium, non quia præſens adfuit, ſed quia varias gratias & favores à Beata ſe accepiſſe profitetur, dum graviter infirmaretur, & quidem, ut putabatur, ad mortem. Imo cum aliquando in porticu noſtra extruenda laboraret, digreſſis ſociis cecidit de ſublimi contabulatione, quæ iſtic erat fabricæ cauſâ excitata: & reſpirare vix valens, mox atque recordatus Æmiliæ vovit anathema aliquod, ſepulcro ejus appendendum; tantum reſumpſit virium, ut arrepto latere ſibi adjacente, ſtrepitum ciere potuerit, quo moniti ſocii ad ipſum recurrerent; quibus auxiliantibus ſurrexit, nihil omnino damni ſentiens.

*Faber ex alto lapſus juvatur.*

CA-

A

## CAPUT VI.

### *Gratiæ ſcriptæ ab ipſamet Sorore Anna-Mechtilde.*

46 CAP. XXIV *Anna-Mechtildis ex voto ſcribit,*

NOn fuerat intentionis meæ in hoc opuſculo colligere miraculoſas gratias, à Beata Æmilia impetratas, ſed ſolas virtutes ejus exponere: aſt votum, ut jam dicam, etiam de illis ſcribendis factum, poſtquam liberata fui ab incurabili infirmitate quam patiebar, huc me coëgit non invitam, ad oſtendendum quantæ efficaciæ ſit ejus interceſſio. Ex eo autem tempore plures favores ab eadem recepi, tunc præſertim, quando gravi oppreſſa ſpaſmo & febre annum unum integrum, iſtud, quod dixi, votum concepi. Intendens enim colligere quæcumque noſſem accidiſſe, ab ea hora qua ſacrum Habitum hic ſuſcepi, quæque deinceps acciderent; mox & ſpaſmo & febri ſolutam me reperi, unde Deo gratiæ referantur. Scripſi ergo ſequentia.

B *Invocatâ Beatâ curatos agros,*

47 Omnes Matres ſimul novenam Beatæ inſtituimus, accenſa jugiter ad ſepulcrum lampade, pro juvene quodam, cujus vitæ cuncti formidabant, & per interceſſionem Beatæ ſervatus in vivis eſt creditus. Sor. Paula Maria, Monacha in monaſterio Annuntiatæ, ex rheumate quodam ad maxillam confluente gravem patiebatur cruciatum: fruſtra autem adhibitis quæcumque ſuggerebantur remediis, unxit ſe oleo Beatæ, curavitque lampadem ejus ad ſepulcrum per dies novem ardere, & ſanitatem miraculoſe obtinuit. Ego quoque anno MDCXLI tam gravi cerebri infirmitate detenta, ut neſcirem ubi locorum conſiſterem, ſumptâ in Beatam fiduciâ, fui liberata. Ipſo quoque ejus feſto hæmorrhoides patiens, cum decreviſſem, quidquid ceræ poſſem à Matribus obtinere, eleemoſynæ nomine, id omne in illius obſequium impendere, ſanam me reperi.

*& ipſam ſe bis;*

*curatam letalem febrem,*

48 D. Franciſcæ Bedæ advenit maligna & dolorifica valde febris, cui nullum remedium invenientes medici, habebant eam pro mortua; ſed decernens lampadem Beatæ per novem dies ardentem fovere, ſtatim quidem doloribus abſoluta eſt, C brevi autem etiam febri. Continuam hanc patiebatur puer quidam Vercellenſis: ſed cum parentes ejus propoſuiſſent emere octo unciarum candelam, adeo celeriter convaluit, ut ipſemet ſequenti die illam candelam apportarit. D. Clara Paredo de Burgis malum in tibia patiebatur incurabile, cum intolerabili cruciatu: ſed crus argenteum duorum ducatorum Beatæ offerendum vovens, ſanata eſt illico. Verum dum cunctatur votum exolvere, recruduit intra paucos dies plaga; unde ſuam agnoſcens puniri negligentiam, miſit quod erat pollicita & ſanata fuit. Anno MDCXX, ego Anna-Mechtildis Fuazza, cum adhuc eſſem ſecularis, febri maligna laboravi: facta autem per RR. Matres novena, convalui. Poſt multos autem in Religione annos, attractionem quamdam crurum ſentiens, à medio ſurſum, unxi ea oleo Beatæ, & ſanavi.

*exulceratam tibiam*

*diuturnam cephalalgiam,*

49 Cum transferretur corpus ſanctum à Capitulo ad eccleſiam, continuo capitis dolore, quem annis viginti octo tulerat, liberata fuit Mater Sor. Petronilla Bava, licet nulla ei antea remedia profuiſſent. Soror quædam noſtra infirmabatur ad mortem; & depoſita à medicis, ſolum id rogabat Beatam, ut ſuorum ſibi peccatorum veniam obtineret pro tali articulo. Vidit autem ſibi aſſtantem in ſomnis venerandam quamdam Monacham, quæ quia radiis cincta erat caput, & viſionem conſecuta eſt ſanitas, credebatur fuiſſe B. Æmilia. Nobilis matrona Vercellenſis, anno MDCXXI, tantum infirma ut de vita conſervanda deſperaret, miſit eam quantitatem olei, quæ ſufficeret ad fovendam diebus novem lampadem: ſtatimque convaluit, mox atque illa accenſa fuit. Annó MDCXXXIV, Claudia Victoria, Prætendens noſtra, acutos capitis dolores patiens, neque cibum ullum ſtomacho retinere valens, fruſtra multis curata fuerat. Vovit ergo ceream imaginem offerre, & omni anno in ejus feſto, quod celebratur XVII Auguſti, recitare ſemel Pater & Avè in ejus honorem, & ſanata fuit. Alia quoque Prætendens noſtra, nomine Veronica, neſcio quo modo offenſa in brachio, ſic ut illud abſque magno cruciatu nequiret commovere, eo quod nullum in principio remedium adhibuerat; cum crederetur eo manca remanſura, cereum brachium obtulit, & expedito brachio poſtmodum uſa eſt. D. Ludovicæ, ſimiliter Prætendenti noſtræ, fractum brachium fuerat, & ſimili oblatione facta conſolidatum: præmiſſa tamen oblationi Novena, ad cujus initium ceſſarunt intenſiſſimi, quos ruptura cauſabat, cruciatus.

A. SOR. MATHIL. EXITAL. *moribundas duas,*

*Prætendentes à variis malis tres,*

E

50 Sorori noſtræ Æmiliæ advenit anginæ morbus, quem Scaranziam vulgo nuncupant, cui inſpectæ medicus negavit ullũ finem ſperandum niſi à morte: ſed cum illa interiori voto ſe obligaſſet ad offerendam facem ceream, poſt triduum ſana apparuit. Anno MDCXXXV mulier quædam habens filium maleficiatum indeque emarceſcentem, & conſilii tam inops quam plena doloris ex nati ſui labore gravi; venit ad monaſterium, oblatura B. Æmiliæ imaginem ceream; noſque oravit, ut intercederemus precando, quatenus puero vel vita ſana vel mors cita contingeret, modo finis eſſet anguſtiarum. Factâ autem novenâ, ea parte ſe exauditam intellexit, qua vitæ in perpetuo cruciatu agendæ mortem quietam prætulerat. Anno MDCXXXVIII, puellæ cuidam octodecim menſium, facies tota ejuſmodi cruſtis operta fuit, ut parentes ejus certo exiſtimarent excæcandam: ſed emundata eſt, mox atque datum pro ea initium novemdiali devotioni. Hippolyta-Mechtildis, adhuc infantula, os adeo male affectum habebat, ut totis quinque diebus trajicere nihil potuerit præter vitelium unius ovi; F affirmabatque chirurgus, fore ut in gangrænam deflecteret morbus. Verum hoc periculum cum ipſo morbo ceſſavit, mox atque Beatæ oleo uncta parvula fuit.

*anginam s*

*maleficium,*

*cruſtas faciem operientes,*

*os male affectum,*

51 Equites decem, ad prælium ituri, venerunt ut ſe noſtris orationibus commendarent, offerentes oleum ad uſum lampadis pro novena: faſſi autem deinde ſunt, non alteri ſe vitam ex prælio ſalvam in acceptis referre, quam ſpeciali gratiæ ipſius Beatæ. Paupercula quædam, nomine Maria, ruri obambulans, ab equo fuerat impulſa in foveam, & tibiam fregerat jam grandæva: nihilominus redintegrata illa ipſi eſt, nullo relicto fracturæ indicio, ad ſimplex votum imaginis cereæ offerendæ. Grandæva ſimiliter erat Mater Sor. Hieronyma, imo inter mortuas reputabatur à medico: quæ tamen B. Æmiliæ interius recordata, ad omnium ſtuporem ſana ſurrexit. Soror quoque Thecla Auguſtina Prioriſſa, febri maligna laborans, deſperata habebatur à medicis; & intercedente Beata vitam ſervavit. Mater Sor. Beatrix, neſcio quo accidenti in terram corruit, & cum facie impegit ad pedem lecticæ: cumque ex caſu læ-

*tibiam fractam,*

*graviter ægros,*

F

A. SOR. MATHIL. EX ITAL.

*ruptam venam,*

*gangrænam,*

*discussa pericula,*

B

*plures infirmos sanatos,*

C

*& quasdam citra sectionem à medicis decretam,*

*vulnus capitis,*

*arthritico.*

sa esset venarum una, modus nullus inveniebatur sistendo sanguini. Illa vero proposuit animo Missam dicendam curare in honorem Beatæ: & stetit sanguis, detumuitque facies, quæ pariter ex lapsu inflata enormiter fuerat. Cancrum patiens infirmus quidam, tertium jam annum lecto jacebat, dum carnes ipsi exedebantur: qui tamē sanatus fuit, Beata intercedente.

2 Tempore obsidionis, cum grandior bombus, in nostram cadens ecclesiam, ibidem diffringeretur, fragmina ejus omnia, velut Beatam honoratura, ad capsam ejus convolarunt: sed neque illam, neque ullam præsentium Sororum attigerunt. Alio die, cum similis pila supra stragulum, quo capsa tegitur, cecidisset; non modo nihil Sororibus nocuit, sed nec stragulum quidem prædictum penetravit. Adeo male dispositus erat cuidam nostræ Sorori stomachus, ut nihil lacticiniorum retineret: aliis autem remediis nequidquam tentatis, solum profuit Beatam invocasse. Alia similiter, immedicabilem dolorem capitis sustinens, vovit Pater & Ave recitandum, dum ceream imaginem Beatæ deferret: & voti rea, illud complevit. Sor. Claudia Mariana, tam graviter infirmabatur, ut omnia secuturæ mortis indicia præberet medicis: sed ubi pro eâdem inchoata novena fuit, mox incepit habere melius, & brevi tempore persanata surrexit. Peregrina quædam & maleficiata mulier, misit ad nostrum conventum, qui ipsam Sororum orationibus commendaret. Cum ergo unaquæque nostrum id ageret quod ex devotione susceperat, intellectū est illam cito liberatam fuisse. Ludovica, Prætendens nostra, tamquam moritura derelicta à medico, votum Beatæ faciens, melius mox habere se sensit: inchoatâ autem à nobis omnibus Novenà, convaluit.

53 Soror nostra Catharina, confluentibus ad genu inflatum humoribus, lecto decumbebat: cui cum incisionem pararet chirurgus, ipsa cruciatum reformidans, vovit, si absque ea sanaretur, jejunare in vigilia Beatæ, festum vero singulariter celebrare: statimque subsidere tumor cœpit & cito evanuit. Sor. Angela Margarita, clavos quosdam infixura parieti, in altum conscenderat; cadenti autem, supra coxam cecidit capsa quædam; itáque afflixit, ut negaret chirurgus sanari posse, nisi contusa caro excinderetur. Illa vero vovit, potius quam id sustineret, omnibus diebus vitæ suæ Pater & Ave recitare in honorem Beatæ. Et ecce citra incisionem cœpit caro mundior & integrior apparere; cumque inchoaretur pro ipsa à Matribus novena, ipso instanti surrexit sana. Nobilis quidam Vercellensis, dum res suas conservare nititur, vulnus in capite letale tulit: quo in periculo versari se videns, vovit septem Missas in nostra ecclesia dicendas, mittens ad eumdem finem candelas novem: & ad initium novenæ, ab omnibus Matribus assumptæ, cœpit convalescere, & cito sanus fuit. Reverendus quidam Canonicus, arthritico morbo obnoxius, nobis sæpe confessus est, quod initia mali recurrentis sentiens, soleat ad Beatam recurrere, proponendo ad ejus honorem Missam dicere in ecclesia nostra; itáque dispelli sibi atque evanescere cruciatum.

D

## CAPUT VII.

*Aliæ similes gratiæ, à variis impetratæ.*

QUædam nostra benefactrix, Anna nomine, ab indiscreto ac barbaro marito suo, seu verius tyranno, percussa in capite, cum de vita periclitaretur; cupientes nos tot ejus beneficiis referre gratiam, singulæ instituimus pro ea novenam: qua terminata coaluit vulnus, & illa sana mansit. Nobilis quidam civitatis hujus fassus aliquando est, quod totis duobus mensibus febrim continuam patiens, nec remedium inveniens, mox ac mane quodam proposuit dicendas curare Missas duas in ecclesia nostra easque audire, & oleum offerre pro lampade Beatæ, liberatus statim febri fuerit, neque multis postea annis eam passus. Lucia Mellia, pridem incurabiliter infirma, & tamen cupida recipiendæ sanitatis, novenam vovit in honorem Beatæ instituendam, & oleum lampadi interim præbendum, eoque sanata est. Similiter ad votivæ novenæ principium sanatus convaluit Franciscus Mellius, quem grave rheuma urgebat ad mortem. Quædam etiam nostra Prætendens, nescio unde afflicta, solamen retulit, statim atque annulum suum Beatæ obtulit. Quartana duplici laborans Sororum nostrarum una, nec remedium à medicis referens, suo impendio vovit arsuram novem diebus lampadem; & ipso instanti dimisit eam febris.

54 *Sanantur, vulnus capitis, febris continua, aliique graves morbi,*

E

55 Dominus quidam, ob morbum, quem hic vulgo Prædam appellamus, inter mortuos jam reputatus, coram sepulcro accendi candelas duas jussit, eodemque momento sanus fuit. Alius, conditione par illi, malignis febribus detentus, ad certam tendere mortem credebatur; jam enim biduum totum effluxerat, quod nihil alimoniæ potuerat sumere. Hic missis ad sepulcrum cereis quatuor, cibum cœpit cum sapore sumere & convalescere. D. Isabella Caresana, Prætendens nostra, scabie laborabat, nec adhiberi consuetæ proderant medicinæ: vovit ergo, quod sanata B. Æmiliam semper haberet pro Matre, & in præsentiarum faceret Missam unam celebrari: exindeque mundari caput ei cœpit, donec ex integro sanum apparuit. Julia Maria de Montanaro, æque nostra Prætendens, malo cuidam incurabili adhibuerat remedia quæcumque potuerat: his autem nihil proficientibus, vovit servare jejunium septem continuis sabbatis ad honorem Beatæ, & sic convaluit.

*& moribundi duo,*

*purgatur scabies,*

F

56 Anno MDCXL parturiens quædam, nec eniti fœtum valens, facto voto invocavit Beatam, mittens aliquid olei pro ejus lampade: qua accensa mox peperit, citoque surrexit sana. Puer quidam acuta febri sensus jam amiserat: sed servavit eum mater sua, facto ad B. Æmiliam voto. Gravis infirmitas reliquerat cuidam Domino tantum capitis dolorem, ut periclitaretur de visu inde perdendo: sed cum voto facto novenam religiose inchoasset, & nos pro eo etiam deprecaremur (erat enim extraneus) eodem tempore liberatus fuit, neque deinceps cum eo dolore conflictatus. Angelæ Catharinæ, Prætendenti nostræ, faciem totam deformaverat erysipelas, cum febri & capitis dolore conjunctus: sed sanata est eodem die quo Beatæ se commendavit. Reverenda quædam Mater, oculis sic laborabat, ut eos in rem aliquam fixe intendere non valeret: sed eo incommodo soluta fuit, statim ut Pater & Ave recitare proposuit in honorem Beatæ. Reverendus quidam Pater

*juvatur parturiens,*

*Curantur dolor capitis,*

*erysipelas,*

*ophthalmia,*

A *colica,* Pater Benedictinus, nequiens doloribus colicis, quos intensissimos tolerabat, invenire solatium, venit ad nos, Missam celebraturus, eademque hora melius habuit. Similis gratia facta fuit Sor. Franciscæ-Mariæ, quando ruptâ ei ex lapsu tibiarum unâ, cœpta est pro ipsa haberi novena; *rupta tibia,* mox enim cum quiete somni, sanitatis desideratæ obtinuit beneficium.

57 Ego Sor. Anna-Mechtildis Fuazza, odontalgia gravi laborans, neque requiescere valens, accendi curavi lampadem Beatæ, statimque mirabiliter sum liberata. Aliàs cum caderem, metueremque exinde remanere clauda, ipso in lapsu invocavi Beatam; nec usquam offendi nisi leviter in genu; licet casus ex alto fuerit. Sororem Helenam, ad mortem infirmam, Sacramentis muniri jusserat medicus. Erat ipsamet Beatæ dies, & in honorem ejus stabat expositum Sanctissimum: sed infirma præ morbi vehementia nihil istorum reminiscens, quæsivit quis dies iste foret. Intelligens autem diem agi B. Æmiliæ, vovit quod si ex morbo assurgeret, Missam in honorem ejus celebrari faceret. Nec mora: notaverunt adstantes, infirmam illico habere melius, nec diu post perfecte convaluit. D. Hippolytæ-Annæ-Mechtildi Fuazzę, Prætendenti nostrę, caput sic erat affectum, ut plane appareret deformis. Videns autem nil proficere applicata remedia, B vovit quotannis celebrare festum Beatæ, & oleum *aliter ægræ.* lampadi eo die sufficere suis impensis: postea vesperi concedens cubitum, oleo tali se unxit, & mane tota sana surrexit. Aliàs plagam in pede ferens, & simili oleo ipsam inungens, cito sanitatem pedis recuperavit.

*gdontalgia,*

*infirma ad mortem,*

*Terræmotus sedatur,* 58 Biroli sentiebatur terræ motus, quo locus videbatur absorbendus dehiscente terra; quando D. Petrus Ludovicus Bicchieri bis recitavit ad honorem Beatæ Pater & Ave: quæ subito comparens ei, visa est aërem manu signare, eumque in ictu oculi serenare. Fures quidam confessi sunt, quod prædam facturi in monasterio nostro, & illuc clam ingressi, cum veniissent ad refectorium & culinam viderunt reverendam quamdam Monacham, capite radiantem, quæ silenter ipsos sequebatur quocumque irent. Qua re obstupefacti, nec dubitantes quin esset B. Æmilia ipsa, coacti demum sunt, nulla re ablata, exire vacui è monasterio.

*fures cohibentur,*

*sanatur pleuritis,* 59 Anno MDCXLII D. Diana Bonetta, pleuritide laborans ad desperationem medicorum, misit C oleum quod in lampade Beatæ arderet ad novem dies, tertia autem die surrexit sana. Reverendus Canonicus Vercellonus, cancrum in uno oculorum ferens, cui absque præsenti periculo vitæ nullum se facere posse remedium fatebantur chirurgi, aliquot candelas misit ad ecclesiam nostram: quibus ante sepulcrum accensis, habuit melius, & brevi recuperavit valetudinem amissam. D. Joannes Bonettus, *gangræna in facie,* tactus paralysi, videns quia nullum humanitus sup- *paralysis,* peteret malo remedium, & saltem citius finire illud optans, misit similiter candelas, oleumque arsurum ad tumbam: quibus accensis cum lampade, continuo expiravit. Fassa est etiam D. Diana prædicta, quod aliquando malignam febrem & secretum abscessum patiens, quem nemini volebat manifestare, circumstantibus jam lectum velut morituræ domesticis, recordata miraculorum B. Æmiliæ, proposuit *apostema,* imaginem sui argenteam mittere; & immediate post crepuit apostema, reversaque ad se adimplevit propositum. D. Comitissa Avogadra de Siliano, *pleuritis,* pleuritide afflicta, misit oleum pro novem diebus: quo ardere incipiente, cœpit etiam ipsa habere melius.

60 D. Joannes Vercellonus, quartana afflictus



febri, non prius recuperavit sanitatem, quam patrui sui ipsum Beatæ devoverunt. D. Angelæ-Francisçæ Geller Stropianensi in una tibiarum advenit dolor tam intensus, ut nullam quietis partem posset capere. Invocavit tamen Beatam, intendens, si dolor iste cessaret, Missam in ejus honorem celebrandam curare, eodemque die accensam tenere *dolor tibiæ,* lampadem; & ille evanuit. Uxori Mag. Joannis Baptistæ Caresanæ accidit, ut toto triduo maneret omni facultate loquendi privata: cumque maritus suus pro novem diebus oleum misisset, respiravit illa & loqui cœpit. Isabella Lazzara Vercellensis, *Oblato ad* vicina partui, in eam venit debilitatem, ut cibum *lampadem* nullum retinere valeret. Vovit ergo ad honorem *Beatæ oleo* S. Margaritæ Missam dicendam curare, & lampadi ardenti ante sepulcrum Beatæ prospicere de oleo ad novemdium. Illâ autem accensâ cessavit affectio periculosa, & initio Missæ votivæ sana ac valens peperit filium. Similiter, eodem instanti quo accensa fuit lampas pro nuru Franciści Morettæ, sanata est illa ab infirmitate sua, quæ novem continuis mensibus eam lecto affixerat. Eodem modo sanata est filiola Tullii Arbonensis, febri prohibita lac fugere, statim ut accensum est oleum, quod nutrix miserat lampadi infundendum. Idem pro novem- *plures juvantur.* dio mittens Maria Canuta, simili modo dimissa est E à phrenetica febri. Et ego Anna-Mechtildis Fuazza, ab ejusdem generis febri fui liberata, statim atque indui camisiam, oleo B. Æmiliæ tinctam.

A. SOR. MATHILDE EX ITAL. *quartan.,*

61 Dominus Colonellus Rosignolus, iturus ad *& vitam* prælium, commendavit sese eidem Beatæ, vovens *servant.* faces duas cereas si victor reverteretur; discedens autem misit oleum, diebus novem arsurum. Cum autem reversus offerret faces, confessus est nulli alteri se salutem suam, quam intercessioni nostræ Beatæ debere. D. Henricus Bonus-Joannes, audivit moribundus illam nominari, atque in corde suo proposuit, si convalesceret, celebrare festum ejus, nutrienda istius diei lampade: statimque respirans recepit sanitatem. Rursum ego prænominata discussi catarrhum, collo humerisque illapsum, ungens me oleo prælaudato. Sor. Æmilia Paravicina, terribili oppressa rheumate, eoque multum debilitata, nullum inveniebat remedium. Cumque festum *Iuvatur iterum ipsa* Beatæ appropinquaret, proposuit illius diei actiones *scribens,* omnes facere ad ipsius honorem. Et ecce statim ac festum illuxit, pariter sanitas optata advenit. D. Blanca Alda, diu infirma, cum festum celebrare voviisset, eodem adveniente similiter curata fuit. D. F Artemisia Blamina, in gravem prolapsa morbum, ungi voluit oleo Beatæ, & subito melius habuit: accenso autem quod ad lampadem submiserat oleo, *& aliæ* perfecte convaluit. D. Maria, Gubernatrix arcis, jam *quædam.* jam moritura, recuperavit amissam pene vitam, accensa in nomen suum lampade.

## CAPUT VIII.

### *Reliqua beneficia adscripta invocationi Beatæ.*

62 *Prodest multis oleum lampadis.*

ANno MDCXLVIII. sanata fuit mulier quædam à dolore brachii, statim ut uncta est oleo Beatæ. Idem accidit Angelæ Magliolæ, fluxum super oculos patienti; & viro cuidam crus plagatum habenti. Anno sequenti MDCXLIX Biellanus quidam, lapsus ex arbore, graviter caput afflixerat, & eodem adhibito remedio sanatus cito fuit. Idem simili ex casu totum corpus luxato cuidam Fosalensi evenit: & mulieri Biellensi, partum eniti non valenti, cui inunctus venter suus fuit. Unctum similiter indusiolum infantulæ, lac trahere nonvalentis propter continuam febrim, salutem ei

SOR. MATHILDE EX ITAL.

attulit: & trimeſtris filiolus Angelæ Toppæ, nihil alimenti valens retinere febri prohibente, ſanatus eſt ac cibum retinuit, frontem, pectus & ventrem inunctus. Similis unctio ſanavit Joannem Succiam & tres filios ejus, continua febri laborantes, nec non D. Helenam Molentam.

*Invocatâ Beatâ curantur varii,*

63 Anno MDCL Quidam villicus noſter, iſchiade tortus, & vir quidam febri acuta laborans, ad primam buccellam offæ, cui erat additum de pane admoto ad Beatæ corpus, cum eadem ſanitatem ſumpſit. D. Catharina Boni-Joannis ad continuam febrim grave patiebatur ſymptoma, coram Parocho aliquod contritionis ſignum expectante, quo nixus abſolutionem moribundæ impertiretur; quando maritus uxorem commendavit Beatæ, & illa reſpirare incepit, ac cito convaluit. Sor. Catharinæ-Margaritæ dolores nephritici abſceſſerunt, adhibito ſæpe dicto oleo; & Sor. Anna-Mechtildis Æmilia, eodem oculum ungens unde plurimum patiebatur, propter fruſtillum vitreum quod inſilierat, dolorem abſterſit. Aliàs quoque gravi ſtomachi dolore correpta, fidenter acceſſit ad eccleſiam, & corpori ſancto applicans buccellam panis, eam deglutivit & liberata fuit. Henricus Bonus-Joannes, toto corpore maximum patiens cruciatum, miſit oleum alendæ per dies novem lampadi, cum induſio quod ſancto corpori admoveremus: quo facto, ſimul ipſum induit, ſimul ſanitatem acquiſivit. Illuſtri D. Annæ Camozzolæ octo menſibus fuerat continuata febris, ſed hæc compulſa fuit cedere oleo Beatæ: quo etiam frontem uncta uxor cujuſdam ruſtici, per miſſum lampadi nutrimentum, ſana mox extitit. Alius quidam ruſticus podagricus, idem beneficium in ſe expertus, vovit deinceps anno quolibet vel candelam vel oleum Beatæ offerre: quod cum aliquando per oblivionē facere omiſiſſet, redeuntibus doloribus ſuæ obligationis admonetur, eamq; implens ſanatur. Sed & hydropicus quidam ſimili unctione eſt ſanatus.

*quorū plures oleo prædicto uſi.*

64 D. Carolus Hieronymus Foazza, angina laborans, efficaciam talis unctionis eſt expertus; ſicut etiam mulier Mediolanenſis hydropica; & filius D. Magdalenæ Vercellinæ, indutus camiſiam ſic inunctam, excuſſit continuam febrim. Similiter unxiſſe poplites profuit D. Antonio Arbinæ podagrico; & caput, ſcabioſo puero ruſticano. Hieronymus autem Gotius paralyticus, ſibi eſt reſtitutus, cum voviſſet, quod die ipſius Beatæ toto maneret in eccleſia, nec niſi de eleëmoſyna tunc viveret. Victor Mina, tertium & amplius menſem lecto affixus, propter geminam in uno crurium plagam, nullis eatenus pharmacis curabilem; medelam plagis credidit allaturum oleum Beatæ, & mane ſanus de lecto ſurrexit. Puella quædam, nomine Tereſia de Sidrianis, de feneſtra cecidit, lumboſque & juncturas coxarum haud leviter ſibi quaſſavit: ſed vovente pro ea matre, quod feſtis Beatæ diebus totis manſura eſſet in eccleſia, convaluit intra diem octavum. In noſtro autem conventu podagram ſuſtinens Sor. Catharina Gattinara, neque pedibus conſiſtere valens, annum integrum decubuerat: cum autem propoſuiſſet, vigiliam Beatæ jejunio, diem feſtum Communione ſacra ſuſcipienda quotannis colere, ſed & novenam inſtituere mox atque eſſet liberata; nocte quadam viſa eſt ſibi à Beata appellari, quin & videre ipſam, & audire promittentem quod ſanaretur. Ad quæ tam fauſta lætaque expergiſcens, opem ejus devote requiſivit, & mane ſe reperit perfecte ſanam, totaque hilaris de lecto exilivit.

*aliqua feſtū agendum vovent,*

65 Acutiſſimum quoddam febrium genus Matrem Sor. Annam-Mariam Ajazzam totis tribus annis afflixerat, nec ſpem conſequendæ ſanitatis ulla medicorum inventa attulerant; quando propoſuit omni reliqua vita per dies ſingulos recitare ſepties Pater & Ave, in honorem ſancti nominis Æmilia. Id autem ut facere certius meminiſſet, voluit ipſius Beatæ imaginem poni in cella ſua: ante quam dum incipit orare, vidit & ſtupuit ipſam ſibi capite inclinato annuere, ſubitoque miraculo ſanitatem recepit. D. Iſabella Teſta, Prætendens noſtra, lippientibus ac ſemper lacrymoſis oculis utebatur ex morbo variolorum, ſic ut nihil obtutu fixo poſſet intueri: corroborati autem iidem ſunt, oblato quod illa voverat Beatæ tapetio. D. Laura Avogradra de Quinta morbum caducum patiebatur, nec proderant remedia applicita diligenter. Vovit igitur, quod ſi liberaretur tam importuno malo, Sanctimonialem indueret in noſtro conventu. Feſtum tunc agebatur ipſius Beatæ, quare etiam decrevit prædicta Domina die iſto de eccleſia non egredi. Neque fruſtra profecto, cum fine enim diei finem accepit infirmitas, nec unquam rediit: ideoque grata, nequaquam diſtulit implere quod promiſerat, ſed accepto Habitu in hoc monaſterio ſancte vixit.

*aliæ aliæ vovendo juvantur,*

66 Anno MDCLI Reverendæ Matres religioſiſſimi monaſterii S. Catharinæ Senenſis Regii, teſtantur, quod Sor. Barbara-Maria Irica crus habebat totum exeſum, nec ei inſiſtere unquam poterat abſque fulcro aliquo, quamvis diligenter illud chirurgi curaſſent. Ad hujus notitiam venerunt gratiæ, quæ per B. Æmiliam Vercellis obtinentur in noſtro S. Margaritæ monaſterio. Nuntium ergo miſit, rogans ut aliquam pro ſe orationem facientes, ſibi mitteremus de oleo Beatæ. Quo uncta, quia miraculoſe ſanata apparuit, Reverendæ illæ Matres facto ſubſcripſerunt: & inſuper addunt, quod etiam ad ſe accurrant variis morbis infirmi, eodemque oleo uncti ſanentur. Curant autem ne ipſum unquam ſibi ad talem effectum deſit. Prædicta vero nobis ſcribentes, miſerunt etiam ex parte Sanctimonialis ſanatæ eleëmoſynam, pro curanda Miſſa in honorem Beatæ & in gratiarum actionem. Eædem reverendæ Matres inſuper teſtantur, quod civis quidam Regienſis, Petrus Pavus dictus, ex arbore quam conſcenderat infeliciter cadens, tibiam fregerat; quæ tibia veſperi oleo Beatæ uncta, recitando interim quinque Pater & Ave, ſequenti mane apparuit perſanata, citra ullum læſionis veſtigium, ad grandem omnium admirationem.

*Regii eodem oleo variæ infirmitates curantur.*

67 Nobilis quidam Trinenſis, in continua quatuor menſium febri fruſtra curatus à medicis, miſit induſium è ſuis unum quod oleo Beatæ tingeremus, cum oblatione cerei unius & eleëmoſyna ad Miſſam in laudem Beatæ curandam: moxque ut linteum illud induit, induiſſe viſus eſt ſanitatem, & liber à febri hilariter ſurrexit. D. Petrus Biccherius, articulari morbo ſic impeditus fuit, ut nihil membrorum poſſet movere, inter continuos quos dolor exprimebat ejulatus. Itaque Beatæ vovit, quotannis ſolennem Miſſam in ejus feſto curandam. Vix autem votum nuncupaverat, cum ſanum ſe miratus eſt, nullo præteriti morbi veſtigio intra juncturas remanente aut aforis apparente. Reverenda-Soror Anna-Æmilia Biccheria, acutiſſima febri & intentiſſimo laborans dolore, cum auxilium Beatæ invocaret, ipſam ſe vidiſſe teſtata eſt & audiviſſe, quod ſanitatem promitteret. Nec vanam fuiſſe promiſſionem apparuit, quando ſequenti mane ſana ſurrexit de lecto: quare etiam in ſignum gratitudinis erga Beatam ſategit atque obtinuit, ut in die ejus feſto poſſet impendio ſuo curare exponendum Sanctiſſimum.

*Sanantur etiam febris continuæ,*

*& acutæ febris,*

*Invocatus Beatæ.*

68 O flos amœne virginitatis, fertilis planta ſanctorum morum, quæ à teneris annis inſtar cæleſtis lilii cœpiſti nitere in horto divino; & plantatum

A tum in terra truncum corporis habens, ſpiritu ſemper verſabaris in cælis. Tibi, ô Æmilia, mundani faſtus contemptrici, capitalis inimicæ otii, exemplaris veri virtutum omnium ac virtuoſarum actionum, conſacro meipſam totam in perpetuam famulam; & exiguum hoc meæ ſervitutis obſequium. Precor autem, ut impetres mihi à Deo gratiam inſiſtendi ſanctis tuis veſtigiis, ut cum imitata fuero virtutes tuas in hac mortali vita, merear earumdem præmio frui in altera. Amen. Ad majorem Dei laudem & gloriam, beatiſſimæ etiam Virginis Mariæ, omnium Sanctorum & Sanctarum Dei, qui ſit benedictus in ſecula.

*Sequatur porro ex Append. pag. 777 Commentarius*

## DE B. ALEXANDRO EP. NUCER.

SEd *Pag.* 778 *n.* 6 lineas 4 ult. ſic muta --- *Nos Cæſaris iſtius Elogia non habemus ſed in Athæneo Auguſto Oldoini noſtri, Peruſinos Scriptores complexo, tale invenio:* Alexander Vinciolus, Peruſinus, Ordinis Minorum, ac Pœnitentiarius Joannis Romani Ponrificis hujus nominis XXII; à quo ordinatas Epiſcopus Nucerinus in Umbria, Eccleſiam illam ſingulari ſanctitatis exemplo, pluribus coruſcans miraculis, adminiſtravit, ſanctiſque legibus munivit. E vivis exemptus eſt die III, aliis XXII Maji, anno MCCCLXIII; ſepultuſque in Saxo-ferrato, in choro Fratrum Minorum, ubi pia credulitas Fidelium eum veneratur ut Sanctum. *Interim nullum ejus Scriptum indicatur, cujus cauſa mereatur recenſeri inter Scriptores illos.*

B

*Denique diem hunc claudat Commentarius ex eadem Appendice petendus pag.* 779.

## DE B. STANISLAO CAN. REG.

PAg. 779 *num.* 1 adde --- *Aliam deinde prolixiorem Vitam ſermone Polonico Cracoviæ edidit, anno* MDCLX, *Stephanus Ranothowiczius Canonicus Regularis; ex qua quæ addi huc poſſent, fruſtra hactenus Cracovia petii; interprete autem præſenti deſtitutus, ne nunc quidem aliud præſtare poſſum, quam indicare, quod per me non ſtet, quominus defectus qualiſcumque ſuppleatur.*

N. 2 adde — *quibus accedere poſſet ex Stephano Rathonowiczio Appendix tertia, uſque ad annum* MDCLIX *perducta, ſi non deeſſet interpres; defectum tamen utcumque Supplebo ex ſcheda nobis miſſa, & cum impreſſo Polonico (quatenus per ignorationem linguæ licuit) collata.*

C

*Pag.* 791. *Poſt Annotata* adde —

*Bonam horum Miraculorum partem edidit Martinus Baronius poſt Vitam, ut præfatus ſum, videlicet uſque ad illud quod hic cenſetur ſexageſimum; omiſit tamen* 7, 9, 13, 14, 16, 20, 23, 33, 46. *In iis autem quæ retulit, variat quorumdam nominum lectio, & ſubinde adduntur aliqua hoc modo:*

2 *Dicitur Frater iſte Converſus fuiſſe* in Civitate Caſimirienſi, in monaſterio Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini.

3, *eſt Baronio* 4, *& Staniſlaus iſte vocatur* filius Staniſlai Crauſz, *ejuſdem de quo in Mss. perturbato ordine eſt mirac.* 3.

5 Wenceſlaus Wyka, *appellatur* Lanio; *quod abeſt à Ms. ubi deinceps* Carnifices *dicuntur, ii qui Baronio conſtanter ſunt* Laniones, *quod ſemel notaſſe ſufficit.*

6 Agnetis *hujus maritus, Baronio eſt,* Michaël Galhor, lanio.

11 *Locus nominatur* Podbrzezie, *& dicitur eſſe* extra muros Caſimirienſes; *ægra autem narratur* tam magna infirmitate & oppilatione *impedita*, ut jam ſpirare non poſſet: *& additur, quod* eam devoverunt bonæ quædam matronæ.

12 *Pro* Paczeska, *ſcribitur* Paczoska.

17 *Locus* Lagiewniki *eſt.* D

18 Joannis Krawa *uxor.*

19 Cognomento Cumeniz.

26 Miklaſz Wlozatii.

27 Joannis Frelich.

28 Petri Bargielt.

30 Catharina de Biezanow.

36 Dorothea Begnie.

37 Joannes Nykiel.

38 Staniſlaus Kunſzych.

40 Catharina de Klepardia.

43 Staniſlaus Schordiel.

44 Agnes, uxor Bialhor.

47 Nicolai Keſochleba.

49 Raphaël Smigmator.

50 *Addit Baronius tamquam aliud*, Catharina, vidua de Cracovia, dolore dentium graviter per triduum vexata, per votum ad ſepulcrum ipſius, mox liberata eſt.

54 Margareta, mater Staniſlai Fard, Fratris Domus noſtræ.

57 Dominus Jacobus Prior, dum adhuc eſſet Procurator monaſterii noſtri. E

*Pag.* 792 *addatur.*

## APPENDIX TERTIA.

## Ex Ms. Latino & impreſſo Polonico.

VIta Polonica *ſubjicuntur Miracula* CLXVIII, *omnia fere (quantum per interlucentia hinc inde nomina propria datur intelligi) à nobis ex vetuſtiori Ms. relata. Interpoſitis deinde alio charactere lineis quatuor, quibus videtur indicari unde tum iſta accepta ſint, tum alia mox ſequentia, pertexitur numerus Miraculorum uſque ad* CXCVIII. *Primum videtur continere ſanitatem collatam,* Fr. Thomæ Canonico Regulari, paralytico; *In ſecundo, quidam* Staniſlaus Konwierſz *nominatur, curatus à morbo, quem* Tákze *Poloni appellant.* 8 *Alia quædã miraculo ex Polonico curſim indicata,*

*Tum ſeqni dicas Appendicis ſecundæ Miraculum* I. *anni* MDXXXIII, *& alia duo in perſona cujuſdam* Catharinæ Clepardienſis & Agnetis Caſimirienſis, *abſque nota anni: qua etiam caret miraculum ſequens* CLXXIV, *cujus teſti tabellæ ſubſcriptum legitur,* D. O. M. in ſignum beneficii triplicis. *Nihil ſimile habent ſequentia quatuor: & his ſuccedit unum anni* MDCV, *diverſum ab eo quod retulimus ſupra num.* 4. *Rurſum, mediante Miraculo* CLXXXI, *comparet oblatio facta pro puero, de quo agitur num.* 4, *id atteſtante hac Epigraphe Latina;* Thomas, infans Staniſlai Klos & conjugis ejus Zaborska, deploratus ſanatur, *ſed abſque titulo anni, quo etiam carent* CLXXXIV, V, VII, VIII *&* IX, *niſi quod huic adſcribatur* XIII Novembris. F

9 *Miracula* CLXXXIII *&* LXXXVI, *adſcribuntur anno* MDCXIX: *prioris interpretationem requiro, poſterioris hanc habeo in Ms.* Sacerdos quidam ex Pruſſia, paralyſi tactus, ita ut pedibus incedere non poſſet, venit Cracoviam: lectoque libello de vita B. Staniſlai Caſimiritani, & quanta Deus per ſervum ſuum operari dignatur beneficia, in ſella allatus eſt ad eccleſiam ſanctiſſimi corporis Chriſti: ibique divino implorato auxilio ad ſepulcrum pii Patris, per interceſſionem ipſius, è veſtigio ſanus factus eſt; & relicta ſella, domum incolumis pedibus ſuis reverſus. In cujus beneficii memoriam, tabellam argenteam ad tumbam Beati reliquit, cum tali inſcriptione. Anno Domini MDCXIX Presbyter paralyticus ex Pruſſia, beneficii memor, votum obtulit. *Sanatur Sacerdos paralyticus* 1609.

10 Anno MDCXXII (*ut eſt in Polonico*) *appenſum fuit anathema cum tali epigraphe:* Ego Albertus, Ordinis S. Benedicti, ad hanc tumbam B. Staniſlai, votum reddo. 1622 *coërcetur incendium,*

A reddo. *Addit Ms. Latinum*: Anno Domini MDCXXIII Feria II Paſchæ, atrox in civitate Judæorum, Caſimiriæ manentium, excitatum eſt incendium; adeo ut, vix tertia parte domorum relicta, totam ignis abſumeret. Quo caſu perterriti Fratres religioſi, in vicinio civitatis Judæorum manentes, & ædificia monaſterii ſub id tempus majori ex parte lignea habentes, cuncti acceſſerunt ad ſepulcrum B. Staniſlai, divinum implorantes auxilium per interceſſionem pii Patris: & ita factum eſt, ut & monaſterium illæſum ab igne, & nulla domus Chriſtianorum, ex oppoſito Judæorum manentium, conflagraret.

II Anno MDCXXV *ſuggerit Vita Polonica* Paulum Pikàl, Canonicum Regul. S.T.D. *oblato anathemati ſic ſubſer bentem.* D.O.M. & B. Staniſlao Caſimiritano, cujus meritis ex gravi morbo, in itinere contracto, præſentiſſimum expertus ſum auxilium. *Sequitur item alterum, quod ex Ms. Latino dare plenius poſſum.* Anno Domini MDCXXX Magnificus D. Petrus Komorowski, Comes in Liptow & Orava, Capitaneus Oſwiecinenſis, acri dolore unius oculi continuo vexabatur. Hic venit Cracoviam ut aliquod à medicis contra hunc atrociſſimum dolorem caperet conſilium. Sed cum medicina nihil proficeret, quadam nocte vidit in ſomnis Religioſum, Canonicorum Regularium habitu indutum, ſibi apparentem. Evigilans è ſomno, quæſivit ex familia, quiſnam eſſet talis Religioſus. Illiſque reſpondentibus, eſſe tales Religioſos ad eccleſiam Corporis Chriſti Caſimiriæ; audivit etiam ab illis, quomodo per interceſſionem B. Staniſlai Caſimiritani, multi hominum à variis languoribus curentur. Juſſit ergo ſe deferri in ſella ad ſepulcrum pii Patris; & ibi voto facto præſentiſſimum expertus eſt auxilium, nam à dolore illo liberatus eſt. Cujus beneficii accepti non ingratus, adiit Præpoſitum eccleſiæ ſanctiſſimi Corporis Chriſti; & in villa ſua hereditaria, Sucha dicta, eccleſia & monaſterio ac muro non modicis ſumptibus ædificato, Canonicos Regulares Conventus Cracovienſis in eo fundavit & dotavit. Ita in erectione hujus eccleſiæ.

*1625 curatur gravis morbus,*

*an. 1630 dolor oculi.*

B

*Alia gratia an. 1631.*

12 *Rurſum in Polonica, pro miraculo* CXCIV *& quatuor ſequentibus atque ultimis, notatur, quod* anno MDCXXXI Magnificus D. Adamus Wierzchowski, *gratiam relatam profeſſus eſt: itemque perſona alia (cujus nomen non ſatis diſcerno) anathema poſuit cum hoc lemmate.* Anno Domini MDCXXXI. D. O. M. ad majorem gloriam, & B. Staniſlao Caſimirenſi, offero humillime votum pro ſanitate obtenta. *Similiter alia ſubſcripſiſſe reperitur.* Anno Domini MDCXL D.O.M. ad ſepulcrum B. Staniſlai Caſimiritani Canonici Regularis, in templo ſanctiſſimi Corporis Chriſti, votum humillime offero, in gratiarum actionem pro recuperata ſanitate. *Ac denique concluditur tota illa Polonica miraculorum collectio, cum duabus gratiis anno* MDCL & LIX *receptis: Ms. vero Latinum nobis miſſum hac inſuper addit.*

C

*an. 1640, 50, 59.*

*& 1665.*

13 Anno Domini MDCLXV, die I Septembris, Generoſus D. Alexander Strzyzowski, aliquot milliaribus manens à Cracovia, venit ad eccleſiam Sanctiſſ. Corporis Chriſti; & teſtatus eſt, liberos ſuos infirmos, quotieſcumque ad ſepulcrum B. Staniſlai eos offerebat, ſemper ad priſtinam reſtitutos ſanitatem; ideoque obtulit duas candelas grandes cum Miſſa.

*An. 1666 ſanatur quartana,*

14 Anno Domini MDCLXVI die XIX Septembris, ipſa die Dominica, A.R.P. Petrus Grocholicki, Parochus Scurovienſis, Decanus Woyvicenſis, venit ad ſacriſtiam eccleſiæ Sanctiſſ. Corporis Chriſti, & pene coram toto Conventu Fratrum, qui tum convenerant ad proceſſionem, faſſus eſt; ſe per longum tempus febri quartana fuiſſe afflictum; quodque, hoc malum ſuperare non valens, jam ad limina fati properare videbatur. In qua infirmitate, à quodam illius loci Vice-Capitaneo, accepit miſſum libellum de vita B. Staniſlai Caſimiritani: in quo legens, quomodo Deus præpotens, per merita beati Patris Staniſlai, multos hominum ſanat; votum fecit ad ſepulcrum illius, & ſtatim cœpit convaleſcere: febriſque, quæ die quarta advenire ſolebat, evanuit. Pro beneficio hoc accepto, ad ſepulcrum B. Staniſlai, Miſſam de ſanctiſſima Trinitate celebravit.

D

15 Anno Domini MDCLXVII ſub tempus belli cum Turca, Andreas Frebichi Epiſcopus Cracovienſis, in tali publico negotio publicas ſupplicationes indixit; cumque ad alios Regni Poloniæ Patronos, quorum corpora Cracoviæ requieſcunt, certos dies ordinaſſet, tum ad ſepulcrum B. Staniſlai Caſimiritani Dominicam Paſſionis aſſignavit. Cujus teſtimonium, ſigillo Reverendiſſ. Nicolai Obouski, Suffraganei & Officialis generalis Cracovienſis munitum, & ſurrogati Judicis Joannis Chryſoſtomi Bodzenta I.V.D. Canonici Cracovienſis manu ſubſcriptum, in archivo eccleſiæ Sanctiſſ. Corporis Chriſti ſervatur.

*an. 1667 invocatur Beatus contra Turcas,*

16 Anno MDCLXXVII Excellens Lucas Goslawski, Academiæ Cracovienſis Artium & Philoſophiæ Doctor, tempore peſtis, in magno & evidenti periculo exiſtens, votum fecit ad ſepulcrum B. Staniſlai, illius tutelæ ſe commendans; multiſque in illa domo peſte ſublatis, incolumis evaſit. Cujus beneficii memor, ſequenti anno, in anniverſaria die obitus hujus Beati Patris, juxta laudabilem illius loci conſuetudinem, in præſentia multorum virorum doctorum & religioſorum, nec non ſtudioſorum, publice in eccleſia ſanctiſſ. Corporis Chriſti, oratione de laudibus B. Staniſlai habita, mentionem hujus beneficii fecerat; & ad perpetuam rei memoriam, tabellam ad ſepulcrum ejus affigi curavit.

E

*& peſtis evaditur.*

*1683 invocatur ab ituris ad obſeſſum Viennam.*

17 Illuſtriſſimus D. Joannes Staniſlaus Jablonowski, ſupremus exercitus Polonici Dux, iturus ad bellum cum Sereniſſimo Joanne III Rege Poloniæ contra Turcam, ſub tempus obſidionis Viennenſis in Auſtria, anno Domini MDCLXXXIII die XIII Auguſti, deſcendit ad eccleſiam ſanctiſſ. Corporis Chriſti, ibique ad ſepulcrum Beati Patris Staniſlai preces ſuas devote obtulit, felices in bello progreſſus à Deo per hujus Beati interceſſionem implorando. *Quam id non fruſtra fecerit, obſidionis, die* XII *Septembris ſoluta, glorioſiſſimus eventus docuit, & victoria ſeculis omnibus memorabilis, qua Polona gentis exercitum præcipuis opulentiſſimorum caſtrorum ſpoliis ditavit.*

F

18 *His accedunt veteres recentioreſque* Orationes, *& receptiſſimum cultum demonſtrant. Antiquiores, excuſa habentur à Martino Baronio, ſub hujuſmodi* Antiphona.

*Antiphona ex Mart. Baronio.*

Ave lux vitæ monaſticæ, Dei confeſſor mirifice
Beate Pater Staniſlae, ſtella refulgens Caſimiriæ.
Gloria tu Polonorum, tu decus Canonicorum,
Quos regula ſancta fovet, atque ſummo Deo vovet:
Cujus Divus Auguſtinus poſt Deũ auctor eſt primus.
Vir omni lingua laudande, toto orbe prædicande:
Qui das lapſis relevamen, qui das infirmis juvamen;
Tu pro nobis intercede, ut cæleſti nos mercede,
Ditet Deus cum Beatis regno ſuæ ſanctitatis. Amẽ.

℣ Ora pro nobis B. P. Staniſlae, ℟. Ut digni &c.

ORATIO. Omnipotens ſempiterne Deus, qui B. Staniſlaum Confeſſorem tuum innumeris virtutum miraculis in terra decoraſti; tribue, quæſumus, ut ejus meritis ac precibus, infernalis terrenæque flammæ incendio, contagione peſtis, ac noxia inundatione aquarum, te miſerante liberemur. Per &c.

*cum orationibus:*

ALIA. Deus qui ſacrum Ordinem Canonicorum Regularium S. Auguſtini, urbemque Cracovienſem, B. Staniſlai Caſimiritani Confeſſoris tui meritis glo-

rioſis

A rioſis illuſtrare voluiſti in terris ; concede propitius, ut pro nobis apud tuam clementiam, nunc & in hora mortis noſtræ, ipſe intercedat in cælis; quem Dominus noſter Jeſus Chriſtus filius tuus, cum beatiſſima Virgine Maria matre ſua, & S. Staniſlao Pontifice & Martyre tuo, in hora mortis eſt dignatus cum gaudio viſitare in terris. Qui tecum &c.

19 *Poſt Vitam Polonicam, Latine habentur aliæ prolixioris ac recentioris compoſitionis Orationes tres, præludente hoc Hymno.*

## HYMNUS.

COntemplator Trinitatis,
Recens roſa caſtitatis,
Flos obedientiæ,
Staniſlae, lacrymanti
Adſis, & te imploranti,
Jubar ſanctimoniæ:
Funde preces, flecte Deum:
Ut illuſtres pectus meum,
Ad te mentem erigo.
Ut ſim ſalvus tuo dono,
Meam in te ſpem repono,
Te patronum eligo.
Verbi Dei prædicator,
Fervens virtutum amator,
Gemma pudicitiæ;
Vagos ſtringe cogitatus,
Per te in me firmus ſtatus
Regnet conſcientiæ.
Senſus firma fluctuantes,
Hoſtes fuga conturbantes,
Comprime dæmonia;
Firma mentem, iram fræna,
Confer pacem, cor ſerena,
Aufer adverſantia.
Præelecte, tu dignare,
Peccatori impetrare
Mihi Chriſti veniam:
Ut ſic poſſim reſpirare,
Et exceſſus emendare,
Conſecutus gratiam.
Confer vitæ ſanctitatem,
Corporiſque ſanitatem,
Da quieta tempora:
Auge meram caritatem,
Cordis tolle pravitatem,
Me languentem robora.
O lucerna, flos virtutum,
Nobis præbens iter tutum,
Stella lucens ſeculo;
Jubar tuæ claritatis,
Me defendat à peccatis,
Tollat ab ergaſtulo.
Vitæ meæ rege curſum,
Ac poſt mortem trahe ſurſum,
Confer cæli gaudia:
Ubi DEVM contemplari,
Juſtiſque aſſociari,
Merear in gloria, Amen.

℣. Benedictus Deus in Sanctis ſuis.
℟. Et Sanctus in omnibus operibus ſuis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

## ORATIO AD DEUM.

OMnipotens ſempiterne Deus, cujus bonitatis non eſt numerus, & miſericordiæ infinitus eſt theſaurus, pro donis nobis collatis gratias agimus. Non in juſtificationibus noſtris, ſed in multitudine miſerationum tuarum, proſternimus preces noſtras, ante faciem tuam, ſuppliciter Majeſtatem tuam implorantes, ut per merita & interceſſionem hujus electi tui famuli Staniſlai Caſimiritani, reſpicias fragilitatem noſtram ſemper ad vitia pronam, ut ejus exemplo, toto conatu nitamur tibi placere. Inſpira nobis gratiam contritionis & humilitatis: fac, ut ab omnibus peccatorum maculis expurgati, inveniamur apud te ſemper, & caſtitate nitidi, & caritate ferventes. Famem, peſtem, & gladium, devorantem plebem tuam, & calamitates inſtar diluvii nos obruentes, averte: ab omnium inimicorum noſtrorum impetu defende: in omni afflictione & neceſſitate ſuccurre: manum tuam, ut à morbis & cunctis malis erigamur, ſuppone: & tandem poſt mortem, ad locũ à te præparatum, ubi æternæ incolumitatis premium referamus, introducere digneris, Amen. D

## AD B. STANISLAUM CASIMIRITANUM.

℣. Ora pro nobis B. Pater Staniſlae.
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

## ORATIO.

LUcerna inter flammas exæſtuantis amoris Dei ardens, Beate Staniſlae Caſimiritane, lux clara virtutum tuarum ſeriat oculos noſtros, ſomnolento adhuc torpore depreſſos: tuis precibus pelle è cordibus noſtris caliginoſam nubem peccatorum: fac ut exuamus opera tenebrarum, & induamus arma lucis: ſit lumen fidei in mente, ardor caritatis in corde. Notas nobis fac vias vitæ, ut ſuccenſo ad æterna deſiderio deſpiciamus terrena, accendamur ad cæleſtia; & ut poſt hanc caducam & fluctuantem vitam, tuti & incolumes, ad portum ſalutis æternæ pervenire valeamus. Lilium caſtitatis, indue nos lorica pudoris, refræna impetum libidinis; ut nec carnis rebellio, nec ſathanæ ſuggeſtio, nec concupiſcentiæ ſtimulus, in nobis prævaleat. Sectator profundæ humilitatis, fac nos alta non ſapere, & quæ mundus ſublimia reputat conculcare. Repelle à nobis omnem faſtum & arrogantiam, omnem propriam & interiorẽ complacentiam, omnem oſtentationem & inanis gloriæ appetitum: diſcamus veram cordis humilitatem; & excuſſo ſpiritu præſumptionis & ſuperbiæ, in Deo ſolo gloriemur. Infirmitatis noſtræ ſingulare præſidium, tibi noſtras anguſtias, morbos, & neceſſitates omnes, humili cum fiducia commendamus; ut cunctos languores tuis precibus & potentibus meritis, juvare & ſanare digneris; ut in extremis habeamus lumbos præcinctos, & lucernas ardentes in manibus noſtris; ut cum venerit Dominus, & pulſaverit, paratos nos inveniat. Tuque in ultima periodo vitæ noſtræ ſuccurre, ut evadamus meritos dolores damnatorum, & intremus gaudia beatorum. Amen. E

## ORATIO ALIA.

ARdens Crucis Jeſu Chriſti amator, Beate Staniſlae, quis nobis tribuat, ut oculi noſtri ſint in fontem lacrymarum converſi, ſuper tanta miſericordia & bonitate Redemptoris noſtri, quibus per recordationem amariſſimæ paſſionis ejus, omnes turpitudines noſtras, omnia falſa mundi gaudia, omnia delectabilia carnis defleamus? Eia, zelator glorioſe, tuo exemplo excita noſtrum torporem, eumq; in ferventiſſimum Chriſti crucifixi commuta amorem: imple nos hac ſuavitate, ut ex toto affectu omnes hujus mundi illecebras deſpiciamus, nihilque adverſi pro Chriſto formidemus. Inſta precibus tuis, ut mereamur hanc crucem ardentiſſime amplecti, firmiter tenere, devote oſculari, & ſub umbra illius tuti quieſcere. Et cum venerit noviſſima hora, & tempus reſolutionis noſtræ, non ſit nobis crux iſta reatus ad pœnam, ſed propitiatio ſalutaris ad veniam, ſit ſpes noſtra, meritum, & refugium noſtrum, ſalus, vita, & reſurrectio noſtra. Amen. F

# APPENDIX
## AD DIEM QVARTAM MAII.

*Pag.* 435 *col.* 1 *lin.* 5 *à fine ponatur*

S. Florianus Martyr Romanus, Cracoviæ in Polonia.

SS. Floriani duo Martyres, Vincentiæ & Æsii in Italia.

SS. Florianus & Victorinus Martyres, Monasterium Westphaliæ translati.

*Ibid. col.* 2 *post S. Lupinum addatur*

B. Crescentius, Presbyter Patavii in Italia.

B *Pag.* 436 *col.* 1 *primo loco ponatur.*

S. Clarus, *ut* Episcopus Confessor, *notatur hoc die colendus in ecclesia S. Mariæ Vallis-Regiæ, vulgo* Vairé, *haud longe ab Vrbe Genua, juxta Kalendarium Sanctorum qui in particularibus Genuæ ecclesiis celebrantur, jussu Archiepiscopali post Officia propria Genuensia editum anno* 1640. *Requisitus loci Rector respondit, Missam de Communi non Pontificum, sed Abbatum fieri, aliud nihil; nec sciri unde, à quo, vel quando delatum eo fuerit corpus, quod in arca marmorea clausum servatur : agere de eo Trithemium in Chronico Hirsaugiensi ad an.* 1043. *Atqui hic, etiam à Wione aliisque dictus* Abbas, *à Trithemio solum appellatur Monachus, & coli dicitur, quando de eo egimus,* 1 Januarii.

*Ibid. col.* 2 *post* Vener. Alvarum *adde*

Licinianus Carthaginis Spartariæ Episcopus *&c. Ex Appendice pag.* 792.

*Pag.* 437 *col.* 1 *post lin.* 6 *adde* —

Ven. Josue, Abbas monasterii S. Vincentii ad Vulturnum in Italia, *relatus parte* 2 *Sec.* 4 *Benedictini*, sumptus in gloria migravit à seculo IV Nonas Maji, anno D. Incarn. DCCCXVIII, ultra humanum modum secundum merita sua : cujus sanctum corpus, ante ecclesiam in dextera parte sepultum est in pace : sed longo post tempore, cum fama celebri didicissemus (*inquit auctor Chronici, ipsius monasterii verosimiliter Abbas, seculo* XI) aliquos ad ejus corpus
C divina sæpe sensisse beneficia; illius ossa & venerabilis Autberti (*Cujus ut Sancti Vita traditur seculo* 3, *parte* 2, *pro die* XIX *Iulii*) & aliorum Patrum antiquorum (*scilicet SS. Paldonis, Tazonis, & Tatonis, primorum Abbatum, quorum commune festum fit* XI *Octobris*) hoc in loco attulimus, atque in sarcophago grandi posuimus, cum Domni Hilarii *proximi successoris* corpore. *Quæ cum nullum absolutum cultum ut Sancti indicent, etiam nos eo titulo cum Mabilione abstinemus, apud quem legi Acta* Josuæ Abbatis *poterunt.*

*Pag.* 438 *col.* 1 *ante* S. Plechelmum, *addde*

Inventio seu Apparitio sanctæ Crucis Caravacensis *solennissime celebratur Caravacæ: ejus historiam antiquis monumentis confirmatam, & à fabulosis circumstantiis hoc seculo additis repurgatam, subjungimus Actis S. Ferdinandi Regis* XXX Maji.

Paulinus Martyr Levita, *Coloniæ Agrippinæ in ecclesia S. Ceciliæ, ubi corpus ejus requiescit, speciali festo colitur, quod alias tamen præcipuum agitur* VIII Julii.

### DE S. CYRIACO EP. M.

*Pag.* 439 *cap.* 1 *Titulus sic augeatur.* De cultu hujus Sancti in Ecclesiis, olim & nunc vario, deque Reliquiis ejus in Gallia.

*Pag.* 440 *num.* 7 *in marg.* lege, non — 13 *aut* 15. — sed — 9 *Aprilis.*

*Ibid. lin.* 22 post verba — *primi nominis festum* — expunge 4 lineas, & præmissis hæc subnecte — *quod rursum in Indice Martyrologii confirmat pro dicta* 13 *Aprilis. Sed major fides adhibenda est ei, qui certius omnia explorasse potuit & debuit, Francisco le Maire. Hic in tractatu de Antiquitatibus & Historia illius Vrbis & diœcesis p.* 2 *pag.* 36, *inter Reliquias, anno* MDLXII *die* 11 *Maji ab ecclesia sanctæ-Crucis in Turrim novam translatas, recensens* capsam argenteam inauratam capitis S. Quiriaci Martyris, *expresse addit*, cujus translationem ecclesia Aurelianensis celebrat die nona Aprilis. *Ipsa Inventarii verba apud Iacobum Saussajum in Annalibus Aurelianensibus hæc sunt.* Caput S. Quiriaci E Episcopi & Martyris argenteum, auro obrizo deauratum, cum tribus imaginibus, cardinibus duobus, & suppedaneo ejusdem metalli : *quæ omnia cum ceteris anno* MDLXIII *à Calvinistis incensa sunt, ut videatur divinitus curata ejusmodi descriptio, uno anno prius quam clades ista accideret; quatenus discerent posteri, quantos thesauros olim posiederint majores sui, & per hæreticorum vastaniam amiserint.*

8 *Saussajo in notanda die* 13 Aprilis, *suspicor errorem ex eo obrepsisse, quod alibi legerit, aliquam* S. Cyriaci *memoriam notari in Martyrologiis variis* XV Aprilis; *& in suis memoriis cyfra vulgari utens, scripserit* 13 *pro* 15. *Etenim (sicut ad istum* XV *diem &c.* — atque in fine numeri adde. — *Sed quid dico Aurelianensibus &c. ex pag.* 792 *col.* 2. — ac denique sic conclude. — *Scripsit etiam mihi Fr. Arnoldus Hertsworm, Ordinis S. Crucis Masaci in Brabantia Prior, anno* MDCLXXXI, *in hæc verba*; Costam integram S. Quiriaci, valde antiquo charactere connotatam, meo tempore, & me socio ac teste traditionis, accepit Domus nostra Colonien- F sis, ex Sacrario Hollandicarum Reliquiarum Coloniam translatarum (*ad Collegium scilicet quod ea natio tunc in ea Vniversitate habebat*) pro Majori cultu dicti Sancti Crucigerorum Patroni; ab Episcopo Ultrajectino; *id est, Illustrissimo Castoriensi, Vicario per Statuum fœderatorum Provincias Apostolico Ioanne, sub annum* MDCLXXIII *dicto Vltrajectensi, quia Civitate ista à Gallis occupata, una cum aliis multis Hollandiæ locis, istic ut plurimum residens, sua ibidem Episcopalia munia exercebat : quod cum non nisi biennium duraverit, ultro recedentibus Gallis, omniaque in eo quem repererant statu relinquentibus, apparet quo anno facta fuerit donatio ista. Est autem credibile,* Costam *istam* S. Cyriaci *Senonibus acceptam fuisse.*

*alibi tamen notatur aliquid pro* 15 *die.*

*Corpus sibi vindicat diœcesis Senonensis:*

*unde costa Masaci.*

9 *Ad Græcos quod attinet &c.*

*Pag.* 442 *col.* 1 *lin.* 2 Parenthesim sic lege. — (*Nam, ut in festo simplici, Prima & Secunda de Scriptura præscribuntur, Tertia de S. Monica est,*)

*Pag.* 448 *post Annot.* 00 *hæc* adde —

*Hasce in primam partem censuras apte concludet, eumdem quem nos lapidem* XIII *seculo ineunte versans Monachus Autisiodorensis, qui de Crucis inventione acturus, sic loquitur*: Non satis mirari possumus, quomodo illa Scriptura, in qua plenius describitur hujus inventionis fictitiæ historia, ad legendum sit in Ecclesiam introducta : nam nullatenus stare potest, si temporum series discutiatur & veritas inquiratur. Ibi enim traditur quod [cum] Constantinus, anno sexto

A ſexto Regni ſui dimicaturus [eſſet] contra barbaros ſuper Danubium, tunc ei ſignum Crucis cælitus ſit oſtenſum: cum teſte Euſebio, temporum deſcriptore veriſſimo, hac viſione tunc ſit lætificatus, cum circa pontem Milvium eſſet cum Maxentio conflicturus.... Refertur ibi, quod Jeruſalem deſerta tunc eſſet: cum innumeræ teſtentur hiſtoriæ, quod eam Ælius Adrianus extruxerit, & ex ſuo nomine Æliam nuncupaverit. Refertur ibi, quod tria millia Judæorum tunc ibi inventa ſunt, cum à prædicti Imperatoris tempore, uſque in præſens [Conſtantini], prorſus Judæi à Judææ finibus ſint excluſi: proinde Epiſcopis ex Circumciſione ceſſantibus, illic conſtitui ex tunc Epiſcopi cœperunt ex Gentibus. Porro refertur ibi, Conſtantinum ab Euſebio Papa ſuſcepiſſe baptiſmum, cum in hoc reclament actus B. Silveſtri: qui ſi videantur apocryphi, tripartitam relegamus Hiſtoriam, in qua nobis aliud de baptiſmo Conſtantini innuitur. Quod autem Conſtantinum nequaquam baptizaverit Euſebius, facile convincitur, ſi tempus penſetur: ſiquidem Euſebio præſulante, & poſt ipſum aliquanto tempore, perſecutionis adhuc rabies graſſabatur.... Denique refert illa pſeudo-ſcriptura, quod Quiriacus Hieroſolymorum præfuerit Eccleſiæ, Conſtantino regnante; cum in Catalogo Patriarcharum qui Hieroſolymis præfuerunt, nomen ejus nullatenus reperiatur adſcriptum; præſertim cum luce clarius conſtet, Macarium ſub Conſtantino Hieroſolymorum fuiſſe Epiſcopum: qui & Nicæno Concilio affuit, & inter ceteros Confeſſores mirabili ſanctitate præfulſit, ſub quo & Regina Helena Hieroſolymam venit, invenitque Crucem Dominicam. De iſto vero Quiriaco nuſquam fit mentio, utpote qui non fuerit, ſed fuiſſe confictus ſit; aut, ſi fuit, plane tempora iſta non habuit. Abſurdum vero eſt credere, ceteris Hieroſolymorum Patriarchis in ordine digeſtis, iſtum fuiſſe Quiriacum aut oblivione aut negligentia prætermiſſum. Confutandum eſt igitur, quod ſic & auctoritas refellit & ratio: arbitrandumque eſt figmentum eſſe, cum ibi nullum eluceat veſtigium veritatis. Quod ſi quis aſſerat, hoc ideo eſſe tenendum, quia recitari in Eccleſia ex longa conſuetudine ſit inductum; ſciat, quia ubi ratio repugnat uſui, neceſſe eſt uſum cedere rationi. *Aurea enimvero ſententia, & centies inculcanda iis, quibus impium & intolerabile videtur, ſi quid eorum quæ in uſu Eccleſiæ fuerunt, aut forte etiam nunc ſunt, per verioris hiſtoriæ ignorantiam introducta, fabuloſitatis arguatur; modo id non fiat temere, ſed prahabita demonſtratione hiſtorica, qualis hic habetur, & communiter ab eruditis ſuſcipitur, non obſtante pertinacia rudioris vulgi, eorumve qui ſua intereſſe putant vulgares iſtos errores fovere.*

*Inventionis Crucis ſub Euſebio,*

*& Cyriaci Epiſcopatum explodit ut fabulas,*

*non obſtante quarumdam eccleſiarum uſu.*

B C

Pag. 452 de S. Heraclio *col.* 2, *num.* 4 *lin.* 6 interpone — *Sed* Dacianum *in Italia Præſidem &c. ex App. pag.* 792.

Pag. 453 *de* S. Pelagia, *in titulo lege* — Martyre in Cilicia.

## DE S. FLORIANO.

Pag. 466 *ſub finem, expuncto breviori Titulo, ampliorem alium ſubſtitue; ipſumque Commentariolum illum, additis quibuſdam novis punctis, auge ut ſequitur.*

# DE TRANSLATIONE ALICUIUS S. FLORIANI MART. ET CULTU IN POLONIA: Deque inventione & cultu aliorum ejuſdem nominis, Vicentiæ & Æſii, in Italia.

*Duæ ejus de quo ſupra egimus* Floriani, *ſupponuntur factæ Tranſlationes: altera à Norico Ripenſi ſive Auſtria Superiore &c. ut pag.* 467 — *Et ibid lin.* 5 *ante finem* poſt — *inveniri* — dele ſequentia (*ubi indicata ab Henſchenio* Scopulæ, *quid ſint, fateor me ignorare, & vereor ne error aliquis nominis ſit*) & ipſis deletis hæc ſubſtitue — *Quemadmodum autem omnes illas Reliquias unius eſſe* S. Floriani, *citra ullam veroſimilitudinem crederetur; ita metuo ne ſola nominis in Norico celebritas, uſque in vicinam Poloniam diffamata, Polonos credere fecerit, eum quem Roma adferebant ſub iſto nomine, non fuiſſe iſtic paſſum, uti plerique alii Romanis in Cryptis ſepulti, ſed ex Norico poſt paſſionem advectum.*

*ſed veroſimiliter alterius Floriani;*

8 *Nemini certe dubium eſſe poteſt, quin* Floriani *nomen pluribus commune fuerit; ſed cum unius dumtaxat,* IV *Maji paſſi, martyrium vulgo celebraretur; factum eſt ut quicumque ejus nominis aliquem reperiebant apud ſe, ipſum quoque à ſe poſſideri præſumerent. Sic Benedictini Monachi, in quorum eccleſia, S. Felici dicata, jam inde à Nicolai Papæ V temporibus, requieſcere aſſerebatur corpus* S. Floriani Martyris (*ut conſtat ex Bulla ejus, apud Vincentium Barbaranum lib.* 1 *Hiſt. Vicentinæ cap.* 45, *data anno tertio Pontificatus, Chriſti* MCCXC) *non dubitaverunt, cultui ejus diem* IV Maji *dicatum habere. Quod autem verè alicujus* Floriani *id eſſet, perſuadebat tabella plumbea, ſacris oſſibus appoſita, & his litteris celata,* ✠ C. S. FLORIANI. M. *Cui etiam tabellæ teſtimonium perhibet tabula grandior, ad illius altare ſic deſcripta:* YHESUS. Iſtud eſt corpus glorioſiſſimi Martyris S. Floriani, quod inventum fuit in altari, ſub ſuo nomine intitulato die XIV Martii MCCCCXXV: quod certificatur per tabellam ſuprascriptam, repertam in fundo caſſæ, in qua corpus reconditum erat, in præſentia Venerabilis viri Archipresbyteri & Sacriſtæ Domus (*Eccleſiam Cathedralem ſic appellant Itali*) & D. Abbatis, & omnium Monachorum; & per Indulgentiam conceſſam per Papam Nicolaum, viſitantibus eccleſiam hujus cœnobii in feſto ipſius præfati S. Floriani, quod celebratur quarta die Madii, videlicet anni unius & quadraginta dierum in pœnitentiis ſibi injunctis, & quia dictum corpus in hac noſtra eccleſia requieſceret.

E

*uti alius eſt cujus corpus Vincentiæ ab an.* 1290

*tranſlatum eſt an.* 1425

F

9 *Simili ratione Æſii in Piceno repertus fuit alius* S. Florianus, & in eccleſia ejus nominis apud Minores ſub ara majori repoſitus, *teſte Vghello tomo* I *Ital. ſacra col.* 324, *cum hac ibidem legenda inſcriptione.* Tempore Malateſtæ de Malateſtis Domini Æſii, & Domini Jacobi de Bonripoſiis de Perùſio Epiſcopi, & Domini Ardingi de Paja Poteſtatis, penes ripam fluminis Æſii, inventum eſt corpus S. Floriani, & hic reconditum menſe Decembri MCCCCXI. Qui præcipitatus de ponte in flumen prædictum, martyrio coronatur tempore Maximiani & Diocletiani Imperatorum. Et procurante Magiſtro Matthæo hoc opus decoratum, ſibi Æſio dedicatum fuit, anno MCCCCXI. *Patronum ab Æſinis haberi, & hac die coli, teſtatur Ferrarius; & eadem allegat quæ dedimus Acta: ſed (ut merito cenſet)* in multis depravata, *dum* inter alia Æſium fluvium appellant

*& alius Æſii,*

*inventus ac reconditus an.* 1411.

A lant eum in quem Martyr præcipitatus est : qui error ex quadam nominis similitudine cum Anisо, qui apud Laureacum in Danubium influit, processisse videtur. *Favebat errori locus ipse, in quo corpus repertum ; simili fortasis quo alii plures Martyres ratione, post capitis abscisionem, in aquas jactatum, ac deinde in ripa fluvii tumulatum à Christianis.*

*Bononiæ vero quæ sunt Reliquiæ.*

10 *Manifestiori etiam errori implicuerunt se Bononienses, quando in sua S. Stephani ecclesia habere se crediderunt corpora* S. Floriani & XL sociorum ejus, *ad hunc diem spectantium ; ipsorum autem festum, ideo solum agi* XVI *Decembris, quia tali die S. Petronius Bononiensis Episcopus, ecclesiæ conditor, ea istic recondiderit. Quisquis enim ea Corpora istuc attulit ex Palestina, ubi omnes passi dicuntur, adeoque à passis in Norico sunt diversissimi, & tali die colendos instituit, patet eum intellexisse Martyres Eleutheropolitanos, tali die aut sequenti passos, quemadmodum tunc plenius explicabitur ; simul etiam ostendetur, Indulgentiam quadringentorum annorum, corpora ipsorum visitantibus (ut prætenditur) concessam à* Cælestino *Pontifice ; non esse Primi, qui anno* CCCC-XXXIII *creatus, & S. Petronio fuit coævus ; sed ut summum Quarti, an.* MCCXLI *promoti, vel potius Quinti ; etenim ab hoc institutos Monachos, dictos Cælestinos, locum illum tenere, retulit mihi Claudius Castellanus ; qui ipsummet in suo Italico itinere adiens, invenit, monasterium istud ecclesias septem, partim infra partim supra terram, suo ambitu complecti ; in quarum unâ, sanctissimæ Trinitati dicata, sint illæ, quas supra dixi, Reliquiæ.*

B *potius ad Eleutheropolitanum Martyrem pertinent.*

11 *Franciscus Sansovinus, nobilissimam Venetorum civitatem libris quatuordecim Italice describens, & lib.* 2 *agens de Parochiali S. Iuliani ecclesia, sub annum* MDLIII : *à Thoma Philologo & Medico Ravennate restaurata, dicit* ibi in veneratione haberi corpora Sanctorum Floriani & Pauli primi Eremitæ, *utique ex Oriente advecta, ut alia pleraque. Interim Ianningus noster, eandem Ecclesiam visitans anno superiori, invenit festum illius* S. Floriani, *similiter ut Norici, agi hoc* IV Maji, *cum Officio de communi unius Martyris non Pontificis. Ibidem etiam intellexit, ex traditione credi, quod corpus ejusdem* S. Floriani *requiescat sub pila, inter altare majus & altare sanctissimi Sacramenti, potissimam ecclesiæ partem sustinente. In pictura autem altaris majoris, satis antiqua notavit, tres Sanctos ita pingi, ut S. Iulianus, Patronus primarius à dextris habeat S. Florianum, Romano more militariter vestitum, qui altera manu palmam effert, sinistra vero innititur capulo nudi gladii, terram cuspide tangentis ; ex altero vero latere stantem S. Paulum in sua palmea tunica.*

*ubi etiam is qui Venetiis colitur.*

C

## DE ALIO S. FLORIANO M.

## Una cum Corpore S. Victorini Martyris Monasterium Westphaliæ translato.

*Bernardus à Malinkrodt,*

*Sicut Poloni, Æsini, Vicentini, vindicant sibi* S. Florianum Laureacensem, *sic etiam Monasterienses in Westphalia ejus corpus se habuisse credunt, una cum corpore* S. Victorini Martyris ; *quem ob solam Synonymiam, ut credo, æstimaverunt esse Amiterninum Episcopum, de quo nobis agendum magis ex professo erit die* V *Septembris. Placet autem rem totam proponere, exhibendo epistolam Nobilissimi D. Bernardi à Malinkrodt, Monasterienses Decani, perque varia eruditionis specimina luci publicæ data ante annos* XL *clari, & respondentis ad quædam de iisdem quæsita P. Hermanni Crombachii nostri, apud Coloniam Agrippinam scribentis duos illos magnos de S. Ursula Sanctisque Regibus tribus Tomos. Tenor Epistolæ, quam Crombachius ad nostrum Bollandū misit, hujusmodi est, & gemina ipsius P. Hermanni observatione, his signis [ ] distincta interpolatur.*

*respondens Hermanno Crombach.*

D

1 Quæsita de SS. Victoriano & Floriano in sequentibus, si rectè assequor, * mihi consistere videntur. I. Quinam è pluribus homonymis sint, quorum alquando Monasterii Reliquiæ extiterunt. II. Per quem & unde ad hanc Ecclesiam advectæ sint. III. Quo cultu, quoque fructu & eventu illic tum Sancti, tum ipsa eorum culti fuerint. IV. Quo in loco sacra corpora fuerint asservata. V. Qualiter illa per hæreticos profanata & exusta fuerint.

*ad varia de illis quæsita*

2 Primum quod attinet, licet neque in Breviario neque in Lectionario apud nos, de utroque vel alterutro, propriæ & peculiares reperiantur Lectiones, ex Antiphonis tamen & Responsoriis satis patet, Reliquias Monasterienses, quas, proh dolor! Anabaptistici furores pessumdederunt, fuisse de S. Victorino Amiternino Episcopo & Martyre, sub Imperatore Trajano ad Aquas Cutilias interempto ; & de S. Floriano Milite & Martyre, qui Laureaci ad Danubium in Norico Ripensi passus est sub Diocletiano. Utriusque enim festum, sub ritu solenniori Officii duplicis, iisdem diebus etiam nunc Monasterii in Majori Ecclesia celebratur, quibus in Martyrologio Romano inserti & adscripti sunt, v nimirum Septembris, & IV Maji. Responsorium de S. Victorino hoc habet : Sanctus Victorinus, dum super putentes atque sulphureas aquas suspenderetur, non pœnæ metu territus est, sed constanter per triduum sustinuit, & in confessione Christi spiritum emisit &c. Ac ne scrupulum nobis facias de S. Victorino Pictavionensi, itidem Episcopo & Martyre, quod 11 Novembris festum Translationis SS. Victorini & Floriani apud nos celebratur, quo eodem die prædicti S. Victorini Pictavionensis memoria extat in Romano Martyrologio, idem quod modo retuli Responsorium, illo quoque die usurpamus. Committitur tamen in confundendis duobus Victorinis, Amiternino & Septempedano, in Breviario nostro Adonis aliorumque error, quem in suis ad Martyrologium notis Baronius indicat.

*putat Reliquias ipsi S. Victorini Ep. Amitern. & Floriani Laureac.*

*2 Novemb.*

*& 4 Maji.*

3 De S. Floriano, tam in Natalitio quam Translationis Festis, hæc usurpamus Responsoria : Vir inclitus Florianus dixit Aquilino : Jussioni tuæ, ô Præses, quantum decet militamus ; nemo tamen nobis hoc suadebit, ut dæmonibus sacrificemus &c. Resp. 11. S. Floriano in flumine projecto, unda corpus viri sancti super saxum posuit, quod & aquila alis suis protexit &c. Denique hoc tertium : Jussit Præses ministris, ut ligarent ad collum Floriani saxum grande, atque militem Christi in flumen præcipitarent. Sic Martyr, dilectus Deo & hominibus, cursum vitæ consummavit. Hæc probe conveniunt cum illis quæ Surius tomo 3, Petrus de Natalibus in Catalogo, Ado in Martyrologio, Cuspinianus in Austria sua, & Raderus in Bavaria sancta parte 1 de S. Floriano Norico præter ceteros referunt. Auctor Catalogi Episcoporum Laureacensium & Patavienſium, hunc S. Florianum, uti apud Hundium in Metropoli Salisburgensi videre est, crasso errore inter Laureacenses Præsules recenset.

E

F

[Sed contra horum possessionem, à Monasterienſibus prætensam, facit primo, quod de S. Victorini Episcopi Amiternensis (saltem juxta Baronii sententiam) & Sociorum Maronis & Eutichetis Translatione Metas, anno DCCCCLXIX facta, constet ex Sigeberto. Secundo quod eumdem sibi vendicent Magdeburgenses. Nã in Ms. ejus Ecclesiæ Reliquiarum Catalogo, anno MDI à Doctore Sebastiano Weyman conscripto, & à Pomario Paralipomenis Chronici Saxonici ad annum MCCXX inserto, in prima classe sexto loco ponitur *tumba, in qua corpus Victorini*

*Ex adverso Crombachius opponit Magdeburgenses & Vicentinas Reliquias.*

*Florini, qui fuit Frater Severini Episcopi Neapolitani.*
A Tertio contra S. Florianū facit teſtata ejus in Poloniā tranſlatio. Quarto quod hodiedum Æſini & Vicentini de eodem ſibi aſſerendo certent, ut teſtatur Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ ad IV Maji. E diverſo pro his ſanctis à Monaſterienſibus poſſeſſis facit, primo quod de nullis aliis Reliquiis apud Monaſterienſes cōſtet, quibus locus præſcriptus ex Catalogo convenire poſſit. Secundo, quod probabile ſit, S. Victorinum Epiſcopum, nō tantum olim perperā fuiſſe confuſum cum S. Victorino Confeſſore, ſed etiam hodiedum à Baronio & aliis male confundi cum Victorino M. de quo Martyrologium ad XX Aprilis, ut inſinuat Ferrarius in Catalogo ibidem, & ad V Sept. Tertio quod Raderus in addendis ad Tom. I Bavariæ ſanctæ dicat, Vicentinum Florianū à Laureacenſi eſſe diverſum: proindeque videntur ſui Monaſterienſibus Victorinus & Florianus, à Polonico & Magdeburgenſi diverſi, poſſe conſtare, ſive illi ab expeditione Mediolanenſi, ſive alias aliunde à Frederico Monaſterium tranſlati ſint].

*Idem Malinkrot oſtendit feſtum Tranſlationis agi 2 Novemb.*
B 5 Ad Secundum. Hiſtoria Tranſlationis reliquiarum SS. Victorini & Floriani, ſatis obſcura hoc tempore, quod doleo, apud nos eſt. Nam licet de re ipſa nequaquam ambigi debeat, de circumſtantiis tamē quas novimus, tenuia admodum veſtigia ſunt. Officium Eccleſiaſticū ſive Breviarium 11 Novembris non niſi anniverſariæ diei meminit, in Antiphona ſuper Pſalmos ſecundarum Veſperarum, Beata nobis gaudia, anni reduxit orbita: nam Victorini & Floriani corpora, ad noſtra hodie venerunt limina. Iſta Antiphona dubitare nos vetat de Tranſlationis feſto, licet in Kalendario non niſi in genere mentio fiat diei feſti iſtorum Sanctorum, quo etiam modo in Martyrologio Caniſii ad dictam diem eorum apud Monaſterienſes feſtivitas annotatur. Idem committitur ſimiliter in feſto Tranſlationis trium ſanctorum Regum, quod XXVI Iulii apud nos celebratur, ſub hoc in Kalendario titulo, Trium Magorum: correctum id tamen eſt in editione Miſſalis Antverpienſis MDCXXXI, quæ Tranſlationis expreſſe meminit, quod obiter indicatum eſto. De anno hactenus nil potui eruere.

*eamque ſuſpicatur referri poſſe ad tempus Friderici II. Epiſc. monaſter.*
C 5 Nec conſtat etiam de Epiſcopo, auctore & promotore hujus Tranſlationis, niſi quod ſuſpicari poſſimus, Frederico ſecundo, quem nonnulli perperam Henricum vocant, hoc pietatis opus adſcribi oportere, ob locum è Catalogo Præſulum noſtrorum, qui ſic legitur: Hic multum laboravit pro nova eccleſia facienda: hic etiam dedit magnam Crucem argenteam ſupra chorum, in quam corpus Dominicum recondidit, & quam plurimas alias Reliquias pretioſas, per quas Deus multas virtutes longo tempore fecit. [Cum autem certo conſtet, hunc Fredericum Epiſcopum obſidioni Mediolanenſi cum aliis Epiſcopis & Principibus interfuiſſe; & præterea complures auctores teſtentur, captæ urbis ſacras Reliquias ab Imperatore inter præſentes Epiſcopos eſſe diſtributas; non improbabiliter quis conjectabit, memoratas in præſcripto Catalogi loco reliquias per Fredericum ex Italia, ex ipſo forte Mediolano aliave tunc capta urbe, acceptas & aſportatas eſſe. Porro Auctores, qui dictam Reliquiarum inter Epiſcopos diſtributionem memoriæ poſterorum tranſcripſerunt, ſunt, Otto à S. Blaſio, Felix Faber lib. I Hiſtoriæ Suevicæ cap. 12, Nauclerus, Ioannes Adolphus Medicinę Doctor Argētinę, cujus in Vita Barbaroſſæ anno MDXX Baſileæ edita hæc ſunt verba: Hæc cum fierent (capto Mediolano) Imperator Reliquias & templorum Cimelia diviſit Epiſcopis & Principibus, ut ſatisfaceret eorum petitioni; ut manifeſtum hinc evadat, & ſua Sanctorum pignora ceſſiſſe Frederico Epiſcopo Monaſterienſi, non uno nomine cariſſimo Imperatori; ſed quænam illa fuerint, aut unde accepta, æque obſcurum prope manet.] Si tamen conſtaret pretioſum iſtum Reliquiarum theſaurum ad nos perveniſſe Mediolano; forte poſſet amplius inquirendum videri, an non ſit credibilius, S. Floriani Reliquias, ad alterum ejus nominis Sanctum, itidem Militem & Martyrem, qui ſub Heraclio Eleutheropoli in Palæſtina palmam martyrii adeptus eſt, pertinere. Annales noſtri & Hiſtorici, ſive impreſſi ſive manuſcripti, prorſus tacent de hac memorari ſane digniſſima Tranſlatione: ſatis enim curioſe pleroſque, & præcipue quibus hactenus publicum aſpicere negatum eſt, perluſtravi; nec vel Wittius, vel Kleinſorgius, vel Hovelius in Weſtphalico ſpeculo ſuo, expectationi ac deſiderio meo vel in minimo ſatisfacere reperti ſunt. Unus Rolevinchius, in Weſtphalia ſua lib. 3 cap. 8, quod eſt de Sanctis & illuſtribus perſonis ac Reliquiis Weſtphaliæ, ſatis jejune de ſubjecto noſtro hæc prodit: In monaſterio, Sancti Martyres Victorianus & Florianus. Liber memoriarum majoris ædis ſequentia de S. Floriano memorat, tacens de S. Victorino: S. Floriani, cujus venerabiles Reliquiæ hic requieſcunt.

D

*quo poſito propendet in Florianum Eleutheropolitanum.*

E *Idem profert antiquiculus argumenta varia.*

6 Ad tertium. Utriuſque Sancti feſtus dies, uti olim, ita hodieque in Cathedrali Eccleſia, duplici Officio colitur (ita notatur in kalendario) quod idem de Tranſlationis feſto obtinet: aliæ Eccleſiæ utriuſque Sancti feſtum ſimplici ritu peragunt. Reliquias eorumdem antiquitus, ad Anabaptiſtica uſque tempora, in magna veneratione habitas fuiſſe, diverſa adhuc ſuperſunt documenta. In feriis Rogationum per Canonicos fuerunt in Litaniarum proceſſionalibus prolatæ, uti adnotat Ordinarius, ut vocatur, Cathedralis Eccleſiæ. Idem puto factum in Litaniis majoribus diei feſti S. Marci, licet Ordinarius ſileat. Habito enim & finito in Eccleſia S. Mariæ Virginis Tranſaquenſi Sacro, & Litaniis Sanctorum inceptis, proceſſio Cleri non prius ſe movet & progreditur, quam ad utrumque illum Sanctum perventum ſit, eorumque ſuffragia implorata fuerint. In feſto Tranſlationis ad primas Veſperas, utraque Reliquiarum capſa (hinc apparet ſingulas ſeparatim repoſitas & aſſervatas fuiſſe) habita anniverſaria in navi templi ſtatione, una per duos Canonicos, altera per totidem Sacerdotes è Vicariis, è Choro portatæ leguntur; eademque ſtatione peracta, per illos referri conſueverunt. De miraculis factis ad horum Sanctorum reliquias, locus prętactus è Catalogo Epiſcoporum fidem facit: nec enim ad aliquas alias, quam has ipſas, aptius referri poteſt.

*& qualiter in Litaniis geſtari conſueverint capſas.*

F

*reliquo tamen ſtare juxta aram majorem.*

7 Quarta erat de loco aſſervationis quæſtio, qui fuit in ipſo Choro, haud procul à primaria ac ſumma arā. Illic etiam nunc, certis diebus feſtis, quatuor candelæ cereæ accenduntur, quarum duæ ante horologium, totidem è regione juxta venerabilis Sacramenti ſive Dominici corporis repoſitorium, in Chori lateribus ponuntur. Has miniſtrant Primi, ut vocatur, altaris (id è tribus ante Chorum, medium eſt) Rectores: qui antiquitus ex oblationum, ad prædictorum Sanctorum reliquias factarum, emolumentis, iſtarum candelarum impenſas fuiſſe deſumptas aſſerunt. Ceſſantibus igitur dudum oblationibus, ante annos aliquot meo tempore, dicti Rectores inſtiterunt, ut ea de cauſa, ob mediorum defectum, onere iſto levarentur. Sed non fuit viſum de veteri more quidquam demere. Hactenus tamen non capio, quid Rectoribus iſtis cum dictis ſacris Reliquiis, non in ipſarum altari, ſed alibi conſervatis, commune fuerit. Suſpicari fortè quis velit,

A *nisi forte aliquando fuerint ante chorum loco cui causa oblationum.*

statis anni diebus in memorato altari expositas, ac inibi factas fuisse, quas dixi, oblationes. Verum ejus rei, præter nudam conjecturam, hactenus vestigia alia & indicia non comperi. Idem de peregrinationibus (nam & hoc inter quæsita fuerat) dicere habeo. Nec constat aliquid de Sodalitatibus: nec habuerunt hi Sancti nostri habeantve altare aliquod, peculiariter honori suo dicatum.

*Reliquiæ ab Anabaptistis dissipatæ.*

8 Denique de profanatione & abolitione sacrarum reliquiarum SS. Victorini & Floriani hactenus nil aliud rescire potui, quam quæ ex Kerkenbrochii Historia Anabaptistica inedita, & carminibus olim Coloniæ excusis excerpta, quamvis non nisi in genere loquentia, haberi possent. Referri tamen audio à fide dignis, quondam R. Patrem Balthasarem Hofflinger, Presbyterum Societatis Jesu, & ab anno XCII superioris seculi usque ad XXX currentis, id est per XXXIX annos Ecclesiastem Cathedralis templi, identidem pro concione repetiisse & inculcasse, SS. Victorini & Floriani ossa sacra ab Anabaptistis exusta, ac cineres in Alpham fluvium conjectos fuisse.

B *Putamus, quod earum cultus melius fuisset restrictus ad diem Translationis.*

9 *Hactenus Mallinkrotius atque Combrachius: quorum dictis hoc solum addiderim, judicio meo longe consultius facturos Monasterienses jam olim fuisse, si omissa cura instituendi proprii cuique festi, contenti fuissent communi illo die* II *Novembris, nullam confusionem ipsis parituro. Poterant illi ad eum diem differri a nobis; nisi hic eos jungere aliis placuisset, ut multiplicatis exemplis pateat evidentius incertitudo & incongruentia similium conjecturarum, quibus passim nititur plurium Synonymorum uno die cultus; dum singuli pro famosiori certant, subnixi sola traditione majorum, quos credere possumus, ex plurium ignorantia in unum diem eos compegisse. Idem de eo dixerim quem Magdeburgenses olim habuerunt (nunc enim, obtinentibus omnia ibi Lutheranis, neglectas dissipatasque Reliquias credo) & cujus aliunde notitiam nullam habeo, nisi ex Crombachii Annotatione.*

Pag. 468 *de* S. Silvano *num.* 4 adde: *Hactenus Græci cum Eusebio &c. ut in App. pag.* 792 *& in marg.* scribe — *Lusitanorum de eo figmentum.*

## DE S. JACOBO DIAC. M.

Pag. 472 *num.* 5 *in margine* 1219 — l — 1290 — *Tum lin.* 6 *à fine post verba* — quatuor corpora deposuit — *adde.*

*cum aliis tribus,*

5 *Plenius ipsa Translationis Acta, & quidem, ut ex Benalio accepta, post Vitam S. Ioannis Episcopi, sub die* XI *Iulii commemorandi, refert Marius Mutius: quæ à Guernerio prætermissa, dum originaria Latina non suppetunt, sic ex ipsius Italico reddimus.* Horum quatuor, (*videlicet, Hesteriæ, Projectitii, Iacobi, & Ioannis*) quemadmodum fuit miraculosa inventio, sic & miraculis glorificata translatio. Cum enim eorum corpora, in prædictâ ecclesiâ diutius abscondita, caruissent debito sibi honore; placuit Deo eorum merita mortalibus in hunc modum revelare. Consueverant pii quidam cives ad Cathedralem S. Alexandri ecclesiam devote accedere, causa nocturnorum diurnorumque Officiorum. Cum ergo Matutinæ, ut vocant, psalmodiæ solito more intenduntur; vident media in ecclesia splendorem clarissimum, velut accensarum facularum; & personas quatuor toto corpore radiantes, velut è pavimento emergere; quorum duæ Clericali in habitu, altera in Pontificali nitebat, una vero Matronali specie candidis induebatur vestimentis, palmam omnes præferentes manibus; quæ cum tribus quatuorve vicibus ecclesiam obambulassent, eo unde

*quæ simul præcedenti visione inventa,*

*& in proprium sacellum condita sunt,*

emersérant revertentes, apparere desinebant. Hac visione sæpius iterata commoti fideles illi, rem Præposito ecclesiæ manifestandam censuerunt: qui, habita diligenti in eorum vitam ac mores quæstione, ad Robertum Bongum, tunc Bergomensem Episcopum, refert omnia. Is vero Clerum convocans, post Missam de sancto Spiritu celebratam, coram omni populo cavari locum jussit; exhaustaque terrâ, quatuor corpora reperit integra, ordineque collocata, & suavissimum odorem spirantia. Tum eadem sublata in humeros, processionaliter deportata fuerunt, atque ad latus dextrum summi altaris locata, anno MCCXC die XXVI Aprilis; eodemque mox loco, in ipsorum honorem, fabricatum insigne sacellum est, ubi similis visio sæpius ostensa fuit bonæ cuidam matronæ, & ipsorum sanctitas crebris à Deo prodigiis manifestata.

*quando etiam leprosus,*

6 Legitur siquidem quod devotus quidam, Bracæ commorans, post incurabilem lepram multis annis patienter toleratam, audita fama Translationis Bergomi faciendæ, illuc advenerit, Sanctorum opem fiducialiter imploraturus; moxque eorum meritis fuerit sanatus, ab omni etiam minima labe. Insuper matrona quædam nobilis, Clara nomine, liberata fuit à letali febre aliisque gravibus infirmitatibus, E & altera ex sterili reddita fœcunda. Frater etiam *febricitans,* Ambrosius, Ordinis Servorum, ob senium grande multis ab annis cæcus, eodem Translationis die eorumdem invocavit auxilium: paucis autem post *& cæcus curati sunt:* diebus in oppido Spino, ubi morabatur, oranti in ecclesia S. Georgii adstitit quidam, & ab oculis ejus quasdam veluti pelliculas abstulit disparuitque: & ipse visum mox recuperatum non dubitavit uni Sanctis prænominatis acceptum referre. Alia longe plura in bonum civitatis hujus sæpe operatus est Dominus, potissimum tempore nimiarum pluviarum, aut siccitatis, vel publicæ alterius necessitatis: quorum gratam memoriam posteris renovatam cupiens pia civitas, publico decreto sanxit, ut eorum festivitas annue observetur: & in capella, Sanctorum corporum dicta, non solum ipsa quatuor requiescunt; sed etiam corpora SS. Alexandri, Narni, atque Viatoris, Patronorum nostrorum, intra septem nobilissimas arcas, ex ebeno argenteis bracteis ornato elaboratas anno MDCXVII, de mandato admodum Reverendi Capituli S. Alexandri, atque intra vetustiora eorumdem conditoria recluſas. *Hæc Marius: ad priorem Translationem videtur respexisse Galesinius . . . . . colitur* XVII *Augusti*, Hesteria *vero die* X *ejusdem mensis.*

*anno autem* 1617 *propria singulis arcæ fabricata.*

*Fuerant ea à tàs translata an.* 1561, F

7 *Ea S. Alexandri Ecclesia destructa fuerat anno* MDLXI; *& tunc Clerus . . . .*

## DE S. MONICA VIDUA.

Pag. 473 *post num.* 4 adde — 5 *Exciderat mihi Franciscus de Ribera Augustinianus. Iustum hic de Vita* S. Monicæ *librum Castellano sermone conscripsit, & edidit Hispali anno* MDCXXI, *dedicatum Excellentissimæ D. Ioannæ Enriquez de Ribera, Marchionissæ de Priego. Auctor hic argumentum assumptum eloquenter sane, & ad virtutum exempla sumenda utiliter, deducit. Insuper non contentus collegisse, quæ habet Sanctus de Matre sua in libro Confessionum, cetera etiam ejus opera scrutatus, quidquid potest eodem adducit, etiam ubi nulla Matris fit mentio. Sed imprimis notavit sæpe insignes illas duas disputationes de Ordine, deque Beata Vita, quibus de industria Matrem Augustinus facit intervenire. Hinc ergo sumpta occasione, placuit inter secundum ac tertium Caput Vitæ, acceptum ex dictis Disputationibus Parergon ponere. Aliud quod ex Ribera discam, ad Historiam pertinens,*

A *pertinens, nihil eſt; nam quod Cap. 35 aſſerit, Africanam illam Auguſtini amicam, ex qua is Adeodatum filium ſuſceperat, ſecutam uſque Mediolanum fuiſſe; Monicæ autem induſtria zeloque converſam ad pœnitentiam, dimiſiſſe contubernium duplici titulo cariſſimum, reverti ſſeque in patriam, amantis amplexus & filii dilectionem poſtponendo æternæ quam illa promittebat felicitati; hæc ut pie cogitata fateor, ita puto nuſquam in Auguſtino legi; uti nec quod Romæ oblatas à Potitiano filiæ nuptias exhorreſcens Auguſtinus, eo inſalutato Mediolanum ſe proripuerit, quod idem Ribera ait Cap. 36. Non etiam placet, quod idem aſſerit, ſolicitam de ſponſa filio quærenda* Monicam, *elegiſſe puellam, cui ad ætatem nubilem adhuc biennium deerat; quam ſcilicet interim poſſet formare ad ingenium ſuum. Si enim ad hoc feſtinabat mater filio invenire uxorem, ut ejus conſuleret infirmitati, antea nimis quam propenſi in amorem mulierum; profecto credibile non eſt cogitaviſſe de aliqua, cuius maturitas tamdiu expectanda foret.*

*extra quos quidquid additur gratis confictum creditur.*

*Pag.* 480 *inter Caput* 2 *&* 3, *ponatur.*

# PARERGON D. P.

B

## Monicæ ſapientia, inter filii diſputationes probata.

*Diſputaturus de Ordine Auguſtinus matrem adhibet,*

*Diſputatio S. Auguſtini* de Ordine, *duos libros complectitur: quorum primum Sanctus Doctor cum finiviſſet, Matrem alloquens; ſecundum exorditur, rationem reddendo, cur ita agere inſtituiſſet, ut illa colloquio iſti ſuo rurſum intereſſet, ea ſcilicet, cujus* ingenium atque in res divinas inflammatum animum cum antea convictu diuturno & diligenti conſideratione perſpexerat, tum vero in quadam diſputatione non parvæ rei, quam die natali cum convivis habuit, tanta ſibi mens ejus aparuerat, ut nihil aptius veræ Philoſophiæ videretur. *Eſt illa Diſputatio, ut ipſe ibidem ait, in eum collata libellum, qui* de Beata Vita, *inſcribitur, habita* Idibus Novembris, qui dies *Auguſtino* natalis erat, *quando* poſt tam tenue prandium, ut ab eo nihil ingeniorum impediretur, omnes, *inquit*, qui ſimul non modo die illa, ſed quotidie convivabantur, in balneas ad conſedendum vocavi ... Erant autem ... imprimis Mater noſtra, cujus meriti credo eſſe omne quod vivo; Navigius, frater meus; Trigetius & Licentius, cives & diſcipuli mei; nec Laſtidianum & Ruſticum, conſobrinos meos, deeſſe volui ... erat etiam nobiſcum, ætate minimus omnium, ſed cujus ingenium, ſi amore non fallor, magnum quiddam pollicetur, Adeodatus filius meus.

*die ſuo natali cum aliis ſex,*

C

*Cenſet illa animum meditatione paſci,*

*Inter hos ergo cum quæſiviſſet Auguſtinus, an ſicut corpori cibus, ſic animæ eſca videatur ſcientia;* Plane, inquit Mater: nulla re alia credo ali animum, quam intellectu rerum atque ſcientia. De qua ſententia cum Trigetius dubium ſe oſtenderet. Hodie, inquit illa, tu ipſe nonne docuiſti, unde aut ubi anima paſcatur? Nam poſt aliquantam prandii partem, te dixiſti non advertiſſe, quo vaſculo uteremur, quod alia neſcio quæ cogitaſſes; nec tamen ab ipſa ciborum parte abſtinueras manus atque morſus. Ubi igitur erat animus tuus, quo tempore illud te veſcente non attendebat? Inde mihi credo, & talibus epulis animus paſcitur, id eſt theoriis & cogitationibus ſuis, ſi ſuper eas aliquid percipere poſſit. *Deinde, quærente Auguſtino,* Videturne vobis beatus eſſe, qui quod vult nõ habet?

*nec beatum eſſe niſi qui bona & vult & habet:*



Negaverunt. *Ille rurſus,* Quid? omnis, qui quod vult habet, beatus eſt? Tum Mater, Si bona, inquit, velit & habeat, beatus eſt: ſi autem mala velit, quamvis habeat, miſer eſt. Cui ego, *ſubjicit Auguſtinus,* arridens atque geſtiens; Ipſam, inquam prorſus, Mater, arcem Philoſophiæ tenuiſti: nam tibi procul dubio verba defuerunt, ut non ſicut Tullius te modo panderes, cujus de hac ſententiâ verba ſunt iſta .... Omnes ajunt eſſe beatos, qui vivunt ut ipſi velint. Falſum id quidem: velle enim quod non deceat, idem ipſum miſerrimum: nec tam miſerum eſt, non adipiſci quod velis, quam adipiſci velle quod non oporteat: plus enim mali pravitas voluntatis affert, quam fortuna unquam boni. In quibus verbis illa ſic exclamabat, ut obliti penitus ſexus ejus, magnum aliquem virum conſidere nobiſcum crederemus; me interim quantum poteram intelligente, ex quo illa & quam divino fonte manarent.

D

*Porro cum Trigetio demonſtraſſet Auguſtinus, Bonis fortunæ fieri neminem beatum poſſe, quia amitti poſſunt; quiſque autem quod amitti poteſt, ſi amat, non poteſt non timere ne amittat;* Etſamſi ſecurus ſit, *inquit Mater,* ea ſe omnia non amiſſurum, tamen talibus ſatiari non poteſt: ergo & eo miſer, quo ſemper eſt indigus. Cui *Auguſtinus,* Quid? his omnibus abundans atque circumfluens, ſi cupiendi modum ſtatuat, eiſque contentus decenter jucundeque perfruatur, nonne tibi videtur eſſe beatus? Non ergo, inquit illa, iſtis rebus, ſed animi ſui moderatione beatus eſt. *Ventum tandem eo eſt ut ſtatueretur, beatum eſſe qui Deum habet; quæreturque, quis Deum habeat: ad quod* Licentius, Deum habet, qui bene vivit: Trigetius; Deum habet, qui facit quæ Deus vult fieri. Puer autem ille omnium minimus, Is habet Deum, ait, qui ſpiritum immundum non habet: Mater vero omnia, ſed hoc maxime approbavit. *Poſtridie reſumpta diſputatio eſt, in qua prioris diei dicta colligens Auguſtinus, rurſum inquit,* Si qui Deum quærit, id facit quod Deus vult, & bene vivit, & ſpiritum immundum non habet; qui autem Deum quærit, nondum habet Deum; non quiſquis aut bene vivit, aut quod vult Deus facit, aut ſpiritum immundum non habet, continuo Deum habere dicendus eſt.

*bona autem fortunæ beatum non facere:*

*Deumque ab eo habere qui ſpiritum mundum habet.*

E

*Hic cum ſe ceteri conceſſionibus ſuis deceptos riderent; poſtulavit Mater, cum diu ſtupida fuiſſet,* ut ei hoc ipſum, quod concluſionis neceſſitate intorte dixeram *(inquit filius)* explicando relaxarem atque ſolverem. Quod cum factum eſſet: Sed nemo, inquit, poteſt pervenire ad Deum, niſi Deum quæſierit. Optime, *inquit Auguſtinus*: tamen qui adhuc quærit, nondum ad Deum pervênit, etiamſi bene vivit: non igitur quiſquis bene vivit Deum habet. Mihi, inquit *Mater*, videtur Deum nemo non habere; ſed eum, qui bene vivit, habet propitium; qui male, infeſtum. Male igitur, *inquit Auguſtinus*, heſterno die conceſſimus, eum beatum eſſe qui Deum habet. Addes ergo, inquit *Mater*, Propitium. *Subinde cum dixiſſet Trigetius*, non continuo Deum adverſari, cui non ſit propitius; *atque de tali medio homine quæſiviſſet Auguſtinus, an* Deum quoquo modo habere *concederet, atque ille cunctaretur*; Aliud eſt, inquit Mater Deum habere, aliud non eſſe ſine Deo. Quid ergo, *inquit Auguſtinus*, melius eſt? utrũ habere Deum, an non eſſe ſine Deo? Quantum, inquit *Mater*, poſſum intelligere, iſta eſt ſententia mea: qui bene vivit, habet Deum, ſed propitium; qui male, habet Deum, ſed adverſum; qui autem adhuc quærit, nondumque invênit, neque propitium, neque adverſum; ſed non eſt ſine Deo.

F

*& habere ab eo propitium:*

*qualem qui nondum habet ſed adhuc quærit, etſi non ſine Deo, non tamen cum eo eſt.*

A *Alteri de Ordine diſputationi cum inchoaretur (fuerant autem cum Auguſtino Alypius, Navigius, Licentius atque Trivetius) non intervenerat Monica; ſed filius ſoluto cœtu illacrymatum ſe ait, utique præ dulcedine rerum de Deo antea tractatarum:* multaque orans, *inquit*, audio Licentium, ſuccinentem illud Propheticum læte atque garrule, Deus virtutum converte nos, & oſtende faciem tuam & ſalvi erimus. Quod pridie poſt cœnam, cum ad requiſita naturæ foras exiſſet, paulo altius cecinerat, quam ut Mater noſtra ferre poſſet, quod illo loco talia continuo repetita canerentur; *adeo ſcilicet modeſtiæ amans & verborum ſacrorum reverens erat.* Objurgabat *ergo* eum religioſiſſima femina, ob hoc ipſum quod inconveniens loco canticum eſſet. Tum ille dixerat, jocans, Quaſi vero, ſi quis me inimicus includeret, non erat Deus auditurus vocem meam. *Iſtud autem ideo hic memoro, quia hinc ſumpta poſtridie occaſio eſt quærendi,* quid vere ſit converti in Deum. *Diſputatione autem iſta ad finem decurrente,* Mater ingreſſa eſt, quæſivitque quid promoviſſent: nam & ei nota quæſtio erat. Cujus & ingreſſum & rogationem cum ſcribi noſtro more

B juſſiſſem, *inquit Auguſtinus*; Quid agitis? inquit Mater, Numquidnam in illis quos legitis libris etiam feminas unquam audivi in hoc genus diſputationis inductas? *Cui filius, poſt alia, etiam hoc reſpondit:* Doctiſſimorum hominum litteræ etiam ſuto-

*Pre magnâ erga ſuæra verba reverentiâ,*

*non probat ea in ſeceſſu cani.*

*aut ſuum nomen filii diſputationibus inſeri,*

res philoſophicos, & multo viliora fortunarum genera continent... Nec deerit, mihi crede tale hominum genus, cui plus placeat hoc ipſum, quia mecum philoſopharis, quam ſi quid hic aliud aut jucunditatis aut gravitatis invenerit: nam & feminæ ſunt apud veteres philoſophatæ, & philoſophia tua mihi plurimum placet. Nam, nequid, Mater, ignores, hoc verbum Græcum, quod Philoſophia nominatur, Latine, Amor ſapientiæ dicitur..... Contemnerem te, ſi ſapientiam non amares; non autem contemnerem, ſi mediocriter amares; multum minus, ſi tantum quantum ego amares ſapientiam: nunc autem cum eam multo plus quam meipſum diligas, & noverim quantum me diligas; cumque in ea tantum profeceris, ut jam nec cujuſvis incommodi fortuiti, nec ipſius mortis (quod viris doctiſſimis difficillimum eſt) horrore deterrearis, quam ſummâ philoſophiæ arcem omnes eſſe confitentur, egone me non libenter tibi etiam diſcipulum darem?

Hic illa cum blande ac religioſe, numquam tantum mentitum eſſe *filium*, dixiſſet... placuit quæ-

C ſtionem *reliquam de Ordine* in aliud tempus differri; *quando ſcilicet (ut ſupra dixi) rem ita inſtituit filius, ut & Mater adeſſet. Verum illa nihil interfata legitur, cavens ſcilicet, ne, quod antea factum viderat minuſque probabat, ſua quoque dicta ſcripto committerentur. Non tamen vel ſic neglexit, hoc quoque in libro, Matrem laudare ſapientiſſimus filius. Cum enim agere incepiſſet de diſciplinis & artibus liberalibus, & quæ intellectum ad divina etiam ipſa efferunt, converſus ad Matrem,* Quod, *inquit*, & illis ad id quod quærimus opus eſt, ne te quæſo, Mater, hæc velut rerum immenſa quædam ſilva deterreat: etenim quædam de omnibus eligentur, numero pauciſſima, id eſt potiſſima; cognitione autem multis quidem ardua, tibi tamen (cujus ingenium quotidie mihi novum eſt, & cujus animum vel ætate vel admirabili temperantia remotiſſimum ab omnibus nugis, & à magna labe corporis emergentem, in ſe multum exurrexiſſe cognoſco) tam erunt facilia, quam difficilia tardiſſimis miſerrimeque viventibus. Si tamen dicam te facile ad cum ſermonem perventuram, qui locutionis & linguæ vitio careat, profecto mentiar: me enim ipſum, cui magna neceſſitas fuit iſta perdiſcere, adhuc in multis verborum ſonis Itali exagitant; & à me vi-

*ideoque deſinit interfari,*

*ipſam tamē filius laudat,*

D ciſſim, quod ad ipſum ſonum attinet, reprehenduntur.... Sed tu contemptis iſtis, vel puerilibus rebus, vel ad te non pertinentibus, ita Grammaticæ pene divinam vim naturamque cognoſcis, ut ejus animam tenuiſſe, corpus reliquiſſe diſertis, videaris. Hoc etiam de ceteris hujuſmodi artibus dixerim: quas ſi penitus fortaſſe contemnis, admoneo te, quantum filius audeo quantumque permittis, ut fidem iſtam tuam, quam venerandis myſteriis percepiſti, firme cauteque cuſtodias; deinde ut in hac vita atque moribus conſtanter vigilanterque permaneas.

*ut ſexui ſic congrue philoſophantem.*

*Pag.* 481 *Ann.* a, adde — *Ribera etiam alteram ſororem nominat* Felicitatem. *Fuerunt ſane in Africa celeberrimæ* SS. Perpetua & Felicitas, *in earumque feſto ſermonem habuit Auguſtinus, ad* 7 *Martii ab Henſchenio editum; ſed vereor ne vel hinc ſumpta occaſio ſit, ea nomina adſcribendi ipſius Sancti Sororibus, aliàs apud ipſum non inveniendis.*

*Annot.* c adde — *Ribera* Facundam *ſcribit, quin & patri Monicæ nomen facit* Aurelii, *hac fortaſſis conjectura, quod hoc prænominis Auguſtino fuerit. Sed ut hæc conjectura aliquod probabilitatis habeat, oporteret Navigium,* E *alterum Monicæ filium, majorem natu concipere, & ab avo paterno nominatum: ſic enim congrue dicetur junior Auguſtinus ſortitus nomen avi materni: antiquis enim perquam familiare fuit liberis primo naſcentibus dare nomina avorum, ac deinde paterna in poſt-genitis continuare; quaſi boni filii officium ſit, prius de parentum memoriâ quam propriâ propagandâ, in nuncupatione liberorum, cogitare.*

*Pag.* 483 *Annot.* h — *prope Sinum Sueſſanum* — l. — *Spetianum.*

*Pag.* 488 *Annot.* d adde — *Habent etiam Patres noſtræ Societatis Monaſterii Weſtphaliæ particulam aliquam, in Reliquiario altaris ſanctæ Crucis ſervatam, ſed unde eam acceperint ignorare ipſoſmet puto.*

*Pag.* 491 *ad num.* 14 *hæc ſubjunge.* —

*Vghellus Tom.* 1 *Italiæ ſacræ col.* 231 **, annum prænotatæ tranſlationis inſigni confirmat documento, Epitaphio ſcilicet unius ex Epiſcopis, qui ſacro corpori ferendo humeros commodavit; quique ante ipſum voluit ſepeliri, ſicuti teſtatur effigies leviter pavimento inſculpta, cum hiſce verbis propemodum vetuſtate abolitis,* Hic jacet corpus R.D. Rodulfi, Epiſcopi civitatis Caſtelli, & quatuor ſummorum Pontificum, ſcilicet Eugenii IV, Nicolai V, Calixti III, & Pii II Confeſſoris & Sacriſtæ & Bibliothecarii, qui *(ante iſtorum electionem* F *& ſuam promotionem ab Eugenio factam)* ſuis humeris portavit ſacrum corpus S. Monicæ, ab Hoſtia Tiberina tranſlatum, anno Domini MCCCCXXX. *Aliam ejuſdem rei memoriam vide mox infra poſt addenda de Godehardo pag.* 580 *hic.*

*Ibid. num.* 15 *lin.* 4 *à fine,* — *Eſtrato-villeus* — l. *Eſtouteville.*

*Coſta Papiam delata.*

*Pag.* 492 *col.* 2 *ad finem* appone — *Ab iis porro, quæ Romæ ſervantur,* coſtam unam *habeti præcipuæ in veneratione Papiæ ad Calum aureum, ubi ipſum ſanctiſſimi Doctoris corpus requieſcit, teſtatur Iacobus Gualla, Sanctuarii Papienſis lib.* 4 *cap.* 15: *ubi etiam inveniet lector ſanctæ Matris invocationem devotam, à prælaudato Mapheo Vegio elegiace compoſitam.*

18 *Hactenus ſcripſeram quando &c. in App. pag.* 792.

## DE S. GODEHARDO EP.

*Pag.* 501 *poſt Commentariolum de* S. Nicephoro Medicienſi, *ponatur is qui pag.* 532 *habetur de S. Lupino Carcaſſonenſi, utpote qui, ſicut infra dicetur, notandus in margine eſt floruiſſe* SEC. V.

*Pag.* 501 *num.* 2 *lin.* 6 poſt — *diligenter contulit.* — adde — *Simili diligentia jam olim uſus Ioannes Gamanſius, eamdem editionem contulerat cum inſigni & perantiquo pergameno Montis S. Michaëlis Bambergæ Ordinis*

A *dinis S. Benedicti, & Paſſionali Bodecenſi ſæpe nobis allegato. Priori præponebatur pulchre picta effigies ſancti, in habitu Epiſcopali cum pedo & mitra; eratq; circum caput ſcriptum SCS GOTEHARDVS EPS. Hinc intelligatur non niſi poſt Canonizationem deſcriptus Codex: in quo tamen ipſe Sanctus perpetuo vocatur* Godehardus, *aſt in Bodecenſi* Gotehardus. *Verum ut pridem ea diligentia uſus Gamanſius ſit, annotatam tamen ab eo lectionum varitatem non niſi poſt editos primos tomos accepimus, paulo ante ejus mortem: proinde neceſſarium duxi, rurſum editionem noſtram ad iſtas notas conferre, ne fruſtra is tantum laborem ſumpſerit. Interim hic obſervo quod in Bambergenſi Ms.* Wolferius *dicitur Auctor, in Gracienſi appellatus* Wolfherrus, *quem cum Browero &c.*

*Cultus ſpecialis Genuæ;*

Pag. 502 *num.* 3 adde —— *Kalendarium etiam feſtorum ſanctæ Genuenſis eccleſiæ, juſſu Stephani Cardinalis Duratii an.* 1640 *editum ante Officia propria, eodem* IV *Maji, feſtum tali nomine Duplex agendum præcipit, & in Martyrologio addi jubetur:* Natalis S. Gothardi, Epiſcopi & Confeſſoris, qui tempore S. Henrici Imperatoris, ex Monachorum regimine ad gubernandam Eccleſiam Hildeſemenſem vocatus, multis virtutibus enituit, & beato fine quievit. *Cauſam tam ſpecialis Genuæ cultus quærenti, reſponſum eſt, fieri id ex*

B *antiqua conſuetudine, cujus nunc origo ignoretur: habere Sanctum in eccleſia Cathedrali capellam, cum utriuſque ſexus fidelium Confraternitate, quam omnium iſtius urbis*

*& Cracoviæ,* *antiquiſſimam cenſent Domini Canonici. Pro die autem* V *Maji reperit Gamanſius noſter, in Miſſali Cracovienſi antiquitus impreſſo, propriam de* S. Gothardo *Proſam, ut vocant, ſive Sequentiam; eamque deſcriptam nobis miſit, hoc principio.*

Hæc eſt ſancta Solennitas,
Laudetur ſumma Trinitas,
Pro Gotehardo Præſule.

4 *Anno proximo poſt Tranſlationem &c.*

*Pag.* 503 *Annot.* g *Gracien. & Bamb.* Rumoldi.

*Hildesheimii monaſteriũ &c.*

*Annot.* h adde —— *Totus vero aberat à Ms. Bodecenſi: Ibid. n.* 4 *lin.* 8 *ex Bodec. & Bamberg. ſic corrige:* --- & in religione monaſticæ inſtitutionis feliciter eſt perfectum, ante diſtributionem Epiſcoporum, quæ decimo poſtea anno in Bajoaria à S. Bonifacio facta eſt. ---

*Ibid. lin.* 16, *ſic legitur*, Willibaldo Eihſtat, Joanni Salzburg, Emberto Friſinghe, Godebaldo Ratiſpona committitur: *ſed Bodecen.* Gaibaldo.

*Pag.* 504 *n.* 6 *lin.* 10 --- notitiæ Pontificis --- *Ms.*

C *Bamb.* Patavienſi Epiſcopo, qui tunc idem monaſterium beneficii cauſa gubernavit, eum commendando notificaverunt.

*Ibid. col.* 2 *lin.* 1 *lege ex Bodec.* ejuſdem cœnobii Fratribus.

*Pag.* 505 *n.* 9 *lin.* 6 *à fine* ad uſum utilitatis --- *adde ex Bamb.*--- inibi Deo ſervientium.

N. 10 *lin.* 4 --- in pace. *Ms. Bamberg.* Salva pace.

*Pag.* 506 *n.* 13 *lin.* 10 *à fine* --- ingemuit, *adde ex Bodec.* Sed & hanc cauſſam pio Imperatori Henrico per ordinem Abbas totam ſecretius intimavit, ipſumque adjutorem ad corrigendum talem hominem corrogavit. Quem confeſtim Princeps ad ſuæ colloquium clementiæ evocans, per ſemetipſum convenit: & ex Euangelicis, Apoſtolicis ac Regularibus præceptis inſtruere cœpit, nullum poſſe duobus dominis ſervire, nec Monachum ad ſeculum, ut canem ad vomitum, reverti debere. His & aliis hujuſmodi præcantationibus, tandem in Chriſto vere compunctus vir memoratus, omni prædicta pactione &c.

N. 11 *lin.* 4 *Bod. & Bamberg.* --- ferme triginta, ſex annis.

*Ibid. lin.* 6 erat varia --- *Bodec. & Bamb.* --- erat ſimplex & modica, agili ſtudio à Rege Ungarico, & de Bohemia & Polonia, nec non & de ceteris. D

*Lin.* 12 *Ms. Bamberg.* --- Nam litteras omnino Frater ille, niſi Pſalmos.

*Pag.* 507 *lin.* 4 *Idem Ms.* ut nonnumquam obſcuriora quæque.

N. 15 *lin. penul. Bamb.* --- propter quod ſe de hoc mundo tranſiturum certiſſima viſione putavit.

*Num.* 16 *lin.* 7 *à fine Bamb.* --- quia ſecundum illud ſomnium, ſe inde diſceſſurum citius exiſtimavit.

*Annot.* g adde --- *Bodec.* Berinherius.

l *Adde* --- Cremiphanenſe *vocant alii, & ſub hoc titulo Annales habemus an.* 1677 *editos multa rerum Noricarum notitia refertos, ubi lib.* 2 *cap.* 8 *agitur de reſtauratione hujus monaſterii per S. Henricum curata, & adminiſtratione S. Gothardo commiſſa, ſed ex hac ſolum Vita.*

o *Adde* --- *nam etiam ſic habet Ms. Bamberg.*

p *Adde* --- *Bodecenſe* Burchardo.

r *Adde* --- *Mss. Bamb. & Bodec. hinc auſpicantur liber* 2.

*Pag.* 508 *n.* 20 *lin.* 6 *Ms. Bamb.* Gandersheimenſi, *& ſic conſequenter.*

*Lin.* 12 *à fine Ms. Bodec.* Luitolfus, *Bamberg.* Luttolfus.

*Lin.* 8 *à fine ex Bamb.* --- impetratas domum deportavit. E

*Lin.* 2 *à fine Bamb. & Bodec.* --- Hademutam.

*Pag.* 509 *col.* 1 *lin.* 5 *Bod.* Gerburc, *Bamb.* Gerbirga.

*N.* 22 *lin.* 4 *Ms. Bodec.* Padelbrunnæ.

*Lin.* 11 *idem Ms.* Phalidi.

*Lin.* 14 *poſt* Gandersheimenſis *ex Ms. Bamb. adde* --- collectis nonnullis Epiſcopis. --- *& lin.* 19 ubi, *adde ex eodem*, --- Cum Moguntinus Metropolitanus una cum aliis Epiſcopis adveniſſet, & Dedicationis Officium ſtatuto die conſummaſſet, Domnus Archiepiſcopus Willigiſus &c.

*Lin.* 21 ejuſdem loci, *adde ex Bamb.* —— præſente Rege & multis Primatibus ſuis.

*Lin.* 26 ultra. *Bamb.* quoad vixit. --- *lin.* 31 *Bodec.* Erchinboldus.

*Lin. antepen. ex Bamberg.* compendioſe adnotatur.

*Ann.* b *Bamb. Ms.* Grunaha, *& infra n.* 24. Gruna.

*Ann.* m *adde* --- *Ms. Bamb.* Brumeſtehuſen *ſcribit.*

o *Adde* —— *in Ms. tamen Bamberg. legitur*, ab Adalgero tantum Epiſcopo.

*Pag.* 510 *n.* 23 *lin. antepenult. ex Bamb.* —— quam abundanti ſufficientia, impoſterum conquiſitis prædiorum copiis, pavit. F

N. 24 *lin.* 2 primo anno —— *adde ex Bamb.* —— Ordinationis ſuæ.

*Lin.* 12 *Bodec.* Irmigardam, *Bamb.* Irmengardam.

*Lin.* 4 *à fine*: quibus tamen. *Bamb.* Et tam parentibus puellæ, quam & his qui ſecum erant.

*Pag.* 511 *lin.* 2 obteſtans, *&c. Bamb.* ut ita diligenter in pauperum cura deſudaret, ſicut pro hac ipſa diſpenſatione Deo rationem reddere deberet; in quo loco cunctis quærentibus prodeſſe voluit, maxime tamen his quos non diſcurſores & illuſores eſſe cognovit.

N. 26 *lin.* 21 Hos nimirum *&c. Bamb.* Hos omni affectu fovens, publice ac privatim ſecum habuit.

*Lin.* 11 *à fine*, inciderent, *adde ex Bamb.* —— prudenti conſilio correxerit, &.

N. 27 *lin.* 15 *Bod.* Frankoniamque --- *& lin.* 25 --- *Bamb.* regni ſui anno.

N. 28 *lin.* 1. Aribo, *hic & alibi ſæpe in Ms. Bamb.* Erbo.

*Lin.* 4 *à fine Bodec.* Eberhardus Babenbergenſis, M. Padilbrunenſis.

N. 3 *lin.* 7 *Bodec.* Branthoho . . . Wickero . . . Hazichone —— *& lin.* 10 Pilgrinus. *Lin.* 15 Dietherico Miſenenſe. *Lin.* 17 Hildolfus. *Lin.* 18 Reinoldus.

*Pag.* 512 *n.* 31 *lin.* 14 reconciliati ſunt *adde ex Bamb.* Cujus dilationis termino tandem adveniente, Erbo

A Archiepiſcopus Dei(ut vere credimus) præmonitus nutu,Seniorem noſtrum Beatum Gotehardū ſecreto convenit,ſeq;ſupra prędicta erraſſe confitendo nuntiavit,& ita coramEpiſcopis omnem fraternam &c.

*Annot.* o *adde* — *&* Werneherus.

*Num.* 33 *lin.*4 adiit, *adde ex Bamb.* ut ibi pernoctaret. — *lin.* 15, quem ille — *Bamb.* Hunc, inquam, puerum,Werinum nuncupatum, ſanctus Epiſcopus & vultu &c.

*Pag.*513 *n.*35 *lin,*14 — de Arbore quæ fuſarius, lingua Belg.&c. *Bodec.*

*Num.*37 *lin.*1 de talibus. *Bamb.* de dolis atque fallaciis præfati Presbyteri aliquantulum certificatus.

*Num.*38 *lin.6* — Hildewin,inquit,Hildewin,*&c.*

*Pag.*514 *num.*40 *lin.* 10 — Erat enim &c. *Bamb.* Et quia idem venerabilis Clericus grandævus erat & emeritus,omnis Eccleſia noſtra eum, pro virtutis probitate,& morum honeſtate,quaſi Patrem venerabatur & amabat. Huic beatus Pontifex; ſicut ex Spiritu ſancto cognoverat, diem exitus ſui ſæpe
B prædixerat; ſcilicet, quod ipſe, ante annum & ſex menſes, tranſitum beati Patris noſtri Godehardi eſſet præceſſurus.

*Lin.*13 *à fine,ex Bodec.* poſt biduum vere felix. — *lin.* 13 *à fine* — Congregationem noſtram — *adde ex Bamberg.* — imo totam noſtram Eccleſiam. — *lin. penult.* — qui eum ante ſe, anno & ſex menſibus.

*Num.*41 *lin.* 12 *à fine* — pervenerat — *Bamb.* præcipue tamen ſupremo præſentis vitæ anno, per totam Quadrageſimam ſe caſtigans, vix collecto robore, peregit debito Epiſcopali officio Dominicam Palmarum &c.

*Lin.* 5 *à fine. Bamb.* jocundari, quoniam oporteret eum ad alium locum in Aſcenſione Domini proficiſci.

*Pag.*515 *num.*42 *lin.*2 Adenſtat. *Bamb.* Eyſtat— *lin.*6 *Bodec.* prædictus Adelbertus Abbas.

*Num.* 42 *lin.*6 *Bamberg.* ſæpe prædixerat. — *lin. penult.* proficiſci.Ex ea die Præſul noſter,decreſcentibus diætim viribus, ad extrema præparatur; & à præfata villa ad Holthuſen &c.

*Num.*44 *lin.* 9 convenit, *Bamb.addit*, pro quibuſdam cauſis Eccleſiæ ſuæ eum interpellavit,omnemque de reliquo ſubjectionem, & de præterito errore ſatisfactionem promittere cœpit. Ad cujus verba
C partim morbo &c.

*Num.* 45 *lin.*6 ad eum fratres, *adde ex Bamb.* cum innumerabili alia multitudine fidelium.

*Pag.*516 *col.*1 *lin.*10 pernoctabat. *Bamb.* animam ſuam attentius Deo commendavit.

*Pag.* 17 *in Annot. poſt* d *adde* — *Concilium Baſileenſe &c. ut pag.*793 *in App.*

*Ibidem poſt* e *adde* — *In Ms.Bamberg ſequebatur hic titulus* : De miraculis quæ poſt mortem ejus contigerunt.

*Ibid. num.*52 *Bodec.* Ludegerus.

*Pag.*518 *n.*55 *lin.* 1 *Bodec.* Mireſwint. — *lin.*7 Holthaon.

*Num.*56 *lin.*2 *Bodec.* Siwe,*Bamb.* Swine.— *lin.*5 *à fine*, quam amita — *adde ex Bamb.* ipſius.

*Num.*57 *lin.*2 *Bamb.* Folchardus. *Bodec.* Volcwardus.— *lin.*8 *Bodec.* Askerhuſen.

*Num.*58 *lin.*8 *Bamb.* Reverendi Pontificis noſtri Wecelini.— *lin.antepenul.* momento.*Bamberg.* die.

*Num.*59 *lin.ult, adde ex Bamb.* per eum qui omnia operatur in omnibus, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

*Pag.*519 *in Annot. poſt* a *adde* — *Ms. Bamberg. ſic orditur* : Primo namque depoſitionis beati Gotehardi Pontificis anno, in ſpeciali noſtra feſtivitate. D

b *Ms. Gracienſe* — adde — *& Bodecenſe.*

g *Adde* — *nec non in Mss.Bodec.ac Bambergenſi. In Bodec. autem ſic habetur.* Explicit vita, incipit de Tranſlatione ejuſdem Patroni. Gloria ſummo, *ut infra pag.*521.

*Pag.*521 *n.* 2, *lin.*11 & de populi, *Bodec.* & de univerſali utilitate. *lin.*15 iterumque atque iterum.

*Pag.*522 *n.*5 *lin. penult.* perfectæ ſanitati redditus, *ita Bodec.*

*Pag.*523 *col.*1 *lin.*3 *Bodec.* diſcretiſſime.

*Num.*12 *lin.*13 *Bodec.* & ſic tumba, in qua . . . . , aperiatur.

*Annot.* d *adde* — *Ms. Bodec.* Maideburgenſem *nominat.*

*Annot.* f *adde* — *Notat Gamanſius,quod* à tranſlatione S. Gothardi Hildeſio redux Udo, Epiſcopus Naumburgenſis, filius Ludovici Saltatoris, & in Walckenrodenſi cœnobio benigne exceptus, ac loci religione delectatus; Coloniam Monachorum inde impetravit,& deduxit ad Smolnenſem ſeu pòſt Portenſem eccleſiam; *jubeique adire Portenſe Chronicon pag.*14 *an* 1140, *quod non habemus.*

*Pag.*526 *n.*18 *lin.*8 Haſſia. *Bodec.* Heſſia.

*Num.*19 *lin.*18 *Bodec.* alter illico expiravit.

*Pag.* 527 *num.* 21 *lin.*6 *à fine* Hezelinus. *Bodec.* E Becelinus.

*Num.*22 *lin.*7 *Bodec.* Diſrumpitur, & ad terram dilabitur. — *lin.*10 Wunnerſtorp.

*Num.*23 *lin.* 2 *Bodec.* Lanneſperc. — *& lin.* 10 Runneſperc.

*Pag.* 528 *in Annot. poſt* a *adde* — *Audio eſſe qui non ſolum duas &c. ut pag.*793 *in App.*

*In App. de* S.Monica *ſupra pag.*564 *ſupple, quod hactenus progreſſa impreſſione ſuggeritur, aliud ejuſdem rei monumentum, ad prædictæ eccleſiæ ſubſellia litteris antiquis ſic ſculptum.*

Hæc quicumque vides;Lector,Subſellia,Fratris
Rodulphi impenſis facta fuiſſe, tene:
Qui Præſul patriæ fuit,ac Sacriſta beatûm
Pontificum : major gloria quæ ſequitur.
Hoſtia cum Monicam ſecreta in ſede teneret,
Tranſlata eſt Romam hòc duce Sancta parens.

## DE S. HELENA VIRG.

F *Pag.*531 *col.*1 *n.*4 *lin.*6 *à fine* ſic lege— *& huic comprobando damus ex Gallico Deſguerrois miracula Latine reddita, quando ſcriptis Trecas litteris originaria Latina verba impetrare nequivimus. Acceperunt quidem Trecenſes Canonici litteras noſtras, nihilque feciſſent libentius quam continuo ſubmittere quæ poſtulabamus, negotium vero commiſerunt Domino Macé Theſaurario ſuo: ſed is ingenue faſſus, chartarum veterum tantam in theſauro eſſe confuſionem, ut miraculo propius ſit aliquid ibi cum voles inveniendum, poſt multam ibi fruſtra poſitam operam deſpondit animum, alterique ſe feliciori futuro eiſdem ſcripturis inveniendis nobiſque tranſmittendis locum reliquit.* *Collapsâ anno* 1237 *eccleſiâ,*

5 *Miraculis adnumerare Des-Guerrois videtur &c.—& poſt* 4 *lineas* adde — *Camuzatus in Promptuario pag.* 27 *v. ex veteri Ms. notat quod* Anno MCCXXVII flavit ventus vehemens; tuncque eccleſia B.Petri Trecenſis corruit, ubi miraculum contigit : quia Iconium Salvatoris inter trabes longiſſimas integrum remanſit. *Quid autem factum ſit capſa B.Helenæ intelligitur ex Decreto quod* M. *(Milo de S.Albino)* Decanus Capitulumque *ſignarunt* an.MCCXXIX *(omnino enim corrigendus typotheticus error, quo* 1209 *obrepſit pro* 1229) die lunæ poſt Quaſi Modo, *id eſt* XXIII *Aprilis, ita ſtatuentes* : Cum ad corpora Sanctorum, in noſtra eccleſia quieſcentium, veneranda teneamur ſpeciali- *& confractâ capsâ illaſo corpore,*

liter

liter; attendentes, quod nuper, ex ſubita Trecenſis eccleſiæ ruina, capſa B. Virginis Helenæ, in qua ipſius corpus tunc temporis requievit, penitus fuerat diruta & confracta; nec ipſius corpus paſſum eſt, ſicut patet, in aliquo læſionem: nos ad ipſius capſam de novo inceptam, ex communi conſenſu ordinamus, ut ad reparationem dictæ capſæ, de qualibet Præbenda, unum ſextarium frumenti, caritatis intuitu, conferatur. *Conſequenter autem ad reparationem prædictam, facta ſacri corporis tranſlatione, non ſine feſtivo (ut verosimile eſt) apparatu & ſupplicationũ pompa, accidiſſe putamus miracula complura; quorum tamen deſcribendorũ nemini cura fuit ante annum* MCCLVII, *quando patratum eſt illud, quod inter relata à Deſguerrois primum locum tenet; niſi malimus opinari, huic datum eſſe locum iſtum, quia notam anni adſcriptam habebat, cum potius ultimo referri debuiſſet.*

*separatur capſa & ſit tranſlatio,*

*Hic ſubjiciantur* Miracula *poſita in Append. pag.* 794 —— *& n.* 7 *lin.* 3 *pro* Tonneretre, *l.* Tonnerre —— *& Annot.* c *adde* —— *Latine* Tornodorus, —— *& Annot.* e *ſcribe* —— Saint-Deſier.

*Ead. pag.* 531 *col.* 2 *n.* 3 *lin. antep. poſt* ---Helyni *Anachoreta* ---adde--*Claudius Caſtellanus, ita omnino ſibi videri reſcripſit, cum adeo facile vulgus ſoleat virilia nomina efferre terminatione feminina (ſicut* 1 *Maji, ad* S. Africani *nomẽ, vulgo* Sainte-Frique, *eſt obſervatum) præſertim cum illa inchoantur à vocali, & cum ejuſdem nominis Sancta notior eſt quam Sanctus, ipſo nomine nuncupatus.*

B

## DE S. LUPINO CONFESS.

*Pag.* 532 *de* S. Lupino *ad finem* adde. ---*cui interim magis credimus,* Feriam II; *quam Sauſſayo,* Feriam III, *annuo* S. Lupini *cultu ſignanti, & in talibus ſæpe fallere deprehenſo. Neſcio etiam cur idem Sauſſayus hunc diem elegerit, cum audiam Carcaſſonenſes in ſuis Faſtis præferre* XXX *diem* Aprilis: *quo etiam jubebo Sanctum poſthac referri, ſi, Supplementum Aprilis facturus, plura quæ opto accepero. Interim ex Claudii Caſtellani ſuggeſtione noto, ſanctum Corpus ideo geſtari à Canonicis, quia ipſe* Canonicus Carcaſſonenſis *fuerit: quod ſane notatum velim à nonnullis, optantibus* Sanctum *aliquem Canonicum noſſe, qui vel Regularis vel Martyr non fuerit, atque adeo ſub ſimplici Canonici titulo honorari meruerit. Quod ad tempus quo vixit attinet, videtur ei ſeculum* IX *aſſignandum: nec enim multo citius floruiſſe potuit, neque etiam ſerius; quando ſupponere licet, haud multis poſt mortem annis factam eſſe corporis elevationem, cujus memoria ſervetur in Scheda prædicta.*

D

*Pag.* 560 *de* B. Ladiſlao *num.* 1 *lin.* 12 —— *Majoris Poloniæ* —— 1 —— *Minoris Poloniæ* —— *Toti autem huic Commentario præponatur novus de* B. Creſcentio, *mox proferendus.*

## DE B. PIO PAPA V.

*Pag.* 616 *Comment. prævium ſic ordieris* ——

*Triplex extat vita hujus Pontificis; prima Italice edita ab Hieronymo Catena, Romæ anno* MDLXXXXI; *altera Hiſpanice compoſita per D. Antonium de Fontemajori, & Madriti excuſa anno* MDXCV; *decimo denique anno poſt, edita item Romæ eſt tertia Latina, auctore Ioanne Antonio Gabutio. Quanti prima & ultima ſit æſtimanda (ſecundam ipſe Gabutius loco non uno commendat) colligimus ex Relatione &c.*

*Pag.* 617 *col.* 1 *adde* —— 6 *His ita digeſtis, omnino factum officio ſatis exiſtimavit Henſchenius; cum tamen Romæ comparuit liber noſter, vir quidam auctoritatis inter eruditos primariæ, ſignificari nobis juſſit, operæ pretiũ haud exiguum facturum, qui Italicam Vitam, annis* XXVIII *prius vulgatam quam Gabutius Latinam ederet, cum hac ipſa conferret. Dedi igitur operam, ut aliud Roma exemplar nanciſcerer (nam prius exemplum, commodato acceptum reſtitutumque ſuo domino, eo mortuo non invenitur amplius) volebam autem collationem inſtituere, non cum ipſa tantum, ſed etiam cum altera Hiſpanica, quia utrâque uſum Gabutium videbam. Sed fruſtra mihi fuit voluntas illa, necdum reperto, quod mihi mitti poſſet, exemplari; ſicut etiam fruſtra fuit iterum ſolicitaſſe Patres Dominicanos in Vrbe, ut ea miracula, quæ nec in Relatione Auditorum habentur, neque narrantur a Gabutio, ſecundum ordinem quo referuntur in Synopſi vel aliter, curarent ex Proceſſibus colligenda. Quapropter utrumque dimitto poſteris, in totius operis Supplemento quandoque laboraturis.*

E

# DE B. CRESCENTIO PRESBYTERO

## *PATAVII IN ITALIA.*

## COMMENTARIUS HISTORICUS.

### §. I. De veneratione publica, ei à tempore immemorabili impenſa, Vitæ compendio, & cultus die. C. I.

POST AN. MLXXXX. *Exoleta fere illius memoria*



*Anno Domini* MDCLXXXVI *Roma in Belgium rediens, veni Patavium* XXVIII *Iulii; conſideranſque ſacrum iſtius urbis theſaurum, ſane copioſum, ad illorum præſertim Lipſana Acta que examinanda me accinxi, quorum memoria nunc quidem in benedictione ac veneratione iſtic eſt; ſi tamen illa paulo altius repetatur, non æque conſtat, an titulus aut cultus aliquis Sanctorum illis ab immemorabili tempore ante Conſtitutiones Vrbani VIII impenſus fuerit; ſine quo locus illis in hac Opere nullus competeret. Ex illorum numero mihi viſus eſt eſſe* B. Creſcentius de Campo S. Petri, *vulgo,* Campo ſan-Piero *dictus; de quo tacent Martyrologi, etiam recentiores impreſſi; cum interea Reliquiæ ejus venerationi publicæ expoſitæ conſpiciantur ſuper altare, in templo religioſarum Virginum monaſterii SS. Agathæ atque Cæciliæ.*

2 *Quamobrem operæ pretium duxi coram inquirere, ſi qua vetuſtiora de Beato illo monumenta in archivo ducti monaſterii laterent. Protulerunt animo lubenti Sanctimoniales omnia, quæ ad inſtitutum meum facere putabant poſſe; ſed illis non omnino expleverunt deſiderium meum. Igitur inquiro in Miſſalia, Breviaria, Martyrologia vetuſta, ſi qua forte penes ipſas forent. Tum una, neſcio quid Martyrologii in angulo quopiam jacere, ait: ſed ſupervacaneum fore illud apportare, cum nulli amplius eſſet uſui. Ego vero, uſui id mihi quam maxime futurum ratus, illico adferri juſſi, & in eo quod præcipue quærebam, inveni. Codex erat pervetuſtus, in membrana, eleganti ſatis charactere ſcriptus; in eoque ſubinde aliâ manu pauca adjuncta ſunt certis locis, puta de S. Franciſco Aſiſinate, de S. Nicolao Tolentino de*

*eruitur ex Martyrologio veteri Ms. ipſius loci.*

AUCTORE C. I.

*de S. Antonino Patavino*, *de Tranſlatione S. Iuſtinæ*, de B. Creſcentio noſtro. *Et de hoc quidem duobus in locis memoria recolitur, videlicet* XIII Kalendas Majas *&* III Kalendas Decembres. *Priori loco ſic paucis legitur*: Civitate Padua, B. Creſcentii Presbyteri & Confeſſoris: *poſteriori vero pluribus ſic*: Civitate Padua B. Creſcentii, Presbyteri & Confeſſoris: qui non ſolum ex oppido Campi S. Petri, agri Patavini, originem traxit; verum etiam nobiliſſimis parentibus ortus, ab ipſiſque, quod divinum eſt, moribus, virtutibus, & divinis actionibus ſufſultus; tandem divina favente gratia, ſubſtantiam, quam ſibi delegavit pater, [impendit] in duabus eccleſiis, quas ipſe vivens, in honorem Dei & SS. Cæciliæ & Agathæ, ædificari curioſe fecit, & pro alimonio Monialium ibidem reſidentium inſtituit. Aliam vero [fecit] in honorem S. Lucæ Euangeliſtæ: in qua eccleſia nunc ſanctiſſima ejus oſſa, corpus & Reliquiæ ſub altari, nomini ſuo erecto, honorifice requieſcunt.

*ubi is adſcriptus Sanctis invenitur 19 April. & 29 Novembris.*

3 *Hactenus Martyrologium illud. Vbi noto, poſterius hoc & prolixius elogium antiquioris aliquanto ſcripturæ videri quam primum: nec dubito aſſirmare, tempus immemorabile longe excedere. Id quod etiam iis quibus copia videndi Martyrologium prædictum non eſt, redditur veriſimile, ſi poſterior citati elogii pars conferatur cum alio ejuſdem* B. Creſcentii *elogio, quod habet Bernardinus Scardeonius*, de antiquitate urbis Patavii, *libro* II *Claſſe* VI; *impreſſus anno* MDLX *Baſileæ, & biennio ante Venetiis. Si enim* Sanctiſſima oſſa B. Creſcentii honorifice quieſcebant, *atque adeo in veneratione erant, cum elogium illud exaratum fuit; exaratum fuiſſe oportet non modico temporis ſpatio antequam ſuum conſcriberet Scardeonius, utpote qui dolet ſuo tempore vix ullum honorem beato Viro impendi, his verbis*: Nunc vero (*egerat antea de veneratione & miraculis ejus pridem factis*) vel præſidentium ibidem Sacerdotum negligentia, vel quod hominum refriguit caritas, paucis notus eſt, & à paucis debito honore ſalutatur. *Fac igitur* LX *aut* LXX *annorum ſpatium, uti debuit, effluxiſſe, quo* B. Creſcentii *cultus in deſuetudinem, & nomen ipſum fere in oblivionem abiret; ad confinia ſeculi* XV *&* XVI, *ut minimum, referri debebit ſcriptio elogii ſupra producti. Cultum vero publicum ejuſdem longe antiquiorem etiam fuiſſe, apertiſſime probatur ex eo, quod* altare nomini ejus erectum *pridem extitiſſe debet; quandoquidem* tunc, *cum elogium ſcriptum eſt, ſub illo* honorifice requieſceret.

B *elogio inde eruto conſonat Scardeonius,*

*neglectum veteris cultus dolens,*

C

4 *Huc accedat, quod legi in chartâ aliquâ ejuſdem monaſterii SS. Agathæ atque Cæciliæ, ſcriptâ à Sanctimoniali quadam, ad Monachos S. Iuſtinæ ſub initium hujus ſeculi, quando* B. Creſcentii *ſacra Lipſana ad ſuum monaſterium tranſlata fuerunt. Petit autem per dictam chartam nova quædam diſcere* de B. Creſcentio *ex antiquis S. Iuſtinæ tabulariis, non quidem quod dubitaret, an feſtum ejus agi quotannis licite poſſit; quandoquidem ibi expreſſe dicat*, jam ab antiquo uſum obtinere, *antequam Corpus ad ſe tranſlatum eſſet*, ut à monaſterio ſuo celebretur B. Creſcentii feſtus dies, ac recitetur Officium XIX Aprilis; *ſed ut celebrior memoria ac veneratio beati Viri redderetur in vulgus, ex publicatione geſtorum ejus, quæ apud Monachos S. Iuſtinæ invenienda putabat, hactenus mundo ignota.*

*qui ante tranſlationem ſolennis erat 19 Apr.*

*in æde S. Lucæ ab ipſo Beato conſtructa,*

5 *Sed addamus his etiam contextum integrum, cujus partem adduximus paulo ante ex Scardeonio. Is ita loquitur loco citato, vitam Creſcentianam compendio deſcribens*: Hic mihi deinceps juxta diverſorum temporum ordinem de B. Creſcentio, viro ſanctiſſimo, dicendum videtur: qui cum ortus eſſet ex nobili familia Comitum Campi S. Petri, nihil de mundi honoribus, nihil de ſanguinis nobilitate ſolicitus, ad veram Chriſtianæ fidei religionem animum applicuit ſuum; & in Dei honorem ad Sacerdotalem Ordinem promotus eſt; non, ſicut noſtræ tempeſtatis permulti ſolent, ob inanem quamdam ac brevi perituram gloriam, ſed ut ad ſerviendum Domino gratior redderetur. Is ſiquidem ex propriis redditibus, partim Chriſto, partim ſibi, pro tenui victu & vili amictu, reſervatis; de reliquo extrui juſſit in ædibus ſuis monaſterium S. Cæciliæ, velatis Virginibus deputatum: quod poſtmodum ob nimiam arcis vicinitatem dirutum fuit, & ad monaſterium S. Agathæ à Principibus Carrarienſibus ſubinde tranſlatum, anno Domini MCCCLXXIX. Ædificavit etiam ſacram ædem S. Lucæ, ubi nunc conditus jacet. Is ſane fuit vir eximia vitæ ſanctitate inſignis, qui tum in vita tum etiam poſt mortem aliquamdiu miraculis claruit: nunc vero, vel præſidentium ibidem Sacerdotum negligentia, vel quod hominum refriguit caritas; paucis notus eſt, & à paucis debito honore ſalutatur. Ædificavit autem utraſque ædes ſacras anno Domini MXC: nec multo poſtea, pro recipienda ſui laboris mercede, felix migravit ad Superos.

*uti & monaſterium S. Agathæ,*

E *Obierat circa an.* 1100.

6 *Hæc Scardeonius. Quibus plura & certiora de vita geſtiſque* B. Creſcentii, *non reperio. Conſtat interim ex dictis, mortem ejus incidiſſe in finem ſeculi* XI; *cum obierit* non multo poſt *ædificationem eccleſiarum, quam anno* MXC *ſignat Scardeonius; quamque confirmat alia quædam charta, apud memoratas Moniales inventa, in qua ex Vngarello italice notantur, quæ ſic Latine ſonant*: Inter ſcripturas Antonii Ungarelli, civis Patavini, qui res patriæ ſuæ antiquiores conſcripſit circiter annum ſalutis MCCCCXXX, ita lego: Item, vidi inſtrumentum ſcriptum anno MXC, quomodo Dominus Creſcentius, Nobilis de Campo S. Petri, factus ſit Sacerdos ſecularis; ædificataque ſit Patavii eccleſia S. Lucæ, in qua ipſe ſepultus eſt, & eccleſia cum monaſterio S. Cæciliæ. *Atque his inſtructi ſubſidiis, certum mortis ejus annum, intra decennii terminos conſtituimus accidiſſe; non tam prope certum ejus diem determinaturi, niſi dicere velimus, ejus obitum in* XIII Kalendas Majas, *aut* III Kalendas Decembres *incidiſſe, nixi Annotationibus Martyrologii antiqui Ms. de quo ſupra: quod etſi de obitu ejus neutro loco faciat mentionem, illum tamen alterutro tacite deſignare, dici poſſet ex communi Martyrologiorum uſu, ut plurimum quemlibet Sanctum die ſui obitus referentium, niſi expreſſe alia addatur cauſa.*

*incertum quo die:*

F

7 *Sentiat quivis illa ſuper re quod lubet: ego interim affirmare non dubitabo, neutro illo loco obitum beati viri fuiſſe notatum*, die XIII Kalendas Majas. *Illius quippe electio arbitraria, aut potius erronea, vulgi fuit: nam virtute miraculorum ejus excitati homines proprium-que ignorantes diem, quo coli deberet, prædictum* XIII Kalendas Majas *potiſſimum aſſumpſerint, eam ob cauſam, quod tunc iſtius nominis Sanctum aliquem ſciverint alicubi coli, cumque ſuum, ſaltem quo ad diem annui cultus, confuderint. Obſervatus deinde error fuit, quod nempe* Creſcentius *ille, qui* XIII Kalendas Majas *venerationem habet, atque in Martyrologio Romano refertur, non Patavinus, ſed Florentinus ſit, S. Zenobii olim diſcipulus; ideoque ſatius putarunt, relicto* die XIII Kalendas Maji, *ad* IV *ejuſdem* Nonas, *ſolitum cultum transferre; Obitus diei, velut temere aſſumpto ſubſtituentes certum diem Tranſlationis, & hactenus obſervantes. Ex quo conſequi etiam videtur, dici vix poſſe,* B. Creſcentium *vita functum eſſe* III Kalendas Decembris. *Nam ſi id olim conſtitiſſet, is utique dies pro annuo*

*nam dies 19 April. ob S. Creſcentium Flor. videtur electus fuiſſe:*

*nunc 4 Maji colitur, quo tranſlatus ad ædem S. Agathæ.*

A *annuo cultu electus fuiſſet. Alia igitur cauſa fuerit, cur die illo adſcripſerint Beatum Moniales Martyrologio ſuo, quæ modo nos ipſaſque latet. Quapropter prætermiſſis diebus, & quo coli olim ſolebat* B.Creſcentius *noſter, & quibus in dicto Martyrologio memoria ejus recolitur, agendum de ipſo putavimus hoc die* IV Maji, *ſeu* IV Nonas, *quo tranſlatus olim fuit, & nunc annua celebritate colitur, uti jam docere aggredior.*

## §. II. Tranſlatio Corporis à Parochiali eccleſia S. Lucæ ad Monachas SS. Cæciliæ & Agathæ.

8 *Pro ſui fundatoris honore ſolicitæ Monachæ,*

CVm *ſacroſanctæ* B.Creſcentii *Reliquiæ in eccleſia S.Lucæ, ab ipſo non multo antequam diem obiret ultimum ædificata, jacerent, circa medium ſeculi* XVI; *ut ex Scardeonio ſupra vidimus*, paucis notæ, & à paucis debito honore ſalutatæ; *excitavit Deus ſpiritum Sanctimonialium Sanctarum Agathæ atque Cæciliæ, quæ* B.Creſcentium *Fundatorem ſuum agnoſcunt, ut ejus ſacra oſſa ad ſe transferri curarent; uti anno tandem* MDCIV *obtentum factumque eſt, ſuperatis difficultatibus, quæ ſpem ipſarum videntur in longum protraxiſſe. Nam inde ab anno* MDXCII, *id ipſum in votis habuiſſe & petiiſſe debent, a Cardinali Simone Talliavia de Aragonia, Apoſtolicæ Sedis Legato: quandoquidem is, Clementis Papæ VIII anno primo, id eſt Chriſti* MDXCII, *reſcripſerit ac poteſtatem fecerit transferendi Corpus* B. Creſcentii *ad Sanctimoniales prædictas, uti conſtat ex inſtrumento ab ipſis conſervato, quod eſt tale.*

B *anno 1592 à D.Legato*

9 Simon, miſeratione divina titulo S. Martini Presbyter Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legatus, diſcreto viro Joanni Abbati, Canonico Paduano, Capellano noſtro, ſalutem in Domino. Dedicatarum divino cultui perſonarum vota, libenter ſalutis excitamus ad præmium. Profecto tunc agi cum Juſtorum memoria digne, comperimus, cum ad laudem Dominici nominis ipſos dignis occupamus honoribus, & in veneratione viventium ipſorum extollimus actiones. Cum igitur ſanctæ memoriæ quondam Creſcentii Presbyteri, Capellani eccleſiæ S.Lucæ de Padua, inhoneſto tumulo clauſum Corpus obdormiat, dum caret orationum vocibus, qui pro ſalute populi in orationis carmina devotis labiis ſuperſtes hactenus organa ſuſpendebat: Diſcretioni tuæ, de qua fiduciam habemus in Domino, faciendi Corpus ipſum de loco, quo ſepultum noſcitur, exhumari, & ad monaſterium Monialium S.Cæciliæ de Padua, cum ea qua convenit devotione, transferri, liberam damus, auctoritate qua fungimur, & committimus facultatem; volentes ut contradictores omnes atque rebelles per cenſuram eccleſiaſticam prohibere valeas & etiam coërcere. Datum Fabriani III Kalend. Julii, Pontificatus Domini Clementis anno primo.

*impetrarant mandatum faciendæ Tranſlationis:*

C

10 *Expedita hac Cardinalis Legati facultate, neſcio quid ejus executionem moratum fuerit. Conſtat certe, alium deinde libellum ſupplicem porrectum fuiſſe, ſuper eadem Tranſlatione, Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Epiſcopo Patavino Marco Cornelio, anno* MDXCIV *ad ſedem illam aſſumpto. Libellus ſic habet:* Ad præſentiam Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Domini D.Marci Cornelii Epiſcopi Patavini comparentes, perilluſtres ac magnifici Domini, DD. Ioannes Bapt. Zaccus, Rinaldus Papafava, Gaſpar Boromæus, & Hieronymus Leonius Comes Sanguinetti, Decuriones magnificæ civitatis & civitatem ipſam repræſentantes; nec non magnifici & illuſtres Domini, Nicolaus Juris-conſultus, & Tiſo, & Balthaſſar, omnes nati de antiqua & nobili familia de Campo ſancto-Petro; & præterea magnifici & illuſtres Domini, Ludovicus de Doctoribus, Marcellus Bariſonus, Protectores; Marcus Antonius Peregrinus, Juris-conſultus & Eques, Advocatus & Defenſor Reverendarum Dominarum Abbatiſſę & Monialium ſanctarum Agathę & Cæciliæ; omnes ſimul collecti decenter expoſuerunt ſuæ Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Dominationi; quemadmodum ad præſens reperitur Corpus B. Creſcentii, progeniti ex dicta nobili familia de Campo ſancto-Petro, tumulatum in eccleſia parochiali S. Lucæ. Qui quidem cum admiratione civium per annos ætatis ſuæ pie, devote, cum Dei timore, & religioſe vixit, & inimitabile miræ ſanctitatis exemplum poſteris reliquit; adeo ut ſanctitatis vitæ ſuæ memoria per monimenta majorum propagata hactenus ſit: ſic ut communi civium hujus magnificæ civitatis conſenſu creditum ſit, ejus animam inter Beatos, Deo Optimo Maximo ſic concedente, aſſumptam fuiſſe, & inter Beatos ac in Beatorum ordine glorioſum tenere locum.

AUCTORE C. I.

*una cum familia de Campo S. Petri,*

11 Verum quia Reliquiæ corporis hujus beati viri, ob tenuitatem & paupertatem illius plebis & Plebani, non in eo honore & veneratione tenentur, prout par eſſet, & prout cupiunt ac deſiderant memorati illuſtres Domini, nec minus præfata multum Reverenda Abbatiſſa & Moniales SS. Agathæ & Cæciliæ (ſiquidem jam dictus B.Creſcentius fuerit Fundator dictæ eccleſiæ & monaſterii S.Cæciliæ) quæ quidem ſummopere cupientes & affectantes, in gremio ſuæ eccleſiæ habere Reliquias dicti Beati, Benefactoris ſui ac uti Patris; idcirco devote & reverenter petierunt & requiſierunt eumdem Illuſtriſſ. Dominum Epiſcopum, quatenus dignanter vellet concedere, ut Reliquiæ Corporis dicti B.Creſcentii leventur de præfata eccleſia S.Lucæ, & ſolenniter, ut fieri decet & convenit, deportentur ad eccleſiam præfatam SS. Agathæ & Cæciliæ; ubi præfatæ multum Reverenda Abbatiſſa & Moniales ad altare, ſub invocatione .... pararunt honorificum locum & receptaculum, in quo reponantur & jaceant Reliquiæ Corporis ſupradicti B.Creſcentii cum veneratione & honore: idque & magnifica civitas Patavina, & nobilis univerſa familia de Campo Sancto-Petro, nec non & dictæ Reverendæ Domina Abbatiſſa & Moniales gratiſſimum & favorabile admodum habebunt & exiſtimabunt; amplius precaturæ eædem Reverendæ Moniales Majeſtatem divinam, in ſuis devotis orationibus, pro ſalute animæ & corporis Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Dominationis veſtræ ac præfatorum Dominorum Interceſſorum.

*praparata jã condigna altari,*

F

*quare iterum ſupplicarunt,*

12 *Quo anno libellus iſte oblatus Epiſcopo Marco Cornelio ſit, aut quale reſponſum hic dederit, non reperio: dediſſe tamen favorabile, colligitur ex ipſa Reliquiarum ſubſecuta Tranſlatione, quæ facta eſt anno* MDCIV *die* IV *Maji, uti ex monumentis, quæ penes Moniales ſunt, erui. In illis enim ſub hoc titulo,* Memoria Tranſlationis S.Creſcentii Conf. *Sic lego:* Notatur, quomodo anno MDCIV die IV Maji, cum conſenſu civitatis, id eſt Deputatorum, in præſentia Illuſtriſſ. D.Epiſcopi, ſupplicante toto Conventu Monialium SS.Agathæ & Cæciliæ Paduæ, tranſlatum ſit Corpus S.Creſcentii ex nobili familia Campo S.Petri, ab eccleſia S. Lucæ, ædificata ab eodem S.Creſcentio, portatumque ad eccleſiam SS. Agathæ & Cæciliæ ab eodem fundatam. *Scilicet, quatenus Moniales monaſterii S.Cæciliæ, quod ab ipſo fundatum quidem, ſed poſtea dirutum ob nimiam arcis propinquitatem vidimus ex Scardeonio, migraverant ad Monaſterium S.Agathæ, à neſcio quo fundatum*

*& acceperunt Sanctum corpus*

4 *Maji* 1604.

AUCTORE C. I

*datum; cui exinde alterum* S. Cæciliæ *nomen, una cum antiquo* S. Agathæ, *à novis incolis adhæsit. Quali porro cum celebritate aut pompâ instituta sit dicta Translatio, aque ac multa alia, in obscuro est. De statu tamen, in quo Reliquiæ fuerunt, cum inspectæ atque examinatæ sunt antequam transferrentur, aliqua me legere memini, & hæc præcipua ex instrumento excerpsi; videlicet,* quod in arca cypressina simul cum sacris Reliquiis inventa sit pyxis plumbea, sed vacua; prope arcam vero stabat vas amplum Majoricense, in quo pars habitus Sacerdotalis & sacrorum cinerum Beati viri conservabantur. Vasi inscriptum erat: Divo Crescentio, ex Proceribus Campo S. Petri, dicatum.

## §. III. De statu præsenti Reliquiarum, & cultu earum ad examen revocato.

13 *Apparato congrue altari,*

*Restat modo de præsenti Reliquiarum statu, deque rebus Translationem consecutis pauca dicere. Recepta intra muros monasterii cum summo Religiosarum Virginum gaudio desiderata sacrarum Reliquiarum arca, menses omnino novem servata fuit, priusquam illo, quo nunc est, loco & modo reponeretur: ut nimirum illo tempore pararentur omnia, quæ &* B *decorem loci augere, & venerationem eo accedentibus ingerere debitam possent. Quamobrem curatum imprimis est, pro Reliquiis urnam fieri marmoream coloris nigelli, & tabulam altaris depingi, quæ repræsentat ipsum* B. Crescentium, *Sacerdotali veste amictum, sinistra manu tenentem librum, altera sui parte lateri ejus applicatum. Ad pedes duo videntur ædificia, ea scilicet quæ ab ipso fundata diximus. Altare ligneum est, & ipsius* B. Crescentii *nomine appellatur. In hujus medio eminet prædicta marmorea urna, & apice suo bifariam dividit inferiorem tabulæ laciniam, cui utrimque inscripti modo leguntur tituli sequentes: dextrorsum quidem sic:* Divi Crescentii, Presbyteri Patavini, è nobili familia Comitum Campi S. Petri oriundi, ossa honorifice ab ecclesia S. Lucæ, Illustriss. ac Reverendiss. Antistitis Marci Cornelii jussu, Beati hujus honoris ergo, atque sacrarum Virginum SS. Cæciliæ ac Agathæ piis precibus, translatæ MDCIV, VI (*imo* IV) Nonas Majas, Monasterium ære proprio hic c. c. anno salutis MDCV pridie Non. Febr. *Sinistrorsum vero sic:* Migravit ad Superos sub anno ab orbe redempto MXC, miraculis clarus, cum in vita, quam sanctissimam duxit in terris; tum post mortem, quam felicissima vita subsecuta est in cælis.

*collocatur in eo corpus 4 Febr. 1605*

C

14 *eumque Monachæ, festum 19 Apr. celebraturæ,*

*Sed non diu licuit Sanctimonialibus frui pacifica possessione novi thesauri, consuetaque jam pridem religione & cultu illum prosequi. Nam paulo post elevationem Reliquiarum modo dictam, cum in Vigilia* B. Crescentii XVIII *Aprilis, uti fieri consueverat in ecclesia S. Lucæ, pulsarent campanas suas Moniales, de proximo festo beati Viri populum præmonituræ; intercessum est à Vicario Episcopi, mandante à campanarum pulsatione temperari. Stupet ad novum nec opinatum mandatum cum Religiosis suis Abbatissa: nec ullam interponens moram, illa ipsa die libellum supplicem confici curat, per Procuratorem suum offerendum Episcopo, his conceptum verbis:* Die XVIII Aprilis MDCV. Coram Illustriss. ac Reverendiss. in Christo Patre & Domino Marco Cornelio, Episcopo Paduano Comiteque Sacensi, comparuit Dominus Ioannes Buzacareno, uti Procurator admodum Reverendarum Abbatissæ & Monialium monasterii Sanctarum Agathæ & Cæciliæ civitatis Paduæ, nomine ipsarum humiliter instans ac suppliciter petens, apud Amplitudinem ipsius Illustrissimam, sublevari ac liberari ab infrascripta prohibitione, per adm. Reverendum Vicarium ipsius Amplitudinis Illustrissimæ hodie sibi facta. Nam cum adveniente die solenni natalis B. Crescentii Sacerdotis, cujus ossa superiore proximo anno per ipsius Amplitudinem Illustrissimam translata fuerunt, ab ecclesia parochiali S. Lucæ, in ecclesiam sui monasterii; & cœperint hodie in honorem prædictæ solennitatis campanas pulsare, ut moris esse solet in talibus diebus solennibus; suprascriptus adm. Rev. Dominus Vicarius misit nuntium Curiæ Episcopalis cum gravi prohibitione, ne campanæ, ut dictum est, pulsarentur. Quæ res cum ipsis Reverendis Monialibus videatur admodum nova, & per Amplitudinem ipsius illustrissimam, de facti & rei veritate certiorem factam, minime toleranda; eidem humiliter supplicandum duxerunt ac supplicant; quatenus, stante Decreto sacri Tridentini Concilii, de Reliquiis & veneratione Sanctorum statuentis, quatenus quemadmodum Reliquias illorum Beatorum, qui nondum fuerunt canonizati, non est permittendum majori honore celebrari; ita etiam nihil desumendum de consueta & immemorabili devotione ac celebritate, qua consueverunt fideles in ecclesiis privatim & publice eas honorare.

D

*offerunt se legitime probaturas,*

15 Quocirca vigore talis Decreti humiliter instant, ac petunt ab Amplitudine ipsius Illustrissima, ut prohibitio jam dicta omnino auferatur, sicque sibi liceat solennitatem proximam consueto prosequi honore. Quod si grave forte videretur tam justam petitionem admittere, eo quod de facti hujus veritate dubitetur, ipsiusque Amplitudini expositio jam facta minime veritati consentire: humiliter instant ac petunt sibi infrascripta Capitula, quæ probare intendunt, admitti. Videlicet: I, quod appropinquante solenni festo hujus B. Crescentii, in ecclesia S. Lucæ, in qua tunc ossa ejus quiescebant, biduo triduove ante festum, ab immemorabili tempore semper ære campano sonari solebat, in honorem dicti Beati dictæque Solennitatis. II, quod semper fuit consuetudo portandi ad dictam ecclesiam anathemata & eleemosynas, in honorem similiter præfati Beati, nec non ad celebrandas de eo Missas: quodque memorata anathemata & eleemosynæ acceptatæ sunt. III, quod semper usus obtinuit jam inde à tempore, cujus non extat memoria hominis in contrarium, (exceptis ultimis illis rumoribus, ortis à morte R. P. Francisci Montagnanæ, cui successerunt in Cura S. Lucæ homines, dictæ devotionis & instituti ignorantes) celebrari in dicta ecclesia Missas, tum solennes tum privatas, cum Oratione seu Collecta, in qua fiebat expressa mentio nominis dicti Beati. IV, quod temporibus retroactis, cum dicta venerabilia ossa nondum inclusa erant in altari prædictæ ecclesiæ S. Lucæ, consueverunt eadem ossa solenni B. Crescentii festo aliisque diebus exponi publicæ populi veneration, à quo & bacilli sertaque precatoria iisdem admovebantur devotionis causa. Quibus Capitulis per benignitatem Amplitudinis ipsius Illustrissimæ admissis, ac per se sufficienter probatis; humiliter petunt, quatenus, conformiter ad dicta Capitula ac tenorem probationis, sublata omni alia prohibitione, Beata ossa tanti viri, de suo monasterio optime meriti, sibi liceat convenienti permissoque honore celebrare; diemque solennem ipsius, secundum antiquum morem, solenniter agere.

E

*antiquitatem cultus Beato in ædi S. Lucæ delati,*

*per Missas, anathemataque,*

F

*& corporis expositionem.*

*prohibita essent à Vicario Episcopi pulsare campanas,*

16 *Exaudita fuerunt ab Illustrissimo Episcopo supplices Monialium preces, jubente, statim desiderato examini initium dari; uti eâdem ipsa die* XVIII *Aprilis datum est,* in camera adm. Rev. Domini Marci Antonii Zamboni in Episcopali palatio, citato per Joannem Grottum,

A tum, Nuntium juratum Curiæ Epiſcopalis, Reverendo Domino Marco Antonio Berthalino, Capellano eccleſiæ Patavinæ, annos L nato, *qui*, præſtito corporali juramento de veritate dicenda, fuit interrogatus ac reſpondit (*ut breviter præcipua quæque excerpam ex multis*) ſuper Capitulis præmiſſis; *ſe familiariter uſum quondam fuiſſe Rev. D. Franciſco Montagnana, Rectore eccleſiæ S. Lucæ; illumque in more poſitum habuiſſe, quotannis pro ſolennitate* B. Creſcentii *ſonare campanas & templum adornare; idque ſpecialiter in dicti Beati honorem factum eſſe, ex eo ſe ſcire, quod ipſe rogatu prædicti Domini Montagnanæ conquirere ſoleret Sacerdotes, qui in illa feſtivitate ibidem Miſſas celebrarent: in iiſque, uti etiam in ſolenni cantata, recitari ab aliis ſolitam & à ſe recitatam ſæpius fuiſſe Orationem cum expreſſo nomine* B. Creſcentii. *Quæ in quarto Capitulo propoſita ſunt, affirmabat ſe propriis oculis non raro vidiſſe. Alter Teſtis productus, ut ſupra,* Rev. D. Angelus Qualea, Capellanus eccleſiæ Patavinæ, *depoſuit, ſe rogatu alicujus feminæ Sacrum obtuliſſe votivum unius Confeſſoris non Pontificis, nominando in Collectis* B. Creſcentium; uti, *inquit,* D. Gregorius Juſtachinius, tunc ibi Rector, dubitanti mihi quam Miſſam legerem, faciendum dixit. *Iiſdem fere omnibus adſtipulatur* Rev. D. Auguſtinus Vergarius, Capellanus in eccleſia Cathedrali Patavina; *puta de appenſis anathematis, de ſono campanarum, de Miſſis celebari de Beato ſolitis, de capſa Reliquiarum, & veneratione illi à populo exhibita.*

*productis ad ſingula teſtibus;*

*trium depoſitiones hic perſtringuntur,*

B

17 *Sed omnium inſtar ſit ac valeat* Dom. Jacobus Gallina, filius quondam Dom. Dominici, habitator Paduæ in vicinia S. Lucæ, Teſtis ut ſupra productus & juratus. *Is ita depoſuit:* Ego annos natus ſum LXIV, ſemperque habitavi in parochia S. Lucæ: affirmo autem vobis, quantum memoria mea recordari ſinit, vera eſſe quæ primo Capitulo afferuntur; videlicet, quod dum oſſa B. Creſcentii quieſcebant in eccleſia ſupra dicta S. Lucæ, ſub toto Rectoratu Rev. P. Franciſci Montagnanæ, quem tenuit annos circiter viginti & unum, inſtante feſta luce prædicti beati Viri, audivi ipſe ſonare & crepitare campanas in honorem ejuſdem: non tamen memini modo, quot dies pulſatio illa feſtum præcederet. Scio etiam ante tempora dicti P. Montagnanæ, ejuſdem B. Creſcentii feſtum ſolenniter celebratum fuiſſe, utrum tamen tunc etiam pulſatione campanarum prævia indictum fuerit, non ſuggerit memoria. Poſt mortem porro D. Montagnanæ, quæ quatuor ab hinc annis accidit, prætermiſſa fuit C dicta pulſatio; quod ſucceſſerint Parochi exteri, taliſque inſtituti veroſimiliter ignari, quia ſacræ Reliquiæ claudebantur muro ſupra altare. Quantum autem de pulſatione campanararum dixi, certiſſime mihi conſtat. Nam accidit ſubinde, quod nihil cogitans de feſtivitate prædicta, audito crepitu campanarum in parochia, quæſierim quid ille ſibi vellet: reſponſoq; accepto, feſtũ B. Creſcentii illo prænuntiari, contuli non ſemel me in eccleſiã, Indulgentias lucraturus, vidiq; illam feſtivo apparatu præparari. *Super ſecundo dixit*; Aliud non ſcio, niſi quod ancilla dicti quondam Rev. P. Franciſci Montagnanæ, domi meæ cum aliis colloquens, narraverit, Dominam de Campo S. Petri, quæ nunc mortua eſt, ſolitam fuiſſe frequentare eccleſiam S. Lucæ in feſto B. Creſcentii, ibique curare celebrandas Miſſas, & appendere anathemata, neſcio cujus generis. Videor tamen mihi vidiſſe in eadem eccleſia anathemata argentea parva, appenſa aut ad capſam, in qua veneranda ſervabantur oſſa; aut ad altare, cum in eo incluſa erant. *Super tertio confirmat aliorum dicta de Miſſa, tam ſolenni, quam privata, & invocatione nominis* B. Creſcenii *in ejus feſto die. Super quarto denique reſpondit in hunc modum*: Eſt ſimiliter verum, quod priuſquam dicta venerabilia oſſa altari incluſa eſſent, recurrente feſto exponebantur publice in capſa ſua, ferro reticulato ſuperimpoſito; atque ita, quantum memoria recordari ſinit, collocabantur in menſa, tapetibus decore ornatâ; & populus, devotionis ergo, admovebat iiſdem roſaria & bacillos, qui E iſtic in promptu aderant eum in finem, cum panno rubeo, uti obtinet conſuetudo. Et hæc ſcio: quia cum crebro illic Miſſam audirem, oculis meis uſurpavi omnia, quæ ſupra depoſui.

*integra fere producitur.*

*quarti, annos 64 nati atteſtatio,*

18 *Num quid decretum ab Illuſtriſſ. Antiſtite poſt illud Examen ſit, reſcire nullus potui. Id ſcio ex atteſtatione Reverendiſſ. D. Abbatiſſæ iſtius monaſterii, ubi Reliquiæ ſunt, & ex litteris Patris Ioannis Bapt. Romagnoli Societatis noſtræ, hoc ipſo anno* MDCLXXXVII *die* IX *Auguſti Patavii datis, quod nunc annis ſingulis feſtus* B. Creſcentii *dies iſtic celebretur ſonitu campanarum, ornatu altaris, celebratione Miſſæ ſolennis & votivarum. Campanæ quidem pridie feſti pulſantur in monaſterio omnes per ſpatium dimidiæ horæ; repetitur eadem pulſatio ſequenti diluculo; ac tertiò demum iteratur ſub tempus Miſſæ ſolennis, ut ejus admoneatur populus advoceturque. Altaris vero ornatus in expoſitione pretioſioris ejus apparatus pluriumque ſolito cereorum conſiſtit. Miſſa denique cantatur ſolenniter, non quidem de* B. Creſcentio *(id enim propter Decreta Pontificia non licet modo, ſine ſpeciali indulto) ſed de Omnibus Sanctis; de quibus ſimiliter celebrantur, quæ ibidem privatim ex voto, in honorem Beati facto, fieri non raro dicuntur: Officium quoque Eccleſiaſticum commune Confeſſoris non Pontificis de ipſo recitari à ſe olim ſolitum fuiſſe, eadem aſſerunt Moniales; uſum tamen illũ intermiſſũ, ex quo per Conſtitutiones Apoſtolicas deſivit licitus eſſe.*

*Qualis nunc Beatæ cultus adhibeatur.*

# APPENDIX
## AD TOMVM SECVNDVM MAII.
### & Præliminarem duorum Hodœporicorum comparationem.

*Pag.* 11 *lin.* 4 *ante Tabulam* — *Ptolomaide* — l. — *Ptolemaide* — *& lin.* 2 — Liddam; *ſcribe,* Lyddam.

*In ipſa Tabula ſcribi juſſi* M. (*id eſt,* Mons) Quarantanæ, *non quia ſic Latine appellandus ſit, ſed quia ſic vulgo nuncupatur, & eamdem nomenclaturam ante me in deſcribendis Terræ-Sanctæ tabulis uſi ſunt alii: quod ſi diſplicet, ſcribe* Quadragenæ *vel* Quadragintanæ, *quod mallet aliquis, non quia ſit antiquis uſurpatum; ſed quia ſicut pro* Quadraginta *dicitur vulgari Italico* Quaranta; *ſic* Quarantana *cenſeri poteſt dici pro* Quadragintana, *quamvis non ſatis puræ Latinitatis vocabulo.*

*Pag.* IX *lineas* 18 *&* 19 *dele atque ſic lege* — *Dum primus ipſe poſt tot ſecula meminit inventorum ibi à ſe Eremitarum, & quæ eos cauſa illuc adduxerit indicat.*

*Erit fortaſſis cum ipſum Græcum textum nova Latinæ verſione donatum dabimus; cum reſponſione ad poſteriores quaſdam objectiunculas; ſed hæc cum potius meam, quam hic laudati Auctoris fidem attingant; placueritque hac vice abſtinere ab omni, quantumcumque juſtæ defenſionis apparentia; nullam porro neceſſariam judicantibus iis qui primam Maji partem & Pontificiam Chronologiam animo non præoccupato legerunt; viſum eſt etiam reproductione illa in præſentiarum ſuperſedere.*

*Pag.* XVII, *n.* 61 *lin.* 5 *à Comanâ* — l. — *à Comanis.*

# AD DIEM QVINTAM MAII.

PAg. 1 col. 1 lin. 3 ponatur.

S. Irene ſive Herina, Aletii ſeu Lupiis in Calabria.

*Pag. 2 col. 2 ultimo loco ponatur.*

S. Jutta, Vidua ſolitaria, Culmzæ in Pruſſia —

*Et pag. 3 col. 2 deleantur quæ de ipſa ibi ſunt.*

*Pag. 2 inter Prætermiſſos col. 2 ad nomen* Juſti *lin. 2* lege — *Euſebius in Chronico* — *& poſt* Juſtum — *adde* —

SS. Marcelli & Laurentii Martyrum Exceptio *ex Romanis Cœmeteriis, apud Patres Minimos Pariſius ad Aream Regiam, hodie commemoratur. Item,* Plurium Reliquiarum *apud Patres Societatis Ieſu ad S. Ludovici ibidem, ſolita celebrari quotannis Dominica* III *poſt Paſcha, anno quo hæc ſcribimus* 1686 *quoque Paſcha celebratum fuit* XIV *Aprilis, in præſentem diem cecidit, quod ſemel indicaſſe ſufficit.*

B Grati Epiſcopi depoſitio, *notatur in vetuſtiſſimo Carthaginenſis Eccleſiæ Kalendario tom. 3 Analect. Mabillonis: ſedit Carthagine poſt Rufum, præſens Concilio Sardicenſi an. 347: & ſequenti anno, præſidens Carthaginenſi primo, meminit illius quod in Sardicenſi ſtatuerat, uti notavit Illuſtriſſ. Schelſtratius in ſuo de Eccleſia Africana opere Diſſert. 1 cap. 1, ſed uti in Kalendario illo non appellatur Sanctus, ſic nec alibi invenitur Sanctis adſcriptus.*

*Pag. 3 col. 1 ante Barbarum ponatur.*

Ven. Sebaſtianus Michaëlis, Maſſilienſis, Ord. Prædicatorum, S. Theologiæ Magiſter, Sanctæ fidei apud Avenionenſes Inquiſitor, Congregationis reformatæ ejuſdem Ordinis primus Vicarius Generalis, *Pariſiis ſanctiſſime obiit hodie anno* 1618, *inſertus Anno ſancto Prædicatorum Dominici de Herre, prætermiſſus ſacro Diario Dominicano Marcheſii. Non viderit hic brevem de vita & obitu Narrationem, quam* Fr. Petrus Coillard Stampenſis *Prædicator Pariſiis vulgavit anno* 1621; *eoque magis mentionem ejus hic inſerendam duxi, ut ſaltem inter viros cum opinione ſanctitatis minime vulgari mortuos reponendus intelligatur ab ejuſdem Ordinis conſortibus aliis. Iacet is apud ſuos Reformatos Pariſiis,* ad ſiniſtrum majoris aræ latus *honorifice conditus.*

C Ven. P. Michaël de Nobletz, Presbyter Miſſionarius *per Britanniam Minorem, ſanctiſſime obiit hoc die anno* 1652. *Eximias plane virtutes Apoſtolici viri, & mirabilia mortem ſecuta, ac popularem erga defunctum venerationem libris decem deſcripſit Gallica lingua Antonius à S. Andrea Presbyter, & anno* 1666 *Pariſiis publicavit: quod hic placuit indicare, ſi forte eum Sancti titulo cohoneſtari aliquando contingat.*

*Pag. 4 col. 1 lin. 11 à fine* — XII Septembris — *l.* — XX Septembris.

*Ibid. col. 2 de* Siſintrude *lin. 10* adde — *Lipſanotheca ejus apud Fara-monaſterium, nomen* S. Siſſetrudis *præfert.*

## DE S. IRENE MART.

PAg. 4 n. 1 lin. 20 delè — *Præterea cap. 7 ſic loquitur idem Procopius* — & hæc ſubſtitue — *Alteram* ad mare *dictam &c. ex App. pag.* 789.

*Pag. 5 col. 2 n. 3 dele ultimas* 17 *lineas, & ſubſtitue quæ habentur ibidem in Appendice, cum toto num. 4 poſt quem turſus* adde —

5 *Idem Beatillus prædictis addit aliam conjecturam, ac ſuſtinet, ipſam, quæ tam ſolennem cultum Conſtantinopoli, adeoque per omnem Græcam Eccleſiam habet, eamdem eſſe, quam veteres, quos citare potuit, Martyrologi infra referunt, ut* Theſſalonicæ igne combuſtam, *una cum Sanctis* Irenæo *ac* Peregrino: *quos ipſos ex vetuſtiſſimo Hieronymiano Martyrologio ſic acceptos apparebit;* In Theſſalonica Herenæi, Peregrini, & Hirenes. *Dies martyrii hic ſignatus, concurrens cum die cultus apud Conſtantinopolitanos, mihi id perquam veroſimile facit: quod autem ſociorum non meminerint Acta, ideo factum dixerim, quod compoſita fuerint Conſtantinopoli, ratione ſolius* S. Irenes, *ab Auctore nihil de ſociis ſciente; quique hoc ſolum fortaſſe certo noverat, Theſſalonicæ paſſam, indeque advectum corpus fuiſſe; Pauli autem diſcipulatum, ac patris nomen conditionemque, finxerit, ut alia multa, de ſuo: quod totum prudentis lectoris judicio relinquens, ſolam hic pono, quam ſolam in Menæis reperio; & quidem ut capite plexam, non ut igne conſumptam.* *Fortaſſis paſſa Theſſalonicæ cùm ſociis infra nominandis.*

*Poſt hæc ponatur Commentarius proprius qui habetur in Append. pag.* 789 *ad* 795, *eique etiam hæc ſequentia interſerantur.* E

## DE S. HERINA ALETINA.

PAg. 790 col. 2 lin. 8 — *Architrava* — *l.* — *Architrabi.*

*Pag.* 791 *num.* 8 *adde ad finem Columnæ* 1.

9 *Hactenus antiqua monumenta: in quibus quia* Herina, *non* Irene *ſcribitur; idem ego nomen, ut Lycienſium Patronæ ſpecialiter proprium, malui in titulo uſurpare. Recentius eſt, nec tamen prætereundū ſilentio, quod cum civitas Aletina, etiam Lycienſis ſeu Lupienſis dicta, ex ſacro Patrū Theatinorum Ordine deducendam ad ſe coloniam poſtulaſſet, & impetraſſet anno* MDLXXXV; *hi primum ad D. Maria-novæ ædem excepti hoſpitio, & (ſicut ejus Ordinis Hiſtoricus Ioſephus Silos narrat lib.* 15) anno *mox* ſequenti in frequentiorem locum ac pene civitatis meditullium tranſlati, excitandum inibi à fundamentis cœnobium ac templum deſignarunt: adfuitque ſubſtructioni publico ære ac nomine Magiſtratus, qui D. Irenæ, quæ publica hujus Urbis Patrona eſt ac Tutela Princeps, exurgere ac dedicari ædem illam voluere. *Idem deinde Hiſtoricus, Parte operis ſui ſecunda lib.* 1 *narrat, quanto ſtudio anno* MDLXXXIX, *datum ſit fabricæ ſacræ initium, quando* Scipio Spina, *tunc urbis* Antiſtes, inſtructo è Canonicorum Ordine ac reliquo Clero agmine, deducente Magiſtratu ac cetera Nobilitate, innumeraq; confluentium vi mortalium, eo loci, ſolenni cultu ac Pontificiis infulis ſpectandus, acceſſit; ubi excitandæ moli inſcriptum de more lapidem, una cum aureis argenteiſq; numiſmatis, jecit. Conſecuta eximia ſtatim civium pietas ac munificentia eſt, cum quidem, præter publicum aurum, quo juvandæ ſubſtructioni donati Patres communi nomine ab Antonio Prato Syndico fuere, collato privatim ære, plura aureorum millia ultroneâ liberalitate in promptu fuerint: & viſus eo ſubinde Nobilium ardor proceſſiſſe, ut ex iis nonnulli iique præcipui, conteſtandæ in D. Irenem obſervantiæ, immixti fabris ipſis ac operis, commodare manus ac labores ſuos ſurgenti exædificationi interdum voluerint. *Opus ad omnem magnificentiam abſolutum, adeo poſtea probavit celeberrimus ſui ævi Architectus* Fontana, Romanus Eques, *cujus alma in Vrbe tot extant præclara monumenta, ut ſit faſſus,* nihil à ſe neque in idea operis, neque ad artis elegantiam ſplendoremque deſiderari: *ipſa autem eſt illa eccleſia Clericorum Regularium (ſic enim à ſua inſtitutione nominantur, quos vulgus, ab auctore* *Inductis Lycium Theatinis, anno* 1589 *fundatur ſub nomine S. Irenes eccleſia.* F

*auctore Epiſcopo Theatino, appellat Theatinos) ipſa eſt inquam eccleſia illa, cujus ſupra num. 1 ex Ferrario memini.*

*Ad hujus invocationem,*

10 *Non explicat nobis porro Auctor Hiſtoriæ, quo anno abſoluta fabrica & dedicata ſolenniter ſit; ipſa tamen ratio operis facit nos credere, aliquantos annos fuiſſe inſumptos: ad tempus autem, proxime ſecutum dedicationem iſtam, ſpectare putamus, quæ refert Beatillus lib. 2 de S. Irene c. 10.* Cœperat per hos ultimos annos inſigniter augeri Lupienſium pietas erga Sanctam ſuam Patronam: & hæc nihilo minoribus beneficiis ipſam ſibi gratam oſtendere. Ut autem prolixitatis vitandæ cauſa, ea omnia omittam, quæ in eccleſia Patrum Theatinorum votivis ex argento ceraque anathematis ac pictis tabellis teſtata habentur plurima, atque aliis in locis ipſi dedicatis; pauca dumtaxat referam, peracta in perſonis mihi optime notis, ex quorum ore proprio audivi. Primum accidit anno MDCIII in quodam cæmentario fabro, cui nomen Nicolaus Perulli. Hunc pleuritis invaſerat adeo ſæva, ut octavo morbi die moriturum medici pronuntiarent. Id cum ipſo eo die primum fuiſſet infirmo relatum, petiit ut ad ſe P. Bernardinus Realinus Societatis Jeſu Sacerdos accerſeretur, cui ſcilicet conſueverat pridem confiteri peccata, ut animæ ſuæ negotium præcipuum rite diſponeret. Is dum ad ægrotantem ambulat, factus domui ejus vicinior, occurrit Clero, cujuſdam defunctæ mulieris cadaver ad ſepulturam ferenti, intellexitque eodem morbi genere extinctam fuiſſe. Tum vero pœnitentis ſui commiſeratione præſentiori motus, mentem elevavit ad S. Irenem, cujus imaginem infirmo exhibendam habebat in manibus; atq; ad ſocium ſuum & alterum qui comitabatur infirmi amicum ſe convertens; Nihil, inquit, dubitetis, quin Nicolaus periculum evaſurus, ac brevi tempore ſanandus ſit. Paulo poſt ingreſſi domum, mitigatos ei vehementer dolores cognoverunt, atque intra horas paucas viderunt ſurgentem de lecto, cognoveruntque eo præciſe momento melius habere cœpiſſe, quo S. Irene invocabatur à Patre.

*an. 1603 pleuriti laborans civis,*

*orante pro eodem P. Bernardino Realino,*

*ſubito convaleſcit,*

11 Eodem anno graſſabatur per civitatem febris quædam, in ſpecie quidem minus violenta, reipſa vero tantam debilitatem adducens iis quos invadebat, ut plerique deficientibus viribus morerentur. Inter illos Nobilis Lupienſis ac Doctor celebris, Ludovicus Balivus fuit: dum autem ad alteram vitam ſe comparat in extremis poſitus, recogitare cœpit ea quæ de S. Irene multa audiverat per Quadrageſimam; ſiquidem eccleſiaſtes noſtræ Societatis, qui in Collegii templo dicebat ad populum, ſumpſerat ſibi illius laudes omni ſabbato explicandas. Ad illam igitur toto animo converſus Ludovicus, oravit ut auxilium tali tempore porrigeret ſibi. Nec mora: occupatur ſomno, & dormienti (quemadmodum ipſemet cum lacrymis referebat) adſtitit glorioſa Lupienſium Patrona, atque dixit: Bono ſis animo, Ludovice, ego Irene ſum, quam paulo ante invocaſti: perge porro devotius me colere, quia ego præſenti malo te nunc liberabo. His dictis ipſa quidem diſparuit; experrectus vero qui jacuerat infirmus, non potuit præ cordis teneritudine reprimere lacrymas ubertim fluentes; quemadmodum neque poſtea, quoties narrare eum oportebat, quomodo Sanctam vidiſſet, & certior ab ea redditus de ſanitate recuperanda, intra paucos omnino dies aſſurrexerit validus.

B

C

*item medicus ager,*

*ab ipſamet apparente certior de gratia redditus:*

12 Tertia quam narrandam mihi ſumpſi gratia, tanto habetur exploratior, quanto diligentius fuit, certa quadam ex cauſa, à Domino Vicario Epiſcopali examinata, die XXV Septembris anno MDCIV. feſto corporis Chriſti ſolenni iſtiuſmet anni, id eſt XVII Junii, in domo viri nobilis ac doctoris famoſi, D. Franciſci Tafuri, contigit ex loco, ad multas cannas elevato, cadere puellam, vix majorem bimula, Cæciliam nomine. Hanc cum ipſo in lapſu oporteret impingere in portæ ſubtus ſtantis procurrentem angulum, atque inde toto impetu ſupra ingens quoddam vas lapideum, pilam vulgo vocant, aliaque ſaxa; admirantibus omnibus delata tranſverſim fuit in cumulum quemdam terræ, nonnihil diſtantem à loco in quem debuiſſet perpendiculariter labi. Manſit aliquantis horis poſt lapſum attonita parvula, adeo ut nonnulli de familia, quæ mœſta circumſtabat, expiraſſe crederent. In ſe regreſſa nihilominus, dixit, nihil incommodi pati ſe. Nec vero ullum cujuſcumque læſionis ſignum apparebat in ea, præter ſtricturam exiguam in uno temporum. Interrogata autem à matre aliiſque, cujuſnam auxilio ſe crederet liberatam, Virginiſne Deiparæ, aut Cuſtodis Angeli, vel Sancti alicujus, ſemper unum idemque reſpondit; Neminem Sanctorum ſubſidium ſibi tuliſſe præter S. Irenen, quæ (quemadmodum ipſa ſe vidiſſe ajebat) à capite ad pedes habitum candidiſſimum induta, ipſo in principio lapſus, ſuis eam brachiis ſtrinxerat, itaque defenderat à tam gravi periculo,

D

*& bimula ex alto lapſa,*

*avertitur à ſaxis in quæ debebat ruere,*

*& ipſa ſanctæ ſuſtentanti ſurgit illæſa.*

E

*Pag. 791 col. 2 ſic ordiendus eſſet Titulus §. 2.*

## De Reliquiis alterius Irenes Lupias allatis ad Patres Societatis Jeſu &c.

13 *Anno* MDLXXIV *&c. mutato ordine numerorum. Ibidem lin. 5 in anni numero deficientem denarium ſupple, & ſcribe,* MDCXVI: *ſiquidem iſto primum anno obiit Realinus, de quo etiam infra dicitur, quod adhuc anno* MDCIX *fuerit noſtri Collegii Rector.*

*Similiter lin. 10 pro* MDXIV, *ſcribe (ſicut in margine per zyfram ſcribitur)* MDCIV: *quod etiam totus reliquus contextus exigit.*

*Pag. 792 numeri 12, nunc 16, initium ſic muta.*

*Priores minus prudenter credita eſſe Irenes Lycienſis.*

16 *Quod ad priorem Reliquiam attinet, eam ipſiuſmet eſſe* S. Irenes, *quam Patronam venerantur Lupienſes, perſuaſit Patribus noſtris, ſuus potius erga hanc affectus, quam certa aliqua ratio; quamquam faterentur ne hoc quidem ſibi conſtare, eane Lupiis Romam, an aliunde allata fuiſſet; cum potius cogitare debuiſſent, commune multis nomen non poſſe ad unam aliquam certam trahi abſque erroris pene certo periculo: quod à nobis ſæpe jam dictum, dici numquam ſatis poterit; & hoc caſu fuiſſe imprimis neceſſarium, apparebit §. IV. Cujuſcumque tamen & ubicumque paſſæ* Irenes *ea Reliquia ſit, omni veneratione digniſſimam eſſe, crebris miraculoſarum curationum ſignis demonſtravit Deus, quorum præcipua placeat accipere ex prædicta P. Bernardini Vita &c.*

*miraculoſum odorem communicant admoto ſibi goſſypio.*

E

*Pag. 796 col. 1 interjiciatur ſequens §.*

## §. IV. Controverſia propter prædictas Reliquias mota & ſopita. S. Ireniæ corpus ad Patres ibidem Theatinos Roma item allatum, & in S. Irenes nova æde collocatum.

30

*Ieſuitis Reliquiam Patronæ Lycienſis habere ſe putantibus.*

QUod initio numeri 16 monui, haud facile committendum hoc tempore, ut ad notiores cujuſque nominis Sanctos conferantur Reliquiæ, acceptæ ſub uno eodemque nomine, pluribus olim communi; quamque conſultum ſit diſtinguere cultu, quas nolis in occaſionem contentionis verti, placet Paragrapho hoc declarare; ſimulque occurrere querelæ, ex eo forſitan exſlituræ, quod ignarus controverſiæ hac in cauſa motæ, nonnihil videar detuliſſe credulitati noſtrorum Lupienſium Patrum de ſua Reliquia, quam anno MDCIV Roma acceperant non magnopere fundatæ, & ſaniori Præpoſiti noſtri Generalis judicio mox correctæ, ſicut ex ſequentibus apparebit. Rem totam

A *totam ex prælaudatis Patrum Theatinorum hiſtoriis referam, fide eadem qua ſupra ex noſtris ſimilia protuli; libenter autem ignoſcam Auctori, quod communi obſecundans credulitati, & neſcio quibus novis conjecturis, putet, ipſam Lycienſium* Irenem, Pauli Apoſtoli nutu ac Numine aurigante, Theſſalonica ad Salentinos applicuiſſe, ubi omnium prima hauſtam ab Apoſtolo Chriſti fidem Lycii diſſeminaverit. *Eamdem eſſe, quæ Conſtantinopoli colitur ut Pauli diſcipula, equidem libenter crediderim: ſed hanc ad Salentinos aut vivam tranſiiſſe, aut allatam eſſe mortuam, non crediderim; niſi vel primum probent vetuſtiora teſtimonia, vel ſecundum ſervata ibidem ab antiquo Reliquiæ: quamquam hoc etiam caſu indigenam potius ſuſpicarer, quam ſola vulgi imperitia confuderit cum Megalo-martyre Conſtantinopoli celebrata. Sed hæc libenter ignoſcens, ut dixi, profero cetera, quæ in dictarum Hiſtoriarum parte 2 lib. 4 ſic leguntur.*

31 Lycienſis noſtri Ordinis eccleſiâ, D. Irenæ excitatâ, .... ſacri ejus cineres nuſquam reperti *opponunt ſe Theatini,* ſunt, ut fuerit aliquando qui diceret, ut olim Athenis exædificatum delubrum fuit Ignoto Deo, ita Lycii templum extare Ignotæ Virgini, nempe cujus adhuc corpus lateret. Accidit vero ſub id tempus, ut Societatis Jeſu Patres quædam communi B venerationi Lipſana exponerent, quæ libata ex Lycienſis Patronæ corpore dicerent; excitandæque populorum in Patronam ſuam obſervantiæ, publicam ſolenni ritu ſupplicationem cogitabant. Dum petitur ab Antiſtite facultas, atque is recognoſcere pretioſum pignus de more inſtituit; advertit, ex litteris fidei teſtibus, haud abunde conſtare, Patronæ Reliquias eas eſſe, atque adeo ſuſpendi rem placuit. Interim conflata eſt ex argento ſumptuoſi operis ſtatua, ibique collocatæ ad Divæ cultum Reliquiæ; tum ejus impreſſa effigies, extendentis ſupra civitatem, in tutelæ argumentum ac ſpecimen, dexteram, appoſitâ inſuper epigraphe, quæ Lycienſis Patronæ Reliquias teſtabatur. Hæc enimvero, quæ avocare à noſtra D. Irenes eccleſia populorum ſtudia *& illius expoſitionē impediunt,* videbantur, haud probare noſtrates poterant: &, ſiquidem omnino comperta tabulis ac explorata ea fuiſſent, quid optabilius unquam contingere potuiſſet, quam proſtare Lycii ſacris è pulvinaribus lectiſſimæ Patronæ exuvias, quas populares venerentur? At quando perſuaſum haberent omnes, C non eas Theſſalonicenſis Divæ, ſed alterius cujuſdam Irenes eſſe, optimum factu exiſtimarunt dedoceri erroris gentem. *Hanc porro relationem non exiſtimabis contrariam eſſe iſti, quam dedi num. 9, nunc futuro 13, ſi concipias, prædictam quidem* S. Irenes *Reliquiam Lycium eſſe allatam anno (ut ibi dicitur)* MDCIV, *cœptumque mox fieri apparatum ad ſolennem ejus tranſlationem, conſtructionemque ſtatuæ; ſed utramque ſuperveniente controverſia dilatam fuiſſe, ac peractam primum anno ſequenti, cum illa eſſet compoſita; ſicut proſequitur eadem Hiſtoriæ Theatinæ relatio, poſtquam explicuit, quomodo prædicta cauſa tranſlata Romam ſit, & agente Elizæo Nardino Theatinorum Præpoſito Generali, commiſſa Camillo Cardinali Burgheſio, altero incidente nodo jam perplexior: is autem talis fuit.*

32 Horatius Oricellarius Florentinus, vir genere ac opibus Romæ clarus, & Theatinæ familiæ ſtu- *deinde accipiunt ipſi corpus S. Irenis.* dioſiſſimus, ut ſacellum, quod in Romano D. Andreæ à valle templo, cultu marmorum ſplendidiſſimo, adornaverat, ab Divorum etiam cinere exſplendeſceret, quædam è Calliſti Cœmeterio Martyrum corpora impetraverat. In his Divæ Ireniæ Virginis ac Martyris oſſa fuere, reperta cum hac inſcriptione, SANTÆ IRENIÆ IN PACE: quæ viſa plane ditando ornandoque Lycienſi templo opportuniſſima, præſertim quod quædam cum Tutelari Diva nominis cognatio ac ſimilitudo id poſceret. Votis annuit Oricellarius: ſed obortus ſtatim rumor eſt, velle I noſtros homines, pro Irene Hireniam obtrudere, atque ea vocabuli affinitate Lycienſi pietati imponere; idque evincere conabantur, ut vitandæ fraudi Lycium Hirenia minime mitteretur. Agitabatur hæc Romæ controverſia, expendebatque imprimis illam Burgheſius, cui negotium demandatum; cum defunctis brevi inter ſeſe intervallo Clemente & *& litem cum Ieſuitis componunt,* Leone ſummis Pontificibus, evectus ipſe ad ſupremam Infulam eſt; atque inter primas ferme curas id egit, ut componeretur quam primum altercatio. Igitur diſceptationis arbitrum ſuo loco dixit Cardinalem Gallum: deinde Præpoſitum Generalem Societatis Jeſu, Claudium Aquavivam, & Noſtrum monuit, ut una ſimul coram eo Cardinali convenirent, inirentque viam qua rem belle ac bona fide dirimerent: percupere quippe ſe, ut quos externus habitus atque officiorum ſimilitudo necteret, conjungeret etiam caritas: præſertim quod, etiamſi diſceptari inter ipſos peramice contingeret, non deeſſent exteri quos ſcinderet benevolentia ac in partes abirent; proindeque verendum, ne ſtudia amicorum in aperta demum odia contentioneſque degenerarent. Quod cum ipſimet Generales Præpoſiti maxime optarent, nihil cunctati, finem inter ſe E per humaniter honeſtiſque conditionibus velitationi impoſuerunt.....

33 Primum, uti die quinta Maji menſis, ac per octo conſequentes dies, qui ſacri ſunt Patronæ Lycienſi, fas nulli ſit, neque Patribus Societatis D. Irenes cineres (quos in ſuo Lycienſi Colle- *conditionibus commendatis,* gio habere dicunt) neque Clericis Regularibus S. Hireniæ corpus publicæ pietati exponere. Deinde, ut per id tempus concinnare iiſdem Patribus Societatis ſolenniorem in modum liceat D. Irenes ſacellum, quod in ipſorum templo extat. Tum ut extra id tempus, ſicuti de aliis Divorum lipſanis fit, liceat pro libito ſacra ea pignora utrimque proſtare; ita tamen ut eorum ſolennia, certo quidem, ſed diverſo inter ſe tempore celebrenter; & Jeſuitæ quidem die Aprilis ſexta, aut qua transferri Reliquias contigiſſet; Clerici vero Regulares die Dominica, quæ in aſſumptæ in cælum Deiparæ ferias incidit, diem feſtum agant. Sancitum hiſce conditionibus fœdus, delatum ad Paulum Pontificem, probatumque ab eo vehementer eſt, commendatâ prolixius Patrum Generalium prudentia ac mente. E

34 *Illuſtravimus die* III *Aprilis genuina & certiſſima Acta* SS. Agapes, Chioniæ, atque Irenes, *Sororum ac Martyrum, Theſſalonicæ ſub Diocletiano paſſarum. relicta ipſis die 6 Aprilis ſacra Irenæ juniori,* Vltima ipſis Nonis *occubuit, ideoque ad diem* VI Aprilis, *ſeorſim refertur à variis Martyrologiis: qua de cauſa credo Ieſuitis Lycienſibus permiſſum, ut diem iſtum ſumerent ſuæ Reliquiæ exponendæ; in quo ſane plus epikiæ fuit, quam rationis fundatæ in aliqua certitudine facti. Curæ ſcilicet arbitris Generalibus fuit ſubnatam componere controverſiam; non autem definire, cujus* Irenes *eſſent Reliquiæ Ieſuitarum: hæ vero, quocumque caſu aut tempore Romam perlatæ, Theſſalonica vel aliunde, ut abſolute potuerunt eſſe ſupra memoratæ Virginis, ita nullo argumento ejus fuiſſe probantur; ſicut nec illæ, quibus Conſtantinopolim advectis templorumque erectione honoratis, dies* V *Maji obtigit. Si cui tamen probabile videatur, hanc ultimo nominatam, Theſſalonica Conſtantinopolim fuiſſe tranſlatam; eidem multo etiam probabilius videatur neceſſe eſt, quod cum tota Calabria adeoque Lupienſes, Græcis ut plurimum ritibus uſa ſit, quoad Græcorum Imperio paruit, Conſtantinopoli quoque accepta ſit veneratio ejuſdem* Irenes; *nec ullas propterea Reliquias ejus requiret Lupiis, non magis quam requirimus Reliquias S. Nicolai Epiſcopi aut S. Iacobi Apoſtoli in iis omni-* *ut diverſæ ab ea quæ CP. & Lupiis colitur, 5 Maji.*

A *omnibus locis, quibus Patroni illi nunc ſunt, ex alia nulla nunc nota cauſa, quam ob celebritatem Reliquiarum, Barii & Compoſtellæ frequentatarum. Tali certe conjecturæ magnum fundamentum præbet dies, idem Lupienſibus qui Conſtantinopolitanis feſtivus, & communia utriſque de eâdem aſſerta, quod Licinii filia, quod Pauli Apoſtoli diſcipula fuerit: neque ad diverſas conſtituendas ſatis efficax erit diverſa ratio ſcribendi antiquitus nominis* Irenes & Herinæ, *à ſola veroſimiliter dialecti diverſitate procedens. Quod porro ad* Irenem *alteram Ieſuitarum, de qua num.* 13, & Ireniam *Theatinorum attinet, harum corpora uti conſtat eſſe ex Romanis cœmeteriis recentius eruta, ita nemo dubitabit, quin ibi fuerint primum tumulata; ſolumque optabit certiora Virginitatis Martyriique iiſdem adſcripti indicia, quam quæ paſſim apparent in documentis pariter allatis. Ac de* Irene *quidem Ieſuitica nihil habeo quod dicam, quia nihil de ea nobis profertur;* Ireniæ *vero Theatinorum adſcriptum* IN PACE, *potius incruentam mortem mihi deſignaret, niſi Virginem ac Martyrem obiiſſe ſe monuiſſet ipſa, ut infra mox dicetur. Similiter eidem nomini præfixus titulus* SANCTÆ, *facit me, non illud quidem cogitare, quod nunc paſſim ea voce intelligitur; ſed quod antiquis ipſa ſignificabat, cum appellatio ea, quæ fuerat Apoſtolorum ætate communis fidelibus omnibus, reſtringi cœpit ad perſonas, peculiari ritu divinis miniſteriis conſecratas. Suſpicor igitur talem unam fuiſſe* Ireniam *iſtam: cujus hiſtoria hujuſmodi eſt in præcitatis Theatinorum Annalibus.*

*veroſimiliter eadem.*

B

*Virginem & Martyrem ſe declarat,*

35 De pretioſis D. Hireniæ Reliquiis, Lycienſi eccleſiæ ab Oricellario donatis, eſt adhuc quod, ad ejus venerationem cultumque, annotemus. Enimvero Lycium cum anno MDCV perveniſſent, nihil habuit prius Thomas Aquinas, ejus tum Cœnobii Præpoſitus, quam illas clam omnibus habere, quoad certior factus Scipio Spina Epiſcopus, cuncta, ad Romanæ Regulæ ac nuperæ concordiæ normam, perageret. Verum quæ beandæ ſuis cineribus civitati advenerat, haud paſſa eſt, nomen atque oſſa diutius tegi. Proxima quippe nocte Ludovico Perrono, viro nobili, qui rem communem eo anno adminiſtrabat (Syndicum vocant) objecit ſeſe Virgo inclita, liberali plane vultu ac fronte, atque hæc illi conceptiſſimis verbis: Ego ſum Hirenia, Virgo & Martyr: apportatæ jam ſunt in veſtram hanc urbem mei corporis Reliquiæ: Deum in me colite: evanuitque his dictis. Excitatus Perronus, plenuſque recenti ea imagine ac pulcherrima Virginis ſpecie, ſummo mane ad D. Irenes adire; ut Hireniam in ſomnis viderit, quid illa diſerte pronuntiaverit, narrare; atque id etiam atque etiam jurejurando cum affirmaret, rogare impenſe Patres, ut theſaurum abſconditum evulgarent. His precibus ac ſacramenti religione coactus Aquinas Præpoſitus, gaviſuſque vehementer renuntiari cælo præcone pignora illa, & ipſe ea publicavit; ac manante ſubinde fama, incredibilis ſtatim ardor ac pietas viſa intendi, ut uſurpare quiſque oculis præclarum munus ac venerari percuperet.

C

*ſolennique cultu excipitur,*

36 Ergo recognovit de more oſſa Epiſcopus, tum ornandæ nobiliſſimæ hoſpiti, ejuſque cineri quam magnificentiſſime excipiendo decreti honores publici, ac ſolennis per urbem ſupplicatio: quam quidem pompam, communi ære ſumptuque Magiſtratus civitatis faciendam ſtatuit: curavitque imprimis Perronus, cui ſe inſpiciendam permiſerat Virgo, ut regio omnino cultu atque apparatu triumphus ageretur. Et vero ſupra communem magnificentiam peracta res eſt, tenuitque actiduum celebritas, templi ornatu, concentu vocum, concionum ſplendore, populorum frequentia, feſtis ignibus, tormentorum exploſione, longe ſuperbiſſima: ſacroque imprimis cineri elaborata tum quoque ſolido ex argento arca, pulcherrimi ſumptuoſique operis. Neque vero ſiſtere hic Civitas ac Magiſtratus voluit: concepta ſiquidem per ea ſolennia inſigni in D. Hireniam pietate, alterum adoptare patrocinium publicæ rei Lycienſium decrevere; & qui Irenem, Præſidem Urbis ac Dominam venerabantur, Hireniam etiam in præſidium tutelamque aſciſcere; fore nempe ut cognomines Virgines ac Martyres, veluti armatæ ac citra omnem fabulam ſanctiores Pallades, civitatem, pulcherrima ſive æmulatione ſive fœdere, propugnarent. Ergo, collatis una votis, acclamata Hirenia eſt, ſuffragatione ac plauſu incredibili. Noſtris præcipue novum hoc patrocinium optatiſſimum contigit, quod ipſorum eccleſia, uni quidem dicata, alterius vero locupletata exuviis, arx quædam ac munimentum urbis videri poſſet.

D

*& in alteram Vrbis Patronam optatur.*

37 At enim, ut eo nomine coli rite poſſet Hirenia, peti Romani Pontificis nutum oportuit. Allegatus proinde Romam eſt, qui civitatis ſtudia ac conſilia exponeret; commendatumque imprimis negotium fuit Franciſco à Caſtro, Catholici Regis Oratori; qui auctoritate ac gratia, qua apud Paulum Pontificem Ampliſſimoſque Patres valebat, id ſtatim obtinuit, ut rata eſſet Patronæ electio; obſignatiſque Pontificiis litteris id permiſſum, ut inſtauratis lætitiæ argumentis, patrocinium nova ſupplicatione publice celebraretur: additumque ut in iis ſolenniis, qui primo die pompam deducerent, ampliſſimam delictorum veniam conſequerentur; duobus vero inſequentibus, qui templum inviſerent, ſeptenni delictorum indulgentia fruerentur. Actus alter hic triumphus fuit, calente adhuc priori gratulatione, inſtructiſque magnificentiori ornatu viis, foris, compitis. Labarum præſertim ingenti lacinia, ut pulchrius atque auguſtius fluctuaret, excitatum. In eo utraque Lycii Patrona, excellenti penicillo delineata, forma, cultu, atque oris fauſtitate pares, extenſis ſupra urbem dexteris, ſecuritatem felicitatemque appromittere videbantur. Porro ea vi luminum, intendentibus ſe tenebris, accenſa extime Ireniana baſilica eſt, ut extincto diei ſucceſſiſſe nox videretur: & fuere qui, extra urbem cum eſſent, ab ſpiſſiore ea luce ac ſplendore ardere templum putarent.

E

*Annuit piis voto Pontifex,*

*& feſtivitas innovatur.*

F

*Eadem Sancta ægro deſponſo apparens.*

38 Viſa autem Martyr Hirenia, collatis identidem beneficiis oſtendiſſe, quam grata ſibi hæc civium ſtudia fuerint: neque enim fundi ad ſurdas aures preces paſſa eſt, impertivitque non pauca ſuam fidem implorantibus. Unum referam, quod ſatis compertum ac celebre Lycii fuit. Ægrotabat Angelus Surgentius, Marci Antonii filius; eoque tandem devenit morbus, ut deſperarint ſaluti medici; aderantque, graviſſima valetudinis appendix, dolores peracerbi. Conſternatis mœrore domeſticis, non ſe infirmus ipſe deſtituit; ſed qui D. Hireniam præcipuo ſtudio coleret, collocare in ea ſpem, atque id ſumma ope inclamare, ut Martyris ipſa na eo à noſtris afferrentur, quæ religionis ergo tangeret ac veneraretur. Factum: ac vix exoſculatus ea eſt, cum tranquillari moleſtiæ ac vicinioris fati tempeſtas cœpit: tum recitatis quibuſdam precibus, viſus ipſe vehementer exhilarari, audituſque dicere, Proh! quam pulchra! quam elegans! Nec mora, accerſita ad ſe matre, diſerte innuit, audiviſſe tum quidem ſe, de ipſo D. Hireniæ ore, fore ut convaleſceret, ac ſacra Conſtantinopolitanæ Dei Matris die (Sabbati dies tunc erat)

*ſanitatem citam præmittit.*

à lect.

A à lecto ſurgeret. Igitur remiſit momento mali vis, defixis nimirum ſtupore medicis : qui cum perfectiſſime illum ſubinde convaluiſſe,ac reſtitutas corpori vires advertiſſent ; id decrevere, ut defunctus penitus morbo, ſurgeret die Martis , non tam incolumis quam redivivus. *Hæc Ioſephus Silos , in cujus verbis haud incompensatam prætermiſerim mentionem* Conſtantinopolitanæ Dei Matris, *ut indidem credatur Lupienſis civitas accepiſſe colendæ* Irenes *ſuæ exemplum, unde & imaginem iſtam accepit, cujus cauſa feſtivum diem agit ; neſcio tamen quem; uti nec quem diem* Hireniæ *ſuæ annuatim recolendæ Patres Theatini delegerint,neque utrum diem* VI *Aprilis ſuæ priori Reliquiæ exponendæ retinuerint Patres Societatis,vel quem poſteriori Corpori proferendo optarint.*

*Ieſuitas Generalis ſuos monet ut caveant quidquam agere,*

39 *Finem huic Paragrapho faciat Patris noſtri Claudii Generalis epiſtola ad Lupienſes Socios , quibus* anno MDC Chriſti,die XVIII menſis Julii *datis, & docemur de tempore compoſitæ controverſiæ,& ejuſdem reſuſcitandæ occaſiones efficaciter proſcribuntur: eſt enim talis,à Ioſepho Silos Latine reddita ex Italico ſermone.* Elapſis menſibus ubi allatum mihi fuit, excitatam inter vos ac Theatinos Patres , de ſacris Divæ Irenes Reliquiis altercationem ; officii duxi monere vos , etiam per

B P.Provincialem , ut hac vos in re prudenter modeſteque ac benevole,uti Religioſos viros decet, geretis. Nunc vero , quando jam compoſita lis eſt, atque obſignata utrimque conciliationis capita, quæ mittuntur; ſtatui paterna vos iterum efficacique epiſtola , quod & Præpoſitus Generalis Clericorum Regularium cum ſuis facit , admonere, ut præcidere radicitus placeat , quod humanæ potius æmulationis zelique ſpeciem , quam Dei gloriam præſeferat. Id enim vehementer cupio , ut inter noſtram ac reliquas religioſas familias , maxime Theatinorum , tantæ videlicet ſanctitatis exemplique ac fructus in eccleſia Dei , pax intercedat ac caritas , quæ perinde propria eſt Spiritus ſancti, ut Paulus Apoſtolus vel in profanos ipſos homines ſeveriter pronuntiaverit, inter quos arderent diſſidia.

*quo poſſit reſuſcitari diſſidium,*

Itaque ut omnis poſthac ſimultas aut utrimque moleſtia eradatur, diſerte jubeo , ſicut & Theatinis ſuus Generalis jubet, ut neq; publicis concionibus, neque privatis ſermonibus, aut alia quavis ratione , quę penes vos ſunt,ea eſſe Lycienſis Patronę ipſana pronuntiare quis audeat,aut ceu talia populis deveneranda tacite proponat;ſed veluti ſacri cineres Di-

C væ Irenes Virginis & Martyris adorentur, nihil ſuper ea re temere affirmando. Ad hæc, cum dici nequeat,eas eſſe Lycienſis Patronæ reliquias ; in hanc itum ſententiam , ut ſi forte in argenteæ ejus ſtatuæ baſi inciſa inſcriptio fuerit , aut inſculpta civitas, aut quidvis aliud appoſitum , quod illam Lycii Patronam eſſe indicet; tunc dedicata alteri cuidam Divæ Virgini imagine , tollantur ab ea ſacræ ejus Reliquiæ , atque alibi reponantur , ſub ſuo titulo Irenes Virginis & Martyris. Nam ſi in ea ſtatua ſervarentur , eas eſſe Lycienſis Patronæ Reliquias oſtenderent ſculpturæ ac litteræ, quas imus amolitum : atque hoc executioni omnino mandetur.

*atque inſuturum eidem rei proſpicit.*

40 Illud porro prolixe commendo , ut ſi forte diſſidium utrimque excitetur , quod minime fore mihi perſuadeo,lateat id ſeculares, nec facile ſpargi in querimonias ſenſus animi veſtri ſinatis ; ſed conveniat ſtatim Rector Clericorum Regularium Præpoſitum , exponatque candide quæ ad ſuas aures affluxerint , ut afferat ipſe opportunum remedium. Quod ſi minus hoc conſilium ſucceſſerit, compoſitis ad me litteris rem mihi totam aperiat, ut Patris eorum Generalis auctoritate, de cujus ſingu-

lari virtute atque integritate ipſe mihi plurimum polliceor,communi caritati conſulam,atque interim prudenter modeſteque ſe noſtri gerant. Jam, quod apud exteros ingenerari facile potuit libatæ caritatis opinio ; omnino curandum , ut eximatur hic à vulgi mente error , atque intelligant plerique omnes, quanti nos ſanctam iſtam Congregationem facimus ; & ut cor unum animamque unam utrique Ordini eſſe cupimus , mutua nos benevolentia ac laude honoreque complectentes,quo ſane & amplificari maxime Dei gloriam, & curari proximorum fructum continget ..... Hæc ad ſuos Aquaviva, ac ſimili omnino ad noſtros ſententia Nardinus,qui mortuo animorum fœderi efficacius conciliando illud addidit; fuiſſe nempe inter primævos utriuſque Ordinis Patres eximiam invicem benevolentiam, quam tueri mutua deinde officiorum teſtificatione eos qui ſucceſſerunt par erat; tum ſeverius mulctam interminatus , ſi ab ea majorum caritate deſciſcant.

D

*Idem facit Generalis Theatinorum,*

41 *Vtrimque religioſiſſime obeditum fuiſſe plane mihi perſuadeo, tum quia nullius amplius querelæ veſtigium in prælaudatis Annalibus apparet (nam noſtri finem ſeculi ſuperioris non excedunt) tum quia ipſiuſmet controverſiæ mentio nec minima quidem fit vel in Hiſtoria Patronæ Lupienſis anno* 1609 *vulgata à P.Beatillo (ubi prorſus tacens de ea quæ apud nos erat Reliquia , ſolum meminit ſpecioſiſſimi ſacelli apud nos Patronæ communi erecti, ejuſque ibi colendæ uſu à ſacra Congregatione Rituum approbato) vel in variis P.Bernardini Vitis , qui tamen præcipuus fuit in promovenda prædictæ Reliquiæ veneratione. Quemadmodum autem nulli impedimento Theatinis Patribus noſtri fuere, quominus Sanctam ſuam* Hireniam *eodem cum primaria Vrbis Patrona venerationis gradu ponendam curarent ; ita nec hi viciſſim iſtis invideruntalteram ſuo in templo* Irenen , *anno jam dicto* MDCIX *exceptam. Quin etiam credibile mihi eſt, alteros alteris magno fuiſſe adjumento in mutua feſtivitate cohoneſtanda,eaque ratione palam feciſſe omnibus , quam concordibus animis etiam antea fuerint, qui ſententiis nonnihil diſcrepabant,non æmulatione prava ducti , ſed ſolo ſtudio honorandi communem Patronam ; ex quo etiam proceſſit prædictus P.Beatilli labor , dignus qui certiori argumento impenderetur,quam ſit deductio genealogica Virginis ex Regio Thracum ſanguine,ac veteri illo Coty , bis apud Ariſtotelem nominato.*

E

*& utraque familia exinde concorditer rem ſuam agit.*

F

## DE S. NECTARIO EP.

*Pag.9 n.1* adde — *Atque hæc cauſa nobis eſt ipſos & præcedentes ac ſequentes duos Sanctos, atque alios ſimiliter plures, hoc in opere ad unum eumdemque diem referendi : neque tamen arbitramur quemquam fore qui id ſic intelligat, quaſi eodem quoque die obiiſſe exiſtimemus; quando ſatis apparet,in delectu dierum , non conſiderari à nobis quando quis obierit,ſed quando colatur. Quin etiam hac de cauſa, ad annum aut ſeculum quo quiſque obiit,deſivimus annotare diem menſis ; ſicut in primo Trimeſtri factum fuit.*

*Num.2 lin. penult.* — *primo Auguſti* — adde — *Vereor autem,ut illi aliam cauſam habuerint dicendi quod tali die obierit, quam quia tunc colendum ſtatuerunt Breviarii Viennenſis noviſſimi (ſicut intelligo) curatores,quos ſola Suppoſitii Bedæ auctoritas moviſſe videtur.Itaque iſtis non obſtantibus.*

## DE S. SACERDOTE EP.

*Pag.11 col.2* lege — *prope fluvium, Auſonio & Sidonio Apollinari dictum* Duranium , *vulgo* la Dordoigne, *quo in loco &c.*

*Pag.*

A *Pag.12 n.4* ſic incipe.— —*Hactenus Hugo Floriacenſis, iiſdem fere verbis hic uſus, quibus inchoavit ipſius Vitæ Prologum, quo nos cartimus, ex Codice 3683 Bibliothecæ Colbertinæ Pariſiis eruto per Stephanum Baluzium miſſoque ſub an.1683 ad infra ſæpius cum laude commemorandum Armandum Gerard, Canonicum Sarlatenſem: qui nobis ipſum remiſit hic publicandum. Dum autem Hugo ait, antiquum Actuum Sancti Confeſſoris librum fuiſſe &c.*

*Pag.13 n.7 lin.13 à fine* — *Gallice* Saint Preſtre *dici* — adde. — *Sed hæc Renati marginalis nota, perquam ridicula accidit intelligentibus*, S. Sacerdotem Epiſcopum, *non aliter quam* Saint-Serdot *vulgo nuncupari; & ad hunc prorſus impertinens eſſe, quod appellative ſumpta vox* Sacerdos, *quatenus Ordini Presbyterali tribuitur, vulgari lingua reddatur* Prêtre. *Apage ejuſmodi interpretamenta, quæ noſtrum hunc Sanctum confundere poſſent cum aliquo (ſi quis eſſet)* S.Presbytero; *ſicut ex tali cauſa factum diximus, ut* S.Monica *Auguſtini Mater, cum* S. Prima *Oſtienſi Martyre confunderetur. Sed ad diem quod attinet, malumus nos cum antiquis Actis &c.*

*Ibid.n.10 lin.16* ſic lege — *Sunt tamen quibus id dici nulla cum veriſimilitudine videatur, & omnino judicant retinendum* Agericum, *à* Ruriciis *diſtinctum: quibus ſane nihil eſt quod prohibeat ipſum interponere.*

B *Pag.14 Poſt titulum Vitæ ponatur ante Cap.1.*

# PROLOGUS

## *Ex Ms. Bibliothecæ Colbertinæ Pariſiis.*

*Rationem reddit Hugo*

ANtiquam ſeriem vitæ glorioſi Præſulis Sacerdotis relegens, & in eâ quædam ſuperflua, quædam autem ſcriptorum vitio depravata conſpiciens, moderno tempore corrigere ſtatui; ejuſdemque hiſtoriæ textum, compendioſa brevitate transformatum & melioratum, lucidius honeſtiuſque depingere: ad quem poliendum & elimandum compoſui mihi multas hiſtorias, quaſi limas, ut nihil habeat niſi ſplendidum & honeſtum; & undecumque textum, undecim diſtinguendo Capitulis, adornavi. Quædam quoque diverſis hiſtoriis, ubi opportunum duxi, ex latere in marginibus *a* ſubnotavi, ut ex his Lector lineam temporum cognoſceret, & ex brevi multa colligeret. Adjeci etiam de Tranſlatione ejuſdem beatiſſimi Præſulis *b* Capitulum unum. Verum non ſtudeo verbum pro verbo tranſcribere, nec tamen omnino nova pro veteribus cudere; ſed ſenſum ex ſenſu, ſecundum ingenioli mei paupertatem, meliorando depromere; ſicut poterit Lectoris ſolertia, utramque ſeriem perſcrutando, facile comprobare. Quod ut facerem Domnus *c* Arnaldus Abbas me monuit, ipſius S.Sacerdotis Abbatiæ Proviſor; cujus imperium contemnere, multâ illius devictus obſecratione, non valui. Compulit me etiam meritum tanti Confeſſoris, & virtutes quæ apud ejus ſacratiſſima oſſa crebrius fiunt. Et cum cernerem antiquorum Tyrannorum hiſtorias oratoris facundia excellenter evehi, & hujus ſancti atque clariſſimi Sideris, Sancti ſcilicet Sacerdotis, vitæ ſeriem ſcriptorum negligentia deprimi; & ita veritatis rationem in eadem ſerie quaſi quibuſdam ambagibus occultari, quemadmodum ſolet aliquando ſol nubibus obſcucari; indignum viſum eſt mihi, nec potui ullo modo pati, quin ſplendidum honeſtumque aliquid de eo conſcriberem; maxime cum & materia non deeſſet, & antiquarum hiſtoriarum ordo huic noſtro operi ſufficienter ſuffragari valeret. Denique exigit & meæ fidei probatio, ut in Dei laude & Sanctorum ejus aliquod opuſculum devotus faciam, ad laudem & gloriam ipſorum; quatenus ipſi Sancti impetrent mihi, apud judicem & redemptorem meum, veniam delictorum. D

a

b

C

*ordinis & ſtyli in tranſlatione ſervati,*

c

*tum quibus ex cauſis ſcribere ſit aggreſſus:*

Ceterum, de facultate ſermonis, in eo ſpem poſui, qui dixit; Aperi os tuum, & ego adimplebo illud. Meus igitur pauper affectus illius poterit ditari facultate, ad laudem hujus Confeſſoris, ad cujus vitæ ſeriem aliquid apponere non eſt laude dignum, ſed nefarium: vera enim ſanctitas & pura religio non indiget hominum mendacio, ſed tunc obſcuratur potius cum commento falſitatis involvitur. Poteſt tamen quorumdam verborum pondere meritum cujuſlibet apud homines commendari, & ejus laus oratoris peritia venuſtari: verum ab omnipotenti Deo uniuſcujuſque meritorum qualitas, ſine orationis interpretatione, dignoſcitur. *Deum invocat.*

Hæc præmittens, nunc ad invidos verba converto, qui vetera faſtidiunt, & nova proſequuntur: & eos moneo, ne meum opuſculũ, quia novũ non eſt, forte contemnendum exiſtiment: nam omnia vetera, nova fuiſſe, nulli dubium eſt. Meminerint etiam, quæſo, quia Moyſes natus quarta ætate, ab origine mundi hiſtoriæ ſuæ cœpit exordium; & Joſephus, hiſtoriæ Antiquitatum ſcriptor, libros Moyſi diverſa verborum retractavit ſpecie: beatus etiam Hieronymus transferre non diſtulit, quod jam à veteribus tranſlatum fuerat; adjecit etiam in ſua tranſlatione plurima, quæ fuerant prætermiſſa. Poſſem, ſi vellem, hic plures commemorare viros, & de modernis exemplum ponere: ſed hos tantum inſeruiſſe ſufficit. Licet igitur ſapienti, ſicut exiſtimo, de antiqua re veridicam hiſtoriam texere, & pro incultis ſermonibus honeſtiores ponere: valetque quis aliquando, de una eademque re, duplici modo diſſerere, & in utroque verum exprimere: alterum etiam oratorem ſæpe videmus, orationem alterius quadam verborum affluentia ſubornare, & eamdem rem diſſimili modo dicere. At ſcio mihi non licere, quod viris ſanctiſſimis & diſertiſſimis licuiſſe probatur: quia oratorum facundiam non habeo, neque calleo artem per quam hæc fiunt; niſi quia, ſicut jam dixi, in virtute ſancti Spiritus anchoram fidei collocavi. Nam & in præſenti tempore idem ſanctus Spiritus luculentam & caſtigatam ſermonis efficaciam, ad multorum ædificationem, quibus vult ſuggerit; qui olim Eccleſiæ ſuæ ſanctæ de Perſecutore Doctorem, & de Publicano ſua gratia Euangeliſtam exhibuit. Quo Spiritu fretus, quamvis indignus, tamen hoc onus devotus ſubire non metuo. *& cœpti operis explicationi conſulit.* *exemplo aliorum qui veteres hiſtorias novo cultu ornarunt.* E F

## ANNOTATA.

a *Hæc notata marginalia, primo Hugonis manuſcripto adjuncta, tranſcribere nemini poſtea curæ fuit, nec Sarlati quidem.*

b *Illud infra incipit num.21.*

c *Extat quidem apud Sammarthanos aliqua Abbatum Sarlatenſium ſeries, ſed perquam conturbata, nec uno loco mutila. Placet igitur, ex inſtructione prælaudati Armandi Gerard, aliam ab hoc accuratius deductam proponere; juxta quam* Arnaldus *hic nominatus, præfuiſſet ab anno* 1122 *ad* 1134; *quando adhuc vixiſſe & floruiſſe potuit Hugo Floriacenſis, licet is Chronicon ſuum dicaverit Yvoni Carnotenſi, ſub annum* 1115 *defuncto. Seriei tamen Abbatiali præmittitur ſeries Comitum Petragoricenſium hoc modo:*

*Anno* DCCCLXVII *mortuo* Emenone *&c. in App. pag.* 795 *col.* 1 C — *ſed col.* 2 *poſt medium ſic lege* — x Arnaldus, *is ipſe cui Hugo Floriacenſis hæc S. Sacerdotis Acta exornavit: omnino autem corrigendi ſunt Sammarthani &c.*

A *Pag.* 15 *Annot.* c — *ſeu* Calviniacum — *ſcribe* — *prope* Calviacum.

*Pag.* 18 *num.* 24 Funes *b* lignorum — *l* — funes *b* ſignorum — *& conſequenter muta pag.* 20 *Annot.* b, *atque hanc ſubſtitue*:

b *Ita legendum, non* funes lignorum, *appoſite monuit Claudius Caſtellanus*: ſigna *autem intelliguntur* campanæ; *unde etiam nunc in pluribus ad Ligerim eccleſiis* Sonner le ſeing, *eſt*, pulſare campanam. *Atque hinc pulſus ille qui ab excubitoribus fieri ſolet in quacumque re ſubita aut periculo*, le Tocſin *dicitur, quaſi* Tactus ſigni; *ipſaque campana, ei uſui deſtinata, ſic etiam appellatur.*

*Annot.* e *lin.* 11 *poſt* — *credere* — *dele* 9 *lineas uſque* — *Ex hoc porro.*

*Pag.* 22 *ante Appendicem ponendum* Supplementum Miraculorum *ut eſt pag.* 796.

*Pag.* 23 *adde ex pag.* 797 *de nova capſa, atque hæc ſubjunge* — *Eodem anno abſoluta Pariſiis eſt impreſſio propriorum Officiorum diœceſis Sarlatenſis, juſſu Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. Franciſci de Salagnac de la Mothe-Fenelon, ac venerabilis ejuſdem Eccleſiæ Capituli, curata à prælaudato Canonico Gerard. In his* S. Sacerdos *ſuum habet per integram Octavam, cum Antiphonis, Reſponſoriis, Hymnis, atque Capitulis propriis. Similiter & ad* XXXI *Maji Proprium de* S. Mundana *exhibetur, ubi* B *Lectio VI hoc fine clauditur*; Ejus corpus juxta filii ſepulcrum diligenter collocatum eſt; ubi divina opitulante gratiâ multa miracula ſunt patrata. Ad ejus memoriam, in adverſa fluminis ripa, prope Toparchiam de Fenelone diœceſis Cadurcenſis, conſtructa viſitur eccleſia, & prope eamdem ſpecus oſtenditur, in qua B. Mundana, pœnitentiam agebat: ſed & fons ſpecui adjacens, cujus aqua, ad hæc uſque tempora, capite laborantibus eſt remedio & ſaluti. *Quæ eadem etiam indicantur in Hymnis ad Veſperas & Laudes, cum hac propria Oratione*: Sanctæ Mundanæ, Martyris tuæ, Domine, ſupplicationibus tribue nos foveri; ut cujus venerabilem feſtivitatem annuo frequentamus obſequio, ejus interceſſionibus ſublevemur & meritis.

*& publicatum Officium proprium, tum ipſius Sancti,*

*tum matris Mundanæ pro* 31 *Maji*

## DE S. HILARIO EPISC.

C *Pag.* 24 *Miratis ac pene indignitatis nonnullis, quod in Commentario, ad Acta* S. Hilarii *prævio, nihil dixerit Henſchenius de S. Leonis Papæ contra ipſum judiciis & querelis, facere volens ſatis; & ſupplere defectum in ea parte, non ipſius tantum, ſed etiam meum, nihil in Scriptione Henſcheniana mutabo, ſed additis duobus novis Paragraphis, extendam hoc Prologomenon, trifariam dividendum, ſic ut pars* 1 *Henſchenio tota, ut eſt, maneat; cetera meo nomini adſcripta cenſeantur. Sit ergo poſt titulum*

## COMMENTARIUS PRÆVIUS.

### §. I. Ætas Veneratio, Tranſlatio, Epitaphium, & laus S. Hilarii.

ARelas *ſive* Arelate *&c. pag.* 24: — *num.* 4 *lin.* 3, *pro num.* — 23, ſcribe — 30.

*Pag.* 25 *lin.* 6 vitam — *in margine* ſcribe — *alias* mutans, *& ante num.* 6 adde — *Ipſius autem tumuli inſcriptio talis à Quenellio infra citando proponitur*, SACROSANCTÆ LEGIS ANTISTES HILARIVS HIC QUIESCIT.

### §. II. Vita S. Hilarii, quando & à quo ſcripta, & qua certitudine? certe non à S. Honorato Maſſilienſi

D CVm *in ipſo Vitæ hujus Prologo aperiat Auctor, ſe non tam ad ſcribendum, quam ad dicendum de laudibus* S. Hilarii *proceſſiſſe, victum merito* Dominorum præſentiumque Pontificum; *& quidem non abſque timore, ne ſua* obedientis temeritas imminuat judicium tam ſublimium Sacerdotum: *cumque in fine num.* 30 *clarius etiam caveat*, ut amplius quam in prædicatione ſufficit, non dicat; *haud egre colligitur, id factum eſſe in aliqua Arelatenſium Synodorum, quam oporteat eſſe habitam poſt mortem, non ſolum Leonis Papæ, qui duodecimo poſt* S. Hilarium *anno obiit; ſed etiam ſucceſſoris in Arelatenſi Cathedra, ut minimum unius. Nam & num.* 22 *meminit* Leonis, *ut jam* ad ſupernam gratiam vocati; *& num.* 32, renaſci in Succeſſoribus *Sanctum, ait; unum ſaltem jam obiiſſe indicans, puta Ravennium, anno* CCCCLXII. *Apparet etiam ex eodem Prologo, cum qui in tali Epiſcoporum conſeſſu cavet*, ne vocetur in culpam, ſi nequeat excolere ſterili ſermone propoſitum materiæ, ubertate loquendi indocta ruſticitate depreſſus; *nec ætate, nec ordine auditorum plerique ſuperiorem fuiſſe; ſed juvenili ſolicitudine phraſes & verba exquiſiviſſe ad excolendum ſermonem; quod etiam ex decurſu ſatis apparet. Proinde, ſi Epiſcopus fuit* (*quod fuiſſe ſuadet peroratio petentis, ut Sanctus eum* faciat ſuis patrociniis, in illa examinatione tremenda, meritum Sacerdotis invenire) *fuerit ad dicendum invitatus ab aliis Coëpiſcopis, tamquam junior à ſenioribus: quem tamen quia oportet non omnino fuiſſe puerum, quando exequiis Sancti interfuit anno* CCCCXLIX, *concipere poſſumus iſta dixiſſe in ætate circiter quadragenaria aut quinquagenaria; puta in Synodo anni* CCCCLXIV, *in qua fuit tractata cauſa Mamerti Epiſcopi; vel in ea, quæ anno poſt illam decimo convenit contra Prædeſtinatianos; vel in alia, nobis ignota quidem, ſed quæ tamen fuerit tempore vicina.*

*Ex Prologo intelligitur Vita recitata in Synodo*

*& auctor Epiſcopus, ſed ex junioribus unus fuiſſe.*

E 9 *His poſitis, facile erit dijudicare, quam exigua veriſimilitudine dicatur* S. Honoratus Maſſilienſis, *vitæ de qua agitur auctor fuiſſe; excuſanduſque nobis erit Henſchenius, quod homo ſenex, textum in Barali nactus vix intelligibilem, & feſtinans ante mortem abſolvere Majum, non indulſerit ſibi ipſi moram, expendendi ſingula ſcrupuloſius. Ego vero poſtea eadem relegens, uniceque intentus in collationem primi illius textus, cum altero haud paulo meliori per Poſſinum ſubmiſſo, quid mirum, ſi non cogitaverim, quam parum iſta convenirent cum ætate* S. Honorati? *Maxime præoccupatus auctoritate prætenſa Gennadii; qui cum ipſe quoque Presbyter Maſſilienſis fuerit, optime videbatur ſcire potuiſſe, quid ſcripſerit Eccleſiæ ejuſdem Epiſcopus, tum cum ſcriberet ipſe recenter ad eam Cathedram promotus? Neque ſane ab hujus ætate abluditut* S. Hilarium (*ſicut prætenſus Gennadius dicit*) *habuerit* nutritorem, *ejuſque exequiis junior interfuerit. Sed conſiderandum futrat, quod primum factus Epiſcopus ſit* Honoratus *ſub annum* CCCCXC, *adeoque fuiſſet ſexagenario major, quando iſtam de* Hilarii *laudibus orationem habuiſſet; quod cum præmiſſis omnino non congruit: neque cum hujuſmodi Præfatione quæ incipit*, Conſcius imperitiæ meæ & non ignarus ignaviæ, dum teneram verecundiæ frontem ſilentii latebris volui cunctabundus operire, eamque ſub velamine taciturnitatis abſcondere, juſſionibus venerabilibus diutiſſime repugnavi.

*adeoque non S. Honoratus Epiſcop. Maſſilien.*

*tunc ut minimum ſexagenarius.*

F 10 *Paſchaſius Quenellius, infelix* S. Hilarii *vindex, qui hanc eius Vitam ſecundo ſuo de operibus S. Leonis Papæ tomo ſubtexuit, nobiſque hic novæ collationis ip-*

A *Sed Reverentius,* *inſtituendæ neceſsitatem impoſuit, præfatur ipſam habuiſſe ex Ms. Codice Arelatenſi, ubi* illius auctor dicitur Reverentius, Hilarii ſucceſſor: ſed nullus eſt, *inquit,* hujus nominis ſucceſſor Hilarii, qui vero in ejus locum proxime ſuffectus, Ravennius eſt, quem Vitæ hujus auctorem non eſſe Vita ipſa clamat .... Crediderim ego Reverentium illum, cui Vitæ ſcriptum tribuit Codex Arelatenſis, alium non eſſe ab Honorato, qui, ſervata nominis ſui ſignificatione, ſub Reverentii nomine voluerit latitare: Honos quippe & Reverentia idem ſonat. Favet conjecturæ plurium ſcriptorum ejuſdem ævi exemplum, qui vel tacito nomine proprio, vel etiam ſub alieno, tractatus varios emiſerunt. *Faverem & ego, ſi ſcriptam ſolum fuiſſe Vitam conſtaret, non autem & dictam, & quidem ab Epiſcopo, in confeſſu Epiſcoporum, ipſo dicente tanto dignorum & ſeniorum, ut quaſi imperare eidem potuerint. Aſt nullus invenitur* Reverentius Arelatenſis Epiſcopus, *nullus etiam eadem in provincia cui iſto tempore tale nomen fuerit. An ergo nullus fuit? Nemo credo dixerit, intelligens quam multa nos eo tempore lateant Epiſcoporum nomina. Certe* Leontii, *ſecundi poſt Hilarium ſucceſſoris, nulla ultra annum circiter* CCCCLXXIV, *inveniturmemoria; &* Æonium *conſtat primum cœpiſſe anno* CCCCXCII *vel* IV. *Quin igitur dici poſſit inter utrumque medius ſediſſe* Reverentius; *in ipſaque ſuæ Ordinationis recenti lætitia coactus fuiſſe ab Ordinatoribus ſuis, ut recurrente* S. Hilarii *anniverſario, eumdem coram ipſis per ſe laudaret. Præterea Sidonius Apollinaris libro 7 Epiſtola 6,* ad Baſilium, *infra laudandum Aquenſem Epiſcopum, queritur quod Evarige Gotthorum Rege, Provinciam totam Aquitaniamque occupante & percurrente, ſub annum* CCCCLXXII Burdegala, Petragorii, Ruteni, Lemovices, Gabalitani, Heluſani, Vaſates, Convenæ, Auſcenſes, multoque major numerus civitatum (ſummis Sacerdotibus ipſorum morte truncatis, nec ullis deinceps Epiſcopis in defunctorum officia ſuffectis ...) latum ſpiritualis ruinæ limitem traxit. *Suberant iſti omnes populi Arelatenſi Primatui, & nullius iſtorum, præterquam Burdegalenſis, Lemovicenſis, & Gabalitanæ Eccleſiæ nominatur Epiſcopus, à tempore* S. Hilarii *uſque ad finem ſeculi iſtius* V; *ut facile inter iſtos, totque alios nuſquam adhuc repertos, latere poſſit* Reverentius, *qui iſtam panegyrim dixerit, eo quod congruum judicamus tempore, ante vel poſt S. Leontii mortem, ſi hic poſt annum* CCCCLXXIV, *cito deſiit eſſe in vivis.*

*alteriuscerte Sedis Epiſcopus.*

C *Gennadii de Honorato locus.* 11 *Quod porro ad* Gennadii *auctoritatem attinet, hujus librum editurus ſimul & notis illuſtraturus Myræus, Antverpienſis Decanus, noſtri Petri Franciſci Chiffletii litteras, datas Veſontione an.* 1638, *hujuſmodi accepit:* Gennadii Maſſilienſis de Scriptoribus eccleſiaſticis habeo exemplar unum, edito non amplius, imo contractius in fine: Pomerium enim nonageſimo primo eoque ultimo capite recenſet, Honoratum Maſſilienſem præterit. Sane Vitam S. Hilarii Arelatenſis, quam Auctor Chronologiæ Lirinenſis huic Honorato inſcribit, Petrus Saxius in Pontificio Arelatenſi ex Ms. Codice vindicat Reverentio ... Hilarii ſucceſſori: & ſunt alia, quæ mihi ſuſpectum faciunt illam apud Gennadium Honorati Maſſilienſis mentionem. *Tale etiam eſſe poteſt quod* Gennadius, *ſuos quoque libros recenſens, ultimum eorum miſiſſe ſe ſcribit ad* B. Gelaſium, urbis Romæ Epiſcopum, *quaſi tunc adhuc viventem (qui tamen obiit anno* CCCCXCVI) *adeoque haud multo poſt Ordinationem* Honorati. *Labbæus quoque noſter, in ſua de Scriptoribus Eccleſiaſticis Diſſertatione, agens de S. Cæſario Arelatenſi, hujus elogium ait* multis de cauſis *ſibi videri* aſſutum Gennadio, à poſteriori aliquo Scriptore, qui poſt Caput 85, in quo de Fauſti Regienſis libris agitur, tamquam antidotum voluit adhibere, ſubjungens multa de Cæſario, Fauſti hoſte acerrimo (qui *Cæſarius,* Gennadio Catalogo ſuum ſcribente, nondum erat Epiſcopus) & de Felice Papa (*ſcilicet* IV, *ſub annum* DXXVI *primum ordinato*) collecta ab eo, *id eſt, Cæſario Epiſcopo,* teſtimonia Scripturarum & ſanctorum Patrum de gratia & libero arbitrio per ſuam Epiſtolam confirmante ac roborante: quæ omnia manifeſte innuunt Concilii Arauſicani II tempora, *& annum Chriſti circiter* DXXIX. *Rurſum autem de ipſomet Gennadio agens idem Labbæus,* Dum *veterem, inquit,* editionem, Baſileæ anno 1529, apud Andream Catandrum vulgatam, evolverem, conjecturam meam deprehendi indiciis quibuſdam ſtabiliri: deeſt enim Gelaſius inter Joannem & Honoratum; inter Theodulum & Joannem Sidonius; inter Fauſtum & Servum-Dei Cæſarius. Ad hæc in Mss. Codicibus magnam reperiri varietatem audio, quam alibi diligentius excutiemus. *Quod licet nondum factum ſit, ſatis tamen jam habere videmur, ut neque* Gennadium *credamus adſcripſiſſe* Honorato *Maſſilienſi Vitam* Hilarii, *neque ex coævis aliquem; ſed alterum, multis fortaſſe ſeculis poſteriorem; quod erit æſtimandum ex eorum codicum ætate, in quibus id ſcriptum primitus fuiſſe reperietur.*

*ſuppoſitionis ſuſpectus eſt,*

B *ſi non Arelatenſis, quod eſſe potuit,* 12 *Franciſcus Marcheſius, Romani Oratorii piiſſimus nobiſque amiciſſimus Presbyter, qui Honorii Papæ vindicias contra Combefiſium ſcripſit, ſanctum quoque Leonem defenſurus contra Quenellium, multum præſidii collocantem in iſta* S. Hilarii *Vita, perquam ſolicite me rogavit, ut Henſchenii noſtri remiſſius hic agentis defectum ſupplerem; quaſi multum ad rem faceret S. Leoni, in iis quæ cum* Hilario *acta ſibi ſcribit, non inveniri contraria* S. Honoratum. *Sed Exim. Chriſtianus Lupus, Henſchenii quondam diſcipulus, in ſuo de Appellationibus libro, iſtum Marcheſii conatum prævertens, nihil magnopere intereſſe eenſuit, quis fuerit* S. Hilarii, *ut ipſe vocat,* Encomiaſtes; quem prætendunt *inquit,* S. Honoratum eſſe Maſſilienſem Epiſcopum: *in eaque auctoritate refutanda haud multum ſolicitus, cum retuliſſet mox infra dicenda de Gennadio interpolato,* Quidquid ſit, *inquit,* nec Ravennius *de quo infra,* nec Honoratus, nec Angelus de cœlo, poſſit evacuare fidem Magni Leonis. *Vidit ſcilicet ſcriptor ſagax, in ea auctoritate vel antiquitatem ſcriptoris vel ſanctitatem prætendi; earum vero neutram quidquam facere in cauſa, ubi auctoritati quicumq; opponebatur auctoritas* Leonis *Pontificis; tam Sancti, ut mentiri nollet; tam antiqui, ut nemo propinquior haberi poſſit teſtis ejus rei cui interfuit, quamque ipſe ut judex geſſit. Fortaſſis etiam hoc agnovit, ſi de antiquitate quæſtio eſſet, auctorem Vitæ dici poſſe ipſo qui prætenditur* S. Honorato *in ordinatione Epiſcopali priorem, licet ætate multo juniorem; cui tamen injuria non magna fieret, ſi diceretur in iis quæ Romæ geſta erant anno* CCCCXLV, *ex auditu & relatu Arelatenſis Cleri, poſt annos viginti aut triginta narrandis, ſcripſiſſe minus vera: magna autem fieret* S. Leoni, *ſi vera ſcripſiſſe dubitaretur, in Epiſtola vulgo 89, ad Epiſcopos Viennenſis provinciæ. Cum enim iſtum poſſit excuſare bona fides, audita referentis;* Leo *non poſſet non damnari impudentiſſimæ calumniæ, falſa ſcribens; quis obſecro, intelligens quam ſanctus vir* Leo *fuerit, huic dubitabit dare fidem; illi, quamvis ſancto, contraria ſcribenti, derogare?*

*Quiſcumque autem fuerit Vitæ auctor,*

*in controverſia tamen Hilarii cum Leone,*

F

*hujus poſtior auctoritas eſt,*

13 *Etenim quin eam derogemus alterutri, cavere neutiquam poſſumus: quia nimis quam diverſa ſunt, quæ de eodem facto uterque narrat. Scribit Leo,* nihil Hilarium habuiſſe rationabile, quod in ſanctorum Concilio Sacerdotum poſſet reſpondere: *eumdem laudat Encomiaſtes,* Quod ſolus tantos ſuſtinuit, quod re-

*quem gravius ſit calumniatum credere,*

AUCTORE D. P.

quirentes edocuit, quod altercantes vicit. *Queritur Leo*, ad ea se occulta cordis istius transtulisse, quæ nullus laicorum dicere, nullus Sacerdotum posset audire. *Nihil tale Encomiastes, sed potius miratur*, quod nequaquam minantes expavit, quod potentibus non cessit, quod in discrimine vitæ positus communioni ejus (*Celidonii videlicet*) quem cum tantis viris damnaverat, conjungi nullatenus acquievit. *Ille* tumorem mentis ejus, superbiæ spiritu inflatæ, & nimis impiam præsumptionem *arguit, talemque assertum extitisse*, ut B. Petro nollet esse subjectus, & frequentius temerariis & insolentibus verbis sententiam damnationis expeteret: *hic vero scribit, Hilarium* B. Leoni se illico præsentasse, cum reverentia impendisse obsequium, & cum humilitate popposcisse, ut Ecclesiarum statum more solito ordinaret. *Denique Leo graviter expostulat, quod Hilarius*, meriti sui conscius, cum quæreretur ad causam, turpi fuga se credidit subtrahendum; *Auctor vero ille, & sapientiæ & fortitudini imputat, quod* custodibus appositis, hieme sæviente, quos ratione non flexerat credidit relinquendos.

*quam alterum, incertas relationes secutum.*

## §. III. Crimina S. Hilario à S. Leone Papa impacta, quæ & quatenus excusari possint.

14 *Indiscreto sui juris tuendi zelo ductus Hilarius,*

SI Leoni, *quæ coram oculis suis erant gesta mox scribenti in Gallias, major est habenda fides, quam Encomiastæ ad laudandum adducto, deque rebus præteritis ex minus certa scientia locuto; non poterit non reus haberi* Hilarius, *humano saltē judicio, licet divino forsitan minus peccaverit, certum se putans, quod in deponendo Celidonio tanta testimoniorum evidentia usus esset & ipse & Coëpiscopi sui, ut crederet, ne quidem Romanum Pontificem melius posse judicare de causa: itáque acciderit, ut in ipso detrectandæ recognitionis fervore siverit sibi elabi aliqua, jus ipsum appellationum Romanarum tangentia. Hoc in puncto utinam* Hilarium *non sic defendendum suscepisset Quenellius, ut & ipse jus illud ab Ecclesia Gallicana, ante istam controversiam, unquam agnitum fuisse negaret! non periisset illi credo gratia, ex illustratis insigniter S. Leonis operibus debita; nec Pontificia censura notati essent libri, alias plurima eruditione referti; neque tam latum de se triumphandi campum aperuisset Patri Lupo, in illo præclaro volumine, quo hic* divinum ac immobile S. Petri Apostolorum Principis, circa omnium sub cælo fidelium ad Romanam ejus Cathedram Appellationes privilegium, adversus profanas hodie vocum novitates, *asseruit. Harum contemptū in* Hilario *à* S. Leone *fuisse potissimum justissimeque redargutum, videtur non animadvertisse Baronius, cum ad an.* 445, *illa culpa prætermissa, damnatum* Hilarium, *ait, quod* in provincia Viennensi ordinatum præsumpsisset deponere Episcopum Celidonium. *Nec enim* (*ut recte probat Quenellius*) *Viennensis provincia tunc erat ab Arelatensis Primatus dispositione extranea: sed injuste depositum se querebatur Celedonius appellato Pontifice, à quo ipsum non temere neque injuste in sua appellatione susceptum credimus, ideoq; nolumus huc trahi ejusdem Baronii verba ad an.* 464 *de* SS. Mamerto & Hilario *sic conjunctim loquentis*: Non mireris, lector, Romanum Pontificem adversus Mamertum adeo vehementer insurgere, virum (ut declararunt eventa) sanctitate insignem: in his enim quæ contentiosi fori sunt perfacile est quemquam decipi: persimile enim & S. Leoni accidit, qui in S. Hilarium eâdem ferme ex causâ acerrime invectus est. Quis nesciat sæpe accidere, ut falsis accusationibus & subreptionibus aures Pontificum repleantur; ut cum putant agere quod justum appareat, exagitent innocentem.

*urguitur à Leone,*

C

*non quasi in aliena provincia Celidonium deposuerit,*

*sed quia ejus ad Pontificem appellationi non satis detulerit.*

*Valeat hæc pro* Hilario *excusatio in criminibus, eidem, post suum ab urbe parum gratiosum secessum, coram Pontifice jam irritato objectis, de quibus agitur in Epistola, quinto ab inde mense scripta: valeat etiam, si quis id velit, contra Celidonium, quasi subornatis emptisque testimoniis minus veracibus Pontificiam absolutionem subripuerit: sed non valeat in Appellationis rejectione, cujus rejectionis, non tamquam judex ex alieno relatu, sed tamquam testis ex proprio auditu supra comparuit* S. Leo: *quam culpam nisi crederemus ab* Hilario *submissiori denique responso deterſam fuisse, sicut ipsemet tandem Encomiastes ait, sancti viri & Episcopi Catholici officio defuisse eum estimaremus.* D

15 *His in genere præmissis, meminisse Lectorem velim eorum, quæ num.* 7 *præmisit Henschenius, de* S. Germani *Autissiodorensis ad* S. Hilarium *Arelatensem excursu; eaq; conferre cum legendis in hujus Vita num* 21, *de communi utriusque opera in ordinandis iis Galliarum Provinciis, quæ Arelatensis Archiepiscopi cognitioni quadamtenus suberant. Causa autem expetendi societatem* S. Germani *in excursibus istis Archiepiscopalibus*, Hilario *fuisse videtur, non solum illius viri eximia sanctitas & prudentia,* sed etiam (*ut recte notavit Quenellius*) quia plures tunc erant Viennensis Provinciæ civitates, quæ non esset Romanæ ditionis, sed parerent Burgundionibus: quibus, videlicet ab Aëtio relictis, Sabaudia concessa erat, cum indigenis ita porro dividenda, ut finibus deinde vi armorum per vicina propagatis, in Prima Lugdunensi, Maxima Sequanorum, Viennensi, & aliis sedem fixerint. Potuit igitur S. Germani opem eam ob rem Hilarius poscere, ut apud alienæ ditionis populos, quibus acceptissimus erat eorum ille contribulis, plus valeret Episcopalis auctoritas: *nam Autissiodori, non tantum Episcopus, sed & natus erat* S. Germanus, *& uno dumtaxat ante* Hilarium *anno obiit. Ista autem eorum conjunctio vehementer elevat illorum omniū excessuum fidem, qui,* S. Hilario *apud* S. Leonem *impacti, nimis facile fidem invenerunt, in ipso contentionis jurisdictionalis fervore. Ordior ab eo quod primo præcipueque delatum susceptumque, latam veluti portam aperuit in animo* S. Leonis, *ad plures gravissimasque criminationes contra* Hilarium *intromittēdas. In Vita S. Romani Abbatis Iurensis,* 28 *Febr. per Henschenium illustrata, dicitur is ab Hilario ordinatus* Sacerdos (*Presbyterum quinti ævi scriptor dixisset*) *qui* venerabilem Celidonium, Metropolis Vesontionensis Patriarcham, Patricio Præfectorioque fultus favore, indebitam sibi per Gallias vindicans Monarchiam, à sede Episcopali, nulla existente ratione, dejecerat. *Ea Vita, quia supparis ætatis Auctorem præferebat, passim viris eruditis persuasit, revera Vesontionensem Archiepiscopum Celidonium istum fuisse: sed propius eam examinans Quenellius, non solum in ista jam allegata plagula, pene tot indicia novitatis ac suppositionis reperit quot verba; sed etiam in reliqua ejusdem auctoris scriptione, de SS. Romano, Lupicino & Eugendo, tam multa annotavit huic ætati neutiquam adscribenda, ut tractatui tam licenter interpolato, ne dicam supposititio, nihil magnopere credi posse, unde sequela aliqua historica ducatur, evidentissime appareat. Rectius omnino videtur Quenellius* Celedonium, *facere, unum ex Viennensis Provinciæ, tum adhuc* Hilario *subjectæ, Episcopum; & quidem alicujus civitatis etiamnum ad Romanos pertinentis: atque hoc ipsum confirmat zelus Valentiniani Imperatoris pro manutenendo Celidonio; cui quis credat illum ita fauturum fuisse, contra Romanæ ditionis Archiepiscopū, si is alienus à sua fuisset: aut quomodo præsumi potest* Hilarium, *jus sibi arrogaturum fuisse in alienæ inimicæque ditionis Metropolitam, visitando ejus provinciam, Synodum cogendo, ipsummet deponendo?* E

*Videtur Hilarius S. Germanum habuisse socium.*

*ut ejus apud Burgundiones gratia juvaretur.*

F

*Celidonius quem deposuit, Episcopum, non Vesontionensem.*

*(ut habet interpolata Vita S. Romani) sed ipsi subjectus.*

16 *Quod autem ad causas depositionis attinet, tales pro-*

A *proferuntur, quamvis video quomodo aut falso allegari potuerint, quod neceſſario ſupponit* Leonis *ſententia; aut vera ſi fuerint, ſubornatis quomodocumque teſtibus obſcurari; quod tamen videtur admitti ab eo debere, qui vellet* Hilarium *ejuſque Synodum excuſare. Quid enim facilius fuit quam ſcire, fueritne, vel non fuerit aliqua legitimis nuptiis viro juncta? judex quis in cauſa capitali ſederit, an non ſederit? ſunt enim hæc ejuſmodi, quæ debent & poſſunt publice conſtare, neque poſſunt clam geri. Hæc conſideratio pene me cogit ſuſpicari, in hac cauſa aliquid ambigui, non tam facti, quam juris fuiſſe. Fuerit autē, ſi, nupta quidem, ſed matrimonio numquam conſummato virgo vidua, ad Celidonii thorum tranſierit de qua agebatur, ſi lata ab eodem capitalis ſententia, ſed intercedente Principis clementia aut alia ex cauſa, non ſit executioni mandata. Neutro caſu irregularitatem contractam, ſuſtinere potuit* Celidonius *& judicaſſe* Leo *cum ſuis: contrarium potuit judicaſſe* Hilarius *cum Epiſcopis ſuis, & utrimque auditi teſtes verum dixiſſe. Non vacaverit tamen culpa* Hilarius, *ſi Gallicanum judicium Romano ſubjicere noluerit; ſed neq; caruerit excuſatione, apud Deum valente, ne ei imputaretur ad noxam letalem; etiam poſito quod (ſicut hic dici videtur) communionem ſuam Celedonio non relaxaverit* poſitus in diſcrimine vitæ: *ſicut ſimilis noxa* S. Paſchaſio Diacono, *ſchiſmati Laurentiano contra Symmachum Papam immortuo, ut dicitur* XXXI *Maji, non obfuit quo minus, adhuc exiſtens in Purgatorio, Sanctus eſſe divinis probaretur miraculis. Alia enim judicia Dei ſunt, interna noſcentis; alia hominum, ſola externa conſpicientium. Cæterum quod de* Patricio Prætorioque favore *ait Auctor Vitæ S. Romani; quodque trunculentiori etiam ſpecie propoſitum* S. Leoni *fuit, quaſi* militaris manus *ſequi ſoleret* Hilarium *per Provincias, eidem famulatura* ad invadendas per tumultum Eccleſias, quæ proprios amiſerant Sacerdotes; *id, inquam, aliud non videtur habuiſſe fundamentum, quam quod per inſeſſas infeſtaſque barbaris vias, ut belli tempore quandoque ſolet, Nobiles quidam ſequebantur Epiſcopum, cauſa tutelæ contra graſſatores.*

*cujus cauſa fuit ambigui verò ſimiliter juris, non facti;*

*in qua aliter Hilarus cum ſuis, aliter Leo judicarint,*

*illius vero pertinacia culpâ letali caruerit.*

17 De Projecto Epiſcopo, *cui irrogatam injuriam adeo pathetice exaggerat* Leo, *ea culpa tam enormis eſt, ut non potuerit in hominem, qualis erat* Hilarius, *cadere; nec fidem ullatenus habitura fuerit, niſi in animo ad quidlibet credendum per præjudicium apparato, aut evidentia facti teſtiumve multitudine convicto: quod ultimum excuſare* Leonem *poteſt, ſed non poteſt accidiſſe, niſi aliquid veri certique facti, accuſationi tam atroci occaſionem dederit: quod an valeat in* Hilario, *ex loci ac temporis circumſtantiis excuſari, benigno lectori divinandum relinquit Quenellius, dum nequidem conatur explicare; ſed ſatis habens appellare ſilentium Encomiaſtæ ſui, quē* S. Honoratum *vult credi, tamquam de re ſatis apud* Leonem *ab* Hilario *purgata, tamque notorie falſa, ut auditoribus purgari nulla ratione debuerit. Sit ita ſane; non fuerit curæ poſteritatis ei, qui præſentibus dicenda dumtaxat, non & futuris legenda ſcribebat: nunc alia eſt ratio, & excogitandum eſt verоſimile quidpiam, qua diluere tot in uno facto apparentia crimina potuerit Epiſcopus, (ut ſine dubio credimus) Sanctus. Ipſum prius omiſſis exaggerationibus referatur. Celedonii* negotio ſic, *ut dictum eſt*, finito, Romaque digreſſo Hilario; Fratris & Coepiſcopi noſtri Projecti, *inquit Leo*, querela ſucceſſit, cujus ad nos litteræ lacrymabiles & dolendæ, ſuperordinato ſibi Epiſcopo, ſunt directæ. Epiſtola quoque ingeſta eſt civium ipſius, & numeroſa ſingularum ſubſcriptione firmata, invidioſiſſimis contra Hilarium plena querimoniis, quod Projecto Epiſcopo ſuo ægrotare liberum non fuiſſet, ejuſque Sacerdotium in alium præter ſuam notitiam eſſe tranſlatum, & tamquam in vacuam hereditatem ab Hilario pervaſore heredem viventis inductum ..... Eſto ut brevis [fati] Fratri evenerit humanæ conditioni conſueta migratio, quid ſibi Hilarius quærit in aliena provincia? Exſpectarentur certe vota civium, teſtimonia populorum; quæreretur honoratorum arbitrium, electio Clericorum; quæ in Sacerdotum ſolent Ordinationibus, ab his qui noverunt Patrum regulas cuſtodiri .... Sed ille ... (directarum ad nos verba ſunt litterarum) ante abſceſſit, quam eum veniſſe noſſemus. Non eſt hoc redire, ſed fugere; nec ſalubritatem impendere diligentiæ Paſtoralis, ſed vim inferre latronis & furis ..... Militaris manus, ut didicimus, per provincias ſequitur Sacerdotem; & armati præſidii præſumptione ſuffulto, ad invadendas per tumultum famulatur Eccleſias, quæ proprios amiſerint Sacerdotes. *Hæc autem taliter ad ſe perſcripta à* Leone, *magis etiam exaggerat in ſuo contra* Hilarium *reſcripto Valentinianus Imperator, ut qui* Eccleſiæ Romanæ inconſulto Pontifice, indebitas ſibi Ordinationes Epiſcoporum, ſola temeritate uſurpans, invaſerit & alios incompetenter removerit, indecenter alios invitis & repugnantibus civibus ordinaverit: *dein ſubjungit, quod,* quoniā *tales* non facile ab his qui non elegerant recipiebantur, *Hilarius* manum ſibi contrahebat armatam; & clauſtra murorum in hoſtilem modum vel obſidione cingebat, vel aggreſſione reſerabat; & ad ſedem quietis, pacem prædicaturos, per bella ducebat.

*excuſari nequit ſi vera referuntur;*

18 *Velim præſumere, quod hæc ex Notarii Imperialis ingenio tam militariter expreſſa, non ex informationibus Romamiſſis, vel delatis è Gallia querelis, accepta ſint, & veritatem excedant: ſed ſolis Pontificis verbis inhærens, quā multiplex ibi delictum invenis? quā etiam atrox? ſi quidem verum. Quomodo autem non verū, quod integræ civitatis teſtimonio probatur? & ſi verū, quomodo excuſabile, ut delictū non fuerit? Invenietur tamen fortaſsis ratio, ſi inveniri poſsit provincia unde querela advenit.* Alienam *vocat Leo. Non fuit ea ergo, quod Baronius æſtimat* Viennenſis: *in hanc enim* Hilario *ante data poteſtas, primum Leonis ſententiâ ablata fuit per litteras* VIII *vel* III *Idus Januarii datas, anno* CCCCLV, *res autem prius debuit accidiſſe. Non fuit etiam provincia Alpium Grajarum & Peninarum, quia hujus Metropolis Tarentaſia ſcitur ordinationi Viennenſis Metropolitæ, atque adeo etiam Arelatenſis, ſubjecta fuiſſe. Cum autem* alienam *dicit Leo, talem etiam dicit,* quam nullus deceſſorum *Hilarii* ante Patroclum habuit; *quæque ipſa, eidem* à Sede Apoſtolica temporaliter conceſſa, poſtmodum ſit meliori ſententia ſublata. *Indicat Leo ſententiam Zoſimi: hic vero, ut ali provincias Patroclo ſubtraxerit, reliquit tamen ei Viennenſem ac Narbonenſem, tam Primam quam Secundam. Ex omnibus ergo ſubjectis olim Patroclo, Narbonenſem integram ſibi vindicante, reſtat Provincia Alpium Maritimarum, cujus Metropolita Epiſcopus Ebredunenſis* Innocuus, de ſuæ Provinciæ illicita ceſſione dudum ab Apoſtolica Sede culpatus *fuit, ut ait Epiſt. 4 Papa Hilarus, jubens ut is* Pontificium provinciæ ſuæ habeat, ſicut ſanctæ memoriæ deceſſoris, *Leonis ſcilicet*, definivit auctoritas. *Ex hac porro habetur prima* S. Hilarii *Arelatenſis excuſatio, ſi intelligatur, quod ei provinciæ ordinandæ intenderit, quam ſibi ſuus (ut præſumimus)* Metropolita ceſſerat, *licet eam ceſsionem* Leo *illicitam judicaverit. Certe inter accuſatores* Hilarii *non nominatur Metropolita aliquis, qui primo quæri potuiſſet ac debuiſſet, ſi ſubdito ſibi Epiſcopo fuiſſet, quæ prætenditur, facta injuria, cum violatione Metropolitici ſui juris conjuncta.*

*Sed illa provincia videtur fuiſſe Alpium maritimarum,*

*Projecto Epiſcopo invito ſuperordinatus ſucceſſor,*

*& quidem in aliena Provincia,*

19 *Nunc vero, ſi cauſa ceſsionis prædictæ in ipſa temporum iſtorum ratione quæratur, haud inveroſimili conjectura licebit eam definire. Vaſtaverant Provinciam iſtam, ex Italia in Galliam Narbonenſem tranſeuntes Gothi, ſeculo* V *per annos aliquot inchoato; per eamdem tranſiverant primum duce Attila Hunni, iterumque evocati ab*

*propter continuas incurſiones barbarorū.*



AUCTORE D. P.

E

*quam Innocuus Metropolita Ebredunenſis Hilario ceſſerat,*

F

AUCTORE D. P.

*Aëtio contra Visigothos ipsam conculcaverant; eamdem fere viam Wandali, Suevi, Alani tenuerant, dum Hispaniam peterent; & nuperrime, id est anno* CCCCXLIII, *Sabaudiam Burgundionibus Arianis Aëtius pranominatus cesserat, dividendam cum incolis, qui ea non contenti vicinas circumquaque provincias occupabant. Quam ergo facile concipi potest, talem ibi fuisse Ecclesiarum faciem, qualem post annos triginta in Aquitania deplorat Sidonius,* cum multo major numerus civitatum (summis Sacerdotibus ipsorum morte truncatis, nec ullis deinceps Episcopis in defunctorum officia suffectis) latum spiritualis ruinæ limitem traxerat. *Non erat* Innocuo *Metropolitæ satis animorum, ut ruinam ejusmodi per se repararet: elegerit ergo Provincia etiam suæ ordinationem* Hilario *concedere: qui cum consilio auxilioque* S. Germani, *in Viennensi & Narbonensi utraque, tam gnaviter rem agebat, per barbariem illam, quacumque necessitas postulabat, intrepide sese inferens; nobilium nihilominus amicorum militari comitiva contra viarum grassatores periculaque stipatus, non ad inferendam Ecclesiis vim, uti calumniabantur adversarii, sed ad eam à se suoq; comitatu avertendam.*

20 *Fortassis etiam Ecclesiæ plures, idoneis personis ad Episcopalia onera tali tempore sustentanda destitutæ, neque valentes electiones Canonicas apud se agere, delectum ipsi committebant: qui illuc inducebat quos probasset, vel jam ordinatos domi, vel ipso in loco ordinandos. Atque ita contigerit, ut audita creditaque præpropera fama de morte* Projecti, *ordinaverit aliquem, ordinatumque deduxerit in eam civitatem, quam putabat Episcopo viduatam. Cum autem eum sic vivere comperit, ut appareret citò moriturum; eumdem ibi vicaria opera ministraturum reliquerit; nihil tum quidem repugnantibus* Projecto *ac civibus: qui postea, per aliquam causam, ab Ordinato & Ordinatore ejus alieni, excitati sint in spem ejus exturbandi, cum viderunt* Celedonio *successisse ut judicio Romano victor remearet, Leonemque* Hilario *offensum audirent. Denique non difficulter concipio, quomodo & quare, ut loquitur Leo, tam* insperatus nescientibus supervenisse, & improvisus abscessisse voluerit, cursu celeri itinera multa conficiens. *Vrgente scilicet metu hostium vel etiam civium, cum præter opinionem spirare adhuc Episcopum comperisset. Quod autem sic festinare potuerit, argumento mihi est, alibi ordinatum fuisse quem in* Projecti *locum adducebat. Cum enim in Concilio Regiensi anno* CCCCXXXIX *præsidens* Hilarius, *evicerit depositionem Armamentarii Ebredunensis Episcopi, quod* absque trium Episcoporum præsentia, *& coram duobus tantum, fuerit ordinatus; credibile non est, quod solus ipse* Projecti *successorem præsumpserit ordinare, adeoque nec quod eum ipso in loco ordinaverit. Quomodo enim trium simul Episcoporum præsentia, una in civitate eaque fortassis exili, & Ordinatio novi Episcopi, utique solennibus ceremoniis in ecclesia coram populo facienda, potuissent tam occulta haberi, ut vere de eo adversarii scriberent,* Ante absceſſit, quam eum venisse nossemus.

21 *Plura in hanc rem qui volet, Quenellii eruditas Dissertationes sic legat, ut tamen sibi persuaderi non sinat, præcipuam offensi* Leonis *causam, jus scilicet Appellationum Romanarum ab* Hilario *negatum, vel saltem dubitatum, non fuisse justam; quin potius earum firmitatem inconcussam discat ex Christiano Lupo: qui Cap. 3 movens* Quæstiones aliquot circa lapsum Hilarii, *ipsum quidem ab omni hæretici erroris suspicione absolvit, qualem incurrisset, si vel Ecclesiæ Romanæ Primatum negasset, vel omnino ad ipsam non posse appellari substituisset (nimis enim bene in orthodoxa fide fundatus* Hilarius *erat) sed æstimat in Appellationis modo duo tantum exegisse, videlicet,* Ne Appellationi suspensivus tribueretur effectus, & ne retractatorium judicium Romæ fieret in tribunali Apostolico. *Vtrumque facile apparet ex relatu ipsius Encomiastæ: & utrique prætensioni potuit ansam præbere nova dignitas urbi Arelatensi nuper addita, per Gallicani Prætorii ac Præfecti Sedem ibi constitutam; plane sicut Exarchi Imperatoris præsentia postmodum Ravennates Episcopos contra Romanos Pontifices extulit, S. Mariniano agrius ferente, quod quidam Abbas Claudius, Romanum S. Gregorii judicium appellando suo recusavisset parere. Nempe* Prætorialium Præfectorum dignitas, *ait Lupus,* non permittebat eorum sententias per Appellationem suspendi ac retractari, sed dumtaxat ob humiles preces revideri, *Cæsareo jure vetante, Præfectum humiliari in Reum aut Accusatorem; sed ipsum jubente revisoria cognitioni adesse, imo & præsidere. Et hoc est, quod* Hilarium *dicit Encomiastes præfatum esse* se ad officia, non ad causam venisse; protestandi ordine, non accusandi, quæ sunt acta suggerere. Hæc *autem, inquit Lupus,* est vera, causa, ex qua Magnus Leo, offensum Hilarium volens dispensatorio beneficio mulcere, in retractatorio Chelidonii judicio non jussit stare ut Reum, sed gratiose permisit ut Judicem considere & suffragari. *Qui cum eo non contentus, omnino noluit Romæ ferendam sententiam expectare, merito visus est* S. Leoni, *ita sibi voluisse alios inferiores Episcopos subjicere,* ut se B. Apostolo Petro non pateretur esse subjectum. *Nam, ut bene Lupus;* quisquis Romanam Appellationem, licet non excutere, tamen studet juribus suis truncare, omnino ambit in subditos sibi Episcopos dominatum & tyrannidem exercere; & S. Petro, quemadmodum oportet, non esse subjectus.

22 *In hoc dum* Hilarii *causam Quenellius sustinere nisus fuit, censuram bene meritam incurrit, non incursurus (nisi fallor) si ab isto tam delicato puncto tangendo abstinuisset. Quapropter ejus operâ, in excusando à delictis impactis* Hilario *positâ, non verebor uti, æquali promptitudine damnaturus, si quid aliud in ejus commentariis displicuisse sibi Pontifex ostenderit. Sub hujusmodi cautela ad Acta* S. Hilarii *ut habentur pergo, ac primum mutari Titulum jubeo, & scribi,* Auctore supparis ævi Episcopo Reverentio, ex Ms. Arelatensi & Reginæ Sueciæ, collatis cum editione Barali. *Deinde ad novam cum Ms. Arelatensi collationem accingor, quædam etiam mutaturus vel additurus in Annotatis, eo liberius, quod magna eorum pars jam olim à me fuerit Henschenianis addita, post primam cum Ms. Reginæ factam à me collationem.*

*Pag.* 25 *in Prol. lin.* 9, quod *Arelat.* quia.

*Lin.* 12 *&* 11, Propositum materiæ, *Arel.* propositam materiam.

*Lin.* 14, Præfocatus, *Idem* præfocatur.--*l.* 15 nec, *Idem,* ne.

*Lin.* 19, Summi, *addit Arelat.* Doctoris eximii.

*Lin.* 22, Laudibus, *Id.* in laudibus---*& ad* propinqui *addatur littera* c, *ablata ex linea* 23 *à verbo* nobilitare.

*Lin.* 29 *Arelat.* ut aliquàs tamen præterire noscantur.

*Lin,* 35 *à* 36, patriæ, *Idem* pueritiæ.

*Pag.* 26 *col.* 1 *lin. ult.* dele —— *quæ eadem de S. Hilario videntur dicenda* —— & lege —— *Majora etiam de* S. Hilario *videntur sentienda: etenim (uti recte observavit Valerius Comes de Zanis ad Vitam Italicam S. Petronii, Bononiensis Episcopi, à se illustratam, pag.* 37) *S. Eucherius, infra iterum allegandus, sic loquitur in opusculo de Contemptu mundi,* Hilarius nuper, & in Italia nunc Antistes Petronius, ambo ex illa plenissima (ut ajunt) mundanæ potestatis sede, unus in Religionis, alius in Sacerdotii nomen ascendit.. *Vbi* plenissima mundanæ potestatis sedes, *haud alia videtur intellegi quam* Præfectura Prætoria, *de qua Cassiodorus lib.* 6 *variarum formula* 3, *cum multa eximia plane dixisset.* Potestate igitur, *inquit, eâ* nulla dignitas est æqualis; vice Sacra, *id est ipsiusmet Imperatoris,* ubique judicat: *ad quem locum Brosseus,* Præfecturæ meritum ceteris dignitati-

B *Ipse vero vacantibus Ecclesiis providens, Episcopos in eum finem à se ordinatos.*

*ex falsa de Projecti obitu fama, ei adduxerit improviso successorem.*

C

*Appellationes autem Romanas non recusaverit,*

*sed solum voluerit non suspendere sententias in Gallia latas.*

D *& harum revisiones à Pontifice appellato in Gallia constitui,*

*qua ejus duritia merito offensus Leo fuit,*

E

*male in hoc jugillatur à Quenellio.*

F

A gnitatibus anteſtare Valentinianus, Valens & Gratianus *l.* 1 C. *de officio Vicarii*, definiunt; & merito. Etenim Præfectura Prætoriana quidam quodammodo Principatus Imperii eſt: attamen ſine Purpura: *& ut loquitur Caſſiodorus ſupra citatus*; ab iſta totum pene geritur, quidquid in Imperio æquabili moderatione tractatur.

*Ibid. Annot.* c. Propinquus *hic, haud dubie* S. Honoratus *deceſſor fuit; in cujus Vita, ab ipſo* Hilario *ſcripta, atque à Bollando noſtro ad* XVI *Ianuarii illuſtrata, ſic legitur:* Eſt illud notum omnibus oratoriæ diſciplinæ, quorum laudandam receperint vitam, patriam prius & originem prædicare; ut quod in propriis virtutibus deeſt, in patrum gloria præceſſiſſe videatur. Nos autem omnes in Chriſto unum ſumus: & faſtigium nobilitatis eſt, inter Dei filios computari; nec addere quidquam nobis ad dignitatem terrenæ originis decus, niſi contemptu ſuo, poteſt. Nemo eſt in cæleſtibus glorioſior, quam qui, repulſo patrum ſtemmate, elegit ſola Chriſti paternitate cenſeri. Prætermitto itaque commemorare avita illius ſecularium honorum inſignia, & quod concupiſcibile ac pene ſummum habet mundus, uſque ad Conſulatus provectam familiæ ſuæ nobilitatem, majore
B generoſitate pectoris faſtiditam; nec placuiſſe illum ſibi de ſupervacuis ſuorum honoribus, qui per amorem veritatis jam ſuos non optabat. *Hactenus de Honorato* Hilarius, *qui inſigni humilitate etiam ipſe prætermittit notare, ſibi* conſanguineum *hunc fuiſſe, ne indirecte in ſe derivaret id, à cujus contemptu ipſum laudabat.*

*Ib. Col.* 2 *lin.* 31, ſuſcepta, *Arel.* ſuſpecta.

*N.* 3 *lin.* 11 *&* 12 *Idem*, eumdem celſius exaltaret.

*Lin.* 15 Alternantium, *Arel.* altercantium. *lin.* 17, Ipſius, *idem*, ipſi.

*Lin.* 24 *expuncto quod addidi*, nihil *pro* niſi, *ex Arelat. geminetur* ubi; *ſitque interrogationis continuatio.*

*N.* 4 *lin.* 8, quis, *Arelat.* qui. — *lin.* 12, æternitas, *Baral.* ætatis, *& ex Quenellii judicio melius.* — *lin.* 17, incipere, *Arel.* accipere.

*Pag.* 27 *lin.* 15. Hæſitantiæ meæ, *Arelat.* Hæſitantiam meam &c.

*N.* 5 *lin.* 4 commutarat, *Idem*, commutaret — *l.* 5 converſatione, *Idem*, converſione.

*N.* 6 *lin.* 21, perfectum, *Arelat.* profectuum.

*Col.* 2 *lin.* 12 *Arel.* ſiquidem hoſpes ingreſſus, habuiſti ducem &c.

C *Annotatio* a, *jam ſuperflua, deleatur.*

*N.* 7, Gemens biennio. *Arel.* Emenſo biennio.

*Pag.* 28 *lin.* 2 *Arel.* Illuſtris Caſſii, qui tunc præerat, animum &c.

*Lin.* 13 ex mente lupum, *Arel.* exinde Lupum; *putatque Quenellius Auctorem ludere in nomine* Lupi, *& indicare* Lupum, *ad Trecenſem Sedem poſtea evectum ex Monacho Lerinenſi.*

*N* 8 *lin.* 8 *&* 9, Igitur B. Hilarius cogentibus ſe ad Pontificatus officium, tale fertur dediſſe reſponſum. *Deſunt hæc omnia in Arelat.*

*Lin.* 17 Alamannicum caſtellum, *neſcio an audeam ſuſpicari nominis hujus veſtigium latere in vico* Lamanón, *qui* 9 *circiter leucis Arelate diſtat.*

*Lin.* 8 *à fine*, deſignaverit. *Arelat.* deſignavit.

*Lin.* 4 *à fine*, Dignus Pontifex: *alludit ad conſuetam vocem populi, Electum approbantis, qua & Græci utuntur, clamantes* Ἄξιος; *non ſolum cum Epiſcopus, ſed etiam cum Presbyter ordinandus proponitur: qua de acclamatione agit Habertus in Pontificali Eccleſiæ Græcæ, Obſerv.* 7 *ad partem* 8: *& adducens illud Euſebii lib.* 6 *cap.* 29, *aliis* 23, *refert de S. Fabiano* (*eadem uſus, qua noſter hic Encomiaſtes parentheſi*) *quod cum de eligendo illo cogitaret nemo*, columbam repente è ſublimi delapſam capiti ejus inſediſſe narrant, quæ Spiritus ſancti, qui columbæ ſpecie in Servatorem deſcenderat, imaginem referre videbatur: quo ſpectaculo permotus populus . . . omnis, exclamare cœpit, Dignum eſſe. AUCTORE D. P.

*N.* 9 *lin.* 1, Domini, *Arel.* Dum. — *lin.* 21, metuerat. *Idem*, nutrierat; *videtur autem indicare Auctor diſſidia, inter Albinum & Aëtium Duces Romanos gliſcentia ſub annum* 436, *Sixto III Pontifice, poſt repreſſas per illos barbarorum irruptiones, repulſis Francis, & Burgundionibus fœderi Romano innexis.*

*Ibid.* Congregationem, *Quenellius interpretatur* Congregationem Eccleſiaſticorum ſub Epiſcopi manu; *recte, ſi id intelligas quod poſterior ætas vocavit Collegium Canonicorum; nam quod addit, ſeu* Seminarium Epiſcopale, *hodierno acceptum ſenſu, in quo ſcilicet juvenes Clerici inſtituuntur, minus videtur huc facere.*

*N.* 10 *lin.* 7 *à fine*, Sacerdotio, *Arel.* Sacerdotia? — *lin.* 5 *à fine*, fatigaret, *Idem*, fatigarentur.

*Num.* 12 *lin.* 8, ſed, *Arelat.* &.

*Pag.* 29 *lin.* 1, Sacerdotii, *Idem* Sacerdotalem. *lin.* 6, compelleret, *Idem*, Compulerit.

*Ad num.* 14 *Nota inter* f *&* g. *Atque hinc forte acris iſta apud S. Leonem accuſatio, cujus cauſa ille ſic ſcribit in epiſtola ad Epiſcopos Viennenſis Provinciæ (Hilarium haud obſcure, licet veroſimiliter innocentem, certe deſuper inauditum, fugillans, animo ut apparet multis delationibus exaſperato)* Nulli Chriſtianorum facile communio denegetur, nec ad indignantis fiat hoc arbitrium Sacerdotis, quod in magni reatus ultionem invitus & dolens quodammodo debet inferre animus judicātis. Cognovimus enim, pro levibus commiſſis & verbis quoſdam à gratia communionis excluſos . . . . Si quando talis cauſa emerſerit, ut pro commiſſi criminis qualitate aliquem juſte faciat communione privari, is tantum pœnæ ſubdendus eſt, quem reatus involvit; nec particeps debet eſſe ſupplicii, qui conſors non docetur fuiſſe commiſſi. *Quæ omnia in Hilarium jaci, quia Celidonium Epiſcopum vexaverit, declarat idem Leo, addendo,* Sed quid mirum, eum in laicos talem exiſtere, qui ſoleat de Sacerdotum damnatione gaudere. E

*Pag.* 32 *Annotationem* f dele, atque hæc ſubſtitue f Internupta *quid ſit, explicat Leo, dum ait, ſententiam in Celidonium latam, quam irritat, fuiſſe,* quod, tamquam viduæ maritus, Sacerdotium tenere non poſſet; *jubens interim* cuſtodiri, non ſolum circa Sacerdotes, ſed circa Clericos quoque minoris officii, ne ad ſacram militiam hi permittantur accedere, quibus ſit tale conjugium. *Sic in Concilio Valentino an.* 374 ſedit, neminem de digamis aut internuptarum maritis ordinari Clericum poſſe, *& in Synodis Epaonenſi atque Aurelianenſi, anno* 509 *&* 538, *nominantur* internupta & duplicata matrimonia, *ut quibus alius intervénit.* F

*Annot.* i *dele, & num.* 22 *lin* 8 *à fine lege* — In civitatem *i* regreſſus — *deinde nota* — i *Scilicet* Arelatum, *ubi forte non inepte & ex auctoris mente magis integre ſcriberetur,* In civitatem ſuam. *Illa autem Ms. Arelatenſis lectio multo mihi probatior videtur, quam alia quæ habebat,* In civitatis receſſu: *hoc enim* Romam *potius denotaret.*

*Annot.* k *dele, & litteram transferens ad lin.* 1 *num.* 23 — quantum *k* in hac cauſa dictaverit, *ſic lege* — k. *Baronius* non mediocre ſpecimen Chriſtianæ modeſtiæ *editum ab* Hilario *putat*, dum ita exagitatus, tam à Pontifice quam ab Imperatore, tamen omnino conquievit, neque contrariis editis apologiis ſuam cauſam defendit; cum alioqui id præſtandi & vis eloquentiæ ipſi ſuppeteret, & jura à prædeceſſoribus prætenſa ſuffragarentur. *Neque ſane (ut Baronii verba ſtricte accipiam) quidquam in lucem dediſſe publi-*

*cam*

AUCTORE D. P.

cam Hilarius *ſiitur : & dictata illa aliud non fuerint, quam inſtructiones legatis Romam euntibus traditæ, quarum duplicatas, in Secretario Archiepiſcopali ſervatas, facile viderit Auctor, ſi etiam ipſe Archiepiſcopus poſt Ravennium & Leontium fuit. Non tamen ſequitur, quod opinatur Quenellius, ut eidem quoque viſa ſit* geſtorum *in Synodo Romana* ſeries, *cujus in epiſtola meminit Leo : neque enim neceſſe eſt ut hæc in Gallias miſſa fuerit, ubi ſufficere debebat & poterat* prolata *à Leone,* poſt decurſam cognitionem, ſententia : *plus enim non ſolent Pontifices exhibere iis, quorum intereſt exitum alicujus cauſæ noſſe.*

*Ann.* 1 *adde* —— *& Arelat. Sed verba iſta,* cum propoſiti tui tenax ſis, *non videntur accipienda, de propoſito tenendi ad extremum pratenſi juris, contra Appellationes Romanas, uti cenſet Quenellius; cum ſatis energiæ habeant, intellecta de ſolâ conſtantiâ animi, inter adverſa ac proſpera teſtimonio conſcientiæ ſuæ contenti. Similiter, quod neget Præfectus, meminiſſe ſe ullius in factis Hilarii arrogantiæ; ea ſolum facta reſpicit, quibus Auxiliaris interfuit; neque nos vetat Leoni credere, in conventu Epiſcoporum (cui non eſt veroſimile Præfectum adfuiſſe)* Hilario *aliquid excidiſſe, quod Pontifici & aſſeſſoribus omnibus jure merito diſpliceret. Quæ licet non potuerint non fuiſſe ipſi Præfecto poſtmodum relata, politice tamen eorum quidquam ſe ſcire diſſimulat; & volens Hilario modeſtiam etiam in verbis tenendam ſuadere, ejus in factis modeſtiam laudat, ut perſuadeat facilius.*

B

*N.* 25 *lin.* 1 *Arel.* Abſtinendo victu —— *lin.* 9, *Idem,* aurum obrizum —— *lin.* 14 *a fine,* numeri —— *Arelat.* niveo —— *lin.* 12, pretioſo, *Idem,* pretioſam —— *lin.* 11 *nihil videtur omittendum, quia omnia ſic etiam in Arelatenſi habentur,* —— *lin.* 3 *& ult. Arel.* & vidit . . . intellexit ſe eſſe migraturum.

*N.* 26 *lin.* 14 *Arel.* Cur non byſſo circumdaretur. —— *lin.* 6 *à fine, Idem,* Tinnivolum, *lin. ult. adde* —— adjecit, *ex Arelat.*

*Pag.* 33 *n.* 28 *lin.* 17 *Hiatum ſic ex Arelat. ſupple* —— Jordanis alveum avido ſe æſtimatore ſorbere. Quid eſt, Aurum æſtimat ut lutum ? niſi &c. *lin.* 4 *à fine, dele* —— [pedes].

*N.* 29 *lin.* 9 *Arel.* ne neceſſitas . . . inferat.

*N.* 30 *lin. penult. ex Arelat. l.* fragore conſono.

*N.* 31 *lin.* 15, Vitæ illius memoria —— *Arel.* Vita illius in morte.

*N.* 32 *lin.* 2 Auctarium. *Arelat.* mendacium, *minus intelligibile.*

C

*Lin.* 4, 5, 6. *Arelat.* cum quibus dum laborans participat temporarios fructus, ſine dubio æternorum compos efficitur gaudiorum, —— *quod longe clarius.*

*Lin.* 8, proſperitatis, *Arelat.* poſteritatis.

*Pag.* 34 *lin.* 3 *Arelat.* eidem meritiſſime deputatur. —— *lin.* 6 conſtitutus. *Idem.* conſtitutis.

*N.* 33 *lin.* 7, honoratis —— *l.* —— honoraris —— *lin.* 8 *& 7 à fine, Arel.* variam modulationis dulcedinem. *lin.* 4 *poſſent reſtitui verba omiſſa.*

*N.* 34 *lin.* 6 *à fine. Arelat. minus recte* ſoliditatis, *pro* Sodalitatis.

*Annotatio* b *expungatur, reſtituto ut erat loco.*

c *Adde* —— *Arelat.* Tinnivolentia, *ſed in fine ſequentis numeris repetit & ſcribit* Tinnivolum.

f *Adde* —— *Arel.* cum ante B. Geneſii altare ſanctum corpus inferrent, *ita non deſignatur baſilica alia; ſed intra eamdem Baſilicam nominatur altare, ante quod ſepeliendus Sanctus erat. Ego in hanc ultimam lectionem propenſior, dubii ipſius reſolutionem ab Arelatenſibus exſpectabo.*

g *Adde* —— *Ad hunc Epiſcopum, ſcripta eſt Sidonii Apollinaris epiſtola* 6 *lib.* 7, *ſupra allegata ſub annum* 472; *nec forte diu poſtea ille ſuperfuit, quamvis nullus ejus ſucceſſor inveniatur ante annum* 506, *ſicut nec deceſſor poſt an.* 420, *nominibus veroſimiliter amiſſis. Epiſcopatum ejus etſi non exprimat Sidonius, haud obſcure tamen indicat, cum ait,* ſacratiſſimorum Pontificum Leontii *Arelatenſis, anno* 462; Fauſti *Regienſis, anno circiter* 462 *ordinatorum, &* Græci *Maſſilienſis ſub an.* 475 *conſtituti,* urbe, ordine, caritate medium fuiſſe; *ut videatur circa annum* 468 *Epiſcopus ordinatus.*

D

h *Adde* —— *Sed hi omnes in Cathedra Arelatenſi : apparet autem ex mox ſequentibus verbis,* ſucceſſorum *nomine omnes eos Epiſcopos intelligi, qui ex ejus diſciplina, vel ab ipſo vel poſt ipſum, fuerunt Eccleſiis regendis præpoſiti; ut nihil cogat, ſed neque vetet aliquid, ſub* S. Leontio *habitam hanc orationem fuiſſe.*

l *indicatur excurſio ſub exitum Quadrageſimæ inſtituta.*

n *lin.* 3 *adde* —— *ſed omnia habentur in Arelat. ut de eorum germanitate dubitare non debeamus. Hic porro clariſſime Auctor oſtendit &c.*

*Ad* Vindicias, *velim in Margine notari Paginarum Hiſtoriæ Pelagianæ numeros, ſecundum poſteriorem editionem: qui numeri quo conſilio mutati fuerint, dixi in ſimilibus S. Vincentii Lirinenſis Vindiciis* 24 *Maji. Harum enim Auctor paginas citat ſecundum numerum editionis primæ. Sic ergo, in margine ut dixi, notabis; numero quidem priori paginam, poſteriori columnam ſignari intelligens.*

*Pag.* 35 *col.* 1 *lin.* 16 ---* *p.* 108, 1. --- *lin.* 18 ---* *p.* 161, 2 --- *lin.* 20 ---* *p.* 108, 1 --- *lin.* 21 ---* *p.* 109, 2 --- *lin.* 22 ---* *p.* 107, 1 --- *lin.* 24 ---* *p.* 107, 2 --- *lin.* 25 ---* *p.* 168, 1 --- *lin.* 28 ---* *p.* 168 2 --- *lin. ult.* * *p.* 108, 1; & * *p.* 157, 2.

E

*Num.* 3 *lin.* 3 ---* *p.* 168, 2 --- *lin.* 6 ---* *p.* 107, 2 --- *lin.* 8 ---* *p.* 168, 2.

*Pag.* 36 *n* 11 *lin.* 18 --- * *p.* 107, 1 ---

*Pag.* 37 *col.* 1 *lin.* 23 ---* *p.* 168, 1 & * *p.* 186, 2 ---

*Pag.* 40 *n.* 29 *lin. ult.* * *p.* 124, 1 & 2, --- *num.* 30 *lin.* 7 ---* *p.* 108, 2. --- *lin.* 22 ---* *p.* 161, 1.

*Pag.* 41 *n.* 33 *lin.* 5 ---* *p.* 187, 2.

## DE S. GERONTIO ARCHIEP.

PAg. 44 *col.* 2 *num.* 5 adde --- *Majum dicere debuiſſet. Dabimus ad diem* XXIX *ejus menſis, quo Sancti tres Martyres Tridentini coluntur, plenam totius rei geſtæ narrationem, ex Italico Placidi Puccinelli; unde apparebit, Corpus* S. Gerontii, *in eadem cum* S. Ampelio *arca lignea inventum, in fundo altaris; quæ quidem arca medium inter duas plumbeas locum tenebat; à Sancto Archiepiſcopo deinde tranſpoſita ſacra oſſa in plumbeam capſam fuiſſe, adhibitis etiam novis ex ſindone involucris, additiſque ex ære inaurato laterculis, amborum nomina inſculpta habentibus : ac denique ſub novo altari locum illis datum eſſe ad cornu Epiſtolæ. Quamquam autem Ennodius* Geruntium *ſcribat, & hoc ſequantur Mediolanenſium plerique, Latine loquentes; cum tamen nomen Græcum ſit* (Γερόντιος *quippe,* Senilis, *eſt;* γέρων, ſenex; γερόντιον, *diminutivum neutrum,* vetulus) *dubitari non poteſt, quin rectius nomen iſtud per quartam, quam per quintam vocalem notetur.*

F

## DE S. LANDO VEL LANNO M.

### Hortæ & Baſſanelli in Etruria.

*Acta deſiderantur.*

PAg. 49 *n.* 1 *lin. antepen. poſt* --- parte 4 --- *adde* --- *Acta illa ut nanciſcerer lapidem omnem movi, ſed fruſtra hactenus : aliud enim reperiri non potuit, quam ex vicino* Baſſanelli *oppido, ubi corpus eſt, deſcripta tredecim diſticha, in eccleſia Parochiali S. Mariæ exiſtentia, ſub fide & ſigno Carelli Militi, Notarii publici, ex originalibus deſumpta, in quibus* Lannus *nominatur, æque ac in laterculo de quo infra. Utroque modo nomen ſcribere in titulo malui : poſterius prælaturus, ſi certo crederem ſub Diocle-*

A *Diocletiano paſſum Sanctum, ut habet idem laterculus. Ille autem cui* Hortæ Patronus *vocetur, miratur noſter Bernardinus Coccovaginus, Viterbii degens, & omnino aſſeverans, Hortæ Patronum non alium quam S. Ægidium haberi, incertum qua ex cauſa. Porro deficientibus Actis, eorumdem ex Ferrario compendium accipe:*

2 Landus Sanctorum Martyrum *&c.*

*Poſt num.* 4, *quintum accipe ex Appendice pag.* 797. —

5 *Qui nos de prædicti* S. Eutychii *&c.* & in fine adde —: *quorum forte* Epiſcopus *ipſe fuit: nec enim illæ litteræ* EPS, *abſque punctis notatæ ſi ſint, aliud nobis ſignificarent; & ſic haberetur ſenſus nequaquam interruptus.*

# MIRACVLA

## *Baſſanelli, ubi corpus, deſcripta.*

I. VErtitur in colubros, teſtudo inventa marito:
Porrigit ille preces, libera fitque domus.

II. In Tiberim lapſus rapidis raptatur ab undis:
B Extincto Lannus reddit ab amne diem.

III. Inferni furiis agitata, & dæmonis arte,
Martyris inſignem libera ſentit opem.

IV. Incidit in turmas hoſtiles tempore noctis
Iſte; necem vitat Martyris auxilio.

V. Gutturis hunc morbus ſtygias vergebat ad undas,
Martyris aſt oleo vita vocata redit.

VI. Non ſua qui infirmo duxit veſtigia ligno
Ad tumulum, ſtabiles retulit inde pedes.

VII. Debilis hic pedibus, longis delatus ab oris;
Ut tumulum tangit, greſſibus ecce valet.

VIII. Semianimis recubans, medica inſanabilis arte,
Invocat hic Lannum, tollitur atra lues.

IX. Actorum ſeries ſacri rata voce Senatus,
Plauſibus ut ſacris annuus eſſet honor.

X. Ad ſacros cineres, capitis cruciatibus actus
Vadit, datque preces: redditur ecce ſalus.

XI. Non medica lapis [hic] durus prodivit ab arte;
Sed venit è cælo, Martyris auxilio.

XII. Mœnibus in præceps ſublimibus acta jacebat
Iſta: cadens ſenſit Martyris auxilium.

XIII. Innocuus, vigiles pœnas tormentaque paſſus,
Confugit ad Lannum: nec mora liber abit.

*Hic porro mea me valde conjectura fallit, ſi diſticha iſtæc non fuerint, ante annos pauciores quam centum, ſubſcripta picturis, miracula prædicta repræſententantibus,*
C *poſt tranſlationem corporis, intra oppidanam Parochialem eccleſiam; aut verius poſt aliquam reſtaurationem veteris tumuli, circa quem feneſtra eſſe dicitur, in quam caput inferant peregrini; & in pervigilio Sancti per totam diem audiunt quemdam quaſi ſonitum tympani, provocantis ad bellum; quod ut miraculo adſcribere nolo, ſic ſatis habeo indicaſſe; de Canonizatione autem, quam Diſtichon* IX *videtur indicare, optarem inveniri diſtinctiorem notitiam.*

## DE S. THEODORO EP.

PAg. 50, *in margine* — DL — ſcribe — DXL. *num.* 1 *lin.* 14 — DXXXI — l. — DXXXV.

*Ibid. num.* 2 *lin.* 8 — Theodorus — adde — *Illuſtriſſimus Valerius Comes de Zanis, à cujus erudito calamo habemus Italice Vitam S. Petronii, obſervationibus & teſtimoniis Hiſtoricis illuſtratam, marmoris illius figuram accurate dimenſam nobis miſit, ſic ut altitudo palmum unum cum triente æquet, latitudo palmos tres non integre compleat: cujus ſuperficies tota plana eſt, niſi quæ litteræ, bene Romanæ, nec, præter inæqualitatem nonnullam ac ruditatem, quidquam barbarum ſpirantes inſcribuntur hoc modo.*

HIC REQVIESCIT IN PACE THEODOR
VS. *Epitaphium*

*Nullum aliud toto lapide ſignum, ne Crucis quidem: quapropter, & propter initium ſcriptionis, ſumptum à ſummo margine, & per duas ultimas nominis litteras* VS *reſumptum ad caput ſecundæ lineæ, mihi perſuadeo, ſolis primis verbis inchoatum hic haberi, quod ſculptori propoſitum fuerat, Epitaphium; quodque debuerit totam lapidis planitiem implere; ſed caſu aliquo ſuperveniente intermiſſa ſculptura, ſic imperfecta remanſerit. Sed à quo tempore? Id ſane difficile eſt conjectatu. Forma characterum, qualem dixi,* ſuadet *id factum ipſo* VI *ſeculo vel* XV: *medio enim ævo in ſcripturis iſtiuſmodi uſus talium litterarum, vel nullus, vel exiguus fuit.* *Chirothecæ.*

3 *Idem qui ſupra Maſinius, in priori parte ad hunc* V *Maji aſſerit, eccleſiam Sanctorum Naboris & Felicis nunc eſſe Sanctimonialium; adde, ex prælaudati Valerii inſtructione, eas eſſe Ordinis S. Claræ, eique ſubſtructam haberi cryptam, in qua monumentum prædictum conſpiciatur. Aſſerit etiam idem Maſinius, ipſius* S. Theodori *Chirothecas &c.* — in fine adde — *His noviſſime accеſſit etiam prælaudatus Comes, veram ſui nominis formam ſub anagrammatiſmo diſſimulans, &* Aurelius de Anzis *dici volens, in ſua Bononia ſacra, anno* 1680 *impreſſa, qua Sanctorum ac Patronorum Bononienſium Vitas compendio legendas tradidit, ac pag.* 49 *egit de* Theodoro, *Celſum Faleonium ſecutus: cum quo etiam appendit, veluti rem ſub ejus Pontificatu imprimis memorabilem,* S. Proculi Epiſcopi Narnienſis *adventum Bononiam, quem Gothorum Rex Totilas decollari juſſerit, ex inde communi cum* S. Proculo Milite Martyre, *& arca conditum & cultu honoratum; quos ne gratis dividi ſuſpicetur aliquis, facit duplicis corporis ſimultanea inventio, anno* MCCCLXXXX *conſignata apud Faleonium pag.* 55. E *Scriptores mentionem ejus facientes,* *quorum aliqui jungunt S. Proculum Ep. Narnienſem, quaſi Bononiæ cæſum,* *ſed de hoc id negant Narnienſes,*

4 *Verum ſic comprobata* Proculorum *Bononiæ dualitas, nequaquam veroſimile facit (quod neque Inventionis prædictum monumentum ponit)* Proculum *iſtum,* Epiſcopum Narnienſem *eſſe: quod S. Antoninus, loco necdum à me reperto, primus videtur aſſeruiſſe; adeoque ex cognita S. Proculi Interamnenſis ætate & morte, nihil habemus pertinens ad hiſtoriam* S. Theodori *Bononienſis; maxime cum Narnienſes ſuſtineant, ſuum* S. Proculum, *apud ſe mortuum & ſepultum; vetuſtiorem ſuam poſſeſſionem facile defenſuri, contra novitiam Bononienſium prætenſionem. Quid igitur ſi* Theodorus *prius obierit, quam Gothi ſub Totila Æmiliam percurrerent; & Bononiæ Epiſcopum invenerint ipſummet* Proculum; *ſed à Narnienſi diverſum? Certe Epiſcoporum* Theodoro *ſuffectorum nomina, uſque ad Luminoſum, uno poſt ſeculo ordinatum, latere agnoſcit Faleonius; quamvis Vghellus novem intermedios numeret; & qui hos ipſi indicarunt duos diſtinguunt* Theodoros, *quorum ſecundus præfuerit Eccleſiæ anno* DLVI, *ut inter utroſque mediaſſe potuerit* Proculus. *Sed de his certiora forſan* F *Ienii, quo* S. Proculus Miles, *imo &* Proculus Epiſcopus *Bononiæ colitur* *& qui Bononiæ cæſus eſt forte ſuis ſucceſſor S. Theodori.*

## DE S. JOANNE MONAST.

PAg. 50, *num.* 1 *lin.* 1, *lege* — Caino, *vulgo* Chinon, *oppidum &c.* —

*Pag.* 51 *poſt num.* 5 *lin.* 12 — *Bandonivia* — l. — *Bandomina* — *& poſt finem, adde ex Appendic. pag.* 797.

A 6 *His jam impreſſis &c.* — 7 Requieſcit haud procul *&c. pag.* 798.

## DE S. ANGELO CARM. M.

*Pag.* 56 *in titulo marginali*--Anno MCCXXV, *expunge ultimum quinarium ſuperfluum & pag.* 57 *expunge ultimum num.* 7, *atque alium ex Appendice ſubſtitue pag.* 798. *Quid moverit Alegræum &c.* — *ubi in marg.* ſcribe. — *De anno Martyrii controvertitur: ſed hic incertus, ut alia plura.*

*Pag.* 60 *num.* 60 *ſub finem delenda parentheſis, pro qua poſt ultimum verbum* manebat — *adde* — ſub hac forma. *Exprimebatur hic delineatione perquam rudi forma ipſa; quam ut melius potuit exprimendam lignea ſculptura curavit prælaudatus P. Daniel parte* 2 *novi Speculi Carmelitani, continente Sanctorum Vitas ad diem* XV *Auguſti, pag.* 552 *num.* 1252: *ubi hic ipſe Actus totus refertur, & operculum arcæ exprimitur, convexe aſſurgens atque in ovalis figuræ umbonem deſinens, fortaſſis ex poſt accepta delineatione accuratiori quam nos viderimus, aſſurgente pyramidaliter operculo.*

B *Pag.* 82, *n.* 87 *lin.* 6 *lege* — ad trapetem *c* ſeu molam olearium acuendam *& pag.* 84 *ſit Annot.* c Item per conciare un molino centimolo, *quam eſſe vocem Siculis & Neapolitanis ſignificando* trapeti *uſitatiſſimam, docuit me p. m. Franciſcus Pandonus, extrema in ætate tam fervens ad legenda Sanctorum Acta, & quidquid correctione putabat egere annotandum, ut eum exemplo eſſe optem pluribus, tam noſtris quam externis, qui legentes hæc Sanctorum Acta, non poſſunt ſubinde non etiam aliqua obſervare, quorum nos monitos eſſe conveniret. Obiit autem optimus & eruditus ſenex exeunte anno* 1685, *haud vane auguratus, cum* 2 *Iunii mihi Peruſio mitteret poſtremas ſuas in* 3 *Tomum Maji Notas, eum ſibi ultimum eſſe, veroſimiliter non viſuro* 4 *ac* 5 *Tomos, quos editos intellexerat.*

*Atque hæc in corpore ipſius diei* V *correcta velim: ad Vitam in Appendice examinatam & inde huc referendam ſuperſunt, explicationis clarioris & confirmationis majoris cauſa, addenda quædam: quæ tamen, cum non ſint prorſus neceſſaria, in aptius tempus differuntur; fortaſſis nec danda quidem unquam, ſi ii quorum intereſt, nihil ultra urgeant. Interim pauca hæc mendа corrige.*

*Pag.* 827 *col.* 1 *lin.* 6 *Vmbriæ* — l. *Hetruriæ.*

*Pag.* 831 *Annot.* e *lin.* 7 — *exſtans* l. *extantis.*

*Pag.* 839 *n.* 1 *lin. antep.* l. — *nihil habens certo verum, quod ſubſtituat pro jam certo notis falſis.* E

# DE SANCTA IVTTA VIDVA

## *SOLITARIA CVLMZÆ IN PRVSSIA.*

### COMMENTARIUS PRÆVIUS.

D. P. De recentioribus auctoribus Vitæ, & veteri Ms. Proceſſu qui deſideratur, ad dubia de ætate aliiſque adjunctis reſolvenda.

ANNO MCCLXIV. *S. Iuttæ in Culmienſi Culmenzeæ Cathedrali,*



Ulmigeria, *extrema Prußiæ Poloniam majorē verſus provincia,* Colmarchſlandia *Germanis nuncupata, primum Epiſcopum accepit* Chriſtianum, *ſub titulo Epiſcopi Culmienſis circa annum* MCCXXII, *una cum aliis tribus Epiſcopis in Prußia, confirmatum ab Innocentii Papæ IV Legato, ad id miſſo ſub annum* MCCXLIII, *uti in Apparatu ad ſuum Prußiæ Chronicon ſcribit Gaſpar Schutzen. Chriſtiano* Heidenricus *ſive* Heinricus *ſucceſſit: qui illectus commoditate* Culmenzeenſis, *ſive ut Prutheni ſcribunt* Culmzenſis *vel* Chelmzenſis *oppidi, in ipſo diœceſis meditullio ſiti, dimiſſa* Culmia, *in provincia Supranominatæ limite ad Viſtulam poſita, ibidem inſtituit Cathedralem eccleſiam: quæ quia paſſim vocatur* Cathedralis Culmenſis, *multu dedit occaſionem errandi, &* Culmam *ſeu* Culmiam *cum* Culmenzea *ſeu* Culmza *confundendi: idque contigit etiam nonnullis agentibus de* B. Jutta *ſive* Judittha *vidua* (Ottam *nominant Prutheni*) *quæ prædictam eccleſiam Cathedralem illuſtrem reddidit patratis ad tumulum ſuum miraculis. De his cum quindecim poſt ejus mortem annis informativus, ut nunc loquimur, factus eſſet à Clero Culmzeenſi Proceſſus, ſuaque Sanctitati miſſus; licet impetrata Canonizatio non fuerit (quod quidem ſciatur) perrexit tamen illa, cum conſenſu Ordinarii, ut Sancta invocari, exponique in ſtatuis ac picturis, & annuum ejus feſtum agi* V *die Maji, ſicuti poſt cultum ejuſdem* B. Juttę *anno* MDCXXVII *inſtauratum, teſtatur P. Fredericus Schembek, in Vitis Patronorum Prußiæ, ipſius ſcilicet* Juttæ *&* Dorotheæ Pruthenæ, *atque* Joannis Lobedavii, *Polonice compoſitis editiſque Thorunii anno* MDCXXXVIII.

*ſepultæ & 5 Maji cultæ,*

2 *Habuit hic, ut in principio præfatur, dictæ Informationis copiam,* quæ etiam inventa fuit in Epiſcopatu Pomeſaniæ, anno MDCXXI die XIII Julii, inter codices perquam antiquæ Bibliothecæ apud Pelplinienſes Ciſtercienſis Ordinis Monachos, in membranis deſcripta ante aliquot centenos annos; & mox poſt inventionem pro munere ſingulari præſentata Sereniſſimis Poloniæ Regibus, Sigiſmundo III atque Conſtantiæ uxori ejus. *Præter hanc autem copiam, addit idem Auctor, uſum ſe* alio exemplo ejuſdem Informationis, reperto in Montoviis Magnis, apud eccleſiam SS. Petri & Pauli, ſub Malborgo, in Epiſcopatu Pomeſaniæ. *Allegat denique Germanorum & Pruthenorum Chronica, Annales eccleſiaſticos Bzovii, & Faſtos Marianos Bavariæ, ut qui hac noſtra ætate de illa ſcripſerint. Faſtorum Marianorum Auctorem majori ex parte fuiſſe Hieremiam Drexelium, nonnullorum ſuſpicio eſt, fundata in ſtyli ſimilitudine: ſed quidquid ejus ſit, primum illos edidit Monachienſis Sodalitas anno* MDCXXX, *id eſt triennio poſt Drexelii mortem: & qui* S. Juttæ *elogium iiſdem ad* V *Maji inſeruit, auctorem ſolum allegat Bzovium: hic vero in Annalium Tomo* XIII, *ſub annum* MDCXV *Romæ vulgato, ac deinde Coloniæ recuſo, verbotenus deſcripſit Martinum Baronium, Iaroſlavienſem Clericum, poſt Vitam B. Staniſlai Caſimiritani addentem Catalogum aliorum Sanctorum Polonorum, quo in opere, ſub nota anni* MDCIX *impreſſo, pag.* 42 *Vita iſtæc continetur; adeo ut huc refundatur tota auctoritas aliorum duorum: ipſe vero illam deſumpſiſſe profitetur,* ex eccleſia Cathedrali Chelmzenſi; *ſed ea miſcet, quæ cum præfata informatione nullatenus concordant.* F

*Vita habetur Polonica, ex Ms. veteri Proceſſu ſumpta:*

*ejus elogium eſt in Faſtis Mariani ex Bzovio.*

3 *Hanc ut nanciſcerer omnem lapidem, ſed fruſtra movi, per me perque R. P. Ioannem Hanſler, in Collegio noſtræ Societatis Ieſu Thorunii Concionatorem Germanicum: per quem prædictas Polonicas Vitas acceperam, ſub legitima atteſtatione atque ſigillo,* Reverendiſſ. Thomæ Szule, Præpoſiti Cathedralis, & Lubienſis

*Polonica illa, præter atteſtationem Vicarii Gen. Culm.*

bavienſis Vicarii in Spiritualibus, atque Officialis Culmenſis Generalis; Nos, *inquientis*, optimam habentes ſcientiam de omnibus his quæ de B. Jutta ſcribuntur in Vita, typo expreſſa nobiſque præſentata, ſic vel ipſis tabulis antiquiſſimis & imaginibus in eccleſia Cathedrali Culmenſi ad parietes affixis teſtantibus; intra contenta omnia, tamquam vera, probanda & ratificanda cenſuimus, prout approbamus & ratificamus præſentibus, quas ad maiorem robur manu propria ſubſcriptas ſigillo officii communiri juſſimus. Culmzæ die x Februarii DCLXXX. *Major autem Vitæ iſti accedit etiam ex eo auctoritas, quod inter Deponentes de Vita & virtutibus* B. Juttæ *dicat num.* 14 *Auctor fuiſſe ejus ſucceſſive confeſſarios, quos num.* 12 *nominarat*, B. Ioannem *prædictum*, & Heinricum Epiſcopum Culmenſem. *Lucas Waddingus in Additionibus ad annum* MCCLXXI, *ex Mss. monumentis Provinciæ Poloniæ, ſcribit circa iſtum annum obiiſſe* Ioannem: *ſed ſi* Jutta *obiit anno* MCCLXIV (*ſicuti in ejus veteri monumento ſuis olim oculis ſe legiſſe ait num.* 14 *Vitæ Auctor*) *& annis* 15 *poſt hujus mortem teſtimonium de ea dixit* Ioannes, *oportet ut Vitam produxerit ultra annum* MCCLXXIX. *Interim* P. *Fredericus Schembek, in Vita ejus Polonice edita, eodem quo* Juttam *anno, die* IX *Octobris, obiiſſe etiam* Ioannem *aſſerit.*

*nititur teſtimoniis Confeſſariorum:*

B

4 *Optarem profecto originalem Proceſſum inveniri, ad definiendum, an & quomodo ibi Confeſſarii nominentur: valde enim perplexum me reddit, quod eorum alterum* Heinricum, *Fredericus dicat* ex Provinciali Prædicatorum factum Archiepiſcopum Ardmachanum in Hibernia, inde ad Culmienſem Epiſcopatum tranſlatum in Pruſſiam, ſervato ſemper in Apoſtolicis Bullis Archiepiſcopi titulo: *hic enim omnino videtur idem eſſe, quem Culmzenſis Cathedralis fundatorem, ex Prædicatorum Ordine, indigitat ſupra laudatur Gaſpar Schutzen, urbis Gedanenſis ſeu Dantiſcanæ, Pruthenis proximæ, Secretarius, anno* MDXCIX *ſcribens, & Culmenſium Epiſcoporum ſeriem perquam accuratam texens: hic autem illum obiiſſe ſcribit anno* MCCLIV *die* I *Iulii, cui poſt ſeptennem Sedis vacationem ſucceſſerit* Fredericus, *anno* MCCLXXIV *Martii* XXV *defunctus; tum* Wernerus, *ex Ordine Teutonicorum Cruciferorum, mortuus* MCCXCI *die* XX *Octobris; ac denique* Heinricus *alius, uſque ad annum* MCCCI *&* XXV *Novembris: adeo ut, ſi vere* Heinricus, *confeſſarius* Juttæ, *de ipſa depoſuit; intelligendus ſit hic ſecundus, qui adhuc in minoribus conſtitutus, abſente* B. Ioanne, *Sanctam audiverit, fortaſſis ut Parochus Culmzeenſis, poſtea vero factus Epiſcopus ſit; quod occaſionem dederit, ipſum cum primo ejus nominis confundendi.*

*quorum unus Heinricus Epiſc.*

*ſed hic non potuit fuiſſe niſi Heinricus 2,*

C

5 *Altera difficultas, cui ſolutio aliqua eſſet ex Proceſſu petenda, inde oritur, quod cum omnes abſque differentia dicant Sanctam obiiſſe die* V Maji; *Fredericus noſter addat eum diem fuiſſe* vigiliam Aſcenſionis Domini: *hic enim concurſus, neque in notatum ab eo annum* MCCLXIV *cadit, quo Paſcha celebratum eſt* XX *Aprilis, atque adeo Vigilia iſta cecidit in* XXVIII *Maji; neque in annum* MCCLX, *quo Sanctam obiiſſe ſcribit Martinus Baronius & ex eo Bzovius, quia is annus habuit Paſcha die* IV *Aprilis, adeoque Aſcenſionis Vigiliam die* XII *Maji; ſolum autem talis concurſus reperitur fuiſſe annis* MCCLV, LXVI, LXXVII, *&* LXXXVIII, *habentibus Paſcha* XXVII *Martii, nec unquam poſtea per annos quinquaginta, ſicuti nec ante per alios ſexaginta annos. Quapropter ſi hujuſmodi combinationis fundamentum aliquod in ipſo Proceſſu inveniretur, cogeret vereri, ne obſoleta ac fere extrita inſcriptio deceperit oculos ipſius, licet attentiſſimi, Frederici; ut ubi legebatur,* MCCLV, V, *& extritum erat nomen menſis* MAII, *ipſe putaverit legi* MCCLXIV: *nam etiam* X *pro* V *debent vidiſſe illi, qui Martino Baronio dictaverunt annum* MCCLX, V MAII. *Hæc autem conjecturalis correctio ſi poſſet cum veritate dictoque Proceſſu conſor-*

*ſi Sancta obiit an. 1264,*

*tunc autem 5 Maji non fuit Vigilia Aſcenſionis;*

*ſed bene an. 1255.*

*mari, conſequenter mutandus eſſet ordo Confeſſariorum; dicendumque, quod vere* Heinricus I, *Culmenſis Epiſcopus, Sancta quoad in Pruſſia vixit a Confeſſionibus fuit: mortuo autem ei ſucceſſerit* Ioannes, *qui poſtmodum anno* MCCLXX *juratus dixerit, tam quæ noverat ipſe, quam quæ ex Epiſcopo* Heinrico *audiverat de eâdem narrari.*

AUCTORE D. P.

6 *Non capio etiam, quomodo Auctor noſter num.* 14, *ad eorum confutationem, qui volunt* S. Juttam *fuiſſe uxorem Comitis Querfurtenſis, quæ expiatura crimen imperatæ à ſe necis filiorum ſeptem, quos uno partu effuderat, poſt multa annorum curricula, cum eorum à patre ſervatorum unus Meingoldus nomine eſſet Magiſter Provincialis Cruciferorum in Pruſſia, illuc venerit, & ex iis quæ ſecum è Germania detulerat theſauris,* Heinderico *Epiſcopo oblatis, eccleſiam Culmzæ Cathedralem fundaverit: non capio, inquam, quomodo ad iſtam fabulam refutandā, Fredericus alleget Hiſtoriæ Polonicæ ſcriptorē Cromerum quaſi is ſcribat libro ſuo* VII *ad annum* MCCXXII, *quod* in Pruſſiam S. Jutta venit, non cum multitudine monilium vel theſaurorum ad ædificandas magnifice eccleſias, ſed cum baculo quo corpus ſuſtentabat, & pane Chriſti cauſa emendicato. *Volvo enim & revolvo Cromerum toto libro, non ſolum ſeptimo, ſed etiam octavo & nono, & quidquid ibi habet ab anno* MCXCVI *uſque ad* MCCLXXX, *nec ullum de* Jutta *verbum invenio. Fabula tamen illa, quam everſam cupiebat P. Schembek, ſatis per hoc refutata manet: quod, ſicuti ipſe annotavit, Comes ille Querfurtenſis inter Magiſtros Provinciales per Pruſſiam, non Meingoldus (hic enim undecimus fuit in ordine Provincialium, à Sterinbergh cognominatus) ſed* Meinike *ſeu* Meingardus, *in eodem ordine decimus tertius, Magiſteriatum ſuum dumtaxat iniverit anno* MCCLXXXVIII. *Qui tamen ſi ex eadem, unde* S. Jutta, *familia Sangerhauſana proceſſit (de quo nobis non conſtat) & hoc titulo voluit apud ipſam in eadem capella ſepeliri (quomodo conſtat in ea aliquem Magiſtrorum vel Generalium vel Provincialium fuiſſe ſepultum) apparet occaſio fundatæ ſuper ejus nomen fabulæ.*

*Fabula eam faciens uxorem Comitis Querfurt.*

E

*aliunde certius quam ex Cromero refutatur.*

7 *Ceterum ſi fundamento aliquo niteretur adventus Sanctæ in Pruſſiam, circa annum* MCCXXII; *veniſſet eo illa intra decem primos inductæ ibidem fidei annos. Etenim Culmenſis Epiſcopatus fundari cœpit, Conrado Plaizcenſi Epiſcopo & Duce Mazovienſi, Culmigeriam ad dotem eccleſiæ cedente in favorem Chriſtiani, à ſe iſtic ordinati, prius diu quam Culmzenſis Cathedralis fabricaretur: atque adeo* S. Jutta, *non ſolum quatuor, ſed triginta quatuor aut etiam annis totis quadraginta vixiſſet in Pruſſia, quot ſolum annos toti ejus vitæ aſſignat Martinus Baronius. Tanta vero mora temporis, ſi aliquid ſolidæ auctoritatis pro ea adferretur, non diſpliceret mihi; licet eâ poſitâ oporteret Sanctam fere octogenariam obiiſſe. Non enim prius è patria ſua exiiſſe dicitur, quam liberos omnes in religioſum ſtatum collocaſſet; adeoque eſſet quadragenaria quam tricenaria proprior. Verum deficiente fundamento idoneo ad tantam ætatem Sanctæ arrogandam, hoc ſolum ſtatuere poſſum, abſque originali textu ſæpedictæ Informationis nihil certi poſſe in his omnibus definiri; poſtquam conſtat eum qui ipſum habuit perperam ſubduxiſſe rationes temporum, nec ſcitur ubi vel quomodo erraverit, aſſumens aliquid quod in Proceſſu non erat. In eo Proceſſu, neque annum Chriſti, quo conditus; neque nomen Epiſcopi, ſub quo formatus; aut Pontificis, ad quem directus eſt, inveniri, vix eſt credibile: proinde ipſum originale reperiri nobiſque communicari iterum atque iterum opto.*

*Fundamento etiam caret, quod circa an. 1222 illa in Pruſſiam venerit.*

F

8 *Interim quoniam debentes de* S. Jutta *agere proprio cultus ſui annui die* V *Maji, moram indulſimus nobis, ſi forte nanciſceremur Proceſſum iſtum antiquum; nunc ipſam referimus in Appendicem, optantes ut in altera, ſi quando fiat, operis hujus editione reſtituatur ei locus ſuus, dies inquam Maji* V, *quem veroſimiliter ſuo obitu conſecravit, quocunque demum is anno contigerit. Lucas Waddinghus in Additionibus ad Tomum* 2, *in calce tomi* 7

*Cur hic ad ea agentes,*

AUCTORE D. P. *excusis anno* MDCXLVIII, *compendium aliquod Vitæ ex Frederico Schembek nactus, ex eoque asserens anno* MCCLXII in Vigilia Ascensionis *obiisse Sanctam; cum de suo addidisset, quod*, assumpto tertii Ordinis S. Francisci instituto, omnem à viro sibi relictam possessionem in pauperes distribuit, *occasionem Arturo à Monasterio dedit, ut subductis nescio qualiter calculis insereret ipsam secundæ editioni sui Franciscani Martyrologii ad* XXX *Aprilis: sed idem Arturus, errore animadverso, correxit eum in suo Gynæceo sacro, reposuitque ad* XXVIII *Maji: in Annotationibus vero reprehendit Ioannem le Paige, quasi is in Bibliotheca sua Præmonstratensi lib.* I *sect.* II, *eam* tertio Ordini Præmonstratensi *adscripserit. Hic tamen aliud non dicit, quam* ecclesiam Cathedralem Culmensem à prima sua institutione regularem fuisse; *idque probat* ex Vita B. Juttæ, Oblatissæ ejusdem ecclesiæ, *à Martino Baronio edita: & in ipsius Sectionis titulo clare profitetur, dare* Catalogum Patriarchalium, Metropolitanarum, & Cathedralium ecclesiarum, in quibus Canonicus Ordo floruit, *absque ullo discrimine Congregationum, in quas ille dividitur: quod etiã patet ex nominibus plurium ecclesiarum, quas suo Ordini Præmonstratensi adjungere ne quidẽ per somnium Pagius potuit: & de* S. Jutta *aliud in ipso non legerat Arturus, quam quod* modum vivendi feminarum, sub Regula Canonicorum Regularium S. Augustini, quorum erat Cathedralis Chelmzensis, quas Oblatas seu tertii Ordinis vocant, imitari decrevit. *Equidem nulli particulari Ordini adscribere* S. Juttam *volo, nulli tamen plus juris in eam esse dixerim, quam ei cujus ecclesiam frequentabat, si vere Regularis ordo ibi fuit ab initio institutus, quod non satis probatur. Porro quod Vitam Polonicam prælaudatam attinet, ejus interpres mihi (nec enim Polonicam linguam intelligo) fuit Rev. D. Ioannes Snini, Sacerdos Polonus, à quo explicatum mihi Schembekii sensum meis verbis Latinius reddidi.*

*ipsam nulli Ordini adscribamus.*

B

# VITA

## Ex Polonico P. Freder. Schembek S. I.

### *Interprete R. D. Ioanne Snini Polono.*

## CAPUT I.

### *S. Juttæ in Thuringia natales, conjugium, viduitas, & impensa ægris ac leprosis cura.*

LAndgraviatus Turingicus in Germania, Saxonico ac Brunswicensi Ducatibus adjacens, inter alia numerat oppidum *a* Sangherhausen, in Comitum Francemburgensium possessionem *b* nunc translatum, quod olim perantiquæ prænobilisque familiæ de Sangherhausen, ex Ducibus *c* Brunswicensibus ortæ, sedes patria fuit. In eo postquam Religionem avitam evertit superstitio nova, nihil spectabilius esse putatur veteri simulacro quodam, sesquicubitum alto, ex ignota materia sic composito, ut formam humanam toto corpore referat, genibus nixam & manus ante pectus complicantem, os vero & labia protrahat in modum canis: cui cum per foramen in capite patens infusa est aqua, applicatum igni sudare mox incipit, & per os jaculari scintillas tam copiosas, ut nisi in atrium arcis bene amplum efferretur, quoties spectaculi talis honor exhibetur advenis, domorum tecta possent incendi *d*. Cum autem ibi adhuc staret res Catholica, commendabilior multo locus erat natalibus hujus illustris Matronæ, ex eadem familia Sangherhausana *e* prognatæ, quæ in baptismate dicta est Jutta, sive Judith, nomine & in sacris Scripturis noto, & perquam familiari etiam in Regum Principumque palatiis.

a

b

*Nata Sangherhausii in Thuringia.*

c

d

D

e

2 Hæc ipsa in pueritia, annos supergressa puriles, non tam humano parentum suorum, quam divino Spiritus sancti magisterio, cœpit Deum cognoscere bonorum omnium largitorem, rerumque transeuntium vanitatem: quam identidem recogitans, nihili ducebat omnia quibus seculi amatores inhiant tam insano affectu, soliusque Creatoris pulchritudini ac majestati demirandæ inhærebat. Hinc puerile nihil in moribus præferens, conscientiæ munditiam satagebat custodire; & corpus jeuniis vigiliisque macerans, spiritui curabat subjugare. Fugiens otii, laborum patiens, silentii amans, & inutiles fabulas valere jubens, solitudinem ab hominibus præsertim masculis sectabatur: cum Deo vero in oratione frequens, mirabiles ab eo collustrationes mentis consolationesque magnas referebat *f*. Cumque decennii ætatem supergressa in omni virtutum exercitio magis magisque proficeret indies, Deumque enixe deprecaretur, ut vitæ suæ ordinem statumque futurum dirigere ad suam voluntatem dignaretur; eo revelante cognovit, matrimonio quidem jungendam se, verum non admodum diuturno; & quotquot in eo gigneret liberos, ad Dei servitium speciale educaturam.

*& à pueritia pietati addicta,*

*intelligit se matrimonio destinatam:*

f

E

3 Ergo tradita viro, illustris utique & antiquæ nec sibi imparis nobilitatis *g* (non tamen Marcgravio Querfurtensi, ut putarunt aliqui, infra clarius refutandi) facta est matronis aliis exemplum sinceræ erga Deum devotionis, reverentis erga maritum obedientiæ, materni affectus erga domesticos, Christianæ discretionis erga famulos, commiserationis minime affectatæ erga pauperes, ceterarumq; suo statui congruarum virtutum: cui etiam congruum adhibebat vestitum, sic tamen ut ab eo ostentationem ac luxum abesse vellet. Hortanti autem marito, ut ne sumptibus parceret corpori quam posset magnificentissime ornando, respondere solebat; nequaquam parcimoniæ respectu absterreri sese à superfluis sumptibus in vestes faciendis sed quod stultum videretur eos impendere membris, in fœtidam putredinem aliquando abituris; quos præstaret indigentibus subditis aut alioqui pauperibus commodari, vel in alios magis necessarios usus servari. Quidquid sibi à familiæ curis inexcusabilibus supererat temporis orationi dare solita, satagebat ut subditi sui omnes in Dei timore radicati atque fundati Christiane viverent, & fabulas ludosque impudicos caverent. Imprimis tamen curabat, ut liberi *h* sui à pueritia ad Dei cultum mundique contemptum informarentur: pro quibus cum Deum indesinenter oraret, meruit iterum certior fieri, quod omnes religiosum statum amplexuri, in eoque essent feliciter perseveraturi.

g

*in quo partes bonæ matris-familiæ explens,*

F

*neque negligens sui spiritualis profectus,*

h

4 Et hac promissione confirmata fuit in desiderio atque proposito amplectendi aliquando voluntariam & Euangelicam paupertatem, exemplo S. Elisabethæ *i* Turingiæ Landgraviæ, in cujus olim dominiis nata erat. Cum vero istud animitus peroptaret, apparuit ei D. N. Jesus Christus, speciosoac sereno vultu, respondens cogitationibus ejus ac dicens, Sequere me. Quam illa visitationem gratanter accipiens, etiam ad alia quædam responderi sibi ab eo petiit obtinuitque; & tanto exinde amoris incendio correpta est, ut corpus alioqui sanum ei ferendo impar omnino defecerit; & ut domestici, animam agere rati, Dominicum Sacramentum

*& ad Christi sequelam invitata.*

i

A mentum ei adferri curarint. Erat hoc oleum igni addere: itaque eo ſumpto magis etiam magiſque defecit: deinde vero rediit ad priſtinas vires: ſæpe poſtea idem pati ſolita, ex deſiderio videndi Dominum ſuum, eique debitas in æterna gloria laudes reddendi. Neque in ipſa hærebat cæleſtium iſtarum viſitationum fructus, ſed etiam ad maritum tranſibat: qui, conjugis exemplo ſeipſo melior quotidie factus, divinoque pariter exardeſcens amore, Hieroſolymitanum ſuſcepit iter; obeundiſque locis humanæ redemptionis myſterio ſacratis (quod etiam S. Eliſabethæ marito *k* contigit) occupatus atque immortuus, diem ibi ſupremæ reſurrectionis expectat.

*Virum etiam Deo lucratur.*

*k*

5 Non exanimavit hic nuntius Juttam; ſed ei excipiendo præparata jam pridem & divinorum promiſſorum recordata, curam ſuam omnem tranſtulit ad liberos, religioſo ſtatui aptandos educandoſque; proprii interim profectus haud negligens, ut juxta Apoſtoli præceptum caſtam coleret viduitatem, non circumeundo otioſe domos alienas, ſed proſpiciendo ſuæ, interimque obſervationibus, & orationibus inſtando die ac nocte, Dominicæ imprimis paſſioni meditandæ intenta. Poſtquam vero liberos ſuos omnes, ſicut promiſſum ſibi fuerat, pro voto ſuo in Religione conſtituit; recordata ejus qui mandaverat ut ſequeretur ſe, quidquid habebat pretioſum in veſtibus, monilibus ac ſupellectile, poſſeſſiones quoque ſuo juri relictas, de conſilio Confeſſarii, pia liberalitate erogavit: Chriſtique amplexa paupertatem, nequidem in quo caput reclinaret ſervatum voluit. Aſſumpta deinde vili tunica ac fune præcincta, cœpit inter mendicabula ſtipem quærere, ab iis quibus antea ut domina imperaverat; nec ſolum ſibi, ſed etiam cæcis claudiſque (quibus ſecundum ſanctum Job pes erat & oculus) ad manus illos ducens, omnemque mundi ſuperbiam ac faſtum generoſo pede conculcans.

*Eo defuncto & liberis Religioni traditis,*

*omnia terrena abdicat,*

B

6 Perculit inopinatæ mutationis novitas univerſos, varieque affecit; aliis factum ridentibus & fatuam reputantibus, aliis ipſam ut ſanctam commendantibus. Horum laudes ut declinaret, peregre ſibi vivendum eſſe conſtituit, ubi ignota omnibus, paupertatem, non qualemcumque, ſed deſpectam extremamque toleraret; prout reipſa fecit, ſæpe nec tantum quidem panis mendicato accipiens, quantum ejus neceſſitati eſſet ada quam ſatis; gratiaſque interim Deo agens pro moleſtiis & opprobriis ſibi obvenientibus, & inclementes hoſpites eidem commendans. Placuit Sponſo cæleſti generoſus hic, non divitiarum deliciarumque dumtaxat, ſed etiam propriæ æſtimationis deſpectus; ita ut aliquando ei apparens dixerit, Omnia mea, tua ſunt; & omnia tua, mea. Qua Domini erga ſe benignitate ad magis magiſque ſeſe abjiciendum ſtimulata, ſtatuit ad amplioris humilitatis patientiæque exercitium, vicatim ac pene oſtiatim perquirere ægros infirmoſque, etiam leproſos aut alio fœtido morbo abominabiles, quorum tergebat ulcera, obligabat vulnera, ſordes abluebat, de civitate tranſiens in civitatem.

*ſeque pauperum obſequiis peregre tradit,*

C

*præſertim leproſorum:*

7 Hæc agentem contigit aliquando miniſtrare mulieri, cui lepra ſic maxillas corroſerat, ut præbitum moribundæ Corporis Chriſti viaticum nulla ratione potuerit deglutire: quod animadvertens Jutta, & naturalem horrorem fortiter ſuperans, lingua ſua ori putri inſerta, ſacram Hoſtiam exinde abſtulit ſumpſitque ipſa: unde & contigit, reddente vicem Domino quem iſto actu honoraverat, faciem ejus tota die mirabiliter fulgere in conſpectu omnium pariter iſtic verſantium: tertioque ei apparens Sponſus ſuus, primum cum dilecto diſcipulo Joanne ipſam reclinavit ſupra pectus ſuum; deinde vulnera fecit palpare cum Thoma; ac denique ejus labia ſuo lateri admovens, cæleſtem ex eo dulcedinem ſugendam præbuit. Quibus viſionibus & apparitionibus ne quam illuſionem ſuſpicaretur ineſſe, dedit eidem quoque intelligentiam Scripturarum, ſic ut de ſubtiliſſimis etiam myſteriis diſerte ac plane diſſerere poſſet, ſecundum ſanctorum Patrum atque Doctorum ſenſum, licet eos numquam ipſa legiſſet. Præterea auxit in ea contemplationis gratiam circa paſſionem & gloriam Chriſti, ſanctiſſimæque ejus Matris ſuper omnem creaturam evectæ, cum ardentiſſimo moriendi Chriſtoque ſuo fruendi deſiderio, & profundiſſima humilitate, qua ob minimam quamque in Dei pauperumque obſequio negligentiam ipſa ſe deprimebat deſpiciebatque ex animo.

*ex cujus unius ore ſacram Hoſtiam ſumens,*

EXPLOR. FRIDER. SCHMEK.

*triplici Chriſti viſione remuneratur.*

8 Poſtmodum conſiderans de Chriſto dictum à Propheta, vere languores noſtros ipſe tulit & dolores noſtros ipſe portavit; & nos reputavimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum; ſolis leproſis ſtatuit deſervire, tamquam dominis ſuis, nihil ab illis accipiens ſeque herbis ſuſtentans. Et aliis quidem ſupervenientibus proponebat ob oculos Chriſti exemplum, docebatque per ejus imitationem via certiſſima tendere ad cælum; leproſis vero ipſis præſcribebat congruam cujuſque conditioni regulam vitæ quam tenerent; infinitoſque interim labores eorum cauſa exhauriebat, hieme æque ac æſtate nudis gradiens pedibus. In tali miniſterio longum aliquod iter ingreſſam, comitantibus mulierculis aliquot, cum dies defeciſſet, & procul abeſſet deſideratus terminus, ſociaſque teneret horror viæ per denſas tenebras continuandæ; procidit in faciem Deumque oravit. Et ecce ab Oriente improviſum ſolem, qui tenebris fugatis iter expedivit, uſque dum, emenſo duarum leucarum itinere, pervenirent quo cupiebant. Mirabantur in earum adventu hoſpites, quomodo mulierculæ, pauperes viarumque ignaræ, per ejuſmodi tenebras iter rectum tenere potuiſſent; & comperto ex aliis quod acciderat, dederunt occaſionem pictoribus, mortuæ poſtea imaginem pingendi cum ſole in manu, ſicut Iſraëlitici populi Dux Joſue pingi conſuevit.

*Quare ad talium curam unice ſe transfert.*

E

*in eaque actu obtrans mirabilis ſolis claritate utitur.*

F

9 Ipſa vero, ex illa miraculoſe ſibi oſtenſa claritate, aſſurgens ad deſiderium claritatis æternæ, quam Sponſus ejus cum Sanctis inhabitat, eoque deſiderio mire æſtuans, totos fere quatuordecim dies abſque cibo tranſegit: quando apparens ei Chriſtus, ita eam reddidit de ſua ſalute certam, ut optionem ei faceret, velletne ea ſtatim frui, an diutius pro ipſo laborare ac pati. Non dubitabat Jutta utrum eligeret: proinde, actis Deo gratiis, panis modicum ſumpſit; eoque ut prius confortata, ad priſtinas vitæ auſteritates etiam hoc adjecit, ut ſuo pani cinerem miſceret pro ſale, nec niſi in nuda humo ſomnum caperet, corpuſculum ſuum ſupra humanas vires attenuans flagris, jejuniis, orationibus, & nihilo tamen minus leproſis ſuis ſerviens. In quorum obſequio cum aliquando candentem ab igne tripodem ferreum *l*, quaſi extra ſe rapta contrectaſſet, idque ab aliquibus viſum eſſet, & re vulgata inciperet cunctis in veneratione haberi, ſtatuit inde commigrare alio: atque à conſulto ex more per preces Domino intellexit, gratum quidem eſſe, quod eatenus præſtiterat leproſis obſequium; ſe tamen velle, ut illo dimiſſo, divinarum rerum contemplationi unice ſe traderet.

*poſtea 12 diebus immota manens,*

*cum etiam ignitum tripodem illæſa tractaſſet, ſecedere ſtatuit.*

*l*

## ANNOTATA.

a Sangherhusii *descriptionem & iconismum habes apud Merianum, in topographia Saxoniæ & Thuringiæ, edita an.* 1650 *pag.* 164, *dicentem istic anno* 1083 *fundatam primariam S. Vdalrici ædem à Thuringiæ Comite Ludovico, Desultore dicto, quia ex turri in qua vinctus custodiebatur, postquam illi Sancto se devoverat, sine noxa desiliit, cujus etiam ibi sepulcrum hodieque monstratur.*

b *Tabulæ Genealogicæ Nicolai Rittershusii, pro seculo* 14 *inter Brunswicenses habent* Magnum-Pium *cognomento* Sangherhusanum: *& hunc Merianus primum ait in possessionem ejus loci venisse; sed anno* 1367 *prælio captum, pro sui liberatione oppignorasse illum, deinde & vendidisse an.* 1370 *Thuringiæ Misniæque Comitibus, quorum scilicet antiquitus fuerat, & penes eos etiamnum manere. An autem ab his profluxerint* Francemburgenses Comites, *nondum comperi.*

c *Id unde probem non habeo.*

d Idolum *fuisse ait Merianus pag.* 178, *ipsumque fuse describit; & Rottenburgi veteri in arce repertum,* Sondershusium *(quod aliud, sed multo minus oppidum* B *Thuringiæ est) fuisse allatum. Deceperit Fredericum nostrum similitudo nominis* Sangherhusii, *ut huc illud spectare crederet.*

e *Mart. Baronius familiam quidem* Sangherhausen *nominat, sed Sanctam* in Prussia *natam ait* anno 1220, parentibus Adalberto & Hedwige, in paterno oppido Bug, medio milliari à civitate Chelmza, *quæ vel eo maxime corruunt, quod tale oppidum prope Culmzaam nullum Prutheni noverint: annum autem nativitatis sumpsit Baronius, ex eo quod anno* 1260 *quadragenariam statuat obiisse.*

f Lectioni sacræ, *inquit idem,* & præcipue exemplorum piorum Vitisque Sanctorum multum dedita fuit: quibus permota, magno tenebatur desiderio, se Deo in aliquo religioso Ordine consecrandi.

g *Pergit idem,* Sed cum frater ejus Ioannes, quem unicum habebat, religioni Cruciferorum se addixisset; à parentibus, invita licet, illustri viro Ioanni Konopacki, libero Baroni de Bielczanii, annum agens decimum quintum, matrimonio juncta fuit. *Hæc opinio videtur inde orta, quod (sicut infra num.* 11 *dicitur) Sancta habitaverit in ruderibus ædificii cujusdam ad lacum* Bielczna *nuncupatum siti, medio milliari Culmza.*

C h *Martinus Baronius* unicam filiolam *solum ei concedit.*

i *Colitur* S. Elisabeth 19 *Novembr. & obiit anno* 1251, *cum nata esset anno* 1207, *& marito viduata* 1227: *adeo ut Sanctæ coætaneæ ferme fuerint, si* Jutta *quadragenaria obiit anno* 1255.

k *Obiit maritus S. Elisabethæ Hydrunti in Calabria, trajecturus cum exercitu Cruce-signatorum in Terram-sanctam, Mart. Baronius* Romam peregrinatum *ait* S. Juttæ *maritum, ibique mortuum: causam vero peregrinationis fuisse ait pœnitentiam, de temere judicata uxore, ob causam quam subdo.*

l *Rem etiam ille, sed longe aliter narrat.* Maritum, indigne ferentem piam ejus in adeunda ecclesia frequentiam, gravique suspicione de Religiosis loci illius laborantem, ab hac tentatione insigni miraculo liberavit. Nam cum die quadam tardius ex ecclesia domum reversa fuisset, verbis contumeliæ minarumque plenis ab eo affecta, quod prandium non cito pararetur, magna cum humilitate injuriam sibi illatam sustinens, tripodem ferreum ignitum cum piscibus, quos in eumdem paulo ante conjecerat, nudis manibus ex igne illæsa recepit, & pisces nondum coctos mariti mensæ apposuit. Quibus ille gustatis, cum optime coctos & conditos animadvertisset, rei novitate evidentique miraculo attonitus, supplex veniam suspicionis illius falsæ, injuriæque verbis illatæ, ab uxore postulavit. *Operæ pretium esset scire, quomodo miraculum istud antiquitus in tabula, de qua infra, fuerit expressum.* D

## CAPUT II.

### *Vita Sanctæ in Prussia actæ, obitus, sepultura, miracula.*

MUltum eo tempore Polonia à Tartaris, Ruthenis, ac Lithuanis affligebatur, à quibus exustæ erant Cracovia & Sendomiria, Vistula flumine intra non amplius quam decemmestre spatium bis Christianorum occisorum cadaveribus oppleto. Masovia eamdem fortunam passa, lugebat Plocium urbem primariam in cineres redactam. Prussia similiter ferro vastabatur & igne, ægre vitam libertatemque intra munitiora castella & arces tuentibus Cruciferis contra barbaros, qui Samogitiis ac a Jasygibus juncti ad triginta millia numerabantur: quin & ipsi Prutheni, a E haud ita pridem baptizati, redeunteque ad gentilismum, haud exiguam stragem faciebant Sacerdotum virorumque Christianorum apud se commorantium: multumque tardabant advenire, quæ in Germania atque Polonia maligno successu colligebantur subsidia. Non deerant quidem qui pro communi patria supplicarent Deo, non pridem vita functi Sancti, Vincentius *b* Cadlubcius, ex Episcopo Cracovienſi humilis in Cistercienſi Andricoviæ monasterio religiosus; Hedwigis Ducissa *c* Poloniæ atque Silesiæ, & Hyacinthus *d* Odrovisius ex ordine Prædicatorum: aderant etiam alii adhuc viventes, sed non minori sanctitate conspicui, Venerabilis Joannes *e* Pandrotha de Bialazcua Cracovienſis Episcopus, Kunegunda *f* Hungariæ Regina atque Ducissa Cracoviæ, Salomea *g* Sendomiriæ Ducissa, eademque Regina Galatiæ seu Haliciæ. Voluit tamen Deus, ut Prussiæ adjacentique Masoviæ specialis Patrona ex Germaniæ partibus accederet, hæc de qua agere cœpimus S. Jutta. 10 *Dum Polonia & Prussia multiplici ter afflinguntur,* *ad ceteros ejus Patronos,* b c d e f g

11 Absoluta illa, uti jam dixi, à leprosorum ministerio, jussaque in silvis ac solitudinibus contemplationi vacare, inspirante agenteque intus Deo, in Prussiam, nemoribus densis famosam receusque ad fidei lumen adductam, se convertit, anno MCCLX, illucque ingressa est peregrina ac pauper; regnante in Polonia Boleslao Pudico cum conjuge sua Kunigunde, supremo autem Cruciferorum Magisterio vacante in Prussia per mortem Popponis de *h* Osterlingo, sexti in ordine Magnorum Magistrorum, uti censent Prutheni, Polonicis Historicis aliter scribentibus. Elegit autem ad inhabitandum locum in Culmensi Episcopatu, tribus milliaribus Thorunio distantem, medio vero à Culmza, sub ædificio quodam tunc desolato, nunc etiam diruto & solis ruderum vestigiis inveniendo, secus stagnum grande quod Bielcznæ vocatur. Ibi viventem solitarie observaverunt accolæ, bis die quolibet solitam elevari in aëre, ministerioque Angelico sic sustineri, donec à colloquio Domini instar Moysis vultu coruscante reverteretur. Sacramentorum vero causa adiens novam ecclesiam Culmzensem, sanctissimæ Trinitati dicatam, vel circuitu utebatur per silvas, secundum lacus prædicti flexum, salutabatque positum in via Crucifixum; vel præ desiderio ad suum dilectum veniendi, super F *accedens S. Jutta an.* 1260, h *in solitario loco contemplationi vacat,*

A per ipſas aquas recto tramite gradiebatur; quem tramitem diu etiam poſt mortẽ ibi fuiſſe obſervatum, narrant accolæ; ſimili miraculo quo Oroſius aliique graves ſcriptores narrant, in littore maris rubri ſuo
i adhuc tempore conſpiciſolita *i* veſtigia Iſraelitarum Pharaonem fugientium.

*ſubdirectione Confeſſariorum,*

12 Ac primo quidem uſa eſt, ad Confeſſiones, & conſilia in iis quæ ad ſpiritum pertinent capienda, B. Joanne Lobedavio Thorunenſi, Ordinis S. Franciſci, qui ſanctitate ac miraculis clarus Culmzæ
k *k* requieſcit; deinde Henrico ſeu Heidenrico, qui ex Provinciali Prædicatorum factus Archi-
l epiſcopus Ardmachanus *l* in Hibernia, per Sedem Apoſtolicam tranſlatus eſt in Pruſſiam, ſervato ſemper in Apoſtolicis Bullis Archiepiſcopi titulo: fuerunt autem ambo viri doctrina, & ſpiritu eminentes. Sub his directoribus iſtic vivens, memorque eo ſe directam, ut novellam iis in partibus Eccleſiam orationibus ſuis ſtabiliret, toto affectu deprecabatur Dominum pro converſione Gentilium & confirmatione Neophytorum, non ſolum lacrymas, ſed ſanguinem quandoque ex oculis fun-
B dens, quibus tamen nulla inde noxa creabatur: *cum ſingulari omnium adificatione,* ſimiliter & pro peccatoribus atque letali crimini implicitis in genere & in ſpecie, pro afflictis etiam quibuſcumque vivis atque defunctis, proque totius Chriſtianitatis neceſſitatibus deprecabatur, conceſſo ſibi divinitus ardore caritatis. Si quando autem congrediebatur cum hominibus, ſermo ei omnis de Deo erat, rebuſque divinis, & mediis ad eum perveniendi. Confortabat neophytos in fide, veteranos exhortabatur ad Dei timorem amoremque. Nonnumquam etiam, pro veteri ſuo more, infirmis leproſis ac ſcabioſis miniſtrabat, mira humilitate atque hilaritate: omnes denique ædificabat in Domino, à quo etiam receperat gratiam cognoſcendarum cogitationum, ſolita ad eaſdem cum res exigeret reſpondere, acſi verbotenus ſibi eſſent expoſitæ.

13 Hunc in modum inter Culmzenſium ſilvas quatuor annos egit, ſuæ mortis præſcia & non ob-
*anno autem 1264 morbo correpta,* ſcura quandoque prænuntia, totis interim votis ac deſideriis æterna ſuſpirans, donec ardenti correpta febri ad extremum vitæ terminum adductam ſe vidit. Tum vero ſuper nudam humum & ſuppoſitum capiti lapidem ſtrata, venientibus ad ſe dixit, præ abundantia gaudii letalibus iſtis doloribus mixti: O quanta felicitas, & quam certa via perveniendi ad Dominum tria hæc, morbus dolo-
C rificus, exilium à patria in remoto juris alieni an-
m gulo, & voluntaria propter Deum paupertas! *m* Poſtmodum cum magna cordis contritione, ſuper negligentiis in Dei ſervitio admiſſis, ſuſcepit extrema Sacramenta à Confeſſario ſuo, D. Heidenrico Culmenſi Epiſcopo. Subinde morti appropinquans ad eam ſeſe diſponere cœpit, per orationes & pia colloquia, intexta ſacrarum Scripturarum locis, mirabili interpretationis arcanæ nexu inter ſe aptatis; præſertim ad ſeptem poſtrema Domini verba, cum admirabili adſtantium motu, in quorum ultimo, Conſummatum eſt, etiam ipſa conticuit. Tum vero Epiſcopus, qui, propter cognitam ſibi magnam ejus ſanctitatem, die ac nocte ultima non receſſit ab ejus latere, cœpit Domini-
*pientiſſime moritur.* cæ Paſſionis hiſtoriam legere ex Euangelio: cui attentiſſima illa, & ſpiritualibus (ut apparebat) affectibus interius reſpondens, ad illa verba quibus dicitur egreſſus à cœnaculo Dominus ad conſum-
n mandum noſtræ redemptionis opus *n*, elevavit in cælum manus oculoſque, & inclinato mox capite tradidit ſpiritum.

14 Obiit autem, ſicut prædixerat, eodem pre- EXPOLOH
phetico ſpiritu quo & alia plura, ſuum ex ordine FRIDER.
effectum ſecuta, anno MCCLXIV, quinta Maji, pri- SCEMBEK.
die *o* Aſcenſionis Domini, nullius in vita letalis de- o
licti unquam ſibi conſcia, prout ejus prænomina- *Variorum ab hac diverſæ narrationes,*
ti Confeſſarii poſtea depoſuerunt. De ejus ortu atque conjugio, & in hanc Pruthenicam regionem adventu mortiſque anno, quotquot ab antedictis diverſa ante hac ſcripſerunt, eos certum eſt fabellis pervulgatis deceptos, non habuiſſe præ oculis vetera, unde prædictam narrationem ſumpſimus, monumenta; neque viderunt inſcriptionem ejus ſepulcralem, quæ, annum quem dixi expreſſe ſignans, modo evanuit, à me autem, viſa deſcriptaque eſt anno MDCXXI; quando de mandato Sereniſſimi Regis Sigiſmundi III eas in partes profectus ſum, colligendæ huic hiſtoriæ ex ejus voluntate intentus, inſtructuſque litteris ad Epiſcopos, Abbates, Senatores, & Capitaneos ejuſdem Ducatus. Itáque comperi obiiſſe illam tempore eo quo Cruciferorum Ordinem ſeptimus in ſerie Magiſter re- *reſelluntur,*
gebat, ejus aut frater aut conſanguineus, *p* Hanno p
de Sangherhauſen Thuringius, eximiarum virtu- E
tum & raræ prudentiæ vir, qui Patres Dominicanos Thorunii in nova civitate fundavit, & templum S. Nicolai extruxit, quod hodieque ibi permanet. Quem autem huc adducunt aliqui decimum tertium Magiſtrum Ordinis, Comitem de Querfurt, finguntque ejus fuiſſe filium nomine Meniche ſeu Mengoldum, quod veteri Saxonica abortivum ſonat, unum ex novem eodem ſimul partu effuſis, in pœnam temerarii de muliere quę
ternos pepererat judicii, atque à patre ſervatis *q*, q
cum juſſu matris necandi eſſent; qui, inquam hæc fingunt, & quod ad eum venerit Jutta tam gravis delicti actura pœnitentiam; erraſſe convincuntur, vel ex ſolo tempore, quo Comes ille in Pruſſiam veniens, Juttam non præceſſit, ſed ſecutus eſt anno MCCLXXXIII. Taceo autem prædictorum Confeſſariorum ejus, virorum utique doctrina ſanctitate & prudentia præſtantium, de tam memorabili culpa ſilentium, quam æque ac pœnitentiam ſuper ea omnibus conveniebat fieri notiſſimam. Nihilo melius cum veritate conſiſtere poteſt, quod volunt aliqui, eam in Pruſſia paterno oppido Bug, medio milliari à civitate Culmza natam ibidem nupſiſſe Illuſtri viro Joanni Konopacki libero Baroni in Bielczanii: de illo enim oppido Bug, viventium nemo unquam audivit in Pruſſia quid-
quam, aut legiſſe meminit: & repugnant hiſtori- F
ci Prutheni æque ac Germani, unamiter aſſerentes, ex Germania Juttam adveniſſe peregrinam, in quibus Crommerus lib. 7 ad annum 1222 aſſerit, quod S. Jutta, non cum amplitudine monilium ac theſaurorum venit in Pruſſiam ad eccleſias magnifice extruendas, ſed cum eo quo corpus ſuſtentabat baculo, & pane Chriſti cauſa emendicato; tantum abeſt, ut ex allatis ab ea opibus fundata ſit eccleſia Cathedralis Culmzæ, de cujus fundatione multo prius quam veniret illa, extant quæ vidit Crommerus in Cancellaria Culmenſi monumenta.

15 Illa mortua, ut unde digreſſus ſum redeam, *Invocata poſt mortem oculos aperit:* juſſit Epiſcopus apparari funus, non quale ipſe pro ſua ergo illā devotione voluiſſet, ſed quale defuncta optaverat, adjurans illum, ut ſibi, quæ pauperē Chriſtum ſtuduerat imitari in vita, concederet etiam ad illius exemplum pauperibus quibus miniſtraverat contumulari: in quorum ſacello mox atque depoſita fuit, totum continuo perflavit ſuaviſſimus ac plane cæleſtis odor, teſtis eximiæ illius ſanctitatis. Mox etiam accedens ad feretrum ſo-

ciarum

EX POLON FRIDER. SCEMBEK

ciarum ejus in miniſterio pauperum una, vultumque jacentis lugubri quo operiebatur panno evolvens, tamquam viventem ſic allocuta eſt, Rogo te, mater ac ſoror cariſſima, ut in anima mea miſera fructum faciant quæ mihi reliquiſti virtutum exempla. Quibus verbis cum jungeret copioſas lacrymas, ecce tibi, raro miraculo, oculos hilariter aperuit defuncta, ipſamque & mox cœlum devote aſpiciens, denuo eoſdem clauſit, cum omnium qui aderant ſtupore maximo. Hinc cum eſſet efferenda, more communi pauperum, ad ſepulturam in eccleſia ei dandam; licet neque de morte neque de funere tali ſparſa in populum notitia eſſet, divino tamen inſtinctu maxima utriuſque ſexus accurrit multitudo, quanta totis quindecim annis ante vel poſt, ſicut deinde ad Papam ſcriptum eſt, numquam in civitate Culmzenſi comparuit; advenerunt etiam uſque ad tredecim Presbyteri, numerus eo tempore in Pruſſia rarus atque inſolens.

*ſuavem à ſe odorem diffundit:*

*& Culmzæ in proprio ſacello ſepulta,*

16 Peracto autem Sacrificio funebri & ceremoniis poſt illud conſuetis, rurſus cæleſtis illius odoris fragrantia omnes perfudit; neque hæc tantum, ſed quod miraculis omnibus corporalibus pluris facio, magnus in omnibus extitit animorum motus, ſingulos efficaciter urgens & excitans, ad deteſtanda prioris vitæ delicta, eorumque ſeriam emendationem inſtituendam. Denique in eadem Culmzenſi, (quæ Culmenſi Epiſcopo Cathedralis eſt) ſanctiſſimæ Trinitatis eccleſia, intra proprium, quod ab ejus nomine hodieque appellatur, S. Juttæ ſacellum, ſitum ad dexterum baſilicæ latus, eſt tumulata; erectumque haud procul cœnotaphium, pro illius ævi more ſatis magnificum. Cœnotaphium, inquam, anno enim MDCXXXVII die XIV & XV Decembris, Illuſtriſſimus Ioannes Lipski Culmenſis Epiſcopus, cum Capitulo ſuo illud diligenter me præſente ſcrutatus, vacuum reperit; agnovitque non fuiſſe in illo tumulo condita oſſa, ſed ad cautelam vel defoſſa altius, vel in propinquo abdita, eo modo, quo Romæ S. Petri, Venetiis S. Marci, alibi aliorum Sanctorum corpora, quam certum eſt adeſſe, tam ignotum omnibus quo ſint præciſe condita loco; atteſtantibus eorum præſentiam copioſis miraculis. Hæc autem in prædicto ſacello tanto numero cœperunt mox frequentari, ut decimo quinto poſt Sanctæ mortem anno confectus de iis Proceſſus ſit, informativus (ut nunc Romæ appellant) ad Canonizationem, ex juratorum teſtium depoſitionibus legitimis, indicantium, cæcos, claudos, leproſos, podagricos, tertia quartanaque & aliis omnis generis morbis laborantes, ibidemque ſalutem conſecutos, meritis & interceſſione B. Iuttæ: de quibus etiam vetus in pergameno ſcriptura ſic loquitur:

B

*r miraculis multis claret,*

C

Qui veniunt claudi, redeunt ad propria ſani;
Cæci, leproſi donum ſenſere ſalutis.

Specialiter autem quædam paralytica, & alia morbum caducum patiens, ſanitati ad corpus ejus reſtitutæ leguntur.

17 Addit eadem informatio, ex crinibus, à capite Reliquiarum loco abſciſſis, & vili qua pro induſio utebatur interula, etiam poſt tot annos elapſos, odorem ſuavem afflari appropinquantibus; eumdem ſcilicet, qui diffundebatur è corpore ante ſepulturam; ſic ut vere dici poſſit S. Iutta, Culmenſem totam diœceſim atque imprimis Culmzenſem ciuitatem (cui olim à Roſa nomen datum eſſe affirmant propter rotunditatem) ſuæ ſanctitatis unguento condire: de qua Culmenſis Clerus *s* ad Pontificem ſcribens, relationem ſuam his verbis concludit: Quantus in ea fuerit & quam continuus fervor gratuitæ & puriſſimæ caritatis, quam mirabilis intenſio deſideriorum ſanctorum, quam incredibilis pœna inter deſideria, quam uberes lacrymæ pro ſtatu univerſalis Eccleſiæ (propter quæ ſæpius cor & caro ejus ſic defecerunt in Deum vivum, ut crederetur ſubito moritura) quæ luminoſitas divinæ cognitionis, quanta orationum inſtantia, quæ circa infirmorum & leproſorum miniſteria ſedulitas, quanta cibi, potus & ſtrati auſteritas, qui ſupra humanum modum labores, quæ pœnalitatum quas patientiſſime & hilariter pertulit acerbitas, quæ vitæ perfectio ſuper omnes homines quos vidimus & audivimus, nec verbo exprimi, nec ſcripto mandari, ſed nec humana ratione poſſet de facili comprehendi. Sed hæc pauca de innumerabilibus veſtræ ſcripſimus Sanctitati, hæc ita ſe habere ſecuris conſcientiis proteſtantes, quorum quædam quidam ex nobis præſentes vidimus, quædam fideli relato didicimus. Quid porro in cauſa Romæ factum eſt neſcimus, deperditis eccleſiaſticis ſcripturis pleriſque eo tempore, quo captam urbem Cæſareus miles hæreticus ſub hæretico Duce Borbonio ſpolians, execrabili furore etiam in chartas graſſabatur, quas rabidi illi palearum loco ſuis equis ſubſternebant. Quæ eadem cauſa etiam fecit, ut in Pruſſia atque Pomerania tam parum ſciri potuerit de poſt ſecutis S. Iuttæ miraculis, ſolumque manſerit memoria feſti ejus, annue v Maji agi ſoliti, cum Miſſa de ſanctiſſima Trinitate.

D

*Clari Cal. menſis de ejus ſanctitate teſtimonium.*

E

F

## ANNOTATA.

a Jazyges, *antiqui Sarmatiæ populi ad Mæotim paludem, quibus verſus Balthicum mare proximi* Samogitii, *inter ipſos & Pruthenos medii.*

b B. Vincentii *hujus meminit cum prolixo Elogio Chalemotus de Sanctis Ciſtercienſibus ad* 8 *Febr. tamquam viventis circa an.* 1206: *antiquum ejus cultum nobis pro Supplemento probabunt Acta in Ordine ad Canonizationem, ex licentia Capituli generalis* 165, *conſcripta & Romam miſſa, ſi ea nobis communicentur,*

c S. Hedwigis *colitur* 15 *Octobris, obiit anno* 1243.

d S. Hyacinthus *Ordinis Prædicatorum, colitur* 16 *Auguſti, obiit anno* 1257.

e *De* B. Ioanne Pandrotha *agemus* 21 *Septembris, obiit* 1266.

f S. Kunigundæ *ſeu* Kingæ *Vita, ab eodem qui S. Staniſlai Paſſionem & Miracula ſcripſit Longino prolixiſſime compoſita, extat apud nos pro* 24 *Iulii: obiit illa, Boleſlai Pudici uxor, an.* 1292, *poſt mortem mariti* 13.

g S. Salomæa 27 *Novembris anno* 1268 *defuncta eſt: habemus antiquam ejus Vitam ex codice monaſterii S. Clara Cracovia, ſcripto ſub annum* 1401, *in quo cum adſit antiquior etiam* Kingæ *Vita, hanc quoque inde nobis tranſcribi ac mitti peto.*

h *Rectius ut puto Gaſpar* Popponem de Oſternaw *nominat, aitque anno* 1264 *Magiſteriatus ſupremo, ultro ſe abdicaſſe, &* 1265 *mortuum eſſe in Germania, in fundis paternis* 10 *Iunii: cui potius crediderim, cum poſſit ipſe Pruthenis accenſeri.*

i *De his vide, & verba Oroſii lege apud Salianum noſtrum, an. M.* 2544 *num.*247 *hunc enim præ oculis auctor noſter habuit, editum an.* 1620.

k Ioannes Pruthenus, *in Martyrologio Franciſcano relatus* 21 *Iunii, in Vita ab hoc noſtro auctore edita dicitur obiiſſe anno* 1264 *die* 9 *Octobris, quando ipſam dabimus, Latine redditam à Prænobili D. Andrea Vincentio Vſtrzycki Polono.*

l *Colganus poſt Acta S. Patricii Append.* 7 *part.* 3, *Chro-*

*uti & reliquiæ ejus.*

A *Chronicon Primatum Hiberniæ texens, definit cum fine ſeculi 12, nolens*, ubi pietas & doctrina nimium declinaverunt, *proſequi cœptum argumentum, præſertim in defectu veterum monumentorum, per quem nequeat ordinem Archiepiſcoporum Ardmachanorum ex voto pertexere. De eodem nihil habent alii ſcriptores Ordinis, ex quo fuiſſe Heinricum non Secundum (qui huc ex mente Frederici ſpectaret) ſed primum ait Gaſpar præludaras. Cujus Ordinis ſecundus fuerit, idem Gaſpar non ſcribit. Si eccleſia Cathedralis fuit* Canonicorum Regularium S. Auguſtini, *ut ait Mart. Baronius, ſed non ſatis probat, credibile eſt ex eodem Ordine Heinricum II fuiſſe.*

m *Addit Martinus Baronius, quod* Chriſtum Dominum, cum multis Angelis & aliis Sanctis ſibi apparentem vidit: qui eam his verbis, Veni jam, ô famula mea, in regnum meum, ad ſe invitavit,

n *Item ait: quod* primum ſibi Paſſionem D. N. I. C. legi petiit, deinde vivificis Sacramentis communiri: quibus acceptis, omnibus adſtantibus valedicens, migravit.

o *Iam oſtenſum eſt, Vigiliam Aſcenſionis cum 5 Maji non concurrere anno 1264, adeoque hæc potius ad annum 1265 ſpectare, ſi ſervandus eſt concurſus iſte.*

B p *Hunc ait Gaſpar Schutzen, anno 1264 electum, obiiſſe Treviris, ibidemque ſepultum eſſe an. 1275*

q *Talem ſeu fabulam ſeu hiſtoriam de* Guelforum *origine habent Germani, huc male relatam: quod ſcilicet ancilla natos juſſa ſubmergere, ab obvio patre interrogata quid gereret, reſpondiſſet* Guelfos, *id enim Germanica lingua* catulos *ſignificare ajunt. Prolixe rem totam deſcribit Bucelinus tom. 2. Germaniæ ſacræ pag. 363, quaſi ea contigiſſet Ermentrudi, Iſenbardo Alemanniæ Principi nuptæ, quæ fuerit ſoror Hildegardis uxoris Caroli Magni.*

r *Waddingus in Additionibus præcitatis n. 15 agens de* B. Ioanne, *cum dixiſſet*, neſciri ubi ſint oſſa, *addit*: quorumdam opinio eſt, Clerum Culmenſem oſſa ejus collegiſſe, & in Cathedralem eccleſiam intuliſſe, ſimulque cum beatis Patronis Iutta & Dorothea ſecreto loco condidiſſe, cuſtodiente Domino oſſa Sanctorum, in illa magna perſecutione hæreticorum ſub Alberto Duce Pruſſiæ. *Sed hoc de* Dorothea *dici non poteſt, ſepulta in primaria Teutonici Ordinis civitate Mariæburgo, ubi & requirenda oſſa videntur.* Ioannis *autem oſſa ab hæreticis ludibrio habita fuiſſe conſtat, & miraculo rurſum collecta, ſed deinde imprudenter permixta aliis, ideoque abdita denuo ab Epiſcopo fuiſſe hoc ſeculo.*

C s *Cur* Clerus, *& non etiam Epiſcopus, idque ante omnes? Non excluditur hic à verbo* Clerus: *potuit tamen apud Imperatorem abſens, vel domi male habens fuiſſe Epiſcopus, cum iſta ſcriberentur. Waddingus, neſcio an non ex conjectura, plus ait*; Supplicatum eſt, *inquiens*, Sedi Apoſtolicæ pro illius Canonizatione annis ſuperioribus per Epiſcopos Pruſſiæ, Ordiniſque Teutonici Primores cum Generali: *ſed hoc fortaſſe de recentiori aliqua ſupplicatione intelligendum, quam velim adipiſci.*

## CAPUT III.

### *Argumenta antiqui cultus apud Pruthenos.*

18 *Præ reverentia vix ulli datur ſepeliri in ſacello ejus:*

PEr ea quæ ſupra retulimus factum eſt ſeculis ab hinc aliquot, ut Pruſſiæ provincia S. Iuttam inter Patronos colendam ſuſceperit, tantaque in reverentia ipſam habuerit Culmzenſis Eccleſiæ Clerus, ut in eo ubi creditur tumulata eſſe ſacello neminem paſſus ſit ſepeliri, præter unum

a Ordinis a Cruciferorum Magiſtrum, quemadmodum compertum fuit totius ſacelli pavimentum alte ſuffodientibus, dum ſacra ipſius Sanctæ oſſa requirerentur. Annis autem abhinc viginti & amplius, Rev. D. Piſinzki, ejuſdem loci Canonicus, pro ſingulari erga illam affectu, ibidem petiit & obtinuit ſepeliri. In eodem ſacello variæ, ab immemorabili tempore, extiterunt illius, ut Sanctæ, imagines. Una imprimis vetuſta ad ortum ſolis ibi viſitur, ex ligno ſculpta, eodem ubi vetus monumentum ſtabat loco, flectentem Iuttam exhibens ad Chriſti latus; ex eoque cæleſte nectar ſugentem. Ad Occidentem eſt alia pictura grandis, in quindecim diviſa areolas, in quas præcipua vitæ geſta diſtribuuntur, cum ſubjecta cuilibet Germanica epigraphe, ea ipſa expli cante. Ad meridiem eſt alia, duodecim palmos alta, atque ita prorſus picta, ſicut ſculpta illa, quam dixi ſtare ad monumentum, una cum Chriſto, in habitu videlicet griſeo b, & ejuſdem coloris longioribus manicis: cingitur autem loro coriacio, nigro & largo, quod à collo ad pectus defluens, ibique in modum crucis decuſſatum, corpori deinde circumducitur, pendentibus hinc inde extremitatibus. Ad illius dexteram exprimitur in eadem tabula S. Dorothea c Vidua Pruthena, ad latus ſiniſtrum in corde ſuo fixa habens tria ignita tela, & quatuor haſtas ad latus dexterum, propter admirabilem viſionem inflictorum ſibi vulnerum, de qua in ejus vita egiſſe memini. Denique ſiniſter adſtat B. Ioannes Lobedau Thorunenſis, S. Iuttæ Confeſſarius præmemoratus, læva librum, dextera facem ardentem prætendens, qua noſtris nautis piſcatoribuſque per tenebras oberrantibus viſus eſt in mari Balthico (Dantiſcanum nos dicimus) prælucere atque ſuccurrere invocatus.

*ex ICONE FRIDER. SCHEMEL.*

*ubi ſtatuæ & picturæ vetus.*

*& alia ipſa ſam habens cum BB. Dorothea & & Ioanne.*

F

d

19 Huic imagini ad parietem appenſæ affixa tabella lignea imminebat, in modum baldachini, inſcripta verſibus, quos præſumere licet ab antiquis Culmenſis Eccleſiæ Epiſcopis propoſitos fuiſſe eccleſiis particularibus ad exemplum: ita enim ſonant.

*tamquam Patronorum Pruſſiæ.*

Pruſſia tam Divos gaude obſervare Patronos,
Et ſacra purpureis oſſa reconde locis:
Ne peſtem, ferrumque, famem patiaris & ignem,
Horum ſubſidio tuta ſed eſſe queas.

F

Cum autem neceſſe eſſet imaginis illius colores, utpote aqueos, temporis lapſu evaneſcere paulatim; curatum fuit ut ejuſdem formæ colores identidem novi inducerentur, ſub eadem inſcriptione. Evidenter hoc compertum eſt, quando Rex ille pius Sigiſmundus III, qui anno MDCXXI arma contra Turcas expediens, S. Iuttæ ſepulcrum perſonaliter viſitaverat; rurſus anno XXVII poſitis ſub Theſinia caſtris, eodem ſimili devotione venit. Curioſe enim imaginem perſcrutantibus apparuit, poſt eam quæ tunc cernebatur picturam, fruſtum vetuſtioris telæ, ſimilibus, ſed evanidis coloribus depictæ: quin etiam, prout ipſe præſens vidi, apparebat ipſius tabellæ litteras tertium fuiſſe renovatas. Quod, iiſdem ad ſe in caſtra delatis, intuitus Rex, vehementer gaviſus eſt, illa tam manifeſta demonſtratione veteris erga Sanctos cultus.

*quas picturas aliquoties renovatas coloribus aqueis.*

20 Etenim licet noſtra hac infelici ætate, qua, *anno 1627* Iparſis per haſce provincias novarum ſectarum zizaniis, eorum etiam qui conſtantiam in fide Catholica tenuerunt valde refrixerit devotio erga res divinas, ſacrum præſertim Sanctorum cultum; Culmenſis tamen Eccleſiæ Prælati, ſicut Catholicos in ſua diœceſi ritus, quantum in ſe fuit, inter cives accolaſque ſervarunt; ita etiam Sanctorum memoriam pro viribus reſuſcitare ſtuduerunt. Unde etiam anno jam dicto MDCXXVII, Illuſtris Canonicus Gabriel Wladiſlawski, volens antiquatam plus nimium memoriam reſtaurare, atque in durabiliorem formam transferre; ejuſdem cum prioribus menſuræ

*pius Canonicus.*

EX POLON. FRIDER. SCHEMBEK *cum oleaceis picturis mutat,*

eorumdemque lineamentorum atque colorum, ſed oleo temperatorum, picturam fieri juſſit, veteri iſti ſubſtituendam; tabulam etiam novam, ut prius, apponi deſuper, cum iiſdem quibus antea verſibus, ſed tali ſub titulo: Erga beatos Pruſſiæ Patronos devotus, eorum antiquas imagines, injuria temporum læſas, hiſce ſimilibus ab interitu vindicavit Gabriel Wladiſlawski. Sed & verſibus, quos jam dixi, antiquis nova hæc duo diſticha adjunxit:

Patroni Patriæ, celſum qui habitatis olympum,
Gaudentes luteas deſeruiſſe domos:
In terris fragiles veſtros ſervate nepotes,
Donec vobiſcum tecta beata colant.

Sed & illam picturam, quæ geſta B. Iuttæ quindenis quadris diſtincta exhibebat, idem Dominus eodem anno eodemque in ſacello ſimiliter innovavit, ſub hac inſcriptione: Ne pia poſteritas ſingulari Chriſtianæ perfectionis exemplo B. Iuttæ vitâ careret, tabulæ priori eam repræſentanti, ſed vetuſtate attritæ, hanc novam per omnia ſimilem depingi fecit Gabriel Wladiſlawski, Canonicus Culmenſis. *d*

d

21 Verum ut bona, & eâdem qua olim intentione hæc facta ſint omnia, accidit tamen in hac poſtrema innovatione aliquid (prout ipſe cui contigit Concanonicis ſuis Culmenſibus narravit, & ego tum ex ipſis tum ex relatu præſentis domeſtici hic deſcribam) quod dubitare auctorem fecit, gratumne id officium Sanctis fuerit. Anno enim eo quem dixi MDCXXVII, die Iovis in Quadrageſima, occumbente ſole circa horam ſextam, cum antiqua ſimul ac nova pictura Culmzæ ſtaret in Canonici prænominati cubiculo, nec quiſquam ſubtus in atrio eſſet; ſereno & tranquillo cælo; unica quæ eo in cubiculo erat feneſtra vitrea ſubito concuti cœpit, violentia tam magna, ut peſſuli lignei, quibus intus fortiter claudebatur, colliderentur âc ſtreperent tamquam in vehementi turbine. Id cum ad menſam ſuam ſedens attente animadverteret, iterumque & iterum fieri audiret; ſuum ex ſorore nepotem Matthiam Burſenicium, eadem ſecum videntem audientemque nec leviter conſternatum, deſcendere jubet atque diſpicere, numquid infra feneſtram poſiti in atrio aſſeres loco moti fuerint. Intelligens autem omnia iſtic immota eſſe & fuiſſe, tota nocte illa ambiguo cogitationum æſtu fluctuavit circa cauſam concuſſionis illius, nec alia ſibi occurrit præſentior quam prædicta immutatio picturarum: in quo forte ſua eum conjectura non fefellit. Etenim judicio tam Sigiſmundi III piæ memoriæ, quam ejus qui nunc feliciter regnat Wladiſlai IV, qui ſacellum Culmzenſe S. Iuttæ ex voto viſitarunt cum Proceribus ac Senatoribus multis; priores illæ, licet antiquatæ picturæ, efficaciores erant ad religionem Pruthenis affiandam, majorum ſuorum pietatem per eas intuentibus. Non propterea à cœpto conſilio Canonicus deſtitit, ſed novas à ſe curatas appendi in ſacello juſſit. Inveniuntur porro ante centenos annos ciboriis, altaribus, atque feneſtris variarum in Pruſſia eccleſiarum inſculptæ vel appictæ earumdem Sanctarum imagines; impreſſæ quoque ſuper chartam tam Romæ quam in Belgio, atque etiam in libris excuſæ reperiuntur. Denique anathema argenteum in eodem ſacello appenſum viſitur, quod Ioannes Oheſcius, regni Poloniæ Subcamerarius, obtulit anno MDCXXIII, profeſſus ſe debere S. Iuttæ ſanitatem, à gravi morbo receptam.

B *facto incertum an probato Sanctis,*

*quia veteves forte utiliores Catholicis erant.*

C

*Plures alibi ejus & Dorotheæ imagines.*

## ANNOTATA.

a *Quis hic? Schultzenus ſingulorum ex ordine ſepulturam alibi notam indicat, præterquam unius Conradi, qui ab anno 1441 ad 1449 rexit, & ultimus ſupremo jure totam Pruſſiam tenuit. Crediderim tamen potius, proprium Pruſſiæ Commendatorem aliquem (puta 13, Meinardum Querfurtenſem) Culmzæ ſepultum, quàm Magiſtrum totius Ordinis, qui fere ſedem & ſepulturam habuerunt in proximioribus mari majoribuſque civitatibus, Dantiſci, Mariaburgi, Koninghsbergæ &c.* D

b *Hoc cingulum certe ad Franciſcanos non ſpectat; an autem Canonicorum Regularium, tamquam pariter Cruce ſignatorum, proprium fuerit (nam maxime varius variarum hujus Ordinis Congregationum eſt habitus) non divinaverim.*

c S. Dorothea *colitur 30 Octobris, eſto hic dicatur obiiſſe 25 Iunii.*

d *Vtriuſque tabulæ delineationem, ſi, ut petii, nactus fuiſſem, utramque libenter hic ſpectandam exhibuiſſem: puto enim illas atque imprimis alteram, multum ad hiſtoriam facere.*

## CAPUT IV.

### *Sanctarum Iutt.æ & Dorotheæ cultus an. 1637 Epiſcopali auctoritate ſolenniter inſtauratur.*

E

ANno MDCXXXVI promotus in Culmenſem Cathedram Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. Joannes Lipski, dum undique circumſpicit media languentis in ſibi commiſſis Culmenſi & Pomeſanienſi diœceſibus religionis excitandæ, opus imprimis ſibi cenſuit antiquorum Patronorum ſuffragio, neque illud ſe poſſe mereri certius, quam ſi operam daret ut eorum cultus inſtauraretur. Verum cum id agere in proxima Diœceſana Synodo conſtitutum haberet, juſſus eſt à Rege legatus ire ad Cæſarem Ferdinandum III, Sereniſſimam ſororem ejus Cæciliam Domino ſuo conjugem accepturus. Dilata itaque iſta Synodus eſt, ſed non dilatum quod ſumpſerat de Pattonis conſilium: quin vel ideo ſolicitius inſtitit Epiſcopus, ut juſtæ ſtaturæ imagines duæ, ſimiles ei quæ S. Roſaliæ antehac fuerat poſita, ſuo ære ab excellenti pictore conficerentur, additis etiam Epiſcopalibus ſuis inſigniis, ut vulgo conſtaret qua id factum eſſet auctoritate: deinde decretum promulgavit de iiſdem exponendis, in Thorunenſi eccleſia, ubi junctis operis Dei Sanctorumque honorem procurant, cum Archipresbytero & Presbyteris ſuis, Patres Prædicatores noſtræque minimæ Societatis. Decretum autem hujuſmodi erat tenoris. 22 *Culmenſis Epiſcopus, pro Regina adducenda iturus ad Cæſarem,*

F

23 Joannes Lipski, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Culmenſis & Pomeſaniæ, nec non Eccleſiæ Cathedralis Plocenſis Præpoſitus, adm. Rev. D. Alexandro Georgio Dorpowski, Canonico & Officiali eccleſiæ noſtræ Cathedralis Culmenſis, nec non Archibresbytero Thorunenſi, Fratri noſtro cariſſimo, ſalutem in Domino. Cum inter graves & ancipites Paſtoralis officii curas, auxilii cæleſtis ope nos indigere plurimum agnoſcamus; ad eos, qui in cæleſtis patriæ littore ſecuri jam conſiſtunt, recurrere ſtatuimus, ut nobis his temporibus, veræ religioni maxime infeſtis, ſuis ad ſummum Paſtorem ſuffragiis, quaſi manu ex alto tenſa, deſideratam opem ferre dignentur. Cum autem, teſte ſancto Ambroſio aliiſque Eccleſiæ Catholicæ Doctoribus, experientiaque ipſa, certum ſit, apud domeſticos Dei tantum nos interceſſionis promereri, quantum eis venerationis à nobis impenditur; eamque in noſtris his Culmenſi & Pomeſanienſi Diœceſibus non parum, tam novatorum fidei noxa quam refrigeſcentis caritatis, neglectam eſſe videamus dolente r; *mandat Archipresbytero Thorunenſi,*

A lenter; idcirco decrevimus, malo huic, in proxima Deo dante à nobis celebranda Synodo, inter alia quoque mederi; ſumentes initium ab eorum renovando cultu, quorum ſanctitatem & merita Deus, in Pruſſia ſingulariter, magnis & variis miraculis teſtatam eſſe voluit; Divis nimirum, Dorothea Prutena Quidzynenſi Recluſa, & Jutta de Sangerhauſen Germana, Culmzæ in Cathedrali noſtra quieſcente. Conatus autem hujus noſtri fundamenta in tempore jacere deſiderantes, ad finem hunc eccleſiam Thorunenſem parochialem, ſanctis Joanni Baptiſtæ & Euangeliſtæ ſacram, elegimus; non ſolum quod ea ſit primaria in Diœceſi noſtra civitas, frequentia incolarum & concurſu tot advenarum celebris; ſed etiam quod eamdem baſilicam, primam poſt Cathedralem noſtram, dignam judicemus, à qua ceteræ exempla cultus divini & Sanctorum ejus ſumere merito poſſint.

*ut in ſua Parochiali Thoruni eccleſia,*

24 Quare inſiſtentes Decretis S. D. N. Urbani Papæ Octavi, tam anno Domini MDCXXV die XIII menſis Martii, quam anno MDCXXXIV die V Julii editis, de non colendis perſonis nondum canonizatis nec beatificatis, & de non pingendis circa capita earum ſplendoribus ſeu aureolis, ſigniſque votivis ad earum imagines vel pignora non appendendis, ſive B luminibus accendendis; utenteſque conceſſione ſupradictorum facta per eaſdem Bullas nondum beatificatis, qui cum ſcitu & tolerantia loci ordinariorum ab annis centum coluntur; & ultra hoc requiſitum ad id à Sanctiſſimo tempus, centenã annorum, etiam in ſuperabundanti, cultus earum numerantes (antiquiſſimis monumentis, tam ſcripturarum autenticarum, quam picturarum in templis, eorumque parietibus, feneſtris, ſacris labaris, aris, & ciboriis, tam in noſtris quam in aliis diœceſibus, id reſpective atteſtantibus) tuæ Fraternitati negotium committimus, ut deſcendens Thorunium, imagines earumdem Divarum, Dorotheæ Quidzynenſis Recluſæ, & Juttæ de Sangerhauſen Viduarum, antiquarum ab aliquot centenis annorum Pruſſiæ & maxime Diœceſium noſtrarum tutelarium, imagini S. Roſaliæ Virginis, anachoretidis novæ, earumdem Diœceſium Patronæ, mandato & impenſis noſtris adjunctis, in altari Eccleſiæ jam dictæ Parochialis, ſanctis Joanni Baptiſtæ & Euangeliſtæ ſacræ, ſanctis Auxiliatoribus ab antiquo dicato, & aliquot ante annos honori etiam jam nominatæ S. Roſaliæ C Virginis anachoretidis, ingruente periculo peſtis, ab anteceſſore noſtro Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Domino Jacobo Zadrik, moderno Cracovienſi Epiſcopo, feliciter attributo, vulgo Communitatis Tabernatorum (prout re ipſa fuit) dicto, noſtræ juriſdictioni & diſpoſitioni quo ad hæc jure pleno ſubjecto, cultui fidelium auctoritate noſtra ordinaria exponi & collocari, una cum fragmentis Recluſorii ejuſdem Divæ Dorotheæ, in ſeparata ciſtula incluſis, facias: Reverendumque Patrem Rectorem Collegii Societatis Jeſu ibidem nomine noſtro paterne requiras, ut ad cultus divini Sanctorumque ejus incrementum, Catholicæ religionis ornamentum, fideliumque conſolationem, primo poſt notitiam horum habitam die Dominico, ex ambone, per ſui Ordinis religioſos concionatores Polonici & Germanici idiomatis, decretum hoc noſtrum (quod nos etiam Actis publicis, tam noſtris Epiſcopalibus quam venerabilis Capituli noſtri Conſiſtorialibus, ad perpetuam poſteritatis memoriam inſeri mandavimus) promulgari, fideleſque ad antiquam earumdem Divarum cultum & imitationis ſtudium ferventer excitari curet; & præterea iter noſtrum ad Sacratiſſimam Cæſaream Majeſtatem, ex voluntate Sereniſſimæ Reginæ noſtræ futuræ Cæciliæ Renatæ

*Sanctarum imagines, Vrbani 8 decretis non comprehenſas,*

*cum Reliquiis Recluſorii S. Dorotheæ,*

*exponat publice venerandas,*

*pro felici ſucceſſu itineris ſui;*

totiuſque comitatus illius, Divinæ Majeſtati magno devotionis affectu commendari faciat; quatenus harum ſpecialiter etiam Patronarum Diœceſium noſtrarum meritis & interceſſionibus adjuti, non ſolum auxilium, ad munus paſtorale recte obeundum nobis neceſſarium, deſuper obtinere; ſed & finem hujus legationis noſtræ optatum videre mereamur. Datum Culmzæ, apud Cathedralem Eccleſiam noſtram, die XV menſis Aprilis MDCXXXVII.

EX POLON. FRIDER. SCHEMBEK

25 Huic actui inchoando deſignatus dies ſecundus eſt Maji, quo ipſo, ante annos ducentos quadraginta quatuor, S. Dorothea recluſa Quidzynii olim fuerat; ſingularique cum apparatu ornatum altare excepit prædictas duas imagines, velatas tamen ſerico rubro, & ſine lumine candelarum vel lampadum. In craſtinum vero, quo ſimul Inventio Crucis & Dominica concurrebant, ſub horam octavam prodierunt de ſacriſtia, induti pluvialibus, prænominatus D. Alexander Officialis, & D. Gaſpar Drialinſki, Decanus Wloclavienſis idemque Brzeſtenſis Palatinides & S. R. M. Secretarius: prægredientibuſque primum parochialis ſcholæ pueris, tum gymnaſii noſtri ſtudioſis, virides ramos prætendentibus, ſub ſuo quibuſque vexillo ac gemino eorumdem ſodalitio, Immaculatæ Matris & Corporis Chriſti, cereos accenſos geſtantibus, & Angelico ſchemate indutis adoleſcentibus, qui plenos floribus caniſtros & odoriferi incenſi vaſa portabant; Clero denique univerſo linteato; lento & gravi per eccleſiam ambitu, progreſſi ſunt ad locum ubi ſtabant imagines. Hic Officialis exorſus Hymnum de Spiritu ſancto, eidem à ceteris decantato Orationes ſubjecit, Deus qui corda fidelium, &, Actiones noſtras quæſumus Domine: tum amoto ab imaginibus velo, paratos ad id cereos lampadeſque accendi juſſit; & poſt devotam populi univerſi, plurimum eo actu conſolati adorationem, exorſus Canticum, Benedictus Deus, ſubjecit Orationes, pro gratiarum actione, pro itinerantibus, atque de præſenti feſto & dominica. Exhinc ab eccleſia eodem ordine progreſſa ſupplicatio, circum cœmeterium ducta eſt, cum Cruce rubea grandi, quam virentes ex cera laureolæ coronabant, cum hoc lemmate, AMICIS CRVCIS: ſimiliterque coronati adoleſcentes quatuor, humeris geſtabant medio corpore tenus efficta utriuſque Sanctæ ſimulacra, torquibus aureis variiſque ornata monilibus: quos ſequebatur Officialis, in ciſtula ferrea (argenteam enim non fuiſſet F tutum expoſitam ſemper, ut conſtitutum erat, in templo relinquere) in ciſtula, inquam, ferrea portans fragmina recluſorii præfati. Totam vero pompam claudebat Decanus Wloclavienſis, geſtans Sanctiſſimum, in oſtenſorio ſub baldachino, pone ſequente populi devoti multitudine copioſa.

*electa ad hoc die 3 Maji:*

*quæ inſtituitur ſolennis ſupplicatio,*

*cum earumdem ſimulacris.*

26 Regreſſa ad eccleſiam ſupplicatio, non iterum repetiit altare majus, ſecundum conſuetudinem; ſed terminata fuit ad ſacellum S. Roſaliæ: ibique cum ſimulacris Sanctarum toto die expoſitum Sanctiſſimum manſit, ſicut Epiſcopus mandarat. Secutæ ſunt Polonico verſu ſalutationes Patronarum, à ſtudioſa juventute decenter proclamatæ. Solennem Miſſam de ſanctiſſima Trinitate cantavit D. Officialis: ſub qua ad populum, de Sanctarum laudibus ac debita eis veneratione dicturum concionatorem prægreſſi adoleſcentes quatuor, portabant libros, à ſeculis aliquot conſcriptos, de Vita & actibus earumdem, tali fine, ut Concinator, quod & fecit, provocare ad eorum fidem poſſet, & ad ipſos in noſtro collegio videndos invitare acatholicorum incredulitatem. Simili modo poſt meridiem proceſſio & concio cum ſolennibus Veſperis factæ ſunt: poſt quas, coram prædictis Officiali, Decano & teſtibus

*His in ſacellum S. Roſaliæ illatis,*

EX POLON. FRIDER. SCHEMBEK

fex, ſigillata eſt ſigillis Epiſcopali & Archipresbyterali ciſtella ſupranotata, fidem de re intus contenta faciente publico & pariter incluſo hujus formæ inſtrumento.

27 Ad perpetuam rei memoriam. Hæc ſunt fragmenta, ex muro recluſorii Divæ Dorotheæ viduæ Pruthenæ, Quidzyni, in Pomeſanienſi Cathedrali Eccleſia, olim recluſæ, miraculis clariſſimæ, ab antiquo Pruſſiæ Patronæ. Quæ ex voluntate Wladiſlai Quarti, Polonorum & Suecorum Regis Sereniſſimi (cooperante Illuſtriſſimo Domino, Staniſlao Koniecpolski, Caſtellano Cracovienſi, Generali exercituum Regni Poloniæ Duce, cum caſtris tunc ad Quidzynum præſente) anno Domini milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo quinto, die vigeſima ſeptima Septembris, per R. P. Fridericum Schembek ſocietatis Jeſu Presbyterum, inde accepta, Thoruniumque reverenter & fideliter deportata, Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus, Dominus Joannes à Lipie Lipnicki, Dei gratia Culmenſis & Pomeſanienſis Antiſtes, Plocenſis Præpoſitus, ad incrementum cultus divini & honoris Sanctarum populorumque conſolationem, in Eccleſiæ parochialis Thorunenſis, Beatis Joanni
B Baptiſtæ & Euangeliſtæ ſacræ, altari iſto, olim ſanctorum Auxiliatorum, nunc vero etiam ſanctæ Roſaliæ dicto, fidelium veneratioñi, unâ cum imaginibus earumdem Divarum Dorotheæ & Juttæ, ritu ſolenni, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſeptimo, die tertia menſis Maji, exponi fecit, per adm. R. D. Georgium Alexandrum Dorpowski I, V. D. Canonicum & Officialem Generalem Culmenſem, & eccleſiæ prænominatæ Archipresbyterum: atque teſtimonium hoc, manus propriæ ſubſcriptione, & ſuo ſigillo roboratum, eiſdem adjungi mandavit. Ioannes Lipski, Epiſcopus Culmenſis & Pomeſaniæ. (*Locus ✠ ſigilli*) Staniſlaus Dembrowicz, Actorum Curiæ ſuæ Celſitudinis Notarius.

28 Sigillata porro ut jam dictum eſt ciſtula decenterque involuta, depoſita eſt intra ligneam majorem inauratam; & hæc firmiter clauſa, collocata ſub monumento Reliquiarum Sanctarum Virginum ac Martyrum, Barbaræ, Dorotheæ, Margaritæ, Urſulæ, nec non S. Roſaliæ Virginis ſolitariæ, cum tali inſcriptione: FRAGMENTA RECLVSORII DIVÆ DOROTHEÆ PRVTHENÆ. Denique abſoluta feſtivitas eſt cum cantu Polonici Hymni de S. Dorothea,
C ac diſtributione Vitæ ejus: nam quæ de S. Iutta pariter compoſita erat, necdum potuerat haberi impreſſa. Duravit autem octiduum totum ſolennitas, ornato ſemper ſplendidius altari: ipſoque octavo die iterata ſunt eadem quæ primo, ſolennia Miſſæ, ſermonũ & veſperarum: quibus finitis, iidem qui antea Sacerdotes linteati, cum accenſis facibus accedentes proceſſionaliter ex ſacriſtia ad ſacellũ S. Roſaliæ, decantaverunt iterum ſolennem Hymnum in gratiarũ actionẽ, Te Deum laudamus; ſubjungendo Orationes pro gratiarum actione & pro itinerantibus: omniaque concluſit canticum de S. Dorothea. Gratum huic fuiſſe impenſum ſibi officium ex eo conſtitit, quod, ſicut certiſſima relatione didicimus, eodem omnino anno & die, tertia poſt Paſcha Dominica, ad Coronam Poloniæ rurſus acceſſerit Pomeſania, titulo feudali tamdiu divulſa ab eadem. Siquidem Illuſtriſſ. D. Melchior Weicher, Palatinus Culmenſis & Covalenſis, Tuchelenſis & Walecenſis Gubernator, à Sereniſſimo Monarcha noſtro Wladiſlao IV ad hoc deſignatus, tali die ſolenniter eſt ingreſſus Lambergum, & tamquam Vice-Rex excepit ſacramentum fidelitatis ab omnibus civitatibus & incolis Pomeſaniæ. Eodem acceſſit felix optatiſſimæ Reginæ Dominæ noſtræ adventus. D

*ibidem etiã recluduntur Reliquiæ traditæ,*

*cum inſtrumento authentico,*

*& toto octiduo protrahitur ſolennitas,*

*non ſine fructu boni publici.*

29 Pientiſſimus porro Antiſtes Culmenſis, Culmzæ, ubi S. Iutta requieſcit, ſimile feſtum conſentiente Capitulo inſtitui voluit, feſto ſanctiſſimæ Trinitatis, tum in diem VII Iunii cadente, quo celeberrimus ibi conventus eſt. Illic ergo erecto ante chorum altari quam potuit ornatiſſimo, expoſitæ ambarum Sanctarum imagines ſunt, cum gemino hocce titulo: ex una quidem parte hoc. D. O. M. & cultui Divæ Iuttæ à Sangerhauſen Germanæ, in hac Cathedrali Culmenſi eccleſia quieſcentis, tempore refrigeſcentis caritatis non modice obſcurato, nunc autem per Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. Joannem Lipski D. G. Culmiæ Epiſcopum priſtino ſplendori feliciter reſtituto ſacrum. Vixit A. D. MCCLXIV, die V Maji. Ex altera vero parte legebatur ſic: D. O. M. & honori Divæ Dorotheæ Pruthenæ, Quidzynenſis Recluſæ, non pridem novatorum fidei noxa impie conculcato, modo vero per Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. Joannem Lipski D. G. Pomeſaniæ Antiſtitem bono omine redintegrato ſacrum. Vixit A. D. MCCCXCIV, XXV Junii. Adfuit qui ſperabatur eoque major populi confluxus: à quinque enim leucis & amplius advenerunt, non ſolum ſinguli vel turmatim, ſed confraternitates integræ, ſub vexillis
E ac labaris quæque ſuis, cum Sacerdotibus ac Parochis; coram quibus, ſub Miſſa ſolenniter decantata, prolixior ſolito oratio eſt habita, de S. Juttæ virtutibus ac laudibus, cum exhortatione ad orandum pro legationis ſucceſſu adventuque Reginæ: toto deinde ante meridiem tempore continuata ſunt ad idem altare Miſſarum ſacrificia, ſub quibus plurimi ſacra Communione refecti ſunt. Itáque jacta fundamenta novæ erga S. Juttam devotionis.

*Idem fit Culmzæ in feſto SS. Trinitatis,*

*cum maximo concurſu.*

30 *Sacra corporis ſancti oſſa, quæ anno* MDCXXXVII *in tumulo fruſtra requiſita fuiſſe legimus num.* 16, *poſtea ſucceſſu feliciori, aut indicio aliquo miraculoſo reperta, necdum intellexi; quin potius ſuſpicor, ſuperiori ſeculo educta ex tumulo, hæreticorum metu per Pruſſiam graſſantium & ſacra omnia profanantium, alioque tranſmiſſa: quod qui curarunt pii Catholici, utinam etiam curaviſſent ut ſatis diſtincta notitia perſonæ, una cum Reliquiis, tranſmitteretur. Suſpicionem iſtam mihi ingerit, quod, cum Romæ eſſemus anno* MDCLXI, *& illud Sacellum viſitaremus, in quod converſum eſt S. P. N. Ignatii cubiculum, dum fabricaretur nova Domus Profeſſa ſtudioſe & conſervatum; invenerimus cuſtodiæ præfectum Fratrem, admodum ſolicitum pro Reliquiis* S. Iudithæ Viduæ, *quas una cum reliquiis* S. Kunegundis *aiebat ex Germania miſſas* P. N. *Generali Goſwino Nickel; & his quidem jam curatam argenteam capſam, illis vero mox curandam, ſi ſciretur, quo die* S. Iuditha *colatur, poſitque in altari lipſanotheca exponi. Poſtea vero cum quæreremus qua fide conſtaret eſſe eas veras Reliquias, reſpondit* P. Franciſcus vander Veken, *tunc Pontificius Theologus, aliud non haberi quam teſtimonium, ipſius Patris noſtri manu ſignatum* XIX *Aprilis* MDCLX, *quo fidem faciebat, eas ſub iſtis titulis miſſas ſibi fuiſſe ab Illuſtriſſ. D. Comite de Trauthſon, & à ſe applicatas Ignatiano ſacello.*

*Particulæ forſan aliquæ Romæ,*

F

## HYMNUS ET ORATIO.

### *Ex antiquis Mss. poſt Vitam edita.*

SAlve, Iutta, Deo grata,
Ex Ducali ſtirpe nata,
Quæ amore ſponſi Chriſti
Bona tua diſperſiſti.

Ob id ipſe te inviſit,
Et ſua cuncta promiſit,
Fecitque large ſugere

Ne-

Nectar de ſuo Latere.

Leo bene tibi ſignum,
Cor habenti Sponſo dignum,
Quo te Juditham probaſti,
Holofernem decollocaſti.
Nam ſtipem emendicando,
Et cæcos manu ductando,
Faſtum mundi debellabas,
Et ſpectaclum cælo dabas.
Hoc ob leproſos quærenti,
Et noctu iter agenti,
Tibi bono luxit jure
Sol, præter morem naturæ.
Laudes vanas fugiendo,
Ductumque Dei ſequendo,
Germaniam reliquiſti,
Ad Pruſſos te contuliſti.
Lingua mordax proſcindebat
Tua facta, te premebat,
Simul egeſtas dilecta,
Ob Deum ſponte electa.
At tu cuncta hæc viciſti
Deo freta, & feciſti
Te perdignam cæli portis,
O mulier vere fortis.
Quo poſt tot ſanctos labores,
Ad ſempiternos honores
Sponſus Chriſtus te vocavit,
Et condigne præmiavit.
Inde ô ſplendor Pruſſiæ,
Decuſque magnum patriæ,
Te invocantibus fave,
Arcens omne ab illis væ.
O ter felix peregrina,
Mentem noſtram ad divina
Deduc, ut ſemper ſit pia,
Dum verſamur in hac via.
Comes facta pannoſorum,
Manuque ductrix cæcorum,
Noſtram juva paupertatem,
Apud ſummam Majeſtatem.
Quæ nectar cæli ſuxiſti,
De latere tui Chriſti,
Da ut ipſum ſitiamus,
Cetera faſtidiamus.
Solis luce noctu clara,
A nocte mortis amara,
Fac, luce fruamur Dei,
Noctis ſempiternæ rei.
Culmzenſis tuus tumulus,
Divorum pie æmulus,
Morbis variis gravatos
Sanat, mire conſolatos.
Nos etiam, te petente,
Ieſus corpore & mente
Sanet; & poſt exilium,
Det tecum cæli gaudium. Amen.

℣. Diſperſit dedit pauperibus,
℟. Juſtitia ejus manet in ſeculum ſeculi.
℣. Domine exaudi orationem meam;
℟. Et clamor meus ad te veniat.

DEus qui Beatam Iuttam Viduam, Ducali ſtirpe progenitam, eximii temporalium omnium ſuique ipſius contemptus gloria, & admirandæ erga leproſos pauperes caritatis gratia, ſingulariter ſublimaſti; eique, in noctis tenebris ipſorum obſequio deditæ, ſolem mirabiliter lucere feciſti, facquæſumus ejuſdem piis precibus & meritis, ſic nos inter hæc tranſitoria, cum noſtri contemptu voluntario, vitam peragere; ut ab omni lepra peccati liberi, in lumine vultus tui continuo ambulemus; & poſt obitum noſtrum ad lucem, quam cum Sanctis tuis inhabitas, feliciter pervenire valeamus. Per Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum, Filium Tuum; qui tecum vivit & regnat, in unitate, Spiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

# APPENDIX
## AD DIEM SEXTAM MAII.

*Pag.* 96 *col.* 1 *ad nomina* SS. Matthæi & Primi *lege*, Tarenti in Italia.

*Pag.* 97 *col.* 2 *poſt lin.* 10 adde.

Chriſtophorus de Alzanis Ord. Prædic. *in patrio ſuo Conventu primum Prior, deinde Inquiſitor fidei, obiit hoc die Ferrariæ anno* 1499, *& miraculis dicitur claruiſſe poſt mortem, ideoque cum titulo Beati refertur à Mario Mutio, in Vitis Sanctorum ac Beatorum Bergomatium part.* 2; *ſed nullum, quod equidem ſciam, publicum cultum Ferrariæ habet, oblitteratâ (uti fatetur Marius) ipſorummet miraculorum memoria.*

*Pag.* 98 *lin.* 6 ſic muta — *Verum (ſicut nos docuit Claudius Caſtellanus Canonicus Pariſienſis) dupliciter fallit locus ille Sauſſaji: non enim* Feria quarta, *ſed* tertia, *ſolet ea Tranſlatio celebrari; itáque celebrabatur, cum ipſe Sauſſajus Pariſiis ageret Parochum S. Lupi: eſt autem primum facta, non* VI, *ſed* XVII *Maji, quando potius referenda illa eſſet: ſervabitur tamen ad diem, quo ipſe ſancti Regis Natalis commemoratur,* XXV Auguſti.

*Pag.* 101 de SS. Martt. Afris, *col.* 2 *lin* 9 poſt — — XXX *Aprilis* — adde — *Vetus Eccleſiæ Carthaginenſis Kalendarium, à Mabilione erutum (de quo pluribus agitur* XXV *Maji, ubi de SS. Flaviano & Septimia) illorum nullam facit* pridie Kalend. Maji *mentionem: ſed hoc die,* II Non. Maji, *facit memoriam* Marini & Iacobi Martyris, *ubi forte ex mente auctoris legendum:* Martyrum.

*Pag.* 103 de SS. Matthæo & Primo, *adde ut ſupra,* Tarenti in Italia, *& lin.* 2 *ſcribe* — *Vrbs & caput Hydruntinæ Provinciæ, ditionis veterum* Salentinorum.

*Ibid.* dele 4 *ultima verba* 1 *Columnæ & pro* 2 *Columna hæc* ſubſtitue —

2 *Hac monitione præmiſſa, Henſchenius duos illos huic diei inſcripſerat, ulteriori examini ipſorummet Tarentinorum relinquens indeciſam quæſtionem: ſuper qua appellatus à me ſcriptor Hiſtoriæ Tarentinæ, necdum à prælo egreſſæ, Ambroſius de Tarento Auguſtinianus, reſcripſit anno* MDCLXXXVI, *nihil eſſe quod de duobus iſtis Tarento expectem, præter gratiarum actionem, pro prima eorumdem notitia communicata; de illis enim ibi nihil auditum hactenus. Videant ergo qui hunc menſem recuſuri ſint, utrum eos expediat hoc loco retinere.*

*Pag.* 104 *de* SS. Gerontio & Edentio *col.* 2 *lin.* 7 *dele* — *cum* S. Edentio.

*Pag.* 105 *col.* 2 *de* S. Theodoto M. *poſt num.* 2 adde — *Tertium ejuſdem Martyris Feſtum &c.* — *ut in App. pag.* 842 *ſub finem & pag.* 843. —

### DE S. IOANNE DAMASC.

*Pag.* 112 *col.* 2 *lin.* 37 — rerum mobilium — *l.* — rerum immobilium.

*Pag.* 116 *poſt Annotata* adde — *Sextum inter opuſ-*

A *cula S. Petri Cælestini &c. ut in App. pag.* 843 — *& in marg.* ſcribe — *Miraculum reſtitutæ manus — à S. Petro de Mu.one admodum diverſe relatum.*

*(qui tamen ſec. 12 ejus & Coſmæ monumenta oſtentabant)*

*Pag.* 119 *n.* 9 adde — *Ioannes quidem Phocæ, cujus Hodœporicon ſacrum in limine hujus* 2 *tomi poſuimus, deſcribens Lauram & eccleſiam Sabaitarum, qualem ipſe reperit anno* MCLXXXV, *ac denique ipſiuſmet Sancti Patris Sabæ ſepulcrum*: prope circumque illud, nec non ſub terra, *inquit*, ſpectantur ſepulcra Sanctorum Patrum qui in eremo claruerunt, cum quibus etiam videre eſt monumenta Coſmæ & Ioannis, veterum Poëtarum. *Verumtamen intra quatuor ſecula, per ſacra iſtius Lauræ tot jactationes tranſacta, à morte utriuſque ad Ioannis Phocæ adventum in Palæſtinam, facile video potuiſſe accidere, ut quorum iſtic monſtrabantur cellæ, eorum quoque ibidem crederentur haberi ſepulcra.* Τὸ μνῆμα *etiam (quod originarie ſignificat* memoriale) *non neceſſario accipi pro* ſepulcro ſeu monumento ſepulcrali, *ex Homero moneor Odyſſ.* ο', Μνῆμ' Ἐλένης χειρῶν, Memoriale manuum Helenæ, *celebrante.* Coſmam *certe, ut mox dicemus*, Majumæ Epiſcopum *deinde factum, credibile eſt cum deceſſoribus ſuis Epiſcopis ſepultum: &, ſi aliunde conſtaret* Ioannem *revera apud Sabaitas tumulatum, potius cenſerem id occaſionem dediſſe, cur ejus nomini adjungeret vacillans poſterorum memoria,* Coſmæ *nomen: ſed & viciſſim poſſemus ſuſpicari de* Ioanne, *ſi* Coſmam *conſtaret, præter uſum moremque Epiſcoporum, adeo procul à ſua Sede conditum eſſe, intervallo viginti quatuor aut plurium leucarum.*

*Pag.* 122 *ſubjungatur* S. Ioannis Damaſceni *encomium, quod nunc Græco-latinum habetur pag.* 731, *inter alia Græca, quia ſerius allatum,*

*Pag.* 129 *de* B. Prudentia *num.* 1 adde — *anno, ut infra dicitur* MCCCCXCII, *unde ſequitur ipſam Comum veniſſe anno* MCCCCLIV, *annos tum forte* XL *natam, uti in ſeculis ſuis Auguſtinianis conjectat Ludovicus Torellus.*

*Ibid. n.* 3 *col.* 2 *lin.* 5 *lege, ut habes in Append. poſt tom.* 2 *pag.* 843.

# APPENDIX

B

## AD DIEM SEPTIMAM MAII. E

*Nomen varie ſcriptum*

*Pag.* 131 *col.* 1 *poſt* S. Amandum *ponatur* S. Gerlacus, *ſicut habetur pag.* 132 *col.* 2, *ſed lin.* 8 poſt — *reperimus* — adde — *niſi quod in libello cui titulus Veſtigium Bohemiæ Piæ pag.* 66 *ad hunc quoq; diem refe-ratur — Deinde deletis duabus lineis ultimis ſic* lege — *Sed ad hunc* 7 *Maji nulla mentio* Gerlaci, *meminerat autem ejus die* 7 *Febr. non tamquam tali die mortui, ſed tamquam primi Abbatis in eo monaſterio, quod fundaverat Comes Babo ſive Bawor, tali die defunctus. Noſter nihilominus Bohuſlaus Balbinus, in Miſcellaneis Bohemicis Dec.* 1, *lib.* 4, § 46, *ſic loquitur, quaſi abſolute certoque obierit ipſe* B. Gerlacus 7 *Februarii* 1227; *cum Crugerio addens, quod an.* 1420 *incenſo ab Huſſitis cœnobio, Swambergici Proceres corpus receperint in ſuam arcem Zuikow ſive Klingenberg, addita imagine quæ cultum doceret*: viſebantur *enim, inquit* in pariete Cæleſtes Genii, B. Gerlaci oſſium arculam ſuſtinentes: infrà, Proceres *prædicti ac ſupplicabundi per hæc verba, ibidem Bohemice expreſſa*; B. Gerlace, apud Deum ejusq; Matrē deprecare pro nobis. *Poterimus ergo, niſi certius aliquid pro hoc menſe conſtiterit, de illo agere* VII Febr.

C

*Ibid de* S. Letardo *adde* — S. Leothardi: *hoc enim ſolum verum ac legitimum eſt nomē, alterum ex vulgi abuſu contractum — item* adde —

*Ibid. col.* 2 *poſt* SS. Neophytum & Socios Genecli, *aliis* Genedii, *rectius* Genethlii Epiſcopi *Carthaginenſis* Depoſitio, *inſcripta eſt vetuſtiſſimo illius Eccleſiæ Kalendario tom.* 3 *Analect. Mabilionis, ſed abſque titulo Sancti; recte autem docent Albaſpinæus, Labbæus, Schelſtratius eum fuiſſe, Aurelii, qui S. Auguſtinum excepit, non ſucceſſorem, ſed deceſſorem: quem anno* 390 *Concilio Carthaginenſi* 2 *interlocutum, probant Acta ſinceriora ab Holſtenio edita.*

*Ib. lin.* 4 *à fine* adde — *niſi forte* Ezeleis *idem ſit Anglis, quod Francis* Alix, *Latine ſcribentibus* Adelais *vel* Adeleidis, *contractius* Aleidis: *quo nomine nullam hoc die Sanctam novimus: aliis pluribus diebus varias.*

*Pag.* 132 *col.* 2 *poſt Franciſcanos ex Arturo relatos, addatur.*

Fr. Bonaventura, *vulgo dicitur* Eremita Peregrinus *prope Senas in Trinorienſi caſtello defunctus hoc die,* 1627, *inſeritur Faſtis Senenſibus: ejus quoque Vitam ſcripſit Italice I. B. Tartalia, noſtræ Societatis Sacerdos rogatu Plebani, qui à Confeſſionibus defuncti fuerat, qualem habemus impreſſam an.* 1681; *non ſine inſignibus ad ejus invocationem obtentis gratiis, quæ aliquando rite probatæ poſſint in numerum miraculorum venire: quod hic notandum putavi, ſi iſtis aliiſque mediantibus forte contingat, eum aliquando Beatum vel etiam Sanctum declarari.*

*Pag.* 133 *col.* 1 *ante ult. lin.* adde —

S. Benedictæ Virginis *memoria Romæ cum* S. Galla *ponitur in Kalendario Benedictinorum, primo eorum ſeculo apud Mabilionem: inſcribitur autem* S. Galla *Romano Martyrologio* V Decembris.

*Ibid. col.* 2 *poſt tranſlationem S. Nicolai* —

S. Siſintrudis Virgo *in S. Faræ-monaſterio, non colitur* V *hujus, uti perperam Arturus & nos ex eo; ſed* VII; *uti nobis aſſeruit, qui locum anno* 1685 *adivit, Claudius Caſtellanus. De hac cum propria ad* 2 *Nocturnum lectiones nihil habeant particulare, quod non ſit in ipſius* S. Farę *vita notandum, pergimus eam remittere ad* VII Decembris. F

*Ibid. de Ven.* Yolanda *lin.* 7 *poſt* — in Arduenna — *adde* — *Eadem à Ioanne Rehac de S. Maria ponitur in libro de ſanctis ac beatis Virginibus ſui Ordinis, tamquam hoc die mortua anno* 1239. *Vitam ejus &c.*

*Pag.* 134 *col.* 2 *lin.* 2 & 3 *ſic* lege: — *die Inventionis* III Auguſti, *aut potius (nam ſunt eruditi viri, quibus tota illa Romana Tranſlatio fabuloſa videtur) ad Natalem ejus* XXVI Decembris.

### DE S. SERENICO.

*Pag.* 160 *ſub finem, inverte & ſcribe,* S. Serenico ſeu Sinerico.

*Pag.* 161 *col.* 1 *lin.* 6 *lege,* Saint-Celerin, *ſeu potius* Selerin. — *& ante n.* 2 adde. — *Videtur autem Caſtellano rectius* Serenicus *quam* Cerenicus *ſcribi; nam & in S. Theoderici-caſtro* San-Senery *appellari; & in Faræ-monaſterio vetuſtum Martyrologium Ms. reperiſſe ſe ait, ubi* Sinericus *notatur: quod forte nomen verum eſt,* Senſu-divitem, *ex origine Teutonica, atque adeo & veteri Francica, ſignificans; cui infra reſpondens nomen* S. Serenedi *fratris, ſimili forte metatheſi invaluit pro nomine* Sineredi, *quod* Senſu-rationabilem *poſſis interpretari. Alias* Serenicus *à Latino* Serenus *derivatum videbitur: quod ſi Gallice ſcribas* Celerin, *pro* Celerino *nimis facile acciperetur. Et autem Cenomannis proprium,* Ce *ſyllabam ſcribere, ubi Andegavenſes & Britones notant ſyllabam* Se.

Col.

A *Col.2 lin.5 & n.8 lin.6* Bandonetus, *ac n.5 lin.7* Bondonnetus—— *ubique ſcribendum* —— Baudonetus.

*Ibid. col.2 lin.8 poſt celebrari* —— adde —— *quod confirmatur ex præcitato Farenſis monaſterii Martyrologio, ubi ad communem Vſuardi contextum hæc* VII *Maii, eâdem antiqua manu adſcriptum invenitur,* Caſtro-Theodorici S. Sinerici Confeſſoris.

## DE S. IOANNE BEVERLAC.

*Vita collata cum Ms. Cottoniano.*

*Pag.166 n.2 lin.14 poſt*—— *Benedictino*——adde—— *Omnibus autem jam impreſſis, accepimus ejuſdem Vitæ alterum exemplum, ex celeberrima Cottoniana Bibliotheca, ſub effigie Iuſtinæ B 4 fol 156, nobis deſcriptum cura ejuſdem, qui Monaſticum Anglicanum jam dictum præcipue promovit, viri omnino humaniſſimi & eruditiſſimi, Guilielmi Dugdalli, cum quo factas prioris noſtræ editionis collationes in Appendice hac damus.*

*Pag.167 poſt num.7* adde —— 8 *Quid porro ſecutum ſit? &c. ut pag.843 & in fine* adde —— *& ſequenti mox anno die 1 Octobris inter nos pientiſſime defunctus vitâ, ſenio grandi & morbis inter Apoſtolicas arumnas hauſtis confectâ.*

*Pag.168 Ms. Cottonianum ſic incipit:* Domino ſuo
B in Chriſto omni reverentiâ digniſſimo, ſanctæ Eboracenſis Metropolitanæ Eccleſiæ lampadi & lucernæ, ardenti in caliginoſo &c. —— *& lin. penult.* memoriâ ejus, cujus vivit apud te pro craſtino, fideli commendatione.

*Num.2 lin.5*, inſequeretur, *al.* inſectatus ſit —— *lin.9* exturbatos nos. *al.* exturbatum —— *lin.10*, immitteret, *al.* immerſit.

*Num.3, col.2 lin.1, adeſt vox deſiderata in Cottoniano.* —— *lin.4*, uſitata, *al.* abuſiva —— *lin.7*, celebrat, *al.* frequentat—— *lin.8*, oblationibus, *al.* ablutionibus.

*Num.4 lin.4 à fine*, attingentes, *al.* attingemus—— *lin. antepenult. eraſum erat aliquid poſt* ſecuri, *& ſequebatur* —— tumultuantium canum ſpernentes æquoris.

*Annot.* d *adde* —— *Hactenus Henſchenius, ſatis declarans mentis ſuæ eſſe, ut ſicubi ordinatior meliorque titulorum ordo reperiatur, hic etiam apponatur. Talem autem exhibet Ms. Cottonianum, ubi loco Rubricæ præfatæ, alia legitur, quæ ab ipſomet Auctore videri poſſit, hoc modo addita, eſtque in talibus uſitatiſſima.*

Explicit Prologus. *reſpondent autem tituli numeris noſtris hic adſcriptis.*

C Incipit Vita S. Ioannis Archiepiſcopi. 5

De Prædicatione S. Ioannis, & doctrina ante Epiſcopatum. 7

De tempore electionis ejus ad Epiſcopatum. 7

Quomodo muto cuidam à nativitate linguam donaverit, & eidem caput tineâ cooperto ſalutem hujus mali indulſerit. 10

Quomodo Sanctimonialem quamdam à nimio tumore brachii, & periculoſiſſima ægritudine, liberaverit. 12

De quadam matre familias, quam invitatus ad prandium ſanavit. 13

De quodam ægroto, quem, cum eſſet invitatus ad Dedicationem eccleſiæ, oratione ſanavit. 15

De Herebaldo Abbate, qui propter inobedientiam, colliſo corpore cum capite, equo decidit, quem vir Dei precibus ſanavit. 20

De tribus hydriis, vino, mulſo, & cerviſia repletis, quos Oſredo Rege benedixit, & indeficientes ad hauſtum reddidit. 16

De vino, fracto flaſcone, per merita viri Dei ſervato. 23

De Spiritu ſancto, ſuper Sanctum orantem, in ſpecie columbæ viſo; & de Diacono pro viſione D mulctato pœna, & iterum à Sancto curato. 18

De quodam mortuo, à S. Joanne Chriſmate linito & reſuſcitato.

De obitu S. Joannis.

Explicit Vita S. Ioannis Archiepiſcopi, incipiunt miracula ejuſdem, *ſunt autem hæc quæ continentur altero libro pag.180*

Quomodo Rex Edelſtanus, per merita & per auxilium S. Ioannis. Regem Scotiæ ad deditionem coëgit.

Quomodo, quodam Milite, qui pacem Eccleſiæ Beverlaci infregerat, divinitus pœna mulctato, Rex Willelmus timore correptus, Clericis ejuſdem Eccleſiæ convocatis benigne ſatisfecerit.

De pluviâ, B. Ioannis meritis ſuffragantibus, in tempore ſiccitatis exhibitâ.

Quomodo puerum, à nativitate mutum & ulceroſa deformem tinea, ſanaverit.

De Gillone infirmo & informi, qui formoſus & ſanus per meritum Sancti effectus.

*Sequitur locus vacuus pro titulis quatuor, quibus reſpondent numeri noſtri,*

De negotiatoribus Eboracenſibus, per B. Ioannem à periculo maris liberatis.

*Pag.169 num.6 lin.8 Cotton. ſic* —— : qui cum ab E ipſo nomine ... in Chriſti perſeveravit militia, ſubduxit primo manum ferulæ Theodori &c —— *lin.15*, Streneshalenſi, *non*, Streveshalenſi.

*Num.7 lin.8*, in ſe, *al.* viſæ.

*Num.8 lin.8* inditam, *al.* avitam.

*Num.9 poſt lin.4 & ſequentia ſic eleguntur in Cott.* ſuccedens in Epiſcopio.

Pro merito vitæ ſolium conſcendit herile,
Paſtor Apoſtolicus, cum ſceptro Pontificatus,
Eccleſiæ dignus Rector Legiſque peritus.

Poſtea B. Wilfridus *&c. ut num 11, ſed omittitur nomen* Agathonis, *itemque hæc verba*, Joannes in Eboraco civitate: *itáque videntur anni 33 male tribui Wilfrido. Deinde reſumitur ordo prioris Ms. ſupra num.9 lin.5 intermiſſus, hoc modo.* Cum igitur primo unctus eſſet in Chriſtum Domini.

*Num.10 lin.3*, Carnesboc, *al.* Herneshou. —— *lin.11 Id.* quædam miſerabilis forma viri.

*Num.12 lin.2*, Yatadini, *Cotton.* Betendune. —— *lin.13*, manus ſuæ, *al.* manuum ejus.

*Pag.170 lin.19*, Kapuburgis, *Cott.* Herburgis.

*Num.14 lin.15* recederet, *al.* reſideret. F

*Num.15 lin.1*, Clarificat, *al.* Clarificavit.

*Col.2 lin.1 & 2 ſic Cotton.* viſiſque more infirmi apparatibus funeris.

*Pag.171 col.1 Annot.1 adde —— Cotton. Ms.* Betendune.

*Annot.o adde.*—— *Poſt hunc numerum immediate connectebatur in Ms. Cottoniano de Herebaldo Abbate, quod hic primum ſequitur num.20, & intermedia poſtea referuntur.*

*Num.20 lin.3, Cotton. addit,*—Abbatem Tin.... cœnobii —— *lin.4 Id.* Comes & commanens, *& pag.172 lin.7* adde —— non omnes hoc poterant impetrare.

*Num.21 lin.3 Cott.*—& hoc modo habes cognoſcere.

*Num.22 lin. ult. adde* —— locus, *& ex hinc ſequuntur quæ ſupra tranſcurſa fuerant num.16 & ſeqq. Pag.171.*

*Num.16 lin.10* Regis, *Cotton.* Religio; *legerem*, Regio munimine *&c.*

*Num.17 lin.7 & 8*, Potus ipſe potantes renovato capit nectare: *ita Cotton. lin.12*, pronuntias, *al.* reperit —— *lin.20*, hominem, *al.* fidelem, —— *lin.4, à fine.*

A *à fine*, perfeciſti ſervitutem tuam, *lin. penult.* ſanctitatiſque ipſius certiores facti virtute quam vidimus &c. *tam ſubjungitur, quod infra habet num. 23 & ſeq. de Flaſcone Pag. 172.*

*Num. 24 lin. 12 Cotton.* Ad ruentis ſonitum permotus &c. *Poſtea huic miraculo connectitur jam ſupra-poſitum, num. 18 & 19 Pag. 171.*

*Num. 19 lin. 4* Sigga. *Cotton.* Siggarus. *Poſt hoc vero miraculum ſequitur in Ms. Cotton. id quod alias eſt num. 15. Pag. 170. iiſdem verbis ſed tali ordine;*

Igitur dum quadam die ad Epiſcopum multa conveniret turba, ut ſacri Chriſmatis unctionem acciperent, quemdam juvenem mortuum inter alios ſacri Chriſmatis unctione linivit, ſicque de morte ad vitam reduxit. O beatum Pontificem! mirabili præditum virtute, qui dum defunctum perungit Chriſmate, illum ad ſtatum reducit vitæ! Cælum quidem, pia prece; manu, corpus tangit exanime; & animam quæ fuit egreſſa de corpore, ad ſtatum reduxit præſentis vitæ. Similiter & dæmonem ab homine expulit; inſanos etiam & infirmos ſemper ſanavit: & quotquot ejus veſtimenta cum fide tangebant, celerem ſibi ſanitatem adveniſſe gaudebant. Sed & tempeſtatum habe-
B bat poteſtatem, per Spiritus ſancti vigorem. *Ac denique ultimo loco ponitur num. 27, totam vitam concludens hoc exordio.*

Vixit autem in Epiſcopatu triginta tribus annis, *&c. Sed omiſſo anno Incarnationis, lin. 16 continuatur contextus.* In porticu S. Ioannis Euangeliſtę, ubi per ejus merita &c, *itaque* explicit Vita.

*Pag. 173 Miraculorum Proœmium, omiſſa ſalutatione, in Cottoniano abſolute incipit ab his verbis lin. 4.* Ex multo tempore.

*Pag. 174, poſt num. 2* adde — *Poſt hunc autem Prologum ſequitur, ante omnia, id quod in ſecunda Miraculorum Collectione, jam ante edita, primum locum etiam tenet, ſed phraſi diverſa, ut omnino expediat Kecelli textum genuinum exhibere hoc tenore.*

Regnante Adelſtano Rege Chriſtianiſſimo, Edwardi ſenioris filio, reliquiæ Danorum, more ſuo, nefandum contra eum erigunt caput: ſed contriti ſunt ſub pedibus ejus, & redacti in pulverem. Rebellabant & Norhanhymbri & Scoti, & fœdus quod cum eo pepigerant prævaricati ſunt. Rex vero cum maximum congregaſſet exercitum,
C terra marique impios expugnaturus progreditur. Cum veniſſet autem in provinciam Lindiſſæ, obviam habuit pauperum & mediocrum turbam non modicam. Sciſcitanti unde veniſſent, reſpondent de Beverlaco, ubi ad viſitandas B. Ioannis reliquias ſpe ſalutis advenerant. Quæſivit Rex, ſi quem voti ſui obtinuiſſent effectum. Et unus illorum; Ego, inquit, cœcus natus, ad ſanctiſſimi viri corpus lumen cepi. Et alter, Ego claudus ex utero matris; S. Ioannis vero orationibus, ut ipſe vides, ſanus incedo. Audiens hæc & his ſimilia Rex Chriſtianiſſimus, Magnus eſt, inquit, iſte Ioannes, & utile credo in hoc magno negotio tanti viri nobis reconciliare gratiam, & auxilium impetrare. Quia igitur fas non eſt talem nos regni noſtri inviſitatum præterire Patronum, procedat exercitus noſter in via regia, ego cum paucis ſepulcrum, de quo tanta audio, ejus miſericordiam invocaturus, adire curabo. Veniens deinde ad Sancti tumulum, Rex illuſtriſſimus, poſt excubias more patrio celebratas, poſt orationes corde ſupplici fuſas, cum pavimentum devotiſſimis lacrymis perfudiſſet, protractum è vagina cultellum ſacris impoſuit altaribus: Ecce, inquiens, Beatiſſime Ioannes, ſponſionis meæ vadium; ut, cùm auxilio tuo ſubactis hoſtibus cum proſperitate rediero; digno D illud pretio redimam, & quoad vixero tibi gratus & devotus exiſtam. Revertitur deinde ad exercitum ſuum Rex, & mox hoſtium fines potenter invadit. Et jam tempus advenerat præliandi, cum præcedenti nocte, Rex oppreſſus ſomno, Ioannem ſibi aſpicit aſſiſtentem, & ut ſecure congrederetur hortantem; Devotionem, inquiens, tuam, quam circa ſepulcrum meum exhibuiſti, gratanter amplectens, oravi pro te Deum meum, & exaudivit vocem meam. Obſerva igitur & audi vocem meam, ut ambules in viis patrum tuorum, & inimicus ero inimicos tuis, & affligentes te affligam, & cuſtodiet te gratia Dei. Hęc dicens diſparuit. Mane autem facto, Rex in hoſtes ivit; potituſque victoria, Regem Scotiæ ad deditionem coëgit. Cumque ſitum terræ illius non parvo tempore exploraſſet, accepto obſide Regis filio, reverſus eſt Eboracum: inde tendens Beverlacum, cultellum ſuum multarum poſſeſſionum maximæque libertatis largitione redemit. E

*Deinde ſequitur Cap. 1* Poſtquam Anglorum Regimen *&c ut pag. 174 n. 3.*

*Num. 4 lin. 3*, violenti, *l* — violenta.

*Num. 5 lin. 13*, qui dum, *l* — quemdam. F

*Pag. 175 n. 7 lin. 6*, ſoliciter, *l* — ſolerter.

*Num. 8 lin. 3 & 4 Cotton.* quorumlibet oppreſſorum . . . moleſtias — *lin. 10. Idem*, ſpes omnis penè fruſtraretur.

*Num. 9 lin. 12 Cotton.* tanta ſubſecuta eſt inundatio — *lin. 32*, jacebat. *Idem* tabeſcebat.

*Num. 10 lin. 6 Cott.* quidam quaſi ſeptennis.

*Pag. 176 n. 12 lin. 3*, Guillo, *Cott.* Gillo. — *lin. 7.* oſtentatui. *Idem*, oſtentui.

*Num. 13 lin. 26 Cotton.* Opera hæc miſericordiæ tuæ, Deus. — *lin. 35*, recludatur, *al.* retundatur.

*Pag. 177 n. 15 lin. 8* præſidium, *Cott.* ſubſidium. — *lin. ult.* bajúlat, *al.* bajulabat.

*Num. 14, corrige, 16, & ſic conſequenter — lin. 25*, compoſito, *al.* compoſitione.

*Num. 15 (imo 16)* in ſe vile, *Cotton.* jam ſcribe.

*Pag. 178 num. 16 (imo 18) lin. 9, à fine, Cott.* Regebat aſſidue ſcholarum frequentiam.

*Num. 17 (imo 19) lin. 1 deeſt in Cotton.* morum.

*Pag. 179 num. 20 (imo 22) lin. 1 Ibid. deeſt*, quippe — *lin. 19 Id.* ſicque brevis ſpatii termino — *lin. 24*, maturior *al.* immaturior.

*Num. 21 (imo 23) lin. 8 à fine, Cotton.* qualiter actum eſſet, — *lin. 3*, ſibi — *al.* de.

*Num. 22 (imo 24) lin. 21*, ſerviliter, *al.* ſæviter.

*Pag. 180 lin. 8 & 9 Cotton.* non abſconderetur; de nautis unus: *& ſic nota 24 (ſeu potius 26) transferenda erit ad lin. 5*, Hic ceſſante: *& hinc lin. 12*, occumberem, *l.* accumberem — *lin. 17*, habitu vultuque Pontifici ſimillimis.

*Num. 25 (imo 27) lin. 23 poſt* ſuffragantibus, *pone* *, *& in fine poſt*, Amen, *ſcribe* —

* *Ad hoc ſignum deficit Ms. Cottonianum, evulſo folio mutilum.*

*Pag. 195 de* S. Petro Ep. *n. 7 lin. 5 à fine* — *anno* DCCCCXIV, — l — *anno* DCCCCLXXXIV *exeunte.*

## DE S. STANISLAO EP. M.

*Pag. 199 num. 5 lin. 11 lege*, Clemens VIII *anno* MDXCV — *lb. lin. 12 Semiduplici* — l. *Duplici Officio (quod tamen poſtea ad Semiduplicium ordinem retractum fuit).*

*Pag. 200 poſt num. 12* adde — 13 *Habuit quoque Sanctus, habetque (ut puto) etiam nunc, Vilnæ in Lithuania inſignem baſilicam, cujus mentio reperitur inter Michą-*

*Michalonis Lithuani fragmina, an. 1615 Baſileæ à Iac. Graſſero vulgata, Fragm. 9 dicitur pag. 33, Quod* cum anno MDXXIX omnis Vilna deflagraret, in templo Cathedrali D. Staniſlai, plumbo tecto & faſtigiis inauratis, multiſque vaſis aureis, argenteis atque gemmeis ornato; conflagrarunt antiqua vexilla in victoriis acquiſita, Roxolanorum, Moſcorum, Alamanorum, aliorumque populorum circiter trecenta, ac nova duodecim quæ ibidem appenſa erant poſt victoriam de Moſcis ad Orſam, 1514, 8 Septembris natali die Mariæ Virginis; cum cæſorum & captivorum octoginta millia eſſent.

# APPENDIX
## AD DIEM OCTAVAM MAII.

*Pag. 283 col. 1 ad nomen primi inter Martyres Byzantinos,* Agatius, *adde* ſive Acatius.

*Pag. 284 col. 1 poſt* S. Staniſlaum *adde.*

SS. Cyrilli, Quidei & Zenonis, Afrodiſii & Benedicti Natale in Auxiopoli, *ex vetuſto S. Savini in territorio Tarbienſi Martyrologio indicatur, in Appendice ad Martyrologium Gallicanum Sauſſaji, qui ſub initium ad marginē notat mendis ſcatere autographum: certe* Auxiopolis *nulla uſpiam eſt;* Axiopolis *vero in Mœſia inferiori ad Danubium invenitur: ſed abſque certiori Auctore non audemus ei adſcribere Sanctos, necdum aliunde cognitos.*

*Ibid. col. 2 lin. 2 de* Schero Ab. *adde* —— *His autem impreſſis accepimus ex ipſomet monaſterio reſponſum in hæc verba:* Non alia ratione habetur apud nos Beatus, quam communi maximę pietatis zelique regularis exiſtimatione; *unde & mirantur factum Sauſſaji. Addunt autem (quod hic juverit annotaſſe) aperto ſub annum* 1586 *ſepulcro, inventa oſſa, cum cruce plumbea, cui ex una parte inſcriptum erat,* In principio erat Verbum &c; *ex alia vero hac,* Anno ab Incarnatione MCXX, *(non* MCXXVII *vel* MCXXVIII) VIII Iduſ Maji obiit piæ memoriæ Domnus Scherus, Abbas primus & fundator hujus Cœnobii & S. Leonis Tulli.

*Ibid. ad dicta de* Vener. Petro Georgio Odeſcalco *adde* —— *His vero excuſis, placuit conſtruere Propylæum ante omnes ſeptem tomos Maji, ſub communibus ejuſdem Pontificis Regiſque Noſtri Catholici Auſpiciis atque in ejus limine velut Introductorem collocare Venerabilem iſtum Præſulem: itáque ejus Vita, Latinitati donata, nunc ibi legi poteſt.*

*Pag. 285 col. 1 ante* Apparit. S. Michaelis, *adde*

S. Clodoulfi Presb. Tranſlatio *in ſui nominis oppido apud Pariſios, vulgo* S. Clou, *notatur in Kalendario ſpirituali, edito pro Civitate & locis vicinis. Feſtum agitur* VII Septembris.

### DE S. VICTORE MARTYRE.

*Pag. 287 n. 4 lin. 19,* poſt —— *Hæc ibi --- expunctis tribus lineis ſubſtitue quod ſequitur.* ---

Auro obductum *fuiſſe Caput illud, & tamquam* Mauritani Victoris *datum Volaterranis, ait titulus ille, apud Vghellum tom. 1 col. 349*, plenus mendis; ſed tom. 2 col. 1082, correctior legendus; ubi* ejus rei jam jam labentem memoriam, ex vetuſtiſſimis monumentis depromptam, è temporis faucibus abripuiſſe, marmoreoque lapide æternaviſſe, VI Id. Martii MDCX, *dicitur Alemanniæ.*

5 *Sed veremur ut ea monumenta tam diſtinctam* Mauritani Victoris *notitiam continuerint; primuſque eam affirmaverit Volaterranus, annis centum ante poſitionem lapidis illius ſcribens. Verba ejus, ad calcem Vitæ, per illum ſcriptæ, hæc ſunt:* Mox vero, quemadmodum vir alienigena Volaterranorum factus ſit, audite. Anno ſiquidem vigeſimo ſupra centeſimum ac milleſimum, ſanctæ memoriæ Caliſtus Secundus, qui ob egregias ejus virtutes abſens eſt Pontifex creatus; ex Galliis poſtmodum Romam ad officium capeſcendum proficiſcens, cum per hanc regionem iter haberet, Rogerius Præſul Volaterranus, obviam procedens honoris gratia, eum ad urbem ſuam invitavit, hoſpitioque pro dignitate excepit. At Paſtor mitiſſimus, ut humanitati beneficioque gratias ageret, Baſilicam ſimul cum Beatorum Petri & Alexandri templis conſecravit; hujus inſuper Martyris caput venerandum, ſingularis loco muneris, Volaterris donavit. Ex illo namque die in Conſervatorem cæleſtem illum ſuſceperunt, atque illius natalis celebritatem III Idus Majas ſolvendam mandaverunt, ut non ſolum ipſius Sancti, ſed etiam Pontificis optime de hac urbe meriti, nobis in benedictione memoria foret. *Si conſtaret, quod Vghellus ait, Mediolanenſes ipſos Caput iſtud donaſſe Pontifici; vix poſſet dubitari, quin ejus id eſſe putaverint, qui apud ſe paſſus, carior habebatur, idque pene fiet indubitabile, ſi Mediolanenſes ſolum prætendant infimam Capitis partem apud ſe remanere, & hac ipſa ſit, quam Volaterrani deeſſe ſibi fatentur, juxta figuram ab Vghello expreſſam, ſcilicet* Sincipitis pars ſiniſtra, *& fruſta quædam alia. Sin autem hæc non conveniunt, ad unum caput ex oſſibus octo integrandum, nec primum illud nobis veroſimile fiet. Quia vero &c.* *quod ipſe creditur Mediolanæ accepiſſe,*

6 *Vt ut eſt, Auctores Lipſanographiæ Volaterranenſis Ms. cujus ſupra meminimus, die* XII *Decembris anni* MDCXLVII, *auctoritate Epiſcopali Cathedralem ingreſſi Eccleſiam, Reliquiarum Tabernaculum aperiri ſibi juſſerunt, quod inſtar altaris eſt ibidem in medio ſacrario poſitum, ſimulacris inauratis affabre exornatum, ſub duabus clavibus diverſis; quas Conſervatores earum cuſtodes, Eccleſiaſticus unus, Laicus alter exhibuerunt.* Cumque Sacriſta, cereis facibus accenſis, coloris coccinei velum dimiſiſſet, Caput S. Victoris Martyris, argenteo ſimulacro incluſum, expoſuit ..... *Iſto autem ſimulacro recluſo,* viſa eſt, *inquiunt,* in eo calvaria, cum ſutura coronali & ſagittali conjuncta: in baſi vero, cui nititur Caput, reperta ſunt & deſcripta hæc oſſa, ut præſens Chirurgus nominavit; nempe pars occipitis, clavicula, pars fuſilis majoris, duæ partes femoris, os brachioli, talus pedis, & alia triginta ſex magna oſſium fruſtra; inſuper nonnulla fragmenta parva quæ non fuerunt annumerata. *Quæ ſi omnia ſunt, uti putantur, ex corpore* S. Victoris, *de quo hic agimus, non ſolum Caput, ſed & magna pars corporis apud Volaterranos eſt; meritoque illi diem* III Idus Maji, *quo tantum Theſaurum à Callixto Papa acceperunt, quotannis feſtivum habent; quando eadem* Reliquiæ, à Clero, Magiſtratibus ac Populo proſequente, ſolenni luſtratione per urbem eorum feruntur; Caputque è ſuggeſtu omnibus, ingenti animorum devotione commotis, demonſtratur. Quod vero hæ inſignes Reliquiæ, capite argenteo, & non aureo, ſicuti à bene merito Pontifice donatum fuerat, hodie aſſerventur, cauſam referunt Paulus Iovius Hiſtoriarum lib. 28, & Scipio Ammiratus Hiſtoriarum Florentinarum *cum pluribus aliis ejus oſſibus*

*an. 1647 Epiſcopali auctoritate recognitum.*

A lib. 20, asserentes, quod anno MDXXX, quando Florentini impetum fecerunt in Volaterranos, qui Clementi VII adhæserant, & in civitatem irruperunt; aureum caput conflatum fuit; redemptas vero Reliquias Volaterrani argento incluserunt, Benedicto qu. Ludovici de Riccobaldis Canonico, & Persio Falcominio, Patritiis Volaterranis, id agentibus.

7 *Fusius hæc describere placuit, ut de opere præsenti bene meritis Volaterranis fructus laboris suscepti aliquatenus constet, ad præcipui sui Patroni memoriam; quamquam de eo cujus habentur Reliquiæ, quis revera sit, nequeamus definire. Etenim nullius Mensis Sancti à nobis eduntur &c* —— *sub finem col.* 1, *&* *col.* 2 *lin.* 1 lege —— *ideoque arbitramur* —— *&* *lin.* 8 *ac* 9, *pro his verbis* —— in Piceno inter Maceratam & Septempedam *& lin.* 4 *seqq.* —— *scribe*, —— in Liguria prope Albam Pompejam, *qua potius quam Mediolano venerit Callixtus. Certe ut Caput Mediolano allatum sit, alia sub eodem nomine Reliquiæ potuerunt etiã Roma acceptæ fuisse. Ita & nos Antverpiæ &c* —— *ac deinde mutatis numeris sint.*

8 *Altera igitur est* ecclesia S. Victoris *&c.*

B 9 *Duas alias Basilicas indicat idem Puricelius &c. & sic consequenter* 10, 11, 12, 13, *&* 14.

## DE S. ACACIO MART.

*Pag.* 293, *ad finem num.* 10 adde —— *Idem dixerim de Reliquiis nonnullis, quas Monasterienses nostri in Westphalia Patres servant, inclusas Armario summæ aræ, nisi certo essent Centurionis prænominati.*

## DE S. HELLADIO AUTISSIOD.

*Pag.* 300 adde ——— 4 *Claudius Castellanus, his lectis, mihi scripsit, vidisse se Biturigibus ad S. Laurentii Martyrologium vetus Ms. ubi sic legatur:* Autissiodori Depositio Pelagii Episcopi & Helladii Presbyteri: *quæ lectio novæ inquisitioni locum dabit, si alia quandoque argumenta accedant, quæ novas conjecturas fulciant: iis interim hic abstinere videtur consultius.*

C

## DE S. GIBRIANO PRESB.

*Pag.* 301 *ad Comment. prævium hæc* adde ———.

*Vita quædam recentior.* 4 *Guilielmus Marlot, S. T. D. & S. Nicasii Remensis Magnus Prior, Historiam Remensem duobus voluminibus composuit, quorum primum ipso vivente prodiit Insulis anno* 1666, *alterum postumum anno* 1679 *Remis. Hic priori Tomo, lib* 2 *cap.* 15, *fuse tractat* de S. Gibriani fratrumque ejus adventu ex Hibernia in Campaniam Gallicam; *deferendæque patriæ causam potissimum eis fuisse censet, famam S. Remigii, etiam trans mare celebratam. Idem eodem pertinere putat, quod Herricus Autissiodorensis, in Epistola ad Carolum Calvum, sic ait, ante Miracula S. Germani Carmine conscripta:* Alii ultro sibi exilium indicentes, pro Christo peregrinari volentes, & ignaros erudire cupientes, relicta Hibernia, tamquam greges Philosophorum, ad littora Gallica commigrabant. *Allegat deinde R. P. Dagoneau Carthusianum, in* vita S. Gibriani, *alias causas, morales potius quam historicas, indicantem. Nostra haud magni referre puto, quod recentem istam compositionem, Rhetoris potius quam Historici, ac fortasis Gallice scriptam, non viderimus. Potius ex Marloti lib.* 3 *cap.* 10, *discere malo, quod in cimeliarchio ecclesiæ S. Remigii, præter majorem partem corporis* S. Gibriani, *reclusam* in feretro, auro infuso atque industrie elaborato, *numerentur ejusdem* Caput *&* brachium, *cum capite* S. Germani *Fratris, utique commodioris venerationis causa reservata extra arcam; quæ (ut idem ait lib.* 4 *cap.* 5) nunc Principis altaris medium locum occupat, *eadem fortasis, quam anno* MCCCXXV *factam, infra videbimus.* D

5 *Ibidem etiam in veneratione habetur* baculus, quo imbecilles artus sustentabat *Sanctus*: & hic die festo Sodalitatis, in ipsius honorem erectæ, populo exosculandus exhibetur à Monacho Sacerdote. *Agemus nos de institutione hujus Sodalitatis, ex altero Marloti Tomo, ad calcem operis de miraculis, factis post secundam corporis translationem in novam arcam anno* MCXLV: *hic solum ex eodem secundo Tomo arbitror esse notandum, quod eamdem non minor præcesserit, quam secuta est, copia miraculorum. Cum enim Odo Abbas S. Remigii (ut ibi fuse exponitur lib.* 2 *cap.* 42) *fundare cœpisset ex sui monasterii bonis Carthusiam Montis Dei, circa annum* MCXXIX, *munificam vicissim erga se Dei manum cœpit mirabili modo experiri, quo cœptum opus feliciter promoveret ad finem.* Narrat siquidem, *inquit Marlotus,* vetus Montis-Dei Chronicon, tantam miraculorum vim per id tempus patratam fuisse, meritis sanctissimi Confessoris Gibriani apud S. Remigium, ubi sacra ejus pignora maximâ religione asservantur, ut ex remotissimis locis advolarent ægroti ad ejus tumulum, sanitatem divinitus recepturi. Videns autem Abbas Deum cœptis suis favere, peregrinorum oblationes, pro sublevanda Carthusianorum paupertate, jubens designavit; tantaque ex tunc confluxit multitudo, ut eos ne Burgum quidem S. Remigii capere posset: & quod omnem superat admirationem, *tamdiu*, inquit Chronicon, *patranâis miraculis apud S. Remigium incubuit S. Gibrianus, donec ecclesia Montis-Dei consummaretur.* Piorum igitur largitionibus, Odonis præsertim Abbatis S. Remigii, in altum sese erigente totius ædificii mole, nobilior pars orationi destinata, feliciter tandem completa est: quam solenni ritu consecravit Sampson Remensis Archiepiscopus anno MCXLIV, assistentibus Goslino Suessionensi & Milone Tarvanensi Episcopis, ut probat vetus quædam inscriptio, in sepulcri cujusdam operimento nuper reperta sub principe altari. *Hactenus Marlotus, qui utinam ipsa illius Chronici verba exhibuisset, clarius nos doctura, quod ea miracula (uti supponit) operari Deus cœperit ante Translationem, factam anno mox sequente prædictam Dedicationem: nam quæ sola diverso charactere Marlotus signat verba, plenam notant consummationem operis, fortasis non nisi aliquantis annis post Dedicationem, adeoque & post Translationem, completi. Certe miracula, quæ hanc secuta narrantur, tanta sunt, ut potuerit de his præcipue locutus esse auctor Chronici. Ut ut est, addit Marlotus, quod* Venerabiles Carthusiani Montis-Dei, sui amoris & obsequii tesseram erga B. Gibrianum testaturi, ob erogatam in eos caritatem, singulis annis festum ejus solenniter apud se celebrandum decreverunt, Beatumque Remigium in Patronum tutelarem assumendum: idque non ita pridem suæ gratitudinis pignus renovarunt, constructione insignis cujusdam sacelli, quo auctum est & exornatum recens monasterium: *quod de communi utriusque Sancti appellatione sacello indita, libenter inteliexerim.* E

*Dum struitur Carthusia Montis-Dei,*

*multiplicantur miracula,*

*quod plene consummetur.*

F

*ibidem S. Gibriani sacellum.*

*Reliquiæ.* *Pag.* 302 *Annot.* g *lin.* 2 *Bassinia* —— l —— *Bassiniaco.*

*Ibid. Annot.* f adde —— *Marlot in Historia Remensi lib.* 2 *cap.* 16, *indicato Martyrologio Hieronymiano (quibus alia duo addi possent, allegata inter prætermissos ad* 24 *Maji) ipsam credit ibidem sic relatam,* IX Kalendas Iunii in Vico Bausiono, super fluvium Matronam, depositio S. Posennæ. *Sed hæc prorsus alia est,*

A *eſt, de eaque egimus* 23 *Aprilis, Acta ejus illuſtrantes ſub nomine* S. Puſinnæ.

*Pag.* 393 *poſt Annotata ad Hiſtoriam Tranſlationis ex Elodoardo ſubnectatur Tractatus ſequens, continens*

## MIRACULA S. GIBRIANI.

### Poſt tranſlationem corporis in novam arcam anno MCXLV patrata, & à Baldewino (*ut videtur*) Monacho coævo deſcripta.

*ex Ms. monaſterii S. Remigii.*

D. P. *collato cum veteri tranſlatione Francica.*

### PROLOGUS NOSTER.

*Vitam* S. Gibriani *perbrevem, & breviorem notitiam tranſlati* Remos *corporis, daturi die* VIII Maji; *nihil aque deſideravimus quam nanciſci libros miraculorum, poſt ſecundam*

B *Remis petiti Codices Mss.* *Tranſlationem patratorum, quos penes San-Remigianos Monachos aſſervari, Camerario aſſerente, didiceramus. Irritus diu labor fuit; donec bonis illis Religioſis innotuit, quam prompte Confratribus eorum Pariſiis, in cauſa librorum de imitatione Chriſti, coram Archiepiſcopo reſumpta, laborantibus, exhibuerimus illorum librorum exemplar, manu ipſius Thomæ à Kempis exaratum, prout illi in nova editione ſua anni* MDCLXXIV *in Præfatione teſtantur. Id enim cum San-Remigiani intellexiſſent, ex litteris noſtris ac R. D. Ioannis Mabilionis; vimque commendationis ſuæ dignatus fuiſſet addere R. P. de Haraucourt, Collegii noſtri Remenſis Rector; & hoc ad Provinciæ totius Campanienſis regimen aſſumpto, idem ſibi curandum ſumpſiſſet ejuſdem Collegii Procurator R. P. Perrin; obtinuimus tandem exeunte anno* MDCLXXVIII *codices duos, Latinum*

*tandemque impetrati,* *alterum, alterum Francicum, ab eadem manu eleganter exaratos in pergameno, ante annos circiter trecentos; charactere Francico, ſed pro more ſui ævi iis litterarum compendiis pleno, quos etiamnum videre eſt in libris, à ſeſquiſeculo & amplius eodem characteris genere inter prima typographicæ artis rudimenta apud Francos, Belgas, Germanoſque excuſis: quorum compendiorum quia modo deſiit apud typothetas uſus, non fuerat Remis invenibilis, qui tranſcribendi laborem pretio conductus aſſumeret; eaque excuſatione dilata ſpes noſtra, non poterat impleri niſi facta ipſorum autographorum copia.*

C 2 *Auctor operis San-Remigianus Monachus lib.* 2 *nu.* 8 *ſcribit; quod fuerit* unus de cuſtodibus ſacri pignoris, Baldewinus nomine, cui hoc officium præcipue

*continent miracula auctore veroſimiliter Baldewino,* ab Abbate ſuo injunctum fuerat, ante Sanctum Dei ſedulo morari & vigilare, & miracula ibi cælitus die ac nocte oſtenſa ſcribere, diligenterque memoriæ commendare. *Hujus ſcriptis uſum fuiſſe auctorem dicerem, qui nomen ſuum ſtudioſe celans lib.* 1 *num.* 30 *de ſe ipſo veroſimiliter loquitur cum ait,* data manu ei, quem nunc nominare non eſt neceſſe. *Crederem, inquam iſtius* Baldewini *ſcriptis uſum Auctorem; niſi vehemens ſuſpicio me faceret opinari, ipſummet illum eumdem eſſe* Baldewinum, *qui præcitato loco, neceſſario nominans eum cujus ibi dicta factaque memorantur, fruſtra perſonam ſuam diſſimulaverit, quaſi de alio loquens. Nam lib.* 1 *num.* 26, *ſcribendis à ſe miraculis fidem facturus lectori, nullius omnino ſcripta, quæ ſit ſecutus, allegat (quod ſane factum oportuiſſet) ſed ſimpliciter Chriſtum teſtem ac judicem appellat,* nihil fictum ſe loqui aut figuratum ſcribere. Sed quæ, *inquit,* præſens aſſiſtens ipſe oculis meis contemplatus ſum, aut manibus meis palpavi & contrectavi; qui membra debilium, jam medicamine divino perfuſa, & præ inſolitudine ſeu teneritudine adhuc nutantia, ſæpiſſime humero meo ſuſtinui, & ad glebam uſque Sancti perduxi; quos in eccleſia ternos & ſenos, plerumque nonos & duodenos, novem diebus retinui & alimonia corporali ſuſtinui. *Atqui hoc etiam fuiſſe prædicti* Baldewini *officium, apparet loco præcitato, ubi is deſcribitur,* infirmis ad cœnandum, quæ ſuperfuerant cœnantibus Monachis, fragmenta deferens: *& num.* 10 *utrumque expreſſe conjungitur, diciturque,* quod ejus erat officium inſignia miraculorum annotare, ægrotoſque eleëmoſynis recreare.

D 3 *Idem Auctor opus ſuum in tres diviſit libros: quorum primus miracula continet, à die prædicta Tranſlationis ſeu Feria* II *Paſchæ, in diem* XVI *Aprilis cadente, uſque ad diem Sancti ipſius natalem geſta. Cum autem biduo ceſſaſſet virtutum operatio, novumque ea principium ſumpſiſſet die poſt Tranſlationem vigeſimo quarto, id eſt die Maji* XI, *placuit abinde novum librum ordiri, qui uſque ad Vigiliam Pentecoſtes pertingeret, die* III *Iunii occurrentis. Tertius denique liber finitur, cum ſanitatibus feſto S. Bartholomæi* XXIV *Auguſti patratis, & ſolus clauditur ſolenni invocatione Sanctiſſimæ Trinitatis; ut appareat in iis ſiſtere voluiſſe Auctorem, & quæ poſtea gererentur aliis ſcribenda dimittere, vel novo inſerere operi; quod tamen factum non ſit, ſedulitatem ſcribentium vincente numero miraculorum. Currenti deinde manu, antiqua tamen, & ducentorum circiter annorum ætatem referente, ſcriptum in calce Latini codicis:* Iſte liber eſt Confratriæ S. Jubriani, creditus Bernardo de Balloic ad ſtu-

*in tres libros diviſa.*

E *quibus addita aliâ manu Obſervationes marginales.* dendum: *à quo ipſo hæc atteſtatio ſcripta eſt, & alibi in margine adjecta quædam Obſervationes, uti patet ex nominis eadem prorſus manu exarati ſubſcriptione. Primis autem Obſervationibus recentiori manu additæ ſunt aliæ, principio hujus præſentis ſeculi. Francica Tranſlatio hujuſmodi Obſervationibus margini adſcriptis initio copioſior eſt: ſed illæ ſunt à triplici aut quadruplici manu diverſique temporis; continent vero partim phraſes aliquas Latini contextus, fortaſſis ad comprobandam fidelitatem interpretis; partim exoletarum quarumdam vocum Francicarum explicationem. Hæc autem monendus Lector fuit, quia gloſſematis illis nonnunquam uti in Annotationibus volo. Nunc ipſum contextum videamus, eum in capita atque paragraphos more noſtro diviſuri.*

## LIBER PRIMUS

F

### Miracula à XVI Aprilis uſque ad XI Maji patrata.

### PROLOGUS AUCTORIS.

*Scribenda Sanctorum miracula.* Eſtorum mira agoniſtarum ſeu miniſtrorum Dei, quæ per eoſdem in corpore ſive extra corpus poſitos mundo dignatus eſt innoteſcere, ad argumentum gloriæ eorumdem ſchedulis imponuntur; nobis vero, ad inſtamentum & incrementum virtutum ſpiritualium, in eorum ſolenniis memoriter recitantur. Unde quandoque fit, ut dum præcipua quædam difficiliaque, cenſura rationis dictante, lectoribus & auditoribus appareant, illico tacti horrore, ignorantes quod omnia poſſibilia credenti, obliqua facie derideant & ſubſannent. Quorum ſerupuloſa incredulitas obcæcationi erroneæ tortorum Militum Chriſti merito æquiparanda eſt, quorum patientiam invincibilem pœnarumque illuſionem arti magicæ adſcribebant. Audiant ergo Dominum dicentem, quia, qui in me crediderit, opera quæ ego facio & ipſe faciet, & majora horum faciet: hoc non præſumptuoſe proferentes, cum

*etſi incredduli iis obganniant.*

A. TESTE OCULATO EX MSS.

ipsa Veritas dicat, sine me nihil potestis facere, sed ut sciant, Deum in Sanctis suis laudabilem, & verborum eorum editionis miraculorumque declarationis esse auctorem. De quorum accopulationis privilegio, illustrem virum Sacerdotem Christi & synergum Spiritus sancti, Beatum scilicet Gibrianum, hoc nostro novissimo tempore manifestata, quasi in tenebris sedentibus luce exortâ, virtutum ejus fuisse declarant insignia: quæ in rerum subsequentium historia multorum millium testificans authentica fore confirmat assertio. Et nequis autumet hoc eum recenter inchoasse, cognoscas pro certo, sicut ex veteranorum relatione didicimus, quod etiam se vidisse asserebant, ex diversis possessis languoribus innumerabiles utriusque sexus sospitati pristinæ restitutos: quod, propter negligentiam & segnitiem scriptorum, libro, qui de vita ejus loquitur, minime annotatum est.

*& vetera de S. Gibriano scripta non extant.*

## CAPUT I.

### *S. Gibriani patria, virtus, sepultura. Corporis translatio duplex.*

B

2 FUit autem iste Sanctus de Scotia oriundus, parentibus secundum seculi dignitatem non infimis. Est autem provincia Scotiæ ad Septentrionalem *a* plagam Hiberniæ sita. Hibernia vero est insula, omnium post Britanniam maxima, ad Occidentem quidem Britanniæ sita, sed sicut contra Aquilonem ea brevior, ita in Meridiem se trans illius fines plurimum protendens, usque contra Hispaniæ Septentrionalia, quamvis magno æquore interjacente, pervenit: latitudine autem sui status, & salubritate aërum multum Britanniæ *b* præstat; ita ut raro ibi nix plus quam triduana remaneat; nemo propter hiemem aut fœna secet æstate, aut stabula fabricet jumentis. Nullum ibi reptile videri solet, nullus vivere serpens potest: nam sæpe illo de Britanniæ partibus allati serpentes, mox ut, proximante terris navigio, odore aëris illius attacti fuerint, intereunt. Sed & omnia pene, quæ de eadem insula sunt, contra venenum valent. Dives lactis ac mellis est, sed expers vinearum; piscium vero volucrumque, sed & cervorum caprearumque venatu insignis fore dignoscitur. Hæc autem proprie patria Scotorum est, de qua Confessor Christi & Sacerdos

C præcipuus, cum fratribus & sororibus suis, ortus fuisse dignoscitur, quorum vel quarum in alterius

c libri *c* editione nomina differuntur: nunc vero qua-

d liter vel quo tempore translatus sit differamus. *d*

3 Beatissimus itaque Gibrianus, ex generosa stirpe Scotorum natus, sed nobiliori probitate morum ornatus, qualis fuerit à pueritia, Christi sequendo vestigia, in ejus ætate declaratur adulta; in qua ad Presbyterii provehi meruit divino instinctu fastigia. Parsimoniæ vero ceterarumque virtutum qualis interim observator extiterit, scriptum quidem minime reperimus, in thesauris tamen recompensationis omnium signatum credimus. Floruit autem

e Remorum Archipræsulis B. Remigii *e* temporibus, qui ejus etiam fratrem, Sanctum scilicet Tresanum, Presbyterum ordinasse legitur: de cujus liberalissimi Patroni areola virtutum, à mari usque ad mare manantium, & inarata incultaque corda infidelium liquamine divini nectaris rigantium, bonæ mentis

f suæ naribus fragrantiam retraxit, & in entheca *f* pectoris sui retrusit, quam postea philochristis affatim, more præceptoris sui, propinavit. Reliquerat autem hic solum natale, exteram causa peregrinandi expetens nationem, ut eo ad obsequendum Christo foret liberior, quo à sibi carne propinquis fieret remotior. Deinde secum ruminans, quod navis fluctibus objecta, si sæpius scyllææ voragini procellosisque anfractibus obviaverit, illæsa minime diu cursitare poterit; ductus amore S. Remigii, in ipsius Beati diœcesi, hoc est in territorio Cathalanensi, super fluvium *g* Maternam (ut in libro depositionis ejus plenius describitur) temonem suæ peregrinationis fixit, ibique sibi honorabile cimeliarchium construxit. Imprætermisse autem propositi sui tenax, sedulum Christo inibi exhibebat officium. Quæ vero per eum Deus prodigia virtutum ibi operatus sit, non invenitur: multa tamen erant, dum locus ipse postea à Paganis destructus, & populus, qui eis usus erat memoriæque commendaverat, circumquaque occisus, captivatus, & exulatus est.

D

g *juxta Catalaunos vixit,*

4 Postquam autem ei placuit, qui eum segregavit ex utero matris suæ, & ad serviendum sibi elegerat, ut Australia & arentia quæque deserens, irrigua superius peteret, & *h* uranitis civibus associaretur; plenus dierum, humo quod suum erat restituit, & Christo quod sagaci studio observaverat commendavit. Sed sicut B. Remigii, dum adhuc viveret, frui & instrui meruit eruditionibus; ita quoque, post obitum, ejus corpori associari dignus fuit. Post namque emolimenta annorum, à venerabili Comite *i* Haderico, divino admonitu, à propriæ sepulturæ suæ loco sublatus, in ecclesia præfati Antistitis almi, in scrinio argenteo decenter adornato, juxta eumdem Sanctum conditus est: ubi per ejus merita Dominus multis diebus plurima ostendit miracula. Processu denique temporis, cum superno judicio, exigentibus hominum culpis, Franciam omnemque Galliam fames *k* per maxima invaderet, necessitate famelicorum exigente, ornamentum supradicti scrinii avulsum & venumdatum est; & ad egenorum, qui hac & illac catervatim per tuguria inedià turgidati jacebant, obsonia distributum.

*& sepultus esse,*

h

E

i

*ac dein Remos translatus,*

k

5 Tempore igitur Domni Odonis *l*, ejusdem cœnobii venerabilis Patris, anno incarnati Verbi millesimo centesimo quadragesimo quinto; regni vero Ludovici *m* Regis Francorum & Ducis Aquitaniæ nono; à Domno Samsone *n* Remorum Archipræsule, iterum ejus sanctissima ossa à feretro supradicto remota sunt; & in alio, auro & argento lapidibusque iterum fabricato, XVI Kalendas Maji reverenter posita. Quod vero, Deo annuente, qualiter dispositum, sit brevi elogio persequamur *o*. Erat autem in eadem ecclesia quidam *p* Apocrisarius, Hugo nomine, Anglicus genere, etymologiam *q* cognominis sui, sancta quodammodo conversatione sedulo in opere Dei exprimens: quem quidam aurifex, Hubertus nomine (qui de domo sua Remis sita, pro infortunio cujusdam homicidii, quod quidam frater suus, non ipse perpetraverat, expulsus, ad auxilium S. Remigii, cujus homo erat, confugerat) verbis increpatoriis aggrediens, ita alloquitur: Ecce otio vacans, nulli utilitati operam tribuo, præsertim cum aliquid proficuum ecclesiæ, spontanea voluntate, quamdiu hic moraturus sum, conferrem. Cui ipse, accepto consilio, respondit: Scis quia S. Gibrianus, Confessor Christi præcipuus & exaudibilis Patronus, per quem Deus multa commoda Franciæ sæpius, præcipuè huic civitati Remensi contulit, juxta S. Remigium jacens, loco hic teneatur humili, cum inter turmas Sanctorum meritis sit excelsus. Revera si affectus meæ exiguitatis propositumque capacitatis meæ ad effectum ullo modo pervenire posset, cognoscas in hoc cordis mei pendere arbitrium, quod Deo propitio honestum ei præpararem feretrum. Igitur si à communi Pastore nostro & Senioribus:

l

m

n

*& in novâ capsam positus anno 1145, 16 Aprilis,*

F

o

p

q

*Ad hanc fabricandam gratis se offerente auri fice,*

A nioribus aſſentiatur, auxiliumque impenſum fuerit, & manum appoſueris, diu optatum opus aggrediar. Ad quem aurifex blande locutus eſt: Vivit Dominus, quoniam rem difficilem ordiri cupitis: ſed ut eum Advocatum in univerſali examine habeam, quantum in me viriumque mearum expetit facultas, adjumentum impendam.

*Abbateque & ſenioribus approbantibus, Eccli 32.*

6 Cujus reſponſum ille gratanter ſuſcipiens, Abbatem adiit: & tam ab ipſo quam à Senioribus conſilium hujuſcemodi rei faciendæ accepit, ſciens ſcriptum, Omnia fac cum conſilio, & poſt factum non pœnitebis. Quod cum Abbati ceteriſque placuiſſet, & indictum ei fuiſſet ut ſecundum poſſe ſuum faceret, hilaris effectus regreditur, & aurifici ſuiſque ſociis quod impetraverat innotuit. Denique diverſas Sanctorum Reliquias, vario modo auro gemmiſque compoſitas, quas ſub ſua pollicitatione habebat cuſtodiendas, accipiens, in pyxide eburnea concluſit: adjunctiſque ſibi ſodalibus, caſtella vicina & villas, auxilium ad opus feretri reſtaurandi petens, peragravit; & nomen S. Gibriani, quod hactenus incognitum habebatur, inſtanter circumquaque celebravit. Componitur itaque feretrum, & poſt unius anni & dimidii *r* circulum conſummatur. Decretum eſt autem ut ſuperventuro Paſchali feſto, quod non longe aberat, ſanctiſſima membra transferrentur, & in loculo ſibi præparato collocarentur. Et merito verno tempore, cunctis ſcilicet animantibus exultantibus & ad tenorem naturæ redeuntibus, & colorem & vigorem aridis quibuſque recipientibus odoremque ſuaviſſimum ſpirantibus, hoc fieri diſpoſitum eſt: cum Dominus, auctor & remunerator omnium, Dilecti ſui manifeſtaturus eſſet merita & innumeras gratias; ut membra arida, diverſiſq; morbis ſive venenis inficiata, rore ſuperni nectaris infuſa, faceret per eum florida atque vernantia; & à cordibus ſive ab oculis multorum deſperationis vel obtenebrationis ablaturus eſſet velamina.

B r *conquiruntur vicatim eleëmoſynæ,*

*Tranſlatio indicitur in Feriam 2 Paſchæ:*

7 Inſtante ergo ſanctæ Reſurrectionis die, ad tam ſancta tamque veneranda Confeſſoris Chriſti oſſa tangenda ſeu promovenda, Domnus Archiepiſcopus ſe præparat: & ut ad hoc idoneus inveniatur, Deum ipſumque Sanctum mente devota exorat. Nuntiantur hæc civibus civitatis; & ut ad ſpectaculum tanti gaudii feria ſecunda Paſchæ reverenter

C adveniant, indicitur. Eſt autem conſuetudo Remenſis metropolitanæ Eccleſiæ, ut Archiepiſcopus cum Clero eccleſias, quas ambitus civitatis & ſuburbii complectitur, Stationes faciendo Miſſaſque celebrando, in Paſchalibus diebus circumeat; & opere Dei explicito, cum omni manſuetudine ad propriam Sedem, redeat. Venit autem dies expectatus: adeſt Archiepiſcopus cum Clero, Monachi cum Paſtore, multorumque millium utriuſque ſexus & ætatis turba: continuo omnis eccleſia impletur: ſed & corpus ſæpe memorandi Confeſſoris Chriſti in eminentiori loco ſuper altare ſanctæ Crucis collocatur. Tunc Domnus Archiepiſcopus, Pontificalibus indutus veſtimentis, Sacerdotalique trabeatus infula, & miniſtris cum crucibus & cereis ceteriſque ſancti altaris ordinariis, præcedentibus, Miſſam celebraturus proceſſit. Lecto vero Euangelio, ſumptis ſecum venerabilibus Abbatibus, Domno ſcilicet Odone S. Remigii *s*, Willelmo S. Nicaſii, Urſo S. Dionyſii *t* Remenſis, plurimiſque perſonis cœtuque Clericorum, ad promovendum Sanctum, per medium chorum tranſiens, vadit: cui populus omnis convenienti devotione aſſurgit. Ille autem ſcandens pulpitum, ubi Fratres cum Reliquiis præſtolabantur ejus adventum, ſalutatorium ad populum exorſus eſt ſermonem. Quo completo cunctiſque reſpondentibus, Amen; deinde feretro novo benedicto & aqua benedicta adſperſo, cantata eſt ab omnibus Antiphona, S. Gibriane, addita Collecta & Benedictione. Quibus finitis, loculum in quo ſancta oſſa jacebant, confregit: & primo Caput elevans, poſt cetera membra, involuta panno ſerico, extraxit, & nudata cum Capite oſtendit. Tunc gaudia fletibus admixta, gemitus plauſibus conjuncti fuere, & ſtrepitu vocis hymnidicæ tota reſonabat eccleſia. Poſtea Domnus Archiepiſcopus, cum ipſo Capite ſignans populum, ſcrinium præparatum aperuit; & in eo Sancti membra, ut erant pallio ſerico involuta, diligenter recondidit: ſicque diſcedens, ad divina tractanda reverſus eſt: omnibus autem rite celebratis, & data benedictione, ad propriam cum Clero regreditur Sedem.

*quando Archiepiſcopus Samſon, 3 Abbatibus ſtipatus,*

s t

A. TESTE OCULATO EX MSS. *exceptas è veteri loculo Reliquias populo exhibuit venerandas.*

## ANNOTATA.

a *In hunc ſenſum infra num. 9, dicitur* Wallia vicina Hiberniæ, in qua Scotia eſſe legitur: *unde apparet quā verum ſit quod alibi diximus, uſque ad ſeculum* 12 Scotiæ *nomine nemini intellectum fuiſſe id quod nunc dicitur* Scotiæ regnum, *in Britannia Aquilonari (hoc enim Hiberniam ab Oriente reſpicit) ſed vel* Hiberniam, *univerſim, vel ipſius* Hiberniæ partem Borealem (*Vltoniam nunc paſſim & ſilveſtrem Hiberniam dicimus*) *ex qua ad Pictorum auxilium tranſeuntes in Britanniam Scoti, contra Romanos pugnaturi, primum Occidentale latus hodiernæ Scotiæ obtinuerunt; deinde, ſuperatis bello Pictis, eorumque abolito regno ac nomine, tandem novæ ſuæ Dominationi nomen* Scotiæ *apud exteros fecerunt,* Hiberniæ *nomen antiquæ ſuæ patriæ relinquentes.* E

b *In margine ad Francicam tranſlationem citatur Guillelmi Neubrigenſis Hiſtoria Anglicana, lib. 2 Cap. 26, ubi* Hibernia, *collata Britanniæ, laudatur, ut* ſerenitate & ſalubritate aëris multo præſtantior, egrègie piſcoſa atque pabuloſa, & glebæ ſatis uberis, ſi non deſit induſtria boni cultoris, ... *quæ* ſingularem præ cunctis regionibus habet à natura prærogativam, ut nullum gignat venenatum animal, nullum reptile noxium.

c *Hic* liber, *ſeu potius libellus, mox vocatur* liber depoſitionis ejus, *notaturque in margine (ſed recentiori manu) quærendus eſſe in* volum. 2 & volum. 19, *San-Remigianæ ſcilicet Bibliothecæ: eſt autem Vita à nobis ſuperius edita.*

d Hic finis Prologi, & incipit narratio eventuum ejus, *juxta rubricam textus Francici, in cujus initio ſimiliter hæc legebatur rubrica.* Hic incipit Prologus operum & miraculorum Domini S. Gibriani, in nomine Domini. Amen. *In Latino vero contextu una ſolum invenitur rubrica, librum ſecundum tertiumque diſtinguens: alibi ſcribendis rubricis relictum eſt ſpatium, has vero credimus in Francico haberi, uti Latine legebantur in ipſius auctoris Ms. originali.* F

e S. Remigius *floruit ab anno* 457, *quo ordinatus fuit Epiſcopus, uſque ad* 530, *quando obiit, ſicut in Diatriba peculiari de Epiſcopis Trajectenſibus docet Henſchenius, &* 1 Octobris *iterum declarabitur.*

f Entheca, ἐνθήκη, reconditorium: *vide Gloſſarium du Cange.*

g Materna *vulgo* Marne, *Romanis ſcriptoribus* Mátrona.

h Uranitæ, *Latine* Cæleſtes, *ab* οὐρανὸς cælum.

i Hadericus Comes *floruiſſe debuit circa an.* 890: *quippe coævus Rodoardo Epiſcopo Catalaunenſi, à quo transferendi corporis obtentam facultatem ſcribit Flodoardus. Rodoardus autem fuit deceſſor Mancionis, qui legitur an.* 900 *inter fuiſſe Conſecrationi Herivei Remenſis Archiep.*

k Fames *hæc in Chronico Flodoardi notatur ad annum* 942, *dicitur; invaluiſſe per* Franciam & Burgundiam.

l Odo, *Abbas creatus an.* 1118, *rexit annis* 30.

m *Eſt hic* Ludovicus, *cognomento* junior, *reſpectu*

A *Patris ſui Ludovici Craſſi, cui ſucceſſit an.* 1137, *& vixit uſque ad* 1180.

n *Præſedit* Sampſon *ab an.* 1137 *ad* 1160.

o *Interponitur in Francico rubrica* Hic finit narratio operis, & hic incipit narratio tranſlationis benedicti Sancti.

p Apocriſarius, *internuntius ſeu tabellarius.*

q Hugo *Teutonicum nomen, quibus etiam nunc* Heughe, *gaudium.* Verheughen *exhilarare ſignificat, Francice redditur* Huë : *ſed congruam menti auctoris etymologiam in Franeica lingua nunc fruſtra requires.*

r *Ibidem*; ſpatio ſeptem annorum & medii : *unde colligo interpretationis Francicæ contextum antiquiorem eſſe hoc, quod in manibus eſt, Ms. cumque in ea legeretur primum* un an & demi, *pro* un, *uno, lectum fuiſſe numeraliter* UII, *ſeptem; & juxta ſtylum recentiorem ſcriptum fuiſſe* VII.

s Willelmus Abbas S. Nicaſii, *ſuffectus fuit Nicolao, qui obierat* 1144. 26 *Septembris, & ſolum tres annos monaſterium rexit juxta Sanmarthanos.*

t Urſus Abbas S. Dionyſii Remenſis, *aliis* Urſio *an.*
B 1129, *ut ait Albericus in Chronico, abdicante ſe Henrico factus Epiſcopus Virdunenſis per biennium, mox ad ſuam Abbatiam rediit, in eaque dicitur à Sanmarthanis vixiſſe uſque ad an.* 1149.

## CAPUT II.

### *Curationes à die Tranſlationis uſque ad ejus Octavam factæ.*

8 *Facta Tranſlatione,* HÆc de ejus ortu, dormitione, nec non & tranſlationibus peroravimus : jam de miraculis, ab ipſo die inceptis, & poſt parvo ſub tempore oſtenſis, pauca de multis humili ſtylo, ipſo ſuffragante, exaremus. Igitur poſt diſceſſum conventus Clericorum, populus, qui à mane uſq; ad ſextam expectans diu optatum perſpexerat theſaurum, alimonia cæleſti paſtus dilabi cœpit, pro ſolennitate Paſchali, in qua nemini ab eſu potuq; abſtinere licet; hujuſque rei cauſa ad propria remeare feſtinavit. Ipſo vero die, XVI videlicet Kalend. Maji, ad veſperum vergente, quo corpus ſanctiſſimi Confeſſoris Chriſti Gibriani à Domno Samſone Remorum Archiepiſcopo tranſlatum eſt, quaſi quadam vicinitatis & propinquitatis gratia & miſericordia motus, ab homine compatriota ſæpe memorandus dilectus Domini, miraculorum ſuorum initia ſumpſit. Quidã enim Clericus, de Wallia patria *a* S. David natus, nomine Ioannes (quæ tamen vicina Hiberniæ, in qua Scotia eſt, eſſe legitur, unde & iſte S. Gibrianus ortus fuiſſe deſcribitur) dum in Remenſi civitate, cui vicinum ipſum ſuburbiũ, in quo eccleſia S. Remigii ſita eſt, adjacet, cauſa diſcendi moraretur, paralyſi percuſſus eſt, & in eleëmoſynam *b* S. Remigii delatus : ubi tribus annis ita contractus manſit, ut nunquam in dextro vel ſiniſtro latere ſe vertere poſſet, ſed in omni tam moroſa infirmitate ſemper ſupinus jaceret, & nulla hora è lecto prodire niſi manibus aliorũ erectus valeret: & quamquam quotidiano languore corpus ejus ſemimortuum tabeſceret, numquam tamen otio vacavit, quo minus aut legeret, aut ſecundum poſſe ſuum ſcriberet aut oraret. Erat autem, more generis illorum hominum aliquantum religioſus; & de iis quæ de eleëmoſyna ſibi inferebantur, ſuis conſimilibus gratanter impertiebatur. Hilari & ſereno vultu ſemper erat: patientiamque B. Job in corde ſuo firmaverat, qui dicebat; Si bona ſuſcepimus de manu Domini, mala quare non ſuſtineamus.

C a *Clericus Wallenſis, à triennio paralyticus,* b *patiens ac religioſus,*

10 Habebat vero hoc conſuetudinis, ut in præcipuis Sanctorum Natalitiis ad eccleſiam S. Laurentii, quæ ipſi domui in qua jacebat contigua erat, ſe portari faceret, & celebratis Miſſis ſolitoq; precum ſuarum penſo ſoluto, iterum in loco ſe reſtitui rogaret. Nobis etiam, ad eum ſæpe venientibus & humiliter conſolantibus, reſpondit, ſe non viſurum mortem, antequam per Dei miſericordiam priſtinam reciperet ſanitatẽ. Advenerat itaq; tempus annuæ ſolennitatis Reſurrectionis Domini, in qua ſanctiſſimus Confeſſor transferretur, quod & illum minime latuit. Triduo autem ante Paſcha, ſive in Paraſceve, quando Dominus univerſorum mortẽ ſubierat pro omnibus corporalem, ad præfatam eccleſiam Clericus ſe deferri monuit; toto corde Deum deprecatus, ut qui pro homine perdito in anima, per aſſumptum hominem, pati & reſurgere venerat; ita eum, per ejuſdem ſalutiferæ Paſſionis & Reſurrectionis virtutem, & per merita B. Gibriani, in corpore & anima ſanaret. Sic primo, ſic ſecundo, & tertio die fecit: quarto etiam, ſcilicet Feria II Paſchæ, ſummo diluculo ſurgens, plus ſolito orationem protelans, velut in exceſſu mentis effectus, viſiones aliquas cernere cœpit. Tunc paulatim mobilis vigor articulos pedum ſtupentes & ungues irrepſit, attenuata genuum veſtigia virtus cælica roboravit, crura rigentia flexibilitati & facilitati greſſus aptavit, lineamenta viſcerum gratia pii muneris animavit: ſicque fluens fabrica membrorũ ſubito, opitulante S. Gibriano, ſurrexit & in ſtatum priſtinum, tamquam ſi nihil fuiſſet ſolubile, rediit : & ad ejus feretrum, hymnidica voce Deum & ipſum Sanctum glorificans, ſine alicujus adminiculo ad veſperum incolumis acceſſit.

D *qui præcedenti triduo oraverat pro jua ſanitate,* *eamdem obtinet ad feretrum accedit.* E

11 Inſueta vero tanti miraculi novitate infinitus populus extemplo excitus accurrit; ſed & multitudo languentium, ex ipſa civitate & ſuburbio, in grabatis & lectis, certatim defertur. Mane autem facto, ne lucerna hactenus abſconſa celaretur, ſed ſuperpoſita candelabro diu incarceratis lumen præberet, rumor tantæ felicitatis villas, civitati circumquaque adjacentes, oppidaque vicina adimplet. Tunc ſtupor hos, qui paulo ante prædicatores ſuos nominiſque ejus annuntiatores deſpexerant; gaudium vero illos, qui timore Domini compuncti benigne eos ſuſceperant, & de laboribus ſuis ad reparandum tanti Patroni feretrum munuſcula miſerant, mirum in modum [implevit. Tunc] qui ante per nuntios ſuos gentes deprecaturus adierat, nunc ut ad eum devote veniant, mutatione dexteræ Excelſi, ſalubriter inſpirat. Potentes etiam Principes & Tyranni, qui res S. Remigii ſæpius invaſerant, pauperes ejus incarceraverant, plurimoſque in egeſtate & penuria maxima vitam miſeram ducere faciebant, audita hac fama, manus à tali tranſgreſſione comprimebant; & per abſolutionem facinorum ſuorum, omni belluoſa animoſitate ſedata, quaſi oves manſuetiſſimæ, memoriam Sanctorum adire ſtudebant. Parantur interim plauſtra, currus, pilenta, diverſique generis vehicula, in quibus ponuntur cæci, claudi, contracti, ſurdi, dæmoniaci, hydropici, & debiles quicumque, ut ad S. Gibriani confugiant ſuffragia. Fit itaque exultatio magna in populo, & in ore omnium de nomine Gibriani frequens perſonat diſputatio. Denique de vico advicum curritur, & vicinus vicinum, ut ad S. Gibrianum veniat, adhortatur.

*Hinc concurſus fieri,* F *& infirmi undiq; adducti cœpti ad feretrũ,*

12 Feretrum autem, in quo ejus ſanctiſſima oſſa recondita fuerant, de pulpito delatum, ſuper dolium magnum, de prope ſumptum & tapetibus mappuliſque decenter prætenſum, depoſitum fuerat : nam ad horam, propter preſſuram gentium, competentior ei locus præparari non poterat. Superveniente igitur Sabbato, ſexto *c* ſcilicet die Tranſlationis ejus, tanta turba languentium feretrum circumvenerat, ut ad illud deoſculandum & ad vota ſolvenda, via peregri-

*ubi* 21 *Apr.* C

A peregrinis difficile præberetur. Veſpertina autem ſynaxi modulata, quædam puella, Maria nomine, de Roſceio *a* caſtello, à matre ſua ad Sanctum deducta eſt; quæ manum quidem habebat aridam, ſed & quinque hebdomadibus contracto plectro, linguæ loquelam perdiderat. Hanc pater ſuus, qui Rudolphus dicebatur, audita fama hujus S. Gibriani, quod per eum Dominus in eccleſia Beatiſſimi Remigii ſanitatis remedium ægrotantibus largiretur, conſilio inito, per matrem ipſius puellæ illuc, aſſociata ſibi multitudine vicinorum, miſit. Intrantibus autem illis portas templi, puella ſe divinâ virtute præventam ſenſit, matremque ſuam humi in oratione proſtratam manu tetigit, & ait: Surge, mater: mihique gratulare, nam impeditæ linguæ meæ vinculum eſt ſolutum; manuſque mea, quæ uſque nunc arida apparuit, gloria Deo & S. Gibriano, cæleſti unguento delinita, ſana mihi reſtituta eſt. Ad cujus vocem exterrita mater ſurrexit, filiamque ſuam apprehendens ait: Tune es filia mea Maria, quam loquentem audivi? Ego ſum, inquit, filia, tua quidem ſecundum carnem, ejus vero corpore & anima qui me reddidit ſanam. Tunc illa uberrime lacrymans, munus quod attulerat extraxit; & ſumpta manu curata puellæ, ad feretrum properavit; B eamque Procuratori ſuo in ancillam cum *f* capitalitio dedit, præconantibus cunctis Dei ſanctique Gibriani magnalia.

13 Tunc gaudium gaudio annectitur, miraculum miraculo copulatur, & largitatis divinæ benignitas duplicatur. O ſpecialis Gibriani gloria! Ne laudi ejus itaque probemur inferre damnum, & ne oblivione noxia fiat abolitum, ſubſecutum diſſeramus miraculum. Supradictâ vero ad locum ſuum cum matre ſua regreſſa, populique confabulatione g ſedata, adeſt divinus *g* Sophiſta, oſtenſurus incredulis, quanto donativo Chriſtus remunerat qui ejus imitantur veſtigia. Quidam enim homo, nomine h Fulco, filius Henrici de *h* Auſſonæ-villa, gravi infirmitate circumventus erat; ita enim omni corpore contractus factus erat, & omnium membrorum ſuorum officiis excepta ratione linguæ privatus, ut duobus ferme annis nihil penitus operari vel lucrari valeret, aut permodicum ire niſi duobus ſuſtentatus baculis; imo cum ante extitiſſet aliquantum locuples, pene omnia quæ habebat in uſu medicaminum ſuique ſumptus diſtraxerat. Hic inter primos C à ſuis illuc allatus fuerat, & jam diebus quatuor inter glomeratum cuneum infirmorum prope feretrum decumbebat; omni autem die ac nocte nomen Gibriani habebat in ore: & cum ipſa hora qua ſanandus fuerat, ſummum ab omnibus fieret ſilentium; ille tamen cum lacrymis & cordis puritate, ut præmiſimus, à ſancto inceſſanter auxilium precabatur. Tunc ejus acclamationi pius Confeſſor compatiens, tactu eum inviſibili tetigit, & ut ſurgeret monuit. Ille vero proteſtatus eſt clara voce, albis ſe eum indutum vidiſſe prope ſibi adſtare: & incredibili celeritate, baculorum ſuorum oblitus, pedibus inſiliens apprehendere eum cupivit; ſed nihil aliud quam feretrum manibus conſtrinxit. Interim neſcio quid ſcrupuloſi innatum fidei ejus, humi iterum eum proſtravit, & ut ante contractus repertus eſt. Ille vero reciproca voce clamare cœpit, O Sancte Dei, quid eſt quod feciſti? quid promerui? Numquid dicetur & improperabitur tibi, quod incepiſti, & perficere non potuiſti? Extende ergo manum, & ſubleva famulum tuum. His dictis, extenſis iterum manibus ſurrexit, & ut prius feretrum tetigit. Bis itaque cecidit, & bis ſurrexit: ſed vice tertia ita conſolidatus eſt, ut projectis ſuſtentaculis hac illac-

*curatur muta, aridam habens manum:*

*item mutus, contractus toto corpore,*

*& geminum relapſum:*

*poſt apparitionem Sancti,*

que diſcurreret lætus. Dantur hinc grates Deo ejuſque dilecto Gibriano; & reſonantibus laudantium vocibus, modulata ſuavitas procul diffunditur.

A. TESTE OCULATO EX MSS.

14 Proferamus etiam in medium aliud evidentius patratum miraculum. Iuvenis quidam, Robertus nomine, cujus Mater Murierdis dicebatur, Bajocaſſenſi civitate in Nortmannia, ab utero matris ſuæ ſiniſtram partem corporis aridam, humerumque & brachium cum manu contractum habebat; linguam etiam impeditam geſtabat, nec integre verba formare poterat. Hunc mater juxta ſe cum candela locaverat, & Sanctum ut ejus miſereretur cum ſuſpiriis exorabat. Supramemorato vero curato, illico eum virtus divina aggreditur. Qui ſurgens ſtetit in medio, & pro reformatione nervorum, & oſſium ad loca naturalia redeuntium compaginatione anguſtatus, magnas emittebat voces & gemitus. Ad cujus ululatum territus populus advenit, pro ejuſque ſalvatione multas ad Deum preces fudit. Stridor vero nervorum & junctura rum auribus circumſtantium intonuit; & quod nullo modo fieri poſſe juraſſent jam videntes & audientes, ipſam veritatem ſine prædicatoris acclamatione crediderunt. Ille autem, licet diu multumque tormentaretur, ad ultimum tamen, quod natura ei denegaverat, E gratia ſuperna conceſſit.

*tũ juvenis, ſiniſtro ſarte aridus & contractus;*

15 Accedat & huic quartum, non minori honorificentia dignum, jugique memoria omni legenti commendandum: parum enim cor ædificat, quod ſemel viſum vel auditum aura tranſportat: non enim ſatio multum in perfectum ſurgit, ſi frequens cultus adhibitus non fuerit. Homo quidam, Hilduinus *i* dictus, habitabat hoſpes in domo Rogeri cognomento Camiſiarii, hominis S. Remigii, in burgo ejuſdem Sancti manentis. Qui Hilduinus habebat filiam nomine Hyleſindem, cujus mater defuncta erat, illamque ſolam ſuperſtitem cum patre reliquerat. Quæ Hyleſindis paralyſi per omnes junctura s membrorum percuſſa, ita duobus diebus ac noctibus muta & impotens ſui facta eſt, ut ab omnibus cito moritura crederetur. Tunc Presbyter & Medicus adducuntur, & quid eis de ſalute puellæ viſum ſit perquiritur. Presbyter, ut eam Sacramento ſalutari muniat, urgetur; Medicus vero, ut ejus curam habeat, precatur. Sed Presbyter mulierem ſine ſenſu, ſi- F ne voce, communicari non poſſe affirmat: Medicus vero, jam morituræ omne medicamentum denegat. Quid igitur miſeri parentes faciant, capillos capitis ſui trahendo, ignorant. Tandem divino nutu admoniti, S. Gibriano, ſi ejus miſereatur, in ancillam jure perpetuo eam tradunt poſſidendam. Statim votum & affectum, pii Confeſſoris Chriſti pia largitio ſequitur: nam in eâdem horâ omnis doloris expers, ſed & loquens, Deumque & S. Gibrianum laudans invenitur. Quarta igitur in ipſa nocte curari, & huic libro adſcribi meruit.

*ac paralytica, jam jam moritura,*

*Sancto illi ancillam oblata.*

## ANNOTATA.

a *Colitur* S. David, *Epiſcopus Menevenſis in* Wallia 1 *Martii, ubi plura de dicta regione invenies.*

b Eleemoſyna, *id eſt* Eleemoſynaria domus, *ſeu* Noſocomium S. Remigii.

c *Ita paſſim notantur dies, quos gloſſarum Marginalium auctor per numerum menſis ut plurimum adnotavit, uti hic* 21 Aprilis.

d Roſcejum, *vulgo* Roucy; *5 leucis diſtans Remis ad Boream, verſus Caſtellum-Porcianum.*

e *In Francica verſione* Raoul, *quod potius* Radul-

fum

A fum *ſonat, idque ſæpius occurrit lib. 3 n. 10.*

f *Infra num. 29*, Fratribus obligata *dicitur fuiſſe* Benedicta *quadam*, *& num. 1*, Hyleſindis *vovetur Sancto à parentibus*, ancilla jure perpetuo tradenda: *diſtinctius autem lib. 2 num. 17 Epiſcopi Laudunenſis Clericus*, voto facto, ſub capitalitio trium denariorum, homo S. Gibriani effectus eſt: *& lib. 3 num. 9* Hotlandis *curata*, ſeſe ſub capitalitio S. Gibriano in ancillam dedit: *& num. 18* Joannes *ſanatus*, ſemetipſum ſub capitalitio in ſervum pro pretio dedit; *& num. 42 quidam de Andoverpa*, ſub capitalitio duorum denariorum ſe Sancto ſubdidit: *dicitur etiam* Capitagium, Capitaticum, Cavagium, Cavelicium, *&* Chevagium, *nullâ ſignificationis differentiâ, pro cenſu in caput cujuſque ſolvendo. Vide Cangii Gloſſarium.*

g Sophiſta *hic ſumitur pro* religioſo concionatore.

h *Vulgo* Auſon-ville, *ſeu* Anſon-ville *(ſic enim in Francico legitur) in tabula Blaviana* Auſons, *prope Genevillam, 5 ab urbe Remenſi Leucis verſus Boream.*

i Hilduinus, *Francice* Heuduyns; *cujus filia* Hildeſindis, *Francice* Heliſſan *ſcribitur: & ſic etiam n. 23*
B *& 39 infra Francice redditur nomen* Herſendis.

## CAPUT III.

### *Miracula ad octavam & duodecimam à Tranſlatione diem pertinentia.*

16 *In nocte Octavæ, curatur puella contracta ab infantia:*

NE ergo verborum prolixitatis tædeat lectorem, pigrumve reddat auditorem, ſuccincte curramus per ſingula, & videamus quid actum ſit in ejus Tranſlationis Octava *a*. Turba itaque languentium precibus & ſuſpiriis urgebat Sanctum; ſed & mugitus murmurque mutorum omnes ante feretrum commorantes lacrymari compulerat: interim ipſa octava nocte, prima
a hora noctis, quædam puella, Lidewidis dicta, filia Theodorici & Liſgerdis, non longe ab eccleſia S. Remigii commanentium, ab eiſdem parentibus inter ceteros affuit adducta. Quæ puella, dum adhuc infans eſſet trium ſolum annorum, quadam die à quadam ſorore ſua non multo majoris ætatis cauſa ſpatiandi foras educta, labentibus pedibus præ
C terra compluta, cecidit, teneraque membra duritiâ lapidum confregit: unde multum infirmata, contracta facta eſt: ſicque quatuor annis & eo amplius invalida corpore manſit, ut nullo modo erigere ſe niſi ab alio adjuta poſſet, nec ſtare per modicum; aut ſolum paſſum ire, niſi baculis ſuſtentata aut manibus aliorum elevata fuiſſet. Patre vero & matre cum eadem filia ſua ad memoriam S. Gibriani Beatique Remigii, eorumdem ut credimus miraculorum cooperatoris, ſatis devote vigilantibus, puella ſubito omni infirmitate purgata, hilaris & tripudians inventa eſt, & illius noctis initium miraculorum fuit.

*alia, pede & brachio manca.*

17 Adnectatur & iſti aliud de alia puella, poſt iſtam curata, ſed non ſimili modo infirma. Hæc ſiniſtro claudicans pede nata eſt, & brachio manuque invalida. Quatuor erat annorum, nomine
b *b* Hereburgis, filia Petri Militis cognomento Pueri, habens matrem nomine Helwidem, quorum habitatio in burgo S. Remigii erat. Cujus impoſſibilitati mater multum compatiens, eumque tenero amore diligens, manum & pedem de cera ad ſimilitudinem membrorum ejus debilium compoſuit; & ſumpta illa ſecum, cum oblatione ad ſeretrum S. Gibriani properavit: voto vero facto orationem adjunxit, & miſericordiam Dei & Sanctorum ſatis devote flagitavit. Cujus devotionem & humilitatem Dilectus Domini ſuſcipiens, membra amiſſa puellæ continuo erecta ſuſtinuit. D

18 Tertium autem factum memorabile eſt recenſendum, & qualiter præſignatum, recolendum. *Adoleſcens contractus.* Ipſo veſpere adoleſcens quidam, Gunterus nomine, de *c* Reoldis-curte illuc advenerat, ſiniſtram c coxam cum crure quinque annis habens contractam: prope vero accedere ad feretrum non valuit, ſed de longe ſub quadam columna ſe projecit, & exinde multis precibus S. Remigium & S. Gibrianum interpellavit. Secunda autem hora noctis, pro prædicta ſanatione finitis laudibus, Fratribuſque ad lecta reverſis, viſum eſt in ſomnis cuidam ex noſtris, S. Remigium, de loco ubi
d jacet poſt altare, collobio *d* albo indutum prodire, baculum in manibus tenere, & quaſi iraſcentis vultum vel habentem vel oſtendentem per medium chorum procedere. Cumque ad oſtium, quod retro chorum eſt, perveniſſet, manu ſua illud aperuit; & in eo diutiſſime ſtetit, & hac illacque E oculos reflexit: denique per mediam turbam tranſiit, & intuitus quemdam, qui de longe jacebat contractus, baculo quem tenebat eum percuſſit, & ait: Quid clamas ad me? Quid vis ut faciam tibi? Ille vero reſpondit: Domine, nihil aliud peto niſi ut deſideratum mihi reſtituas greſſum. Cui ille, Surge, inquit, velociter, fides enim tua te ſalvum fecit. Hæc illo adhuc ſomniante, ad Fratres cito curritur, & contractum erectum fuiſſe nuntiatur: erat enim ille de quo loqui cœperamus, *à S. Remigio apparente erigitur.* qui de longe ſub columna jacuerat, jamque per medium irruperat, & ad feretrum (quod antea ei non licebat) ſanus venerat; baculum etiam ſuum ſecum tulerat, & indicia infirmitatis ſuæ omnibus oſtendebat. Fratres vero experrecti ad tantum gaudium accurrunt, & debita veneratione Deum & Sanctos pro hoc quoque glorificant. Mane autem facto, qui ſomniaverat, ſomnium ſuum nobis enarravit: & qualiter illo adhuc ſomniante, ut veritas ſomnii probaretur, contractum erectum fuiſſe, nuntiatum ſit.

F

*Incurvata curatur hauſto vino S. Gibriani;*

19 Divino autem Officio monachis inſiſtentibus, puella, Gertrudis appellata, de Novo-caſtello *e*, quæ à die nativitatis ſuæ ita curva ſuper ge- e nua procumbens gradiebatur, ut numquam niſi jacens, incurvati corporis pondere onerata, ſurſum reſpicere poſſet; ambobus etiam renibus torta erat; divina gratia obumbrari meruit: biberat enim de vino, in quo Reliquiæ S. Gibriani intinctæ fuerant: unde nec mirum, ſi ſaporis ſanctificati infuſione vivificata & erecta emortua ſint membra. Sed primum per modicum anguſtiâ nervorum extendentium vexata, manibus in cælum extenſis jacens ſupina, tertio pro ea invocante omni populo auxilium Dei cum nomine S. Gibriani, quod eſt incredibile auditu, incolumis in momento reſilivit.

*& alia, ab utero matris contracta:*

20 Videtur itaque indignum ſub clavi ſilentii, aliud eadem nocte oſtenſum, miraculum occludere; ſed pro gloria collatoris ad memoriam peculiarem utile eſt revocare. Quædam mulier, de S. Genovefa foras civitatem Remenſem, nomine Alpaidis, filiam habuit Leburgem nomine, quæ ſiniſtrum humerum cum brachio & manu, natura formante, ab utero matris ſuæ ita emortuum contractis nervis habuit, ut numquam illud movere, vel per modicum ad ſe trahere vel extendere poſſet. Cumque mater cum filia duabus noctibus ante memorabilem

A lem thesaurum cum lacrymis & sinceris supplicationibus perseverassent; tertia demum nocte, virtutem Dei, cooperantibus meritis sancti Confessoris sui, puella sensit ex alto. Nam media ipsa nocte, qua & supradicti curati fuerunt, vidente omni turba quæ permaxima aderat, ossa ejus disjuncta & solidata sunt; nervique & venæ in modum restis extensæ sunt, ita ut sonus crepantiũ & se extendentium à circumstantibus audiretur. Parvo verò intervallo ita sanata est, ut nullum vestigium infirmitatis antiquæ in illa appareret. Mane autem facto, celebratis Missis, populus qui de longe advenerat, benedictione accepta ad propria rediit; & obviantibus sibi quibusque, mirabilia quæ viderat, enarravit.

f 21 De Castellione *f* etiam quædam mulier, quæ

g *g* Hyaldis dicebatur, tribus annis geminis orbata

*triennio cæca illuminatur:* luminibus, cum audisset à redeuntibus famam virtutum, quæ per S. Gibrianum in ecclesia B. Remigii cælitus operabantur; ducatu cujusdam filiæ suæ, Elisabeth nomine, Remos adducta est. Cumque ante Reliquias sanctissimi Confessoris Christi quatuor diebus orantes perstitissent, quinta die, undecima videlicet Translationis ejus, quasi de ergastulo

B carceris educta, diu amissum recuperavit lumen; & desideratæ sospitati restituta, ad propria gaudens & Deum magnificans est reversa.

h 22 De Rumenejo *b* in Theraſca etiam femina al-

*sanatur puella brachium & manus arida.* tera, Iuliana nomine, ut audivit à peregrinis, jam ope divina medicatis, fragrantiam virtutum sæpe memorandi B. Gibriani; cum filia sua, Ermengarde nomine, quæ sinistrum brachium cum manu aridum habebat, quantocius illuc pervenit; ubi per aliquot dies orationi, jejuniis, lacrymisque insistens, eo die quo supradicta, de omni infirmitate convaluit. Quod cum mater Monacho, cujus erat officii horis opportunis angulos monasterii circuire, infirmos visitare, & annona reficere, indicasset (præ nimia enim turba, & quia longe remota à feretro erat, propius accedere non poterat) gratias agens Deo & Sancto ejus Gibriano, cum hilaritate recessit.

23 Prope hanc Remensem civitatem villa quæ-

i dam, Curcellis *i* appellata, sita est, in qua quidam

k Albricus *k* nomine, cum uxore sua quæ Hersindis

*28 Aprilis resuscitatur* dicebatur, manebat: quibus erat infans unius anni, nomine Petrus. Contigit ergo duodecimo die Translationis S. Gibriani, matrem nescio quo opere

C præoccupatam, infantem cuidam sorori suæ ad custodiendum commendasse. Quem puella, aliis intenta, negligenter solum relinquens; infans, prout potuit aperto ostio reptando, limen transcendit; & in quamdam paludem, quæ in platea profunda erat, cecidit. Quod quædam mulier eminus cernens ocius cucurrit, & magna voce puerum demersum in palude fuisse clamavit. Concurrentibus autem vicinis, illumque vix inventum per pedes extrahentibus, & huc atque illuc gyrantibus, non anhelitus, non vox, neque sensus in eo inventus est; sed omnibus pro certo vitalem spiritum amisisse visus

*infans submersus;* est. Matre igitur sparsis capillis cursu rapidissimo adveniente, & extinctum filium in ulnis recipiente, cum omnibus qui aderant misericordiam Dei, Confessorisque ejus S. Gibriani subsidium, quia de virtutibus ejus loqui audiverat, invocavit; Sanctumque Remigium, nec non & S. Brictium *l*, in cujus memoria ecclesia villæ supradictæ fundata fuerat, interpellavit; clamans & vovens, ut si puer ei vivus illorum obtentu redderetur, Deo illum offerret & Sanctis supra nominatis in servum, sub capitalicio quatuor denariorum.

l Ista & his similia illâ cum patre prosequente, cete- A. TESTE roque populo non minori devotione Deum supplicante, continuo infans, sub oculis omnium qui aderant, vivus & sanus apparuit. Quem mater primo ad ecclesiam B. Brictii, quæ prima erat, detulit; deinde cum omni festinatione ecclesiam B. Remigii, in qua venerabile pignus S. Gibriani reconditum habetur, adiit; omnique turbæ, quæ ad spectaculum miraculorum Dei, quæ ibi per eumdem Sanctum operabantur, advenerat, simul cum patre innotuit, qualiter Sanctos Dei pro puero extincto invocasset, & eumdem per merita eorum, præcipue obtentu istius S. Gibriani, vivum recepisset. Puero autem ad feretrum cum oblationibus appositio, exultantibus omnibus, Deumque & Sanctos ejus glorificantibus, genitores cum filio læti ad propria remearunt.

24 Altera mulier, Maria nomine, de Brana- m villa *m* ante Dunum, tribus annis ambobus cru- *erigitur cruribus contracta;* ribus contracta, diu antequam Sanctus Domini transferretur, Remos, causa penuriæ & egestatis, à suis adducta est; ibique per annum in infirmitate maxima, ut venerat, languens mansit. Ad E ultimum vero, cum neminem inveniret, qui ejus misereretur, vel boni quid impenderet, in Eleemosynam S. Remigii delata est. Cumque etiam ibi, ut præmisimus, contracta sex mensibus ægrotasset; nocte sequente diem in qua supra memorati parentes filium vivificatum receperant, sana & erecta reperta est. Tunc matre-familias domus excita, voce virili clamavit, dicens: Verè Dominus in loco isto est, qui tam salubris officii superni famulatus frequentatione administratur, ut merito officina Dei vocetur & sit; dum hoc quod mediante obtentu Sanctorum in ecclesiis obtineri solet, hic gratis plerisque ex insperato concedatur. Numquid enim opera misericordiæ, quæ in nobis egenis hic à vobis crebro exercentur, quasi vento translata, oblivioni traduntur? Absit hoc, *in nosocomio S. Gibrianum invocans:* absit, Domina mi: sed quod uni ex minimis nostrorum impenditis, Christo procul dubio, ipso confirmante, exhibetis. Et ideo beati & felices istius habitaculi procuratores, quibus permissum est talibus insudare obsequiis: nam licet æmulationi improbæ, quæ scintillam livoris multorum mentibus insufflat, ministerium vestrum execrabile & despicabile visum sit; recompensabitur in laudem F & gloriam & honorem in tempore retributionis. Ad cujus vocem sani & ægri experrecti è lectis prosiliunt, focum excitant, ejusque salvationi congaudent. Tunc accenso luminari, manui illius imponunt; & simul euntes, ut ad ecclesiam pergat, monent; non baculis, non humeris aliorum innixa, usque ad corpus S. Gibriani, cum laudibus incolumis processit.

25 De Noviomo homo quidam natus, cui no- *muta quinquennio, loquelam recipit.* men Joannes erat, habebat filiam, nomine Hemelina, quæ quinque annis naturam loquendi amiserat. Quam cum pater cum quadam amica sua tempore congruo, circumquaque per loca Sanctorum, & maxime ubi virtutes operari suspicabantur, causa loquelæ recuperandæ duxisset; novissime audita fama miraculorum & nomine Beatissimi Gibriani, tertia die Translationis ejusdem, ad ecclesiam S. Remigii duxerunt: ubi tota nocte qua advenerant in oratione perdurantes, summo diluculo puella solutam habens linguam, loquens inventa est.

## ANNOTATA.

a *In margine* 28 Aprilis, *perperam* : *quia ſolum fuit* 23.

b Hereburgis, *Francice* Erambours: *& ſic cetera finita in* burgis, *Francice per* bours *terminantur.*

c Reoldis curtis, *vulgo* Raucourt, *oppidum inter Sedanum & Bellum-montem,* 15 *leucis circiter Remis diſſitum verſus Mouſomum.*

d Collobium, *Francice redditur* veſtimentum: *videturque indicari ea veſtis, qua ſub Planeta ſeu Caſula utitur ſacrificans Epiſcopus, de qua vide Honorium Auguſtod. lib.* 1 *cap.* 211 *de veſtibus Pontificiis*; *diciturque* Collobium, *quia manicis careat, aut brevibus habeat.*

e *Vulgo* Neuf-chaſtel, *oppidum trans Moſam in finibus Lotharingiæ, diſtat Remis* 25 *leucis: eſt etiam ejuſdem nominis vicus trans Axonam, ſolis* 5 *leucis diſtans Remis verſus Boream, & de hoc agitur expreſſe num.* 31, *& lib.* 2 *num.* 17.

f *Vulgo* Chaſtillon *ad Matronam,* 8 *leucis ab urbe.*

g *In Francico* Havys *ſcribitur, quæ hic* Hialdis.

h Rumenejum in Theraſca, *vulgo* Rumigny en Thierache, 12 *fere leucis diſtans Remis.*

i *Vulgo* Courcelles, *una ſolum leuca ad Occidentem remota.*

k Albricus, *Francicè* Aubris.

l S. Brictius, *diſcipulus S. Martini, colitur* 13 *Nov. In tabula autem Remenſis diœceſis* Curcellis *proximus vicus, Remos ituris tranſeundus, ab ejus nomine appellatur, quaſi locus à* Curcellis *diverſus.*

m *Francice* Braineville devant Dun-le Chaſtel.

## CAPUT IV.

### *Curationes miraculoſæ coram* 12000 *hominibus die* 29 *Aprilis.*

*Auctor ſe rerum narrandarum teſtem oculatum profeſſus,* 26

QUia vero ſemel ſanctiſſimi viri ſeriem virtutum aggreſſus ſum apicibus commendare, utile duxi, tempora & horas, dies & ferias rerum geſtarum, operi incepto inſerere; ut per hoc qui illico forte lecturi ſunt, probent & advertant, non fabuloſâ adinventione narrata aut ruſticanâ editione vulgata, me aliqua in medium protuliſſe. Fides Chriſti adeſt ipſorumque miraculorum operatoris larga benignitas, judex & teſtis me nihil fictum loqui vel figuratum ſcribere; ſed quæ præſens aſſiſtens ipſe oculis contemplatus ſum, aut manibus meis palpavi & contrectavi: & licet indignus, fateor equidem, membra debilium, jam medicamine divino perfuſa, & præ inſolitudine ſeu teneritudine adhuc nutantia, ſæpiſſime humero meo ſuſtinui, & ad glebam uſque Sancti perduxi: quos in eadem eccleſia, ternos & ſenos, plerumque nonos & duodenos, novem diebus retinui, & alimonia corporali ſuſtinui. Quod ita à Senioribus domus ideo proviſum eſt & ſtatutum, ut inquilinis & advenis, recentem tantorum miraculorum famam horrentibus, veritas clareſceret; & ad memoriam Sancti religioſe venientes, & ab ipſis curatis, quos ibi præſentialiter reperiſſent, edocti & ædificati, una cum ipſis Dei magnalia exaltarent & prædicarent. His interim ſuperſedeamus, & ne forte prolixitas verborum tædium generet, vel libens diligentia auditorum refrigerata tepeſcat, quo cœpimus potius pergamus.

a 27 Inſtante igitur nocte proximæ *a* Dominicæ, jam ſole ad occaſum ruente, ingens multitudo utriuſque ſexus, more ſolito, non tamen quæ ſolita venire fuerat, ſed recens advena & peregrina, totam eccleſiam impleverat; quæ tunc ferme ad duodecim millia congregata intraverat; cum non minor turba foris circa ambitum templi, introire non valens, applicata reſederat; & ubique Domini præſentiam fideliter ſuſpicata, orationi intenta fuerat: quæ idcirco, ut perpendo, illa nocte præcipue convenerat, quod, licet ceteræ noctes & dies Dei ſint, & ab eo factæ legantur, dies tamen ſeu nox Dominica Domino proprie non abſurde adſcribitur: quia perfectis operibus omnibus in ipſa ab operibus ceſſaſſe, vel à mortuis reſurrexiſſe perhibetur; vel quia à civibus ſupernis, majori & ampliori diligentia, concentus Sanctorum viſitari & frequentari in ipſa in multis codicibus reperitur. Quod & ita conſtare, ipſe revera Auctor omnium, ſignis evidentibus, ipſa nocte fidelibus adunatis manifeſtare dignus eſt. Nam ante cetera, mira quædam dicturus ſum, quæ ab ipſis qui illa die in vehiculis, membris diſſipatis poſt modicum redintegratis, à ſuis adducti ſunt, non ſine exultatione ſpirituali enuntiata, diligenter pectoris mei arcanis coram poſitis commiſi, ea poſtmodum, ad inſtructionem ſalubrem, dilectis Dei prolaturus. Nam anteqnam *b* galileam, quæ præ foribus templi in auditorium prominet, depoſiti ſubirent; inviſibilis legatio divini nectaris, adventum eorum quodammodo congratulans, occurrit: & quodam, ut ita dicam, Salvatoris applauſu adjocabatur; dum illi, ut præmiſimus, quos incomprehenſibiliter ſupernæ diſpoſitionis prædeſtinatio præſcierat curandos, auſpicio arcano Dei præſcire ſe fore ſanandos aſſererent, & jam incredibilis amœnitatis ſuavitate ſe delinitos non arroganti teſtificatione prædicarent.

*narrat quod veſperi ante* 29 *Aprilis, ad* 12000 *concurrerint,*

*multique infirmi ſe curandos præſenſerint*

28 Aderat etiam inter ceteros, cum ingenti comitatu Procerum nobiliumque matronarum venerabilis Comitiſſa Richildis de Roſceio, Hugonis femina, non tam ſpectabilis genere, quam laudabilis quantum in ipſa erat religione; utpote perſona ſecularis, alterius ſententiis ſuppoſita, multis Velatis meritis præferenda, quæ veſte mutata, clauſtris vel tuguriis incluſæ, ſtipe aliena ſuſtentantur, & ſimulata converſione Deo & hominibus mentiuntur: erat namque ſingularis in eleemoſynis, frequens circa monaſteria, & contritorum afflictorumque pro poſſe relevatrix. Fratribus vero, ad penſum Vigiliarum Matutinorumque perſolvendum, vix ullus ſuperfuit locus (tantum enim ſuperfuſa oppreſſio multitudinis adunatæ increverat) ſed ſedibus propriis [excluſi] in medio choro pſallebant. Quid multis morer? Ut vere enim ipſe Dominus adfore probaretur, audires prima hora noctis inter catervas debilium, ſtridorem oſſium, crepitum nervorum in modum reſtis ſe extendentium, ſibilum energumenorum, & diverſorum ægrorum præ dolore non minimum ululatum: è quibus quidam meruere curari; plurimi vero, credo exceſſibus præponderati, ut venerunt remanſerunt; impoſſibilitatis catena obligati. Quare vero hic inſpici promeruerit, vel cur ille repudiatus fuerit, non eſt noſtri examinis diſcutere; ſed ei potius relinquitur, qui cui vult compatitur & miſeretur: illa vero proprie tractare ſanctorum Spirituum ſunt, non noſtræ imbecillitatis impudenter rimari. Nunc de his quæ acta ſunt, aliqua enarremus.

*aderat etiam Comitiſſa de Roſceio,*

29 Interim dum ſtudio divino intenti acie oculorum inhæreremus, & cum timore ſancto Dei magnalia ejuſque Confeſſoris beneficia expectaremus,

A mus, illico quædam puella de ſuburbio Remenſi, in procinctu parochiæ S. Mauritii commorans, Benedicta nomine, è proximo ſurrexit: nam ſecundum propriæ appellationis typum, ante omnes ipſa nocte benedictionis ſupernæ primatum obtinere meruit. Hæc manum aridam geſtabat, pedemque habens reflexum & curvo veſtigio incedens, obliquos gradus formabat: vis etiam paralyſis per quinque luſtra medietatem corporis ejus ita ſibi ſubjugaverat, ut vix loquelam, intellectui cuidam capacem, promere poſſet. Hæc, ut præmiſimus, cum tantæ eſſet impoſſibilitatis, Fratribus oblata, in puncto curata, nobis exultantibus nec minus ipſa lætante, ad loculum Sancti cum vicinis & curationis infirmitatis ejus aſſertoribus acceſſit.

*eâque & monachis præſentibus paralytica contracta;*

30 Nec mora, aut de loco unde iſta emerſerat, alia Eremburgis nomine, de Verneyo *c*, habens matrem *d* Turiam nomine patremque Gunterum, anno & dimidio ex una parte ab inguine deorſum omnino contracta, abjecto baculo flebilem emittens vocem, in terra volutabatur. Cumque adductores ejus, qui cominus ſtabant, manum apponere vellent ut eam ſublevarent; nos abegimus. Sed per modicum, nervis ſe extendentibus, dolore aliquo vexata, demum quidquid natura indiſcrete damnaverat, Reformator omnium ad normam ſolitam redire compulit. Tunc data manu illi, quem nunc nominare neceſſe non eſt, cujus ſolerti providentiæ talibus infudare injunctum fuit, ad virtutiferam glebam acceleravit; & laude Deo ſoluta, ad ſtatum proprium rediit. Poſt modicum vero, dimidiæ ſcilicet horæ ſpatium, mulier quædam quæ Pontia vocabatur, de Sorbone ante *e* Caſtellum oriunda, quæ novem annis & eo amplius corporeis caruerat luminibus, opem ſibi præſto fore ſenſit cælicam. Nam pupillam oculorum quaſi telâ habens obductam, ea, veluti digitis cujuſdam abſtracta, in modum ſquamæ decidens, ſuper palpebras diutius pependit: ſicque meritis Confeſſoris Chriſti diu deſideratum recuperavit lumen.

*item inferne contracta,*

*& 9 annis cæca.*

31 Abbreviando ergo ſermonem minima quæque pertranſeamus, & ad altiora majoraque peroranda calamum quantulumcumque profundius intingamus. Quidam puer, de Novo-caſtello ſuper Axonam flumen ſito, Stephanus nomine, ipſa nocte à patre ſuo ſuper currum advectus eſt. Cruribus illius ambobus reflexis, genua infirmata ventri ejus, vitalibus attenuatis, adhærebant: mentum pectori affixum tenebat: caput vero ſcapulis inſertum abſque decoramento colli habebat: ſtruma etiam miræ magnitudinis, in modum ollæ aquariæ, qualis ut puto nulli unquam mortalium natura deviante increverat, dorſum illius præoccupaverat; quæ viribus corpuſculi ejus emancipatis, multis annis miſerum oneratum vexabat. Jacebat itaque ante pedes patris ſui, & tam per ſe quam per ſui conſimiles, in quantum valuit, preces devotas Domino fudit. Supradictâ autem illuminatâ, omnia oſſa illius concuſſa ſunt, & quodam ſuperno medicamine ſe tacta fuiſſe fatebantur, dum ſtridor eorum digitum Dei adeſſe innoteſceret. Tunc pedibus terram percutiens, dentibus ſtridens, lacrymoſa præ anguſtiâ emiſit ſuſpiria: dein confiſus in Domino ſurrexit, & ut erat curvus adhuc, uſque ad feretrum proceſſit. A nobis vero de terra levatus, juxta Sanctum poſitus in ſublime eſt, & ut glebam jugiter amplexaretur admonitus.

*Ipſa nocte puer, enormiter contractus & gibboſus*

*in amplexu ſacri feretri*

32 Quis tunc de omni multitudine circumſtante illumque contemplante, tam ferreum pectus tamque degenerem obturatamque mentem haberet, qui non pro illo, ſola dumtaxat pietate flexus, ut ſanaretur oraret. Stabat nimirum toto tremens corpore, viſque caloris nimii arctans, ſudorem fumantem per mediam veſtem lineam, qua indutus erat, ſtillare compulit. Stabat nihilominus & pater ejus ex adverſo, manibus contra feretrum protenſis, & petitioni ſuæ fletus ubertim admiſcens, audiente omnium cœtu adunato, talibus Sanctum eminus affatur verbis. Summe Dei Confeſſor, inceptum opus ut bonus opifex celeriter perage: & puerum meum, ultimum vernaculum tuum, tibi tam devotum, tot annis irretitum, propitius abſolve. Saltem ſi meis non moveris miſeriis, populi ſupplicantis condeſcende ſuſpiriis. Dein portento illi, quod poſteriora dorſi filii ſui in ſedem ſibi uſurpaverat, ceteraque officia junctararum jure quodam ſibi vindicaverat, veluti cuidam animali rationali & elementa ſyllabarum intelligenti, vel aliquo motu qualiſcumque obedientiæ ei obtemperaturo, ſermone increpatorio minabatur, dicens: Vivit Dominus & Sanctus cui aſſiſtimus, quia non ceſſabit oratio, non deficiet lacryma, donec abolitione divinâ diſſipata diſpareas, & diu obligatam obſeſſamque facturam relaxes. Tu enim quid es? Mira res! Inter verba hominis exultantis, licet imperite improbitateque ruſticanâ emiſſa, fideliumque petitiones, baſes ægri conſolidantur, totuſque in directum levatur: gibbi ſarcina nihilominus radicitus enervatur; ita ut non jam uti antea videretur decennis, ſed in formam decentiorem reverſus quædam perſona in eo appareret adultæ ætatis. Stabat itaque collo innovato, cervice erecta; & non tam cordis vultuſque ſerenitate, quam omnium membrorum geſtu, liberationis ſuæ indicabat tripudium. Quis es, immenſe Deus? quis tua valeat diſcernere judicia? Quid eſt lutum & cinis, ut dicat fictori ſuo, Cur hoc ita feciſti? Diſcat ergo, diſcat homo, Regis omnium proprium eſſe, non alterius, vas aliud facere in contumeliam, aliud in honorem, & opere reciproco utrumque transformare in alterum. Illo vero depoſito, cerneres hinc & inde certatim ad eum omnes currere: hic caput, ille manus, nonnulli ſcapulas deoſculari, & quaſi divinum quid venerari.

*& gibbo deſparente erigitur.*

33 Tranſiliens itaque benevola oratio ad aliud procedat, in cujus executione devotum animum favorabilis aura non percellat, nec jactantiæ tumor extorqueat, imo per nos qualeſcumque indiſertos Chriſti ipſiuſq; miraculi auctoris [laudes] pius amor eliciat. Remis mulier quædam, quæ *f* Odelina dicebatur, cum marito ſuo Martino nomine habitans, filium, cui nomen Dodo erat, ſex annorum habebat. Hic à die nativitatis ſuæ à renibus deorſum ita impotens manſit, ut niſi reptando cruraque & pedes per terram trahendo, vix ſeipſum movere poſſet. Matre vero & patre pro ſalvatione ſobolis, fixis in terram genibus pene per totas vigilias noctis in oratione perſiſtentibus, aurora jam prorumpente, puer cum lacrymis exclamavit, membraque ante emortua extendit. Quibus ſuperna gratia vegetatis, compagibuſque conſolidatis, & meritis S. Gibriani roboratis, ad memoratum pignus acceſſit, quintuſque nocte illa ſanatus eſt. Genitores vero cum eo, oblatione peracta, cum omni exultatione domum reverſi ſunt. O vere beata & amanda nox, quam non caliginoſum chaos tenebrarum, nec turbo nebuloſus obfuſcavit, ſed Lucifer matutinus; ille, inquam, Lucifer qui ſine ortu eſt, qui neſcit occaſum, ſua potentia irradiavit. O

*Primo mane alius puer contractus à nativitate.*

A. TESTE OCULATO EX MSS.

*deprecante pro eo patre ſuo,*

A. TESTE OCULATO EX MSS.

vere beatâ nox omnique laude proſequenda, quæ tantarum virtutum flore vernanti inſigniri meruit, & ipſius veræ lucis exaltari præſentia. Comparetur ſi placeat nox illa nocti illi, in qua Dominus Ægyptum pertranſivit, & peculiare ſibi genus electum à ſervitute liberavit. In illa Ægyptii expoliantur & interimuntur, populus Iſrael à captivitate ejicitur, ut in deſertum ſacrificare eat: in iſta, à domiciliis injuſte pervaſis Princeps mundi hujus cum ſuis privatur, morbi in eis occiduntur, captivi ſolvuntur; &, ut ſpiritum humiliatum corque contritum quamdiu vivent Deo ſacrificent, adhortantur.

*Deinde caput datur oſculandum præſentibus,*

34 Ut primum vero dies terris reddita fuit, & ſolari ſpiculo teres mundi circulus perfuſus extitit, ut ipſius diei eminentia exigebat, pia alacritate Fratres ad vivifica myſteria tractanda ſe invicem præveniunt. Quibus celebratis multitudo nobilium ceteræque quamplurimæ gentis obnixè unanimes precabantur, ut maxime id propter quod venerant illis oſtenderetur, ſcilicet ut ad caput Sancti videndum & deoſculandum licentia eis daretur: quo, ſicut jam prodigiis & ſignis fuerant ædificati, ſacro libamine ſaginati, ita benedictione ſanctarum Reliquiarum mererentur muniri; & ſecurius ad propria reverſi, deinceps omni tempore jucundius & ſalubrius viverent, tanti Confeſſoris advocatione ſuffulti. Quorum petitionibus cuſtodes aſſenſum præbentes, ne moleſtiam paterentur qui de tam longinquis terris advenerant, albis & ſericis induuntur: & data pro tempore Confeſſione, cum omni humilitate, caput pallio rubeo involutum extrahunt. Quo denudato, cuncti, humiliatis in terram corporibus, non ſine magno gemitu adoraverunt. Eâdem horâ mulier, Agnes nomine, de Bellomonte *g* nata, uno menſe dextro orbata oculo, quantocius illum capiti appoſuit, cum invocatione Dei qui omnia illuminat, & interventu Beatiſſimi Gibriani Sanctique Remigii, quod optaverat impetravit. Sed & illâ adhuc in oratione & laude perſiſtente, feretrumque amplexante, puer quidam decem annorum, Henricus nomine, filius Raineri & Helwidis in civitate Remenſi commorantium, ambobus cruribus annis ſex contractus, inter pedes ad caput deoſculandum properantium volutabatur. Mirabantur quid ei accidiſſet, vel quare tam crebra emitteret ſuſpiria. Adſtabat mater cum vicinis, qui nobis infirmitatis ipſius annos enumerabant; & quòd tempus miſerendi ejus, ſi Deo & Sancto placeret, eſſet, cum lacrymis precabantur. Ille verò jam nervis extenſis, membris compaginatis, nullam ſentiens infirmitatem, Deo opitulante Sanctoque Gibriano impetrante, alacer in pedes proſilivit: & obſtupeſcentibus omnibus, qui eum noverant vel non cognoverant, ad feretrum uſque progrediens, orationem fudit, ſicque ſanus receſſit.

g *& illuminatur mulier cœcus,*

*erigiturpuer contractus,*

35 Cum hæc geruntur, ſæpe memoranda Comitiſſa cum ſuis ad memoriam Sancti acceſſit; poſitiſque genibus & oratione fuſa ſurgens, tam ulnis cordis quam corporis, virtutifera membra, non ſine fletu & ſingultu, deoſculata & diutiſſime amplexata eſt, ſeque ejus patrocinio humiliter commendavit: ſed & maphortem *h* ſericum non minimi pretii pro benedictione obtulit, deprecans quotieſcumque Miſſa ad ejus altare celebraretur, ipſi menſæ ſacratæ ob memoriam ſui ſuperponeretur; ſicque licentia ſumpta redire diſpoſuit. Sed dum paululum proceſſiſſet, ut adhuc arctius devotę mulieris animus ad amorem Sancti ſuccenderetur, ante pedes ipſius puella quædam, Helwidis nomine, de proprietatis ejus villa, de Novo ſcilicet Caſtello exorta, quam & ipſa quoque noverat, erecta eſt. Hæc omni corpore uno anno ita arida & contracta languerat, ut in modum vermis quatuor pedes habentis manibus & pedibus reptaret: &, ut prædiximus, Comitiſſâ ex improviſo ad locum ubi jacebat propinquante, viſitationem ſenſit ex alto. Nam pedibus innixa, manibuſque contra feretrum extenſis, parum parumque progrediens, quia debilitas membrorum adhuc eam detinebat, tandem uſque ad corpus Sancti perveniens, ſtatim ut glebam tetigit & deoſculata eſt, ſoſpes inventa eſt. Quo viſo nobilis matrona, incredibili gaudio perfuſa, ſanatam accerſivit; & ut modum curationis ſuæ ei exponeret, rogavit; perſcrutatis autem omnibus, Deum multipliciter adoravit.

*& puella, manibus ac pedibus reptans,*

h

36 Extemplo altera non mitiori ægritudine curari meruit. Hæc Maria nuncupabatur, filia *i* Aleidis & Herberti de Verneyo, cognata illius quæ de eadem villa orta, paulo ante *k* ſanitatem receperat. Junxerat autem ſe cuneo curatorum, & congaudendo cognatæ ſuæ juxta illam ſe collocaverat. Erat vero ante & retro ſtrumoſa & exiguæ ſtaturæ; & ſexdecim annorum numerum ætate excedens [poſtremis ſeptem annis] vix ad unius pedis menſuram ejus corpuſculum in longum creverat. Nec mirum: nam gibbi qui eam incurvaverant, & ſæpius more brutorum animalium terram reſpicere potius quam cælum conſtrinxerant, vigorem ſuffraginum & pectoris ejus conſumpſerant: quam miſericordiam conſecutam taliter allocuta eſt [cognata ſua:] Optime quidem & humane meæ proſperitati congratularis: ſed ſi oculis miſericordię ſuæ per eamdem gratiam te Deus inviſere dignaretur, ut quæ ſocia fuiſti peregrinationis, conſors merereris fieri curationis comeſque reverſionis; tunc ſine ambiguitate, quamdiu vitali aura vegetaremur, laudis ejus cultrices ambæ fieremus & ancillæ ejus ſanctiſſimi Confeſſoris. Cumque inter [ſe ita] confabularentur, infirma illa tota infremuit, nimioque calore perfuſa; ac velut molle lutum, gibbi diſſipati ſunt, membraque contracta in ſtaturam proceriorem mutata ſunt. Sed & renes exiccati, humore recepto naturali, diſtenti; & ſeptem annis amiſſam recuperavit reformata ſanitatem. Cui iterum ſocia ſua ait: Ecce, uti ſperabamus & rogabamus, effectus poſtulationis noſtræ eſt conſecutus: reſtat ut pollicitationis pactum exequendo, votum debitum ſolvere non pigritemur; ne dum proſperi eventus felicitati ultra metam applaudimus, oblivione noxia interceptæ, quod omnino non expedit, offenſam iræ Dei & indignationem Sancti incurramus. Tunc pariter ſurgentes ad feretrum venerunt; & datis nominibus, velut promiſerant, ſub capitalitio Sancto ſe ſubdiderunt.

i

k

*aliaque in globum convoluta,*

*gibbis ejus diſſipatis.*

*Eâdem lætiſſima die*

37 Quid amplius? omnis illa dies, ſicut & nox, à Domino ſignis & virtutibus conſecrata fuit: ſed & laudibus & hymnis lætitiaque ſpirituali celebris extitit. O quam ſacra dies & præclara! quamque ſalutaris! Dies tripudii & conſolationis: dies, non tam ſolis materialis, qui temporum viciſſitudine obſcuratur, radio perſpicua; quam veri ſolis, inviſibilis & incomprehenſibilis illuminatoris & plaſmatoris omnium, apud quem non eſt tranſmutatio nec viciſſitudinis obumbratio, claritate perfuſa. Vere dies illa, non tantum in terris ab hominibus bonæ voluntatis omni genere exultationis excolenda, quantum in cælis ab omni ordine Angelico excolenda. Dies dulcis & amœna, dies ſanctarum ſancta dierum. Quanta vero putas Sanctus iſte, mole carnis adhuc circumſeptus, ſolo Deo auctore & teſte, vel in commune videntibus hominibus, quæ

A quæ ſcripta non ſunt, operatus ſit; dum per merita ſanctitatis & bonorum actuum exercitationem in vita promeruerit, ut ſolutus in cinerem tanta faceret, quæ nec ſermonibus explicari, nec apicibus poſſint comprehendi? Sciat autem quicumque hæc lecturus eſt, non omnia, quæ ea die acta ſunt, ſcripta fuiſſe; præſertim cum multi inter turbas vel extra eccleſiam curati, venire vel neſcierunt aut non valuerunt; cum nec etiam eorum qui ad medium venerunt, ob tumultuantium impedimentum, numerus aut nomina retineri potuerint. Hoc tamen infirmantium aſſertione didicimus, quod nemo eorum remanſerit, ut ſi ex integro ſanatus non ſit, quin ea die aliquam ſuæ ægritudinis alleviationem ſenſerit. Poteſt itaque iſte ſanctiſſimus Domini plebem ſuam vel qualeſcumque nominis ſui memores ab omni adverſitate temporali eripere, vel animas exceſſu cujuſcumque peccati obligatas meritis ſuis expiare, qui mortuis vitam valuit reſtaurare, & innumeris membra emortua ſolo imperio revivificare. Illi nimirum nos committere omni devotione oportet, ut ejus interventu apud Chriſtum ſemper adjuvemur. Occumbente autem ſole omnis concio illa dilapſa eſt: ſed & Comitiſſa cum ſuis, valde lætificata, ad propria reverſa eſt.

*alii plures curati:*

*& omnes infirmi aliquid opis experti.*

B

## ANNOTATA.

a *Anno* 1145, *littera Dominicali* G, *proxima diei* 28 *ſupra memoratæ Dominica, fuit* 29 *Aprilis; quod & in margine indicabatur.*

b *Etiam in Francico* Galileæ, *ſcribitur*; *quo nomine intelligo porticum, quæ hodie Francis* galerie *dicitur, an hinc ſumpto, vel perperam in textu contorto nomine? Poſterius malim credere. Antiqui ejuſmodi porticus ante Baſilicas* Paradiſos *vocabant.*

c *Vulgo* Vergny.

d *Francice* Thierrée, *quod* Theodoricam *ſignificaret, cujus maſculinum* Thierry.

e *In Francico textu* Chaſtel, *nunc vulgo* Chaſté, *verſus confinia Lotharingiæ, inter Autriacum & Montem-falconis.*

f Odelina, *Francice* Eudeline, *&* Dodo, *Doön.*

g *Vulgo* Beaumons, *Moſæ imminens inter Muſomum & Aſtenacum.*

h Mafortis, *Græce* Μαφόριον, *peplum muliebre, ex uſu communiori dicitur. Hic Francice redditur,* un drap de ſoye, *pannus ſericeus*; *formam autem ejus fuiſſe quadratam, qualia ſunt vela matronalia quas Hiſpani* faldas *vocant, patet ex eo quod detur in uſum pallii pro altari. Sic in Gloſſario Cangii, inter veſtes ſacras pro ſepulcris ſeu tumbis Sanctorum, invenio* Mafortem tramoſericum rhodo-melinum æquilatum.

C

i Aleidis *Francice* Aëlis: *ejus autem maritus in eodem textu vocatur* Robertus.

k *Hujus curatio habetur num.* 30.

## CAPUT V.

### *Curati à fine Aprilis uſque ad* IX *Maji.*

30 *Aprilis,* SIcut optanti portum anchora dimittenda non eſt, quamdiu aura ſecundante curſus proſpere dirigitur; vel ſicut ad determinata feſtinantem cærulitas florum non illicit, vireta arvorum non retrahunt, ſilveſtris amœnitas non ſubripit, quin ad potiora ſi ſapiat acceleret: ſic nimirum ſcribentem & ad perfectionis terminum tendentem, cui ipſe Dominus materiam ſyllabarum adminiſtrat, fucum verborum vitare convenit: ne dum aliena ultra modum annectit, veritati deviando detrahat: Sapiens enim verbis innoteſcit paucis. Quapropter miraculis hodiernis ſummatim tranſcurſis potius quam expoſitis; ad largum diei ſubſequentis benedictionis donum manum vertamus. Erat autem ſanctiſſimi Confeſſoris Octava Tranſlationis ſecunda, nox ſcilicet quinta decima, ob cujus reverentiam & ad excubias tenendas, non minimus populus, tam de vicinis viculis quam de ſuburbio, ſed & ex ipſa civitate, venerat. Ipſo autem veſpere quatuor ſanari meruerunt, è quibus prima fuit quædam mulier, Gila nomine, filia Roberti de *a* Mutereyo. Hæc cum linguam tribus annis paralyſi ita ligatam haberet, ut à nemine vel in ſolo verbo intelligeretur, niſi quod balbutiendo aut manibus innuendo indicaſſet; ad corpus S. Gibriani duobus diebus totidemque noctibus perſtitit: tertia vero ad veſperam, qua neſcio neceſſitate egreſſa, parvoque intervallo reverſa, mox ut portas monaſterii intravit, ope divina meritiſque Sancti memorandi, plectrum linguæ diu conſtrictum reſeratur, & in laudem Dei os ante mutum reformatur. Deinde cū vicinis ſuis, qui eam adduxerant, Reliquias Sancti adiit, votoque ſoluto læta receſſit.

D

*ſanatur paralytica, triennio muta,* a

39 Ad ſpectaculum vero tantæ virtutis declaratæ concurrente maxima turba populi, & in laude Dei per duarum horarum [ſpatium] commorante; puella cui nomen Herſindis, filia Ligerdis & Pagani de *b* Albineyo, à die nativitatis ſuæ muta, inter ceteram multitudinem ægrotantium, viſitationemque deſuper expectantium, manibus in cælum extenſis adſtitit. Quæ cum Deum puro corde, non oris voce, diutius exoraret; lingua, quæ verbum formare non noverat, ſolvitur, & Deum ejuſque genitricem nominare & invocare ab omnibus auditur. Ad feretrum autem adducta, & oblatione S. Gibriano ſoluta, dein ad altare S. Remigii feretrumque ejus deducta, illico ita libere locuta eſt, ut omnibus interrogantibus rationabiliter reſponderet. Erat autem conſuetudo, ut qui ſanabantur, præcipuo curatori ſuo laude debitaque veneratione redditis, per medium chorum pſallentium ad majus altare ducerentur, & ad ultimum Francorum Apoſtolo, Beato ſcilicet Remigio, præſentarentur: ut qui ipſarum virtutum cooperator extiterat, præconiorum etiam & voti conſors fieret. In hoc vero nulli dubitandum eſt; cum in pleriſque miraculis inveniamus eum curandis apparuiſſe, & qualiter curandi forent indicaſſe.

E

*item alia, muta à nativitate,* b

F

40 Supradictâ itaque regreſsâ, altera puella de Burgo S. Remigii, cui vocabulum Odelina erat, cujus etiâm mater Doda dicebatur, ilia habens torta, ſtrumamque permaximam in dorſo gerens & incedens curva, cæleſti munimine tacta, humi conſternitur: toto vero tremens & ſudans corpore, quaſi exanimis dimidiâ horâ permanſit. Expectantibus autem omnibus, & ut miſericordiam conſequi mereretur, miſericordiam Domini Sanctumque Gibrianum ſupplicantibus, mirum in modum continuo veluti de ſomnis excita, caput erexit & reſedit: iliaque ejus, multo tempore eliminata loco naturali, ad ſtatus proprii rediere compaginem: gibbus nihilominus, in modum acervi nivis, ardore ſolis nimio defluentis, totus liquefactus eſt, membraque cetera redintegrata. Tunc cum omni celeritate ſurrexit, & jam non quaſi infirma, ſed revera divinâ gratiâ delibuta, ad venerabile pignus cucurrit: quod diutiſſime exoſculans, & præ gaudio lacrymans, orationem & votum finiens, hilaris abſceſſit. Nec mora, puer quidam Stephanus nomine, ortus de Remenſi civitate, filius Guafridi & Oſannæ, tribus annis contractus, erigi & curari promeruit; & inopinatam lætitiam parentibus ſuis, quos diu contriſtraverat, contulit.

*alia, gibboſa & incurva-*

*& puer contractus;*

A. TESTE OCULATO EX MSS.

41 His enumeratis ad alia procedamus, ne forte protelata oblivioni improbæ tradantur: quod enim quisque manibus concludit, sæpius ad memoriam reducit. Quædam puella, quæ Heremburgis nominabatur, filia Hodiernæ & Manerii de Castellione, ab infantia gravi circumventa ægritudine, gibbosa & contracta facta est: nec enim nisi manibus reptando pedesque post se trahendo aliquando se movere poterat: erat autem miræ simplicitatis & incredibilis tolerantiæ; & crebro Deum Sanctosque, quos nominare didicerat, ut curari mereretur orabat. Cumque nomen & actus sanctissimi Gibriani ei in notitiam venissent, multis precibus à parentibus obtinuit ut ad eumdem Sanctum duci deberet. A matre vero, cujus viscera super filia movebantur, suscepta, ad memoriam SS. Remigii & Gibriani advecta est. Qua pro sospitate sobolis quinque noctibus ad corpus S. Gibriani humiliter orationem protelante, sexta demum die, decima septima scilicet Translationis ejus, hora nona ipsius diei, puella crura diu curvata & debilitata in longum extendit; nimioque cruciatu vexata, matrem
B vocavit, seseque à Deo visitatam innotuit. Ad cujus vocem mater cum vicinis, qui ad eam consolandam advenerant, manibus erectis in cælum, Deum Sanctumque ejus Gibrianum invocando, advolavit. Puella vero, manu data Monacho, qui ad Reliquias custodiendas pernoctabat, surrexit: candelaque accensa & oblatione secum sumpta, tamdiu venerabile pignus cum fletu deosculata est, donec gibbo dissipato erecta ex integro est, & omnibus admirantibus sanata.

*2 Maji à gibbo & contractione liberatur puella;*

42 Die subsequenti quidam juvenis, Nomine Doo, filius Sybillæ, de Remensi civitate, ab utero matris uno crure claudus; tali modo convaluit. Octo diebus totidemque noctibus jam ante conditorium sacrorum membrorum Beatissimi Gibriani sedulas pervigil in oratione excubias tenuerat; cum nono die mane exurgens, labore vigiliarum lassatus, & quasi tædio inconsuetæ egestatis affectus, nihilo minus indignationis tumore commotus, quod hinc & inde circa se contractos erigi, cæcos illuminari, linguas mutorum disertas fieri cerneret, seseque à Deo derelictum & despectum existimaret, abire cœpit: humiliato tamen in terram corpore, hunc obsecrationi suæ finem imposuit: O rutilans & limpidissima gemma
C inter agmina sanctorum Spirituum, quorum ipsius Dei claritatem contemplari desiderabilis refectio est, ne me famulum tuum oblivioni tradas, qui tantarum noctium vigiliis confractus, tuam non destiti precibus licet indignis inquietare pietatem. More vero solito, baculo innixus, incedebat: sed dum longe discessisset, virtus illum cælica subsequitur, quem salubri medicamine perunctum incolumem reddidit. Quod ut ille persensit, virgam, sine qua numquam ambulare noverat, matri, quæ vultu lugubri ignara facti secum ibat, ad portandum tribuens, dixit: Exultemus & lætemur, mater, in Domino, qui per sanctissimum Confessorem suum mea dignatus est reformare vestigia. Iter vero cœptum peragens: ad suam properans domum citissime pervenit, & calceatus lotusque, vestibus suis melioribus indutus est: deinde concito cursu, cum magno parentum suorum comitatu, adjuncta iis & matre, ad ecclesiam B. Remigii, causa gratias agendi remediatori suo, sanus sine baculi adminiculo reversus est; omnibusque innotuit, quanta ei Deus beneficia meritis suorum Sanctorum largitus sit.

*3 Maji puer claudicans, post octiduanas vigilias discedens, sanatur in via:*

43 Monachis vero & omni populo assistente, adhuc pro illius salvatione magnalia Dei & Sanct ejus merita præconantibus; ecce mulier quædam, D
cui nomen Burdelina erat, de *c* Ulmis, villa quadam in territorio Remensi sita, plaudens manibus c
per mediam turbam irrupit: hilaritatem enim pectoris vix cuiquam scisciranti, præ nimia exultatione, verbis exponere valuit. Et merito: nam cum viginti annis contracta extiterit, & genua dissoluta incedendo totius corporis moles præponderaverit [annis] quinque; tunc sospes & ad omne opus parata apparuit. Stupentibus autem omnibus, qui paulo ante eam impotentem viderant, tam repentino inæstimabilique interventu S. Gibriani erectam; duplicatis laudibus Dominatorem cæli, qui omnia potest, in excelsis per eum glorificaverunt. Hæc plurimis diebus postea in eadem ecclesia mansit, & ob reverentiam Sancti infirmis ministrando, in multis utilis extitit.

*item 20 annis contracta,*

44 Alter homo, Bonardus nomine, de castello *d* Registellæ oriundus, habens genu incredibili angore constrictum, præ ariditate nervorum pene uno anno in contractione cruris ægrotaverat. Hic à quadam sorore sua, quæ impossibilitati illius plurimum condolebat, super carrucam positus, Remos adductus est. Octava decima autem nocte promotionis B. Gibriani, in orationibus continuis cum prædicta germana ante eumdem Sanctum persistens, subito in conspectu omnium, locupleti dationis largitione, integræ incolumitati restituitur. Oblatione vero soluta, & dato nomine, baculo quo ibat ibi dimisso, cum omni gaudio remeavit. Quidam carpentarius, Robertus nomine, cui habebatur habitatio infra muros Remensis civitatis, quadam die dum arti suæ operam daret, de domo quadam pedibus elapsis cecidit: cujus genu quassatum, multum intumuit: unde contritus & impotens tribus annis factus, terrenum lucrum, in quo omnis spes sustentationis suæ pendebat, amisit. Hic cum per aliquot dies ad memoriam sanctissimi Confessoris Christi vigilasset, & indefessis eum obsecrationibus ut ejus misereretur invocasset, vicesima demum die Translationis ejus, quod diu optaverat, & devote petierat, obtinere feliciter promeruit.

d
*& contractus crure,*

E

*5 Maji juvantur, ex lapsu debiles.*

45 Sanctis vero Dei *e* ordinatis, quorum corda speciale gaudium possederat, laudibus spiritualibus, pro tantarum virtutum gratia copiosa intentis, & populo præ pavore obrigente simul & indicibili tripudio oppleto, voceque soluta in jubilo; mulier quædam de *f* Loverceyo, quæ Officia f
dicebatur, supradictum subsecuta est. Hæc præ nimia angustia infirmitatis pessimæ, quæ totum corpus ipsius maculaverat, uno mense extra se posita sensum perdiderat. Statim vero ut à parentibus suis ante feretrum S. Gibriani adducta est, ipsâ eâdem horâ, rationis & intelligentiæ capax effecta est. Oblatione vero soluta & voto facto, quasi ovis mansuetissima, sine alterius ducatu, quod ante non poterat, cum quadam sorore sua nomine Stephana, Deum magnificans & Sanctum ejus, domum rediit.

e
F

*Contractus claudicans, sine solatio recedit,*

46 Huic virtuti successit alia virtus, non tam admiratione digna, quam crebra recitatione & auditu delectabilis & jucunda. Quidam rusticus, Odardus *g* nomine, de Curteneyo *h* natus, tribus annis uno claudicans pede erat & crure contracto. Hic ante conditorium membrorum Confessoris almi, orationum multarum sacrificia libans, aliquo tempore vigilaverat. Vicesima autem prima die, vigilia scilicet nativitatis B. Gibriani, quæ octava Idus Maji digna veneratione nobiscum & circumquaque valde celebris habetur; homo summo

g h

A mo mane, licentia à Sancto & à cuſtodibus ejus accepta, nihil de miſericordia Dei deſperans, claudus ut venerat abiit. Sed eum pietas divina non deſeruit: altero enim diluculo more ſolito familiam excitavit, & ut pecora ad paſcua ejicerentur monuit: ipſemet etiam ſolicitus cura ſua ſurrexit, baculumque ſuum quo innitebatur dari ſibi præcepit. Cumque unus è bobus, laqueo elapſus, huc illucque diſcurreret; ipſe, infirmitatis ſuæ oblitus, cælitus quidem erectus, elevato baculo poſt beſtiam cucurrit. Tunc homo ad ſe converſus, ut ſe recto greſſu incedere ſenſit, ultra quam credi poteſt admirans, conjugem ſuam ad ſe vocavit, & quæ acta erant ei innotuit. Cui prudens mulier conſiliata eſt, ut omni occaſione ſepoſita ad eccleſiam S. Remigii repedaret. Ille vero nihil tardans, celeri curſu regreditur; & nocte media Nativitate B. Gibriani, quæ octava Idus Maji ut præmiſimus celebratur, per mediam concionem, quæ permaxima ad Matutinas laudes audiendas, quibus Monachi inſudabant aderat, baculo humero ſuo impoſito tranſiit, & quæ ei contigerant cunctis exposuit. Quod nobilis Comes de Roſceio, Hugo nomine, qui ad excubias Sancti nocte illa cum maximo cœtu ſuorum intererat, audiens; advenit quantocius; & hominem curatum ante ſe currere fecit, quoniam de his, quæ ante audierat, incredulus extiterat: ſed nunc quæ vidit, credidit; non ſolum ab illo edoctus, ſed à vicinis & à nobis, qui eum noveramus, inſtructus. Multi poſtea in remeando, quidam in itinere veniendo, nonnulli etiam intra ſepta domorum ſuarum, poſtquam à Sancto omnino deſperati reverſi ſunt; ſive nondum adhuc in via corpore poſiti, ſolo voto & bona fide & ſpe certa recuperandæ ſoſpitatis, curari inveſtigabili Dei bonitate meruerunt: de quorum collegio iſte prædictus extitit: qui, licet ante Sanctum diu multumque vigilaverit, illic minime conſecutus eſt, quod in domum ſuam reverſus plene poſſedit.

*ſed 8 Maji in natali Sancti curatur,*

*uti & alii multi.*

47 Sed & mulier de Avenneyo, quæ Herſindis vocabatur, dextrum latus emortuum, brachium cum manu aridum, coxam cum pede uno anno & ampliùs contractam habebat. Hanc quidam filius ipſius, Chriſtianus nomine, aſino impoſitam ad eccleſiam S. Remigii, in qua conditum cæleſte donum & ſalutiferum ſalutaris pignoris munus habetur, adduxit. Quæ cum novem diebus ibidem pernoctans, multiplici prece pro infirmitate ſua Deum exoraſſet; decima demum die, vigilia, ſcilicet Nativitatis S. Gibriani, à vicinis ſuis & filio taliter increpatur: Quid eſt quod hic tamdiu morari vis? Quid expectas? Putaſne quod propter te Deus mirabilia oſtenſurus ſit, cum jam quinta *i* dies ſit quod miracula in hac eccleſia non oſtenduntur? Surge ergo, aſinumque tuum aſcende, & in domum tuam revertere: hic enim cauſa tui inconſueto ſqualore tabeſcimus, & inedia fatigamur. Illa conſiliis eorum aſſenſum, quamvis non volens, præbens, à filio ſuo aſello impoſita, aliis præcedentibus iter arripuit. Cumque pontem, qui Odonis *k* vulgo dicitur, tranſiſſet filio retro ſequente; mulier, debilitate corporis pariterque labore itineris confracta, de beſtia, tenere ſe non valens, cecidit: quod juvenis ut vidit, quantocius advolavit. Sed illa prohibuit eum dicens: Noli me tangere, fili: noli me tangere: quia ex quo nata ſum, numquam tam ſuaviter jacui: ſciaſque me peccatricem ope cælica obumbratam. Quid plura? Mulier, antea omni deſtituta ſolatio, per merita B. Gibriani ſanatur & erigitur in momento; & quod in eccleſia orans non impetravit, occulta Dei miſericordia in platea aſſequi meruit. Iter tamen inceptum peragens, domum venit, & omnibus magnalia Dei diſſeruit: ſexto autem die, viribus corporis aliquantum recuperatis, quæ prius debilis & contracta, aſino inſidens, Remos perrexerat; nunc incolumis & agilis, non baculo, non beſtiæ, ſed pedibus innixa, quaſi ovis argumentoſa, ad Sanctum Dei gratias redditura venit.

*Mulier, dextro latere arida & contracta,*

*ſanatur in platea labēs ex aſino:*

*voacta poſt 9 dies fruſtra vigilatos diſcedere*

A. TESTE OCULATO EX MSS.

48 Die vero tertio poſt ejus Nativitatem, qui vigeſimus quartus fuit poſt ipſius Tranſlationem, puella Ermengardis nomine, de Noiella, villa ſuper Maternam fluvium ſita, dexterum brachium ab utero matris habens contractum, dextramque partem corporis uſque ad pedis articulos aridam, ſanitatem ab omni languore accepit. Hæc tamen diu poſtea ibidem morabatur, donec febre correpta, ſpiritum, ut credimus, Chriſto redderet.

*& alia 11 Maji.*

## ANNOTATA.

a Mutereyum, *vulgo* Muytry, *prope Avennacum, 5 leucis a Metropoli diſſitum.*

b Albineyum, *vulgo* Aubigny, *uti adſcribitur Margini, oppidum Remis 6 leucis, Rotroyam verſus: in Francico tamen ſcribitur* Avenay, *quod eſt* Avenacum, *cultu S. Bertha celebre, 1 Maji.*

c *Francice* Ourmes, *in tabulis* Orme, *ſeſquileuca ab urbe verſus Occaſum.*

d *Super nomine* Regiſtellæ, *invenitur recentiſſima manu cum rubrica notatum* Rethel, *Comitatus à ſe dicti caput trans Axonam, 9 circiter leucis a Metropoli. In Francico tamen ſcribitur* Reteſt.

e *Monachos intellige Officio divino addictos.*

f *Francice* Louvrecy, *id eumdem, qui Remos alluit Veſlam fluvium, nunc vulgo* Louvercy, *6 leucis ſupra urbem.*

g *Francice* Oudars.

h Curteneyum, *in Francico ſcribitur* Courtaignon.

i *Duo tamen narrantur num. 44 & 45, geſta 5 Maii, media inter 3 & 8, quorum reſpectu dicuntur miracula, 5 diebus ceſſaſſe: ſed duo iſta, ob ſuam paucitatem, juveni illi aut ignorata aut non æſtimata fuerint, reſpectu aliorum dierum, miraculis copioſiorum.*

k *Francice*, le poncel Eudon, *id eſt* Ponticulus Odonis.

## EPILOGUS.

49 Digeſto itaque miraculorum numero non parvo, ſermo claudendus eſt, ſed & liber ad finem trahendus: ſic enim & rerum & temporum depoſcunt actus & ordo. Sicut enim aliquantum ceſſatum eſt à miraculis, ita neceſſario parumper manus ſuſpendatur ſcribentis. Et veluti laboranti in itinere, ſi forte monti vel rupi occurreret, neceſſe eſt reſpirare vireſque reſumere; & diligenter contemplari, qua rectius & velocius alpibus tranſcenſis ad optata veniat; ne ſi obliquo calle interceptus inter ſcopuloſa fruteta deviaverit, à feris dilaceretur; ita ardua & difficilia dictanti, quid, cui, quomodo, vel unde ſcribat, diligenter corde revolvere, & multipliciter ruminare oportet; ne dum molem, virium ſuarum ſarcinam excedentem, præſumptuoſe arripuerit, difficilitate & obſcuritate materiei prohibitus ad ſummum pervenire non poſſit; & unde laudem ſe conſequi poſſe exiſtimavit, inde riſus & opprobrium ſubſannantibus & æmulis fiat. Ea vero quæ dicta ſunt nutantium in fide opinioni, quorum animus terrenis adhuc inhiat, obſtupenda & non credenda videntur: ſed illorum fidei, per quos & in quibus Deus operatur, quibus & Spiritus ſanctus chariſmata ſua inſpirat & dividit prout vult, poſſibilia

F *Nonnihil hic reſpirans auctor.*

*ad incredulos redarguendos.*

A. TESTE OCULATO EX MSS.

bilia & levia esse probantur : credenti enim omnia subjecta sunt.

*laudat unitatem fidei;*

50 Fides namque vera montes transfert, serpentes tollit, venenum fugat, stagnum fluctuans seu siccum littus peragrat, tempestatum procellam sedat, transitoria calcat, cælos penetrat. Per fidem ratio cæca illuminatur, illuminata erigitur, erecta in spe futurorum confirmatur. Per fidem mens magna ad bonæ memoriæ limitem reducitur, reducta salubri desiderio fovetur, nutrita voluntati Creatoris omnium per omnia casta & pura subjicitur. Fides spem concipit, caritatem parit, qua cuncta continentur & complentur. Fides lumen & oculus est rationis; fides illuminatio est omnis creaturæ rationalis. Spes memoriam resuscitat, colligit, ad æterna quærenda liberam instituit. Caritas purgat & mundat voluntatem, & spiritu benignitatis inflammat. Justus itaque ex fide vivit : non ex illa quæ mortua aut ficta est, quæ vitam præstare non potest; sed ex fide viva & caritate plena. Est enim fides dæmonum, est & hæreticorum, est & justorum : unde aliam dicimus mortuam, aliam fictam, aliam vivam.

*non mortua aut ficta,*

Iac. 2, 19. De fide autem mortua dicitur, Dæmones credunt & contremiscunt: quorum fides merito mortua esse

B probatur, quia perfecta caritas foras mittit timorem: extinctæ enim fidei nulla debetur probatio, sed

Luc. 8, 13 reprobatio. De fide vero ficta dicitur, Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Ficta quidem fides suscepta ex caritate est, & bene operari inchoat; sed non perseverans, deficit & moritur quasi abortiva : fides enim sine radice non durat, sed perit; non enim qui cœpit, sed qui perseveraverit usque ad finem, hic salvus erit.

*sed viventis;*

51 Magistram igitur atque singularem bonorum atque justorum fidem, id est vivorum vivam, caminus tribulationum suscipit examinandam: qualis enim uniuscujusque fides sit, tentatio probat. Si cujus, cum tentatur, deficit (deficit autem cum in caritate non perseverat & durat) ficta vel mortua esse convincitur : si cujus perseverantia ad finem

Marc. 16 pervenerit, probata & perfecta procul dubio indicatur. De veræ fidei cultoribus Dominus in Euangelio taliter locutus est; Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur : in nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur novis, serpentes tollent;

C & si mortiferum quid biberint non eis nocebit; super ægros manus imponent & bene habebunt. Sunt & alii, quibus occulto Dei judicio in hoc seculo miracula operari exterius conceditur; quæ quia meritis suis adscribunt, æternæ damnationis pœnam pro his incurrunt ; & quia inde laudari & venerari ab hominibus expetunt, fidem fictam vel mortuam habere profecto noscuntur : & hi humorem non habent, quia præstitam sibi gratiam, infideliter servando & prave administrando, amittunt. De talibus

*sine qua nec miracula prodest facere.*

Matt. 24, item Dominus ait: Surgent pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa & prodigia magna, ita ut inducantur in errorem si fieri potest etiam electi. Unde & tales in judicio dicturi sunt : Domine, nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus, & virtutes multas fecimus ? quibus dicetur, Nescio unde sitis, discedite à me operarii iniquitatis.

*Illâ quia excelluit S. Gibrianus,*

52 Opera ergo Sanctorum ab operibus istorum secernuntur, dum non solum in hac vita, sed & carne soluti, signis & prodigiis felices esse probantur: quorum fides quoniam viva & perseverans extitit, in gloriam eos transmigrasse suis sæpe miraculis declarat. Hos omnino nos oportet imitari, & piis obsequiis sedulo venerari, ut eorum patrocinio eis quandoque mereamur associari. Sed & hunc sanctissimum virum, Beatum scilicet Gibrianum, spiritu omnium justorum plenum fuisse quis ambigat; cum post Apostolos neminem vinculis carnis absolutum, tam præclara tamque obstupenda operatum fuisse aliquâ paginâ asseveretur? Quis unquam tam imperiosa præceptione mortibus morbisque irrationabilibus dominatus est? Ceteri quidem Sanctorum, dum adhuc vitali aura vegetarentur, prædicabili efficacia virtutum effulserunt; seu assumpti in gloria & cum Deo regnantes, ubi eorum præcipue sunt monumenta, infirmis multa præstant beneficia: iste vero Sanctus noster, imo ipsius omnium pie quærentium eumque in memoriam habentium pius magister, non solum ubi ipsius venerabile pignus servatur, signa & virtutes operatur; sed & longe lateque, sola invocatione ejus sanctissimi nominis, mortui suscitantur, cæci illuminantur, claudi confractique eriguntur, lingua mutorum solvitur, cutis turgida laxatur; debiliumque corpora, pessimis ulceribus plena, in momento mundantur, quæ [horum] librorum apertius ediderit historia. Et cum tantus, tam pius, tam clemens, tamque exaudibilis Patronus sit; credere pro certo, imo scire fide viva debemus, quod sicut potestas ei collata est à Domino corpora hominum exterius curandi, multo magis & interioris hominis nostri possideat meritum excessus abluendi. Nos igitur, quos quotidiana offensio detinet, fragilitasque carnis illecebris seculi deprimit, toto corde, totis visceribus, pietatis ejus genibus advoluti, imploremus, ut purgatos à peccatis, ipsum nobis faciat placabilem, quem offendimus, per quem ad patriam remeare possimus, de qua cecidimus. Amen.

D

*præcellit etiam operatione istorum.*

E

# LIBER SECVNDVS

## *A die* XI *Maji usque ad* III *Iunii productus.*

### PROLOGUS.

*Quamvis impar operi,*

Cupienti mihi libri secundi textum ordiri, quoties calamum ad arandum figo, obrigent digiti, resilit manus, sensus refrigescit; unde & indicerta oratio benevolentiam scribentis, absque ullo decoramento & elegantia verborum, testatur. Arduum quippe opus & admirabile parvitati meæ & F linguæ impeditæ minime convenit. Sed potens est Deus de minimis magna facere, qui pugillo cuncta claudit, qui linguas infantium fecit disertas, qui de piscatore, cæli statuit janitorem; de lupo rapaci, totius Ecclesiæ nutritorem; & de olei exiguo & farinæ pugillo, domum pauperculæ viduæ implevit. *Dei tamen auxilio confidit:* Arduum quippe, ut dixi, & difficile opus est, magnisque in principio obscuritatibus obvolutum: unde constat, quod nemo mortalium istius sanctissimi Confessoris Christi B. Gibriani, sive quæ gessit in vita, vel quæ post mortem ostendit, lingua vel sermone aliquo ad plenum explicare possit. Quis enim præsumptor, qui de secretis Dei, quod homini perituro non licet, audeat disputare vel sententias imperitas proferre ? Paulus enim Apostolus, qui usque ad tertium cælum raptus fuisse dignoscitur, audivit arcana verba, quæ non licet homini corruptibili loqui; & cum de his etiam ipse Angelicus homo tacuerit, nos quid sumus, vel quod sanctitatis privilegium nobis vindicamus, quod de operibus Dei quodammodo fari audeamus ? Omnium namque mortalium fragilis & fluens natura est: &, nisi fides certa nos extollat, & æternitas animæ promittatur, *qui facit, ut in morte pares Sancti cum impiis,* cum brutis animalibus & reptilibus ac volatilibus corporum una conditio, idem occubitus justo & impio, bono & malo, mundo & immundo, seculari & reli-

A religioso, sanctificanti & non sanctificanti. Sicut qui juste vivit, sic & qui peccat: sicut is qui jurat, ita is qui se à juramento abstinet: æquali namque modo & homines & jumenta in favillam & cineres dissolvuntur. Sed in hoc gloriamur, quod rationis capacitate præ illis hereditamur, & Christi mysteriis quotidie vegetamur. Quomodo enim corpora Sanctorum, pœnis variis exarata, cum jam pene omnia tormenta defecerant,& manus ficariorum præ lassitudine dirigerant, durare poterant, nisi illius suffulta suffragiis fuissent, qui non permittit tentari quemquam ultra id quod pati possit? Quomodo corruptibilis pulvis contra tam immania & exquisita pœnarum genera carnisque incentiva, sed & contra inimici ignea jacula duraret, nisi Christus in eo habitaret? Quis unquam eremita, quis solitarius, vel quis monasticæ normæ abstinentia instructus, & ad singulare certamen stare doctus, vel solo momento absque illo perseverare valuit? Et tamen post omnia, ut dictum est, idem finis jumento & justo.

2 In hoc vero Sancti ab animalibus discernuntur, quod dum mori oculis insipientium videntur, tunc vivere æternaliter incipiunt; dumque cinis cineri commendatur, anima ad sidera tollitur, & pro terrenis cælestia commutat: & tunc palam fit quam meritis sublimes apud Deum sint, quam cari, quam incomprehensibili ejus claritati affines. Commutata lance, pro labore & ærumna recompensatur eis jugis lætitia, pro algore & æstu totius amœnitatis temperies, pro cavernis latebrisque rupium paradisus eis restituitur deliciarum; & quibus erat cum struthionibus & scorpionibus habitandi societas, sanctorum Spirituum conceditur æqualitas. Duplicata deinde eis confertur gratia donorumque largitas, ligandi scilicet solvendique libertas, signa in terris exercendi facultas, percutiendi sanandique potestas: sed alii quidem sic, alii vero sic: stella quippe differt à stella in claritate, & alia claritas solis, alia claritas lunæ, sic & Sancti in gloria: nam secundum certaminis & victoriæ meritum, trutinatur triumphanti beatitudinis donum. In his autem omnibus ipse agnoscendus est, ipse glorificandus, ipse laudandus, ipse prædicandus, qui dat in agone constantiam, in angore fortitudinem, in bono perseverantiam; ipse omnium auctor, ipse præliator, ipse adjutor & victor, ipse donum & corona, ipse & remunerator.

B *ab iis differant in altero seculo,*

*& miraculis etiam honorentur in præsenti:*

C *sicut & S. Gibrianus,*

3 Sed quid ago? Narrandi ordinem prætermittens, dum in singulis teneor, non custodio præcepta dicendi. Dum enim de inauditis sanctissimi Confessoris Christi B. Gibriani virtutibus loqui desidero, ceterorum Sanctorum vitam & actus mente percurro; nec recitare omnino possum, cum ob illius diligentiam eorum conflictum & palmam paucissimis verbis transiliendo retexam. Mirabor itaque semper anachoretas, laudabo eremitas, prædicabo continentes: istum vero philochristum non solum fide & meritis eis coæquabo, sed & signis & portentis per omnia præferendum esse censebo. Nam licet pauper & modicus, despectusque & ignotus extiterit in hac vita; multis tamen, qui in seculo Pontificali fulserunt infula, præfertur in gloria: nec credendum est illum palmam martyrii amisisse, quem constat carnis suæ voluptates crebris vigiliis & jejuniis edomasse, & quodammodo ferro abscissionis radicitus resecasse. Nec absurdum est, gladium persecutorum, pro Christo sanguinem fundendo, libenter eum incurrisse, quæ passio unius momenti vel (ut ita dicam) unius diei est; cum per multorum annorum curricula seipsum incessanter in sacrificium Christo libans, voluntate & actu Martyrum imitatus sit vestigia.

*Martyribus æquiparabilis.*

D

## CAPUT I.

*Miraculosus brachii motus coram plurima turba, & curationes tres eumdem mox secutæ.*

QUia vero paululum ordinem digrediendo miscui ob stuporem sequentis miraculi; ne tamen oblivioni noxiæ & silentio tradi videatur, & inertiæ scribentis imputetur, narrandi seriem persequar. Non quod sensus mediocritas, & incultus sermo ingenioli mei tanti muneris officium differere valeat: sed fidei nostræ celsitudo & orationum nostrarum diuturnitas mereatur accipere, quod non valet ingenium ferre dictantis. Sublimitas itaque operis tacere nos compellit de minimis, cum tam in his quam in præcipuis quibusque admirandus operator sit divinus: omnia enim operatur unus atque idem Spiritus. Quis enim comprehendere numero vel scripto posset febricitantium multitudinem, quæ ante ejus sacratissimum mausoleum curata sit? Nam ut cetera omittam, quod quidem mirabilius est, solummodo comestione panis, qui à sanctis membris ejus tangebatur & benedicebatur, quem fideles Christicolæ illuc convenientes certatim secum pro benedictione eminus & prope deferebant, omnium generum febres expellebantur. Sed & ceterarum ægritudinum diversitates, quas enumerare longum esset, sola gustatione vini, in quo ejus Reliquiæ intingebantur, ab obsessis corporibus, præcurrente fidei firmitate, fugabantur. 4 *Miraculorum multitudine,*

*eorum autem numero, quos panis aut vinum benedictum curabat.*

E

5 Caput itaque ipsius Sancti, quod in capside cum ceteris membris semper post ostensionem ponebatur, inde ablatum est, & juxta corpus S. Remigii diligenter positum. Timebamus enim (quoniam ipsum feretrum, in quo pretiosissima tenebatur gemma, nondum ex integro clausum signatumque fuerat, maxime propter ipsum sanctissimum Caput, quod frequenter ad deosculandum petentibus exhibebatur & reponebatur) ne forte custodes per incuriam decepti, aut somno oppressi, damnum aliquod commissi paterentur thesauri. Quo facto, divina dispensante gratia, ut adhuc Dominus Dilectum suum ampliori sublimaret magnificentia, modico tempore, ut præmisimus, à miraculis cessatum est. Qua de re multitudo debilium, quæ in modum coronæ hinc & inde circum jacendo loculum cinxerat; &, veluti pulli famelici à genitoribus escam creba crocitatione requirunt, ita subsidium & visitationem ex alto sperans, ingenti ululatu sine cessatione Patris sui Gibriani propitiationem expetebat, & valde permota & diutino squalore concitata causabatur, dicens: Heu! heu! Cur caput Sancti hinc ablatum est? cur à ceteris membris divisum habetur, cum & hoc ipsi Sancto displicere cernatur? Quare à nobis est ablatum, & ignoramus quo sit delatum? Nam ex die quo transpositum fuit, nemo nostrûm curari meruit: quamdiu vero nobiscum extitit, non præteriit dies, quin aliquis ex nostris sanatus recesserit. Nunc itaque nocte & die cassa expectatione hic laborantes, pulvere involuti & egestate oppressi, tabescimus: cetera enim membra quid sunt vel quid valent absque capite? Affuit nihilominus quotidie non modica multitudo utriusq; sexus de ipsa civitate, eademque ut infirmi conquerendo verba proferens, & affirmans nos non debere sic inhumane agere, sed saluti infirmorum utiliter providere debere. Nos vero hæc audientes, moti pietate, & petitionibus eorum assensum præbentes, simul & proclamationi continuæ languen-

*Caput Sancti in locum securiorem transfertur.*

F *cessantque miracula;*

*sed eo propter ægrorum lamenta.*

A. TESTE OCULATO EX MSS. *relato* 11 *Maji,*

tium condolentes, pertractantes etiam quoniam Deus quandoque revelat juniori quod melius est; albis induimur, accensisque cereis ad locum accessimus; & elevato Capite, cum debita reverentia & hymnis spiritualibus illud reportavimus, & cum ceteris membris collocavimus; una cum illis hoc postulationi nostræ addentes, ut &, si hoc factum ipsi Sancto complaceat, solita pietate languidis suis sua beneficia largiter impendat.

*coram turba fere* 10000 *hominum,*

6 Ipsa quidem die supradicta puella curata est; quam propter excellentiam subsequentis miraculi extremam in primo posui libro, ut à potiore secundus initium caperet. Post hanc ostensum est miraculum mirabile, & cunctis inauditum seculis, quod nisi tot religiosarum personarum, Monachorum videlicet, Presbyterorum, Canonicorum, ceterorumque sacri Ordinis ministrorum, verum & secularium hominum, burgensium, rusticorum, matronarum, senum, juvenum, puerorum, nobilium & ignobilium, qui ea nocte ferme ad decem millia ad ecclesiam S. Remigii convenerunt, testimonio probatum & testificatum foret; ridiculum fortassis, & falsum vel fictum ab incredulis videretur. Sed quia in majestate sua mirabilis Deus, faciens prodigia in cælo

B

sursum & mirabilia in terra deorsum; & quia opera Dei enarrare honorificum est; nunc quid vel quibus horis actum sit, & quod oculis nostris vidimus, ad fidelium ædificationem, invidorum vero ruborem, enodemus.

*appositus feretro Monachus,*

7 Accidit ut laudibus pro supradictæ puellæ sanatione cantatis, Monachisque cœnantibus, custodes sacri scrinii, diversis implicati causis, deessent: sed illud alii Monacho, Richardo nomine, ad custodiendum commiserant: erat autem maxima turba hominum, circa feretrum orantium, & infirmorum circumcirca jacentium. Brachium autem Sancti, quod ad deosculandum & benedicendum populo semper paratum deforis erat, involutum serico in linteo mundo ante feretrum declivum jacebat. Monachis vero de cœna reversis & die ad vesperam inclinante, visum est Fratri, qui ad sanctas Reliquias custodiendas intentus

*videt, partem Brachii expositam, per se moveri in altari:*

erat, inferiorem partem Brachii, quæ ab æqualitate superioris partis mensura dimidii pedis distabat, cum mappula superqua jacebat, bis in altum se levare, ita ut inferior pars pene æqualis anteriori in elevatione esset. Quod cum ille cuidam homini, Sigeberto nomine, qui juxta sedebat, indicasset; ille

C

subridens ait: Numquid hoc divinitus actum fuisse credis? Certe hoc infirmi qui circumjacent faciunt, qui pendentis mappulæ fimbrias tangunt, & hinc inde se moventes attrahunt & extendunt, unde Brachium superpositum movetur & elevatur. Surgamus igitur, & omnes circumquaque procul amoveamus; ut si hoc divinitus factum sit, & iterum appareat, videamus & credamus. Quod cum fecissent; Monacho ex una parte,

*quod cum etiam teteri præsentes vidissent,*

laicis vero qui ad adorandum illuc venerant ex altera diligenter intuentibus; illico Brachiũ sub oculis omnium qui aderant sicut prius, veluti si manu cujusdam suppositа quateretur, ter in aëra levatum est. Obstupescentibus autem omnibus & præ pavore pectora sua percutientibus, quid dicerent quidve agerent ignorabant, tantummodo magnalia Dei glorificabant.

a *Indicatur res Custodi, miracula scribere soliti.*

8 His itaque actis, unus de custodibus sacri pignoris, Baldewinus *a* nomine, infirmis ad cœnandum quæ supererant cœnantibus Monachis fragmenta deferens, affuit; cui hoc officium præcipue ab Abbate suo injunctum fuerat, ante Sanctum Dei sedulo morari & vigilare, & miracula ibi cælitus die ac nocte ostensa scribere, diligenterque

D

memoriæ commendare. Quem supradicti miraculi testificatores accersitum, omnia ei per ordinem quæ viderant exponunt, dicentes, Justius & dignius pro hac re, quam pro contracto erecto vel cæco illuminato, vel pro alio aliquo curato, signa debere pulsari, Deumque & Sanctos ejus laudibus magnificare. Quibus ille similiter respondit

*Hic, advocatis Priore & Monachis,*

dicens: Scio & veraciter credo, quod Deus omnia potest, mortificans & vivificans, vivificata mortificans & mortificata vivificans: tamen, nisi hæc quæ affirmatis oculis meis videro, in credendo omnino deficio. Sed ne culpæ meæ imputetis, Deumque & Sanctos ejus mihi iratos dicatis, vadam ad Priorem & ad Dominos, & omnia quæ acta sunt illis exponam, ut quidquid inde agendum judicaverint, faciant; ego vero, nisi videro, non credam nec gratias agam. Vocatis ergo Priore & Monachis, quæ didicerat omnibus exposuit; sicque reversus, ante feretrum orans Deum & deprecans stetit; ut si vera sunt quæ isti vidisse se testificantur, mihi infeliciſſimo peccatori famulisque tuis illud credentibus adhuc manifestare ne dedigneris.

E

b *cum & ipsi idem comprobassent,*

9 Vix orationem compleverat, & ecce Brachium, sicut prima & secunda *b*, sic etiam tertia hora, illo præsente & aspiciente, & Monachis qui convenerant cernentibus & credentibus, quater in sublime levatum est. Tunc ille in lacrymas prorumpens & pectus percutiens, quod vidit credidit, & ad reliquos, qui in choro remanserant eorum annuntiationem expectantes, cum sociis suis qui secum pariter elevationem Brachii aspexerant, quantocius cucurrit; & ut laudes cum omni tripudio, nihil amplius hæsitantes, canerent, plaudens manibus innuit. Pulsantibus igitur campanis, Monachisque Te Deum laudamus in excelsum cantantibus, subito omnis civitas cum suburbio ad tantum spectaculum ad ecclesiam S. Remigii ruit; oculis videre cupiens, quod vocibus & testimonio aliorum, qui viso miraculo jam redierant, auribus eorum intonuerat. Nec mora, omnis ecclesia à populo utriusque sexus implebatur, qui ad decem millia, ut præmisimus, & eo amplius illuc concurrerant: fit ingens tumultus, & clamor ad sidera tollitur: accenduntur cerei, candelæ illuminantur; omnisque ecclesia coruscо lumine lucernarum, velut luce meridiana, illustratur. Quidam vero, qui non viderant, dubitabant: alii vero, quibus à Deo permissum erat videre, verum

*miraculum publicat:*

F

affirmabant: plurimi, qui defuerant, pectora percutiebant: nonnulli etiam ingemiscendo Deum exorabant, ut velamen incredulitatis à cordibus eorum auferret, iterum manifestando quod operabatur.

*novoque populi concursu facto,*

10 Tunc Monachus ille, cujus erat, ut præmisimus, officium insignia miraculorum annotare, ægrotosque eleemosynis recreare, super sedile quod prope erat ascendens, ut ab omnibus videri posset, & manu silentium populo indicens, ait: Viri fratres, litterati & laici, & qui timetis Deum pusilli & magni, audite. Satis nota sunt omnibus vobis miracula, quæ in hac ecclesia parvo sub tempore, per merita S. Remigii Patroni nostri, & præcipue istius sanctissimi Confessoris sui Gibriani, divinitus ostensa sunt: nec necesse est ea vobis iterum replicare, quia non solum auribus audistis, sed & oculis vestris vidistis; cum etiam multi ex vobis à variis languoribus sanati sint; sciatisque in his salutem esse omnium nostrũm, hujusque civitatis exaltationem, & totius provinciæ salvationem. In motione vero & elevatione Brachii, quam multis ex vobis videre con-

A conceſſum eſt, quid incomprehenſibilis Dei bonitas operata ſit, ignoramus. Nunc igitur genua flectamus; & peccata noſtra confitentes, una mecum miſericordiam ejus implorate; ut, ſi delicta præcedunt, indulgeat; ſi vero boni aut juſtitiæ quid in nobis inſpicit, quod ſemel, bis, & tertio nobis oſtendit, adhuc ſignis evidentioribus, ut & vos credatis, manifeſtare dignetur. Nondum verba finierat, omniſque populus genua in terram fixerat; & ecce brachium quarto motum eſt, & quinque vicibus videntibus omnibus in altum elevatum, clamantibus cunctis tertio in excelſis, Kyrie eleiſon. Tunc lacrymæ gaudio admiſcentur, & laudes laudibus adjunguntur, omniſque eccleſia reboans ſtrepitu clamantium impletur.

*erando impetrat ejus iterationẽ.*

*Mox ſanantur, contractus,*

11 Illis vero non ceſſantibus, & Fratribus hymnis & pſalmis inſiſtentibus; ecce quinto brachium motum quaterque in altum levatum eſt. Et ecce
c quidam Conſtantius de *c* Alba-ripa, ambobus cruribus uno anno contractus, duos ad collum baculos quibus innitebatur gerens, per mediam turbam irrupit, vociferans ſe ope divina & meritis S. Gibriani ſanitatem recepiſſe. Cumque ad feretrum
B adductus fuiſſet, & Clerus cum populo pro recreatione ejus adhuc in laudibus perſiſteret; contiD nuo ex adverſo tres ſanati advenerunt: mulier ſcilicet quædam quæ Huldierdis vocabatur de *d* Noiſimento, villa in territorio Catalanenſi. Hæc in

*contracta,*

ſiniſtra coxa quinque foramina ulceroſa habebat, quæ jam pene totum corpus ejus exiccaverant, & omnia membra, venis nerviſque retractis, debilitaverant: ſed & uno crure quinque annis contracta, baculo ſuſtentata inceſſerat: quæ in momento curata, plagiſque exiccatis hilaris, ad Sanctum Dei alios præceſſit: quam ſecutus eſt homo, nomine
e Nicolaus, de Pavione-villa *e* natus. Hic paralyſi

*paralyticus,*

percuſſus, totoque corpore peſſimo morbo infectus, omnibus membris impotens & contractus, tribus hebdomadis manſit: qui & ante corpus ſanctiſſimi Confeſſoris Chriſti Gibriani decem diebus vigilaverat; cum ſupradictâ vero, eadem hora eodemque momento, erectus & ſuperna gratia viſitatus, ad venerabile pignus feſtinavit.

f 12 Tertius *f* vero qui eos ſequebatur, Gode-

*& lapſus è curru.*

fridus de Bierma appellabatur. Hic de quodam curru caſu cadens, contra volubilitatem rotarum pannis ſuis impeditus, volutabatur: cujus voce bruC ta animalia perterrita, cœptum iter quaſi monita arripiunt, amboque crura juvenis ſuper orbitam extenſa, rotis volventibus confracta ſunt; unde toto corpore debilitatus & languore maximo affligtus, pene anno uno ſpe recuperandæ ſanitatis amiſſa, ægrotavit. Ut autem audivit à Monachis S. Nicaſii, cujus & ipſe homo erat, ut, ſi vellet ex integro curari, omnem carnalem medicinam abjiceret; & ad eccleſiam S. Remigii, ubi divinitus omniũ morborum [genera] per eumdẽ Sanctum & per beatiſſimum Gibrianum expellebantur, adiret; ipſa die vehiculo ſe imponi fecit, & ad memoriam Sanctorum ſine dilatione venit. Ceſſante vero brachii elevatione, quam & ipſe factam à circumſtantibus audierat, non tamen oculis viderat, utpote (qui contractus & aliorũ oppreſſione interceptus, erigere ſe vel cum baculis non poterat; ſubito crura confracta membraque nodoſa, ſuperna unctione medicata & conſolidata ſunt: & quod vis humana non valuit, virtus divina ſanavit & erexit; ſicque cum duobus præmiſſis ad feretrum acceſſit.

## ANNOTATA.

A

a *Hunc ipſum eſſe hujus operis ſcriptorem, ſuadere conamur in Commentario prævio.*

b *Hinc apparet, ſeculo* 12 *ſolitos Remenſes duodecim horas diei ac noctis totidem ſic numerare, ut horâ ſextâ meridies diceretur & media nox: quod idem paſſim per Gallias, Italiam, Hiſpaniaſque valuiſſe, prius quam receptus nunc modus numerandi horas uſurparetur, in pluribus Sanctorum ejus ævi Vitis mihi videor obſervaſſe. Hiſpani certe uſque hodie* tomar la ſieſta *dicunt*, ſomnum capere meridianum: *quod autem Belgæ prandium ſuum appellent* Noun-mâl, *id eſt* tempus Nonæ, *non aliunde factum videtur, quam quod Eccleſiaſtici, pro more gentis reficientes corpora in meridie, quod alibi ſolum fiebat ad* Nonam, *Latinum horæ cœnatoriæ nomen (quo alii utebantur, ſolum cœnare, non etiam & prandere ſoliti) tranſtulerint ad horam refectionis ſuæ, ipſo etiam Officio Horæ nonæ ad meridiem retracto; ſicut tempore Quadrageſimæ ex eadem cauſa Veſperas recitant ante meridiem, ut poſſint dici non cœnare ante ipſas perſolutas.*

c *In Francico eſt* Auberrive, *quod etiam* Alberti-Ripa *reddi poſſet Latine, ſi littera* r *deberet geminari.*

B

d *Vulgo* Nuiſiment, *diſtat Catalaunis, trans Matronam, leucis duabus.*

e *Vulgo* Pajonville.

f *Imo* quartus, *ſi curatos numeres.*

## CAPUT II.

*Varii uſque ad* XVII *Maji curati; innocens à carcere & morte liberatus.*

13 ILlis vero regredientibus, & populo vigiliis & vocibus tumultuantium laceſſito & orationi intento; mox ad portas monaſterii puella, Odelina nomine, manibus aliorum adducta apparuit: quæ cum Remis in domo cujuſdam feminæ cauponariæ Helwidis nomine habitaret, ſervitioque dominæ ſuæ ſedulo intenta foret; ipſa nocte mulier, audito quod brachium S. Gibriani ita motum & elevatum eſſet; cum ceteris vicinis ſuis illuc cucurrit, ſolamque puellam cum quadam anu ad cuſtodiendam domum dimiſit. Nec mora, quidam deforis veniens, ad puellam cum ſcypho acceſſit, & ut modicum vini ei ad opus ægroti daret, petiit; puella vero precibus pauperis mota ſcyphum accepit, & cellarium ſine lucerna intravit: nam permodica claritas diei adveſperaſcentis adhuc ei iter ad vaſculum, in quo vinum erat, declaravit. Cumque vinum traxiſſet, & jam feſtina rediret; viſum eſt ei, miræ magnitudinis canem nigrum & horribilem, quaſi oculis ardentibus, per feneſtram deſcendere, eamque inſecutam morſibus impetere velle: quo viſo præ timore amens effecta eſt: oſtium tamen cellarii egreſſa, vas in quo vinum attulerat depoſuit. Diabolus vero, qui in ſpecie canis ei apparuerat, humanæ ſalutis invidus, puellam ingreſſus eſt, humique proſtravit, & loquelam ac ſenſum ſimul & viſum abſtulit.

*Puella cauponaria & dæmone invaſa,*

14 Anus vero videns eam conſternatam, pedibus & manibus terram percutientem; os ſpumans, vultum nigrum, oculos torvos habentem; in fugam per porticum vertitur; &, ut poſtea fatebatur, niſi ſigno Crucis præmunita fuiſſet, iterque fugæ tam paratum inveniſſet [mortua præ timore eſſet]. Quam & homines, illic prætereuntes & ad eccleſiam

*delata ante feretrum S. Gibriani,*

A. TESTE OCULATO EX MSS.

S. Remigii properantes, exanguem & vociferantem viderunt, quid ei accidiſſet ſciſcitati ſunt. Quibus omnia quæ evenerant enarravit, eoſque ad domum ubi puella erat duxit. Qui ingreſſi, ſupinam eam jacentem & plenam dæmonio, mutam, & cæcam, & ſurdam repererunt: quam elevatam & aqua benedicta aſperſam, ad eccleſiam S. Remigii detulerunt. Ut autem ante fores monaſterii apparuerunt, & feretrum illoſque qui paulo ante curati fuerant, in circuitu candelas in manibus tenentes, ſtantes & orantes contemplati ſunt; pro puella omnipotentem Deum & S. Gibrianum invocaverunt. Mirum in modum, quaſi verbi imperio, feſtino pede, dæmon obediens illam dimiſit; & loquens & audiens, nihilque doloris ſentiens, à manibus tenentium eam elapſa, ad glebam S. Gibriani cucurrit; & eventus ſuos, teſtimonio eorum qui eam adduxerant, omnibus enarravit. Tunc voces omnium, mixtæ lacrymis, in laudes Dei prorumpunt: ad Monachos, Matutinos cantantes, curritur; & quid actum ſit, enarratur; campanæ pulſantur, & Deus cum Sanctis ſuis hymnidicis vocibus iterum atque iterum exaltatur.

*liberatur.*

B

15 Iterum quidam contractus, Rolandus nomine, de Caſtello *a* Cadamo, qui in eleemoſyna S. Remigii jam duobus annis jacuerat, pro greſſu pedum, reptatione utens genuum, ante portas monaſterii procul jacens (præ nimia enim turba intrare non poterat) intromitti ſe à populo cum lacrymis popoſcit. Qui manibus circumſtantium de terra levatus, modo ejectus, modo rejectus, tandem per media capita conſtipatorum intromiſſus, cum ceteris infirmis juxta quamdam columnam poſitus eſt. Vix membra humi collocaverat, cum ſubito eum virtus divina obumbravit; & membra, ſeptem annis debilia & retracta, in longum extendit. Fit incredibilis ſtrepitus nervorum extendentium, oſſiumque ad compaginem redeuntium. Mirantibus autem omnibus, & pectora ſua præ ſtupore pugnis tundentibus, & ut Dominus ejus miſereretur cum gemitibus deprecantibus, continuo inſperatus ei vigor redditur, pedibuſque innixus ad feretrum S. Gibriani, una ſecum cunctis vociferantibus, Chriſte eleiſon, progreditur. Pro hoc etiam laudibus ſolutis, & proceſſione in monaſterio ob reverentiam ſancti Confeſſoris Chriſti à Monachis facta, & pro vigiliarum labore ad lecta redeuntibus; vix dimidiam horam jacuerant, cum ecce quidam de *b* Sartia villa, Tebaldus nomine, tribus annis uno crure contractus, ligneoque pro carnali utens pede, ipſo ligneo pede humero impoſito, ad glebam S. Gibriani, omni infirmitate amiſſa, lætus acceſſit. Tunc Monachi evigilantur, ſigna pulſantur, & pro ſeptimo in illa nocte curato laudes multiplicantur.

a *Super genua reptans.*

*erigitur.*

*& alius contractus ſanatur.*

b

c 16 De *c* Lupenſi villa, ad Vitræum in Campania, Albertus quidam nomine natus erat: qui à renibus deorſum impotens ſui, verti aut levari niſi panno involutus nullo modo potuit. Hic ante dies paucos illuc advectus, ſummo diluculo, poſt ſupradictos, membra recuperavit. De Buiſa villa *d* ante Ulmum montem, mulier, Officia nomine, duobus annis geminis excæcata luminibus, cum omnia quæ habuerat in ſumptu & medicamine diſtribuiſſet, ad tantam inopiam venit, ut à marito & filiis ſuis deſpectui haberetur, ſed & publice ſtipem ducatu alterius quæreret. Ad Sanctum autem Remigium Remos adducta, & ante feretrum S. Gibriani per aliquot dies vigiliis, jejuniis, & orationibus intenta, vigeſima ſeptima die poſt ejus Tranſlationem, divina opitulante gratia, lumen amiſſum ei reſtituitur: & quaſi de ergaſtulo carceris educta, magno geſtiens tripudio, gratias agens Deo & S. Gibriano, oblationem fecit: ſicque cum multitudine vicinorum ſuorum, ſoſpitati ejus congaudentium, ad natale ſolum repedavit.

*item alumbis quidam.*

d

*& cæca, 13 Maji.*

D

17 Apud Laudunum quidam Clericus, Elbodo nomine, arte medicus, in curia Domni Bartholomæi *e* ejuſdem civitatis Epiſcopi habitabat: qui quodam die cum Epiſcopo apud Novum-caſtellum pergens, cum de equo ſuo deſcendere vellet, à multitudine circumſtantium, qui pro benedictione Epiſcopi obviam eis venerant, impeditus, dextero calcari ſiniſtrum genu vulneravit. Cumque multa medicamina appoſuiſſet, nec mederi ullo modo poſſet, Epiſcopo dixit; Domine mi, ecce multis annis vobis ſervivi, nec unquam imperium veſtrum tranſgreſſus ſum, & nunc contractus incedere non valens, quid agam penitus ignoro. Deinde adjecit: Audivi de quodam Sancto, Gibriano nomine, Remis in eccleſia S. Remigii quieſcente, quod per eum Deus miracula operetur; unde jam multi ſani effecti, ad propria redeuntes, per iſtam tranſiere regionem. Unde, ſi conſilium datis, illuc pergam: quia forſitan & mei miſerebitur. Cui Epiſcopus ait: Tu arte medicus es, & vulnera aliorum diverſis unguentis, infirmitateſque corporum potionibus & confectionibus ſanas; teipſum vero de tam parvo vulnere curare non vales? Ad quem ille: Certe pretioſiora unguenta, quæ habui, appoſui; ſed & alios ſapientiores medicos pretio conduxi, nec convalui. His dictis & licentia accepta, ad eccleſiam S. Remigii properavit. Quo cum perveniſſet, cuidam Monacho privatim locutus & confeſſus eſt: ſicque ad feretrum S. Gibriani adductus, orationem & votum fecit, & ſub capitalitio trium denariorum homo illius effectus eſt. Poſtea recedens, in via ſanus effectus, ſeptima die poſt ejus Nativitatem, vigeſima autem nona poſt Tranſlationem, Epiſcopo admirante Deumque glorificante, curatori ſuo gratias redditurus, reverſus eſt.

E

e *Clericus Laudunenſis, immedicabiliter læſus in genu.*

*curatum ſe profitetur 15 Maji.*

18 Quidam carpentarius, Theodoricus nomine, de Brimunteyo *f*, in Remenſi habitans civitate, paralyſi percuſſus, anno uno & dimidio curvus & claudus incedebat. Hic à multis medicis medicatus nec curatus, ad feretrum S. Gibriani adductus, trigeſima die poſt tranſlationem ejus, octava Nativitatis, ſcilicet *g* Idibus * Maji, à medicis carnalibus derelictus, à medico ſpirituali roboratus, gaudens domum reverſus eſt. Quidam homo, Haymo nomine, de Ulgeyo *h* ſuper Maternam ſito, habens feminam nomine *i* Hildeburgem, infirmitate maxima percuſſus, dæmonio arreptus eſt. Qui cum dentibus & unguibus omnes appropinquantes ſibi minaretur; tandem vi coërcitus, membra ejus inſana & plena dæmonio, crura ſcilicet & brachia, catenis & funibus conſtringuntur. Conſilium vero iniit uxor cum parentibus & vicinis, ut ad S. Remigium Sanctumque Gibrianum, quos audierat ſignis & miraculis claros & potentes, eum duceret, eiſque in ſervum daret. Vix verbum finierat; & ecce vincula, quibus homo ligatus erat, diſrupta ſunt, dæmone caruit, infirmitate convaluit; ſed & oculum ſiniſtrum, quem diu perdiderat, recuperavit. Tunc cum omni feſtinatione, trigeſima prima, ipſa ſcilicet die qua ſanatus eſt, cum ſuis ad Sanctos ſupra memoratos venit, & coram omnibus præſtitam ſibi à Deo indulgentiam publicavit.

F

f *16 ſanatur faber paralyticus.*

g

* *imo* poſtridie Idus.

h

i

*17 liberatur energumenus.*

19 De

*& cæca ex Anglia,*

19 De Wiltonia, caſtello in Anglia ſito, quædam mulier Eva nomine, ſeptem annis corporeo privata viſu, cauſa inopiæ ſimul & recuperandæ ſanitatis, natale ſolum cum quadam filia ſua quæ eam ducebat egreſſa, in Franciam devenit: ubi eccleſias & loca Sanctorum, per quorum merita divinitus curari infirmos audierat, inceſſanter peragravit. Cumque per multorum annorum curricula hæc ageret, nec mederi (culpis ſuis forſitan exigentibus) mereretur; ut S. Ægidium peteret propoſuit; prius vero Pariſius S. Dionyſium, quia magni meriti eum apud Deum, potententemque in ſignis & miraculis eſſe audierat, petiit. Ubi cum aliquamdiu, corde & lacrymis Deum exorans ut ſui miſereretur, pernoctaret & non exaudiretur; (quippe huic S. Gibriano ad curandum ſervata) tædio affecta illinc receſſit. Erat tunc Paſcha, tempus ſcilicet quo ſanctiſſima ejus oſſa tranſlata ſunt; & jam totam Franciam regioneſque ei adjacentes odor virtutum ſuarum ſuaviſſimus perluſtraverat; cum mulier prædicta, cœptum iter ad S. Ægidium agens, populorum turbis, à diverſis languoribus per B. Gibrianum curatis, obviavit. Quibus illa ait; Qui eſtis, & unde venitis? vel cur tanto exultatis gaudio? Ad quam illi: Tu cæca, peregrina es, & ut nobis videtur, cauſa medendi loca Sanctorum peragras, & hæc ignoras? Scias pro certo, Remis apud S. Remigium quemdam, S. Gibrianum nomine, tranſlatum, cunctarum genera infirmitatum curantem. Tu autem noſtris acquieſcens conſiliis, iter tuum prologando illuc ſine dilatione propera; nihil dubitans ut ſi confeſſa puro corde illum adeas, revera ſine dubio illuminaberis. Quibus illa auditis, omnibus humiliter ſalutatis regreditur, & Remos filia ſua ducente pervenit. Cumque oculos de cera, quos emerat, obtuliſſet; duabuſque noctibus ante Sanctum Dei vigilaſſet; cum præcedenti viſitato, ſquammis ab oculis ejus divinitus ablatis, lumine optato ditatur.

*ad S. Ægidium peregrinatura,*

*ante S. Gibrianum illuminatur.*

B

20 Homo quidam, Wimarus nomine, Catalanenſium partium civis, amore penitus hujus ſanctiſſimi Confeſſoris aſpiratus, cum uxore ſua Richilde, ſumptis ſecum oblationibus & candela, illum adire ſtuduit: ante quem cum una nocte vigilaſſet, mane ab ipſo & à cuſtodibus licentia accepta, redire diſpoſuit. Sed diabolus, totius boni expers, humilem ejus devotionem ceterorumque fidelium à bono avertere nitens, talibus eum aggreſſus eſt machinationibus. Ex civitate ultra pontem, qui ducit ad medium Vedulam *k* fluvium, quædam domus infirmorum qui leproſi vocantur ſita erat, ubi ad opus eorum ab Archiepiſcopo ipſius civitatis eccleſiam in honorem *l* S. Lazari ædificare conceſſum eſt; unde præcepto ejus à Presbyteris parochiarum indictum eſt, à fidelibus quibuſcumque, eccleſiam S. Remigii ob amorem Dei reverentiamque S. Gibriani petentibus, illic in remiſſionem delictorum, ſaxa quæ ante portas ipſius monaſterii coacervata erant, tria vel quatuor vel quantum quiſque pati poſſet, humeris impoſita ad conſtructionem eccleſiæ deferre. Quod cum prædictus Wimarus videret, & à portantibus cur hæc agerent inquireret; reſponſum eſt ei, ad opus infirmorum ſanctique Lazari hæc fore. Tuncque ille ſimiliter cum uxore ſua, lapidibus collo impoſitis, ceteris ſe aſſociarunt; & quia per inde iter in patriam ſuam revertendi habebant, uſque ad domum infirmorum cum eis onerati procedebant.

*Peregrinus Remis Catalaunos rediens,*

C

k

l

*& à fure abactum gregē ſuſcipiens vice ejus agendum,*

21 Cumque reverterentur, occurrit eis ex adverſo quidam latro, ante ſe gregem ovium minans, quem ante quamdam villam Beſanas *m* nomine, paſtore vulnerato ſemivivo relicto, furatus fuerat. Jamque clamor paſtorum, circumquaque cuſtodientium greges, homines Beſanenſes perterruerat, latronemque cum gladiis & fuſtibus perſequebantur. Qui cum ſtrepitum perſequentium ſe audiret, ſeque inveſtigatum agnoſceret; duobus peregrinis, ut præmiſimus, Wimaro ſcilicet & uxori ejus, occurrit, quos ita alloquitur dicens: Unde venitis, & quo pergere vultis? Qui cum reſpondiſſent, S. Remigii Beatique Gibriani ſe peregrinos eſſe, Catalanos vero deſiderio impleto velle reverti, adjecit; Vere via iſta, qua pergitis, torta & longa eſt, nam & ego illuc iturus ſum, & novi quod latrones undique per anfractus & nemora latitent, negotiatoribus & peregrinis inſidiantes. Revertimini ergo per viam, quæ per medium burgum S. Remigii ducit, quæ recta & regia eſt, gregemque meum donec pertranſeatis ante vos agite, & in mercede unicuique veſtrûm duos nummos dabo: habeo enim in villa aliquantulum morari, & cuidam mihi noto loqui: negotio vero expleto, citius vos ſequar. Qui inſtigatione diaboli, ignorantes eum, aſſenſum præbuerunt; & mercede accepta, per viam qua venerant oves ducentes, reverſi ſunt: latro vero, timore inveſtigantium ſe perculſus, fugam arripuit, & in ſegetibus quæ prope erant ſe occultavit.

A. TESTE OCULATO EX MSS.

*ab inſequentibus ruſticis*

E

22 Necdum peregrini pontem cum ovibus tranſierant; & ecce homines, quorum erant oves propriæ, poſt tergum eorum apparuerunt; manibuſque injectis, feminam quidem expoliaverunt; hominem vero acerrime verberatum manibuſque poſt tergum ligatis, cuſtodiæ publicæ mancipaverunt. Quod cum à ſociis eorum Monachis nuntiatum fuiſſet, Archiepiſcopum adeunt, & ut peregrinum S. Gibriani innoxium reddi jubeat, orant. Tunc clientes Epiſcopi conſtanter eum accuſaverunt, affirmantes ore proprio ſeipſum condemnaſſe, reumque & conſcium hujus furti publice ſe confeſſum eſſe. Quæ dum Epiſcopus audiſſet, omnino eum reddere noluit; inducias tamen diemque, in quo audiretur vel judicio probaretur, conſtituit. Homo vero in quodam vaſe vinario, in profunda fovea demiſſo, incluſus tenebatur, vinctis fortiter funibus pedibus & manibus: inceſſanter tamen auxilium Dei nomenque S. Gibriani, quem ſincero corde adierat, invocavit, dicens: O Deus immenſe, ſumme & incomprehenſibilis, qui invocantibus te in veritate ſemper præſto es; exaudi me famulum tuum, innocenter morti addictum; & erue me de manu peccatorum, ut cognoſcant ignorantes te, quia tu es Deus univerſorum, ſalvans & liberans clamantes ad te in opportunitate. Deinde ad S. Gibrianum: O B. Gibriane, Confeſſor Dei ſummi & exaudibilis amice Chriſti, potens ſignis & virtutibus, ægros ſanans, dæmones fugans; ſolve hæc nexuum vincula, meque libertati reddito, nomen tuum longe lateque declara.

*pro ipſo fure comprehenditur:*

*qui ex ſuo carcere S. Gibrianum invocans,*

F

25 His ſimilia illo ſedulo proſequente, tandem exaudiri meruit. Quadam namque die, dum cuſtodes ejus comediſſent vinoque inebriati fuiſſent, captivi ſui obliti, ludendi cauſa omnes domum egreſſi ſunt, portaſque reſeratas dimiſerunt. Tunc ſedenti in tenebris lux orta eſt, & vincula manuum pedumque ejus ſoluta: vas etiam, in quo jacebat, ut ipſe affirmabat, divinitus compendioſe inclinatum eſt, iterque exeundi ei miniſtravit. Quod ut ille ſenſit, continuo exiliens, domum egreſſus eſt, magna voce iterum iterumque vociferans, Sancte Dei Gibriane, Sancte Dei Gibriane. Cujus voce cuſtodes, haud procul hinc ſibi confabulantes, attoniti, ocius accurrunt; hominemque, quem incarceratum reliquerant, ſolutum invenerunt; jamque eccleſiam S. Remigii petentem inſequuntur. Quem arripientes, fortioribus vinculis eum conſtringentes, pugnis

*ſolutis vinculis egreditur;*

*rurſumque comprehenſus,*

A. TESTE OCULATO EX MSS. percutiunt, fuſtibus cædunt, virgis verberant; multisque injuriis laceſſitum, per capillos capitis trahendo rurſus in foveam retrudunt. Mane vero facto cuſtodes, pœnitentia ſuper homine afflicto ducti, ſimul & divinam ſententiam pertimeſcentes, Præpoſitum & Decanum, quibus Epiſcopus rerum ſecularium & eccleſiarum curam commiſerat, adeunt, eiſque quæ acciderant cum timore aperiunt. Quid multis morer? Conſilio inito hominem adduci jubent; & ut ſe à crimine, ſibi ut aſſerit injuſte impoſito, judicio purget, conſtituunt. Illico aqua defertur, benedicitur, exorcizatur, ut hominem culpabilem recipiendi in ſe poteſtatem non habeat, inſontem vero gratanter excipiat. Deinde vero homo exuitur, & manibus pedibuſque ut mos eſt ligatis conjuratur, ut ſi culpabilis ſit, poteſtatem aquam intrandi non habeat, ſed ſupernatet; ſi autem innocens, elementi naturam mergendo ſentiat. Confeſſus vero & communicatus, vitta linea per medium cingitur; & Deum Sanctumque Gibrianum crebro vociferans, à Presbyteris in aqua ponitur; B biſque immerſus, inſons & liber fuiſſe omnibus declaratur. Aſſumptus autem ex aqua veſtibuſque indutus, cum maxima populorum turba ad eccleſiam S. Remigii feſtinavit: ibique ante S. Gibrianum proſtratus, Monachis & adſtantibus qualiter liberatus ſit innotuit.

*Aqua judicio innocens probatur.*

## ANNOTATA.

a *In Francica interpretatione ſolum legitur* De chaſtel: *quia veroſimiliter tunc exoleverat proprium loci nomen, aſſumpto ſolo appellativo* Caſtelli.

b *In Francico ſcribitur* Sarteville.

c *Ibidem* Lupenſville.

d *Ibidem* Bouſiville, devant Ormont: *qui locus eſt 5 leucis infra civitatem.*

e *Fuit hic* Bartholomæus de Vir, *electus an.* 1113, *abdicato deinde Epiſcopatu factus Monachus Ciſtercienſis Fuſniaci: unde & Beatis adſcribitur 26 Iunii.*

f Brimunteyum, *in Francico* Brimontel.

g *Imo* poſtridie Iduum Maji, *vel, quod idem eſt,* XVII Kalendas Junii: *eſſe autem hoc ſphalma memoriale ipſius auctoris, patet ex Francico, ubi verbum verbo redditur, &* ipſo die iduum Majarum *ſcribitur.*

C h *Francice* Ulgy.

i *In Francico vocatur* Liburgis,

k Vedula, *vulgo* Vêle, *in Catalaunenſi diœceſi ad S. Remigii vicum exoriens, Remos alluit, ac denique Axonæ jungitur.*

l *Ad imitationem Leproſorii, quod juxta Hieroſolymitana mœnia ædificatum erat ſub invocatione* S. Lazari, *plurima per Galliam, Angliam, & Belgium erecta fuerunt Leproſorum hoſpitalia: unde etiam ipſi* Leproſi *appellati ſunt* Lazari. *S. Ildephonſus de Hoſpitio, quod ſui parentes Toleti ædificarant,*

Lazarus hoc mendicus habet ſub mœnibus urbis,
Qua via Complutum curſibus apta patet.

*Neque dubium eſt, quin intelligatur Mendicus ille Euangelicus, de quo Lucas Cap. 16: cujus ut vera eſſe hiſtoria, non ſolum parabola credatur, ſuadet domus Epulonis etiam nunc monſtrari ſolita Hieroſolymis. Interim nullis hactenus Latinis Græciſque faſtis nomen reperio inſcriptum, neſcio proinde an uſpiam & quo die colatur ut* Sanctus: *& ejuſmodi Leproſoriorum Patronus apud nos plerumque habetur S. Iob.*

m *Vulgo* Bezannes, *haud multo plus quam una leuca diſtans ab urbe verſus Auſtrum.*

## CAPUT III.

### *Quædam à* XIX *Maji uſque ad Vigiliam Pentecoſtes acta.*

DE Petræfonte *a* quædam puella, Huldierdis nomine, genu habens inflatum, tribus annis contracta manſit: quam mater, auditis B. Gibriani miraculorum inſigniis, ſuper carrum poſuit; Remoſque apud S. Remigium cum cuſtodia, datis ſumptui neceſſariis & ad opus Sanctorum oblationibus, miſit: cui & ait: Filia mi, memento quæſo quanta pro te paſſa ſim, novem menſibus te in utero meo geſtans; quali pœna te lactaverim, nutrierim, & uſque ad adultam ætatem perduxerim: cum igitur emendationi tuæ & profectui congaudere deberem, contracta & debilis facta es, unde jam tribus annis graviter torqueris. Perge igitur, & vide ut ſemper in corde & memoria Chriſtum habeas, nomenque S. Gibriani voce & ore ſæpius replices, E Chriſtum orans ut tui miſereatur; Sanctumque ejus ſuſpiriis interpellans, ut qui tot auxiliatur, membra diu amiſſa meritis ſuis tibi reſtauret. Hæc dixit, filiamque ſuam Deo omniumque Sanctorum cœtibus commendavit. Puella autem, monitis matris ſtudioſe inſtructa, iter præmiſſum arripuit, & ut propoſuerat Remos uſque pervenit. Jam ſol occubuerat, & nox atra terram texerat, dum illi eccleſiam S. Remigii intranti, virtus divina auxiliumque S. Gibriani occurrit: oratione namque & oblatione facta, feſſa membra reſidens quieti dare voluit. Nondum vero bene ſe aptaverat, & ſubito membra contracta, quaſi quadam unctione, dulcedine medicaminis ſuperni perfuſa, reformantur & eriguntur. Quod illa ſentiens ſurgit, ſuſtentaculum abjicit; & ad Reliquias Sancti, modicum adhuc præ teneritudine pedis claudicans, trigeſima tertia nocte poſt ejus Tranſlationem curata, lacrymas gaudio admiſcens, procedit.

*a Triennio genu contractum ferens puella,*

*curatur 19 Maji.*

25 Mane facto, quidam Lambertus, in Catalaunenſi civitate nutritus, acuto morbo paſſionis multis annis infectus, toto tremens corpore, manuum pedumque valetudine deſtitutus, ante Sanctum Dei ſe poni oravit; ut intentam oculorum aciem illuc ſemper haberet, & continuæ contemplationi attentius inſiſtens, orationem & ſuſpiria diligentius protelaret. Allatus itaque nutantia membra in terram collocat, lacrymarumque imbre effuſo genas pavimentumque humectat; dein ſuperni medici omnipotentiam ex intimo cordis affectu precibus pulſat, Sanctumque Gibrianum promiſſionibus & voto aggreditur, &, ſi ei membra debilia & diſſoluta reſtituantur, ſecularium pompis ſe abrenuntiaturum, & ſub capitalitio quatuor denariorum ſe ei in ſervum mancipaturum, promittit. Cujus patientiæ & humilitatis miſertus Dominus ejuſque Dilectus, ſuper exactoris ſui poſtulatione & ſponſione, pia geſtans viſcera, non ſono verbi, ſed efficacia operis, divinum meruit accipere reſponſum. Primum namque digiti, trementes & emortui, in rigorem vigoremque naturalem vertuntur; brachia arida, medulla humoreque receptis, eriguntur; deinde omnia interiora, quodammodo angariata, ad locum proprium reducuntur: ſicque omnibus membris compaginatis, quod pie poſtulaverat in momento impetrare promeruit. Item quidam puer, Andreas nomine, filius Rainerii & Odelinæ de Buſſeyo *b*, ab utero matris uno claudicans pede, à matre, trigeſima ſeptima die poſt Tranſlationem, ad eccleſiam S. Remigii eſt allatus. Cumque orationem ad Deum pro eo humi-

*item vir tremulus ac debilis.*

F

*23 ſanatur puer claudicans;*

b

A humiliter fudiſſet, & oblationem ad memoriam Sanctorum feciſſet, poſt votum & lacrymoſa ſuſpiria, ipſa eadem die divina præveniente clementia meritiſque B. Gibriani, ad ſtatum & greſſum naturalem membrum claudicans pueri reverſum eſt. A. TESTE OCULATO EX MSS.

26 Poſtero die tres curati ſunt, ex quibus primus Adam de Soipeja *c* nuncupabatur: qui paralyſi percuſſus pene dimidio anno officium loquendi amiſerat: ſed & peſſimis morborum peſtibus per omnia membra perfuſus, à renibus deorſum nervis contractis, normam inceſſus amiſit: habebat & humerum ſiniſtrum cum brachio & manu aridum, & medietatem corporis emortuam: qui etiam ſumpto viatico, cauſa ſanitatis adipiſcendæ, eccleſiam S. Remigii adire ſtuduit. Quod ut viderunt vicini ejus, illudebant ei dicentes; Tu, cum homo peccator ſis, & numquam alicujus pupilli, viduæ, aut orphani miſertus fueris, putaſne quod tuis promiſſionibus aut votis Sanctus Dei, quem petiturus es, moveatur, quæ numquam avide ſuſcipere probatus eſt? Dum enim adhuc cauſidicus eſſes, & in ratiocinando & in placitando diſertus orator exiſteres, perſonas divitum inopiæ pauperum ſemper prætuliſti, & numquam in judicio adjutor eorum niſi pretio conductus extitiſti: unde merito tibi Deus linguam conſtrinxit, & vires corporis abſtulit. Quod ille floccipendens, Presbyterum ſuum adiit, eique peccata ſua confeſſus eſt; & pœnitentia ſuſcepta, ut propoſuerat, proficiſcitur. Remos vero veniens, ſatis devote ante S. Gibrianum in eccleſia S. Remigii ſex diebus totidemque noctibus in oratione perſtitit; ſed exaudiri tunc minime meruit.

*c* *24, juvantur, ex paralyſi mutus,*

B

27 Tunc quodammodo deſperatus, memor etiam eorum quæ à vicinis improperata fuerant, pro enormitate ſcilicet ſcelerum ſuorum remedium non debere conſequi, ſed pœnam incurriſſe perpetuam, confuſus & dolens abſceſſit. Proxima autem nocte, dum membra ſopori dediſſet, viſum eſt ei, adſtare ſibi S. Gibrianum, improperantem ei & dicentem, Quid hic agis, frater? Quare à tuo propoſito deviaſti? Cur hæc agere voluiſti? Quamobrem deſperatus cogitaſti, Deum pœnitentes non exaudire? Etenim pro peccatoribus ſuam Dominus mundo dignatus eſt exhibere præſentiam. Nunc igitur ſurge velocius, &, ne te divina ultio feriat, ad eccleſiam unde veniſti feſtinus revertere. His dictis nuntius cæleſtis diſparuit: homo vero excitus à ſomno, currum nihil cunctatus aſcendit, & ad memoriam Sanctorum unde venerat reverſus eſt: ubi orationem jejuniis duplicans, & fletus ſuſpiriis annectens, plus ſolito membra inediâ attenuavit. Quarta demum nocte, labore vigiliarum feſſus, in ipſo crepuſculo noctis ſopore interceptus, viſum eſt ei, omnia membra ſua niveis floribus conſternata & conſtipata fore, miramque fragrantiam odoris reddere. Nec mora, expergefactus, hilaris ſurrexit; & membra, jam cælitus curata, coram omnibus Deo & Sancto ejus Gibriano præſentavit; linguamque reſeratam ad laudes Dei naturaliter movit. Quo audito, illi qui paulo ante ei illuſerant, compuncti corde & tacti dolore intrinſecus, Deo & Sanctis ejus ſatisfacientes, pectora ſua percutiebant, & cum eo pariter miſericordem Deum glorificabant.

*ab apparente ſibi Sancto,*

C

*redire ad feretrum juſſus:*

28 Quædam mulier, Heremburgis nomine, de Mediolani-villa *d* ante Peronam, omnium membrorum ſuorum valetudine orbata, quatuor annis contracta languerat: ducatu vero mariti ad S. Gibrianum advecta, omni deſtituta auxilio, excepto Monachorum crebro ſolatio, per aliquot dies manſit: maritus namque ei vir duræ cervicis erat: tædioque cuſtodiendi eam affectus, fuga lapſus ſolam reliquerat. Sed Dominus, cui proprium eſt miſereri, ſuumque plaſma prout vult debilitare & mederi, à ſponſo carnali ſponſam derelictam, pater ſpiritualis viſitavit filiam. Nam veluti ſi ipſe aſſiſteret, manumque jacenti porrigeret, & quodammodo ei diceret, Surge velociter & ſterne tibi; inæſtimabili celeritate pedibus innixa, ad feretrum progreſſa eſt, & nobis omnibus qui affuimus inopinatam ſuam declaravit curationem; pro grabato duos ad collum baculos afferens. Tunc fit omnium una vox clamantium, Gloria in excelſis Deo; unaque precantium & dicentium, Adauge Deus adhuc & numerum iſtum, ad ſalutem omnium ſperantium in te.

d *quadriennio contracta,*

29 Nondum tumultus ceſſaverat, & ecce tertius, Sigebertus nomine, de Vitreio *e*, cum quadam ſorore ſua ante feretrum ſtetit: qui juvenis acerbo morbo, quæ gutta fiſtula dicitur, in ſiniſtro pede percuſſus eſt: ſed & humorem venarum atque nervorum, foramina ſedulo ſtillantia exhauſerant, unde tribus annis contractus inceſſerat. Ut autem audivit magnitudinem operum Sanctiſſimi Gibriani, ait ſorori ſuæ: Audi me ſoror & conſule juventuti meæ. Cum utroque parente orbati ſimus, & modicum quod nobis remanſit, pro curatione infirmitatis meæ, pene totum expenderimus & nihil profecerimus, quid modo agam ignoro. Ad quem illa: Surge, & Remenſem urbem, ubi S. Remigius requieſcit, adeamus: in cujus eccleſia quidam Sanctus, nomine Gibrianus, noviter promotus eſt, per quem debilis quiſque illuc adveniens, incolumis revertitur. Tunc ambo ſumpto viatico iter arripiunt, ſemper in memoriam nomen S. Gibriani vertentes. Non longe adhuc ierant, dum virtus ex alto bonæ voluntati eorum conſuluit: nam ulceroſa foramina in momento exterſa & exiccata ſunt, genuque inflatum & cetera membra contracta ad normam antiquam reverſa ſunt. Tunc præ nimio gaudio gementes, viam quam voverant peragunt; &, ut prælibavimus, prima hora noctis ad eccleſiam S. Remigii perveniunt. Oratione autem facta, & voto S. Gibriano ſoluto cum gratiarum actione, adſtantibus opem ſibi cælitus collatam notificaverunt.

e *& triennio contractus ex fiſtula.*

E

30 De Seſanna mulier, Freburgis *f* nomine, viginti annis lumen corporalium amiſerat oculorum; unde nimio dolore abſorpta, per multorum temporum ſpatia amens & delira manſit. A primo vero tempore, ex quo miraculorum hujus ſanctiſſimi viri inſignia populorum turba vadens & rediens longe lateque diſperſerat, habebat deſiderium eundi illuc, omni corde cupiens ſanari, & videre quæ per eum Deus operabatur miracula; ſed ductorem & conſortem itineris non invenit. Ex intimo autem præcordiorum affectu ſuccenſa, ſemper corde meditabatur, & ore loquebatur dicens: Heu me miſeram! quid agam? quo me vertam? Quare de vulva educta ſum? cur accepta genibus non ſtatim perii? En viginti anni ſunt quod utroque corporis careo lumine, & in tenebris ambulans claritatem cæli intueri prohibeor: ſuper hæc omnia, Sanctorum limina, omni deſtituta ſolatio, adire nequeo; quorum patrocinio cæcos illuminari, claudos erigi, recluſas aures aperiri audio. Surgam ergo, & circuibo plateas & vicos: nec enim privabit me Dominus promiſſo ſuo, ſed miſerebitur patientiæ ancillæ ſuæ, mittens mihi in obviam aliquem ſervum ſuum, qui me ad Remenſem ducat civitatem. His dictis ſurrexit: & ecce turba maxima hominum infirmorum utriuſque ſexus, vehiculis impoſita per inde tranſibat, & ad S. Gibrianum cauſa medelæ properabat. Quod cum illa cognoviſſet, clamavit poſt tergum eorum

f *Annis 20 cæca,*

F

*peregrinos S. Gibriani ſecuta,*

A. TESTE OCULATO EX MSS.

eorum dicens: O Chriſticolæ & peregrini, miſereamini infeliciſſimę omnium feminarum: per ipſum quem quæritis, & per quem propitium Deum vobis creditis habere, obteſtor, ut me vobiſcum ire permittatis: quia veraciter credo, quod miſericordiæ ſuæ oculis obtenebrationis meæ clauſtra illuminabit. Cujus lacrymis compatientes peregrini, fræna jumentorum retrahunt, & ut manus vehiculis apponat, per quod iter rectum ſequatur, concedunt. Cumque ad S. Remigium perveniſſent, mulier, cui majus deſiderium recuperandæ claritatis præ ceteris inerat, ante S. Gibrianum cum candela accenſa ſe proſternit. Duabus vero noctibus cum lacrymis orationi inſiſtens, tertia die quod optaverat lumen impetravit.

*illuminatur.*

g *Sanatur à renibus deorſum ulcerojus totus.*

31 Item quidam, Drogo nomine, de Roſejo *g*, gravis infirmitatis macula infectus, multo tempore ægrotaverat: à renibus enim deorſum per omnia membra ita foraminibus, per quæ pruritus ſcaturire viſus eſt, aſtipulatus fuit, ut nullus locus integritatis intuentibus appareret: qui, ut ipſe poſtea fatebatur, omni curriculo temporis ægrotationis ſuæ, numquam ſuper pedes ſe figere poterat. Poſtquam vero huic Sancto abſens corpore, voto tamen & orationis verbo ſe ſubdidit, eumque petiturum ſpopondit, illico omnes [artus] percuſſi, ſanati ſunt. Quod ut homo meritis B. Gibriani ſibi præſtitum agnovit, nihil cunctatus, aſſumpta ſecum non modica vicinorum ſuorum turba, curatorem ſuum adire ſtuduit: ubi data oblatione, ſicut ejus prædeceſſor fecerat, Monachis & populo modum & tempus ſuæ curationis intimavit.

B

h *Cæca à S. Remigio apparente.*

32 Alter vero, Lambertus nomine, de *h* Jamureyo, habebat filiam quæ Doda vocabatur, quæ puella dextrum oculum turbidum & infirmum habebat, ſiniſtrum vero omnino amiſerat: unde duobus menſibus nimio dolore attrita, ſuper modum cruciabatur. Nocte vero quadam, cum juxta patrem & matrem ſe collocaſſet, & membra ſopori dediſſet, medio ipſius noctis ſilentio quaſi de gravi ſomno excita, talibus patrem ſuum aggreditur verbis. Heu, Heu! pater, quid dormis? quare miſerrimæ filiæ ſubvenire moraris? Numquid vehiculum & itineris neceſſaria paraſti? Cujus voce pater expergefactus, putans eam in ſomniis loquentem, increpavit eam dicens: Benedicat te Dominus, filia mi; quid eſt quod loqueris? muni te ſigno Crucis ſanctæ, ne forte fraudatore illudaris nocturno. Cui illa: Noli talia proferre, pater: ſed ſcias revera mihi S. Remigium apparuiſſe, & ut eccleſiam ſuam adirem præcepiſſe, meque ibi illuminandam per merita B. Gibriani fore. Ille autem admirans, converſus ait uxori ſuæ, Audis, qualia filia noſtra profert? Audio, inquit, & intelligo, & veraciter credo, quoniam ſi eam à primo die, ex quo tibi nuntiatum eſt quod ibi miracula fierent, illuc miſiſſes, procul dubio curata fuiſſet: dum enim advenas & peregrinos, & ut ita dicam filios exterorum, medicantur & ſanant, quanto magis filios ſuos ſubjectoſque eccleſiæ eorum in proſperis eſſe deſiderant? Accelera ergo, & junge currum, filiamque noſtram, ſicut ei divinitus revelatum eſt, perducere ad S. Remigium ſtude. Tunc pater impatiens moræ ocius ſurrexit, & in lacrymas prorumpens exclamavit; Heu, filia mi! quis me decepit? quis te corporeis, me vero ſenſus luminibus excæcavit? quis mihi theſaurum deſiderabilem amiſſum reſtaurabit? Sæpiſſime te ad S. Remigium Beatumque Gibrianum mittere propoſui, & inimici aſtutia ſeductus nunc uſque meis exigentibus culpis diſtu-

C

*ad S. Gibrianum ire juſſa,*

li: ſemper enim nocuit differre paratis. Hæc ſecum: aurora autem in lucem prorumpente, ipſe & uxor ejus Herſindis nomine, cum filia ſua curru impoſita, urbem Remenſem, quæ tribus milliariis à villa ſua diſtabat, requirunt. Ubi dum in eccleſia ſupradicta ſeptem diebus in oratione & vigiliis ante S. Gibrianum, cum ceteris opus ſimile expectantibus, pernoctaſſet; octavo tandem, ſcilicet die Aſcenſionis Domini, quæ trigeſima nona Tranſlationis ejus erat, ſicut ejus præmonitor ei promiſerat, lumen puella corporale recuperavit.

D *illuminatur 24 Maji.*

33 Sequenti autem Dominica, mulier quædam Odila nomine, de Arſeyo i, quæ per integram ſeptimanam in eccleſia vigilaverat, ante Sanctum Dei, aliorum humeris brachiis innexis adducta ſtetit, Reliquiaſque deoſculans & licentia accepta, redire ad propria ſtuduit: hydropico enim morbo perfuſa omnia vitalia ejus intumuerant; & extenſa cute, adinſtar utris ventrem inflatum habebat. Mane adhuc erat quaſi hora prima, & femina diſcedere voluit: ſed ejus labori & dolori Deus, per merita Sancti ſui, finem imponere diſpoſuit: nam eccleſiam egreſſa, & ad hoſpitium ſuum uſque progrediens, in ipſo itinere, in ictu oculi omnis illa inflatio laxatis fibris, ſine aliqua ruptione carnis vel cutis diffiliens, diſparuit; lotiſque aqua manibus & facie, exultans in gaudio, ad medicum ſuum hora tertia recurrit, grates cum oblatione offerens. Quam intuentes qui paulo ante tumidam eam viderant, hæſitantes murmurabant intra ſe dicentes, Putaſne illa ſit quæ mane, ad colla aliorum innixa, adducta eſt? & quomodo tam cito curata eſt. Alii affirmabant, Quia revera hæc ipſa eſt. Quidam vero dicebant, Non, ſed ſimilis ei eſt: & ſchiſma erat inter eos. Mulier autem videns eos incredulos, accerſivit hoſpitem ſuum, nomine Raimundum, & Monachum ſacri pignoris cuſtodem, cujus licentia ante receſſerat; quorum teſtimonio ipſam eamdem fore pro certo probatum eſt. Quod omnis plebs ut agnovit, multiplices laudes Deo reddidit.

i *27 ſanatur hydropica.*

E

## ANNOTATA.

a *Vulgo* Pierrefont, *puella autem, de qua hic ſermo, in Francico nominatur* Hodierna.

b *Vulgo* Buiſſy.

c *In Francico* Suipe *ſcribitur, eſtque oppidum ad fluvii cognominis initium, 7 leucis remotum ab urbe.*

F

d *Ibidem* Mielain-vile; *in margine vero* Moilain: Perona *autem. urbs in Veromanduis ad Somonam, diſtat Remis plus quam 20 leucis.*

e *Vulgo* Vitry. *duabus circiter leucis ab urbe diſtans, ortum verſus: ſunt & duo hujus nominis oppida prope Matronæ & Ornæ confluxus,* Francici & Aduſti *cognomentis diſtincta.*

f *In Francico dicitur* Frembours, *id eſt* Fremburgis. Seſanna *autem, unde hæc nata, Tardenenſis agri oppidum eſt, Senonibus & Remis medium, & pari fere 13 leucarum ſpatio utrimque diſtans.*

g *Vulgo* Roizy, *an diverſum à* Roſcejo, *de quo ad cap. 2 lib. 1? ipſe autem* Drogo, *Francice redditur* Drue.

h *In Francico ſcribitur* Janverí, *in tabulis* Janvry, *tribus ab urbe leucis occaſum verſus.*

i *Vulgo* Arſy, *vel* Arcis, *oppidum trans Albulam flavium, Trecis quam Catalaunis propinquius: propior autem Remis eſt ejuſdem nominis vicus trans Matronam, & Catalaunis ſolum 2 leucis diſtans.*

# LIBER TERTIVS
## Miracula menſibus Junio, Julio, & Auguſto facta.

### CAPUT I.

*Curati à Vigilia uſque ad Octavam Pentecoſtes.*

3 *In vigilia Pentecoſtes, confluentibus multis,*

QUoniam Vigilia *a* ſolennitatis Pentecoſtes, quo ſanctus Spiritus Apoſtolis in linguis igneis apparuerat, eoſque ſua gratia ditaverat, & dona curationum præbuerat, inſtabat; operæ pretium duximus ab ipſa ſancta nocte librum tertium miraculorum B. Gibriani, ejuſdem gratiæ & doni conſortis, ordiri. Ipſo autem ſabbato ſancto conglobatio multitudinis magnæ utriuſque ſexus, ex vicinis urbibus & vicis & caſtellis, non tam pro aëris ſerenitate & pacis tempore, quam excellentia ſolennitatis & miraculorum ſpectaculo, ad monaſterium S. Remigii confluxerat; deſiderio oculis ſuis cernere deſiderantes, quod teſtimonio aliorum, quibus Deus virtutes ſuas monſtraverat, illis innotuerat. Die vero ad veſperum deſcendente, quædam nobilis femina, Engelaidis nomine, de Scambulla villa *b* ante Laudunum orta, cum ſuorum comitatu hymnidicis vocibus & lætitiæ ſtrepitu Deum laudans, ante feretrum S. Gibriani adſtitit, unicum filium ſuum in ulnis portans, cui ipſe Sanctus oculum excæcatum paulo ante reſtituerat: quam Monachi cuſtodes feretri acerſitam, cauſam tam magnæ ejus hilaritatis ſciſcitantur. Ad quos mulier propius accedens ait: O! quam felices vos, miniſtri iſtius amici Regis ſuperni! & quam beati ſervi, crebro adſtantes ſibi! & quam ſanctus populus hujus civitatis, tanti Patroni frequenti benedictione & cuſtodia protectus! Nam cum ego advena & peregrina ſim, abſens quidem corpore, ſed præſens mente, in neceſſitatibus meis ab eo exaudiri merui: quanto magis vos, qui eum ſemper præ oculis habetis, & ut ita dicam manibus tractatis, ejuſq; quotidiano ſolatio potimini? Et ideo merito vos felices inquam. Cujus voce multitudo circumſtans permota, cominuſque appropians, novi aliquid videre deſiderans, quid vellet, quid quæreret, vel quid ei accidiſſet, ejus lætitiæ congaudendo, inquirit. Quibus illa: Si aures præbetis, inquit, meæ ſalutis veſtręque congratulationis hiſtoriam per ordinem retexam. Illi vero, audiendi miraculi avidi, conticuerunt.

B

b *ex agro Laudunenſi adveniens matrona,*

C

2 Tunc illa taliter exorſa eſt: Contigit nuper huic filio meo, neſcio qua infirmitate percuſſo, uno oculo omnino excæcatum fore. Cumque medicos advocaſſem, & medicamina diverſa applicaſſem, nec in aliquo ei ſubvenire valerent; imo, ſi eis liceret, ſanum ei oculum pro certo eruiſſent; clamavi, Me miſeram! quid agerem, quo me verterem ignorans. Adſunt vicini cum cognatis, maritus cum domeſticis, medici cum conſimilibus, jurejurando affirmantes, impoſſibile homini in terra exiſtenti lucernam corpoream excæcato reddere poſſe: ſicque omni ſolatio humano deſtituta, omnem ſpem meam in Deum projiciens, ita orabam: O Deus ſuperne, mundi factor, & ſalutis diſtributor æterne, miſerere ancillæ tuæ, & ne vindictam ſumas de peccatis meis: ſed redde unico filio meo, baculo ſenectutis meæ, lumen quod abſtuliſti; ceſſetque ficta jactantia humani ingenii, victa antidoto cæleſtis imperii. Hæc ad Deum oravi. Dein ad S. Remigium converſa, quaſi eum aliquando oculis vidiſſem, ita eum alloquor dicens: S. Remigi. Confeſſor inclite, gentis Francorum exaudibilis Patrone, ſi vera ſunt quæ de tuis narrantur geſtis, tuum in hac neceſſitate probem adjumentum. Certe oculis meis ſanctiſſimam domum tuam numquam vidi, numquam intravi: idcirco me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla & cinere: verumtamen ſine dubio credo tuis meritis mihi poſſe ſubveniri. Numquid tu non ipſe es, per quem gens Francorum cum Rege nobili primum ad baptiſma convolavit? Evigila ergo, & tenebras mei doloris, multorum miraculorum operator ſancte, remedio tuæ clarifica pietatis; & pro hac infelice, ante pedes æterni Regis, preces proſterne.

*Remenſes felices prædicat,*

*filiumque ſuum coeli-tem,*

*poſt fuſas ad Deum, S. Remigiũ,*

A. TESTE OCULATO EX MSS.

3 Talibus & his ſimilibus verbis S. Remigio interpellato, ad ultimum iſtum S. Gibrianum, Dominum & Patronum meum, lacrymoſis aggredior ſuſpiriis.

O Dilecte Deo, virtutum lumine clare,
Aulæ cæleſtis Princeps, & proxime Chriſto
Sancte! tuis donis jam Francia perfluit omnis.
Nam quicumque tuam devotus adit pietatem,
Voto perfretus redit ad ſua limina lætus:
Unde tuæ famulæ, Paſtor clemens, miſerere:
Qui pietate tua claudos, cæcos, furibundos,
Greſſibus ornas, lumine ditas, mente reformas,
Obſecro, redde meo lumen, Pater inclite, nato,
Ut pariter veſtram læti pergamus ad aulam.

*& S. Gibrianum preces,*

E

Cumque orationem compleſſem, verti me ad filium meum: & ecce ſquammæ ceciderunt ab oculis ejus, viſumque in momento recepit. Quod cum pro certo didiciſſem, maritum meum, Ivonem *c* nomine, acerſivi, puerumque noſtrum illuminatum fore ei indicavi. Qui gaudio lacrymas admiſcens, omnipotentem Deum adoravit, & Sanctorum clementiam, per quos puer curatus eſt, cum magno affectu exaltavit. Tunc ambo, nihil cunctantes, huuc puerum attulimus, ut eum & nos Deo & S. Gibriano in ſervos demus. Ecce cauſa adventus noſtri & hilaritatis noſtræ. Tunc omnes una voce glorificabant Deum, dicentes: Gloria tibi, Deus, qui ubique famulis tuis & ſemper præſto es, & dignitatem gratiæ Sanctis tuis largiris, ut in nomine tuo omnium morborum genera curent.

c *illuminatũ profitetur & exhibet.*

*Ipſa die Pentecoſtes, alia mulier Catalaunenſis,*

4 Mane autem facto, die videlicet ſancto Pentecoſtes, altera mulier de Catalanenſi civitate coram Sancto apparuit, ante ſe puerum Albricum nomine tenens, multo tempore contractum & gibboſum, ſed jam divina gratia medicatum. Non illa quidem mater ejus fuit; ſed, ambobus parentibus defunctis, illa carne ei tam propinqua extitit, ut ad nutriendum eum in ſuum acciperet. Quæ ſtetit, & ait: Heu! heu! ſanctiſſime Confeſſor Chriſti, quis te has tranſvexit ad oras? quis nos tanto defraudavit Patrono? Certe Franciam te intrante ad noſtram civitatem primum deveniſti, & ad Coſſam-villam *d*, in eccleſiæ territorio ſitam, eremiticam vitam ducens, longo tempore Sacerdotio functus es, ſicque in ſenectute bona defunctus. Non ſunt novæ virtutes tuæ, nec miracula tua recentia; oculis noſtris non vidimus, ſed patres noſtri annuntiaverunt nobis, ad tumbam tuam luminaria magna ſedulo lucere ſe vidiſſe. Tunc civitas noſtra plena populo & opulenta erat, vineæ uberes, agri fertiles, tranquillitas pacis: poſtquam vero tanto deſolati ſumus Patrono, affligimur, aporiamur, periplema omnium facti ſumus. Quid ergo in nobis diſplicuit Paternitati tuæ? numquid degeneres nos probaſti? Vere degeneres & peccatores, cum locum tibi à Deo deſtinatum, & ut ita dicam, electionis tuæ, in quo vivus habitares defunctuſque jaceres, deſpexeris; & ad extraneos populos, ad ruborem omnium noſtrum, illorum autem ſalutem, te transferri permiſeris. Tunc ſancti altaris cuſtodibus ait: Propius huc accedite, & quid veſter Sanctus, imo

F

d

*dolens patriam ſuam ejus [illegible] privari.*

A. TESTE OCULATO EX MSS. *puerũ exhibet à gibbo & contractione liberatum.*

imo noſter, de hoc puerulo operatus ſit, audite. Puer iſte, quem hic videtis, utroque parente orbatus, infirmitate percuſſus, contractus & gibboſus factus eſt: nudius vero tertius, poſtquam hæ virtutes nobis annuntiatæ, huc eum adduxi; & novem diebus totidemque noctibus in hac eccleſia, cum eo & pro eo orans Deum, manſi; ſed eo tempore occulta Dei diſpoſitione exaudiri non merui, unde triſtis effecta & confuſa diſceſſi. Ut autem domum meam intravi, puer voce magna clamavit; Domina, Domina, adjuva me: gravi enim dolore per omnia membra afficior. Cumque appropiaſſem, & oſſium ſtridorem nervorumque extenſionem audiſſem, divinam eum gratiam conſecutum ſenſi. Fit mox concurſus populi, & illo in medio jacente omnis domus multitudine repletur. Tunc omnes una voce clamabamus dicentes, [Kyrie eleiſon]. Nec mora, puer erigitur, gibbus diſſipatur, & ad normam priſtinæ ſtaturæ totum ſchema corporis revertitur: nunc vero ſanum, ut vos videtis, reduxi; ut una mecum Deum & Sanctum ejus hymnis glorificetis.

e

B *Converſus quidam abſolvitur à dæmonio,*

5 Dein quidam Converſus, nomine Adam, de villa *e* quæ Vidua dicitur, ante feretrum, corrigiam in collo portans, venit. Ipſius enim ſanctæ noctis medio, dum in quodam horreo cum conſodalibus ſuis dormiret, ſubito dæmonio arreptus eſt. Cujus voce & inſania illi qui ſecum erant exterriti proſiliunt, accenſiſque luminaribus, ita ut diximus, plenum dæmonio reperiunt. Mane autem facto, ligatis manibus & pedibus, & corrigia circa collum appoſita, vehiculo eum impoſuerunt. Et circa horam tertiam, dum adhuc non longe eſſent, viſaque eccleſia invocato primum Deo, nec non & S. Remigio atque Gibriano, in momento ſpiritus nequam Spiritus ſancti virtute expulſus eſt. Tunc in hanc vocem erupit dicens: Solvite vincula hæc, quia ex quo eccleſiam Sanctorum vidi, ſenſus meus mihi redditus eſt, omniſque falſitas inimici diſparuit. Solutus autem & depoſitus, ait: Corrigiam circa collum meum dimittite, quia per hanc S. Gibriano me in ſervum dabo. Deinde genibus & brachiis in terrã fixis, quomodocumq; poterat reptando ad eccleſiam venit. Quem populus, circa feretrum orans, venientem & corrigiam in collo habentem videns, delirum & amentem putans, fuga lapſus eſt. Ille vero, quaſi agnus manſuetiſſimus, ad Sanctum acceſſit: & oratione facta, eventus ſuos omnibus indicavit.

*in conſpectu eccleſiæ:*

C

f *curatur claudus:*

6 Poſt hunc quidam juvenis Dohez, nomine, de Chauvenione *f*, tali modo curatus eſt. Ipſa die (quoniam excellentia feſti exigebat, & devotio expectantis populi exorabat) ipſius Sancti caput, nudum ad deoſculandum, cunctis oſtenſum eſt. Inter ceteros vero juvenis ſupradictus, à renibus deorſum inflatus, ambobus claudicans pedibus, ceteriſq; membris omnino impotens, innixus baculo tremens adfuit. Qui cũ ad caput S. Gibriani, ab aliis adjutus veniſſet & deoſculatus fuiſſet; inflatio illa omnis illico evanuit, & ſub oculis omniũ qui aderant incolumis apparuit.

g *ibidem ſe ſiſtit juvenis,*

7 Item alter quidam, Alardus nomine, de Caſtello-Gemblois *g* oriundus, ipſa die ad Sanctũ Dei venit; & oratione facta ſtans ante feretrum, præ gaudio lacrymans ait: Dilectioni omnium veſtrûm notum facio, quoniam iſte dilectus Dei in me ſervum ſuum mirabilia operatus ſit. Nam ante tres menſes magna infirmitate circumventus, oculorũ meorum lumine privatus ſum: cumq; multis diebus cæcus manerem, nec aliqua arte medicorum mederi poſſem, nocte & die irremediabiliter luxi. Dictũ eſt ergo mihi à quibuſdam, qui jam famã iſtius Sancti audierant: Certe, ſi ducatum haberes, & ad S. Remigium Remos pervenire valeres; utiq; à quodam Sancto qui Gibrianus dicitur, in eccleſia ejuſdem S. Remigii quieſcente & virtutũ miracula operante, viſum reciperes. Quibus auditis talibus ſæpe memorandum exoravi precibus Sanctum: Serve Dei ſummi, B. Gibriane, ſiduſq; aureum meritis tuis omnem illuminans mundũ, famulo tuo oculorum lumen amiſſum reſtaura: ægritudine enim membrorum impeditus, tuam præſentiam adire nequeo. Sed quia ſcio & veraciter credo, quoniam tua clementia, per quam Deus largitur id quod vult, ubiq; te invocantibus præſto ſit; precor, ut impoſſibilitatis meæ neceſſitatẽ oculis miſericordiæ intuearis. Ire non valeo, ducatũ non invenio, vehiculũ vel viaticũ non habeo, ideoq; ut mihi ſubvenias imploro. Quod ſi ſanitatem mihi præſtiteris, oculoſque meos illuminaveris; jurejurando tibi polliceor, ad domum tuam me venturum, & in ſervũ Tibi Sancto; Remigio me daturum. Cumq; orationẽ compleſſem, ſubito cæleſtis medicus adfuit; &, ut vos cernitis, ſoſpitatem membrorum & lumen pariter cẽlorum mihi reſtituit. Ergo pro tantis beneficiis Deum & exaudibilem ejus Sanctum Gibrianum, per quem tanta longe lateq; declarat miracula, mecum collaudate.

D *invocato Sancto illuminatum ſe profitens.*

8 Feria ſecunda puer quidam, Stephanus nomine, de Wardis *b*, cum matre ad Sanctũ Dei, pro infirmitate ſua deprecaturus, venit: uno enim multo tempore orbatus erat oculo, per multorumq; loca Sanctorum circumductus curari minime emeruit. Oratione autem facta, mater, arrepta manu pueri, ait: Fili, accedamus & Sancto Dei oblationes noſtras offeramus; ſi forte itineris noſtri laborem intueatur, & doloris tui compatiatur. His dictis iterum iterumque genua reflectunt, munuſq; ſuper altare cum oblationibus extendunt. Cumque puer Brachium quod ſuperjacebat deoſcularetur, lumine cæleſti circumventus, in momento lumine corporali adornatur. Quod cum matri indicaſſet, & mater Monachis, æterni Regis clementiam Sanctique Gibriani laudaverunt pietatem.

h

E *4 Iunii illuminatur puer cocles.*

i *Puella, gibboſa & incurva,*

9 Eadem die ad veſperum, quædam puella de Menria *i*, Hotlandis nomine, permaximâ ſarcinâ gibbi onerata & inceſſu curva, à quadam ſorore ſua illuc adducta venit. Erat autem in ipſa eccleſia multitudo populi, ante Reliquias Sanctorum vigilans; qui ob reverentiam anctorum corporum, quæ ea die, ut moris eſt unoquoq; anno, ex vicinis eccleſiis ad civitatem allata fuerant, confluxerat. Puella vero poſt orationem ad hoſpitiũ cauſa cœnandi cum ſorore ſua ſeceſſit. Cumq; ad menſam ſediſſent, puella cæleſti tacta antidoto, voce magna clamavit, dicens: Caput meum doleo. Caput meum doleo. Quã germana ſua conſolans, ait: Ex labore itineris & calore ſolis confracta es: ſed comede & tota hac nocte dormi; quia omni ſequenti hebdomade ante S. Gibrianum vigilare nos oportet. Cui illa reſpondit: Vivit Dominus, in quem credo & ſpero, quia non comedam vel dormiam, donec quid Dominus mihi facturus ſit ſciam: & ſurgens ad eccleſiam ſine mora reverſa eſt. Poſt unius vero horæ ſpatium, dum ante feretrum Sancti cum ceteris reſideret, pedibus & manibus extentis humi conſternata eſt, magnos frequenter emittens gemitus & ſuſpiria. Cumque tota nocte nec non & die uſq; ad veſperum ita jacuiſſet, eamdem ſororem ſuam vocavit, dicens: Soror mi, cuſtodem ſacri pignoris accerſe, & quanta mihi fecit Dominus oſtendam. Quo vocato, ait puella: Domine, accede huc: & quid agere debeo famulæ tuæ indicare ne pigriteris. Scias pro certo, quia omnia membra mea erecta & elongata ſunt: ſed & gibbus, qui ea contraxerat, divina gratia & meritis Patroni mei B. Gibriani pene totus diſſipatus eſt; jamque de omni infirmitate convalui. Cui ille, In nomine, inquit, Creatoris & Salvatoris noſtri, ſi ita eſt ut aſſeris, ſurge & curatori tuo gratias age. Tunc illa ſurrexit, longiorque in ſtatura quam antea fuerat menſurâ dimidii pedis miran-

F *curatur 5 Iunii.*

A mirantibus omnibus qui eam noverant, apparuit. Accensa autem candela ad altare accessit, seseque sub capitalitio S. Gibriano in ancillam dedit: sicque sana effecta, nono die domum læta reversa est.

## ANNOTATA.

a *Cadebat Vigilia Pentecostes anno* 1145 *in* 2 *Iunii.*

b *Francice* Scambouville devant Laon; *distat vero* Laudunum *Remis leucis circiter* 9. *In Latino textu ad marginem additur*, forte de Sainnella.

c *In Francico dicitur appellatus* Joannes.

d *Ibidem* Coxevile. *In vita dicitur* Colsa, super rivulum ejusdem nominis sita.

e *Vulgo* la Vefue.

f *In Francico* Chevannes.

g *Ibidem*, de uno castello quod dicitur Chastelgemblois.

h *Ibidem & in margine* de Warc.

i *Francice* Menré.

## CAPUT II.

*Captivus liberatus, ægri curati usque ad* XXIII *Iunii.*

B

10 a b *10 die, septennio cæcum visum recipit.*

SEquenti Dominica puer quidam, Rodulfus nomine, filius *a* Lidewidis de *b* Waisnoo-castello (qui jam ibidem plurimis diebus moratus fuerat, tædioque affectus tristis recesserat) hilaris & tripudians cum eadem matre sua reversus est. Uno ejus oculo septem annis orbatus fuerat, pro cujus recuperatione, ut præmisimus, ante Sanctum Dei diu vigilaverat; sed minime exauditus, recesserat: eundo tamen illuminatus est: qui concito cursu regressus, causam gaudii omnibus nobis innotuit.

c *Remensis civis, Catalaunis captivus,*

11 Proxima nocte, quidam *c* Malgerus nomine, de Remensi civitate, qui Catalanis captivus tenebatur, obtentu S. Gibriani hoc modo liberatus est. Casus accidit ut idem Malgerus, civitatem egressus, armatæ multitudini militum obviaret; quem invadentes ceperunt, & ligatis post tergum manibus deduxerunt. Horum ductor & dominus erat Hugo Vicedominus Catalanensis, vir per omnia flagitiosus

C & inhumanus, ecclesiarum vastator, immitis & immisericors: ad quem quidam servus, qui captivum noverat, ait: Notum facio Dignitati tuæ, quod hic homo duræ cervicis est, sed & locuples nimis: quem si caute tenueris & tormentis exhibueris, sexaginta libras ab eo extorquere poteris. Quod Vicedominus audiens, arctiori jussit eum custodiæ mancipari: ille vero indefessis precibus sanctum interpellabat Gibrianum. Cui Vicedominus subridens ait: Multum in Gibriano tuo confidis: sed licet multa operetur, tamen de manu mea te eripere non poterit. Tunc Catalanos eum duci præcepit, & catenis ferreis oneratum incarcerari & diligenter custodiri.

*& intra arcam lapidibus onustam clausus,*

12 Quo perveniens, prima nocte ministri eum scrinio, acutis lapidibus consternato, nudum & funibus extensum includunt. Postero die assumptus, fortissimis compedibus arctatus, in scrinio arctiori reconditur; annuloque ferreo collo ejus impositio, cum catenâ, per medium lateris arcæ & parietis lapidei qui proximus erat pertusum *d*, extensâ clavoque confixâ, multis injuriis afficitur. Ejectus tamen

d de prima custodia, duos lapides caute secum attulerat, quibus capita clavorum compedis limando attenuavit, & dissipando ipsos clavos extraxit. Venientes autem ad eum carnifices dixerunt: Ultra modum miramur, quod, cum homo sis comedens & bibens,



ad necessaria naturæ non exeas; cum jam dies tertia sit quod de custodia ejectus non sis, nec nobiscum de liberatione locutus. Cur mœrore consumeris? Nonne tibi melius est, quatenus omnia tua distribuas, quam corporis tui detrimentum patiaris? Scias pro certo, quod aut quadraginta libras solves, aut pessimo interibis supplicio. Ille, timens ne factum ejus manifestaretur, respondit dicens: Ne miremini, Domini, si ad naturæ necessaria non exeo, quia omnia quæ mihi ad comedendum intulistis, penes me incontaminata sunt: pastus enim amore Domini mei & Confessoris Christi B. Gibriani, quem diligo, per quem antequam comedo spero me liberari, omne alimentum carnale oblivioni tradidi. Tunc ministri diaboli, furore repleti, arcam claudunt, & maximo molarumque lignorumque pondere onerant, dentibus in eum frendentes & dicentes: Nunc videbimus quid tuus tibi facturus sit Gibrianus. His dictis recesserunt, foribusque signatis & cœna facta, membra sopori dederunt.

A. TESTE OCULATO EX MSS.

*attritis industrie compedis fua claus.*

*ex arca egreditur;*

13 Ille vero ut neminem adesse persensit, omnesque somno interceptos putavit; erigens se, pedes à compedibus extraxit, humeroque oppositio cooperculum arcæ levare conatus est, sed minime valuit. Tunc iterum atque iterum, cum invocatione nominis sancti Confessoris Christi, humerum suppo- E suit: sicque demum levatum est; & compedes coacervatos, pro sustentaculo, ne clauderetur, interposuit: deinde reptando prout poterat egressus, ante scrinium catenatus stetit. Arrepta ergo ambabus manibus catena, eam circumquaque gyrando, aliquo modo confringere nisus est: sed grave pondus ferri, magna ignis examinatione conflatum, malleorumque contusione extensum & coagitatum, nisi utensili ejusdem materiæ dissipari non potuit. Ait itaque intra se: Angustiæ mihi sunt undique, & quid agam ignoro: intus regredi non valeo, evadere omnino nequeo: si autem hoc egero, id est si rejecto pondere lapidum in arcam reversus deprehensus fuero, mors mihi est: si autem non egero, sed sic foris permaneo, manus eorum non effugiam. Quid ergo agam? quod erit refugium meum? quæ redemptio mea? Heu! heu! quis me decepit ut hoc agerem, cum liber pro pretio transitorio discedere possem? Nunc vero si hic inventus fuero, flagris dirisque tormentis consumar; & ad ultimum, si supervixero, pondus suprataxatum talentorum solvam. Sancte Dei Gibriane, in hac necessitate famulo tuo succurre. Ecce jam noctis tenuatur umbra, diesque appropiat: & nunc moriar, nisi mihi, sancte Patrone, subvenias. Desperatorum consolator piissime, infirmorum sublevator mitissime, consolare & subleva hanc meæ inopiæ anxietatem.

*deq; catena fua frangenda solicitus,*

F

*acceptis ad hoc à Sancto forcipibus*

14 Hæc dixit, manusque in cælum tetendit, omniaq; cælestium virtutum agmina pro ereptione sua interpellavit. Nec mora: omnipotens Dominus, ejus suspiriis motus, salvatorem & liberatorem, ipsum scilicet quem invocaverat, Sanctum Dei misit Gibrianum: nam cum forcipibus ferreis ei adfuit, easque manui dexteræ ejus imposuit & abiit: quas ille fortiter constringens, ignorans quid esset, diligentius palpavit; & ut erant, forcipes esse veraciter persensit. Quanto tunc gestiverit gaudio, cujus hominis explicare poterit sermo? Arripiens igitur catenam, forcipes in eam intorsit; duritiamque ferri, quasi in plumbi naturam conversam, in momento dissipavit: deinde forcipes retinere cupiens, de manibus ejus elapsæ non comparuerunt. Liber autem factus, iter per quod exiret minime reperit. Sursum vero aspiciens, in fastigio domus pertusum intuitus est: sed scalam, per quam ad illud ascenderet, non habuit. Tandem super scrinium, in quo jacuerat,

A. TESTE OCULATO EX MSS.

scandit: inde per ligna, quæ superjacuerant, ad trabes venit: de trabibus vero ad pertusum attingens, celeriter egressus, de pariete autem, altitudinem viginti pedum habente, prosiliens, nihil mali passus est: viribusque receptis, cum jam illucescet, concito cursu iter arripiens, hora prima, catenam semper in collo portans, Remos pervenit: cumque ecclesiam S. Remigii intrasset, voce magna meritis B. Gibriani mirifice se liberatum protestatus est.

*erumpit per tectum domus.*

15 Alter quidam *e*, Dictis nomine, de Monte S. Mariæ, contractus & ficus in poplite habens, plurimis diebus in ipsa ecclesia, languens usque ad mortem, jacuerat: ipsa vero eadem die qua supradictus liberatus est, hora nona, à quodam sibi noto, causa infirmitatis abluendæ, quæ præ fœtore sanici scaturientis neminem sibi adstare permisit, à monasterio humeris portatus (non enim aliter movere se poterat) continuo elemento visibili deforis lotus & mundatus, gratia Dei invisibili interius visitari, & exterius curari & erigi meruit. Dum enim portitor suus reducere eum vellet, angustia nervorum extendentium constrictus, ait: Sine me, quia Deo propitio, absque tuo vel alterius adjutorio, ecclesiam intrabo, Tunc humi stratus, membra debilia & contracta extendit; ita ut, scissa carne poplitis, nervi & venæ apparerent: unde nimius sanguinis rivulus decurrens, nisi citius à circumstantibus constrictus ligamentis quibusdam fuisset, vitalem spiritum procul dubio ab eo expulisset. Nec mora: surrexit, omnisque infirmitatis immemor, ad ecclesiam cucurrit: & cum multa utriusque sexus turba, una secum Deum glorificante, ad feretrum S. Gibriani, gratias ei redditurus, venit.

e *Sanatur contractus sanie diffluens.*

B

16 Sabbato autem quidam puer, Martinus nomine, filius cujusdam Joannæ de Contoo *f*, ab ipsa matre sua adductus, multum languidus ecclesiam intravit: ab humero enim dextero deorsum debilis & impotens multis annis fuit. Cumque ambo orationem facerent, puer baculum matris suæ manu contracta, jamque divina virtute curata, accipiens, de terra levavit. Quod videns mater, ait. In nomine Domini, quid agis, fili? Nonne te contractum adduxi, & nunc sanum cerno? Ad quam ille, Surge, mater, quia altare adire volo, ut oblationem S. Gibriano offeram; quia ejus obtentu me sanum effectum per omnia sentio. Tunc ambo procedentes munera sua obtulerunt, seseque Sancto sub capitalitio duorum denariorum subdiderunt. Mater vero, cujus viscera & animam sanitas filii exhilaraverat, curationem pueri Monachis & populo indicavit, & ut Deo inde gratias redderent exoravit.

16 Junii, f

*curatur dextero latere debilis:*

C

17 Altera die (quæ Dominica habebatur) quæ decima quinta post Pentecosten erat, duæ sorores curatæ sunt. Nomen uni Doda, & nomen alteri Getlandis, de Phalemagna *g* villa ante Dinantum oriundæ. Prior, natu major, medietatem corporis à nativitate emortuam habebat: secunda vero, uno anno inflata & contracta per omnia membra extiterat. Cumque tribus diebus totidemque noctibus ante S. Gibrianum, orationi operam dantes, perseverassent; ipsa die tertia, hora nona, ambæ curatæ sunt. Pater autem earum cum matre, qui eas adduxerant, præ nimia paupertate ad altare accedere pertimescentes (non enim habebant quod offerre Deo & Sancto poterant) ad propria absque licentia redire disposuerunt. Quibus abeuntibus, quidam qui in ecclesia paulo ante puellas impotentes dimiserant, modo vero tam inopinata festinatione erectas viderunt, casu illis obviaverunt; quibus & dixerunt: Quid est quod tanto exultatis gaudio? Quid vobis accidit? declarate nobis: opera enim Dei enarrare officium est. Illi vero responderunt: Has duas puellas, filias nostras, diu contractas, S. Gibriano de longinqua regione adduximus, & ut eas solita vel clementia expiaret vel curaret, duobus diebus cum noctibus ante eum vigilantes, oravimus: hodie autem die tertia, hora nona, misericordes oculos suos ad nos reflexit; &, uti cernitis, has puellas erexit: sed & hoc custodibus sacri scrinii celavimus. Ad quos illi: Profecto male egistis, Deumque & Sanctos ejus offendistis, quod absque licentia elapsi estis: cum mundationem & curationem earum Sacerdotibus ostendere, & oblationes pro eis ad altare offerre debuisletis. Illi iterum responderunt, dicentes: Pauperes sumus, aurum vero & argentum nobiscum non est, & ideo ad feretrum accedere vel alicui hoc indicare timuimus. Quibu dixerunt: Revertimini nobiscum velociter, & pro pretio laudes & grates Deo reddite; & dona ejus, gratis vobis collata, omnibus manifestare ne pigritemini, ut sciant cuncti quia non est personarum acceptor Dominus; sed omnis qui timet eum & facit justitiam, acceptus est illi. Tunc cum omni festinatione regressi, ut docti fuerant omnia perfecerunt.

D

E

18 Feria secunda quidam homo, Joannes de Barbona, occumbente sole illuc pervenit: septem enim [annis] brachium perdiderat, nec aliqua unquam potuit curari medicina. Quem quidam medicus languentem cernens, ait: si septuaginta solidos mihi donaveris, pristinæ sanitati membra tua restituam. Cui ille; Egenus sum & pauper, inquit; nec tanta habere, etiamsi omnia quæ mihi contingunt distribuerem, valerem: sed viginti solidos solvam, si mei curam habere volueris. Medicus autem protestatus est, se numquam manum impositurum, nisi memoratum pretium ex integro ei pro mercede tribueret. Homo vero in lacrymas prorumpens, ait: Revera nec tibi nec medico alicui in carne degenti aliquid pro hac curatione mea promissurus vel daturus sum; sed medico cælesti, qui solo verbo restaurat universa, me committo; Sanctumque Gibrianum, ejus ministrum ejusque medicamina fidelibus quibusque ministrantem, devote requiram, qui nihil pretii sed innocentiæ puritatem requirit. Hæc dixit, iterque Remos ducens arripuit. Cumque ad vesperum, ut præmisimus, intrasset ecclesiam; & ante feretrum Sancti, caput & brachium sub altari habens, prolixe oraret; continuo membrum emortuum divinitus vivificatur & erigitur: ingentique voce clamare cœpit: Deus, Deus meus, quis brachium meum tam dure constrinxit? Sancte Dei Gibriane, sancte Dei Gibriane, nunc servo tuo succurre. Vix verbum compleverat, brachiumque ejus contractum restituitur, & gutta fistula quæ ei manum abstulerat exiccatur. Surgens autem à terra, Deo gratias & Sancto ejus laudes cernentibus omnibus sanus reddidit, & semetipsum sub capitalitio in servum pro pretio dedit.

18, *Brachium emortuum,*

F

*ac manus fistulosa.*

19 Alter quidam, Warinus nomine, de Maceriis *h*, paralysi percussus, cum multitudine suorum ante ostium monasterii omni tremens corpore apparuit: qui stare super pedes vel ire parumper [sine baculo] non potuit. Ait ergo cuidam fratri suo: Accersi ad me unum de Monachis, ecclesiam enim hanc indignus non intrabo, nisi prius tonsus & confessus de peccatis meis fuero: multa enim sunt, quibus præpeditus hac magna crucior infirmitate. Cujus voluntati frater ejus satisfaciens, Monachum adduxit: illoque confesso pœnitentiam ei congruam indixit, & sumpta manu ejus dextra in monasterium eum introduxit.

h

*& paralysi tactus.*

A xit. Qui tota nocte orationi incumbens, mane facto baculo innixus, orationem facturus ad altare ire cœpit: ſed eundo ſanus effectus eſt.

1 21 *Iunii, cæcus ſe illuminatum teſtatur,*

20 Feria quinta alter quidam Warinus de *i* Compendio ad Sanctum Dei venit, dicens: Gratias ago tibi, Deus, Patronoque meo S. Gibriano, quia cum cæcus eſſem, modo video. Ad quem [populus] circumſtans ait: Dic nobis, frater, qualiter tibi hoc contigit, vel quot fuerunt dies obtenebrationis tuæ? Quibus ille reſpondit: Tribus annis oculorum meorum lumine orbatus ſum; ſed & in infirmitate ceterorum membrorum meorum conſtrictus, in dolore per tantorum temporum curricula vixi: ſed nudius tertius, dum iſtius Sancti opera in noſtris annuntiata ſunt regionibus, cum vicinis meis, huc cauſa devotionis & orationis & remedii pergentibus, veni; & aliquantis noctibus pernoctavi. Illi vero oratione peracta volentes redire, dixerunt: Revertere, frater, nobiſcum: non enim amplius hic morari poſſumus: ſi enim Sanctus tui miſereri voluiſſet, à primo die ingreſſionis tuæ proculdubio curatus fuiſſes. Quibus ego reſpondi: Vobiſcum quidem ibo, ſed veraciter corde credo, quod adhuc feretrum iſtud oculis meis videbo. Demum ſurgens cum illis perrexi, meque meo Patrono commendavi: nocte vero ſequenti, cum membra ſopori dediſſem, & appropinquante die à ſomno excitus fuiſſem; aperiens oſtium, per quoddam pertuſum intuitus ſum claritatem cæli & ſtellas; ſocioſque meos vocavi, dicens: Surgite, fratres, Dominus enim nobiſcum eſt. Illi vero perterriti dixerunt, Quid vis? vel quid tibi contigit. Quibus ego, Vere felix & beatus eſt, qui ſpem ſuam ponit in Domino. Surgite ergo, ſurgite & videte quæ fecit mihi Dominus. Qui ſurgentes, illuminatum me invenerunt: manibuſque in cælum tenſis, Dei magnalia laudaverunt: mane autem facto, ſi cum eis irem, quæſierunt. Reſpondi vero, me non comeſturum nec bibiturum, donec curatoris mei feretrum oculis mihi reſtitutis cernerem, eique grates pro collato beneficio referrem: & ecce, ut promiſeram, veni, & video, gratiaſque Deo & S. Gibriano nec non glorioſo reddo Remigio. Quod ut omnis plebs audivit, dedit laudem Deo.

*poſtquam ab eccleſia fuiſſet coactus diſcedere.*

B

21 Sabbato vero mulier quædam, Beatrix nomine, quæ contracta tribus annis languerat, & jam tribus noctibus cum quodam puero ſuo vigilaverat, clamare cœpit, dicens: Eja, magne virtutum operator B. Gibriane, quod cœpiſti in me famula tua perfice: de longinqua enim terra huc veniens, olim te adire deſideraveram. Tu vero labori meo finem imponens, cordis mei faciem exterge, manumque tuæ pietatis extende, & ſine ſuſtentaculo ad feretrum tuum accedere mihi concede. His dictis ſurrexit, & ut deprecata fuerat incolumis ad pignus venerabile abjecto baculo properavit. Cum ea, etiam è latere venit quidam puer, nomine Alexander de *k* Virtutibus, qui uno oculo plurimis orbatus extiterat annis, paulo ante vero curatus, ait: Deus, qui omnia obtenebrata illuminas confractaque reſtauras, gratias ago tibi Sanctoque tuo & Patrono meo Gibriano, quod dum adhuc mane cæcus eſſem, modo video. Quantocius enim hanc eccleſiam intravi, me divina gratia tua præventum perſenſi: ideo ejus me ſubjicio ſervituti, ut advocatum eum habeam hic & in vita perenni.

23, *curatur, triennio contracta,*

C

*& puer coles.*

k

## ANNOTATA.

a *Verſio Francica eam* Helvis *appellat.*
b *Eadem ſcribit,* de Waſigny.
c *Francice* Maugis.
d Pertuſus & Pertuſum (*nam utroque genere uſur patum hic lego*) *vulgo* Pertuis, *oſtiolum ſeu foramen ſignificat, à* pertundendo.
e *In Francico* Diés: *& locus, unde natus,* Monsnoſtræ-Dominæ.
f *Ibidem* Conrot, *& forte melius.*
g *Ibidem* Pha le grand: *eſt autem* Dinantum *ſeu* Dionantum *oppidum ad Moſam, in finibus Comitatus Namurcenſis, leucis minimum* 20 *diſtans Remis.*
h Maceriæ, *vulgo* Mazieres, *ſupra Moſam, appendix quædam Ducatus Lotharingiæ.*
i Compendium, *Francis* Compeigne.
k *Ita etiam Francice vertitur* de Vertús, *quod eſt nomen vici.*

A. TESTE OCULATO EX MSS.

## CAPUT III.

### *Miracula in fine Iunii & initio Iulii facta.*

a b 25 *Iunii, captivus, Sanctum invocans,*

FEria ſecunda, quæ *a* vigeſima ſecunda dies poſt ſanctam Pentecoſten erat, quidam Lambertus de *b* Romangia, de captivitate meritis hujus Sancti ejectus eſt. Qui quadam die Verdunum petens, quibuſdam obviavit militibus, qui manibus in eum injectis vinctum apud *c* Viennam, caſtellum ſuper Blonam fluvium, in *d* Dulminiaco ſitum, direxerunt: ubi in domo ſubterranea induxerunt, compedibuſque impeditum dimiſerunt: ille vero qui eum ceperat, Thomas filius Walteri nuncupatur. Cumque ſex diebus ſic teneretur, multiſque afficeretur injuriis; ſeptimo demum die, invocato S. Gibriano, compedes de pedibus ejus ceciderunt; quas manu accipiens ſurrexit; ſed quid ageret, vel qualiter exire poſſet, ignoravit. Per gradus enim adſcendebatur & deſcendebatur de loco, ubi incluſus erat; nec egredi niſi per mediam domum, in qua carnifices erant qui eum cuſtodiebant, poterat: mulier etiam, ad cuſtodiendam viam introitus, poſita erat, ut ſi quando eum ſe movere vel modicum quid muſſitare audiret, crebro cuſtodibus nuntiaret. Ille autem confiſus in eo qui eum compedibus abſolverat, ait intra ſe: Si ferrum iſtud, mutum, irrationabile, & inſenſibile, nutui divino, obtentu Domni mei & Patroni B. Gibriani, obediens fuit meque liberum dimiſit; quanto magis homines rationales, quibus præceptum eſt obauditu auris obedire Domino, poſtquam me cœlitus liberatum clamabo, ſalvum me permittent? Putaſne, qui me ſolvit, de manibus eorum eripere non poſſit? Ignoro ergo quid eventurum ſit: ſed in nomine Domini, S. Gibriano mediante, per medium eorum tranſibo. Hæc ſecum.

c d

E

*ſolutis ultro compedibus.*

F

23 Erant autem ſervientes in media domo tres, cum aliis quibuſdam ſedentes, & neſcio quid ſecum confabulantes. Tunc ille corroborato corde, compedes in manibus geſtans, gradus aſcendit; viſiſque eum magna fiducia clamare cœpit: Deus mihi adjutor eſt, non timebo quid faciat mihi homo. S. Gibriane, captivorum liberator magnifice, de manibus iſtorum me eripe, & opera tua incredulis manifeſta. Quo audito, cuſtodes velociter ſurgunt, jam jamque fugientem inſequuntur: brachia quidem vel manus ſuper eum extenderunt, & per capillos tenere putaverunt; ſed nemo vel fimbriam veſtimenti ejus tenere potuit. At ille tranſiens per medium illorum ibat: & cum eccleſiam quæ proxima domui erat intrare vellet, ad introitum, qui in loco obſcuro inter duos parietes erat, timore inſequentium percuſſus, minime pervenire potuit. Fugam itaque arripuit; & per ſemitam, quæ ad Burgum ducit, illis & aliis plurimis inſectantibus, currere cœpit. In monaſterio vero erat quædam mulier, nomine Pontia, quæ ſedulo pſalmis & orationibus

*per medios cuſtodes,*

*fruſtra eum tenere conatos,*

A. TESTE OCULATO EX MSS.

vacabat: quæ cum tumultum Sanctumque Gibrianum tam pie invocari audiret, ad oſtium cucurrit; fugientemque ac vociferantem revocavit, dicens: Revertere, revertere: ecce eccleſia & oſtium hic: potens eſt enim S. Gibrianus huc te reducere. Ille vero reſpiciens, nec timens ne ſi deſcenderet pejus illi in aliquo contingeret, ſpem ſuam in ductore ſuo ponens, via qua venerat revertitur: & quod mirum auditu eſt, cum omnes circumquaque eſſent, & iter anguſtum foret; à nemine læſus vel tactus, ad eccleſiam, iterum per medium illorum tranſiens, venit, in qua cum tribus diebus perſtitiſſet, tandem liber dimiſſus, Salvatoris ſui, ut præmiſimus, domum expetiit, ſuoſque illuc compedes in teſtimonium tulit.

*evadit inecleſiam,*

e f 24 Feria quinta quædam mulier de Fimmis *e*, nomine Lamberga *f*, curata eſt. Annuo enim infirmitatis dolore conſtricta, amens effecta, vix à duobus teneri potuit: ad ſæpe memoratum vero Sanctum adducta, cum ibidem plurimis diebus diligenter cuſtodiretur; & de vino, in quo Brachium Sancti intingebatur, frequenter reficeretur; feria quinta, prout ſupradictum, manſuetiſſime cuſtodes allocuta

28 *Iunii, menti reſtituitur amens.*

B eſt. Tunc parentes ejus, qui ante triſtes eam adduxerant, Deo & S. Gibriano cum eâ munera offerentes, eamque curatori ſuo ſub capitalitio dantes, hilares ad propria remearunt. Affuit etiam cum ea

g quidam Everardus *g* nomine, cujus pes in infantia

h ſua igne ſuccenſus, ut ferebatur, infernali *h* fuerat; ſed meritis beatæ Dei genitricis virginis Mariæ extinctus: tunc vero brachium cum manu ab humero deorſum infirmum & impotens habebat, cujus anguſtia conſtrictus ſomnum vigoremque corporis amiſerat. Sed & ſæpiſſime matrem ſuam vocabat dicens: Mater adjuva: Mater adjuva. Cumque illa ſciſcitaretur quid haberet, vel quid vellet, reſpondit: Scias proculdubio igne eo brachium meum inflammari & ſuccendi, quo nudius tertius pes meus conſumptus eſt: ſimili enim nunc dolore afficior, quo tunc in initio infirmitatis meæ torquebar. Eccleſiam itaque adeamus, ubi S. Gibrianus virtutibus plenus requieſcit: forſitan & mei miſerebitur. Cui acquieſcens mulier neceſſaria præparavit, ſimulque Sanctorum limina petierunt. Evolutis autem quinque diebus, puer in terram, Sanctum clamans & ejulans, ſe proſtravit; Indigni vernaculi tui, Pater

*& puer brachium igne ſacro accenſum dolens.*

C ſanctiſſime, preces ſuſcipe, igneaque inimici in me jacula extingue: de longinqua enim regione tuam aggreſſus ſum pietatem. Auxiliare pupillo; & miſerrimæ matris meæ, famulæ tuæ, inopiam ſubleva. Hæc & multa talia cum ſuſpiriis puer crebro [iterans], in ipſo loco ubi orabat, in momento curari meruit.

i 25 Quadam puella, Alberoidis *i* nomine, filia Hotwidis & Balduini, de villa quæ Quatuor-campis dicitur *k*, in Dulminiaco ſita, quadam die in

k cunabulis à matre incaute derelictâ ſine cuſtode; cunabulum caſu à porcis, per domum eſcam quærentibus, inverſum pariter cum puella gyratum eſt. Cumque per duarum horarum ſpatia prona jaceret, nec foret qui adjuvaret; ubertas lacrymarum decurrens oculos genaſque cooperuit; & ſanguis, de vitalibus per os & nares defluens, anhelitum obtruſit, ſicque extincta vitalem exhalavit ſpiritum. Non multo poſt mater cum familia advenit, filiamque ſuam pronam in lectulo jacentem vidit. Tunc commota ſunt omnia viſcera ejus, ſeque erga eam non recte egiſſe, ſolam eam dimittens, recordata eſt. Feſtinans itaque cucurrit, rapidiſque manibus velut amens cunabulum cum cadavere ſuſtulit: intuita autem vultum ejus ſanguine coopertum, oculos reflexos, viſum nigrum, dentes ſerratos, collum rigi-

*Infans in cunis ſuffocata,*

*cum ſumma matris,*

dum, humi conſternitur, pugniſque pectus ſuum D contundens, dixit: Heu me, omnium puerperarum miſerrimam! quis juventutis meæ extinxit lucernam? Certe ſi me præſente armata manus hoſtium te jugulare, vel beſtiarum ferocitas dilacerare, aut vorax flamma uſtulare vellet, procul dubio inter te & mortem eſſem mediatrix; nunc autem mortis & ſanguinis tui rea ſum, eroque peccatrix in omni tempore.

26 Nuntiantur interim hæc patri, in agro laboranti; & ut ad exequias filiæ ſuæ extinctæ acceleret, *at patris dolore,* mandatur. Quod ut homo audivit, diriguit primum: deinde ad nuntium converſus, ait: Quis te huc miſit, & tam delira verba proferre indixit, & vere ridicula? quia cum filiam meam paulo ante ſanam reliquerim, tam celeriter extinctam enuntias. Et quomodo, inquit, & quali morte? Cui cum rem per ordinem expoſuiſſet, relictis homo quæ habebat præ manibus, curſu velociſſimo, ex intimo cordis ſuſpiria trahens, domum petiit: cumque adhuc longe eſſet, erigens aures audivit ſonitum gemituum, planctum lacrymarum, tumultumque vocum funeſtarum. Quem uxor ſua venientem conſpiciens, cadaver filiæ ſuæ inter brachia ſumpſit, ſicque ei in obviam cum familia proceſſit, & ait: Domine, ſi hodie more ſolito filiam cuſtodiviſſem, mortuam eam non reperiſſes: ſed eam accipe, & dum licet E deoſculare, quia terræ corpus oportet commendare. Tunc ille præ dolore toto tremens corpore: Bonam, inquit, te cuſtodem domus reliqui. Quis inimicus te decepit, ut innocentem, impotentem, unicam noſtram, ſolam relinqueres? certe ſanguinis ejus rea es; quia, cum eam providentiæ tuæ aliis intentus commendaſſem, ſtolide neglexiſti. Deducant ergo oculi mei lacrymas per diem & noctem, & non deficiant, eo quod filia mea ſit extincta.

27 Erant ibidem quidam homines S. Petri Remenſis, ad opus eccleſiæ ipſius Sancti ligna cæden- *ex lignatorum Remenſium ſuggeſtione,* tes: ut autem viderunt concurſum populorum, voceſque plangentium audierunt, rem ſcire cupientes, ſimul & ipſi ad ſpectaculum venerunt: & videntes puellam mortuam, & patrem matremque flentes, dixerunt: Cur tam inconſolabiliter lugetis? an æſtimatis, quod alta ſuſpiria, ſive crebri gemitus vitam illi valeant reſtaurare? Nonne vobis ſæpe inſignia virtutum Beatorum Remigii atque Gibriani prædicavimus? Nunc igitur tota virtute, totis viſceribus illorum ſolitam clementiam precibus pulſate, quatenus pedibus æterni judicis advoluti, vitam filiæ veſtræ ſuis meritis reſtituant. Tunc illi converſi ad Dominum dixerunt: Domine Deus, qui profunda cordium ſcrutaris, & vocas ea quæ non ſunt tamquam ea quæ ſunt, precibus noſtris aurem tuæ pietatis accommoda, & animam quam tuliſti in hoc corpuſculo redde. Ne reſpicias quæſumus ad peccata noſtra, innumerabilia enim ſunt, ſed miſerere & infortunio noſtro compatere, miſericors & miſerator Domine. O Confeſſores Dei altiſſimi, qui quaſi lucernæ candelabris impoſitæ *invocatis SS. Remigio* omnem jubare virtutum veſtrarum irradiatis terram, & pro libitu veſtro ligatis & ſolvitis, oculos miſericordiæ ad nos convertite, & à peccatorum vinculis abſolutos, poſtulationi noſtræ aures pietatis veſtræ accommodate. O Remigi, lux Francorum, tuorum audi voces famulorum, audi fletus, ſolve gemitus, pœnalia remove; & ad te ſuſpirantibus, ſupplices obſecramus, condeſcende.

28 O Gibriane, mundi lampas & margarita preful- *& Gibriano,* gida, miraculis coruſcans, ad quem ſpecialiter dirigitur oratio; aperi theſaurum exauditionis tuæ, & reſtitue in hoc cadavere ſobolis noſtræ ſpiritum vivificationis (ſcimus enim & revera credimus, quod po-

A potens es hoc à Domino impetrare) & ut mitiſſimus pater ſupplicantibus tibi voluntarie effectum præſtare non dedigneris. Nonne tu idem ipſe es qui opaca carcerum clauſtra rimaris, captiviſque ejectis exquiſitam aſtutiam carnificum eludis? Quæ enim civitas, quis vicus, aut quod caſtellum, vel quæ loca circum adjacentis regionis ſunt, quæ tuam non ſunt experta paternitatem? Nobis etiam precamur, qui in obſcuris nemoroſiſque latitamus receſſibus, tuam ne dedigneris exhibere præſentiam. Quod ſi impetrare meruerimus, tuam & ipſius beneficii cooperatoris Sancti ſcilicet Remigii domum cum illa adibimus, & dominio veſtro ſub capitalitio nos quamdiu vixerimus ſubjugabimus. Hæc illis orantibus & præ dolore continuis fletibus ſemetipſos pene abſorbentibus, ſervus Dei Gibrianus pie miſertus eorum qui clamitabant, O noſtram, ô redde filiam; puella in momento, videntibus omnibus qui aderant, revixit; & ut ſolita erat, ubera depoſcens, matri adjocabatur. Tunc omnes una voce Deum magnificabant, & copioſæ caritatis opera ſanctiſſimi Confeſſoris Gibriani multipliciter laudaverunt.

*revivi ſcit.*

B Parentes vero viatico parato, uti voverant, cum filia iter arripiunt, & ad Remenſem metropolim celeriter perveniunt. Ad eccleſiam autem S. Remigii venientes, & ante S. Gibrianum ſatis devote orantes, oblatione data votoque ſoluto, omnibus quæ eis acciderant narraverunt; & benedictione ſumpta, hilares ad propria remearunt.

*1 Tulli, curantur amentes duæ:*

29 Dominica ſubſequenti duæ feminæ curatæ ſunt: nomen uni Maneſindis, & nomen alteri Amelina. [Una] de Salice S. Remigii *l* orta, ad eccleſiam ejuſdem Sancti ducta, in eâdem ante S. 1 Gibrianum ab hominibus & feminis, plurimis diebus, ſtricte cuſtodita, multiſque verberibus (eo quod coërceri non poterat) injuriata, tandem die ſeptima, quæ Dominica habebatur, ope cælica ſenſum recepit. Altera vero de villa, quæ S. Auguſtini ante S. Margaritam dicitur, orta, ad S. Gibrianum ſimiliter ſine ſenſu adducta, in via veniendo curata eſt.

*illuminatur triennio cæca.*

30 Altera mulier de Verneyo, habebat filiam, Hodiernam nomine, quæ tribus annis claritate oculorum amiſſa, multorum Sanctorum loca illuminari cupiens peragravit: ad ultimum vero ad iſtum Patronum noſtrum venit, & aliquanto C tempore multis vigiliis corpus ſuum afficiens, cum matre ante eum orans permanſit, ſed viſum minime recepit: poſtea tædio affecta ad domum redire diſpoſuit. Cumque ambæ domum veniſſent, ingreſſa eſt ad eas una de vicinis earum, & gratulans matri puellæ, ait; En venio ad te, ut congratuler tibi, quod annuntiatum eſt nobis filiam tuam lumen recepiſſe. Cui illa reſpondit: Revera multis diebus coram Sancto ſteti: ſed peccatis meis præpedientibus exaudiri non merui: nunc autem reverſa, quid agere debeam, ignoro. Ad quam illa: O infeliciſſima mulierum & modicæ fidei, quare dubitaſti? Utique ſi pure confeſſa fuiſſes, & fidem habens non dubitaſſes, filia tua illuminari meruiſſet. Conſiliis ergo meis acquieſce; & in Dei miſericordia confidens, armis ſpiritualibus ornata, ad Patronum deſolatorum revertere; & ne pedem ab eccleſia ejus retrahas, donec deſiderium tuum adimpleat. Tentare enim & probare quærentes ſe vult, ut ſciat utrum perſeverantes, Deum veraciter quærant & diligant. His auditis mulier, ſalutis avida, nihil moræ patiens, ſurrexit, & cum filia iterum Remos acceſſit. Tunc proſtravit ſe ante Sanctum Dei dicens; Certe, Patrone piiſſime, hinc non recedam, donec ancillæ tuæ, filiæ meæ, ſubvenias. Cujus precibus dilectus Dei commotus, tranſacto trium dierum ſpatio, ſecunda feria, poſt ſupramemoratas, puellam amiſſæ reſtituit ſanitati. A. TESTE OCULATO EX MSS.

31 De Plerneyo *m* quidam puer, Rogerus nomine, filius Aleidis & Rodulphi, contractus à renibus deorſum longo tempore fuit: qui à parentibus Remos ductus, S. Gibriano eum repræſentaverunt, dicentes; S. Gibriane, iſte ſemper tuus erit ſervus, membra debilia ei reſtaura. Talia & his ſimilia Sancto crebro promiſerunt, & orationibus pro curatione ſobolis, miſericordem ejus largitionem interpellarunt, ſed exauditi occulta Dei diſpoſitione non ſunt: evolutis vero octo diebus, ad propria reverſi ſunt. Tunc Sanctus Dei, volens poteſtatem curationum, à longo & prope à Deo ſibi conceſſam, propalare, jam revertentes præceſſit, deſperatoſque exhilaravit. Nam introëuntibus prope domum, pueroque de vehiculo depoſito, nondum bene eum humi collocaverant; & ecce membra ejus ægrota, omni humore carnali exhauſto, excepto quod cutis tenui tegmine oſſa arida cooperiebantur, inopinata celeritate robore antiquo cælitus recepto, redintegrata & erecta ſunt. Tunc rurſum parentes ſine mora Remos remearunt, & hommagium Sancto facientes, votumque ſolventes, ipſa die læti receſſerunt.

m *ſanatur puer contractus;*

E

32 . . . *o* Enumerandi igitur ſunt, ut fons virtutum & antidotum prædicetur, medici. Quidam Clericus, Robertus nomine, de Vindriaco caſtello in Anglia ſito, Catalanis diſcendi cauſa morabatur: labore autem vigiliarum & ſtudii infirmatus, à morbo, qui Cancer dicitur, in inguine percuſſus eſt, qui carnem coxæ ejus perforans, pertuſum grandem fecit; qui inter carnem & oſſa deſcendens, infectione ſua ipſam coxam in modum columnæ turgidavit. Cumque multa medicaminum genera appoſuiſſet, nec curari potuiſſet; & jam jamque virus peſtiferum penetratis vitalibus ſpiritum ſalutis exire compelleret; neceſſitate conſtrictus, auxilium S. Gibriani, quoniam multa de eo loqui audiverat, invocare compulſus eſt. Ait enim intra ſe, dicens: O mi Pater ſanctiſſime, hominum ſecularium, more brutorum viventium, precibus & invocationibus ſemper præſto es: mei quoque, utriuſque Teſtamenti notitiam habentis, & Tibi tuiſque conſimilibus laudes crebro perſolventis, precor ut miſerearis. His dictis filum accepit, & in gyrum coxam ſuam menſuratus eſt *n*, votumque vovit & ait: Ad menſuram iſtius fili, ſi me reſpexeris, candelam faciam, & eccleſiam tuam cum omni devotione requiram. Mirum in modum ipſa die omnis morbus diſſipatus eſt; vigorque naturalis per omnia membra rediens, virus lividum expulit. Poſt modicum vero tempus, carne & viribus recuperatis, ſurrexit; &, ut promiſerat, ſumptis pro teſtimonio quam plurimis ſodalibus, ad iſtum communem Patronum noſtrum, B. Gibrianum, quantocius properavit: grateſque Deo & Sanctis ejus, videntibus illis qui aderant, perſolvit.

o *& Clericus Anglus Catalaunis;*

*coxam calicro exeſam habens.*

F

n

33 Non ſit tædio audire, quibus pabulum eſt ædificatio ſanctarum Scripturarum, quod Chriſtus gratis ſupplicibus ſuis largitur, ubi virtus declaratur & miraculorum numerus augetur. Juvenis quidam, Rainerus nomine, de *p* Moſomo, die quadã equum aſcendit, & cum ſociis ſuis ludis equeſtribus, quibus illud genus hominum implicari ſolet, ſe miſcuit. Cumque equum effrænatum calcaribus fortiter urgeret, verberum plagis anguſtiatus ſimul & tumultu vociferantiũ perterritus ſonipes per devia currere cœpit, nec retineri ullo modo potuit. Curſu ita-

*Iuvenis excuſſus à equo,*

p

A TESTE OCULATO EX MSS.

itaque velocissimo impetum faciens, sepi cuidam appropinquavit : quam transilire volens, offensis pedibus per medium cecidit ; juvenemque dejectum, inter duos stipites per pedes hærentem, dimisit; ubi capite in terram fixo, brachioque juxta humerum fracto, crepuit medius. Concurrente autem multitudine juvenum, de terra eum sustulerunt, & sanguinem per os & nares decurrentem, & sine spiritu (ut postea fatebantur) invenerunt. Tunc omnes una voce clamabant, dicentes : Omnium necessitatum inspector piissime, Confessor Dei Gibriane, huic famulo tuo, qui nuper de tua devotus reversus domo, præclara virtutum tuarum enarravit opera, nunc subveni, istaque nomen tuum in patria declara. Quo dicto, juvenis, nutu divino atque interventu B. Gibriani, quasi somno excitus, spiritu & robore virium recepto, nihil doloris sentiens, excepto quod brachium habebat fractum, ait: O juvenes & socii mei amantissimi, audite. Vere, equo currente, Sanctum Dei semper in mente habui ; & dum caderem, visus est mihi adstare manumque supponere. Nunc igitur vitæ restitutus, gratias Deo ipsique Curatori meo ago : brachium vero fractum si mihi restituerit, ocius eum requiram, ejusque dominatui sub capitalitio me subdam. Sex autem diebus aliquantulum dolore brachii afflictus, cum nec medicorum eum industria curare valeret ; sanctus Confessor, opus inceptum consummare volens, confractum ei membrum septima die restituit. Tunc cum omni festinatione surrexit ; & Sanctum, ut voverat, cum suis Feria quarta, gratias acturus petiit.

*& fracto brachio extinctus,*

B *resuscitatur brachio solidato 4 Julii.*

## ANNOTATA.

a *In Francico perperam scriptum erat*, decima-nona; *quod deinde, superne scripto numero* XXII, *correctum.*

b *Ibidem* Roumains.

c *In Francico*, Vienna super Axonam : *est autem octo leucis à Virduno in confiniis Lotharingiæ, duplex* Vienna ; *altera*, Vienne la ville ; *altera*, Vienne le chasteau; *utraque super rivulos, hinc & inde Axonæ influentes, quorum alter hic vocatur* Blona.

d *Omittitur hoc in versione Francica ; ceterum eodem in tractu reperio oppidum* Cernay en Dormois *cognominatum, quod indicat ibi esse territorium* Dulminiacum, C *vulgari* Dormois *correspondens.*

e *Nunc* Fismes *scribitur, oppidum ad Vidulam, infra Remos spatio 6 vel 7 leucarum, in Francico simpliciter, uti pronuntiatur, sic & scribitur* Fimes.

f *Ibidem* Lauberga *vocatur.*

g *Francice* Erars.

h *De hoc igne ejusque variis appellationibus vide Januarium nostrum, ubi de S. Antonio, contra hunc morbum Patrono notissimo.*

i *In Francico vocatur* Helvis, *& mater ejus* Havy.

k *Iterum hoc omittitur in Francico, nec tabulæ locum exhibent, qui* Quatre-Champs *appelletur.*

l *Francice* Saú Saint-Remy.

m *Ibidem* Plergny.

n *Nihil usitatius Anglis, eo tempore, Sanctum aliquem invocantibus fuisse, quam hujusmodi votivas mensurationes, docebunt miracula S. Thomæ Herefordiensis ex Processibus data 2 Octobris : hic autem ejus ritus formam habes clarissime explicatam; sicuti supra lib. 2 cap. 2 in fine ritum exercendi judicium per aquam.*

o *Videtur aliquid deesse initio hujus periodi.*

p Mosomum, *vulgo* Mouson, *oppidum supra Mosam in finibus Lotharingiæ, inter Sedanum & Astenacum, 17 circiter leucis distans Remis.*

## CAPUT IV.

*Reliqua mensium Julii atque Augusti miracula.*

SAbbato vero tres curati sunt. Primus erat quidam nomine Gerardus, de Sparnaco *a*, qui ita capite, oculis, & totis infirmitate hydropis tensus erat visceribus, ut veluti in vasculi vinarii similitudinem totus venter esset, & intrinsecus infecta cutis penetratis vitalibus velut vitrum resplenderet : qui ab omni amico seu parente derelictus, & à medicis desperatus, ad B. Gibriani novissimum confugit remedium. Qui postquam liquorem vini, in quo Brachium Sancti tinctum fuerat, visceribus suis infudit ; continuo pestifer liquor hydropis, per omnia membra fusus, divini saporis unctione consumptus & exiccatus est. Mirabantur omnes qui eum paulo ante viderant, laxata cute humorem non distillare, nec languorem intus remansisse : verumtamen Dei laudabant magnalia, Sanctique Gibriani præconati sunt merita, per quem Christus talia præstat beneficia. 34 a *7 Julii, sanatur hydropicus.*

35 Item quædam vetula, Aleidis nomine, de Rumeneyo in Theraschâ nata, tribus annis contracta & à renibus deorsum impotens, à mercatoribus precibus obtinuit, ut curru impositam Remos (quoniam illuc ire habebant) eam veherent : quo pervenientes, ante fores S. Remigii eam deposuerunt, & ad exercenda negotia sua redierunt. Tunc ab introeuntibus & exeuntibus intro lata, & in angulo quodam collocata, multo tempore præ dolore ejulans & clamans jacuit. Custodes autem monasterii, videntes eam inhoneste se habere, foras illam ejecerunt. Sed despecta ab homine, respecta est à Deo omnium creatore : nam paucis diebus ante ostium pulvere involuta jacens, ipsa die qua prædictus curatus est, erecta est ; & recto vestigio ad feretrum S. Gibriani, Deum & ipsum Sanctum laudans voce magna, accessit. E *contracta una*

36 Tertia fuit quædam puella, Odelina nomine, filia Rangendis, de Verduno *b*, quæ uno anno omnibus membris contracta languerat. Quam mater cum familia ad S. Gibrianum delatam, ante ipsius Sancti altare deposuerunt, dicentes : Sancte Dei Gibriane, istam in ancillam tibi damus, tantummodo membra ejus dissoluta consolida : verumtamen eam hinc non deferemus; quia hic morietur, nisi misericordiam consecuta, pedibus propriis hinc redire possit nobiscum. Tunc Sanctus, bonæ & innocenti voluntati eorum compatiens, quæ postulaverant pie concessit : nam, veluti si ipse visibilis adstaret, manumque apponeret, puella in momento sana effecta est. b *alteraque erigitur.* F

37 Post hanc quædam mulier de *c* Ponte-bari, villa S. Remigii, cum multitudine suorum ante S. Gibrianum apparuit, qui unum de filiis suis, nomine Widonem, plenum dæmonio illuc adduxerant. Qui juvenis dum quadam nocte, cum fratre suo tempore messis, in quodam horreo dormiret, media nocte dæmones ei in somnis apparuerunt, dicentes : Surge, age : surge, sequere nos. Qui à somno excitus, jam arreptus, ut erat nudus, velociter cucurrit ad ostium ; & voce furibunda fratrem suum vocavit, dicens : Frater, accelera & adjuva, quia vinctum me ducere volunt. Cujus voce expergefactus ejus germanus, currens advenit ; manibusque injectis tenuit eum, & ait : In nomine Domine, frater mi, quid tibi contigit ? muni te signo salutis, ne forte ab inimico decipiaris. Ille vero de manibus ejus elapsus, fugam arripuit; & tota nocte, velut equus infrænis, per prata, per segetes, per montes c *liberatur energumenus.*

montes & valles cucurrit. Propinqui vero ejus equis aſcenſis hinc & inde eum inſecuti ſunt; ſed reperire minime nocte illa potuerunt: mane autem facto in quadam valle repertus eſt ; vixque à quatuor hominibus tentus & conſtrictus vinculis , reductus eſt. Loquelam omnino amiſerat,torviſq; oculis omnes ſibi appropinquantes minabatur. Cumque tribus diebus ſine cibo &potu manſiſſet,quarto demum die Remos adducere eum diſpoſuerunt. Per manus autē illum tenentes,modo trahendo,modo portando,ad eccleſiam S.Remigii pervenerunt. Cumq; ante Sanctū adductus fuiſſet,vix à nobis omnibus collum ejus ad hoc flecti potuit,ut Brachium ipſius Sancti deoſcularetur. Cuſtos autem feretri cultello ei dentes aperuit,vinumque benedictum ori ejus infudit : deinde multis verberibus afflictus , Deum Sanctumque Gibrianum invocare compulſus eſt , ſumenſque cibum confortatus : ſicque divina præveniente gratia Sanctoque Gibriano intercedente,iniquus prædo vas poſſeſſum dimiſit , Chriſtique famulus ſabbato poſt ſupra memoratum curatus eſt.

A *ægre Remos adductus.*

d

38 Mane quædam femina , Gertrudis nomine, de Vi-caſtello *d* ſuper Axonam fluvium orta , ante feretrum Sancti cum ceteris affuit ; brachiumque ſuum extendens in altum, clara voce dixit : Gratias ago Deo Patronoq; meo S.Gibriano, qui mei peccatricis famulæ ſuæ preces dignatus eſt exaudire. Interrogata autem à populo, quid haberet ; ait : Cum longo tempore brachium hoc contractum manumq; aridam habuerim,nec aliquid operari valens,egena & pauper extiterim ; nunc de omnibus his ſanctus Dei Confeſſor Gibrianus mē eripuit : nam ipſa eadem hora, qua me huc ituram vovi, auxilio ejus me præventam ſenſi. Tunc jurejurando pollicita ſum , quod corpori meo nihil requiei concederem, donec hujus Patroni mei feretrum viderem. Surgens itaque iter arripui , & eundo ſanitatem recepi. Quod circumſtantes audientes,voce hymnidica eximii medici præconati ſunt mira.

*Curatur brachio contracta:*

B

39 Prætermittentes igitur multa,aliqua ſtrictim, ne omnino actus Sanctorum oblivioni tradantur, perſtringamus. Quædam puella de Barſineyo *e*,Anſildis nomine, cujus pater Fulbertus dicebatur,quatuor annis gibboſa & contracta fuit. Præteriens autem quidam mendicus per eamdem villam , qui de Remenſi civitate venerat , civibus illis clara voce virtutes & miracula, quæ in eccleſia S. Remigii per B.Gibrianum fiebant,quæ etiam oculis ſuis viderat, indicabat. Quod puella ſupramemorata audiens, ait patri ſuo:Ecce,pater cariſſime,ecce nunc tempus acceptabile rumorque ſalutis:precor ergo ne confundas faciem filiæ tuæ; ſed omni occaſione ſecluſa,Remos me ducito : quia,ſuffragantibus meritis B. Gibriani, me procul dubio curandam credo.Pater vero reſpondit: Filia mi, ſcis quod tempus meſſis ſit,in quo vitæ meæ temporalis omnis ſuſtentatio pendet;nec viaticum tam diutinæ peregrinationis habemus,præſertim cum infirmitas tua gravis ſit ; ne ſi forte deficiens in via ægrotaveris, cauſa tui, quod omnino inopiæ noſtræ non expedit, plus quam oportet tardemur. Cui illa : Nequaquam pater , ſed ad memoriam Sanctorum me ducito,ibique dimiſſam [relinquens] properanter revertere,& neceſſaria tibi perquire; quia aut curata cælitus tecum revertar , aut ægrotans & miſericordiam Dei expectans, ibidem uſque ad mortem morabor. Tunc pater , pia ſuper filiâ ſuâ geſtans viſcera, non deſtituit: ſed, Fiat voluntas tua, intulit. Puella vero, ſumpta pera & baculo, ſurrexit: & patre præcedente, pectus genibus quaſi glutinatum habens , prout poterat incedebat. Die vero vergente ad veſperum , ait ad eam pater ſuus; Nonne prædixi tibi , tanti itineris laborem te

e *& alia,toto corpore gibboſa,*

C

*poſt nocturnam viſionem in itinere erigitur.*

non pati vel perficere poſſe? Illa autem non reſpondit verbum,ſed tacito corde & cum lacrymis,Deum & S.Gibrianum , ut ejus miſererentur , exorabat. Media autem nocte in exceſſu mentis poſita, viſum eſt ei, ſe in eccleſia S.Remigii ante altare B.Gibriani ſtare, Brachiumque illius circa feretrum huc illucque diſcurrere. Nec mora: evigilans, ab omni ægritudine ſe curatam ſenſit, patremque ſuum vocavit dicens: Surge, pater ,ſurge: eamus: quantum enim vis itineris tecum pergam: quia in nomine Domini priſtinæ ſoſpitati membra mea reſtituta ſunt, gibbique ante & retro pene diſſipati cernuntur. Tunc pater , incredibili geſtiens tripudio, ſine dilatione ſurrexit: cernenſque illam erectam, præ nimia exultatione in lacrymas prorumpens , gratias Deo reddidit. Dans ergo illi manum, iter cœptum celeriter perrexerunt, & die tertia Remos ſine ulla offenſione pervenerunt . Intrantes autem eccleſiam S. Remigii , ſe in orationem ante B. Gibrianum proſtraverunt ; & voto ſoluto , omnibus eventus ſuos edixerunt,

A. TESTE OCULATO EX MSS.

f

40 Feria ſexta quidam puer, Erhaldus *f* nomine, filius Acelini & Thecelinæ, de Marolio, ab ipſis parentibus ſuis ad Sanctum Dei allatus eſt: qui acri languore impeditus, ſurdus, cæcus, ſimul & mutus effectus, ſex hebdomadibus cauſa luctus ſui extitit. Cumque S. Gibriano voviſſent, ut ſi eum ſolita pietate ſua reſpiceret,& officia ei membrorum redderet, quantocius celebrem ejus domum adirent, & in ſervum quamdiu viveret ſanatum ei darent;continuo aures ejus & oculi aperti ſunt , linguaque conſtricta in laudem ſoluta eſt. Hæc ab ipſo puero narrata,& à parentibus teſtificata audivimus ; & ad laudem Dei honoremq; dilecti Confeſſoris ſui, huic libro annotare ſtuduimus.

*13 Iulii, ſanatur ſurdus,cæcus & mutus.*

E

41 Die vero ſeptuageſima prima poſt ſanctam Pentecoſten, quæ Dominica erat , de Buſcenſi Abbatia , homo nomine *g* Anſellus , orationem cum oblatione pro beneficio ſibi cælitus collato facturus, ad Sanctum venit Gibrianum : qui poſt multarum lacrymarum effuſionem, adhuc madidas habens genas, Monacho ſanctas Reliquias obſervanti ait: Domine mi, eſt hoc altare S.Gibriani , & hoc feretrum in quo ejus ſanctiſſima oſſa ſunt recondita ? Quo reſpondente ita ſe rem habere, adjecit. Accede, Domine mi, huc: eſt enim aliquid ſecreti quod tuæ indoli fari debeam. Cui Monachus appropians, talibus homo exorſus eſt verbis : Accidit nudius tertius,ut occulta Dei providentia peſſima infirmitate percuterer: nam manus mea igne, ut ferebatur,gehennali, uti veſtigia adhuc indicant , ſuccenſa , refectionem cibi , potus atque ſoporis, corpori meo quindecim diebus ſubtraxit. Cumque ejulatu magno, die ac nocte irremediabiliter flerem , ab amicis & agnatis taliter admonitus ſum: Fac votum S.Gibriano , quod, ſi te viſitaverit & curaverit , laudes Deo & ipſi redditurus, ſine mora domum ipſius adibis. Quod cum voviſſem , continuo omnis dolor à me aufugit, manuſque mea extincta eſt. Tunc innuente Monacho, coram omnibus qui aderant,manum ſuam [ſanam] , ſed adhuc ab igne denigratam oſtendit: & ut una ſecum Deum & Sanctum laudibus magnificarent, monuit.

*15, quidam profitetur ſe à ſacro igne curatum.*

F

42 Affuit etiam cum eo quidam puer de Vernolio, Joffredus nomine : qui quam plurimis noctibus ante S. Gibrianum cum aliis ægrotis vigilaverat. Hic permaxima foramina guttæ fiſtulæ in genu habebat, quæ humorem cruris exiccaverant , & venas nervoſque retraxerant , ita ut talum coxæ impactum haberet . Die vero præcedente illam qua ſupramemoratus advenerat, divina gratia & meritis S. Gibriani , pupillo ſuo compatientis,

*alius crus fiſtuloſum ſibi ſanatum.*

A. TESTE OCULATO EX MSS. foramina clauſa ſunt, pruritusque ſcaturiens diſparuit. Tunc membrum diu exiccatum humore naturali vegetatur, & nervi cum venis ad ſtatum priſtinum inviſibili medicamine reducuntur: omni tamen nocte dolore extenſionis tormentatus, mane cum præfato ſanus ad altare acceſſit.

h 46 Feria quarta alter, Hugo nomine, de Andewerpa *h* adveniens, ſub capitalitio duorum denariorum ſe Sancto ſubdidit, cunctiſq; adſtantibus audientibus, ait: Heu! heu! Quid Deo Sanctoque Gibriano Patrono meo, cum inops & pauper ſim, retribuam pro omnibus quæ retribuit mihi? Scio quia argentum & aurum, quæ nobis conſpicua ſunt, illis pro minimo ſunt: tamen quod habui, meipſum ſcilicet, illis in ſervum dedi. Interrogatus autem qua de cauſa hoc egiſſet; reſpondit: Uno anno & amplius hydropico morbo infectus ægrotavi, nec unquam alicujus antidoti remedio curari potui. Quamcitius hunc Sanctum invocavi, & Reliquias ejus me petiturum ſpopondi, fibris laxatis peſtem concretam exta turgida, per poros in modum ſudoris, emiſerunt; ceteraque membra, diutino languore inficiata, divini medicaminis emplaſtro, incolumitati antiquæ reſtituta ſunt; &, ut cernitis, gracilior & ſanior, quam unquam fui, appareo. Quo viſo, omnes benedicebant Dominum, qui poteſtatem talem præſtat diligentibus ſe.

*16 Iulii, ſiſtit ſe levatus hydrope,*

B

i 47 Supervenit itaque dies feſtus *i* S. Bartholomæi, quæ octogeſima tertia poſt Pentecoſten erat, in qua quidam Albricus nomine, de *k* Nivella ortus, non minimam à Deo per S. Gibrianum adeptus eſt gratiam. Nam *l* Suamum veniens meſſis tempore, cauſa lucrandi, ibidem aliquamdiu moratus eſt: quadam vero die ſub acervo ſegetum meridiatus, renum paſſione percuſſus eſt. Cumque ſex diebus totidemque noctibus ſomni refocillatio ab eo fugeret, & modo crura extendendo modo retrahendo, terribiles voces præ anguſtia nervorum areſcentium crebro emitteret; jam jamque manifeſte oſtenderetur, revera, niſi divina pietas ſubveniat, cito eum contractum futurum; ſubſidium ſanctiſſimi Confeſſoris Chriſti compulſus eſt invocare. Ait itaque hoſpiti ſuo: Domine mi, per Deum & ipſum Sanctum miracula operantem te obteſtor, ut cauſa fraternæ dilectionis craſtino mecum venias: Remos enim iturus ſum, ubi me credo per merita Sanctorum poſſe ſalvari. Cui ille ſubridens reſpondit: Vere cauſa orationis ad S. Gibrianum ire diſpoſui; ſed tu quomodo illuc pergere exiſtimas, qui nec uno momento ſuper pedes tuos ſtare vales? Præcede, inquit ille, & ſequar te: aut enim reptando, aut quomodocumque eundo ejus venerabiles Reliquias viſitabo. Hæc dixit, & mane facto ſurgens iter arripuit. Sed cum tota die laboraſſet, vix dimidium milliarium ad veſperum peregerat. Cui iterum hoſpes ſuus ait: Nonne prædixi tibi, quoniam me ſequi non valeres? Suſtine ergo & permitte me ut peregrinationis meæ iter peragam; & poſtquam rediero, ad locum tuum te reducam: potens eſt enim Deus ubique ſua tibi præſtare beneficia. Ille vero ingemiſcens, Si ita, inquit, neceſſe eſt, faciam quod hortaris.

*24 Auguſti, pedibus fere contractis ita debilis,*

k

l

C

*ut toto die vix potuerit mediam leucam progredi,*

48 Intempeſtæ autem [noctis] hora idem Albricus, mœrore pariter & heſternæ continuæ reptationis fatigatione membris diſſolutus, ſopore oppreſſus eſt. Tunc viſum eſt ſibi per ſomnium, haud procul à ſe fluvium nimiæ profunditatis manare, in cujus medium dimiſſus collo tenus, ſuper articulos pedum ſtetit. Cumque mergi cœpiſſet, clamavit: Sancte Dei Gibriane, dexteram tuæ ſanctitatis extende, & de profundo lacu peregrinum tuum ejice. Vix orationem finierat, & extemplo ei Sanctus affuit, dicens: O modicæ fidei, quare dubitaſti? En adſum, quid vocaſti me? Et extendens manum apprehendit eum, humeriſque impoſitum ad littus illum tranſvexit, & (ut ei videbatur) ſuper nivem candiſſimam univerſique pulveris pigmentarii odoramenta habentem poſuit, ſicque diſparuit. Cumque in eadem diutiſſime volutaretur, & quaſi pretioſiſſimis unguentis humectaretur, expergefactus à ſomno reſedit; & circumſpiciens, ad littus ſe ſuper nivem eſſe, Sanctumque Gibrianum adeſſe putavit: mane vero ſurgens, hoſpitem ſuum excitavit, dicens: Accelera, Domine mi, & ſurge: quia antequam recedas, habeo tibi occulti aliquid manifeſtare. Et in eadem hora expoſuit ei omnia quæ in ſomnis viderat: & adjecit: Cumque hæc ſomniaſſem & evigilaſſem, perſenſi me, omni eliſione ſopita, reſtaurationem membrorum meorum recepiſſe. En habes comitem paratum itineris, cui ſero denegaſti ſuſtentamentum infirmitatis. Vere Deus neminem abjicit, cum Dominus ſit omnium: ſed in veritate eum invocantibus miſericors propitiuſque apparet. Quod ille audiens, de lecto velociter proſilivit, probaturus & oculis videre cupiens quæ ab ore illius audiverat. Cumque certiſſimum fore comperiſſet, præ gaudio lacrymas effundens, collum ejus amplexatus eſt, & deoſculatus eſt eum, dicens: Ignoſce, mi frater, ignoſce quod peccavi in te; & ne Sanctus Dei, quem petituri ſumus, mihi iraſcatur, precibus tuis obtine: gratanter enim tecum pergam, & quidquid in hac peregrinatione expenderis libenti animo ſolvam. His dictis, datis ſibi invicem manibus, perrexerunt; & hora tertia eccleſiam S. Remigii, quæ quinque milliaribus aberat, ingreſſi ſunt. Cumque oratione completa ante S. Gibrianum, ſurrexiſſent; ad feretrum appropinquantes, votum dederunt. Hic autem qui ſanus factus fuerat, ſomnium ſuum & curationem omnibus adſtantibus expoſuit: ſicque, ſoluta laude, cum hoſpite ſuo hilaris remeavit.

D

*& cum ſuo duce expeditus venit ad gratias agendas.*

E

*à Sancto eidem apparente ſanatur;*

49 Sicut pigrum non fuit fidelibus quibuſque beneficia, à Confeſſore ſanctiſſimo ſæpius collata, in medium proferre; ita inertiæ noſtræ imputaretur, ſi ea ad admonitionem & ædificationem poſterorum memoriæ non commendaſſemus, quæ non ſolum narrata audivimus, ſed & oculis noſtris fieri videre meruimus. Puer quidam quinquennis, qui Jofridus dicebatur, de Marolio, filius Ermentrudis & Jocelini, iquadam die, cum ſuis coætaneis in domo matrs ſuæ ad prunas ſedens, ludebat in cinere: erat autem ſuper [ignem] caldarium pendens, leſcivia plenum & bulliens, ad ſupellectilem domus abluendam. Accedens vero puella, quæ ſolicita erat circa frequens miniſterium, cum vaſe ligneo hauſit in lebete: volentiq; ſuper ipſas res fundere, calor elementorum digitos quibus vas ſuſtentabatur nimis calefecit, & è manibus ejus ipſum utenſile elapſum eſt: [effuſa autem ſuper puerũ leſcivia fervens, eidem] à pectore inter panniculos & cutem uſque ad pedes deſcendit. Tunc puer humi conſternatus, flebilemque emittens vocem, volutabatur in igne. Quod pater & mater, qui prope erant, audientes, concito curſu adfuerunt & ſemivivum extraxerunt: à ſuperciliis enim oculorum, per medium maxillarum, uſque ad extremum pectoris caro excoriata, & ab aſperitate aquæ prunarumque exuſtulatione pene omnis conſumpta erat. Nam dentes abſque decoramento labiorum nudati patebant; genæque & reliqua oſſa, per quæ inſatiabile elementum curſum fecerat, abſque operimento deal-

*Puer, lixi vio bulliente perfuſus,*

F

*& in ignem lapſus.*

A dealbabantur: arvina etiam decocta ſtillabat, carnisque umque fruſtatim dependentium lingulas incineratas expiare quodammodo cernebatur: ſed & nigredo pallorque venarum jam apparentium, ſupremum ei diem minabantur. Tunc luctus & mœror parentum, ac vicinorum vox plangentium, unaque vociferantium: Deus, Deus noſter, in tanto diſcrimine tuis eſto verus conſiliator. Poſtea S. Gibrianum invocaverunt: O ſerve Dei ſummi, cui à Deo data eſt poteſtas mira faciendi, deſolatoſque conſolandi, mœſtitiam cordis noſtri dilue, & nomen tuum declarando pueri iſtius miſerere: quod ſi eum ſolita clementia reſpexeris, ejus ſervitio quamdiu ſuperfuerit hereditaberis. Hæc illis crebro reiterantibus, quod mirum auditu eſt, puer in ipſa hebdomade ita ſanus repertus eſt, ut nec veſtigium aliquod doloris, etiam diligenter intuentibus appareret. Tunc cum omni celeritate parentes, ſumpta ſecum vicinorum turba & puero, Sanctum hunc Gibrianum adierunt. Narrantibus autem illis eventum ſuum, nobis vero, utpote modicæ fidei, non credentibus, adſtiterunt vicini cum puero, qui hoc ita eveniſſe jurejurando affirmabant; & ut pro hac re B Deum & Sanctos ejus exaltaremus, inſtanter exorabant. Tunc reddita eſt ab omnibus laus Patri & Filio, nec non Spiritui ſancto, Sanctiſque Remigio & Gibriano: per quos nobis largitur ſancta Trinitas multa beneficia, in ſecula ſeculorum. Amen.

*poſt votum à parentibus Sancto factum,*

*intra hebdomadem apparet ſanatus.*

## ANNOTATA.

a Sparnacum, *vulgo* Eſpernay, *oppidum trans Matronam, Remis diſtans 6 circiter leucis verſus Auſtrum.*

b Virodunum, *urbs Lotharingiæ Epiſcopalis ad Moſam, 3 leucis ſupra Aſtenacum.*

c *Vulgo* Pont-bar.

d *In Francico* Vieu ſur Ayne.

e *Vulgo* Barſigny: *nomen vero puellæ* Amſile *ſcribitur: infra autem indicatur tridui itinere abeſſe Remis.*

f *In Francico appellatur* Erlaus. *Eſt autem* Marolium, *unde natus, vulgo* Mareul.

g Buſcenſis Abbatia, *in Francica verſione* Buſency l'Abbeïe: *quo potius videtur indicari prædium, ad aliquam celebrem Abbatiam pertinens: certe Buſcenſem Abbatiam nuſquam adhuc potui invenire: ipſe autem homo, inde natus, ibidem appellatur* Ancicius.

C h *In eadem verſione* Andeverpe; *haud dubium quin* Antverpia, *celeberrimum Belgii emporium,* Anvers *hodie dictum Francis, vulgo* Antwerpen.

i *Vulgo Remenſi* Saint Bertremeu, *ut eſt in dicta verſione.*

k Nivella, *Brabantiæ oppidum, cultu S. Gertrudis celebre, de quo multa nos 17 Martii.*

l *Francice* Suamont: *abeſt, ut infra dicitur, circiter 5 leucis ab urbe.*

# APPENDIX.

## *Ex Guilielmi Marloti Hiſtoria Remenſi.*

50 EX hinc factum eſt, *inquit Marlotus, in Hiſtoria Remenſi Tom. 2 lib. 2 cap. 5*, ut qui prius laudem & merita prædicti Confeſſoris extollentibus vix aurem præbuerant, ſtupore quodam perterriti & compuncti, munera non jam ad feretrum perficiendum, ſed ad ditandam eccleſiam, quæ ſacrorum ejus pignorum cuſtos eſt, ultro proferrent. Inter eos, qui ſibi non morituram gloriâ pepererunt,

*Occaſione horum miraculorum,*



eminet Stephanus, Metenſis Epiſcopus, purpura Cardinalitia inſignis. Hic enim ad expeditionem tranſmarinam profecturus cum Rege *Ludovico VII, ſeu potius cum Imperatore Conrado (huic enim, non iſti Metenſis ſuberat Epiſcopatus) anno* MCXLVI *Cruce ſignatus* villam de Marſeri, diœceſis Tullenſis in Lotharingia, Beato obtulit Gibriano; in qua Henricus Tullenſis Epiſcopus, fere eodem tempore, capellam nomine ejuſdem Confeſſoris ædificari permiſit; quam ſub titulo Præpoſituræ Monachi tenuerunt ad annum MDXXXVII. . . . Henricus Campaniæ Comes, anno MCLII, ſe quoq; beneficum erga B. Gibrianum præſtitit, donatione rivuli villæ de Condeto, ſupra Maternã cum banno; aliiq; permulti, quorum largitiones & eleemoſynæ notantur in tabulario ſcriptiſque codicibus, qui extant apud S. Remigium. . . . . D

*varie à variis locupletatur eccleſia:*

51 *Anno* MCCCXXV *Archiepiſcopatum Remenſem adeptus* Guilielmus de Tria, *& menſe Iunio ſolenni pompa ingreſſus in urbem*, dum eccleſias luſtrat, rogatur à Joanne S. Remigii Abbate, ut B. Gibriani Confeſſoris Reliquias transferre velit in ditiorem thecam, quod ipſe lubens præſtitit anno eodem IX Kalend. Julii. Anno deinde MCCCXXX apud Remigianos Confraternitas, beato Confeſſori Gibriano ſacra erigitur, quã id initium habuiſſe comperio. Crebreſcente indies fama ſanctiſſimi Gibriani, peregriniſque eo convolantibus, Archimandrita Ioannes, quo prædicti Confeſſoris cultus magis magiſque augeretur, ſtipendio è theſauris Eccleſiæ propoſito & ſacri cœtus bonorum participatione, Sodalitium in ſua eccleſia, Gibriani Reliquiis clara fieri conſenſit; permiſitque ut ſingulis diebus ſummo mane, pro iis qui nomen dediſſent, incruentum perageretur, in ſacello ad hoc deputato, pro vivis & defunctis Sacrificium; vulgarenturque conſenſu Archiepiſcopi Sodalium funera campanulæ ſonitu, per vicos & plateas, prout in chartula confirmationis Sodalitii clarius patebit: cujus hic eſt tenor.

*an. 1325 transferuntur in novam capſam Reliquiæ,*

E *& 1330 in ejus honorem*

52 Univerſis præſentes litteras inſpecturis, Guillelmus miſeratione divina Remenſis Archiepiſcopus, ſalutem in Domino ſempiternam. Noverint univerſi, quod nos, attendentes & conſiderantes omnia & ſingula contenta in litteris, quibus noſtræ præſentes litteræ ſunt annexæ, ad honorem omnipotentis Dei, & glorioſæ Virginis Mariæ Matris ejus, ac Beatiſſimi Gibriani Confeſſoris, nec non ad augmentationem divini ſervitii eſſe facta; ipſius divini ſervitii, jugi mediatione, prout noſtro incumbit officio, augmentationem quamplurimum cupientes, ad requiſitionem & ſupplicationem partium in eiſdem litteris contentarum, nobis in hac parte ſupplicantium, præmiſſa omnia & ſingula, ac Confraternitatem in litteris, quibus noſtræ præſentes litteræ ſunt annexæ, contentam, auctoritate noſtra ordinaria, confirmamus, ratificamus, approbamus, & laudamus: & nihilominus ut Confratres ejuſdem Confratriæ, ad funera defunctorum eorumdem, vel alias cum neceſſe fuerit, nunc & in perpetuum, per aliquem famulum cum ſuo campano, publice per vicos & plateas noſtræ civitatis, & ſuburbii Remenſis, prout ſibi placuerit, valeant evocari, licentiam & auctoritatem noſtrã eiſdem concedendo. In cujus rei teſtimoniũ, præſentibus litteris ſigillum noſtrum proprium duximus apponendum. Datum anno Domini MCCCXXXI, feria V poſt feſtum S. Andreæ Apoſtoli. F

*erigitur Confraternitas, Guilelmo Archiepiſcopo,*

53 Guilielmi ſucceſſores, Joannes de Vienna & Joannes de Credonio, prædictum Sodalitium, ſuis pariter diplomatibus comprobarunt, anno MCCCXLI & MCCCLV; noviſque Indulgentiis Fidelium animos ad Sancti Confeſſoris cultum acuerunt vehementer. At Guilielmus Giffordius, Roberti

*aliiſq; oxime de approbantibus.*

berti Lenincurtii ſecutus exemplum (*hic anno* MDXXXII *obierat, iſte præſenti hoc* XVII *ſeculo, anno* XXI *ſucceſſit*) inter Confratres accenſeri voluit; Indulgentiaſque, tam prædictum Sacellum die feſto S. Gibriani pie viſitantibus, quam Confratribus, qui Miſſis in eo celebrari conſuetis intereſſent, impertiit. Tandem Urbanus VIII ſummus Pontifex, prædictæ Confratriæ inſtitutum ſolenniter approbans, nono ſui Pontificatus anno, plenariam addidit Indulgentiam omnibus eam ingredientibus: quorum pietas elucet quam maxime in eleemoſynis, & jugi præſentia quam exhibent Miſſis, quæ ſingulis menſibus de more & in Sodalium funeribus decantantur; habentque pro teſſera vel ſymbolo Baculum S. Gibriani, quo imbecilles ſuſtentabat artus in ſenectute, exterius auro bracteatum: quem Presbyter celebrans geſtat in ſupplicatione ante Miſſam, die feſto Sodalitii. *Hactenus Marlotus Tomo 2 lib. 4 cap. 8.*

*quin & nomen in eam dantibus,*

*cui ab Urbano 8 aucta etiam Indulgentia.*

## DE S. DESIDERATO EPISC.

B *Pag. 303 col. 1 lin. 13*, adde — *errore veroſimiliter nato ex unius litteræ mutatione, dum ipſius vel alterius inadvertentia, pro* V, *ſcripſit vel ſcriptum invenit,* X, *itaque* XIII *fecit ex* VIII.

*Pag. 305 Annot.* C adde — *Claudii Caſtellani conjectura haud inveroſimilis eſt, Bovienſem Abbatem, ſola nominum affinitate inductum,* Deſiderati *hujus fratrem facere voluiſſe, vel* S. Deſiderium Lingonenſem, *vel* S. Deſiderium Viennenſem *Epiſcopos Martyres, quorum Acta illuſtramus* XXIII *Maji. Martyrium certe, cujus hic meminit, argumento eſt, eum tale quid cogitaſſe.*

## DE S. METRONE PRESB.

*Ex nova anni 1680 relatione ſcitur,*

C *Pag. 306* adde — 4 *His pridem impreſſis, in lucem vero editis anno* MDCLXXX *ſex poſt annos venit in manus noſtras libellus, eodem anno* MDCLXXX *impreſſus ac vulgatus Veronæ, ſub hoc titulo,* Confeſſoris D. Metronis arctæ vitæ, inſignium reliquiarum, ac earumdem recognitionis & tranſlationis, methodo hiſtoricâ, enarratio Caroli Libardi, civis Veronenſis, Reverendiſſ. D. Joſepho Bondurio, Archipresbytero S. Stephani Veronæ, dicata. *Vbi pag. 16 dicitur, quod Sanctum* ferunt, Germania oriundum: *ſed huic opinioni non favet Gracum* Metronis *nomen: iſtud veroſimilius, natum* parentibus, ſi fas eſt ex fructibus dignoſcere arborem, tenacibus fidei orthodoxæ. *Pagina autem 18 dicitur, à ſua ſolutus catena Metro receſſiſſe ad*

*obiiſſe Varanæ,*

vicum Veronenſi in agro, Varanam dictum, *ubi & obierit. Caſtrum eſt hodie ejus nominis inter Veronam & Mantuam, æquali milliarium* XI *ſpatio utrimque diſtans, ſed diœceſis Veronenſis, olim forte ambigui juris. Inde cum miraculo jam prænotato adductum eſſet corpus ſacrum,* eo cognito, *inquit Libardus,* in admirationem rapta Allegriorum Familia (Patricii ſunt Veronenſes, nobilitate, fama, fortunarum affluentia, & rerum præclare geſtarum gloria quam illuſtriſſimi) portento tantæ pietatis ut gerat morem, ſacra excipit, qua par eſt reverentia, Oſſa; eaque linteis involuta, magnifica, ut mora ferebat, ſub altari collocantur arca. Hæc temporibus illis.

*& ab Allegria familia condita ſub altari oſſa.*

# INVENTIO ET TRANSLATIO

## *ex impreſſa Relatione Caroli Libardi.*

A Partu Virginis anno MDCLVIII, conſilio Sebaſtiani Piſani, Veronæ Magni Præſulis, qui ſideris adinſtar in hujuſce Eccleſiæ firmamento poſt nubila comparuit; cujus vitæ probitas, quocumque numero abſolutiſſima, in Epiſcopali tamen perfectiſſima, mirificos virtutum omnium radios accendebat; hujus, inquam, moderatoris conſilio Comes Joannes Baptiſta Allegrius (qui vir quâ præclara egerit, ſive cum publica munia pro Veneta Republica Sereniſſima obiret, ſeu cum ad Civium commoda curis privatis fungeretur) meritis inferiorem ſibi perſuadens reportaſſe Confeſſoris pignora locum; & ad beati viri cultum, qui in deſuetudinem fere abierat, magis in fidelibus excitandum; honeſtiori & perelegantiori lapideâ arcâ ipſa collocavit; opera tamen Comitis Octaviani Peregrini, patriæ Archipresbyteri J. C. Collegiati eximii, munere Conſervatoris Judicis Hieroſolymitanæ Religionis Eminentiſſimæ fungentis, cuique prædicta tunc commendabatur S. Vitalis Eccleſia. Nam piiſſimus iſte vir, cum rem Deo optimo maximo imprimis acceptam & fidelibus gratam futuram perſuaderet ſibi; ad ſuſcepti conſilii executionem, ſacratæ ut recognoſcantur Reliquiæ, accivit Angelum Brutum, majoris baſilicæ Ceremoniarum Præfectum, & ad ſacros ritus apprime ſervandos appoſitum, meque ad ſcribendum delegit. Quibus ad diem conſtitutam prænonitis, prædictus Octavianus Comes, iiſdem atque pediſſequis ſtipatus, ad D. Vitalis delubrum ſe contulit; cui ad valvas obviam factus Fr. Andreas Vigna, minime ſolus, cum amicorum exiſteret coriphæus, prædictæ Religionis ſacræ vere militiæ Capellanus, in eademque eccleſia Curatus, reverentiæ Officium abſolvit.

*Anno 1658*

E *Archipresbyter eccleſiæ S. Vitalis Commendatus,*

2 Cum autem hujuſcemodi recognitio varia ſpectet opera, advocatur Bernardus Vivianus, Doctor chirurgus; ac Divi Marci Eques Lælius Zamara, in Empirica ſummopere verſatus. Accenſis itaque luminaribus, adſtante ſemper Comite Joanne Baptiſta Allegrio, ac jubente Archipresbytero Judice Conſervatore, per Petrum Mezaninum lapicidam, altaris menſam reſerari, temporis edacitate pauliſper labefactata detegitur capſa. Serâ ſublatâ, per accitos jam Bernardum & Lælium, hic ſubſcripta, linteoque involuta, recognoſcuntur Oſſa.

*veterem capſam aperiri curat,*

F

*& oſſa ſingula recognoſci,*

Caput cum Dente in Maxilla dextera ſuperiori.
Duo oſſa Coxendicum integra.
Duo Fucilia magna crurum integra.
Duo Spatularum oſſa integra.
Os ſternum pectoris, aliquantiſper corroſum.
Os ſacrum integrum.
Vertebræ duodecim integræ.
Quinque aliæ Vertebræ colli, quarum una diviſa in quatuor fruſtula.
Duo Fucilia brachiorum minora.
Unum Fucile majus tantum, fractum & diminutum, ex parte corroſum.
Os codionis integrum, *ea eſt ſacri oſſis appendix, aliis* Os coccygis *ſeu* caudæ *dictum.*
Rotulum genu unum.
Duodecim Coſtæ, ſeptem legitimæ, quinque vero ſpuriæ.
Os claviculare, ex una parte corroſum.
Os juguli.
Quatuor Dentes, quorum unum Archipresbyter Comiti Joanni Baptiſtæ Allegrio conceſſit, altero,

A ro, Maxillæ ſcilicet inferioris, ſibi reſervato.
Fruſtula oſſium varia numero quatuordecim.
Duo ſimilia parviſſima mihi, & quatuor Viviano,
Archipresbyter ipſe fuit elargitus.

*atque in aliam elegantiorem tranſponi,*

3 Quibus cunctis ſumma luſtratis cum reverentia, ab eodem Archipresbytero & Judice, atque à ceteris omnibus circumſtantibus, in Divi hujus veneratione̅m, Capite ſacro deoſculato; Brutus in capſula, ad id elegantiori forma nuper extructa, deaurata, cryſtalliſque condecorata, cujus in utriſque frontibus Allegriorum Stemma delineatur, Oſſa ipſa religioſiſſime deponit; & ſigillis Archipresbyteri Peregrini, & Comitis Joannis Baptiſtæ obſignata, ſuper altare majus ſolennis craſtina die peragendæ tranſlationis cauſa delata, pannoque ſericeo pretioſo contecta eſt. Capſa autem antiqua, cum linteo & Oſſium pulvere clauſa, in locum repoſita fuit vetuſtum: cumque hæc omnia, cum quodam pio animi horrore, peracta forent; finis recognitionis inſignium Reliquiarum S. Metronis Confeſſoris impoſitus eſt, Nonis Maji, anno Redemptionis noſtræ

*die 7 Maji.*

B MDCLVIII.

*ad quam die 8 circumferendam,*

4 Octavo Menſis die, ut gratior Chriſti fidelibus adſit ſolennitas, & beatiſſimi Confeſſoris Oſſibus dignior cultus impendatur; ſeptennalis Indulgentia, de theſauro Sanctæ Matris Eccleſiæ, ab Alexandro VII Pontifice maximo impetrata, depromitur. Hac tanta largitione tota excita urbs, mirum quam cito ad S. Vitalis ædem, ubi miraculis vivunt ſacræ exuviæ, gaudenter confluat gens civica undiq; ac turmatim, Proceres effuſi in vota, Religioſi ſupplicationibus dediti, Sacerdotes ad ſacra frequentes: maxime vero elucebat pietas Comitis Octaviani Peregrini Archipresbyteri, cui Sacrificii ſolennis ceremoniæ demandabantur. Inter hæc urbanæ lætitiæ feſta totum diei mane traducitur: à prandio

*poſt panegyrim de Sancto,*

autem, ut ad imitanda ſanctiſſimi Confeſſoris geſta ſtimularentur fideles, ſua encomia repoſuit Iacobus Zachia, facundus Prædicatorum orator. Et quidem tanto verborum ornamento ſententiarumque apparatu rem geſſit vir in arte dicendi præſtantiſſimus; ut Metronis ſolennitas incredibili à ſe lætitia cumularetur. Tanti Herois panegyri impoſito fine, decantantur Veſperæ; quibus ut piiſſimam navet operam, interfuit omnino Comes idem Archipreſbyter. His peractis ſacrorum Oſſium diſponitur tranſlatio; quam ut debito proſequatur venerationis officio Comes (quem ob pietatem in Divum Metronem ſæpius nomino) Ioannes Baptiſta Allegrius, Prætorium obtinuit evulgari edictum, quo

C non tantum publici fori [actiones] ceſſare, ſed

*feriata ideo civitate,*

etiam omnes vicorum officinæ à mechanicis feriari curis hoc tempore jubebantur. Tum vero in majorem communis lætitiæ ſpeciem, compita urbis verrere, parietes adornare frondibus, aulæa de feneſtris emittere, picturis atque ſtatuis, & quocumque alio hujuſmodi rerum genere ubique implere vicos videbantur Nobiles, Cives, ipſaque turmatim Plebs.

*ducitur ſolennis proceſſio,*

5 Diſpoſito interim ferculo, ſeu potius triumphali curru, ſericeis velaminibus, auro argentoque diſtinctis, magnifice inſtrato, humeris defertur ſacrum Corpus, per plures, eccleſiaſticis indumentis omni divitiarum pretio nitidiſſime cultis inſtructos. Feſtivitatis pompam materiâ & ornamento ſuo augebat Reliquiarum capſula: nam cryſtallis auratiſque compacta laminis, fulgore ſuo & venuſtate, dum oculos intuentium perſtringebat, animum ad pietatis vota accendebat. Effertur ferculum, ſequente comitatus pompa, ſacro præeunte labaro, quo depicta Metronis effigies impenſiſſimo religioſi populi ſtudio veneratur; ſubſequentibus Hoſpitalium infantibus, quorum ſubſidio & Chriſtianæ inſtructioni noſtra hæc Civitas valde addicta, quæcumque caritatis argumenta depromit. Horum cœtum excipiebat inſigne Collegium S. Mariæ ad Nives, cui damnatorum ſolandæ pœnæ, fideique ac ſpei obfirmandæ cura, tanto animarum proventu eſt demandata, ut quibus criminoſæ vitæ culpa hoc mortis genere luenda eſt, fateantur ſe in ipſos miſericordiæ ſalutiſque amplexus veniſſe, cum in horum manus hominum devenerint. Hiſce adnectebantur Patres Divi Franciſci de Paula, eam præſeferentes rigidiſſimæ vitæ faciem, quâ tenerrimum pietatis amorem in intuentibus excitant. Iungebantur iſtis piiſſimi & religioſi Viri, ſub vexillo S. Hieronymi de Piſis, qui in hac Urbe à Victoria dicuntur, quorum probitatem nemo ignorat. Inſequebantur deinde Patres Fæſulani S. Zenonis in Monte, nihil habentes vulgare præter veſtem. Ultra dictos ſacra Oſſa comitabantur Patres, nomine Servorum Sanctæ Mariæ Virginis à Paradiſo, qui ita in terris vivunt, ut in terris paradiſo vere fruantur. Horum omnium agmina claudebat Carmelitarum frequens Ordo, gravitatis majeſtatiſque pleno inceſſu ſic verendus, ut mirandum ſit quam bene hac die ſuæ ſanctitatis opinionem adaugeret. Sequebatur exinde ſacra intrinſeci Cleri Congregatio, cujus religionem & vitæ integritatem omnes qui noverint mirantur. Prædictis accedebant Seminarii alumni, & Epiſcopalis baſilicæ Acolythi, qui in juvenili ætate, ſeniles mores gravitate & pietate redolent; Sacellanique Cathedralis eccleſiæ, qui ſua in arte peritiam canendi tantam præſeferunt, ut ad concinne ſuaviſſimeque modulandum nil amplius quis requirat.

D

*comitante Claro religioſo ac ſeculari,*

E

*cum Canonicis, Epiſcopo,*

6 Poſtremo Canonici, qui veluti micantia ſidera non mediocrem probitatis lucem ubique diſperſam relinquebant. Inter quos, ad ſolis inſtar nitidiſſimi eminebat Sebaſtianus Piſanus Epiſcopus, ab eoque ſecundus Archipresbyter; quibus & uberrimo fulgore, ſi dixeris, allucere Comitem Octavianum Peregrinum, inficias neutiquam ibo. His proxime ſuccedebant qui Sacra Divi Metronis Oſſa, deſuper extenſo ſericei operis venuſtiſſimo conopæo, humeris ferebant, eo ordine, ut feſſis alternatim ſubmitterentur alii; cuncti autem tanta indumentorum opulentia ditati, tantiſque cereorum facibus circumventi, ut ipſam diei lucem effuſiorem & magis hilarem reddere omnino viderentur. Enimvero circa ferculum ſeſe adglomerabant Clerici, quorum alii ſacra lumina efferebant, alii jactando thuribula ſuffimentum adolebant, alii pſalmos, hymnoſque, ac laudes cum cantoribus præcinebant; omnes ea vocum atque munerum, quibus fungebantur, concordia, quam tota Civitas numquam ſatis & pro dignitate admirabitur. Reliquias inde comitabantur Franciſcus Grimanus Prætor, & Laurentius Iuſtinianus Præfectus, ambo Veronæ Moderatores; quorum animis magnitudinem, ſplendoremque ſuum ipſa purpura referebat acceptum. Horum pietatem & religionem eximie cumulabant, Spineta ex Marchionibus Malaſpinis, Urbanam Præturam exornans; Antonius Portaluppo, I. C. Collegiatus; ac Franciſcus Peregrinus, Archipreſbyteri Comitis Octaviani germanus frater, Comes; Duum-Viri cum Decurionibus, eumdem in Deum & S. Metronem animi cultum æmulantes; omnes non tam fumoſis veterum imaginibus, quam propria virtute inſignes & conſpiciendi. Utriuſque autem ſexus multitudinem præſtat ſilentio præterire, quam impari linearum ductu perſcribere; ita ſcilicet frequentem, ut parum abſit, quin à ſe ipſa elidatur.

F

*atque Proceribus.*

7 Dum ſacra hæc pompa incedit, & quocumque

A que vicorum loco excipiebatur, ibidem parietum ornatus, gentium plausus, constratæ viæ floribus, erecta passim altaria, explosus tormentorum ignis, ardentissimam urbis caritatem pietatemque, in sanctissimi Confessoris venerationem, plusquam mirifice contestabantur. Cum vero ad Divi Vitalis sacrum delubrum tandem essent omnes reversi; collocatis desuper altare sacræ capsæ Reliquiis, ibi venerationis gratia cunctorum primus genuflectit Archipresbyter, fundit preces, thure adolet; easque sensu cordis quam tenerrime diffuavians, non nisi ægre inde evellitur. Comes ipse etiam Ioannes Baptista flexo genu, totusque in pietatem emollitus, cohibere lacrymas haudquaquam poterat, dum illius in Cælicolam pietatem æmulatur. Alii frequentissimi in sancti Confessoris pignora obsequiosa hujusce diei munera eidem impendere collætabantur. Lætissimo interea semper campanarum tinnitu, & buccinis edito ex arte sono, & obstrepente tympanorum pulsu, atque elatis undique civium precibus festum hoc adaugebatur. His demum expletis, Reliquiæ, intra capsulam super altare, clauduntur in arcâ marmoreâ, duabus munitâ clavibus: quarum altera, ecclesiæ Curato; altera, Comiti Allegrio consignabantur. Quæ omnia tanto cum honore, munificentia, apparatu, quodque pluris interest, animarum lucro, peracta sunt, ut Verona de nullo unquam gavisa sit spirituali triumpho, si de hoc ipso plusquam vehementer non gaudeat. *Hactenus Libardus: qui in præliminari ad Allegrios defunctos allocutione,* Carolum Comitem *iis gratulatur nepotem; quia* Metronis Reliquiis, avorum religione celebribus, jam per urbem, Ioanne Baptista Comite patruo curante circumductis, & veterem illustravit cultum, & novum nobiliusque argenteum conditorium extulit. *Allocutioni prædictæ subjungitur hujus modi* Epitaphium, *ipsi argenteæ arcæ forsitan inscriptum, aut juxta eam in margine positum, hoc tenore.*

*Regressa ad S. Vitalem pompa,*

*arcæ marmoreæ includitur capsa,*

*nuper in argenteam commutata,*

B

Quæ cernis ossa, Metronis sunt;
in frusta secta, priscum referunt dolorem,
nondum oblita pati:
gelidi cineres adhuc pœnitentiam spirant.
Si patriam quæris, nullam invenies:
quippe illâm amisi,
dum me in illa perdidi.
Pia Verona me suum admisit Civem,
ubi & Deum reperirem, & me ipsum.
Patratum crimen saxo fugavi:
libidinis incendia extinxi lacrymis:
contractas maculas ad ripas Athesis ablui.
Si unda defuisset, succurrisset sanguis;
venæ pupillis.
Brevem luxum diu luxi.
E luctu eluctatus,
quam facile Deum provocavi, tam feliciter placavi.
Quis non credat iram Numinis remissam,
si novo piscis prodigio id nuntiat
tam innoxia, quam muta, fluminis unda?
VIATOR,
imitare dolentem, errantem detestare.

*& illustrata Epitaphio.*

C

## DE S. WIRONE EP.

Pag. 320 *post* Annotata *adde sequentem narrationem rei, nuperrime gestæ.*

## RESTAURATIO ET RELATIO

## Ecclesiæ & Reliquiarum S. Wironis & Sociorum in monte S. Odiliæ.

### *à R. D. G. Basel loci Pastore descripta.*

ILlustriss. Dominus Fr. Reginaldus, Episcopus Ruræmundensis, pro officio veniens visitatum, & videns antiquas veteris ecclesiæ misere collapsæ ruinas, cujus adhuc quædam parietinæ extabant, interne commotus fuit attenta sanctitate loci, quem non solum habitatione sua consecrarunt Sancti, patriæ nostræ Apostoli, Wiro, Plechelmus atque Otgerus, sed etiam morte sua ac sepultura. Deplorans ergo illius destructionem, talium Divorum olim vestigiis pressi, lacrymisque pro indigenarum conversione frequentius fusis irrigati; hortari me cœpit, ut corrogatis undecumque eleemosynis ipsius restaurationi intenderem, pollicens quod neque consilio neque auxilio deforet: id quod eo facilius mihi persuasit, quod etiam RR. Patres Societatis Iesu acriores ad idem opus aggrediendum stimulos aliquoties admoverant.

*Episcopus visis loci ruinis condolens,*

*restaurationem suadet:*

E

2 Anno igitur MDCLXXIX cœpi conquirendis apud notos & ignotos, nobiles ac plebejos eleemosynis undequaque intendere: quibus subnixus sequenti mox anno rem eo adductâ habui, ut die XVI Maji jaci fundamenta potuerint novæ fabricæ, in quæ primus lapis sub invocatione S. Wironis, secundus in nomine S. Plechelmi, tertius ad honoram S. Otgeri sunt positi. Sed publicæ calamitates ejus temporis, bello bellumque secutis vastitatibus atque incendiis funesti, fecerunt, ut accolarum subsidiis parce subvenientibus, longiori sex annorum spatio, quibus vacavi operi, nihil magnopere promoturus fuerim, nisi Illustrissimus ipse Episcopus & Communitas loci ampliores in illud summas pecuniarias erogassent. His ad culmen perducta fabrica, & anno MDCLXXXVI, die X Maji consecrata ab Illustrissimo fuit in nomen SS. Wironis, Plechelmi atque Otgeri: Wironis tamen præcipue, ut Patroni principalis, cujus propterea die illo festivitas à populo feriato celebratur, in hac Communitate; cum aliorum duorum anniversaria commemoratio solum in Ecclesia observetur. Ne autem posthac oporteret tali die conjungere festum Patroni & Anniversarium dedicatæ ecclesiæ, statuit Illustrissimus, ut Dedicatio recoleretur quotannis Dominica prima Septembris. Eodem die consecratum etiam fuit summum altare, in honorem prænominatorum trium, inclusis in illud singulorum Reliquiis nonnullis, una cum ipsanis SS. Fulgentii & Restitutæ.

*qua an. 1679 cœpta,*

*1686 absoluta ac dedicata ecclesia est,*

F

3 Proxima infra Octavam S. Wironis Dominica, eademque XII Maji, processionem quam potui frequentissimam incolarum accolarumq; mei montis ad civitatem deduxi, excepturus dimidiam sanctarum Reliquiarum, istic nobis præparatarum, partem. In ea autem divisione sic facienda, ut nec minimum officulum relinqueretur, cujus medietas nobis non cederet, toto præcedenti triduo fuerat ab Illustrissimo coram omni Capitulo laboratum. Stabant ad publicam venerationem expositа in Cathedrali ecclesia Sanctorum sacra pignora, decentissime ornata; ibidemque nos expectabant Illustrissimus cum Amplissimo D. Decano Dominisque Canonicis; à quibus tradita illa in humeros exceperunt Pastores octo, hinc & inde quaterni, Superpelliceis Stolaque induti: iisdemque quos dixi comitantibus, nec non pri-

*deinde 12 Maji illata illuc pars dimidia SS. Corporum.*

A primariis quibuſque ex Equeſtri Civilique Ordine, & hominibus promiſcui ſexus millenis, multo cum lumine & ſacris hymnis tota via decantatis, exultanter devoteque intulerunt in novam ipſorum eccleſiam; ubi mox Te Deum laudamus intonuit, choro reliquum proſequente. Sacrum deinde ſolenne decantavit Epiſcopus: & quoniam multitudinem nimiam capere eccleſia haud magna non poterat, ut omnium fieret devotioni ſatis, extra illam dignatus eſt habere ſermonem ad turbas, in cacumine montis.

*Caca puella illuminatur*

4 Ipſo die placuit divinæ Majeſtati ſigno patenti declarare, quam ſibi Sanctiſque grata ea religio acciderit. Aderat ibidem cum matre annorum circiter ſex puella ex pago Kercken, filiola Petri Rutten, ibidem Sacriſtæ, & Afræ Freyhart; quæ à biennio viſum omnem amiſerat, ex boarum ſeu papularum infantili morbo; & quidem ita, ut non ſolum obductos pelliculis haberet oculos, ſed nec allapſum quidem luminis pateretur, abſque cruciatu ſummo; unde fiebat, ut, ne hunc tolerare cogeretur, infra menſas & ad angulos confugeret parvula: malum autem immedicabile eſſe, ibidem loci ac

B temporis cenſuerant, qui oculos inſpexerant, vir ac mulier, chirurgiæ peritiſſimi ambo. Poſt fuſas aliquamdiu in templo pro filiæ ſoſpitate preces, abitum inde parabat mater; cum, ſubſiſtere ut etiamnum vellet, cœpit orare parvula; Iam enim, inquiebat, incipiunt mihi aperiri oculi, nec dolere amplius. Exinde autem commode vidit, videtque in præſentiarum, uti notum eſt omnibus.

*impetrantur Indulgentiæ,*

5 Ad augendam porro fidelium erga ſanctos ſuos Patronos Devotionem petii & impetravi eodem anno à S.D.N. Innocentio Papa XI plenariam Indulgentiam, per Breve ſignatum XVIII Iulii, in ſeptem annos valiturum, pro x Maji, XVI Iulii, & x Septembris, diebus S. Wironi, S. Plechelmo, & S. Otgero ſigillatim ſacris: quibus exinde perrexit populus ad hunc Montem confluere; minime irrita devotione, ſed conſequentibus ſubinde ſanitatum petitarum gratiis, quarum teſtatiores duas hic placet adnectere. Anno MDCLXXXVII Ioannis Daemen & Mariæ Gerits, conjugum hujus Communitatis, filiolus anniculus & hernioſus, ſanatus ab eo incommodo fuit, per votum parentum, quo hi ſe obligaverant, ad unius libræ cereum offerendum, & ad Miſſæ ſacrificium ſemel curandũ in honorem Sanctorum. Eodem anno, XVI Iulii, quo S. Plechelmus colitur, ſimiliter rupta puella ſeptennis, adducta à parentibus fuit, ex voto lucrandarum ea die Indulgentiarum. Erant illi Iacobus van Kempen & Agatha Muyſers, ex pago Vlodrop: qui cum domum reverterentur; diſſiluit, quo circumligata erat parvula, vinculum, violenter ea ipſa parte diſruptum qua firmiſſimum erat. Nec mora: ſanata filia eorum reperta eſt. Ita atteſtor Guilielmus Baſel, Paſtor Montis S. Odiliæ, XVI Decembris MDCLXXXVII. E

*puero unico alterique curatur hernia.*

D

*Priori autem gratiæ, de caca illuminata, atteſtatus mihi per epiſtolam eſt,* R.P. Theodorus Maen, *noſtræ Ruræmundæ Collegii multis annis aut Rector aut Procurator, puellæque ac matri ejus ſæpius ea de re locutus.*

*Pag.* 320 *col.* 2 *de* S. Petro Tarentaſio, *vide quædam mutanda in App pag.* 843.

*Pag.* 331 *Annot.* b *lin.* 3 — *Ceniſio* l. — *Cineſio.*

*Pag.* 333 *Annot.* e Buſſeria, *lege bis* — Buſceria — *in fine adde* — *utraque autem antiquiori vocabulo rectius* Buſcaria *nominaretur, uti nos docuit Claudius Caſtellanus.*

# APPENDIX
## AD DIEM NONAM MAII.

Pag. 357 Col. —
S. Ticdinus, *l.* S. Tudinus.
*Ibid. ultimo loco addatur.*

C B. Benincaſa Ord. Servorum B. Mariæ, Monte-Clœlii in Hetruria.

Pag. 358 Beatus, Archiepiſcopus Cantuarienſis, patria Aquitanus, *cum titulo* Sancti *prolixoque elogio reponitur in Supplemento Martyrologii Gallicani, & dicitur mortuus circa annum* 1113. *Interim conſtat, ex Malmesburienſi & aliis, quod poſt mortem S. Anſelmi an.* 1109 vacavit eccleſia *Cantuarienſis* integro quinquennio, *poſt quod electus Rodulphus, nullum locum concedit* Beato *iſti, Anglicanis nec Hagiologiis nec Epiſcoporum Catalogis noto, planeque fictitio, & cui hic dies ideo ſolum lectus à Sauſſayo videatur, quia ejuſdem nominis certus Sanctus alius tunc occurrit.*

### DE S. GREGORIO NAZIANZ.

Pag. 369 *in margine pro anno* CCCLXXXIX, *ſcribe,* CCCXCI.

*Pag.* 370 *col.* 1 *poſt num.* 6 hæc adde —

*Retractatio quandoque neceſſaria ei,*

*A cultu Sancti, ad vitæ ab eo actæ chronologiam tranſiturus, fateor, me experimento quotidiano diſcere, quanto ſit facilius ſententiam aliquam vulgo receptam falſitatis convincere, quam ejus loco ſtabilire aliam: hoc enim agenti contingit aliquando quod viatoribus, quibus aquarum violentia tritam eatenus viam abſtulit, ut quocumque duce ingreſſi aliam, ibi quoque inveniant ſalebras, quas ſola deſperatio melioris conditionis, tolerabiles faciat. Vt illi igitur, cum remetiendum eſt iter, ſolicito oculo circumſpiciunt commodiorem viam aliam, quâ denique ad locum intentum pertingant; ſic etiam nos, dum non omnino acquieſcimus ei, quam alteri certo falſæ præpoſuimus opinioni, angimur luctamurque, ſi forte aptior ſe ratio aperiat explicandæ difficultatis: quod fateri non pudet eum, qui ſe cogitat hominem eſſe errori obnoxium. Proinde quæ de* S. Nazianzeni *Chronologia diſputavi, ſecundis curis retractata accipe, & pro* §. 2 *ac* 3, *proque additis in Appendice pag.* 842, *novos duos Paragraphos hoſce ſubſtitue.*

*qui cogitur veteri opinione rejecta novam ſtatuere.* F

### §. II. Chronologia Baroniana vitæ S. Gregorii cur teneri non poſſe videatur.

*Ex locis quibuſdam negligenter latine redditis*

IN ordinando vitæ à S. Gregorio ductæ tempore, annisque ætatis definiendis, res apud Auctorem noſtrum eſt implicatiſſima. Etenim eamdem ex ipſomet Sancto, ut par erat, certiſſimo ætatis ſuæ teſte, exquirere voluit; ſed Græcæ imperitus linguæ, non aliter ejus ſenſa intelligere valuit, quam ut erant Latine reddita ab interpretibus, illic ut plurimum minime curioſis, ubi eos maxime ſcrupuloſos eſſe oportuiſſet (quemadmodum in tractatu de S. Athanaſii Vita notatum eſt ſæpius) itáque primo omnium impegit in verſum ejus de Vita ſua, quo indicare eum faciebat Interpres, quod

An-

A Annum ætatis agebat jam trigesimum,

*Sanctus creditur anno 355 fuisse tricenarius,*

*Quando, Athenis digrediente Basilio, subsistere coactus est, ad Rhetoricam ibidem (uti id intelligit Baronius) publice profitendam. Hoc autem cum factum esse constaret post annum Christi* CCCLV, *quo Iulianus studiorum causa Athenas appulit, ibidem à SS. Basilio & Gregorio cognitus; consequens esse videbatur, ut Gregorius natus fuerit post consilium Nicænum, celebratum anno* CCCXXV. *Idemque rursus poterat confirmari ex Oratione Gregorii in laudem Basilii, ubi Sanctus, juxta interpretationem Latinam, de se suoque Basilio videtur sic dicere:* Domum reversi, *scilicet ab Athenis*, juris nostri quam primum efficimur, atque ex imberbibus inter viros censemur, fortius ac virilius ad Philosophiam ascendentes: *quæ vix de tricenario dici possunt, nedum de eo qui annis pluribus eam ætatem sit prætergressus.*

*imo imberbis.*

8 *Multo autem adhuc efficacius minor illa hoc tempore Gregorii ætas probatur, si natus est patre ejus non tantum jam Christiano, contra quam communiter Græci in Menæis & Synaxariis asserunt (fuit autem baptizatus à S. Leontio ad Concilium Nicænum proficiscente) sed etiam jam Sacerdote vel Episcopo (qualis non potest ante annum* CCCXXVIII *factus concipi) id tamen sequi videtur ex his Latinis ejus ad filium verbis:*

*aut etiam patre jam Episcopo natus;*

B Nondum tot annos in vitâ explesti tuâ,
Quot ipse sacro jam consumpsi in munere.

*quod omnino dici non potest.*

*Atqui hoc ultimum absurdissimum est, cum Nazianzeni discipulus Hieronymus lib.* 1 *adversus Iovinianum dicat;* Certe confiteris, non posse esse Episcopum, qui in Episcopatu filios faciat: alioquin si deprehensus, non quasi vir tenebitur, sed quasi adulter damnabitur: *proinde & filii sic procreati censebuntur spurii. Id autem si vere dici potuisset de Nazianzeno, quomodo ei non exprobrassent Ariani, qui tot alia longe minutiora objecerunt? Quod si dixeris,* Gregorium *fuisse parentibus suis filiorum ultimum; & ante patris Ordinationem conceptum, eâ peractâ prodiisse in lucem: primo quidem repugnabis communi Græcorum opinioni, in Synaxariis expressæ; deinde gratis feceris Cæsarium fratrem,* Gregorio *seniorem. Baronius igitur, ne quid tale cogeretur admittere, maluit verba patris, ætatem filii cum sui Sacerdotii annis componentis,* non nisi hyperbolice dicta *judicare. Sed cum hæc dicta censeantur anno* CCCLXXI, *quando senior* Gregorius *solum numerabat annum Episcopatus* XLIII, *enormis ea fuerit hyperbole respectu filii, etiam in Baronii sententia, annis saltem nati* XLVIII.

C 9 *His lectis vir eruditus suggessit, hæreticis nupturientibus deridiculo futuram solicitudinem cavendi, ne ex patre Episcopo natus putetur* Nazianzenus, *quia id nostra ætate absurdum sit. Sed respondi, S. Hieronymi testimonium, qui solis triginta annis* Nazianzeno *superfuit, esse ejusmodi, ut antiquum satis videri debeat ad persuadendum, Apostolicam fuisse traditionem, qua ordinatus Episcopus jubebatur continentiam ab uxore polliceri, pro mœcho habendus si aliter fecisset. Audi nunc eodem ipso tempore, quo florebat scribebatque* Hieronymus, *Synesium Sophistam, cujus, lapidem (uti dicitur) omnem moventis ne cogeretur Episcopus fieri, extat ad Theophilum Patriarcham Alexandrinum epistola, anno* CCCCX *scripta, atque etiam in Annales relata à Baronio; ubi inter alia hoc quoque dicit:* Mihi & Deus ipse & lex uxorem dedit: quapropter omnibus prædico, testatumque esse volo, me illam prorsus deserturam non esse, neque cum illa veluti mœchum clandestinam consuetudinem habiturum: alterum enim, minime pium; alterum, minime legitimum est: quin potius & volo & opto, & plures mihi & probos nasci liberos. *Vbi apparet credidisse Synesium, quod Episcopo illicitum esset liberis operam dare; idque ex lege Ordinationi Episcopali conjuncta. Qui autem existimaret, ita protestanti fuisse indultum uxoris usum, modo consecrari se fineret; adeoque legem istam non ita indispensabiliter viguisse, quin aliquando liceret contrarium; eodem modo deberet credere, permissum esse Synesio tenere dogmata quædam, fidei Catholicæ non satis consentanea, à quibus similiter negat abduci se posse. Quare (ut recte Baronius)* haud aliud credi potest verbis hic fecisse Synesius, quam quod factis Ambrosius exhibuit; dum, ne Episcopus ordinaretur, se adulterum & sanguinarium publica professione ab omnibus credi voluit. *Manet interim sensus ejus de Episcopali obligatione ad continentiam notus: neque dubitare debemus, quin consecratus æque hanc tenuerit, atque sanam in fide doctrinam. Non tamen totum, quod postea in simili casu, etiam exigebatur primis illis Christianæ simplicitatis seculis; neque simul ac lecto, tecto quoque secedebant conjuges. Et ideo nihil mirum, quod in iis quæ de parentibus suis, deque Basilii fratre Gregorio Nysseno & conjuge ejus Theosebia narrat noster* Nazianzenus, *nulla fiat divortii alicujus mentio. Nec enim sublato per mutuum consensum conjugii usu, desinebant esse & haberi conjuges, & communis familiæ onera curasque communiter sustinere; magna profecto laude digni, si cum his omnibus sic vitam instituerent, animumque à rebus terrenis abstraherent, ut etiam ἀζύγοις nulloque ejusmodi vinculo obstrictis similes se præstarent. Maneat ergo* Gregorium Nazianzenum *ex patre, non solum non Episcopo, sed ne Christiano quidem natum esse, quod tenent Græci; solumque videamus, quid responderi debeat ad loca in illius asserti probationem allegata.*

*cum Episcopum conjugio utentem pro mœcho habendum dixerit Hieronymus,*

*idque probetur ex ipso facto Synesii, unde contrarium aliqui male inferebant.*

D

E

*Explicantur ergo ipsa Græci textus loca.*

10 *Dico igitur, quod, si recte expendas singula, uti Græce à* Gregorio *ipso sunt scripta; in iis nec unum quidem invenies fundandæ prænotatæ Chronologiæ sufficientem. Vt enim ab ultimo illo incipiam, quo redux Athenis videtur dicere, se tum primum ex imberbi inter viros censeri cœptum; longe diversus illius est sensus. Sic enim habet:* Ὡς δ' ἓν ἐπανήκαμεν, μικρὸν τῷ κόσμῳ καὶ τῇ σκηνῇ χαρισάμενοι καὶ ὅσον τὸ τῶν πολλῶν πάθος ἀφωσιώσαμεν (καὶ γὰρ αὐτοί γε εἴχομεν θεατρικῶς καὶ ἐπιδεικτικῶς) τάχιστα ἐγενόμεθα ἡμῶν αὐτῶν, καὶ τελέμεν εἰς ἄνδρας ἐξ ἀγενείων, ἀνδρικώτερον τῇ φιλοσοφίᾳ προσβαίνοντες. *Hæc autem sic verto:* Ut igitur domum revertimus, qui aliquantulum mundo ac scenæ servieramus, quantum scilicet satis erat ut aliorum plurium obsequeremur cupiditati (neque enim ipsimet ad theatralem ostentationem propendebamus) continuo facti sumus juris nostri, & tamquam ex imberbibus facti viri, ad philosophandum nos contulimus generosius. *Metaphoram sane hujus loci, quam additâ particulâ* tamquam *signavi, manifestam facit pars ejus prior, qua se & Basilium tunc primum sui juris factos dicit: quod uti non vult ipse de legali emancipatione intelligi, sed de figurata, qua mundo servire desiverant: sic nec quod ex imberbibus dicat factos viros, debet cum respectu ad ætatem accipi, sed referri ad animum: qui tunc primum viriliter erigi cœpit ac roborari, cum sepositio aliis placendi studio, quod imperfectorum est, ad veram solidamque virtutem, quæ est virorum perfectorum, conatum suum intenderunt.*

*& 1, metaphora ab ætatis mutatione sumpta,*

F

*2 indicatur annus 30 studiorum,*

11 *Iam quod ad trigesimum annum attinet, cum discessu ab Athenis compositum, gratis præsumitur signari annus ætatis, ubi solum tempus, studiis impensum, multo congruentius potest intelligi. Ipsos Græcos versus accipe:*

Καὶ γὰρ πολὺς τέτριπο τοῖς λόγοις χρόνος,
Ἤδη τριακοστὸν σχεδόν μοι τοῦτ' ἰὼ ἔτος.

*quæ sic sonant,* Etenim longum tempus impenderam eloquentiæ exercendæ: eratque is annus mihi ferme trigesimus, *scilicet in hoc studio. Esset autem hic sensus etiam clarior: si pro* τοῦτ' ἰὼ, hic erat, *legas* τοῦδ' ἰὼ hujus rei, *id est, studii,* agebatur mihi annus fere trigesimus. *Consonat his Gregorius Presbyter, in Vita Sancti, expresse affirmans, quod Athenis in patriam suam reverterit,* τριακοστὸν ἤδη ἔτος πληρώσας, cum trigesimum annum

annum expleviſſet : *non enim hic finit , neque addit,* ἐν βίῳ, in vita ; *ſed* ἐν τοῖς μαθήμασιν, in diſciplinarum artibus pertractandis.

3 *declarantur verba patris,*

12 *Denique verba* patris Gregorii *ad filium, quæ neminem non torſerunt , modicâ correctione adhibitâ , facile videntur adduci poſſe ad ſenſum, ab hiſtoria & ætatis majoris rationenon alienum ; ſi, ubi nunc in editis legitur,*

Οὕπω Τοσοῦτον ἐκμεμέτρηκας βίον,
Ὅσος διῆλθε θυσιῶν ἐμοὶ χρόνος.

*ſi , inquam , verſum ultimum ab Auctore ſic conſcriptum credamus,*

Ὅσος διῆλθε δὶς ἰὼν ἐμοὶ χρόνος.

*Tunc namque ſententia Latine reddi hoc modo debet,*

Ætas peracta tam longa non diu eſt tibi,
Bis quantum eundo labitur tempus mihi.

*dicentis ſe fere duplo ſeniorem filio,*

*Nempe, cùm iſtæc dicebantur, centenarius fere erat pater: ſi autem filius intelligatur haud multo major quinquagenario, aptus erit undecumque ſenſus , & nulla tortus violentia. Etenim particula* ἔπω, *quam alii nimis abſolute vertunt* Necdum, *latitudinem recipit ; nec ſolum de præſenti , ſed etiam de præterito dicitur : ſic apud Ariſtophanem in Pluto.*

Οὔπω χρόνῳ παλαιὸν οἰσεδέρκελο.

B *Latine redditur ab Interpretibus.*

Non diu eſt ex quo videbatur.

*Similem latitudinem habet Aoriſtus* διῆλθε, *quem proinde malui vertere in præſenti* labitur , *quam in præterito* tranſiit. *Quod ſi alicui videatur , eadem verba ſic poſſe dilatari, ut pater, annorum plus quam quadraginta Epiſcopus , filio , non diu quinquageſimum annum tranſgreſſo, dicat , pene tot annos ſe habere in Sacerdotio , quot ille in vita ; relinquat ſane immutatum verſum illum, tantumque videat, ut talem ſaltem* Nazianzeno *ætatem relinquat, quæ poſſit conciliari cum ea quam ſæpe allegat canicie ſua.*

anno 361 13 *Etenim cum illa, quæ ſupra retulimus, verba, poſt Epiſcopalem filii conſecrationem, dixiſſe intelligatur pater anno* CCCLXI ; *oportet* Nazianzenum *notabiliter majorem fuiſſe quadragenario ; qui in Carmine de rebus ſuis, quod ante id tempus, non diu poſt Cæſarii fratris & Gorgoniæ ſororis mortem, compoſitum fuit, ita queritur:*

Jam caput albeſcit canis, rugoſaque membra
Triſtis ad occaſum vitæ mihi prona feruntur.

*jam incurvo & cano,*

*Licet enim* præmaturam *canitiem intelligas , ſicuti interpres metro ſerviens* præmaturam *ejus* ſenectutem *in eodem carmine paulo poſt dixit , ubi in textu Græco ſolum habetur, quod* χαλεπὸν πάθος, moleſtus cõflictus, *temporalium ſcilicet quas ante deſcripſerat curarum , ipſum, quietioris vitæ impatienter cupidum ,* καὶ γῆρας ἔχευε præcipitaverit in ſenium ; *haud tamen hæc præcipitatio ſic poteſt elevari , quin intelligatur ſimilitudo ſenii , non qualiſcumque, ſed velut extremi : quia mox ſubditur ,* Καὶ κύπτω ποτὶ γαῖαν, Et propendeo in terram , *quod ſilicerniorum eſt. Porro, qui tunc canus & incurvus erat ; decennio poſt , cum morbo prohiberetur Olympium Præſidem per ſe accedere reis civibus veniam oraturus , eumdem appellans per Epiſtolam* 172, *merito his verbis utitur;* Moveat te noſtra canicies, quæ te jam antehac, & quidem perſæpe movit. *Simili modo Oratione* 17 *pro civibus ſupplicans, apud eumdem , vel potius apud alium ejus deceſſorem ;* Num tibi , *inquit ,* ſupplicis libelli loco canicies hæc offerenda erit atque annorum numerus ? *Quot hi, aut qualis illa ? ſi anno* CCCXXVI, *aut etiam ſerius natus Gregorius ?* Patris canicies & anni , *inquit Billius. Scio Baronium indicare aliquos , qui ad Valentis tempora hæc ſpectare crediderint : ſed hos ipſe manifeſti arguit erroris, cum tota oratio, qua Præfectum ſpectat, alloquatur hominem Chriſtianiſſimum ſinceramque cultorem Trinitatis, qualibus ante Theodoſium nullis commiſſa provinciarum Orientalium Præfectura. Suam ergo propriam eanicem intelligit , ſuorum annorum allegat numerum ; talem utique , qui præcipue debeat miſerationem mo-*

*præcipitata ſcilicet ſenectute,*



*vere. Talem autem non invenies in* Gregorio , *ſi anno* CCCXXVIII *natus , annum dumtaxat agebat* LII *cum ſcribebat Olympio. Tolerabilius eam ſibi arrogabit vir ſexagenarius, præſertim ſtudiorum , curarum, ac pœnitentiarum fervore præcipitatus in ſenium , & præmature canus, qualem ipſum jam vidimus.* D

## §. III. Expenſâ & reprobatâ ſententiâ Suidæ, de ætate Sancti nonagenariâ, alia media tenenda proponitur.

*Lexicographus Suidas , qui ante finem ſeculi* XI *floruit , ad nomen* Gregorii Nazianzeni , *poſt Vitæ epitomen haud inelegantem,* Obiit , *inquit,* ad annum uſque LXXXX progreſſus & ultra , Imperatoris Theodoſii anno XIII , *is eſſet annus Chriſti* CCCXCIII. *Sed certior hic Hieronymo fides , qui ſub finem libri de Scriptoribus eccleſiaſticis enumerat libros à ſe compoſitos ,* uſque in præſentem *ultimæ iſtius lucubrationis* annum, id eſt Theodoſii Imperatoris decimum quartum : *de Nazianzeno autem ſcripſerat cap.* CXVII, Deceſſit ante hoc fere triennium ſub Theodoſio Principe , *adeoque anno Chriſti* CCCXCI. *Vti autem hic erravit Suidas , ita verendum eſt ne in annis ætatis deſiniendis erraverit, ſi non ipſe, ſaltem librarii ejus, obſcuritate litteræ numeralis decepti. Quomodo enim homo, qui in tali calculo ante annum* CCC *natus, proindeq; octogenario major fuit, quando Conſtantinopolim acceſſitus eſt, totam fere ab Arianis aliiſque hæreticis inſeſſam ; quomodo, inquam, homo tam grandævus perſuaderi potuiſſet, ut iret ? perſuaſus autem , quomodo potuiſſet tanta dicendi efficacia valere apud auditores , ut quos initio paucißimos Orthodoxos habuit, numeroſißimos faceret ; & pene extinctam Religionem in ſua Anaſtaſia dicendo reſtitueret , ſicut reſtituiſſe eum ſcimus ? Quomodo deinde, poſtquam in patriam rediit, abdicato Epiſcopatu Conſtantinopolitano, libuiſſet jam fere nonagenario, tot tamque multa Carmina ſcribere , quot & quanta extremis vitæ annis ab eo facta habemus ?* 14 *Obiit Sanctus an. non* 393 *ſed* 391 E *neque nonagenario major, ut Suidas ſcribit,*

15 *Vidi equidem has omnes difficultates mihi objici, quando in prima hujus Diſquiſitionis editione Suidam mihi ſequendum ſtatui. Sed jam ſemel ab ætate ſexagenaria, qua contenti ſunt alii , ineluctabili ratione abductus, nihil videbam aliud quo me reciperem ; maxime cum Baſilius,* Nazianzeno, *ſi non ſenior, ſaltem æqualis, pro anno* CCCLXVII *inveniretur laudari., Ep.* 26 *Nazianzeni ad Euſebium Epiſcopum Cæſarienſem , ut qui tunc erat* vita, ſermone, & canicie omnium præſtantiſſimus ; *quod tum, de quadragenario non niſi inepte, de ſeptuagenario vero aptißime dici videbatur. Accedebat ratio ſumpta ab ætate parentum* Nazianzeni : *ſic enim argumentabar. Pater Gregorius, ſicut in Oratione* XIX *ait filius, obiit* cum annos ferme centum vixiſſet, ex eiſque egiſſet in Sacerdotio quinque & quadraginta , *completos circa annum Chriſti* CCCLXXIII. *Rerum enim deinde ſecutarum ſeries non permittit, ut poſtea vixerit. Factus igitur Epiſcopus eſt circa annum* CCCXXVII, *annos natus* LV : *totidem autem fere annos tunc habuit uxor ejus S. Nonna, utpote quam filius aſſerit marito ſuo non ſolum* ὁμόζυγον conjugem, *ſed &* ὁμόχρονον coætaneam *fuiſſe ;* ἴσον πολιᾷτε ἠθέσι, moribus & canicie æqualem. *Atqui primogenitus ex eo conjugio creditur* S. Gregorius, *quomodo ergo credi poteſt circa idem tempus ille natus eſſe? niſi vel quinquagenarios parentes fuiſſe dicas cum jungerentur matrimonio , quod ſaltem de matre veroſimile non eſt : vel prolem iis demum conceſſam poſt longam annorum circiter triginta expectationem. Hoc vero tam inſolens tamque prodigioſum , in quo veteri Sara , Abrahami conjugi , tam ſimilis S. Nonna fuiſſet , quæ parere cœpiſſet quinquagenaria , quomodo tacitum prætermiſiſſet filius, tantam hic effundendi ſui materiam habiturus , pro ea ſtere, oratione qua parentes laudavit , multa longe minutiora expendens ?* aut ſexagenarius tamen, *quod pridem oſtendi non poſſe cum parentum ætate ſubſiſtere.* F

A 16 *Fuerit igitur, inquiebam, circa annum Christi* CCLXXV *natus* S. Gregorius pater; *& ætatis anno circiter* XXIV, *ex supparis ætatis uxore* Nonna, *genuerit* Gregorium. *Hic autem, post primos liberalium disciplinarum flores, in Palæstina Ægyptoque haud negligenter decerptos, per annos septem vel octo, circa annum sæculi & ætatis suæ circiter* XXVII *Alexandria navigarit Athenas, Himerium Proæresiumque Sophistas auditurus. Post annos deinde aliquot (cum fervor ætatis nondum longas uno in loco moras pateretur) discesserit in Syriam, Libanii Sophistæ celebri fama allectus; atque ex itinere Nazianzo transiens, baptismum susceperit. Apicem denique eloquentiæ adeptus redierit Athenas, ubi S. Basilium reperit, eique ibidem adhæsit usque post annum* CCCLV; *quando digressi in suam ambo patriam, toti cœperunt ad summam Christianæ perfectionis conniti; cujus merito Basilius factus anno* CCCLXX *Cæsareensis Episcopus, anno* LXXII *amicum suum* Gregorium, *pridem Presbyterum, ordinavit Episcopum Sasimorum. Qui patris decrepiti exinde vices gerens in regenda Ecclesia Nazianzena, anno denique* CCCLXXXI, *tumulatis ante septennium patre ac matre, electus Episcopus Constantinopolitanus, grandem ætatem illuc attulerit; eoque promptius abdicarit onus, quanto proclivius erat eum ad quietam in patria mortem obeundam respectare, quam ad novos in aliena regione eademque turbatissima labores.*

*Sed tunc ultra quam necesse erat sui progressus.*

B 17 *Sic ego quidem tunc ratiocinabar, statuebamque: quotquot autem consulebam viros intra extraque Societatem eruditos (consului autem plures) fatebantur illi omnes, eviaenter videri demonstratam, ætatem quam vulgo credatur majorem; hærebant tamen animo perplexo aliqui, nec audebant ad sententiam Suidæ mecum accedere, propter rationes supra notatas; quamvis eas ipsis conarer lævigare, dicendo,* Anastasiam, *in qua concionabatur* Nazianzenus, *quamque illi concipiebant amplissimam ac capacissimam ædem, initio fortasis nec ecclesiam quidem fuisse; & ut fuerit, quemadmodum sensit Vitæ auctor Gregorius Presbyter, tamen ex hujus sensu fuisse propter angustias contemptam ab Arianis, omnia sacra loca alia Constantinopoli occupantibus. Sozomenus nec ecclesiam quidem credidit, seu* in exigua quadam cellula *cœtum suum coëgisse Sanctum dixit; addens, quod* per quosdam fidei orthodoxæ homines in domum precatoriam constructa erat. *Vt autem inter istas angustias plures dicentem intelligere possent, faciebant* tabulata quædam, fursum erecta porticuum instar, in quibus feminæ stantes audirent verbum Dei, *sicut ex ipsius Gregorii de Anastasia sua somnio Baronius elicit. Non ergo magnum fuit, hominis, quantumvis senis, nec tam laterum contentione* C *quam eloquentiæ venustate valentis, vocem exaudiri ab auditorio non numeroso, sed loci angustiis proportionato; quemadmodum quotidianis experimentis videmus in Anglia atque Hollandia, voce minime grandi veteranorum etiam Presbyterorum, impleri Catholicorum intra breve spatium constitutorum oratoria. Carminibus autem pangendis, quis dicat ineptam esse ætatem, quamvis grandem? Ejus certe rei in nostra Belgica Societate exempla supperunt, ubi prater alios annosos poëtas habuimus Balduinum Cabilliavum, qui vitam simul cum versificandi studio ad quartum supra octogesimum annum extendit; habemus etiamnum Iacobum Wallium, extremo superioris sæculi anni natum, & tamen secundissima etiam nunc Minerva utentem ad pangendos quovis metro versus, Latine ac Grace.*

*licet ratiocinio nonprorsus invero-simili usus.*

18 *Ita ego tunc aliis satisfeci fortasse non paucis; mihi ipsi plene, ut dixi, satisfacere non potui. Cum autem procedente opere ad diem* XXX *Maji incidissem in quatuor sanctorum filiorum parentes, Basilium atque Emmeliam, & præcipui inter eos* Basilii Magni *ætas denuo recognoscenda mihi esset, ad ætatem matris definiendam; animadverti, epistolam* Nazianzeni *præcitatam, quæ de Basilio evidentissimam videbatur demonstrationem ætatis valde magnæ continere, pro anno* CCCLXVII *non admodum premere. Siquidem ubi Billius* πολιὸν, caniciem, *legit & vertit; ibi Francofurtensis codicis probatior lectio habet,* πολιτείαν, conversationem. *Hoc autem sublato, animadverti, longe congruentius se habitura omnia, si diceretur* Basilius Magnus, *circa annum* CCCXVI *natus, ne mater dicatur omnino fuisse septuagenaria, quando ad monasterium se recepit cum filia. Hoc semel posito, non adeo magna videtur difficultas in constituendo tempore, quo ita nasci potuerit* Nazianzenus, *ut neque multum senior juniorve fuerit Basilio, neque nimis annosam habuerit matrem, quando venit in lucem. Solum enim necessarium fuerit, ut pro littera, numerum* 90 *signante, sed ab alphabeto Græco extranea (sicut etiam extraneæ sunt quæ numeros* 6 *&* 900 *signant) littera* ϖ′, 80; *vel* ο′, 70 *notans substituatur apud Suidam; tantumque videndum restabit, utrum vel sic haberi possit congrua matri ætas.*

*Nunc mutata circa ætatem Basilii opinione.*

*mutari etiam debet circa Nazianzenum.*

D 19 *Puto igitur dici posse, quod in tam grandi centum annorum ætate, qualem* Gregorius *senior attigit, non adeo notabilis sit futura ætatis differentia inter ipsum & uxorem, quæ octogenariâ major obierit, quin ὁμόχρονος dici & canicie simili spectari potuerint, quando uterque venit ad vitæ suæ finem. Solet enim muliebris vigor, per sexus infirmitatem, pariendique liberos & educandi labores, frangi citius & emarcescere; cum viris cruda sæpe senectus sit ac viridis, pro senii ratione. Quare licet* Gregorius *senior anno* CCLXXIII *natus fuerit, potuit ei uxor, annis quindecim post nata, sub annum* CCCXVIII Nazianzenum *parere tricenaria; junior etiam multo esse, si eum peperisset decennio citius. Vtrum elegeris, non multo seniorem junioremve Basilio Nazianzenum feceris. Vt credas potius biennio vel triennio fuisse juniorem, suadere videntur verba patris, filio objicientis quod vixdum eam ætatem excesserit, quæ sibi jam bis fluebat: aptius enim ea dicentur nato annos* LIII, *quam* LXIII: *hoc tamen etiam patitur aoristus διῆλθεν, solum significans in cursu esse tempus, quo filii ætatem bis fere æquabat pater. De annis* XXX, *impensis Studio Eloquentiæ, justius dubitaveris, eosne ab ætatis anno* VIII, *an* XVIII *numerare malis, non annumerando tempus impensum primis litterarum & artium disciplinis, Grammaticæ scilicet ac Dialecticæ. Hoc enim si feceris, eos solum annos numerabis, quos peregre extra Cappadociam egit* Nazianzenus *studiorum causa, & justius ille poterit canos suos, & corporis curvescentis imbecillitatem accusare, etiam prius quam à patre ad suscipiendâ Ecclesiâ Nazianzenâ curam cogeretur: sed fuerit cum venit Constantinopolim saltem septuagenarius. Quod si nimium etiam videtur alicui, per me licet, ut sexagenarium faciat, aut etiam utrimque rescindat aliquid: apparet enim Suidam numero rotundo à se expresso additum aliquid voluisse; ex cujus sententia si diceretur Nazianzeni ætas annis* LXXIV *definiri posse, jam Basilio prorsus parem annis illum feceris, natum anno* CCCXXIII, *ex matre annos fortasse non plures quam* XXIV *supergressa aut etiam solum* XX, *prout eam feceris marito juniorem.*

*exacta sexagenario anno* 18 *ætatis.*

E *ut hic annos 70, vel 80, vita obierit.*

F 20 *Porro sicut promissam sæpe sæpius sinceritatem, variisque demonstratam occasionibus, in hac de* Nazianzeni *ætate quæstione retractanda me credo comprobasse; sic etiam libenter hic medebor nonnulli quorumdam agritudini, moleste ferentium, quod contrarius sententiæ communi* S. Francisci Paulani *ætatem ad duos annos ultra nonagesimum extendenti, vicennio integro eos imminuerim; atque ita videar detraxisse aliquid commendationi, quam usui ciborum Quadragesimalium, ab illis voveri solito, daret ætas tam longa ipsius, qui eum præscripsit, & tota fere vita observavit. Id me non feciisse temere, sed auctoritatibus & chronologicis rationibus, saltem apparenter convincentibus, non solum animo indifferenti lectores, sed etiam ex Ordine ipso fatebantur illi, qui mihi mox fassi sunt, non existimare se, quod iis posset absque pervicacia obniti quisquam, utcumque præoccupatus. Libenter tamen hic profitebor*

*S. Francisci Paulani ætas nonagenariâ major,*

A bor, quod lecta Diſſertatione Chronologica, quam pro communi & antiqua ſententia, de anno natali & ætate S. Franciſci de Paula, contra novam à me propoſitam, compoſuit & anno MDCLXXX Pariſiis vulgavit eruditiſſimus omnino idemque modeſtiſſimus ſcriptor, Fr. Giry, ejuſdem Ordinis in Provincia Franciæ Pronincialis, liquido agnoverim, eas, quas convincentes credidi auctoritates & rationes, non omnino eſſe tales, quin rationabili & perquam veroſimili reſponſione occurſum iis ſit ab Auctore prælaudato; atque adeo nihil obſtare me cuiquam, quominus communem ſententiam ſequatur. Ipſe ſane in eamdem nunc vel eo magis propendeo, quo minus volenti animo ab illa in Aprili receſſi. Ceterum (ut præteream alia) fateor non proſus exemptum mihi ſcrupulum, relictum ex illa tam grandi ætate, quam Brigittæ, matri Andreæ & Angelæ de Aleſſo, concedere cogitur vir ſane perſpicax. Vt enim in Calabria, Italiæ totius calidiori regione non omnino præter naturam fuerit partus poſt annum ætatis XLIV, certe eſt perquam difficilis creditu. Videamus ergo, an etiam hæc difficultas nequeat ſuperari, atque adeo ſcrupulus ipſe tolli, ſi dicatur Andreas ille, natus quidem eſſe ex ſorore S. Franciſci (pro quo totis viribus opibuſque contendunt ejus poſteri) ſed mediate: ita ut Brigitta, Andreæ mater, fuerit Sancti viri ex ſorore etiam Brigittâ neptis, Andreas pronepos, & ille hujus proavunculus. Certe apud omnes fere gentes uſus obtinuit, ut in familiari ſermone tantilla graduum diverſitas diſſimuletur, & Nepotes atque Avunculos dicamus, qui in ſummo Latini ſermonis rigore vocari deberent Pronepotes & Proavunculi. Hoc autem poſito, minus mirum fuerit, quod tam ambiguis opinionibus Patres Minimi inter ſe decertaverint, utrum ex Sorore, an ex Cognata dumtaxat ſeu Conſobrina Sancti Andreas iſte proceſſerit. Sed & hanc conjecturam ipſorum arbitrio libens dimitto, minime pervicax diſceptator; & quatenus ſalva veritate licere puto, alieno ſenſui ſententiam meam haud gravate accommodans, quidquid obganniant aliqui, quaſi probroſum ſit è veſtigio ſemel poſito vel tantillum recedere, ſuo in ſtadio aſſueti ipſi obfirmare frontem ad quævis objecta, utcumque convicti ratiocinio vel auctoritate evidenti.

*videtur commode ſuſtineri poſſe contra quam alias ſenſi.*

*maxime ſi poſſit dici ex ſorore Brigitta nata neptis Synonyma, & ex hac poſteritas.*

B

## §. IV. Baptiſmus S. Gregorii, & exercitatio apud S. Baſilium in Ponto.

C

19 TEmpus ſuſcepti à Sancto Baptiſmi Gregorius Presbyter, & qui encomium Tranſlationis ſeculo X ſcripſit Auctor, videntur differre poſt reditum Athenis, adeoque poſt annum CCCLV. Sed familiare eſt Gregorio illi (quem ſolum præ oculis Encomiaſtes poſterior habuit) rerum ordinem potius quam temporum ſpectanti, etiam disjuncta conjungere, imo & rem pluribus vicibus iteratam, velut unam ejuſdem temporis actionem repræſentare. Sic plures Gregorii ſeceſſus in Pontum, de quibus mox infra, tractat per modum unius: & fugam initam poſt ſuſceptum reluctanti animo Presbyteratum, non diſtinguit ab alia, quâ novennio poſt cepit Sanctus, ne ordinaretur Epiſcopus. Itaque hoc ſolum ex Auctore illo teneo, in patria ab Epiſcopo patre baptizatum fuiſſe Gregorium: cui enim potius hoc deferret officium? Occaſionem dimiſsis Athenis recurrendi Nazianzum, non eſt opus longe quærere; cum dicat Sozomenus lib. 6 cap. 16, quod tam ipſe quam Baſilius, cum adhuc adoleſcentes eſſent, Himerio & Proæreſio, Sophiſtis id temporis præſtantiſſimis, ſe in diſciplinam tradiderunt Athenis; poſtea autem Antiochiæ, Libanio Syro: tandem vero, & Sophiſtarum arte & cauſarum dictione poſtpoſita, totos ſe tranſtulerunt ad ſtudium Chriſtianæ perfectionis & Litterarum ſacrarum. Non fuit igitur, ex quo Athenas venit adoleſcens Gregorius, tam iis affixus, quin eo-

*Videtur baptizatus in patria à patre,*

*quando Athenis Antiochia trâſiit ad Libanium,*

dem famoſiſſimos quoſque magiſtros audiendi impetu, quo Cæſaream primum, deinde Alexandriam deſeruerat, etiam Athenis excurrerit Antiochiam. Hac autem occaſione nihil pronius fuit quam ut Nazianzo tranſiret, ſuſceptum patriæ Epiſcopatum gratulaturus patri, quid ni & Baptiſmum de manibus ejus ſuſcepturus?

D

20 Quares, An cum ſocio Baſilio? Nulla ſane nos cogit auctoritas credere, eodem ordine eodemque tempore ambos eiſdem magiſtris dediſſe operam; nec ulla ſcriptorum ſuorum parte Gregorius innuit, aut Cæſareæ aut Antiochiæ cognitum ſibi Baſilium fuiſſe: quomodo autem id tacere potuiſſet, ſi eum habuiſſet in tot locis, non tantum diſciplinarum diſcendarum, ſed & itinerum ea cauſa ſuſceptorum ſocium? Igitur mihi veroſimilius eſt, Cæſareæ ſtuduiſſe Baſilium, cum Alexandriæ, Athenis, & Antiochiæ Gregorius ageret; Antiochiam autem veniſſe, cum hic Athenas rediſſet. Hoc autem ſi cui videatur abſimile vero, propterea quod Gregorius de Laudibus Baſilii, hunc Cæſarea Athenas immediate deducat, nulla facta Antiochiæ mentione; cogitet is, quod durantibus Antiochiæ toto anno CCCXLI terræ motibus, Libanius tranſierit Cæſaream, ibique Baſilium jam minime tironem in diſciplinam acceperit, ac deinde Athenas tranſmiſerit. Interim ex dictis conſequens mihi ſit, quod Sancti Gregorius & Baſilius non niſi in virili ætate invicem ſe cognoverint Athenis, Libanio forſitan communi utriuſque magiſtro huic illum commendante. Conjectura iſti ſuffragatur Gregorius, quando operâ ſuâ factum narrat, ut Baſilius, Athenas veniens, haberetur eximius à ludicra illa probatione, qua moris erat novos diſcipulos excipi; quod illis nectendæ amicitiæ principium fuit. Hinc enim præſumi poteſt, minime novum Athenis tunc fuiſſe Gregorium, qui tanta ibi jam pollebat auctoritate, ut tam inſuetam gratiam Baſilio potuerit impetrare; hic autem attigiſſe tunc temporis debuit talem ætatis ac doctrinæ gradum, qui mereretur adeo præter morem à conſueta vexatione eximi, intercedente ad hoc Gregorio.

*poſſe ovi Athenis reverſus,*

E

*ibidem excepiſſe Baſilium*

21 Itaque libenter credam Sanctorum ſanctiſſimam amicitiam primum initium habuiſſe, cum reverſus Athenas poſt ſuum Baptiſmum Nazianzenus, hac ſecunda vice aliquam multos ibi annos egiſſet, puta circa annum CCCXLVI. Vt autem de ipſo Baptiſmi tempore ſtatuamus aliquid, conſiderandus eſt nobis caſus geminus, per quem ipſe factum ait, ut ejus ſuſcipiendi voluntas ad effectum deduceretur, jam bis adducta in periculum ne fruſtra eſſet. Primum diſcrimen fuit, cum Nazianzenus Alexandria navigavit Athenas, totis viginti diebus ac noctibus tempeſtate jactatus; quando ſerio ſeſe Chriſto devovit, eatenus fortaſſis inter ſtudiorum promovendorum fervores de capeſſenda religione ambiguus. Alterum, cum tota Hellas gravi terræ motu contremuit, & ruentibus paſſim domibus effugium nullum certum pateret. Baronius famoſum hic terræmotum intelligit anni CCCXLI, quo Orientales poriſſimum partes concuſſæ, & Antiochia quidem integro uno anno. Godefridus Hermant, ex vulgari opinione tum Baronio ſentiens, Gregorium, cum Athenis ultimo exceſſit anno CCCLVI, dumtaxat egiſſe ætatis annum fere trigeſimum; & videns de aliquo terræmotu loqui Sanctum, qui accidit quando ipſe jam Athenis ſtudebat; nimium vero abſurdum credens aſſeverare, quod Gregorius Athenis fuerit ætatis annum XV agens, quem conſtat prius Cæſareæ & Alexandriæ dediſſe operam eloquentiæ; ſuggerit alium terræmotum anni CCCXLV, quo Dyrrachium corruit. Sed quam uterque annus adducendo Athenas Gregorio, in ipſorum ſententia, eſt præproperus; tam accommodus foret illi ſententiæ, quæ Sanctum faceret anno circiter CCXXIII natū, annorū tunc fuiſſe circiter XXVIII. Commodior tamen eſſet poſtremus Terræ motus: quia veroſimile non eſt, vel Orientalium provinciarum motum, quo concuſſa eſt Antiochia, pertinuiſſe uſque ad Occidentem, cui Hellas adſcribitur; vel in eo deſcribendo, de Antiochia tam lamentabiliter ſubverſa, taciturum Sanctum fuiſſe: Dyrrachium autem in

*Baptizatus autem*

F

*poſt terræmotum in Græcia*

*anno 345?*

A eâdem cum Hellade continenti, ſitum eſt, adeoque ſimul commoveri potuit imo debuit: unde territus Sanctus tranſierit in Orientem, ubi tales motus ceſſabant, & reſtaurata quadamtenus Antiochia ruſum Libanii gloriabatur præſentia; tranſiens autem, ut dixi, per Cappadociam, Baptiſmum de manu patris acceperit.

*niſi forte vitius natus Sanctus,*

22 Quod ſi malueris, decennio plus minuſve citius natum ſuiſſe eumdem Sanctum; tunc anno circiter CCCXXXV potuerit prima vice Athenas veniſſe, enavigato maris diſcrimine; atque brevi iſtic acto tempore, Antiochiam tranſiens circa annum CCCXXXVI vel VII ſuſcepiſſe baptiſmum; alius interea temporis terræmotus in Hellade erit inveniendus, qui talis conſilii auctor extiterit. Illos autem hoc toto IV ſeculo frequentiores extitiſſe, dum Arianorũ motibus cuncta concuteretur Eccleſia, veroſimile facit Ephrem Syrus, cum in Proœmio ad lib. 2 de Vitis Patrum ait: Terra, tremiſcens à facie Domini, ſub pedibus noſtris commovetur... urbes integræ abſorptæ ſunt, & loca ab irâ Domini deſolata. Poterat quidem recto per mare mediterraneum itinere Athenis Antiochiam tranſire Nazianzenus: ſed quis credat, eidem cui antè periculo exponere ſe voluiſſe, necdum expiatum? quis item credat, in tam frequenti migratione, nec ſemel quidem reverti ſſe Nazianzum, ut patri gratularetur Epiſcopatum? ſiquidem ipſe ſtudiorum cauſa prius exceſſerit è Cappadocia, quam is Epiſcopus ordinaretur. Si tamen in Gracia ſuſceptum Baptiſmum omnino putes, ſtatim poſt ſecundum à terræmotu pavorem divinitus incuſſum; nec ego magnopere contendere velim pro Nazianzo; nec tamen deſinam opinari, aliquando iſtuc uſque excurriſſe ſtudiorum ſuorum tempore Sanctum, ſi non Baptiſmi, ſaltem filialis affectus cauſa.

*citius etiam fuerit baptizatus,*

B

23 Reſtat de Pontica Gregorii ſolitudine verbum addere. Ruffinus annos ei tredecim aſſignat, Baronius vix ſeptem annos invenire ſe fatetur. Gregorius Presbyter ita loqui videtur, quaſi ea ſolitudo continua fuerit, nulloque in patriam reditu interpolata. Ego varios ſeceſſus ex ipſomet Sancto ſic diſcrimino ordinoque, ut ad Baſilium, qui anno CCCLVI vel VII in Ponium ſe receperat, adjunxerit ſe Gregorius anno mox ſequenti: eo tamen animo, quem indicat Epiſt. 5, ut partim cum ipſo foret in Ponto, partim ipſum ſecum haberet Nazianzi: quod ultimum cum à Baſilio non impetraret, & ſenectutem ſuam allegans pater filium inſtantiſſime revocaret, ſolus Nazianzum redierit Gregorius, anno CCCLIX aut ſequenti. Ordinatus deinde anno CCCLXII contra ſuam voluntatem Presbyter feſto Nativitatis, Epiphaniæ, aut Luminum; præ dolore violentiæ ſibi factæ profugerit ad amicum, adhuc in ſua verſantem ſolutidine: cujus reguſtata dulcedine aliquantulum recreatus, rurſus in Paſchate redierit ad parentes eccleſiamque paternam. Deinde cum Baſilius etiam Presbyter, propter ſubortas tum Euſebio Caſarienſi Epiſcopo ſimultates, Pontum repetiiſſet, eoque invitaſſet Gregorium; excuſaverit hic matris ſuæ, paulo poſt ſanatum miraculoſe maritum graviter ægrotantis morbum: qua non minori miraculo relevata, continuo, ut promiſerat, ad amicum recurrerit anno CCCLXIII: cum eodemq; elaboraverit pulcherimas illas duas contra Iulianum invectivas, agens ibi æſtatem reliquam & ſequentis anni initium; ſic ut ante feſtum Luminum revertens, dixerit eam quæ extat de illa die orationem, licet Joannes non eſſet, ex deſerto tamen veniens, ut ibidem præfatur: & cum patre ſuo reconciliarit diſſidentes ab eo, propter Ariminenſis fidei ſignationem, Monachos. Anno deinde CCCLXVII in Pontum rurſus abiit Gregorius, non ibi commoraturus, ſed Baſilium ad Euſebium, jam ſua opera ei placatum, reducturus Caſaream. Qui compoſitis Eccleſiæ illius rebus, potuit ſequenti anno rediiſſe in Pontum, ad reviſenda monaſteria iſtic à ſe conſtituta, & ſocium itineris habuiſſe Gregorium; ſi verum eſt, quod in hujus Vita ſcribit alter Gregorius, quod mors fratris Caſarii coëgerit eum feſtinato regredi Nazianzum, ad ſenes & afflictiſſimos parentes conſolandos. Mors enim ea anno CCCLXVIII accidit: poſt quem annum nullum ejus alium ſeceſſum novimus, niſi eum quem ſuſcepit impatiens contentionum, quibus implicitum ſeſe vidit anno CCCLXXI conſecratus Epiſcopus Saſimorum: quando rurſum fugitivus excurrit in montem, quem libenter credam Ponticum illum, eumdem in quo antehac Baſilius vixerat & diſcipulos ſuos reliquerat. Videntur porro ii quos ſecutus eſt Rufinus, Baſilii anachoreſim, ab ejus Athenis diſceſſu uſque ad ejus Epiſcopatum æſtimaſſe, itáque annos tredecim numeraſſe, ab anno CCCLVII ad CCCLXX, licet eos non continuos in eremo egerit: Gregorii autem ſeceſſus famoſus & celebris, ponendus eſt antequam ordinaretur Presbyter, nec ultra tres quatuorve annos extendendus.

*ſeceſſus Sancti in Eremum,*

*primũ ad 3 aut 4 annos:*

C

*deinde ad brevius tempus ſemel, iterumque,*

*imo tertio,*

D

*& quarto.*

24 His ita poſitis, quæ commodiori aliâ viâ oblatâ haud difficulter dimittemus, neceſſe erit nobis præter editum proprium Sancti de vita ſua carmen, etiam ad Vitam à Baronio collectam Notas aliquas noſtras adjicere, ſalva viri diligentiſſimi reverentia: cui ſemper ſuus manebit apud poſteros honos, quod primus in difficile argumentum ingreſſus nobis aliiſque viam ſtraverit, quam principio aſperiorem, detractis additiſque nonnullis vel aliter explicatis, facile fuerit hinc inde planiorem reddere. In iſtis autem Notis conabimur, ipſorum exhibitione locorum, ea præcipue illuſtrare puncta & confirmare, quæ hoc ultimo paragrapho aſſeruimus de baptiſmo & ſeceſſu S. Gregorii. Ad alia diſtinctius explicanda, libenter fatemur nos multum adjutos Vitâ SS. Baſilii & Gregorii, ſimili quo antea Vita S. Athanaſii prodierat ſtylo, editâ Gallice anno MDCLXXIV, à Godefrido Hermant, uſo in citandis quæ allegat ex S. Gregorio locis editione Pariſina Morelli, curata anno MDCIX, quam & nos ſubinde citabimus in Notis, adſcripto (ut ille facit, & ſupra in S. Athanaſio fecimus) paginarum numero: quamvis Baronius in ſuo Ms. ac deinde in Annalibus plerumque utatur editione Leunklaviana, Baſileæ ſub annum MDLXXII curata. Convenit hoc lectorem non ignorare; ſicuti & quod Baronius veterē plerumq; alleget verſionem, in qua voluimus nobis aliquando licere, ut verſus quoſdam ſubinde revocaremus propius ad verborum Græcorum ſenſum, ubi Latina nimium videbantur obſcura aliove detorta. Conſilium porro, de Græco quod promiſi carmine in Latinam proſam vertendo, ut magis probes, accipe prælaudati Wallii epiſtolam, inſtantius à me rogati, ut metricam, qualem fecerant alii, verſionem ipſe faceret, amicitiæ noſtræ perpetuum futurum in hoc opere monumentum: ea ſic incipit.

*Cur nota Ⓐ nobis ad Vitam addita.*

E

25 Quam in partem acceperis ea quæ ſuperioribus litteris ad te dedi, ego quidem neſcio.. Vereor fane, ne poſtulata præcidendo, partem etiam aliquam reciderim, imperitorum more chirurgorum, amicitiæ noſtræ, integræ & jucundæ, mihique perutilis, neque modo fautricis fideliſſimæ, ſed etiam effectricis honeſtiſſimæ voluptatis, quam ex eo capio, quod de Muſis meis optime merearis. Hoc te velim ad animum referre, quod me terret in primis, quam non modo magni, ſed etiam diuturni laboris futura res ſit. Neque enim diffitebere poſſe me faciliore opera Tragœdiam ſcribere, in qua & genio meo indulgeam, & libero curſu ferar. At ne nihil petitioni tuæ dediſſe videar, accipe verſus pauculos, quibus ut vina guſtu prælibamus, ita volui diligentiæ meæ periculum aliquod facere, in primis his octo verſibus.

F

Τὸ τᾶς λόγᾳ βάλημα, τῶν ἐμῶν κακῶν
Ἐξισορῆσαι τὴν ὁδὸν, εἰτ' ἦν δεξιῶν.
Οἱ μὲν γὰρ ἔτως, οἱ δ' ἐκείνως φαῖεν ἄν,
Ὅπως ἂν οἵμῳ τᾶ ῥοπᾶς ὦσιν πνέες.
Οὐ γαρ τὸ βάλεαθ' ἀσφαλὲς κριτήριον.
Παίζει γ' μέτρον τᾶ ἀνίας φάρμακον,
Παίδευμα ἢ γλύκασμα τοῖς νεοῖς, ἅμα
Τέρπνον παρηγόρημα....

Libet peractam mihi remetiri viam:
Quotquot ſecundos, quotquot adverſos tulit
Decurſa caſus vita, vulgandis libet

Man-

A Mandare chartis. Damnet hic, alter probet,
Nihil laboro: cuique mens fuerit ſua,
Ut huc & illuc ſæpe momento levi
Inclinat animus. Quippe judicium nequit
Erroris expers ferre, qui ſolum velit.
At Muſa, quidquid aſperum fuerat pati,
Ludente verſu lenit: hæc ſuavi inſtruit
Monitu juventam: hæc pectora hortando arrigit,
Gravibuſque præbet dulce ſolamen malis.

## ANNOTATA.

*Reformata in eum, quem ſecundis his ſtudiis elegimus, modum Chronologia; conſequens eſt, ut etiam in Annotatis mutentur aliqua, quæ hic lubet ſubtus attexere, alteri forſan editioni uſui aliquando futura: quando etiam habenda eſſet ratio erratorum quorumdam in Appendice pag. 845 col. 1 correctorum.*

Ad Caput 2 Annot. p lin. 2 dele, *Nota autem πολὺν χρόνον &c.*

Cap. 3 Ann. f *quinquageſimus ſextus*, lege, *plus quam quadrageſimus.*

Ann. i ſic lege: *Acta hæc ſunt circa an. 360, quando*
B *Cæſarius, qui non potuit multo junior fuiſſe* Gregorio; *ut minimum erat quadragenario propinquus: nec tamen mirum videri debet adhuc* primitias *dici* doctrinæ, *ad illam uſq; ætatem & ultra longo ſtudio acquiſitæ. Nam &c.*

Cap. 4 Ann. b *poſt medium in parentheſi (ſub amita)* lege *(ſub avia).*

Ann. n pro ultima linea hanc ſubſtitue: *Sed veroſimilior lectio Græca πολιτείαν* converſationem *habet, non πολιὰν* caniciem: *quare nihil hinc concludi poteſt pro majori minorive ejus ætate.*

Cap. 5 Ann. b. lin. 3 ſic lege: *cum reſpectu ad ætatem, in qua iſtud de ſe Sanctus ſcripſit anno 382.*

Cap. 10 *n.* 85 *lin.* 12 *ad litt.* n *reſtitue omiſſa male verba* Imperante Marciano Auguſto — *deinde Ann.* n *lin.* 7 poſt — *Hermant credidit* — expunge cetera, atq; hæc ſcribe — *Sed nodum ſolvit Antonius Pagi in Proleg. ad Diſſert. Hypaticam n.* 36, *docetque Sozomenum, licet Hiſtoriæ ſuæ metam poſuerit anno* 429; *eam tamen non edidiſſe, adeoque nec obiiſſe ante annum* 450, *ſiquidem lib.* 5 *cap.* 39 *agens de bello quod inter Romanos ac Perſas ortum fuit anno* 420, *illud adhuc permanere ait,* triginta jam elapſis annis. *Eodem ergo modo potuit meminiſſe eccleſia, Marciano imperante erecta poſt annum* 450, *imo etiam dedicationem ejus vidiſſe, cum anno* 458 *(ſicut ad eum annum ſcribit Theophanes)* S. Anaſtaſiæ corpus Sirmio delatum in ejus templo ad Domnici Porti-
C cum depoſitum fuit.

Cap. 14 Annot. l adde — *Corrigendus eſt etiam in nomine alterius Conſulis, teſtamento præfixi, vulgatiſſimus error, quo* Euagrius *ſcribitur pro* Syagrio; *quem errorem primus notavit in ſuis ad Diſſertationem Hypaticam Prolegomenis num.* 26 *eruditiſſimus P. Antonius Pagi, ubi varios Onuphrii aliorumque circa hunc Conſulem errores aperit. Geſſerunt autem illi Magiſtratum anno* CCCLXXXI, *quod pro Chronologia hujus teſtamenti notandum.*

Cap. 15 Ann. k poſt medium, ſic muta:
*At in noſtra id ambiguum, maxime ſi ante annum* 310 *fuit natus* Gregorius, *qui tamen etiam tunc ultimus natorum fuiſſe potuiſſet, attenta grandi ætate patris, atque etiam matris, licet aliquanto junioris.*

Cap. 17 Ann. m, ſic incipe.
*Nobis, qui ſexagenario majorem aut etiam ſeptuagenarium nunc habemus.* Et lin. 5 *in decrepita* — lege *in grandiori.* Et lin. 9 — *ſed hoc non plus quam annum ſexageſimum arguit* — lege — *ſed hoc etiam de præmatura canicie, ſtudiiſque & curis paulo poſt annum* 50 *præcipitata, poteſt intelligi.*

Cap. 19 Annot. a adde — *Intelligo autem quod in Cæſarea Bibliotheca Viennæ inveniantur mille & centeni aliquot verſus S. Gregorii Nazianzeni, necdum vulgati, in quibus ſint etiam, quos* de Epiſcopis *intitulavit quosq; non niſi Latine potuimus hactenus legere. Inſigne hoc erit ad opera tanti Patris complenda auctarium, cum dabitur in lucem.*

Annot. b lin. 5 dele — *quem libenter eum illo tenemus &c.*

*In Carm. de Vita ſua num.* 21 *col.* 2 *lin.* 21. Nondum tantam emenſus es ætatem, quot annorum mihi tempus exactum eſt. — *lege* — Non diu eſt, quod tantam emenſus es ætatem * quanta mihi agitur in Sacerdotio: *& in margine nota.* * *forte,* Quanta mihi jam bis labitur.

*Porro in Appendice de Tranſlationibus addantur ſequentia.*

*Pag.* 456, *num.* 31 *col.* 2 adde — *Tranſlationis autem ad proprium altare, ſub quo illud inventum eſt à Gregorio XIII, hoc reperiebatur Monumentum, ipſi aræ inſcul-* *vel ex Lauſ.*
*ptum, ut refert Floravantes Martinelli Romæ ſacræ cap.* 12 *an.* 150 ſ.
*pag.* 360: Situm eſt ſub hoc altari corpus D. Gregorii Nazianzeni, & Patriarchæ in Conſtantinopoli, ſub Theodoſio ſeniore an. Dom. cccxc obiit. Tranſ- E
latum inde corpus Conſtantinopolim, deinde in urbem Romam, & in hac eccleſia conditum eſt nuper ſub Julio ſecundo MDV; poſtremò eodem anno, menſe Julii XXIV, ſub Abbatiſſa Martia Paloſia.

*Pag.* 457 *num.* 34 *muta, pro eoque pane quæ paulo productius habentur pag.* 845 *poſtea* adde — *Simili credulitate ac reverentiâ Metropolitana Cuſentia eccleſia ha-* *Calvitium Cuſentiæ,*
*bere ſe credit, teſte Vghello Tom.* 7 *col.* 252. Calvitium Gregorii Nazianzeni, Brachium Martini Epiſcopi, & Brachium Bernardi Abbatis, ac Tibiam B. Hieronymi. *De his operæ pretium foret plura diſcere: ſed imprimis, de quodam ibi pariter nominato* Bodos, qui fuit unus ex ſeptuaginta duobus diſcipulis; *cum ejus nec nomen quidem alibi legerimus hactenus; ſi forte ejus ibi corpus eſt, & cultui dies anni certus attributus: nihil enim horum Vghellus explicat. Multo amplius, quam Luſitani aut Calabri, prætendunt Veneti, cum totum Corpus* *Venetis & Romanis de corpore contendentibus,*
*Conſtantinopoli allatum ſe dicunt habere, in eccleſia monaſterii S. Zachariæ; quod etiam ad hunc diem notant, in Ordine recitandi Divini Officii, qualem habemus pro anno* 1657 *excuſum. Hi ſi paria Romanis documenta proferant poſſeſſionis præſentis, inſpecto quod haberi dicitur corpore; aut tranſlationis antiquæ argumenta tam veriſimilia, ut prudentem valeant credulitatem fundare; non aliter cum Romanis conciliari poterunt, quam dicendo, non ſolum* F
Gregorii filii *corpus fuiſſe delatum Conſtantinopolim, eo* *credere poſſis alteruquo ſupra explicatum eſt modo; ſed etiam* Gregorii pa- *tros habere S. Gregorii patrem*
*tris, uno alterove ſeculo poſt, cum Cappadociam occupantibus Saracenis, ſacra inde pignora plura ſecum auferrent Chriſtiani fugitivi, quorum reſpectu facilius reciperentur in urbe Regia, talium theſaurorum cupidiſſima receptrice, aut alibi locum refugii invenirent. Nihil autem facilius fieri potuit, quam ambiguo* Gregorii Nazianzeni *nomine confundi patrem filiumque, maxime, ſi prius quam corpus patris Conſtantinopolim adferretur, ablatum jam erat corpus filii, quo damnum illius ſarciri videbatur. Venerabantur* Gregorium Patrem *Græci Primo die Ianuarii, quando laudes ejus à filio explicatas dedimus; neque hactenus ullam invenimus eccleſiam quæ corpore ejus gloriaretur. Similis fortuna matri* Nonnæ, *ſimilis ſorori* Gorgoniæ *contigit; quarum corpora utinam debito honore non careant, cum virtutes tam notæ ſint.*

*Pag.* 460 de S. Tudino *n.* 3 *lin.* 9 *à fine* poſt, *SS. Cerentini & Tudini* — adde — *quamvis nulla nominis differentia ſit, an per* Gu, *aut* W *ſcribatur. Fortaſſis etiam, ut accidit Sanctis Brittanicis multis, gratis adjunctus*

A *S. Corentino* Guingualoëus *fuit : quo caſu non eſſet opus duos diſtinguere : quod poterit &c.*

*Ibid. de* S. Luminoſa *lin.* 4 — xxi *Maji* — l. — *Ianuarii.*

## DE B. NICOLAO ALBERGATO.

Pag. 477 *Annot.* d Philippus Audax — *l* — Bonus.

*Pag.* 483 *Annotationem* a *ſic muta* — Monſterio-lum *hoc* (*rectius ſcribendum* Monaſteriolum) *non eſt* B *oppidum Picardiæ vulgo* Monſtreuil, *ut in margine annotarat Garnefeltius, & deſcripſit* Donius d'Attichy) *ſed eſt oppidum agri Senonenſis, ad alterius differentiam, à ſitu cognominatum* Monaſteriolum ad faltum Icaunæ, *id eſt ad hujus & Sequanæ confluentiam ſitum, vulgo* Montereau-faut-Yonne.

*Annot.* e Marchio *hic* Ateſtinus *erat*; Eſtenſem *vulgatiori appellant vocabulo, ab Italico* Eſte, *pro* Ateſtis.

*Pag.* 490 *ante diem* x *ponatur :*

# DE BEATO BENINCASA

## ORDINIS SERVORUM B. MARIÆ

### *MONTE-CLOELII IN HETRVRIA.*

D. P.

### Sylloge Hiſtorica de vita & cultu.

MCCCC-XXVI

B *In oppido vulgariter Monte-Chieli,*

IN *Orientali Hetruriæ limite, ubi Claniæ paludes Senenſem Peruſinumque Comitatus diſterminant, inter Cluſium & Pientiam, huic quam illi propius jacet oppidum, ab altiori ſitu & veteri quodam poſſeſſore vulgariter* Monte-chielli *dictum, quod Latine videtur poſſe reddi* Mons-Cloelii *ſeu* Cloeliorum, *quorum appellatio, jam inde à Tarquinii & Porſenæ Regum temporibus, Romanâ in hiſtoriâ celebratur : quamquam de nominis iſtius ibidem vetuſtate tanta nihil auſim definire, nullo ſcriptorum antiquorum prælucente. Satis eſt dicere ex vicinorum relatu, ab annis plus quam mille fuiſſe munitiſſimam arcem; cui ſucceſſerit alia, Radicofani vulgo dicta, iiſdem Senenſibus à Pio II donata. Sed ut cognitus extra Hetruriam parum & nunc ignobilis locus ſit; memorari tamen ſacra in Hiſtoria meretur, propter* B. Benincaſam, *ex Ordine Servorum B. Mariæ, cujus in vicina ſpelunca mortui corpus religioſe ſervat & veneratur. Illum à Philipp. Ferrario Servita, in Catalogo Sanctorum ac Beatorum Italiæ; & à Silvano Razzio Camaldulenſi, in Vitis eorum qui ad Hetruriam pertinent, præteritum miraremur; niſi utrumque jam alias deprehendiſſemus, ex ſuamet religione & patria prætermiſiſſe nonnullos, nequaquam nobu prætereundos.* Beatum *certe* Benincaſam *quod attinet, hunc minime ambiguum in loco ſepulturæ ſuæ cultū habuiſſe probant, quæ apud Archangelum Gianium Centuria 2 Annalium Serviticorum lib. 5 leguntur ſub hoc titulo.* Geſta B. P. N. Benincaſæ, quæ ante & poſt ejus mortem contigerunt.

*ortus Beatus,*

C 2 Pater Benincaſa .... Florentiæ ortus MCCC-LXXVI, fidelis beatæ Virginis Servus & prudens evaſit : [qui dum eſſet puer, audiens Concionatorem quemdam explicantem verba illa, Bonum eſt viro ſi portaverit jugum ab adoleſcentia ſua, ſtatim cuncta dimittens, contra diaboli, mundi, & carnis tentationes clypeo virgineo ſe munire ſtuduit, quo deinde omnia tela inimicorum viriliter ſuperavit. Verū ut id commodius efficere poſſet * Montem Tuniatum Senenſium, quo in loco B. Philippus pœnitentiam egit, profectus eſt : & in rupe montis ardui cellulam conſtruens, oſtio clauſo & obſtructo, in magna abſtinentia ſe afflixit. Adventibus tantum ſe videndum per feneſtram prębens, mulieres vero ſe nec videre, nec audire permittebat. Si à ſpiritu fornicationis impugnabatur, orabat Deum, non ut amoveret pugnam, ſed ut præberet fortitudinem. Si infirmabatur, neminem ad ſe introëuntem admittebat, inquiens ; Ignis mihi appoſitus eſt ad æruginem tollendam : ſi populi eum viſitantes eleemoſynas elargiebantur, nolebat accipere, ſed buccella panis ac modica aqua contentus dicebat : Adverſarius noſter facilius à nihil poſſidentibus ſuperatur. Imo potius iis qui ſibi victus neceſſaria miniſtrabant, quædam propriis manibus elaborata donabat. Nonnullos à ſpiritibus malignis vexatos ſibique delatos, ſolo Crucis ſignaculo liberabat : & aquam infirmi bibentes à ſe benedictam, ſanitati ſunt reſtituti. Ita ſcribit Pater quidam Franciſcus de Monte-Politiano in laudem hujus viri.]

Thr. 3, 27 *qui factus Servita,*

* *al.* Montamiatā.

*miraculis clarus :*

3 Cumque ſolitudinis & aſperrimæ vitæ eſſet amator, populique frequentiam prorſus neſciri cupiens aufugeret, in imam vallem à Balneis S. Philippi ad quintum milliare receſſit; prope Montichiellum. Ibi antrum profundum, quo niſi per ſcalam ſeu funem deſcendere liceret, ingreſſus, vitam quaſi Angelicam duxit; & ſuavi pſalmodia, aſſiduoque jejunio, & diutina pœnitentia exaturatus, ſpeluncam illam ſibi ſtatuerat velut deliciarum paradiſum. Ibi tentantes dæmones ab eo ſæpe eluſi, aliquando verberati, & quandoque fugati per vallem illam nemoroſam, crebro ab incolis auditi fuerunt; quemadmodum viciſſim Angelorum concentus, & nocturni ſplendores prope locum ſæpe videbantur. Adveniente vero anno ætatis ſuæ quinquageſimo, B. Benincaſa à Deo evocatus ex ergaſtulo carnis, F die nona Maji MCCCCXXVI ad cælum evolavit. In cujus obitu ſingulæ per vicina oppidorum campanæ (mirabile quidem dictu) pulſari ſimul auditæ & viſæ fuerunt; Montichielli, Politiani, Corfiniani, Follonici, Chianciani, Caſtellioneti, Rocchæ S. Quirici, Sartiani & Montalcini : quorum populi certatim Benincaſam, veluti ſuum civem deplorantes, & funerales ei honores patrantes, currunt undique ad ſtrepitus illos campanarum.

*etiam poſt mortem, an. 1426 obitam.*

*ſolitariam vitam duxit,*

4 Multi vero avidiſſime quærentes, cur tot & tantæ campanæ pulſarent, cæleſtis quidam ſplendor ſuper Beati ſpeluncam viſus, myſterium illico declaravit. Quare accurrens populus invenit exanime beati viri corpus, ante altare genibus flexis, & ſublatis in cælum manibus, atque apertis erectiſque oculis, quaſi orans. Nam veluti alter Paulus Eremita à S. Antonio repertus, ac ſi adhuc viveret, ab omnibus conſpiciebatur. Quæ res populos illos in maximam ſimul admirationem & contentionem adduxit, ſingulis certatim volentibus venerandum illud corpus in ſuum oppidum adducere. Patres vero noſtri Politianenſes omni jure contendebant, Fratris ſui Reliquias apud ſe habere, tum ratione Habitus & Religionis, tum maxime quod eo in cœnobio, etiamſi

*in qua reperitur velut vivus & orans,*

patria

A patria Florentinus fuiſſet, conſuetam emiſiſſet Profeſſionem, & in Album Filiorum ejuſdem Conventus adſcriptus fuiſſet.

*à juvencis indomitis effertur in montem:*

5 Qua in re divino monitu factum, ut, ad ſedandas lites, duo de communi omnium conſenſu, adducerentur indomiti tauri, qui Corpus illud ſuper novum plauſtrum traherent, quo divina tantum Providentia maluiſſet. Cumque vituli illi nulli unquam jugo aſſueti fuiſſent, tamē cicures & manſueti, ſanctum illud vehiculum ſuper Montichiellum adduxerunt; & genuflexi ante majorem oppidi ædem, Divo Mauritio ſacram, ſteterunt. Ibi igitur venerabile illud Corpus honorifice conditum crebra miraculorum claritate refulſit: ubi poſtremo populus ille, cæleſtium donorum per B. Benincaſam particeps effectus, & tanti beneficii non immemor, cœnobium extra mœnia pro Religione Servorum ultro à fundamentis MCCCCXCIV erexit. *Hactenus Gianius, ea quæ num. 2 [ ] includimus ex Chronico Ordinis, per Michaelem Florentinum (Pocciantium ille & ipſe ſe alibi cognominant) ad annum uſque* MDLVI *perducto, verbotenus mutuatus; cetera ex informatione certiori Politianenſium Clœlienſiumque Fratrum accipiens: pro quibus dumtaxat pauca, nec ſine errore, quoad initium Conventus Clœlienſis, quaſi is ante* Benincaſæ *adventum extitiſſet. Michael habet:* Tandem ad monaſterium oppidi Montis-Occhielli (*alia hæc ſcriptio eſt, ſecundum quam Latine videretur* Mons-ocellorum *dicendus*) juſſu Generalis ſe contulit: *melius dixiſſet, quod ejus permiſſu ſe contulerit ad ſpeluncam*: ibique anno MCCCCXXVI glorioſe cæleſtia regna petiit. In cujus obitu Angelicæ voces auditæ ſunt; ac languidis à diverſis infirmitatibus vexatis, corpus venerandum tangentibus, ſalus conceſſa eſt: oſſa vero conquieſcunt honorifice in eccleſia Plebis ejuſdem Caſtri. *Quis autem ſit* Franciſcus de Monte-Politiano, *ſupra in fine num. 2 nominatus, quidve & quando ſcripſerit, necdum comperi.*

*Ita Gianius ex parte tranſcribens Pocciantium*

B

*Franciſci Politianenſis,*

*& Coſmi Florentini relatu nixum;*

6 *Idem Michael annum morti aſſignatum ſic auſpicatur*: Simonimenta R. P. M. Coſmi Florentini ſolida ſunt, inter ceteros ſacros viros, qui Religionem virtutibus ac optimis moribus decorarunt, adeſt B. Benincaſa de Florentia, Virginis ſervus fidelis & prudens, qui dum eſſet puer &c. *Duos autem in Catalogo Scriptorum Florentinorum, apud prædictum Michaelem*, Coſmos Florentinos *comperio*; *alterum cognomento* Favillam, *alterum* Oricellarium: *quorum hic anno* MDXXI *floruerit, iſte peſtilentia obierit* MDXXVI, *uterque autem ſcripſerit in Regulam S. Auguſtini, quam Ordo Servorum profitetur: ibique* plurima documenta, religioſis viris valde utilia, proprio idiomate *proponit poſterior: ſi tamen duo ſunt, & non potius unus idemque, vario reſpectu diverſis cognomentis appellatus. Gianius, prætermiſſis Franciſco & Coſmo, quorum opera fortaſſis nuſquam reperit, dictorum ſuorum poſt Michaelem appellat teſtem*, Mag. Paulum, in ſuo Quadrageſimali quod Paulina inſcribitur, Domi-

C

*Inſuper Mag. Pauli Quadrageſimale allegans;*

nica prima in capite Jejunii. *Eſt is Paulus Athavantius, cujus Quadrageſimale (quod tamen non vidimus) impreſſum Mediolani ait Michael anno* MCCCCLXXIX: *ab ejuſdem etiam ſtylo,* XVI *Aprilis, dedimus Vitam B. Ioachimi; eique quadamtenus adſcribitur Vita B. Franciſci, edita* XVI *Maji, ſed ad* XXX *Aprilis retro trahenda, ſecundum poſteriorem noſtram correctionem.* D

7 *Quæ initio textus à Gianio accepti omiſimus verba, ſuggerebant, quod* B. Benincaſa *eſſet* tali forte agnomine à propria familia nuncupatus: *& hæc conjectura firmabatur Annotatione, qua dicitur,* familiam de Benincaſa, tam Politiani & Senis, quam Florentiæ haberi; quare non ſit mirandum, ſi inter ſcribendum de hoc Beato, multi multa prætexere circa illius patriam conentur. *Sed omiſſa futili conjectura, melius prætextuum ejuſmodi vanitatem Gianius exſufflaſſet, aſſerendo, inſolitum ea ætate fuiſſe, ut quis (præſertim ex Clero ſeculari vel regulari) omiſſo baptiſmali nomine, ſolo agnomine familiæ cenſeretur. Sic S. Catharinam Senenſem, avo plebejo natam*, qui vocatus eſt more illius patriæ vulgariter Benincaſa (*ac ſi Latine eum diceres*, cui domi ſuæ bene eſt) *voluerunt aliqui* Benincaſiæ, *&, quod conſequens erat, Burgheſiæ familiæ adſcribere; meritoque exploſi atque coërciti ſunt.* *Eſt ergo* Benincaſa *nomen proprium, non gentilitium huic noſtro Beato, nec aliud unquam habuiſſe is ſcitur.* E

*& gratis ſuſpicans Benincaſam à familia dici.*

*Vita Vitis Sanctorum addita in Ms.*

8 *In Conventu Servorum Florentiæ habetur Codex Ms. cui titulus,* Flos florum, id eſt Vitæ Sanctorum, traductæ ex Latino in linguam vulgarem circa annum Domini MDXC à Fr. Thoma de Verona Servita, cum Appendice aliquot Beatorum ac Beatarum Ordinis Servorum; *ubi* B. Benincaſæ *Vita ex Pocciantio datur; ſicut & aliæ hoc menſe occurrentes, ſed in epitomen contractæ.*

*Cultus ſublato ante annum 50 corpore.*

9 *Hactenus ſcripſeram, quando à noſtri in Montepolitiano Collegii Rectore, Bernaldino Monaldo, litteras accipio; quibus ut confirmatur vetus* Benincaſæ *cultus, ſic ratio redditur ejuſdem nunc ceſſantis, ſuperſtite dumtaxat fama ſanctæ vitæ in ſpecu actæ, & miraculoſæ intra municipium deportationis.* Cum enim (*ut ſcribit ille*) quinquaginta abhinc annis, Epiſcopo Pientino, cujus diœceſi Montichiellum ſubeſt (*fuerit is Ioannes Spennatius Nobilis Senenſis, Hippolyto Burgheſio item Senenſi anno ipſo* MDCXXXVII *ſuffectus*) cum, *inquam*, Pientino Epiſcopo eſſet relatum, oſſa B. Benincaſæ furtim ablata fuiſſe, & eorum loco ſubſtituta alia; ceſſavit ejuſdem cultus & veneratio, in eccleſia Parochiali, quæ eſt S. Leonardi, non autem S. Mauritii; *recentiori fortaſſis nomenclatura, quod tamen non impedit quo minus S. Mauritius primus loci Patronus fuerit, idque ſecutus Gianius ſit.* Itaque oſſa illa, quæ ſub ara S. Antonii Abbatis collocata in veneratione haud parva fuerant, quamdiu credebantur B. Benincaſæ eſſe; ubi hoc cœpit dubitari, tranſlata ſunt extra vulgi conſpectum in Sacrarium; ibique jacent ſine cultu, ſine concurſu, ſine miraculis, ſine ulla prorſus imagine aut pictura Beatum referente. F

*omnis evanuit.*

# APPENDIX
## AD DIEM DECIMAM MAII.

*Pag.* 491 *col.* 2 *ult. loco ponatur.*

### P. B. Jacobus Nucerinus, Monachus Fontis-Avellanæ in Umbria.

*Pag.* 492 *col.* 1 *poſt S. Wandelbertum addatur:*

S. ANTONINUS, Archiepiſcopus Florentinus, Ordinis Prædicatorum, *recenti Decreto anni* 1683 *cultum hoc die accepit per omnem Eccleſiam, ad libitum tamen, cum Officio proprio. Vitam dedimus, proprio mortis, & antiquo cultus die* 11 Maji.

*Ibid. poſt medium, ante* Theognoſtum, *etiam ſequentes interſere.*

S. Caſaria, Virgo Martyr, *Officio Duplici* 9 *Lectionum colenda præſcribitur in Directorio Friſiavienſi anni* 1679, *nobis hactenus ignota, & forſan recentius allata ex Romanis cœmeteriis.*

S. Se-

A S. Secundus & Socius Martyres, *apud Canonicos Regulares S. Salvatoris ſuum hodie cultum habent, credo propter corpora Româ allata: neſcio an ideo ad hunc diem relati, quia Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ aliquem hoc die in ſuis Indicibus ponit, qui Eugubii cultum habeat, de quo infra.*

S. GORDIANVS, Martyr Romanus, *hoc die colitur apud Eremitas Auguſtinianos in Conventu S. Annæ prope Leodium, propter* integrum corpus, cum vaſe ſanguinis vitreo fracto, *die* XII *Martii* 1659 *extractum* è Cœmeterio S. Cyriacæ: *quod Fr. Ambroſius Landuccius Patricius Senenſis, ſacri Ord. Eremit. S. Auguſtini Congregationis Ilicitanæ in Tuſcia, Dei & Apoſt. Sedis Gratia Epiſcopus Porphyrienſis, Sacrarii Apoſtolici Præfectus & Capellæ Pontificiæ Aſſiſtens, donavit adm. Rev. P. Euſtachio Iamar Leodienſi, Ord. Erem. S. Aug. Sacerdoti, cum facultate retinendi, donandi ac publice exponendi, ut patet ex Inſtrumento, ſub data* XX *Ianuarii* 1662.

S. Agapitus Martyr Pergulæ, *quod eſt oppidum Ducatus Vrbinatis verſus Marcam Anconitanam, Acta habet Mss. non longa; quorum indicium quidem in noſtris nonnullis Catalogis invenio, cum nota hujus diei, quaſi hoc modo inchoentur.* Temporibus Max..... contigit ut
B miles quidam de Hiſpania nobilibus parentibus: *ſub finem autem legitur:* Poſſeſſus à dæmone, Phandalus nomine, liberatur. Paſſus eſt autem &c. *Epigraphum, jam pridem occultatum, nuſquam comparuit, cum Acta Maji ordinaret Henſchenius; neque diligentius nunc quæſitum potui reperire. Interim ad memoriam extare iſtæc hoc loco volui, Pergulanorum diligentiam excitaturus, ad eadem denuo ſubmittenda: nam neque Hiſpani illum noverunt.*

Scæ Sophiæ *nudum nomen, poſt nomina* Gordiani & Epimachi, *deſcriptum reperitur in veteris cujuſdam Kalendarii membranis, Argentorati repertis, atque anno hoc* 1687 *Auguſtæ Vindelicorum vulgatis, poſt annos quibus conſcriptæ ſeptingentos, in argumentum prolixi de Martyrologiis Commentarii, cujus Auctor ipſas illas membranas ſic finiri inveniens,* Omne tempus præſentis ſcli ult.... VII non excedens evolvitur, *exinde ſatis veroſimiliter conficit, originarium codicem exaratum fuiſſe ſeculo* VII, *adeoque antiquiorem eſſe Martyrologio Bedæ: cum quo, cumque ſuis membranis comparationem inſtituens, notat pag.* 184 *& ſequentibus, eoſdem fere dies utrobique vacare, ac fere eoſdem Sanctos ut plurimum nominari, ipſas tamen ſec.* X *adſcribit, ob paucos aliquos qui non potuerint niſi ſucceſſive fuiſſe originali annotati: atque his libenter accenſuerim* S. Sophiam, *fortaſſis duobus antiquius ſcriptis additam, propter Reliquias allatas in*
C *aliquam Franconiæ eccleſiam, ad cujus uſum deſcriptæ membranæ iſtæ fuerint.*

*Ibid. col.* 1 *lin. ult.* CONCESSA — *l.* CONFESSA — *& col.* 2 *lin.* 3 lege — *& ex eo ipſam in ſuum Gynæceum ſacrum tranſtulit Arturus, non ſine prolixiori à ſe excogitato elogio. De veritate cultus, ac perſona Sanctæ non dubitantes, plura interim & certiora optamus. Varios dedimus* Conceſſos *&c.*

*Pag.* 493 *col.* 1 *ſub medium, ubi de* Theodora Pignetia — *adde* — *Iacobus à Paſſione Domini, inter Radios Hiſpano-Carmelitanos, Belgica lingua nuper editos,* Piguetam *cognominat, contentus titulo* Beatæ memoriæ; *nobiſque ſcripſit, certo ſibi conſtare, eam, non anno* 1568, *ſed* 1610 *obiiſſe.*

*Ibid. col.* 2 *poſt medium hæc pone.*

S. Æmiliani *feſtus dies agitur hodie in inſula Maiurbio prope Venetias, in eccleſia S. Matthæi, ubi corpus ejus quieſcere dicitur. Nos ampliorem de illo notitiam deſideramus: niſi forte tranſlatum illuc ſit corpus* S. Æmiliani, *illius qui ſub Iuliano martyrium paſſus, colitur apud Græcos & à nobis illuſtrabitur, productis, quæ de illo habemus, Actis propriis Græcis,* XVIII Julii.

*Pag.* 494 *col.* 1 *ad* SS. Coſmam & Damianum, *lin. antepen.* ſic lege. *Quæ viris nonnullis vehementer probantur, tria Sanctorum paria, ſub iſtis nominibus; nihilo minus diſplicent aliis multis; quorum utrimque rationes diſcutere præcipue oportebit, ad notiſſimum eorum in Latina Eccleſia diem,* XVII Septembris. D

*Ibid. col.* 2 *de* S. Matutino *lin.* 3 lege — *& Pariſiis in ſui nominis eccleſia, in qua etiam Reliquiæ habetur. Memoratur etiam in variis &c.*

S. Faræ ſeu Burgondoforæ Tranſlatio, *in diœceſis Meldenſis oppido, vulgo* Far-meútier *dicto, feſtive agenda præſcribitur, ſicut ipſo in loco didiciſſe an.* 1685 *ſcribit nobis Claudius Caſtellanus Canonicus Pariſien. Nos vitam dabimus* VII Decembris.

## DE S. JOB PROPHETA.

*Templa & Noſocomia ubique.*

*Pag.* 495 *col.* 2 *lin.* 7 adde — *Habuit autem* S. Job, *non minus apud Græcos atque in Oriente, quam apud Latinos in noſtro Occidente, dedicatas ſibi eccleſias, haud dubie plures, per omnes Patriarchatus. De Antiocheno quidem, ſcimus ex Vita S. Simeonis in Monte-mirabili, Stylitæ, ſeu Iunioris, data* XXIV *Maji num.* 76, *ipſi* urbi vicinum *fuiſſe* templum ſancti Jobi, *ubi* ſaucios mutiloſque homines multos *inveniens Dominus, immiſericors Patriarcha, eorum aſpectu offenſus, ipſos* alio transferri præcepit: *quod ne excutioni mandaretur, inflictâ illi divinitus pœnâ impeditum eſt; unde intelligitur, illud quoque Noſocomium ceu Xenodochium fuiſſe. Nec aliud forte fuit Conſtantinopolitanum iſtud* monaſterium, *ægris veroſimiliter ſervientium, unde* Domnus, Presbyter & Archimandrita monaſterii ſanctæ memoriæ Job, ſubſcripſit *Libello Monachorum, lecto coram Patribus Concilii Conſtantinopolitani, anno* DXXXVI *Act.* V. E

*Pag.* 496 *poſt num.* 7 adde —

*Vita ex Ms. Vltrajectino.*

*Curaverat Heribertus Roſweidus noſter, ex Vltrajectina Eccleſia S. Salvatoris codice, tranſcribendam* Vitam S. Job Prophetæ, *quemadmodum inter alias Sanctorum Vitas, ad uſum chori deſcripta erat, opere ad genium & ſtylum ſeculi* XIV *conformato; eſtque velut hiſtorica quædam ipſius Libri Iob explicatio atque deductio, ſed crebris diviſionibus ac ſubdiviſionibus interciſa, qualibus fere S. Vincentius Ferrerius aliiq; Ordinum Mendicantium concionatores uti ſua ætate ſolebant. In eo volens Auctor ſummariũ quoddam totius rei à ſe explicata dare, allegat Petrum Aureolum, qui anno* MCCCXII *obiiſſe dicitur, ſumitq; ab illo hanc diſputationum omnium compendiariam Synopſim.* Diſputatio prima Job, cum tribus amicis, fuit dialectica, ex probabilibus, & continet novem explicationes, uſque ad Caput XXXII. Secunda diſputatio Heli, fuit ſophiſtica & garrula, uſque ad Caput XXXIV. Tertia tentativa, ex contingentibus, fuit Domini, interrogantis Job de multis, ut declararet, quia quaſi nulla erat ſapientia ejus ad Deum, à Capite XXXVI uſque ad XLII. Quarta, fuit definitiva & demonſtrativa, ex neceſſariis & immobilibus, per Dominum dicentem ad Amicos Job, Non eſtis locuti coram me rectum, ſicut ſervus meus Job. *Atque hæc ſatis ſit indicaſſe, ut apud nos inveniendum tale quid ſciat, qui forte id publici juris facere velit, quod non cenſuimus inſerendum operi, aliis magis neceſſariis ſatis ſuperque creſcenti.* F

*offertur cuicumq; imprimere volenti.*

9 *Pluris noſtra refert exhibere quæſtionem, anno* MDCLXXX, *eodem ſcilicet quo noſter Tomus* II *Maji cum aliis duobus prodibat, agitatam Romæ, acerrimis Eruditorum plurium ingeniis judiciiſque concurrentibus, occaſione nata Albani; ubi cum Curatores Noſocomii, quod à ſancto Spiritu nomen habet, in Hoſpitio convaleſcentium paulo ante conſtructo, egregium adornaviſſent Sacellum, ejuſque altari impoſuiſſent elegantem* B. Jobi *tabulam; conſcientiæ ſibi duxit Epiſcopi Vicarius, aperiendum Sacellum permittere, eo quod dubitaret, liceretne* Jobum *ita publice ut* Sanctum *colere. Cum enim poſt variorum judicia,*

A *judicia, utrinque requisita, incaluisset disputatio; esset-*
*que ad sacram Congregationem Rituum delata; & Io-*
*annes Riccius p. m. amicissimus nobis, ejusdem Congre-*
*gationis Consultor, cum quibusdam aliis, doctrinæ fama*
*præcellentibus, negativam sibi placere indicassent; ex-*
*citata sunt aliorum nihilo minus præstantium virorum*
*ingenia, qui causam ab ovo (ut dicitur) exorsi exami-*
*nare, velut non uni Jobo, sed omnibus Sanctis veteris*
*Testamenti communem; eo rem adduxerunt, ut exinde*
*collectæ ab Reverendissimo Fidei Promotore Prospero Bot-*
*tino Myrensi Archiepiscopo Animadversiones, visæ sint A-*
*postolicæ Cameræ typis dignissimæ. Nec minus dignæ no-*
*bis eædem videntur, quarum notitia in hoc opere perennet,*
*velut specimē Romanæ in negotiis istiusmodi prudentiæ &*
*gravitatis, propositas sibi causas, etiamsi minimæ aliàs*
*videri possint, ac fere extra controversiam positæ, suis*
*undiquaque momentis librantis, quando judicio contradi-*
*ctorio disceptat; sed hoc semper & omni occasione fieri,*
*etiam ubi nemo magnopere se opponit, à nonnullis tam*
*male præsumitur, quam certum est in rebus sacris, tam*
*communibus quam privatis, tolerari multa, ut levissime*
*dicam, incerta ac dubia, & verosimiliter aliquando corri-*
B *genda, cum satis fuerint disceptata.*

# DISSERTATIO

## De publico cultu S. Jobi aliorumque Sanctorum Veteris Testamenti coram sacra Congregatione Rituum Romæ instituta.

*Omissis plurimis utrimque dictis ac scriptis, quo-*
*rum notitia publici juris facta non est; placet eo-*
*rum omnium summam, sub titulo* Animadver-
sionum *Congregationi exhibitam à Reverendiss. Fidei*
*Promotore, legendam exhibere, eodem quo Romæ impressam*
*ad nos ipse misit tenore.*

### Eminentissimi ac Reverendissimi Domini.

C Onstructa per pium & religiosum virum, Fr. Salvatorem Margallum, Ordinis sancti Spiritus, in Civitate Albani parva & elegan-
C ti ecclesia, in honorem & sub invocatione S. Job; ortum fuit dubium, *An ejus aperitio cum pu-*
*blica veneratione permittenda sit*: eoque ad Sac. Congregationem delato, jussus meam proferre sententiam (quamvis materia, ob sui gravitatem, & gravissimorum Doctorum controversiam, circa hujusmodi cultum Sanctis veteris Testamenti exhibendum, maturius judicium exposcere videretur) dixi, mihi magis placere affirmativam; & gavisus fui, quod ab Eminentissimis Patribus, prævia exactissima discussione, confirmata remanserit cum decreto: *Removeantur impedimenta.* Cum autem de ordine Sanctissimi quæstio hæc denuo sit examinanda; ex officio proponam auctoritates, rationes, ac fundamenta pro utraque opinione, ad hoc, ut iis bene cribratis & expensis, sacra Congregatio tuto decernere possit id, quod justitiæ ac convenientiæ consentaneum esse videbitur.

*Proponitur status quæstionis.*

D

### §. I. *Proponuntur rationes pro parte negativa; sed pro affirmativa validiores.*

PRo parte itaque negativa, quod scilicet Sanctis veteris Testamenti non sit exhibendus cultus & veneratio, palam & publice, po- 2
tissime urgere videbatur gravissimorum Doctorum opinio, & signanter auctoritas Cardinalis Turrecrematæ *in Can. Pronuntiandum n.* 15, *de Consecr. dist.* 3, fundata in hac præcipua ratione, quod ideo Ecclesia Occidentalis ipsorum mortem non celebrat, quia, cum transitus non fuerit gloriosus, sed potius miseria plenus, propter descensum ad inferos, non sit gaudio excipiendus, & celebritate colendus. Eamdemque rationem longe antea insinuare visus fuit D. Bernardus, *in epist.* 89, ubi interrogatus, Cur solum de SS. Machabæis Martyribus festum celebraretur; ingenue fatetur, sese adhuc non percepisse causam diversitatis, eamque libentius accepturum, quam redditurum: profitetur tamen, potissimam rationem, ob quam festivitas Sanctorum veteris Testamenti non recolatur, esse ipsorum descensum ad inferos, licet communem cum Machabæis, ita difficultatem promovendo: *Proinde si incongruum vi-*
*detur cum gaudio recolere transitum, qui gaudii non fuit;*
*caveatur & in istis.*

*Pro negan-*
*da permis-*
*sione publici*
*cultus,*

E

3 Augustinus etiam Triumphus, *de potestate Ec-*
*clesiæ q.* 17, *art.* 2, proposita quæstione, utrum Papa debeat canonizare Patres veteris Testamenti; & adductis argumentis pro sententia affirmativa, quod scilicet cultus Canonizationis denegari non debet iis, quorum doctrina, vita, & exemplum proponitur toti Ecclesiæ imitandum, quales sunt Patriarchæ & Prophetæ, ut habetur Isaiæ v; & quorum sanctitas nequit in dubium revocari, utpote comprobata Spiritus sancti oraculo in sacris Paginis, per denominationes, Sanctitatem & Beatitudinem importantes; & rursus, quia Ecclesia illos eligit oratores & rogatores pro ipsa apud Deum, eisque preces effundi jubet; in negativam sententiam descendit, ob hanc solam rationem, quod causa semper præcedit effectum, & non subsequitur: causa vero omnium Sanctorum fuit Christus, adeoque nullus debet canonizari, qui Christi nativitatem præcesserit. Consonat Viguerius *in In-*
*stitutionibus Theologicis cap.* 20, *de virtute fid. §.* 3, *vers.* 15, *fol.* 107 *à tergo in fine*, ubi propositam quæstionem ita solvit: *Eorum tamen approbationem*
*& canonizationem non solennizat Ecclesia, nec festa*
*pro illis indicit duplici ratione. Primo, ne videatur cere-*
*monias Iudæorum (quæ tamquam umbra transierunt) ob-*
*servare. Secundo, quia cum illi non essent in tempore*
*plenitudinis gratiæ, mors illorum non introducebat in*
*Paradisum, sed in Limbo recludebantur, adhucque in pœ-*
*na peccati originalis detinebantur. Ideo mors illorum non*
*poterat nativitas denominari, sicuti mors Sanctorum post*
*Christi Ascensionem decedentium; & propter illam cau-*
*sam eorum Reliquiæ non venerabantur; ac etiam ne induce-*
*rentur Iudæi, alias proni, ad idololatriam; ideo (ut habe-*
*tur in Canonica D. Iudæ Apostoli) noluit Deus, corpus Moy-*
*sis Iudæis manifestari, licet diabolus procurare vellet, sed*
*prohibitus fuit à Michaele. Nunc vero Reliquiæ Sanctorum*
*venerantur, eo quod sunt in gloria, & non in pœna; nec*
*nunc est talis promptitudo seu periculum ad idololatriam,*
*sicut tunc.* Idipsum confirmat Guilielmus Durandus *in rationario Divinorum Officiorum lib.* 6, *cap.* 67, *num.* 3. -- *Hinc est, quod Passiones Patrum veteris Testa-*
*menti, quia ad inferos descenderunt, non celebramus, præ-*
*terquam Innocentium; ex eo quod in ipsis singulis Christus*
*occisus est, & Machabæorum.* -- Et *lib.* 7, *cap.* 1, *num.* 40, ubi

*proponun-*
*tur auctо-*
*ritates, do-*
*centium*
*non canoni-*
*zandos quæ*
*Christum*
*præcesse-*
*runt;*

*nec festive*
*celebrandos,*
*quorū mor-*
*tem secutus*
*fuit descen-*
*sus ad infe-*
*ros;*

A ubi quæſtionem inſtituens, cur de Sanctis, quos per deſcenſum ad inferos Chriſtus liberavit, ſecumque in cælum duxit, feſtum non celebret Eccleſia, ita illam ſolvit. *Reſpondeo, quod ideo non ſolennizamus, quoniam ad inferos deſcenderunt: ſolennizamus enim Sanctorum Natalia, quod videlicet cælo nati ſunt, ut præmiſſum eſt, non quod inferno.* Ioannes Belettus *in Divinorum Officiorum explicat. cap.* 128, agens de Sanctis, qui cum Chriſto ſurrexerunt, ait; idcirco non celebrari eorum memoriam, quia, cum è vita exceſſerunt, deſcenderunt ad inferos; quæ non eſt feſtæ lætitiæ materia, ſed luctus. Neque prætermittenda videtur opinio Guyettini *in Heortologio ſive de feſtis propriis Sanctorum lib.* 2, *cap.* 7, *q.* 2 aſſerentis, ſe vix credere poſſe, quod in honorem Sanctorum veteris Teſtamenti fiant feſtivitates.

*unde & Eccleſia abſtinet à pleriſq; eorum venerandis,*

4 Hunc etiam Eccleſiæ Latinæ morem, abſtinendi à celebratione feſtivitatis Sanctorum veteris Teſtamenti, ſequendo auctoritatem Cardinalis Turrecrematæ, conſiderat Ricciullus *lucubrationum Eccleſ. lib.* 6, *cap.* 7 *de Sanctis veteris Teſtamenti*, dicens, ab Eccleſia ſolum excepta fuiſſe feſta Sanctorum Innocentium, Joannis Baptiſtæ, & Machabæorum. Matta quoque, *de Canonizatione Sanctorum part.* 4, *cap.* 3, poſtquam *num.* 8 *ad* 16, retulit utramque opinionem; concludit, *num.* 17, *verſ. quibus attentis*, non eſſe contemnendam ſententiam Auguſtini de Ancona, utpote fundatam in auctoritate D. Auguſtini, allegata *num.* 12, dicentis *in lib. de Symbol. ſuper illo Pſalmi* 92, *Domum tuam decet ſanctitudo Domine*, nullius ſanctitatem ab Eccleſia ſolennizari, priuſquam Domus ſanctitatis fundaretur. Et *num.* 18 reſpondet argumento, petito ab exemplis Sanctorum Joannis Baptiſtæ, Zachariæ, Joſephi, Simeonis, Eliſabeth, & Annæ Prophetiſſæ; quod quia viderunt Chriſtum Dominum in carne jam natum, eumque uti Redemptorem humani generis adoraverunt, potius ad novam Legem gratiæ pertinere dicendi ſunt: & addit *num.* 19, cum Petro de Natalibus Kalen. Auguſti, quod in Eccleſia Orientali celebrantur feſta de Sanctis utriuſque Teſtamenti, non autem in Occidentali; præterquam de Innocentibus & Machabæis, propter peculiares rationes ex Turrecremata tranſcriptas, & inferius ſuo loco recenſendas in ipſarum ſolutione.

B

C Rurſus non apparet, alicui ex Sanctis veteris Teſtamenti conceſſum ab Eccleſia fuiſſe cultum publicum, ſaltem per indictionem feſtivitatis, & per conceſſionem univerſalem Officii de præcepto; cujus indultum abſque Oraculo Sedis Apoſtolicæ de jure novo obtineri non poſſe, eſt extra controverſiam, ut dicit Rainaudus *tom.* 15. *Heteroclitorum ſpiritual. ſect.* 3, *punct.* 5, *num.* 15, *pag.* 288; dicens *num.* 16. *verſ. quia igitur*, ſapienter Eccleſiam non indixiſſe feſtivitates Sanctorum veteris Teſtamenti, nec eis divina Officia conceſſiſſe; & concludens *num.* 17, in hæc verba; *Quanta porro arrogantiæ indicium eſt, ſapientiorem ſe exiſtimare moderatoribus univerſæ Eccleſiæ, qui per tot ſecula (quamvis illa ipſa novandi motiva, quæ iſtis poſſunt occurrere, non ignoraverint) conſulto tamen abſtinuerunt his feſtorum & divinorum Officiorum indictionibus? Non eſt revera hæc pietatis ſpecies commendatione digna.*

*ſaltem per officium Canonicum;*

*& videtur improbare nomina baptiſmalia ab iis ſumenda.*

5 Sed neque cultum privatum exhiberi ſolitum eſſe Sanctis veteris Teſtamenti, ex eo colligi poteſt, quod vel improbatus ſit, vel ſaltem ab Eccleſia non receptus uſus imponendi eorum nomina infantibus in Baptiſmo, quod eſt argumentum devotionis & propenſionis erga ipſos, ut teſtatur Nicephorus *lib.* 6 *Hiſtoriæ cap.* 22, ibi. *Multi enim, propter ſuam in Apoſtolos propenſionem & affectionem, nomina eorum liberis ſuis imponebant.* Et idem repetit Caſalius *de veteribus Eccleſiæ ritibus cap.* 5, *de Baptiſmo pag.* 37, *verſ. Mos dandi nomina.* Prohibitio autem aſſumendi nomina veteris Teſtamenti deſumitur ex Concilii Nicæni can. 30, jubente Chriſtianorum nomina in Baptiſmo imponi, ibi. *Imponanturque nomina Chriſtianorum in Baptiſmo, dum legitur Scriptura, & baptizantur in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis; ſemper colenda & adoranda.* Et ſaltem negari non poteſt, rariſſimum eſſe in Eccleſia horum nominum uſum. Ex his igitur Reverendiſſ. Suffraganeus Albanen. non abſque valido probabili fundamento, dubitare potuit, an ab eo permittenda eſſet eccleſiæ præfatæ aperitio, præſertim non exhibito ſibi aliquo decreto ſeu indulto Apoſtolico. D

*Reſpondetur,*

6 Verum diligenter examinatâ materiâ, prævalere mihi viſa ſunt fundamenta, quibus innititur affirmativa ſententia, quod nempe cultus publicus tuto permitti atque concedi poſſit Sanctis veteris Teſtamenti, potiſſime vero S. Job. Quidquid enim ſit, An ſanctis Patribus veteris Teſtamenti conveniat ſolennitas formalis Canonizationis (quam illis non congruere reſpondet Viguerius *loc. cit.* ea validiſſima ratione, *quia qui à Deo; tamquam ſuperiore, eſt canonizatus & approbatus, non eget ab hominibus approbari ſive canonizari; Sancti enim multi, qui ante Incarnationem Chriſti pie vixerunt, fuerunt in pluribus Scriptura locis approbati, & maxime Eccleſiaſtici* 44; *& aliquorum approbationem recitat Apoſtolus Hebr.* 11. *Eccleſia vero eorum ſanctitatem & exemplaritatem proponit imitandam, & eorum orationibus ſe commendat in generali*) reducendo quæſtionem ad cultum publicum, qui eſt veluti effectus canonizationis, nulla profecto ratio ſuadere efficaciter poteſt, illum non poſſe permitti ſanctis Patribus veteris Teſtamenti: plures vero, eæque fortiſſimæ, permiſſionis congruentiam manifeſtè oſtendunt; quas late atque erudite cumulavit Reverendiſſimus Archiepiſcopus Tarſenſis, in ſua doctiſſima & validiſſimis argumentorum atq; auctoritatũ præſidiis munita allegatione, data in Congregatione prę terita. Præ ceteris autẽ potiſſimũ urgere videntur rationes, adductæ per Auguſtinum Triumphum & Viguerium, *locis citatis*; quod ſcilicet iis denegari non debeat ſolennis cultus, quorum ineffabili ſacræ Scripturæ teſtimonio ſanctitas comprobatur, & ad quorum imitationem nos invitat atque ſtimulat Eccleſia, & ſupplici deprecatione patrocinium apud Deum exorat: quas etiam rationes latiſſime, ſanctorum Patrum & probatiſſimorum Scriptorum auctoritate, ad propoſitum noſtrum confirmat Lezana *Conſultatione* 3 *a num.* 100 *ad fin.* ubi ex iiſdem comprobat, poſſe S. Eliæ cultum publicum concedi. E

*non agi hic de formali Canonizatione,*

*ſed exhibitione cultus publici.*

F

*qui ſervit ad promovendam eorum imitationem.*

7 Itaque vitæ ſanctitas tribuit jus ad publicum cultum, & permiſſio illius, non ſolum ob glorificandam Sanctorum memoriam, ſed ob eorum imitationem promovendam, fuerit ab Eccleſia introducta, ut ſcilicet imitari non pigeat, quos celebrare delectat; ut late probat Rabanus Maurus *de Inſtitutione Clericorum lib.* 2, *cap.* 43, *de feſtivitatibus Sanctorum inter tractatus diverſos de Divinis Officiis pag.* 297. Caſalius *de veteribus Eccleſiæ ritibus cap.* 60, *pag.* 238, *lit.* A, *verſ. Porro*, adducens verba epiſtolæ relatæ ab Euſebio *lib.* 4, *cap.* 15, *-- eorum memoriam, qui prius paſſi fuerant, celebramus, ut ſequentium animi ad Prædeceſſorum viam exemplis inſignibus excitentur*, & S. Gregorius Nazianzenus *in oratione de Machabæis col.* 2, *in princ.* ideò eorum celebritatem recoli aſſerens, *ut gloriam conſequantur, qui laudes eorum exponant, ac virtutem eorum æmulentur, ejuſmodi nimirum commemoratione quaſi ſtimulis quibuſdam ad earumdem rerum*

A *rerum ſtudium excitati.* Idemque expreſſe profitetur fel. rec. Gregorius XIII, in Conſtitutione edita ſuper approbatione Martyrologii Romani ibi. *Habet enim Sanctorum innocentia, charitatis, fortitudinis, ceterarumque virtutum commemoratio, ſtimulos quoſdam acerrimos, quibus tunc maxime invitamur, cum illorum propoſitis exemplis noſtram deſidiam agnoſcimus, quamque procul ab illorum laude & perfectione abſumus, cogitamus.* Et hoc argumento utitur idem Lezana *Conſultatione* 3, *num.* 85, *circa finem.* Nec immerito Rainaudus *tom.* 15. *Heteroclitorum ſpiritual. punct.* 5, *num.* 9 *in fin, pag.* 285; miratur, cur de Sanctis veteris Teſtamenti Eccleſia eo modo non celebret feſta, ſicut de Sanctis Teſtamenti novi, ibi. *Quare cum inter motiva, quæ impellunt ad indicendum alicujus Sancti cultum feſtivum, attendatur præſertim ad ſtimulum virtutis & ſanctitatis, ex Sancti illius memoria, admovendum fidelibus; mirum eſſe videtur, cum tam luculenta ſint virtutum exempla in Sanctis Chriſto anterioribus, quorſum ſint ab Eccleſia abſque ſolenni ceteris Sanctis honore prætermiſſi.*

8 Cultus etiam publicus iis denegari non poteſt, quibus Eccleſia preces effundit pro ipſorum
B obtinendo patrocinio; ad eorum ſiquidem opem
*& probatur ex precibus ad ipſos ab Eccleſia directis,* promerendam, & imitationem promovendam, Sanctorum feſta eſſe inſtituta, monet D. Auguſtinus *lib.* 2 *contra Fauſt. cap.* 21 — *Populus Chriſtianus memorias Martyrum religioſa ſolennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum conſocietur, atque orationibus adjuvetur,* & Euſebius Alexandrinus *in homil. de Sanctis colendis*: ibi — *Ob hanc cauſam præcepit nobis memorias Sanctorum celebrare, ut acceptis hymnis, & auditis laudibus, benignum Deum exorent, ut preces noſtras caducas admittat.* Conſequenter dicendum eſt, ejuſmodi cultus indultum potiſſime etiam convenire Sanctis Patribus veteris Teſtamenti, quorum ſanctitatem, Divini Spiritus oraculo comprobatam, imitandam fidelibus proponit Eccleſia; & quorum præſidium exorat, atque memoriam celebrat etiam ex Divino præcepto. *Eccleſiaſtici* 44, ibi. *Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua,* ut obſervat idem Lezana *d. Conſult.* 3, *num.* 129, referens, eorum opem publice invocari in Litaniis, & laudes recoli in Cantico Sanctorum Ambroſii & Auguſtini, quod etiam notat Rainaudus *loc. cit. num.* 2, concludens. *Beatitas ergo horum Sanctorum eſt in Eccleſia prorſus extra controverſiam, atque adeo non poteſt per eorum Beatitatem ſtare, quominus cultu, Cælitibus impendi ſolito, honorentur à fidelibus in univerſa Eccleſia.*

C
*atque uſu Orientalis Eccleſiæ,* Plurimum etiam confert conſuetudo Eccleſiæ Orientalis, in qua celebrari feſtivitates Sanctorum veteris Teſtamenti communiter affirmant contrariæ ſententiæ Sectatores: cumque in hoc ejuſdem Eccleſiæ uſus non fuerit à Latina correctus & improbatus, nulla videtur aſſignabilis ratio diverſitatis, ob quam eidem Latinæ Eccleſiæ permiſſum cenſeri non debeat, quod in Orientali non improbatur: una quippe & indiviſibilis eſt Eccleſia Dei, ut probat Leo Allatius *in lib. de utriuſque Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis perpetuo conſenſu c.* 1, *n.* 5, licet, quoad ritum, inter Græcam & Latinam aliqua diverſitas intercedat; adhuc tamen per hoc non excluditur perfecta unitas, quoad fidem ejuſque dogmata, ut reſpondet idem Allatius *lib.* 3, *cap.* 12 *per tot. & ſignanter n.* 1 *in fine*, ibi: *Hanc de ritibus & dogmatibus differentiam ideo propoſuimus, ut multos ab errore levaremus, qui Orientalem & Occidentalem, Græcam & Latinam Eccleſiam audientes, duas ſibi Eccleſias toto genere diverſas animo fingunt, alteram alteri diſſimillimam: nam ſi linguam & ritus excipias, in fide, una eademque eſt, neque in una offendes firmum approbatumque, quod non in alia eodem etiam firmitatis ac dignitatis ſub uno capite ſit loco.* Proinde hoc argumento, deſumpto ex uſu Eccleſiæ Græcæ, ad probandam congruentiam conceſſionis cultus pro S. Elia, utitur Lezana *d. Conſult.* 3, *n.* 85; & Rainaudus *loc. cit, n.* 12, *& ſeq.*

9 Omnem denique difficultatem tollit uſus ipſius Eccleſiæ Latinæ, que nedum generaliter recolit memoriam, & invocat auxilium Sanctorum veteris Teſtamenti; ſed etiam peculiariter ipſorum feſtivitatem celebrat. Et ſignanter in pluribus & primariis Italiæ Civitatibus reperiuntur Eccleſiæ & Altaria, ipſis & præcipue S. Job dicata; nempe Venetiis, Cremonæ, Bononiæ, Ferrariæ, Faventiæ, Senis, & Piſauri. Cumque Eminentiſſ. Epiſcopus Lucanus à me requiſitus fuerit de ſuo voto, cum ſit unus ex Eminentiſſimis Patribus hujus S. Congregationis, per litteras plene reſpondit pro affirmativa, pluribus validiſſimis rationibus; & narrat, quod in viſitatione Diœceſis reperit Eccleſiam, ſub invocatione S. Job in Terra Pruni Vicariatus Petræ-Sanctæ, & plura Altaria in ejus honorem conſtructa in variis Eccleſiis Caferonianæ, quodque Populus illius regionis E maximam habet devotionem & venerationem erga ipſum. Aderat etiam Cæſenæ Eccleſia in honorem S. Job, de qua traditio eſt, quemdam Fratrem S. Franciſci, prope cujus Conventum ſita erat, eam deſtrui curaſſe; ſtatimque lepra affectum, diuque excruciatum miſere occubuiſſe; ut refert Reverendiſſ. Tarſenſis *in præcitata ſua Allegat. circa fin.* Et de hoc Eccleſiæ Latinæ uſu tradunt Durandus *in Rationario divin. offic. lib.* 7, *cap.* 1, *n.* 41, & de ſancto Elia probat ibidem Lezana, & de S. Job, in cujus honorem Venetiis conſtructa fuit Eccleſia, dicunt Caſtellinus, *de Canoniz. q.* 4, *n.* 58. Panvinius *in relat. S. Bonaventuræ circa fin. princip. inter opuſcula ejuſdem S. Bonaventuræ tom.* 2, *pag.* 381, *verſ. quid autem Sancti veteris Teſtamenti*; dicens, quod, quidquid teneant Bernardus & Auguſtinus-Triumphus, videtur probari poſſe contrarium, ex publica veneratione multorum, inter quos præciſe recenſetur S. Job. Sequitur Contilorius *de Canonizat. cap.* 11, *num.* 11, & Matta *eodem tract. par.* 4, *cap.* 2, *n.* 15. Lezana *d. Conſult.* 3, *n.* 87 *&* 88 *cum ſeqq.* Belottus *in explicat. divin. offic. cap.* 28; & Rainaudus *ſupra cit. tom.* 15. *Heteroclit. ſpiritual. punct.* 5, *num.* 1, *pag.* 282, *&* n. 11, *pag.* 285. Et quod S. Job ab antiquiſſimo tempore habuerit ab Eccleſia conſimilem cultum publicum, F non minus ac alii Sancti, per indictionem feſtivitatis, Templorum erectionem, & Altarium conſtructionem, refert Titelmannus *in ſolut. dub. ante paraphraſticam elucidationem in ejus librum*, quam in Conventu Fratrum Minorum Lovanii publice explicaverat uſque de anno MDIV, ut habetur in fine operis; ejuſque verba (quæ tamquam notabilia propter temporis antiquitatem refero) ſunt iſta. *Accedit ad auctoritatem Scripturæ auctoritas Eccleſiæ, quæ viro ſancto Iob conſimilem cum aliis viris ſanctis & Deo dignis feſtum diem conſtituit; Templa quoque erigit; & Aras, ubi ad Dei gloriam ejus invocetur pro miſeris patrocinium, extruit; ac vota fieri, perinde ac ceteris Divis, cum Deo regnantibus, decrevit; quæ nequaquam ita fieri permitteret, ſi non in rerum natura vere aliquando ſubſtitiſſet.* Eſtque ponderandum, quod dictus Auctor tali argumento utitur, ad comprobandam veritatem hiſtoriæ B. Job, quæ à Judæis controvertebatur.

*quin & Latinæ;*

*idque ab antiquiſſimo tempore,*

A

## §. II. *Aliæ plures pro ſententia affirmativa inſtantiæ.*

10 *Card. Berulli exemplum,*

MAximi qnoque roboris videtur, quod claræ mem. Cardinalis de Berulle, vigore facultatis obtentæ à fel. rec. Paulo V, VI Idus Maji anno MDCXIII, dandi modum & formam Kalendario ac Breviario Congregationis Oratorii Domini Jeſu; prævio tantæ rei examine in Comitiis generalibus, diverſis locis & temporibus habitis, ac de Ordinariorum expreſſa licentia, in eodem Kalendario ad diem X Maji adnotari fecit Officium cum Miſſa de S. Job, ac etiam de S. Anna Prophetiſſa ad diem primam Septembris, & de S. Simeone Sene ad diem XI Octobris, & de S. Abrahamo ad diem XII ejuſdem menſis, & in Breviario leguntur extenſa ſub dictis diebus eadem Officia, cũ Lectionibus propriis, & Orationibus de communi ſub ritu ſemiduplici, & indicatur Miſſa de quolibet ex prædictis Sanctis dicenda pariter de communi, ut ex libello impreſſo Lutetiæ Pariſiorum anno MDCLIII:

B

*in ordinato per eum Kalendario ac Breviario,*

in quo præcipuè videri poteſt Præfatio, ubi indicatur citatũ diploma Pauli V, & reſpondetur objecto, quod vigore decreti hujus Sac. Congregationis VIII Aprilis MDCXXVIII addi nequeant etiã Kalendariis propriis alia Officia, ex quo ſcilicet potius adſiſtat limitatio in eodem Decreto adjecta, quando (ut hic) præceſſit Sedis Apoſtolicæ licentia. Cum igitur hoc fuerit factum cum tanta maturitate, à Cardinali adeo inſignis pietatis & ſingularis doctrinæ, necnon prævia Sedis Apoſtolicæ auctoritate, ac diſcuſſione in diverſis Capitulis generalibus, & obtenta Ordinariorum Galliæ expreſſa licentia; controverti profecto nequit, quod etiam in Eccleſia Occidentali vigeat hujuſmodi cultus publicus erga S. Job, & alios Sanctos veteris Teſtamenti. Urget inſuper, quod in Ceremoniali Fontiſebraldi anno MCCCCLXI,

C

auctoritate Gulielmi Pariſienſis Epiſcopi, delegati à Pio II ad viſitandum, corrigendum, & reformandum dictum monaſterium & Ordinem, reperitur officium S. Abrahę, ut refert Guyettinus *in Heortolog. lib. 3. cap. 16. q. 4.* ubi indicat modum componendi etiam Officia pro S. Moyſe, pro S. Davide, &

*comprobatur ex Litaniis,*

pro S. Job.

11 Conſiderari pariter multum meretur, veluti ſpecies cultus publici, qui exhibetur Sanctis veteris Teſtamenti, eorum invocatio in Litaniis, quæ dicuntur pro commendatione animæ, ut præ aliis advertunt Caſtellanus *de Canoniz. at. cit. quæſt. 4, n. 88:* Lezana *d. Conſult. 3, n. 102,* cum ſeqq. Guyettinus *in Heortologio ſive de feſtis propriis lib. 1, cap. 5, quæſt. 8,* ubi plura refert exempla; Rainaudus ſupracitatus, *tom. 15, nu. 15, pag. 287,* ubi redarguens Calvinum, negantem Sanctos veteris Teſtamenti invocari in Eccleſia Chriſtiana, ſic ait — *Quo enim morbo gravabantur illi aures, cum recitari audiebat Litanias noſtras, & in eis invocari omnes Sanctos Patriarchas & Prophetas?* Et addit, cum Serario *lib. 2. Litaneut. quæſt. 17,* quod in Litaniis, quibus commendatur anima, invocantur, Sanctus Abel, Sanctus Abraham, & omnis chorus Juſtorum; quodque Sanctum Jonam invo-

*Sanctis Patribus,*

cavit Sanctus Hieronymus: & Cyrillus Hieroſolymitanus, Sacram Synaxim deſcribens *Catecheſi 5,* dicit, Sacerdotem memoriam in ea facere, primum Sanctorum Patriarcharum, deinde Prophetarum, Apoſtolorum, & Martyrum, ut Deus illorum orationibus & deprecationibus ſuſcipiat preces noſtras. Idemq; poſt eum tradunt Cabaſſutius *in notit. Concilior. in Appendic. ad ſextam Synodum,* quæ eſt diſſertatio de Dipthycis Eccleſiæ *verſ. præter eorum fidelium Dipthyca*; & Cardinal. Bona, *rerum Liturgicar. lib. 2, cap. 12, pag. 392 in fine.* Magni quoque ponderis, ad evincendum, licitum & debitum eſſe cultum publicum delatum Sanctis veteris Teſtamenti, videtur auctoritas D. Auguſtini *ſerm. 22 de Sanctis, & de S. Ioanne Baptiſta ſerm. 4 in princ.* ubi propoſita quæſtione, cur Natalem, quo natus eſt ex utero Ioannes, potius celebramus, quam aliorum Prophetarum vel Patriarcharum, ſic reſpondet. *Recordemur & Prophetas, recolamus Patriarchas, nati ſunt homines, ætatis acceſſu pleni Spiritu ſancto, Chriſtum prophetaverunt; nati ſunt, ut poſtea prophetarent: Ioannis autem ipſa Nativitas Dominum Chriſtum prophetavit, quem conceptum ex utero ſalutavit.*

D

12 Confert etiam potiſſime Sanctorum veteris Teſtamenti deſcriptio in Martyrologio Romano, ut in eo videri poteſt; ſed pro minuendo labore ponitur Catalogus diſtinctus per ſingulos menſes; videlicet Ianuarii die XIV, S. Malachiæ; & die XV, SS. Abacuc & Micheæ; Februarii die XIII, S. Agabi, de quo præterea mentionem habet S. Lucas in actis Apoſtolorum; Martii die XXXI, S. Amos; Aprilis die X, S. Ezechielis, ad cujus ſepulcrum orationis cauſa multi confluere conſueverunt, ut in eodem Martyrologio habetur; & Baronius *in notis* advertit cum S. Epiphanio, quod quando tanta frequentia concurrit, formidant Chaldæi, ac metuunt ne auferatur, quapropter egredientes comitantur & deducunt; Maji die prima, S. Hieremiæ, ad cujus pariter ſepulcrum, ut refert idem S. Epiphanius, fideles ſupplicare conſueverunt, indeque ſumpto pulvere morſibus aſpidum medentur; & die X, noſtri S. Iob; Iunii die XIV, S. Eliſæi, cujus ſepulcrum dæmones perhorreſcere S. Hieronymus ſcribit; Iulii die prima S. Aaron, primi Sacerdotis Levitici Ordinis; die IV, SS. Oſeæ & Aggæi; die XIII, SS. Ioëlis & Eſdræ; die XVI S. Iſaiæ; die XX, S. Eliæ; die XXI, S. Danielis; Auguſti die XX, S. Samuelis, cujus ſacra oſſa, ut B. Hieronymus ſcribit, Arcadius Auguſtus Conſtantinopolim tranſtulit, & Juſtinianus Imperator in ejus honorem templum erexit, ut ex Procopio notat Baronius *ibid. litt.* B. Septembris die prima, SS. Joſuę, Gedeonis, & Annæ Prophetiſſæ; die IV, Sancti Moyſis Legiſlatoris; die V, Sancti Zachariæ Prophetæ; & die XXI, Sancti Jonæ; Octobris die IX, S. Abrahæ, Patriarchæ & omnium credentium Patris; Novembris die XIX, Sancti Abdiæ

F

Prophetæ; Decembris die prima, Sancti Nahum; die III, S. Sophoniæ; die XVI, trium SS. Puerorum Ananiæ, Azariæ, & Miſaëlis; & demum die XIX, S. Davidis.

*& Martyrologio Romano,*

*ubi notantur Patriarchæ & Prophetæ,*

13 Deſcriptionem autem in Martyrologio Romano importare cultum publicum, late probavi in meo voto, exarato de ordine Sac. Congregationis ſuper hoc articulo; & addo poſt inibi ſcripta, Granadum *de fide tract. 7, diſput. 3, ſect. 3,* exiſtimantem (ſunt ejus verba) *cenſeri debere Canonizatos ab univerſali Eccleſia, & Summo Pontifice omnes illos, qui in Martyrologio Romano continentur; etenim de illis tanquam de veris Sanctis fit mentio, & ſolennis memoria in univerſali Eccleſia, & Summus Pontifex id præcipit fieri, ut patet ex Motu proprio Gregorii XIII, &c.* Et Nieremberg, *in opuſcul. de Sanctitat. inſtitut. feſt. Concept. Beatiſſimæ Virginis § 7.* addit, *Neque poteſt negari auctoritatem aliquam, & non parvam, accreſcere in ratione Sanctitatis his, qui in Albo tot Sanctorum numerati ſunt.* Et hoc pariter argumento deſcriptionis in Martyrologio, ad evincendum cultum publicum, Sanctis veteris Teſtamenti ab Eccleſia univerſali præſtitum, utuntur Lezana: *ſæpe cit. Conſult. 3, num. 84;* Rainaudus *in Heteroclit. ſpiritual. cit. punct. 5, num. 2,* & Guyettinus *de feſt. propr. lib. 1. cap. 5, quæſt. 8;* ubi

*& ubi repoſiti omnes cenſentur canonizati.*

quærens, an in honorem Sanctorum veteris Teſtamenti

A menti, Patriarcharum & Prophetarum, conveniens sit dicari Ecclesias, quarum sint ipsi Patroni, sic ait. *Absolute nihil vetat, cum & aque Sancti sint ac alii, & cultus publici partes alia omnes perinde iis atque aliis ab Ecclesia deferantur, siquidem & eorum plurimi in Martyrologio expresso nomine recensentur.* Et quoad S. Job comprobatur Ecclesiæ usus ei permittendi cultum publicum, nedum ex erectione Templorum in diversis Civitatibus, ut fuit dictum §. *Omnemque difficultatem tollit*; sed etiam ex concessione Indulgentiarum, universis Christi fidelibus in die festo ipsius Ecclesiam visitantibus, & signanter in Civitate Bononiæ, vigore litterarum fel. record. Gregorii XIII; ac in Civitate Ferrariæ, ut ex litteris ejusdem Pontificis XV Martii MDLXXVII, & XIII Maji MDLXXIX: & pro hac ipsa Ecclesia, erecta in civitate Albani, adest similis concessio Sanctissimi Domini Nostri, ut ex litteris signatis & subscriptis sub die IV Maji proxime præteriti.

*Accedunt Indulgentiæ eorum festis concessæ;*

*imagines, in vetustis cœmeteriis;*

14 Possunt etiam considerari tot imagines ac statuæ Sanctorum veteris Testamenti, publice in principalibus Ecclesiis Urbis expositæ, quæ profecto publicam venerationem: & cultum important, ut late probat Castellinus *de Certitud. glor. Sanct. pag.* 136 B *& seq.* Et sane hic mos exhibendi cultum Imaginibus Sanctorum veteris Testamenti, fuit in Ecclesia Dei, & signanter in Urbe, antiquissimus; ut testatur P. Aringus *in sua Roma subterranea tom. 2, lib. 5, per totum*, ubi agens de cœmeterialibus imaginibus, ostendit priscos Fideles, in cœmeteriis & cryptis, in quibus latebant & conveniebant, ut persecutorum rabiem vitarent, consuevisse servare imagines Sanctorum veteris Testamenti, iisque cultum exhibere, ut ex ipsarum cultu & aspectu spiritualem profectum excitarent, & ad fortiter toleranda tormenta redderentur alacriores, ut monet, *cap. 6, num. 2 & 3, & cap.* 18, loquens de imaginibus S. Iob: earumque convenientiam & utilitatem confirmans *num. 1 circa finem* sic ait. *Ex quo recolendam beatissimi ejusdem Viri jugiter ob oculos in cœmeteriis imaginem sibi proponere satagebant. Imo ubi primum Ecclesiæ tranquillitas pacis oborta est, dignissima Viri plane divini gesta, ad fidelium animos in virtutum obsequio obsirmandos, in publicis Conventibus in Ecclesia ipsa, inter festorum solennia perlegere consueverunt, ut præsertim Origines testatur.* Et ibidem refert verba Originis *lib. 1 in Iob* notatu digna, sed præcipue sequentia; *Similiter autem & in Conventu Ecclesiæ, in diebus sanctis, legitur Passio Iob.*

C *Epalam in templis:* 15 Nec tantum in cœmeterialibus abditis pingi consuevisse Sanctorum veteris Testamenti imagines, & signanter S. Iob, sed etiam in sacris Basilicis illas fuisse expositas, constat ex metrica narratione, quam S. Paulinus Episcopus Nolanus, *Natali decimo S. Felicis Martyris pag.* 617, fecit, agens de ejusdem Basilica Nolæ constructa. Enumerat enim Martyres, in ejus porticu depictos, non expresso illorum nomine: nominatim autem refert ibidem effigiatas fuisse historias Iob, Tobiæ, & Iudith his versibus.

*Inter quæ & modicis variatur gratia cellis,*
*Quas in porticibus (quæ longius una coactum*
*Protinus in spatium tractu protenditur uno)*
*Appositas lateri tria cominus ora recludunt,*
*Trinaque cancellis currentibus ostia pandunt,*
*Martyribus mediam pictis pia nomina signant,*
*Quos par in vario redimivit gloria sexu:*
*At geminas, quæ sunt dextra lævaque patentes,*
*Binis historiis ornat pictura fidelis:*
*Vnam sanctorum complent sacra gesta virorum,*
*Iobus vulneribus tentatus, lumine Tobi;*
*Ast aliam, sexu minor, obtinet inclita Iudith.*

16 Ad cultum pariter, quem Latina Ecclesia exhibet Sanctis veteris Testamenti, referri potest publica veneratio Reliquiarum ad ipsos pertinentium; quarum plures publicè in Urbe exponuntur, & præ aliis in Ecclesia S. Jacobi, vulgo nuncupata Scossacavalli, colitur lapis super quo Abraham filium suum unigenitum Isaac immolandum collocavit; quem à Sancta Helena transmissum, & in dicta Ecclesia mirabiliter custoditum, refert Gaspar Alverus, *in tractatu, cui titulus: Roma in omni statu, part. 2, pag. 133, vers. in tertio altari.* Et in Basilica Lateranensi, quàm plurimæ asservantur Reliquiæ, ad vetus Testamentum pertinentes; & præ aliis, sub ara maxima, Virga Aaron, quæ fronduerat; nec non Virga Moysis, qua bis percussit silicem, & fluxerunt aquæ, ut ex Joanne Diacono *in libro de Supremo Sanctuario Basilicæ Lateranensis, scripto ante annos* 500, refert clar. mem. Cardinal. Rasponus, *de eod. Basilica lib. 1, cap. 10 pag.* 47; nec non etiam in Ecclesia S. Susannæ publicæ venerationi exponuntur Reliquiæ S. Micheæ Prophetæ, ut refert Pancirolus *in libro, cui titulus, Thesauri abscondi ti almæ Vrbis Romæ, in indice Reliquiarum Sanctorum sub litt. M.* & in Ecclesia Montis Cassini, ut audivi à Reverendissimo Archiepiscopo Rossanensi, cum magna devotione colitur inter alias Reliquias, una ex Costis Sancti Jonæ Prophetæ. Quas quidem Sanctorum veteris Testamenti Reliquias merito in honore habemus, & cultu prosequimur; cum illas Deus ipse summopere honoraverit, permittendo per illas insignia patrari miracula, ut constat ex sacris paginis, & signanter 4. Reg. cap. 13, ubi refertur, mortuum ad vitam revocatum fuisse, per contactum ossium Elisei Prophetæ. Easdemque Reliquias transferri proinde, colique honorifice consuevisse tradunt *Bellarminus, Controvers. tom. 1, 4, Controvers. general. lib. 2. de Reliq. & Imag. Sanct. cap. 3,* & Jodocus Coccius *in Thesaur. Cathol. lib. 5, de Sanct. Eccles. part. 16, pag.* 566.

D *Reliquiarum talium veneratio.*

E

17 Esse pariter in maxima veneratione, tam sepulcrum quam ipsum sterquilinium S. Job, satis comprobari potest auctoritate D. Joannis Chrysostomi, asserentis *in Homil. 5. ad Populum Antiochenum in princ.* longas à fidelibus, & frequentes institui consuevisse peregrinationes in Arabiam, ut ejus sterquilinium venerarentur. *Insuper autem, & de Iob exemplum, & simus omni Tribunali Regio venerabiliores; ex Throni namque Regii aspectu nullum erit spectantibus lucrum, sed temporalis dumtaxat delectatio nullam habens utilitatem: ex simo Iob autem viso omnem quis capiet utilitatem, & disciplinam multam, & exhortationem ad patientiæ rationem. Itaque multi nunc longam & transmarinam peregrinationem à Terræ finibus in Arabiam abeunt, ut simum illum cernant, & conspicati terram deosculentur, quæ illius victoris certamina, & cruorem omni auro pretiosiorem susceperit.* Quæ sane verba restringi non possunt ad indicandam devotionem fidelium Orientalium, sed potius sunt generaliter intelligenda; utpote narrantia peregrinationes, quæ à terræ finibus suscipiebantur; magis proinde convenient etiam fidelibus Ecclesiæ Occidentalis. De veneratione autem sepulcri testatur Alphonsus Tostatus Abulensis, *ad cap. 22, Genes. Item ultimo, quia sepulcrum B. Iob adhuc usque hodie apud Iordanem fluvium, in magna planitie in confinibus Palestinæ & Idumeæ, jacet, & in magno honore à gentibus illis tenetur.*

*sepulcrorum &c;*

18 Tandem quod Sancti veteris Testamenti excludi non debeant à consortio Procerum Ecclesiæ Triumphantis, quoad prærogativam publici cultus, confirmari potest exemplo Christi Domini; qui dum in sua glorioſa Transfiguratione voluit Apostolis venturæ gloriæ specimen exhibere, medius inter Moysem & Eliam apparuit, ita ut Petrus

*ipsiusque Christi in Thabor exemplum*

A trus ſtupore, & delectatione correptus exclamaverit : *Faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moyſi unum, & Eliæ unum.* Unde manifeſte deducitur, nedum Sanctos qui Chriſtum ſunt ſubſecuti, ſed etiam illos qui ipſum præceſſerunt, tamquam cum Chriſto regnantes eſſe colendos; ſicut non minus ſequentes, quam ſe præcedentes, introduxit in gloriam; & utrique de cæleſti gloria convenienter teſtificantur, ut explicat D. Thomas 3. *parte, quæſt.* 45, *art.* 3 *corp.* -- *Dicendum quod Chriſtus transfigurari voluit, ut gloriam ſuam hominibus oſtenderet, & ad eam deſiderandam homines provocaret, ſicut ſupra dictum eſt. Ad gloriam autem æternæ beatitudinis adducuntur homines per Chriſtum, non ſolum qui poſt eum fuerunt, ſed etiam qui eum præceſſerunt. Vnde, eo ad paßionem properante, tam turbæ, quæ ſequebantur, quàm quæ præcedebant ei, clamabant Hoſanna, ut dicitur Matth.* 21, *quaſi ſalutem ab eo petentes: & ideo conveniens fuit, ut de præcedentibus ipſum teſtes adeſſent, ſcilicet Moyſes & Elias, & de ſequentibus ipſum, ſcilicet Petrus & Iacobus & Ioannes.* Quam proinde conſenſionem veteris & novi Teſtamenti conſiderans S. Leo Papa, *in Serm. de Tranſfigurat.* exclamat. *Quid hoc ſtabilius, quid firmius Verbo, in cujus prædicatione veteris & novi Teſtamenti concinit tuba, & cum Euangelica doctrina antiquarum proteſtationum inſtrumenta concurrunt. Adſtipulantur etenim ſibi invicem utriuſque fœderis pagina; & quem ſub velamine myſteriorum præcedentia ſigna promiſerant, manifeſtum atque perſpicuum præſentis gloriæ ſplendor oſtendit.* Obſervando inſuper, quod in glorioſa Transfiguratione, Moyſes & Elias viſi fuerunt à Diſcipulis in majeſtate, hoc eſt, ejuſdem gloriæ Chriſti participes, ut habetur Lucæ cap. 9, & obſervat Beda *in Matth. cit. cap.* 17 *verſ. Ecce apparuit eis*, & melius in Lucam, *dicto cap.* 9, *num.* 40, ubi ait, quod *Moyſes, & Elias viſi in majeſtate cum Domino, futuram omnium Sanctorum gloriam ſignificant.* Unde magis confirmatur convenientia, quod tam iſtis quam aliis Sanctis veteris Teſtamenti, pro quibus omnibus repræſentandis Moyſes & Elias aſſumpti fuerunt, ut monet D. Thomas *loc. cit.* cultus ab Eccleſia univerſali exhibeatur, non minus quam Sanctis novi Teſtamenti, quorum gloriam per ipſos Chriſtus prefigurare voluit.

B

C *ubi Moyſi & Eliæ poſtea dicatæ eccleſiæ fuerunt,*

19 Idque ſane (licet nimis propere & intempeſtive) exoptaſſe Petrum, dum Chriſtum rogavit, ut permitteret ibi fieri tria Tabernacula, notat Lezana *dict. conſult.* 3 *num.* 87. -- *Ad quod præterea deſervit, quod cum nedum in Græca, ſed in Latina quoque Eccleſia, Templa Deo ſub titulo Sancti Eliæ dicata ſint, quaſi in hoc ſenſu accipiens illud Petri ad Chriſtum Matth.* 17. *Faciamus hic tria Tabernacula &c. ipſo facto innuere videtur eadem Eccleſia &c.* Et clarius Cornelius à Lapide *in Matth. cap.* 17, *pag.* 334 *in princ.* dicit (ſunt ejus verba) *Votum hoc Petri implevere poſteri, ædificantes in Tabor tres Eccleſias teſte Beda.* Et quamvis Cornelius non indicet locum Bedæ, reperi tamen eum id expreſſe aſſerentem in libello de locis Sanctis cap. 17 cujus rubrica eſt, *de Monte Tabor, & tribus Eccleſiis ſuper eum*, in quo ſic habet. *Vertex ipſe campeſtris & multum amœnus, viginti & trium ſtadiorum ſpatio dilatatur, ubi grande monaſterium grandi quoque ſilva circumdatur, tres Eccleſias habens, juxta quod Petrus ait: Faciamus hic tria Tabernacula &c.* Et ex eo idem narrat Baronius *Annal. tom. primo, anno Chriſti* 33, *n.* 29. *Auctor eſt Beda, in memoriam tam glorioſi myſterii tres illic in montis vertice eſſe ædificatas Eccleſias, ſecundum quod dixerat Petrus, Faciamus hic tria Tabernacula.* Cum autem Beda viveret anno DCCXXXI, ut ipſe teſtatur in fine V libri hiſtoriæ Anglicanæ, & refert Bellarminus *de ſcriptor. Eccleſ. pag.* 230; compertum habemus, Eccleſias in honorem ſanctorum Patrum veteris Teſtamenti fuiſſe conſtructas, juxta votum Petri, jam à novem ſeculis & ultra. Idemque honor non immerito convenire poteſt etiam Sancto Job, qui adeo memorabile tolerantiæ præbuit exemplum, ut oraculo divini Spiritus ſupra eſt comprobatum. Ut enim ait S. Leo, *cit. ſerm. de tranſfigur.* Dominus deſiderium Petri non damnavit, ut improbum, ſed ſolum ut inordinatum, hac expreſſa ratione; *cum ſalvari mundus niſi Chriſti morte non poſſet, & exemplo Domini in hoc vocaretur credentium fides, ut licet non oporteret de Beatitudinis promißionibus dubitari, intelligeremus tamen inter tentationes hujus vita prius nobis tolerantiam poſtulandam eſſe quam gloriam.*

D

ex voto S. Petri.

## §. III. *Æquale omnium ante Chriſtum mortuorum Sanctorum jus ad publicum cultum, non obſtante eorum ſtatu in Limbo.*

20 *Objectio à deſcenſu ad inferos,*

NEc obſtant rationes pro negativa ſententia adductæ per Turrecrematã, Auguſtinum Triumphum, & Viguerium, quarum præcipua (quæ torſit ingenium Divi Bernardi) eſt deſcenſus ad inferos Sanctorum veteris Teſtamenti, ſtatim poſt obitum. Agnoſcit etenim Turrecremata, & promovet difficultatem, quæ oritur ex celebritate feſtivitatis Machabæorum aliorumque Patrum, quorum obitus contigit ante Chriſti reſurrectionem, quam Eccleſia recolit, quamvis apud inferos permanſerint uſque ad Salvatoris noſtri reſurrectionem: ſed pro ea ſolvenda non videtur adducere reſponſiones adeo ſolidas atque urgentes, ut facili negotio everti non poſſint. Admittit quippe communem deſcenſum ad Inferos; ſed Sanctos Patres, Joannem Baptiſtam, Joſephum, & alios ſupra relatos, quorum feſta celebrantur, ideo ſolennitate dignos exiſtimat, quia potius ad novum Teſtamentum pertinere noſcuntur, ex quo meruerunt videre & confiteri Salvatorem; prout etiam ait de Sanctis Innocentibus vigere peculiarem rationem, quod ſcilicet in unoquoque ipſorum Chriſtus fuerit occiſus. Quam autem debiles ſint hujuſmodi rationes facile deteg itur, animadvertendo, quod eæ nullatenus ſolvunt difficultatem. Si enim, ob deſcenſum ad Inferos Patrum veteris Teſtamenti, non deceret ipſorum obitum feſtiva ſolennitate recolere; utique ſuppoſito communi deſcenſu, pariter etiam commune reputari deberet impedimentum; ut recte D. Bernardus advertit *in ſupra cit. epiſtol.* 98, & poſt eum Rainaudus, *loco ſupra cit. à num.* 10 *ad* 14. *pag.* 285. Vel ſi eo non obſtante pro aliquibus feſtivitas celebratur, dicendum eſt, deſcenſum ad Inferos non eſſe rationem impeditivam cultus, exhibendi iis, quorum Sanctitas evidenter conſtat, eaque fidelibus imitanda proponitur, & quorum precibus apud Deum juvari nos poſſe, eorumque propterea opem invocari permittit & jubet Eccleſia. Et hoc argumento à paritate deſumpto utitur Lezana. *d. Conſult.* 3, *num.* 116, firmans, non ex eo quod Sanctus Elias ſit adhuc in ſtatu viatoris, ipſi denegandum eſſe cultum; cum & hoc probabiliter convenire poſſit S. Joanni Euangeliſtæ, quem adhuc ex hac vita non migraſſe probabilis graviſſimorum ſententia ſuadet: de qua re late diſſerit Florentinius, *in exercitat.* 3, *ſuper indicul. Apoſt. impreſſo ante ipſius Martyrolog. pag.* 123, & confert Rainaudus, *ubi ſupra num.* 15.

E

*contra omnes aquatiter milites.*

*ut autem pauci iſti, quorum fe ſtum agitur.*

F

21 Sed quatenus etiam ratio diverſitatis, ſcilicet pertinentiæ ad novum Teſtamentum, probabilis videretur; adhuc propter eamdem rationem denegari non poſſet Sanctis Patribus veteris Teſtamenti

A menti publicus cultus; cum & ipſos quodammodo ad novum Teſtamentum pertinuiſſe, propter fidem & caritatem, qua Verbi incarnationem credebant & expoſcebant, moneat D. Auguſtinus *lib.* 3, *con.* 2, *epiſtol. Pelag. cap.* 4, ubi aſſignans diſcrimen, inter eos qui ad vetus & novum Teſtamentum pertinent, ita concludit. *Hi pertinent ad Teſtamentum novum, filii promiſſionis & regenerati à Deo patre & libera matre. Hujus generis fuerunt antiqui omnes Iuſti, & ipſe Moyſes, Teſtamenti miniſter veteris, heres novi; quia ex fide, qua nos vivimus, una eademque vixerunt, Incarnationem, Paſſionem, Reſurrectionemque Chriſti credentes futuram, quam nos credimus factam, uſque ad ipſum Ioannem Baptiſtam:* & infra, *Eadem igitur fides, & in illis, qui nondum nomine, ſed re ipſa fuerunt antea Chriſtiani; & in iſtis, qui non ſolum ſunt, verum etiam vocantur; & in utriſque eadem gratia per Spiritum ſanctum: unde dicit Apoſtolus, Habentes eumdem ſpiritum fidei, ſecundum quod ſcriptum eſt: Credidi propter quod locutus ſum, & nos credimus propter quod & loquimur.* Et hanc Sancti Doctoris ſententiam ſequitur Cornelius à Lapide *in comment. in Micheam Propher. cap.* 4, *verſ.* 5, ibi. *Micheas enim, licet Iudæus & filius veteris Teſtamenti,* B *tamen præviſione ſua, fide, ſpe, animo, & voto jungit ſe filiis novi Teſtamenti, & Chriſtianis, quaſi fratribus ſuis, ex eodem parente Chriſto ac fide gratiaque Chriſti genitis; cum tamen non viſurus eſſet Chriſtum & Chriſtianos, nec eodem tempore victurus. Sancti enim veteris Teſtamenti, ob fidem in Chriſtum venturum, pertinuerunt ad novum Teſtamentum; quia ab eo, puta à Chriſto, in præſcientia & prædeſtinatione Dei futuro, omnem ſuam gratiam & juſtitiam hauſerunt.*

*ſic & ceteri quadamtenus pertinent ad novum Teſtamentum.*

*teſte etiam S. Auguſtino,*

22 Inde eſt, prædictos Sanctos ad Corpus myſticum Eccleſiæ, in cæleſti Hieruſalem figuratæ, cujus caput eſt Chriſtus, pertinere; ut diſerte docet D. Auguſt. *eod. lib.* 3, *con.* 2, *Epiſtol. Pelag. cap.* 4, — *Sive igitur Abraham, ſive ante illum Iuſti, ſive poſt eum uſque ad ipſum Moyſem, per quem datum eſt Teſtamentum à monte Sina in ſervitutem generans, ſive ceteri Prophetæ poſt eum, & Sancti homines Dei uſque ad Ioannem Baptiſtam, filii ſunt promiſſionis & gratiæ, ſecundum Iſaac, filium liberæ; non ex lege, ſed ex promiſſione heredes Dei, coheredes autem Chriſti. Abſit enim ut Noë juſtum, & prioris temporis juſtos, & quicumque ab illo uſque ad Abraham juſti eſſe potuerunt, vel conſpicui vel occulti, negemus ad ſuperiam Hieruſalem, quæ Mater noſtra eſt, pertinere; quamvis anteriore* C *tempore inveniantur eſſe quam Sara, quæ ipſius liberæ matris Prophetiam figuramque geſtabat. Quanto evidentius ergo poſt Abraham, cui ſic declarata eſt ipſa promiſſio, ut Pater multarum gentium diceretur, quicumque Deo placuerunt, filii promiſſionis habendi ſunt? Non enim ex Abraham & deinde juſtorum generatio verior, ſed prophetia manifeſtior reperitur:* quod pariter docuit lib. 18. de Civit. Dei: ubi in ſpecie loquens de Sancto Job ait. *Divinitus autem proviſum fuiſſe non dubito, ut ex hoc uno ſciremus, etiam per alias gentes eſſe potuiſſe, qui ſecundum Deum vixerunt, eique placuerunt, pertinentes ad cæleſtem Hieruſalem; quod nemini conceſſum fuiſſe credendum eſt, niſi cui divinitus revelatus eſt, unus mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus; qui venturus in carne ſic prænuntiabatur, quemadmodum nobis veniſſe nuntiatus eſt.* Clarius hoc idem inſinuat S. Thomas, 3. *par. quæſt.* 8, *art.* 3, ubi quærens, an Chriſtus ſit caput omnium hominum, & excitans difficultatem in tertio argumento, quod Sancti Patres veteris Teſtamenti comparantur ad Chriſtum, ſicut umbra ad corpus, eo quod Sacramentis veteris Legis, quæ ſolum umbra erant, inſiſterent; eam mirifice ſolvit in reſponſione ad 3 ita concludens. *Et ideo antiqui Patres, ſervando legalia Sacramenta, ferebantur in Chriſtum, per fidem & dilectionem, qua & nos in ipſum ferimur: & ita Patres antiqui pertinebant ad idem Corpus Eccleſiæ, ad quod nos pertinemus.* Bellarminus etiam, ad denotandam unitatem Eccleſiæ, *tom.* 1 *lib.* 4 *de notis Eccleſ. cap.* 13, primo loco ponit inter Magiſtros Eccleſiæ Patriarchas & Prophetas, ac Apoſtolos & Doctores, imo *& cap.* 17, loquendo de perſecutoribus Eccleſiæ, æque conſiderat Pharaonem & Antiochum, ac alios poſt Chriſti adventum.

*ac D. Thoma.*

D

23 Sors autem, quæ contigit prænarratis Sanctis, qui medii quodammodo ſunt inter vetus & novum Teſtamentum, videndo ſcilicet in carne Chriſtum Salvatorem, ob cujus ſolam ſpem Abraham exultavit & gaviſus eſt, ut habetur Joannis cap. 8 *num.* 56, ſolum operari potuit, ut majorem Sanctitatem ex proximo illius fonte hauſiſſe cenſendi ſint; non autem ut ceteri, qui hac ſorte donati non fuerunt, cenſeri non debeant Sancti, & Corporis Eccleſiæ membra, ut ex doctrina D. Thomæ explicat Cornelius à Lapide *in prim. Epiſtol. S. Petri cap.* 1 *verſ.* 10: ubi, poſtquam auctoritate Sanctorum Patrum firmavit, omnes Patriarchas & Prophetas vetereſque Sanctos, ab Adamo uſque ad Chriſtum, fuiſſe Chriſtianos; ſubdit cum D. Thoma, *quo quiſque Sanctorum, ſive ante ſive poſt Chriſtum,* E *illi fuit vicinior & proximior, eo magis ab illo radiis fidei & gratiæ fuiſſe colluſtratum; unde Apoſtoli & primi fideles à Chriſto primitias ſpiritus accepiſſe dicuntur,* Roman. 8, 23; *ac ante Chriſtum B. Virgo, Ioannes Baptiſta, Zacharias, Anna, Simeon, Ioachim & Anna, parentes Beatæ Virginis &c. Chriſti fide, gratia, & ſanctitate ceteris remotioribus præcelluerunt: quo enim quis vicinior eſt ſoli & igni, eo magis colluſtratur & calefit.* Addit tamen notabiliter idem Cornelius, & proteſtatur ſe loqui ordinarie & communiter; nam, ut ipſe ait, *aliquos, ut Abrahamum, Moyſem, Davidem, Iſaiam, multis viciniores Chriſto, ejus fide & ſpiritu magis afflatos fuiſſe, ex Geneſi, Pſalmis, & Vaticiniis eorum liquet.* Eademque ratione propoſitam difficultatem reſpectu Machabæorum, quod Salvatorem non viderint, ſolvit S. Gregorius Nazianzenus *in cit. oration. de Machabæis in princ.* — *Qui tametſi ob eam cauſam apud paucos honorentur, quod eorum certamen Chriſti ætatem præceſſerit; digni tamen ſunt quos omnes honoribus complectantur, quoniam pro legibus inſtitutiſque patriis dolorum acerbitatem forti animo pertulerunt. Qui porro ante Chriſti ſupplicia martyrium ſubierunt, quid tandem erant facturi, ſi poſt Chriſti tempora vexati fuiſſent? ejuſque mortem, noſtræ ſalutis cauſa ſuſceptam, ad imitandum propoſitam habuiſſent? Nam qui, nullo hujuſmodi exemplo ob oculos poſito, tanta virtutis laude floruerunt; cui dubium* F *eſſe poteſt, quin iidem tale exemplar intuentes, multo generoſius fortiuſque ſeſe periculis objecturi fuerint? Ac ſimul arcana hæc doctrina eſt, nec myſterio vacans, mihi quidem piiſque omnibus viris admodum probabilis; neminem videlicet eorum, qui ante Chriſtum natum martyrio perfuncti ſunt, id citra Chriſti fidem eſſe conſecutum. Quamquam enim Verbum ſuo poſtea tempore liberè promulgatum eſt; puris tamen animis etiam ante innotuit: quemadmodum ex multis, qui ante ipſius Nativitatem honoribus affecti ſunt, liquido perſpici poteſt. Quocirca Machabæi non idcirco contemnendi ſunt, quia ante Crucem extiterunt; verum, quia ad Crucis normam vita ſua rationes exegerunt, ideo laudandi ac verborum honore celebrandi.* Quæ plane rationes non minus conveniunt aliis ſanctis Patribus veteris Teſtamenti, & ſignanter Sancto Job, quam Machabæis, quos honoribus affici D. Gregorius aſſerit, & ab eorum exemplo ſuum argumentum confirmat.

*Neque adillos potius colendos facit, quod Chriſtum viderint,*

*teſte Gregorio Nazianzeno de Machabæis,*

24 Conſtat igitur ex prædictis adhuc inſolubilem remanere difficultatem, quæ ſummopere exagitavit

A agitavit melliflui Doctoris ingenium, ut candide profeſſus fuerit, ejus ſolutioni ſeſe imparem eſſe. Ratio quippe viſionis Chriſti probat quidem convenientiam cultus exhibendi præfatis Sanctis, non autem diſconvenientiam reſpectu aliorum, qui illos præceſſerunt, ut reſpectu Machabæorum diſcurrit idem D. Bernard. *in d. Epiſt. 98, in princ.* — *Si dixero dignos merito Martyrum gloria judicatos, quibus non impar fuit in martyrio virtus, erit forſitan ſolutum, cur ipſos; ſed nec dum plane, cur ſolos: cum & alios non nullos ex veteribus pari conſtet zelo pietatis occubuiſſe, non tamen pari & tripudio recoli meruiſſe.* Majorem profecto difficultatem ſenſit idem Turrecremata, in aſſignanda ratione diverſitatis inter Machabæos, alioſque Sanctos veteris Teſtamenti; quibus communis fuit, nedum deſcenſus ad inferos, ob quem Sanctorum Patrum obitum celebrari non poſſe exiſtimavit; ſed etiam diſtantia temporis à Chriſti nativitate, ita ut ſuppoſito pari infortunio, non ſit aſſignabilis diverſa ratio, cur iſtis, non autem illis ſit permittenda feſtivitas, ut promovendo difficultatem proſequitur idem S Bernardus. *Quod ſi illis non immerito hujuſmodi negatur ſolennia celebritas, quia nimirum quod præbuit virtus, præripuit tempus; cur non & eadem fuit in Machabæis conſideratio? Siquidem & ipſi pro tempore, non ad cæli mox gaudia, ſed ad inferni tenebras deſcenderunt, &c. proinde ſi incongruum videtur cum gaudio recolere tranſitum, qui gaudii non fuit; caveatur & in iſtis; aut ſi iſtos, ob ſua virtutis meritum, feſtivo proſequi favore placet, cur non itidem deferetur & illis?* Et eo relato ita diſcurrit Rainaudus, *ubi ſup. n. 13, p. 286, in fine.*

*inter quos, & alios antiquioresnon eſt facile diſcrimen aſſignare;*

B

25 Pro qua difficultate ſolvenda proponit Turrecremata quatuor rationes; quarum prima eſt, prærogativa martyrii, quia præ ceteris veteris Teſtamenti atrocia ſupplicia paſſi fuerunt; ſecunda, propter repræſentationem myſterii, cum ſeptenarius numerus repræſentet univerſitatem omnium Sanctorum veteris Teſtamenti, quorum feſtivitas generaliter recolitur in celebritate Machabæorum; tertia, propter exemplum patiendi; quarta, propter cauſam ſupplicii tolerati pro defenſione Legis. Has autem rationes nullatenus tollere difficultatem, facile oſtendi poteſt. Nam prima, de prærogativa martyrii propter atrocitatem tormentorum, nihil concludit. Ea quippe poteſt quidem augere meritum, non vero tribuere jus privativum ad obtinendam feſtivitatem & ſpecialem cultum, ut experientia docet in Martyribus novæ Legis. Quinimo ſi ratio hæc probaret, utique cum pari celebritate recoli deberet memoria Eſaiæ Prophetæ, cujus corpus inaudita crudelitate ſerra ſciſſum fuit medium, ut refert D. Bernardus *ibidem*, & quem verum atque glorioſum Martyrem fuiſſe probat, Reverendiſſim. Pater Capiſuccus, *controver. 29, de Martyr. quæſt. 1 §. 21*, in quo enumerat Martyres veteris Teſtamenti prope finem, *verſ. Iſaiam quoque*; concludens, *quod iis aliiſque Martyribus ante Chriſti adventum, martyrii privilegia fuiſſe conceſſa credi poteſt; hinc ratione martyrii ad Limbum Sanctorum Patrum, qui etiam dicitur Sinus Abrahæ, eos tranſlatos fuiſſe abſque Purgatorio, dicendum eſt*; & idem probat Rainaudus, *ubi ſupra num. 13, circa finem pag. 287.*

*ut patet ex ſolutione difficultatum,*

C

*prima,*

*ſecunda,*

26 Secunda quoque ratio, deſumpta ex repræſentatione myſterii, non eſt apta difficultatem ſolvere. Quamvis enim de omnibus Sanctis novi Teſtamenti celebretur generalis ſolennitas, & feſtiva commemoratio (quam à Bonifacio IV, poſt conſecratum Pantheon, illudque dicatum in honorem B. Virginis & Omnium Sanctorum, inſtitutam fuiſſe refert Caſalius *de veter. Eccleſ. rit. d. cap. 60, pag. 239, verſ. advertendum præterea*) adhuc fiunt de ſingulis peculiares feſtivitates; quod ſimiliter fieri poſſet de Sanctis veteris Teſtamenti, prout in Eccleſia Orientali ſervari (quæ celebrat feſtivitatem Omnium Sanctorum, qui Chriſtum præceſſerunt, in Dominica ſeq. diem 11, Decembris ex Joanne Nicæno, *in epiſtol. de feſt. Natal. Dom.*) refert Rainaudus, *ubi ſupra poſt. med.* & ſicuti celebrantur de S. Joanne Baptiſta, aliiſque ſupra memoratis: quos tantum improprie ad novum Teſtamentum pertinuiſſe, & modo quodam communi etiam antiquis Patribus, ſupra probatum fuit; cum obierint ante illius inſtitutionem, in ultima Cœna factam.

D

27 Tertia pariter & quarta, deſumptæ ab exemplo patiendi & à cauſa ſupplicii, communes ſunt etiam aliis Sanctis veteris Teſtamenti, & præſertim B. Job; qui præ ceteris proponi meretur tamquam exemplar tolerantiæ, ut habetur in ſacra Pagina, *Tobiæ cap. 2. num. 12*, ibi. *Hanc autem tentationem ideo permiſit Dominus evenire illi, ut poſteris daretur exemplum patientiæ ejus, ſicut & S. Iob.* Et B. Jacobus Apoſtolus, *in ſua Canonica Epiſtola*, veluti præclarum, & memorabile patientiæ exemplum, Sanctum Job proponit, inquiens; *Exemplum accipite, Fratres, exitus mali laboris & ſapientiæ Prophetas, qui locuti ſunt in nomine Domini. Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerunt: ſufferentiam Iob audiſtis, & finem Domini vidiſtis, quoniam miſericors eſt Dominus & miſerator.* Et Origenes id ipſum confirmat hac notabili traditione, quod ob hoc à Moyſe fuit liber Job ſcriptus in lingua Hebraica, ut in exemplum patientiæ hominem gentilem filiis Iſrael in Ægypto graviter afflictis proponeret, ejuſque exemplo in adverſis ſuſciperent conſolationem. Verba Origenis ſunt iſta: *Invenimus*, inquit, *O Amici in antiquorum dictis, quod cum magnus ille Moyſes à Deo miſſus fuiſſet in Ægypto, & vehementem afflictionem filiorum Iſrael videret, & conſolari eos ab anxietate lamentabilis eorum afflictionis, qua illos Ægyptii affligebant, minime valeret; vehementes illos atque terribiles Iob dolores pro conſolatione illis enarraverit; nec non in ſcriptura eos ponens, cum adhuc eſſent recentiores, illi populo dederit; ut per cognationes & tribus ſuas hoc legentes, & vehementes ac terribiles illos beati illius Viri dolores audientes, invicem ſe conſolarentur; & cum patientia atque gratiarum actionibus, mala quæ eos circumdederant, ſufferrent; & ut bonam remunerationem Domini, quam Iob poſt tolerantiam largitus eſt, audientes, etiam ipſi liberationem ſperarent, & beneficia beatæ mercedis laborum ſuorum expectarent.* Iſtamque Origenis traditionem, tamquam memoratu dignam, refert Titelmannus *in ſæpe cit. ſolut. dub. ante paraphraſtic. elucidation. in lib. Iob circa fin.*

*tertia ac quarta, ob jeſtarum à Turrecremata.*

E

F

28 Et utraque profecto ratio nimis probaret: excluderet quippe Sanctos Pontifices & Confeſſores à merito & jure conſequendi feſtivitatem, quod tamen commune eſſe, non minus ipſis quam Martyribus, concludit idem, D. Bernardus *in cit. Epiſt. 98, in fine*, ibi. *Nec putemus ſolos Martyres eſſe dilectos, cum recolamus dictum de Lazaro, Lazarus amicus noſter dormit; denique, Beati mortui qui in Domino moriuntur. Non ſoli, qui pro Domino, ſicut Martyres; ſed qui in Domino moriuntur, ſicut Confeſſores, profecto Beati ſunt.* Quinimo ab exemplo Machabæorum validiſſimum deſumi poſſe argumentum pro S. Job, confirmari poteſt auctoritate Ruperti Abbatis, *lib. 9 de vitut. verbi Dei cap. 32* aſſerentis, quod ideo Sanctis Machabæis ab Eccleſia indicitur cultus propter expreſſam reſurrectionis notitiam. Unde cum nullus ante Chriſtum adeo clare de reſurrectione prophetaverit, ſicut S. Job, dum dixit: *Credo; quod Redemptor meus*

*quin & ab exemplo Machabæorum ſumitur argumentum pro Iobo.*

A *meum vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſus circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Salvatorem meum* (ut obſervat S. Hieronymus *in Epiſt. 103 ad Paulin. cap. 7*, ibi. *Et ut de ceteris ſileam, reſurrectionem corporum ſic prophetat, ut nullus de ea vel manifeſtius vel cautius ſcripſerit.*) ob eamdem rationem cultus ipſi denegandus non videtur. Quapropter cum rationes diverſitatis, per Turrecrematam adductæ, non videantur ſufficienter ſolvere propoſitam difficultatem; conſiderandum remanet, an ejuſdem ratio, cui & ceteri fere omnes innituntur, ſcilicet deſcenſus Sanctorum Teſtamenti veteris ad Inferos, impedire valeat, quominus ipſorum memoria feſtiva celebritate tuto recoli ab Eccleſia poſſit: hæc enim præcipua eſt, quam omnes negativæ ſententiæ ſectatores aſſignant.

*Quamvis autem Patres ad Limbum deſcenderint,*

29 Et ſane difficultas eſſet potiſſime conſideranda bilis, ſi ſubſiſteret, quod aſſerit Turrecremata, nempe, quod *quia adhuc apertus non erat introitus ad æternam gloriam, Sancti deſcendebant in Limbum, ubi ſubditi erant pœnæ, non gloriæ; & ideo de mortibus eorum Eccleſia Occidentalis feſtiva gaudia non celebrat.* At hujuſmodi aſſertio non videtur tuta; ſi pœna, cui ſubditi fuerunt antiqui Patres in Limbo, ſumatur pro pœna ſenſus,

B ſcilicet pro cruciatibus atque doloribus afflictivis. Repugnat etenim ſacræ Scripturæ, affirmanti, Sanctorum animas ante reſurrectionem Chriſti requieviſſe in Sinu Abrahæ, ubi profecto dolores & cruciatus eſſe non poterant, ut clariſſime reſpondet D. Thomas *in 3 parte quæſt. 52, art. 2, ad 4*, ibi. *Dicendum, quod Sinus Abrahæ poteſt ſecundum duo conſiderari; uno modo tantum ſecundum quietem, quæ ibi erat à pœna ſenſibili; & quantum ad hoc, non competit ei nomen Inferni, nec ſunt ibi aliqui dolores. Alio modo poteſt conſiderari, quantum ad privationem gloriæ ſperatæ; & ſecundum hoc habet rationem Inferni & doloris, & ideo nunc dicitur Sinus Abrahæ illa requies Beatorum, non tamen dicitur Infernus, nec dicuntur in Sinu Abrahæ eſſe dolores.* Idemque repetit *in art. 5 corpor.* ubi aſſerit, quod *per hoc Sancti Patres detinebantur in Inferno, quod eis ad vitam gloriæ, propter peccatum primi Parentis, aditus non patebat; non autem per hoc, quod ibi cruciarentur; cruciatus enim eſt pœna peccati actualis, non etiam originalis.* Et in reſponſione ad primum, ubi ſolvens dictum S. Auguſtini,

*erant tamen ibi immunes à pœnis,*

C confutantis errorem eorum qui exiſtimabant ſanctos Patres in Inferno doloribus cruciari; ſcilicet ſe adhuc non inveniſſe, quid Chriſtus, cum ad Inferna deſcendit, contulerit juſtis, qui in Sinu Abrahæ erant, à quibus ſecundum beatificam præſentiam ſuæ Divinitatis numquam receſſit; reſpondit, quod *licet nihil contulerit quoad ſolutionem à doloribus pœnæ, quos in Sinu Abrahæ, hoc eſt, in illa Beatorum requie ante liberationem viros juſtos & Sanctos non pertuliſſe credendum eſt, contulit tamen eis quantum ad adeptionem gloriæ.*

*ex ſententia communi Theologorum.*

30 Et in *3 par. quæſt. 100 art. 4 corp.* ſolvens quæſtionem, an Limbus Patrum ſit idem quod Sinus Abrahæ, dicit. *Et ideo illa requies, quæ hominibus poſt mortem datur, Sinus Abrahæ dicitur. Sed animæ Sanctorum poſt mortem non omni tempore eamdem quietem habuerunt, quia poſt Chriſti adventum, habent plenam quietem, divina viſione perfruentes; ſed ante Chriſti adventum, habebant quietem per immunitatem pœnæ, ſed non habebant quietem deſiderii per conſecutionem finis. Et ideo ſtatus Sanctorum ante Chriſti adventum poteſt conſiderari, ſecundum id quod habebat de requie, & ſic dicitur Sinus Abrahæ; poteſt etiam conſiderari, quantum ad id quod eiſdem deerat de requie, & ſic dicitur Limbus Inferni.* Hanc pariter ſententiam confirmat D. Bernardus *ſerm. 4 in feſt. omnium Sanctor. paulo poſt initium, Sed providerat eis Dominus in Inferno ipſo locum quietis & refrigerii, Chaos magnum firmans inter ſanctas illas animas & animas impiorum. Quamvis enim utræque in* D *tenebris eſſent, non utræque erant in pœnis; ſed cruciabantur impii, juſti vero conſolabantur. Quod autem in tenebris eſſent, Beati Iob teſtimonio didicimus, qui ſe quoque in locum tenebroſum & opertum mortis caligine perhibebat iturum. Hunc ergo locum, obſcurum quidem, ſed quietum, Sinum Abrahæ Dominus vocat, pro eo (ut arbitror) quod in fide & expectatione quieſceret Salvatoris.* Confert etiam Caſalius *de veter. Eccl. ritib. cap. 96 de Limb. Sanctor. Patr.* aſſerens, omnes conſentire, illum fuiſſe Sinum Abrahæ, in quo Lazarus quieſcebat apud Lucam *cap. 16.* Idemque comprobat P. Capiſucchus, *Controv. 29 de martyr. quæſt. 2 §. 23 verſ. quare martyrii, & verſ. obſervandum tamen*, ibi. *Sanctorum animæ ad plenum purgatæ &c. ante Chriſti adventum aliquam requiem habebant, quatenus erant immunes à tormentis; licet non haberent requiem deſiderii, per conſecutionem finis, quia adhuc erant in tenebris, deſiderantes videre faciem Dei, nondum autem eam videntes. Quatenus ergo ſtatus ille habebat aliquid de requie, dicebatur Sinus Abrahæ, quia ad illum perveniri non poterat, niſi merito fidei; Fidelium autem Pater eſt Abraham: quatenus vero deerat aliquid de requie, dicebatur Infernus & Limbus, ſive extremitas Inferni.*

31 Quod ſi ratio impeditiva cultus & feſtivitatis, ex eodem deſcenſu ad Inferos, deſumatur ex eo, E *Sed neque obeſſe deberet cultui, ſi ibi paſſi eſſent aliquid;* quia Sancti Patres in Limbo detenti remanerent temporaliter obnoxii pœnæ damni, hoc eſt privationi beatitudinis, & viſionis Dei facie ad faciem, ob dilationem gloriæ, uſque ad Chriſti deſcenſum, qui vectes ferreos confringendo vinctoſque liberando de domo carceris, illos in beatam regionem, quæ hactenus clauſa fuerat, introduceret; adhuc hujuſmodi rationem non obſtare conceſſioni cultus, validiſſime probari poteſt exemplo Machabæorum, aliorumque Sanctorum Patrum, Ioannis Baptiſtæ, Zachariæ & ſimilium, quorum feſtivitates celebramus, quamvis poſt obitum non fuerint ſtatim poſſeſſionem beatitudinis adepti; ac etiam exemplo S. Eliæ, quem, utpote viatorem, beatifica viſione non frui conſtans eſt atque communis Patrum & Scriptorum ſententia, quam validiſſimis rationibus tuetur P. Capiſucchus *Controv. 20 de illis, qui in via Deum viderunt §. 5, pag. 547*; & adhuc ejus celebritatem recoli poſſe, latiſſime tuetur Lezana *d. conſul. 3 à num. 100 ad fin.* referens *num. 119* opinionem probatiſſimorum Theologorum, aſſerentium, animas in Purgatorio exiſtentes poſſe à fidelibus invocari, & illarum opem ipſis eſſe proficuam; quod indubitanter firmat de ſanctis Patribus in Limbo detentis *num. 120*: & num. finali aſſerit, quod rationibus prædictis, à Sacra Congregatione diligenter recognitis & expenſis, ſancitum fuit; Officium S. Eliæ, de quo erat controverſia, celebrari poſſe à Patribus ſuæ Religionis. Argumentum autem deſumptum ab exemplo cultus exhibiti S. Eliæ, probare à fortiori ob prædictam rationem, monet Rainaudus *loc. cit. num. 12 pag. 286.*

*eum non conſtet, quod omnes qui coluntur, abſque purgatorio ad cælum pervenerint,*

32 Idemque Rainaudus *num. præcedenti*, ad oſtendam debilitatem præfati fundamenti, deſumpti ex deſcenſu ad Inferos, obſervat, ex illo reſultare neceſſitatem probandi, Sanctos omnes recto tramite poſt obitum in cælum evolaſſe, abſque eo quod per modicum vel minimum tempus Purgatorii pœnas experti ſint, quod revera non eſt ab Eccleſia definitum, & vix credibile eſt. Imo contrarium ſuadere videtur id, quod D. Gregorius narrat *in ſuis Dialog. lib. 4 cap. 40* de anima S. Paſchaſii Diaconi, quod ſcilicet hic *miræ ſanctitatis vir fuerit*, (ſunt ejus verba) *eleemoſynarum maxime operibus* va-

A *vacans &c. Cumque poſt obitum ejus Dalmaticam dæmoniacus quidam tetigerit, ſtatim ſanatus eſt. Poſt multum vero temporis Germano Capuano Epiſcopo medici pro corporis ſalute dixerant, ut in Angulanis Thermis lavari debuiſſet; qui ingreſſus eaſdem Thermas, prædictum Paſchaſium, ſtantem, & obſequentem in caloribus invenit; quo viſo vehementer extimuit, &, quid illic tantus vir faceret, inquiſivit. Cui ille reſpondit, Pro nulla alia cauſa in hoc pœnali loco deputatus ſum, niſi quia in parte Laurentii contra Symmachum ſenſi. Sed quæſo te, pro me Dominum deprecare; atque in hoc cognoſces, quod exauditus ſis, ſi huc rediens, me non invenies. Qua de re vir Domini Germanus ſe in precibus ſtrinxit, & poſt paucos dies rediit: ſed jam dictum Paſchaſium in loco eodem minime invenit.* Et tamen, quod iſte ſit Sanctus, & ab Eccleſia uti talis colatur, dubitari non poteſt, legiturque deſcriptus in Martyrologio Romano ſub die XXXI Maji. Exemplum ſimile habemus apud Ribadeneiram, de S. Udalrico die IV Julii, inde aſſerentem, documentum notabile ſumi poſſe, non eſſe incompatibile cum ſanctitate, & cum miraculorum patratione, quod quis poſt mortem aliquas maculas in igne purget. Similique argumento pro obtinendo Officio S. Eliæ, utitur Lezana, referens eaſdem hiſtorias

*ſed contrarium potius probetur exemplis.*

B *Conſult. 3 num. 119*, & confert hiſtoria relata per Baronium, *anno Chriſti 1062 num. 68, Annal. tom. 11*, cujuſdam S. Severini, vel Pelegrini Epiſcopi Colonienſis, qui adhuc in Purgatorio manebat, ob non recitatas tempore congruo Horas Canonicas. Ita vero argumentum promovet Rainaudus. *Ceterum propoſita ratio eſt plene inanis. Ex ea enim ſequeretur, nullius Sancti memoriam poſſe eſſe feſtivam, niſi in exitu è corpore rectà Cælum adierit. Cum autem perpauci ſint, qui non ſint ſalvi quaſi per ignem, vix ulli eſſent, quos Eccleſia poſſet colere. Dummodo ergo Sancti, abſterſis aliqualibus reliquiis fuliginis hujus vitæ, inferantur cælo, quia hinc exceſſerunt in gratia, ſatis id ſuperque eſſe debet, ut coli poſſint. At conſtat Sanctos Chriſto anteriores exceſſiſſe è vita in ſanctitate & juſtitia: igitur, quod, nondum reſerata Sanctorum via, nec cælo adhuc aperto, cogerentur ad Chriſti uſque adventum hærere in Limbo, obeſſe non debet, quo minus ex quo cælis illati ſunt, feſtiva ſit eorum memoria.*

33 Ceterum, licet animæ ſanctorum Patrum in illa temporali carceratione non fruerentur perfecta poſſeſſione beatitudinis; nihilominus eorum ſtatus cenſeri non poterat miſer atque luctuoſus (ob quam rationem ipſis non convenire indultum feſtivitatis poſt D. Bernardum, hujus difficultatis auctorem, colligunt præcitati Doctores) ſed ipſis providebat Dominus ſufficienti conſolatione, eiſque illucebant radii promiſſæ atque ſperatæ beatitudinis, qui ipſos reddebant beatos in ſpe, ut reſpondet D. Thomas, *d. quæſt. 52, art. 5, in reſp. ad 1*, explicans aſſertionem D. Auguſtini, *in cit. epiſt. ad Euodium*, quod ſcilicet Chriſtus ſecundum beatificam præſentiam ſuæ Divinitatis numquam ab ipſis receſſit; ibi. *Et per conſequens ſolvit eorum dolorem, quem patiebantur ex dilatione gloriæ, ex cujus tamen ſpe magnum gaudium habebant, ſecundum illud Ioannis 8, Abraham Pater veſter exultavit, ut videret diem meum.* Et ideo ſubdit: *à quibus eum ſecundum beatificam præſentiam ſuæ Divinitatis numquam video receſſiſſe, in quantum ſcilicet ante adventum Chriſti erant beati in ſpe, licet nondum eſſent beati in re*, prout D. Bernardus, *in d. ſerm. 4 ſuper feſt. Omn. Sanct.* loquens de requie ſanctorum Patrum in ſinu Abrahæ, dicit, quod *impii cruciabantur, juſti vero conſolabantur.* Quod etiam diſerte confirmat P. Capiſucchus, *cit. controv. de Martyr. §. 23. verſ. obſervandum tamen.-- Eum autem fuiſſe locum conſolationis, probat nomen Sinus, ſeu Gremii, & teſtatur Abraham Lucæ 16, cum de Lazaro dicit, Nunc autem hic conſolatur*; & clarius *in verſ. Sed ad rem noſtram.--Sed in loco illo, qui dicebatur, Sinus Abrahæ,*

C *Status autem Patrum in Limbo non fuit miſerabilis,*

*uſque ad Chriſti mortem permanſerunt, ibique quieſcebant: & ſi non quieſcerent per immunitatem deſiderii, erat tamen in eis gaudium magnum de gloria, quam ſperabant, ſicut eſt in aliis Patribus, juxta illud Ioannis 8, Abraham Pater veſter exultavit, ut videret diem meum; vidit, & gavisus eſt; unde erant beati in ſpe, licet nondum eſſent perfecte beati in re, ut inquit S. Thomas 3 par. quæſt. 52 art. 5 ad 1. Nec dilatio ſpei efficiebat in Sanctis illis afflictionem, quia afflictionis capaces non erant. Vel dicendum, quod, quamvis ſpes ratione abſentiæ ſperanti afflictionem faciat, tamen ratione certitudinis facit delectationem: & quia certitudo ſpei in eis deficere non poterat, ideo delectatio, quæ ex certitudine cauſabatur, abſorbebat afflictionem, quæ ex abſentia contingere poterat. Ita S. Thomas in 3 ſenten. diſt. 26 quæſt. 2 art. 5 quæſtiunc. 3 ad 1, & in duobus verſiculis ſeqq. aſſignans rationes diſparitatis, cur animæ purgantes ob dilationem beatitudinis afflictionem patiantur, eam vero non ſentirent animæ Sanctorum Patrum in Limbo; ſcilicet, quod illæ talem dilationem patiebantur propter propriam culpam, pro qua indigebant purgatione; hæ vero ſolum propter commune impedimentum naturæ, quia non adhuc ſolutum fuerat pretium pro noſtra redemptione, quo perſoluto, ſtatim adeptæ fuerunt poſſeſſionem beatitudinis per viſionem beatificam.*

D *ſed hilaritèr quietus in bona ſpe.*

## § IV. *Solvuntur reliquæ objectiones.* E

34 SUpereſt modo reſpondere aliis rationibus, pro parte negativa adductis; quod facili pariter negotio expediri poteſt. Prima ſiquidem, deducta per Auguſtinum Triumphum, quod non deceat antiquos Patres canonizare, & Sanctos declarare, ex eo, quia cauſa debet effectum præcedere, Chriſtus autem fuit cauſa ſanctitatis omnium Sanctorum; ſolum adhibita fuit ad probandum, quod antiqui Patres non debeant ſolenniter Canonizari, quod eſt extra præſentem quæſtionem; nullatenus vero probat, illos non eſſe verè Sanctos, & uti tales colendos & invocandos, quod Triumphus negare numquam cogitavit; cum de fide certum ſit, ipſos ad gloriam per Chriſtum perveniſſe in ejus glorioſa Aſcenſione, juxta Davidicum vaticinium *Pſalm. 67. verſ. 19, Aſcendiſti in altum, cepiſti captivitatem*; quod de Chriſto interpretatur Apoſtolus *ad Epheſ. cap. 4* ibi. *Aſcendens in altum captivam duxit captivitatem.* Licet autem Chriſtus, ut homo, ordine executionis fuerit poſterior ſanctis Patribus, ſecus tamen ordine intentionis; cum ipſe fuerit prædeſtinatus ante omnem creaturam, & ante omnia ſecula, ut dixit Apoſtolus, *1 ad Corinth. cap. 1*, Et ita potuit eſſe cauſa ſanctitatis antiquorum Patrum, moralis quidem, non phyſica; cum ad hoc ſufficiat, quod præcedat effectum in intentione, ut indicat D. Auguſtinus, *cit. lib. 3 contra 2. Epiſt. Pelag.* ibi. *Sancti veteris Teſtamenti ab eo, puta à Chriſto, in præſcientia & prædeſtinatione Dei futuro, omnem ſuam gratiam & juſtitiam hauſerunt.* Et D. Thomas, *in 3. par. quæſt. 49 art. 2 ad 2. Et quicumque ante paſſionem Chriſti diabolo reſiſtebant, per fidem paſſionis Chriſti hoc facere poterant, licet paſſione Chriſti nondum peracta.* Quapropter negari non poteſt, ſanctos Patres, licet Chriſtum longè præceſſerint, de ejus plenitudine accepiſſe, ſicut & nos omnes accepimus, ut dicitur Ioannis 1. Sed quatenus etiam ad cauſalitatem requireretur præexiſtentia, adhuc ea non deficeret, ſaltem ex parte formæ dignificativæ, quæ eſt ipſa divinitas & perſona Verbi: ob unionem quippe hypoſtaticam merita Chriſti evaſerunt infinitæ virtutis & efficaciæ, propter dignitatē ipſis à forma unita tributam: eaque, cum nedum tempore, ſed æternitate præceſſerit omnes Sanctos veteris Teſtamenti, bene potuit quoad ipſos influxum exhibere, cauſando

*Nec obeſt talium cultui, quod cauſa debeat præcedere effectum, Chriſtus Sanctos;*

F *præceſſit enim merita licet non tempore.*

A do eorum ſanctitatem, ut in puncto huic difficultati reſpondet P.Eſparza, *in tract. de Myſter. Incarnat. quæſt.* 41, *ad* 1, Prout etiam ſimili difficultati occurrit D.Thomas, *in* 3, *par. quæſt.* 48, *art.* 6, *ad* 2, ubi probat, non eſſe de ratione cauſalitatis meritorum Chriſti, quod phyſice & præſentialiter contingat ſubjectum, in quo operatur. *Dicendum, quod paſſio Chriſti, licet ſit corporalis, habet tamen ſpiritualem virtutem ex Divinitate unita, & ideo per ſpiritualem contactum efficaciam ſortitur, ſcilicet per fidem & fidei Sacramentum.*

35 Secunda pariter ratio, per Viguerium adducta, ſcilicet periculum idololatriæ per approbationem ceremoniarum Judæorum, quæ velut umbra tranſierunt poſt divini Solis adventum, non videtur in conſideratione habenda; cum modo nullatenus illud timeri poſſit: & forſan eſſe potuit ſufficiens ad impediendam præſtationem cultus temporibus vicinioribus cæcitati Gentilium: & ſi illud non impedit ejus exhibitionem in Eccleſia Orientali, nec etiam impedire poterit in Occidentali. Ceſſationem autem periculi potiſſimè conſiderat Viguerius, pro cauſa permiſſionis venerationis impendendæ Reliquiis Sanctorum, loco citato. *Nunc vero Reliquiæ Sanctorum Canonizatorum venerantur, eo quia ſunt in gloria, & non in pœna; nec nunc eſt talis promptitudo, ſive periculum ad idololatriam, ſicut tunc.* Quæ profecto rationes æque conveniunt Sanctis Patribus veteris Teſtamenti, quos in gloria eſſe, & ideo abſque ullo periculo coli poſſe, ambigendum non eſt. Quam pariter ceſſationem periculi proclivitatis ad idololatriam, conſiderat idem P.Capiſucchus *Controv.* 26, *de cult. Sac. Imagin. §.* 1, *circa fin.* ubi referens ſententiam Vaſquez, aſſerentis, Judæis prohibitum fuiſſe uſum Imaginum, ſic ait: *Iudæis tamen, quia ad idololatriam maxime proclives erant, fuit à Deo ſpecialiter interdictus. Quia tamen hæc interdictio fuit juris Divini poſitivi; tempore legis Euangelicæ, quo periculum idololatriæ abeſt, ceſſavit, atque id quod alias jure naturæ licitum eſt, locum obtinuit.*

*nec ullum à tali cultu eſt ſuperſtitionis periculum.*

36 Prout etiam timeri non poteſt periculum alliciendi Chriſtianos ad ritus Hebræorum (ob quam rationem Eccleſiam abſtinere debere à præſtatione cultus publici Sanctis veteris Teſtamenti ſupra fuit inſinuatum, in argumentis pro parte negativa) cum potius Judæi tales feſtivitates non celebrarent, nec in honorem Sanctorum Templa & Eccleſias extollerent, imo cenſerent ipſis in primo præcepto Decalogi prohibitum eſſe uſum Imaginum; ut obſervat idem P.Capiſucchus, *d. controv.* 25, *de cult. Sac. Imagin. quæſt.* 1 § 1 & 3; quamvis contra Vaſquez illum vere interdictum non fuiſſe tueatur. Ideo S.Joannes Damaſcenus *Orat.* 1 *de imag.* illarum uſum, quamvis à Judæis improbatum, ſervandum docet; ſicuti feſtivitates coluntur, quas ipſi pariter improbant, ſic arguens: *Quapropter aut ſolennes ad memoriam & laudem Sanctorum celebritates, contra Legis antiquæ morem inſtitutas, tolle; aut Imagines eorum, quas contra Legis præſcriptum tu fieri aſſeris, admitte.* Multoque minus timeri poteſt hoc periculum, dum non petitur indictio feſtivitatis de præcepto pro Eccleſia univerſali, ſed ſolum permiſſio publici cultus in uno loco, prout hactenus Eccleſia concedere conſuevit. Ex hoc enim non inducitur omnimoda æqualitas inter Sanctos veteris & novi Teſtamenti, quam Eccleſia prudenter huc uſque admittere noluit.

*aut inductionis ad Iudaiſmum*

37 Et rurſus in caſu præſenti ceſſat prorſus hujuſmodi periculum, cum S.Job non eſſet Hebræus, ſed Gentilis, ut conſtat ex illius hiſtoria, & monet D.Auguſtinus, *de Civit. Dei lib.* 18 *cap.* 7. — *Homines quoſdam, non terrena, ſed cæleſti ſocietate ad verus Iſraelitas, ſuperne cives patriæ, pertinentes, etiam in aliis gentibus fuiſſe negare non poſſunt; quia ſi negant, facillime convincuntur de ſancto & mirabili viro Iob, qui nec indigena, nec proſelytus, id eſt advena populi Iſrael fuit; ſed ex gente Idumæa genus ducens, ibi ortus, ibidem mortuus eſt: qui divino ſic laudatur eloquio, ut quod ad juſtitiam pietatemque attinet, nullus ei homo ſuorum temporum coæquetur. Quæ tempora ejus, quamvis non inveniamus in Chronicis, colligimus tamen ex libro ejus, quem pro ſui merito Iſraelitæ in auctoritatem Canonicam receperunt, tertia generatione poſteriorem fuiſſe, quam Iſrael.* Et D. Gregorius, *in Iob lib.* 1 *Moral. cap.* 1, dicit, ſpiritum Sanctum obſervaſſe, ad augendum meritum virtutis, unde Job ortum duxerit, & ubi habitaverit; *Idcirco ſanctus vir ubi habitaverit, dicitur, ut ejus meritum virtutis exprimatur. Hus namque quis neſciat, quod ſit terra Gentilium? Gentilitas autem eo obligata vitiis extitit, quo cognitionem ſui Conditoris ignoravit. Dicatur itaque ubi habitaverit, ut hoc ejus laudibus proficiat, quod bonus inter malos fuerit.* Idemque repetit Scacchus, *de not. & ſign. ſanct. ſect.* 2, *cap* 2, *pag.* 119, *lit.* B. D

*(ſaltem in Iobo qui Iudæus non fuit)*

38 Juvat quoque, ad reſpondendum auctoritas Leonis Papæ, relata per D.Thomã *in* 4 *ſent. diſt.* 11, *quæſt.* 2, *art.* 2, *quæſtiunc.* 3, ſuper uſu panis azymi in E conſecratione Euchariſtiæ; quod ſcilicet ingruente Ebionæorum hæreſi, qui docebant Legalia præcepta ſimul cum Euangelio ſervanda eſſe, ideoque in Myſteriis azymo pane utebantur; in eorum deteſtationem univerſa Eccleſia Orientalis & Occidentalis fermentatum panem in Sacrificio adhibuerit; ac demum illa hæreſi profligata, Latina Eccleſia ad priſcum azymorum uſum redierit. Quamvis enim hæc Hiſtoria controvertatur à Cardinali Bona, Rerum *Liturg. cap.* 23 *pag.* 185, *in princ.* dicente neſciri, quis fuerit iſte Leo; crederem eſſe multum deferendum auctoritati D. Thomæ, ſatis præciſe hoc aſſerentis. *Sed poſtea, ut dicit Leo Papa, imminente hæreſi Ebionitarum, qui dicebant ſimul cum Euangelio Legalia obſervanda, ſancti Patres, ne eis conſentire viderentur, voluerunt ad tempus, inſtinctu Spiritus ſancti, ex fermentato confici Sacramentum: poſtea, ceſſante illa hæreſi, Eccleſia Romana ad priſtinum morem rediit &c.* Et forſan Cardinalis Bona dubitavit, quia tunc negabat antiquum Eccleſiæ Occidentalis uſum; ſed de hoc poſtea ſe ipſe retractavit, nedum in folio addito monitioni ad Lectorem, ſed clarius in litteris anno ſequenti ſcriptis Franciſco Mariæ F Florentinio, viſa ejus erudita Diſquiſitione, *de antiquo uſu fermentati panis & azymi*, per non minus eruditum Marium ejus filium poſt Patris obitum nuper typis vulgata, quæ litteræ videri poſſunt in fine dictæ Diſquiſitionis pag. 29. *Atque utinam prius eam habuiſſem, quam librum meum vulgavi; materiam de Azymis aliter tractaviſſem, inſtructus reconditis documentis, quæ inde recipio, & quibus Dominatio veſtra collegit quidquid ſuper eo argumento deſiderari poteſt. Sane perſuaſiſſimus ſum, quod primis ſeculis indifferenter Azymo aut Fermentato utebantur.* Quæ plane hiſtoria clarè oſtendit Eccleſiæ uſum, quod ubi ceſſavit periculum, non reſpuit, nec improbavit retentionem alicujus ritus in veteri Lege ſervati. Unde cum nec verè vigeat tale periculum, nec per cultus publici permiſſionem, præſertim Sancto Iob, ullo modo timeri valeat, quod Chriſtiani ſe conforment ceremoniis Iudæorum, non poteſt hujuſmodi periculi prætextus ullo modo ſuadere, quod Eccleſia debeat ab hac permiſſione cultus abſtinere. Repetendo inſuper, prædictas rationes non ſolvere difficultatem, reſultantem ab exemplo cultus exhibiti Machabæis, qui pro Legis Moſaicæ obſervantia, & pro abſtinentia à carnibus vetitis, mar-

*ſicuti ad non inducit uſus Azymi in Sacrificio.*

A tyrium pat fuerunt ; aliiſque Sanctis, quorum obitus Chriſti mortem præceſſit : de quo ſicut impium eſſet Eccleſiam redarguere, ita dicendum eſt, poſſe aliis quoque publicum cultum indulgeri, qui pari ſanctitatis gloria proponi meruerunt tamquam exemplar à fidelibus imitandum, eorumque auxilium ejuſdem Eccleſiæ auctoritate ſuppliciter implorari.

*Non vere aſſumitur, Eccleſiam talium feſta non agere,*

38 Tertia demum ratio, in contrarium derivata ab Eccleſiæ Latinæ uſu, quæ ad hæc uſque tempora abſtinuit à conceſſione Feſtivitatum & Officiorum de præcepto Sanctis veteris Teſtamenti, facili negotio evitatur. Siquidem de hoc modo non agitur; ſed ſolum de permiſſione cultus publici, per dedicationem Eccleſiæ in honorem S. Job, circa quem nulla poteſt eſſe controverſia. Conſtat quippe nedum in Eccleſia Græca, ſed etiam in Latina, in honorem plurium Sanctorum veteris Teſtamenti templa fuiſſe conſecrata, ut monet idem Guyettinus *de feſt. propr. lib.* 1, *cap.* 5, *quæſt.* 8; exinde inferens, licitam eſſe talem ſpeciem cultus iis exhibere, non minus ac Sanctis novi Teſtamenti. Et præciſe de Eccleſiis dicatis in honorem S. Job actum fuit ſupra in §. *Omnemque difficultatem tollit*, ita ut quoad hanc ſpeciem cultus nulla eſſe poſſit difficultas.

B

*aut nomina in baptiſmo reprobare.*

39 Multoque minus obſtare valet aſſerta prohibitio imponendi nomina eorumdem Sanctorum Infantibus in baptiſmo : ſiquidem ea minime deducitur ex allegato Canone 30 Concilii Nicæni; cum in illo ſolum prohibeatur impoſitio nominum Gentilium, & præcipiatur adhiberi nomina Chriſtianorum, ut ex eodem Canone notat Caſalius *de veter. Eccleſ. rit. cap.* 5, *de Baptiſmo*, *pag.* 37 *verſ. Mos dandi nomina.* Ac proinde, cum non minus Sancti veteris Teſtamenti, quam novi, ad Eccleſiam Dei pertineant, cujus Caput eſt Chriſtus, ob cujus fidem ſanctificati ſunt, & ideo vere Chriſtiani cenſendi ſint (ut præter adductos in §. *Sed quatenus etiam cum pluribus ſeqq.* late probat Rainaudus *loc. cit. n.*8, *&* 9) utique, etiam juxta ſenſum Nicænæ Synodi, licita & permiſſa cenſeri debebit impoſitio iſtorum nominum in Baptiſmo. Idque etiam colligi poteſt ex diſpoſitione Ritualis Romani *ſub tit. de Sacram. Baptiſmi rubr. de Sacr. Olei; & aliis requiſ. verſ. penultimo.* — *Curet, ne obſcœna, fabuloſa, aut ridicula, vel inanium Deorum, vel impiorum Ethnicorum hominum nomina imponantur ; ſed potius, quatenus fieri poteſt, Sanctorum, quorum exemplis fideles ad pie vivendum excitentur, & patrociniis protegantur.* Quod etiam ſtatutum fuit in Concilio Provinciali Aquenſi, celebrato tempore fel. rec. Sixti V, in quo per hæc verba prohibitus fuit uſus nominum turpium & ridiculorum.

C *Ea nomina non imponantur, quæ turpia aut ridicula, quæve Gentilium atque adeo impiorum & impurorum hominum memoriam refricant*, ut habetur apud Billium *Concil. to.* 2 *pag.* 651. Cum igitur Sancti veteris Teſtamenti hæc duo præſtare poſſint, ſcilicet incitamentum & patrocinium, non eſt cur ab eorum nominum impoſitione abſtinere debeat Eccleſia. Uſum autem, tam antiquum quam modernum, fuiſſe hujuſmodi nominibus uti, licet non adeo frequenter, ac illis Sanctorum novi Teſtamenti, non eſt in controverſiam revocandum; ut de antiquo more teſtatur Euſebius *lib.* 8 *Hiſt. cap.* 16, *aliàs* 21, *&* S. Joannes Chryſoſtomus *homil.* 21 *in Geneſ.* quos refert Rainaudus *loco ſupra citato n.*7 *in fine.* — *Agnoverunt ſane id priſci illi Chriſtiani, qui parvulos ſuos ad omnem excitaturi ſanctimoniam, nominibus non avorum vel atavorum, ut Gentilibus in more erat, ſed Sanctorum Patriarcharum & Prophetarum eos nominabant.* Et Baronius *in Martyr. Romanum, ſub die* XVI *Februarii*, narrat SS. Martyres, Eliam, Hieremiam, Eſaiam, Samuelem, & Danielem poſt converſionem ad Chriſtum, profana ſibi indita à parentibus nomina reſpuentes, Sanctorum Prophetarum nomina aſſumpſiſſe. De moderno vero Eccleſiæ ritu non eſt dubitandum: cum experientia doceat hujuſmodi nomina paſſim à fidelibus adhiberi. D

40 Conſtito ex præmiſſis, tuto poſſe ab Eccleſia exhiberi publicam venerationem Sanctis Patribus veteris Teſtamenti; reliquum eſt examinare, an B. Job hujuſmodi prærogativam promeruerit. Et ſane de illius ſublimi ſanctitate dubitandum non videtur, tam ex infallibili ſancti Spiritus oraculo, quam ex tot elogiis ſanctorum Patrum. Ultra ſiquidem loca ejuſdem ſacræ Scripturæ, diſerte cumulata in eruditiſſima allegatione Rever. Archiepiſcopi Tarſenſis, præ ceteris conſiderari meretur encomium, ipſi traditum Tobiæ Capite 2 *num.* 12, in quo nedum appellatur Sanctus, ſed dicitur à Deo propoſitus tamquam exemplar patiendi. Prout etiam legitur in Epiſtola Canonica S. Jacobi, ubi poſt adductum exemplum Prophetarum, dicitur, *Sufferentiam Iob audiſtis.* Quem locum explicans Gulielmus Eſtius, *in cap.* 5 *ejuſdem Epiſtolæ pag.* 1139 dicit; *In exemplum adduxit Prophetas, qui populo Iſraël locuti fuerant : nunc exemplum affert hominis, extra populum illum geniti quidem & converſati, ſed apud eos patientiæ nomine plurimum celebrati, cujus etiam hiſtoriam in Canone ſuarum Scripturarum haberent. Habetis in ſacris litteris inſigne exemplum patientiæ S. Iob, ad quod meo, ut reſpiciatis.* In ipſa etiam ejuſdem S. Job hiſtoria, manifeſte comprobatur ejus ſanctitas divini Spiritus oraculo. Legitur enim in Cap. 2 *num.* 3, Deum, quodammodo admiratione raptum, ita Sathan interpellaſſe ; *Numquid conſideraſti Servum meum Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra, vir ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam ?* Et Cap 42, *num.* 8 *& ſeqq.* ubi Deus præcipit Eliphas Themanitæ, ut imploret deprecationem Job, *Sumite ergo vobis ſeptem tauros, & ſeptem arietes, & ite ad Servum meum Iob, & offerte holocauſtum pro vobis; Iob autem Servus meus orabit pro vobis; faciem ejus ſuſcipiam, ut non vobis imputetur ſtultitia.* Quæ verba explicans D. Thomas *in expoſitione libri Iob cap.* 42, *lect.* 1, inquit, *Sed quia infideles per fideles Deo reconciliari debent, ſubdit ; & ite &c. ut ſcilicet vos ſatisfaciatis, qui peccaſtis : ſed veſtra ſatisfactio indiget fidelis viri patrocinio. Unde ſubdit, Iob autem &c. qui ſcilicet dignus eſt exaudiri propter ſuam fidem. Unde ſubdit, faciem ejus, ſcilicet deprecantis, ſuſcipiam, ſcilicet exaudiendo ejus orationes.* Et infra, ibi *Et ita per obedientiam & humilitatem ſuam digni facti ſunt, ut pro eis oratio Iob exaudiretur, unde ſequitur ; Et ſuſcepit Dominus faciem Iob rogantis. Dignum enim erat, ut qui pro levi ſuo peccato humiliter pœnitebat, etiam aliis graviter peccantibus veniam impetraret.* Si ergo adeo potens fuit apud Deum ſervi ſui Job interceſſio, dum adhuc viveret, ut aliis peccatorum remiſſionem impetrare potuerit; quanto magis ejus invocatio fidelibus opem afferre poteſt, dum in cælo regnat cum Chriſto, quam eſſe unam ex cauſis conceſſionis cultus cum Lezana *Conſult.* 3 *num.* 102 ſupra probavi. Et plane dubium eſſe non poteſt, ejus apud Deum interceſſionem ab Eccleſia approbari debere ; quem ab ipſo Deo pro peccatoribus rogatorem propoſitum fuiſſe, ex ipſius teſtimonio conſtat.

*Interim prærogativam meretur S. Iob,*

E

*cujus Sanctitatem tam clare Scriptura probat,*

F

41 Neque ambigendum eſt, narrationem geſtorum B. Iob ejuſque tolerantiæ eſſe veram & fidelem hiſtoriam. Ejus ſiquidem veritatem, adverſus Iudeos & Sectarios, eam parabolicam atq; confictam exiſtimantes, graviſſimis argumentis tuentur ſancti Patres atque Doctores, præ ceteris D. Thomas *in prologo comment. Super lib. Iob* dicit, auctoritati ſacræ Scripturæ obviare ejus veritatem negantes, hoc

*neque patitur dubitari de veritate hiſtoriæ ejus*

A hoc medio. *Videtur enim prædicta opinio auctoritati ſacræ Scripturæ obviare. Dicitur enim Ezechielis* 14, *ex perſona Domini*; *Si fuerint tres viri in medio ejus, Noë, Daniel, & Iob, liberabunt animas ſuas. Manifeſtum eſt autem, Noë & Daniel homines in rerum natura fuiſſe*; *unde nec de tertio eis connumerato, ſcilicet de Iob, in dubium debet venire. Dicitur etiam Iacobi* 5, *Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerunt. Sufferentiam Iob &c.* Quo argumento pariter utitur Titelmannus *in ſolut. dub. ante elucidation. paraphraſtic. in lib. Iob, pag.* 3, *in princ.* — *Apud Ezechielem quoque Dominus ait: Si fuerint in medio ejus tres viri, Noë, Daniel, & Iob, ipſi liberabunt animas ſuas. Manifeſtum eſt Iob connumerari ipſis Noë atque Daniel: de quibus cum nullum ſit dubium, quin in rerum natura fuerint, & quæ de eis narrantur vere geſta fuerint*; *neque de Iob dubitari merito poteſt. Quæ enim eſſet illa non entis cum entibus connumeratio? Beatus inſuper Iacobus Apoſtolus ipſum Iob tamquam exemplum proponit dicens, Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerunt. Sufferentiam Iob audiſtis, & finem Domini vidiſtis, quoniam miſericors eſt Dominus & miſerator.* Ac pariter Eſtius *in Commentar. in cap.* 5, *epiſt. B. Iacob. verſ. ſufferentiam Iob*, ex eadem ſacræ Scripturæ auctoritate contra eoſdem Sectarios inſurgit, his verbis. *Hinc duo dicimus, adverſus Sectarios quoſdam notanda. Primum, ea,*

B *quæ de S. Iob ſcribuntur, hiſtoriam eſſe rei geſtæ, non argumentum confictum exhortationis aut doctrinæ cauſa, veluti fit in comœdiis ac tragœdiis, ut Anabaptiſtæ volunt & veteres quidam Hebræi: nam ficta exempla ſerio non movent*; *nec ſi ficta narratio eſſet, conjungeret hunc virum Dominus Ezechielis* 14, *cum aliis duobus, quorum juſtitiam ſibi vehementer acceptam eſſe declarat his verbis: Si fuerint tres viri iſti in medio ejus, Noë, Daniel, & Iob, ipſi juſtitia ſua liberabunt animas ſuas.* Idemque argumentum, inter cetera adducta pro confirmanda veritate hiſtoriæ, tamquam potiſſimum conſiderat Gravina *de Catholic. præſcription. lib.* 4, *controv.* 3, *de verbo Dei ſcripto artic.* 5, ubi latiſſime aſſumptum comprobat; prout etiam, pluribus aliis rationibus adductis, facit Titelmannus *loc. cit.* & quamplurimis relatis Jodocus Coccius *in theſaur. Catholic. lib.* 6, *de ſacr. Scriptur. Eccleſ. artic.* 6, *per totum*: inter quos contrarium ſentientes mirifice confutat Olympiodorus *ad cap.* 1, *Iob. Valeant igitur qui Scripturam hanc, tamquam confictam, atque ab humana cogitatione profectam, nec inſpiratam divinitus, criminantur.*

C 42 Inter cetera vero encomia, quæ per ſanctos Patres Beato Job tributa fuerunt, ultra illud S. Auguſtini, cujus verba ſupra retuli §. *Et rurſus in caſu præſenti*, præcipue conſiderari meretur, quod D. Gregorius *lib.* 1, *Moral. cap.* 2, *in fine* vocat illum: *lilium inter ſpinas*; *& cap.* 5, *in fine* ait, fuiſſe *plenum ſeptiformis gratiæ ſpiritu, & pro ſpe reſurrectionis Domino deſerviſſe*; *& lib.* 3, *cap.* 5, in pluribus eum comparat cum S. Joanne Baptiſta; & *lib.* 6 *cap.* 1, obſervat, quod tam per nomen, quam per vulnera Beati Job deſignatur paſſio Redemptoris: adoque merito *lib.* 7, *cap.* 6, aſſeruit, illum eſſe ſanctæ Eccleſiæ membrum; ac verba illius nequaquam cum tanta veneratione uſque ad mundi extrema decurrerent, niſi myſtico intellectu gravia fuiſſent. S. Joannes Chryſoſtomus, *in homil. de B. Iob*, nedum ipſum appellat *Martyrem*, ſed rurſus addit: *Imo martyres innumeros hic unus æquat.* S. Hieronymus, Beati Job patientiam vocat triumphum Domini; & refert commendationem ei à Deo traditam, quod non eſſet quiſquam illi ſimilis ſuper terram, ut habetur in Epiſtola conſolatoria ad Julianum *Epiſt.* 34, *tom.* 1, *pag. mihi* 127, *num.* 10. — *Cumque in omnibus his quæ contigerant ei, non peccaſſet coram Domino, nec quidquam locutus eſſet inſipiens*; *exultans Dominus in victoria famuli ſui, & illius patientiam ſuum ducens triumphum, dixit ad diabolum: Animadvertiſti famulum meum Iob, quia non eſt quiſquam ei* D *ſimilis ſuper terram? Homo innocens, verus Dei cultor, abſtinens ſe ab omni malo, & adhuc perſeverans in innocentia. Pulchre addidit*; *Et adhuc perſeverans in innocentia*; *quia difficile eſt, preſſum malis innocentiam non dolere, & hoc ipſo fide non periclitari, quod ſe videat injuſte ſuſtinere quod patitur.* Et, *in Epiſt.* 103, *ad Paulin. num.* 25, *tom.* 3, *pag.* 5, ſic ait: *Iob exemplar patientiæ, quæ non myſteria ſuo ſermone complectitur?* ſubditque: *Et (ut de ceteris ſileam) reſurrectionem corporum ſic prophetat, ut nullus de ea vel manifeſtius vel cautius ſcripſerit.* Et S. Job typum fuiſſe Chriſti, nempe in ſuis doloribus paſſionem, & in felicitate reſurrectionem repræſentantem, aſſerit Titelmannus, *in ſæpe citat. ſolut. dubior. ante elucidation. paraphraſtic. in lib. Iob circa finem*, qui, poſt Origenis verba ad longum relata, notabiliter advertit, fuiſſe B. Job typum & figuram paſſionis & reſurrectionis Chriſti, ut qui non pro Judæis tantum pati volebat, ſed etiam pro Gentilitate; non per Iſraëlitas tantum, verum etiam per alienigenam, qualis fuit B. Iob, præfiguraretur. Quinimo adeo gratum Deo fuiſſe B. Iob exiſtimat D. Auguſtinus, ut putet, ipſum ſortitum fuiſſe privilegium beatificæ viſionis, dum adhuc viveret, ut aſſerit *lib.* 22, *de Civ. Dei cap.* 29. — *Fortaſſe iſta virtus magna cernendi, data fuit ad horam etiam in iſto mortali corpore oculis ſancti viri Iob, quando ait ad Deum: In auditu auris obaudiebam prius, nunc oculus meus videt te*; *quod ſane privilegium quam ſingulare ſit, & rariſſime à Deo conceſſum, nemo eſt qui ignoret.* Neque prætermittenda videtur formula invocationis Beati Iob, pro ejus patrocinio obtinendo, quam tradidit Origenes *in* 2 *lib. Iob*, & refert Creſpettus *in Summ. Eccleſ. diſcipl. verb. Sancti pag.* 828, *col.* 2, *lit. E.* — *O Beate Iob, vivens in perpetuum ad Deum, & victor permanens in conſpectu Regis Domini*; *ora pro nobis miſeris, ut etiam nos terribilis Dei miſericordia protegat in omnibus tribulationibus, & eripiat ab omnibus oppreſſionibus maligni, & connumeret nos cum Iuſtis.*

43 Cum igitur ex prædictis liquido appareat, nullum obſtare canonicum impedimentum, quominus exhiberi poſſit Sanctis veteris Teſtamenti publicus cultus; examinandum ſolummodo remaneret, an ejus conceſſio expediens cenſeri poſſit. Sed hoc relinquo ſummæ prudentiæ Eminentiſſimorum Patrum; ſolumque adverto, quod ſi modo agitur de ſola dedicatione Eccleſiæ in honorem S. Iob, nulla F poteſt occurrere difficultas, quæ ſuadere valeat, ab illius conceſſione abſtinendum eſſe: cum ea novitatem aliquam non importet, ob quam ab Eccleſiæ uſu recedatur; quæque tunc eſſet maxime conſiderabilis, ſi prætenderetur, ex hac permiſſione induci æqualem cultum Sanctis veteris & novi Teſtamenti, quoad numerum, qualitatem, & univerſalitatem; ex hoc enim oriretur periculum omnino vitandum correctionis Eccleſiæ. Minuſque ſequi ex hac permiſſione poteſt ulla Eccleſiaſtici ritus & ſacræ Liturgiæ perturbatio, quam eſſe ſummopere vitandam monet Rainaudus *loc. ſæpe cit. num.* 16 *cum ſeqq.* Quin potius maximum ſcandalum timeri poſſet ex prohibitione aperitionis Eccleſiæ, jam conſtructæ palam, & publice cum inſcriptione in ejus facie litteris aureis inſculpta, *In honorem Sancti Iob.* Id enim eſſet redarguere ejuſdem Eccleſiæ uſum circa publicum cultum, qui reſpectu erectionis Templorum, in honorem Sanctorum Teſtamenti veteris, à nemine controvertitur, & in pluribus etiam primariis Civitatibus fuit permiſſus; ſolumque dicitur, quod parce ſe geſſerit Eccleſia, ex quo non reperiantur indiſtincte de omnibus, nec in quolibet loco, ſed in una, vel altera urbe. Difficultas autem tunc ſolum urgere poſſet, quando ageretur de conceſſione

*Accedunt Patrum pro eo teſtimonia:*

*& concluditur, ſalutem pro permittenda dedicatione eccleſiæ.*

A Missæ & Officii, præsertim de præcepto: ex illa quippe timendum esset forsan de periculo perturbationis Ecclesiasticæ Liturgiæ, quod magnopere torsit Rainaudum *loc. supra cit. num.16 & seqq.* Sed hoc non est præsentis inspectionis. Et hæc sub censura Sac. Congregationis, cui opinionem suam, ejusque fundamenta obsequenter submittit

## Prosper Archiepiscopus Myrensis, Fidei Promotor.

### § V. *Ulterior ad quædam nova objecta responsio Frigdiani Castagnonii, obiter delibata, in iis quæ proprie S. Iobum spectant.*

44 EMinentissimi & Reverendissimi Domini. Luculenter adeo doctoque calamo Reverendissimus Tarsensis expressit, Ædiculam Albani constructam in honorem Beati Iobi sacro ritu aperiri posse, ac plenissime & eruditissime simul utriusque sententiæ argumenta Reverendissimus
B Fidei Quæsitor in medium protulit: ut ferme cuncta adversus hujusmodi cultum, ab Eminentissimis Patribus jam decretum, hodie adducta, mire confutata remaneant. Attamen ut Religiosi Principalis voto obsequar, magnæ Scripturarum moli respondere cogor brevissimo horarum spatio, eis legendis profecto impari. Liceat igitur mihi, rudi pugillari, veluti *testa*, qua Servus Domini *sedens in sterquilinio saniem radebat*, huic sacro honori opposita emarginare. Asseritur, hujusmodi Ædiculam constructam esse sine licentia Ordinarii, quam tamen Principalis constantissime affirmat petivisse, & oretenus impetrasse, idque etiam probare posse. Et sane verisimile est, quia constructa fuit à pluribus mensibus, cum aurea & patenti inscriptione B. Iobi, eam vidisse quem pertinebat assensum concedere; præcipue quia numquam se opposuit, nisi post Decretum hujus Sac. Congregationis, quæ tolerantia æstimatur tacita licentia & sufficiens, ut in proximis terminis dixit Rota *decis. 117, num.22, par.15, & decis.139, num.8, par.17, ....*

*Auctor negat, ædiculam extructam absque licentia Ordinarii.*

45 Nedum nullo modo obest, sed mirifice juvat, quod in antiquo Missali Romano impresso Venetiis anno 1547, pag.258, legatur *Missa Beati Iob contra morbum Gallicum*; & in alio ibidem impresso
C anno 1561, pag.242, *Missa Beati Iob*; & in alio in eadem civitate impresso anno 1566, pag.258, *Missa Beati Iob contra morbum Gallicum*; & in alio Typis mandato Dilingæ anno 1555, juxta Ritum Ecclesiæ Augustensis, de ordine clar. mem. Cardinalis Ottonis Truxes, tit. S. Sabinæ & Episcopi d. Ecclesiæ, *Missa contra infirmitatem de Santo Iob*; & in omnibus dd. Missalibus legitur extensa Missa propria, cum oratione infrascripta — *Deus, in te sperantium fortitudo, adesto propitius, intercedente Beato Iob cum omnibus Sanctis tuis, invocationibus nostris; ut sicut, post ulceris pessimi variorumque flagellorum pressuras, duplicia pro omnibus amissis reddidisti; ita nobis misericordiam tuam largiter impertiaris. Per Dominum &c.* Quæ Missalia, ad comprobandam exhibitionem publici Cultus pro S. Roccho, magni facit Castellinus *in appendic. generali post tract. de Inquisit. miracul. &c. pag. 277, à num.1, ad 8.* Neque obstat, quod jussu Beati Pii V, in reformatione Missalis Romani, fuerit expuncta Missa prædicta de Santo Iobo; quoniam hujusmodi expunctio nil derogavit ejusdem Beati cultui; cum expuncta etiam fuerint Officia & Missæ Sanctorum novi Testamenti, in Romano Martyrologio adscriptorum, & quos Ecclesia Catholica publice colit; & præ ceteris Officium & Missa SS. Felicis in Pincis Presbyteri & Martyris; Beraldi, Petri, Accursii, &
D Ottonis Martyrum; Ludovici Episcopi, Cæsarii Martyris, Archangeli Raphaëlis, Gulielmi Confessoris, Simpliciani Episcopi, Rocchi Confessoris, & aliorum plurium. Sed, ut subdit Castellinus *loco citato num.8 & 9.* — *Omnes fere in hoc conveniunt, causam & rationem prædictæ expunctionis extitisse, ut observaretur Decretum in Sac. Conc. Trid. innovatum circa novam Breviarii Romani impressionem, ut frequentius in Ecclesia & quasi semper, persolveretur Officium de feria cum recitatione Psalmorum singulis feriis applicatorum; & Lectionum de sacra Scriptura, cui Decreto opponebatur directe, nimis frequens vel quotidiana celebratio festorum in honorem etiam Sanctorum, licet non solenniter canonizatorum: unde mandato Pii V expuncta fuere festa cum Officiis quorumdam etiam Sanctorum canonizatorum.* Idque clarius comprobatur, ex eo quod è dd. Missalibus deleta fuit missa sanctissimi Nominis Iesu, à Sanctæ Mem. Paulo III, visa & approbata ex primo Clementis VII instituto, cum similibus Indulgentiis quæ habentur in celebritate Missæ Corporis Christi, ut liquet ex altero dd. Missalium Romanorum impresso Venetiis, anno 1549, *pag.* 234. Item
E fuit deleta Missa, quæ habebatur de quinque Plagis sanctissimi Servatoris, cujus Nomini & Vulneribus cultum publicum exhiberi quis Catholicus inficiabitur? Imo non paucis ex dd. Sanctis Missa & Officium restituta fuerunt, ut de S. Roccho testatur Gavantius *in rationali Divin. Offic. sect.7, cap. 10, vers. dubitatam*, Item S. Bernardino Senensi & Stigmatibus Divi Francisci, ceterisque brevitatis gratia prætereundis. Ex quo evidenter colligitur, ex Missis adnotatis in dd. antiquis Missalibus, magnum publici cultus argumentum resultare, ut probat Castellinus .... Et licet in præsenti non agatur de indulgenda Missa, ad magis magisque difficultatem evellendam addimus, Missam antedictam de B. Iobo fuisse à Sede Apostolica restitutam Hispaniæ, ut ex Missali impresso anno 1678 apud me extanti patet, ubi pag. 26 habetur *Missa de Beato Iob*, & est excusa ut in supradictis Missalibus vetustioribus: & illius frontispicio dicitur: *Missa propria Sanctorum Hispanorum, quæ generaliter in Hispania celebrantur, Apostolica concessione & auctoritate summorum Pontificum B. Pii V, Gregorii XIII, Sixti V, Clementis VIII & IX, ad formam Missalis Romani redacta.* Ex quo ulterius etiam convincitur, in Hispaniis exhiberi S. Iobo publicum &
F summum cultum .....

*cum id alia plane ex causa sit factum,*

*& Missa de S. Iob Hispanis permissa.*

46 Multum itidem conferunt Indulgentiæ à Summis Pontificibus concessæ Ecclesiis Sanctorum hujusmodi, & præsertim à sanctissimo Domino nostro Ecclesiæ, de qua nunc agitur, ut advertit Reverendissimus Promotor *num.* 18, & postea de mense Iulii proxime præteriti Ecclesiæ S. Eliæ in Casali S. Barbaræ Caputaquen. Diœcesis. Hanc autem Indulgentiarum Concessionem maximi ponderis esse, me docet Reverendissimus Capisuccus, in alias memorata Censura, sub §. *In erectione,* — *Indulgentiarum concessio tangit universalem Ecclesiam & omnes Fideles.* Neque his refragatur, quod non fiat mentio S. Iobi, quia in Indulto pro Ecclesia Bononiæ impresso habentur hæc verba. *Et in die S. Iob à primis Vesperis usque ad occasum solis iisdem diebus, qui ibi preces fundent pro pace &c. consequentur eamdem Indulgentiam.* Et pro Ecclesia Ferrariæ — *Omnibus Fidelibus ... qui ... visitabunt ecclesiam venerabilis Confraternitatis S. Iob, quæ erit die* x *Maji, recipient prædictas Indulgentias.* Nec subsistit in facto, quod injungatur Fidelibus, ut se commendent Beatæ Virgini; & notum est, in omnibus Indulgentiis quatuor præscribi ut plurimum; nimirum Confessionem, Communionem, Visitationem, & Orationem.

*Expenditur argumentū petitum ab Indulgentiis,*

47 Potis-

*eò quia è veteri Missali Romano expuncta est Missa,*

*ideo abolitum cultum censeri posse,*

A 47 Potiſſimum inſuper fundamentum, pro non recedendo à deciſis, profecto eſt, quod in plurimis orbis regionibus Templa & Altaria dicata ſunt in honorē Sanctorum veteris Teſtamenti, & præ ceteris Sancti Jobi: nempe Venetiis, Cremonæ, Bononiæ, Ferrariæ, Faventiæ, Piſauri, Cæſenæ, Senis, multis locis Diœceſis Lucanæ, & Lovanii, ut probat Reverendiſſimus Promotor *num.* 14 *&* 15: quibus addere mihi liceat ex Teſtibus fide dignis, Eccleſiam S. Eliæ in ſupradicto Caſali S. Barbaræ, & noſtri S. Jobi in Civitate Peruſii, & aliam in Diœceſi Bovenſi, aliamque in Belgio Teneramundæ Diœceſis Gandenſis, cujus feſtivitas celebratur maxima populi affluentia & pietate: & Altare ſive Capellam in Eccleſia Xenodochii pauperum civitatis Rhedonenſis in Britannia minore, quod vernacula lingua appellatur, *Hoſtiel Dieu.* Quamobrem cum hæc erectio Eccleſiarum in honorem Sanctorum Teſtamenti veteris, non ſit reſtricta ad civitatem Venetam, ubi dicitur ex adverſo circa cultum Sanctorum ſervari ritum Eccleſiæ Græcæ, & quod è Græcia plures Familiæ nobiles illuc migraverint; non eſt opus quærere veritatem aſſumpti, quod ſcilicet ex hac ratione ibi ſint dictæ Eccleſiæ; & cur ceteri ritus Eccleſiæ Latinæ, præter cultum Sanctorum veterum, obſervetur; dum in tot aliis Regionibus inter ſe diſtantibus, & præſertim in ſtatu Eccleſiaſtico, hæc Templa & Altaria conſpiciuntur. Minus valet dicere, quod Eccleſiæ B. Iobi in civitatibus Bononiæ & Ferrariæ ab initio dicatæ eſſent Beatiſſimæ Virgini, quod exinde ob plebis illapſum cenſeri debeant uſurpatæ pro Sancto Iobo, & ſic argui valeat de Eccleſiis aliarum civitatum; quoniam cum hic aſſertus illapſus plebis & uſurpatio, quæ ſecum traxerint Nobiles, Principes, integros Populos, & ipſam Sedem Apoſtolicam, Indulgentias pro B. Iobo concedentem, habeant omnem Iuris præſumptionem contrariam, nullam aliam exigunt reſponſionem.

*& frequenti erectione eccleſiarum atque altarium:*

48 Igitur, cum hic publicus cultus exhibeatur in tot mundi Eccleſiis, & præſertim Status Eccleſiaſtici, & ipſius Urbis Romæ; contendere, permittendam non fore dedicationem erectæ Ædiculæ, eſſet (ut in ſimili recte expendit Reverendiſſimus Capiſuccus in prænarrata Cenſura ſub §. *Accedit &c.*) *Eccleſiam corrigere & corripere.* Ita infirmum eſt argumentum, quod cultus B. Iobi ſit recens, eo quod antiquis temporibus ſolum Beatæ Virgini, deinde Sanctis Apoſtolis, poſtea Martyribus templa erigerentur, & ultimo loco Confeſſoribus ſub S. Silveſtro & Conſtantino Magno CCCXXXVIII. Contrarium enim docet Creſpetus *in Sum. Apoſt. Diſciplin. verb. Eccleſia pag.* 284, *col.* 1, *lit.* E, ubi ait —— *& primo quidem loco in medium proferemus illud Conſtantini magnum ſtudium in conſtruendis Baſilicis, de quo mira narrant Hiſtoriographi, licet ante eum jam ceteris Imperatoribus & piis viris viſum fuerit optimum, templa in honorem Martyrum & Sanctorum condere.* Non ergo ante Conſtantinum ſolis Martyribus, ſed etiam aliis Sanctis Baſilicæ erigebantur; & quidem fere duo ſecula ante Conſtantinum, anno ſcilicet noſtræ ſalutis CL conſecrata fuit Eccleſia in honorem S. Pudentianæ Virginis, ut Auctor mihi eſt Polydorus Vergilius *de Rer. Invent. lib.* 5, *cap.* 6, *pag. mihi* 310, *ad finem*, —— *Romæ non reperio, quod ſciam, aliud antiquius templum, ædificatum aut dicatum, vel ad uſum ſacrorum fuiſſe converſum, quam Thermas Novati in vico Patricio, quas Pius Pontifex, Praxedis eximiæ Sanctitatis feminæ rogatu, Divæ Pudentianæ ejus ſorori conſecravit, qui fuit annus circiter CL. ab eo qui humanæ ſalutis fuit primus.* Et quod Imagines Sanctorum veterum, & præſertim Iobi, etiam ab incunabulis naſcentis Eccleſiæ colerentur in cryptis & cœmeteriis, ubi pro templis tunc Fideles congregabantur, planum facit Reverendiſſ. Promotor *num.* 20, *&* 21. Ideo, admiſſo quoque, erectionem Eccleſiarum in honorem Confeſſorum recentem eſſe, non ex hoc ſequeretur, quin Cultus Sanctorum Patrum veteris Teſtamenti ſit antiquus; cum ex prædictis antiquiſſimus detegatur: ac ſicuti cultus Confeſſorum hodie non eſt abſque hæreſi improbandus, quamvis non à primis Eccleſiæ temporibus ortus; ita improbari nequit cultus Sanctorum veteris Teſtamenti, etiamſi non appareret vetuſtus; & juvat exemplum exadverſo allatum S. Ioſephi, cui dicitur templum erectum non fuiſſe niſi à modernis temporibus, & ex hoc ejuſdem cultui non derogatur. Sic pariter nequidquam obeſt, quod in Canone Miſſæ, Sanctorum veteris Teſtamenti memoria non peragatur; nam, ut ait Biel, *in expoſitione ejuſdem Canonis lect.* 32, *fol. mihi* 54, *col.* 2, *circa medium* —— *Quamvis fide & devotione in ſpiritu ſacrificium hoc cognoverunt, & ſpiritualiter participarunt: ſacramentaliter tamen ipſo numquam uſi ſunt, quoniam longe poſt eorum tempora noſcitur inſtitutum.* Verior quoque ratio, ob quam in eodem Canone non fit memoria ſanctorum Confeſſorum eſt, quia illi non ſunt paſſi, ſicut Chriſtus, cujus paſſionis eſt memorabile hoc Sacramentum, Durandus *ubi ſupra lib.* 4, *cap.* 38, *num.* 7. Biel, *loco proxime citato verſ.* ponitur, & alia ratio Durandi *de Ritib. Eccl. lib.* 2, *cap.* 35, *num.* 7, *verſ. ſed cauſa hujus rei.* Nihil itaque hæc peculiaris ratio Sacrificii incruenti operari poteſt ad ſuadendum, non deberi cultum Sanctis veteris Teſtamenti; quod ſi reſpectu veneration is iſtorum dicta ratio eſſet efficax, eamdem efficaciam haberet reſpectu Sanctorum Confeſſorum novi Teſtamenti, quod nemo audebit aſſerere.

*& concluditur pro permittenda dedicatione novæ Albanenſis,*

*ac nova quædam objecta ſolvuntur.*

## DE S. PALMATIO M.

*Pag.* 500, *col.* 1 *lin.* 13 poſt —— *in Hagiologio Luſitano* —— adde —— *In Commentario autem ad hunc diem &c.* —— *ut in Append. pag.* 845 —— *In margine autem, pro iis quæ habentur ad num.* 5 *hæc ſcribe* —— *Reliquiæ S. Palmatii in Germania, caput in Luſitania, ſed forte Palmatii Trevirenſis.*

*Pag.* 510 *de* S. Alphio, *col.* 2, *lin.* 10 *à fine* —— diſcatis. *l.* diſcant.

## DE SS. GORD. ET EPIM. MM.

*Pag.* 552 *columnam* 1 *ſub medium divide, ac novum numerum ſic* ordire —— 5 *Aringus lib.* 4 *Romæ ſubterraneæ* —— *deinde poſt lineas* 8 *& verba,* S. Epimachi corpore —— *hæc* adde —— *Atque has* S. Epimachi *Reliquias, æque ac plures alias, Conſtantinopoli avexerint Veneti ad urbem ſuam; & quia ejus nomini paſſim nomen* Gordiani *jungitur, invaluerit opinio, quam ſequitur Ughellus tom.* 5 *Italiæ ſacræ col.* 1260, *utriuſque* corpora Venetiis *haberi* ad S. Paterniani: *de quibus plura ac certiora cupimus diſcere. Alia ſolennitas &c.*

*Pag.* 566 *de* S. Tertullino, *num.* 25 adde —— *Et hoc quidem uſque ad annum* MDCLXXIX *&c.* —— *ut in Append. pag.* 846 —— *tum in Margine* ſcribe —— *ac deinde Dominica* 3 *Iulii.*

## DE S. CATALDO EPISC.

*Pag.* 570, *col.* 1 *lin.* 8 *fiat novus numerus* —— 3 *Addit Iuvenis* —— *deinde lin.* 13 *poſt* —— *conceſſam* —— adde —— *Franciſcus de Magiſtris, in opere quod an.* 1678 *vulgavit de Statu eccleſiæ Neapolitanæ, pag.* 20 *aſſerit,* in loco, prope oppidum S. Cataldi, quod ab ipſo Sancto nomen accepit, & ubi per quatuordecim annos fertur

*Oppidum ab eo nuncupatum.*

A fertur eremiticam vitam duxisse, post ejus mortem fuisse erectam ecclesiam quæ adhuc extat, ad decem millia passuum remota Tarento. *Caput Catanæ,* *Istud tamen oppidum in topographicis tabulis non facile reperies. Ioannes Baptista de Grossis in Catanensi Decachordo, sive novissima sacra Catanensis Ecclesiæ notitia, pag.* 52 *enumerans Reliquias, in eadem qua S. Agathæ corpus Basilica & capella asservatas, intra argenteam operis vermiculati arcam spectatissimam:* primas obtinere *ait* Caput S. Cataldi Tarentini Episcopi, quod solenni pompa singulo quoque anno, VI Idus Majas, ad ecclesiam ejus nomini dicatam ex Senatus voto defertur. *Fuit etiam aliqua ejusdem Sancti Reliquia Genuæ in* ecclesia S. Mariæ de Vineis, *cujus causa ad hanc diem notatur is in Kalendario Sanctorum, qui in particularibus Genuæ ecclesiis celebrantur, edito post Officia propria Ecclesiæ Genuensis, de mandato Eminentissimi Stephani Cardinalis Durazii Archiepiscopi sub annum* 1640. *Verum postea compertum fuit, haud satis certa fide Reliquiã istam fuisse donatam à quodam Canonico, & quidem tam exiguam, ut* *Reliquiæ in Monte-Regali & Genuæ.* *per Rubricas non licuerit earum causa Officium facere: & tamen illas ipsas non amplius istic esse, furtim sublatas ab aliquo, qui pium id esse credideyit. In Historia Archi-*

B *episcopalis ecclesiæ Montis Regalis, an.* 1596 *Romæ edita, auctore Ioanne Ludovico Lello, inter ipsius Metropolitanæ Reliquias numeratur* brachium S. Cataldi. *Scribit etiam mihi Claudius Castellanus eumdem Sanctum habere Parochiam in diœcesi Senonensi, ubi ejus nomen pronuntietur,* Saint Cartaud. *Ioannes Franciscus de Abela &c.*

*Pag.* 151 *Annot.* d *adde* — *Franciscus de Magistris pag.* 20 *ait, quod* ossa altari majori recondita & hodie magna ex parte thecis argenteis inclusa videntur, Brachium præcipue dexterum, Tibia, Calvaria, Dentes, atque integra Lingua: quæ ut decentius servarentur, Giraldus II Tarentinæ Ecclesiæ Archiepiscopus, circa annum 1203, capsam argenteam suo ære elaborandam mandavit.

## DE S. SOLONGIA, V. M.

*Nomen originarium an Solemnia?* *Pag.* 589 *col.* 1 adde — *Miratur hic Claudius Castellanus, quomodo ex* Salongia *fieri potuerit usu vulgari* Solangia; *& suspicatur, haud absque verisimilitudine, nomen istud (quidquid sit de forma, sub qua illud inditum Sanctæ isti fuit) originaliter scriptum fuisse* Solemnia; *& allegans Catherinotum (scriptorem veroſimiliter Bituricensium rerum, sed mihi ignotum) ait eum ad annum* DCCCLXXX *nomine sic scripto uti. Nec mirum videri debere ait, quod sit assumpta terminatio* ge: *notat enim hanc in detorquendis ab antiqua forma vocabulis,*

C *perquam usitatam Francis, ita* Baussenge, *ex* Balsemio; D Poange, *ex* Potamio; Etrange, *ab* Extraneo; Coulange, *à* Columnia; Thiange, *ex* Theodamnio; Melanges, *ex* Miscellaneis; Singe, *ex* Simia *fieri; aliaque ejusmodi plura. Hæc sane ingeniose animaaversa sunt: plenam tamen fidem ut faciant, optanda essent veterum testimonia,* Solemniam, *non* Solongiam *nominantia; alioqui videri potest ex* Solongia *factum* Solange *esse; sicut ex Græco* λόγχη, *facta est Latinis* Lancea.

*Pag.* 594 *num.* 17 *lin.* 15 *post* — anno DCCCCLXXXVII — *adde* — promoti.

## DE S. GUILIELMO PRESB.

*Pag.* 597 *lin.* 11 *ad vocem*, sequenti, *pone* *, *& in marg. scribe* — * præcedenti.

*Pag.* 598 *col.* 2 *lin.* 4 sic lege — *Verum in Rigordo legendum putamus* Majo præcedente *non sequente, itáque convenient Rigordus & Robertus. Ista autem &c.* — *& lin.* 5 *à fine* lege — *Qua ipsa Dominica cœptas instituit Rogationes ac Letanias duci, saltem in Diœcesi Rotomagensi, cui Pons-Isaræ subest, videri mihi dixi in Diatriba Dagobertina, innovata ante* 3 *tom. Aprilis num.* 14; *nullo magis argumento ductus, quam quod aliter nequiret* E *componi dies* X *Maji cum Letaniis, sub quibus dicitur* Guilielmus *obiisse: nec enim ullus vicinorum annorum, ante vel post* MCXCII, *ejusmodi concursum vidit. Talis porro usus ducendarum ipsa Dominica Letaniarum, licet hodie ignotus, perquam commodus videtur fuisse populo rusticano, non solito per hebdomadem feriari; & talis veroſimiliter plebs illa fuit, cui* Guilielmus *Parochus præerat: neque enim ejus nunc uspiam memoria supereſt, nec monumentum ostenditur, aut Reliquiæ servantur. Hæc autem non ita facile obliterari ac deperdi potuissent omnia, si intra ipsum oppidum, curam animarum agens, intra ipsum quoque sepultus fuisset. Qui tamen ejusmodi usum omnino nolet admittere, etiam in villis ac pagis; is necessario dixerit, Rigordo obrepsisse, ut* VI Idus *scriberet pro* V, *itáque prædictis recentioribus Martyrologis auctor fieret* Guilielmi *memoriam adscribendi diei* X, *quæ ad* XI F *debebat reponi: quod fieri perquam facile potuit, sicuti eidem Rigordo obrepsit, ut respectu eclipseos visæ in Novembri anni* MCXCII, Majum sequentem *loco* præcedentis *notaret: si enim* sequens *esset intelligendus, qui festum Ascensionis habuit die* V, *mors* Guilielmi *ipsum festum secuta fuisset, adeoque ad Letanias non pertinuisset.*

*Pag.* 607 *de* S. Miro, *Annot.* c *lin.* 1 — *etá* — scribe — *età.*

*Pag.* 610, *ante Sanctos diei* XI, *ponatur Commentarius*

# DE B. IACOBO EREMITA
## ORDINIS S. CRUCIS FONTIS-AVELLANÆ,
### *PROPE NOCERIAM IN VMBRIA.*

D.P.

A. MCC.



*Inter plures istius Ordinis Beatos,* *Rdo hic in titulo nominatus, originem habuit in Diœcesi Eugubina prope Fontem, Avellanarũ nucum arboribus septum, auctore* B. Ludolfo, *ex familia (ut volunt) Pamphilia postea Eugubino Episcopo; antea autem (cum propter eremitici rigoris famam, ad multa circum loca cito propagatum esset novum sub S. Benedicti Regula institutum) Abbate ipsius Ordinis Generali, ac demum defuncto sub annum* MXLVII, *die* XX *Ianuarii; in cujus mensis Supplemento pluribus nobis erit de illo agendum. Celebritatem novo Ordini peæcipuam attulit* S. Petrus Damiani, *Fontis-Avellanæ monasterium ingressus anno* MXXX, *indeque post annos* XXVIII, *ad Romanæ Ecclesiæ Cardinalatum à Stephano Papa IX extractus. Multi tamen etiam alii insigni Sanctimonia viri in eodem Ordine floruerunt; quos longa serie ad septuaginta quatuor enumerat laudatque Iacobillus, post Vitam Fundatoris, Tom.* 3 *de Sanctis ac Beatis Vmbriæ, à pag.* 332 *ad* 356.

2 *Inter hos ipsi sexagesimus octavus est,* B. Jacobus, *quo de agere instituimus, natus* Nuceriæ, *quam Plinius ab aliis duabus synonymis in Italia urbibus distincturus,* Camellariam *cognominat. Vno ab inde milliario præfatus Iacobillus distare ait* Abbatiam S. Stephani de Parrano, *fundatam à Radulfo quodam Fulginate, multorum eo tractu castellorum oppidorumque Toparcha, variâ deinde* *Parrani in Abbatia S. Stephani.*

A *deinde fortunâ delatam ad varios Dominos. Nam anno* MCXXXI *dicitur à Laurentio Nucerino Episcopo (qui tamen Catalogo Præsulum istorum apud Vghellum deest, inter Lotharium & Monaldum locandus) subjecisse ipsum atque univisse monasterio S. Donati Pulpianensis, diœcesis Eugubinæ. Anno autem* MCCCCXVIII, *inde divulsa adjuncta est monasterio S. Crucis in Saxovivo. Ac denique, per renuntiationem Iacobi Matthioli Scotæ, Abbatis ultimi, forsan Commendatarii, auctoritate Pii Papæ II annexa Episcopatui Nucerino, cum Cura duorum Castellorum Podii atque Insulæ, ac viginti villarum, quas inter nominantur Costa, Molæ, Pons-Parrani, Panicalia, Serræ, Plagæ, Castaneæ, Vallis-fregii & Pasilionum: quibus duos Sacerdotes seculares submittunt Episcopi, in dicta* S. Stephani parochia *sacris operaturos, eaque subjecta plebi ministraturos.*

*nunc abolitæ.*

*obiisse B. Iacobus dicitur an.* 1300, 27 *Maji:*

3 *Exterminatis in hunc modum Religiosis, qui ordinarius, sed lamentabilis, ejusmodi commendatiorum fructus esse solet; quid mirum est, si perierit distinctior notitia atque memoria virtutum ac miraculorum, quibus* B. Jacobus *præmemoratus venerationem populorum circumjectorum commeruit. Itaque de eo aliud nihil potuit invenire Iacobillus, quam quod circa annum* MCCL *Eremiticum institutum in Monasterio Fontis-Avellanæ amplexus, remissus in patriam suam fuerit circa* MCCLXXIX: *ubi in ipsius monasterii refectorio imago ejusdem depicta hodieque reperiatur, cum hac Epigraphe,* B. Jacobus Nucerinus, Monachus Avellanensis, ac monasterii S. Stephani de Parrano Nuceriæ; ubi obiit XXVII Maji MCCC; *atque adeo feria* VI *ante Pentecosten; cum Pascha eo anno celebratum fuerit* X *Aprilis. Hinc Gabriel Bucelinus Menologio Benedictino ipsum inseruit ad prædictum diem sub hac forma:* In Italia, monasterio S. Stephani de Parrano, depositio B. Jacobi, Monachi Congregationis Fontis-Avellanæ, in dicto monasterio, anno MCCC.

B

4 *Ita tertio suo Tomo Iacobillus, qui eadem fere Tomo primo scripserat, ad eumdem* XXVII *Maji ipsum referens; ita tamen ut indicet venerationem ei præcipuam hac die* X *deferri. Sic enim scribit*; Corpus multa cum devotione sepultum in ecclesia monasterii sui, multis miraculis claruit erga sibi devotos: quorum respectu Priores pro tempore Populi Nucerini, secundum civitatis decretum, quotannis mense Majo illuc accedunt, cum oblatione unius cerei librarum quatuor: & festum magno cum concursu agitur die mensis X, fortassis quia tali die inventum est corpus. Etenim Hieronymus Manellius, anno MDXLV, *sui Episcopatus juxta Vghellum primo,* multo cum labore, eo quod locus esset ignotus, ipsum requiri fecit, pro singulari sua erga Beatum devotione, & prædicto die feliciter reperit. Cum autem transferre illud alio pararet, intendens operi; advenit ei grave symptoma: unde subeunte animum religione, ne forte parum gratum Beato esset istiusmodi officium, mutavit consilium; & istic ubi reperit sacrum pignus reliquit, solita Populi veneratione ibidem cohonestandum. *Quis autem dubitet, quin vel conspicuo loco decentique opere renovatus sit tumulus, vel ossa intra capsam ad id paratam collecta, quamquam nihil tale Iacobillus addat.*

*colitur tamen* 10, *die suæ inventionis.*

C

## DE S. ANTONINO ARCHIEP.

POst istum de B. Jacobo *Commentariolum poni deberent, in recudendo opere, Acta omnia* S. Antonini Archiepiscopi Florentini, *qualia nunc extant ad diem* 11 *Tomo* 1, *à pag.* 310 *ad Pag.* 358, *inserendo ad proprium cuique locum additamenta, proposita in Appendicibus antiquis ac novis, ex Tomo* 1, *pag.* 766 *& sequ. ac Tomo hoc* VII *pag.* 553 *& seqq. quibus etiam jungi poterunt quædam huc primum allata, post Appendices hasce usque ad diem* V *provectas, curante P. Mag. Raphaele Badii*

*Maji Tomus VII.*

D *Ordinis Prædicatorum, atque per communem amicum suum nostrumque, Illustriss. Antonium Magliabechium, transmittente. Ergo*

Comment. prævius sic augeatur pag. 313.

*Elogium ex Necrologio,*

13 *In Necrologio Conventus S. Mariæ Novellæ, elogium* Antonini *tale reperiri, scribit P. Mag. Raphael Badii, ejusdem Conventus alumnus:* Fr. Antoninus Ser-Nicolai, de Florentia, Archiepiscopus Sanctus. Hic, antequam ingrederetur Religionem, in utroque Jure peritus erat, & ex magna devotione ingressus est Ordinem Prædicatorum: in quo fuit conversatione & fama spectabilis, & devotione gratus atque opinione, mirabilis in observantia, & in cunctis morum fuit maturitate spectabilis. Vitam suam in studiis, & orationibus, & sacris vigiliis occupabat. Multa opera pro salute animarum composuit. Hic semper vel erat Supprior, vel Prior, vel Vicarius in congregatione & vita regulari. Tandem Eugenius Pontifex, audita fama ejus, assumpsit eum & sacrari fecit in Archiepiscopum Florentinum, licet invitum: &, sicut dicitur de B. Martino, ita de viro hoc dici potest, quod, postquam factus fuit Archiepiscopus Florentinus, idem constantissime perseverabat, qui prius fuerat. Eadem in ordine humilitas, eadem in vestitu vilitas; atque sic implebat Episcopi dignitatem, ut propositum Monachi & Religionis non desereret. Hic fuit Ambassator Communitatis ad Calixtum & Pium, summos Pontifices. Eugenius supradictus mori voluit in manibus & brachiis ipsius, nec permisit ipsum à se recedere, donec spiritum Deo redderet. Item in electione novi Pontificis, Scrutator & Secretarius fuit; ac etiam ipse quinque voces habuit ad Papatum. Deinde reversus est Florentiam, cum magno honore personæ suæ & Ordinis Prædicatorum. Quanta humanitate misericordiaque pauperes atque egenos vir iste prosecutus est, nec dici facile posset, nec paucis explicari. Volens tandem misericors Deus vocare servum ad regni solium, jam senio & laboribus ac febre gravatum, existente tunc in civitate summo Pontifice Pio prædicto, sumptis Ecclesiæ Sacramentis, devotissime quievit in Domino, die 11 mensis Madii MCCCCLIX; sepultusque est in ecclesia S. Marci. Stetit tamen corpus ejus supra terram, antequam sepeliretur, diebus novem, propter magnum concursum populorum: ac etiam dictus Pontifex Pius, dedit omnibus, vere pœnitentibus & confessis, visitantibus dictum corpus, annos quinque & totidem quadragenas. De die in diem etiam crescit devotio & veneratio fidelium erga corpus ejus; in ejus autem tumulo inscriptum est tale Epitaphium.

E

*in quo dicitur, vota ad Papatum tulisse.*

*& habetur ejus Epitaphium.*

F

Hic est ille tuus Pastor Florentia: pro quo
Non cessas mœsto spargere rore genas,
Patribus haud priscis pietate Antonius impar,
Qui scripsit quid quid Littera sacra docet.

Edidit autem vitam & gesta ejus Reverend. Pater Domnus Franciscus de Castilione, qui fuit ejus Secretarius, & vir Græce & Latine doctus. *Hactenus Necrologium, quod intra decimum ab obitu Sancti annum concinnatum existimo, prius quam Fr. Leonardus suas ad prædictam Vitam Additiones propalaret.*

*Ad Vitæ Cap.* I, *Annot. f pag.* 316, adde —— *Spectatur Sancti imago marmorea, prope Ecclesiam Florentiæ posita, cum hac Epigraphe:* Divo Antonino, Archiepiscopo Florentino, quod in Fæsulana villula (à Jacobo Altovita, hujus cœnobii alumno, ejusque civitatis Episcopo, olim donata B. Joanni Dominico Cardinali ex eadem familia) in Dominicanam militiam nomen dederit, Dominii juribus ab hoc monasterio in Alliam Gentem nondum transla-

A tis, Patres S. Mariæ Novellæ, tamquam domeſticum ſibi decus aſſerentes, poſuerunt, anno Domini MDCXXVIII; *nixi, ut ſcribit P. Mag. Raphael prælaudatus, inſtrumento quodam veteri*, quod rogavit Ser-Franciſcus Antonius de Alliottis anno MCCCCXVIII, *quodque inter alia ejuſdem ſacri aſceterii monumenta ſervatur, conditum anno* XIII, *poſt ingreſſum Sancti in Ordinem: hic enim contigit anno* MCCCCV. *Ipſum dicitur integre expreſſum legi in Hiſtoria Genealogica Nobilium Familiarum in Tuſcia & Vmbria, quam edidit, ſed mihi necdum videre licuit, Eugenius Gamurrinus Abbas Caſinenſis fol.* 290.

*Ad idem Cap.* I *num.* 5 *lin.* 19, *atque hæc verba* — cum jam antea virtutem hominis cognoviſſet *adde* *, *& pone item* * *in margine* — *atque inter Annotationes* h *&* i *interpone hanc.*

* *Fuiſſe enim ſacræ Rotæ Auditorem ab Eugenio inſtitutum, ejuſque Capellanum, referre dicitur* P Mag. Vincentius Maria Fontana, in Theatro Ordinis Prædicatorum, *necdum mihi viſo, parte* 2 *titul.* 4, *fol.* 399; *idque ex* Joanne Baptiſta Cantelmajo, *aque mihi ignoto*, in Selectaneis ſacræ Roſæ Roma-
B næ, *hæc ſcribente:* Antoninus, dictus Conſiliorum, Italus Florentinus, Ordinis Prædicatorum, Auditor, inde Archiepiſcopus ejuſdem civitatis; habetur ex vetuſto Codice illius Summæ Theologicæ impreſſo Venetiis anno MDXI, quem vidi hic in Urbe, in Conventu S. Mariæ ſupra Minervam, apud R. P. Mag. Reginaldum Lucarinum, ejuſdem Conventus Priorem, inter libros privatæ illius Bibliothecæ; in cujus Procemio leguntur hæc verba: Prologus primæ Partis Summæ Reverendiſſ. in Chriſto Patris ac Domini, D. Antonini, olim Sacri Palatii Apoſtolici cauſarum Auditoris, de Ordine Prædicatorum. Et eadem verba habentur in fine ejuſdem Summæ. *Quapropter etiam* Paulus de Rubeis I. C. Romanus, *noviſſimarum Deciſionum ac partis nonæ volumen* I *dedicavit* S. Antonino, Ordinis Prædicatorum, ſacræ Romanæ Rotæ olim Auditori, ac demum Archiepiſcopo Florentino, *ſic exordiens*; Dum præſenti volumini Mæcenatem quero.

*Ad Cap.* IV *Annot.* h *pag.* 323 adde — *Sed omnibus iſtis antiquior editio invenitur in curioſiſſima D. Antonii Magliabechii bibliotheca Florentiæ: ſic enim ibi ad calcem primi Tomi legitur*: Finis primæ partis Summæ Antonini, Ordinis Prædicatorum, Archipræſulis Florentini, ſumma cura caſtigatæ impreſſionique deditæ Venetiis, per Leonardum Wild de Ratisbona MCCCCLXXXI.
C

*Ad Caput* VIII *num.* 74, *in fine atque in margine ponatur* * *deinde inter Annotata* d *atque* e, *addatur hac nova Annotatio.*

* *Eadem confirmat* atteſtatio Fr. Alexandri Capoccii, *plenius in Corollario diei* XVIII, *ad Acta Ven. Mariæ Bagneſiæ commendati, primæ libri paginæ inſcripta hoc modo* — YHS — Hæc eſt prima pars Summæ doctrinalis Sancti Antonini Arch. Flor. manu ejus ſanctiſſimâ ſcripta, quæ fuit bonæ memoriæ Fr. Antonii Thomæ de Schiantenſibus, eximii Magiſtri in ſacra Theologia, & filii Conventus S. Mariæ Novellæ, qui obiit anno Domini MCCCCLXXX: & de ipſa Summæ parte legitur in libro de miraculis operatis à Sancto Antonino poſt mortem ipſius ſic: Mag. Antonius de Schiantenſibus, *&c. ut ſupra.* Deinde talis liber pervenit ad manus Fr. Victorii Matthæi, Magiſtri & Prædicatoris devotiſſimi, qui librum dedit mihi, Fr. Alexandro Petri de Capocchis: & ego anno dicto feci eum ornare, ut ſervetur in ſacrario, pro devotione ad Sanctum noſtrum piiſſimum Antoninum. Anno D. MDL obiit Fr. Raphael Franciſci de Monte-Movello, & mihi Fr. Alexandro Petri dedit cum magna devotione tertiam Partem Summæ Hiſtorialis Sanctiſſimi Antonini, manu ejus ſcriptam: quam Partem dedi Fr. Dionyſio Junchino Sacriſtæ, ut eam ornaret & in ſacrario poneret pro Reliquiis, anno Domini MDLXXX die XIV Aprilis, ad laudem & honorem D. N. Jeſu Chriſti & Beatæ Virginis & S. Antonini. Amen. — Fr. Alexander manu propria. — Iſti libri diligenter & reverenter ſervandi ſunt; non ſolum propter ſanctitatem admirabilem Viri; ſed quia multa myſteria in ipſis leguntur, & pariter pro ipſis perficiendis plures vigilias & labores, contemplationeſque & orationes ipſe Sanctus operatus eſt. *Tum alia manu ibidem additur*: Hæc ſunt verba Venerabilis ſervi Dei Alexandri prædicti, viri Deo pleni; qui fecit cooperire librum ſericeo operimento coloris rubei, vulgo dicti velluto roſſo, cum imagine ipſius S. Antonini. Sint hæc poſita pro majori authenticatione. *Denique ſuccedebat hic Titulus*: Originalia primæ Partis Summæ Fr. Antonini de Florentia, Ordin. Prædicat. Archiep. Florentini, quibus agitur de Anima, & ad ipſam pertinentibus: conceſſa ad uſum Fr. Juliani de Lapaccinis de Florentia, & ſignatus iſte ſcartabellus D. *Eſt autem Codex iſte etiam apud prænominatos Patres S. Mariæ Novellæ, uti & autographum Sancti volumen alterum, repoſitum in prædicto Sacrario inter Reliquias,* F *eodem modo coopertum atque ſic prænotatum.* Tertia Pars Chronicæ D. Antonini, viri ſanctiſſimi, manu ſua propria ſcripta.
D E

*Denique in Gloria poſtuma num.* 22 poſt — *conſignata* — dele 8 lineas ſeqq. *quibus agitur de Epitaphio jam in Comm. prævium relata.*

# APPENDIX
## AD DIEM VNDECIMAM MAII.

*Pag.* 610 *col.* 1 *dele lineas* 2 *primas de* S. Evellio.

*Pag.* 611 *col.* 2 *poſt* Apollinarem Ep. Alexandrinum *ponatur.*

Millehardus *ſeu* Mileardus Epiſcopus Sagienſis, *neſcitur quomodo Officium de Communi Confeſſorum Pontificis acceperit in Proprio Sagienſi, ante hos annos non multos impreſſo; aut cur hic dies electus ſit: audio enim eruditos Sagienſes, in quibus eſt D. Gobillon, Doctor Sorbonicus & eccleſiæ S. Laurentii Pariſiis Curatus, affirmare, nullum uſpiam diœceſi tota ſub ejus nomine ſacellum vel altare, nuſquam monumentum aut Reliquias, nuſquam imagines cum radiis aut nomen cum titulo ſanctitatis inveniri, niſi poſtquam Claudius Robertus Gallium ſuum Chriſtianam edidit an.* 1626: *ubi tamen per typographi errorem potius quam auctoris factum creditur, ut ante nomen littera* S. *irrepſerit: quod Sammarthani temere ſecuti, cauſa fuerunt iſtius male fundati cultus, qui cito creditur abolendus, nullam idoneam facti ſui rationem valente reddere eo qui ipſum induxit.*

*Pag.* 612 *col.* 1 *ante med. poſt* S. Pontium *adde*: S. Evel-

A S. Evellius, Conſiliarius Neronis, Martyr Piſis, *hodie paſſus creditur ex Actis S. Torpetis, cujus conſtantia in tormentis visâ, converſus narratur. Nobis ex talibus Actis ne hoc quidem conſtat, an ejuſmodi Martyr aliquando in rerum natura fuerit, niſi doceatur corpus Piſis vel adhuc coli, vel olim in honore fuiſſe. Quod cum nemo hactenus docere potuerit, nolumus eo augeri ſyllabum Sanctorum diei hujus, malumuſque lectiorem remittere ad diem, quo Acta iſta examinavimus,* XVII *Maji.*

*Ibid. col.* 1 *de* S. Spinulo *lin. antepenult. adde* — *Sauſſayus in Supplemento Martyrologii Gallicani* Spinutum *appellat, in textu & in margine, exerrantis ſcilicet calami vitio, potius quam auctoris.*

*Ibid. col.* 2 *poſt medium de* SS. Maria Iacobi, & Salome *lin. pen.* l. *quæ etiam à multis ſed male,* Maria Salome *dicitur.*

*Pag.* 613, *auferantur quæ ibi habentur de prædicto* S. Evellio.

## DE S. LICERIA V. M.

*Pag.* 626 *col.* 2 *ante num.* 3 adde — *Sed cultum die* XII *Octobris, recentiorem multo eſſe. quam mihi*
B *ſcriptum videtur, ſignificavit poſtea* Claudius Caſtellanus; *& addidit, hunc* XI *Maji Tranſlationis videri: nam*
*Natalis 6 Ian.* *in Martyrologio vetuſtiori, quod viderit,* Natalem notari VI Ianuarii, *ut iſtic ſaltem inter Prætermiſſos reponi debeat.*

*Pag.* 625 de SS. Martt. Afris, *col.* 1 *lin.* 3, *poſt Apographi* — adde *ſolius autem* Sancti Majuli, *ut Anteſignani nomen notatur in vetuſtiſſimo Carthaginenſis Eccleſiæ Kalendario Tom.* 3 *Analect. Mabilionis: idemque & ceteri nominantur in prædictis Apographis cum aliqua in ſcribendo varietate. Nam &c.*

*an vero nomine Eleutheria?* *Pag.* 627 *col.* 2 adde — *Nam ea quam ſupra dixi* S. Leotheria (*ſic enim vero nomine ſcribenda eſt, vulgo dicta* Sainte Lethere) *aut forte* S. Eleutheria, *nullum adhuc proprium cultum habet: licet corpus ad S. Petri Vivi inter alia Sanctorum corpora aſſervetur.*

## DE S. MAMERTO EPISC.

*Reliquiæ paucæ ſervatæ.* *Pag.* 631 *num.* 7 *lin.* 4 *à fine poſt* ---obrizo deauratum, *adde* — *Nec minimæ molis oportet eas Lipſanothecas fuiſſe: ſiquidem Franciſcus le Maire, ex computo*
C *rationali ſervato apud Theſaurum civitatis; obſervat, ab anno* MDXXI *uſquo ad* MDXL *aſſueviſſe ad ipſas in proceſſionibus ferendas adhiberi,* Capſæ *quidem* ſex, Capiti *vero* quatuor bajulos, *cum aliis multis ſolum duo juncti inveniantur. Poſt diſſipationem autem Calviniſticam, factum ait Sauſſayus, ut* Mamerti *memoria Aurelianenſibus celebris maneret,* Reliquiarum *ejus aliquantulis partibus ad eccleſiam Aurelianenſem è Remenſi allatis; & aliis in Parochiali eccleſia S. Martialis de Caſtro-novo, hujus diœceſis, inventis. Maſinus &c.*

## DE S. AGATUMBRO EP. METEN.

*Tempus obitus.* *Pag.* 633 *col.* 2 *expunctis ultimis quinque lineis,* ſic leges — *Hæc Sauſſayus, ex Meurisio (uti apparet) deſumpta: qui eadem de ipſius Sancti in Gallias adventu ac perſecutione Gothica referens, mortem ipſius ponit ad annum* DXXXI, *poſtquam Metenſi Eccleſiæ duodennium præfuiſſet, cum ordinatum dixiſſet anno* DXX. *Auctor ergo perſecutionis quam fugerit, non fuit Theodericus Iunior ſive ſecundus, ſub annum dumtaxat* DLI *exorſus in Hiſpania regnare; ſed ejuſdem, intermedio Thoriſmundo, deceſſor, ejus nominis Primus, quibuſdam etiam* Theodo
*ſub Theodorico I Gothorum R.* *nuncupatus; peſſime autem à nonnullis transformatus in* Theodorum; *quod nomen Græcum, non Gothicum eſt. Eſt nomen iſtud Belgis hodieque frequens* Dirik, *alias etiam* Didericus: *qui autem ſic appellantur, nec ullum ſui*



*iſtius nominis Sanctum norunt, licet hujuſmodi non deſint,* D *haud quidem male ſibi* S. Theodorum *Patronum colunt, ob quamdam ſoni affinitatem; errant tamen, dum exiſtimant ita regulariter reddi ſuum nomen debere, ſeque cum reſpectu ad illum ſanctum Martyrem ſub ea appellatione baptizatos.*

*Pag.* 634 *n.* 8 *lin.* 7 *à fine* — MDLXXI — l. MDCXXI — *& lin.* 6 *à fine* — MDLXIII — l — MDCXIII.

*Pag.* 640 *de* S. Eudaldo *lin.* 4 — *Ayrenſem* — l — *Aturenſem.*

*Pag.* 655 *de* S. Gengulpho, *Annot.* d *ſic lege* — Curcellæ, *abbreviate pro* Curtis-cellæ *dicuntur Francice* Courcelles: *quo nomine plures vici inter Laudunum ac Dionantum occurrunt, ut difficile ſit unum ex multis hic determinare.*

## DE S. FREMUNDO REGE.

*Pag.* 656, *col.* 2 *lin.* 7 *à fine incboetur novus numerus, hoc modo.*

4 *Reliqua apud* Capgravium *videri poſſunt &c.* — *tum pag.* 657, *col.* 2 *lin.* 3 *addatur* — *Ita ſcilicet tunc conſilium erat totum Menſem in ſex Tomos partiri, qui deinde ſeptem facti ſunt, etiam abſque Propylæo, per ſe Tomum faciente. Hi autem dum ſucceſſive imprimuntur,* E *ecce tibi anno* MDCLXXXV *alia ſubito facies rerum in Anglia, mortuo inter Catholica Myſteria profitenda ſuſcipiendaque Rege Carolo II; atque in Thronum provecto ejus fratre, Iacobo item Secundo, Romano-Catholicam Religionem pridem profeſſo; qui ſumma conſtantiæ, in tenenda palamque oſtentanda religione orthodoxa, fortitudinem plane regiam jungens, contra injectos à rebellibus terrores; iiſdem felici marte citiſſime perdomitis, quietem ſubditis, pacem regno, innocentiæ dudum oppreſſæ efferendi capitis facultatem præſtitit. Erecti igitur in ſpem novam, novam adhibuimus diligentiam: ſed nec hæc fructum aliquem retulit. Interim notavimus, Capgravii Legendam in hæc verba deſinere,* Diebus noſtris, in Prioratu Canonicorum Regularium de Dunſtaple ſanctum ejus corpus requieſcens, in magno honore habetur.

5 *Eſt* Dunſtaple, *primum* Dunningſtable *dictum, agri Bedfordienſis oppidum, verſus confinia agri Harfordienſis, quinquaginta circiter leucarum intervallo in Euroafricum diſtans ab* Off-Church; *Canonicorum Regularium Prioratus, ab Henrico I Angliæ Rege fundatus, per Chartam quæ extat tom.* 2 *Monaſtici Anglicani pag.* 133, *prætermiſſâ notâ anni, quem inveniri oportet intra* MCX *&* MCXXXV, *quibus ille regnavit. Quintus ab eo Rex Ioannes, exeunte ſeculo* XII *regnare cœpit; ex cujus dono habebant Prior & Canonici, inter alia Privilegia,* Feriam in feſto S. Fremundi per tres dies ſimiliter duraturam; *ut videatur indicari feſtum eatenus triduanum fuiſſe. Exiſtimamus ergo, eodem ſeculo* XII *forte ultra medietatem progreſſo, Corpus ſanctum eo delatum ex Warwicenſi Comitatu fuiſſe; atque à prædictorum Canonicorum aliquo deſcriptam Legendam, qualis apud Capgravium extat; nec enim ipſius Capgravii verba illa ſunt, qui non Canonicus, ſed Eremita Auguſtinianus fuit. Hieronymus Porterus, in Floribus Eccleſiæ Anglicanæ, Vitam eamdem compendio referens, Auctorem laudat* Burchardum, Monachum coævum, individuum Sancti comitem: *quod neſcio unde hauſit; hoc ſcio, tam inconcinna tamque aſyſtata, qualia in ea Legenda notantur, numquam proditura fuiſſe ex coævi ſcriptoris & teſtis oculati calamo.*

*Tranſlatio in Dunſtaple ſec.* 12. F *& feria triduana.*

## DE S. MAIOLO AB.

*Pag.* 657 *commutandus fere totus num.* 2. *Itaque eumdem ſic retexo.*

2 *Cum vita* S. Majoli *eſſet meritis præclara, & miraculis divinitus patratis confirmaretur, eidem deſcribendæ*

A *Vitam primus scribere aggressus Syrus,* *primus animum applicuit* Syrus, *Cluniacensis Monachus: qui quomodo opus imperfectum dimiserit, deinde quatenus necessarium videbatur suppleverit, indicat præfixa epistola ad* S. Odilonem, *Majoli successorem, quam hic ex Mabilionis editione accipe.* Spirituali Patri, Domno Odiloni Abbati, Syrus Monachorum infimus, quidquid in Christo felicius. Sæpe mihi multumque cunctanti B. Majoli venerabiles actus styli prosequi officio; cum ad id operis sanctæ recordationis Warnerii importuna perurgeret petitio, multa se objiciebant, quæ ne id conarer non modica me formidine deterrebant. * virtūtis Vir quippe ille qui divulgari petebatur, sic * virtutes sectantium extitit imitator, ut earum omnium indefessus esset operator: unde * ejus gesta digerere, absque cunctarum virtutum * conjunctura, quempiam est impossibile: recte vero disputare non prævalet de virtutibus, quisquis his fuerit vacuus; quoniam mens * cujus caret intelligentia, id discere nequit scientia. Hæc idcirco, aggredi cunctabar, * quia me nulla virtute dignabar. Rerum denique magnitudo laborque difficilis me rursus movebat, quod multiplices miraculorum virtutumque actus dum mens contemplabatur, suam scientiā scrutabatur; [&] veritatis territa sententia incipere non audebat, quæ ingenii parvitate consummare diffidebat. Temeritatis insuper non immerito argui verebar, si audacter præsumerem, quæ me perspicacioribus vel ingeniosioribus committenda fore non ignorabam. Sed hæc mihi de me cognito præfatio, quamlibet sæpius pro excusatione foret oppositа, ille ..... *non desinebat urgere, atque ut opus orditer persuasit. Cumque* sub eodem temporis articulo, me in Italiam, illumq; (*Warnerium*) vobis dirigere placuisset ad Alsatiam; opus, quod relinquebam imperfectum, secum ipse detulit, per schedas dispersum. Post ejusdemque lacrymabilem transitum, cum vestræ præsentiæ in Morbacensi cœnobio fuisset oblatum; injunctum mihi est ex vestra sententia, quo studerem quæ deerant addere, & scriptorum vitio depravata ad statum pristinum relegendo corrigere. Quod inchoans ut potui, pro vestra jussione perficere studui: & (utinam tam efficaciter, quamlibenter, atque ut debui!) vestro imperio parui. Ideo ..... *Cetera uti & sub medium quadam momenti majoris, alienis diverso charactere verbis hic utcumque suppleta, deerant in Ms. Lemovicensi ad S. Martialis, unde genuinum Syri textum nactus Mabilio, eum, omissis aliis aliorum lucubrationibus, solum inseruit seculo* V *Benedictino.*

* ei.
* conjectura.
* cui
* quibus
*incompletā relinquit,*
*ac tandem jussu S. Odilonis absolvit.*
B
C
*& sic habetur edita à Mabilione,*

3 *Talem mox nactus* Aldebaldus, *Cluniacensis Monachus etiam ipse,* singulis libris *(nam in tres totum opus dividebatur)* Prologum aptavit, carminaque multis in locis adjecit: sed nullum factum retulit à Syro prætermissum, nisi quod initio libri primi narrationem instituit de impressione Saracenorum in monasterium Lerinense, quæ ad Majoli facta nihil pertinebat, *inquit Mabilio. Et hunc sic communem utriusque laborem primo nos reperimus inter illustria Mss. Reginæ Sueciæ, sed acephalum, ac primis 22 articulis mutilum sub num. 696. Postea ipsum invenimus Florentiæ, apud Illustriss. Senatorem Carolum Strozzium, in Codice, cui numerus 5 pro signo erat; atque inde descripsimus quæ nobis deerant. Deinde ex Italia per Galliam redeuntes in Belgium, invenimus eamdem Vitam in Archimonasterio Cisterciensi, tom. 3 de Vitis Sanctorum, cum ei præpositis versibus* Reimbaldi. *Eadem denique omnia, ex Ms. Divionensi S. Benigni deprompta, obtulit nobis Petrus Franciscus Chiffletius noster pia mem. & sic ex tot Mss. collectam* Syri & Aldebaldi *lucubrationem damus. Damus autem eam secundo loco, quia præponendam censuimus alteram, similiter ineditam hactenus, & in præmemorato Cluniacensi monasterio à nobis transcriptam eo studiosius, quod in titulo nominabatur auctor* Nalgodus, Monachus Cluniacensis & S. Majoli discipulus. *Quamvis autem Mabilio ex Vita S. Odonis, secundi Abbatis Cluniacensis, ab eodem* Nalgodo *scripta, solerter observaverit, non fuisse hunc discipulum* S. Majoli, *ac multo minus* S. Odonis *(quem errorem erravit Petrus de Rivo auctor Chronici Cluniacensis) sed floruisse tempore* Petri, *Abbatis octavi, anno* MCXXII *primum electi; utpote qui in Vita ipsius Odonis,* XVIII *Novembris illustranda, num.* 23 *meminit* Urbani Papæ II, *exeunte seculo* XI *sedentis; & num.* 29 *asserit, S. Odonis patrocinium viguisse per* annos fere ducentos, *id est usque ad annum fere* MCXLII; *quamvis, inquam, id ita sit, tantoque junior quam Syrus atque Aldebaldus fuerit* Nalgoldus, *non tamen pœnitet constituti primum Ordinis: quia* Nalgodus *vere, uti præfatur,* Vitam beatissimi Patris Majoli, *ab aliis* confusa diffusione dispersam potius quam digestam, simplici brevitate colligere *studuit* & expedire: *futurum autem credimus, ut lectorum multis potius placeat hanc quam istam, licet vetustiorem, percurrere.*

*eamdem paucis additis interpolavit coævus Aldebaldus,*

*& sic eam damus ex variis Mss.*

D *sed post Vitam à Nalgodo ordinatam,* *licet hic multo illis sit junior.*

4 *Eodem quo* Nalgodus *consilio, sed stylo luculentiori magisque encomiastico, Vitam quoque diu antea scripsit ipse* S. Odilo, *Cluniacensis Abbas quintus,* S. Majoli *successor immediatus. Et hanc jam ante in Bibliotheca Cluniacensi excusam, & apud Surium recusam, paulum expolita phrasi, in nostro quodam valde insigni codice reperientes, & cum Fiscanensis Codicis exemplo conferentes, dignam censuimus, propter scribentis auctoritatem, quæ tertio loco ederetur: nunc vero mallemus omissam fuisse, sicuti omisimus quartam aliam vitam, in Additamentis præfatæ Bibliothecæ satis reperiendam,* Auctore ut videtur Monacho Silviniacensi: *quia in ipsa nihil fere habetur, quod in prioribus Actis non tradatur accuratius. Quin etiam si successoribus, hunc mensem aliquando forsitan recusuris, exemplum Mabilionis placeat sequi, & solum* Syri *textum, tamquam ceterorum omnium fontem recudere, ex aliis autem augere* Annotata & Analecta; *id facturi sunt, quod nos verosimiliter fecißimus, si seculum* V *Benedictinum aliquot annis citius lucem vidisset. Sin autem jam semel editorum impreßionem iterandam omnino putent, propter antiquitatem scriptorum, maneat tamen primo loco* Nalgodus, *ob eam quam dixi causam, &* Syri *textus sic imprimatur præfixa ubique littera* S, *ut* Aldebaldi *additamenta ab eo secernantur per litteram* A. *In supra citato Ms. Cisterciensi præter hæc Acta habetur etiam* Sermo in Natali S. Majoli &c. *ut pag. 657, n. 3 lin. 9 à fine* —— *Quæ istic videri possunt: Majus operæ pretium nobis videtur ex Bibliotheca Cluniacensi accipere libros miraculorum, post Acta Silviniacensi Monacho per conjecturam adscripta, & post aliud Vitæ compendium primitus excusos; qui utrum æque verosimili conjectura poßint eidem Monacho adscribi, minus dubitarem, si nihil interponeretur; nunc autem mallem titulum etiam istum expungi.*

*Omittipotuisset vita per S. Odilonem scripta,*

E

5 *Mabilionis ad Acta Syri Commentarius prævius, laboriosus sane & eruditus, in octo omnino Paragraphos distinguitur sub hisce titulis.* I. Vitæ S. Majoli scriptores ejusque laudatores. II. Patria, parentes studia & vita Canonicalis, Archiepiscopatus Vesontionensis recusatus. III. Conversio ad vitam monasticam, Abbatialis electio, IV. Electio in Abbatem Cluniacensem, acta *in hoc regimine.* V. *Sed per errorem notatus* VI *& sic deinceps,* Monasteria reformata. VI, *aliàs* VII. Captivitas sub Saracenis. Romanus Pontificatus recusatus, Otto II cum matre reconciliatus. Peregrinationes Romanæ. VII. *al.* VIII. Odilonis substitutio in locum Majoli. Hujus obitus, cultus Reliquiæ. VIII. *al.* IX. Majoli præcipui discipuli, cultores, miracula. *Ex quibus placet* Analecta *quædam, ad finem Actorum danda, colligere. Obiit Sanctus in Silviniacensi Prioratu, de quo in* Catalogo Abbatiarū *&c.— uti habes n.* 5, *in quo cetera (nam n.* 4 *placet omitti, commodius ex parte producendum in Annotatis ad Acta Syri num.* 20) *cetera, inquam, numeri* 5 *prosequere usque*

*quibus præponenda Analecta ex Mabilione,*

*sicut omittitur alia quarta,*

*& sermo in Natali.*

*Dantur autem Miracula,*

F

A *uſque ad lin.* 10 *à fine ejuſdem numeri .... ibidem Lector reperiet. Diem mortis omnes eumdem exprimunt: S.Odilo addit fuiſſe proximam à feſto Aſcenſionis Feriam* VI *quod diſtinctius explicans Nalgodus*, Dormivit in pace, *inquit*, V Idus Maji, VI feria quæ Aſcenſionem ſequebatur, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXCIV, *quando ſcilicet Paſcha cadebat in kalendas Aprilis, & currebat Dominicarum index littera* G, *atque Aſcenſionis feſtum celebratum fuit* X *Maji: ut neſciam quo errore abreptus Lambertus Schafnaburgenſis, vix uno poſt Majoli morte ſeculo ſcribens, notaverit annum* DCCCCXCI.

6 *Dicitur porro infra lib.* I *Miraculorum num.* 9 *quod cum corpus eſſet depoſitum &c.* —— *tum* adde —— *ejuſque (ſcilicet* Begonis) *ad annum* DCCCCXCIII, *memoriam inveniri in tabulis Ilidianis ſcribunt Sammarthani. Mabilio regnante apud Francos Hugone præfuiſſe illum Arvernis notat: is vero ultra annum* DCCCCXCVIII, *non vixit. Vno poſt hæc ſeculo gratulatur ſibi* Urbanus Papa II, *quod Silviniaci exiſtens*, ſupernæ benedictionis dignatione multimoda .... B.Majoli corpus intra eccleſiam ad locum alium transferre meruit, *eoque intuitu indulget Privilegium*, datum apud Monticulum, per manum Joannis S.R.E. Diaconi Cardinalis, Idibus Novembris, Indict. III, anno Dominicæ Incarnationis MXCVIII, Pontificatus VIII, *uti illud teſtimonio ſuo authentico inſeruit* Joellus, Dei gratia Remenſis Archiepiſcopus, anno Domini MCCXL, V menſis Auguſti, *& habetur in Cluniacenſi Bibliotheca pag.* 310. *Ibi etiam conſequenter refertur Bulla* Clementis Papæ IV, *expedita Viterbii anno Pontificatus* III, *qui fuit Chriſti* MCCLXVIII; *unde conſtat Silviniacenſibus, Priori ac Monachis, præmanibus tunc fuiſſe novam ſacri Corporis tranſlationem: ſic enim ibi loquitur Pontifex*: Cum itaque, ſicut ex veſtra inſinuatione accepimus, propter merita glorioſa Sanctorum Confeſſorum Majoli & Odilonis, quorum corpora in veſtra eccleſia requieſcunt, mirabilis Deus in Sanctis ſuis, multa quotidie miracula operetur ibidem; propter quæ ad eamdem eccleſiam de diverſis partibus Fidelium multitudine confluente, corpus prædicti S. Majoli ad alium locum prædictæ eccleſiæ, magis venerabilem ac decentem, intenditis cum debita veneratione transferre: Nos ... omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad dictam eccleſiam die Tranſlationis Sancti ejuſdem unum annum & quadraginta dies hac vice; illis autem, qui infra octo dies immediate
C ſequentes & in anniverſario die Tranſlationis ipſius venerabiliter & devote acceſſerint, centum dies de injunctis ſibi pœnitentiis relaxamus.

*corpus ante an.*1098 *ab Vrbano* 2 *tranſlatum.*

*iterum tranſlaturi monachi indulgentias obtinent an.* 1268.

7 *Sed quod tunc fuerat cogitatum, neſcio qua ex cauſa interveniente dilatum fuit, ſaltem uſque ad Pontificatum* Honorii Papæ IV, *qui Peruſii electus anno* MCCLXXXVI *menſe Aprilis, non niſi* XX *Maji anni ſequentis Romæ eſt coronatus, & ex hinc ſolum videtur annos ſui Pontificatus numeraſſe. Hoc autem ideo noto: quia iſte Honorius Romæ* apud S. Sabinam, Nonis Maji, Pontificatus ſui anno primo, *id eſt Chriſti* MCCLXXXVI, ad inſtar Clementis IV, *iiſdemque omnino verbis, pro die & Octava atque anniverſario facienda adhuc Tranſlationis, eaſdem Indulgentias confirmavit. An autem vel tunc ſit facta Tranſlatio illa, dubitare nos facit, quod non modo dies Anniverſaria ejus nullis monaſticis faſtis adſcripta reperiatur: ſed etiam quod* Clemens Papa VI, apud Villam novam Nivernenſis diœceſis, II Nonas Octobris Pontificatus anno II, *Chriſti* MCCCXLIII, cupiens ut Eccleſia Prioratus de Silviniaco, .... in qua Sanctorum, Leodegarii & Principini Martyrum, ac Beatorum Majoli & Odilonis Confeſſorum corpora, ſicut aſſeritur, requieſcunt, congruis honoribus frequentetur, *ipſam viſitaturis concedat Indulgentiam unius anni uniuſque quadrageſimæ*, in ſingulis Martyrum & Confeſſorum prædictorum, ac Tranſlationis ejuſdem S. Odilonis feſtivitatibus, *quarum ultima agitur* XXI *Iunii, taceat vero de* Tranſlatione S. Majoli. D

*& an.*1286

*quod tamen nequidem an.*1343 *peractum videtur.*

9 *Poſtea tamen, licet ignoretur dies, factam eam oportuiſſe, ſiquidem Mabilio in Elogio Hiſtorico num.* 57, *ſic loquitur*: In hunc uſque diem Reliquiæ S. Majoli aſſervantur Silviniaci: nempe ejus oſſa præcipua, in capſa ex argento & cupro, poſita ſuper ejus altare ad odeum ad Aquilonem, ſcrinio S. Odilonis ad aliud latus poſito, Utriuſque caput in ſcrinio peculiari .... Ejuſdem item Pedi Paſtoralis ſumma pars ex ebore, Scyphuſque corneus itidem Silviniaci viſuntur. Gaufridus Choleti ſeculo XV Reliquiaria fecit, quæ ante Ildricus Supprior & Sacriſta inchoaverat. *Ibidem haberi etiam* S. Majoli ſcapulare, latum tribus, longum quatuor pedibus cum uno pollice, præter capucium acuminatum, quod uno pede in quadrum conſtat, *teſtatur idem Mabilio in Præfatione ad tomum prædictum num.* 63, *ibique id à ſe viſum ait; poſtquam explicuiſſet, quantum ea forma deſciverit à priſca Cuculla ſeu Scapularis, Caſinenſibus eatenus uſitata norma, & hujus ſpecimina ari inciſa exhibuiſſet ex antiquitatibus Fuldenſibus Broweri. Deinde vero, juxta exemplar quod Majolum reliquiſſe dixit, repræſentavit integrum Monachi Cluniacenſis habitum; formam mutuatus ex eo ſcapulari, quod ad inſtar illius, ſibi ex panno accurate faciendum Silviniaci curaverat Reverendiſſimus Pater Fr. Petrus Simon, Superior Generalis Cluniacenſis Congregationis ſtrictioris obſervantiæ. Porro jam inde ab obitu ſuo* Sanctum *dictum fuiſſe* Majolum, *probat num.* 55 *Mabilio, ex Charta* 145 *Chartarii ſui, in qua hæc leguntur*: Ego Arbeis dono Deo & Sancto Majolo, ut per merita ipſius valeam adipiſci præmia æterna, & ejus Monachis, partem de Medio-planto in agro Matiſconenſi, villa Maziaco, loco ad Tribladam, anno VI Rotberti Regis, *qui fuit Chriſti* DCCCCXCVIII. E

*Nunc autem ſervantur oſſa indivite capſa.*

*cum aliis nonnullis Majoli Reliquiis.*

9 *Denique idem Mabilio ibidem obſervat, quod in pleriſque Kalendariis, ab anno milleſimo ſcriptis,* S. Majoli *memoria invenitur; quodque ſcriptor Conſuetudinum Cluniacenſium Vdalricus (hic autem vixit circa annum* MC) *cap.* II *tom.* 4 *Spicilegii Acheriani*; Depoſitionem S. Majoli *numeret inter præcipuas illas feſtivitates, Paſchalibus & Pentecoſtalibus æquiparatas, quæ* in hoc ſuperiores ſunt *aliis*; quod in Choro duo Dorſualia *tapetia*, & ſex in Presbyterio ſuſpendantur: quod hi duo, qui Invitatorium ſunt cantaturi, tam Cappis induantur, quam omnes ad majorem Miſſam: quod ad Veſperas & Matutinas, ſuper canticum Euangelii, in tria membra diviſa ter cantatur, primo ante ultimum Verſum, tertio poſt Gloria Patri, ſimul ab omnibus: quod melodia ſolenniore quam aliis diebus, cantetur Hymnus Tertiæ & duarum ſequentium Horarum, & Prima ſolenniore quam etiam Dominica: quod Miſſa majore finita omnia ſigna pulſentur. *Capite autem* 54, *quod eſt de Dominica in Ramis Palmarum, præſcribitur* Proceſſio *altera* agenda poſt Tertiam, cum frondibus & ramis palmarum, ante majus altare conſecratis, uſque ad eccleſiam S. Majoli. *Habebat ergo jam tum propriam eccleſiam Sanctus: & talem etiamnum habet Ticini in Italia, quæ Regularibus Clericis Congregationis Somaſchæ poſtea attributa, ac Religionis hujus caput effecta, ipſi aliquando nomen dedit* S. Majoli: *unde in omnibus ejus per Lombardiam Ligauriamque Collegiis feſtum celebratur ſub ritu Duplici cum Octava, velut Patroni primarii. Hinc factum ut ejuſdem Sancti Vitam* Hiſtorice & dogmatice *deſcribendam tribus libris ſuſceperit Io. Baptiſta Alber-*

*Appellatus Sanctus mox ab obitu.* F

*Depoſitio ſolemnis celebrata.*

A *tus, quam anno 1638 Genuæ evulgavit: unde etiam de prædicta S. Majoli eccleſia in fine ſubnectam.*

*Pag.658 col.2 Titulus ſic mutandus* — VITA ex prolixioribus coævorum Actis, à Nalgodo Monacho, poſt ſeſqui ſecum contracta, *ut eſt in Ms. Codice Cluniacenſi.*

*Pag.661 Annot.a lin.3* lege — *vulgo Valenzole.*

*Ibid. Annot.d* lege — *Forſan* Berno *is fuit, ſicut qui ei ſucceßit* Magnobodus, *Sammarthanis* Maimbodus, *vulgo* Maimbeu, *anno 937 ordinatus, mortuus anno 962.*

*Pag.666 Annot, h lin. 6 poſt* — *appellatus* — *dele cetera & hæc ſubſtitue* — *Nam licet ſanior pars Cleri, intellecta Benedicti morte*, Donum *ei ſucceſſorem elegerit & ordinarit, uti in Paralipomenis ad Chronologiam Pontificiam doceo; munitiora tamen urbis tenebat Bonifacius, &* Dono *intra ſecundum menſem defuncto, pergebat abſque æmulo Sedi Apoſtolicæ incubare, quoad circa finem Aprilis 975, Urbe pulſus, libertatem novæ electioni dedit. Interim turbas iſtas audiens, & de pellendo illo ſolicitus Imperator, videtur ad ſe evocaſſe* Majolum, *cũ eo de re tanti momenti conſultaturus, prius quam Romam Legatos mitteret interfuturos Electioni. Syrus infra num.*

B 45 in Italiam *quidem vocatum* Majolum *dicit; ſed cum conſtet illuc non iviſſe Imperatorem ante an. 980, totoque tempore quo is poſtea vixit non vacaſſe Sedem; agnoſcit Mabilio, memoria lapſum Syrum, pro Germania Italiam ſuppoſuiſſe. Quod autem ſequitur de reconciliata cum filio Imperatore Imperatrice vidua, quæ reconciliatio Papiæ facta eſt, id idem Mabilio merito refert ad dictum an. 980.*

*Pag. 668 num. 44 lin. 8 adverbum*, relinquebat, *ſcribe litt.* e : *& col.2 in Annotatis pone* — e *Videtur ignoraſſe* Nalgodus (*quod tamen ignoraſſe non potuit, niſi diu poſt rem actam ſcribens*) S. Majolum *ad ſuorum deceſſorum exemplum, aliquamdiu ante mortem, obtinuiſſe ut ſibi Vicarius Abbas & Succeſſor eligeretur & ordinaretur, ſcilicet S. Odilo: de quo vide Analecta num. 48.*

*Pag.669 col.1 poſt* Verſus Reimbaldi *adde* — *Nunc, quoniam (ut in prævio Commentario eſt dictum)* Syri *textum pene invariatum reliquit, & nonnullis dumtaxat interpolamentis auxit* Adelbaldus; *ſuas utrique diſcernamus partes, per initiales nominis utriuſque litteras, & ſit* PROLOGUS A.

*Divinitus ad exemplum datus,* C *& auſpicato nomine dictus Majolus,*

*Col. 2 poſt Titulum libri 1 adde* — S. Laudabilis Dei noſtri virtus & ſapientia, ætatis & generationis ſuccedentia ſibi tempora mirabili præordinans ſeculorum diſpenſatione, nullum tempus relinquit vacuum bonitatis ſuæ. Unde ſanctæ ſuæ Eccleſiæ fideles, per aquam ſalutis & regenerationis in filiorum numero adnumeratos, bono exemplo meliorationis, tam præcedentium Patrum quam & præſentium, ſemper confirmat, & ad conſequenda æternæ hereditatis gaudia invitare inſinuat. In hoc igitur ultimo ætatis termino, verum ſuique fidelem certiſſimum B. Majolum, divina pietas mundo protulit, qui clarus ortus natalibus, ex Avennicorum oppido parentibus ſplendidiſſimis eſt procreatus, Provincialis quidem genere, [ſed] nobilium Gallorum clarus generoſitate. Hic ab ipſis infantiæ rudimentis ſtudiis litterarum traditus, ſuperna providente clementia, ita in domo Domini lucerna ardens & lucens refulſit, ut de eo illud Moſaicum poſsit dici, Novi te ex nomine. Nam Majolus, ut jucundo lætemur interprete, quaſi Magnus videtur dici Oculus. Convenienti etenim futurarum rerum præſagio, tali nomine donatur illa veritatis & juſtitiæ columna; quoniam quidem per quadrifida terrarum ſpatia, magna extendit ſuæ beatitudinis lumina. Pro operibus enim iterato præſcitæ & diſpoſitæ ſibi vitæ, tale ei nomen conveniebat habere, D quod in ſui memoriale bonum Chriſti odorem in cordibus fidelium faceret redolere: ut, ſecundum Apoſtoli teſtimonium, Chriſti bonus odor merecrentur fieri, qui vitæ & converſationis illius voluiſſent veſtigia imitari. Hic etenim beatiſsimus 2 Cor. 2 Pater Majolus, pro ſanctitatis & pietatis ſuæ fructibus inundandis, Chriſti bonus odor permanſit & permanet, in his qui pereunt, & in his qui ſalvi E fiunt. Sanctificatum namque thymiama unguentorum ſuorum, ſecundum Canticа Canticorum, multos & innumerabiles poſt ſe traxit, qui zelo ſanctitatis *Chriſtique bonus odor factus.* accenſi, igne perfectionis fervidi, abjecta inveterati corporis & pigredinis ruga, in adoleſcentiorum irruerunt fortitudinem; qui tympanizant illud monachilis perfectionis opere, quod ſanctus Pater Benedictus edocuit divino dogmate; ut relicta ſuperfluæ curioſitatis ſarcina, tranſvolent pennis fidei & libertatis ad æthera. Hic etenim beatiſsimus ac dilectiſsimus Majolus, divino præventus munere, qualia itinera laudum & virtutum ſequeretur, prædicebat nomine; & in infantilis ætatis tempore, quaſi quoddam præmonſtrabat maturioris ætatis irreprehenſibile decus; ſcienter neſcius, vitæ ſuæ primordia cæleſti diſcipulatui [ſubjiciens]; & ſapienter indoctus, acquirens ſibi magiſtrale decus in novello dierum numero. Sic igitur cæleſtis pietas, in ipſius [puerilis] ætatis termino, coaptans eum ſibi ad electionis futuræ privilegium, ſcholaribus diſciplinis F ipſum ſubdi voluit; per quem poſtea abundans divinæ largitatis theſaurus pleniter mundo aperiretur; multi quoque, adjuvante Redemptoris benignitate, meliorarentur, qui ipſius ſanctitatis laudabili affabilitate fruerentur. Multiplicibus denique virtutum adornatus donis beatus Pater Majolus, vita operibuſque laudabilis, ſuæ ætatis infantilem teneritudinem maturioris animi firmitate reddidit perfectam: *à puero præſignabatur futurus Magiſter vita ſanctioris.* cui in initio viarum ſuarum prædivinabant coætanei, non deeſſe ei in futurum quoddam magnificentiæ magiſterium; eum quoque, ut eorum ſcire monebat, favoribus magnis extollebant & laudibus. *Hactenus* Syrus, *quod in Præfatione minus habet, exordio compenſans prolixiori, pro quo maluit* Aldebaldus *præmittere Lirinenſis excidii hiſtoriam, ac deinde ex Syro paucas lineas, ad hiſtoriam neceſſarias ſumere, uti infra apparebit num. 5.*

A. Igitur in partibus Galliarum.

*Pag.670 col.2 poſt num.5* adde — *Hinc porro pari verborum ordine Syri contextus procedit cum Adelbaldi interpolatione.*

S. Proceſſu itaque temporis .... *deinde lin. 7 à fine.*

A. Namque & ſeptenis &c. *& ſic conſequenter, uſq; ad finem libri primi, totam proſam* Syri *eſſe intellige, verſus interjectos* Aldebaldi, *quamquam ultimus, quo liber clauditur, etiam* Syri *ſit. Quod ſi forte pro ſecunda hujus menſis impreßione, inſtituta accuratiori collatione inveniatur alicubi* Aldebaldus, *pauca interjeciſſe verba, vel mutaſſe aliqua; interjecta quidem poterunt à* Syri *contextu* [ ] *ſeparari, mutata vero reponi, & quæ Aldebaldus ſubſtituit apponi in margine cum* *: *ita minutiſſima quæque diverſitas utriuſque contextus, ſimplicis & interpolati, objicietur oculis; &, quæ* Aldebaldi *ſunt, non morabuntur feſtinantem ad* Syri *verba habenda lectorem; nec deſiderabuntur ab eo qui volet utraque.*

*Pag.672 num.15 lin.5*, Heldricus — adde — *litt.* f — *& pag.ſequ. Notatu* adde. —

f *Infra num.35* Hildricus, *hic dicitur in ſeculo Palatinus & conjugatus fuiſſe: Mabilioni autem in Elogio num.36 videtur idem eſſe, quem S. Majolus anno 989, Autiſſiodorenſi S. Germani monaſterio præfecit Abbatem, ut*

A *ut legitur apud Labbe tom.1 Bibliothecæ & in Hiſt. Epp. Autiſſiodorenſium cap.47.*

*Ibid.ad Titulum Prologi ante lib.2 & pag.679,ante lib. 3 ponatur littera* A, *ut intelligatur, quod dixi, eſſe* Aldebaldi.

*Pag. 674 col.1 ut initium Libri ſic etiam primi novem Verſus* Syri *ſunt; alii novem* Aldebaldi — A. Cautum conſiliis.

*Ibidem num.20 lin.5 ad verba* — Prælatos reſpicit — adde *litt.*a.

*Pag.675 col.1 lin. 4 ad verba* — unanimiter proclamamus, *adde* b. *Tum lin.9 nota Verſus* Aldebaldi, *per* A. Diſcite Doctores *&c. cum initio num.21, tum lin.3 incipit* Syrus — S. Ut ſpeculi fieri ſolet inſpectione. — *Sic etiam verſus num. 22 ſubjectos ejuſdem* Adalberti *eſſe ſcito, non item eos qui habentur num.27 & num.28 & num.33.* Syri *enim ſunt.*

*Ibid.pag.676 lin.antepen. ad* — Velaunorum — adde *litt.* c *& pag. 677 col.1 lin.4 à fine* — *lumen recepit, adde litt.* d. — *ac num.32 lin.2 ad* — Curiam — *adde* e. *Denique pag 678 poſt num.36 hæc pone.*

## ANNOTATA.

a *Hæc Haymardi oratio, inſeritur Inſtrumento publico*
B *deſuper confecto, quod habetur Tom.6 Spicilegii Acheriani, hoc tenore*: Ordine divinæ diſpenſationis *&c. ut pag. 657 num.4 lin.4 uſque adhæc verba incluſive — Et quoniam ad* Prælatos reſpicit — *lin.8 à fine col. 2.*

b *His relatis ſequitur in præcitato inſtrumento* — Hujus vero Electionis *&c. ut pag.658 ultimis 12 lineis num. 4.*

c Velauni, *Mabilioni*, Vallavi, *quorum civitas* Anicium, *vulgo* Podium D. Virginis; *Regio vero ipſa, vulgo* Velay.

d *Notat Mabilio, ex Odone Giſſæo in Hiſt. D.V.Podien.* ejus miraculi cauſa feſtum in Eccleſia Anicienſi ſolitum celebrari: *ſed negat, quod ille ait, accidiſſe ipſum an.950; & merito negat: cum* Majolus *ſolum anno 954 ſuſceperit Ordinem regendum, cedente Haymardo, & per conſequens etiam peregrinari cauſa Officii.*

e Curia *civitas Epiſcopalis Helvetiæ, Mabilioni* Coria, *Francis* Coire, *Germ.* Chur, *Rhætorum metropolis.*

*Pag.679 Non ſolum Prologum, ſed etiam Exordium metricum hic appoſuit* Aldebaldus; *cui etiam adſcribendi*
C *Verſus & Proſa poſt num.* 41 Prævia fama ruens *&c, uſque ad lin.4 num.*42 Enimvero quia nihil in terra ſine cauſa fit *&c. atque iterum.*

*Pag.683 ſub finem* — A. Plauſus ubique ſonat, *uſque ad num.56 pag. ſeq.*

*Pag.680 col.1 lin.* 11 — *ad hæc verba* — Libellum quem de B. V. aſſumptione edidit B. Hieronymus — *pone litt.* a — *ac deinde Pag.682 poſt n.47 ſcribe* —

a Hunc libellum, *inquit in Notis Mabilio*, non Hieronymi, ſed tamen pervetuſti Auctoris eſſe, eruditi norunt; qua de re controverſia fuit ſeculo IX inter Hincmarum Archiepiſcopum & noſtros Corbejenſes, qui iſtum libellum Hieronymo adjudicabant, teſte Frodoardo lib.3 Hiſt.cap.23.

*Pag.684 habetur Vita per Odilonem, cujus loco poni poſſent* Analecta *ex Mabilione ſervatis ipſiſmet collectoris numeris. Quod ſi illam quoque Vitam recudendam cenſeant, alteram editionem curaturi ſucceſſores; tum propter Auctoris meritum, tum propter noſtra quibus ipſam illuſtravimus haud inutilia Annotata; ponantur nihilominus pag.690* Analecta, *augenda ex Odilone, quando hujus lucubratio omitteretur.*

# ANALECTA

## Ex elogio Hiſtorico Mabilionis.

### §. I. *De Patria, Familia, Canonicatu ac Monachatu S. Majoli.*

*Provincialis ortu, Valentiolæ natus.*

ETſi S. Majolum *patria* Provincialem, *id eſt*, ex Provincia *ortum fuiſſe liquet: non tamen de ipſius natali ſolo conſtans eſt & unanimis veterum ac recentiorum conſenſus.* Valentiolæ (*quod oppidulum eſt diœceſis Regienſis, medio Regium inter & Manoſcam intervallo*) *natum, communis fert Cluniacenſium traditio; præeunte Petro de Rivo, cui Inſcriptio eccleſiæ S. Martialis apud Avenionem, Cluniaco ſubjectæ, adſtipulatur, ab Honorato Bouchæo relata in Chorographia Provinciæ pag.232* [*ſed quæ non valde vetuſta videtur, nec ſatis digna quæ huc tranſcribatur.*] *Et quidem locum hunc ex* Majoli *hereditate fuiſſe conſtat; ſed an ejus fuerit natalis ſedes, merito dubitare licet ex Syro, qui Majolum* ex Avennicorum oppido, *id eſt* Avenione *fuiſſe tradit: & in alia breviori Vita, quæ extat in Appendice Bibliothecæ Cluniac.* Oppidanorum Avennicorum alumnus *dicitur. Mihi religio fuerit diſcedere à Syri & Aldebaldi auctoritate.*

*an potius Avenione dubitatur.*

9 *Mirari vero ſubit, cur ex omnibus illis qui de* Majolo *ſcripſerunt Auctoribus, nullus parentum nomina vel dignitates præmittat, quos fuiſſe ſplendidiſſimos ſat habuerunt dicere Syrus & Nalgodus .... Unus Odilo in fine Elogii ſui quaſi fortuito patrem* Folcherium *nominat, eumque* Militem *appellat, & ait quod* fuit in armis ſtrenuus, jure hereditario ceteriſque bonis & divitiis ditiſſimus, & ex utroque parente gemina nobilitate coruſcus. E

*Folcherius pater,*

10 *Verum etſi hanc Odiloni gratiam non haberemus, integrum nobis* Fulcherii *nomen ſervaſſent tabulæ Cluniacenſes, in quibus non ſemel legitur; nec non ampliſſimæ donationes, quæ eum ex locuplete familia ortum fuiſſe demonſtrant. In primis* Fulcherius *donat* Alodum ſuum in pago Regenſe, in Comitatu Atenſe, villas Aoſnanam & Semrilionem; & in Comitatu Aquenſe villam Reglanam; item villam Pinetum cum ejus eccleſia ſub titulo S. Siffredi; item in eadem valle villam Paludem; & in Comitatu Secuſtironenſe Alairacum cum eccleſia S. Petri, item villam Adducellum; & in Comitatu Regenſe villam Abiacum cum eccleſia S. Mariæ, villam Pauliacum, Valentiolam cum eccleſia S. Maximi, eccleſiam & villam S. Thyrſi, villam & eccleſiam S. Stephani de Margis, villam & eccleſiam S. Joannis de Ardas; in valle Mixenis eccleſias S. Stephani, S. Martini, S. Petri; item villam Fabricas, villam Narbonam cum eccleſiis, Fagentiam cum eccleſia, Drocgonianam, villam Arcus, & medietatem Centumclavis vallis; villas Locatum, Sugerias; eccleſiam B. Mariæ, Bonolas villam, *omnia* cum appendiciis ſuis. *Quæ idcirco minutatim retuli, ut appareat quam amplæ fuerint* Fulcherii *facultates; quibus in locis ſitæ; quanta ejus munificentia in loca ſacra; ac demum, quam eo ævo laicis familiare fuerit plebanas eccleſias poſſidere, easque monaſteriis tradere, quod ſexcentis exemplis probari poteſt. Quo anno facta ſit hæc Fulcherii donatio, in Charta non exprimitur: at certum eſt eam factam eſſe, prius quam* Majolus *ſeculo nuntium remiſit: quippe qui non niſi mortuis parentibus Cluniacum ſeceſſit, ut poſtea exponemus.* F

*ampliſſima bona Cluniaco largitus,*

*dum adhuc in ſeculo eſſet filius,*

11 *Ex archivo Cluniacenſi, non ſolum diſcimus Patris nomen, ſed etiam Avi ac Fratris; quorum alterum, itidem* Fulcherium; *alterum*, Cyricum *dictum fuiſſe, inde intelligimus. Id patet ex Majoli Charta 344, quæ eſt præ-*

A *avum ei item Fulcherium fratrem Cyricum dedit.*

*præstaria, facta Arnulfo Episcopo ejusque consanguineo Theoberto, de quibusdam rebus sitis in pago Aptensi*, anno vigesimo tertio regnante Conrado Rege, *id est Christi* DCCCCLXI, *scilicet* .... in villa Lansnana, & in alia villa quam vocant Soldo, usque in montem Clavaniacum; & in alia, loco ubi dicitur Trebalio; & in alia villa quæ vocatur Bassus, & in alia villa quæ dicitur Siciago, & in alia villa quæ dicitur Borcio, & in alia quæ dicitur Soricarias, & in alia quæ dicitur Leocola, & in alia quę dicitur Valle, & ipsum alodum, quem avus meus Fulcherius, *inquit Majolus*, comparavit de Bernardo; & in alia villa quæ vocatur Jocadas, & in alia quæ vocatur Cariaras, & in alia quæ vocatur Serurias. Ista omnia mihi ac fratri meo Cyrico ex successione nostrorum parentum nobis evenerunt: nos vero .... pro remedio animarum nostrarum, nostrorumque parentum, omniumque fidelium Christianorum, Deo & sanctis Apostolis ejus Petro & Paulo, in Cluniaco cœnobio ttadidimus ... *Sed & alias res memorat alia charta, qua* Willelmus nobilissimus Comes & uxor ejus Lucia, anno Incarn. MXXXVI Ind. V, Chunone Imperatore regnante anno X, *sub Odilone Abbate, restituunt* hereditatem S. Majoli, *scilicet* Diliodam & Septem-fontes in Episcopatu Regensi. *Unde iterum perspicuum efficitur, quam diti stirpe procreatus sit* Majolus, *cujus parentes tot prædiis ac possessionibus Cluniacum auxerunt, absque gravi* (*ut credere par est*) *dispendio rei familiaris. Hæc mihi consideranti dubitatio succurrit, num* Fulcherius, *Majoli avus, fuerit ille* Folcratus Dux Arelatensium, *quem Lotharius una cum aliis Comitibus rebellare molientem, in deditionem accepisse, eoque facto* Provinciam ordinasse, *memoratur in Annalibus Fuldensibus* DCCCCXLIV.

*unde ampliſſima Majolo obvenit hereditas,*

B

*qui transgressus in Burgundiã,*

12 *Postquam Majolus, integris intaminatisque moribus puritiam in patria exegisset*, parentibus humana forte præventis, prædiisque barbarica invasione in solitudinem redactis, natale solum coactus est deserere, ac Burgundiæ partes expetere, *inquit Syrus* ...

*occasione Hungarorũ & Saracenorum Provinciam populantium,*

13 *Quanam vero sit illa clades haud usquequaque exploratum est. Duo hostium genera per id tempus Provinciam infestarunt*, Hungari & Saraceni. *Hi piratico more ex Hispania in Italiam forte delati, Fraxinetum arcem ad Alpes Cotias occuparunt anno* DCCCXCI, *eamq; tenuerunt per annos multos, cum maximo Lombardiæ & Provinciæ detrimento: donec Hugo Italiæ Rex, maritimo eos ac terrestri exercitu adortus, illorũ navibus Græco igne combustis, plerosq; Fraxinetum relinquere, & in Montem-maurum se recipere coëgit anno* DCCCCXLI. *Eos autem obsidione cinctos Hugo in suam potestatem facile redegisset, nî Berengarium adversarium timens, ab illorum oppugnatione destitisset; fœdere cum eis ita percusso, ut pars illorum in montibus, ab Italia Sueviam dirimentibus, consideret; & Berengarium, per eos montes ex Suevia copias trajiciere molientem, impediret: eo autem loci positi quoscumque postea, ad Apostolorum limina visitanda illac iter facientes, aut penitus spoliarunt, aut inhumaniter peremerunt. Eodem sæculo Hungari, ex Germania in Galliam atque Italiam sæpius effusi, funestas clades intulerunt. Hi, ductu Berengarii Regis, quem Longobardi expulerant, anno* DCCCCXXIV *Italiam depopulati, teste Frodoardo, postea per abrupta Alpium juga transeuntes, in Galliam irruperunt: quos Rodulfus Cisalpinæ Galliæ Rex, cum Hugone Viennensi inter angustias collium Alpinorum conclusit: unde inopinatò per devia montium evadentes, Gothiam impetierunt, ibidem à prædictis Hugone & Rodulfo subacti. Paullo post, id est anno* DCCCCXXXIII, *dum Rex Hugo Romam obsidet, Saraceni meatus Alpum occupant, atque vicina quæque loca depradantur .... Tot & tam frequentes clades* Majolum *Matisconam profugere coëgerunt; ubi Ecclesiæ tum præerat* Berno *Episcopus, qui eumdem* Canonicorum *suorum* studuit Collegio copulare.

C

*Matisconã venit: factusque ibi Canonicus,*

14 *Inde Lugdunum in scholas abiit* Majolus. Ea civitas prima ac præcipua Galliarum, professione scientiæ artiumque, extulerat caput: ibi quas dicunt liberalium disciplinarum peritia eo usque convaluit, ut quantum ad scholas, publicum appellaretur Citramarini orbis Gymnasium ... *Ita pro sæculo* V *Herricus Monachus Autissiodorensis: in Miraculis S. Germani lib.* I: *sed pro suo, id est sæculo* IX, *addit, quod prædictas* disciplinas *liberales ibi* currere, fabula tantum tunc esset. *Nomen tamen, si non rem, adhuc retinebat sæculo* X. *Universitas illa, quando illuc appulsus* Majolus *institutorem nactus* Antonium est ....

D

*post studia Lugdunensi decursa,*

*fit Archidiaconus an. circiter 939.*

15 *E studiis reversus, à Bernone Episcopo sublimatus est ad Archidiaconatus officium: tum ad Archiepiscopatum Vesontionensem postulatus, eidem Monachatum Cluniacensem prætulit. Ut autem accuratius liceat investigare tempus quo id contigit, quædam* Majoli Archidiaconi *facta juvat commemorare. In his reperitur charta, qua* Acbertus, vir præcelsæ nobilitatis, *à Maymbodo Episcopo, tres ecclesias quoad viveret obtinet in fundo suæ proprietatis, qui dicitur Sociacus* (*vulgo Escuzolles*) ... *quibus litteris manu propria subscribunt*, Maymbodus Episcopus, Ado Abba (*dignitas est Ecclesiæ Matisconensis*) & Majolus Archidiaconus, *anno* III *Ludovici Regis, Christi* DCCCCXXXIX. *Item anno* V, *ejusdem Regis, Christi* DCCCCXLII *idem Maymbodus* Nobili viro Achardo, *terram suæ Ecclesiæ sitam in pago Forensi locat; ejusque rei Instrumento inter alios manum ac signum apponit* Majolus Archidiaconus, *ante Adonem Abbatem. Itaque ad id usque tempus Archidiaconus esse perseveravit* Majolus.

E

*deinde Monachus circa an. 943*

16, 17, 18, *Monachus deinde Cluniaci factus & ab Aymardo Abbate* (*successerat hic S. Odoni anno* DCCCCXXIV) *Bibliothecæ Præfectus, etiam Apocrisiariatus injunctum sibi officium accepit; ad quod officium non solum custodia ecclesiastici thesauri & oblationum pertinuisse videtur; sed etiam negotia, si qua foras exequenda erant. Sic aliquando Romam ab Aymardo missus* Majolus *legitur. Sic anno* XI *Ludovici Regis Christi* DCCCCXLVIII Hildebrandus & Majolus placitarunt *coram Leotaldo Comite, Walterio Vicecomite, aliisque horum Fidelibus, pro quibusdam terris Cluniaco datis. Item* anno II Lotharii Regis, *Christi* DCCCCLVI, Eldebrandus & Majolus, Monachi Clunienses, *mittuntur ab Abbate Aymardo, ad Maymbodum Episcopum Matisconensem in Synodo existentem, petituri ab eo Decimas ecclesiarum S. Andreæ in Evranda & S. Boniti. Hæc aliaque facta apprime demonstrant, Cluniacensem Præpositum, qualis erat Hildebrandus, atque Apocrisiarium, curam gessisse de temporalibus causis. Deinde collatione facta prioris istius actus* Majoli, *jam Monachi, anno Ludovici* XI; *cum alio superiori, cui Archidiaconus subscripsit, anno* VI *ipsius Ludovici, manifeste colligimus* Majolum *sæculo renuntiasse anno* VII *vel* VIII *Ludovici, id est Christi* DCCCCXLIII *vel sequenti.*

F

*& Coadjutor Aymardi Ab. an. 948*

19 *Neque id obscure indicat tempus, quo Aimardus eum sibi successorem allegit.* Majolus *enim jam inde ab* anno XIII Ludovici Regis, *Christi* DCCCCXLVIII, *Abbas nominatur in ea Charta, qua Rotaldus Matisconensis Comes & Richildis ejus uxor, perdonant* Majolo Abbati *& Monachis ejus, servitium, quod homines de Caviniis debebant. Atqui* sexto anno (ut fertur) conversionis suæ à sæculo *Aymardi Vicarium ac successorem designatum Odilo tradit. Itaque si ab anno* XIII *Ludovici detrahas annos sex, remanebit annus* VII, *Christi* DCCCCXLII, *quem* Majoli *conversione illustrem fuisse proinde possumus existimare. Anno* I *Lotharii Regis, inchoato in Octobri anni* DCCCCLIV, *eidem* Majolo Abbati *datur vinea quædam in pago Matisconensi. Obstare his videtur, quod (sicut jam dictum est) anno ejusdem Lotharii* II *inveniatur Charta, in qua* Majoli *nomen Eldebrando postponitur; nec* Abbas, *sed* Monachus *simpliciter appellatur. Verum præter jam dicta occurrit & aliud argumentum, ex litteris donationis Maytrami cujusdam,*

*dictus Abbas etiam ipse,*

A *aliquando tamen ſolum Monachus.*

*juſdam qui* ad locum Celſinianas & Domno Majolo Abbati *dedit villam de Becedas*, menſe Februario, regnante Ludovico Rege Francorum. *Et tamen pleraque donationes facta uſque ad annum* DCCCCLX *habent Aymardum Abbatem. Vnde intelligitur, illum eatenus non ita regimen in* Majolum *rejeciſſe, ut ipſe penitus ab eo receſſerit; ſed eum aſciviſſe in Coadjutorem, nomen vero Abbatis retinuiſſe. Hinc ergo factum ſit, ut à ſecularibus aliquando* Abbas, *aliquando ſolum* Monachus *diceretur* Majolus *in publicis Actis, iis præſertim quæ jubente Aymardo gerebat.*

§. II. *Supremum monaſterii Regimen translatum in* Majolum: *poſſeſſiones auctæ, quædam aliis traditæ, monaſteria reformata.*

20 *Ineunte an. 961 plenũ nactus regimen,*

*Malleacenſe Chronicon, in anno* MCXXXIV *finiens, ſicut à Labbæo editum habetur, tranſlati ſupremi regiminis tempus ſatis accurate notare videtur, quando ait quod* Majolus anno DCCCCLXI, *ſexto anno* Ordinationis ſuæ, *ſcilicet in Abbatem Coadjutorem*, ſuſcepit curam Cluniacenſis Cœnobii, *utique præcipuam & abſolutam. Id autem videtur menſe Ianuario factum: cum mox ſequenti menſe Februario,* XI *die ipſius menſis, anno Dominicæ Incarnationis* DCCCCLX, *qui eſt Annalibus à Ianuario inchoantibus* LXI, *Adalradus res quaſdam ſuas in villa de Perſezeel* tradens, Sanctuario quod dicitur Celſinanias, & heredes inſtituens Monachos, quibus moderatur reverens paternitas Domni Majoli, *addat ei titulum* Præcipui Patris: *ut ipſum omnino etiam ſibimet paulo ante prætuliſſe Aymardus videatur, atque exinde ſecundo ſolum loco ſignaſſe; uti factum in præſtaria, de conſenſu Fratrum facta duobus Levitis, de quadam vinea, ſita in pago Cabilonenſi, ſubtus caſtrum Brancudunum, cui ambo Abbates ſubſcribunt hoc modo:* Sig. Majolus humilis Abbas. Sig. Heymardus Abbas. *Actum id anno* XI *Lotharii Regis, Chriſti* DCCCCLXVI, *quando oportet necdum plane cæcum fuiſſe Aymardum; qualis denique erat, cum accidit res, in qua neſcio an magis vigorem ejus etiam in iſta ætate, an* Majoli *modeſtiam debeamus mirari.*

B *incipit prior nominari in Actis,*

*Narrat eam S. Petrus Damiani in Opuſc.* 33 *cap.* 7 *hoc modo*: A venerabilis plane Cluniacenſis cœnobii Fratribus didiciſſe me contigit inſignia duo ſanctæ humilitatis exempla; quorum unum non mediocriter quoſque Prælatos, alterum valet ædificare ſubjectos. Aymardus certe ejuſdem Rector Eccleſiæ, Majolum ſibimet ſubſtituit, & grandævæ jam ſenectuti ſuæ quietis otium procuravit. Hic itaque dum privatus in infirmorum maneret ædicula, quadam adveſperaſcente die caſeum petiit: quem Cellerarius, pluribus (ut fieri ſolet) intentus, non modo non dedit, ſed & duris inſuper miniſtrum ejus reſponſionibus fregit: conqueſtus eſt Abbatum turbam, nec poſſe ſe tot dominorum perferre moleſtias. Quo ſenex audito, non mediocre ſcandalum pertulit: & quia lumen oculorum prorſus amiſerat, dolor in ejus corde tenacius hæſit. Nam quo cæcus à viſibus vacat, eo quidquid audierit in corde ſubtilius verſat: & quia per exteriora quæque non ſpargitur, interiori zeli ſtimulo truculentius inflammatur. Mane vero facto, miniſtro ſuo, ut ſeſe manu in Capitulum duceret, juſſit. Adductus autem talibus Abbatem aggreſſus eſt verbis. Frater, inquit, Majole, non ego te ſuper me, ut me perſequereris, impoſui, nec ut tamquam emptor mancipio dominareris; ſed, ut revera patri filius compatereris, elegi. Et poſt hujuſmodi multa, propemodum commotus, adjecit: Eſne quæſo meus Monachus? Quo reſpondente, Sum, tuumque me non magis fuiſſe quam & nunc eſſe profiteor. Et ille: Si meus, inquit, es Monachus, protinus cede ſedi, & locum quem ante noveras repete. Quo Majolus audito, repente ſurrexit; humilem locum, prout juſſus fuerat, expetivit. Aymardus itaque, quaſi poſtliminio reverſus, vacantem occupat ſedem; Cellerarium, cui fuerat infenſus, accuſat: quem, mox terræ proſtratum, durius corripit; tandemque modum pœnitentiæ, qui ſibi videbatur, injungit: itáque perfunctus non longi Tribunatus officio, præſto dethronizatus aſſiſtit; Majolo ut ad ſuam ſedem redeat, præcipit; ille confeſtim, nil cunctatus, obedit. *Quamdiu poſtea Aymardus vixerit incompertum manet, ſolum in Necrologiis invenitur obiiſſe* III Nonas Octobris; *is autem dies notatur tam conſtanter, & ubique abſque ullius eccleſiaſtici cultus indicio, ut mirum ſit, unde acceperit Trithemius, quod ejus* feſtum *agatur* apud Cluniacenſes, Idibus Septembris, *quibus tamen, ac neque per menſem Octobrim, nulla in veterrimis Cluniaci Breviariis, nulla in divinis Officiis mentio fit* Aymardi, *ut* Sancti *aut* Beati.

*poſtea omnino cæcus Aymardus contemni ſe dolens,*

C

*inſigniter probat virtutem Majoli,*

D *& denique 5 Octobris moritur poſt an. 966:*

21 *Ab anno* XI *Lotharii Regis omnia inſtrumenta ſolum* Majolum *Abbatem præferunt. Quædam commemorare operæ pretium puto, In Cluniacenſi Archivo inveniuntur plura diplomata Ottonum Imperatorum. Vnum eſt Placitum, datum* in civitate Papiæ, in caminata ſalæ domus Lictefredi Ticinenſis Epiſcopi, poſt capitium eccleſiæ S. Syri Confeſſoris, ubi ejus corpus ſanctum requieſcit, reſidente Orberto Marchione Comite Palatii, ut juſtitiam inter homines diſcerneret cum aliis Judicibus: *ad cujus præſentiam* Domnus Majolus Cluniacenſis Abbas venit, & præſentavit duo monumina *ſeu Inſtrumenta; unum nomine Ottonum Imperatorum*, datum XVI Julii, anno VI regni in Italia, *continens quomodo Garulfus filius Petri Iudicis, quaſdam terras emiſſet, ubi erat* Capella in honore S. Mariæ juxta Papiam, ſeu etiam S. Michaëlis, eaſq; cum capella Majolo Abbati dediſſet, ut Monachi, ſub norma S. Benedicti viventes, ibi in perpetuum habitarent, & orarent pro anima Liutardi Cumani Epiſcopi: *alia, item* monumina *donationum aliquot eidem factarum: poſtulavitque ut contra invaſores ſibi confirmarentur: quod & præſtitum eſt, tempore regni* duorum Ottonum Patris & Filii, anno VI regni Italici Ottonis Junioris Indict. X, *ſed legendum* anno VI Ottonis Majoris & Junioris anno I, *qui fuit Chriſti* DCCCCLXVII. *Hæc Cella poſtea S. Majoli dicta eſt* [*& nunc à Congregatione Somaſcha obtinetur*]. *Idem qui ſupra* Orbertus Marchio & Comes Palatii, *monaſterio* quod Clugnes dicitur, *donat quæcumque habebat ſuper fluvium Padi infra caſtrum Vicopiculo &c. anno Senioris Ottonis* X, *Iunioris* IV, *Indictione* XIV ..... *Ad hæc* anno VI regnantibus in Italia Ottone & Ottone filio, *Ingebaudus quidam, filius Anſegiſi, vivens* Lege Saliga, *donat quædam prædia in Comitatu Viennenſi*, ad monaſterium Cluniacum, per cultellũ & feſtucam nodatã, per wantonem & waſonem terræ, in manus Domni Majoli Abbatis.

*ab eo tamen anno Majolus ſolus nominatur,*

E

*in diplomatis utriuſque Ottonis.*

F

*& bona alia qua accepit.*

22 *Anno* XXXVI *Conradi Regis*, Majolus *Abbas in precariam nonnulla tradit Hugoni, filio Lamberti Comitis, in hæc verba*: Notum ſit omnibus ſacri cœnobii Clunienſis Abbatibus atque Monachis, quibuſque futuris, quod ego Fr. Majolus, prædicti cœnobii licet indignus Abbas, una cum conſenſu Fratrum, res juris noſtri, cuidam nobili viro Hugoni, Almodi ejus uxori, & Stephano eorum filio, atque ejuſdem primogenito (*nos hodie ad tres vitas diceremus*) villam Ambariacum concedimus &c. *& ſubſcribunt*, Majolus humillimus Abbas, Vivianus *Prior*, Ermenfredus Epiſcopus, Balduinus *& alii Monachi* XXV. *Hæc anno* DCCCCLXXIII. *Sub idem tempus Ioannes Papa XIII monaſterium Clunienſe*, cui ſapienter, *inquit*, & beate præeſt cariſſimus filius noſter, Domnus Majolus Abbas, *commendat Epiſcopis Galliarum, Stephanum Arvernenſem Epiſcopum compellans, ut pro ſua inſita bonitate, Amblardum fidelem ſuum, ad reſtitutionem Celſiniamen-*

*Idem an. 973 precariã quamdã tradit.*

*à Ioanne PP.13 insigniter laudatur:*

A *nenſi monaſterio faciendam, compellat; Adonem etiam Matiſconenſem Antiſtitem obteſtatur in hunc modum*: Res quoque exigit ut tibi aliqua dicamus, Frater cariſſime & amande Domne, Ado Epiſcope, quem licet non viderimus, ex nomine novimus in omni ſpirituali bonitate. Efflagitamus itaque benigniſſimam tuæ Paternitatis dulcedinem, ut quo vicinior eſſe videris præfati monaſterii ſcholæ, eo tua protectio pro tuo poſſe celerior Fratrum neceſſitatibus occurrat, qui te ex abundanti caritate diligunt, & ulnis totius amoris perfectiſſime ambiunt & amplecti deſiderant. Quocirca Clunienſis monaſterii ſemper eſto protector, ſicut B. Petri es fidelis amator.....

*Lirinenſe monaſteriũ accipit à Benedicto 7, an. 978,*

24 *Benedictus Papa VII* ordinandum tradidit Lirinenſe monaſterium Majolo *Abbati Cluniacenſi, ut legit noſter Stephanotius in tabulario Lirinenſi. Extat ejus rei Pontificium diploma in Bullario Cluniacenſi*, datum anno IV Pontificatus Benedicti VII, Imperii Ottonis anno XI menſe Majo, Indictione VI. *In ea Bulla fit etiam mentio de Arluco monaſterio, modo deſtructo, quod S. Honoratus pro ſanctimonialibus conſtruxerat, in monte peramœno ad litus maris & ad ripam fluvii Siagna, ubi Agariſma præerat S. Aygulfo Abbate. Sed inſignis eſt præ ceteris charta Rodulfi Cabilonenſis Epiſcopi, in qua*

B *inquit*; Ageus Canonicus adiit noſtræ munificentiæ ſerenitatem; rogans ut Clunienſibus Monachis & Domno Majolo Abbati, domum cum area juxta muros urbis ex una parte, ex alia juxta clauſtra Canonicorum, cum Canonia quam ab ineunte ætate obtinuerat, æternaliter daret: *quod ait ſe ultro facere ex conſenſu Clericorum ſuorum*, maxime cum tanti viri, *Majoli*, gloriam, ab ipſo Domino mutuatam, & aure percipimus; & intuitu proprii luminis, nihil in ejus dilectione conniventes, quotidie perſpicimus. Ille enim, ut vere eſt Galliarum jubar ad tempus exortum, noſtris ſeculis admirandum, & ſi potis eſt imitandum: *quo Elogio luculentius nihil adferri poteſt de homine vivente... Subſcribunt iſti Chartæ poſt Rodulfum, Adalais Comitiſſa, Hugo filius ejus, Rotbertus Vicecomes cum Canonicis*, anno XXVI Lotharii Regis, *qui fuit Chriſti* DCCCCLXXIX.

*& Cabilone Canoniã an. 979,*

*& alia plura uſque ad 991.*

31, 32. *Ita porro Mabilio continuat Acta ſub* Majolo *Abbate, uſque ad annum* DCCCCXCI, *quando is S. Odilonem ſibi ſubſtituendum curavit; & omnes Chartas ſub eo conditas ad nongentas quinquaginta novem numerari aſſerit. Inde num.* 33 *& ſequentibus tranſit ad cetera ejus facta, quæ quatenus in Vitis jam editis legi poſſunt, nihil hic attinet iterare. Ac primum de monaſteriorum reformatione orſus tractare, Ticinenſe ab* Majolo *fundatum putat anno* DCCCCLXVI: *poſtea ſubdit.*

C *Ticinenſe monaſteriũ fundat an. 966,*

34 *Per idem tempus* Majolus Romam venturus *(ſic rem memorat Petrus Damiani in Opuſ. 33)* præcepit cuidam Fratri ut ſecum pergeret; quia, ſicut rogatus fuerat, eum in monaſterio S. Pauli Priorem conſtituere decreverat. Ille vero nonnullius difficultatis obſtacula reluctatus oppoſuit, & modo hoc, modo illud; tandem obſtinatus obedire contempſit: Majolus autem inobedientiã Fratris æquanimiter tulit; eoq; relicto, itinere quod decreverat, commeavit. Cumq; Frater in monaſterio per inobedientiã remanſiſſet, & reliqui Fratres in eum vehementer inveherent; tandem ad cor reverſus, poſt Majolũ feſtinanter acceleravit. Mox ad quemdam fluvium pervenit, cujus vir Domini jam vada tranſierat, & ſuper ripam adhuc alteram conſiſtebat. Cum itaq; Monachus in citeriori ſe fluminis crepidine figeret, quoniam abſente navigio tranſitum non haberet, videns procul adſtare Magiſtrum, quod ſolum potuit, præſto corruens, in terram ſe humiliter proſtravit: & quia veniam deprecans, per oris organum forte non poſſet audire clamorem, de toto corpore linguam fecit. Quod dum Majolus eminus aſpexit, quid hoc eſſet incunctanter

*eũ in Romana Abbatia admittenda inobediens Frater,*

agnovit: moxque miſſo remigio transferri ad ſe Monachum fecit: quem præſto vir Dei, ad quid veniſſet, requirit. At ille ſimul & de præteritis veniam deprecatur, & impleturum ſe de ceteris quidquid injungeret pollicetur. Tum ille; Vis, inquit, abſque dubio pœnitentiam: quo reſpondente, Volo; protinus addidit: Huic igitur oſculum præbe: nam caſu tuberoſæ cutis illic leproſus adſtabat. Ille confeſtim in ejus oſculum ruit, moxq; lepra mundati corporis prorſus evanuit. *Ex his ita infert Petrus Damiani:* Sic ſancta obedientia fructum ſuæ humilitatis invenit, dum non modo veniam ſe corrigendo promeruit, ſed & ſignũ inſuper tam perſpicuæ virtutis oſtendit: & cui ſuperbia pene potuit apoſtaticam inferre perniciem, humilitas dedit Apoſtolicam exhibere virtutem.

D *ac paulo poſt pœnitens leproſum oſculo mundat.*

*In Germania reformat Morbacenſe,*

35 *Ad reſtitutam per* Majolum *etiam in Germanicũ monaſteriis diſciplinam quod attinet, nulla Syrus aliive fignanter enuntiant, niſi quod Syrus, in epiſtola Vitæ præfixa, dicat Aldebaldũ, miſſum in Germaniam ſecum tuliſſe* Majoli *Vitam, quam poſtea Odilo in cœnobio Morbacenſi reperevit: quod argumento eſt, ipſum locum ſuſcepiſſe normam monaſterii Cluniacenſis. De Paterniaco, quod in diœceſi Lauſanenſi ſitum eſt, ita S. Odilo in Vita Adalheidis Auguſtæ* XVI *Decembris*, In patris vero, Rudolfi videlicet nobiliſſimi Regis, & Domini Chuonradi fratris, Regni

E *& ſuſcipit Paterniacenſe cœnobium.*

loco, videlicet Paterniaco, ubi matrem Reginam, vocabulo Bertam, Deo in omni humilitate devotam, ſepulturæ tradidit, in honorem Dei genitricis monaſteriũ condidit, & ſanctiſſimo Patri Majolo ſuiſq; ſucceſſoribus, ſua munificentia & fratris ſui Chuonradi Regis præcepto, ordinandum perpetuo commiſit. *Sed hoc novæ inſtitutionis erat, non reformationis.*

*In Gallia reſtaurat diſciplinã,*

36 *At nullibi Cluniacenſis diſciplina tam late propagata eſt, atq; in cœnobiis Gallicanis, quorum non pauca* Majolus Abbas *in meliorem ſtatum revocavit. In eorum numero præcipua ſunt, Majus monaſterium, S. Martini Turonenſis; Autiſſiodorenſe, S. Germani; Reomaenſe, S. Ioannis; Divionenſe, S. Benigni; Foſſatenſe, S. Mauri; aliaque.*

*in Majori monaſterio S. Martini.*

37 *Quid in* Majori monaſterio *apud Turonos* Majolus *præſtiterit, docet in Bibliotheca Cluniacenſi fragmentũ, ex geſtis Abbatum ejus loci: ibi quippe legitur, Odonem Comitem, ſuggerente uxore ſua Hermengarde*, à Cluniaco tredecim bonæ vitæ & opinionis Monachos *obtinuiſſe; & in locum Clericorum ſecularium, qui apud Majus monaſterium tum degebant, ſubſtituiſſe; ex quibus* unum, Stephani Papæ & Regis Roberti vigente imperio, in Abbatem ſibi elegerint. *Sed hallucinatur auctor in Stephano Papa, qui nullus fuit* Majolo *Abbate. Subdit idem, Pontificem* in Monachum benedixiſſe Odonem Comitẽ, *& privilegii ſui auctoritate liberam conceſſiſſe eligendi Abbatis facultatem, à Cluniaco abſolutam, Roberti Regis auctoritate approbatam; &* Majolum *quidem principio reſtitiſſe; ſed tandem, audita privilegiorum mentione, acquieviſſe. Quæ ut vera ſint, vereor ut omnia ad* Majoli *tempus referri poſſint: nam è contrario,* Majolus *initio Abbatis nomen eo in loco tulit, & ſui vice poſtea Giſlebertum Abbatem inſtitui curavit.....*

F

*Autiſſiodorenſi S. Germani.*

38 *De* Autiſſiodorenſi S. Germani *monaſterio hæc legimus, in Hiſt. Autiſſiod. cap. 47, in Heriberto Epiſcopo:* Hujus ergo Epiſcopatus tempore, Dux Henricus ejus frater, ut erat totius religioſitatis amator, monaſteriũ B. Germani Domno Majolo commiſit Abbati, qualiter videlicet regularis normæ tramitem inibi conſtitueret, ſicuti per multa loca Monachorum, tã in Italia quã in Gallia dignoſcebatur feciſſe: longo enim jam tranſacto tempore, locus ibidem abſque Abbate à Prępoſitis regebatur. Qui gratanter illum ſuſcipiens, regulari diſtrictione quæque repererat devia ad unguem correxit. Poſtmodum vero vir ſanctus ac venerabilis Majolus, præfecit ibidem virum honorabilem Heldricum Abbatem: qui & ipſe prædictum locum ad regularis B. Benedicti tramitis infor-

A informavit callem: quem prædictus Epiſcopus, nec non & Frater ejus Dux Henricus, nimio cum ſuis dilexerunt amore ..... *In Hiſtoria de Geſtis Abbatum S. Germani, tom. 1 Bibliotheca Labbeana, legitur, Heldricum iſtum, eo tempore quo Rothertus Rex Autiſſiodorum expugnabat, cum Odilone Cluniacenſi Abbate ſe tranſtuliſſe* ad aliud monaſterium, ſuæ ditioni ſubditum, quod Reomaum vocatur, *quodque Majolo Abbati paruiſſe, docet Hiſtoria Reomaenſis Roveno auctore; ſed non ita, ut Cluniaco monaſterio* ſubjectum *eo modo eſſet, quo poſtea ſub Hugone.*

*Reomaenſi,*

39 *Idem in* Divionenſi S. Benigni *aſceterio* Majolus *præſtitiſſe perhibetur in Chronico Benigniano. Bruno ſiquidem Lingonenſis Antiſtes, locum in melius reformare volens*, Majolum *adiit ejus rei gratia:* cujus precibus flexus reverendus Abbas Majolus, dedit ei XII Monachos, diſciplina ſanctæ religionis inſtructos, divina & humana ſapientia doctos, nobilitate carnali claros. His Abbatem præfecit Willelmum nomine,& Patrem ſpiritualem ſibi poſcentibus Filiis petiit.

*Divionenſi,*

*vocatus ad Fiſcanenſe recuſat:*

B 40 *Ejuſdem negotii cauſa* Fiſcannum *accerſitus eſt à Richardo Normannorum Duce* Majolus, *ut in locum Canonicorum Monachos iſtic inſtitueret. Id vero aggredi noluit vir ſanctus, ni Richardus tributum,* quod Paſnagium dicitur [*& exigitur pro paſtura animalium, de quo vide Cangium in Gloſſario*] *ſubditis ſuis relaxaret: quod cum Duci non placuiſſet, res ad Willelmi, Abbatis mox laudati, tempus dilata eſt* [*ut plenius habetur in Ianuario Bollandiano die* IX *in Fragmento* 3 *de vita S. Wanningi*].

41 *Sed illuſtris imprimis fuit reformatio cœnobii* S. Mauri Foſſatenſis, *prope Pariſios, late deſcripta in Actis Burchardi Comitis,* [*referendis in Supplemento Februarii Bollandiani, ad* XXVI *diem, ſi cultus probatus fuerit*] *& in ſeculo* VI *Benedictino. Ibi quippe legitur iſtius monaſterii ſtatum, Magenardo Abbate, eo prolapſum, ut Abbas ipſe, nobilis quidem, ſed vitæ ſolutioris*, depoſitis Monachalibus indumentis, pretioſarum pellium tegumentis exornaretur; calamantumque optimum, pro capitio humili, capiti imponeret: *qui ritus & in aliis monaſteriis Gallicanis in uſum venerit. Burchardus loci conditionem miſeratus, Adico Monacho inſtigante, Regem Hugonem interpellavit, ut ſibi reſtituendæ inibi diſciplinæ provincia demandaretur.*

*ſed recipit Foſſatenſe.*

C *Annuente Rege, Burchardus ad* Majolum *perrexit: qui tandem egre acquieſcens*, acceptis perfectioribus ſui cœnobii Fratribus, *iſtuc acceßit; ſolutioribus Monachis data optione, vel cum Majoli Monachis remanendi, ſi regulariter converſari vellent, ſin minus, abeundi. Pleriſque autem cum Abbate* vias proprii cordis *præeligentibus*; Majolus, *prædictum locum* cum ſuis ſuſcipiens Monachis, diſtrictionem Regularis ordinis diſtricte obſervare præcepit .....

## §. III. *Captivitas & Romana itinera Majoli Abb. S. Odilonis Electio cum jure ſucceſſionis: reliqua Majoli acta.*

*Captus à Sarracenis, profitetur ſe pauperem,*

INitio *libri* 3 *agit Syrus de captivitate* Majoli, *ſub Saracenis; eamdemque memorat Glaber Rodulphus, lib* 1 *cap.* 4; *& primo addit, quod Barbari,* diſpertitis inter ſe omnibus quæ illius fuerant, interrogaverunt eum, ſi tantæ ei eſſent in patria facultates rerum, quibus videlicet ſe ſuoſque valeret redimere de manibus illorum. Tunc vir Dei Majolus, ut erat totius affabilitatis dignitate præcipuus, reſpondit, ſe in hoc mundo nihil proprium poſſidere, nec peculiaris rei ſe fieri poſſeſſorem velle; ſua tamen ditione non negavit plures teneri, qui amplorum fundorum & pecuniarum domini haberentur. Quibus auditis, ipſimet hortabantur illum, ut unum è ſuis mitteret, qui ſuæ ſuorumque redemptionis pretium illis deferret: inſuper pecuniæ pondus atque numerum ei determinantes, indixerunt, Fiant mille libræ argenti; ut videlicet ſingulis libra una in partem proveniret.

D

*recuſat carnes edere,*

46 *Deinde narrat idem Glaber, factum duplex, ab aliis prætermiſſum, & narrat his verbis*: Dum à Saracenis captus teneretur *Majolus*, cujus meriti eſſet latere non potuit. Nam cum ei hora prandii obtuliſſent cibos quibus veſcebantur, carnes videlicet, panemque admodum aſperum, & dicerent, Comede; reſpondit, Ego vero ſi eſuriero, Domini eſt me paſcere: ex his tamen non comedam, quia non mihi in uſu fuerunt. Cernens autem unus illorum viri Dei reverentiam, pietate ductus, exuit brachia, ſimulque abluit & clypeum, ſuper quem, etiam in conſpectu Majoli, ſatis mundiſſime panem confecit; quem etiam citiſſime decoquens, ei reverendiſſime detulit: ipſe quoque ſuſcipiens eum atque ex more reficiens, Domino gratias egit. Alius quoque Saracenorum eorumdem, cultro deplanans ligni caſtulam, poſuit incunctanter pedem ſuper viri Dei codicem, bibliothecam videlicet, quam ex more ſemper deferre conſueverat; dumque vir ſecularis, *id eſt ſenex Majolus*, intuens ingemiſceret; aliquin minus feroces id perſpicientes, ſuum increpuerunt comparem, dicentes, non debere magnos Prophetas ſic pro nihilo duci, ut illorum dicta pedibus ſubſterneret: ſi quidem Saraceni, Hebræorum, quin potius Chriſtianorum, Prophetas legunt: dicentes etiam impletum jam eſſe in quodam ſuorum, quem illi Mahometum nuncupant, quidquid de univerſorum Domino ſacri Vates prædixerunt ..... quod tantum eſt à veritate alienum, quantum à ſacra & catholica auctoritate contrarium. Præterea, ut clareſceret B. Majoli ſanctitas, is qui ejus volumen pede calcaverat, eodem die, pro quavis occaſione, revera autem judicio Dei, ceteri furioſe irruentes in eum, eumdem ei truncaverunt pedem. *Hæc ſub annum* DCCCCLXXIII *contigere* .....

E

*puniri videt eum qui Biblia conculcarat.*

*anno 973.*

47 *Porro ut ea, quæ hic & alibi de itinerante* Majolo *dicuntur, magis dilucide intelligantur; varias ejus Romanas Italicaſve profectiones diſtinguere operæ pretium puto. Primâ, Monachus Romam ab Aymardo negotiorum cauſa miſſus eſt, nempe ſub annum* DCCCCXLV, *ex dictis num.* 17. *Deinde jam Abbas Papiæ verſabatur anno* DCCCCLXVI, *cum quædam capella juxta eam urbem ad cellam conſtruendam conceſſa ipſi eſt, ſupra num.* 21. *Syrus duo miracula ab eo Papiæ facta commemorat, num.* 50 *&* 53: *quibus adde quæ Widricus Abbas Tullenſis, in Actis S. Gerardi datis* XXIII *Aprilis, commemorat de mutuo aſpectu & colloquio ejuſdem Gerardi cum* Majolo. *Gerardus quippe* Romam proficiſcens, Papiam ingreditur; ubi viros magnificos, ſanctum ſcilicet Abbatem Majolum, nec non Adalbertum *Pragenſem Epiſcopum*, poſt Martyrem, *ſimiliter* XXIII *Aprilis illuſtratum, ſe reperiſſe*, eſt ineffabiliter collætatus. Pendebant ſinguli invicem ab alterno ore. In hac mutua confabulatione longum diei tranſigentes ſpatium, ſimul tres ſancti viri convivæ reſident ad prandendum. *Gerardo aquam poſtulanti, & vinum ex aqua cælitus factum accipere* nolenti, Deſine, inquit Majolus, ſancte Pontifex, in hoc facto aliis ſuccenſere: ſed percipe cum gratiarum actione, quod tibi rerum Creator ſua contulit benedictione:

F

*In Italiam abit anno 845.*

*& Papiæ agit cum S. Gerardo Tullenſi.*

A quod ad ſecundum Majoli Romanum iter referendum videtur, id eſt ad annum DCCCCLXVI, qui Gerardi Epiſcopi tertius Ordinationis erat. Poſthæc, id eſt anno DCCCCLXXIII, Roma cum revertetur Majolus, Ottonis Magni obitum prædixit, ex Syro num. 47: quæ tertia nimirum eſt ejus peregrinatio Italica, quo tempore à Saracenis in reditu captus eſt. Quarta, ſub annum DCCCCLXXXII, cum Veronæ poſitus, Ottoni II mortem prænuntiavit; ibidem apud Syrum, qui ejus devotionem in viſitandis Romæ Sanctorum Baſilicis explicat lib. 2 num 31.

*Præcivit obitum Ottonis I, an. 973,*

*& Ottonis 2, an. 982,*

48 Cum Majolus, jam grandævus obitum ſuum perſentiſceret, Odilonem ſibi ſubſtituendum curavit; ad eum modum, quo Odo in locum Bernonis adhuc viventis, Aymardus in locum Odonis, & Majolus ipſe in locum Aymardi ſubſtituti fuerunt. Hoc factum reticent Syrus, Odilo, Nalgodus, & alii: imo apud Nalgodum Majolus Cluniacum ſine Paſtoris cura, ſine Proviſoris diligentia reliquiſſe dicitur, num. 44. Nihilominus Odilonis electionem, vivente Majolo factam eſſe, docet, non ſolum Inſtrumentum de ipſa electione, ſed etiam veteres Chartæ, quæ Odilonem Abbatem referunt ante obitum Majoli. Electionis inſtrumentum editum eſt in Spicilegio Tom. 6 pag 425, eiſdem conceptum verbis atque Charta de ipſius Majoli electione: quapropter illius extrema tantum verba una cum ſubſcriptionibus referre ſufficiat. Hujus vero Electionis & Ordinationis ejus ſeriem, per conſultum (ut diximus) Primatum, & Advocati noſtri Henrici Ducis, nec non & Ottonis litteris ſanciri præcepimus, atque regulariter celebratam Ordinationem in Chriſti nomine confirmavimus, & à Patribus & Fratribus noſtris ſcriptis confirmari precati ſumus. Acta Cluniacenſe cœnobio, feliciter. Amen. Ego Majolus Abbas huic Electioni aſſenſum præbui & ſubſ. Rodulfus Rex ſubſ. Burchardus Archiepiſcopus (*Lugdunenſis*) ſubſ. Hugo Epiſcopus Genevenſis ſubſ. Aynricus Epiſcopus Lauſanenſis ſubſ. Hugo Epiſcopus (*Matiſconenſis*). Teuto Abbas (*Faſſatenſis*). ſubſ. Richfredus Abbas. Ermenfredus Epiſcopus, Burchardus Comes, Lambertus Comes, Adalbertus Comes. Lectaldus Archiepiſcopus, Walterius Epiſcopus (*Æduenſis*). Hugo Abbas. Wago Abbas. Theobaldus Abbas. Warembertus Abbas. Willelmus Abbas, Majolus Præpoſitus, Walterius Præpoſitus, Gundulfus, David, Aynricus, Sendeletus; & cum eis Monachi CLXXVII.

*S. Odilonem ſibi Coadjutorem ordinari facit,*

B

49 Mirabitur fortaſſe nonnemo, cur tot Eccleſiaſtici & Seculares viri huic electioni interfuerint, imo etiam electioni Odonis, Aymardi, & ipſius Majoli. Verum mos ille quibuſdam in locis obtinuit in electione Abbatum, fluxitque ex S. Benedicti Regula in cap. 64, ubi de ordinando Abbate agens, vicinos Epiſcopos, Abbates, & Chriſtianos in teſtimonium admittit, contra electionem vitioſi Abbatis. Vt autem hi vel illi convocarentur, id erat in eligentium poteſtate, aliquando etiam à Fundatoribus jure inductum. Sic Gregorius Papa VII, poſtulante Adeleide Comitiſſa, ſanxit atque conſtituit, ut electioni Abbatis S. Mariæ de Pinarolo intereſſent Abbates Fructuarienſis, Bremetenſis, S. Solutoris Taurinenſis, Cluſinus, & alii earum partium Religioſi, apud Guichenonem Tom. 1 de Principibus Sabaudiæ pag. 17. Sic in eligendo Abbate Lezatenſi locum olim habebant Nobiles terræ viri, ut conſtat ex vetuſtis monumentis.

*juxta Regulam S. Benedicti,*

*coram multis Prælatis, Nobilibus, & Monachis,*

50 Quod vero Cluniacenſes Abbates ſibi ſucceſſorem eligere principio ſoliti ſunt, inde procul dubio uſu venit, ut hoc pacto extraneis intrudendi Abbatis via præcluderetur. Electus autem Abbas, ut in ſuperioribus obſervatum,

*& Canones Concilii Cabilonenſis,*

Ut duo Abbates in uno monaſterio eſſe non debeant, ne ſub obtentu poteſtatis ſimultas inter Monachos & ſcandala generentur. Verumtamen, ſi quilibet Abbas ſibi elegerit ſucceſſorem, ipſe qui eligitur de facultatibus ipſius monaſterii diſponendi nullatenus habeat poteſtatem. Ita perſæpe accidit, ut Acta publica nomine prioris Abbatis conderentur; aliquando tamen poſterioris. D

51 Quo tempore Odilonis electio celebrata ſit, non exprimit ſuperius inſtrumentum; ſed ex Chartis ejus nomine inſcriptis, eam anno DCCCCXCI, contigiſſe, intelligimus. Itaque ante eum annum ad converſionem venit, tameſi ipſo anno eam ponat Hugo Flaviniacenſis in Chronico, qui ejus Ordinationem remittit in annum DCCCCXCIV, uti & Chronicon Cluniacenſe, nempe poſt obitum Majoli. Imprimis cenſenda eſt Charta Humberti Epiſcopi Gratianopolitani, qui Cluniacenſi cœnobio (ubi, inquit, Domnus Odilo Abbas præeſt) medietatem caſtri de Vrſilia, cum toto Burgo atque eccleſia S. Mariæ aliaque largitur, anno Incarnationis DCCCCXCI, tertio Rodulfi Regis. Aliunde anno VI Hugonis Regis, id eſt Chriſti DCCCCXCII vel ſequenti, Majolus Abbas, acquirit per commutationem quaſdam eccleſias in Comitatu Auguſtodunenſi —..... Anno VII Hugonis Regis, invenitur charta, in qua Bernardus vir nobilis ſervos aliquot manu-mittit, ad preces Viviani Præpoſiti cœnobii Cluniacenſis & Monachorum: & dicitur Werpiviſſe querelam illam adverſus dictũ Cluniaci locum, cui Domnus ac reverentiſſimus Pater Odilo præeſt, juſſione ſanctiſſimi Patris Majoli. Item anno VIII Hugonis Regis, Abbati Majolo conceditur eccleſia S. Deſiderii: eodemque anno quidam Beraldus Clericus, Cluniacenſi loco, ubi Majolus eſt Abbas, dat medietatem ſilvæ Adroli. Hæc poſtrema ſunt Acta, Majoli nomine inſignita, anno Hugonis Regis ſeptimo, deſinente in annum Chriſti DCCCCXCIV, qui Sancto vita ſupremus fuit. E

*anno 994*

*ſupervivit autemuſq ad an. 994*

52 Prius autem quam Majolus, è vita excederet, Tulli obiit amicus ejus S. Gerardus Epiſcopus, de quo ſupra: in cujus Vita, per Widricum Abbatem ſcripta, hæc leguntur: Eadem quoq; tempeſtate B. Majolus, plurimorũ Chriſti ſervorũ Pater eximius, Cluniaco aderat; & in hora qua noſter venerandus Paſtor Tullenſis ſeculo eximebatur, à Fratribus divino impleto Officio, tempus refectionis advenerat: ipſeque Majolus præfatus Pater, ad eſum convocando Fratres, monaſtico more cymbalum inſonabat. Tunc itaque (ſicut erat continuus uſus, etiam in agendo aliquo terreno opere, ſupernæ contemplationi intendere, & interioribus mentis oculis Chriſtum orando in ſede majeſtatis conſpicere) repente in claram lætitiam ejus mutatur facies, & præ abundanti gaudio lacrymis diſtillat affluenter, ac Fratribus convocatis talia profert: Frater noſter Domnus Gerardus, Leuchorum Epiſcopus, ſeculi hujus angoribus abſtractus, divino præſentatur judicio, & idcirco curemus illi impendere ſolatium animo caritativo: nobis enim erat junctus familiaritatis ſocietate, atque notus omni bonorum morum qualitate. F

*23 Aprilis cognoſcit obitum S. Gerardi*

53 Hactenus ſecuti accuratiſſimi Mabilionis diligentiam, ad hunc ultimum locum adnotamus, quod ſi Cluniaci erat Majolus, quando XXIII Aprilis obiit S. Gerardus, octodecim ſolum diebus ante Majolum, oportuerit hujus morbum Silviniaci admodum brevem fuiſſe: ſiquidem prædictus Prioratus, inter Molinos & Borbonem-Archembaldi ſitus, abeſt omnino 14 leucis horariis Cluniaco; ut neceſſe fuerit, biduum ſaltem, itineri Pariſios verſus ingrediendo, inſumptum fuiſſe. Quomodo autem locus iſte inſignis, vulgo Souvigny dictus, acceſſerit Cluniacenſibus, explicat Aymardi fundatoris ſeu donatoris Charta, in Commentario

*& ipſe 18 poſt die moritur Silviniaci.*

mentario de S. Bernone, primo Cluniacenſi Abbate, apud prælaudatum Mabilionem Cap. 6, quam Chartam Unald juſſo Aimard ſcripſit, & concluſit hac formula, Datavi in die Lunis, in menſe Martio anno XXIV, regnante Karolo Rege: qui fuit annus Chriſti DCCCLXIV.

Pag. 690 col. 2 Annot. a lin. 1 — Palæſtina — l — in Palæſtina.

Pag. 694 Annot. a adde — ceu potius alius paulo longius ad Septentrionem procurrens, inter Menat & Eſcreville oppida, in eademque tabula ſcriptus Chauvigny, cum genuina ſcriptura vulgaris nominis ſit Souvigny. Eſt autem hujus nominis Abbatia, una ex quinque primis filiabus (ut vocant) Archimonaſterii Cluniacenſis; quatuor aliæ ſunt, Monaſterium Charitatis, ad Ligerim; S. Pancratii, in Anglia, S. Martini de Campis, Pariſiis, & Celſinianæ, vulgo Soucilanges, uti Claudius Caſtellanus adnotavit.

Pag. 695 Annot. d — Mauſiacum, vulgo Mozac, Hildeberto Cenomanenſi Maudiacum: à quo diſtinguendum Muſciacum, poſterius Moyſiacum, dictum vulgo Moiſſac. Ita Claudius Caſtellanus, ſitum in tabula requirendum dimittens.

Annot. 1 adde — Veteres Catuſiacum, Flodoardus Codiciacum, nominarunt, vulgariter rectius Coucy ſcriptum.

Pag. 700 addatur hæc

# ADDITIVNCVLA

## De Eccleſia S. Majoli Papiæ, ad Somaſchos tranſlata: ejus ibi pallio ac Miraculis.

### ex Io. Bapt. Alberti de Vita ejus lib. 3.

*Eccleſia an. 999 S. Odiloni tradita,*

QUia, quæ Papiæ eſt, B. Majolo nuncupata eccleſia, cum adjacente monaſterio, nobiliſſimus locus à Chronico Cluniacenſi ſæpius appellatur; opere eſſe pretium duxi, perhonorificæ hujuſce nuncupationis cauſam inquirere, & à quonam Congregationi noſtræ Somaſchenſi fuerit attributa, adnotare. Certum igitur eſt, eccleſiam hanc Beatiſſimæ Virgini Mariæ fuiſſe olim, dum adhuc in humanis B. Majolus eſſet, à Gaidulfo cive Papienſe dicatam; quare & Cella ſeu Capella Gaidulfi dicebatur; quinque autem à Beati Majoli morte annis, S. Odilo ejus ſucceſſor, annuente Gaidulfo, ab Othone III Imperatore obtinuit, ut Cluniacenſis monaſterii cum omnibus ſuis juribus ac redditibus, S. Majoli titulo inſignita, ditioni ſubjiceretur. Conſtat hoc ex diplomate ampliſſimo Othonis Imperatoris, Romæ dato anno DCCCCXCIX, Regni ſui XV, Imperii tertio, quod in Bibliotheca Cluniacenſi, pagina 409 habetur: in quo ſub pœna centum librarum auri, partim Fiſco partim Cluniacenſi monaſterio perſolvendarum, prohibetur, ne quis Dux, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Marchio, Comes, Judex, Vicecomes, aut alia quævis perſona, ejus imperio ſubjecta, abſque Abbatis Cluniacenſis voluntate, de prædicta eccleſia S. Majoli ejuſq; juribus decernere, detrahere, aut auferre quoquomodo præſumat. Hanc eccleſiam, fuiſſe etiam Cellam-auream, ob aurea plurima quibus abundabat ornamenta, appellatam (ut advertit Andreas Quercetanus, in Notis ad vitam S. Majoli) ex Chronico Cluniacenſi patet, ubi hæc habentur. In ſupradictæ etiam civitatis Papiæ loco, magno virtutum claruit B. Pater Majolus numero, quæ multiplicibus populorum referta turbis, nobilium & diverſarum mercium ſpeciebus inſignis, quaſi quædam Tyrus & Sidon videtur remanſiſſe, quibus complacet ad ſui mercimonii comparationem aut venditionem venire. Hæc illius B. Patris Majoli incomprehenſibili numero virtutum honorata, lætatur pro illius benedictionis & viſitationis frequentia, unde acquirit ſibi cum maximo cantico laudationum æternalis provectionis & utilitatis commodum. Hinc namque ſanctæ illius inſtitutionis apparet magiſterium, dum illud antiqui decoris & ampliatæ ſpecioſitatis monaſterium, nomine Cella-aurea, ejus congaudet meliorari paternitatis gratia. Ita Chronicon Cluniacenſe.

*dicta etiam Cella-aurea*

24 Evolutis autem quingentis ſeptuaginta ſex annis, ab Othonis conceſſione Cluniacenſibus facta, Gregorius XIII Pontifex Maximus hanc eamdem S. Majoli Papiæ eccleſiam, cum adjacenti monaſterio, petente S. Carolo Borromæo, Congregationi Somaſchenſi perpetuo poſſidendam conceſſit; titulumque Congregationis, à ſanctiſſimæ recordationis Pio Quinto in numerum reliquarum Religionum, cum facultate emittendi tria vota eſſentialia jam tum cooptatæ, honorificum eſſe voluit, Pontificatus ſui anno tertio, ſalutis vero humanæ MDLXXV; cum adhuc unus tantum è tredecim Monachis Cluniacenſibus, qui illic degere conſueverant, Joannes nomine, ſupereſſet: cui alimenta ſuppeditanda, dum ei vita ſuppeteret, à Congregatione noſtra Pontifex juſſit. Pro noſtrorum vero ſuſtentatione, qui quatuor ad minus Sacerdotes cum duobus Clericis eſſe debebant, trecentum tantum libras Imperiales, ex tot redditibus Cluniacenſium (qui fundando Collegio Borromæo attributi fuerant) ab ipſo S. Carolo, & poſt ejus mortem à Gubernatoribus Collegii Borromæi, quotannis erogandas præcepit: indicta tamen excommunicationis latæ ſententiæ pœna, niſi intra præſcriptum ab ipſo terminum, exiguam illam ſummam Patribus in S. Majoli Collegio degentibus Gubernatores ipſi perſolverint; ut patet ex Bulla ejuſdem Summi Pontificis in archivio noſtro aſſervata, cujus exemplar ad me huc Genuam à Patre Don Jacobo Antonio Valtorta, S. Majoli Papiæ Præpoſito, fuit tranſmiſſum. Eccleſiam hanc, vetere à Patribus Congregationis propter nimiam vetuſtatem diruta ac ſolo æquata, multa quidem illuſtrant ac decorant auri argentique ornamenta; multa item altarium ſacerdotaliumque indumentorum precioſa ſuppellex: at nihil pretioſius, nihil pulchrius, aut admirabilius oculis ſpectandum objicitur, quam ſacrum Beatæ Martyris Afræ corpus: cui, ut Surius tomo ſexto, Ado Viennenſis, atque Uſuardus referunt, Auguſtæ Vindelicorum cum matre Hilaria, ac tribus pediſſequis Digna, Eunomia, atque Eutropia martyrium paſſæ, S. Uldericus Auguſtæ Epiſcopus Eccleſiam cum monaſterio dicarat, in qua & ejus ſacras Reliquias condidit, & Cluniacenſi Congregationi, cujus habitum & ipſe aſſumpſerat, ut Trithemius in Chronico monaſterii Hyrſaugienſis docet, attribuit. Eo autem, anno octuageſimo tertio ætatis ſuæ, Epiſcopatus quinquageſimo, vita functo, Cluniacenſes Monachi, Sanctæ Afræ corpus Papiam deportandum, atque in Eccleſia S. Majoli honorifice reponendum curarunt. Extat Altare cum Icone, martyrium ejus, flammarum incendio conſummatum, referente, ſub qua in apto decentique loculo ſacra illius Martyris pignora aſſervantur ....

*Somaſchis conceditur an. 1575.*

*& ornatur corpore S. Afræ.*

25 In eadem eccleſia per laneum pallium, quo vivens Majolus dum iter faceret amiciebatur, admiranda indies naturæque vim excedentia, ad omnium pie accedentium utilitatem, aſſidue præſtantur. Blaterent licet ſubſannentque Catholicorum pietatem

*ac pallio S. Majoli,*

A ac fidem tenebriones hæretici, nullum eſt in tota Ticinenſi Urbe reliquiarum aut ſanctarum exuviarum genus,quod,tamquam votorum ſuorum ſcopum optatæque ſanitatis complementum, adhibeant frequentius cives illi,tum ad ſedandos corporum dolores,tum ad fugandos quoſcumque morbos, tum ad expellendos malignos ſpiritus , quam hoc ipſum laneum B.Majoli pallium : quod quotannis publice ſolenni feſto die , eidem Sancto Abbati dicato, exoſculandum venerandumque proponitur ; fideſque eſt,toto inſequenti anno nulli eſſe obnoxium morbo , qui ſacrum illum amictum pie ac religioſe fuerit veneratus. Neque admiratione caret , quod ſeptingenti prope quamvis effluxerint anni, ex quo deſiit eo uti Majolus , ita tamen nulla ex parte vitiatum atque à tinearum morſibus intactum viſitur, ac ſi nuperrimum eſſet opus textrinæ ..... Atque hic enodanda mihi eſt , quæ multis irrepſit, dubitatio; cur, cum omnes,qui ex præſcripto regulæ à S.P.Benedicto traditæ vivunt, nigri coloris habitum gerere jubeantur , Majoli pallium ſubfulvi

B potius,quam nigri coloris ſit : ex quo fatendum videtur,pallium illud,aut Majoli non fuiſſe , aut Cluniacenſis Congregationis Monachos alium à nigro habitum geſtaſſe. Scrupulum hunc omnino mihi S. Petrus Venerabilis Abbas Cluniacenſis ademit, qui in Conſtitutione aperte fatetur,morem hunc in Cluniacenſi monaſterio paulatim irrepſiſſe , ut eo coloris habitu quiſque uteretur,quem vellet. Ex humilitate aut ex neceſſitate id primo ſit factum , nec ne, incertum eſt;illud certiſſimum (uti ſunt ad malũ potius quam ad bonum amplectendum prona hominum ingenia)tot inde enata ſcandala ,ut ad ea tollenda extirpandaque peculiari opus fuerit Conſtitutione , ne quiſquam, niſi nigri coloris veſtibus indutus,incederet.

*quod eſt furvi coloris,*

26 Valde à ſuperioribus diſpar eſt quod mox ſubnectam exemplum : quo divina interdum non lento gradu procedens vindicta, injurias ac blaſphemias in Sanctos intortas,etiam in hac vita, non uſitatis ſuppliciis aut conſueto mortis genere, mulctare conſuevit. Quinimo illud maxime mirandum eſt, acrius Sanctorum , quam proprias ulciſci injurias, Deum conſueviſſe.Nec vana à me dici , blaſphemi atque irriſoris nominis B. Patris Majoli exemplum, ſi quando alias,aperte declarabit. Rei ego ſeriem, ut evenit, iiſdem plane verbis , Latine tamen redditis, quibus ad Collegium noſtrum S.Majoli Papiæ , ab

C iis qui interfuerunt publiciſque tabulis conſignarunt , tranſmiſſa eſt,hic notabo. Eſt in Vicentino agro Venetæ Reipub. ditionis vicus non ignobilis (Luminianum dicunt) ubi Eccleſiam B. Majolo nuncupatam cum parœciæ titulo regebat Sacerdos quidam bonæ famæ , cui nomen Octavianus Cornacchia.Anno igitur ſeculari MDC, ſexto Idus Maji, feria quarta , in quam incidit pervigilium feſti S. Majoli Abbatis Cluniacenſis , Frater Joannes quidam à Maroſtica, qui familiæ in monaſterio S.Pancratii, non longe à Luminiano poſito , erat adſcriptus, Octavianum Rectorem prædictum adiens, ſic eſt allocutus. Craſtinus erit hujus tuæ eccleſiæ S. Majolo dicatæ , dies feſtus : volo tuus eſſe commenſalis ac feſti cultor.Ceterum, dic amabo , Quinam fuit,bone Deus,hic S.Majolus?Quis illum Beatum, quis Sanctum effecit ? Peream , ſi geſta illius aut vitam apud aliquem deſcriptam auctorem deprehendi. Vis dicam ? Puto illum cerdonis aut cæmentarii alicujus,ne pejus dicam, fuiſſe filium. His auditis bonus ille Sacerdos; Male (inquit) de Sanctiſſimo Abbate,maximique apud Deum meriti , ô Pater, loqueris; lege, ſi lubet, Romanum Martyrologium , ſcrutare antiquos ſcriptores , cognoſces

*Monachus in S. Majolum blaſphemus,*

profecto , quam longe à veritate abeas , quamque temere ac perperam de ſanctis viris judices. His non ſine quadam animi commotione atque ira prolatis, diſceſſit. Poſtera die , Aſcenſioni Domini Sanctoque Majolo dicata, Luminianum adiit Fr. Joannes; qui ſtatim atque Rectorem Eccleſiæ Octavianum conſpexit: Nonne, exclamat, heſterna die bene ego dixeram, Sanctum hunc tuum Majolum , quem tu tantopere commendas ac prædicas , cerdonem aut viliorem aliquem opificem fuiſſe ? Evolvi libros, ut monueras , legi Martyrologium ; & nuſquam de Majolo mentio, nuſquam Majoli nomen mihi fuit obvium. Ecce tibi Martyrologium. Quod illico extractum è ſinu, Sacerdoti porrexit. Exarſit animo, ac ſupra quam credi poſſit indignatione Sacerdos Octavianus; vixque moderari ſibi potuit , quin illum pſeudo-Monachum liberaliter maledictis exciperet. Martyrologium itaque capiens, ſtatimque aperiens, ad prioris ſeſe exhibentis paginæ conſpectum (mirum dictu)in S.Majoli nomen incidit;quo male illi feriato Fratri commonſtrato, En,ait, quod tu tantopere ſpernis ac vituperas, venerandum Majoli nomen. Horruit ad ejus aſpectum miſer ille, veritatemque fateri coactus , ut ſibi ignoſceret rubore ſuffuſus Sacerdotem rogavit.

D

*& nihilominus in ejus eccleſia Luminiani,*

E

27 Celebrabantur eo tempore in eccleſia Miſſæ, quæ decem aut duodecim numero eſſe debebant ; quare D.Octavianus Monachum admonuit, ut ſi Sacrum peragere vellet , nullam interponeret moram;expeditum enim eſſe debere reliquum temporis, ut à Rev.Presbytero Joanne Antonio Luchino, Muſſani Rectore circumadiacentiumque pagorum Vicario foraneo, qui dignitate ceteros anteibat, Miſſa cantetur, ac de more ad populum in laudem S.Majoli habeatur concio. At Monachus, incredibili æſtuans deſiderio ad invitos etiam verba faciendi, nullum non movit lapidem, ut ſibi illud concionandi munus demandaretur. Vicarium itaque foraneum, inſcio tamen D.Octaviano , adiens, impetravit ab eo , ut privatim rem ſacram faceret (quod , & cum aliis omnibus Sacerdotibus , qui ad diem illum feſtum celebrandum advenerant, præſtitit) adeo ut ipſe ſolus fere remaneret,qui vel renuente D. Octaviano munus illud obiret. Supervenit interea D. Octavianus , qui quæ acta erant edoctus , torvis Monachum contuitus oculis ; Mene (inquit) reluctante ac prorſus nolente , & Miſſam cantare & concionari in eccleſia mea audebis? abſit ut hoc feram. Quod cum minitabundus ſonora voce elatoque corporis geſtu pronuntiaret, omnes qui tunc in ſacrario aderant Sacerdotes rogare eum cœperunt, cohiberet ſe; ac, ne ſcandalum aliquod oriretur,nonnihil de ſuo jure remitteret , locumque iræ daret. Hac igitur conditione res eſt compoſita, ab habenda concione Monachus abſtineat, Miſſam cantet. Sed ô quam ab humanis longe abſunt divina conſilia ! Cantare & concionari malo ſuo voluit infelix ille. Intra enim Miſſarum ſolennia converſus ad Populum, de Fide , Spe, & Charitate verba ſe facturum propoſuit. Cumque multa de Fide etiam ad ſtomachum dixiſſet , de Spe multo plura dicturus, in hæc ipſa verba prorupit: Vos (inquit) ô miſeri, voluptatibus dediti, curiſque ſecularibus implicati,neque Deum neque Sanctos reveremini ; tempus inaniter conſumitis, ac peccatorum mole obruti otio vacatis, ludis atque ſcurrilitatibus incumbitis , nimium de Dei miſericordia præſumentes. An vos latet, omnibus boni latronis gratiam non concedi ? An neſcitis plerumque accidere , quod nunquam obventurum credebatur ? Nonne videtis morbis adeo gravibus mortalium corpora ex inſperato affici ac divexari , ut vocem plerumque auferant , ſenſus opprimant,

*Sacrum ſolenne feſto ejus cantari,*

F

*atque concionari præſumens,*

&c

A ac morte inopinata afficiant? Quid graſſatorum inſidias, inimicorum proditiones, hoſtiles aggreſſiones, atque impetus commemorem? Quid? quod & è cælo fulmina, aut quid ſimile, ita repente ac ſubito plerumque in collum alicujus proruit, ut miſer maneat.

*umbella altaris labente obruitur, &c.*

28 Hæc noviſſima verba vix expreſſerat, cum ecce occulta Numinis vi, contignatio illa, quæ trabibus infixa clavis inter utrumque parietem ſuper altare eminebat, tanto fragore ac ſtrepitu divellitur, ut laxatæ rotæ majoris tormenti manuarii bombum referret, quæ ſuper collum miſeri Concionatoris prolapſa, illum & ad terram dejecit, & vocem eripuit, ſenſibuſque deſtitutum diu humi proſtratum detinuit. Hoc audito ſtrepitu, omnes quotquot erant in eccleſia, partim arma arripere, partim fugæ ſalutem quærere, partim quid ſtrepitus ille portenderet ſoliciti inquirere. At vero qui prope altare concioni intenti aſtabant, rei novitatem admirati, peſſima ſibi in concione ominatum Concionatorem ajebant; & circumſtantes, an vita, an ſpiritus, an halitus in eo ſupereſſet curioſius rimabantur. Illud autem mirabilius, quod contignatio illa, quæ tanti ponderis ac gravitatis erat, ut eam duo vix poſſent homines toto corporis conatu humo tollere, etiam caput D.

B *ac penitens moritur.*

Vicarii Foranei ac Rectoris Eccleſiæ Villæ-Garcellenſis humerum percuſſit, multorumque aut brachia aut pectus aut crura tetigit, neminique damnum aut vulnus intulit; uni tantum pileo, quo erat capite tectus, ad terram dejecto, hominem nil læſit. At poſt ſemihoræ circiter ſpatium infelix Concionator, recuperatis utcumque ſenſibus, ubi primum loqui potuit: Filii, inquit, S. Majolus vere eſt Sanctus; S. Majolus vere eſt Sanctus. Hæc cum identidem repetiiſſet ac ſæpius iteraſſet, veniam de blaſphemia in ſanctum Dei Confeſſorem & Abbatem Majolum publice popoſcit. Hac peracta Confeſſione, cuidam impoſitus tabulæ, ad viciniorem domum deportatus, totis viribus corporis deſtitutus, nihilque, præter linguam, qua uteretur liberum habens, poſt quindecim dierum incredibiles toleratos dolores, præmiſſa longiori exomologeſi, exceſſit è vivis. Atque ego Presbyter Rodomontius Serminatus Vicentinus, omnibus quæ ſuperius enarrata ſunt præſens interfui, oculiſque perſpexi, quoniam per id

C tempus Rev. D. Octaviani Cornacchiæ Luminiani Rectoris hoſpitio utebar, invitatus ab eo perhumaniter, ut ſolennitatem illam S. Majoli cum homine amiciſſimo celebrarem, perque dies aliquot ſecum familiariter commorarer. Quoniam vero ſæpius apud plurimos caſum hunc, qui miraculi inſtar apud me eſt, recenſui; rogatus à multis, ut illum, uti ſe habuit, ordine exponerem, ſcriptiſque conſignarem; libens feci, nulla fraudis aut mendacii ſuſpicione; cum multi adhuc ſuperſtites ſint, qui optime illum recolere, memoriaque tenere poſſunt, uti ſunt Joannes Andreas Cavatiola Barbarenſis, Joannes Dominicus Munarius de Ponte-Nanſi, Herculeſ Baldinatius Luminiacenſis, multique alii, quos ne longior ſim, omitto. Ex Vico Barbarani. Anno Domini MDCX. D

*Pag.* 701 *col.* 2 *lin.* 4. — Leſterp — *ſcribe* — l'Eſterp.

## DE S. ILLUMINATO.

PAg. 706 adde — 3 *Idem niſi fallor, aut certe alius Sanſeverinas, patriæ ſuæ hiſtoriam, pleno opere deſcribens Italica lingua, eam Collegio noſtro Romano ineditam reliquit, in qua hujus Sancti vita uberius continetur: quam tamen intelligo nihil certi habere, præter jam dicta, quod inde tranſcribi, & huic Supplemento inſeri mereatur: quare ea non expectata, ſolum ſuggero ex Luca Caſtellino in tractatu de certitudine gloriæ Sanctorum Canonizatorum cap.* 2, *puncto* 58, *probari eorum conſuetudinem, qui etiam pro feſtis Beatificatorum dumtaxat plenarias Indulgentias aut alia ſimilia petunt; eoque tum alia plura exempla adduci, tum etiam, quod* Innocentius VIII, conceſſit Indulgentiam pro die feſtivitatis B. Illuminatæ (*voluit, aut certe debuit,* Illuminati, *ſcribere*) Eccleſiæ Abbatiali Ordinis Benedictinorum S. Severini in Piceno Camerinenſis diœceſis, & hoc anno 11 Pontificatus ejuſdem MCCCCLXXXV. E

## IN INDICE TOPOGRAPHICO.

BAliacum, — *l.* Balbiacum.
Faimenna *ſeu* Fæmanna *opp.* — l — *regiuncula in Ducatu Luxemburgenſi.*
Montmorenciacum — *l.* Mons-Maurentiacus.
Nivellæ, *antiquis* Nivigella, *opp. Brabantiæ &c.*
Sauſſiacum, *l.* Sauciacum.
Scyllacium, *l.* Scylaceum (*ut eſt apud Virgilium*) *urbs Calabriæ &c.* F
Valentſolum, *l.* Valentiola.

APPEN.

# APPENDIX
## AD TOMVM TERTIVM MAII.

### *Ac primo ad Tractatum Præliminarem*

### DE EPISCOPIS ET PATRIARCHIS HIEROSOLYMITANIS.

*VAmquam toto hoc opere ſic procedant Commentarii noſtri, ut aliorum Scriptorum contextus ac verba, charactere rotundo, quem Romanum appellant; noſtra, oblongo, quem Italicum vel currentem nominant, impreſſa legantur: placuit tamen Henſchenio, editionem iſtam regenti, in hoc meo præliminari Tractatu contrariam tenere rationem. Non eſt mihi nunc facile, cauſam cur id tunc maluerit, ſic explicare, ut probetur omnibus; cauſa autem qualicumque poſthac ceſſante, nihil oberit quo minus in altera, ſi quando fiat, editione, conſueta diſtinguendi characteris forma reſumatur. Interim Appendicem hanc, ne ſit à corpore* B *jam impreſſo deformis, jubeo eadem qua illud norma rurſum procedere. Cum autem Tractatio eadem, non ſolum eo à me ſuſcepta fuerit, ut Epiſcoporum ac Patriarcharum Hieroſolymitanorum hiſtoria haberetur, & chronologice explicata; ſed etiam; ut per interjecta Parerga res Orientales ſpectantiâ, partim confirmarem alibi à me conſtituta, & à multis fruſtra impugnata, partim ſatisfacerem nonnullis ad iſta factis objectionibus; poterat hæc Appendix augeri in duplum, per Additiones ad prædicta Parerga compoſitas: quas tamen aut omnes aut pleraſque placuit ſupprimere, eaſque differre in tempus Supplementi Generalis, ob cauſam indicandam ad nomen S. Simonis Stok, in Appendice ad diem* XVI *Maji.*

### I JACOBUS FRATER DOMINI.

*In ſententia Henſchenii ordinatus Coſſ. duobus Geminis,*

*Ecclefiæ Hieroſolymis conſtitutæ Epiſcopus*, inquit Euſebius in Chronico, *Iacobus ὁ Ἀδελφόθεος ordinatus eſt.* Ordinationem autem illam Eccleſia recolit *die* XXVII *Decembris*; factam utique eodem anno, quo Chriſtus crucifixus fuerat, reſurrexerat, & in cælos aſcenderat. Eum fuiſſe *Duobus Geminis Conſulibus* notatum, demonſtratum ſe dediſſe putavit Henſchenius noſter; id ipſum ex Hieronymo confirmans, qui in libro de Scriptoribus eccleſiaſticis *Iacobi* elogium concludit his verbis; *Triginta annis Hieroſolymis rexit Eccleſiam, uſque ad* VII *Neronis annum*, qui utique eſt annus vulgaris æræ ſexageſimus primus, ab anno *Duobus Geminis* ſignato, trigeſimus primus. Nihilominus eruditorum Francorum argumentis, in Apparatu ad Chronologiam ſtrictim propoſitis, perſuadeor, ut veroſimilius eſſe credam, Chriſtum paſſum eſſe anno vulgaris æræ trigeſimo tertio, quo eodem ordinatus *Iacobus*, & VII anno Neronis XXV Martii mortuus, ſolum ſediſſet XXVII annis, menſibus III. Annus porro XXXIII, id majoris congruentiæ oſtentat præ altero XXIX, quod procedens ſub littera Dominicali D, faciat diem XXVII Decembris in Dominicam cadere, cujus obſervantiam credibile eſt ex Chriſti præcepto, ante Aſcenſionē dato, ſuſceptā ab Apoſtolis ad conventus Eccleſiæ celebrandos, poſt Sabbatum ex Legis præſcripto cum Iudæis ceteris actū; & quam ex eorumdē Apoſtolorum traditione fuiſſe Epiſcopis ordinandis veluti lege quadā aſſumptā, alibi exemplis auctoritatibuſque probavimus; adeo ut, ad Epochas Epiſcopales veras à falſis diſcernendas, eam obſervationem eſſe pro regula tenendam, ſtabiliverimus. Diem mortis, quem diximus, notat Hieronymianum Martyrologium: qui cum habeatur Dominicæ Incarnationis feſto impeditus, Latini quidem 1 die Maji una cum S. Philippo recolendum ſibi ejus feſtum inſtituerunt, Græci in die Ordinationis ſuæ.

C *In vulgata anno 33.*

*27 Decembris in Dominica; obiit 25 Martii an. 61.*

2 Ad eamdem *Iacobi* Ordinationem ſpectat, quod jam dictus Euſebius habet Hiſt. Eccleſ. lib. 7 cap. 19, *Iacobi illius Cathedram, qui primus Hieroſolymorum Epiſcopus ab ipſo Servatore & ab Apoſtolis eſt conſtitutus, & quem Fratrem Domini fuiſſe cognominatum divina teſtantur volumina*; *ad* ipſius Euſebii *uſque tempora*, id eſt uſque ad ſeculum IV *conſervatam, Fratres illius Eccleſiæ, jam indè à majoribus, magna proſequuntur reverentia.* Ubi cum dicitur *ab ipſo Servatore atque ab Apoſtolis Epiſcopus conſtitutus Iacobus*, mihi videtur indicari ſpecialis Chriſti apparitio, poſt ejus glorioſam Aſcenſionem ac Miſſionem Spiritus ſancti. Etenim Apparitiones, à Paulo 1 ad Cor. 15 enumeratæ ita mihi videntur diſtingui debere; ut quod dicitur viſus Cephæ, & poſt hoc undecim; Aſcenſionem præceſſerit, quando cum ſuis illis verſatus eſt conveſcens *& loquens de regno Dei per dies* XL: ceteræ eamdem ſint ſecutæ; eæ ſcilicet, quibus *viſus eſt plus quam quingentis fratribus ſimul, deinde viſus eſt Iacobo, deinde Apoſtolis omnibus; noviſſime autem omnium, tamquam abortivo*, inquit Paulus, *viſus eſt & mibi.* *Iacobi Cathedra Hieroſolymit.*

3 Quod enim Apparitio, facta *quingentis ſimul*, adeoque & illa quæ *Iacobo* facta dicitur, ac porro ceteræ ſecutæ ſint, non præceſſerint Aſcenſionem, ſuadet mihi ille tantus numerus, quantum alias unquam vel uſquam conveniſſe ante Aſcenſionem non legimus. Matthæus ſiquidem cap. ult. de iis agens, qui in montem Galileæ ex Domini reſuſcitati præcepto convenerunt, ſolum meminit *undecim.* Lucas vero in Actis de Aſcenſione loquens, licet non excludat aliquammultos alios, puta LXXII diſcipulos cum Deipara & mulieribus; non potuit tamen intellexiſſe tam multos, quandoquidem iidem omnes ac paulo etiam plures, collecti mox ad ſubrogandum in Judæ locum Apoſtolum unum, ſolum fuerunt *turba hominum quaſi centum viginti.* Igitur iſti Quin- *Apparitio Chriſti plus quam 500 fratribus.*

A Quingenti, completi fuerint ex eorum numero, qui poſt acceptum Spiritum ſanctum ad Apoſtolorum prædicationem converſi & baptizati, primum tria, deinde quinque millia, ac poſtmodum alii, in unam forte ſynaxim unumque in locum privatum convenerant; quos apparens Chriſtus præmunierit ad imminentem ipſo adhuc anno perſecutionem, qua mox ſublatus Stephanus fuit. Hanc Apparitionem ſubſecuta ſit alia facta ſoli *Iacobo*, qua ipſum vocaverit ad Apoſtolatum, pari jure tenendum cum prioribus duodecim, uti poſtea *Paulus Apoſtolus* factus eſt (quemadmodum ipſe ad Galatas ait) *non ab hominibus neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum.* Tum apparens Chriſtus *Apoſtolis omnibus*, eodem forſitan aut ſequenti die, providerit mox diſpergendæ Hieroſolymitanæ Eccleſiæ, jubens ei ordinari *Iacobum* Epiſcopum: *noviſſime autem omnium*, ſecundo poſt id menſe, apparuerit eunti in Damaſcum Saulo, & ex perſecutore fecerit *Paulum Apoſtolum.*

*& hanc ſecuta alia, qua Iacobus vocatus Apoſtolus;*

## II. SYMEON qui & SIMON.

4 B *Martyr factus an. 107.*

CÆſario & *Petronio Coſſ.* id eſt anno noſtro LXI SYMEON, *filius Cleophæ Thronum Hieroſolymorum excepit*, inquit Euſebius in Chronico: qui deinde ad noſtrum CVII, *Soſio & Sura Coſſ.* Martyrium ejus notat; in Hiſtoria autem Eccleſiaſtica multa ex Hegeſippo, de ejuſdem electione & paſſione, nec non conſanguinitate cum Chriſto tractat, quæ vide in noſtro Februario ad diem XVIII. Hic ſi erat CXX annorum, cum crucifigeretur, ut paſſim omnes ſcribunt, fuerit Chriſto, atque adeo etiam *Iacobo Adelpotheo*, fratre ſuo annis ſaltem XIII ſenior; communem quidem cum eo ſortitus patrem Cleopham, fratrem Joſephi Germanum, Joachimi vero ſolum carnalem ex patre Heli, ſed matrem aliam; quemadmodum plenius explicatum lector inveniet, in Apparatu ad Chronologiam Pontificiam, propoſito Schemate Genealogico, ubi Iacobus oſtenditur, utroque ex capite Chriſtum contigiſſe: quod autem ad jus ſucceſſionis Regiæ attinet ex parte Iacobi Abiuditarum ultimi, cujus legales filii fuerant, Joſephus Mariæ Sponſus, & ipſe Cleophas; apparet quod, ſi Chriſtus non reſurrexiſſet à mortuis, regnaturus in æternum, eo in jure potior futurus fuiſſet *Symeon*, utpote prior genitus, & hoc deficiente filii fratris ſui *Judæ*, vel *Cleophæ* junioris, ſi vere Chriſti hoſpes in Emaus, ſenioris Cleophæ filius fuit.

*& Iacobo ex eodem Cleopha nato ſenior.*

C

Parergo 1. *Pag.* III *col.* 1 *lin.* 12 — probari — *l* — probare. *col.* 2 *lin.* 7 — Hebræos — *l* — Hebræis. *lin.* 6 *à fine* — idoneum — *adde* — Baſilidem iſtum — *& idem nomen dele lin.* 3 *à fine.*

De Juſto *num.* 15 *lin.* 12 *clarior erit ſenſus ſi legas* — patet ex diverſitate exemplarium, prælo vel manu curatorum.

Parergo 3, *Pag.* IX *col.* 1 *lin.* 3 *à fine.* quando neq; in particulari de Mendicantium privilegiis opere, neque in ſuis Annalibus auſus eſt illud referre &c. *lege* quando in peculiari de Mendicantium Privilegiis opere non eſt auſus illud referre, *& dele reliqua iſtius numeri.* Error hic profluxit ex alio in Aprili, ubi mihi, neſcio quo modo, obrepſit, ut tom. 1 pag. 793 lin. 18 agens de Annalibus, ad annum 847 mentionem Sixtinæ cujuſdam Bullæ facientibus, adderem; *in tomo autem quarto ad Sixti Pontificatum, ubi proprius locus erat agendi de Sixtina prædicta, rurſum de ea altum ſilet, & ſolum de prima nobiſque etiam indubitata loquitur.* Pro quibus lineis ſubſtitui velim hæc pauca verba, *& rurſus tomo quarto ad annum* 1477. Exemplum do, quod ſequantur illi quibus ſuſpecta eſt ſinceritas mea, nihil de ſua viciſſim probanda ſolicitis. D

De Seneca, *col.* 22 *num.* 33 *lin.* 15 — Tinnii l — Tynnii — & lin. 18 — *Hieroſolyma* — l — *Hieroſolymam.* & lin. 21 — *Vilio Iuventi* — l — *Vibio Iuventio.*

Parergo 4 *Pag.* X, *col.* 2 *lin.* 11 *à fine* — Huyi — l — Hui.

De Capitone, *pag.* XII, *col.* 2 *lin.* 11, *à fine.* — Quia ſe videbat, l — videbat enim ſe, *& lin. ult.* — Taniay, l — Tamayi.

De Narciſſo, *pag.* XIII, *num.* 49 *lin. antep.* — abundat, l — abundant. *num.* 50 *lin.* 15 — fuit — l — fuit aliquis.

De Alexandro, *pag.* XIV, *col.* 1 *lin.* 17 *incipe Parentheſim* — (quod hic referre nihil attinet &c.) *& proſequendo lege.* — ipſumque ſic finienti; *Martyrizatus fuit anne* CCLIII, *in feria* VI, *die* XVIII *Martii, poſtquam* XXXIX *annis præſediſſet Eccleſiæ Hieroſolymitanæ.* Nempe &c. — *Ibid. lin. penultim. num.* 60 *ſic lege* — ut ſaltem in notando feriæ ac diei concurſu inveniatur non erraſſe auctor, licet annum alium quam debebat aſſumpſerit.

De Zabda, *col.* 2 *lin.* 8 *à fine* — non nominato — *adde* — Zabda; E

Parergo 5 *Pag.* XV *col.* 2 *lin.* 15 — Septem priores — *adde* — proponens — *& lin.* 17 — defunctorum — l — defunctos.

*Pag.* XVI *num.* 70 *lin. antep.* — Madritum, l — Matritum.

De Praylio, *Pag.* XXII *num.* 96, lin. 13 & 14 — Pari-ſiana — *l* — Pari-ſiaca. *& lin.* 5 *& 4 à fine* — anno CCCCXVII ad medietatem progreſſo, *lege* — primum inchoato — *& lin. antepen.* ſex — *l* — ſeptem.

De Juvenali, *Pag.* XXIII *col.* 1 *lin.* 7 — *Berocæ* l — *Berææ.*

*Num.* 100 *lin.* 12 — Cæſarienſi l — Cæſareenſi Metropolitæ — *& ſic ubique lege, non* Cæſarienſis, *ſed* Cæſareenſis — *& lin.* 23 — *cæpiſſet*, l — *decepiſſet. Denique lin.* 29 *poſt* — *Calliſtus lib.* 15 *cap.* 9 — *adde* — S. Joannes Damaſcenus, Serm. 2 in Aſſumptionem Deiparæ, allegat neſcio quam *Euthymianam* ſeu *Euthymiacam hiſtoriam*, cujus *libro* 3, *cap.* 40, *ſic ad unguem ſcriptum* reperiatur. *Dicitur, quemadmodum beata Pulcheria multa Chriſto templa excitaverit, ex hiſque unum in vico Blachernarum, anno tertio Imperii Marciani, beatæ Dei Genitrici dicaverit: dumque illius beatiſſimum exquireret corpus, ut eo transferret; Iuvenalium Epiſcopum Hieroſolymitanum, ſimulque multos cum eo ex Palæſtina Epiſcopos, qui tunc forte ob celebratum Chalcedonenſe Concilium peregrinantes Conſtantinopoli aderant, accerſiverunt Imperatores, atque hunc in modum allocuti ſunt; Audivimus, Hieroſolymis templum eſſe in brevi loco, Gethſemane appellato, ubi beatiſſimæ Virginis corpus in tumulo collocatum fuiſſe creditur: hoc itaque, ad hujus imperialis urbis perpetuum decus atque honorem, transferri volumus. Quibus reſpondit Iuvenalius: E ſacrorum voluminum auctoritate nihil ſcriptum de iis, quæ ad exitum beatæ Virginis pertinent, habemus; tantum ex antiqua accepimus traditione, quod tempore glorioſæ dormitionis* &c, quæ Romani Breviarii reformatores hinc porro tranſcripſerunt, juxta editionem Baſileenſem anno 1575, aut Pariſienſem anno 1577. (nam in altera Pariſienſi anno 1603, mutatus eſt ſtylus) ſupponendo in eorum locum, quæ antea legebantur die 4 infra Octavam Noct. 2, ſumpta ex pſeudo-epiſtolâ ad Paulam & Euſtochium, quæ ſub nomine quidem Hieronymi vel Sophronii habetur, à multis tamen creditur longe recentioris eſſe auctoris. Epiſtola hæc de aſſumptione virginei corporis loquitur, ut de re pie potius opinanda, quam fir- F

A miter aſſerenda ; cavetque *ne forte, dubia pro certis recipiantur, ſi in manus venerit apocryphum illud de tranſitu ejuſdem Virginis, quod multi Latinorum pietatis amore & ſtudio legendi carius amplectuntur.* Nolim equidem improbare reformationem iſtam, Pii V auctoritate factam ; quin potius velim dicere poſſe, quæ ſit illa *Euthymiaca hiſtoria*, ita abſolute affirmans, quæ prædictæ Epiſtolę, utcumque ſuppoſititiæ Auctor, Damaſceno tamen facile antiquior, Apocryphiæ nota ſugillat. *Euthymium* ſcriptorem nullum uſpiam reperio, nedum *Iuvenali* antiquiorem. *S. Euthymii* monaſterium tempore *Iuvenalis* fuiſſe conditum, jam inſinuavi, ubi dedicatæ ab eo eccleſiæ memini. In hoc monaſterio potuit aliquis condidiſſe *Hiſtoriam*, quam à loco *Euthymiacam* dixerit ; ſed ætate inter Juvenalem & Damaſcenum media, puta ſeculo VI aut VII Chriſtianæ Æræ. Ibi, ſi recte introducitur ex ſola traditione loquens *Iuvenalis*, profecto nec-dum notum erat *illud* ibidem dictum *Apocryphum*, adeoque nec Hieronymi nec coævi Sophronii Epiſtola eſt, quæ ejus ut jam extantis meminit ; atque ita facile ipſum ſit illud, quod ſub *Euthymiaca hiſtoria* nomine Damaſcenus allegat ; quodque tanto

B poteſt cenſeri vicinius ſeculo octavo, quam quinto, quanto eidem vicinior fuit Auctor, à quo habemus Orationem de Depoſitione Sacræ veſtis in Blachernis, apud Surium extantem ad XV Auguſti, utpote de ea re, paulo poſt obitum *Iuvenalis* geſta, velut ſatis antiqua loquens, & ſimiliter ut Euthymiacæ Auctor, *Iuvenalium* allegans, *qui ab antiqua & vera traditione narrationem* dixerit *ad ſe fuiſſe deductam.* Solum itaque videndum ſupereſt, utrum credibile ſit, revera *Iuvenalem* id eſſe teſtatum ; de quo dubitari non poſſet, ſi teſtem haberet certiorem & ſeculo V viciniorum, quam eſſe jam ſæpe dictæ Euthymiacæ Auctorem videmur demonſtraſſe. Ut ut eſt, *Iuvenale* extra ſuam Sedem errante, invaſori *Theodoſio* reſtitit generoſe S. Euthymius præfatus :

N. 101 *lin.* 13 — *Actio*, l — *Aëtio*,

N. 102 *lin. antepen.* — unde, *l* — ex quo.

De Anaſtaſio, *n.* 105 *include parentheſi verba hæc lin.* 7 *&* 6 *à fine* — (ſive in fide conſtitit, ſive ad extremum imbecillitate aliqua lapſus eſt.)

C N. 106 *lin.* 9 — *τῷ Ἰσαῦρον* — *l τῷ Ἰσαύρων.*

De Amos, *Pag.* XXIX *n.* 129 *lin.* 16 — Epiſtolam aliquam ad S. Gregorium &c — l. — Epiſtolam à S. Gregorio Papa accepit, quæ eſt in Regiſtro ejus libr. 7 ep. 7 data *menſe Novembri Indictione I.* id eſt anno DXCVII, de Petro, Acolytho fugitivo, ſiſtendo & Romam mittendo, atque interim pro excommunicato habendo. Ipſo autem, quo *Amos* Patriarchatum iniit anno Chriſti DXCI, Guntramni Regis Francorum XXX, ſcribit Fredegarius, *inventam eſſe Tunicam &c.*

*Ad quem Epiſtola S. Gregorii:*

*Lin.* 40 — *Gregorius Antiochenus* — *adde parentheſim* — (tunc in ſuo Patriarchatu annum agens XXI, ſecundum Theophanem).

*Lin.* 42 — *Ioannes Conſtantinopolitanus* — *adde ſimiliter* (ſcilicet *Iejunator*, annum tunc X ſedens ſecundum eumdem Theophanem).

*Ibid. ad finem adde* — De Patriarcha autem *Amos*, in Prato Spirit. cap. 199 hæc leguntur : *Cum deſcendiſſet Abbas Amos Hieroſolymam, & Patriarcha ordinatus eſſet, venerunt omnes monaſteriorum Eremi Abbates ut eum adorarent, inter quos adfui & ego, cum Abbate meo,* inquit Joannes Moſchus. *Cœpitque Patriarcha dicere Patribus : Orate pro me, Patres : magnum enim onus & intolerabile mihi injunctum eſt, Sacerdotiique dignitas me terret immodice : Petri enim & Pauli ſimilium eſt regere rationales animas : ego autem infelix peccator ſum. Nam inveni ſcriptum, quod beatiſſimus & æqualis Angelis Papa Leo, qui Romanorum Eccleſia præfuit, per quadraginta dies perſeveravit ad ſepulcrum Apoſtoli Petri, vigiliis & orationibus inſiſtens, petenſque ab Apoſtolo, ut pro ſe apud Deum intercederet, ut dimitterentur ſibi peccata ſua : impletiſque diebus quadraginta, apparuit ei Apoſtolus Petrus, dicens : Oravi pro te, & dimiſſa ſunt tibi peccata tua, præterquam impoſitionis manuum : hoc enim ſolum abs te requiretur, ſive bene, ſive forſan etiam male egeris.* Videntur hæc indicare aliquam *S. Leonis I.* Vitam antiquam, quæ utinam adhuc uſpiam inveniatur, aut ſaltem inveniatur Auctor, unde viſio iſta eſt accepta !

D *idem metuit rationem, dandam Deo pro impoſitione manuum.*

*Num.* 130 *lin.* 2 — ad Gregorium etiam ipſe ſcriberet, l — ad Gregorium Papam ſcriberet.

De Sophronio, *Pag.* XXXII *num.* 140 *adde* — ſimili modo *Sophronius* Synodicam miſit Romam *Honorio, τῷ ταύτης ἐπάρχοντι*, quod feſtinabundus Interpres vertit *Imperatori*, cum debuiſſet ſcribere, *Pontifici*. Eam Epiſtolam Photius in Biblioth. Cod. 231 legiſſe ſe ait, atque in epitomen contrahit.

141 Neutro in ſcripto *Sophronius*, verbum ullum facit de *Saracenis*, quia ſcilicet nondũ eos ſenſerat &c.

*Poſt num.* 142 *adde* — Notabile omnino eſt, quod eo ipſo tempore, quo Chriſtiana res tantum detrimentum patiebatur in Syria, id eſt anno DCXXXVI ; eadem fides, quæ in vaſtiſſimum Sinarum Imperium primum invecta fuerat anno CCXXXIX, incertum unde & per quos (ſicut monſtravit Crux ferrea ter mille librarum, inſcripta notis Sinicæ Æræ, quæ jam dictum Chriſti annum notabat) reſtituta feliciter fuit anno præmemorato, per Epiſcopum & Apoſtolicos viros, ex Syria ſeu Judæa miſſos, quemadmodum teſtatur præclarum illud monumentum, anno DCCLXXXII Sinicis Syriaciſque litteris inſcriptũ, & anno MDCXXV repertũ, ſtupente univerſa China atque agnoſcente, *Magiſtros magni Occidentis (ita Patres Societatis Ieſu appellant) eamdem prorſus legem apud ſe prædicare, quam decem retro ſeculis ipſorum majores, cum Imperatoribus multis, fuerant amplexati ; quamque Sinici libri, à prædictis Patribus impreſſi, ante lapidem repertum exhibuerunt.* Ita P. Benedictus Boym, in Epiſtola de ipſius Lapidis à ſe deſcripti inventione, ab Athanaſio Kirchero Chinæ illuſtratæ inſerta pag. 7, una cum inſcriptionis totius forma æri inciſa, ac plane tali, qualem nobis ante hos paucos annos videndam exhibuit P. Philippus Couplet, è China Romam procurator veniens. Narrat eadem inſcriptio, quomodo ſub annum DCXCIX mota contra Chriſtianos perſecutione, quæ viginti annis duravit, iiſdem decurſis, reſtituta fuerit eadem religio ; & anno DCCXLV, alius ex Judæa Sacerdos illuc appulerit, exindeque egregiæ floruerit fides, quemadmodum adhuc florebat quando erectus eſt lapis, hanc ſuæ poſitionis memoriam Syriacis litteris exaratam continens, *Anno milleſimo nonageſimo ſecundo Regni Græcorum, Iſdabuſaid, Sacerdos & Vicarius Epiſcopi Cumbdam civitatis regni Orientalis, Milis Sacerdos & Balah civitatis Tuhurſtan, conſtituit tabulam hanc, & ſcripta eſt in ea adminiſtratio Redemptoris noſtri & prædicationes Patrum noſtrorum apud Reges Sinarum.* Huic autem Syriacæ inſcriptioni accurate reſpondet (ſicut idem Kircherus pag. 42 docet) Sinenſibus characteribus additus hujuſmodi titulus : *In noſtro potentatu magni Tam anno ſecundo hujus Kienciúm* (qui erat annus Domini DCCLXXXII) *menſe Autumni ſeptima die, die Dominica exaltatus fuit hic lapis, Epiſcopo Nim-ciú Eccleſiam Sinenſem adminiſtrante.* Ubi annum Domini, veluti ab interprete Luſitano ex ſua calculatione adjectum, ſecrevi à contextu reliquo, quod Kircherus non fecerat ; nixus teſtimonio R.P. Philippi præmemorati, quem operæ pretium putavi deſuper conſulere : nec enim credere poteram, Epocham annorum

E

F *Sub hoc, anno 636 fides Chriſti reſtituitur apud Sinas:*

*poſt vicenalem perſecutionem anno 745 rurſus erecta,*

*(ut docet lapis anni 782)*

norum Christi Syro-Græcis fuisse usitatam, cum Apostolici isti viri ex Syria in Sinam venerunt; ideoque judicabam, nihil tale characteribus Sinensibus exprimi.

*eadem quæ nunc quoque prædicatur à Patribus Soc. Iesu,*

Sicut autem primi illi, quos verosimile est Thomææ ex Meliapore vel Cranganore Ecclesiæ fuisse Presbyteros (id enim ad minimum evincunt testimonia, pro ipsiusmet S. Thomæ apud Sinas prædicatione apud Kircherum allata) Sicut, inquam, isti *Crucifixum Christum* annuntiasse probantur, ex illis quas dixi Crucibus, & qui iis adjunguntur Characteribus; sic etiam hodie Cruces illæ, quarum alibi ectypon exhibebimus in Paralipomenis ad Pontificum Chronologiam; quas scilicet ex argento, ære, vel ligno confectas consepeliri secum jubent conversi Societatis nostræ opera Neophyti, ad perpetuũ susceptæ fidei monumentum; præbent testimonium, & quam diu stabit mundus præbebunt prędicatę citra ambages simulationeſq; Crucifixionis Dominicę; contra quam hic in Europa aliqui voluerunt persuadere, per evidentissimam calumniam, nec nisi apud simulatos Crucis Christi cultores, similive odio præventos credibilem.

*ut probant Cruces cum Neophytis solitæ sepeliri.*

B Parergo 8, *Pag.* XXXIII *num.* 147 *lin.* 12 *post* —— *publicarentur* —— *adde* —— Joachimus Camerarius, vir Græcæ Latinæque linguæ scientissimus, & in omni prope disciplina pluribus editis libris versatus, qui ante sesqui seculum floruit, & S. Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani Chronologiam in lucem primus extulit, atque operosis Appendicibus supplevit; cum narrasset quomodo Heraclius Imperator, desperans de conservandis Hierosolymis, Persarum incursione depopulatis, easdem deseruisset occupandas à Saracenis; ita de his loquitur; *Sed neque reliquias incolarum abduxerunt, & Sophronio Patriarchæ, successori Modesti, perficiendi opus inchoatum templi potestatem fecerunt: quam extructionem suarum etiam opum impensis, Homarus adjuvisse; atque etiam alterum eo loco, quo Salomonæum fuisse animadverteretur, extruendum curasse, traditur.* De anno &c.

*Ibid. lin.* 5 *à fine deleto* C *superfluo*, scribe —— anno DCXXXV vel DCXXXVI *& lin.* 4 *à fine* —— anni DCXXXVIII.

De Joanne 3, *Pag.* XXXVI *col.* 1 *lin.* 16 *lege* —— *nec ad iter se paravit.*

C Parergo 9, *Pag.* XXXVII *num.* 165 *lin.* 26 *post* —— voluntate —— *adde*, —— nunc Cardinalis etiam ipse, Eminentissimus Capisuccus ex Ordine Prædicatorum.

*Ibid. lin.* 36 —— Cancellarii Brabantiæ —— *l* —— Cancellarii Geldriæ.

De Eusebio, *Pag.* XXXVIII *col.* 1, *num.* 166 *lin.* 12, *à fine sic lege* —— si in tota .... Terrę-sanctæ descriptione de *Carmelitis* verbum sit nullum.

*Ibid. num.* 169 *lin.* 15 —— initio, —— *l* —— inito ——

De Theodoro. *Pag.* XXXIX *col.* 1 *lin.* 21 *post* —— saltem DCCXLII —— *adde* —— adeoque ad hujus Patriarchatus tempus pertinet alia Apostolici cujusdã viri profectio ex Judęa in Sinam, cujus meminit supramemoratum Sinicum monumentum, tamquam illuc appulsi anno tertio *Tien pào*: qui fuit annus Christi DCCXLVII: resque eum successum habuit, ut anno DCCLVII Imperator novo edicto in sex civitatibus fieri ecclesias jusserit, ac porro res Christiana optime processerit usque ad tempus erecti lapidis anno DCCLXXXII. Cui lapidi Syriacis litteris adscripta nomina Apostolicorum virorum circiter LXX, dicuntur etiam inveniri in historia cujusdam Arabis Mahumetici, dicti Alfarage; asserentis, eos missos

*Altera*

in Sinam à *Patriarcha Mussul*. Sed quis hic? Hierosolymitanusne, an Antiochenus? Existimo quod potius Antiochenus; quod tamen certo probare non possumus, deficiente apud Nicephorum Patriarchali ista serie in Anastasio, qui sub Justino Juniore vivebat, seculo VI. Fuerit forsitan *Mussul* iste decessor *Patris Patrum Domini Ioannis Iosuæ, Catholici Patriarchæ, in* cujus *diebus* sculptum lapidem concludio Syriaca testatur: tunc autem Hierosolymitanus Patriarcha erat Elias, licet forsitan exul, de quo mox: & Antiocheno, tamquam uni ex quatuor Patriarchis majoribus, potius competebat *Catholici* titulus, id est, *Vniversalis*. Quando autem &c. D

*& tertiâ Missio in Chinam.*

*Ibid. ante num.* 171 *adde* —— THEODORVS intrusus, & ELIAS iterum.

*Ibid. num.* 173 *lin.* 19 —— *mirculo* —— l —— *miraculo.*

*Pag.* XL *post num.* 175 *adde* —— Interim dubium nemini esse potest, quin Trithemius, ex mente & sententia Carmelitarum sui temporis, librum de Institutione Monachorum adscripserit confinio seculi VIII & IX: quem etiam sensum fuisse Joannis Grossi Generalis ostendi num. 89; adeo tunc adhuc nemini inciderat cogitatio, de eo ad confinia seculi IV ac V promovendo, uti nunc intenditur.

*& huic olim adscribebatur liber de Instit. Monachorum.* E

De Theodosio, *Pag.* XLI *post num.* 186 *adde* —— *Dicendum autem*, inquit, idem Bernardus, *quod Sabbato sancto mane Officium incipitur in ecclesia; & post peractum Officium*, Kyrie eleison *canitur, donec veniente Angelo lumen in lampadibus accendatur, quæ pendent supra sepulcrum Domini; de quo dat Patriarcha Episcopis & reliquo populo, ut illuminet sibi in suis locis.* Vivebat adhuc *Theodosius* iste anno DCCCLXXIX; extat siquidem ad eum Epistola Joannis Papæ VIII, post reditum à Trecensi in Gallia Concilio, anno præcedenti Septembri mense celebrato, data Romæ VI *Nonas Maji*, hoc tenore: *Notum esse volumus Sanctitati vestræ, quia præsentes Monachi vestri, Theodosius, videlicet, David, & Saba, venientes Romam ad limina sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, demorati sunt ibi; eo quod nos, pro Ecclesiæ nostræ causis & utilitatibus Franciam perrexeramus. At ubi, Deo volente, reversi sumus incolumes, eis ad vestram Paternitatem revertendi licentiam dedimus; per quos nimirum, causa caritatis, aliquam, licet modicam, B. Petri Apostoli benedictionem Fraternitati vestræ mandavimus, quam petimus ut, pro Dei & ipsius Apostolorum Principis amore nostraque dilectione, benigne recipiatis: quoniam nimia Paganorum oppressione gravati, plura (ut volebamus) dirigere non potuimus. Rogamus præterea sanctam vestram in Domino Caritatem, ut in sanctis orationibus nostri semper memores existentes, pro nobis preces Iesu Christo D. N. quotidie fundere alacri animo dignemini.* & 872. F

*Ioannis PP. 8 litteris & eleemosyna honoratus.*

De Elia 3, *Pag.* XLII, *num.* 181 *lin.* 8 —— pag. 370, l —— 372.

*Lin.* 3 *à fine*, supple omissum verbum, & reliqua, sic lege —— *ad hoc recipiendum pro Christi amore ministerium compulsi sunt, dum illi quietam vitam ducere, Deoque famulari remotius elegerunt*; ad hoc scilicet ex Galliis (quod & nomina Francica indicant) in Palæstinam advecti, cum animo istic remanendi: sed *qui nihilominus, ponentes animas suas in manibus suis pro Fratribus & sancta Christi Ecclesia, nullum recusaverunt laborem.* Testatur autem, quod eis *credere* possint *quæcumque placent*: fideles enim esse, *quibus nimirum Christus etiam nec dedignatus est sua credere Sacramenta, seu sanctissima loca*: unde colligas eos, licet externos & Latinos, ad aliquod in Ecclesia

*per legatos Monachos.*

A Hierosolymitana officium fuisse assumptos, in qua scilicet Monachos ministrare frequentissimum erat.

*vitæ eremiticæ causa ex Francia Hierosolymam transvectos,*

*Precamur autem*, inquit concludens, *ut mercedis vestræ augmenta, dum se occasio tribuit, multiplicetis*, multiplicando eleemosynas, ab ipsis in subsidium locorum sanctorum referendas; *& hos Fratres à vobis citius absolvatis, quoniam in arcto sita sunt animæ nostræ, & sola nobis spes de misericordia Domini nostri Iesu Christi remansit.*

*Ibid. ad finem columnæ adde* —— Porro *Elias*, de quo agimus, ille est, qui exemplo, parum in Oriente laudato, probavit quartas Leonis Imperatoris Philosophi nuptias, circa annum DCCCCI contractas, invito Nicolao Mystico Patriarcha Constantinopolitano. Cum enim is Leonem propterea arcuisset ab ingressu ecclesiæ, *Scripsit Imperator*, inquit Elmacinus lib. 2, cap. 7 *ad Patriarchas in omnibus Christianorum regnis, & rem iis significavit, ac responsum accepit ut uxorem duceret.* Potius dixisset, ut jam ductam, filioque Constantino genito matrem, Zoën scilicet, haberet ut legitime ductam. Erant autem Patriarchæ, Romanus quidem, Joannes Papa IX; Alexandrinus vero, Michaël jam ab anno circiter DCCCLXXVIII ordinatus, nam hic XXV annis sedisse dicitur. Antiochenus quis fuerit, necdum comperi. *Plures quoque doctissimos viros ad id opem contulisse, ut Imperator legem perferret, qua viro etiam tres quatuorve uxores*, successive scilicet, *ducere liceret*, testatur Leo Grammaticus; non ideo tamen minus *hæresim* vocat, eo quod tertium quoque matrimonium, nedum quartum, apud Græcos illicitum crederetur. Vide quæ XV Maji diximus ad Vitam ipsius Nicolai Mystici, inter Sanctos relati.

*Probat quartas nuptias Imperatoris an. 901,*

E

Quod autem *Elias* tunc adhuc superfuerit; adeoque unus ex prædictis Patriarchis fuerit, probatur ex commendatitia epistola, qua instruxit *Malacenum, in Sede S. Basilei gentis Iberorum Episcopum*, id est Amasenum in Helenoponto, Cappadociæ parte. Hunc enim cum ejusmodi commendatitiis excepit *Benedictus Papa IV*, anno DCCCC primum creatus Romanus Pontifex; & ad pecunias colligendas, pro redemptione suorum concaptivorum apud Turcos, commendat fidelibus etiam ipse, eo Brevi, quod ex Ms. Laudunensi Mabilio recitat tom. 3 Analectorum suorum pag. 436; eruditeque monet, scriptorio mendo imputandum videri, quod loco *Helonopontanæ*, dicatur *Malacenus* iste, *Hierosolymitanæ Ecclesiæ Episcopus*. Præmittitur ibidem ipsiusmet *Eliæ* epistola encyclica, sic Latine scripta:

*& Malacenum Amasiæ Episcopum commendat,*

*per epistolam, qua exponit*

*Tempus adjutorii: consurgite. Tempus compassionis: non deliberetis. Inclinate ad me obsecro mentem vestram, & cum compunctione verbis meis intendite; dicente Domino, Estote misericordes, sicut & Pater vester cælestis misericors est. Qui propter misericordiam, ex Virgine Maria sine semine viri, incarnari pro nobis immutabiliter dignatus est: qui, cum dives sit & omnipotens, permanendo quod est Deus, nostra paupertate absque peccato pauper factus est, ut nos sua ditaret bonitate: & qui ipse dives existens, pauper factus est pro nobis, ut nos divites existentes in peccatis, paupereſcamus spiritu, ut simus compartipes bonorum ejus, qui dicit, Esurivi & dedistis mihi manducare, sitivi & dedistis mihi bibere, in carcere fui & visitastis me, & maxime super præsenti negotio. Scitis enim multi, & maxime qui aliquando detenti ab impiis inimicis (barbarorum dico) scilicet eorum ab invicem tribulationem, ferri durissima onera & contritiones, famem, sitim, nuditatem, illotionem scilicet, & qui ex carne generantur vermes, & quæ ab inimicis mittebantur minas, & fremitus, & plagas, & crudelem mortem: & hæc omnia juste eveniunt pro peccatis nostris. Hi autem qui in requie & desidia vivunt, non facientes* Christi *mandata, hoc tradit impiis ad mortem; sicut multos invenimus bonos, detentos ab impiis:*

*fidelium apud barbaros captivorum ærumnas,*

*verumtamen & ipsi pro peccatis nostris, ut & nostris temporibus accidit.* D

*Advenit autem mihi, fratres carissimi, Malacenus Episcopus, sede S. Basilei in regione Iberorum (Ipse vero Malacenus habebat secum quinquaginta fratres Monachos) qui superveniente gente qui vocantur Turci, in Iberorum regionem, in monasterio quod detinebatur ab eodem Malaceno Episcopo, & effoderunt eum, & interemperunt de prædictis fratribus viginti, eo quod non potuerunt cogi, ut calcaretur ab illis armatura pretiosa & vivificatricis Crucis. Ceteros autē triginta cum eodem Malaceno Episcopo deligantes, sub omni custodia ferreo vinculo deduxerunt eos in Turciam. Viri autem philochristi currentes congregaverunt Byzantios centum viginti, & eos transmiserunt ad Primatem illius spurcæ gentis, & eripuerunt Ipsum Malacenum Episcopum, & alterum cum illo, alii autem usque nunc detinentur à Turcis. Hic Malacenus Episcopus, liberatus ab illis, curam gessit de aliorum ereptione, dicens ad semetipsum; Quia non dabo somnum oculis meis, nec palpebris meis dormitationem, donec & alios qui mecum fuerunt, Deo auxiliante liberem de tenebrosa illa gente. Ego vero peccator Helias, Hierosolymitanus Papa, hunc suscepi flentem & lugentem, in his quæ ei acciderunt conluxi: &* E *nihil quidem habens quod ei darem, dedi illi hanc consolationem scripturæ, eo quod esset tardiloquus, magis vero & alterius linguæ. Unde obsecro omnes, si & per totum estis imitatores Christi, Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Hegumeni, Reges, Comites, & universus orthodoxus populus Christianus, super quos invocatur nomen Iesu Christi Domini nostri, ut concurratis, & viscera misericordiæ super eum effundatis, & ex his quæ Dominus largitus est unusquisque singulus benigna conscientia tribuat ei, ut abiens liberet animas aliquando liberas, nunc vero detentas ab impiis inimicis. Fiet, omnimodis speramus, quæ damus illi, quoniam susipere habemus ea in die illo, in novissima tuba, in qua omnes è pulvere in voce Archangeli suscitabit, reddens unicuique secundum opera ejus, maxime misericordes. Ipse enim Dominus dicit de his, qui cum fratribus suis in nomine ejus misericordiam faciunt, Amen, amen dico vobis, quamdiu uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Sitque Dominus Deus cum omnibus vobis. Amen.* Hactenus *Elias*, sive per se sive per scribam suum, ut melius potuit, Latine balbutiens; sic tamen ut istius temporis Græcismum phrasis tota sapiat: nisi forte Græce scriptam originaliter epistolam, Malacenus curavit Latine reddendam in Cypro aut alibi, ubi plures inveniebantur negotiatores, utriusque linguæ non omnino rudes, sed nec omnino exacti ad leges Grammaticorum; unde contigit hiare nonnumquam periodos, aut parum apte cohærere articulos.

*& quomodo Episcopus ille, amissis 20 monachis suis pro fide cæsis,*

*abductus & redemptus,*

*pro aliorum 30 redemptione lytrum quærat,*

De Jordano, *Pag.* XLIV *col.* 2 *lin. penult.* --- *morem* --- l --- *more.*

*Pag.* XLV *post num.* 192 *adde sequentia.*

Ad hujus *Iordani*, vel sequentis *Sophronii* tempora pertinet, quod Hierosolymitis, in favorem Patriarchæ, præstitum ab Imperatore Constantinopolitano, Constantino Monomacho, narrat Guilielmus Tyrius, lib. 9 de Bello sacro cap. 17 & 18: regnavit enim Constantinus iste ab anno XLII usque ad LIV seculi XI, in quo versamur. Tyrii autem narratio hujusmodi est. *Certum est Hierosolymorum Patriarcham, quartam civitatis partem, tamquam propriam à multis retro temporibus possedisse: quod qualiter acciderit, & unde initium possidendi habuerit & causam, breviter aperiendum est: nam nos studiosius hæc investigantes, frequenti inquisitione tandem ad hujus rei pervenimus indaginem. Habent veterum traditiones, dum civitas illa ab infidelibus detineretur, numquam pacem continuam, vel ad tempus modicum, habuisse; sed frequentibus bellis & crebris obsidionibus, finitimis Principibus eam sibi vindicare volentibus, perpetuo fuisse fatigatam: unde ejus & turres & mœnia, tum vetustate, tum obsidentium*

*Sub eodem vel ejus successore,*

F

*opera*

A *cum Caliphæ iuſſiſſet civitatum muros ac turres reſtaurari,*

*operâ, in ruinam collapſa, hoſtium inſidiis locum late patere cogebant. Cum igitur ea tempeſtate Ægyptiorum regnum, viribus & divitiis, ſed & prudentia ſeculari, ceteris quæ vel in Oriente vel in Auſtro erant regnis eſſet præſtantius; volens Ægyptius Caliphæ imperii ſui fines porrigere, & ſuam longe lateque propagare ditionem; miſſis exercitibus, univerſam Syriam uſque Laodiciam, quæ Antiochiæ contermina Cœle-Syriæ limes eſt, violenter occupavit: deſignatiſque Præſidibus, qui urbibus tam maritimis quam mediterraneis præeſſent, vectigalia conſtituit, & univerſam regionem fecit tributariam: præcipiens ſingulorum civibus locorum, civitatis ſuæ muros readificare, & turres validas per circuitum erigere. Hac communi lege, Procurator, qui Hieroſolymis præerat, ejuſdem loci compulit habitatores legibus parere communibus, & mœnia cum turribus in ſtatum reformare priorem. Quibus cum partes futuri deſignaventur operis, contigit, ex malitia magis quam ex opum comparatione, quod quarta pars ſtructuræ illius, miſeris Chriſtianis; qui in urbe degebant, deſignaretur. Erant autem prædicti fideles, tot angariis & perangariis, tributis, vectigalibus, & aliorum ſordidorum munerum præſtatione attenuati adeo, quod omnium opes vix ſufficerent, ut una vel duæ de prædictis turribus reſarcirentur. Videntes ergo quod occaſiones quærerent adverſus eos, non habentes aliud refugium, ad Præſidem accedunt, cum lacrymis ſupplicant, orantes, ut juxta eorum poſſibilitatem onus eis imponatur; nam quod*

B *injunctum eis fuerat, omnino inſufficientes erant portare. Qui cum à ſua præſentia eos excludi præcepiſſet, ſub gravi interminatione dixit: Edicta ſummi Principis ſacrilegium eſt violare: aut ergo opus injunctum conſummabitis, aut ulteribus gladiis, tamquam læſæ Majeſtatis reos, vos oportet occumbere. Tandem multiplicatis interceſſoribus, & munerum interventu, apud Præſidem feriæs obtinent, quouſque miſſis legationibus, ad Dominum Conſtantinopolitanum Imperatorem, ejus ad peragendum opus prædictum, implorent eleemoſynam. Deſtinati ergo nuntii ad prædictum Principem accedentes, gemitus & lachrymas fidelis populi, non ſine ſuſpiriis audientium, quantum poſſunt exprimunt diligentius; pandentes ex ordine, ſputa, colaphos, vincula, carceres, bonorum direptiones, cruces, ſupplicia, quæ miſer ille populus pro Chriſti nomine inceſſanter pateretur, & nunc quæ de novo adverſus eamdem plebeculam, ad perdendum eos, quærerent occaſiones. Porro tunc agebat in ſceptris, vir prudens & magnificus Dominus Conſtantinus, qui cognominatus eſt Monomachus, Conſtantinopolitanum Imperium ſtrenue & viriliter adminiſtrans. Is lacrymoſis Chriſti fidelium petitionibus gratuitum impendens aſſenſum, pecuniam promittit, unde opus injunctum poſſit abſolvi, eorum moleſtiis & continuis afflictionibus plena caritate compatiens. Adjicit tamen conditionem, quod ea lege prædictam ſit eis pecuniam largiturus, ſi apud regionis Dominum id obtinere poſſint, ut infra prædictum muri ambitum, quem de Imperialibus eleemoſynis erigere propoſuiſſent, nulli niſi Chriſtiano habitare liceret. Scribit igitur ad Cyprios, ut ſi Hieroſolymitæ fideles id poſſent impetrare, de vectigalibus & fiſco debitis, tantam eis ſummam miniſtrarent, quæ prædicto operi ſufficere poſſit. Illi vero ad propria reverſi, Domino Patriarchæ & plebi Dei, quomodo egerint, panduni ſeriatim. Qui gaudenter verbum amplexi ſunt, & ad implendam legem pactorum, quam Dominus adjecerat Imperator, omni ſtudio fideliter elaborant. Miſſis igitur nuntiis ad magnum & ſupremum eorum Principem, Ægyptium videlicet Caliphaṁ, proſequente eos divino favore, apud eumdem prædictam impetrant poſtulationem; & munimentum, ejus ſubſcriptione & ſigillo corroboratum, inſuper obtinent. Tandem feliciter conſummato negotio, ad propria reverſi, deſignatam muri partem auctore Domino compleverunt, anno ab incarnatione Domini M. LXIII; regnante apud Ægyptios, & id fieri permitten-*

*Hieroſolymitanis Chriſtianis quarta pars operis fuiſſet injuncta;*

*pecuniam confert Imp. CP.*

*ea conditione, ut pars ſic refecta ipſis ſolis relinqueretur,*

te, Bomenſor Elmoſtenſab, anno trieſimo ſexto ante urbis liberationem. Habitaverunt ſane, uſque in illum diem, promiſcue cum fidelibus Sarracenis ſed ab ea hora, audita juſſione Principali, ad alias civitatis partes de neceſſitate ſe contulerunt, quarta prædicta fidelibus ſine contradictione relicta. In quo ſervi Chriſti conditionem ſuam videntur feciſſe longe meliorem: nam de cohabitatione virorum Belial multa ſæpius oriebantur ſcandala, & multiplices eis accedebant moleſtiæ: tandem ſeorſum habitantes, ſine admixtione zizaniorum, degebant quietius: ſi quas habebant quæſtiones, ad cognitionem referebant Eccleſiæ, &, mediante Domini Patriarchæ qui pro tempore erat arbitrio, controverſias inter ſe decidebant. Sic ergo ob ea die, & ea ratione qua prædiximus, prædicta pars civitatis quarta, alium non habuit Iudicem vel Dominum, niſi Patriarcham; & eam quaſi propriam Eccleſia ſibi perpetuo vindicavit. Diſtinguitur autem quarta prædicta hoc modo. A porta Occidentali, quæ dicitur David, per turrim angularem, quæ cognominatur Tancredi, uſque ad portam Septemtrionalem, quæ dicitur Protomartyris Stephani, eſt ambitus muri exterioris: interius vero, limes eſt via publica, quæ ab ea porta uſque ad menſas numulariorum directe protenditur, & inde iterum ad portam Occidentalem. Continet autem intra ſe venerabilem locum Dominicæ Paſſionis & Reſurrectionis, ac Domũ Hoſpitalis; utrumque monaſterium, Virorum videlicet & Sanctimonialium, quorum utrumque cognominatur de Latina; Domum etiam Patriarchalem, & Canonicorum Dominici ſepulchri clauſtrum, cum ſuis pertinentiis.

D *Sic annuente Caliphâ, perfectum eſt opus an* 1063.

*& quarta pars urbis manſit Chriſtianis ſub Patriarchæ ſuæ juriſdictione.*

E

De Simone Pag. XLV *num.* 195 *Dele prima verba in margine, & lin.* 14 *poſt* — teſtibus oculatis — *adde* ------ Quibus recentiſſime addendus venit, ex bibliotheca Caſinenſi à Diligentiſſimo Joanne Mabilione erutus, & Tomo 1 Muſæi Italici p. 2 pag. 131 ac ſeqq. inſertus, Anonymus Auctor hiſtoriæ, *de via Hieroſolymis, qualiter recuperata ſit; qualiterque etiam Antiochia & eadem Ieruſalem ab invaſione Gentilium per fideles Chriſti liberata fuerint.* Hæc ſane Hiſtoria, ſi prius in lucem protracta fuiſſet, meretur inter *Geſta Dei per Francos* primum obtinere locum; potius quam, quod eorum nunc initium facit, ipſius Compendium. Dum autem iſta ibi inciperent per Cruce-ſignatos in Syria geri, anno ſcilicet MXCVIII; Patriarcha Hieroſolymis erat *Simon*: ſed, uti mox videbitur, abſens in Cypro. Abſente ergo illo contigit miraculum, quod præcitata Hiſtoria refert, poſt narratam Babylonii Soldani profectionem in Urbem Sanctam, cauſa illius contra adventantes Chriſtianos muniendæ. Adduxerat is eo ſecum captivos aliquot ex Francis Chriſtianos Epiſcopos, interque eos *Guilielmum* quemdam *Eremitam*, virum ſanctiſſimum; qui paulo ante juſſus Euangelio fidem præſtare, montem fecerat in altum tolli & procedere ad locum deſignatum. *Cum ergo Solennitatis Paſchalis dies appropinquaſſet; Rex, prædictos captivos advocans, ait illis: Non poſſum credere, quod Sabbato vigiliarum Paſchæ ignis ille, ut fertur, apud Sepulcrum Dominicum per ſemet ipſum in lampadibus accendatur. Ad hæc Guilielmus Eremita, ſocii ejus, aliique Chriſtiani indigenæ, verum eſſe illud firmiter aſſeverabant. At Rex: Si verum eſt, inquit, quod dicitis; volo ut rei ipſius probatione, me adſtante atque cernente, verum eſſe monſtretur: ita tamen ut lampades à me ipſo præparatæ ignem illum recipiant; ſin autem, à me numquam alio modo verum eſſe credetur. Cumque Guilielmus ac ſocii ceterique fideles, rem ipſam, per virtutem Chriſti, ſe penitus opere probaturos pollicerentur; Rex appropinquante ſolenni die Paſchæ, lychinos tenues, de ferri acie fabrefactos, lampadibus, quas ipſe ante ſe aptari oleoque repleri fecerat, mitti juſſit. Cete-*

*Simone Græcorum ultimo abſente anno* 1097.

F *coram Soldano Babylonis,*

*qui lampadibus lychinos ferreos imponi ſuſſerat,*

A rum Christiani, cognoscentes quod lychinos ferreos in lampadibus Rex poni jusserit, in infidelitatem quamdam modice demerguntur. At Guilielmus Eremita, vir fide plenus Deoque devotus, intuens eos in fide paululum hæsitare, in ipsius firmitate fidei illorum animum verbis exhortatoriis consolidavit. Cumque omnes plus solito Dominum precarentur, ut solitus ignis, in lampadibus præparatis, ad gloriam nominis sui accenderetur; repente hora nona cælitus ignis adveniens, per omnes lampades in lychinis ferreis accensus est, atque ita in eis clarissime ardere cœpit, ac si papyri depilati fuissent. Tanto itaque miraculo divinitus ostenso, & Rex ingenti stupore atque admiratione excipitur, & omnis plebs Christiana ut vidit dedit laudem Deo. Aberat interim, ut dixi, *Simon* ultimo in Catalogis nominatus &c.

*ignis cælestis accipitur.*

*Pag.* XLVI *col.* 2 *lin.* 3 *addè* --- Ceterum *Simon* præfatus, quantumvis Latinorum captaret gratiam, juvari ab iis & restitui sperans; quantamcumque etiam morum honestatem ac vitæ sanctitatem præferret; erat tamen, saltem initio Patriarchatus, ab eorum ritibus tam alienus, ut hos quoque erroris superstitionisque damnaret. Composuit enim (teste Allatio in Diatriba de Simeonum scriptis) opusculum *de Azymis adversus Latinos*, sic exordiens:

*Hic antea à Latinis alienissimus,*

B Ἀνέγνωμεν, ὦ φιλοχριστότατοι Λατῖνοι, τὸ συσακλικὸν γεγραμμένον ὑπὲρ ἀζύμου θυσίας ὑμῶν, ὃ παρ' ὑμῶν αὐτῶν διεκομίσθη ἡμῖν, καὶ ἡ ἐπιστολὴ διά τι ἀπὸ Ῥώμης γεγράφεται, ὡς ἔφερέ τις πρός τινα Πάπαν Σιλβέστρου, πρός τινα Κληρικὸν Λατῖνον ἐν Κωνσταντινουπόλει διάγοντα· καὶ διέγνωμεν ἐξ αὐτῶν, μηδὲν καίριον, μήδε ἀληθὲς μήδε πάγιον κεκλῆσθαι ἡμᾶς, εἰς σύστασιν τῆς παρ' ἡμῶν προσφερομένης ἀσήμου λατρείας Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν. *Legimus, ô Christi amantissimi Latini, scriptum confirmatorium vestri absq; fermento Sacrificii, quod à vobis ipsis allatum nobis est; sicut Epistola, causâ cujusdam negotii scripta Româ, ut præferebat, à quodam Silvestro Papa, ad quemdam Latinum Clericum Constantinopoli commorantem: cognovimus autem ex illo, nihil congruum, nihil verum, nihil solidum habere ordinationem cultus ejus, quem sine fermento defertis Christo Deo nostro.* Silvester ille, cujus allegatur epistola, non alius fuisse potuit, quam hujus nominis Secundus, seculo x exeunte creatus Pontifex. Sub hoc autem tempus maxime incaluerat disputatio ac deinceps viguit, sic ut Græci Latinos *Azymitas* per contemptum vocarent, ut ait Leo IX annis XI post. Cum autem Patriarchæ & Episcopi Græcorum medio ævo ferme acciperentur ex Monachis, & hi ut plurimum ejusdem essent cum suis Prælatis sententiæ, atque alienationem suam à Latinis multo manifestius & liberius profiterentur; videant Religiosi quidam Ordines, inde in Europam traducti, utrum tantopere laborandum sibi sit, ut ab antiquis in Syria & Palæstina Monachis se processisse persuadeant; & an non honestius asseverarent; Primos ibi Latinos, vel Eremitas vel Clericos regulares, nihil cum Syro-Græcis commune habuisse; omnesque coaluisse ex Europeis, qui vel nulli antea vel aliis Religiosis institutis obstricti, religiosam vitam istic ducere elegerunt: ita dicturi aliquid de origine sua, quod verosimilitudinis plus, contradictionis multo minus haberet. De ista autem Græcorum & Syrorum à Latinis alienatione tamquam ab excommunicatis hæreticis, vide quæ diximus in Vita S. Angeli, in Reflexione Historica ad Præfationem num. 7.

*Scripserat contra eos librum de Azymis:*

C

Ibidem num. 195 de *Arnulfo* lin. 11 post --- meruerit --- *adde* Chronicon Malleacense tomo 2 Bibliothecæ Labbeanæ, non ultra annum MXXXIV perveniens, narrata Urbis Sanctæ expugnatione, hæc subdit. *Octava postquam civitas capta est die*, id est XXII Julii, *celebraverunt festivitatem exceptionis per omnem ci-*

*vitatem Ierusalem, & elegerunt Principem Guodefridum qui expugnaret Paganos & custodiret Christianos. Similiter in loco Patriarchæ elegerunt Arnulfum, in festivitate S. Petri ad vincula* 1 Augusti. Absit tamen ut &c. D

*Lin.* 18 *post* --- *lib.* 7 § 13 *adde* --- Sub hoc, ut idem Chronicon asserit, *ignis qui venit in Ierusalem in Sabbato Paschæ extinxit; & post paululum, miserante Domino, veniens iterum lætificavit Christianos, quos extinctione tristaverat.* Celebratum fuit Pascha istud 1 Aprilis, anno autem sequenti XXI die mensis ejusdem, quando *ignis qui venit in Sabbato sancto non venit usque in ipso die Paschæ: & tunc binis vicibus venit.* Ab eodem *Dayberto* Hierosolymitani Regni investituram suscipiens, qui coronari tamen auro numquam se passus est ea in urbe, ubi Dominus spinis fuerat coronatus, Rex Godefridus &c.

*Ibid. post num.* 197. Ex dictis apparet, regnante *Balduino I* nullum inter Patriarchas Latinos locum esse *Henrico*, de quo litteræ Capituli Antverpiensis, signatæ anno MCCCCXVI, & à nobis prolatæ 1 Ianuarii; ubi de Præputio Domini, num. 24, sic loquuntur; *Tradiderunt nobis seniores nostri, quod olim regnante in Terra sancta felicis recordationis illustrissimo Christianissimoque Principe, fundatore nostro, Godefrido de Buillon, Hierosolymitanorum Rege, erat cum illo generosus quidam vir, Antverpiensis oppidanus, Henricus Noese, Presbyter & ejusdem Domini Godefridi Capellanus; qui deinde eorumdem Hierosolymitanorum factus Episcopus, videns succedente Balduino, præfati Regis Godefridi fratre, sævitiam infidelium reinvalere Paganorum; natalis patriæ nimirum affectus amore, conquisitum ante & sufficienti documento probatum Domini nostri Præputium, per manus cujusdam nostratis Capellani sui & nostri, Arnoldi Heerbrant, priusquam morte corporali illic præveniretur, ut rem tam sacram indignis fidelibus subtraheret, ad nostram præfatam ecclesiam Antverpiensem, memoriale sui perenne, fideliter transmisit.* Facile fuit decursu seculorum trium, in hac per traditionem accepta relatione, variari quidpiam salva rei substantia, quam perpetua seculorum omnino quinque possessio, variis documentis testata, indubitabilem facit. Omnia autem consi eranti mihi, verosimillimum fit, quod *Dayberti* Patriarcha, cum decretum haberet ab infensi sibi Regis Balduini facie Antiochiam declinare, Vicarium pro te reliquerit *Henricum* istum, unum fortassis ex Suffraganeis Episcopis suis: & sic traditio Antverpiensium *Episcopum* dixerit, qui solum erat *Episcopi* Hierosolymitani Locum-tenens: cui etiam additum cognomen *Noese* posterioris forsitan institutionis fuerit, quia seculo XV sic appellabantur, qui *Henricum* istum inter propatruos suos numerabant.

*In his nullus locus Henrico,*

*qui sacrum Præputium Antverpiam misit,*

F

*& verosimiliter solum fuit absenti Dayberti Vicarius.*

*Ibid. num.* 198 *lin.* 4 *à fine* --- quarto --- *l.* quinto --- *& lin. antep.* --MCXXVII, *l.* -- MCXXVIII -- *ac denique adde* --- *cum Hierosolymitanæ quasi per annos decem præfuisset Ecclesiæ*, inquit Tyrius. Ad ipsius ergo Patriarchatum attinet, quod (ut est in Chronico Malleacensi *anno* MCXX, *in Ierusalem venit ignis sicut in Paschæ, in die Assumptionis S. Mariæ.*

199 Odoricus Vitalis, lib. 12 Hist. eccles. sub finem, ejus mortem & duorum successorum Patriarchatum ita signatum reliquit. *Anno ab Incarn. D.* MCXXVIII, *Indictione* VI, *Gormundus Patriarcha Hierusalem obiit: Stephanus autem Carnotensis post illum, sanctam Sion duobus annis rexit: quo migrante Guilielmus Flandrensis successit.* Ast Tyrius lib. 13 cap. 23 Gormundo *substitutus est* &c.

*Pag.* XLVII *col.* 2 *lin.* 5 *post* --- & initio 14 --- *adde* --- Cum autem ejusdem libri cap. 26 narrasset quomodo Rex Fulco, post exercitus Christiani cladem, in castro Montis-Ferrandi obsessus à Sanguino

Sara-

A Saraceno, undique auxilia evocarit, *Dominus*, inquit, *Hieroſolymorum Patriarcha Willelmus, collectis univerſis copiis, quas in Regno potuit invenire, aſſumpto ſibi Dominica Crucis venerabili ligno illuc properat.* Eadem prolixius etiam narrat Odoricus Vitalis lib. 13 ad annum MCXXXVII, ſed quod mireris *Radulphum Hieroſolymitanum Præſulem* appellat, neſcio quo errore. Nam quod tunc adhuc viveret *Willelmus* ſupponit Tyrius reliquo iſto libro 14 & initio libri XV, ubi dicit quod per hujus &c.

Pag. XLVIII col. 2 lin. 11 poſt —— nullos ibi fuiſſe Carmelitas -- *adde* -- ſaltem ſtabiliter fixos ante annum MCCXL, alibi vero nullos ſic fixos invenire potui, niſi (ut ſummum) anno MCCXXXV.

Pag. LI col. 1 lin. 16 *Rex Angelorum* -- l. -- *Rex Anglorum* in fine autem ejuſdem numeri adde. Longe tamen atrociorem cladem fecit Europæis credi fama. Nam Chronologus Saxo hic finem imponens Chronico ſuo, quod apud nos in membranis manuſcriptum extat, rem ita narrat: *Res omni Chriſtianitati lamentabilis Orientali accidit Eccleſiæ. Siquidem Rex Saladinus, Rex trium regnorum, Damaſci, Ægypti & Syriæ, cum multitudine infinita Paganorum, terram Hieroſolymorum, per fraudem quorumdam Principum Chriſtianorum, infra Octavam Apoſtolorum Petri & Pauli, intravit: cui occurrit Patriarcha Hieruſalem cum Templariis & Hoſpitalariis Militibus, & aliis Epiſcopis de terra & omni exercitu Chriſtianorum, Crucem Dominicam habentes in co-*

B *mitatu. Sed Domino Deo à populo ſuo avertente faciem, & in ira miſericordiæ non recordante, Chriſtiani victi ſunt, Crux Dominica capta; Patriarcha, Rex, & Epiſcopi multi occiſi, cum omni exercitu. Saladinus victor totam terram cum civitatibus & caſtellis invaſit; & furore barbarico ſaviens eccleſias Clericorum, Monachorum, Virginum, martyrio coronatis qui erant in eis, deſtruxit. Solam civitatem Tyrum Conradus Comes, filius Marchionis de Monte-ferrato, de Conſtantinopoli veniens, ſalvavit.*

212 Captus ſane non occiſus Rex Guido fuit; Patriarcha etiã fuga elapſus Hieroſolymam eſt. Rex autem intra annum dimiſſus, cum ſe transferre Tyrum niteretur à prædicto Conrado, ſuam eſſe civitatẽ aſſerente, excluſus eſt portis. *Vt* ergo *vidit* &c.

De Alberto Pag. LII n. 215 lin. 3 --- *Offredus* --- adde --- (imo *Goffredus* vel *Siffredus*) --- & in marg. corrige --- *Goffredum.*

Parergo XI Ibid. n. 216 lin. 6 à fine MDCXXVIII. *l.* MDCIX.

C *Pag.* LIII *n.* 221 *col.* 2 *adde* --- Viennæ autem in Auſtria, ac reliqua forte ſuperiori Germania propinquiori Alpibus, intelligo eadem uſurpari ex recentiori Brixinenſi editione, in Tyrolenſi Comitatu anno MDCLXXV curata.

*Ibid. n.* 224, *lin.* 5 Aſſelinus --- *l.* --- de Aſſelina, *vel*, Aſſelinius.

De Gerardo *Pag.* LIV *num.* 228, *lin.* 9 *ſic lege* --- Poſt ſcriptos Ogniaci in Belgio Occidentalis hiſtoriæ libros, in quos &c.

*Pag.* LV *n.* 229, *lin.* 7 --- rumque --- *l.* utrumque.

*Ibid. n.* 230 *adde* --- Brocardus Argentinenſis, in deſcriptione Terræ-ſanctæ, anno MCCLXXXII à ſe luſtratæ, aliquoties utens auctoritatibus ex Vitriaci hiſtoria Orientali ſumptis, *Patriarcham Hieroſolymitanum* abſolute appellat: quod aliis forte ea ætate pluribus uſuvenit; licet eam dignitatem Vitriacus numquam ſciatur reipſa tenuiſſe.

*Pag.* LVI *n.* 233 *lin* 15 -- DCCCC -- *l.* -- DCCCCXII.

N. 234, *lin.* 19 --- adnumerata --- *l.* --- non adnumerata.

*Pag.* LVII, *n.* 236 *lin.* 7 --- deſcribendi --- *l.* --- de ſcribendi: *& lin.* 10 *à fine* --- quinto --- *l.* --- quinto ſupra decimum.

*Pag.* LVIII *ante num.* 239 *pro nomine* Thomæ Agni *ſubſtitue nomen* Bartholomæi —— *deinde poſt medium & hæc verba* —— ibidemque diem ſuum obiiſſe; *expunctis reliquis pone ſequentia*: D

Succeſſorem requirens, nec alium inveniens, quam, quem ſciebam anno dumtaxat MCCLXXII fuiſſe huc promotum, *F. THOMAM DE LENTINO*, facile mihi perſuaſi, quod Abrahamus Bzovius, ad annum MCCLXIIII allegans Epiſtolas Urbani IV, in Regeſto illius anni relatas ſub num. 13, 120, 121, 122, tamquam datas ad *Thomam de Lentino Hieroſolymitanum Patriarcham*, erraverit in ſolo cognomento; quodque tunc revera fuerit aliquis Patriarcha *Thomas*, cognominatus *THOMAS AGNI*, & à Lentinenſi diverſus; quamvis viderem quod S. Antoninus aliique Scriptores Ordinis Prædicatorii, cum Panvinio & Roccho Pyrro, eos non diſtingueret; ſed *THOMAM AGNI DE LENTINO* pro uno eodemque homine ſumerent. Verum poſtea, in Hiſtoria Vicentina Barbarani, reperi Epitaphium *B. BARTHOLOMÆI DE BRAGANTIIS*, qui longe commodius ſupplere poſſet vacuum ſpatium, inter *Guilielmum* & *Thomam Lentinenſem*, & excuſare Bzovium ut lapſum, non circa perſonam *Thomæ*, ſed circa titulum, præpopere eum vocando *Patriarcham*, qui, quando ad ipſum ſcripſit Urbanus Papa, ſolum erat Epiſcopus Bethleemita, Apoſtolicæ Sedis Legatus, & abſentis in Gallia ac deinde mortui Guilielmi Patriarchæ Vicarius; interim dum in Europa quæritur dignus tanto muneri ſucceſſor. Epitaphium iſtud, bona ſui parte extritum conſumptumque, haud prorſus infeliciter integratum à quodam conventus Vicentini Religioſo, apud Barbaranum legitur pag. 148 duplicis generis charactere, quorum alter reſidua in lapide verba, alter ſupplementa exprimit. Sunt autem verſus hexametri univerſim viginti ſex, quorum primus & ſecundus, decimus nonus, vigeſimus primus & vigeſimus tertius prorſus integri manſerant, quos hic referre ad intentum ſatis ſit: E

*Succeſſ. non Th. Agni.*

*ſed Bartholomæus.*

*cujus laus aliqua in veteri epitaphio,*

*Hac lapidum compage jacet venerabilis, urbe*
*Bartholomæus in hac Paſtor, dans dogmata turbæ,*
*In civitate Patri par vixit hic Ordinis hujus:*
*Hieruſalem Patriarcha fuit, dilexit & omnes,*
*Schiſmaticumque ſuo confudit dogmate Gallum.*

Nuper vero renovatum marmor renovatum eſt & Epitaphium; quod quia Barbaranus exhibere non potuit, hic lubet apponere, ſicut ipſum mihi deſcripſit anno 1681, Collegii noſtri Vicentini Rector Octavius Zenobrius. F

D. O. M.

*Clauditur hoc tumulo venerandus Bartholomæus,*
*Vicentinus olim Præſul, de ſtirpe Breganzæ.*
*Dominici ex manibus veſtem capit Ordinis almi:*
*Pallatii ſacri Roma eſt venerata Magiſtrum:*
*Inde fit Paſtor Paſſenſis Nemonicenſis;*
*Et Vicentinus, patria plaudente, creatur.*
*Dogmata ſancta dedit, miracula plurima fecit*
*Vivens, atque graves morbos tumulatus abegit.*
*Nuntius ad Gallos titubantes miſſus, & Anglos*
*In fide confirmat, velut alter Apoſtolus, atque*
*Hæreticas frangit ſcriptis vertitque phalanges,*
*Schiſmaticumque ſuo confudit dogmate Gallum.*
*Hieruſalem Patriarcha fuit, loca ſancta reſtaurans.*
*Francorum Regem Ludovicum viſitat, & Rex*
*Particulam ſanctæ Crucis ſanctæque Coronæ*
*Donat ei: remeat ſanctum portando theſaurum.*
*Tunc templum hoc amplum pro Spinæ ſtruxit honore,*
*Quæ Domini fuerat pretioſo tincta cruore;*
*Et ligno Crucis Cathedralem ornavit & ædem.*
*Baſſanum patriæ ereptum ſine ſanguine reddit,*
*Et Paduam patriæ jungit cum fœdere pacis,*

*prolixior in eodem nuper innovato,*

*Gau-*

A *Gaudentûmque Scholam fundat viduasque tuentûm.*
*Post tres octoginta annos transfertur, & ecce*
*Integrum corpus visum est cum vestibus. Ejus*
*Concives grati statuam posuere perennem,*
*Æternum ut vivat, vireat, laudetur, ametur.*
*Monumentum, vetustate ferme collapsum,*
*Huic formæ, huic marmori reddidit*
*Fr. Bassanus Brixiensis, S. T. M.*
*hujus cœnobii Prior, anno Domini*
*M D C L X I I I.*

*His autem inter se collatis,* Hanc epitaphii veteris ex conjectura suppleti paraphrasim, si conferas cum altera apud Barbaranum, vetera quæ supererant verba suo quęque ordine nativo exhibentem; invenies, Auctorem hoc solum curasse, ut sensum veterem daret, ubi posset; ubi non posset, novum aliquid & huic argumento aptum substitueret, ex historia Vicentina aliisque memoriis. Nihil enim in antiquo est de sacri Palatii Magisteriatu, nihil de Episcopatu ejus in Cypro, nihil de recuperato Bassano, Padua reconciliata, Gaudentûm & Cheradochorum institutione, statuæque erectione. Ordinem etiam rerum immutatum reperies, & inventionem corporis integri, ibi in principio, hic in fine sic positam, ut cum illud hic dicatur *Post tres octoginta annos* translatum; ibi appareat ex parte notatus numerus fuisse annorum Christi, quo id factum sit, *mille trecentum*: pro reliquis autem numeris, ævo extritis, suggeruntur apud Barbaranum supplenda verba, *quinquagenus quartus*, Itaque si geminam hanc sententiam in unam conferas, fuisset anno MCCLXXI mortuus, qui repertus in tumulo est integer anno MCCCLIV, anno post obitum LXXXIII; mortuus autem juxta Barbaranum die 1 Junii, translatus XXI Maji. Hierosolymitanus quoque Patriarchatus, & Galli schismatici confutatio, hic inter primas laudes ponuntur, ibi ad ultimas differuntur, ordine magis naturali: *Patriarcha* enim *Hierosolymitanus* si fuit *Bartholomæus* (uti fuisse utrobique & clarissime dicitur) fuit extremis vitæ annis. De his ergo solis nobis hic quæstio, cetera vitæ Acta apud Barbaranum leges prolixe deducta, eademque nos dabimus 1 Junii, jam enim Vicentia accepimus, quæ M. Antonius Thienæus in suo Sanctorum ac Beatorum Catalogo, seu verius Historia per libros digesta, de *B. Bartholomæo* scripsit, suisque heredibus inedita dimisit, conferenda cum Commentariis Barbarani, scriptis illis plurimum (ut præsumitur) usi.

*intelligitur is obiisse an.* 1271, 1 *Iunii,*

*ubi danda Vita.*

C Ut tamen ad Patriarchatum *Bartholomæi* perveniamus commodius, constituenda nobis est vitæ ab eodem traductæ chronologia. Ac primo, suppositio quod fuerit sacri Palatii Pontificii Magister (hoc autem videntur collegisse ex versu decimo nono, sic intellecto quasi dicatur, quod *In civitate* Romana *par vixit*, S. Dominico, *Patri Ordinis Prædicatorum*, primoque dicti Palatii Magistro) illo inquam posito, sunt qui id factum velint immediate post S. Dominicum anno MCCXXI, alii differunt usq; annũ MCCXLIII. *In Cypro* postea fuisse Episcopum certissimum est, & aliud nihil in novissima Epitaphii paraphrasi significare potest vox *Paffensis* quam *Cyprius*: nulla enim verosimilitudine potest sustineri, translatum *Bartholomæum* esse ab Episcopatu Paphi, urbis post metropolim primariæ, ad aliam ignobiliorem Sedem. Dicit autem ipse apud Ughellum tom. 3 Italiæ sacræ col. 1130, quod *Nemonicensis civitatis, quæ in regno Cypri est, Pontificatum Apostolica Sedes* sibi *contulit, quo tempore Rex Christianissimus* Ludovicus, *cum Regina & tota fere domo regia, Christianæ Religionis amore transiit*, id est anno MCCXLVIII. In testamento etiam suo dicit, quod ex Ordine S. Dominici *ad Nemonicensem & Vicentinum Episcopatum* fuit *promotus:*

*Hic dicetur ex Magistro sacri Palatii,*

*Nemonicensis Episcopus in Cypro, an.* 1248,

Verum hic interrogabit aliquis, quænam sit illa *civitas Nemonicensis*, novis antiquisque Geographis ignota? Miræus aliique in Notitia Ecclesiarum, Latino Archiepiscopo Nicosiensi in Cypro tres subjiciunt suffraganeos, etiam Latinos; quorum duo *Papheñsis* & *Famagustanus*, passim hodieque noti; tertius apud Miræum *Minorienſis* vel *Limothomenſis*; apud Carolum à S. Paulo, *Limochienſis* vel *Limichomenſis* scribitur; adeo ut appareat admodum varie efferri hujus Episcopatus nomen; cujus si locum hodie requiras in tabula, aliud non invenies quam *Limissum*, littoralem urbem inter Paphum & Famagustam, cui versus mediterranea adjacet vicus, *Limisi antiqui* nomine, ut ejus respectu potuisset urbs *Neo-Limissus* vocari. Si autem potuit *Minocium* in *Limochium*, & hoc in *Limissum* usu depravante commutari; cur non etiam ex *Nemonocio* potuit fieri *Nemonicium*, & seculo XIII in usu frequentiori fuisse, pro quo denique *Neolimissum* & absque addito *Limissum* successerit. Quid quod Barbaranus pro *Nemonicensi* semper scribat *Nimonicensem*? nihil autem est facilius, quam *Nemonicensem* converti in *Nimonicensem*, & contra; & *Limochienſis*, proxime ad *Nimonichensem* accedit.

D

*istic ubi nunc Limissum nominatur.*

E Sub annum deinde MCCLIV *navigans in Syriam* Bartholomæus, *Regem atque Reginam visitavit, & in Ioppe atque in Sidone, atque ultimo in Accone, benignissime ab eis receptus, & tanto amore receptus fuit, ut in Franciam profecturi eum instanter rogarent, quod eos Parisiis visitare curaret; spem ei tribuentes, quod ibidem Sacra Dei ipsi communicarent.* Deinde anno MCCLVII ex Cypro in Italiam traductus ab Alexandro IV, & Vicentinæ Ecclesiæ Episcopus constitutus, haud multo post hæreticæ factionis principem, nomine *Gallum de Burgo S. Petri*, disputando confudit, eoque incurrit odium Eccelini tyranni, & actus ab eo in exilium est. Postea *de regno Angliæ, quo pro fidei negotiis profectus erat, cum ipso Rege Angliæ pariter & Regina Parisios venit.* Tunc autem, ut ipse ait, *spes nostra desideratum cepit effectum. Nam piissimus Rex Francorum de spinea Domini Corona spinam unam excludi fecit, & nobis Regio poplite flexo, nostris ex oppositio flexis genibus, devotus obtulit .... Cum ergo anno* MCCLX, *perfido Eccelino mortuo, ad Civitatem Vicentiæ propinquaremus, Clerus & populus universus obviam nobis venit ... Erat in civitate locus, qui Collum dicebatur, ubi sedes fuerat sathanæ ... in quo, universitate civitatis favente, ad honorem Dominicæ Coronæ fundavimus ecclesiam Ordinis Fratrum Prædicatorum, cujus alumni fuimus, ibique Sacra, ad collum nostrum dependentia, quæ detuleramus, devote deposuimus.*

*Idem post aditam an.* 1254 *Syriam,*

*factus an.* 1257 *Ep. Vicentinus,*

*an.* 1260 *Legatione fungitur ad Anglum & Gallum,*

F Ughellum consule, si totam videre libet narrationem *Bartholomæi*; qui dum intendit restaurandis rebus, per Eccelini tyrannidem misere labefactatis; venit in Europam Jacobus Pantaleon, & anno (ut dictum est) MCCLXI fit Romanus Pontifex Urbanus IV; qui mox approbavit Ordinem Equestrem *Fr. Gaudentûm* seu B. Mariæ Matris Dei, *à Bartholomæo* institutum, confirmata Regula quam pro iis scripserat Fr. Rufinus de Placentia, Pœnitentiarius Apostolicus. Primæ etiam Sponsæ suæ ante omnia consulens, ei quidem de optimo Pastore providit, *Guillelmo* videlicet; sed hoc fortassis numquam transgresso in Syriam, certe in Gallia mortuo sub annum MCCLXIII, necesse habuit alterum quærere; nec invenit aptiorem *Bartholomæo*, in negotiis Regni, post tot annos in Cypro transactos, perquam bene versato. Hunc vero illuc statim prompteque migrasse, eo credimus facilius; quod Ughellus testetur, reperisse se in antiquo Ms. cœnobii S. Salvatoris de Septimo, Florentinæ diœcesis, *Rodulphum quemdam Vicentinum Episcopum, anno* MCCLXIIII *die* III *mensis Octobris, ecclesiam Castrocari in Hetruria reconciliasse, cui S. Reparata titulus est.* Nec refert, quod historici

*& an.* 1263 *factus Patriarcha,*

*Vicentiam cedit Rodulpho Ep.*

historici Vicentini æque hunc *Rodulphum* ignorent, ac tranſitum *Bartholomæi* in Syriam: ſunt enim recentiores omnes, & confuſa eſt tota ejus temporis Vicentina hiſtoria, nihilque certi habet de obitu *Bartholomæi*; ſolum autem hoc dicere potuit ex iis Ughellus, anno MCCLXIX vacaſſe Sedem, & ex duorum pariter electorum diſcordia vix demum anno MCCLXXXI conquieviſſe, lite dirempta.

Quomodo autem vacavit tunc vel antea Sedes? Non per mortem *Bartholomæi* (utpote cujus adhuc invenitur teſtamentum, anno MCCLXX conditum, excuſumque à Barbarano) ergo per dimiſſionem Epiſcopatus, propter ſuſceptum Patriarchatum, ſicuti pluribus ſimili in caſu exemplis firmari poteſt. Aſſumpti confirmationem, valde prægnantem, ſuggerit Vicentinum Chronicon Nicolai Smeregi, Notarii Vicentini, ab anno MCC uſque ad MCCLXXIX, quo obiit, recenſentis eos qui cum ſummo imperio & titulo Poteſtatis civitati annuè præfuerunt, eo quo vixit & ſcripſit tempore. Hic cum dixiſſet, quod anno MCCLXIV, *cum D. Gabriel exiviſſet de regimine, D. Epiſcopus Bartholomæus convocavit ipſum in prandium*; nulla amplius facta *Bartholomæi* mentione ut Epiſcopi, narrat anno MCCLXIX, quomodo *D. Bugamans de Luſchis interfecit Abbatem de S. Iuſtina: quia cum D. Bugamans fuit ambaſciator ad D. Patriarcham pro Communi Vicentiæ, occaſione quæſtionis Epiſcopatus Vicentiæ; & D. Abbas de S. Felice, qui erat frater D. Abbatis de S. Iuſtinâ, volebat eſſe Epiſcopus Vicentiæ, familia dicti Abbatis de S. Iuſtina vulneravit dictum D. Bugamantem.* Vivente ergo adhuc *Bartholomæo*, erat in quæſtione Epiſcopatus Vicentinus; & lis coram D. Patriarcha Aquilejenſi, ut capite omnium Epiſcoporum Marchiæ Tarviſinæ, agitabatur. Neque poteſt de Smeregi teſtimonio dubitari, ne forte anno non ſuo iſta ſcripſerit; utpote tunc cum res fieret vivens, & ſcribens in ipſa urbe Vicentina.

*Bartholomæo in Syria abſente,*

*de Vicentino Epiſcopatu diſceptatur,*

Difficultas tamen, quæ Barbaranum coëgit à Smerego diſſentiri, ſolvenda ſupereſt; videlicet, quomodo potuerit *Bartholomæus*, anno MCCLXVII, *Bononiæ die nona intrante Iunio*, cum titulo Epiſcopi Vicentini, ſignare Indulgentiam de licentia Archiepiſcopi Ravennatis, & Bononienſis, Imolenſis, Humanenſis, ac Torcellanenſis Epiſcoporum, quibuſcum celebraverat tranſlationem corporis S. Dominici in die Pentecoſtes, die v ejuſdem Junii. Supereſt, inquam, difficultas, quomodo potuerit *Bartholomæus*, ut Epiſcopus Vicentinus, ſcribere Indulgentias obtinendas ab omnibus, qui prædictum Corpus in feſto Tranſlationis ipſius & per Octavas annuatim viſitaverint: quomodo item potuerit, anno MCCLXX die XXIII Septembris, Teſtamentum condere, quod æque ac prædictam Indulgentiarum Bullam ex parte refert Barbaranus lib. 2, cap. 50 & 52. Solutionem utriuſque difficultatis videor mihi poſſe ſumere ex ipſo Teſtamento, quod factum dicitur, *facultate teſtandi accepta à ſanctiſſimo Patre DD. Clemente, univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifice.* Atqui Clemens IV obierat anno MCCLXVIII, nec tamen hic additur ullum ex conſuetis tali caſu ſignis, quo intelligatur, talis facultas data à Pontifice, tunc cum Teſtamentum ſcriberetur mortuo.

*& ipſe rurſum ut Epiſcopus intereſt an. 1267 translationi S. Dominici.*

*ac teſtamentum condit an. 1270.*

Vel igitur fictitium illud Teſtamentum eſt, & hoc admiſſo non valde urgeret difficultas prior, ubi præſumi poſſet nomen Epiſcopi per ſolam initialem litteram ex more ævi illius ſcriptum, ab auctoribus illud extendentibus, & prædictum *Rodulphum* ignorantibus, perperam converti in *Bartholomæum*, propter affinitatem litterarum R & B; vel, ſi verum eſt Teſtamentum, vivente adhuc Clemente Papa ex Syria in Italiam rediit *Bartholomæus*, ſenio gravis; deque imminenti ſibi morte cogitans, non ſolum poterit condendi Teſtamenti facultatem, ſed etiam in manus Papæ reſignaverit Patriarchatum, cujus onera & curas nequiret amplius ſuſtinere: cumque eodem tempore obiiſſet *Rodulfus*, & Vicentina Sedes per diſcordiam Canonicorum vacare pergeret, fortaſſe ab anno MCCLXVI; potuit idem Clemens *Bartholomæo* reſtituiſſe jus ac titulum Epiſcopi Vicentini. Vicentinis autem non recipientibus *Bartholomæum*, tamquam contra Capituli jus reſtitutum, manſerit ille in Bononienſi Conventu, uſque dum turbarum pertæſi Vicentini ipſum reciperent, poſt prædictam Abbatis Juſtinenſis cædem: atque ita potuerit ille Vicentiæ Teſtamentum condidiſſe, & anno eodem MCCLXX vel ſequenti ibidem obiiſſe; atque anno MCCCLIIII reperto corpore integro fuiſſe tranſlatus. Ceterum ſive Epiſcopatum ſuum Vicentinum abdicato Patriarchatu receperit *Bartholomæus*, ſive non; vacavit Patriarchatus aliquanto tempore, propter vacationem Apoſtolicæ Sedis, Siquidem Clemente IV, ut dictum eſt, pridè mortuo; non ante 1 Septembris anni MCCLXXI electus eſt ſucceſſor Gregorius X, à quo mox videbimus novum Patriarcham inſtitutum, quod morte præventus Clemens facere non potuerat.

*in eaq; ps. ſtea mortuus.*

*an. 1354 repertus integer.*

*jam antea in Vicentinâ Eccleſiam reductus,*

De Thoma Lentinenſi, *initium n. 34, ſic lege* — *Thomæ* & *Eliæ* creationem, prioriſque de Acconenſi Eccleſia diſpoſitionis confirmationem, indicat Nicolaus Papa IV &c.

*Col. 2 lin. 24* — ſcimus deinde *Thomam* — adde — *de Lentino* à patria dictum, fuiſſe ex Ordine Præd. &c. — *lin. 36 poſt* — munere Apoſtolicæ legationis — *dele verba ſequentia uſque* — apparet — & hæc *ſubſtitue* — quo durante acceperit, præmemoratas à Bzovio, Urbani IV Epiſtolas tres, hoc mandantes, *ut deferentes prohibita Saracenis anathemate percelleret, utque una cum ſuis Epiſcopis* (Bzovius ex præconcepto errore *Suffraganeos* nominat) *feſtivitatem corporis Chriſti celebraret, atque pacem inter Cruce-ſignatos nec non reliquos Chriſtianos in Syria procuraret.* Hæc autem aliaque quomodo egerit, & quanta cum Romanæ Curiæ ſatisfactione, apparet tum ex Epiſtola Gregorii X &c. — *& lin. 7 à fine dele* — per alterius Thomæ mortem.

*Pag.* LXV *col. 2 lin. 4 à fine* — factum fuiſſet — *l.* — factum non fuiſſet *& lin. antepen.* abducere — *l.* — abduxiſſet.

*Pag.* LXVI *n. 261 lin.* 8 — Saxonia — *l.* — Franconia — *& lin. 5 à fine dele* — ſæpe egeram.

*N. 262 poſt* — texenda — *dele ſequentia uſque ad lin.* 18 — Ne ergo — *quia intelligo ejuſmodi animulas, in antiquis monumentis eſſe communes Pariſiis, & alibi quoque eaſdem reperio, etiam in Suecia.*

*Pag.* LXVII *n. 264 lin. 4 dele* — quidpiam.

*Pag.* LXVIII *n. 266 lin. antepen. & penult. dele* — fortaſſis anno MCCLXVII, non MCCXVII.

*Pag.* LXIX *n. 271 lin. 7 ſic lege* — impreſſa Baſileæ an. 1553 & recuſa Francofurti —

*Ibid. ad finem adde* — Ex hactenus dictis apparet, annum MCCXXXVIII, tamquam annum cœptæ, in Europam migrationis, eatenus ſolum à me defendi, quatenus nullus fide dignior Sanwico auctor profertur, aut rei geſtæ vicinior, & prolata in contrarium exempla ſatis commode refutantur. Aliàs cum *S. Cyrillus* faciendam migrationem prædixerit, ante obitum ſuum, qui juxta meum calculum contigit VI *Martii* MCCXXXIII, congruentius videtur futurum fuiſſe, ſi ea res tractata ſit ipſo eo anno, congregatis ad novi Prioris electionem Fratribus; & ſic nullam difficultatem faciet Valencenenſis in Belgio fundationis tractatio, de qua dicuntur fidelia ſatis inſtrumenta haberi pro *anno* MCCXXXV *menſe Martio.* Neque gravis hic error fuerit in *Sanwico,*

A *wico*, annis LXX aut pluribus poſt rem factum ſcribente. Sed qui tabulis, nuper in lucem datis, haud illibenter habebimus fidem, etiam contra Sanwicum, utpote iſtius quod prætenditur ævi ſtylo ac lingua ſcriptis, nec aliunde ſuſpectabilibus; earumdem editorem P. Gregorium à S. Martino exoratum volumus, ne indignetur nobis, quod Burdegalenſibus quibuſdam Magiſtris alphabetariis, hominibus nihil ultra præſentis ævi litteraturam aut doctis aut docere aptis, quantumvis juratis, fidem dare recuſemus, dum aſſerunt, verſus illos, quos laudant, XII ac XIII eſſe ſculptos. Etenim in iis nihil apparet vetuſtioris idiomatis, ſed lingua pure Francica quali nunc loquimur. Ab hac autem quam diverſa fuerit iſtorum ſeculorum lingua, patet ex poëmatis de Vita & morte S. Ludovici ab Eruditiſſimo Cangio editis; ut de Vaſconicis monumentis apud Catellium legendis taceam; cum tamen Burdegalenſes eo tempore in publicis privatiſque ſcripturis Vaſconice dumtaxat loquerentur ac ſcriberent, quod etiam fere hodiedum obſervant. Poteram differentiam veteris hodiernæque linguæ etiam imperitis earum demonſtrare, poë-
B matum exempla adducendo; cum iiſque conferendo inſcriptiones quas illi jurant tam eſſe antiquas, veri autem antiquarii judicant vix habere ætatem annorum centum: ſed eædem rationes quæ perſuaſerunt multa prælo parata ei ſubtrahere, iſtis etiam ſuadent in præſentiarum ſuperſedere: maximè cum non deſperem fieri poſſe, ut quos nunc adverſarios patior, aliquando mihi habeam iſto ſaltem in puncto conſentientes; cum eis vacaverit ea monumenta per ſe conſulere, in quæ nunc obiter digitum intendi.

*Pag.* LXX *lin.* 10, *dele hæc verba* — neque quod ſcitur ſubſtitutus eſt alius — *atque hæc ſubſtitue*: — eique ſuffectus *Guilielmus Eſtendardus, Magnus Cone-*

*ſtabilis Regni Siciliæ cis Pharum*, ſeu Neapolitani, ſub D
Rege Carolo Andegavenſi, nominatur à Lelio Marino in Vita S. Petri Cæleſtini; quem in fuga deprehenſum, ipſe juſſus à Rege ſuo eſt, ex urbe Veſtia, ubi attinebatur, Anagniam adducere ad Bonifacium Papam: quod & fecit, ac deinde ad octo vel ſeptem annos titulum Patriarchæ geſſiſſe potuit.

*Ibid. col.* 2 *lin.* 3 *dele* — amplius —

N. 275 *lin.* 4 — ut Sanctum — *adde* — Operæ pretium fecerit Ordo, ſi in illius cultus diem ac modum inquiri faciat: etſi enim ſub Turcis Cyprus ſit, non deſunt tamen in ea Chriſtiani, qui docere aliquid ex traditione poſſint.

*Ibid. lin.* 12 *poſt* — Eccleſiæ Patriarchalis *ſic lege* — Quapropter facile credimus Ughello, aſſerenti, quod Philippus Alenzonius titulum illum geſſerit, una cum titulo Archiepiſcopatus Rotomagenſis; cui Sammarthani etiam jungunt Adminiſtrationem Archiepiſcopatus Avenionenſis. Porro ex ea cauſa quod titulus Hieroſolymitani Patriarchæ ſic eſſet occupatus, factum puto, ut S. Petrus Thomaſius &c.

*Pag.* LXXI, *n.* 276 *lin.* 6 *à fine* — Aſterias — *l* — E
Aſterius —

*Pag.* LXXX, *col.* 2 *lin.* 16 *à fine* — ΔΟΣΙΟΘΕΟΣ — *l* — ΔΟΣΙΘΕΟΣ.

*Ibid. poſt Sigillum adde* — Deſcripſeram etiam mihi totius illius (ut cum Latinis loquar) Formatæ tenorem. Sed hic, neſcio quo caſu periit, damno non magno; invenitur enim, aut idem, aut fere idem, in Euchologio Goar pag. 681, ſub hoc titulo: *Oratio condonatoria in omnem neceſſitatis articulum*: eſt autem revera Formula teſtificativa, qualem dixi, quam mulieri cuidam, ut filiæ ſuæ ſpirituali, concedit *Germanus, Dei miſericordia Amathuntis Epiſcopus, civitatis Nemeſi & Cureorum Præfectus.*

# APPENDIX
## AD DIEM DVODECIMAM MAII.

C *Pag.* 1 *Col.* 2 *lin.* 4 *à fine deleatur* B. Gemma, *& ultimo loco ponatur* B. Joanna, Alfonſi V Luſitaniæ Regis filia, Ordinis S. Dominici, Averii — *tum vero deleantur quæ, de ipſa habentur inter Prætermiſſos pag.* 3 *col.* 2.

*Pag.* 2 *col.* 2 *de* S. Macario Abb. *adde* — *Nulla etiam ejus mentio habetur inter Officia propria Aquenſis Eccleſiæ anni* 1668.

*Pag.* 3 *col.* 1 *de* S. Severo *lin.* 5 — *Montispellitanos* — l — *Montepeſſulanos.*

*Ibid. de* Ermengarde, *lin.* 2 *ſic* lege — *Cum titulo* Beatæ *relata in Bibliotheca Præmonſtratenſi, & Gynaceo Arturi: Sauſſayo ſolum inter* Pios *locatur.*

*Ibid. col.* 2 *poſt lin.* 15 *à fine adde* — S. Gemma Virgo in territorio Sulmonenſi, caſtro Gaurianenſi, *velut ex hujus loci monumentis, à Ferrario collocatur hoc die in Catalogo Sanctorum qui Romano Martyrologio deſunt: nos vero ejus Vitam inde nacti, comperimus ſoli* XIII Maji

*Pag.* 4 *de* S. Hippolyto *col.* 1 *lin.* 5 *poſt* — — *Suecia* — adde — *Et hac de cauſa, ut nobis indicat Claudius Caſtellanus, uſque hodie portatur corpus* S. Hippolyti, *per omnes plateas oppidi Sandionyſiani. Habemus nos aliam ejuſdem Tranſlationis hiſtoriam, unde conſtat, ex Alemannia ſuique ibi nominis Prioratu Sandionyſianis ſubjecto, vulgo* S. Pilt, *allatum eſſe corpus tempore Fulradi Abbatis. Dies autem ejus Natalis eſt.* F
XIII Auguſti

*Ibid. ſub med. de* S. Theodoreto, *lin.* 4 *poſt* — *dicitur* — adde — *Sed cum Vzetienſis Cathedralis eccleſia, cujus ille Tutelaris eſt, eum vulgariter nominet* Saint Theodorit, *apparet priorem nomenclaturam magis ſinceram eſſe. Colitur potiſſimum.*
XXIII Octobris

*Ibid. col.* 2 *poſt lineam* 15 *addatur.*

B. Nonius Alvarez Pereira *&c. uti fuſe pag.* 680 — *& nota, tantam in aliquibus fuiſſe criminandi libidinem ac temeritatem, ut eum nec inter Prætermiſſos quidem relatum quererentur; & tamen non poſſent diſſimulare iſtum locum ſibi lectum, allatis inde verbis, quibus expectationem potiorum Actorum indico: ſed omiſſa præcipua cauſa præteritionis iſtius, quod ſcilicet ſuum Beatus iſte cultum alio die habeat. Multam operam dedi, etiam appellato Vlyſipponenſi Archiepiſcopo, ut deſiderata Acta conſequerer, daturus ea cum actis Sanctæ Principis Ioannæ, non obſtante ratione prædicta: ſed fruſtra hactenus. Interim accuſor procaciter tum ingratitudinis erga Sereniſſimam familiam Brigantinam, de Societate noſtra optime meritam; tum livoris in Ordinem Carmeliticum; quaſi ſtudioſe prætermiſerim* B. Nonium, *de quo tam multa habere ex ſpeculo poteram: cum tamen hoc ſit editum, diu poſt impreſſum* XII Maji, *& juſta eſſet cauſa non retardandi editionem primæ partis, acceſſione*

A *ne longioris Appendicis, cum ob eamdem cauſam oportuerit etiam* XVII *diem prætermittere, alias Tomo* III *deſtinatum.*

## DE SS. NEREO ACHILLEO DOMITILLA.

*Pag.* 6 *col.* 2 *poſt num.* 8 adde —— *Fingunt etiam Epiſtolas ad iſtum à Sanctis, ex Inſula Pontia, & ab hoc ad illos datas, de Simonis Magi & Petri Apoſtoli contentione, argumentis ex Hegeſippi apud Surium fragmento deſumptis: quas Epiſtolas merito explodes.*

*Ibid. num.* 9 adde —— *Gonſalvus Davila in Theatro ſuo Eccleſiaſtico, ubi de eccleſia Oxomenſi pag.* 41, *enumerans Reliquias Cathedralis illius, nominat,* Caput S. Domitillæ Virg. & Mart. & Capita SS. Nerei & Achillei Martyrum, *de quibus libenter plura diſcemus. Placet etiam huc, ad* S. Domitillæ *gloriam, referre, quod in Hiſt. Vicentina narrat Franciſcus Barbaranus, lib.* 3 *cap.* 102, *de ſacra quadam Virgine, Aurelii Manentis & Proſperæ Traverſiæ filia, quæ, victis generoſe carne & ſeculo, monaſterium S. Thomæ ingreſſa cum vidua matre, dici voluit* Domitilla, *pro ſingulari ſua devotione erga Sanctam iſtam, cujus Vitam legere & ſociabus legendam commendare ſolebat. Ea enim anno* MDCXXV *ipſius Sanctæ feſto, ad meliorem evocata eſt vitam, multis magniſque cæleſtibus favoribus ante & poſt mortem cumulata; ejuſdemque Vita ibidem aſſervatur, ſcripta à Domina Violante Seſſa, & in epitomen loco citato redacta: quarto autem menſe poſt ſepulturam, reliquo corpore diſſoluto, caput, cum velo & integumentis ſuis omnibus, fuit repertum integrum; ut fortaſis eadem aliquando auctura ſit numerum Sanctorum hujus diei, ideoque ſpecialius mereatur hic indicari.*

*Domitilla Manentis Virg. Vicentinæ egregia ſanctitas.*

B

*Pag.* 13 *col.* 2 *num.* 2 *lin.* 4 *à fine* dele ----- *ſaltem hactenus excuſis Antverpiæ* ----- *quia id eſt univerſale, & in fine* adde ----- *Id autem fit ex ritu tota Quadrageſimæ ordinario, ut antiquior ſtatio ſola diem ſignet. Ita Claudius Caſtellanus obſervat, Sabbato* 3 *ſolum notari Stationem* ad S. Suſannam, *quamvis illa extendatur uſque ad S. Mariam Angelorum: & feria* III *Majoris hebdomadæ tantum nominari* S. Priſcam, *quamvis junctus ei ſit vicinus* S. Sabas. *Vnicus autem invenitur dies Iovis, ad quem conjunctim nominantur* S. Silveſter & S. Martinus: *dubitaturque an eo intelligatur tantum* S. Martinus *in montibus, ubi cum* S. Martino *Turonenſi* S. Silveſter *ſecundarius Patronus eſt loci; an vero cum* S. Martino de montibus, *intelligatur* S. Silveſter in Campo Martio, *ubi etiam eo die habetur Statio.*

C

3 *Porro gratiæ iſti, indultæ ſeu renovatæ Stationis ad* SS. Nereum & Achilleum, *additæ intra menſem eſt &c.*

## DE S. PANCRATIO.

*Pag.* 18 *col.* 2 *lin.* 17 *poſt dicuntur* ----- adde ----- *verum, quoad tempus tranſlatarum prædictarum Reliquiarum, errare Pancirolium, apparet ex Hiſtoria Stationum Romanarum, edita à Pompejo Vgonio: hæc enim Hiſtoria impreſſa eſt Romæ anno* MDLXXXVIII, *& tamen pag.* 318 *fit mentio utriuſque altaris, & corporum ſub eo collocatorum; diciturque poſterius altare loco motum, atque eo ubi nunc eſt poſitum fuiſſe, tempore Pii V, curante Ptolomeo Card. Gallio.*

*Ibidem in fine Paragr.* 1 adde ---- *Meminit autem Claudius Caſtellanus eoſdem ibi ſe vidiſſe, ſeptennio prius quam ſuum Piazza Sanctuarium ederet; eoſque Francos natione, quorum ibi Novitiatus ſit.*

*Ibid. poſt num.* 6 adde ---- *Scribit nobis prælaudatus Claudius Caſtellanus, præſentem ſe fuiſſe, cum in Baſilica Lateranenſi, ipſo die Paſchæ, ante & poſt Veſperas, ex peribolo cyborii, multis facibus circumdati, oſtenderentur viginti Reliquiaria: ad exhibitionem vero Capitis iſtius, quod Canonicorum unus elevatum tenet, Cantores hinc inde duos, Latinis verbis unum, Italicis alterum, intonuiſſe:* Caput S. Pancratii Martyris, de quo ſanguis exivit, dum hæc ſacroſancta conflagraret baſilica.

D

*Pag.* 19 *poſt num.* 9 adde ---- *In Collegiata &c. uti pag.* 680.

*Pag.* 20 *lin.* 10 adde ---- *Quales autem ſint illæ, quas Hiſpani ſe dicunt habere Garraji, veteri (ut volunt) Numantia, una cum Reliquiis* SS. Nerei & Achillei, *de quibus ſupra, ipſis divinandum relinquo.*

*Pag.* 22 *poſt Annotata addantur.*

# MIRACVLA

## Lantuſcæ in Comitatu Nicienſi patrata.

### *ex Ms. Italico Inſtrumento.*

E

ANno MDLXXXVIII, die XXI Novembris, Lantuſcæ, coram nobis Nicolao Taoni Balivo Ducali ejuſdem loci, comparuerunt Domini, Chriſtoforus Otto & Antonius de Cerra, Syndici ejuſdem etiam loci; admoniti per gratioſiſſimam unam epiſtolam Reverendiſſimi Domini, D. Honorati Martellii Abbatis S. Pontii, & E. digniſſimi Epiſcopi Nicienſis, qualiter in inclita civitate Taurinenſi, vir quidam excellentiſſimus & devotiſſimus, ex ordine Jeſuitarum, qui ab ipſo Reverendiſſimo edoctus ſit, quod in hujus oppidi Lantuſcani territorio habeatur eccleſia, fundata in honorem S. Pancratii; quam non ſolum Lantuſcani indigenæ ac loca circumvicina; ſed etiam longius poſiti in Provincia ac Pedemontio ſoleant reverenter frequentare; adeoque pulchra, ut inter campeſtres hujus diœceſeos nulla concinnior reperiatur; quodque optaverit vir idem devotiſſimus intelligere, qua ex cauſa ipſa eccleſia tam ſplendide ædificata fuerit; & utrum vel olim, vel in præſenti, contigerint aliqua, quibus illuc incitata fuerit hæc Communitas.

5 *Interrogati Syndici Lantuſcani,*

*quæ cauſa Sancti cultum apud ipſos promoverit*

F

6 Voluntati autem ipſius Reverendiſſimi cupientes ſatisfacere prænominati Domini Syndici, ſtiterunt Nobis Mag. Paulettum Taoni, Petrum Malaucenam, Bertrandum Marcum, Mag. Antonium Lancium, cum Ludovico Lea, Gaſpare Auda, Honorato Gallio, Petro Taoni, qui omnes nonaginta, octoginta, aut ſexaginta annorum reſpective, uti & nos Balivus ac præſens noſter Secretarius ſubſcriptus, multique alii ſimilis ætatis, proteſtatione prævia de veritate dicenda, affirmarunt & depoſuerunt unanimiter, verum eſſe, quod audiverint ab anteceſſoribus ſuis, ſicuti etiam nos audivimus ex parentibus noſtris dum viverent; primam occaſionem hujus eccleſiæ fabricandæ, datam à quodam peregrino Presbytero, veniente ex partibus Orientis, & ſecum ferente oſſa nonnulla: quæ oſſa, cum ad locum veniſſet, ubi nunc eſt eccleſia, ultro ſe moverint, ſeque ipſius poteſtati ſubtraxerint; ita ut coactus fuerit Lantuſcam regredi, & quid ſibi accidiſſet, manifeſtare. Egreſſi ergo Presbyteri hujus loci, cum prædicta oſſa debitâ cum reverentiâ accepiſſent, & intellexiſſent afferri Roma, atque eſſe ex corpore glorioſi S. Pancratii;

*Senioribus loci in teſtimonium adductis,*

*affirmant id factum per Reliquias illuſ miraculoſe allatas,*

A fecit Communitas in ejus honorem ibidem extrui ſacellum, quod ſucceſſu temporis auctum ornatumque, denique his noſtris diebus ad hanc excrevit pulchritudinem amplitudinemque, partim ex ipſiuſmet Communitatis liberalitate publica privataque, partim ex collatitiis peregrinorum eleemoſynis, aliorumque eodem venientium ac varia opera pia exercentium, ſuccurrendo pauperibus, & puellas orphanas in matrimonium elocando.

*Eidem ſanatos fuiſſe*

7 Addunt quod, per ejuſdem Sancti interceſſionem, divina Majeſtas fecit & facit quaſi infinita miracula, reddendo eis ſanitatem, qui cauſa morborum ſuorum veniebant ad viſitandam prædictam eccleſiam. Potiſſimum autem quod noſtris diebus, ſanata fuit quædam mulier Graſſenſis; quæ à cingulo deorſum ſui impotens, & ſenſus expers, completa hic ſua devotione, regreſſa eſt ſana. Sanatus

*mulierem greſſu,*

etiam fuit anno circiter MDLX puer quidam de Turri, qui nec greſſum nec loquelam formare poterat. Hunc cum ſui parentes huc attuliſſent, orationemque feciſſent; ſurrexit in pedes ſuos puer, ambulavitque & dixit, Pa. Ma. Qui admirantes ſimul &

B gaudentes, laudaverunt Deum cum jucunditate, & glorioſo Sancto reddiderunt gratias pro ejuſmodi

*puerum greſſu & loquela,*

beneficio, proteſtantes, quod filius ſuus numquam locutus fuerat vel ambulaverat: erat autem decennis circiter vel duodennis; res vero ipſa contigit in conſpectu centenarum aliquot perſonarum, ipſiuſque ſupradicti Scriptoris, qui tum inſerviebat Miſſæ cujuſdam ſui fratris Sacerdotis.

*ac feminam ſimiliter utroque privatam,*

8 Sunt anni circiter ſedecim vel octodecim, quod huc à marito ſuo ſupra equum adducta fuit mulier ex loco S. Martini, Feria ſecunda Paſchali: quæ Dominica ſequenti pedes ad propria rediit, quæ prima vice recuperavit gradiendi, & ſecunda loquendi facultatem, quam à quadriennio vel quinquennio prorſus amiſerat, occaſione cujuſdam infirmitatis: & utrumque contigit coram millenis hominibus. Alius quidam Nicienſis, veniens à dicta civitate manibus pedibuſque reptando, erectus rediit, poſt completam ſuam hic devotionem. Similiter & Mag. Petronius Capellus convaluit à ſua infirmitate, quæ ipſum annis aliquot in lecto detinuerat, cum magnis anguſtiis

*item virum*

letiferiſque doloribus: convaluit autem mox atque ſuſcepit inſpirationem ſibi factam de curanda hic novena, quod & fecit. Nos vero id didicimus ex ejus ſic publice narrantis ore, cum præſens Lantuſca

C adeſſet. Item à biennio circiter ſanatus eſt filius cu-

*ac puerum,*

juſdam Mag. Dominici Provincialis, cauponam Niciæ exercentis, qui nec loqui nec gradi poterat: mox autem venit in conſpectum hujus eccleſiæ ad eamdem ſupra equum ductus à parentibus ſuis.

*juvenem panis faſtidio laborantem,*

9 Temporibus Fr. Thomæ, circa annum MDXX, gratiam obtinuit juvenis quidam Bolenenſis, panem manducare non valens: qui huc adveniens, oblatus fuit Fr. Thomæ, Miſſam celebranti; qui ſub eâdem pro juvene deprecatus, finito Sacrificio ipſi dixit, In virtute Dei & per interceſſionem glorioſi S. Pancratii, manduca hunc panem: accepit autem porrectum ſibi juvenis, & manducavit ac porro manducare perrexit abſque ulla difficultate. Legitur etiam aliud quoddam miraculum, factum navigantibus in

*ac periclitantes in mari adjutos.*

mari & periclitantibus, qui invocato glorioſo Sancto ſalvati ſunt, atque tabellam gratiæ teſtem obtulerunt. Atque hæc dimiſſis infinitis aliis dicta ſunto de favoribus & beneficiis divinis, hoc in loco obtentis aut teſtatis: de exemplis autem ultionis divinæ iidem dixerunt talia non deeſſe.

10 Notabile imprimis fuit, quod quidam hac tranſiens, ut Utellam iret cum jumento, cœpit fuſtem ab eccleſia; viam vero ſuam proſequenti, cum D veniſſet ſupra collem Picalis, ſtaretque in conſpectu ipſius eccleſiæ, facies ei in humerũ verſa retrorſum eſt, nec potuit antrorſum aut retrorſum procedere. Cum ergo culpam ſuam agnoviſſet, ejuſque veniam poſtularet, cum pollicitatione, quod quotieſcumque illac impoſterum iret, oleum Lantuſcæ venditurus, menſuram unam donaret eccleſiæ; rediit ipſi vultus in proprium ſtatum: cui voto ſi aliquando deeſſet, mulctam ipſe ſibi indixit integri congii amittendi. Caſtigati etiam fuerunt milites quidam, defuncti quondam Domini del Cros, anno MDXLII, cum Nicia à Turcis obſide-

*& milites cereorum raptores,*

retur. Hi cum hac tranſeuntes diripuiſſent faces & cereos ipſius eccleſiæ, & Varum fluvium trajicere vellent, omnes ſubmerſi ſunt, quemadmodum notarunt alii milites qui totam rem viderant. Sed alia ſimilia exempla plura contigerunt, quæ æque ac illa prioris generis cauſa brevitatis tranſmittimus.

*Punitus ab eccleſia furatus fuiſſem,*

11 Ut porro ad ipſa Sancta oſſa regrediamur, cum de ipſis per plures annos nihil requiſiviſſent Domini Priores, Syndicique, & alii principaliores Lantuſcani; placuit ipſis, ante hos annos non multos, certiorem eorumdem notitiam capere. E Perſcrutantes igitur altare majus ipſius eccleſiæ, primum in ejus medio repererunt quamdam concavitatem ſubtus petram, atque in ea capſulam albam quæ marmorea videbatur, non tamen erat; intraque eam pyxidem ligneam. Hanc debita cum reverentia accenſiſque luminaribus accipiens & aperiens D. Prior, invenit quinque partes oſſeas, quæ videbantur eſſe brachii & manus, abſque ulla ſcriptura. Has vero Reliquias juſſit Communitas elevari intra ſimulacrum, conformatum in figuram

*de ſub altare elevantur, ac novae ipſa includuntur,*

brachii manuumque argentearum. Quo facto vehementer crevit creſcitque devotio prædicta: & duodecimo die Maji, nec non ſecunda Feria Paſchæ & Pentecoſtes, inſtituitur Proceſſio; in qua ipſæ Sanctæ Reliquiæ palam oſtentantur. A dicta autem ſecunda Paſchali feria, uſque ad diem VIII Septembris, quando Dominæ noſtræ Nativitas celebratur, ordinarie & quaſi continue, ex omni parte huc adveniunt peregrini omnis conditionis. Eccleſiæ vero ipſi optime miniſtratur, quia omni Dominica & diebus aliis, quoties uſus fert, celebratur Miſſa; ita ut ipſa eccleſia habita ab olim fuerit, & etiam nunc habeatur, in magna devotione à bonis & fidelibus Chriſtianis. Et quia hæc omnia ſunt pura ac mera veritas, ſicut ſupra dictum, narratum, & depoſitum fuit, ego Nicolaus Taoni, Balivus Ducalis dicti loci de Lantuſca ut ſupra, ad inſtantiam Dominorum Syndicorum, per manus ſubſcripti noſtri & dictæ Communitatis Secretarii, concedo præſentes teſtimoniales litteras. Datum ut ſupra per d. D. Balivum.

F

*& an 1588 de his omnibus ſcribitur inſtrumentum.*

## Ego Antonins Auda Notarius.

*Ita Inſtrumentum authentice ſcriptum, & à P. Ioanne Iacobo Turrinetto, ante annos circiter quadraginta Taurinenſis noſtri Collegii Rectore, miſſum Bollando noſtro. Diſtat autem Lantuſca* p. m. 18 *à civitate Nicienſi, verſus mediterranea in Boream, ad dexteram ripam Viſiliæ, poſt* 9 *circiter milliaria miſcentis ſe ſupranominato Varo; & in modica trium aut circà milliarium diſtantia reſpicit Turrim, Bolenam, atque Vtellas, hic etiam nominata loca; quorum omnium, atque imprimis Lantuſcæ, meminit Petrus Ioffredus Presbyter Nicienſis, in notitia illius Vrbis, Diœceſis ac Comitatus cap.* 17. *Sed, quod mireris, idem Auctor, in fine ſui libri, texens Epiſcoporum Nicienſium, deinde*

*Lantuſcæ ſitus.*

A *Honoratus Ab. S. Pontii*

*deinde & Abbatum S. Pontii Catalogos*, Honorati *quidem* Martelli, *poſt ejuſdem nominis & cognominis patruum, meminit inter Abbates; ut qui ab anno* MDL *ad* MDXCII *dignitatem tenuit, ex Lantuſca æque ac ille natus*, Sanctorumque Pancratii, Honorati & Ludovici ſacellum, ſuis ac patris Ludovici ſumptibus, in eccleſia S. Pontii (*ea loco eſt parochialis*) perfecit; *alium tamen pro eodem tempore nominat Epiſcopum, ſcilicet Ioannem Ludovicum Pallavicinum, qui anno* MDLXXXIV *conſecratus, ſequenti mox anno Sereniſſimum Carolum Emanuelem Subaudiæ Ducem, cum Catharina Auſtriaca ex Hiſpaniis reducem, exceperit, adeſque Epiſcopales inſtaurarit, & anno* MDXCVIII *diem ſuum obierit, teſte Martinengo in Catalogo Epiſcoporum Nicienſium. Eumdem Ordinem tenet Ferdinandus Vghellus. Sed quoniam addit, Pallavicinum, ex Marſicano Regni Neapolitani Epiſcopatu Niciam tranſlatum die* VII *Novembris* MDLXXXIII; *datur locus ſuſpicandi, eam tranſlationem à Romano Pontifice factam, non fuiſſe receptam à Canonicis Nicienſibus, uixis Privilegio Lucii II, anno* MCXLIV *inter alia ſancientis, ut* obeunte ejus loci Epiſcopo, nullus ibi, niſi quem ipſi Fratres .... Canonice elegerint, Epiſcopus ſtatuatur. *Elegerint ergo illi, ſuo, quod habere credebant, jure uſi, Abbatem S. Pontii; res autem in contentionem adducta, inter Electum Niciæ & Romæ Conſecratum, ea conditione fuerit compoſita, ut Abbas S. Pontii dici & ſcribi ſemper poſſet* Electus Epiſcopus Nicienſis (*hoc enim ſignificat littera E*) *& forte cum jure ſucceſſionis, ſi pramori Palavicinum contingeret: quæ deciſio ſi Niceenſibus placet, debebunt illam acceptam referre Inſtrumento iſti; ſin minus, expectabo aliam ab illis viam monſtrari, qua fidem Notariis ſui tueantur.*

*permiſſus Elect. titulum gerere.*

*Lud. Pallavicino Nicienſem Epiſcopatum tenente,*

*Pag.* 25 *de* S. Chriſpolito, *Annot.* c — 16 *Maji* l. — 26 *Maji.*

*Pag.* 26 *ante Commentarium* de S. Philippo, *ponatur.*

# DE S. FELICE, PVERO MARTYRE,

## ROMA PALMAM SICILIÆ OPPIDVM TRANSLATO.

SYLLOGE HISTORICA. D. F.

### De Auctoribus tranſlationis & modo inventionis.

*Anno* 1675 *Corpus Felicis,*

Alma, *recentis admodum conditionis claritatiſque oppidum eſt in Sicilia, diœceſis Agrigentinæ, juxta fluvium Narum, quod aliàs Blanca-villa dictum, anno* MDCXXXVIII, *in favorem Caroli de Caro iſtic Toparchæ, titulum Ducatus accepit. Ibi Sanctimoniales Benedictinæ, ſub appellatione* B. Mariæ de Roſario, *Parthenonem habent; in quo Profeſſa* adm. Rev. Mater, Soror Maria Sepulta à Conceptione, *cum anno* MDCLXXV, *occaſione promulgati à S.D.N. Innocentio XI Iubilæi, Romam acceſiſſet, neſcio quo ſpecialis neceſſitudinis nexu adſtricta Eminentiſſ.* Carolo S.R.E. Card. Bonello; *eumdem exoravit, ut ne abſque alicujus Sancti ac nominati Martyris corpore in Siciliam remitteretur. Erat tunc* S.D.N. Papæ Vicarius Generalis, Romanæque Curiæ ejuſque diſtrictus Judex Ordinarius, Eminentiſſ. Gaſpar tit. S. Silveſtri in Capite S. R. E. Presbyter Cardinalis de Carpineo: *ad cujus officium pertinebat Martyrum corpora de cœmeteriis extrahere, & extracta conſignare, quibus viſum fuerit ea eſſe ad cultus divini augmentum concedenda. Hic à Card. Bonello appellatus, eidem* corpus ſancti Chriſti Martyris Felicis, nomine proprio inventi per ſe, atque de mandato S.D.N. Papæ ex cœmeterio S. Calixti extractum, in capſula, imo urna, ex ligno nigri coloris confecta, ac cryſtallinis laminis vallata, bene clauſa, & funiculo ſerico coloris nigri colligata ac *ſuo* ſigillo ſignata, *rite contradidit, ſub data* XIII Martii, *per manus* Joannis Vincentii Guizzardi Secretarii; *facultatem eidem concedens*, ut prædictum ſacrum corpus apud ſe retinere, aliis donare, extra urbem tranſmittere; & in quacumque eccleſia, oratorio, aut capella publicę fidelium devotioni exponere & collocare valeret.

C

*à Card. Vicario datũ Card. Bonello,*

2 *Ille vero eadem ipſa die, per manus ſui item Secretarii* Ioannis Baptiſtæ Abbatis Michalii, *ſcribi juſſit donationem prædicti Corporis, cum eo quo acceperat jure in favorem prænominatæ Sororis Mariæ-Sepultæ: quod quia eodem mox anno, ſervatis ſervandis, ab eadem domum regreſſa, publicæ venerationi expoſitum fuit in prætitulata S. Mariæ de Roſario eccleſia,* Dominica IV poſt Paſcha, *tunc in* XII *Maji cadente; ea lege ut ipſa Dominica Sanctimonialibus, ſacrum eum theſaurum exhinc poſſeſſuris, Tranſlationis titulo feſtiva quotannis haberetur; placuit prænominatũ* S. Felicem Martyrem *tali diei adſcribere; ſimulque meminiſſe imaginis in are ſculptæ, ubi is repræſentatur habitu juvenculi, roſis coronati, altera manu palmæ ramum ferentis, dextera effigiem ejus in quo colitur parthenonis, inter palmarum arbores, credo ad diſtinctius deſignandum oppidum quod in receſſu expreſſum cernitur. Inſcribitur autem* S. Felix puer Martyr, *ætatem teneram, ut exiſtimo, indicante oſſium exilitate: cum id non indicetur in Romanis authenticis, quarum exempla accepimus, manu & ſigillo quatuor Iuratorum Palmenſium anno* MDCLXXXII *obſignata.*

*& ab hoc cuidam ex Sicilia Benedictina Palmenſi,*

*exponitur à Dom. poſt Paſcha, tunc* 12 *Maji.*

F

3 *Nos in hoc opere Romanos iſtiuſmodi Martyres, uti non laborioſe conquirendos putamus, ita nec ab eo penitus ſeſecãdos, maxime cum in accedit notitia aliqua, vulgari diſtinctior, & quam communicari poſteritatis interſit. Id autẽ in præſenti Sancto accidit. Ab eo enim, qui Cardinali Vicario operam commodaverat ſuam in ſacro corpore extrahendo, poſt tempus aliquod impetrata etiam Atteſtatio fuit, de modo inventionis certitudineque Martyrii; quamvis neutrum ſoleat addi authenticis, cum quibus talia Corpora ab Vrbe emittuntur. Ea Atteſtatio ex Italico ſic Latine redditur.* Corpus S. Felicis fuit inventum in Cœmeterio ad Viam Appiam, quod quidem generaliter venit ſub nomine S Calixti; veroſimiliter autem ipſum eſt, quod appellatur in Actis Martyrum Sanctorum, Euſebii Presbyteri, Marcelli Diaconi, & Sociorum, milliario primo ab Urbe; *quo de agit Aringus, Roma Subterranea lib.* 3 *cap.* 20; *ubi etiam mentionem facit* S. Pontiani Pueri Martyris, *poſt illuſtre Martyrium ibidem ſepulti, de quo agendum nobis* XXV *Auguſti.* Etenim locus unde extractum fuit Corpus præfatum, extra eamdem ubi dictum cœmeterium eſt portam, uno præciſe milliario diſtat; habens ingreſſum, mox à tranſito tempello, cui nomen, Domine quo vadis? *qua ſcilicet formula Petrus Apoſtolus, Vrbe egrediens cauſa declinandæ perſecutionis,*

*Accepta poſtea Atteſtatio docet,*

*erutum fuiſſe ex Calixtini Cœmeterii parte,*

A *dicitur alloquutus obvium sibi Christum cum cruce; & accepisse responsum, Vado Romam crucifigi.* Est autem ingressus ille ad viæ dexteram, post ruinam cujusdam veteris lateritii sepulcri, quod Antiquarii nostri volunt esse S. Torunii. Nemo tamen amplius recordatur, ex quo præcise ambulacro seu dormitorio S. Felix extractus sit; eo quod multitudo eorum corporum, quæ simili ratione extrahuntur, memoriam ejusmodi confundat.

*proxima templo S. Petri viâ Appiâ.*

4 Loculus, intra quem repertus ille fuit, nullum aliud corpus continebat: nec vero plerumque solent aliter corpora quam singularia inveniri; & rarissimi admodum sunt tumuli, quos vocant bisoinos; nisi forte alicubi consepulti sint mater & filius infans. Nomen repertum est, exaratum intra calcem, qua compaginantur tegulæ loculum claudentes: eademque in calce, recens dum esset adhuc & mollis (in Fresco vulgus dicit) similiter exarata cultello cernebatur rudis forma palmæ semipedalis. Plura nomina ac titulos alios frustra requisieris, in ista Cemeteriorum simplicitate: ut summum reperiuntur quandoque consepulta corpori munismata quædam, nomen & effigiem ejus Imperatoris referentia, sub quo passus Martyr est: sed apud S. Felicem nihil tale inventum est, non sanguinis vascula, non aliud quidquam: unicum, & ex sententia sacræ Congregationis sufficiens Martyrii indicium aderat, forma palmæ. Quæ aliorum Sanctorum corpora in proximo fuerint tumulata sciri nequit: cum talium ratio haberi non soleat, & authenticas scribentibus satis esse videatur, si nomen cœmeterii exprimant, & fidem martyrii velut certi faciant. Credo tamen, si qua in vicino corpora fuerint, anonyma fuisse omnia: quia non nisi paucissimis invenitur additum nomen: & unius dumtaxat recordor ego, quod in isto cœmeterio fuerit cum nomine suo repertum, scilicet S. Colvandri.

*Nomen cum forma Palmæ repertū in calce.*

B *aliud nihil.*

5 *Habes responsa quinque, ad totidem quæsita Romam ex Sicilia missa; vel ideo maxime hic apposita, ne quis plura quærendo frustra velit laborare in simili, qui nullo non die occurrit, casu: item ne quisquam nominibus, ut plurimum Romæ recens delectis, magnopere fidat; aut ipsa requirat in Martyrologiis, ad definiendum diem annui cultus; nedum persuadeat sibi, cum forte in idem nomen alicujus Romæ passi inciderit, ejus se corpus accepisse; aut antiquiorem aliorum possessionem turbatum eat, ex male fundata præsumptione contra nitendo, sibique eumdem vindicando.*

*nec amplius quid speraudum.*

C

## DE S. PHILIPPO PRESB.

Pag. 27 *post num.* 6 adde --- *Porro Vita* S. Philippi, *qualem supra dixi Eusebio ejus discipulo adscribi, superiori seculo Italicam fecerat D. Iacobus Conzus de Taranto, & Messanæ imprimendam dederat anno* MDXLII; *cujus exemplar cum Patavii reperisset R. P. M. Cherubinus Montis-frigidi Agrigentinus, ex commissione sui Generalis visitans Fratres claustrales tertii Ordinis S. Francisci, recognoscendum illud dedit R. P. M. Ioanni Antonio Brandi, similiter Tertiario: qui ipsam Romæ recudi fecit anno* MDCXVI. *Atque ex hac editione datur infra* Appendix miraculorum *post mortem.*

*Vita Italica, & ex hac Appendix.*

*Numeros* 7, 8, 9, 10, *aufer à Commentario prævio, transferendos in Appendicem: & qui nunc est numerus* 11, *fiat* 7, *omissa prima linea, hoc exordio.*

7 S. Philippi *cultus etiam in Melitam insulam penetravit &c. ut pag.* 28.

*Pag.* 33 *dele Annot.* d.

*Pag.* 36 *post Annotata ponatur.*

# APPENDIX.

## De cultu atque miraculis, Arcæ S. Philippi.

*Sæpe memoratus supra Cajetanus, ad ultimam secundæ Vitæ periodum ita notat:* Vetus opinio apud Agyræos fuit, S. Philippi corpus antiquis temporibus in ejus æde conditum, in loco cui Catana nomen, effossumque à majoribus integrum illud repertum; at mox illatum in idem sepulcrum, superposito saxo cum ipsius Divi imagine. Anno autem Christi MDXCIX Josephus Saladinus, Abbas Commendatarius S. Philippi, dum fundamenta alte molitur extruendæ aræ, corpus defodit: quo facinore Jurati Patres Populusque commoti, rem detulere ad Bernardinum Cardinium, Maquedæ Ducem atque in Sicilia Proregem, conquesti, ipsis insciis S. Philippi corpus defossum. Missus à Prorege Joannes Osorius, Regiæ Monarchiæ Judex, cujus prudentia compositæ turbæ: sacra vero ossa, eumdem in locum rite condita sunt, quæ quinque post annos Philippus Georgius, Visitator omnium jurium Regii Patronatus, ne ob nimiam sepulcri humiditatem, in quo condebantur, corrumperentur, in commodius ac ornatius Sacellum anno MDCV ad VIII Kal. Augusti, solenni ritu transtulit.

*Corpus Sancti.*

*translatum an. 1599.*

E

*& 1605.*

2 Quis possit, *inquit Auctor Vitæ Italicæ*, miracula omnia enarrare, quæ operatur Omnipotens per hunc benedictum famulum suum, maxime diebus illis, quibus per civitatem processionaliter circumducitur capsa argentea, in qua continetur brachium ipsius Sancti? Consistit illa intra ferculum sublime ex ligno, & tribus per annum diebus circumfertur (*nempe* XI *&* XII *Maji, atque* XXV *Iulii*) estque circa dictas processiones perquam notabile, quod capsa aliquando feratur retro, suos secum portitores trahens; alias ipsos rapiat per insolitam viam; quandoque ita gravis reddatur, ut nequeat impediri quo minus in terram delabatur; ubi tamdiu immobilis manet die illo, quoad ipsi Sancto placuerit; nec possent ipsam inde movere, si concurrerent quotquot in mundo sunt homines. Quia autem ea res, cum accidit, solet magnæ alicujus rei præsagium esse; habet Reverendus D. Vicarius præscriptas sibi orationes, quibus deprecetur Sanctum, ut absque tanto portitorum labore populique terrore sinat eos consueta sua via gradi. Tum vero moveri se aliquando permittit à solis, aut religiosis, aut civibus, aut extraneis, quandoque etiam à solis pueris, aut promiscua turba.

*Brachium, in capsa argentea circumferri solitum ter quotannis.*

*sæpe immobile redditur, aut via insueta cum portitoribus rapitur.*

F

3 Notarunt autem viri intelligentes, quod quando vel immobilis consistit capsa, vel via insolita rapitur, plerumque eo loco reperiantur dæmoniaci à Sancto liberandi, vel aliud quid incidat observatu dignum. Accidit ergo die quadam, ut capsa, non modo non ferretur agiliter, sed retrorsum traheretur; cumque sic deviasset, explosa in mediam populi turbam fuit major bombarda; itaque apparuit, cur à recto itinere capsa deflexisset. Miraculo tamen tributum fuit, quod nemo eorum, in quos pilæ excutiebantur, gravem ab iis noxam tulerit; quamvis plurium vestes ad ipsam usque carnem trajectæ iis fuerint; unus etiam grandiori pila tactus in brachio sit, citra ullum exinde incommodum. Alia vice cum eadem capsa, diu immobilis, tandem allevari se permisisset; magno impetu delata in clausam portam unius palatii, ipsam grandibus ictibus discussit; inventaque eodem in palatio est persona abscondita, quæ

*ut cum periculum erat à solita bombarda*

*vel à peste*

A qua peſte laborabat, potuiſſetque contagium tota ſpargere civitate, niſi detecta fuiſſet: quia peſtis eo tempore per plures Regni civitates graſſabatur.

4 Alias accidit Capitaneum militarem venire ad feſtum S. Philippi, ſimul cum turma ſua: qui voluit ut ſoli ſocii ſui arcam portarent; forte perſuaſus ab aliquo, experiri certius volente, an ejuſmodi motus arcæ atque ſtationes illius eſſent miraculo, vel humana induſtria procurati. Multi ergo eorum gladios ſtrinxerant, nec patiebantur alium quemquam accedere propius. Sed brevi attonitus obſtupuit ipſe ac milites ſui: vix enim modico proceſſerant ſpatio, cum illis de humeris ac manibus capſa excidit, nec ſublevari unquam ab iiſdem potuit. Contigit etiam die quadam, unum aliquem dicere, quod non crederet miraculo iſtæc fieri, ſed ingenio humanò. Hæc autem dicente illo ad aliorum aures ſubmiſſa voce; ecce tibi capſa, magno impetu rapta, in ipſummet cum ſuis portitoribus fertur, eumque concuſſum totum ac ſemimortuum proſtratum reliquit: qui ad lectum delatus, & incredulitatis ſuæ pœnitens, indulgentiam culpæ obtinuit; & ſanitate recuperata, Sancto exinde devotior manſit. Simili modo externi quidam, omnes conterranei atque de B miraculo dubii, conſpirarant ad capſam portandam; quam dum antrorſum vellent ferre, rapiebantur retrorſum; fueruntque omnes retruſi in lacunam, unde nonniſi luto multo ſordidati valdeque conſternati evaſerunt.

*Item ad caſtigandos incredulos,*

5 Numquam igitur ſine myſterio fit quod ſæpedicta capſa, nunc ſubſiſtat, nunc motibus extraordinariis feratur, aliquando vero à principio ad finem citra ullam varietatem perducatur: cujus rei, præter jam dicta, multa ac pene innumera poſſent allegari exempla, grande volumen completura, quorum pauca attigiſſe ſufficiet. Die quodam cum ad unam platearum urbis proceſſio perveniſſet, noluit capſa via conſueta progredi, ſed aliam omnino arripuit; ac denique ſublata ab humeris portitorum, elata eſt in tectum cujuſdam domus; unde cum populus auferri eam juberet ac ſibi relinqui, ut proprio ferretur motu; accipientes illam portitores deducti fuerunt in angiportum, per quem numquam fuerat deportata: perveniens autem ante oſtium cujuſdam cubiculi clauſi, in ipſum impacta violenter eſt: quo C patefacto inventa eſt mulier ibidem abſcondita à dæmone, quam volentem nolentemque traxerunt ad arcam & ſequi fecerunt. Alias cum via ordinaria ferretur, accurrit mulier energumena, terribiliter agitata: cui ad capſam accedenti, mox omnes capilli erecti in altum obriguerunt ac ſi ferrei fuiſſent, ad terrorem omnium id ſpectantium. Tum vero dæmon per os miſellæ hæc aut ſimilia verba protulit, O Philippe, oportet te hodie valentem eſſe ad iter emetiendum: & ſubito ſubſtitit immobilis arca: ſed mulier liberata fuit cum magna ſua adſtantiumque conſolatione.

*vel energumenos liberandos,*

6 Paupercula quædam habebat maritum, membris captum infirmumque adeo, ut decimo jam anno jaceret privatus gradiendi facultate: venit ergo cum ipſo ad feſtum, eumdem ſæpe maximo cum labore ſuis humeris bajulans, corbi impoſitum. Dum autem duceretur proceſſio, capſa ſubito abiit verſus eam partem ubi erat infirmus, cunctis Miſericordia, Miſericordia inclamantibus: & ſtatim atque ad illum perlata eſt, ipſe convaluit, atque alacer ſuppoſuit humeros ſacro oneri, cum aliis admirantibus ferendo. Nec omittendum videtur quod animalia indomita, equi, muli, tauri, illuc venum adducti ad nundinas, ibidem aſſiſtant velut agni: cumque per forum tranſit capſa, mercibus omnis generis etiam vitreis figliniſque refertum, quantocumque ſubinde D rapiatur pondere ac impetu, numquam tamen accidit quidquam diffringi. Cum autem ſimiliter fertur per civitatem, licet videatur crura, brachia, *ſemper eo-* capitaque eorum, per quos rapitur, comminutura, *noxie.* nemini tamen nocuiſſe deprehenditur. Mirabilis Deus in Sanctis ſuis: quare finio cum hiſce vulgo uſitatiſſimis verbis, Qui non vidit, videat, obſtupeſcat, & credat.

*vel infirmos ſanandos,*

7 *Eodem quo hæc ſcribebantur tempore, erat Agyrone Faſellus, Rerum Sicularum ſcriptor notiſſimus, quarum Decade lib.* 10, *virtutem* S. Philippo *divinitus collatam ad dæmones ejiciendos, ita deſcribit, ut oculatus teſtis.* Enimvero anno MDXL &c. *ut pag.* 27 *& reliquos numeros* 8, 9, 10 *hic ſubjunge.*

*Pag.* 38, 44 *&* 48 *de* S. Epiphanio Epiſc. *corrige & adde quæ habentur pag.* 600 f.

## DE S. MODOALDO EP.

*Pag.* 50 *num.* 3 adde --- *Eadem, inventa à Gamanſio noſtro, in quodam alio Ms. Bollandoque miſſa Coloniâ anno* MDCXXXVIII, *quia Prologo & capite* 1 *(ſcilicet uſque ad num.* 18) *mutila erat, Henſchenii noſtri diligentiam fugit inobſervata; cum tamen adjunctum ſibi habeat librum alium, de* S. Modoaldo, *ejus miracula complexum: quibus deinde diverſa manu ſubtexitur aliquid, annis fere centum & ſeptuaginta poſt prædictam Tranſlationem ſcriptum, cum indicio tunc facta ſecunda Tranſlationis, aliiſque nonnullis; ac rurſum diverſa manu multumque recentiori additur:* Habentur adhuc alia miracula in libro miraculorum S. Modoaldi, demptis his quæ in hoc libro continentur, quia ſuper his ſpecialis adhuc deputatus eſt liber. Cum autem jam completus ſit, videtur mihi neceſſarium huic conſequenter inſcribi. *Et mox ſubduntur facta ab anno* MDI *uſque ad* MDXXII: *unde intelligo ſpecialem iſtum librum (qui utinam adhuc alicubi ſuperſit) deſcriptum conſequenter fuiſſe, poſt prima & hic à nobis proferenda miracula, atque ad finem uſque ſeculi* XV *fuiſſe protractum. Cœnobium Helmwardeshuſanum, licet juriſdictioni ſpirituali Epiſcopi Paderbornenſis ſubjectum, paruit tamen Haſſo, atque à tempore hæreſeos ſub eo prævalentis vaſtatum jacet, nihilque religioſi ibi ſupereſt; unde ſpes nulla manet iſtic aliquid de dicto libro inveniendi. Interim vetuſtiſſimis recentiſſimiſque fruere, quando mediis & integrum volumen implentibus gaudere non licet.*

*Pag.* 59 *Annot.* e *lin.* 2 --- 20 *Auguſti* --- 1. --- 20 *Iulii.* F

*Pag.* 78 *adde ſequentem librum Miraculorum.*

# MIRACVLA.

## *à Ioanne Gamanſio S. I. ex Ms eruta.*

### PRÆFATIO.



Mnipotentis Dei filius, cujus natura bonitas, cujus opus miſericordia, manens apud Patrem & à Patre, Deus verus de Deo vero, procedens ante tempora ſecularia, in fine ſeculorum caro factus eſt de Virgine Maria, mortiſque ſupplicium pertulit in ligno crucis pro ſeculi vita; ubi de latere ſuo Eccleſiam productam formavit, & Spiritu ſancto ſubarrhatam ſibi et deſponſavit, ſuique ſanguinis pretio dotatam peculiari privilegio ſub fidei chirographo copulavit: quam aſcendens ad Patrem

*Fundatis per Apoſtolos toto orbe Eccleſiis,*

A Patrem unde venerat, ſuis diſcipulis regendam, & per orbem terrarum longe lateque diffundendam, ac trini nominis invocatione multiplicandam commendavit; & ut id non trepide, ſed ſolida plenaque animi conſtantia effectui manciparent, eorum corda ſancti Spiritus illuſtratione corroboravit. At illi gratia tanti muneris impignerati, non ab uno, ſed in unitate fidei diviſi, ſe ad partes à Deo ſibi prædeſtinatas, prædicantes doctrinamque ſuam ſignorum efficacia confirmantes, contulere; ſibique jus collatum ligandi atque ſolvendi, quaſi hereditarium, ſucceſſoribus ſuis tradidere, ac per eos in omnem futuræ poſteritatis ordinem tranſtulere; mundum Doctoribus replentes, eiſque regimen Eccleſiæ committentes, ut compleretur vaticinium, quod olim de ipſorum perſona cecinit David Pſaltes, In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines terræ verba eorum. Hoc ordine fidei & religionis, per mundi climata, multiplex Eccleſiarum crevit fabrica, quibus ad regendum & corroborandum in locis capitaneis Epiſcoporum præerat ſolertia: qui omni conamine mentis & ſpiritus, primi Paſtoris vicem agentes, & gregi commiſſo verbo & opere invigilantes, ad bravium vitæ æternæ felici auſpicio meruerunt pertingere.

*præfecti ſucceſſive Epiſcopi:*

Pſ. 18, 5

B

2 Eccleſiis nihilominus procul poſitis non defuit divinæ miſerationis viſitatio, quas Sanctorum jam ſecum ſpiritu regnantium, ſecundum cujuſque fidem & meritum, Chriſtus illuſtravit patrocinio: ut quæ minus, in ſuis ſedibus adhuc carne viventes, peregiſſent; in locis à Deo ſibi ſpiritualiter conceſſis, per mortua membra ſua, ſignorum documentis & miraculorum atteſtationibus, ſupplerent. Unde contigit, divinæ miſerationis munere, ut Helmwardicenſe cœnobium, in provincia ſitum Saxoniæ, à Paterbornenſi matre Eccleſia itinere unius diei remotum, Abbate ipſius loci cum ſuis Fratribus crebris jejuniis, vigiliis, orationibus, & lacrymis id apud Dominum obtinentibus, multimoda Sanctorum pignorum mereretur patrocinia; duorum videlicet Thebæorum martyrum, nec non beati Modoaldi Archiepiſcopi Treverorum, Sanctique Auctoris ejuſdem loci Archipræſulis, aliorumque multorum non minoris meriti & ſanctitatis: quorum inſperatus & omni humanæ æſtimationi incredibilis adventus, ante unum ferme annum, prodigiis & viſionibus, ſi id unquam futurum autumari poſſet, fuerat præſignatus: quod, ad glorificandam noſtri Salvatoris omnipotentiam, huic opuſculo inſerere dignum duximus.

*quorum aliqui poſt mortem tranſlati,*

*uti S. Modoaldus, S. Auctor &c.*

C

## CAPUT I.

### *Miracula adventum Sanctorum prægreſſa, alia ſecuta.*

3 BEatus Petrus, Princeps Apoſtolicæ Sedis, memor infirmitatis propriæ, per lacrymas & pœnitentiam reſolidatæ, dignatus eſt inuſitato mirabilique prodigio demonſtrare, per Sanctorum merita, non ſolum corpora defunctorum ab ergaſtulo mortis ad vitam poſſe revocari; verumetiam prolapſa in voraginem peccatorum corda digno pœnitentiæ fructu à morte animæ reſuſcitari, & prioris ſtatus merito locoque reſtitui. Anno Dominicæ Incarnationis MCVI, Indictione *a* [bis] VII, tertio Kal. Julii; nocte qua celebratur Apoſtolorum paſſio Petri & Pauli, veſtitis ſolito accuratius ipſius templi parietibus, multiſque ſuccenſis luminaribus, ad ornandam faciem rutulantis eccleſiæ, cum ſuis lucernis infuſæ aquæ ſuperpoſitis; ſub arcubus columnarum undique ampullæ dependebant vitreæ. Matutinalibus vero ſolenniis majori ex parte conſummatis, Præcentore ſuper tria Cantica Antiphonam imponente, *b* Beatus Petrus dum penderet in cruce; ſubito ampullarum una, à pendulo ſuo ligamine mirabiliter diſſoluta, ſuper lapideum parietis fundamentum altitudine pedum XV corruit, tam valide, ut omnibus incuteret motum mentis divinis laudibus intentis. Mox Ædituus accurrens, ut ſaltem fruſta colligeret fragmentorum, ita vas reperit ſanum, ut in eo læſionis nullius appareret veſtigium: Beatus namque Petrus ſuis ſupplicibus hoc miraculi prodigium voluit demonſtrare, ut nomen ejus invocantibus corde & ore, declararet indicium ſuæ præſentiæ. At Ædituus, ne vel puncto temporis, unius luminis detrimentum ſuſtineret eccleſia, protinus conſcenſa ſcala, vas quod integrum receperat, aqua replevit, lucernamque ſuperpoſuit; atque, mirantibus cunctis qui audierant & viderant, ſuo loco reſtituit.

a

D *ſub Matutinis lapſa lampas vitrea,*

b

*illæſa reperitur,*

4 Poſt hæc tribus &, ſemi menſibus decurſis, XVIII Kal. Octobris, die qua celebratur Exaltatio glorioſiſſimæ Crucis, vas aliud vitreum, quod vacuum pendebat coram lignea noſtri Redemptoris imagine, Fratre quodam funiculum ligaminis ejus caſu movente incaute, ſubito ſuper terram altitudine pedum viginti cecidit: & quòd in mille fruſtulis poterat proſiluiſſe, mirabiliter ſuſtentatum divina virtute integrum permanſit; excepto quod in inferiori parte fundi, ad indicium tam evidentis miraculi, rimæ multæ ſubtiles poterant vix diſcerni; nihil tamen inde humoris poterat egredi. Cunctis pene mortalibus liquet, quod vitrei metalli natura fragilis eſt & perſpicax, tactu lenis & lubrica, labilis & ſonora, multorum colorum diverſitatem trahens artificis induſtria, cui non incongrue comparari poteſt humanæ conditionis ſubſtantia: eſt enim homo carnis infirmitate fragilis, animo levis, viſu lubricus, corde labilis, voce ſonorus, per omnia divinis perſpicax obtutibus, mentis multiplicitate varius, juxta quod veridicis Beati Job docemur atteſtationibus, Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miſeriis, & numquam in eodem ſtatu permanet. Adverſum tot alios innumeros adverſitatis caſus, quibus indefinenter & miſerabiliter afficitur humanum genus, nec per ſemetipſum ullo modo valet contraire, neceſſe fuerat levamen protectionis divinæ Sanctorumque patrocinia expetere; quorum ſuffragiis muniti, cuncta ſuæ ſaluti adverſantia valerent ſuperare; ut cujuſlibet infortunii lapſum impediente fragilitate contingeret incurrere, contritionis offendiculum evaderent eorum levamine; Pſalmiſta teſtante, Si ceciderit non collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam. Hujus rei gratia Fratres prænominati, propriæ fragilitatis conſcii ſuæque conſulentes utilitati, prona mentis intentione omnique cordis contritione, pignora beati Modoaldi Pontificis & ſociorum ejus promeruere, ſuſceptaque loco dignæ venerationis condidere: quorum virtutes, quas Dominus ad laudem & gloriam ſui nominis per eos in ipſo cœnobio, vel ante adventū eorum dignatus eſt exhibere, quaſque vel vidimus vel certa veridicorum virorum didicimus relatione, huic opuſculo dignum duximus annotare.

E *item alia 14 Septembris ſic lapſa,*

*monet in humana fragilitatis caſibus,*

Iob. 14, 1

F *præſidium à Sanctis petere,*

Pſ. 36, 24.

*quorum his miracula deſcribuntur.*

5 Poſt adventum ejuſdem beatiſſimi Pontificis die *c* nona, quæ ob inſigne glorioſiſſimæ reſurrectionis dicebatur Dominica, nocte ipſius media, venerabilis vir Adelbertus Incluſus, cujus ſupra *d* mentionem fecimus, conſurgens de modica quiete ſui ſtrati

c

d

*An. 1106, 24 Junii,*

A ſtrati conſuetudinarias Deo ſingultuum lacrymarumque victimas immolaturus, ſubito incurvatus perſtitit, nec ſe omnino ſurſum erigere valuit. Quapropter manibus genibuſque reptando, cum gravi mœrore, ſuæ recluſionis capellam ingreditur: nimiumque conſternatus, quod ſolitum hymnorum pſalmorumque penſum Deo perſolvere non mereretur peccatis ſuis imputabat, ſicque cum lacrymis ajebat: Miſericordiſſime Deus, licet optime noverim, quod tibi numquam debita reverentia ſeu devotione ſervierim, & in omnimodo famulatu Sanctorum tuorum negligens & ſegnis fuerim; tamen interdum pro poſſe & noſſe tuæ majeſtati voluntarie ſacrificavi: nec enim flagella tuæ ſeveritatis, quæ juſte mereor, ſpiritu contradictionis recuſo ſeu ſtimulum tuum quaſi recalcitrans perhorreſco; ſed myſteriorum tuorum dulcedine ductus & deſiderio, mallem quantum in me eſt, ſi licitum foret, ſacris altaribus tuis aſſiſtere, quam ſacrorum tuorum expers exiſtere. Quod quia nullis meis meritis obtinere valeo, ad te, Pater benigniſſime, Modoalde Pontifex, totis animi deſideriis confugio; flagitans, ut tuis digneris precibus impetrare, quatenus hodie ſolito more divino conſpectui laudis hoſtiam merear immolare. Qui mox ut nomen Sancti motu

*Invocato S. Modoaldo erigitur:*

B linguæ formavit, lugubrem vultum à terra levavit; curviſque renibus divinæ virtuti cedentibus, ac erectis in uſum priſtinum veſtigiis, ab hac repentina invalitudine permanſit incolumis.

6 In villa monaſterio contigua, Muthen nomine, vidua quædam, ægritudinis nimietate ad extrema perducta, obriguit; ſed amicorum vocibus revocata, ſubito luminibus apertis etiam linguæ uſum recepit. Mox quibuſdam ſuggerentibus B. Modoaldo votum vovit, ſtatimque depulſa ægritudine ſana ſurrexit: quæ de die in diem differens promiſſa ſolvere, neglectum oblivione contexit. Nec defuit juſta divinæ animadverſionis correptio: nam ſubito ex ſenſu facta, mentem perdidit; ſed à vicinis graviter increpita, ſe recollegit; quo niſu valuit ad eccleſiam curſitans, votum ſolvit; ſenſumque quem amiſerat perfecte recepit. Matrona quædam honorabilis, cereum ardentem Sanctis devote obtulit, obſecrans ut non extingui deberet quamdiu ſubſiſtere poſſet. Erat interea hoſpes in loco Canonicus quidam Suſazienſis, qui Fratribus Sextam quieſcentibus, captata locorum conſiderandi copia, cum duobus viæ ſuæ comitibus eccleſiam eſt ingreſſus. Aurâ igitur ſerenâ totius ſpiraminis offendicula negante, cereus ille, qui (mirum dictu!) facis adinſtar flammivomos producebat globos, in oculis contuentium, ſubito ignibus abſumptis extinctus eſt, tantamque fumi copiam egeſſit, ut mentes mirantium admodum ſolicitaret. Vixque unius horæ interjecto ſpatio, divinitus igniculo reviviſcente accenditur, atque poſt duas ferme horas denuo extinguitur, nec tamen ex eo quidquam fumi emittitur. Unde ſpectator attonitus, tamque inſolitæ rei teſtem habere deſiderans, unum ex Fratribus monaſterii, forte utilitati rei peculiaris ſecretius occupatum, vocat: qui dum curſim properat, flamma cæleſti meritis Sanctorum famulante, cereus reaccenditur, & ſic uſque ad ſui conſummationem perſeverans ultra non extinguitur. Quod miraculum ideo coram hoſpitibus patrare voluit dignatio divina, ut apud extraneos, quibus facilius perſuadere ſolet viſus quam auditus, in honore B. Modoaldi laudarentur Chriſti magnalia.

*Sanata & reddere votum cunctata,*

*relabitur iterumque curatur.*

*Votivus cereus, ſemel iterumque divinitus reaccenditur.*

C 7 In villa juris Regii, Membraſteheim *c* dicta, nutriebatur puella parvula, quæ languore ſubitaneo miſerabili effigie in globum eſt contracta, ut talis

D renibus, pectorique brachiis adhærentibus; & globo inter ſcapulas creſcente, collum adeo comprimeretur, ut ei omnino facultas oculos ſurſum erigendi negaretur; cujus intolerabili miſeria patris matriſque inconſolabiliter cruciabantur viſcera; & quia deſperabant omni humano medicamine conſequi poſſe remedia, totis medullis ad divina confugiunt auxilia. Quapropter B. Modoaldo votum faciunt, videlicet pondus hujus monſtruoſi corporis in victualibus, ſi meritis ejus ſuffragantibus in uſum vivendi languor ſaluti cederet membris debilibus. Nec diſtulit conſuetudinaria pius Pater medicamina. Nam ægra per horas incremento proficiens ſalutis, ſeptima tandem die ſaniſſima redditur parentibus ſuis. In ſuburbano Hildenesheim vir artis architectoriæ gnarus, cryptam eccleſiæ, B. Modoaldi dedicatam nomini, tegebat: qui pedem laterculis incaute figens, deorſum labi cœpit. Cujus caſu territus Sacerdos proviſor ipſius cryptæ, nec labentem valens retinere, exclamavit magna voce; O Domine ſancte Modoalde. Ad cujus nominis invocationem, homo qui comminui poterat, ſuper acervos jacentium lapidum in pedes conſtitit; ſed caſu ſtupore attonitus, titubante poplite lapſum faciens, latus alterum lapidi impegit: indeque manibus ad ſtratum deductus, ſequenti luce ſoſpes operi eſt redditus. Vir quidam diutina ſurditate multatus, aures cereas B. Modoaldo cum fide obtulit, pro ſui auditus recuperatione. Qui mox ut id quod promiſerat implevit, auditum quem amiſerat recepit.

*Erigitur contracta,*

*lapſus ex alto ſervatur,*

*curatur ſurdus.*

E

F

## ANNOTATA.

a *Hujus ſupplementi neceſſitas patet ex curſu Indictionum, & ex ſuperiori libro num.* 18, *ubi expreſſe* decima quarta *nominatur.*

b *Hujuſmodi Officium cum tali Antiphona necdum vidi.*

c *Ex ſuperioris libri num.* 57 *&* 58 *intelligitur, illatum fuiſſe in eccleſiam corpus* 26 *Aprilis* 1107, *atque adeo (nam littera Dominicalis erat* F) *die Sabbatino, unde ſequens poſt octiduum Dominica fuit* 5 *Maji.*

d *An forte excidit aliquid? nam in priori libro nuſquam hic nominatur: unde dubium nobis fit an ejuſdem auctoris uterque ſit liber.*

e *De hoc aliiſque* 12 *locis, in tabula Chronographica à me fruſtra requiſitis, reſpondit P. Ioannes Kloppenborg, Paderbornenſi hiſtoriæ proſequendæ & excudendæ à Principe electus; nomina iſtæc partim adhuc nota partim incognita eſſe, neque id mirum videri debere: ſibi enim quotidie uſu venire, ut in antiquis Paderbornenſis diœceſis tabulis multa inveniat loca nominata, quæ ubi fuerint nemo nunc poſſit niſi per conjecturam indicare.*

## CAPUT II.

### *Reliqua vetuſtiora miracula.*

8 CUjuſdam clientis Eccleſiæ porcus, pinguis factus, repentina ægritudine morti propinquabat; quem Dominus ejus adveſperaſcente die domo protractum, ſub divo dolens canibus exponebat. Hunc uxor è veſtigio proſecuta lugubri voce, conquerebatur longos ſumptus ex tenui ſubſtantiola ſe ſub una perdere hora; refleXiſque ad baſilicam luminibus, vovit B. Modoaldo, ſi convaleſceret, caput ejus cum ſpina. Poſtera vero die maturius exiens, porcum, cujus partem Sancto promiſit, totum & ſoſpitem recepit. Quidam

*porcus moribundus ſanatur.*

A dam paterfamilias graviter conquerebatur, puerum ſui juris, paſcendis equis occupatum, veſtem ſuam furto amiſiſſe: currenſque ad inveſtigandum ſuſpectam perſonam, reperit: ſed ſciſcitatus nihil indaginis ab eo recepit. Unde nimium conſternatus, quo ſe verteret ignorans, B. Modoaldi auxilium cum fide inclamavit: ſtatimque ſibi viſum eſt vocem cujuſdam, ſe à longe bis vel ter vocantis, audire. Quo ſpe recuperandi concito tendens, cumulum graminis & foliorum recens aggeſtum conſpicatur, ſcrutatuſque reperit quod quærebat. Matrona quædam ex optimo pallio limbos ſe dolens amiſiſſe, ſingulas arcæ ſuæ induvias perſcrutando exponebat; nihilque indicii reperiens, S. Modoaldi auxilium implorabat. Et quia deſideranti non ſufficit ſemel aſpexiſſe, arcam denuo aperuit, & in ſupremo veſtium quod quærebat invenit. Fratribus monaſterii aliquando lapidem pergrandem à monte cędentibus, montis ſupereminentis moles magna, rimis jam patentibus, ruinam ſui minitare cœpit. Mox invocato nomine B. Modoaldi quaſi fixa perſtitit, donec educto lapide cunctiſque egreſſis nihil reſtaret periculi: Statimque corruens, concavum illud pergrande ſummotenus replevit, liquido conteſtans cujus meritis ſuſtentata penderet.

*amiſſa reperiuntur,*

*ruina grandis ſaxi ſiſtitur.*

B 9 Puer quidam, hora vicinæ mortis incumbente, ſtrato cubabat exanimis, pro quo circumſtantes B. Modoaldo ſupplicationum vota vovebant. Mox æger ſubitaneo ſudore perfuſus, luminibus palpitat; potuque poſtulato & ſumpto, amicorum fletus in gaudia commutat. Alius quidam, de villa Bodenhuſen, repentino tumore tibiæ vitalia occupante, accerſitis valedixit parentibus, quaſi jam univerſæ carnis viam ingreſſurus. Qui fide integra ſpem recuperandi ejus capeſcentes, longitudinem tumentis tibiæ in filo argenteo voverunt B. Modoaldo: ſtatimque æger Sancti virtute comperta, quaſi tepenti latice perfunderetur ejus tibia, mirantibus lætantibuſque cunctis, ſurrexit incolumis. In loco qui Geiſmari *a* dicitur, ſubitaneo incendio vim ſuæ depopulationis exerente, maxima pars ipſius villæ favillis patebat, in cujus exterminii confinio, anus quædam decrepita commanebat. Quæ dolens totius ſtipendii ſui ſummam perire, ſi caſellam ſuam, quam vorax flamma lambebat, contingeret amittere; totis animis eſt ad Deum converſa: & quoniam ſpes deerat humana, arrepto lychno ambitum ipſius habitaculi cœpit interius metiri cum fide; ſpondens B. Modoaldo, ob liberationem ſuæ ſubſtantiolæ, tantæ longitudinis candelam ſe delaturam coram venerando ejus corpore. His dictis, quaſi jam mutuæ ſponſionis reſumpto pignore, ſpei intendebat divinæ. Miratur interea plebs promiſcua, furentes flammas tam humilis tecti arentes ſtipulas non poſſe abſumere, quarum impetum magnorum roborum maceria nullo modo potuerat evadere. Quapropter, nuntio perſcrutante, rei eventum edocti; mox quaſi uno ore prorumpentes in invocationem nominis B. Modoaldi, carmen laudis ejus publicis concinebant vocibus. Illico flammarum globi, cæleſti virtute compreſſi, penitus ſunt abſumpti.

*moribundi duo ſibi reſtituuntur,*

*incendium reſtinguitur*

a

C

b 10 In villa Lovinæ *b* Presbyter Proviſor parochiæ, ſtratum fovens, continua ægritudine ad hoc perductus eſt, ut niſi ſuppoſita ſindone nullo modo converti valeret in alterum latus. Qui per ſomnium commonitus à matrona reverendi habitus, B. Modoaldo votum vovit, ſtatimque melioratus in brevi convaluit, & de cetero emendatior vixit. Huic puer proximus conſanguinitate, tibiam ferebat contractam languoris nimietate; at Presbyter, ſuæ ſoſpitatis fidem retinens, pro hujus quoque recuperatione B. Modoaldo votum vovit: ſtatimque puer tibiam extendens, die duodecimo pleniter convaluit. Vir quidam officio gyrovagus, alieni indigens ſtipendii, populorum frequentiæ conjunctus, quos late cogebat miraculorum fama & inſtantis ſolennitatis lætitia, in Natali Principis Apoſtolorum Helmwardicenſe petebat cœnobium. Quo accedens, cernenſque promiſcuæ plebis catervas pene omnes occupare ſemitas, erroneo ſpiritu tactus, ait viæ ſuæ comitibus; Miror tot catervas fruſtra velle tanti itineris fatigationem conſumere pro mortuorum oſſibus ignotis, quæ collegit loci hujus Abbas de partibus peregrinis, cum tot, aut plura, ſeu fortaſſis meliora, reperiri poſſint in confiniis noſtris. Quod blaſphemium divinæ animadverſionis cenſura nequaquam paſſa eſt inultum præterire. Nam miſer ille, ſubitæ vertiginis ſtupore perculſus, in ora omnium ſupinus corruens, jacuit curvus. Statimque mentem recolligens, ſuique reatus pœnam agnoſcens, monaſterium ingreditur reptabundus, miſericordiam B. Modoaldi crebris inclamans vocibus, nec exaudiri eſt meritus. Indeque ſe manibus retrahens, per reliquam diem totamque noctem coram cœnobii liminibus procubuit; palam proteſtans cunctis ingredientibus, ſe juſta pati, ſe culpis ſuis exigentibus deteriora mereri. Sequentis vero diei crepuſculo, recuperandi ſpe animatus, vovit B. Modoaldo quoad viveret, quia liber erat, cenſum capitis ſui. Statimque reſumptis viribus ſurrexit incolumis: ingreſſuſque baſilicam, coram aſtantibus, novum ſuæ ſalutis Dominum dignis extulit præconiis.

D

*puer tibiam contractus;*

*mendicus, blaſphemus in Sanctos,*

E

*contractione punitur,*

*Sanatur Presbyter clinicus,*

11 In villa Diſiæ puer parvulus, utriuſque tibiæ debilitate multatus, quacumque ducendum erat officio manuum utebatur pro pedibus: cujus parentes tandem B. Modoaldo filum argenteum vovere: ſtatimque conſolidatis membrorum compagibus, puer integræ ſanitati eſt redditus. In confinio eccleſiæ, piſcatoris cujuſdam filius, tanta vi paralyſis ſubito eſt percuſſus, ut omnium membrorum viribus amiſſis, quaquaverſum ſiſtebatur maneret immobilis. Quem pater arreptum ad cœnobium detulit, conſultiſque Fratribus æqui ponderis ejus votum B. Modoaldo vovit: ſtatimque ſoſpitate pueri impetrata, incolumem eum ſecum reduxit. Quidam miniſterialium eccleſiæ, pro reſponſis competentibus ad cœnobium profectus, nummos in neceſſariæ rei uſibus expendendos à Fratribus ſuſcepit, quos incaute marſupio imponens perdidit. Quo poſt duas fere horas comperto, coram ſanctuario B. Modoaldi ingreſſus procumbit: ac primo, quia erat vir tenuis ſubſtantiæ, damni ſui ordinem replicat; deinde, cur Sanctus famulum, cum poſſit, abinde non cuſtodierit, imputat; fateturque ſe illi nullo unquam famulatu obſecuturum, niſi perditum reſtituat. His cum fide peroratis egreditur; &, mirum dictu! in plateæ medio, inter omnium euntium redeuntiumque veſtigia, nummos ſigillatim jacentes integro numero reperit. Idem poſtea de commiſſis reſponſurus ad monaſterium proficiſcitur, & Apoſtolicæ ſolennitatis nocte equum ſuum, ſomnolentia cuſtodis neglectum, furto amiſit. Quo nuntio mane, cum jam redire pararet, nimium conſternatur: ſed ſtatim fiducia præteriti miraculi animatus, conſueta B. Modoaldi patrocinia implorat. Deinde, nummo coram ejus ſacratiſſimo corpore cum fide oblato, redeundi iter pedes arripit, equeſtria quibus veniens conſederat collo referens. Qui modice amplius tribus milliariis emenſis, equum gramini-

*pedibus debilis greſſum recipit:*

*curatur paralyticus;*

F

*amiſſa pecunia,*

*& equus ab actus, recuperantur:*

bus

A bus impoſitum ſolum reperit: impoſitaque ſarcina lætus domui redditur, & de cetero Sanctis promptiori famulatu obſequitur.

*Item nummi plures,*

12 Alius quidam de villa Deſle, ab inſtantia diurni operis domum rediens, nummos, quos marſupio multos commiſerat, ſe funditus perdidiſſe dolebat. Quapropter conſultus, ex omnibus illis unum beato Modoaldo vovit, ut ſua ope omnes dignaretur inſinuare. Mane vero maturius ſurgens labori laborem addere, mox ut vomeris impulſu ſulcos cœpit evertere, nummos integro numero coram veſtigiis expoſitos aſpexit hilari facie. Henricus *c*, bonæ memoriæ Patherbornenſis Epiſcopus, diutini languoris incommodo, per merita B. Modoaldi liberatus, cœnobium petebat, Sancto gratiarum libamina oblaturus. Cui ne vacuus appareret, duas armillas aureas, quas ſibi forte quidam in itinere detulerat, Sancto vovit; digitiſque incaute has inſerens, unam repente perdidit. Inde amplius milliarii ſpatio pertranſito, ſubito ad manus reſpiciens, damnum deprehendit; accitumque legatum ad requirendum dirigit. Quo reperiendi diffidentia nutante; Si, inquit, ſancto Pontifici mea ex illis complacet oblatio, idque criminum meorum numeroſitas non impedit, ſpei meæ nullo modo fraudabor votis. His dictis itum eſt: & ecce in quadrivio frequentiaque promiſcuæ plebis, omnium aſpectibus celata, & ſolius quærentis obtutibus revelata armilla, Epiſcopo redditur; quam ille compari copulans, votumque ſuum B. Modoaldo reconſignans, ejus gloriam duplicibus efferebat laudibus, adeptæ ſoſpitatis & repertæ oblationis.

*& armilla aurea.*

B

c

d 13 Quodam tempore flumine *d* cœnobii alveos ſuos excreſcendo ſuperante, tranſitus per pontem negabatur, & pauperculus quidam viator, Sanctorum poſtulaturus ſuffragia, navigio transferebatur; qui amnis in medio vi fluctuum ſuperatus demergitur. Mox à contuentibus commonitus, nomen B. Modoaldi totis invocat niſibus: ſicque mirabiliter undis ſancto nomini famulantibus, ad terram devectus evaſit, baculumque ſuum qui procul abnataverat recepit. Matrona quædam de villa Bruneſtheim, de ſubitanea conflagratione domus ſuæ damnoſo divinationis ſuſcepto nuntio, votum pro ereptione ejus vovit B. Modoaldo. Nec multo poſt, ſemel per noctem, ſemel per diem repentinum prorumpens incendium, nominis ejus invocatione mirabiliter extinguitur, & ſic de cetero libera manſit ab omni incommodo. In neceſſariis Eccleſiæ uſibus, quadratariis aliquando lapides de monte cædentibus, unus miniſtrorum enormi ſaxo impulſus proſternitur, cruribuſque compreſſis pene exſanguis reperitur. Cumque tantæ molis immenſitate minutatim contritis oſſibus, vix ſupremum ſpiritum putaretur trahere; invocato nomine B. Modoaldi, lapidem multo anniſu removentibus ſociis, qui moriturus credebatur, evaſit incolumis. In poſſeſſione Eccleſiæ, Deſle dicta, pauperula quædam filium triennem alebat, qui ſubita paralyſi à renibus deorſum percuſſus, gradiendi officium penitus amiſerat. Pro cujus recuperatione mater, plena fide, B. Modoaldo filum argenteum vovit; eumque ſequenti crepuſculo lecto expoſitum, perfecte ambulare lætiſſimo vultu aſpexit. In eâdem villâ parvula repente alterius tibiæ languorem incurrebat, quam, deteriora per dies ſentiendo, diutius reptabunda trahebat. Cujus incommodo mater dolens, æquiponderis ejus penſum B. Modoaldo vovit, ſtatimque ſoſpitate regreſſâ relevata pleniter convaluit.

*Everſa navi mergendus liberatur,*

*incendium extinguitur*

*contritus ſub ſaxi lapſu ſervatur:*

*curantur, paralyticus & clauda:*

14 De vico Aldendorf colonus quidam, nimio capitis dolore percuſſus, utroque eſt lumine orbatus. Hic in una noctium nomen B. Modoaldi fideliter invocans, ſomno corripitur; indeque penitus expergiſcens, virtute Sancti incolumis allevatur. In eadem villa mulier quædam filiam, ægritudinis nimietate lecto cubantem, aſpectu miſerabili diebus quinque cum noctibus obſervabat; quæ pene membris omni ſenſu, excepto tenui ſpiramine, vacuatis, luminibuſque compreſſis, nec modicum quidem palpitabat. Die tandem ſexto, pro ejus ereptione, mater B. Modoaldo tegmen capitis cereum vovit: ſtatimque puella, oculis in uſum videndi laxatis, ſurrexit; viribuſque reſumptis, convaluit. Ejuſdem cœnobii Frater quidam Monachus pedem alterum incaute ambulando reflexit, & exinde gravi moleſtia per [plures] dies fatigari cœpit. Dolore ſiquidem continuo præcordia ſtimulante, nihil quietis percipiebat, ſed crebro dies cum noctibus inſomnes ducebat. Tandem metuens totius tibiæ paralyſin incurrere, toto corde ad Deum converſus, B. Modoaldo votum vovit, videlicet annuatim in ipſius ſolennitate, omnibus propinquis ejus *e*, Miſſam defunctorum ſe celebraturum pro ſui recuperatione: ſtatimque per dies languore decreſcente, integra fruitus eſt ſoſpitate. In oppido Viſbike mulier quædam, diutini languoris nimietate fatigata, in una noctium admonetur, ut ſi velit ſanitatis gratiam percipere, B. Modoaldo votum debeat vovere. Quæ, die reddita, nomen ejus ad id uſque incognitum edocta, & quà locorum requieſceret certificata, votum vovit, nocturnalem candelam miſit; nec mora, convaluit.

D

*cæcus illuminatur*

*ſanatur*

*vivendo*

E

e

F

## ANNOTATA.

a Geiſmaria, *oppidum Haſſiæ, diſtat à monaſterio in meridiem horis circiter tribus.*

b Lovine *in tabula Topogr.* Loven, *Warburgenſis diſtrictus oppidum, verſus occidentem monaſterii horis circiter quinque.*

c Henricus, *Comes de Werlo, anno* 1084, *ſub contentione cum Henrico Comite de Aſlow electus; hoc denique ad Archiepiſcopatum Magdeburgenſem promoto, feliciter præfuit uſque ad an.* 1126, *uti ait Bruſchius in Epiſcopis Paderbornenſibus.*

d Flumen *iſtud* Dymela *eſt, paulo infra monaſterium Viſurgi ſe infundens,*

e *Sic Præmonſtratenſes, in aut poſt feſtum ſui S. Norberti, pro omnibus ex familia Norbertina defunctis anniverſarium faciunt, eo modo quo primitus pro ipſomet faciebant.*

# APPENDIX VETUSTIOR.

15 ANno Domini MCCLXXIV, indicto Concilio, à Gregorio Papa hujus nominis decimo, in Lugduno celebrando, & multis, ut decuit, ex omni provincia confluentibus; contigit unum ex Fratribus noſtris Monachum, vice noſtri monaſterii tranſmiſſum, illo cum aliis properare. Qui cum civitatem Treverim attigiſſet, meminit & recolere cœpit venerabile nomen & adventum Beatiſſimi Modoaldi, noſtri Patroni, digne nobis ſemper memorandi; quem ex illa civitate nobis tranſlatum, per annuam & frequentem lectionem domi audierat. Qua memoria attactus, & ferventior redditus, diſcurrere cœpit animo & corpore, & hinc inde perquirere, ſicubi, quod

*An.* 1274. *Monachus Helmwardenh. Treviros venient,*

A ad ſanctitatem & reverentiam prædicti ſancti & venerabilis Modoaldi pertineret, aut viſu aut auditu percipere poſſet. Cumque à nemine aliquid certi audiret, quia res pene à memoria omnium lapſa fuerat; tandem ad eccleſiolam, propter vetuſtatem jam ſemirutam *b*, S. Symphoriani Martyris, quam à B. Modoaldo conſtructam audiverat, divertit: ubi quamdam feminam religioſam, pro Chriſti nomine incluſam reperit. Cui dum cauſam ſuam aperiret, & nomen B. Modoaldi repeteret, illa rem conſideravit; & ſtupens & admirans nomen Sancti hujus, & memoriam in remotis & alienis partibus fieri & haberi exultans & collætans, ad ſepulcrum ejus, ubi primum in pulvere terræ, ante notitiam ſanctitatis & miraculorum ejus, ſepultus fuerat, ipſum perduxit; ubi iſtos Verſiculos, quaſi ſemiſcriptos & pene deletos, invenit; quos propter vetuſtatem vix intra ſe quaſi cordetenus elimare potuit, anno tranſlationis ejus venerandi corporis ad noſtrum monaſterium centeſimo ſexageſimo ſeptimo *c*.

b *& perductus ad locum primæ ſepulturæ,*

c

16 *tranſcribit Epitaphium ipſi & Severæ ſorori commune.*

Regnas cum Chriſto, loculo tranſlatus ab iſto,
Carnis flore meram linquens Modoalde Severam.
Treveris iſte Pater, ſacri gregis hęc quoq; Mater,
Hic fuerant una, genetrix quos edidit una.
Juncta ſoror fratri, ſub tempore funeris atri,
B Cælitus electi, terræ ſub pulvere tecti.

Quos, quia venerabilis Domini & Patroni nobis dilecti, & quia divinitus à Deo collati, merita & præconia efferunt & commendant, ſub ſilentio præteriri non ſivimus; hos qui ſequuntur, licet memoratu indignos, pro aliquantula devotione adjungentes.

*cui jungit auctor verſus de etymo nominis.*

Nomine tu proprio digne dictus Modoaldus,
Omine non dubio, vere modo crederis altus.
Tu procerum ſoboles, cæli cluis inter heriles,
Ut lampas clara radians Domini ſuper ara.
In cælis conſul pro nobis factus es exul,
Cum primis primus hic nobiſcum peregrinus,
Hic delecteris, humiliſque gregis memoreris,
Nobis placeris, qui quod petis omne mereris,
Conſors Sanctorum, certiſſima ſpes miſerorum:
d Verum ſolamen ſcriptis Deus annuat. Amen *d*.

## ANNOTATA,

a *Notat Gamanſius in Margine, quod* ſequentia, *habeantur immediate, manu quidem diverſa, ſed antiqua.*

C b *De* S. Symphoriani, *Parthenone vide Vitam num.* 27.

c *Id eſt anno* 1274. *Potuerunt autem ſequentes verſus iſtic poſiti fuiſſe immediate poſt Corporis Tranſlationem.*

d *Hic ſequebantur carmina*, de generoſa progenie Ducum, Regum, & Imperatorum, nepotum ſcilicet & pronepotum præclari & beatiſſimi Pontificis Modoaldi, Archiepiſcopi Trevirenſis, *tali principio.*

Præſulis Itta ſoror, data Pippino fuit uxor,
Hæc Beggam genuit, quæ Pippinum generavit, &c.

*Diverſa deinde manu ſequuntur rythmi alii, per modum Antiphonæ, cum hac Oratione*: Præſta, quæſumus, ineffabili tua clementia, Deus, ut ſicut B. Modoaldi, Confeſſoris atque Pontificis, corporali nos fultos gratulamur præſidio, ita & ſpiritali tutos ſentiamus patrocinio.

D

# APPENDIX RECENTIOR.

17 *Impleto alio libro miraculorum,*

HAbentur adhuc plurima miracula in libro Miraculorum S. Modoaldi, in hoc loco per ipſum hominibus facta, demptis his quæ in hoc libro continentur: quia ſuper his ſpecialis adhuc deputatus eſt liber. Cum autem jam completus ſit, videtur mihi neceſſarium huic ulterius inſcribi.

18 *hic adduntur noviſſima.*

Habetur in antiquiſſimis libris & in certis indiciis, verum etiam in memoria antiquorum & modernorum, quod Lilium, de candelabro ſuo, ſemper ſolebat oſtendere ſignum Abbati & Fratribus de Congregatione Helmwarthuſenſium, qui iſto anno de ſeculo eſſent migraturi, per hunc modum. Cum ille obiturus veniſſet ad ſuum locum, ubi divina agerentur, ibi Lilium inveniebat in ſuo ſtallo *a*, quod certum indicium mortis ſuæ eſſet. Cum autem per multa tempora fiebat tale ſignum per Angelum, de divina juſſione; certum eſt, quod de meritis & precibus S. Modoaldi, & aliorum Sanctorum Patronorum noſtrorum, hoc actum eſt. Sed poſtquam per abuſionem aliquorum perverſorum Fratrum, mortem temporalem timentium, & ob hoc contra Deum & ſigna murmurantium, hoc divinum oraculum ceſſavit Fratribus indicare horam mortis; Deus noſter, qui ſemper operatur mirabilia, per ſuam divinam clementiam operari ea omnino non definit: quia qui per ſuos Sanctos ſemper mirabilia, cum eſſent in vita, hominibus oſtendebat; quanto magis nunc, cum ad cæleſtia regna per Chriſtum ſunt introducti, & præcipue in iis locis ubi eorum corporalis præſentia habetur & honoratur. Sic Deus, per ſuam divinam clementiam adhuc dedit ſignum, per Lilium, omnibus Abbatibus hujus loci uſque ad præſens: Fratribus autem hujus loci per alium modum.

a

E *Lilium chorale motu ſuo mortem unius ex Monachis indicat.*

19 *Infantis etiam infirmis aut civibus mors,*

Intra ſepta hujus monaſterii, & præcipue in illis locis ubi infirmi pauſant, apertum facit ſignum; ſic quod illi infirmi intelligunt, & revelant ſignum ſuæ mortis cognoviſſe. Inſuper autem cives hujus oppidi habent, per diverſam revelationem, etiam ſignum ſuæ mortis: quia facit multos ſtrepitus in cœmeterio, etiam in plateis aliquando. Interdum facit clamores lamentabiles ex muris civitatis, ſic quod incolentes ex hoc excitantur, & in mœrorem cordis labuntur: quia anno MDXXII tantos lamentabiles clamores de nocte fecit, quod inhabitatores aperire portas civitatis cogerentur, videre & audire quid rei eſſet. Cum autem neminem inveniſſent, unuſquiſque ſe domi ſuæ collocavit, pro certo cognoſcens ſignum eſſe, moriturum aliquem inhabitantium, quia tales clamores aſſuefacti ſunt ab antiquitus ſemper fuiſſe ſignum mortis: præterea poſt duas ſeptimanas aliqui de inhabitatoribus civitatis defuncti ſunt.

F *variis ſignis innotæſcit.*

20 *Lilium prædictum, à candelabro deſilit an.* 1227.

Inſuper adhuc habetur in antiquiſſimis libris, & in certis indiciis, verum etiam in memoria antiquorum & modernorum hominum, quod Lilium interdum per divinam diſpoſitionem ſaltavit de ſuo candelabro. Videlicet anno Domini MCCCXXVII, in die Paraſceve, Lilium ſaltavit de ſuo candelabro bene ad paſſum. Anno Domini MCCCCXXXVI, altera vice, Lilium ſaltavit de ſuo candelabro ultra paſſum, ipſo die Severæ Virginis, Sororis S. Modoaldi ſexta *b* feria, cum Sanctus caneretur in Miſſa. Anno MDXIII, ſabbato poſt feſtum Nativitatis Mariæ *c*, Lilium ſaltavit de ſuo candelabro, Fratribus in choro præſentibus, ſub Divinis, ſeptima

1436 & 1513.

b

c

A ma hora quaſi ante meridiem. Anno eodem MDXIII
d Lilium ſaltavit de ſuo candelabro, in die S. *d* Eliſabeth, ultra paſſum, Fratribus tractantibus prope candelabrum de ſtatu ſui monaſterii.

21 Anno MDI, Sacerdos quidam, Henricus Hagemans dictus, eccleſiæ in *e* Harſtelle Paſtor, maxima infirmitate totius ſui corporis diu laborabat. In tantum fatigatus, quod in lecto ſe movere non potuit, habuit ſupra ſuum ſtratum funiculum pendentem, cujus adminiculo ſe paululum interdum movebat. Cum autem dies Natalis S. Modoaldi adveniſſet, & pulſum campanarum in primis Veſperis audiviſſet; quantum præ fervidiſſima infirmitate potuit, cor ſuum ad S. Modoaldum erigebat, cogitans ac orans apud ſe, ſic dicens; O Modoalde, amice Dei altiſſimi, ob tua ſanctiſſima merita te deprecor, ut apud D.N. Jeſum Chriſtum velis pro me intercedere, quatenus me eripiat ab iſta maxima, qua laboro, infirmitate. Quod ſi tuis meritis gratiam ſanitatis receperim, voveo tibi, ô Pontifex ſancte, cunctis diebus vitæ meæ, ſemper Vigiliam tui Natalis jejunio, diemque ſacrum celebrem ſemper venerari, atque feriem candelarum unius talenti tibi offerre. Cumque ſic mente cogitabat, & confidentiam in Sanctum habuit, præ anxietate fatigatus, ſomno deditus eſt. Poſtquam vero expergefactus eſt, melius totius ſui corporis ſentiebat: & ſurgens, ſine adjutorio hominum ſive baculorum, gratias egit Deo, quod merito ſui famuli exaudiebat preces ejus. Et ſic eodem die Miſſam parochialem per ſeipſum celebrabat: atque indicans ſuo populo, quod meritis S. Modoaldi per iſtum ſupramemoratum modum liberatus eſſet, omnes in Chriſto deprecatus eſt, quatenus cum eo omnes utriuſque ſexus ſecum Helmwardeshuſen eo die pergerent, in honorem Sancti. Atque ſic ſuos baculos, ſuper quos interdum corpus ſuum bajulabat, Sancto obtulit: quod adhuc hodierna die cernitur.

e *An.* 1501 *Parochus clinicus,*

*invocato Sancto ſubito ſurgit & Miſſam in die ejus facit.*

B

22 Anno Domini MDX alius erat, Magiſter civium *f* civitatis in Bracholl *g*, Heinemannus dictus, qui multiplici vexatione febrium diu laborabat. Cum nullum remedium ſanitatis habere potuit, S. Modoaldum precibus pulſabat, & candelam ceream de duabus libris Sancto huic loco deferendam vovebat. Oratione completa, ſine mora melius ſentiebat, in tantum quod iter carperet, corporali præſentia S. Modoaldo cereum propriis manibus portans; atque Miſſam de Sancto celebrari fecit; aquam vero ſanctificari petiit, ut moris eſt, cum Reliquiis S. Modoaldi. Poſtquam accepit aquam benedictam, ſanitatem priſtinam adeptus eſt, & poſtea numquam infirmitatem febrium percepit. Ipſe tum prænominatus Heinemannus, apud homines glorificabat Deum: & poſtea ſemper in commemoratione S. Pauli hunc locum viſitabat, atque gratias Deo & S. Modoaldo referebat.

f
g
*An.* 1510 *ſanatur febriens,*

C

23 Erat autem piſcator, Huxariæ *h* habitans, qui nimium diu caliditate febrium laborabat: cum nullum remedium habere potuit, tandem S. Modoaldum precibus conſtanter invocabat, & talentum ceræ ſibi offerendum vovebat. Completa oratione priſtinam ſanitatem adeptus eſt, & numquam talem infirmitatem in poſterum ſentiebat, ſicut proprio ore teſtatus eſt in monaſterio noſtro; coram Reliquiis S. Modoaldi. Actum eſt anno Chriſti MDXIX, die vero Paſchæ *i* ad Veſperam.

h
*&* 1519 *alius,*

i
*ac tertius an.* 1523,

24 Anno Chriſti MDXXIII civis quidam erat in Demeltorch, qui unum annum maximam infirmitatem febrium cum mœrore patiebatur, in tantum quod vix figura hominis in eo conſiderabatur. Cum nullum auxilium habere potuit, S. Modoaldum invocabat, atque vovebat ſe velle Miſſam in honorem Sancti celebrari diſponere, atque in propria perſona ſua orationem ſuam in ſua corporali præſentia effundere: aquam vero ejus, ſanctificatam ſuo nomine, guſtare. Oratione completa, melius ſentiebat, in tantum, quod cum gravitate nimia verſus Helmwardeshuſen pergeret, nudis pedibus, & laneis veſtibus indutus: & ſic cum ſingultibus & lacrymoſis oculis eccleſiam ingreſſus eſt. Poſtquam revertebatur de eccleſia, teſtatus eſt, nullam infirmitatem jam amplius ſentire, & ſic cum gaudio remeavit ad propria. D

25 Anno eodem unus de civitate *k* Borgenriche, diu in infirmitate poſitus, cum nullum auxilium neque remedium habere potuit, S. Modoaldum invocabat, & ei duas candelas offerebat. Secum in comitatu duas matronas devotas habuit, & ſic ſanitati eſt reſtitutus.

## ANNOTATA.

a *P. Kloppenborg, hac de re interrogatus num quid reperiſſet, reſpondit*; inveniri in patriis monumentis, ſolitum olim Angelum in Cœnobio Corbeienſi Roſam deferre ad ejus Stallum, qui primus eſſet moriturus, *ſed quis ejus vel* Roſæ vel Lilii, *alius in choro uſus fuerit, ignorare. Ego neſcio ubi legerim, ſimilem gratiam vel uno iſtorum, vel alio alibi loco ceſſaſſe, cum Monachus quiſpiam ſic monitus, ſignum iſtud à ſuo ſtallo in ſtallum vicini tranſtuliſſet.* B

b *Nempe anno Biſſextili* 1436, *litteræ Dominicales,* A G, *faciunt ut* 20 Julii *(non* Auguſti, *quod jam corrigendum in Annot. ad Vitam indicavi) cadat in Feriam* VI.

c *Ideſt*, 10 *Septembris, quia anno* 1513 *littera Dominicalis erat F.*

d S. Eliſabethæ *Thuringicæ dies recurrit* 19 *Novembr. qui dies anno jam dicto Sabbatum erat.*

e Harſtelle, *haud procul à Viſurgi, vix ſeſquileuca à monaſterio diſtans oppidum.*

f Magiſter-civium, *Teutonice* Borgemeeſter, *Latine* Conſul *dicitur: & recte: quia eſt Magiſtratus inter cives ſupremus, quotannis mutandus, uti Romanus Conſulatus.*

g *In Tabulis* Brakel, *trans Netam flumen, leucis ferme* 6 *à monaſterio.*

h Huxaria, *munitiſſimum ad Viſurgim oppidum, & Abbatiæ Corbejenſis propugnaculum.*

i *Anno* 1519 *Paſcha celebratum fuit* 24 *Aprilis.*

k *In tabulis paſſim* Borrentrik, 4 *leucis à monaſterio, quod monaſterium, in iiſdem Tabulis, uſitata nunc contractione,* Helmershuſen *ſcribitur.* F

## DE S. RICTRUDE ABB.

*Pag.* 93 *Annot.* f *muta ſic — Magna hæc eſt rerum perſonarumque confuſio: nam* Hugo, *filius Caroli Magni, ſecundum Sammarthanos, obiit anno* 844; Ludovicus *autem* Balbus, *filius Calvi, defunctus primum eſt* 879. *Quomodo autem poſſit* Ludovicus iſte, *vocari conſobrinus* Hugonis, *qui ejus Propatruus dicendus erat?*

*Pag.* 101 *Annot.* d *lin.* 2 *Eſt* Milliacum, *&c. dele ac lege — ubi videtur legendum* in loco Milliano, *vulgo* Meillan, *in Occitania, tribus dumtaxat leucis in Boream diſtans ab oppido* S. Ægidii, *qui colitur* 1 *Septembris.*

*Pag.* 116 *num.* 78 *lin.* 7 Runeimium — *l* — Runcinium.

*Pag.* 118 *Annot.* f — *Eſt* Runcinium *vulgo* Ronchin, *ubi cultus Sanctæ etiam hodie quam maxime viget, una ab Inſulis leuca verſus Duacum.*

*Pag.* 156, *de* S. Germano Patr. CP. *num.* 5, *adde quæ de corpore Bortum in Franciam tranſlato habentur pag.* 681.

*Pag.* 167 De S. Dominico, *num.* 2 *lin.* 1 — *Calzadii* — l — *Calciatæ.*

A *Pag.* 182 *Commentariolus de B.Gemma tranferatur ad diem ſequentem, ponendus pag.* 252, *cum correctionibus ibi indicandis.*

## DE B. IMELDA VIRG.

*Pag.* 183 *num.* 3 *adde* — *& Dominico Maria Marcheſio in Diario ſacro; qui addit, circumferri Imaginem ejus cum radiis, & expreſſione miraculoſa Communionis, ari inciſam anno* MDC, *ſub qua hujuſmodi Antiphona & Oratio legantur:* Virgo glorioſa, Chriſti Sponſa Imelda, Virginum gemma pretioſiſſima, virtute ſupernorum clara, audi preces noſtras coram te fuſas, fac nos jungi æternali choro, precibuſque tuis adeſto calamitatibus noſtris, quibus undique premimur. ℣. Ora pro nobis Beata Imelda &c. D

OREMVS.

INterceſſio quæſumus, Domine, B. Imeldæ, Virginis tuæ, ab omni adverſitate nos protegat, ut per ejus interventum, ſacratiſſimi Corporis & Sanguinis D.N. Jeſu Chriſti Sacramentum, ante diem exitus, poſt veram pœnitentiam & puram Confeſſionem, percipere mereamur.

## ILLUSTRISS. AC REVERENDISS. DOMINO
# D. LUDOVICO DE SOUSA,
## ARCHIEPISCOPO ULISSIPONENSI,
### REGIO ARCHICAPELLANO &c.

*Daniel Papebrochius S. I. ſe ac ſtudia ſua.*

VT Nomini Tuo, Præſul Illuſtriſſime ac Reverendiſſime, inſcriberem Acta Sanctorum Maji, quinto ejus Menſis Tomo comprehenſa, multæ me moverunt cauſæ, per Epiſtolam prælimi-narem ibi expoſitæ. Nunc, quod illud meum qualecumque officium, benignitate exceperis maxima, agendæ mihi gratiæ ſunt. Id Tecum eo placet facere modo, quo Deus ſecum amat fieri à ſuis creaturis, beneficium novum poſtulando: ut ſcilicet ſimili excipias favore ſanctiſſimæ Principis Luſitanæ JOANNÆ Acta. Fuerunt hæc quidem fide optimâ deſcripta per Sor. Margaritam Pineriam, quæ Dominæ ſuæ poſtremis vitæ annis individua adhæſit in monaſterio Averienſi, piiſſimi obitus ſecutorumque ſepulturam miraculorum teſtis oculata; non uno tamen loco egent lucis, ex Francorum Anglorumque Regum hiſtoriis petendæ. In tali conatu, magis quam prima fronte videatur difficili, an fuerim ſcopum veritatis aſſecutus, elimatiſſimi ingenii veſtri judicio committo, & cenſuræ ſubjicio. Nec animum advertere pigebit, ſi conſiderare vacaverit, id ſuadere reſpectũ communis Patriæ,
C (cujus decus, inter præcipua unum, ſancta Princeps illa numeratur, etiam poſt mortem plurimis coruſcans miraculis) ſed inſuper propriam quamdam rationẽ Illuſtriſſimæ Familię Tuæ, idem quodam quaſi jure exigere. Etenim Luſitaniæ Reges, Eduardus I atq; Alfonſus V, Infantæ ſanctiſſimæ Avus ac Pater, Stirpem Tuam inſigniter honeſtarunt, commendatâ ipſi atque in tribus ſucceſſive capitibus continuatâ totius Regiæ Domus diſpoſitione primariâ; Magnos ejuſdem Oeconomos legendo, Didacum Lopez de Souſa, Alvarum de Souſa, alterumq; Didacum Lopez de Souſa, eum qui Proavus fuit Inclitiſſimi Avi Tui Henrici, Mirandenſis Comitis ac Domini Aronchenſis. Eadem beata Princeps, Lancaſtrię apud Luſitanos Familiæ titulum, ne ſecum extingueretur, unaque Ducatus Averienſis legitimam poſſeſſionem, feliciſſime transfudit in unicum ex fratre Rege nepotem, D. Georgium, apud ſe plus quam materna ſolicitudine educatũ; & per eum, multæ prolis parentem, huc uſque durare fecit. Nunc Beatæ illi eatenus ſimilem fortuna Te oſtendit, quod unicæ ex fratre Nepti pro patre factus, ſatagere debueris de eadem ſic elocanda, ut Souſarum Aronchenſium ac Mirandenſium tituli in propaginem Majoribus dignam transfunderentur. Quidni igitur ſperes, per eamdem Luſitanæ Nobilitatis Patronam, obtinendum Tibi cælitus, ut ex cariſſimæ Tuæ Mariannæ bene auſpicatis nuptiis numeroſa ſuccreſcat poſteritas, maximis utroque in Ordine titulis condecoranda? Equidem id ab eâ, ut petere, ſic & ſperare audeo, poſt hunc favorem petitum ipſius Actis, quæ Illuſtriſſimæ Gratiæ Tuæ offero; cum iterato voto diuturnæ in præſenti, & æternæ in futura vita felicitatis. Antverpiæ A. D. MDCLXXXVIII, Idibus Februarii.

Obiit Averii in Lusitania in Monasterio Iesu Ord. S. Dominici XII Maji MCCCCXC




Tom. 7 Maij Pag. 718.

Philibertus Bouttats Junior fecit Antverpiæ anno 1685, ex Anacephalæosi P. Ant. Vasconcellii S. J.

# DE SANCTA PRINCIPE IOANNA,

## FILIA ALFONSI V PORTUGALLIÆ REGIS

### *ORDINIS S. DOMINICI, AVERII IN LVSITANIA.*

### COMMENTARIUS PRÆVIUS. D. P.

### §. I. Cultus ut Beatæ ab immemorabili, Vitæ antiquæ Acta, Auctores recentiores.

ANNO MCCCCXC. *Ejus ut ab immemorabili cultæ miracula,*

QVanti faciendus ſit populi fidelis vetuſtus conſenſus, circa perſonas cum ſanctitatis opinione miraculis confirmatâ jam olim defunctas, docuit Apoſtolica Urbani VIII auctoritas; quando à ſuis decretis, quibus citra Sanctæ Sedis expreſſam licentiam alicujus cultum aſſumi vetuit, aſſumptumque juſſit aboleri, excepit eos, qui per immemorabilem temporis curſum, cum ſcientia ac tolerantia Ordinarii, colebantur. Licet autem eadem Auctoritas necdum declaraſſet iſtum immemorabilem temporis curſum intelligi tempus, centum annorum metam excedens; ita tamen intelligi debuiſſe rationabiliter cenſuit Ioannes Emmanuel, Conimbricenſis Epiſcopus; quando, decreto priori non obſtante, licere ſibi exiſtimavit, anno mox ab ejus evulgatione ſequenti MDCXXVI, procedere ad ſumendam Informationem authenticam de miraculis, ad invocationem D. Infantæ Joannæ, in monaſterio Ieſu Averienſi quieſcentis, Principis ſanctæ vulgo dictæ. Accepimus ea, anno MDCLXXIX fideliter tranſcripta, poſt ecgraphum Actorum, accurate & prolixe lingua Luſitana compoſitorum, ab ipſius Sanctæ Principis famula & Sacriſtana, Sor. Margarita Pineria, plerarumque rerum teſte oculata, ſub hoc titulo: Vita & mors Excellentis Principis D. Joannæ, filiæ Chriſtianiſſimi Regis D. Alfonſi V; & Reginæ uxoris ſuæ D. Iſabellæ. Ita illa, in principio quidem ſacratiori titulo abſtinens, ſub finem autem, & maxime poſt mortem, identidem Sanctam, & Sanctiſſimam appellans; modo ſimpliciter, modo cum addito Dominæ Principis, vel Dominæ Infantæ; ſic enim Regum filia apud Hiſpanos nuncupantur.

*Ordinariâ auctoritate excepta anno 1626.*

B

2 Ex iiſdem poſterioribus miraculis inſuper habemus, non intra meram appellationem ſanctitatis ſubſtitiſſe cultum Joannæ; ſed etiam Anniverſarium ejus, quo obiit, Averienſi plebi feſtum fuiſſe, ſolita tunc in eccleſiam prænominatam concurrere, ad tangendas ipſius Reliquias, nominatim Cingulum coriaceum; & accipiendam terram, intra quam annis octoginta & octo ſepulta jacuerat; jam inde a tempore elevati anno MDLXXVII corporis reſervatam in teſtaceo vaſe, & nullo ſubſequente defectu diſtribui liberaliter cœptam, ſequentibus pluribus miraculoſis ſanationibus, quarum etiam aliquæ referuntur. Quomodo autem feſtum iſtud hodieque agatur, explicat Georgius Cardoſus, in Commentario præſentis diei, ad ſuum Hagiologium Luſitanum, hoc modo: Jacet hodie in choro monaſterii, intra competentem arcam, ex ebeno fabricatam, & ære inaurato variegatam, opertamque panno Damaſceno rubeo, fimbriis aureis cincto; opus regia dignum majeſtate, quod faciendum curavit D. Anna Manrique de Lara, Duciſſa Caminiæ, ad inſtantiam Sor. Ludovicæ de Roſario, quando in iſto Conventu reſidebat. Celebratur ſolenniter ibidem ipſius Joannæ feſtum hoc die, aſſiſtente toto oppidi Senatu, cum paramentis perquam ſplendidis, Miſſa & Sermone de Omnibus Sanctis, coram ejuſdem imagine expoſita in altari majori; quæ quidem imago, ipſam ad vivum repræſentat in habitu ſeculari, qualem apud P. Antonium de Vaſconcellis in Anacephaleoſi Regum Luſitaniæ ære expreſſam videre eſt. Non deſunt tamen per provinciam aliæ, tam picturæ, quam ſtatuæ, repræſentantes ipſam in habitu Dominicano, cum ſpinea corona in capite, Crucifixo in manu, radiiſque ſeu diademate, æque ac ſi eſſet ab Apoſtolica Sede Beatificata; haud dubie ideo, quia uſque hodie à devoto populo invocatur cum titulo Sanctæ Principis, ex tacito ſaltem Prælatorum conſenſu. Quapropter etiam prædicto die, ſupramemoratum ſepulcrum oſtenditur inquilinis, illuminatum cereis; & per decurſum anni etiam extraneis, non abſque lumine, nec citra difficultatem: diſtribuitur etiam ab antiquo tempore terra, quæ in vaſe porcellano ſervatur, à die ſuæ tranſlationis: nec hodiedum deficit medicina iſtæc contra febres, quotidianis & patentibus miraculis comprobata,

*imagines,*

E

*terra ſepulchralis.*

C

*elevatio corporis anno 1577.*

*feſtum anniverſariũ 12 Maji:*

3 Hactenus Cardoſus: cujus verba præ oculis habens, & expectans hanc quæ promittebatur originariam Vitã, malui ut inter prætermiſſos tantiſper referretur Soror Joanna, filia Alfonſi V Luſitaniæ Regis, Virgo ſanctiſſima, quæ (ſicut legitur inter Sorores Beatas Ordinis S. Dominici, relatas in Indiculum poſt Martyrologium Ordinis Romæ excuſum) in conventu Monialium Jeſu oppidi de Aveiro, admirabili vitæ puritate & amore Sponſi reſplenduit, quam Dominus quoque multis miraculis decoravit. Ibidem additur, quod ejus Acta, magno volumine manuſcripto, ſinceriſſimâ fide conſignata ſervantur. In horum ergo expectationem, citra ullum (ut reor præjudicium) diſtuli de ipſa agere; nunc autem defectum ſuppleo, eo libentius, quo certius interim comperi cum veritate conſtare, quæ de cultu Joannæ ex Cardoſo retuli, licet nec ipſe nec alius quiſquam, ex pluribus quos nominat Auctoribus, abſolute Sanctam aut Beatam nuncupet. Nempe non tam appellatione, quam veneratione publica, ſoliſque ab Eccleſia tacite vel expreſſe agnitis Sanctis congruâ, æſtimamus, ſitne referendus aliquis in hoc opere: & ubi talis veneratio aut eſſe aut fuiſſe non monſtratur, haud valde movemur appellatione ſimplici Beatitatis vel Sanctitatis, à ſcriptoribus etiam non recentiſſimis cuipiam forſitan attributa: neque hanc magnopere requirimus, ubi habetur illa. Sic, prætermiſſis multis, quibus ejuſmodi titulum addiderunt vel etiam nunc addunt aliqui, nihil ultra probantes, Martio noſtro inſeruimus ad diem XXII, & XXVIII, Acta Nicolai de Rupe, & Mariæ de Malliaco, ſub nudo titulo Venerabilium; ne ſcilicet primi eſſemus in tribuendo illis titulo Beatorum, quibus tamen Beatorum cultum publice indultum probabamus. Et tali utentes moderatione, non putavimus argui nos poſſe, vel inobſervantiæ erga Pontificia decreta, vel exceptionis perſonarum aut nationum (quidquid aliqui contra obganniant, nodum quærentes in ſcirpo) parati ſimiliter agere cum ceteris, quos forte prætermiſimus, ubi de cultu eorum nobis æque certo conſtiterit.

F

*Acta cur dilata,*

*& nunc relata.*

4 Ex Vitis, quas Mag. Fr. Nicolaus Diaz Dominicanus Luſitana, & Fr. Hieronymus Romanus Auguſtinianus Caſtellana lingua vulgaverunt, ſola poſterior ad noſtras manus pervenit, nec ut perveniat etiã prior magnopere laboramus, habentes fontem ex quo ſuos illi rivos traxerunt. Citantur alii longe plures, quibus addi debent, Auctor Italicus Diarii,

*Vita à variis recentius edita, diverſis linguis:*

AUCTORE D. P. *tii Dominicani, anno* MDCLXXII *editi, Dominicus Maria Marchesius, prolixam ex istis Vitam texens; & Ferdinandus Correa de la Cerda Episcopus Portuensis, qui Vitam Lusitanico idiomate eleganter scriptam, & digressionibus moralibus pulchre illustratam, vulgavit typis Vlissipponensibus anno* LXXIV *hujus seculi; unde in Annotationibus nonnullas circumstantias, alibi non inveniendas, accepi. Aliorum multo minorem rationem mihi habendam puto, quia alios alii secuti, ultra prænominatos duos repetere nequeunt scientiæ suæ originem. Hujus vero universæ principalis auctor* Mater Margarita Pineria, *se quidem ipsa nusquam nominat; sed nominatur num.* 154 *à Religiosis, Appendicem recentium Miraculorum attexentibus; utique ex perpetua & certa monasterii sui traditione: quibus & processui ex earum juratis testimoniis fabricato major fides habenda, quam Cardoso* Catharinam Pineriam, *appellanti. Eadem de seipsa tamquam de tertia aliqua persona, quæ nomen gesserit* Margaritæ Pineriæ, *quæque &* Ancilla *sanctæ Principis &* Sacristana *fuerit, loquitur num.* 100, 124 *&* 125, *ut quæ propius adstiterit ac ministraverit morienti; deinde num.* 148 *narrationem conclusura, extremum scribit de* Religiosa quadam, antea ipsius famula & perquam familiari, *quomodo peste contacta & derelicta à medicis, ad defunctæ Dominæ suæ opem non frustra recurrit, miraculosèque sanata* ad suum se recepit Sacristanæ officium: *unde colligimus eamdem Margaritam hic demum de se loqui; ac denique in prima persona sed absque nomine concludere, dicendo:* Ego autem, per ipsius (*Domini scilicet*) amorem ex parte ejus obtestor, quemcumque hæc scripta lecturum, ne existimet aliquid hic aut confictum aut per exaggerationem dictum esse: certifico enim & affirmo coram Deo Domino nostro, merissimam hic contineri veritatem, scriptam ejus manu, quæ pro majori parte vidit singula: cetera vero audivit à personis maximæ auctoritatis & fidei, prout ipsæmet per se viderant cognoverantque.

*prima auctor Margarita Pineria coæva,*

B

*Memoria inscripta Necrologio,*

*12, die, non 13 aut 14 Maji.*

*aliquammultis post Sanctæ mortem annis.*

§ *Si annum sciremus, quo contigit pestilentia istæc unde* Margareta *convaluit; dicere possemus, quam multis post* Sanctæ Principis *mortem annis scriptio ea fuerit absoluta: aliquammultos certe oportet interceßisse; siquidem scriptrix num.* 54 *non solum meminit* famularum, *quarum necdum usus inductus fuerat in monasterium, cum in illo degebat Infanta; sed etiam* Breviariorum, *quæ nulladum habebantur sub extremos ejus annos, ut colligitur ex num.* 57, *utrumque autem cum scribebat usu inductum supponit. Breviaria vero cœperunt imprimi in Hispania, saltem intra proximum ab obitu* Joannæ *duodennium; cum Burgense unum penes nos sit, excusum anno* MDII. *Porro cum ex prædictis sequatur, prælaudatam* Margaretam, *non solius Dominæ, sed monasterii* Sacristanam *fuisse; recte feciße videntur, quæ Cardoso ostenderunt Obituarium vetus, tamquam illius manu ex officio ejusmodi scriptum, in eoque hæc verba, ex Lusitano vulgari sic Latine reddenda;* Anno Domini MCCCCXC, die XII Maji, Feria IV post mediam noctem, ad gloriam suam Dominus sustulit, nosque dimisit, admodum sancta Princeps & Domina Infanta, D. Joanna, Domina nostra, præclarum speculũ omnis virtutis & perfectionis. *Ex quibus, & ex pluribus Actorũ locis, diem* XII *expreßißime notantibus, erraße convincitur noster Vasconcellius, quando* Joannam *obiisse ait* pridie Idus *id est* XIV Maji; *& sequaces traxit Abrahamum Bzovium in Annalibus, atque Arturum à monasterio in Gynæceo: neque certius veritatem attigerunt Hilarion de Costa in Elogiis Reginarum & illustrium Matronarum, atque Ioannes de Rechac de S. Maria in Vitis Sanctimonialium Ordinis,* diem XIII *signantes. Tanti refert ex ipsis originalibus immediate haurire rerum temporumque notitiam.*

C

6 *Eadem* Margarita *num.* 55 *allegat* Vitam Matris Beatricis, *ejus quæ Averiense monasterium fundavit, Ioannamque excepit. Videtur autem illam Vitam etiam ipsa scripsisse: nam & in fine num.* 149 *gloriam & honorem precatur Deo, quod* temporibus *suis,* quibus tantopere refrixit ejus amor, voluerit ipsum accendere in pectoribus famularum istarum suarum, ut ipso auxiliante facerent ista, & alia multo majora, quæ ipse novit & hic scripta non sunt. *Certe talis plurium appellatio, non potest alio referri commodius, quam ad* Beatricem *&* Joannam, *quasi simul eodem in volumine descriptas. Istam ut nanciscerer dedi nonnullam operam frustra, nec est cur solicitius ipsam requiram, cum cultum publicum pia illa matrona nullum hactenus obtinuerit. Sufficient autem, quæ ad plenibrem propositæ nobis historiæ notitiam reperio, in novissima ipsius Beatæ Lusitanica Vita, quaque & infra §. 3. deducentur.*

D

*Vita Priorissæ à qua recepta illa in monasterium.*

## §. II. Errores recentiorum circa matrimonia Regia, beatæ Infantæ proposita, notati & correcti. Actorum Chronotaxis.

P*Ralaudatus Georgius Cardosus, ceteris fere omnibus, qui argumentum hoc post* Margaritam *tractaverunt, oculatior, imprimis notat insignem aliorum hallucinationem, dum* inter procos, Joannæ propositos, numerant Carolum VIII Regem Franciæ, & Henricum VII Angliæ, ad Beatæ preces opportune subtractos è vivis, dum importunius pro ipsis eorum legati apud fratrem Regem Joannem instabant. *Erroris autem evictionem manifestam dat;* quia Carolus anno 1497 (*imo* 1498) mortem obiit, Henricus anno 1509: prior autem uxorem habuit Annam, filiam & heredem Francisci ultimi Ducis Britonum; posterior Isabellam Lancastriam, cui corona prætendebatur deberi, uti videri potest in istorum Regnorum Chronicis. *Mirum est Episcopum Portuensem, scribentem anno post Cardosi Majum editum octavo, aut non legisse hæc, aut lecta sic neglexisse, ut à communi aliorum sententia non putaverit sibi recedendum. Margarita neutrum Regem nominat, adeoque dici non potest erroris auctor alicui fuisse: ipsi se deceperunt, qui eo quo hæc agebantur tempore alios utriusque gentis Reges non potuerunt invenire, à quibus ejusmodi nuptias expetitas fuisse crederent.*

E

*Erraverunt, qui Ioannæ oblatas dixerunt nuptias Caroli 8 & Henrici 7, mox defunctorum:*

*quia hi diu supervixerunt ipsi Beatæ.*

8 *Verum in Anglo expedita res erit, si* Richardum III *intelligas. Invaserat hic, mortuo fratre* Eduardo V, *& occisis parvulis ejus filiis duobus, regnum, tutelæ suæ relictum, anno* MCCCCLXXXIII; *qui, defuncta anno mox sequenti uxore viduus (sic enim scribit in Principum Genealogiis Rittershusius) opportunum judicaverit facta cum Lusitanis pace, quam frater suus turbaverat, dominationem novam stabilire affinitate istiusmodi; sed prius quam ea coalesceret, occisus est anno* MCCCCLXXXV, *die* XXII *Augusti, prælio victus ab* Henrico VII. *Major difficultas sese hic offert in Rege Gallo: nam qui tribus annis ante Richardum istum obiit sexagenarius,* Ludovicus XI, *non potuit vel extrema illa ætate procatus esse* Joannam, *si ei adhuc vivebat uxor Carlotta, marito ad breve tempus superstes, uti passim volunt scriptores Franci. Sed nego constare de tempore quo hæc obiit, pridem in Delphinatum ablegata à marito, tantopere eam exosо, ut ipsi etiam filio Carolo accessum prohiberet ad matrem. Nullus certe antiquus allegatur auctor, qui doceat supervixisse viro; eumque ideo solum videtur secuta dici, quia de ipsa ulterius nihil juveniatur. Marito autem præmortuam Carlottam ideo tenemus libentius, quia sic habebimus Regem Franciæ, hoc de quo agitur tempore extinctum, qui ad ceteras extremæ suæ vitæ fatuitates, etiam adjecisse potuerit, ut Regis Lusitani sororem non tam prosequerer officiis, quam extorquere minis vellet, sicut in Actis narratur: quod ejus filio Carolo, adhuc impuberi cum pater moreretur, non convenit.*

F

*Intelligendus ergo Richardus 3, an. 1485 defunctus;*

*& Ludovicus 11, an. 1483.*

*præmortua uxore viduus.*

9 *Istud autem de impuberi tunc* Carolo VIII, *quem mundo*

AUCTORE D. P.

## §. III. Averienſis monaſterii initia, & obitus Fundatricis.

*Carolus autem 8, an. 1470 primum natus,*

A *mundo dedit annus* MCCCCLXX, *quando decimum octavum annum ætatis jam transcenderat* Joanna, *ideo notatum velim, ne quis forte ſuſpicetur, levi aliqua correctione adhibita, hiſtoricam veritatem in eo teneri poſſe, ſi pro eo ſolicitatæ nuptiæ, dicantur diſturbatæ, non quidem ipſius proci obtruſi morte, ſed obitu ſatagentis pro filio Regis. Eadem animadverſio evertit etiam errorem alterum, quo tenellæ adhuc virgini, & annos necdum duodecim natæ, oblatus idem* Carolus *à patre dicitur. Qui enim tunc offerebatur, annorum quindecim adoleſcens fuiſſe dicitur, quod vivo patre numquam fuit* Carolus VIII, *nec natus quidem, quando Ioannæ ab Alfonſo patre prima de nuptiis facta eſt mentio. Quid ergo, inquies, in Actis num. 13 dicitur Rex Franciæ, miſſa legatione poſtulaſſe ipſam* unico filio atque hæredi? *Aliuſne hic eſſe à* Carolo *potuit? Heres unicus tunc eſſe potuit, imo fuit; non tamen filius, ſed frater,* Carolus *etiam dictus ipſe, & anno* MCCCCXLVI *natus, atque adeo quinque integris annis ſenior* Joanna; *cui frater* Ludovicus, *unigenito Ioachimo, adhuc infante apud Deiparam Hallenſem ſepulto, orbus prius quam Rex, ac deinde ſterili uxore fruſtra uti ſe videns, feſtinaverit proſpicere de conjugio, heredes ſibi daturo: ſed puellâ ætatis ſuæ exiguitatem excuſante, ipſo autem juvene mox contra fratrem arma ſumente, evanuit cœpta negotiatio. Facilius autem fuit ut in re, tanto prius geſta quam Averium veniret Infanta, ceſpitaret Margareta, filiumque nominaret pro fratre; quam in poſterioris temporis Actis, quibus præſens ipſa interfuerat. Venialis ergo prorſus hic ejus error, & maxima econtra auctoritas aſſeverantis, poſteriorem ſolicitationem fuiſſe diremptam ipſiuſmet Regis uxorem petentis morte; qui proinde aliam tunc non habuerit, etſi id expreſſe nullus veterum auctorum dicat, ſicuti neque negat ullus, qui quidem pondus aliquod in vetuſtiorum ſilentio hic mereatur habere.*

*æque male creditur fuiſſe propoſitus Ioannæ, tum* 18 *an, habenti,*

*ſed pro eo ſumendus Carolus patruus, natus an.* 1446.

*Vitæ à Ioannâ actæ chronotaxis.*

10 *Porro tota vitæ ratio, ab* Joanna *in hac mortalitate traducta, hæc fuit. Nata anno* MCCCCLII, XVI *Februarii, à Ludovico Franciæ Rege Carolo fratri petita ad nuptias fuerit undennis: quindennis, cœpit auſterius vivere, deque dimittendo ſeculo cogitare: quatuor deinde annis major, relinquitur à Patre, cum Principe filio in Africam profecto, Regni moderatrix anno* MCCCCLXXI; *ab eodemque regreſſo facultatem impetrat ſecedendi ad aliquod monaſterium; quod anno deinde ſequenti* IV *Auguſti reipſa complet, ingreſſa monaſterium Averienſe. Ibi in habitu ſeculari perſeverat uſque ad* XXV *Ianuarii anni* MCCCCLXXV; *quando nato jam verosimiliter, ex Ioanne fratre, nepote Alfonſo, minus ipſa neceſſaria ad ſtabiliendam ſucceſionem; patre ac fratre inconſultis, Religioſum ſuſcepit habitum; ultra progredi non permiſſa, & magnis etiam rationibus perſuaſa in gradu Novitiarum perſeverare. Anno* MCCCCLXXIX, *ob graſſantem Averii peſtilentiam, deducitur in Tranſtaganam Regionem cum matre Abbatiſſa. Hac ibidem mortua, cum Averium revertiſſet, orbatur patre anno* MCCCCLXXXI, *& commendatum ſibi à fratre Georgium, filium ejus nothum, alendum ſuſcipit, cum jure Dominii in oppidum Averienſe. Exhinc anno* LXXXIII *à Rege Franco, anno autem* LXXXV *ſolicitata ab Anglo, utriuſque quidem morte ſucceſſive abſolvitur ea ſolicitudine; ſed anno* LXXXVI *vel ſequenti Conimbrica Averium rediens, venenum hauſit: quo peſſumdata paulatim valetudine, denique in lethalem morbum incidit, obiitque anno* MCCCXC, *ætatis* XXXIV. *Corpus, in choro humatum elevatur, anno* MDLXXVII, *& in ordine ad Canonizationem poſtulandam ab Epiſcopo Conimbricenſi Proceſſus inſtituitur anno* MDCXXVI.

B

C

11 *Beatrix, ante pubertatem deſponſa viro,*

*poſt 4 proles inde ſuſceptas,*

E

*an.* 1449 *cum eo ſe recipit ad vitam ſolitariam.*

*deinde vidua & Averium invitata,*

F

*illuc ſe transfert cum 2 filiabus & ancilla.*

*Dabit hæc nobis ex Luſitano Latine reddenda, Vita, quam diximus impreſſam anno* MDCLXXIV, *hunc in modum.* Cum Luſitaniæ regnum, ſub minori Alfonſi Regis ætate, gubernaret patruus ac ſocer Petrus; apud hujus uxorem Dominam Iſabellam educabatur conſpicuæ nobilitatis puella, Beatrix Leitoa appellata, multum ex merito dilecta Dominis ſuis; quibus eodem tempore miniſtrans nihilo inferioris generis adoleſcens, Didacus de Atayde, acceptiſſimus etiam erat, tamquam omnibus belli pacique artibus inſigniter inſtructus, & varia occaſione probatus. Eapropter dignus judicatus ille, cui Beatrix conjungeretur, ſponſalitia etiam celebravit. Aſt dum expectatur ætas maturior ſponſæ, diſparuit è palatio Didacus; multumque perquiſitus, inventus tandem eſt Dominicanæ Religionis habitum in Bernficenſi conventu ſuſcepiſſe. Sed repoſcentibus juvenem conſanguineis, & prætextu matrimonii promiſſi etiam cogentibus dimittentibuſque eum à ſe Prædicatoribus, regreſſus eſt in Palatium; ibique in obſequio Iſabellæ eo ornatus officio, quod Cuſtodis Majoris appellatur, honorato in matrimonio vixit, ac genuit filios duos ac filias totidem.

12 Anno deinde MCCCCXLIX obiit Infans Petrus in prælio; quem uxor ſua paulo poſt ſecuta ad tumulum, reliquit Didacum, privatum officio quod gerebat. Hic vero, licet eum Rex Alfonſus ſuo optaret ſervitio adjungere, mundanæ inſtabilitatis pertæſus, cum uxore ſimiliter affecta, recepit ſeſe in quoddam ſuum prædium, duabus leucis Averio diſſitum: ubi cœperunt ambo vitam eremiticam ducere. Non multo poſt ad gloriam cæleſtem evocatus Didacus, uxorem, annos non niſi viginti ſeptem natam, cum bis gemina prole viduam dimiſit. Hortabatur Regina, quæ tenere ipſam diligebat, ut dimiſſo luctu ad ſecunda vota tranſire vellet, ſed nihil potuit perſuadere; quin potius anno quarto ſuæ caſtæ viduitatis, majoris perfectionis cupida, adiit Prædicatorii Conventus Priorem Averii, virum inſigniter litteratum & probum, Fr. Joannem de Guimaraues; ab eoque conſilium accepit, ut dimiſſo rure intra oppidum ſe conferret, cauſa frequentandorum commodius ſacramentorum verbique divini audiendi; ſumpta juxta conventum habitatione, quando hic nomen habebat Dominæ noſtræ à Miſericordia, & hanc ipſa ſibi in magiſtram patronamque elegerat.

13 Dies aliquot ea deliberatio tenuit; tandemque divinitus inſpirata Beatrix, & in ſententiam Prioris concedens, juſſit locum ſibi juxta Conventum emi: in quo multa cum diligentia aſſurrexit mox fabrica, humilis illa quidem, ſed apta ejuſmodi profeſſioni. Huc Fundatrix ipſa cum filiabus duabus, Catharina & Maria, ac famula una, ætatis etiam ac virtutis magnæ, eſt ingreſſa: ex quo autem ibi ſe recluſit, numquam aut filiæ ipſam matrem, aut illa filias, vel hæ ſorores ſeſe invicem appellare ſunt auditæ, ut omnem affectum carnalem exuiſſe, totumque amorem in Chriſtum tranſtuliſſe intelligerentur. Implevit cito hujus tam ſanctæ converſationis & voluntariæ recluſionis fama regnum univerſum, adeo ut plures cuperent participes illius fieri. ſed recuſabat illas admittere Beatrix, formidans ut inter multas ſervari æque commode diſciplina poſſet. Tandem tamen, ſive ex inſpiratione divina, ſive ex reſpe-

AUCTORE D. P.

respectu personæ, recepit D. Meciam Pereriam, sororem Ruizii Pereriæ Comitis de Montecorvo dicti, quæ admodum juvenis relicta erat vidua Martini Mendes de Berredo, in legatione Francica defuncti. Hæc cum aliquando recitans Psalmum LXXXVIII, Misericordias Domini, venisset ad illum versiculum, Quis est homo qui vivit & non videbit mortem? & intellexisset hanc esse omnibus viventibus certam; decrevit ejus timorem prævenire transeundo ad religionem; simulque ætatem, formam, genus, divitias, omnia Deo consecrare. Secum autem traxit socias ejusdem spiritus tres: quibus jam octo, cum arctior esset locus, pro quatuor dumtaxat fabricatus; supplevit de suo D. Mecia quod deesse videbatur, emptoque vicino fundo ampliavit spatium, non ita tamen ut minus arcta pluribus esset clausura quam fuerat ante paucioribus.

*Ibi jungitur ei Mecia Pereria, & auget ædes.*

14 Hæ omnes assumpserunt, absque ulla inter se differentia, habitum S. Dominici; & in modum communitatis religiosæ vivebant, adeo ut signum quod in conventu Fratribus dabatur ad actiones functionesque communes, etiam serviret Reclusis. Verum cum eis opus esset divinorum Officiorum causa bis quotidie prodire, licet non amplius quam erat unius plateæ interjacentis latitudo; decreverunt intra suum ipsarum claustrum componere capellam idoneam, quo possent accedere Religiosi Missas dicturi. Ad hoc consilium, sibi ab eis communicatum, non prius respondit Angelicus Pater, quam Deo propitiato multis suorum Sacrificiis, ipsarumquemet precibus jejuniis atque vigiliis, ad eamdem intentionem fusis factisque, beneplacitum ejus exquisivisset, circa modum ac formam vitæ ab illis tenendæ. Tum vero apud se resolvit, ejusmodi reclusionem, quamvis honestam, nihil tamen stabilitatis habituram; futuramque obnoxiam periculis, calumniis, & erroribus variis, si non accederet vinculum Religionis. Proinde congruentius videri, ut Conventus institueretur religiosus, in quo non solum haberetur capella ad divinum Officium, sed etiam vota Religionis solennia nuncuparentur. Placuit omnibus dictamen sanctum; sed non caruit executio oppositionibus & contradictionibus multis, ex parte Regiorum Ministrorum, Conimbricensis Episcopi, & Cleri Averiensis. Difficultatem augebat, quod ad effectum illum opus esset appellare Pontificem summum, ac Magistrum Ordinis Generalem, ut institutus Conventus ad ejus obedientiam reciperetur. Omnia tamen impedimenta superavit constans patientia piarum matronarum; expeditoque Pontificio Brevi ac facultate Generalis, cœptum est agi de ædificando conventu, ampliandis officinis, erigenda ecclesia, ipso illo quo prius habitaverant loco. Hæc res cum perveniisset ad aures Regis, Alfonsi V Conimbricæ existentis, voluit sua præsentia honorare opus; visitatisque benevola affabilitate Reclusis istis devotis, omnem eis addixit favorem: quin & primum lapidem in fundamentum jacere est dignatus, ipso die quo natalem Regium tota celebraverat aula: prout factum est post Missam solenniter, decantatam à Conimbricensi Episcopo, Domino Joanne Galvano, qui secundam etiam petram rite collocavit. Fama est quod idem Rex, finita ceremonia, dixerit, accidere posse, ut monasterium istud fieret aliquando suum: quod veluti vaticinium reipsa videtur impletum, quando, duodecimo post id anno, illuc ingressa est ipsa Regis filia D. Joanna.

*Suscipiunt omnes habitum S. Dominici,*

B

C

*Fundando ipsis ecclesiæ ponit Alfonsus R. primum lapidem.*

15 Continuabatur quam diligentissime labor cœptus, & assurgere mirabiliter fabrica videbatur, cum mane plus factum (ut ajunt) inveniretur quam vesperi opifices dimisissent; unde fama in hunc usque diem emanavit, fabricantibus perdiu hominibus, noctu Angelis, conditum monasterium. Ea fama si non fuit usquequaque vera, & si tam velox incrementum miraculo caruit, fundamento tamen non caruit aliquo; cum Beatrix Leitoa & D. Mecia, non solum suas illuc curas, sed etiam manus laboratrices conferrent, quas ab Angelis invisibili ope adjutas possumus credere. Quam gratum istud opus Deo, tam invisum vicissim diabolo erat, prospicienti quod eo ex monasterio multæ in cælum evehendæ essent animæ, & impleturæ cathedras unde ipse exciderat. Itaque persequebatur D. Beatricem modis variis, phantasmatisque terrificis, quibus cœpta remoraretur. Verum iis parum profici videns, potenti cuidam homini suggessit, ut ipsum prædium, ubi D. Beatrix secessum suum inchoaverat, sibi vindicaret; ad aulam provocans piam matronam, cui nihil poterat accidere molestius quam eo redire ad litigandum, unde ad quietem à turbis capiendam secesserat. Ivit nihilominus, & quidem pedes, humili in habitu, viæ comites habens famulum ac mulierem unam, ambos ætate ac virtute maturos. Placuit autem Deo, ut gratiosæ apud homines potentiæ prævaleret justitia favore destituta: quod tamen ipsi Dominæ caro stetit, in gravem hac occasione morbum lapsæ; unde ut restituta fuit, atque ad sua rediit, partes aliquot cœpti operis absolutas reperit, & novitias denuo sex admisit ad preces D. Meciæ Pereriæ. Verum hæc ipsa, cum jam esset nuncupandæ professioni proxima, summo cum Beatricis dolore, prærepta ei est, prima ex hoc sancto grege translata in cælum.

D

*qua celerrime assurgente,*

*& evicta quæ contra obtendebatur lite,*

E

*sex aliæ ad priores octo accedunt:*

16 Perfecto jam monasterio, cœpit agere Fundatrix, ut ei quamprimum clausura accederet, sociæque novitiatum exordirentur, professuræ sequenti mox anno in festo nominis Jesu, ita enim inter ipsam & D. Meciam convenerat. Ast Angelicus Pater, qui Angelicarum harum animarum curam directionemque susceperat, ita rem ordinavit, ut illæ religiosum habitum assumerent in die Natalis Domini, clausura vero monasterio imponeretur in festo Circumcisionis, ipso anni sequentis principio: cui definitioni ut vere obedientes prompte se submisere, atque ita nomen Jesu impositum Conventui est, cujus Regens postridie electa est ipsa ejus Fundatrix, tum aliæ ex ordine Officiales. Stabilita autem clausura ingrediebatur ad ipsas quotidie in Capitulum Director suus, ritusque & ceremonias Ordinis docebat, & quidquid ad spiritum excolendum spectabat. Translato deinde anno novitiatus, omnes quidem ad professionem receptæ sunt, primum tamen in die Circumcisionis seu Nominis Jesu, sola illam fecit ipsa omnium Regens, cum duabus Sororibus Agnete Alvarez & Isabella Rodriguez: Beatrix vero, jam professa, assumpsit Vicariæ titulum. Forte erat Rex in urbe Portus circa hoc idem tempus: voluit ergo reliquarum Professionem in suum usque adventum differri: & adfuit vesperi ante Dominicam infra Octavam Epiphaniæ; ipsaque Dominica, post solenne Sacrum & congruum actui isti sermonem, accedens ad crates, adstitit devotus testis religiosæ isti oblationi.

F

*& clausura festo Circumcisionis inductâ, appellatur Conventus Jesu.*

*Vertente anno professionem facit Beatrix.*

*alia coram Rege post Epiphaniam.*

17 Exhinc cœpit in Conventu efflorescere observantia instituti perfectissima, disciplinæ rigor, laborum in commune subeundorum tolerantia, jejuniorum frequentia, caritatis mutuæ fervor, aliaque ejusmodi vitæ cœnobiticæ orna-

*Crescente loci celebritate.*

ornamenta dicam, an fundamenta: quæ omnia cum virtutibus insignibus Beatricis Vicariæ accepta referrentur, voluit Vicarius generalis pleno eam jure Prioriſſam dici. Jam rei fama toto ſeſe regno magis magiſque defundebat, multæque illuſtres atque prænobiles ſeſe offerebant. Admiſſæ igitur nonnullæ ad numerum aliarum ſunt, inque iis D. Leonora Meneſia; ea quæ ſanctæ Infantæ, de eligendo monaſterio deliberanti, auctor fuerat ut animum huc appelleret; eamque prægreſſa ſuo invitabat & trahebat exemplo. Venit denique ipſamet Infanta, primum quidem cum ipſis Religioſis in habitu ſeculari victura, uno poſt Leonoram anno; anno deinde poſt ingreſſum quinto, religioſam quoque veſtem accepit: ſed cum à facienda Profeſſione retraherent ipſam multæ ac magnæ difficultates, divinitus potius quã humanitus objectæ, decrevit in gradu atq; ordine Novitiarum ad extremum uſque ſpiritum ſubſiſtere, nec unquam reſumere habitum vitamque ſecularem.

*eodem tum alia tum Infanta accedit;*

18 Interim contigit Averienſe oppidum contagioſo malo funeſtari & infici: quod ne ipſam etiam Infantam afflaret, formidantes Rex pater ac frater Princeps, ſimul ambo litteris ſcriptis mandarunt, ut alio recederet: miſeruntque Epiſcopos Portuenſem & Conimbricenſem cum Proceribus nonnullis, qui migranti comitatum præſtarent. Poſt varias autem tergiverſationes ſanctæ Virginis, multum deprecantis ne inde extraheretur, volens eam Rex ſecuram reddere, iſtud non ideo ſe moliri quo eam à convictu religioſo abſtraheret, obtulit alia quacumque in urbe regni ſui ædificandum ipſi monaſterium; vel, ſi Olyſſipone morari acquieſceret, S. Vincentii conventum, in quem quaſcumque Religioſas vellet ſecum traduceret, ſecundum indultum ea ſuper re à Romano Pontifice impetratum. Et illa quidem graviſſime ferebat Averio diſcedere, tandem tamen perſuaſa fuit inde egredi, comitantibus, præter Epiſcopos ſupranominatos & Nobiles duos, Sanctimonialibus quinque ac famulabus nonnullis, imprimiſque Vicario Generali Ordinis ac Prioriſſa Beatrice. Servabant aliquam Conventus ſpeciem, etiam in itinere: itaque verſus Tranſtaganam regionem procedebant; omni ad quem appellebant loco, ſicubi diem unum alterumve manendum ibi eſſet, erigentes ſibi extemporale oratorium, ad Officii divini ritum omnem explendum, ſicut Averii conſueverant. In hunc modum cum loca plurima pertranſiſſent, atque Aviſium tandem perveniſſent, in febrim Prioriſſa incidit; ſed quia utilior ipſi Abrantenſis oppidi aër futurus judicabatur, tranſlata illuc eſt. Verum ea mutatio, per æſtivos calores facta, adeo nihil profuit, ut potius aggravaverit morbum; unde etiam ad extremum infirma obiit, aſſiſtentibus ſibi Vicario Generali multiſque magnæ auctoritatis Patribus. Hi vero omnes admirati ſunt admirabilem vultus in moribunda ſerenitatem; nec minus quod defunctæ membra, quaſi ſomnus ea non mors teneret, flexibilia in omnem partem remanerent.

*ſed ingruente anno 1479 peſte,* B

*cogitur in Tranſtaganam migrare:*

C

*ubi moritur Beatrix,*

19 *Hactenus Ferdinandus Correa, in Vita Luſitanica* Joannæ; *non quidem aut diem aut annum definiens quo obiit* Beatrix; *ſignificans tamen, hanc Principis ſuique comitatus peregrinationem ſolis* undecim menſibus *duraſſe. Cum autem ex Vita num.* 30 *habeatur, Eleonoram Meneſiam exeunte anno* MCCCCLXXI *Averii receptam, atque poſt ſeptem ab habitu ſuſcepto annos factam monaſterii Suppriorisſam; ac deinde, moriente intra biennium Beatrice, Prioriſſam; conſequens ſit, ut hæc non obierit ante annum* MCCCCLXXX, *& hoc ipſo anno regreſſa Averium Infanta ſit: qua quomodo deinceps ibi vixerit, in ipſius hiſtoriæ progreſſu legitur. Nunc quod attinet ad* Beatricem, *extremum additur, quod* ejus filia, Maria de Atayde, promota ad ſupremum monaſterii regimen (*utique defuncta jam etiam Eleonorâ præfata*) fecit matris ſuæ oſſa, duobus poſt obitum annis, referri Abrantio Averium, ubi in choro inferiori ſub humili monumento decenter ſunt collocata. *Atque hæc fortaſſis ſunt omnia quæ de* Beatrice *leguntur in ea Vita, cujus videtur meminiſſe Pineria: ſunt certe præcipua, & ſufficientia ad intellectum ejus hiſtoriæ, quam illa ſcripſit, & nos aggredimur illuſtrare.*

*am.* 1480,

AUCTORE D. P.

*& biennio poſt oſſa Averii referuntur.*

# VITA

## à Sorore Margarita Pineria, Sanctæ Principis famula, Luſitanice ſcripta.

### *Ex authographo monaſterii Averienſis.*

## CAPUT I.

### *Ioannæ nativitas & prima ætas, animus devotioni deditus & à ſeculo alienus.*

CHriſtianiſſimo & virtutibus omnibus ornatiſſimo Rege, D. Alfonſo Quinto, horum Luſitaniæ regnorum ſceptra tenente, dignata eſt divina clementia, ſub annum MCCCCLII, eidem dare primogenitam filiam, ex ſua uxore *a* D. Iſabella. Hæc enim, non minus virtutibus, quam nobilitate generis ac morum elegantia excellens, Deique ſuper omnia amans, magno cum devotionis fervore continuas Altiſſimo preces offerebat; jugi piarum orationum ſacrificio poſtulans *b* à Deo fructum benedictionis, ad ejus obſequium regiæque ſucceſſionis firmamentum: quippe quæ annis *c* aliquot ſterili fuerat matrimonio uſa. Exaudiente ergo petitiones ejus & juſta deſideria Deo, voti compos effecta, concepit, ſicut optabat. Totis autem novem menſibus quibus uterum tulit, tanta ſemper animi hilaritate eſt fruita, abſque ullo gravedinis ponderiſve ſenſu, ac ſi prægnans non fuiſſet: unde facile dabatur intelligi, qualis futura eſſet, naſcitura ex illa proles. Adveniente porro partus tempore, & illuminante eam Deo, filiam peperit, qua nulla formoſior pulchriorque in hoc mundo inveniri aut videri poſſet: cui in baptiſmo poſitum eſt nomen Joannæ, pro ſingulari qua Regina ferebatur devotione erga Sanctum Euangeliſtam: cujus amore dicebat, ſe, ſi filios centum nanciſceretur, omnibus impoſituram nomen iſtud.

*Ad matris diu ſterilis preces nata an.* 1452.

a

b

c

F

2 Nata hæc Princeps eſt in nobiliſſima civitate Oliſiponenſi, decima ſexta Februarii, MCCCCLII; baptizata vero octavo poſt nativitatem die, in eadem civitate: poſt quod illuſtriores perſonæ omnes, in dignitate eccleſiaſtica vel ſeculari conſtitutæ, cum civitatum deputatis atque Officialibus regni, eum in finem adunatæ, inter feſtivos totius Regni ac præſertim Regiæ urbis plauſus, ipſam in eadem extulerunt ad Principatum, oſculantes ei manum, & fidem ut Dominæ ſuæ legitimæ jurantes. Tertio abinde anno iterum Regina con-

*Oliſippone 16 Febr.*

*moxque jurata Regni hæres;*

A. MARG. PINERIA EX MS. LVS.

cepit, & peperit *d* filium, quem ſimiliter dici Joannem voluit: & aliquammultis diebus poſt, anno ſcilicet MCCCCLVI, die ſecunda Novembris, defuncta eſt *e*. Tum vero Rex mandavit, ut tota Reginæ familia, tam matronarum puellarumque nobilium, quam officialium omnis generis, maneret ſicut fuerat ipſa vivente, nihilque in Curia mutaretur; ſed omnes, in eodem gradu atque ordine, miniſtrarent & aſſiſterent Principiſſæ Infanti filiæ ſuæ. Creſcebat hæc, & infantiæ annos jam egreſſa, in Palatio ſuo tamquam Regina tractabatur, cum omni ſplendore & magnificentia, unà cum juniori Principe fratre ſuo; ſimul ambo conſtituti à Rege ſub cuſtodia & cura Illuſtris Dominæ Beatricis *f* de Menezes, quæ tempore illo, inter præcipuas hujus regni matronas, virtutis & diſcretionis nomine, commendabatur præ omnibus.

*d* è mortua deinde matre tractatur ut Regina,

*e*

*f*

*& magnâ ſupra ætatem prudentiâ aulam regit.*

3 Profecerat interim Domina Infanta & Princeps Joanna ad eum gradum pulchritudinis & ſapientiæ, ſuprà quam naturæ ordo ac ratio ferebat, ut omnibus eſſet admirationi atque ſtupori; cunctis Deum laudantibus, quod in ætate tam tenera. Statum Curiamq; regeret, ac ſi longe provectioris ætatis fuiſſet; neque oberat ei, quod, propter acceleratam Reginæ matris mortem, non potuerat acquiſiviſſe uſum & experientiam ejuſmodi rerum ab illius exemplis. Cum autem nonum vel decimum vitæ ſuæ annum attigiſſet, cœpit in ea eluceſcere mirus ergo res divinas amor; dimiſſiſque puellaribus ejuſmodi ætatis oblectamentis, cœpit magna cum attentione litteras diſcere, Latinæ quoque linguæ operam minime levem navans. Incepit etiam teneris iſtis annis, magna cum recollectione & ſingularis devotionis indiciis, intereſſe Miſſæ ſacrificio; recitando interim orationes ſuas & alias ſibi aſſignatas Deiparæ honorandæ formulas: nec patiebatur quemquam ſibiloqui, priuſquam cuncta rite finiviſſet. Duodennis porro effecta, uſque adeo in Dei amorem exarſit, ut perfectam annorum triginta ætatem attigiſſe jam poſſet judicari, ab eo qui audiret legentem aut narrantem vitam & doctrinam Domini noſtri, actuſque Apoſtolorum & Sanctorum, præcipue vero ſanctarum Virginum, quæ pro fide & amore Chriſti tormenta ac mortem ſuſtinuerunt: his enim mirifice delectabatur, majoremque temporis ſui partem impendebat; fugitans jocorum atque ludorum, quibus ejuſmodi ætas atque conditio vacare libentius ſolet. Quantum annis, tantum creſcebat & corporis ſtatura ac pulchritudine vultus: ſed multo etiam magis apparebat, Deum in ea elegiſſe ſedem amoris ac gratiæ ſuæ, ut veram ſponſam ſibi faceret. Cumque eſſet in tanto dignitatis faſtigio ac ſecularis pompæ ambitu collocata; cœpit nihilominus paulatim contemnere quidquid extra Deum videbat vel audiebat; ardentique affectu ferri ad exercitia ſpiritus intra ſuum palatium. Habebat ibi devotioni exercendæ aptiſſimum oratorium, quo ſe frequenter recipiebat, ſequeſtrans ſeſe à turba aſſiſtentium ac miniſtrantium matronarum puellarumque, quæ ſupra triginta numerabantur, omnes nobiliſſimo genere, quædam etiam Comitili natæ; & cunctas illa non minori regebat ſapientiâ, quam ſi fuiſſet altera S. Catharina Martyr.

B

*Duodennis accenſa Dei amore,*

C

*devotioni ſe tradit:*

4 Volabat interim per omnia Chriſtiani orbis regna fama tam excellentis formæ & ſapientiæ, quæ Principem hanc Infantam ornabant; variorumque regnorum Monarchis ac Principibus, ejus videndæ audiendæque cupidinem ingerebant: quod cum propter locorum diſtantiam fieri nequiret, mittebantur pictores expertiſſimi, qui vultus ejus lineamenta ad vivum expreſſa referrent, ipſamque vel ſic ſpectandam exhiberent. Illos inter fuerunt Sereniſſimus Ludovicus *g*, Rex Franciæ, conſanguineus ipſius Regis Alfonſi; & Superioris Germaniæ Imperator *h* Fredericus III, cuidam Principis noſtræ amitæ, ſorori prædicti Alfonſi, matrimonio junctus. Sed pictores prædicti ſimiliter omnes confeſſi ſunt, artem ſuam non ſufficere aſſimilandæ pulchritudini tantæ, quantamcumque induſtriam operamque conferrent: de Rege autem Franciæ avunculo ejus dicitur, quod imaginem ipſius intuens, qualem efformare quam proxime ars potuerat, flexis in terram genibus proruperit in laudes Dei. Cœperunt etiam aliquot Reges ac Principes eam à patre ſuo in uxorem poſtulare, quibus non præſtabatur conſenſus, propter ejus adhuc nimis teneram ætatem: nec enim tunc altius penetrabatur in conſilium Altiſſimi, qui eam, non terreno alicui Regi, ſed cæleſti æternoque, Filio inquam ſuo, ſponſam deſtinarat.

D

*g*

*h*

*propter formæ & morum excellentiam,*

5 Illa vero eximia plane Princeps, magis magiſque efferveſcebat indies deſiderio regni ac gloriæ ſempiternæ; veris profundiſque cordis ſui ſuſpiriis illuc anhelans, ejuſque contemplatione magis ſeſe oblectans, quam in abundantia divitiarum deliciarumque, convenientium regio ſtatui ſuo ſuique patris. Qui quidem pater, relictus in flore ætatis ſuæ viduus, propoſitum tamen habens aliud conjugium non ineundi; cum nullos haberet alios liberos, quam Dominam hanc, ejuſque germanum fratrem Principem Joannem, incomparabili utrumque diligebat amore: magis tamen hanc filiam ſuam, utpote majorem ætate, & quæ Curiam non aliter gubernabat, quam feciſſet ſua mater ſi vixiſſet. Ergo omnis oblectatio Regis erat cum ea, inſtituendo ei choreas nobilium adoleſcentiũ, alioſque palatinos ludos, eodem plane modo, quo Regina ejus matre vivente fiebat. Hunc in finem juſſerat ei tradi mundum omnem gazamque muliebrem, quæ in uſu defunctæ fuerat, ut quam magnificentiſſime miniſtraretur eidem. Obſervabatur à Ducibus, Comitibus, & Baronibus regni, atque à magnis æque ac parvis ſingulariter colebatur: ſperabant enim fore, ut Luſitania per ipſam vehementer illuſtraretur, atque in pace cum aliis Regibus conſervaretur. Verum Rex Regum, qui eam ſibi elegerat, ideoque tot gratiis doniſque cumularat, trahebat ipſam ad ſe, & cor ejus tantopere in ſui amorem accendebat, ut vehementer inciperet odiſſe mundum, & quidquid in eo eſt contemnere, vanitatem omnis rei temporalis, identidem recogitans, & ſola æterna magni faciens.

E

*influentem ultro mundum faſtidii:*

F

6 Annum illa quidem agebat dumtaxat decimum quintum; ſed uti forma ac ſtatura corporis, ſupra ætatem auctæ, annorum viginti quinque judicari ipſam faciebant; ſic etiam & multo magis ſapientia atque ingenium, quorum externum ſpecimen dabat ſermonis facundia & conſilii maturitas. Cœpit itaque cogitare, quomodo nova aliqua ratione Regis æterni obſequio mancipare ſe poſſet, eique perfectiori famulatu placere: jam enim de ea nuptui collocanda ſermonem & conſilia ordiebatur Rex pater: propterea quod ex variis regnis plures ſe ſponſi Regii Principaleſque offerrent, qui intellecta eximia Virginis ſpecie atque prudentia, tali Regina ac Principe Status ſuos beandos cenſebant. Sed recuſabat illa vel auribus admittere quamcumque nuptiarum mentionem: &

*quindennis de eo dimittendo cogitat:*

*à pluribus Principibus poſtulata ad nuptias,*

quia

A quia, ſicut ait D. Gregorius, neſcit otiari divinus amor, ſed operatur ſi amor eſt; idem in ejus corde jam alte radicatus, faciebat ipſam apud ſe decernere, quod ſe eſſet in famulam perpetuam oblatura illi Domino, quem præ hominibus cunctis diligebat, idque jam inde ab ætate hac ſua, tam tenera & delicata. Cœpit ergo ferventi devotæque orationi vacare impenſius, & corpus ſecretis flagellis macerare. Singulari etiam diligentia diſcebat ritum divini Officii recitandi, magiſtro ad id utens ſuo quodam Capellano majori, grandævo ætate Deique amico, qui jam inde à tempore Reginæ matris totum ordinem capellæ ipſius regebat, vir bene litteratus & famæ optimæ. Hic cum ea Canonicas horas legens aliquamdiu, ipſas ei ex Latino vulgariter interpretabatur, ut erat ſolertis acutique ingenii; quo melius intellecta ſacra verba, majori etiam guſtu recitantem afficerent.

*aſſumit varias pœnitentias.*

## ANNOTATA.

a *Patrueles erant inter ſe* Alfonſus *&* Iſabella, *hæc Petro Principe, iſte Eduardo Rege fratribus, Ioannu I*
B *filiis, natisitaque recte Marcheſius*, uxorem & cognatam *appellat.*

b *Infra num.* 151 *in Appendice, dicitur, ea cauſa ſuſcepta votiva peregrinatio* ad S. Dominicum de Quemada, *à fœcundandis iſtic ſterilibus celebrem, ut ejus Ordini debita fuiſſe ab ipſo ortu videatur Princeps, per illum impetrata.*

c *Secundum Vaſconcellium anno* 1432 *natus, uxorem duxerat ſedecennis; adeoque ſub annum* 1452 *jam agebatur quartus annus ſterilitatis.*

d *Idem Vaſconcellius*, Joannem II, *natum Oliſipone ait an.* 1455, quarto Nonas Majas.

e *Errat ergo Correa, cum moriente Regina quindennem ait fuiſſe Infantam, & quinquennem ſcribere debuit.*

f Beatrix, *Luſitanice* Brites *ſcribitur, mira vocis contorſione. Correa, filiam fuiſſe ait D. Petri Meneſii Comitis Vianenſis, uxorem D. Fernandi de Noronia, ex Comitibus de Gigon, avos nominantis Ferdinandum I Luſitaniæ, & Henricum Equitem Caſtellæ Reges.*

g Ludovicus XI, *Rex Gallia, ab an.* 1461 *ad* 1483: *qui quomodo Alfonſi Luſitani conſanguineus, & (ſicut mox infra dicitur) Ioannæ avunculus fuerit, aliis explicandum relinquo: ipſe vero poſt Margaritam, Iacobi I Regis Scotiæ filiam uxorem habebat ſecundis nuptiis ductam,*
C *Carlottam Subaudam.*

h Fridericus Auſtriacus Imperator, *ab anno* 1439 *ad* 1493, *Eduardi Regis filiam* Eleonoram, *Alfonſi ſororem duxit an.* 1452, *unde natus* Maximilianus Imperator.

## CAPUT II.

### *Varia exercitia pœnitentiæ & devotionis, à quindenni aſſumpta cum propoſito uni Deo ſerviendi.*

*Inter palatii ſui delitias ac pompam.*

7 FUgiebat excellens hæc & virtuoſa Domina omnem vanitatem & curioſitatem ſuperfluam: habebatque horas certas, devotæ precationi deſtinatas in ſecreto ſuo oratorio, quo nemo poſſet accedere aut ipſam alloqui. Summa autem admiratione digna ac pene incomprehenſibilis res erat, videre Infantam Principem, tanta pulchritudine ac ſapientia decoratam, quam ſuo in palatio ſtipabant matronæ ac virgines tot primariæ, cujus nutum obſervabant tot viri nobiles ad hoc à Patre deſignati in variis officiis (quemadmodum decebat ipſius regiam conditionem, unicæ iſti filiæ ſuæ providere) tanta ſublimatam in gloria, & in quam omnium poſiti erant oculi, cum certa ſpe publici boni per ipſam vehementer amplificandi; deſpicere iſtæc omnia, præ fervore divini amoris, incrementum quotidie novum ſumentis, ipſamque facientis intra palatium Regium, inſolito prorſus temporibus noſtris exemplo, vitam ducere aſperam pœnitentiis, vix inter religioſas uſurpatis, ſed quam poterat ſecretiſſimis. A. MARG. PINERIA EX MS. LVS.

8 Singulariter autem afficiebatur mulieri *a* cuidam domus ſuæ, quæ Reginæ matri famulata jam inde ab ætate puellari, ceteras præcellebat devotione, aliena à ſeculi vanitatibus, & omnigenæ virtutis exercitio dedita. Cum hac familiariter agens, eidem cœpit arcana cordis ſui deſideria aperire: ſimiliter etiam cum quadam veſtiarii ſui Præfecta, Cuvilleriam *b* Palatini appellabant, muliere vidua atque grandæva, veteri etiam Reginæ matris famula; cujus eximiam prudentiam diſcretionemque variis occaſionibus & negotiis expertus Rex pater, tali officio ipſam præpoſuerat. Cum iſtis conſultabat conferebatque de obſequio ſingulari, quod ab iiſdem ſperabat; jubens omnino ſecretum tenere quidquid rerum ſuarum noſſent. Eodem modo egit cum annoſo quodam ejuſdem matris ſuæ miniſtro *c*, qui ſecum remanſerat, viro prudente & perquam fideli, quemque Rex pater ipſi dederat gazophylacem ac theſaurarium primarium; ipſa vero Domina elegit ei credere ſpirituales ſuos dignioreſque theſauros, deſideria inquam & ſancta propoſita. In horum executionem juſſit eum Virgo delicata, quærere & emere ſibi telam ſtamineam perquam aſperam: quam deinde commiſit uni prædictarum duarum, quibus magis fidebat, matronarum, ut exinde conficerent ſibi induſia, manicis & reliquo corpore arcta, clam geſtanda ſub laxioribus auroque & ſerico pretioſis cycladibus. Quin nec iſtis contenta, ſed in ejus amore, quem unice deſiderabat ſponſum, longius progreſſa, ſub iiſdem aſperiori etiam cilicio induerat tenellum corpus, intra decimum quintum & ſextum ætatis annos conſtituta.

a *paucis conſciis & miniſtris,*
b
c
E
*cilicio & laneis induſiis utitur,*

9 Vetuit præterea, ne in ſuo palatio exercerentur ludi vel choreæ, aut aliud quid redolens vanitatem ſecularem; niſi cum illuc veniebat Rex pater ſuus, ſecum ducens ipſius fratrem Principem Ioannem, cum Marchionibus, Comitibus, ceteriſque ſui comitatus Nobilibus; quos excipiebat magna pompa, progrediens illis obviam cum ſuo nobili gyneceo, pretioſiſſimis induta veſtibus, gemmiſque & unionibus compta, ut ea ratione faceret ſatis voluntati ac mandato Regis patris, atque materteræ ſuæ. Verumtamen ſub aureo & ſericeo apparatu, utebatur cilicio hiſpidaque lana. Quamvis enim, rogatu & juſſu Regis patris, cum ipſo & patruo ſuo Infante Ferdinando *d* procederet aliquando in publicũ, ſummam præſeferens gratiam & formæ pulchritudinem; novit tamen Deus, eſtque veriſſimum, quod id non faciebat niſi lumbos & tibias cincta funibus, fortiter contortis ex vaccinarum equinarumve caudarum pilis, quos ſibi ſecretiſſime comparabat per eas quas dixi matronas. Finitis autẽ ejus modi choreis & dimiſſo cœtu, cum matronas atque puellas ſuas etiam dimiſiſſet, fauſtam ſingulis noctem precata, colligebat ſeſe in oratorium ſuum; ibique profundos gemitus ducens, & lacrymis irrigans ſolum, cui ſe totam inſternebat; Domino ſuo unice dilecto offerebat ſe, rogabatque, ut modum viamque doceret, qua dimiſſis omnibus vanitatibus ſeculi ſerviret ipſi ſoli. Poſt aliquot deinde horas, quas habebat iſti exercitio deputatas, ſurgebat inde; & cum ſua Cameraria majore, & Veſtiaria, atque

*exterius ſuo ſe ſtatui aptans.*
F
d
*Noctis bonam partem orationi impendit.*

A. MARG. PINERIA EX MS. LVS.

puellis, procedens verſus cubile regium, in eo ſe patiebatur cum omni ceremonia rituque conſuetis collocari, tantum ut humanos lateret oculos, uni Deo cupiens innoteſcere arcana ſui puriſſimi cordis.

*& acri corporis flagellationi.*

10 Cunctis ergo digreſſis & cubili ſuo clauſo (cujus mollities magno ipſi faſtidio erat, propter amorem ſui dilecti Sponſi) redibat ad oratorium ſuum, ubi alebat exiguam lampadem, argento ornatam; ad cujus lumen inſtituebat prolixas ferventeſque orationes, quibus addebat ſanguineam rigidamque flagellationem, funiculis eum in finem contextis utens, præſertim certis feſtis quibus ſpecialius afficiebatur; puta in die Circumciſionis, annum communem inchoante, in memoriam ejus ſanguinis, quem Dominus noſter tali die pro nobis primum fudit. Cumque ſic aliquamdiu vigilando, tenellum corpus maceraſſet, ſomnum arcens; tandem eidem coacta cedere, caput reclinabat ſuper tapetem pulvinumque, ibidem pro ſtatu ejus collocata; rurſumque ſub auroram reſumebat orationes ſuas; atque ita demum in ſuum ſe recipiebat cubile, ut nemo intelligeret quod factum erat. Numquam exuebat neque mutabat laneum arctumque induſium, quod diu noctuque, hieme & æſtate, ad carnem
B portabat; niſi cum illud ita ſcatebat pediculis, ut non eſſet amplius tolerabile: tunc enim aſſumebat aliud, & quod depoſuerat lavandum dabat eidem ſuæ Prefectæ veſtiariæ, cum qua ſolita erat quotidie recitare Canonicas horas, numquam eas omittens.

*duriter cubat:*

11 Porro in cubiculo ſuo, quod duplicem dumtaxat contignationem habebat, ad inferiorem, quæ erat inſtar caveę, curaverat portulam faciendam, cum ſcalis abiegnis, lectumque veluti pro ſua illa Secretaria, ne intelligeretur eſſe pro ipſa. Lectus autem iſte erat duriſſimus, nihil ſcilicet habens quam culcitram vilem arboreæ cortici inſtratam, cum laneo cervicali, pro lodicibus vero ſtragulas veſtes, ſimiliter laneas aſperaſque. Novit Dominus quam hæc ſint vera; ſed & nos novimus: quia poſtquam prædicta ejus famula in hunc Domini Ieſu Conventum fuit ingreſſa, inter alias ejus res, quas de ipſius Infantæ mandato prædicta ejus Veſtiaria ac Secretaria, pro magno arcanoque theſauro, attulit ad devotam Matrem Prioriſſam Beatricem Leitonam, arca fuit obſerata, omnem iſtam pœnitentialem ſupellectilem continens, lineaque induſia adeo aſpera, ut Religioſæ quædam eadem aliquando induentes, multum ſe cruciatas teſtarentur.
C Simili modo tradita fuit prædicta culcitra ſtragulæque, quæ aſſervabantur in ſecreto ad quem nemo intrabat loco; ſtrictæque & aſperæ ſubuculæ, in quibus dormiebat Domina illa, qualque geſtare ſolebat ſub pretioſis ſecundum ſtatum ſuum veſtibus, quales Rex pater habere ipſam volebat, inſtruens ei (ſicut dictum eſt) aulam, quam totam ſingulari cum prudentia regebat.

12 Simili circumſpectione celabat jejunia & abſtinentias ſuas, faciendo apparari ſibi & inſtrui menſam ſecundum ſtatum ſuum, aſſiſtentibus ei Officialibus ſuis, honorarium illi comitatum exhibentibus. Ad menſam tamen illata delicatiora cibaria potius

*multum jejunat,*

comedere ſe fingebat, quam revera comedebat. Cum autem rigidius ſolito jejunare volebat, in oratorio ſuo remanens, nuntiari jubebat minus commode ſe valere, ideoque non inſtruendam pro ſe menſam; aut aliud quidpiam prætexebat, quo latere poſſet. Creſcebat enim in ea contemptus atque odium mundi, eadem proportione qua amor divinus; ideoque ſtudebat ſua virtuoſa exercitia jejuniorum, vigiliarum, ciliciorum, orationum, & diſciplinarum
D ſic augere, ut tamen ignorarentur; & delicata ſua membra quaſi ſuffurans lecto iſti ceremoniali, cui ad breve ſpatium incubuerat, ſecretius ſe transferebat ad alterum, cui appropinquabat nemo, niſi ipſa ex ſpeciali gratia & neceſſitate id permiſiſſet. Similiter ad opera miſericordiæ diligentiſſime attendebat, curando ut viſitarentur noſocomia & hoſpitalia peregrinorum extraneorum; nec prius accumbebat menſæ vel de eadem ſurgebat, quin ſingulis accurate providiſſet. Sub noctem etiam receptura ſe in oratorium ſuum, advocabat ſuum illum Reginæque matris miniſtrum, cui vitæ ſuæ confidebat ſecreta, & curam ejusmodi operum commendaverat; eumque diligenter interrogabat, quot & qualibus perſonis ſuccurſum eſſet, quantaſque eleemoſynas erogaſſet. In eadem enim ætate iſta, conabatur excellentiſſima hæc Princeps, multum dilecta Deo & cunctis virtutibus ac decore ſpirituali adornata, providere cuicumque ſuperventuræ forſan neceſſitati, habens ad id certos reditus aſſignatos. Et tu, Domine Deus Rex immortalis, qui imbecilla eligis, ut tua unius virtus confundat fortia hujus mundi, inſtruxeras & muniveras armis tuis hanc delicatam Infantam, quam à prima ejus pueritia adamaſti &
E dotaſti ſingularibus gratiis & privilegiis, ut poſita in tanto culmine celſitudinis ſecularis, in quo nihil humanarum commoditatum deeſſe illi poterat, contemneret omnes ac flocci penderet, te ſolum amando deſiderandoque.

*operibus miſericordiæ intendit:*

13 Interim creſcebat diffundebaturque per omnes Principum Chriſtianorum aulas fama pulchritudinis atque perfectionis excellentia, qua Luſitaniæ Infantam dotaverat Deus, adeo ut multi de ea in conjugem ſibi aut filiis ſuis petenda cogitarent. Omnes tamen facile, ut merito, ſic gratia ſuperabat Illuſtriſſimus Rex Franciæ, qui miſſa legatione ipſam petiit uxorem unico filio *e* atque heredi
e ſuo, annos dumtaxat quindecim nato, & egregia forma ac robore adoleſcenti, planeque digno cui ejuſmodi Princeps obtingeret, non ſine maxima utilitate obventura regno Luſitaniæ ex tali affinitate. Cum igitur Alfonſus Rex atque Proceres ejuſmodi legationem audiviſſent, valdeque probaſſent; ipſe, qui propter filiã continue habitantẽ Uliſippone, etiam plurimus erat in eadem civitate, ejus aſpectu alloquioque fruiturus; eamdem acceſſit, & quid
F Legati adferrent indicavit. Ipſa vero intelligens quantopere pater ſuus propenderet ad conſentiendum petitioni Regis Franciæ, multum quidem anxiata eſt animo (quippe quæ amoris ſui affectum omnem pridem in alio Rege ac Principe defixerat) gratioſe tamen prudenterque reſpondit; nimis adhuc juvenem eſſe ſe, quam ut convenire ſibi videretur profectio in regionem tam longinquam, ubi jungenda eſſet Principi tam juveni: quare ſi ejuſmodi matrimonium ipſi decretum Deoque acceptum eſſet, ſe quidem promptam eſſe ad obſequendum, ſed tali conditione, ut permitteretur ætate & experientia creſcere; quoad idonea eſſet. Statui cuicumque regendo. Suggerebat etiam & conſideratione dignum cenſebat, minorem adhuc Principis fratris ſui ætatem, valetudinemque infirmam & va-

*Pro filio (imo fratre Regis Franciæ poſtulato*

*& incertam fratris valetudinem.*

riis obnoxiam incommodis; ut dubitari merito poſſet, utrum Regno conveniret ipſam extraneo alicui Principi in manus tradi. Hæ aliæque rationes, tam prudenter propoſitæ à virgine cælitus inſpirata, ipſum Regem ac Proceres ejus ſic affecerunt, ut ſapientiam ejus demirati, omnino decernerent ei acquieſcendum eſſe, definitionemque futuri matrimonii in longius tempus differendam; Domino ita diſpo-

*ſuam excuſat juventutem,*

A diſponente, cujus ſuper hac excellentiſſima Domina erant conſilia prorſus alia. Cumque deinceps alii atque alii Principes ſimiles conditiones proponerent, omnibus idem dabat reſponſum; omnino fixum & decretum habens in ſecreto cordis ſui, omnes rejicere, ac nemini ſuum conſenſum præſtare.

*Paſſionem Chriſti devote recolit.*

14 Annum ætatis decimum ſeptimum jam attigerat Princeps, ſed magis profecerat multiplicandis jejuniis, vigiliis, & orationibus, ferventiſſimas preces ac lacrymas effundens coram Domino, quatenus aperiret ſibi viam, ad alium nullium dominum ſponſumque habendum quam ipſum, eumque ſolum amandum in hac mortali vita, ut eumdem mereretur æternum laudare & poſſidere in ejus cæleſti regno, quod plurimum deſiderabat. Uſque eo autem cor ejus jam inde ab infantia inflammabatur divino amore, ut facta jam conſuetudine non poſſet continere lacrymas, quin ex formoſis ejus oculis continuo fluerent, quando Dominicam Paſſionem vel meditabatur, vel legebat aut prædicari audiebat, tam intimo mentis dolore compuncta, ac ſi ipſum patientem Dominum ante oculos corporis conſtitutum habuiſſet. Itaque devotis illum gemitibus

B *maxime per hebdomadam ſanctam.*

ſuſpiriiſque proſequebatur: quibus licet in ſuo oratorio quam ſecretiſſime vacaret, cavere tamen non poterat quin ſonus eorum etiam ad extra poſitos pervaderet. Per totam ſanctiorem hebdomadam ſervabat ſilentium, nihil niſi breviſſime idque neceſſariis de rebus loquens: à quarta autem feria prorſus nihil. Totumque illud tempus orationi lacrymoſæ impendebat, diu æque ac noctu: quibus addebat totius ejuſdem hebdomadæ jejunium, feriis quinta & ſexta etiam ad panem & aquam conſtrictum; interim numquam veſtes exuens & ſemper præſens officiis omnibus eccleſiaſticis, uſque in diem Paſchæ. Frequenter confitebatur & communicabat: ſemper autem in feſtis Chriſti Domini ac Dominæ noſtræ. Feria etiam quinta in cœna Domini, volenti implere mandatum Dominicum, prædictus ſuus ſecretarius, quam poterat occultiſſime, adducebat mulieres duodecim peregrinas, miſeras ac pauperes; ad quas in ſecretam cameram introductas, neſcienteſque ubi eſſent, ingrediebatur illa humili in habitu; diſſimulataque perſona, ſingularũ manus ac pedes de genibus lavabat, oſculabatur, &

C tergebat; ac deinde liberaliter donatas veſtibus calceiſque, ſecretius remittebat, unde erant adductæ, ita ut ignorarent quænam perſona iſtæc ſibi feciſſet.

## ANNOTATA.

a *Hæc eſſe videtur, quæ mox infra* Cameraria major, *ac deinde ſemper* Ama *redditur, id eſt*, Magiſtra, *aut ex veteri uſu* Nutrix; *qua poſtrema voce ut plurimum uſus ſum etiam in Teſtamento Ioannæ, num.* 103, *ubi illa vocatur* Beatrix Alvarez.

b *Vulgari lingua* Cuvilhera: *cujus quodnam fuerit in Palatio Officium, explicat Franciſcus Brandanus, parte 6 Monarchiæ Luſitanæ cap.* 4, *nomen à* Cubiculo *deducens. Ac primo allegat Chronicam Regis Ferdinandi (fuit hic pravus Alfonſi V) in quo diſtincte explicatur, quænam fuerint, ejus* Aya *id eſt. Nutrix*; Camareira môr, *Cameraria Major*; *&* Cuvilhiera: *arguiturque Argotes de Molina, confundens poſteriora officia duo; de quorum ultimo deinde allegatur locus ex Chronica Ioannis I, qui Latine redditus ſic ſonaret*: Subduxerunt Infantes de poteſtate Cuvilleriarum, quæ erant mulieres deputatæ ad cuſtodiam veſtium & curam munditiei, iis omnibus in rebus, in quibus honeſtas patitur pueris per mulieres ſerviri; curaveruntq; ut iſtud munus demãdaretur Scutiferis. *Ex alio vero ejuſ-* A. MARG. *dẽ ultima Chronica Capitæ, antè inſerta Brandanus Regis* PINERIA *Caſtellæ* Cuvilheriam, *dicentem*, officii ſui eſſe, ac- EX MS. LVS. cendere Regi fumos ſeu thymiamata boni ac nobilis odoris, aut veſtes ejus perfumare. *Erat ergo* Cuvilheria *Hiſpanis, id quod Francis magis proprio vocabulo* Garde-robe, *id eſt* Veſtiarii Præfecta, *ſub Cameraria Majoris poteſtate.*

c *Duo nominantur in Teſtamento præfato*, Georgius de Silva, *cui ut ſingulariter familiari, æque ac prædictæ Beatrici, Sancta ſuam vult manere penſionem; &* Doctor Joannes Lopez; *ejuſdem Teſtamenti executor ſtatutus, quo videtur Oeconomo uſa Princeps; ſed forte tunc primum, cum ſuſcepta educatione nepotis intra monaſterium, extra illud peculiarem cœpit habere Oeconomum, qui Averienſis oppidi proventus, ſibi tunc addictos alioſque reditus ſuos curaret.*

d *Stirps Regia, in Ioanne II deficiens, per hujus* Ferdinandi Ducis Viſenſis *filium Emanuelem, fuit feliciter propagata.*

e *Non pro filio, tunc necdum nato, ſed pro Carolo fratre, annorum* 15 *adoleſcente, cum decennis eſſet Ioanna, Carolo Delfino annis* 18 *ſenior, fuerit hæc legatio: qua de re actum in Comm. prævio num.* 9. E

## CAPUT III.

### *Deliberatio Ioannæ cum Eleonora Menezia de ineundo monaſterio: facultas ad id petita & impetrata à patre.*

*D. Eleonoræ Menezia, de monaſterio cogitanti.* 15 CIrca hoc tempus pervenit hæc Domina in notitiam eximiæ virtutis vitæque exemplaris, quam ducere ferebatur Domina quædam, Eleonora de Menezes nuncupata, filia Comitis & Domini Vianenſis D. Eduardi de Menezes, ejus qui inter hujus regni Proceres nominatiſſimus erat à virtute bellica, ipſiſque Regibus Portugalliæ & Caſtellæ conjunctus ſanguine. Hujus illa cum eſſet filia unica, fuerat à multis Ducibus Comitibuſque in matrimonium poſtulata, ſed fruſtra: uſque dum Comes pater, cum maxima Maurorum multitudine prælium committens ad Alcazar *a* (cui prælio ne a Rex ipſe interveniret fuerat à Principibus ſuis prohibitus, viceſque ſuas cum titulo Majoris Capitanei P commiſerat prædicto Comiti) numero victus, cum majori parte nobilitatis occubuit. Antea tamen quam id accideret, prædicta Domina, manens in ædibus matris ſuæ D. Iſabellæ de Caſtro, cœperat vitam à ſeculo abſtractam agere in ſua camera ſeu oratorio, ubi divino accenſa amore audiebat quotidie Miſſam; & Horas Canonicas, quarum erat intelligentiſſima, recitabat; reliquum deinde tempus *& interim vitam à ſeculo abſtractam ducenti.* piæ meditationi, lectioni, orationique impendens. Eadem etiam omnino abhorrens à ſeculari pompa quacumque, vilibus induebatur pannis, cum firmo propoſito Religionem aliquam amplectendi, quam primum id integrum ſibi foret. Ergo gratiſſimum habuit Princeps noſtra de ea inaudiviſſe: modumque invenit, quo per interpoſitas fideles perſonas litterarumque commercium, arcana ſui cordis manifeſtaret ei, quam oculis corporeis numquam cernebat.

*ſuum ſimile deſiderium Ioanna revelat.* 16 Conſultabant autem inter ſe, quo potiſſimum modo obſervarent complerentque ſancta deſideria atque propoſita, indies magis magiſque gliſcentia, inſtar ignis idoneam materiam nacti. Multa quoque eiſdem conſultatio erat, inter varias religioſas Sanctimonialium domos, ecquam eligerent, dum aliorum alias de ſingulis opiniones audiunt, nemini vero ſecretum ſui cordis intentum revelant, ſolum-

A. MARG. PINERIA EX MS. LVS.

solumque se gerebant ut quæ audire ac discere vellent. In hac secreta consultatione tempus aliquot transactum est electis atque fidelibus istis Regis æterni sponsis, erantque maximo sibi invicem adjumento ; & quia sanguine se contingebant, cœperunt cogitare, qua arte possent simul ambæ renuntiare mundo. Sed inæqualis erat utriusque conditio : nam Domina Eleonora de Menezes majori utebatur libertate, per mortem Comitis genitoris sui, neque multum urgebatur ad ineundum matrimonium : proinde expeditior etiam fuit ad consultandum de monasterio quod utrique conveniret. Hac ratione cœpit illa oculos mentis defigere in
b conventum S. Claræ, vel Olisipone *b*, vel Conimbricæ, ut qui præ aliis tunc florebant regulari observantia : quæ continuo curavit illud ipsum quam secretissime significandum D. Infantæ. Itaque hæc & illa, tamquam industriæ apes laborabant, ut invenirent locum maxime idoneum, ad colligendum mel divinæ recollectionis, in pastum & saginam animarum suarum.

*eique loci delectum committit,*

B

*Patre interim de ejus nuptiis frustra cogitante.*

17 Domina autem Infanta multiplicabat preces atque vigilias coram Deo, videns in afflictione cordis sui præterlabi tempus, eoque longius differri vota sua, quo pater suus Rex, considerans speciem, sapientiam atque prudentiam filiæ, certius decretum firmaverat de ea in matrimonium collocanda, mandans curiam ejus statumque augeri. Verum tu, rerum omnium moderator Deus, cujus consilia hominibus incomprehensibilia sunt & potestas excelsa, ad tui nominis majorem gloriam res humiles atque despectas in oculis hominum nosti magnifice exaltare, & obscuras atque informes splendidissime illustrare. Magnum profecto ac manifestum opus sapientiæ ac potentiæ tuæ fuit, quibus ordinasti atque fecisti, ut Infanta, nobiliter nata & delicate educata, spreta quacumque mundana pompa rebusque iis omnibus, quibus in ætate illa solet jucundius sexus infirmior adhærescere, vellet, modo tam novo, tibi uni placere atque servire. Nempe (sicut jam supra dixi) licet adeo juvenis, tamen annorum esse viginti quinque aut etiam triginta judicabatur à quocumque, ipsam videnc te vel audiente. Nam & prudentia ac sapientia longe superabat annos ; & statura ac forma corporis, plena gravitatis, grandiorem faciebat æstimari. In fronte ejus, gratiose & exporrectâ, oculi virides ac formosissimi relucebant ; nasus mediocris & rectus ; os grandiusculum, labiis decenter revolutis ; vultus rotundus, cutis candida, decentique rubore in genis tincta ; collum speciosum, manus elegantes ; corpus universum erectum ac sublime, ipso habitu ac majestate demonstrabat dignitatem personæ suæ. Talis erat prædicta Infanta ; & divino consilio posita inter hujus mundi tenebras, tamquam sol inter nubila splendescebat. *Quod ut melius intelligeretur, ipsam imaginem ejus, qualis ante ingressum monasterii picta est & etiamnum Averii conservatur, ex Vasconcellio posui, in fronte prævii Commentarii.*

*Audita fama monasterii Avienſis,*

18 Eodem tempore vehementer inclarescebat fama virtutum eminentium Matris Beatricis Leitoæ, quæ erat Priorissa hujus monasterii à Jesu nominati in civitate Averiensi : toto enim Regno celebrabatur severa ac religiosa disciplina, sub qua ipsum prædicta Mater fundaverat conservabatque ; adeo ut passim nobiliores & magnates istic cuperent filias & consanguineas suas locare. Ea res cum ad aures excellentis Principis ac Dominæ pervenisset, tamquam novo & insperato perfusa gaudio, non distulit ejus participem facere cognatam suam D. Eleonoram, per litteras secretas, monens ut certiorem se redderet de Averiensi *c* monasterio, de quo recentius fundato tam laudabilis æstimatio apud omnes erat ; si forte placeret, accepta distinctiori ejus notitia, mutare consilium ; quod inter se formaverant. Illa mandatis D. Infantæ obtemperans, post fusas ad Deum multas preces, accersivit ad se Patrem quemdam, ætate & doctrina virtutibusque conspicuum, ex Ordine S. Dominici, & in hoc atque Castellano Regno Generalem Vicarium, prædictæque sanctæ Matris Beatricis Confessarium, commorantem in domo ac monasterio Dominæ nostræ à Misericordia dictæ, Fratrem, inquam Antonium à S. Maria : qui ad ipsum monasterium Jesu, ratione officii quod gerebat, liberum accessum & ingressum habens, de toto illius statu, tam in spiritualibus quam in temporalibus, certissimum poterat præbere testimonium. Hic acquiescens humili petitioni D. Eleonoræ, cum eaque multis locutus de contemptu mundi, interrogatus tandem ab eadem est, id quod scire ipsa plurimum cupiebat, de statu & disciplina prædicti monasterii, suæque clausuræ rigore.

D

c

*mandat Eleonora examinare disciplinam loci.*

19 Cum autem is plene satisfaceret interroganti, mutavit illa consilium de suscipiendo habitu S. Claræ, elegitque vivere in monasterio Jesu de Averio, tam novo beneque regulato, ad ibidem Deo famulandum : id quod continuo rescripsit D. Infantæ, suadens ei per prælaudatum P. Fr. Antonium, ne aliud monasterium ingredi aut habitum suscipere vellet quam istud S. Dominici, si posset ad id facultatem à patre & consanguineis impetrare. Hæc porro, quæ aliud nihil desiderabat quam Deo famulari, jussit ut curaret scriptam sibi mittere formam regulamque vivendi, in loco illo constitutam, idque modo quam posset secretissimo : nam ad illum usque diem nullius religiosi Ordinis notitiam distinctam habebat, in palatio manens, & occupationibus statui suo congruis intenta, veluti Princeps & forte heres Regni futura. Inaudiverat tamen aliquando de monasterio *d* Odivelarum, Ordinis S. Bernardi : quod videre cupiens, si forte istic reperiret in quo acquiesceret spiritus suus, simulavit se fastidio palatinæ commorationis insolito captam : jussitque apparari mulam comitatumque omnem, & illuc se contulit, ibidemque totum unum diem egit cum Abbatissa & Sanctimonialibus ejus.

E

*qua cognita, laudante & aliis præferente.*

d

*ipsa per exploratæ institutum Cistercienſe.*

20 Interrogabat eas, & diligenter audiebat de rebus sui Ordinis : & satis quidem ill iplacebat, quod aliis curis vacuam vitam omnes agebant. Verum cum pro sua prudentia animadverteret, non frui illas tanta quiete interna, quantam spiritui suo optabat ; sub vesperam redivit in palatium suum per mediam civitatem, insolitæ lætitiæ signa præferens, veluti quæ multum fuisset ea ambulatione recreata. Iverat istuc cum ea D. Philippa *e*, Matertera sua, totumque gynæceum cum nobili comitatu : quibus Infanta benevolam valde gratiosamque se monstrabat, propositum tamen suum sanctaque desideria omnes celavit. Deum scilicet in corde suo semper gestans, ab eo dirigi juvarique petebat : foris quidem apparens auro sericoque operta, æque ac mula sua, quemadmodum olim Regina mater sua ; sub illo autem apparatu cooperiens horridum quo vestiebatur cilicium asperaque induvia. Nemini mirum videri debet, quod S. Cæcilia, medias inter nuptias visitata ab Angelis, ludebat organis & cantabat in corde suo Domino ; cum temporibus nostris, adeo tepidis frigidisque, tantum potuerit fides & amor Dei in Principe delicata, quæ in flore ætatis ac formæ, divitiis atque deliciis affluens, nihil aliud curabat quam placere

F

*sed minus probat.*

e

&

& ſervire cælesti Regi, quem ſupra res omnes creatas amabat.

*Pater in Africanam expeditionem profecturus,*

21 Poſt hæc, cum illa annum decimum octavum jam ageret; Rex Alfonſus pater ſuus, zelo divini honoris accenſus, pro ſanctæ fidei Catholicæ propagatione, decrevit exercitum equitum peditumque trajicere *f* in Africam, contra infideles Mauros; eumque in finem exoravit Pontificem, ut omnibus iſtuc ſecuturis largiretur plenam ſuorum peccatorum Indulgentiam. Annuit benigne quod rogabatur Vicarius *g* Chriſti, conceſſitque Bullam toto Regno publicandam; mandans iis qui dictam Indulgentiam lucrari vellent, accedere Oliſiponem; & Commiſſarium ſuum Generalem conſtituit, Regiæ illius civitatis Archiepiſcopum, qui ipſam largiretur, ſimulque affixa pectori aut humero Cruce obligatos declararet, ad bellum contra infideles Mauros gerendum. Rex ipſe ad Metropolitanam ſeſe contulit, tota Curia ſua comitante, ſequé ibi magna cum devotione fecit Cruce ſignari; nec non & filium Principem, D. Joannem, annorum tunc quindecim adoleſcentem, quamquam corpore exilem, adeoque infirmum, ut medici annis pene ſingulis de ejus vita deſperarent. Dei nihilominus potentia ac miſericordia fretus Rex, decrevit illum ſecum traducere in obſequium Religionis; eumdemque, ſi viveret & diſcrimen evaderet, ibidem creare Equitem, ad Dei gloriam. Porro ſuum iſtud conſilium frequenter communicabat Rex pius cum cariſſima filia; & loquendo cum illa de Deo rebuſque divinis & variis aliis, tranſigebat tempus ac menſes aliquot; dum interim arma, viri, naves, annona, & alia quæcumque apparabantur ad tanti momenti negotium, cui ipſa Regis perſona cum filio cunctiſque Regni Magnatibus nomen dederant. Perculit, ut decuit, Dominam Infantam diſceſſus Patris una cum Principe, quem unicum illa fratrem habebat; ex eoque die deſiit uti pretioſis iis veſtibus, quibus antea aſſueverat, ſecundum ſui ſtatus exigentiam ac patris voluntatem: Deo quoque agebat gratias, quod ſibi occaſionem daret ei liberius ſerviendi.

*tura cum filio quindenni,*

*aperit filiæ conſilium ſuum.*

*Eleonora paratas ſibi nuptias declinare certa*

22 D. Eleonora de Menezes, filia Comitis Eduardi, audito, ſicut dictum eſt ſupra, Provinciali Fr. Antonio de S. Maria, aliiſque fide dignis perſonis eccleſiaſticis ac ſecularibus, magnæ experientiæ & diſcretionis, ſatis certa de obſervantia rigida inſtituti ac regularum quæ vigebat in monaſterio Jeſu; cum firmiter apud ſe conſtituiſſet, hunc nec alium ullum Ordinem Conventumque expetere; id ipſum propoſuit Dominæ Comitiſſæ matri ſuæ & fratri Comiti Henrico, ut ne ſibi impedimento eſſent, ſed gratum haberent iſtud ejus propoſitū. Attamē opus ei fuit ſuſtinere multas difficultates & contradictiones, ex parte matris omniumque fratrum: quia unica erat, & jam concluſerant eam nuptui tradere Duci Brigantino *h*, D. Ferdinando, id ipſum cupienti. Res autem ea habebatur tam certa, ut ſignatis jam contractibus ſolum expectaretur reditus Epiſcopi Eborenſis D. Garciæ Menezii fratris, qui Roma redibat; itemque adventus alterius fratris Comitis *i* & Prioris Cratenſis, D. Joannis Menezii, qui erat Alcazarii. Verum illa intelligens, quod fratre regreſſo in Luſitaniam, totis viribus aggreſſuri eam ſui erant, ſanctumque ejus propoſitum diſturbaturi quantum poſſent; feſtinavit ipſa eoſdem prævenire, ſuamque reſolutionem indicari fecit Principi Infantæ, quam executioni mox eſſet datura.

*ſtatuit ſine mora ingredi monaſterium:*

23 Magnopere ea res placuit Principi, magnam fiduciam collocanti in Dei ope ac miſericordia, quod is, cui illa ſe cupiebat conſecratam, completurus eſſet deſiderium, quale etiam ipſa pro ſe fovebat. Juſſit ergo D. Eleonoram rogari, ut, priuſquam faceret aliquid, & Oliſipone diſcederet, omnino curaret accedere ad colloquium ſuum. Satagebat enim etiam, quomodo effectui manciparet jam pridem firmatum in anima propoſitum. Proinde expediebat ſeſe à matronis & puellis, quas in ſuo habebat comitatu & palatio; providens ſingulis de convenienti cujuſque ſtatui conditione, collocando multas in matrimonium, benigneq; ac liberaliter eas dotando. Inter eaſdem etiam pretioſam ſuam veſtem mundumque muliebrem partiri gaudens, omnibus ſingularem ſuam humanitatem pro uniuscujuſque qualitate & meritis probabat, liberaliſſima nihilominus erga Prælatos & perſonas religioſorum Ordinum, quas excipiebat tractabatque maxima cum reverentia, & poſt devota familiariaque de ſpiritualibus rebus colloquia, non dimittebat à ſe niſi larga eleemoſyna cumulatos.

A. MARG. PINERIO EX MS. LVS.

*quam ſecuta Infanta familiæ ſuæ proſpicit.*

*Rex Tingi & Arzilam occupatis,*

24 Interim præparata erat claſſis avectura Regem cum exercitu, in expeditionem deſignatam contra Tingim & Arziliam. Quapropter die quadam veniens Rex, ad vale faciendum dilectæ atque unicæ filiæ ſuæ, eamdem cum Principe filio cunctiſque Magnatibus ſalutavit, & ipſi Regnum ſuum *k* commendavit. Conſcenſis deinde navibus vela fecit in Africam, proſperis omnino ventis & tempeſtate commoda, per miſericordiam Dei, pia Regis optimi vota proſequentis: quod non dubitamus, attribuere precibus & lacrymis continuis, quibus Infanta diu noctuque ſucceſſum expeditionis glorioſæ commendabat; petens à cælo victoriam armis Chriſtianorum, pro ſanctæ fidei exaltatione ſumptis. Exauditam eſſe eventus docuit *l*: exiguo enim labore ac tempore obtenta fuit munitiſſima civitas Tingitana: ſed primùm alius quidam vicinus locus, Arzilia dictus. Menſe Auguſto anni MCCCCLXXI, feſto S. Bartholomæi Apoſtoli, in poteſtatem venit Arzilia; deinde urbs ipſa Tingitana in die S. Auguſtini: talibus enim diebus placuit Divinæ Majeſtati, in robore virtutis ſuæ deſtruere maledictos fidei hoſtes, & victoriā concedere Chriſtianiſſimo Regi Alfonſo, patri ſupradictæ D. Infantę, tradendo in ejus manus prænominata duo loca.

*victor cum exercitu rédit an. 1471*

25 Hujus tam glorioſi ſucceſſus nuntia, mox à Rege ac Principe expedita ad Infantā, invenerunt ipſā pro more recluſā in ſuo oratorio, omneſq; puellas ejus in oratione perſeverantes, quas inter diſtribuerat vices ſupplicandi pro tanti momeri negotio. Illa vero iſtic auditis novis tam lætis, humillime ſe proſtravit in terram, maximo cum jubilo cordi ſui gratias agens exercituum Domino. Sciens autem Regem patrem ſuum cum Principe filio & tota claſſe glorioſe reverti; inſpirante divina gratia & animante, cogitabat quomodo eos nova quadam ratione excipere, pariterque occaſionem ſumeret petendi licentiam, ad nuntium ſeculo remittendum & voluptatibus ejus, divinoque famulatui ſe mancipandum in aliquo monaſteriorum Regni iſtius. Confeſtim igitur per totam urbē quęri juſſit auro & ſerico laboratos pannos (pridem enim omnes veſtes ſuas diſtribuerat) ut inde magis placere Regi, & facilius poſſet obtinere quod cupiebat. Sed difficile fuit reperire quæſita, propterea quod naves mercatoriæ omnes in ſubſidium claſſis aſſumptæ fuerant eductæque, neque potuit totum id reperiri quod emi voluerat. Nihilo tamen remiſſiori cura aptavit ſibi veſtem ex holoſerico viridi, colore idoneo ad exprimendum vigorem ejus fiduciæ, qua in Deo collocarat ſpem ea vice aſſequendi votorum ſummam. Ornavit etiam caput & collum monilibus pretioſis, ſubtus nihilominus & ad carnem gerens cilicium ſuum laneumque induſium.

*Quo intellecto Infanta occurſum feſtivum apparat,*

A. MARG. PINERIA EX MS. LVS.

26 Sic compoſita, & eo quem Deus copioſe inſuderat decore ornata, ſeque ipſi commendans ex animo, proceſſit de palatio ſuo una cum Domicellis ſuis aliiſque perſonis honoratis, aulam ſuam conſtituentibus, ac D. Philippa matertera ſua, multiſque Proceribus, magnificentia plane regia, & feſtiva hilaritate quam poterat maxima. Salutato autem Rege, Principe, atque Proceribus, ſermonem ad patrem direxit, verbis tam diſcretis tamque diſertis, ut quotquot ad eum actum convenerant raperentur in ſtuporem. Novit, inquiebat, Majeſtas Tua, Imperatoribus & Regibus antiquis atque gentilibus in uſu fuiſſe, ut parta aliqua inſigni victoria diis idoliſque ſuis in gratiarum actionem offerrent exquiſitum quodpiam donum; quin etiam legimus fuiſſe nonnullos, qui templis eorumque famulatui conſecrarent præſtantiſſimam filiarum ſuarum: quanto igitur potiori jure convenit, vero atque miſericordi Deo tale quid facere Regem victorem & præ cunctis glorioſum? hac tam ſingulari occaſione, qua contigit, ſuperatis fidei inimicis & diſſipata innumera barbarorum multitudine, breviſſimo tempore, labore exiguo, periculo ſuo ac ſuorum fere nullo, fructum expeditionis ſuſceptæ tã copioſum obtineri? Addebat, non eſſe quod animo penderet in deligenda oblatione, tantæ obligationi referendarum gratiarum condigna; quando præſentem habebat filiam, ad id paratam cupientemque conſecrari Deo. Proinde petere ſe imprimis, ne de contrahendis nuptiis unquam ſibi mentionem inferat; tum, ut pro indulto divinitus reditu ipſi ac filio Principi, pateretur ſecedere eam in aliquod monaſterium regni ſui, ubi pro ſua voluntate in quiete ſpiritus ipſam ſe immolaret hoſtiam viventem ei, qui pro noſtra omnium ſalute ſemet obtulit in ara Crucis.

*& patri victoriam gratulatur,*

*ſuggerit ut Deo gratias referat,*

B *ipſam ei conſecrando:*

27 Hæc oratio, tam gratioſa, tamque apto in tempore pronuntiata, attonitos tenuit tam Regem quam Principes; eratque in omnium vultu notare ſubitam quamdam triſtitiam, indicem luctæ interioris, quia nemo audebat tã honeſtæ tamq; religioſæ poſtulationi contradicere. Rex ergo, cariſſimam filiam amplexatus cum lacrymis, intimum animi dolorem teſtantibus; ut erat Catholicus fervens, & in Dei timore fundatus; dolenter profeſſus eſt, quod, licet eam invitus eſſet dimiſſurus à ſe, nollet tamen contriſtare, recuſando quæ tam apto tempore ac modo ſciverat poſtulare: faceret ut Deo credebat placiturum, cujus conſiliis nemo opponere ſe nec deberet nec poſſet, & cujus in manibus poſita vellet negotia ſua omnia, atque iſtud imprimis tam prope concernens perſonam ſuam. Nihilominus quotquot præſentes aderant, audiebantque quid Infanta peteret, & Rex annueret; reclamare cœperunt, proteſtarique nomine totius Regni, cujus illa ſecunda Princeps atque heres erat: quam proinde vellent, quocumq; tempore neceſſe foret, poſſe educere & evehere ad ſceptrum. Verum nihil eos morata Infanta, patris fratriſque manus ad oſculum petiit; longamq; vitã precata patri ac fratri, huic plurimum querenti ſtomachantique ſe ſolum dimitti; placide reſpondit, ſperare ſe, quod Deus filios ac heredes pro voto eis daturus eſſet. Noluit eãdem occaſione ſignificare prudentiſſima Princeps, electum à ſe monaſterium Jeſu, in urbe Averio; quod longius remotum ab aula minuſque frequentatum id eſſet; &, quantum fama minime dubitabili ipſa cognoverat, arctiſſima ibidem ſervaretur clauſura, cum ſumma paupertate ſeveraque obſervantia Regulæ. Hæc enim dura & inamœna videntur hominibus, mundum & delicias conſectantibus; noſtræ tamen piæ Infantæ, Deumq; ex toto affectu diligenti, pretioſa imprimis & amplectenda videbantur. Ab iſto congreſſu rediens deinde ad ſecretum oratorium ſuum, humillime ſeſe in terram proſtravit, magnifice Deum collaudans pro gratiis ab ejus bonitate receptis. Manſit deinde Domina menſibus aliquot in palatio, nihil omnino movens, tum ne Regi Principique ac toti Curiæ moleſtiam crearet aliquam, tum ne interturbaret feſtivam lætitiam ex victoriis & reditu tam felici: & hac occaſione viſitabatur frequenter, venienteſque ad ſe ſolatii vel recreationis cauſa Regem ac Proceres, tam hilari exporrectaque fronte ſuſcipiebat, ut ſpem conciperent, abducendam eſſe à propoſito quod præſe ferebat dimittendi ſeculi, ſeque ad Dei famulatum transferendi.

D *menſibus aliquot ſecretum habet.*

C *filio & Proceribus fruſtra reclamantibus:*

*Ipſa porro conſilium ſuum,*

## ANNOTATA.

a Alcazar Ceguer, *inquit Vaſconcellius*, civitas Africæ maritima munitiſſima, XV p.m. Septa diſtans, *id eſt leucis Hiſpanicis circiter 5. Hanc anno 1458 Rex occupaverat; & reſtauratam munierat, atque Eduardo tenendã cum firmo præſidio commiſerat: ſed Rex Fezzenſis, coactis 30 millibus equitum, peditum multitudine infinita, locum obſedit ſemel iterumque. Semper victum Barbarũ coactumque recedere, ſcribit Vaſconcellius: fatetur tamen minus felicem Alfonſo fuiſſe alteram expeditionem; ſuſceptam anno 1463. Fuit autem Eduardus, filius naturalis Petri Meneſii Comitis Vianenſis, primi Gubernatoris Septenſis: quem titulum, non obſtante natalium vitio, in filium patri ſimillimum Rex Alfonſus tranſtulerat.*

b Oliſipponenſe *quidem Clariſſarum monaſterium ortum habuit anno 1294, à privata nobili femina, Agnete dicta; ſed Regum ac Reginarum Luſitaniæ munificentia in Regiam prorſus amplitudinem excrevit:* Conimbricenſe *vero fundatricem accepit anno 1311 S. Eliſabetham Reginam, cujus etiam nunc corpore incorrupto gloriatur.*

c Averium, *vulgo* Aveiro, *priſcis* Lavare, *ad amplum æſtuarium Oceani in continentẽ ſe effundentis, & ejus duobus quaſi brachiis incluſi, pari fere intervallo à Conimbricenſi & Portuenſi civitatibus. Marcheſius* Aguerum *Italice vertit, minus recte.*

d S. Dionyſii Odivelarum *Ciſtercienſe monaſterium Oliſippone Rex Dionyſius, S. Eliſabethæ maritus, fundavit & anno 1318 varie locupletavit.*

e Philippa *hæc, erat ſoror Iſabellæ Reginæ, ex Petro, filio Ioannis primi & Philippæ Lancaſtriæ, ſic dicta à matre ſua Blanca, Henrici Lancaſtrii herede, Ioanni Gandavenſi, Eduardi III Anglorum Regis filio, nuptâ: manſitque exinde cognomen illud, regio cognomento proximum; adeo ut eo Ioannes II dici voluerit filium nothum* Georgium, *intendens eum, non ut nothum, ſed ut legitimum habere: cujus deinde poſteri perpetua ſucceſſione* Duces Lancaſtriæ *dicti fuerunt: cum ſcilicet in Anglia, occiſo Henrico VI, extincta omnino eſſet Blancæ illius poſteritas, adeoque & titulus ab ea derivatus. Hoc ergo ſenſu Ioannæ noſtræ matertera à Cardoſo cognominatur* Lancaſtria, *ipſaque* Joanna *ſic nominari poſſet.*

f *Tertiam hanc Regis expeditionem numerat Vaſconcellius, Garibayus ſecundam: primam ſcilicet à ſecunda non diſtinguens.*

g Paulus II *hic fuit, eodem anno 1471, quo iſtæc parabantur, 25 Iulii defunctus.*

h *Alfonſo I Bragantiæ Duci, filio naturali Ioannis I, adeoque patruo Alfonſi Regis, defuncto ſub annum 1462, ſucceſſerat filius* Ferdinandus, *& huic alius* Ferdinandus, *de quo jam, agitur unde relicta poſteritas nunc Portugalliæ regnum obtinet.*

i *Correa,* Comitem Tarroúcenſem *appellat.*

k *Idem ait, Regentem relictam* Joannam, *ſub magiſterio Didaci Suarii de Albergaria, ipſius Principis Ioannis inſtitutore.*

l Tingis, *vulgo* Tanger, *ex hoc tempore Luſitanorum manſit, uſque dum Anglis ceſſit ex pactis matrimonialibus Caroli II Britanniæ Regis cum Infanta Luſitaniæ. Eſt autem* Tingis *ad fauces freti Gaditani, unde, in meridiem verſis*

E

F

A *fas mare Atlanticum deflectendo, proxime abest* Arzilla, *hic pariter nominata: atque ita Lusitanis, jam ante possidentibus Septam & Alcazarium, quibus proxime* Tingis *succedit, secura manebat navigatio per fretum; cum maximo reliquæ etiam Hispaniæ, imo Christianitatis totius commodo; apertumque iter, in Indias usq; & novum orbem: quo mox, sub Emanuele Rege, consobrino Ioannis, & Ferdinando Catholico navigatum esse, omnis merito gratulatur posteritas.*

## CAPUT IV.

### *Ingressus Eleonoræ in monasterium Averiense. Cometes super illud apparens. Infantæ eodem aspirantis acta.*

28 *Colloquuntur Eleonora & Infanta,*

INterim D. Eleonora Menezia, licentiam adepta à Comitissa matre intrandi in Religionem, quærebat opportunitatem temporis; egressaq; præter morem ex camera sua cum honesto famularum comitatu, quasi deambulationis causa, accessit ad palatium D. Infantæ: quæ illam quam secretissime suscipiens, largo temporis spatio collocuta cum eadem est, vicissim communicans quæ hactenus soli Deo nota erant. Verum sicut impossibile est ut clara in meridie, in locum quantumlibet obscurum, non subingrediatur aliquis lucis radius, per rimas ostiorum ac fenestrarum; sic tanta divini amoris & cælestis gratiæ copia, quantam in hujus Dominæ purissimam animam infuderat Deus, cum odio seculi & vanitatum cunctarum despectu, non poterant ita occultari intra ejus pectus, quin proderentur per quædam indicia, perque ipsam sanctam vitã & abstinentias continuas quibus se macerabat; illis potissimum quæ Infantam propius observabant, corporis ejus obsequio addictæ mulieres puellæque. Hinc toto mox turbari palatio cœptum, maxime contra prædictam D. Eleonoram, de qua jam fama vulgata erat, ipsam constitutum habere Religionem ingredi. Itaque tam ipsa quam famulæ, quæ identidem commeabant referentes mandata Dominæ ad Infantam, tantum omnium odium incurrerunt, ut nec aspectum quidem earum sustinere vellet aliquis: quin etiam persuadebant portariis aulæ, ut easdem accessu prohiberent, persuasi, D. Eleonarum solam aut præcipuam causam esse Infantæ contemnendi seculi atque de monasterio cogitandi. Ita scilicet mundus suis technis fraudibusque conabatur pulsare invictos earum animos, si quà forte possent dejici à proposito, aut flecti tantillum: sed Deus ipsas ad omnes assultus roborabat indies magis, ne ullo possent vinci certamine.

*quod illam aulæ invisam reddit,*

B

C

29 Porro D. Eleonoræ, à primo illo congressu redeunti injunxerat Infanta, cuncta sic disponeret, ut cum venisset ad monasterium Jesu, posset ipsam de omnibus ad negotium suum spectantibus reddere certiorem. Cum ergo D. Comitissa Eleonoræ mater omnia ad iter necessaria filiæ comparasset, addita parte hereditatis à patre relictæ (majorem enim hic opum suarum portionem expenderat in picturas elegantiores, sumptuosumq; famulitii sui in vestibus rebusque aliis apparatum) venit in hanc civitatem Eleonora cum Comitissa matre, aliisque personis ad rem istam congruis: ac primum quidem hospitium sibi & comitatui sumpsit in domo honestæ cujusdam viduæ, quâ olim famulâ usa fuerat, ibique dies aliquot commorata est, spatium illud sibi sumens ad examinanda discendaque omnia, quæ de constitutione ac forma vivendi situque monasterii scire cupiebat. His summopere probatis, definitus est dies ingressui ejus in conventum, postquam religiosarum singularum suffragia collegisset Vicarius Provincialis P. Fr. Antonius à S. Maria; lætantibus omnibus, quod talis Domina, & genere tam sublimi inter Lusitanos nata, veniret ad novam istam domum, causa suscipiendi Habitus religiosi, quem ipsi dedit devota Mater Beatrix Leitoa, exeunte anno Domini MCCCCLXXI die VI Decembris.

*Eadem ingressa monasterium,*

A. MARG. PINERIA EX MS. LVS.

30 Illa vero magna cum animi alacritate & singulari devotione perseverans in suscepta recens vita, seq; ad omnem virtutem exercens, & quidquid asperius habebat religiosa observantia perfectissime & ferventissime sufferens obiensque, nolebat ab ullo quantocumque labore haberi immunis; sed cuicumque officio sese humiliter aptans, quamvis corpore debilis & delicatæ complexionis, ita sese probavit in omnibus, ut expleto consuetæ probationis anno, in festo immaculatæ Conceptionis, permissa fuerit profiteri vota Religionis solennia in manibus præfatæ Matris Priorissæ Beatricis Leitoæ. Perseverans autem & proficiens in virtutibus, cunctisq; prælucens optimo observantiæ religiosæ exemplo, post annos septem facta est hujus monasterii Supprioriss: moriente deinde intra biennium matre Beatrice & ad cælestem gloriam translata, placuit omnibus evehere illam ad officium Priorissæ. Quo in munere cum nihil remitteret de severitate vitæ pœnitentialis quam antea tenuerat, sed magis magisq; affligeret delicatũ corpusculum suum, brevi contraxit hecticam infirmitatem; quæ denique vitam ei finivit, multis virtutibus ornatam, quas hic recensere longum foret; post recepta, cum magnâ animi alacritate, extrema Ecclesiæ Sacramenta. Porro cum Habitum suscepisset, cœpissetque per seipsam experiri formã illam modumque vivendi, in Matre autem ac Priorissa Beatrice notasset singulare donum gubernandi familiam religiosam, in omni observantia ac disciplina; accurate ac frequenter ea renuntiabat per litteras D. Infantæ, prout acceperat in mandatis; facta ei exploratrix, seu potius stella matutina, prænuntia exorituri mox solis. His nuntiis multum recreabatur egregia Princeps, expectans opportunitatem temporis, quo etiam ipsa compleret desideria sua; sustentabatque interim sese communicatione illa litteraria, consilia invicem conferens accipiensque.

*in ipso sanctissime vivit:*

E

*& per litteras agit cum Infanta.*

31 Dum mutuo sese animarent ambæ exhortarenturq; ad Dei ac rerum divinarum amorẽ, non mente minus quã sanguine conjunctę inter se; accidit anno Domini MCCCCLXXII mense Martio, ut supra hoc monasterium inciperet apparere cæleste signum, perquam evidens & manifestum: videlicet, quod postquam sol plene occubuerat, monstrabat sese ingens Cometa per modum stellæ, qui etiam turbato aëre cęloq; obscurato ac pleno nubibus, ceteris stellis nusquã appar-tibus. Semper autẽ hic conspiciebatur luce integra refulgens usq; ad auroram, fixusq; continuo supra Conventum, nec unquã inde moveri solitus, ubi sub noctis principium videndũ se dederat; videlicet supra dormitoriũ, aut potius supra locum in quo D. Infanta fabricandas postea ædes curavit; specialiter vero supra eam partem, quæ hodie labori manuali destinata, nomẽ inde retinet, possetq; Ergasterium seu Laboratorium dici; aliàs autem in eadẽ magnitudine & claritate stabat supra partẽ, quæ modo servit pro Sacristia. A prædicto etiam cometa sive stella tendebatur grandis atq; clarus radius, & bene largus, nisi quod sub finem nonnihil restringebatur; qui radius egrediens ex ipso stellæ centro, & totius cæli spatiũ permeans, pertingebat usq; ad crates monasterii, absq; ulla sui diminutione vel accretione defixus & lucidus. Quandoque vero cum supra Sacristiæ locum apparebat stella, radius inde progrediens circuibat per cælum à cratibus usque ad dormitorium, ubi fuerunt quas dixi ædes Infantæ: aliàs autem ipsa quidem stella manebat supra prædictas ædes, radius vero circumducebatur usq; ad locum Sacristiæ: atque ita semper cernebatur, modo ab una, modo

*An. 1472 incipit Averii apparere supra monasterium stella,*

*instar cometæ grandẽ radium projiciens:*

F

A. MARG. PINERIA EX MS. LVS. *& subinde situm variat.*

ab altera parte, ne una quidē nocte deficiens à Completorio usq; ad Auroram; quando subito disparebat, quemadmodum noctu etiā subito apparere solebat. Magnam admirationem cunctis intuentibus adferebat tam admirabile & inusitatum prodigiū, erantque variæ variorum de illo opiniones; cum enim tale nihil nostris temporibus conspectum esset unquā, credebatur effectus causæ omnino miraculosæ esse; notabaturq; ab omnibus hora, qua videri incipiebat ac desinebat; nec non mutatio, quā faciebat de nocte in noctē, modo ad unam, modo ad alteram monasterii partem sese offerens oculis. Magnum etiam timorem res eadē incutiebat devotę Matri cunctisq; Sororibus: cum nemo intelligeret quid portenderet signum tam manifeste divinū: sed quando Cometes iste, cum suo splendido radio, desiit ex toto apparere, numquam amplius videndus; intellecta fuit causa talis novitatis, quemadmodum infra suo loco dicetur.

*Interim totam se devotioni tradit Infanta,*

32 Interim excellentissima nostra atque devota Princeps non lassabatur in via spirituali, sed de die in diem multiplicabat pia sua exercitia ac desideria effugiendi ab hoc seculo, eique soli quem tantopere diligebat serviendi. Non poterat autem gratiæ divinæ fax, in ipsā accensa locoque tam conspicuo posita, ab oculis humanis abscondi; unde fiebat ut magnum de ea murmur per palatiū esset, non sine tristitia, quod Domina illa sic tota esset dedita pietati ut omnem secularem pompam repudiaret, nisi cum aliquando patris fratrisq; respectus eam cogebant ipsorum visitationes recipere, eorumq; oblectationi recreationiq; servire, eo quod regnum aliam Reginā non habebat, apud quam possent animū quandoq; divertere. Non cessabat etiam ipsa Domina scribere supradictæ D. Leonoræ Meneziæ, ex qua intelligebat totam disciplinā monasterii, & quid ei de singulis videretur, petendo ejus consiliū: similiter scribebat devotæ Matri Priorissæ Beatrici Leitoæ, cui jam olim fuerat perquā familiaris, utpote quondā famulatæ in palatio Reginæ matris, & quandoq; ad ipsam ire solita cum esset parvula. Multam sane fiduciam habebat in ejus discretione, eamq; humiliter deprecabatur, ut suis ferventibus orationibus impetraret à Deo complementum sanctorū desideriorum ac propositorum suorum. Pia vero Mater diligentissime exequebatur quod fuerat rogata, multas & approbatas orationes eum in finem quotidie recitari jubens in hac domo, cum hymnis & psalmis.

*Averiense sium preces implorat,*

*Passioni meditanda intendit,*

C 33 Creverat cum D. Infanta sæpe dicta, jam inde à prima pueritia, insignis humilitas; quæ faciebat, ut posita in tam sublimi dignitatis ac potestatis gradu, ardentissime cuperet sub obedientia alterius vivere, & sequi exemplū ejus, qui pro nobis factus est obediens usque ad mortem, & mortem quidem crucis. Passioni autem ejus devotissime afficiebatur, in cujus memoriā jejunabat qualibet feria sextâ, contenta solo pane & aqua; servabatq; silentium, aut nullis omnino aut quam pauciss imis verbis tunc utens, nec nisi necessariis. Noctibus feriā sextam claudentibus non exuebatur vestibus, neq; incumbebat lecto; sed totas impēdebat devotis orationibus in suo secreto oratorio, quas interpolabat crebra lectio cum dura flagellatione tenelli corporis. Cum autem de Passione Domini loquebatur, fluebant ex oculis ejus copiosæ lacrymæ; præsertim vero afficiebatur erga illam ejus partem, qua continetur oratio Christi in horto, cum ejus ibidem agonia. His meditandis jam inde à primis pueritiæ annis assueta, numquā intermisit ad usque postremos vitæ dies certa quotidie hora sibi repræsentare eadem mysteria, vultu prostrato in terram, multis cum suspiriis lacrymisque, veluti quæ intimo commovebatur dolore & angustia animi, prolixe orando repetendoq; verba Domini nostri, deinde assurgendo ac rursum se prosternendo, sicut ipsum fecisse legimus. Composuit etiam hæc devota Domina quādam orandi formulam valde piam, intextam verbis Salvatoris ex sermone ad cœnam & de lotione pedū ac manuum; quam recitabat quotidie, non sine lacrymis copiosis. Jussit præterea pingi grandem ac speciosam tabulam pro suo oratorio, in qua voluit exprimi Dominum nostrum, orantem in horto: medio autem extremoq; loco aliam tabulam, repræsentantē ejus obitum in cruce, & matrē ejus dolorosam, quibus tenerius devotiusque afficiebatur. D

*patem inter domesticos curat.*

34 Præ omnibus vero rebus amabat curabatq; pacem & concordiam, tota solicitudine fugiens quidquid ei contrarium erat; nec patiebatur in suo palatio audiri verba injuriosa, sed acriter ea castigabat, absq; ullo respectu personarum. Quod si aliquem ibi noverat odio cujusquam teneri, continuo satagebat ejus animum componere blandis & pacificis verbis; sin autem iis videbat nihil profici, mandabat officialibus suis ejusmodi duros atq; inflexibiles expellere domo. Verum id accidebat raro, propter gratiam quam labiis ejus indiderat Deus, ad reconciliandos quantumcumque inimicos. E

## CAPUT V.

### *Secessus Infantæ ab aula, ac demum ingressus in Averiense monasterium.*

*Obtento novo Regis consensu,*

NOluit tandem illustrissima D. Infanta differre diutius quod tantopere desiderabat: sumptaq; opportunitate temporis, quo ipsā Rex pater suus visitatum venerat, ut solebat sæpe, seduxit eum in partem; & post alia multæ sapientiæ verba, cœpit orare, dignaretur Celsitudo sua opere adimplere quod promiserat; tempus enim esse, ut reipsa faceret oblationem ita pridem designatam, pro tanta tamque illustri victoria, qua regalem ejus potentiam Deus auxerat inter fideles atque infideles. Quibus auditis Rex, post multas altercationes excusationesque, tandem respondit; quando adeo firma persisteret in proposito, neque posse neq; velle se resistere gratiæ vocantis Dei, cujus manui ac potestati sua omnia reposuerat, etiam ipsam inter omnia sibi carissimam & unicam filiam, quam paratus esset eidē reddere. Inter hæc & alia multæ dulcedinis verba conclusum fuit, quod quandocumq; & quocumq; illa ire vellet, iturus esset ipse cum Principe filio, ut dicebat, ipsamq; illuc introducturus. Responsum tale accepit Infanta cum incredibili gaudio; manumque patris deosculata, dixit, in præsentiarū nihil videri convenientius, quā ut se reciperet in monasterium Odivelarū; inde discessura, quādo placuisset Domino nostro: solummodo Celsitudini suæ commendabat puellas, famulos ac famulas suas adhuc innuptas, ut unicuiq; pro statu suo provideret: atque ex eā ipsa hora exonerabat se omni solicitudine & cura earum. 35

*pro quocumque vellet monasterio,*

36 Rex, qui tenerrime diligebat filiam, tristis admodum recessit ab hoc colloquio, neque poterat ita dissimulare dolorem quo pectus paternū angebatur, quin Nobiles atque Aulici ejus animadverterent mutationem vultus, consueti ab hujusmodi visitatione præferre signa multæ hilaritatis: quapropter interrogabant matronas atque puellas Infantæ honorarias, ecquid novi evenisset. Hæ vero, nihil aliud percunctari aut scire curantes, inter se atque cum aliis solicite perquirebant; nec enim videbant quomodo fieri posset, ut ejusmodi Princeps, dimisso Regno, in quo alia nulla erat, genus vitæ susciperet à priori diversum. Inquies proinde inter eas augebatur, & dolor quem sentiebant ex sua futura orbitate: neq; potuit Infanta non percipere, ut erat misericors, quod luctus domesticus quotidie ingravesceret; compatiebaturq; multis

*noctu se recipit ad Cistercienses,*

*varia ad id praxi utens:*

A multis earum,nobilioribus,formoſioribus,ac junioribus,quas in ſuo Palatio educaverat multumque diligebat. Verumtamen adverſus omnem carnis ac ſanguinis luctam arteſque diaboli egregie armata bellatrix noſtra,fortitudinem & Dei amorem induta, vicit affectum omnem humanum; & una noctiũ,paucis fidelibuſque perſonis comitata ad cuſtodiam,prout honeſtati conveniebat, abſque pompa ulla aut famulitio alio, egreſſa de palatio,abiit in monaſterium Odivelarum Ordinis S. Bernardi;ubi ab Abbatiſſa ac Sanctimonialibus ejus quam potuit magnificentiſſime excepta eſt, admirantibus plurimum quid eſſet, quod hora tam intempeſtiva tam improviſo veniret ejuſmodi Princeps.

37 Quando mane innotuit univerſis lateq; vulgatum eſt,Infantã in palatio non amplius inveniri, nec quiſquam divinaret ubi locorum foret;ejuſmodi mutatio, tali modo & in perpetuum facta, tantum luctum excitavit,prẽſertim inter puellas,ut quaſi ante oculos ſuos mortuam plangerent reipſa regnantem coronatamq; Reginam. Continuo enim clauſæ fuerunt omnes totius Palatii feneſtræ:cunctique ſeipſos recludebant,tantoq; amplius lugebant ſinguli,quanto deſolatos magis ſe ſentiebant: itaque ædes regiæ, quæ conſueverant eſſe locus deliciarum,ſubito converſæ fuerunt in vallem lacrymarum atq; gemituũ; quin etiam civitas univerſa planctu & compoſitione reſonabat. Interim ſancta Infanta,recepta in monaſterium, viſitata ſtatim fuit à D. Philippa matertera ſua: quam poſt ſpiritualia colloquia varia dimittens,juſſit omnibus ſuis puellis prohiberi, ne qua earum ad locum ubi erat accederet. Hoc cum innotuiſſet,renovatus eſt & duplicatus luctus, ad iſtam deſperationis plenam ſententiam de nunquã revidenda Regina. Remanebant autem dumtaxat apud eam Nutrix ſua & Præfecta veſtiarii,ambæ matronæ perquam devotæ ac ſpirituales, quæ pariter ingreſſæ in prædictum monaſterium, eidem aliisque ipſi ſervientibus ibi miniſtrabant.

*Nihil moratus luctum aulæ;*

B

38 Duos dumtaxat menſes ea commoratio tenuit, per quos ſæpius ad illam ventitabant Rex pater ac frater Princeps: & hic quidem ſemper æger animo, ob ſenſum doloris, quem ex receſſu ſororis ceperat, & quẽ potuit numquã ſuperare etiã poſt annos plures. Tractabant autẽ cum illa de negotiis variis; ſed imprimis ſatagebant ut eam,præter quam alia nulla Regni heres erat,à propoſito ineundæ Religionis averterent. Verum nullis verborum procellis labefactari poterat, cujus amor fundatus erat in ſolidiſſima petra. Pertæſa tamen quotidianorũ inſultuum moleſtiarumque prudentiſſima Princeps, rogavit denique patrem ſuum, ut pateretur ipſam ex iſto monaſterio egredi,eoque proficiſci quam ſecretius poſſet,ubi pacem repertura eſſet. Cui Rex Princepſque reſponderunt, Nihil conſultius ſibi videri, quam ut tranſiret ad Conimbricenſe S. Claræ monaſterium, regia magnificentia exædificatum; ubi & conſortiũ habitura eſſet multarum nobilium matronarum ac puellarũ,nec ita procul abfutura,quin ipſi frequenter adire illam poſſent mutui ſolatii cauſa. Ipſa vero prudenter atque humiliter annuit,ne videretur conſiliũ à talibus datum per inobedientiam contemnere, atque ita impedimentum poneretur deſiderio ſuo, ſequendi Chriſtum pauperem atque contemptum in ejus monaſterio Averienſi.

*Inde Conimbricam ad Clariſſas duci conſentit,*

C

39 Cum ergo patri conſenſum ejuſmodi præbuiſſet,ſtatim ſcripſit humillimas litteras ſanctæ Matri Beatrici Leitoæ a,optime ſibi notæ ex quo cum ea vixerat in palatio ſuo. Illi ſecreto aperiebat deſiderium ſuum, rogabatque pro ſe ſpecialiter atque indeſinenter orari. Obſtupuit ad hujuſmodi litteras pia Mater,neq; ſe capiebat præ lætitia,ac Deum glorificans ſe proſtravit in terram coram Altiſſimo, dicens cum abundantia lacrymarũ, *Vnde hoc mihi ut veniat Domina mea ad me.* Nec mora: mandavit multas orationes, vigilias, & pſalterii recitationes fieri; quas cupide ſuſceperunt devotæ illæ Sorores,nihilo minori cum affectu ac deſiderio, quam olim ſancti Patres ſuſpirabant in adventum Salvatoris. Interim Rex ac Princeps determinarunt diem diſceſſus ejus, premente ipſa conſilium cordis ſui, neque indicante ubinam conquieſcere diſpoſuiſſet: cœperuntq; ſimul Conimbricam proficiſci, quo Rex ad Abbatiſſam S. Claræ ſcripſerat, adfuturum ſe cum dilectiſſima filia,in ejus monaſterio collocanda. A. MARGA PINERIA EX MS. LVS.

*Interim Averii exſpectari ſe jubet.*

a

40 Diſceſſum Oliſippone eſt menſe Julio anni MCCCLXXII: ibantque tam Reges ipſi, quam eorum omnis comitatus, lugubribus induti: Infanta autẽ geſtabatur lectica,una cum Sorore ſanctimoniali,quam ſecum aſſumpſerat ex monaſterio Odivelarum, nomine *b* Mitiã de Alvarenga, hanc enim propter eximiam virtutem ſingulariter diligebat. Comitabatur Infantam etiam D. Philippa,matertera ejus;quæ ipſam à pueritia educaverat,& mortua ſorore Regina cum eadem permanſerat;numquã recedens ab ea, & nunc cum omni familia ſequens, ſed ignara quem finem res habitura eſſet· quamvis enim ex nonnullis indiciis cognoſcere ejus propoſitum potuerit, numquam tamẽ fidem adhibuerat rei, ſuo judicio nequaquam futuræ. Agebatur iter modicis dietim ſpatiis, propter æſtatem tunc vehementer calentem: ſed generoſæ Dominæ nihil laborioſum videbatur,propter amoris magnitudinem, qui ejus in corde accenſus neſciebat requiem vel otium pati. Una ergo die,prius quam Conimbricam appropinquarent, *c* recurrens Infanta ad conſuetum ſibi orationis refugium,ſeque valde efficaciter commendans ſancto Patri Auguſtino (cui valde devote afficiebatur,quemq; in hoc negotio patronum ſibi adoptaverat) patrem humiliter allocuta eſt, petiitque ut vellet implere deſiderium ſuum, iretque viſum monaſterium Jeſu in civitate Averienſi,de cujus excellentia regulæq; cuſtodia & arcta clauſura tam laudabilis toto regno fama perſonabat; ubi cum diebus aliquot fuiſſet Celſitudo ſua, parata erat ipſa facere,quidquid ſibi imperaret.

*Cum patre ac fratre Oliſippone egreſſa.*

b

*& Conimbricam propinquans,*

c

*Averium duci petit,*

41 Ægre induci Rex potuit ut illi in hoc conſentiret, propter diſtantiam loci,per quam non poſſet eam tam frequenter ac vellet viſitare. Princeps autẽ frater & Proceres, quotquot venerant in comitatu, nihil non ſunt moliti ut ejuſmodi iter diſturbarent; vehementer indignati iſtud vel cogitari, quod tantopere adverſari credebant Regiæ Majeſtatis decori, cum locus exilis eſſet atq; in ædificiis pauper, adeoque indignus in quo talis Princeps vel uno die moraretur, quantumcumque ornaretur virtute & obſervantia religioſæ diſciplinæ. Neutiquam ſane convenire,ut Regni heres unica viveret in loco,qui potius deſerta inſula,quam civitas debebat appellari. Et vero pauperculum erat oppidum parumq; habitatum: ſed invicta ſponſa Regis cælorum, qui nobis ex Virgine naſciturus, in hoc mundo elegerat vile ſtabulũ atque præſepe inter animalia ruſticana; exemplum hujusmodi ſequi volens, nec hilum quidem flectebatur eorum contradictione, qui propoſitum ejus diſturbatum volebant; quin potius tanto magis confirmabatur in eo,quanto illa quæ allegabantur in contrarium majori in deſiderio ipſi erant. Itaque,contra omnium conſilium votumque, Deo adjuvante, obtinuit, ut iter Averium verſus acceleraretur; Rexque ipſe ſcriberet devotæ Matri Beatrici de proximo filiæ ſuæ dilectiſſimæ adventu.

*idque agre impetrat.*

E

42 Die trigeſima menſis Julii Infanta Joanna, Domina noſtra,Averium appulit,cum patre ac fratre,& matertera ſua D. Philippa, filia D. Petri Infantis; item

*Eo appulſa 30 Julii,*

A.M.ARG. PINERIA EX MS. LVS.

item cum Cubicularia ſua,acNutrice tribusq;puellis collactaneis. Noluit prædicta Domina,Spiritus ſancti gratiâ illuminata, continuo monaſteriũ ingredi; ſed veluti ſecuro in portu jam poſita,ſuperatis undis ac tempeſtatibus, contra ſuum ſanctum propoſitum excitatis,diſtulit ingreſſum ad dies quinque ; ut interim absque turbatione Conventus ordinarentur interius neceſſaria ſibi & famulabus ſuis,atque perſonis quas ducebat ſecum.

*ingreditur monaſteriũ 4 Auguſti 1472,*

42 Die quarto menſis Auguſti, qui erat glorioſo Patriarchæ noſtro S. Dominico ſacer , ingreſſa hoc monaſterium Infanta eſt,cum Rege parente,Principe fratre, matertera Philippa, atque D. Mitia de Alvarenga,quam ſecum illa duxerat ex monaſterio Odivelarum cum licentia ſuæ Abbatiſſæ.Præſto erant advenientibus Mater Prioriſſa , ac Mater Maria de Atayde, aliæque ſeniores , multa cum devotione & gaudioſis lacrymis ac Dei timore,in conſideratione actus tam eximii, & noſtris temporibus numquam viſi. Ceteræ omnes Religioſæ non minori cum gaudio in choro remanebant,benedicentes Domino, interim dum Miſſa matutinalis abſolvebatur , quam perrexit prædicta Domina audire,in capella & eccleſia Jeſu. Quia autem conſueverat horas Canonicas recitare ſecundum ritum Romanum, Veſperas & ſequentis diei Officium,de feſto S. Mariæ ad Nives, ſecundum eumdem recitavit:in feſto autem Transfigurationis Domini noſtri, recitare illud cœpit juxta conſuetudinem Ordinis Prædicatorum,in quo ad finem uſq;vitæ perſeveravit.Ipſa nocte ,quæ adventũ Dominę Principis in oppidum excepit,ſtella illa,quã inde à principio Martii apparuiſſe quot noctibus diximus ab occaſu ſolis uſque ad auroram,non comparuit aut tunc aut poſtea , uti neque radius ab illa procedens; unde cunctis certo datum eſt intelligere, cui rei lux illa præſagium fuiſſet divinitus deſtinata, ad indicandam mentis puritatem bonique exempli ſplendorẽ,quo locum perfuſura Princeps erat. *d*

B

*& ceſſat apparere ſtella adventus ejus prænuntia,*

d

*Apparata ei in conventu aues.*

43 Sancta porro Mater Beatrix & Sorores ſuæ, recipiendæ Infantæ apparaverant domũ, quæ ex opoſito Infirmariæ appellatur Defunctarum,eratq;optima omnium, tunc ibi exiſtentium , & ſerviebat Procuratorię.Non erat autem tunc aliaInfirmaria in monaſterio præter domum,conjunctam Dormitorio & Camino : ſed diu poſtea fecit Mater Maria de Atayde, cum eſſet Prioriſſa, domos omnes, quæ ſerviunt nunc pro infirmaria & apotheca lintearia atque dormitorio uſque ad molendinum & piſtrinum: nec alia pars ulla monaſterii , magna vel parva, habebatur fornice inducta præter chorum . Illa ergo quam dixi domus prima excepit D. Infantam, & ad tempus aliquod tenuit. Sed quia locus exiguus erat, rogavit Mater noſtra , ut tranſiret ad domum; quæ hodie Sacriſtiæ uſum habet,pertuſo pariete verſus eam partem quæ nunc Scriptoria vocatur, quæ illi ſerviret pro cubiculo ; alia autem domus maneret deſtinata menſæ ad quam comederet ; & juxta ordinaretur parvulum oratorium,ubi in contiguo ad capellam pariete aperta eſt feneſtra, per quam Miſſa audiri & corpus Dominicum poſſet ab ea conſpici: prout fecit omni vita ſua. Quin etiam inde audiebat Veſperas & Officium reliquum, quoties per indiſpoſitionem aliquam impediebatur choro cum ceteris aſſiſtere. Huc illa ſolebat ſe colligere ad ſuas ſecretas orationes & devotiones , clauſa porta , ut à nemine conſpici vel audiri poſſet.

C

*Digreſſõ cum ſuis Rege,*

44 Quotquot in comitatu Infantæ advenerant hic ei valedixerunt , magno cum ſenſu mœroris , quo tangebatur imprimis Rex pater , ſeparari ſe videns à tam dilecta nata. Verumtamen conſiderans fervorem amoris cæleſtis quo tenebatur , & manifeſta ſigna futuræ ſanctitetis ejus jam inde ab infantiâ notari cœpta ; diſſimulabat ut poterat ſuum iſtum affectum, utpote Dei timore plenus, & reliquit filiæ omnem libertatem Deo ibidem ſerviendi ſecundum beneplacitum ſuum. Aſt Princeps frater , omnibus modis reſiſtebat contradicebatque ne tale genus vitæ amplecteretur : quem illa modis omnibus prœmunita accinctaq;armis Domini ſui atque dilecti Jeſu, ejusque robore & auxilio fulta ; nec quidquam turbata , ſed blandis ſermonibus & verbis humilibus placare fratrem conata,dimiſit à ſe & manſit quieta, agens Deo gratias,qui deſiderium ſuum ſic adimpleverat. Manſit tunc intra monaſterium cum ea,quæ cum ipſa venerat,D.Metia de Alvarenga Sanctimonialis,ſocia ejus individua diu noctuque, in omni virtute & bono exemplo : cumque aliquamdiu hac in domo vixiſſet,accepta à Pontifice licentia , rediit denique in ſuum monaſterium, factaque Abbatiſſa vivit etiam nunc.

D

*ibidem remanet D. Philippa Infanta matertera.*

45 Extra monaſterium vero in domo ipſi adhærente (quam poſtea emit Infanta ſervitque pro cellario) aptari ſibi habitationem fecit D. Philippa , propter amorem quo neptem ſuam ſupra res omnes humanas complectebatur; nec enim avelli ab ea poterat. Ibi manens illa frequentiſſime accedebat noſtram eccleſiam, Miſſas auditura; ac deinde intrabat per portam capellæ una cum Nutrice prædicta , & alia vetula,quam præfectam Veſtiarii Infantæ ejusque ſecretorum conſciam fuiſſe diximus: hæ enim quoad vixit ab ea numquam receſſerunt. Ipſa vero matertera manebat cum nepte ſua diebus integris, ſub noctem vero redibat ad proprium cubiculum, egrediens per portam qua ingreſſa fuerat, & ſervans apud ſe comitatum qualis conveniebat ſtatui ſuo. Cœpit autem D. Infanta ſingulariter ſibi complacere in virtuoſiſſima Matre Prioriſſa , & erga Sorores reliquas tenerrime affici, multum gaudens earum ſocietate : illæque viciſſim magna cum alacritate & conſolatione ſua ſpirituali miniſtrabant illi in quibuſcumque poterant rebus: neque enim præter Religioſas habebat perſonam ullam ad obſequium ſuum. Habebat autem aliquas ſibi ſpecialiter aſſignatas, tamquam ejus obſequio & perſonæ convenientiores, quas vel ideo magis diligebat.

E

*lecto ſibi juxta monaſterium hoſpitio.*

## ANNOTATA.

F

a *Ita pergo ſcribere , quoniam ſic invenio in primis ultimiſque Vitæ Capitibus ; licet hic & deinceps ſemel iterumque ſcribatur* Leitona ; *quod etiam ſequitur Hieronymus Roman in Vita Caſtellana*, Leyton *ſcribens: Nempe familiare Luſitanis eſt*, n, *duabus vocalibus* o *&* a *interceptum, omittere, itáque* Boa *&* Peſoa *dicunt , pro* Bona, Perſona.

b Mitiæ *hic , alias* Metiæ *ſcriptum nomen,neſcio an integre efferri debeat* Domitia *vel* Clementia.

c *Idem Hieronymus atque Correa factum id ajunt in loco* Pombal *dicto, ubi via ſcinditur Conimbricam & Averium verſus: qui locus ad Equites Chriſti pertinet , & notatur in tabulis, Conimbrica non niſi 7 leucis diſtans.*

d *Inſigne Epigramma Vaſconcellii noſtri hic intexere lubet, quo notavit, adventum Principis , apparente ſtella ; obitum, deficiente luna , fuiſſe prænotatum.*

Principis adventum formoſus luce Cometes
Præmonet, extremum Luna labore diem.
Ut monſtret Sidus,flammat nova ſidera cælum;
Abjicit,ut ploret,Cynthia mœſta jubar.
Joannæ adventu vaneſcit Sidus in auras,
Victaque majori lumine Stella fugit:
Luna ubi ſidereas revocandam ſenſit in aulas,
Invidet, & tanto preſſa decore gemit :
Namque olli interitu ſplendor non interit: auxit
Mors lucem, occaſus contulit ipſe jubar:

Et

A Et quæ præſagum vincebat luce Cometem,
Exanimis, Lunæ cauſa laboris erat.
Quid palles? maculas ſi vis perfundere luce;
Joannæ extincto à ſidere, quære jubar.

## CAPUT VI.

### *Sancta Infantæ vita in monaſterio. Habitus Ordinis Dominicani aſſumptus.*

46 NUnc vero neceſſarium arbitror redire ad explicandum vivendi modum, quem Infanta tenebat, ex quo compos facta eſt voti ſui; breviter referendo, quæ potiſſimum ſcribi merentur, ad memoriã poſteritatis, & ad debitas Deo gratias agendas. Et quidem ex ante dictis ſatis liquet, quomodo ejus ſpiritus jam inde ab infantia totus occupabatur in Dei Domini noſtri amore & obſequio. Non mutavit illa tunc veſtitus aut capitis apparatũ priorem: ſed hi ipſi non niſi humiles atque honeſti erant: videlicet veſtis una nigra & alia alba, nonnullæque tunicellæ. Defluentes a capite ejus crines formoſi includebantur gemmato reticulo. Et modum iſtum ſervavit quouſque ſuſciperet Habitum. Poſtquam autem ingreſſa in monaſterium eſt, numquam induit chirothecas, neque annulos inſeruit digitis, præter ſmaragdinum unum ex auro, quem geſtabat ſemper, intuitu materteræ ſuæ quæ ipſum ei dederat: ſed & hunc abjecit à ſe ſupra tapetem, quando ſuſcepit Habitum. Prudens ut ſerpens, & ſimplex ſicut columba, nemini revelabat generoſi ſpiritus ſui ſecreta conſilia; ſed videndo audiendoque experiebatur per ſe nonnulla, familiariter agendo cum ſancta Matre ceteriſq; Sororibus. Diebus præſertim feſtivis ſæpe accedebat ad Chorum, pro Veſperis, Completorio, Matutinis ac Miſſa, collocans ſeſe in ſubſelliis inferioribus atque poſtremis, ubi ad Salve Regina ſtabant Novitiæ in choro ſiniſtro, quem chorum atque ſubſelliorum ordinem numquam mutavit, quamdiu in vivis fuit.

*In habitu ſeculari ſed modeſto,*

B *inter Religioſas ut una earum vivens,*

47 Veniebat quandoq; Princeps frater ſuus, ad viſitandum eam & ſolatium ab eadem ſumendum; ſimul autem, quantum ſciebat ac poterat, diſſuadebat ne Habitum Religionis aſſumeret; nec enim vel ſe vel regni Proceres unquam in id conſenſuros ajebat, ſed potius ipſam inde violenter educturos. Cui prudẽter atque humiliter reſpondebat Infanta, aliàs autem tacebat, ſeque animitus commendabat Deo, ſupplicans ne ipſam deſereret, ſed faceret compleri deſiderium ſuum. Taliter in ſancta ſua converſatione perſeverans illa ad tempus aliquod, & omnem ſeculi faſtum proculcans, cum multo ſuo ſpirituali ſolatio, firmiter decrevit numquam egredi ex hoc pauperculo monaſterio. Itaque ne cum incommodo Sanctimonalium occuparet officinas, illarum uſibus neceſſarias; egit cum Matre Prioriſſa, ut de redditibus annuis, quos ſibi aſſignaverat pater ſuus, emeretur pomarium adhærens dormitorio, partim ad recreationem Sororum, partim in ædificium pro ſe; unde abſq; illarum moleſtia poſſet accedere in eccleſiã & Chorum, ad Miſſas Officiaque divina, ſic ut ſibi amplius opus non foret tranſire per impluvium, id quod non carebat periculo, præſertim hiemali tempore ventiſq; aut imbribus ingruentibus. Dictum, factum: emptum pomarium prædictum eſt à viro honorato ac Regis famulo, ædificariq; cœpta domus, quæ nunc pro cellario habetur, pretio ducentorum quinquaginta mille regaliũ. Opere autem citius conſummato, juſſit Infanta duos in eo lectulos collocari, alterum pro ſe, alterum pro Sanctimoniali quam ex Odivelis adduxerat.

*& in propoſito ſuo conſtans,*

C *laxat empto pomario anguſtias loci.*

48 His ita compoſitis, viſum eſt prudentiſſimæ illi Dominæ, tandem eſſe tempus ut id ad quod venerat, mandaret effectui; dimittendo ſcilicet quiquid adhuc ei de ſeculo ſupererat, ſeq; concludendo procul à patria in hoc monaſterium, quod uti novum, ſic etiam exiguum erat parumque vulgo notum: ipſa vero omnem affectum ſic in eo locaverat, ut ejus unius cauſa contemneret omnia, & induta ſpiritum fortitudinis expugnaret contrarietates cunctas inimicorum ſalutis noſtræ, carnis videlicet atque diaboli. Acceſſit igitur ad Matrem Prioriſſam, ſecreta cordis ſui manifeſtatura; eique ſignificavit humiliter, fixum ſibi decretumq; eſſe, de illius ſanctis manibus ſuſcipere habitum Religioſum, ſeque obedientiæ ejuſdẽ ſubjicere, ut verã filiã ac ſubditam ejus. Quæ cum diceret, ad pedes Prioriſſæ humiliter proſtrata; illa, incomparabili ſolatio plena, gratias multas Altiſſimo dedit pro tanto beneficio: voluitq; ut ipſamet D. Infanta deſignaret diem & horã quibus id fieret; ſe tamen indignã ac peccatricem orabat haberi excuſatã: majori enim ſibi conſolationi futurum, ſi Domina ſuſciperet Habitum à quodam Patre ſeniore, & tunc Provinciali iſtius Regni, atque Confeſſario ſuo & ceterarum omnium, videlicet Fr. Antonio de S. Maria. Noluit excuſationẽ admittere. Infanta: ſed perrexit, inſtando, ut ipſamet Prioriſſa faceret, quod perpetuo ſibi ſolatio foret, & credebat gratius fore Deo, pro cujus amore & cujus auxilio diſponebat Habitum iſtum ſuſcipere. Definivit autem ut id fieret die vigeſimo quinto Januarii, Converſioni S. Pauli ſacro, anni ſeptuageſimi quinti *a* ſupra milleſimum quadringenteſimum.

A. MARO; PINERIA ex MS. LYS.

*deſignat 25 Ian. 1475.*

E

a

49 Tota illa nocte poſt Matutinas ſomnu nullum Infanta cepit, ſed universã expendit devotis orationibus. Omnibus deinde comparatis, quemadmodũ pro tali actu conveniebat, poſt finem Matutinarum, de prædicto Apoſtolo ſingulari ejus Patrono decantatarum, itum eſt in Capitulũ cum cereis accenſis, quos ſingulæ ferebant manu: impoſitiſq; eſt Infantæ Habitus, qualis & qualiter cuilibet alteri ad Religionem admiſſæ, per Magiſtram Novitiarum, quæ tunc erat Mater Iſabella Luiz; adjuvante eam Matre D. Mecia de Alvarenga, quæ ex Odivelis venerat cum Infanta. Ingreſſa ſcilicet erat D. Infanta in Capitulum liberrima voluntate, in eodem cui aſſueverat habitu & capitis ornatu, ac vultu plane Angelico; & plena omnis gratiæ, qua Sponſus ſuus ipſã perfuderat, ſeſe proſtravit humiliter ante pedes devotæ Matris Prioriſſæ. Quæ videns humilitatem ejus, devotionem, ac lacrymas, quibus impediebatur vocem in verba formare; una cum Sororibus omnibus erexit ſe in pedes; atq; aſſurgens, ad eamdẽ humi ſtratam ſe totam inclinavit, & interrogans dixit; Quid vis, Domina, aut quid petis? Cui Infanta, Dei & veſtram miſericordiã. Tum Prioriſſa, Dei miſericordia, ô Domina, & gratia ejus ſemper fuit eritq; in anima & cum ſpiritu tuo: nunc autem omnibus nobis magna exhibetur Dei miſericordia; qui tantum nobis largitur bonũ, quod tu, Domina, velis contenta vivere hac noſtra domo, & ſuſcipere in ea habitum ſanctæ Religionis, propter ejus amorem. Nihil opus multis te interrogare, neq; declarare uſitatas hoc in loco pœnitentias ac diſciplinæ ſeveritatem: nihil enim dicere tibi poſſum de inſtituto noſtro, quod non optime noveris ſiſque jam aliquatenus experta, magnâ illâ diſcretione, quã tibi largitus eſt Deus, pro cujus amore bona omnia mundana deſpexiſti, & cupis habitum Ordinis accipere hac ipſa die: qui autem hoc cepit in te operari, idem per ſuã miſericordiam perficiat. His dictis addiderunt Sorores, lacrymãtes præ gaudio devoto, Amẽ.

F

*quando Scribus in Capitulo ſupplens,*

*eum perit & impetrat,*

56 Tunc devota iſta Domina poſuit ſe in genua ante ſanctam Matrem, & adjuvantibus ſodalibus diſſolvit formoſos ſuos aureoſque capillos; quos multa cum reverentia reſecuit Prioriſſa, tota piis perfuſa lacrymis, Deumque benedicens; Sororibus proſequentibus Officium, ſolitum decantari in exhibi-

*Ad habitum Ordinis ſuſcipiendum,*

A. MARG. PINERIA EX MS. LV.

exhibitione Habitus, interim dum eadem Mater Prioriſſa exueret illam veſtibus ſecularibus. Simul etiam à pectore ſuo abſtulit auream Crucem, cui cum Agnus Dei incluſa erat particula veræ Crucis, quamque ab infantia ſemper geſtaverat, quia multis miraculis erat probata ſibique relicta à Regina matre ſua; habebat autem illam de collo ſuſpenſam, non ex curioſitate, ſed mera devotione erga tam ſanctas Reliquias, cum funiculo goſſipino. Annulum quoque ſmaragdinum, quem unicum reſervaverat, detraxit ſibi abjecitque ſupra tapetem: & induta habitum noſtri S.P. Dominici, multa cum vultus gratia & oris hilaritate, Sororibus ſingulis tulit oſculum pacis. Quo facto omnes proceſſionaliter repetierunt chorum; ubi Domina, ante altare proſtrata pectuſque percutiens, Sponſo ſuo ſe obtulit in holocauſtum; ſimulque ad finem perductum fuit à Sororibus Officium, in quo ipſa permanſit uſq; ad Primam, inter devotas orationes & lacrymas.

*ac more & vitu conſueto veſtitur.*

*inter Novitias locum capit:*

51 Exhinc cœpit D. Infanta magno cum fervore ſpiritus, tamquam bellatrix Chriſti invicta, proſequi cœptum vitæ religioſioris curriculum; ubique & in omnibus, die ac nocte, ſe ipſam devotiſſime conformans communitati. In choro & Officio cantabat recitabatque ſicut Sorores aliæ, manens tempore æſtatis in loco Novitiarum, ſtans cum eiſdem ad pulpitum, ienſque & rediens quaſi minima inter illas. Induſia & lodices ejus erant ex panno laneo, veſteſque ſimiliter ex panno groſſiori conſutæ, honeſtæ, curtæ atque humiles; operimenta capitis goſſipina vel linea; mantellum vile, ſocci humiles & in hieme calcei. In his & in aliis rebus omnibus, ad uſum ſuum pertinentibus, erat ſicut infima totius domus. Numquam comedebat aut bibebat ex argento, ſed figlinis ad utrumque utebatur. In refectorio ſedebat ad menſam Novitiarum, in quarum capite erat locus ſuus: ſed comedebat ſola: quia ſic mandaverat Rex pater ſuus, ſanctæ Matri Beatrici Leitoæ injungens, ut illi ſemper aſſiſteret ipſa; cibum vero eidem miniſtraret alia quædam Mater, nomine Clara de Silva. Sorores vero, quæ inſerviebant menſæ Communitatis, nihilominus etiam ipſi miniſtrabant, citra ullam differentiam.

B

*pari cum iis ſorte utens in omnibus,*

C

52 In tabula officiorum erat ipſius nomen ſicut aliarum Novitiarum poſitũ, ut verſiculum caneret, cereos vel aquam benedictam portaret, ceteraque hebdomadatim fieri ſolita in piſtrino, lotrina, vel expurgatione tritici. Notabatur ergo, uti juſſerat, in tabula, una cum ſocia; & ut erat plena humilitatis ac gratiæ, quidquid debiles ejus vires pati poterant amplexabatur atque exequebatur, diſcens & faciens, quæ numquam fieri antea viderat aut fuerat experta. Concipi cogitatione non poteſt, nedum explicari verbis, quanta eſſet obedientia ſanctæ hujus Infantæ: quæ cum eſſet ſpeculum omnium virtutum, humilitatem tamen curabat imprimis, ejuſque exercitium neç in magnis nec in parvis unquam dimittebat. Erat enim excellentiſſima hæc Domina, pauper ſpiritu ac voluntate, & tam humiliter ſubjecta Prælatæ atque Magiſtræ Novitiarum, ac ſi numquam experta eſſet ſtatum Regium, toti imperans Luſitaniæ, quæ poſt matris ipſius mortem aliam Reginam non noverat. Nempe dilecti ſui doctrinam ſemper in corde & ſæpe habebat in ore, quam etiam ſcribi juſſerat in corrigia ſuæ colus, *Diſcite à me quia mitis ſum.* Multum autem laboravit ut diſceret nere: idque faciebat cum Sororibus in ſilentio longas ſæpe horas: & ex eo quod neverat, fiebant corporalia ac mappæ ad uſum altaris. Didicit etiam tractare ſetas equinarum caudarũ & ſimiles, ad texturam ciliciorum perquam aſperorum, pro ſe atque Sororibus. Excogitaverat etiam, & faciebat, aut fieri curabat aculeatas diſciplinas, aptaſque ad ſanguinem eliciendum, quibus ipſa plurimum utebatur; & alias exemplo ſuo incitabat tam efficaciter, ut nonnullæ opus haberent ipſius manibus curari; quia perita erat medicinæ faciendæ incommodis, ex tam dira flagellatione natis procedere: curabat autem eas ſecreto, perquam humiliter & cum caritate, addens exhortatoria verba & amorem divinum ſpirantia.

*& diſciplinas ac ciliciũ texens.*

D

*Infanta titulum veſtimere cogitans*

53 Ex quo habitum receperat, noluit ſubſcribendis epiſtolis uti, quemadmodum ſolebat, titulo Infantæ, niſi poſtquam Prioriſſa Beatrix de Leitoa id ab ea exegit mandavitque, dicens; Deum, qui voluit ut naſceretur ex tantis Regibus, & nihilominus ipſam ſibi elegiſſet in ſponſam, velle ut id quod erat vocaretur, multo etiam majori jure quam ante. Itaq; in tabula officiorum ſcribebatur, Soror Infanta Joanna. Confitebatur & communicabat cum reliquo Conventu, iisdem quibus ceteræ Confeſſoribus utens; ibatque in ordine Novitiarum, præſtolans in clauſtro, donec vocaretur ad confeſſionale, tamquam illarum minima; nec aliter volebat niſi in ordine ſuo vocari à Sorore illa, cui id officii incumbebat. Multam jucunditatem capiebat ſectando cuncta officia Communitatis, in choro, refectorio, ergaſterio, & ubicumque moris erat Sorores convenire; juvans eaſdem verrere ambulacra, eluere pavimentum, lavare pannos. Jungebat etiam illis ſeſe quibus injunctum advehere panem, linum, tegulas, ligna, & ſimilia alia, quæ frequenter inferri opus erat, idque per ipſarum Sororum manus, propter arctiſſimam loci tunc clauſuram, per quam nulli viro permittebatur ingreſſus in monaſterium. Quia autem neque famularum intra illud commorantium uſus adhuc erat ullus, adeoque per Sorores fieri debebant corporalia omnia, quantumvis laborioſa opera; amore Dei fervens D. Infanta, læto atque hilari vultu miſcebat ſeſe illis, debiles adjuvans & robuſtiores laudans, univerſis vero dans exemplum profundæ humilitatis, augmentum indies capientis.

*in ceteris communitatem ſectatur:*

E

*magna cum comitate.*

54 Hinc fiebat ut ad recreandas Sorores valde etiam eſſet comis: nam ſicut tempore orationis & exercitiorum ſpiritualium, ſupra humanum modum recollecta intra ſeipſam in devotione ac contemplatione perſeverabat, cum abundantia lacrymarum, ita ut formoſa ejus facies ſæpe conſpiceretur quaſi aduſta vel pulvere obſita; ita in feſtis Domini ac Dominæ noſtræ, quibus ad aliquam oblectationem conveniebant Sorores, iiſdem hilarem ſe jucundamq; exhibebat verbis ac geſtibus; ſic ut corda quantumcumq; mœrentia lætificaret, nec minus humani quam divini ſolatii rorem aſpergeret univerſis. Nolebat admittere quas vocant ceremonias, verbis aut rebus exhibendas; ſed cum ſimplicitate atque familiariter ſecum agi cupiebat. Poſtquam Novitiæ aliquæ ſuam fecerant profeſſionem, humilis hæc Domina cedebat illis, ſemper permanens in priori quem ſemel occupaverat ſtallo, ad ſiniſtram Chori, inter Novitias; nec inde receſſit quamdiu vixit. Juſſit autem in ligno ipſius ſtalli fieri duo foramina, quibus infigeret candelam accenſam, pro Matutinis Vigiliiſque; ne, ſi uteretur candelabro, aliquid præ ceteris videretur eſſe.

F

*humilitate;*

*veſtitu ordinario ac vili contenta,*

55 Chlamys ejus ſemper erat ex rudiori panno; quæ in omnibus locis communibus, vel extra, ubicumque illam portabat, ſemper erat ad collum fibulata, claviculâ lignea oſſeave, ad modum Franciſcanorum. Omnis ejus veſtitus, exceptis ſudariis ſeu emunctoriis, ex eodẽ panni genere erat: & in ipſa forma ſervabat ſtrictiſſime conſtitutionum præſcripta: unde numquam viſa eſt aut longiori ſyrmate aut laxioribus manicis uti; ſed adſtricta corpori indumenta carebant plicis, præterquam ad lumbos ubi cingebantur. Capillos numquã à fronte dimiſſos aluit; nec

voluit

A voluit ut plus quam aures cooperirent; ultra quas ſi creverant, continuo tonderi faciebat. Poſtquam prudentiſſima hæc Domina in noſtram Jeſu Chriſti domum intravit, extra caſum neceſſitatis per mortalitatem vel peſtilentiam, quando juſſa eſt egredi, ſicut jam dictum eſt in vita Matris Beatricis, numquam pedem extra tulit; nec locuta eſt alicui Domino vel Dominæ ſeculari, quantumvis nobili aut potenti in regno, vel eis conſpiciendam ſe prębuit. Cum perſonis Eccleſiaſticis, puta Cardinalibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, Religioſis, alloquium ſuum conſpectumque petentibus, agebat humiliter de ſacris Scripturis rebuſque divinis, ad quas callebat linguã Latinam.

*& clauſuræ obſervantiſſima.*

*Zelo animarum fervens,*

56 Solicita plurimum pro infirmis Sororibus, magna cum caritate eas viſitabat, ſerviens illis & comitatum præbens, quin & propriis manibus cibos miniſtrans. Et quia miſericordia, cum ipsâ quaſi nata & ad mortem uſque ſervata, impleverat omnia ejus viſcera; ferre non poterat, ſi qua Soror mœſta ac melancholica incederet, quin continuo ac diligenter cauſam quæreret, & laborantem ſalubri doctrina ac

B verbis dulcibus conſolaretur. Hac induſtria & caritate multis profuit vehementer tentatis, aut paſſione quapiam abreptis, jamque graviter lapſis, & diabolico aſtu periculoſiſſime irretitis; quibus pacem, libertatem, atque ſalutem procuravit; mediantibus orationibus, diſciplinis, atque vigiliis ſuis; ut quę eſſet ſponſa fidelis illius Domini, qui pro ſalvandis animabus noſtris mortem crudeliſſimam libens pertulit. Scilicet, ſi cognoverat Religioſam aliquam, amiſſa conſcientiæ pace, faſtidio quopiam ſpirituali torqueri; quibuſcumque modis poterat impendebat ſeſe, animam & corpus pro ea Deo offerens in ſacrificium, donec ex integro curatam ſciret; eaque ratione implebat præceptum Salvatoris, jubentis animam pro amicis poni: unde admirabiles etiam effectus vidimus, impetrante ea quidquid petebat à Domino. Sic etiam variis omnis conditionis perſonis, quas eſſe in peccato mortali noverat, aut in propinquo amittendæ ſalutis periculo conſtitutas, opem tulit; non minus laboris iis impendens, quam ſi pro ſalute animæ ſuæ propriæ laboraſſet. Hinc nonnulla utriuſq; ſexus mancipia, ſibi ſubmiſſa à patre ex locis Africæ ab eo occupatis, non deſtitit docendo inſtruendoque pellicere ad ſanctam fidem noſtram: quod cum obtinuiſſet, curabat jam baptizatos beneq; Chriſtianos, matrimonio jungi ac libertate donari una cum liberis ſuis. Inobedientibus & rebellibus, ſi quas videbat, rigida erat & ſevera; quas autem pro culpis admiſſis reprehenſas caſtigataſq;, reperiebat commotas animo, curabat conſilio alloquioq; pacare: ſic tamen ut favere ipſis contra Prælatam non videretur, neque exaggeraret valde culpam. Studebat quocumq; loco ac tempore placibilem ſeſe omnibus exhibere, mirabiliter conſolando, aſpectu & alloquio ſuo gratioſo, ſeniores æque ac juniores, magnas ac parvas, prout cujusque ſaluti & profectui noverat convenire. Solebat nobis hæc Domina dicere, quod vellet à Domino Jeſu petere, ut pœnas, quas pro ſuis peccatis poſt mortem pendere deberet in purgatorio, potius in hoc mundo inter Sorores infligeret ſibi.

*peccatorum & infidelium converſioni ſtudet:*

C

*immorigeras corrigit.*

*afflictis & tentatis opitulatur.*

57 Non habebantur eo tempore impreſſa Breviaria, nec majoris nec minoris formæ, ſed ſolum pauca quædam manu ſcripta: ſciens ergo prædicta Domina quod in monaſterio Bemfiquenſi, unũ Æſtivale haberetur perquã eleganter exaratum in pergameno, itemq; Diurnum, valde deſideravit utrumq; nanciſci pro hac domo: ideoque rogavit Patres, in prædicto conventu ad Capitulum congregatos, ut libros iſtos ſibi concederent, oblato quodcumq; poſtulaſſent pretio: quod etiam impetravit, & pretium pro ipſa per-

*Patres libros conquirit ad uſum Sororum,*

ſolvit illis Dominus de Rejos. Piſcibus continuo veſcebatur, obſervando jejunia Ordinis: necdũ enim monaſteriis Obſervantiæ in hoc Regno indulta licẽtia erat comedendi carnes: eaque abſtinentia multo etiam rigidius ſervabatur Averii, ubi extra caſum graviſſimæ aut letalis infirmitatis diſpenſabatur cum nemine; ſimiliterq; refutabantur induſia & interulæ ex lino: quem omnem rigorem ipſa exactiſſime à ſe exigebat, addens etiam diſciplinæ atque cilicii uſum frequentem. Mitto plura dicere de ſancta vita, quam D. Infanta inter nos duxit, poſtquam Habitum monaſticum ſumpſit; ut breviter explicem aſſultus occultos & manifeſtos, quibus generis humani inimicus fuit conatus ipſam proſternere, ejuſque propoſitum expugnare.

A. MARG. PINERIA EX MS. LVS. *victu communi utitur.*

## ANNOTATA.

a *Ergo ab ingreſſu, quem fecerat 4 Auguſti 1472, effluxerat biennium, cum menſibus 5 & diebus 20; maturandi autem conſilii videtur occaſionem dediſſe certo jam prægnans, aut etiam partui appropinquans, Eleonora Lancaſtria, ex Alfonſi Regis fratre Ferdinando nata, & patrueli ſuo Ioanni Principi nupta; qua re jam ſecurior videbatur ſpes ſucceßionis regiæ, minuſque neceſſaria eſſe* Joanna. *Et revera vel ipſo anno 1474, vel immediate ſequenti natus eſt* Alfonſus *Infans; ſiquidem hic ſedecennis dicitur obiiſſe, anno 1491, 13 Iulii. Quin immo vellem credere, reipſa natum Regium puerum fuiſſe, cum mutandi habitus conſilium* Joanna *cepit; niſi mox infra num. 58 legerem commotionem populi, ex ea cauſa quod regno ſubtrahebatur heres, quando adhuc frater ejus carebat liberis.*

E

## CAPUT VII.

*Conſtantia Ioannæ varie tentata, ejuſque morbi & hinc ſumptum conſilium manendi in monaſterio citra votorum ſolennium profeßionem.*

MOx atque per oppidum fama vulgari cœpit quod Princeps ſua Habitum ſuſceperat, pervenit eadem ad aures D. Philippæ, materteræ ejus, quæ ſæpius viſitatum eam veniebat, ſimulq; ejus olim Nutrix, Veſtiaria, & collactaneæ, aliæque perſonæ, præſtolantes (ſicut olim SS. Joannes & Petrus) ut viderent finem, & quod demum vitæ genus ſuſceptura illa eſſet, nihilque minus ſuſpicantes quã quod factum dicebatur. Cum igitur intellexerunt quod Virgo Regia, Domina ſua & proxima heres Regni, reſectis formoſis ſuis capillis, velum & habitũ Religioſum aſſumpſerat; tantum inde conceperunt dolorem, ut eo mox oppidum totum impleretur. Inde fuſus ſimul cum nuntio luctus per univerſum Regnum conſternationem communem attulit magnis ac parvis, nobilibus & ignobilibus, ægerrime ferentibus jacturam talis Principis, in qua habebant ſpem totam collocatam oculoſque defixos, eo quod frater Princeps careret filiis. Nec mora, ex præcipuis Regni civitatibus oppidiſque concurſus illico factus eſt Averium, perſonarum undequaque præcipuarum: quæ cum tabellionibus ſuis circum monaſterium fuſæ, magnis & minacibus vocibus appellabant ſanctam Matrem Beatricem; frementesque & jurgantes, abſque ulla reverentia, expoſtulabant de eo quod fecerat. Interrogabant autem quomodo verita non eſſet manus mittere in caput Dominæ ſuæ, eique ponere Habitum monaſticum, quæ erat jurata totius Regni Princeps: quin & minabantur ignem injicere domui. Ad quæ omnia Mater Prioriſſa, plena gratia & conſilio, manſuete prudenterque reſpondit; adducerent Procuratores ſuos, publica auctoritate inſtructos, coram quibus ex parte monaſterii ſtatim conficerentur & ſcriberentur inſtrumenta, jurejurando firmata, quibus caveretur circa prædictam Principem; quod quandocumque illa foret neceſſaria

58 *Vulgata de habitu ſuſcepto fama,*

*turbatur totum Regnum.*

*& ſub conditione agre pacatur:*

A. MARG. PINERIA EX MS. LVS. Regno, libere & nemine contradicente poſſent eam inde educere, ac matrimonio tradere, ad habendos ex ea heredes qui regnum gubernarent.

59 Ita illi, non quidem placati, ſed tamen convicti redierunt: Domina autem ipſa, in ſuo propoſito conſtantiſſima, magis obfirmavit animum contra quæcumque futura prælia. Interim D. Philippa, quæ (ſicut ſupra dictum eſt) contiguas monaſterio ædes inhabitabat, unde facilius viſere neptem poſſet; muliebri indignatione mota, per dies aliquot ſeſe concluſit, neque poſthac illam videre aut alloqui voluit: poſt menſes vero non multos receſſit ad Odivelenſe monaſterium unde venerat, triſtis ac mœrens; egitque cum Abbatiſſa, ut Monacham quoque illam ſtatim revocaret, quæ Averii cum Infanta erat: itáq; dimiſerunt ſolã Chriſti ſponſam, ne hilum quidem dimotã à propoſito, nec dimovendã quidquid agerent.

*Mater tenera ſpreta diſcedit Averio:*

60 At vero Princeps frater, ad ejuſmodi nuntium quaſi leo rugiens, vehementer ſe commovit: aſſumptiſque lugubribus *a*, Regem patrem adiit expoſtulabundus; dixitque, Celſitudinẽ ſuam numquam conſentire debuiſſe in ejuſmodi factum: quod niſi irritum faceret, ipſum ſe iturum ajebat, detracturumq; Sorori veſtes, quas citra aſſenſum ſuum ſumpſerat. Non ideo permiſiſſe ſe, ut illa ad oppidum iſtud & monaſterium duceretur, ſed ut ibidem, pro ſolatio ſuo majori, viveret quantum vellet recollecta, donec veniſſet tempus eam nuptui dandi, prout conveniebat. Neque mora, venit ipſe continuo Averium, ſecum trahens illuſtriores aliquot Proceres & Epiſcopos, interque eos Epiſcopum Eborenſem, D. Garciam Meneſium, filium Illuſtriſſimi Comitis D. Eduardi: qui Epiſcopus ſupra omnes durus atque ſeverus fuit *b* contra D. Infantam, ne permitteretur religioſum Habitum geſtare. Sic comitatus Princeps, monaſteriumque ingreſſus, cœpit perquam itacunde expoſtulare cum Matre Prioriſſa, de eo quod fecerat ſorori ſuæ, quodque nec pater nec ipſe unquam eſſent toleraturi: addens alia multa, præter rationem & decentiam, quæ longum eſſet narrare aut ſcribere. Quibus devota Mater paucis atque humiliter reſpondit: Se omnesque iſtius domus Religioſas obſequi & parere Infantæ, tamquam Dominæ ſuæ, ſicut revera erat: itáque fatebatur eidem ſe dediſſe Habitum; ſimilique ratione facturas quidquid illa deinceps imperaret.

a *eodem accedit indignatus Princeps,*

B

b *cum Epiſcopo Eborenſi:*

61 Hinc illi ingreſſo ubi Soror erat, proceſſit ipſa obviam in habitu ac velo ſuo, vultuque hilari Principem ſalutavit. Qui eam ſic immutatam intuens, non potuit continere lacrymas, cœpitque humaniter & amanter queri, de injuria facta Regi patri regnoque univerſo; dicens, nequaquam rationabile videri quod ab ea deſereretur; quando neque fratres alios, neque filios habebat, forte nec habiturus erat, qui ſibi poſſent ſuccedere: quapropter dimitteret ejuſmodi cœpta, in quæ nec pater ſuus nec ipſe unquam eſſent præſtituri conſenſũ, quibusque univerſum Regnum ſe eſſet oppoſiturum. Audiebat attente loquentem Infanta atque tacebat: cum vero Princeps finem loquendi fecit, tono modeſto, ſed animo imperterrito reſpondit, ſe ab eo, quod ſemel per gratiam Dei cœperat, numquã deceſſuram. Quod autem, inquiebat, Celſitudo ſua dicit, ſperandum non eſſe quod conſenſuri in id ſitis, fruſtra nunc dicitur: quando enim petii ad hoc monaſteriũ venire, ſatis indicavi & vos potuiſtis intelligere, qua intentione & quem in finem id peterem. Hæc & ſimilia cum pleno fortitudinis ſpiritu dixiſſet Infanta; nihilo pacatior Princeps, advocari prædictum Epiſcopum Eborenſem juſſit; cui in conclave ſeducto expoſuit reſponſum Infantæ. Ille vero admodum contriſtatus, animũ tamen ſumpſit, ipſamq; longe etiam valentius eſt aggreſſus, ut dimitteret habitũ. Interim rediit Princeps, ſororemque per manus ſumptam duxit in viridarium, ſequente Matre Prioriſſa cum aliis quatuor Religioſis.

C *& ſororem fruſtra nititur abducere à conſilio,*

D

62 Alia vice iterum redivit ad eamdem, idem ſuaſurus: & prædictus Epiſcopus, durius etiam quam antea eſt locutus, quaſi ex parte Regis: eoque proceſſit contentio, ut minarentur, quod violenter ei eſſent detracturi veſtes ſuas. Verum generoſa Regis æterni Sponſa, quæ domum ſuam ædificaverat ſupra firmã petram Chriſtum Jeſum, patientiſſime omnia audivit ac pertulit, nihil iſtis mota: quod cum illi viderent, nihilque proficerent aliis deinde vicibus, quibus iterum ſuper eodem negotio venerunt; multum querulus & iratus Princeps receſſit, dimittens unicam ſororẽ ſuam, non parum afflictam; quod metueret, ne hoc initium foret futurarum poſthac turbarum, quibus impediretur ad finem deſideratum pervenire. Spem tamen perſeverandi magnam habebat in Deo, nihilominus proſpiciens, & quantum poterat amolire ſatagens incommoda, Regno & ſibi obventura, præſertim ſi contingeret Principem absque liberis mori.

*uti & Epiſcopus.*

E

63 Quia autem Deus conſuevit tribulationibus variis exercere quos diligit, cœpit hanc ſuam dilectam filiam primum viſitare per dolores corporales, perquam ſubitos & graves, nec non per prolixas infirmitates, adeo ut aliquando ad extremas reduceretur anguſtias. Quantumcumq; tamen iiſdem premeretur, non conturbabatur ſpiritus ejus, ſed in Dei laudibus conſtanter perſeverabat. Cum autem proceſſu temporis valetudo ejus retro laberetur, adhibiti ſunt medici perquam experti: qui cuncta ſcrutati, judicarunt hepar & renes ei valde corruptos veluti computruiſſe, ac conſequenter totum ſanguinem; eo quod in cubitu veſtituque non niſi laneis uteretur, ſolisque piſcibus veſceretur jejunans: proinde cenſuerunt futurum omnino ut leproſa fieret (ſi tamen id jam non erat) adeo multis apoſtematis aliiſque graviſſimis accidentibus opplebatur. Placuit quidem Divinæ miſericordiæ, ut mediantibus multorum precibus & diligenti ſtudio medicorum, ſublevarentur dolores tam magni; multum tamen debilitata remaneret, proſtratis omnino viribus, licet nihil debilitata animo ac deſiderio ſerviendi Sponſo ſuo dilecto; quin etiam quanto exercebatur durius, tanto magis ſe cupiebat ſuperimpendere, juxta illud Apoſtoli, Cum infirmor tunc potens ſum.

*Gravibus afflicta morbis,*

F

64 Tranſacto inter hæc anno ex quo habitum religioſum ſumpſerat, Deusque illam cœperat (ut dictum eſt) viſitare; videns D. Infanta, ut erat in omnibus provida, adeo afflictam valetudinem ſuam, ut ſpes nulla eſſet eam reſtituendi in ſtatum priſtinum, quidquid vel medici vel etiam ſuperiores agerent; quod etiam Rex pater ac frater ſuus Princeps numquam eſſent permiſſuri, ut ultra mutationem habitus res ſua procederet; in conſilium adhibuit varios magnæ virtutis, ſcientiæ & experientiæ viros, ac Patres graves, per multos dies cum iiſdem deliberans, de eo quod faciendum ſibi erat; imprimis autem cum P. Fr. Antonio à S. Maria, hujus Ordinis Provinciali per omnia monaſteria Regnorum Caſtellæ & Luſitaniæ; de quo optimo ſene teſtes fide digni affirmant, puritatem incontaminatam coluiſſe ab ipſa pueritia, nec pauca Deum mediante illo operatum miracula; ipſiſque Regibus tanta in veneratione fuiſſe, ut eum ſibi vellent Confeſſarium habere, vultu autem & moribus Angelicis potius quam humanis enituiſſe.

*dubitat an ſit Profeſſioni faciendæ idonea.*

*Provincialem Ordinis ad conſilia vocat;*

65 Cum tali, inquam, viro ſumptura conſilium D. Infanta, accerſiri eum fecit, & cum eo per dies plures de ſecretis negotiis ſuis egit, exquirens in omnibus quid faciendum ſibi eſſet; in eo maxime quod jam conſtituerat circa ipſam Rex pater ejus, ex variis multiſque

*& difficultate propoſita,*

A multiſque cauſis, hic non neceſſario referendis; ſed imprimis propter diſpoſitionem peſſimam corporis ejus & graves infirmitates, quibus Dominus Deus viſitabat hanc veram famulam ac ſponſam ſuam: cum quibus ipſamet etiam (ut erat diſcreta arctæq; conſcientiæ) ſe agnoſcebat, neque vires corporis neque diſpoſitionem idoneam habere, ad ſequendum integre ordinem, quemadmodum ſpiritus ſuus totus promptus deſiderabat: quia videbat carnem ſuam infirmam & debilem, quod ei magno ſane erat dolori. Itaque à prædicto Patre Provinciali Fr. Antonio, aliiſque ſimiliter conſultis Patribus, ad hoc ſpecialiter directis per Regem ac Principem, unanimi ſententia decretum fuit, quod Domina noſtra non deberet fieri Sanctimonialis, neque admitti ad Profeſſionem; etiã ſua ipſiuſmet cauſa, cui magnę afflictioni foret, non poſſe id adimplere, quod Profeſſione faciendâ promitteret. Iniretur ergo via quædam media, ſic ut ipſa remaneret in monaſterio, non tamen ſuſciperet obligationem majorem quam cui poſſet facere ſatis; itáque in eodem, ut cœperat, totam ſe traderet ejus ſervitio, quem ex intimo corde diligebat. Prius etiam quam adeſſet dies, quo prædicta Domina finitura erat probationis annum, locuta eſt cum ſancta Matre Prioriſſa Beatrice de Leitoa, quicum ipſa omnia ſua negotia tractabat: & hæc etiã, pro ſua ſingulari prudentia, definivit, quod Domina non deberet facere votorum Profeſſionem ſolennem, tam quia manifeſte conſtabat de mala ipſius valetudine, per quam impoſſibile ei foret ſequi ordinem abſque evidenti periculo vitæ, uti jam experta erat; tum etiam propter alios reſpectus & negotia regnorum Luſitaniæ atque Caſtellæ, quæ jam incipiebant ſpectare *c* arma.

*decernit manere ut erat in Habitu citra Profeſſionem:*

B

C

66 Hac deliberatione ſuſcepta, ad horas aliquot in ſuum ſe oratorium concluſit Infanta, orationi inſiſtens: deinde coram advocata ad id Matre Prioriſſa, magno cum dolore multisque lacrymis exuit Habitum, proteſtata ſe non eſſe Religioſam, nec obligatam ad Ordinis diſciplinam tenendam; utpote multimodis prohibitam opere adimplere quod cœperat: addens nihilominus propoſitum ſibi eſſe, numquam, niſi in caſu neceſſitatis inexcuſabilis, deſerere conventum atque clauſuram, & iſtam tam ſibi caram ſocietatem Sororum, in quibus ſuam deinceps omnẽ conſolationem tam animi quam corporis repoſitam eſſet habitura. His dictis ipſas, quas manibus tenebat, veſtes reverenter oſculata, depoſuit ſuper altare oratorii ſui, ubi Miſſam audire ſolebat: ſeque palliolo ſuo totam involvens, ac veluti verecundans, quod ſe privatam videret tam caro pretioſoque ornatu, egreſſa de oratorio eſt; itáque per horas aliquot, ſolo mantello operta, remanſit ſine Habitu. Poſtmodum vero iterum regreſſa, Habitumque depoſitum devote reſumens, eumdem induit: manſitque ibidem conſuetis ſuis orationibus meditationibuſque intenta, ac denique egreſſa rurſum eſt, ſpirituali conſolatione repleta.

*Itaque proteſtata ſe non eſſe Religioſam,*

*deponit & reſumit habitum,*

67 Exhinc vero prædicta Domina, licet in conſcientia non obligaretur præſtare obedientiam Superioribus monaſterii, tamen uſque ad finem ſanctiſſimæ vitæ ſuæ adeo prompta fuit ad omnem eorum nutum, tamque exacte ſervavit cunctas tam Ordinis quam Domus conſtitutiones obligationeſq; ac ſi reipſa Profeſſioni religioſæ eſſet illigata. Nihil etiam in victus veſtituſve vilitate mutavit: ſed eamdem vitæ normam, quam ſemel ſuſceperat, in rebus ſpiritualibus, corporalibus, & temporalibus, ad extremum uſq; ſpiritum conſervavit; non obſtantibus tot ſuis infirmitatibus, tribulationibus, ac rerum externarum alterationibus, quibus circumſeptam ſe inveniebat; tamquam veriſſima ſponſa illius Domini, cujus omnis vita nihil aliud quam crux perpetua fuit. Proficiebat autem ſic perſeverando in omni virtute, tam erga Deum quam erga proximum, tanto cum zelo & fervore ad Domini obſequium ſalutemque animarum procurandam, ut verbis nequeat explicari, neque credi quantopere deſideraret juvare omnes: quod quidem deſiderium ipſo etiam demonſtrabat opere, quoties & ubicumque id ei poſſibile fuit.

*nihil in victu veſtituve mutans.*

A. MARG. PINERIA EX MS. LVS.

## ANNOTATA.

a *Correa, barba capilloque promiſſis atque impexis, veniſſe Principem ait.*

b *Idem divino judicio imputat, quod præfatus Epiſcopus, ſubſecuto deinde tempore, contra eumdem Principem conſpirans cum Duce Viſeenſi, vitam in ciſterna quadam carceris infamis finierit, pro eo quod è clauſtro abſtrahere Chriſti ſponſam tentaverit.*

c *Imo in apertum cruentumque bellum jam diſcordia proruperant, licet necdum plenis caſtris pugnatum eſſet. Hæc enim conſultatio ſupponitur habita ante 25 Ianuarii 1476, quando novitiatus ſui annum expletura* Joanna *erat; pugna autem ad Taurum oppidum, quo victus Luſitanus eſt, commiſſa primum fuit Kal. Martii. Cauſa belli inter conſobrinos duos* (Alfonſum *ſcilicet Luſitanum, Eleonoræ Arragoniæ filium; & Ferdinandum, ex illius fratre Ioanne Arragoniæ Rege progenitum, ac patris in regno ſucceſſorem*) *talis erat. Obierat anno* 1474 Henricus IV, *Caſtellæ ac Legionis Rex, relinquens ſororem* Iſabellam, *cum jure ſucceſſionis; niſi quod* Joanna *Luſitana*, Alfonſi *ſoror*, Henrico *nupta, nota incontinentiæ mulier, filiam genuerat item* Joannam: *quæ cum legitime eſſe ex* Henrico *genita prætenderetur, diviſum in factiones eſt regnum; aliis pro* Ferdinando & Iſabella, *aliis pro* Joanna *ſtantibus; cui ut fautores ſui propugnatorem invenirent potentem, avunculum ejus* Alfonſum *advocarunt, pridem viduum; permoveruntque, ut deſponſata ſibi in uxorem nepte, ampliſſima iſtas regna vendicata ſibi vellet, Luſitaniam filio ſuo relicturus. Sed dum Pontificia diſpenſatio expectatur, virgo manſit* Joanna; *parumque valentibus Francorum pro* Alfonſo *ſuppetiis, coactus is fuit pacem tali conditione cum adverſario componere, ut* Iſabellæ *paterna manerent regna,* Joannæ *daretur optio, velletne Ioanni Luſitaniæ Infanti nubere, aut monaſterium ingredi. Hæc vero, prudenter conſiderans, nova hæc ſponſalia nonniſi perpetui belli ſeminarium futura, maluit S. Claræ inſtitutum amplecti, in Scalabenſi prope Oliſipponem cœnobio, ſpreto quam petito Regno illuſtrior futura.*

D

E

F

## CAPUT VIII.

### *Geminum matrimonium Ioannæ propoſitum, Principum procorum morte diſturbatum.*

68 GRavia & vehementia fuerunt certamina huic Dominæ ſuſtinenda, ex parte tam Regis patris quam Principis fratris ſui qui poſtea regnavit, inſtantiũ ut tandẽ acquieſceret deſponſari viro, eo quod ex variis regionibus mitterentur ſolennes legationes Regum ac Principum, ejus connubiũ expoſcentium: quorum aliqui promiſſis etiam minas jungebant, renuntiandi amicitiæ Luſitanicæ bellumque movendi, ſi poſtulata rejicerẽtur. Inter hos quoque Rex Romanorum fuit, filius *a* Imperatoris, præ ceteris fortius inſtans, & deſideratum matrimonium utraque via ſolicitans; in cujus tamen votum conſtantiſſima Domina numquam potuit inclinari; uti nec erga Illuſtriſſimum Regem Franciæ, pro quo ipſa etiam fuit vehementiſſime ſolicitata, verbisque acerbiſſimis à Rege fratre oppugnata. Senſit autem hanc ejus importunitatem tanto gravius Infanta, quanto ille abſolutius denuntiabat, quod non permit-

*Inter varios procos Ioannæ,*

a *R. Franciæ importunius obtruditur.*

A.MARG. PINPRIA EX SM.LVS.

mitteret illam diutius manere in iſto monaſterio, neque Monacham ullam videre vel alloqui: quin etiam exprobrando addebat, quod ſoror ſua exiſtens, tamen quaſi proditrix tam ſibi erat contraria, neque eum volebat juvare ad quietem Regni pacemque conſervandam, quam Rex ille tentabat violare, dum ipſi unus dumtaxat filiolus erat; pax autem poſſet conſervari, ſi ſe pateretur inde educi ad juſtas nuptias cum Rege prædicto, qui eam tantopere deſiderabat.

*ſed cito mortuus nuptiatur.*

69 Hæc inter aliaque plurium dierum gravamina, numquam victa bellatrix noſtra, ad conſuetũ orationis perfugiũ ſeſe recipiebat: cui dum aliquando cum magna in Deo fiducia incumberet, divinitus impelli ſe ſenſit, ut Regi fratri renuntiari juberet, in animum tandem induxiſſe ſe, ſiquidem Deo placitum foret, ipſeque Rex pro quo poſtulabatur adhuc eſſet in vivis, eidem matrimonio conſentire. O magnam Dei potentiam! ô amorem & gratiam ſingularem! ſemper quidem Dominæ huic cælitus exhibitam, ſed ſpecialius in præſenti caſu! Poſt octo enim dies quam ſic reſponderat, adfuit feſtinus nuntius, affirmans
b mortem prædicti Regis. *b*

B 70 Simile quid cum Angliæ Rege evenit. Jam longo tempore terrà marique cruentum ſatis bellum inc ter Luſitanos & Anglos *c* fuerat: mortuo autem horum Rege qui ipſum ſuſcitaverat, ſuccedens alius,
d ex eadem qua Reges Luſitaniæ linea deductus *d*, &

*Ejuſdem nuptias ambiente R. Anglo,*

cognoſcens eximiam Principis iſtius famam, ad fratrem ejus Regem Joannem, cujus conſanguineum ſe eſſe permagni faciebat, direxit legationem; pacem amicitiamq; componendam offerens per ſororis nuptias, multaque alia promiſſa adjungens. His ille auditis nihil dubitavit, quin ea res perquam utilis Regno ſuo, aut etiam neceſſaria foret. Miſit igitur mandavitque ſorori, veniret continuo Alcobatiam, ubi ipſe & materteraD. Philippa expectabant: rem enim maximi momenti tractari, pro ſuo ac Regni totius commodo.

71 Obedivit Joanna haud difficulter, eo quod propter peſtem *e* quæ oppidum Averienſe corripuerat de
e mandato ejuſdem Regis jam in Portuenſis civitatis *f*
f monaſterium ſe tranſtulerat, pro ſolatio ſuo habens

*venit illa Alcobatiam*

ſecum duas ex præcipuis Averienſis monaſterii Matribus, magna nobilitate & virtute conſpicuas, pro ea quam ad id à Romano Pontifice habebat ſpeciali poteſtate, inter alias gratias ſibi ab eo conceſſas. Et
C litteræ quidẽ continebant, quod eligere poſſet duas ex Ordine, quæ ſecum continuo eſſent extra clauſurã, ad miniſtrandũ ſibi, quemadmodum tantæ Dominæ conveniebat: ipſa vero humilis Chriſti pediſſequa, ſolum accepit iſtas duas, videlicet D. Catharinã & D. Claram, ambas de Silva, quarum multam diſcretionem prudentiamq; experta fuerat ſæpius; ut eiſdem conſiliatribus & adjutricibus uteretur adverſus impu-

*cum religioſo comitatu,*

gnationes, quas ipſi indies majores atq; majores ſuſcitabat mundus. Ad ſuum autem ſervitiũ elegit duas
g ſuas puellas *g* Albas, quas in ſua camera ab infantia educaverat, quarum uni ſupra fontem baptiſmalem Paulæ, alteri Auguſtinæ nomen poni juſſerat, pro magna qua erga utrumq; Sanctum tenebatur devotione; item Nigram unam, qua utebatur ad coquinã, ne Sororibus in monaſterio crearet moleſtiam.

*cui Averii aſſue verat,*

72 Hæ ſcilicet tres conſueverant ei miniſtrare, in menſa & camera, veſtitu atq; culina, quando infirma erat, nec venire poterat ad commune refectorium; in coque obſequio adſtiterunt ipſi uſq; ad finem vitæ, quamvis Sorores promptas ſemper haberet ad quodcumq; congruum miniſteriũ, gratioſe ac diligenter exhibendum, de mandato Matris Prioriſſæ Mariæ de Atayde, ejus quæ fuerat filia ſanctiſſimæ Matris ac fundatricis noſtræ Beatricis Leitoæ. Ipſa vero Matrẽ Prioriſſam prænominatam maximo proſequebatur amore & veneratione, non ſolum quia prognata erat D
ex parentibus ſibi quondam familiaribus, ſed etiam propter raras ejus virtutes, nec non reſpectu officii quod geſſerat antea, ejus in novitiatu Magiſtra & *b* h
tunc Prioriſſa, ita ut absq; illius licentia vix paſſum unun. procedere præſumeret.

73 Sic comitata Domina *i* Alcobatiam proceſſit, i
ex mandato (ſicut jam dictum eſt) Regis fratris, cui *Ibi à Rege fratre.*
reverenter obediebat, quique ipſam illic cum matertera D. Philippa præſtolabatur, interim dum Oratores Regis Angliæ reſponſum operiebantur Oliſippone. Procedebat autem ſemper Infanta intra lecticam, coopertam panno coloris cærulei ſubobſcuri; & ſimiliter duæ Matres ſociæ in aliis duabus lecticis: in quibus etiam ſe continebant, quando veniebatur ad hoſpitia, ſic ut à nemine poſſent conſpici. Præterea ex mandato Regis, tam ſocietatis quã cuſtodiæ cauſa, comitabatur Dominam hoc in itinere Epiſcopus unus, ſive Conimbricenſis ſive Portuenſis, cùm modico ſed bene inſtructo ornatoque comitatu, quemadmodum ejus ſtatui congruebat. Nutrix quoq; ſua & Veſtiarii Præfecta, matronæ viduæ & grandævæ,
pro eo quo Dominã complectebantur affectu, num- E
quam recedebant ab ejus latere. Proinde, æque ac ſi fuiſſet in cubiculo ſuo & monaſterio clauſa, obſervabatur & cuſtodiebatur noctu diuque etiam in hoc itinere, in omnibus quæcumque uſus poſceret. Mox vero atque acceſſit Alcobatiam, recepit ſe intra aſſignatam ſibi cameram, quo introibat nemo præter Regem & D. Philippam ejus materteram.

74 Rex autem continuo indicavit Sorori cauſam, propter quã illuc ipſam advocaverat; quam poterat *publici boni prætextu rogata nubere,*
efficaciſſimis verbis obteſtans & orans, ut ne recuſaret matrimonium, adeo neceſſarium, & ex quo tanta utilitas utriusq; Regni proceſſura foret, ad Dei gloriam; addens etiã alias plurimas rationes, quibus ſperabat flecti poſſe generoſum ac firmum in propoſito animum invictæ Chriſti ſponſæ. Hæſit ad hujuſmodi propoſitionem attonita Domina, utpote cui de legatione ejusque cauſa nihil eatenus innotuerat: cumque multa eſſent utrimque dicta, abiit tandem Rex, & remanſit cum ſola nepte D. Philippa, multis modis urgens, ut in conditionem tam honeſtam atque utilem conſentiret. Verum fruſtra omnia: quia pulſabantur aures ſurdæ ad talia. Denique cum jam veſper incubuiſſet & matertera receſſiſſet, reducta
in ſuum ſecretum conclave D. Infanta, multum an- F
xia & ſpiritu contribulata, propter vehementes inſultus, quos cœperat denuo ſuſtinere nuptiarum contrahendarum gratia; ſumpſit continuo calamum, ſcribens, Matri Prioriſſæ prænominatæ Mariæ de Atayde ceterisque Matribus ac Sororibus, enixeque obſecrans ut ſibi in hiſce anguſtiis conſtitutæ porrigerent auxiliaria precum ſuarum ſuffragia, quibus maxime indigebat, extra monaſterium deprehenſa.

75 Poſtera die regreſſus Rex cœpit iterum rogare *nec rationibus ejus,*
Sororem, multo etiam quam ante inſtantius, proponens ei, quod nullos habebat fratres aut filios, præter unicum, eumque adhuc parvulum, absq; ulteriori ſpe liberorum procreandorũ, eo quod Regina per quamdam infirmitatem ſterilis facta eſſet. Orabat igitur, ne vitam ſuam, pluribus jam proditionibus impetitam, contemneret atque tantis periculis expoſitam relinqueret; multumque in hujuſmodi ſuaſionibus, quas minutim recitare longum foret, abſumpſit temporis. Videns autem nullis omnino rationibus flecti Infantam, cœpit indignari ac voce furibunda comminari, quod Habitum ei eſſet detracturus per *nec minus flectitur*
vim, juſſuruſq; auferri eam ac tradi ſponſo; quin & improperans dicebat, non minus ipſam adverſari ſibi quam quos patiebatur proditores. Eâdem cum indignatione converſus ad duas Religioſas, quæ D. Infantam

A tam fuerant ex monaſterio ſecutæ, mandavit reverterentur unde venerant: iiſque imputans quod Sororem non haberet ſuæ voluntati obſequentem, vetuit amplius pedem inferre in cubiculum ubi illa eſſet, ipſam ve alloqui.

*atque ad orationem recurrens,*

76 Affligebant hæc ſupra quam dici poteſt manſuetiſſimam Agni cæleſtis ſponſam: quæ in ſuum reducta conclave, orationibus, jejuniis atque flagellis emaciabat ſemetipſam coram Deo, à quo ſolo victoriam expectabat in hoc tam atroci conflictu: & quamvis omni humano deſtituta ſolatio atque auxilio, remotis prædictis Matribus, amicis ac ſociabus, quæ unicum ſuum gaudium erant; ſola tamen cum ſolo ſuo Sponſo agens, firmam in eo ſervabat fiduciam, quod is, cujus amore elegerat corpus incontaminatum ſervare, ipſam non deſtitueret ope ſua. Transactis in hunc modum diebus aliquot, quibus eam nunc Rex, nunc matertera oppugnabant; inſuperabilis virgo ac generoſa bellatrix, imo plus quam Martyr, quanto vehementius ſeſe impeti ſentiebat, tanto fortius conjungebatur Deo, impenſiuſque ab eodem roborabatur.

B 77 Cumque is nollet diutius fidelem ſuam famulam eo nomine affligi, quod ſibi decreverat uni ſervire, ipſaque in oratione proſtrata multas funderet lacrymas; ſubito eamdem levi ſomno conſopitam velut extra ſe rapuit: quæ vidit coram ſe poſitum, formoſum ſplendidumq; adoleſcentem, atque hilari facie dicentem audivit: Ne timeas neque contriſteris: ſed certa eſto, mortuum eſſe etiam iſtum. Ad hæc verba expergiſcens diſcreta illa Domina, ſenſit cordi ſuo infundi prægrandem inſolitamque lætitiã: unde nihil ambigens quin ea ad ſe eſſent directa cælitus, iisque fidem indubiam habens, dedit laudem Deo, totamque iſtam noctem gratiis eidem agendis impendit. Adfuit rurſum die poſtero Rex, multum commotus animo, quod ipſa, jurata Regni Princeps, tot jam diebus differret ſuis obedire mandatis, neque ſe ſineret abduci à ſua mente tot tantique momenti rationibus, quas ipſe ejusque matertera congeſſerant, ad illi ſuadendum, quod publicæ ſaluti tantopere conducere opinabantur.

*quam Regi indicat.*

78 Talia cum iterum iterumque repeteret, prædicta Domina, fiduciæ divinæ plena, humiliter reſpondit: Domine, conſtat mihi, eum pro quo tantopere ſatagis non ſupereſſe amplius in vivis, ſed ab hoc ad alium mundum tranſiviſſe; quapropter hanc mihi C gratiam præſtes, ut ſi in hoc veracem me experiaris, quemadmodum etiam alias expertus es, nec in hoc caſu credas velle decipere, deſinas mihi eſſe moleſtus, atque in vanum laborare. Stetit ad verba, prolata tam fidenter & velut ex certa ſcientia, attonitus Rex; nec ultra quid addidit, ſed receſſit cogitabundus in hoſpitium ſuum. Poſt dies autem ſex appulit nuntius à legatis, ſignificans adveniſſe navim ex Anglia, quæ inde ante quindecim dies diſceſſerat, cum jam biduum tranſiiſſet â ſepultura Regis. Quibus auditis impletus eſt Rex partim triſtitia, propter conſanguinei Regis mortem; partim admiratione, quod eam Soror ſua tam certo affirmaſſet, quando adhuc nemo in regno Luſitaniæ ſcire ipſam poterat. Tum vero mentem ſibi prorſus immutatam ſentiens, credidit, ut erat prudens atque Catholicus, magno Dei omnipotentis myſterio imputandum caſum. Poſtquam autem triduum recluſus egiſſet ſuper mortuo, progreſſus ad viſitandam Infantam, & ab ea, quaſi omnium præteritorum oblita, diſſimulanteque moleſtias quas ipſe & matertera ſua eidem creaverant, comiter amanterque exceptus, aliis in ſermonibus fraternæque dilectionis teſtimoniis, horam non modicam tranſegit.

*divinitus intelligit proci mortẽ.*

*Eâdem certis nuntiis confirmatâ,*

*Rex mentẽ mutat,*

79 Tum vero eumdem D. Infanta oravit, ut ne ſibi amplius mentionem matrimonii alicujus cum homine quocumque mortali faceret, toties jam expertus, firmiter animo fixum decretumque id ſtare, quamvis nuptiæ cum aliquo offerrentur qui eſſet totius mundi Imperator. Ceterum certo ſciret Majeſtas ſua, quod quicumque Reges Principesque mediis tam violentis importunisque conarentur ipſam ſibi aſſociare, eos Deus cito eſſet ſublaturus è vivis; aut ſaltem ipſimet vitam finiret, id quod maxime cupiebat, deſiderio æſtuans abeundi ad eum Regem, qui ſine fine vivit & regnat. Rex autẽ frater benigne reſpondit, promiſitque, quod numquã, niſi extrema neceſſitate coactus, tale quid tentaret: faceret ipſa quod ſibi coram Deo melius videretur, itáque eidem vale fecit magna cum humanitate. Et ille quidem ſtatim Oliſipponem revertit, dimiſſurus legatos Anglos: Infanta vero regreſſa eſt ad hoc Averienſe Jeſu monaſterium, ubi omnis ejus requies erat, receptaque fuit cum maximo gaudio à Matre Prioriſſa totoq; Conventu. Reduxit autẽ ſecum duas illas religioſiſſimas Matres, quas habuerat viæ comites, ſemperque habebat ſecum, tam intra monaſterium quã duabus vicibus, quibus eo coacta fuit egredi, partim ex mandato Regis, partim ad preces Prioriſſæ & Prælatorum ſui Ordinis, cupientium parcitũ E ejus vitæ, quæ tantum in commune prodeſſe univerſis poterat, donec de ea Deus diſponeret aliter.

*A. MARG. PINERIA EX MS. LVS.*

*& sororem remittit Averium.*

## ANNOTATA.

a Maximilianus *natus anno* 1459, *adeoque ſeptem annis junior quam* Joanna, *primam uxorem Mariam, Caroli Burgundi filiam & heredem duxit anno* 1478, *anno autem* 1486 *coronatus fuit Romanorum Rex; adeoque per prolepſim ita hic appellatur. Poſſumus autem credere, matrimonium* Joannæ *ab eo petitum fuiſſe, antequam habitum religioſum illa ſuſciperet an.* 1475.

b *Ipſum* Ludovicum XI, *non ejus filium* Carolum VIII, *hic debere intelligi, jam ſupra in Comm. prævio probatum eſt: ille autem obiit an.* 1483, 3 *Auguſti.*

c *Defectu ſcriptorum coævorum nihil de hiſce inter Anglos & Luſitanos bellis ſcitur, ſed facile eſt divinare, quod ea exarſerint occaſione* Henrici VI, *cum principe filio extincti ab* Eduardo V; *hinc enim naſcebatur jus Luſitanis Regibus, Ducatus Lancaſtriæ titulum ſibi vendicandi, imo & ipſum regnum Angliæ, tamquam ſanguine propinquioribus quam* Eduardus *erat, quatuor gradibus diſtans ab* Eduardo IV; *cum* Joannes *Luſitanus aviam habuiſſet Philippam ſororem* Henrici IV *Angliæ Regis, &* Eduardi IV *neptem, filiam Blancæ Lancaſtriæ.*

d *Iam diximus hunc fuiſſe* Richardum III, *prædicti Eduardi fratrem, qui licet Lancaſtrii non fuerint, ad Regiã tamen ſtirpem (ut jam dixi) pertinebant, à qua* Henricus VII *Ricomontenſis Comes, contra Richardum vocatus ad regnum capeſcendum, omnino erat extraneus; niſi quod aviam haberet Catharinam Francicam, Henrico V primis nuptiis junctam; adeoque haberet patrem, uterinum fratrem Henrici VI, ab Eduardo occiſi; ac denique quod pugnare videretur, non ſibi, ſed Eduardi defuncti unicæ poſt mortem filiorum hæredi Eliſabethæ, quam & uxorem accepit, præmium victoriæ relatæ de Richardo invaſore, & perfido pupillorum nepotum ſibi commiſſorum extinctore.* F

e *Peſtem hanc Vaſconcellus refert ad annum* 1479, *quando Infantam comitata Prioriſſa Beatrix, Abrantii in Tranſtagana provincia obiit anno* 1480: *ſed alteram anni* 1485 *indicari, probat obitus Richardi, ad hunc annum certo pertinens: neque neceſſe eſt ab hac diverſam dicere illam, cujus cauſa Conimbrica exſtiterat, quando inde rediens venenum hauſit, quod denique ei mortem attulit. Recte enim Correa rem ita concipit, ut à Portuenſi urbe, quo ſe receperat* Joanna *evocata Alcobatiam, cum interim peſtilentia nihil remitteret Averii, vetita fuerit eo immediate regredi; ſed Conimbricæ coacta ſubſiſtere, quoad illa ceſſaſſet.*

A. MARG. PINERIA EX MS. LVS.

f *Rodericus d' Acunia. in libro quem de ſuis deceſſoribus Epiſcopis Portuenſibus edidit, parte 2 cap. 19 agit de monaſterio Dominicanarum Virginum, ſub an. 1383 ea in urbe fundato, & vulgo dicto* Corpus Domini.

g *Sic nempe advecta ex Africa mancipia diſtinguebantur a colore, qui Maurus fere* albus, *Guineenſibus & Æthiopibus* niger *eſt.*

h *Hinc intelligitur jam tunc defunctam fuiſſe, non ſolum Fundatricem Averienſis monaſterii* Beatricem, *ſed ipſam etiam, quæ illi in Prioratu ſucceſſit* Eleonoram.

i Alcobatia *Ordinis Ciſtercienſis Regium monaſterium, ſub medium ſeculi* XII *fundatum ab Alfonſo I, de quo multa vide apud Franciſcum Brandanū p. 3 cap. 32 & ſeqq. & apud Iongelinum lib. 6 de Abbatiis ſui Ordinis pag. 29. Eſt autem haud procul à mari ſita, in Diœceſi Lerienſi ſub Archiepiſcopo Oliſipponenſi, & plus quam 30 leucis diſtat ab Vibe Portuenſi, unde vemendum Ioannæ erat.*

## CAPUT IX.

*Suſcepta nepotis pueri educatio; venenum Dei cauſam agenti præbitum; virtutes variæ.*

B

80 *Mortem patris Alfonſi,* PLacuerat divinæ bonitati Chriſtianiſſimi Regis Alfonſi Quinti, qui pater Dominæ Infantæ erat, labores eximios, grandibus infirmitatibus permixtos, beato fine terminare; eumque ad gloriam cæleſtem transferre per febres vehementes, quæ virum jam grandævum deduxerunt ad extrema. Quod ille ſentiens, dedit benedictionem filio ſuo, Principi atque mox Regi Joanni, duobuſque nepotibus, alteri legitimo ex D. Eleonora Regina, alteri naturali. Et hic quidem ipſo quo Rex moriturus decumbebat tempore, natus erat. Allato autem ad ſe de nato infante nuntio, cum benedictionis verba pronuntiare nulla poſſet, elevatâ manu conatus eſt ei bene precari, tamquam filio filii ſui, qui jam ab aliquot annis nullos ex uxore liberos ſuſtulerat, quod ei cauſa fuit committendi hanc culpam, in quam tamen deinceps quoad regnavit nunquam ſcitur relapſus eſſe. Obiit ſupradictus Rex Alfonſus in oppido ſuo a Cintra, (in quo & natus fuerat) ſub veſperam, die vigeſima octava Auguſti, anno Domini milleſimo quadringenteſimo octogeſimo primo, in feſto S. Auguſtini: cui ſpeciali devotione afficiebatur filia Infanta, quæ ipſum ut patrem ſuum dolore naturali ſincere luxit, non tamen cum demonſtrationibus iſtis externis, quibus tali in caſu aſſueverunt homines ſeculares, utpote quæ penitus averſabatur vanitatem omnem. Mandaverat autem, ut ſtatim atque adveniret certus nuntius paternæ mortis, ſiquidem hora eſſet ſacrificio Miſſæ idonea, Sorores, in quibus plus fiduciæ habebat, continuo curarent unam dicendam de Requiem, quo ſigno monita illa ſciret, ſe non habere amplius patrem aut dominum ſupra terram: quod ita etiam factum eſt.

a *defuncti an. 1481, 28 Aug.*

C *religioſe excipit Ioannæ,*

81 Poſtquam Rex Joannes, frater Dominæ noſtræ, intellexit natum ſibi eſſe filium nothum, quem D. Georgium appellari voluit; propter varias & magnas rationes hic minime referendas, & ad evitanda quædam incommoda, congruum, imo neceſſarium judicavit, clam accerſere Patrem quemdam grandævum, tunc Ordinis Prædicatorii Provincialem, patriſque defuncti ac ſuum etiam Confeſſarium; eumque credentialibus litteris inſtructu mittere ad ſororem ſuam Infantam, obnixe rogaturum, ut hunc ſuum filium educandum ſuſciperet in monaſterio, ad quod miſſurus etiam erat peculiare reſcriptum à ſummo c Pontifice & Ordinis d Magiſtro. Præhabito enim maturo conſilio judicabatur, fore ex divino ſervitio, & citra loci ipſius notabile præjudicium, ſi in domo obedientiæ educaretur filius Regis à D. Infanta amita ſua; quam ad hoc inclinare deberet etiam reſpectus iſte, quod videretur, Deo ſic ordinante, natus puer, quem ipſa ut filium & heredem ſuum elevaret in ſpem ſucceſſionis regiæ; ſiquidem Regem legitimus forſitan heres deficeret, qui unicus dumtaxat ei erat, iſque exiguæ adhuc ætatis. Suſcepit illum Domina Princeps, ut debuit, prompta animi voluntate, menſes dumtaxat tres natum, anno milleſimo quadringenteſimo octogeſimo primo, quodam ſabbato, in feſto S. Claræ. Illatus eſt autem in hoc Jeſu Chriſti monaſterium, educandus ut proprius in ædes Dominæ Infantæ, cum ſola ſua nutrice, hujus ipſius oppidi inquilina, quæ lactaret illum. Ne porro res ea turbationis aliquid vel moleſtiæ crearet Sororibus, præſertim Rotariæ; ſupra locum ubi erat Rota monaſterii, mandavit Domina fieri duas ædiculas, unam interiorem, exteriorem alteram: intra quas etiam curavit rotulam fieri, præficiens ei unam ex duabus, quas ſecum ſemper habebat Matribus Religioſis; eaque velut Rotaria utebatur ad quaſcumque occurrentes neceſſitates. Ibidem etiam ordinavit collocandam craticulam ferream, cum ſuis ferramentis, portula atque clavi; quam clavem ipſa penes ſe geſtabat, & per dictam craticulam alloquebatur Patres Religioſos, ſeque conſpiciendam præbebat Nutrici & Cubiculariæ olim ſuæ, jam plane vetulis, & quæ numquam ab illa quoad vixit longius abierunt, ſed manebant extra monaſterii in oppido. Ne porro ipſius infantis cauſa, rerumque ad ejus ſuſtentationem pertinentium, ulla ratione inquietarentur Prioriſſa, Procuratrix, aut Sorores aliæ; viſum fuit prædictæ Dominæ, de conſilio Prælatorum aliarumque gravium perſonarum deſuper auditarum, opus eſſe œconomo aliisque miniſtris, qui deforis curarent omnia, ipſi infanti neceſſaria & congrua filio Regis, qui eum ut talem volebat haberi: nec tamen illa propterea quidquam immutavit quoad modum ſibi conſuetum vivendi.

D *ſuſcipit educandum ut propriũ*

*conſulit quieti monaſterii,*

E

*ne quidquam pueri cauſa turbetur.*

82 Prælatæ ſuæ obediebat in omnibus, & veſtes viles ac reſartas è communi accipiebat veſtiario, velut omnium minima. Ad Chorum noctu diuq; ventitabat, non ſolum feſtivis diebus, ſed etiam alii; quoties id ſua valetudo, ſemper debilis, aliaque negotia urgentiora patiebantur. In iis quæ ordinis & obedientiæ erant, conabatur ſemper ſe conformare Sororibus, cunctisq; bono exemplo prælucere ad omnem virtutem: ſed imprimis eminebat in ea caritas, humilitati juncta: quas ita habebat exercitatas & familiares, ut in omni ejus actione notarentur. Magna cum ſolicitudine viſitabat infirmas & ægras Sorores, ſumens ſibi quotidie certũ ſpatium temporis ad infirmariam adeundam, in qua jacentes conſolabatur amice & ſuaviter, non magis verbis quam operibus, quandocumque & quomodocumq; ea exigeret major minorve neceſſitas cujuſque: neque notari unquam poterat faſtidium aliquod capere vel iraſci, quantumcumq; moleſtas ſubinde pateretur aliquas. Placuit etiam Regi Joanni, Dominæ hujus fratri, de conſenſu Primatum & Conſiliariorum ſuorum, ut hoc Averienſe oppidum, in quo ipſa jugiter commorabatur, ad jus ipſius cum omnibus reditibus pertineret *e*: quod ipſa conſenſit acceptare, non pro deſiderio alicujus dominii vel proprietatis, ſed ratione infantis quem educabat, & famulorum ejus: oblatam tamen cum proprietate juriſdictionem ſuſcipere omnino recuſavit.

*magnæ virtutis exempla dat:*

F

*acceptat dominium Averienſis oppidi.*

c

83 Poſtquã vero nepotem ſuum ſic recepiſſet alendum, tamquam proprium; ipſa, quæ toties rogata fuerat nubendo providere ne Regnum deſtitueretur herede, viſa eſt ſibi in eodem habere quem daret, quando id neceſſe foret; adeoque credidit, nihil jam poſſe

*Virginitatis perpetuæ votum nuncupat:*

b *& natum fratri Regi filium,*

c Pontifice

d Ordinis

A posse obesse, quominus se ipsam offerret Deo, hostiam puram ac beneplacentem. Itaque in festo S. Catharinæ Virginis & Martyris, cui singularius afficiebatur, post sumptam cum Sororibus Communionem sacram, sicut consueverat, ad chorum se contulit; ibique ante altare persolutis solitis orationibus, cum magna devotione & lacrymis, se conjecit in terram; atque in puritate cordis & in odorem suavitatis, obtulit Deo sacrificium acceptabile, coram venerabili Sacramento, totaque cælesti hierarchia; perpetuæ & intemerabilis castitatis voto indissolubili se adstringens Regi æterno ac Domino suo, cui jam inde à primis pueritiæ annis toto cordis affectu desideraverat servire, in statu virginali. Hoc voto tam solenniter nuncupato, erexit se in genua; longoque temporis spatio perseveravit, orans, ut qui animum sibi fecerat ad inchoandum, daret etiam gratiam ad perseverandum in ejusmodi proposito, usque

f ad finem vitæ suæ. *f* Exinde perrexit hæc Dei

*studet salutis animarum,* Sponsa vitam sanctissimam ducere, plenamque humilitatis & caritatis erga Deum & proximum, virtutibus omnibus ornata & cumulata: adeo ut multis

B etiam vicibus, pro salvandis animabus, quas noverat constitutas in peccato atque periculo perditionis æternæ, crudeliter seipsam flagellaret; funderetq; tam copiosas lacrymas, ac si suas ipsa culpas planxisset; adeo ut cum Apostolo dicere posset; *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* sicut frequenter sumus expertæ nos, quæ cum ipsa versabamur & vivebamus.

84 Erat sane purissimæ conscientiæ, & minimas etiam culpas æstimans gravissimas, crebra eas expia-

*& puritati conscientiæ propriæ,* bat Confessione, quot mensibus ad Dominici corporis Communionem accedens una cum Religiosis ceteris, cum quibus omnis sua oblectatio erat; nec aliis Confessariis utens quam qui reliquis erant assignati: nec pati poterat ut absque susceptione duorum istorum Sacramentorum mensis quispiam elaberetur. Ad illa autem se præparabat diligentissime, per largas orationes diuturnumque silentium; simillique cum devotione accedebat identidem ad salutandum atque adorandum ipsum venerabile Sacramentum. Porro ne quid memoriâ elaberetur, quod displicuisse Sponso suo credebat; solebat penes se gestare sacculum ex nigra lana, in quo erat foliculum chartæ cum stylo plumbeo, eoque describebat quidquid sibi forte dicto factoque elabebatur minus sanctum, quantumvis exile; & eam chartâ, noctu reducta in suam cellulam, relegens; atque examinans

C quid unicuique puncto subesset delicti, in alteram chartam id transcribebat; ac deniq; ante proximam Confessionem cuncta in ordinem redigebat. Multis & quibuscumque poterat modis laborabat, ut quam plurimas animas adduceret in viam salutis æternæ, cujuscumq; illæ status & conditionis essent; ac præsertim personas ecclesiasticas & religiosas, si quas

*peccatisque impediendis,* cognoverat male vivere. Etenim primo quidem benignitatem blandam experiebatur, deinde perquam leveram se eis monstrabat, & quasi ab iis alienâ; quod si apparebat peccatores esse in malo obduratos, impendebat quidquid habebat potestatis ad eos impediendos, ne pergerent malo esse exemplo.

85 Quapropter, atque ex puro zelo exstirpandi peccata, præsertim Clericorum atque mulierum impudicarum, mortem denique ipsamet incurrit, secundum judicium relationemque quorumdam fide dignissimorum testium, post obitum ejus certissimo affirmantium, ipsam ei illatam à quadam persona, manifeste vivente in mortali peccato; quam plu-

*quapropter à prostitutis veneno potata,* ries dicta Domina admonuerat frustra, salutares ejus adhortationes contemnentē ac irridentem. Cū enim ejusmodi prostitutas, adhibito etiam justitiæ rigore, per vim curasset abstrahendas à locis in quibus commorabantur; intellectum haud obscuris indiciis fuit, ipsas decrevisse ei venenum prębere. Cum ergo quadam vice vehementer æstuans, sub horam sextā petiisset sibi potum dari, in quodā loco ubi mali quidpiam timendum sibi esse non cogitabat: mox atque cyathum aquæ hausit, sensit omnia viscera sua commoveri: totaque sequenti nocte, præter solitum inquieta, non cessavit gravia symptomata pati, cum continuo vomitu omniumque humorum commotione vehementissima: & observatum à multis est, quod ex illa hora cœpit continuo male habere, & stomacho penitus debilitari. Contigit autem istud ei, quando ad mandatum Regis coacta fuit ex hoc Jesu monasterio egredi, una cum nepotulo suo, propter pestilentiam, quæ per oppidum Averiense se diffuderat; eodemque regrediebatur Conimbrica quo se ad S. Claræ monasteriū receperat, cum prædicto nepote totaque ejus familia, comitantibus ipsam duabus quibus affluverat Religiosis. Cum vero primum ei licuit regredi, nihil morata, huc cum iisdem omnibus festinavit, ubi habebat omne solatium suum. Tunc cum Matre Prioriſſa omnibusq; Sororibus considens, B in loco quem hodie Laboris nominamus, convertit se ad Matrem Clāram de Silva, eique cum gravi suspirio dixit: *Clara, hæc requies mea in seculum seculi.* Ita nos omnes præsentes audivimus, ac brevi g completum g propheticum istud illius Sanctæ verbum etiam vidimus; ea ipsa in domo atque loco animam suam reddente illa, quemadmodum mox ex ordine narrabitur.

*exinde se morituram prædicit.*

86 Post prædictum ad hoc monasterium regressum, cœpit Domina contentiori fervore incumbere in studium absolutæ perfectionis; itáque se gerere in exercitiis omnibus spiritualibus, ipsisque etiam temporalibus curis, ut facile appareret, divinitus certificatam de die & hora obitus sui. Quamvis enim ægra corpore, confortabatur tamen spiritu; & amplius solito indulgebat externis pœnitentiis, vigiliis, lacrymis, & orationibus: in quibus cum plerumq; haberet faciem applicatam terræ, contigit eamdē prorsus obscurari, & formosissimos antea oculos ardore lacrymarum quasi exuri ac pulvere impleri. Habebat in capella suo ordinatos Sacellanos, qui, prout sua fe-

*& se suaq; omnia impendit monasterio.* rebat devotio, continuo coram illa sacrificabant; non ad fastum aut pompam, sed ad Dei servitium, & quia magnum ex hoc percipiebat solatium. Capellam autem illam suam habebat ornatam tapetibus pretiosis multaque argentea supellectile: sed omnia erant in potestate Sacristanæ, quæ iisdem utebatur, tamquam propriis monasterii, in ecclesia atque ad Missas Conventuales, in omnibus festivitatibus. Capellani quoq; E illi sæpe juvabant Patres nostros, aut supplebant eorum vices in cantandis legendisve Missis pro Conventu: quibus ipsa continuo assistebat cum ceteris Sororibus, humiliter inter Novitias consistens, accurateque observans ceremonias omnes, inclinando se aut osculando librum: quem magno cum affectu teneritudinis internæ stringebat manibus, ubique agens velut omnium minima.

*Ægra nihil de rigore vitæ remittit,*

87 Curabat ut Clericos Capellæ ministros non nisi exemplares castosque haberet; quod si eorum aliquos minus honeste vivere comperisset, statim dimittebat ab obsequio suo, aliosque in eorum locum

*invigilat suorum disciplinæ,* suscipiebat; similiterq; faciebat cum pueris ejusdem suę Capellę. Solicite conquirebat libros sermonarios, tam Latina quam vulgari lingua, quos excellentior doctrina commendabat, eorumque numerum magnum emi fecerat: magis tamen delectabatur Latinis, quos satis commode intelligebat omnes, iisque legendis, singulari cum gustu & dulcedine spiritus, tantum impendebat temporis, quantum à consuetis sibi orationibus aliisque exercitiis superabat. Plurimum etiam delectabatur audiendo

Sorores

A. MARG. PINERIA EX MS. LVS.

A. MARG. PINERIA EX MS. LVS.

Sorores legentes ſupra menſam;qua ſublata, ſolebat eaſdem interrogare, quid ex lectione maxime unicuique arriſiſſet; earumque reſponſa laudans ſigillatim,inflammabat illas, itáque attentiores faciebat univerſas, cum ſcirent à prædicta Domina exigendam auditarum rerum rationem. Similiter faciebat de concionibus in monaſterio habitis, & vehementer recreabatur audiendo punctum quod unaquæque ſibi retinuerat.

*Sororum ſpiritui fovendo,*

*Mauricorũ mancipiorum converſioni,*

78 Maximæ efficaciæ manifeſtæque erant ejus orationes & lacrymæ, quemadmodum frequentius contigit rebus ipſis nos experiri,in aliquibus Mauris utriuſque ſexus,valde obſtinatis in ſua perfidia:quos ſuis adhortationibus adduxit ad fidem Chriſtianam; ac deinde; non velut ſervos ſuos, ſed veluti Eccleſiæ libertos habuit, gratioſe & amanter. Ferre autem non poterat iſta vere humilis Chriſti famula,ut alicui perſonæ, ſive magnæ ſive parvæ ætatis ea eſſet, quæ ſancti Baptiſmatis aquis tincta erat, fieret contumelia aliqua; quod ſi quam earum forte audiebat compellari Canem, graviſſime redarguebat, dicens; Eccleſiæ filios, eodemque Chriſti ſanguine redemptos,non eſſe inhonorandos. Nemo crederet, niſi qui viderit, excellentiam virtutum ac vitæ ejus;

B

*& expiandis peccatis alienis.*

quapropter excuſare cogor inſufficientiam meam,finioque dicendo, quod hujuſmodi perfectiſſimam vitam duxerit uſque ad annum trigeſimum octavum ſuæ ætatis, ſemper proficiens in virtutibus, præſertim in caritate erga Deum & proximos, ac deſiderio omnes ſalvandi. Hinc fiebat, ut aliena peccata malamque vitam videns vel audiens, non ſecus iis affligeretur, quam ſi ſua illa fuiſſent. Crebriſque diſciplinis ad ſanguinem uſque in corpus ſuum ſæviens, divinam eis conabatur impetrare miſericordiam, multas vigilias, & orationes multas pro iiſdem aſſumens, prout ipſæ quæ vidimus, Deo teſte,affirmamus.

## ANNOTATA.

a Cintra *ſeu* Sintra, *amœnum oppidum, haud longe ab oſtio Tagi, & leucis circiter 5 ab Oliſipone, promontorio vicino nomen faciens.*

b *Ab hoc* D. Georgio *Duces Averienſes & Novarumturrium genus ducunt, ſimul cum cognomine Lancaſtrii. Mater ei fuiſſe dicitur* Anna de Mendoza. *Ipſe,ex Beatrice de Melo conjuge, multam poſteritatem reliquit; fuitque tam carus ſemper Regi patri, ut mortuo poſtea filio*

C *unico Alfonſo,heredem optaverit: quod cum Proceribus Reginaque non probaretur, patrueli ſuo* Emanueli, *ſi is abſque liberis decederet, ſubſtitui eum voluit.*

c Sixtus IV *hic fuit,uſque ad an.* 1484 *ſuperſtes.*

d Salvus Caſſetta, *idem qui, juſſu Pontificis prædicti, corpus B. Alberti Magni Coloniæ elevavit, fueratq; hoc ipſo anno* 1481 *menſe Iunio electus Ordinis Generalis* 32.

e *Hac ſi legiſſet Marcheſius, donationis hujuſmodi auctorem non feciſſet patrem Ioannæ* Alfonſum: *libenter autem crediderim, ejuſdem Ioannis commendatione factum, ut, Infanta moriente,* Georgius *acciperet oppidum ipſum cum titulo Ducis, quod deinde ratum etiam Rex Emanuel habuit; juvenem benigne complexus, eique ſe patrem fore pollicitus: uti & fuit, conferens ei titulum Ducis Conimbricæ, eumque creans magiſtrum duorum militarium Ordinum S. Iacobi atque Aviſii.*

f *Crediderim hoc votum primo nuncupatum, cum ab ultimo Alcobatiæ certamine reverſit Ioanna an.* 1185; *cumque jam quadrimus eſſet nepotulus, ac talis ut diu victurus ſperaretur.*

g *Difficile eſt certo definire, quàm* brevi, *dum neſcitur quamdiu Conimbricæ Infanta ſubſtiterit: veroſimile eſt tamen,tranſacto autumno,una cum caloribus ceſſaſſe mortalitatem; adeoque Averium ipſam revertiſſe anno* 1486; *ibiq;*

*inconſtanti porro valetudine annis quatuor uſam, quoad extremum in morbum incidit an.* 1489. D

## CAPUT X.

*Revelationes de proxima morte Ioannæ: Morbi initia & progreſſus uſque ad Hebdomadam ſanctam.*

ADvenerat interim tempus, quo decreverat Altiſſimus finem dare laboribus & vitæ temporali hujus famulæ ſuæ;qui etiam dignatus eſt id ipſum, variis perſonis devotis revelare ſpecialibus indiciis,ex quibus ſolum tres nominabo, cauſa vitandæ prolixitatis, faſtidium parituræ iis, quibus,tamquam minus divotis minuſque amantibus, minus etiam talia ſaperent; propterea quod virtuoſam iſtam Dominam numquam viderunt, neque propria experientia cognoverunt ejus vitam & opera,cum ferventiſſimo erga Deum amore,quibus merebatur, ut idem ille Dominus, cui ſemper ſervivit, ipſam decoraret etiam in morte atque poſt illam ſingularibus gratiis & privilegiis. Anno Domini MCCCCLXXXXIX menſe Novembri, admodum virtuoſa mater Prioriſſa hujus monaſterii, Maria de Atayde,cum nocte quadam jaceret in lecto, nec plane ſopita nec integre experrecta; viſa eſt ſibi videre in choro prædictam Dominam, vultu ac veſtibus ſplendentiſſimam, multiſque gemmis & monilibus coopertam, ac recitantem ex Martyrologio unius alicujus diei Sanctos, clara ac diſtincta voce; huic autem reſpondens ab altari majori vox alia grandior, cujus non apparebat auctor, pronuntiabat unicum verbum, Mors: itáque clauſus eſt liber,nec ſcire Prioriſſa potuit,quis locus lectus fuiſſet,& diſparuit ex oculis viſio. Ipſa vero multum admirata tam inſolitam rem, & cum Infanta deinde agens, inter colloquia ſpiritualia eo dilapſa eſt, ut quid vidiſſet enarraret. Ad quod illa, ut erat ſapiens atque diſcreta, & eorum qui ipſam frequentabant judicio notum habebat diem ſui exitus ab hac vita, nihil omnino turbata, placido geſtu vultuque ſubridenti dixit: Mitte iſta, Mater,quia moriar ego:& vox illa aliud non ſignificat, quam ut ad iter æternitatis me comparem. 89

*Prioriſſa ſomnium,*

*Infanta explicat de morte ſua.*

E

90 Alterum eſt;quod una ex ſenioribus & primis hujus monaſterii Religioſis,virtutis & obſervantiæ ſingularis, ſecundum ſuorum Confeſſariorum teſtimonium, ac multum dedita orationi, nomine Violanta Ruyz, menſe Decembri ejuſdem anni, noctu poſt Matutinas pro more ſuo in oratione pervigilans, levi ſomno ſubito fuit correpta; ſub quo ſemiſopita, vidit in ædibus, in quibus prædicta Domina obiit, collectum univerſum Conventum Sororum, quæ funeris exequias apparabant: nec tamen illa videbat, cui: ſed intuebatur lectum coopertum pulcherrimis ac pretioſiſſimis ſtragulis, quibus etiam intextæ erant margaritæ plurimæ mireque ſplendentes. Lectus etiam atque cubiculum totum plenum erat variæ conditionis perſonis, multo lumine ſplendentibus, parique veſtium pretioſarum decore adornatis, quæ magnam præferentes lætitiam, ſuaviſſime canebant ludebantque inſtrumentis. Vidit etiam eadem Religioſa, in ipſo lecto jacentem Dominam Infantam, reclinatam in latus; eoque intrantem formoſum quemdam juvenem, qui monebat Religioſas ibi exiſtentes, ut egrederentur inde omnes, & locum facerent undecim millibus Virginum, una cum multo aliorum Sanctorum comitatu venientium pro Domina Infanta, deducenda ad nuptias Regis æterni. Itaque egreſſæ omnes Sorores, ipſaque cui hæc oſten-

F

*alteri repræſentantur Sancti, præſentes eidem morienti.*

A oſtendebantur cum illis, non poterant quidem videre quæ intus agebantur, audiebant tamen cæleſtem vocum inſtrumentorumque harmoniam: affirmabat autem prænominata Religioſa ac fide digniſſima, multos etiam poſt dies ita ſe affectam manſiſſe, ac ſi muſica illa ſuaviſſima continuo corporeis ſuis auribus inſonaret, quemadmodum revera audire eam videbatur; idque cum tanto animi ſui ſolatio, quale numquam in vita expertam ſe meminerat.

*Eodem trahitur eclipſis lunæ 8 Decembris.*

91 Eodem menſe, in oppoſitione Lunæ, eclipſis contigit; & Aſtrologi omnes intra atque extra Regnum, antequam fieret ipſa eclipſis, affirmaverant ea præſignificandam mortem alicujus magnæ Principis hujus Regni. Nec vana fuit divinatio: defectus enim lunaris, ſane magnus, & qui tres circiter horas duravit, accidit octava Decembris, ſecunda poſt mediam noctem hora; & nocte poſt ſequente infirmari cœpit Domina Infanta, non ſine ſymptomatis gravibus. Infirmitas exinde ſemper incrementum cepit, nihil unquam remittens, quoad tandem illa menſe Majo obiit.

92 Aliud ſignum, quo eamdem mortem Deus revelavit, quatuor menſibus prius quam accideret, oblatum eſt alteri cuidam Religioſæ hujus loci, ipſi Dominæ perquam familiari, mulieri plurimum ſimplici & pœnitentiæ ſilentioque addictæ; quæ licet neſciret litteras, vehementer tamen ſolicita erat pro utilitatibus & profectu monaſterii, quod ipſa inter primas olim erat ingreſſa. Continuo autem labori inſtans in bonum Communitatis, nihilo ſegnius ſe impendebat devotæ orationi, non ſine lacrymis faciendæ; ſignis interim & operibus probans ſe vere filiã eſſe obedientiæ, & caritatis amoriſq; plenã erga Deum ac proximum. Hæc cum eſſet in choro inferiori, juxta ſcalas per quas itur ad chorum ſuperiorem, in feſto Purificatæ Virginis; cumque feſti Veſperis devote intenderet, nuſquam mente diſtracta & bene vigilans, ſed perquam attenta ad id quod recitabat audiebatque; viſa eſt ſibi, veluti oculis corporeis, videre in medio choro cadaver & foveã apertam, eodem loco. eademque magnitudine, quibus poſtea fuit compoſitũ ſepulcrũ Infantę, cui illata illa eſt duodecimo die Maji proxime ſequentis: & tamen ipſa Domina necdum alicui indicaverat, quo loco vellet ſepeliri poſt mortẽm. Ad huiuſmodi viſionem timore magno correpta Religioſa prædicta, inclinavit ſe ad terram, facto Crucis ſigno: deinde

*B Proximè Ianuarii videt alia parari ſepulcrum,*

*C Ipſo quo deinde Princeps ſepulta eſt loco.*

caput elevans, ac Deiparam invocans, devotis cum lacrymis ſalutationem Angelicam recitavit: rurſumque oculos in eumdem locum convertens, idemque tertio faciens, totidem vicibus idem quod prima conſpexit. Duravit autem ea viſio per totum illud tempus, quo cantabatur à Sororibus Hymnus, *Ave maris ſtella*. Unde non parum turbata, ſurrexit; ivitque verſus locum, ubi foveam & cadaver vidiſſe ſe credebat, ſed nihil ejuſmodi reperit. Tacuit autem, ut erat prudens atque diſcreta, & intra ſe ſolam conſiderabat, quid eo ſigno portenderetur. Cum vero ipſomet loco fieri vidit tumbam D. Infantæ, non potuit amplius dubitare, quin ejus mortem ſibi voluerit Deus manifeſtare, prout paucis deinde aliis religioſis, in ſpiritu humilitatis & cum timore narravit. Pluribus etiam aliis modis ac ſignis præmonſtravit Deus vicinam dilectæ ſuæ ſponſæ mortem, variis magnæq; virtutis ac fidei perſonis, quibus tamẽ referendis cauſa brevitatis cenſeo abſtinendum.

*Illa infirmata 9 Decembr.*

93 Infirmata eſt Domina noſtra Infanta Joanna, poſt mediam noctem, die nono Decembris, anno MCCCCLXXXIX: infirmata eſt autem magnis febribus, cum univerſali omnium humorum revolutione, qui toti reſolvebantur in vomitus atque ſeceſſus: nec eis ullum potuerint medici levamen ferre, licet multa adhiberent remedia: donec, poſt aliquot dies in tali intemperie tranſactos, fluxus ille ſtetit, ſed non propterea levata fuit febris. Adveniente porro Dominici Natalis feſtivitate, cui ſpeciali afficiebatur devotione, reſumptis nonnullis viribus ſurrexit de lecto, in quo perquam debilis infirmaque jacuerat; & deſcendit ad chorum inferiorem, ubi Sorores faciendo Confeſſionem, præparabant ſeſe ad ſacram Communionem; nec enim, ut ſupra dixi, unquam intermittebat, quin ſingulis menſibus eadem cum ipſis Sacramenta obiret. Nempe ipſa qua ardebat febri vehementior erat flamma divini amoris, quo æſtuabat; & robuſtior ſpiritus rapiebat corpus, aliàs infirmum: itáque etiam venit ad chorum, ubi cantabatur Capitulum Veſperarum natalitiarum, quod cum magna devotione & lacrymis audivit, una cum lectione Martyrologii, proſtrata in terram eo tempore, quo Religioſæ aliæ Deo gratias dicebant pro beneficio redemptionis humanæ.

A. MARG. PINERIA EX MS. LVS.

*in nocte Natalis Domini ad Chorum venit:*

94 Abſoluto Capitulo non rediit amplius Domina ad lectum, quietura; ſed contulit ſe in ſuum oratorium, ubi inter pias orationes & lacrymas perſeveravit uſque mane, donec venit Pater monaſterii, dicturus Miſſam & Communionem impertiturus Sororibus. Tunc illa, licet tam infirma, toti Miſſæ in choro inferiori interfuit, communicavitque in gradu cum Novitiis, ſicut aſſueverat: nec niſi peractis omnibus ad ſuam cellam & lectulum redivit, ultra ſuſtinere ſe nõ valens, propter vehementiam febris. Jacuit autem ibi tota die & nocte uſque ad horam nonam, quando dabatur ſignum ad Officium Matutinarum; ad quod iterum ſurrexit, tanta cum promptitudine ac fervore ſpiritus, ac ſi nihil mali pateretur. Ingreſſa tunc chorum poſuit ſe ſub cathedra Rotariæ juxta crates, & ibi manſit toto Officii tempore devote attenteque: quin etiam cantandis Pſalmis juvabat Sorores, nec quidquam differebat à ceteris, niſi quod toto tempore Pſalmorum, propter nimiam imbecillitatem, remaneret ſedens. Ita etiam dies iſte tranſiit, quoad ultra non poſſet: tantum enim incrementi ſumpſit morbus, ut numquam exinde potuerit ſurgere, ad Miſſam Conventualem audiendam, ſicut ſolebat.

*communicat cum ceteris,*

*& Officio intereſt.*

95 Magna cum diligentia & ſolicitudine laborabant pro ea medici, nec minus devota Mater de Atayde Prioriſſa, aliæque Matres, quæ ſpecialius ipſi attendebant diu noctuque citra fatigationem ullam, propter amorem quo ferebantur erga hanc Dominam noſtram; quæ earum obſequia recipiens, cum ſua conſueta humilitate & benignitate, dolebat ſe Matri Prioriſſæ & ipſis incommodo eſſe. Duravit autem ea infirmitas, à die quem dixi menſis Decembris, per totos menſes Januarii & Februarii, magis magiſq; ingraveſcens; adeo ut venter ac ſtomachus plane deficerent, ipſaque extremâ ſiti & omnis nutrimenti faſtidio laboraret. Variæ erant medicorum ſententiæ, & variæ adhibebantur medicinæ; ſed fruſtra: cum veram morbi cauſam ignorarent, unde nec quidquam levaminis ei ferre poterant. Interim illa, multa cum patientia dolores graviſſimos ſuſtinens, non minori cum humilitate & omnis voluntatis propriæ abnegatione, ſuſcipiebat præſcriptas ſibi medicinas, quantumcumque amaras ac difficiles, nihil unquam ſumens aut faciens contra præceptum medicorum. Quare, licet valde eſſet ſitibunda, unicumque ſolatium ipſi eſſe videretur in hauſta aqua; patiebatur tamen hanc ſibi ad modiciſſimam quantitatem reſtringi: quo factum, ut totum os ei inflammaretur exulcerareturque, & modicum illud cibi quod aſſumebat, cogeretur rigare lacrymis præ dolorum magnitudine: de quibus tamen numquam audiebatur queri, ſed ſolum gratias agere Deo, ac proteſtari, quod

*E*

*F Fruſtra ejusmodi remedia ſuſcipiunt medici,*

*quibus illa exacte obedit*

A. MARG. VIXERIA EX MS. LVS.

quod multo graviores cruciatus commerebatur.

96 Magna igitur de ſe dabat patientiæ manſuetudiniſque exempla: cumq; animadverteret cellam in qua jacebat perquam eſſe anguſtam, multumque laborare Sorores, ut in loco tam arcto ipſi miniſtrarent, prout optabant; mandavit lectum ſuum inde transferri in locum ampliorem, qui nunc communi labori deſervit. Factum id eſt magna cum difficultate à Sororibus, quæ omnes vehementer afflictæ, tam ſeniores quam juniores, cupiebant ipſi noctu diuque aſſiſtere; devote ſupplicantes Deo, ut ne ſe orbatas vellet ſolatio & præſentia talis ac tantæ Dominæ. Specialiter autem Mater Prioriſſa jubebat pro ejus convaleſcentia proceſſiones inſtitui, multaſque Miſſas dici per Patres in monaſterio Dominæ noſtræ, à Miſericordia nuncupatæ. Quin per omnes totius Regni Conventus multę fiebant orationes & ſupplicationes, pro petenda vita longiore illius Dominæ, quæ ab omnibus ſemper fuerat ſingulariter adamata. Verum is cui devotam ſerviverat ſervitutem, voluit deducere ipsā ex hujus calamitoſę vitę ęrumnis; & coronaturus certamina, quæ propter ipſius amorem fortiter ſuſtinuerat, non exaudiebat eorum vota, qui totum per Regnum tam inſtanter ſupplicabant pro vita ejus corporali. Frater ſuus Rex Joannes, omneſque Primores Regni, intelligentes, quod infirmitas Infantæ nullam ſpem faceret convaleſcentiæ, venerunt illam viſitatum; non quidem intrantes monaſterium, ſed circum illud obſervantes, ſubmittenteſque abunde omnia quæ uſui eſſe poſſe credebant, præſertim Rex ejuſque matertera D. Philippa. Hi, ut erant conjunctiores ſanguine, ſolicitius etiam agebant; ſingulique ſuos ei miſerunt medicos, viros expertos & in curādis morbis felices; ſed hi nihil proficiebant ęgrę, quā Deus ad ſe decreverat aſſumere; quin ipſa tendebat magis magiſque ad finem vitæ, nihil inde triſtior, verum alacri animo mortem operiens, quæ ipſam tandem educere debebat è mundo, unde ſemper cor ejus abhorruerat.

*jubet ſe in locum ſororibus commodiorem transferri.*

B *fruſtrainſtituuntur pro ejus vita precas:*

*viſitatur à Proceribus.*

## CAPUT XI.

*Vltimum Paſcha ab ægra celebratum, & Teſtamentum manu propria ſcriptum.*

97 C *Rex frater ne veniat impeditur à medicis:*

MEnſibus Martii & Aprilis ſic aggravatus fuit morbus, ut quotquot eā videbāt, omnino judicarent, in proximo eſſe ut Spiritū Deo redderet: idemque affirmabat ipſa tam certo, ac ſi divinitus relevatum accepiſſet. Commorabatur tum temporis Rex Frater cum tota ſua aula Eboræ; unde miſit primum medicum ſuum, Doctorem Magiſtrum Rodericum, eo conſilio ut ipſum ſequeretur. Hoc ille ſciens, & animadvertens prę ſentiam Regis aliò non ſervitura, quam ut citius Domina moreretur, ſupra vires fatiganda vel modico illo quo Rex ipſam alloqueretur tempore; ſcripſit ei ne veniret prius quam à ſe moneretur, eo quod leviora jam erant ſororis ſymptomata, futurumque ſperabat ut majori cum otio ſuo atque commodo infirmæ eam viſitaret. Verum mera hæc ludificatio erat, labori utriuſque parcitum cupientis: ſciebat enim contrarium omnino curſum tenere omnia, atque ad extremum vergere. Hoc audiens D. Philippa, aſſumpto congruo ſibi comitatu, ipſaque Odivelenſis monaſterii, in quo perpetim commorabatur, Abbatiſſa D. Metia de Luarenga, ac tribus Sanctimonialibus, Oliſippone Averium venit menſe Aprili, in hebdomade a Palmarum; legitque ſibi hoſpitium juxta portam & parietem monaſterii, quo poſſet commodius illuc ingredi quoties vellet, id enim ei licebat per expreſſum Breve Roma obtentum. Hæc res non parvæ conſolationi fuit Dominæ noſtræ, propter magnum amorem quo illam proſequebatur, utpote ſororem matris ſuæ, & quia ab illa fuerat à teneris educata: non tamen potuit ei loqui, propter morbi gravitatem; ſed neque audire illam, niſi perquam breviter.

a *ſed venit Matertera.*

D

98 Sic tranſacti fuerunt dies iſti, magno cum labore ipſius Dominæ, pluſquam Martyris, eo quod impediretur Feria quinta in Cœna Domini accedere ad chorum inferiorem, cauſa recipiendę cum Sororibus Communionis. Ut tamen aliquatenus ſatisfaceret deſiderio audiendi divina Officia ſacri iſtius temporis, mandavit aperiri portas omnes ad chorum ducētes: multū enim doloris capiebat ex eo, quod nō poſſet pro deſiderio ſui ſpiritus ſurgere, prout ſolita erat, maxime ſacræ Quadrageſimæ tempore & diebus Dominicę Paſſionis. Interim frequentibus ad Jeſum ſponſum ſuum ſuſpiriis indulgens, offerebat ipſi magno animo omnes quos patiebatur dolores; parata ſuſtinere etiam graviores, quando ad ejus honorem & obſequium aliud nihil jam poterat facere. Feria ſexta mane, dum officium adorandæ Crucis peragereturr, valde inſtanter rogavit aſſiſtentes ſibi Sorores, ut ſe attollerent juvarentque, & ipſa quoq; ſacram Crucem adorare valeret. Suſtulerunt illæ, judicio omnium magis mortuam quam viventem; collocaruntque in cathedra chori ſiniſtri, ipſo cui aſſueverat loco & gradu, in capite Novitiarum, quem locum præ nimia humilitate ſemper occupaverat. Ibi conſidens, juvabat ut poterat cantantes Sorores, devoteq; proſequebatur Hymnū Adorationis: & totum quam longus eſt perfundebat lacrymis, uti & Officiū reliquum, cui ad uſque finem adſtitit, quamvis non ſine labore magno intenſiſque doloribus: quos omnes vincebat fervor ſpiritus amorque erga Dominū crucifixum, qui carnis deficientis impoſſibilitatem ſupplebat. Finito Officio Sextæ, cum, propter magnam quam ſibi intulerat vim, erigere caput amplius non poſſet, ægre relata in lectum eſt.

*In Cœna Domini prohibita ægra ad chorum accedere,*

*id tamen facit in Paraſceve,*

E

*& ejus diei Officio intereſt,*

99 Sabbato autem, in Vigilia Paſchę, decrevit Domina confitendū ſibi eſſe, in ordine ad ſacram Communionem, ipſo die Paſchæ ſuſcipiendam. Intravit ergo ad eam Fr. Joannes Diaz, tunc Prior Conventus noſtri de Miſericordia, & Confeſſarius ejus atq; Sororum omnium: nec enim aliis ipſa Confeſſariis utebatur, quam qui erant toti Conventui aſſignati. Ingreſſus eſt autem cum eo, ad ipſius ſolatium, etiam alius quidam Pater grandævus, Fr. Pelagius de Lira, ſecundarius Confeſſarius Conventus. Hi ipſam devotis alloquiis ſolati, poſt auditam ejus Confeſſionē, recitarunt ſupra ipſam ſanctum Euangelium; dimiſeruntq; tam gravibus deinde ſymptomatis tota illa nocte afflictam, ut ipſamet crederet impoſſibilē ſibi fore deſcenſum ad chorum inferiorem, pro ſacra Euchariſtia cum reliquis Sororibus recipienda, quemadmodum ſolebat multumq; tunc deſiderabat facere, deſignatum pro ea re habens Dominicum diem. Summo mane fecerunt Patres proceſſionem per ambulacra conventus, rediverantq; cum venerabili Sacramento ad Capellā S. Auguſtini: iſtic enim, reſpectu ipſius Dominæ, tenebatur illud in hac noſtra eccleſia per totos tres dies, tamquam in ejus capella, utpote quæ ad hoc habebat ſpecialem licentiā. Tunc autem reſolverat ſe poſſe, parabatque deſcendere; quando medici nolucrunt in hanc mutationem conſentire.

*Sabbato ſancto Confeſſionem inſtituit.*

F

*poſtridie communicatura;*

100 Rogavit ergo Domina Sororem Margaretam Pineriam, ſuam famulam & ſacriſtanam, ut portaretur ſaltem ad medium chori ſuperioris ante crates, ibique aptaretur altare, in quo ſibi Miſſa diceretur, & ſub ea reficeretur ſanctiſſimo Chriſti corpore. Factum continuo eſt quod juſſerat; & ſupradictis Patribus eodem venien-

*ad quod in choro ſuperiori altare concinnatur*

A venientibus, adducta etiam illuc eſt ipſa infirma extremeque debilis Domina. Ibi P. Prior ſtatim Miſſam celebravit, & ipſa de manibus ejus recepit ſanctiſſimum Sacramentum, toto illo tempore tam devote orans piisq; perfuſa lacrymis, uti ſolebat cum maxime ſana eſſet. Eo facto circumſpiciens univerſum chorum, cathedraſque & Sorores ibidem præſentes, depromebat teneræ devotionis verba, valedicens iis, ut quæ ſciret numquam ſe iſtuc redituram: quod non ſine magno dolore ac lacrymis audire Matres atque Sorores potuerunt. Exhinc reducta eſt cum ingenti labore ad cellam & lectum ſuum, proſequente ipſam magno cum affectu & triſtitia Matre Prioriſſa, quæ diu noctuque numquam recedebat ab ea, propter amorem ſingularem quem ei gerebat; quemadmodum & ceteræ Sorores omnes, quæ non minus quam proprias animas ipſam amabant, nec laſſari unquam poterant præſtandis eidem obſequiis quibuſcumque. Matertera etiam ejus D. Philippa, quæ, ſicut dixi, venerat viſitatum Dominam neptem ſuam, manſit apud

B eam octiduo integro: intellexerat enim ex omnibus medicis, quæ Infantam curabant, quod morbus ejus, quem fatebantur ſibi eſſe ignotum, cuique nec nomen inveniebant nec remedium, ingraveſcebat magis magisque.

*numquam ultra eo rediturae:*

C 101 Poſtea, quia voverat ire ad Jubilæum *c* S. Jacobi iſto anno celebrandum, definivit diſcedere cum omni quem ducebat comitatu, ipſique diſceſſui deſignavit diem. Tunc ſeparatæ ab invicem ſunt Dominæ iſtæ; alterâque votivam ſuam peregrinationem proſequente, remanſit altera affixa lecto, à quo non niſi ægerrime levari poterat. Intumeſcebat autem vehementer, uſque dum tota in humores reſolveretur, per dyſenteriam ac vomitus oppido difficiles. Nihil omnino dormiebat, & comedebat perparum, propter ingens ciborum faſtidium; quibus acceſſit plaga grandis in una coxendicum, tantos ei dolores pariens, ut quavis hora putaretur expiratura. Verumtamen ſpiritus ejus, inter iſta omnia, erat tam robuſtus tantaque patientia obarmatus, ut ex ejus ore nullum incompoſitum verbum prodiret. Elevatis enim manibus aliud non dicebat, quam, *Sit nomen Domini benedictum*, peccatis meis graviora commerui: Domine Deus meus, condona mihi illa: ſæpe etiam repetebat, Domine, miſericordia, miſericordia. His aliiſque innumeris & pientiſſimis vocibus abundabat continuo os ac lingua ejus, neque ceſſabat cum Sponſo ſuo variis modis colloqui; nunc miſericordiam poſtulans, ſeque ipſam accuſans, & cognoſcens maximam peccatricem mundi; nunc Dei erga ſe beneficia commemorans in genere & in ſpecie; nunc eum exquiſitis encomiis laudans, & ſicut amicus amico congaudens Domino iſti, quem tantopere amabat & videre cupiebat: vehementem enim horrorem conceperat calamitoſæ in hoc mundo vitæ, multumque lætabatur (quantum ſcilicet dolores ſinebant) tantam ſibi felicitatem obtigiſſe, ut ſeipſam viſura mox eſſet ſolutam vinculis mortalis hujus carceris. Dici non poſſet, nec ſi diceretur credi, niſi ab eo qui vidiſſet, quomodo tranſegerit poſtremos iſtos vitæ ſuæ dies: itaque hic mihi præſtaret tacere, ſiquidem cognoſco, ut jã dixi, nõ eſſe in poteſtate mea narrare & ſcribere ea, quæ nec credi quidem poterunt hac noſtra ætate, tam perverſa plenaque omnis malitiæ & ſolutioris vitæ, quando etiam illa quæ propriis oculis vident homines in ſequiorem accipiunt partem, dicentes bonum malum ex pura malitia. Quia tamen nefas puto reticere omnia, pauca quædam dicam, proſequendo cœptam narrationem; ut Deus, qui novit omnem veritatem, laudetur & glorifice-

*Poſt diſceſſum materterae,*

*ingraveſcente morbo,*



tur in hac famula ſua, quam ipſe gratiâ ſua repleverat: idem, per interceſſionem illius, ſuppleat magnam noſtram imbecillitatem ad quodvis bonum. A. MARG. PINERIA EXMS. LVS.

102 Vulgata quaquaverſum per omnes Regni partes fama invaleſcentis nimium infirmitatis, plures ex primoribus & nobilioribus, qui Infantam aliquando in ſuo palatio viventem cognoverant adhuc ſecularem, vel aliàs uſum cum ipſa aliquem aliunde contraxerant, veniebant partim ipſimet ad hoc oppidum, partim nuntios ſuos mittebant, per quos ſeſe ei commendarent. Inter hos fuit Archiepiſcopus Bracarenſis, D. Martinus à Coſta, *d* frater germanus Cardinalis D. Georgii à Coſta; nec non reverendiſſimus Epiſcopus Conimbricenſis & Comes, D. Georgius de Almeida *e*; & Epiſcopus Portuenſis, D. Joannes *f* Azebedius, D. Infantæ plurimum devoti; quibus per ſuam eminentem dignitatem licebat ingredi monaſterium. Videntes autem eam ad extremum adductam, inſtante jam vicina morte, magna cum veneratione & amore viſitabant ipſam, dolendo de tam grandi jactura: quia vitæ ejus virtuoſæ exemplum, omnibus ipſam videntibus vel de ea audientibus erat tamquam magnes, attrahens ad Dei laudem atque amorem creaturas omnes. Quis enim intra ſe non confunderetur, intuens tam profundam humilitatem, tamque abſolutum contemptum rerum omnium mundanarum? a quibus Domina iſta tam erat aliena quam quæ maxime; univerſam ſeculi pompam & gloriam meram reputans fatuitatem, virulentiam, atque fœtorem. Manſerunt autem Epiſcopi illi in hoc oppido, frequentius Dominam viſitantes in morte, quemadmodum ſolebant facere in vita.

d e f

*multi accurrunt fama excita Averium,*

*in quibus Conimbricenſis & Portuenſis Epiſcopi.*

103 Quanto magis huic ſanctæ Dominæ appropinquabat finis ſuus, dieſque egreſſus ab hoc mundo, tanto intendebat magis, ut quam meliori poſſet modo cuncta diſponeret. Juſſit ergo ſcribi inſtrumenta manumiſſionis, ponendis in libertatem omnibus quibus uſa fuerat ſexus utriuſque mancipiis, dicens quod vellet omnes relinquere liberos. Nocte autem quadam, cum ſola ibi adeſſet Mater Catharina de Silva, clauſis cortinis lecti in quo jacebat, petiit ſcriptoriam arculam cum cereolo; ſumptiſque charta & calamo, manu proprio teſtamentum conſcripſit, in hæc verba. Iſta eſt ultima voluntas mea. Inſtituo animam meam heredem omnium, quæ ad me pertinent aut quoquo modo poſſunt pertinere, ita videlicet, ut omnia relinquam huic monaſterio Jeſu. Donationes, quæ ſcriptæ relinquuntur à me, comparentur pecunia; & ſic etiam ſolvantur debita, ad quæ me conſtiterit obligari. Iis quibus dotes matrimoniales promiſi per publica inſtrumenta, dentur ipſis pro quibus confecta ſunt, ex quo in hoc oppidum veni & antea. Joanni Lopez Doctori, nutrici meæ Beatrici Alvarez, & Georgio de Silva, quibus ſtipendia honoraria præbentur à Rege Domino meo; nec non omnibus, quos ſimili conditione adſcivi ad obſequium meum, ſolvatur annis ſingulis pars tertia ejuſmodi ſtipendiorum. Servi & ſervæ, eorumque filii ac filiæ & poſteri, qui quidem fuerint Chriſtiani, ſuam omnes retineant penſionem. Carbunculum grandem annuli relinquo Principi, Domino meo: Nepoti meo Georgio, Monile pendulum trium lapidum, & aliud Smaragdinum. Dominæ materteræ, Statuam reſurgentis Chriſti.

*Teſtamentum ſuum ipſamet ſcribit,*

F

*quo hereſitas ſtituitur monaſterium.*

*conduntur legata quaedam,*

104 Teſtamenti mei curatorem inſtituo Joannem Lopez, cui inſuper dabuntur viginti mille regales. De corpore fiat quod Prælata mandaverit: & pro anima curet quæ nunc eſt Superior, quæque poſthac erunt, curent ſimiliter id legi quod ipſarum videbitur caritati; neque enim in me ſentio meri-

*& domeſticis conſulitur.*

A. MARG. PINERIA EX MS. LVS.

tūm ullum. Commendo Domino meo Regi, ut ſi defuerit quidpiam huic ultimæ meæ voluntati, per ſe ſuppleat; faciatque erogari unde ea poſſit compleri; & Dominus ei benedicat. Similiter commendo, ut ſuſcipiat aliquot pueros à me educatos, quibus necdum ſunt aſſignata ſtipendia ſua. Omnis pecunia, quam recepit Joannes Lopez, & quamcumque aliam ſolvere debebat quibuſdam perſonis, adſcribatur rationibus meis, fide bonâ dirigenda quo oportet. Paulæ, Margaritæ, Auguſtinæ, & Mariæ ſingillatim lego decies mille regales. Atque hic conveniret addere minutias aliquas, quas pro additis habeo. Quia autem neque per meipſam, neque per alium poſſum omnes amplecti atque omnes rogare veniam; hic eam generatim univerſos & ſingulos rogo, propter amorem Dei, quem oro ut ne me judicet ſecundum peccata mea, ſed ſecundum magnam miſericordiam ſuam. Actum decima nona Martii, Era Domini MCCCCXC, plenis adhuc ſenſibus, nullaque re obſtante quo minus debeant præſcripta eſſe valida. His ita ſcriptis manu ſua ſubſcripſit, ſignavitque ſigillo aureo, quod olim fuerat Reginæ matris ſuæ, quo ſolita erat conſignare quaſcumque majoris momenti chartas: & quia ſciebat, omnes ſcripturas & aſſignationes ſimiles, factas à filiis Regum, tam eſſe validas, ac ſi ſcriptæ & ſignatæ forent manu publici Tabellionis.

*ipſum 19 Martii ſubſcriptum obſignatur.*

B

*Ea hereditate, ad 90000 duplarum æſtimata,*

105 Sic ergo factum, ſcriptum, & ſignatum manu propria Teſtamentum hoc ſuum, juſſit reponi in quadam arcula, ubi aſſervabat ſcripturas aliquot ſignatas manu Regis Alfonſi patris ſui, nec non Principis germani ſui fratris, concernentes contractum matrimonialem, hereditatem, & aſſignationem monilium Reginæ matris ſuæ, quæ remanſerant prædictæ D. Infantæ, ſed juſſu Regis fuerunt tradita præfato Principi Joanni, quando duxit uxorem, æſtimata ſimul omnia ad nonaginta millia duplarum: & de his aliiſque omnibus quæ ſui juris erant, heredem inſtituit per teſtamentum prædictum animam ſuam, id eſt hunc Conventum Jeſu: ita enim appellabat, & ſic æſtimabat eum: credebat autem ita faciendum quemadmodum ipſa mandabat; itaque ſuper eo ſic incluſo ſervatoque conquievit. *Hic porro in margine additum erat, neſcio an ex ipſo Sor. Margaritæ autographo, an tranſcribentis ſolius cura & manu, quod* Non recepit Conventus, neque habuit hinc vel unicum regalem, nec unicam auri argentive unciam: *quod propera Regis fratris morti adſcribendum putem, qui non niſi quinquennium ſorori ſupervixit; & legitimo deſtitutus herede, Emanueli patrueli ſuo felicißimo Principi Regnum reliquit: mirum autem eſt quod neque huic cura fuerit, extrema iſti Principis Ioannæ voluntati facere ſatis.*

C

*fruſtratur monaſterium.*

## ANNOTATA.

a *Anni* 1490 *Paſcha celebratum eſt* 11 *Aprilis, proinde* Dominica Palmarum *incidit in* 4 *diem ejuſdem menſis.*

b *Hunc* Joannem Diaz, *ait Sixtus Senenſis miſſum deinde rogatu Regum Catholicorum in Caſtellam, à fratre ſuo concionatore regio & Portugalliæ Vicario Generali, Petro Diaz, cum aliis ſeptem ex Averienſi Conventu, & duobus ex Benfiquano ſupra num.* 57 *memorato; qui collapſam in Hiſpania diſciplinam Conventuum reſtaurarent: idque Sixtus habere ſe dicit à Licentiato Andrea Reſendio. Hoc autem ſi verum eſt (uti ex omnibus circumſtantiis eſſe videtur) dici forte deberet, titulum* Vicarii Generalis, *pro Luſitania & Caſtella, uſurpari præpropere num.* 18, *ubi utriuſque Provinciæ Vicariatus, tribuitur* Fr. Antonio à S. Maria, *pro anno circiter* 1469, *decem annis prius quam Catholici Reges nominarentur: nec enim eſt credibile, duarum Provinciarum, quarum una reformata eſſet, non altera, unum fuiſſe Vicarium.* D

c *Ægidius Goudizalvi d' Avila, in Theatro Eccleſiæ Compoſtellanæ, agens de primo ejus Archiepiſcopo Didaco Gelmirii, ait ipſum à* Calixto Papa II, *adeoque intra annos* 1119 *&* 1124. *obtinuiſſe* pleniſſimum, *quod eo loci nunc obtinetur,* Jubileum. *Fuit certe Pontifex iſte tam devotus S. Iacobo, ut de ejus Paßione, Tranſlatione, Miraculis integrum librum ſcripſerit, qui adhuc Romæ ſupereſt in bibliotheca Baſilicæ S. Petri. Eſt autem Iubilæum iſtud pro die* 7 *Maji, quando (ut habet Tamaji Martyrologium)* Feſtivitas conſecrationis Baſilicæ *iſtius, ex* Joannis VIII Decreto, inſtante Aldefonſo Rege, celebri repetitur jubilo, & ſacra pompa ſolenniter celebratur, *concurrentibus tunc potius peregrinis, quam ipſo Apoſtoli feſto menſe Iulio, propter importuniſſimos Iulii menſis calores. Sampirus Aſturicenſis Epiſcopus, rem totã deſcribens, ipſius* Joannis *decretum exhibet, ſine anni nota, idque refert ad* 879; *quod vel ideo juvabit legere apud Tamajum, ut certius credas, nullumdum ea ætate uſum fuiſſe Indulgentiarum tali occaſione largiendarum.* E

d *Dicendi eſſent hi duo fratres ſucceßive fuiſſe Archiepiſcopi, primum Oliſipponenſes, deinde Bracarenſes;* & Georgium *quidem, factum ab anno* 1476 *Cardinalem, tranſlatum ad Sedem Bracarenſem anno* 1486, *ſubſtituto ſibi Oliſippone* Martino, *ipſam poſt biennium reſignaſſe in fratrem; qui ſi hic recte nominetur* Martinus; *evidens foret, non ſolum erraſſe eos, qui Cardinalem in eamdem perſonam conflaverunt cum ſuo fratre; ſed etiam, qui tertium fratrem, ex alia matre, æque* Georgium *dictum, factum volunt Bracarenſem. In iſtis tamen eſt Rodericus d' Acunia, Archiepiſcopus Bracarenſis etiam ipſe, in hujus ſuæ Eccleſiæ recenti hiſtoria edita an.* 1635, *nixus Epitaphio Sororis quod profert, ex Luſitano ſic Latine reddendum*: Hic jacet Margareta Vazia, uxor Lupi Alvarez, Soror Cardinalis D. Georgii & duorum Archiepiſcoporum, unius Oliſipponenſis D. Martini à Coſta, alterius Bracarenſis D. Georgii de Coſta, Materque duorum Epiſcoporum Portuenſium, D. Didaci & D. Petri de Coſta. *Quibus cum difficile ſit abrogare fidem, videtur potius eſſe dicendum, quod erraverit in alterius prænomine Margarita, hæc ſcribens: itáque locum emendans Correa,* Georgium *ſcribit, non* Martinum. *Dicitur autem hic Bracarenſis Archiepiſcopus annis circiter* 13 *præfuiſſe, adeoque ad annum uſque* 1499 *perveniſſe.* F

e *Hunc ait Cardoſus per annos* 63 *Epiſcopatum tenuiſſe: ſed deeſt nobis iſtius Eccleſiæ Catalogus, unde determinemus initium ac finem regiminis ſui.*

f *Ex prædicto Roderico in Epiſcopis Portuenſibus diſco, hunc præfuiſſe ab anno* 1460 *per annos* 29; *poſt quos præelegit inter S. Benedicti monachos Oliſippone vitam privatam agere Deo & ſibi.*

## CAPUT XII.

*Sacramenta deficienti Infantæ adminiſtrata* V *Maji, acta alia uſque ad* XI *ejuſdem.*

106 *Initio Majî magis deficere incipiens Ioanna,*

INeunte menſe Majo jam ſæpe dicti anni MCCCCXC, cœpit etiam Domina ingredi in ultimos vitæ ſuæ dies; videnſque proximum finem ſuum, exorſa eſt novo quodam modo totam ſe dare Deo; ablegans à ſe omnia quantumvis levia, quæ poſſent animum ſuum utcumque occupare: mandavit etiam ut puer nepos, quem, uti ſupra dictum eſt, educabat, extra monaſterium ſpatiatum educeretur. Di-

A Diligentiſſime etiam attendebat cuſtodiæ ſuæ conſcientiæ, & cavebat ne ori ſuo elaberetur aliquod verbum impatientiæ, propter graves quos horis ſingulis patiebatur cruciatus aliaque accidentia. Feria quarta eademque menſis Maji quinta, notata fuit plus ſolito immutari: & circa horam octavam, manentibus apud illam Matribus Clara & Catharina de Silva, aliisque Sororibus quæ aſſueverant ipſi miniſtrare; Mater Prioriſſa Maria de Atayde, cum reliquis Sanctimonialibus Capitulum faciebat. Tum advenit Infantæ ſubitum ac vehemens ſymptoma, quod ipſam extra omnem ſenſuum uſum conſtituit, citra ullum vitæ ſignum, fugiente colore naturali à vultu, ac motu à corde. Hinc turbatæ quotquot aderant, magna cum anxietate & lacrymis cœperunt invocare miſericordiam Dei, opemque Reginæ cælorum atque Sanctorum omnium; tum advocarunt Matrem Prioriſſam, quæ erat in Capitulo, totumque Conventum.

*ejuſdem deliquium patitur:*

*unde ſibi reddita ſolatur mœrentes,*

107 Venientes ergo omnes, cum mœſtæ ac gemebundæ circumſtarent tam ſibi dilectam Dominam, quam ſemper ut normam omnis virtutis ſuſpexerant, rediit illa ad ſenſus, veluti à gravi ſomno B experrecta: videnſque Matrem Prioriſſam cum univerſis Sororibus, cœpit eaſdem alloqui, verbis tam devotis tantaq; conſolatione & ædificatione plenis, ut ea ſcripto complecti impoſſibile mihi ſit. Rogabat autem, ut miſſis lacrymis, intenderent in auxiliū ſuum, quo maxime egebat eo tempore, quando jam mox inſtabat hora reddendi ſeveram rationem. Ita dies ipſi tranſivit, neque nox ei vel hilo tranquillior fuit, nullum ſomnum capienti: quare decrevit ſequenti mane confiteri, petiitque iſtic ſibi Miſſam dici ſub qua communicaret. Hunc in finem Soror Sacriſtana prænominata erexit altare devotum, in ipſa majori aula, ubi decumbebat Infanta: quæ locum compoſitum videns, juſſit afferri imagines & tabellas, quibus ad ſuam devotionem incitandam aſſueverat; atque eum in modum componi, ut ſingulas poſſet diſtincte videre. Aderant Patres, quos ſupra nominavi: & ipſa Fr. Joanni Diaz generalem faciens Confeſſionem, tam fortiter ſibi pectus tundebat, acſi ſana fuiſſet.

*poſtridie ei Miſſa dicitur,*

108 Tum dicta eſt Miſſa; quam integram audivit Domina cum maxima devotione, tota interius collecta quoad ſpiritum, ſicuti ſolebat: nam corpore tam erat defecta, ut admirationi magnæ eſſet medicis & aſſiſtentibus omnibus, quod non continuo expiraret. Feſtus is erat dies S. Joannis Apoſtoli ante portam Latinam, cui Domina devotius afficiebatur: huic ergo plurimum & crebro ſe commendabat. Verum nec explicare lingua, nec calamus valet ſcribere contritionem, devotionem, amorem quo recepit ſanctiſſimum Sacramentum; coram quo confitebatur omnia peccata ſua, tremens atque confuſa, veluti ſi ante oculos corporis poſitum vidiſſet Dominum crucifixum; & ejuſmodi verba proferendo, qualia nemo alius ſuggerere poterat, quam ardentiſſimus amor, qui omnium aliarum rerum ipſam faciebat obliviſci, ſolumque cogitare de adorando atque laudando Sponſo ſuo, ejus miſericordiam poſtulando, exultandoque in eo quem videre & quo æternaliter frui dumtaxat deſiderabat. Sumpta Euchariſtia Miſ-

*ſub qua devote communicat.*

ſaque abſoluta, introrſum plane ſe colligens, nemique vel medicorum vel adſtantium aliorum verbum ullum reſpondens, niſi præciſe neceſſarium, tota intentione ferebatur in Deum, deque eo ſolo loquebatur. Mandavit autem ut altare, ſicut erat, relinqueretur in loco, oculos creberrime defigens in imaginē Dominæ noſtræ, ferienſque pectus, & varias ac devotas orationes plureſque è Pſalterio verſiculos recitans; additis etiam propriis verbis: neque à talibus die noctuque ceſſabat, quantumcumq; infirma, adeo ut omnes ad planctum lacrymaſque provocaret. A. MARG. PINERIA. EX MS. EVS.

109 Videns denique vires ſuas prorſus deficere, vehementer inſtitit apud Patrem Priorem Confeſſarium ſuum & Matrem Prioriſſam, ut ſibi adminiſtraretur ſacramentum extremæ Unctionis: quod ut ipſo die S. Joannis Apoſtoli ſub veſperam fieret, conſtitutum eſt. Ea propter rogavit Matres Claram & Catharinam à Silva aliaſque Sorores, quibus incumbebat ſpecialior cura rerum ipſi neceſſariarum, ut pro receptione tanti Sacramenti apparārent omnia, ſibique manus vultum ac pedes lavarent, tamquam ad cæleſtes nuptias intraturæ: quin & capillitium ſuum componi, & lectum novis linteis inſterni voluit. Cum vero adventantis Presbyteri ſacrumque Oleum ferentis ſignum audivit, ſuſtulit in cælum debiles manus ſuas, multa cum lætitia & exultatione Deum laudans. Viſa deinde Cruce, quam totus Conventus proceſſionaliter ſequebatur, voluit ut Sorores omnes ingrederentur: quod quanto cum dolore facerent, optime teſtabantur lacrymæ & ſuſpiria ſingularum.

*petit miniſtrari ſibi extremam Unctionem;*

110 Non expectavit Domina ut Confeſſionis generalis verba pro ſe recitaret aliquis; ſed ipſamet, quamvis ſemimortua videretur, clara atque robuſta voce ea pronuntiavit, pectus tundens, culpamque dicens, tam Matri quæ juxta aderat, quam ceteris Sororibus omnibus, majoribus ac minoribus, junioribus æque ac Senioribus; identidem indulgeri ſibi poſtulans quidquid umquam offenderat turbaveratque eas, à prima hora ſui ingreſſus in hanc domum, totoque eo tempore quo inter ipſas converſando vixerat, indigna, ut ajebat. Iteratis autem ſæpe gemitibus planctuque, dicebat, Mea culpa, Sorores, ignoſcite mihi. Plura dicere cum non poſſet, dedit ei Prior abſolutionem, cœpitque recitare Officium Unctionis: cui illa totam adhibebat mentem, devote offerens ſingula membra inungenda; atque ad ſingulas unctiones dicebat, magno cum ſenſu; Domine peccavi, Domine ignoſce. Oculi, jam pene fracti in morte, nullas dabant lacrymas: quod ipſa, quæ non animadvertebat mortem vicinam abſtuliſſe ſibi earum fundendi facultatem quibus ſic abundaverat vivens, ſatis admirabatur; neque cauſam intelligens, dicebat; Quid iſtuc eſt Mater? quia lacrymas non habeo, quibus defleam peccata mea. Eja Domine, ſuſcipe deſiderium meum, & ignoſce corpori deficienti. Abſoluto Officio Unctionis rogavit Domina Patrem Priorem, ut in proxima ad populum prædicatione, in Dominico die facienda, peteret ſibi condonari ab univerſis, ſi quod alicui damnum aut gravamen attuliſſet per ſe vel miniſtros ſuos, tamquā ipſius oppidi Domina; mandans ut ſibi id indicandū curaret quilibet, certoque crederet ſatisfaciendum omnibus eſſe. Inſuper Vicario loci mandavit, ut ſua in eccleſia Miſſam pro ipſa diceret: ſuoque œconomo Joanni Lopez, & ſuo Quæſtori imperavit, ut, recognitis rationibus omnibus, accepti redditique libros ſignarent, quatenus ſolvi omnia debita poſſent.

*eamque reverenter ſuſcipiens,*

111 Dies noctesque, quas poſt recepta Sacramenta univerſim ſex habuit Domina noſtra, tranſierunt ei, quantum ad hominem exteriorem, quaſi in purgatorio dolorū ac cruciatuum variorum; cum nulla eſſet pars corporis ejus, quæ ſuum proprium non haberet; adeo ut nec leviter quidem ſe poſſet convertere: magnaq; cum difficultate ſuſcipiens modicū calentis juſculi: non poterat autē illud retinere longiori ſpatio, quam quo Pater-noſter recitaretur ſemel. Ita patiebatur Dominus Deus affligi hanc famulam ſuam, ut omnes manifeſte cognoſcerent quantum ipſam amabat; volens, ut dum adhuc eſſet in hoc miſero corpuſculo, anima ejus perpurgaretur

*Exinde adhuc ſex dies inter extremos cruciatus vivens,*



*miratur deeſſe ſibi conſuetas lacrymas.*

A. MARG. PINERIA EX MS. LVS.

à quacumque vel leviſſima culpa, ſine qua mortalis vita non ducitur etiam à perfectiſſimis ſervis ſuis, quemadmodum affirmat Joannes Apoſtolus. Verum quantumcumque ipſa patiebatur, numquam cor ſuum abjungebatur à Deo, neque ex ore ejus ullum prorumpebat verbum quod non ſonaret Dei laudem, petendo ejus miſericordiam auxiliumque in hora illa adverſus omnes diabolicas ſuggeſtiones. Magna cum humilitate rogabat Matrem Prioriſſam ut ſibi ſemper aſſiſteret, ſimulque Sorores ut Matrem juvarent. Cumque diceret ei Mater, ne metueret, neque dubitaret, quin eſſet obtentura id quod tantopere ſemper concupiverat. Non ita, inquit, timeo, ut metus iſte me faciat diffidere de eo, qui tantas mecum fecit miſericordias, atque ad me ſalvandam pati & mori eſt dignatus: non ideo certe deſerui domum Regiam: ſed quod videam reddendam mihi rationem omnis mali quod feci, & boni multiplicis quod facere neglexi cum poſſem.

*maxima cum patientia.*

*Nepoti alumno, poſt extrema monita,*

112 Juſſit deinde accerſiri puerum nepotem ſuum, D. Georgium, tunc novennem: atque ante ſe conſtitutum prolixo ſermone eſt allocuta, commendans ei domum hanc in qua fuerat educatus; utensque verbis efficaciſſimis, quæ poſſent alte infixa manere ejus cordi, quem tam amanter enutrierat. Fili, inquiebat, commendo tibi plurimum animam meam, ſcilicet hoc monaſteriũ. Memineris quod trimeſtris huc ingreſſus ſis, quodque te in cunis vagientem hic aluerim. Commendo etiam tibi omnes famulos meos. Cura ut probus ſis, Deumque valde ames ac timeas: ipſe tecum ſit, tibique benedicat. Et hæc dicens, elevavit manum ſuam, ac tertio benedixit; addidit etiam alia plura ſanę doctrinę & utilis inſtructionis monita; tandemq; abire juſſit, nec amplius reverti ubi ipſa jaceret; ſed mandavit ut duceretur, ad domum infirmariæ, ibiq; maneret quoad Rex mitteret qui abducerent illum. Appellavit deinde Matrem Claram de Silva, quæ quoad vixit ipſam ſemper comitata fuerat ad miniſtrandum ei, quæque cuſtodiebat omnia ad Dominam ejuſque nepotem pertinentia; juſſitque ut quæ ſua erant continuo à rebus nepotis ſepararet, quia jam ei nihil donare poterat.

B

*valedicit.*

113 Non ceſſabat interim, ut erat plena cæleſti gratia, proferre verba multæ ædificationis iis qui circumſtabant, penetrabatque audientium corda magis quam dicere poſſim aut ſciam. Sorores vero, quas videbat præjacturæ talis dolore illacrymantes, rogabat, ne ſeipſas affligerent aut plorarent. Quin potius, inquiebat, exhilarate vos invicem in Deo, neque mei cauſa oſtendite ulla ſigna doloris: relinquo vobis copiam pulcherrimorum librorum, itemque pomarium ad deambulationem. Nolite locum dare murmurationibus aut judiciis temerariis, quæ multum ſolent præjudicare obedientiæ & ſubjectioni. Atque hujuſmodi plura dicebat ultimis iſtis duobus diebus ſui diſceſſus, tanto cum amore ac vigore ſpiritus, velut ſi integra ſanitate uteretur. Verum quæ, ipſa nocte illuceſcente in feria tertia, locuta eſt Matri Prioriſſæ & aſſiſtentibus ſibi Sororibus, nullus capere intellectus poteſt. Erant enim voces ejus & ſermones omnes caritate conditi; ſecundum exemplum Servatoris noſtri, in poſtremo quẽ ad diſcipulos habuit ſermone. Cum mira dulcedine & eloquentia confortabat Prioriſſam, & circumſtantes orabat, ne triſtarentur propter mortem ſuam, quam libenter acceptabat de manu tam boni Domini, in cujus miſericordia multam habebat repoſitam confidentiam. Tum iterum inſtitit petendo veniam; ejuſque amor erga ſingulas non videbatur poſſe ſatiari; ideoque dicebat, ſe orare Dominum, ut tempus quod pro peccatis ſuis deberet exigere in purgatorio, poſſet inter Sorores expendere: ipſas autem multum commendabat Prioriſſæ, & illis viciſſim obedientiam erga eamdem. Obedientia enim, inquiebat, eſt ſcala per quam facillime aſcenditur in cælum, poſt ejus veſtigia, qui obediens pro nobis fuit uſque ad mortem. Hortabatur quoque, ut omni cuſtodia ſervarent cor ſuum, conarenturque habere conſcientiam ſemper mundam, atque eſſe paratæ in diem illum ignotum omnibus, quo finiendus cuique eſſet vitæ ſuæ curſus.

C

*Sororibus quoque pia dat monita,*

*ea ſque nocte ante 11 Maji commendat Prioriſſæ,*

D

114 Deinde vice altera advocavit Prioriſſam, petens ab ea veniam erratorum; ipſamque confortans, & ei commendans duas famulas ſuas, quas ab infantia educaverat; Paulam Diaz & Auguſtinam Fernandez; pro quibus orabat ne dimitterentur, ſed porro educarentur in monaſterio ad omnẽ virtutẽ. Ad quam, inquit, Mater, doctrinâ & conſilio eis rogo ſis præſto: videtur autem mihi quod Domina matertera mea Philippa libenter acceptura ad ſe ſit Paulam. Totam porro noctem illam ſic tranſegit, velut quæ certo ſciret adeſſe finem ſuum, partim Deum ſuaviter alloquendo, orandoque veniam & miſericordiam; partim Sorores ſigillatim inſtruendo ſalubribus monitis & præceptis, prout ſolebat & ſciebat unicuiq; congruere: nec volebat ullam ex iis triſtem videre lacrymantemve propter mortem ſuam, ſed ut lætarentur pro tanto ſuo bono & requie adeunda. Dicebat autem, quod hilaris egrediebatur ab hac vita; nec aliam ſentiebat pœnam, quam quod Sorores ſibi tantopere dilectas videbat mœſtas ſua cauſa; cui in omni vita nullum majus potuerat obtingere ſolatium, quam ſi lætas conſolataſque aſpiceret, nulla aliàs ſui remanente memoria apud Prioriſſam & Sorores.

*itemque duas famulas ſuas,*

E

115 Mane facto cum ad viſitandam illam redirent medici, renuntiari juſſit, ipſos deinceps habendos ab ejuſmodi officio excuſatos; Capellanos autẽ à ſe rogari voluit, ut ſinguli Miſſam unam de Vulneribus Domini recitarent, in remedium & alleviationem pœnarum quas pro ſuis peccatis erat commerita. Patribus quoque noſtri Conventus Dominæ de Miſericordia mandavit, ut ſinguli dicerent Miſſam unam de Diva, vel de aliis quos nominabat devotionis ſuæ Sanctis; mittens eum in finẽ, ipſis & Clericis oppidi hujus aliis, eleemoſynam ſuam. Per eoſdem duos dies, quos ultimos ſibi fore noverat, nullam admittebat medicinam corporalem, ſoli Deo & rebus animæ ſuæ componendis intenta, & eam contra extremam agoniam obarmans. Rurſum vero Matrem Prioriſſam prolixiori ſermone alloquens, multa ſalutaria monita & verba conſolatoria ei dixit, circa regimen domus & obſervantiam religionis; tandemque magna cum humilitate ſubjunxit: Eja Mater, nihil tibi opus debilibus conſiliis meis, quæ ſi antehac non fuerunt neceſſaria tibi, multo minus nunc ſunt, tanta virtute & diſcretione præditæ: commendo ergo ſuper omnia tibi animam meam, quæ licet merita nulla habeat, habuit nihilominus optimam voluntatem faciendi quantum poſſibile ſibi erat. Magno mihi ſolatio fuerit, ſi cum Sororibus digneris curare ut corpus meum ſepeliatur in choro inferiori, indutum hoc ſancto Habitu, quo me indignam eſſe alioqui profiteor: deſideravi autem hac in domo ſepulturam meam permanere, ut Matres atque Sorores meæ ipſam conſpicientes, mei ſemper recordentur: quandoquidem earum numero aggregari optaverim, ubicumque fuerit anima mea; & maxime, ſi bene ei, ut ſpero, ſit.

*Mane facto curat plures Miſſas dicendas,*

F

*ſolatur Prioriſſam,*

*& petit ſepeliri in choro inferiori.*

CAP.

A

## CAPUT XIII.

*Piißima diſpoſitio ad mortem, nocte proxima expectatam; agonia, obitus.*

106 *Die 11 Maji prædicit ſe proxima nocte morituram.* IPſâ tertiâ feriâ, cum dies jam eſſet, iterum D. Infanta, magno cum ſolatio ſuo & affectu ſpirituali, advocavit Matrem atque Sorores univerſas: cumque declaraſſet quam gratus ſibi eſſet earum conſpectus, & oculos per ſingulas circumduxiſſet; Rogo, inquit, ut omnes vos recipiatis ad quietem & ſomnum aliquem capiendum: certa enim ſum, fore ut nocte hac egeam veſtra præſentia. Novit Deus, quanto deſiderio ſemper eum oraverim, ut vitam inter vos agere & finire liceret; unde ei nunc multas gratias ac laudes refero, ſecura quod nulla mihi prævalebit tentatio, quando videbo circum me poſitas ſorores & amicas meas, quarum orationibus ſuſtinebor. Equidem non ignoro, minime me commeritam tantum bonum, neque feciſſe ea quæ debui opera: verumtamen rogo vos, ne demerita mea, ſed veſtram ipſarum intueamini caritatem. Ite nunc pauſatum, ut hac nocte mihi poſſitis cum eadem veſtra caritate aſſiſtere, meumque comitari exitum: qui ſi felix mihi fuerit, ſemper orabo Deum pro hac domo & omnibus habitantibus in ea: quod tempore hujus corporalis vitæ non ſatis potui pro voluntate facere, ſupplebit anima, ſi eam Deus dignatus fuerit ſuo conſpectu. Fateor equidem, nulla in me reperiri opera, quibus id meruerim; ſed demerita multa, quæ me multiplicis pœnæ & cruciatus ream fecerunt: verumtamen rogo Dominum, ut judicio ſuo & animæ meæ interponat mortem ac paſſionem ſuam.

B

*In quam adeſſe ſibi omnes petit:*

107 Impoſſibile ſit explicare omnia ejus verba, & affectuoſas ad Dominum Deum exclamationes: converſa autem ad Dominam noſtram, cujus imaginem parvulum tenentis jufſerat collocari in altari, ad Miſſam ſibi dicendam parato, una cum majori cruce ſuæ capellæ, & formoſa ſtatua reſurgentis Chriſti (quam ſicut à matre ſua Regina acceperat, ita ejus ſorori Materteræ ſuæ D. Philippæ relictam volebat) converſa, inquam, Infanta ad Dominam noſtram, elevatis manibus feriebat pectus, eamque orabat, ut memor quod erat Mater miſericordiæ ad ſalutem peccatorum, dignaretur eſſe etiam mater ſua; & quoniam portaverat illum qui totum ſanguinem pro ipſa fuderat, & mortem adeo crudelem pertulerat, ne elongaretur ab auxilio ſuo, præſertim in hora tanti diſcriminis: crebro autem iterabat dùos hoſce verſus, *Monſtra te eſſe matrem*; &, *Maria, mater gratiæ*. Invocabat præterea multos Sanctos Sanctaſque, imprimis S. P. Auguſtinum, atque undecim mille Virgines, quibus aſſueverat totidem Pater noſter recitare. Sed tempus eſt finem imponam narrationi, cui alias impoſſibile eſſet finem reperire; utque breviter dicam, quod ſine dolore tamen dicere nequeo, quomodo divina clementia concluſerit vitam illius, nolens illam diutius protelari.

*Deiparæ ſe affectuoſe commendat:*

C

*ſub noctem vale dicit mediis:*

108 Feria tertia ſub noctem, die adhuc XI Maji anno MCCCCXC, cœpit ſanctiſſima Domina illa, cum nova & inexplicabili animi alacritate, inſtar militis totum ſe obarmantis ad futurum conflictum, comparare quidquid vel utile vel neceſſarium cenſebat nocte illa, tam ſibi optata quam lacrymabili nobis: ac primum advocatos medicos verbis perquam humanis ablegavit, unicuique eorum gratias referens pro cura & medicinis ſibi impenſis, licet inutiliter, eo quod Dei voluntas fuerit ut efficaces non eſſent ad ſalutem corporis, quod ipſum inter magnas illius erga ſe miſericordias numerabat, multaſque eo nomine ipſi agebat gratias. Fatebatur quidem ſe remedia adhibuiſſe, nec parum allaboraſſe ut vitam protraheret; verum non alio fine, quam ut ſpatium lucraretur faciendæ pœnitentiæ, & ad quædam obſequia eidem deferenda; per cujus amorem nunc orabat, ut ſibi ignoſceretur, quod in hac ſua prolixa & gravi infirmitate, tot inter dolores, tantas ipſis creaſſet moleſtias: nunc vero conſummata eſſe omnia: quare non redirent ad ſe amplius, quia certa erat, quod altera die ipſam non eſſent reperturi in vivis: deſinerent eſſe ſoliciti pro ſuo corpore, ſed abeuntes in horam bonam, quietem caperent; ac porro rogarent Deum, ut animam ſuam ſuſcipiat in requiem, ſuique meminiſſent.

A. MARCO PINERIA EX MS. LVS.

*Confeſſarios accerſit.*

119 Dimiſſis medicis, atque in bibliothecam ſub turri ſe recipientibus (nec enim omnino egredi monaſterio volebant, ſed permanere intro, *ut viderent finem*) rogavit D. Infanta noſtra Matrem Prioriſſam atque Sorores, ut ſe non deſererent, ſed ibidem manerent. Juſſit etiam dici Patribus Confeſſoribus ſuis, P. Priori Joanni Diaz & Fr. Pelagio de Lira, curarent ambo præſentes eſſe ſibi, quia hac nocte erat ipſis opus habitura. Miſit inſuper rogatum Dominos Epiſcopos Conimbricenſem & Portuenſem, qui venerant, ut dixi, ipſam viſitatum, nec voluerant diſcedere ab oppido donec melius habere intelligerent; vellent pro ſe ſinguli Miſſam unam dicere, quamprimum audirent ipſam agonizare; ſignumque dari facerent ad aliquas orationes pro ſe faciendas. Interim perſeverabat illa, tam integro ſenſuum omnium uſu fruens, ac ſi fuiſſet in plena ſanitate. Non eam viſus, non auditus, non vox clara defecit, uſque ad ultimum ſpiritum; adeo ut nec in loquela quidem, conturbatio aut confuſio vel minima unquam perciperetur. Abſoluto Completorio, adfuerunt, ſicut juſſi erant, præfati Patres Confeſſarii; ſeque in ejus oratorio collocarunt, ad recitandas Matutinas aliaſque orationes: ipſa vero identidem interrogabat, quæ hora ſonuiſſet in horologio: idque cum tanta præſentia animi, & modo loquendi tam abſoluto, ut appareret certo illam noſſe, qua hora eſſet deceſſura.

B

*& ad extremum ſibi præſens.*

F

*atque animam horam à ſonuiſſe.*

120 Cum autem intellexit ſonuiſſe ſecundam, oravit Matrem Prioriſſam, ut cervical ſuum magis erigeret; fecitque advocari Confeſſarios, & cœpit ſentire vehementiores alvi cruciatus. Tum Matrem Prioriſſam intuens; In hoc inquit, cœpi, in hoc volo finire. Cœpitque omnino ſerio invocare Dominum Deum per mortem ac paſſionem ejus, Deiparamque Virginem Dominam noſtram, pronuntians varios ac devotos verſiculos, è Pſalterio depromptos. Ut autem adſtare Confeſſarios vidit, Patres, inquit, hæc eſt poſtrema hora mea, adjuvate atque abſolvite: & continuo juſſit adferri chartas quaſdam plenariæ Indulgentiæ, tum quas ei ſpecialiter conceſſerant Pontifices, tum quas in genere per modum diſpenſationis impartiti erant titulo Cruciatæ vel Redemptionis captivorum. Dein manus extulit ac feriens pectus, totum Confiteor recitavit, voce tam diſtincta, ut ea non videretur eſſe virginis in extremo articulo conſtitutæ, ſed plena valetudine utentis: iterumque & iterum dicens, Peccavi, Domine, fateor culpam meam, mandavit ſibi admoveri Crucem; & Crucifixum intuens atque ardenter exoſculans, inquit, O Domine mi,

*petit abſolutionem cum Indulgentia*

Deus

A. MARG. PINERIA EX MS. LVS. *Deus meus, misericordia mea, averte faciem tuam à peccatis meis*: quem versiculum solebat usurpare, quoties & quocumque loco videbat imaginem Crucifixi aut Deiparæ, caput eisdem modice inclinans.

*jubet recitari Passionem:*

121 Hinc porro cœpit egressui suo appropinquare Domina ista, pro mensura ingravescentium dolorum magis magisque deficiens, spatio horarum duarum; post quas rogavit Sorores accedere propius, & ordiri orationem de Christi in horto agonia: cœpit etiam vehementer sudare atque deficere. Suggerebat deficienti Mater Priorissa, ut confortando pectori sumeret aliquid aquæ cordialis: sed ipsa respondit voce languida, non esse amplius tempus, inchoandam lectionem Dominicæ Passionis. Cœpit ergo Priorissa eamdem recitare D. Infantæ, ad singula attentissimæ omninoque quietæ, usque dum veniretur ad locum inflictæ Domino elapsæ; quando, non valens ultra levare per se brachium, in hoc juvari petiit; manuque propria tam duram alapam inflixit faciei suæ, ut sudor copiosus exprimeretur. Tum voce quantum poterat contendens, robusto etiamnum spiritu, dixit; O Domine, qui
B pro peccatoribus tam multa perpeti voluisti, ignosce mihi & salva me, ut eorum aggreger cœtui, qui te vident & laudant. Consueverat nempe Domina ista, quoties Passionis historiam vel legebat ipsa vel legi audiebat, ad istum de alapa locum, multa cum lacrymarum effusione & amaritudine cordis, id ipsum facere, quod nequidem in extremo vitæ articulo posita valuit prætermittere.

*sub qua ipsa sibi infligit alapam uti solebat,*

122 Videns interim Mater Priorissa deficere Dominam, letali jam sudore opertam, spirituque reciprocationem fieri breviorem; cessavit à lectione, ut ad rotam vadens nuntiari juberet Episcopis, ad extremum articulum rem esse deductam; utque fieri curarent, quæ Domina imperaverat. Excepit ergo Sororum una Missale seu librum, lectionem prosecutura; cumque nesciret ubinam Priorissa desiisset, cœpit nihilominus legere. Hoc animadvertens moribunda eamque intuens, etiam in tali articulo attentissima; & corpore quidem agonizans, spiritu autem quietissima; voce, quantumvis languida, dixit; Non ibi desiit Mater nostra; ipsa oculorum demissione indicans, aliquanto inferius resumendam lectionem, quam porro magna cum animi applicatione audivit. Cumque recitaretur locus quispiam, explicans singularem aliquem Domini Salvatoris dolorem, profunda dabat suspiria, dicebatque; Domine, misericordia; Domine, ignosce, nec intres in judicium cum famula tua: nec recorderis iniquitatum mearum: peccavi, Domine, peccavi: ignosce, per mortem & passionem tuam. Et hæc quidem submissa dicebat voce, clara tamen & imperturbata: ubi autem ventum est ad verbum, quo dicitur Dominus emisisse spiritum; junctis ante pectus manibus recitavit quasdam preces secreto, sic ut à nemine intelligeretur, tenens oculos in Crucifixum, quem sibi jusserat admoveri; & ex voce

*ac reliqua lectioni pie attendit:*

*recitat Psalmum 30:*

aliqua subinde fortius resonante intellectum est, quod pronuntiabat formulam profitendæ fidei. Deinde ter recitavit Psalmum trigesimum, *In te Domine speravi*, quo tertium finito, rursum clara voce cum gemitu suspirioque, dixit: Semper, mi Domine, speravi in te, & commendavi tibi hanc animam meam, quam creasti & redemisti: idemque facio etiam in hac hora, tibique & matri tuæ ac Dominæ meæ illam commendo; addens versus, *Monstra te esse Matrem*, &, *Maria mater gratiæ*.

123 Ista dicenti allata est positaque ante oculos particula veræ Crucis, quam habebat in suo Reliquiario: quam illa accipiens, osculans & adorans
D cum gemitibus suspiriisque, defixit oculos in Spineam coronam, atque dixit: *Ave Spina, pœnæ remedium.* Cumque deficienti atque lassæ etiam deficeret respiratio, grandesque sudoris guttæ per caput, faciem, manusque defluerent; accesserunt Patres Confessarii propius. Quos ipsa intuens; Adjuvate me, inquit, Patres. Deinde cœpit per se recitare *Credo*, adjuvantibus ipsis & Sororibus, quæ quidem poterant: plerasque enim dolor & lacrymæ impediebant, ne vocem formarent. Continebant tamen se quantum valebant singulæ, ne ab ea exaudirentur lugentes; tanto autem major dolor erat, quanto magis diligebant, agnoscebantque jacturæ suæ gravitatem. Quæsivit interim ipsa Domina, an omnes Sorores ibi præsentes adessent; jussitque ut accederent propius, remotis tabulis in-

*salutat spinas Crucifixi:*

*pronuntias Symbolum:*

terpositis; volens omnes simul videre, priusquam expiraret; &, Scitote, inquit, nullam me in vita tota majorem percepisse lætitiam, quam videndo junctas Sorores simul, meque inter illas. Tum vero manus elevavit, & cœpit protestationem fidei recitare, clare & distincte pronuntiando totum, *Quicumque vult*, adjuvantibus nihilominus eam Patribus.

E 124 Eo finito dixit Patri Priori, inciperet Orationes agoniæ, quas continebat liber, quem manibus tenebat Fr. Pelagius de Lira. Cum autem Domina intelligeret hoc esse exitus sui tempus, dexteram manum extendit & apprehendit cereum, quem absque intermissione tenebant Mater Priorissa Maria de Ataide, & Mater Supprioriissa Gratia Alvarez, assistentibus simul Matribus Catharina & Clara de Silva, una cum Dominæ ipsius famula Margarita Pineria, quæ caput ejus sustentabat, quod supposito cussino elevari sibi jusserat, simulque mappula abstergebat defluentem ei copiosum sudorem. Circumcirca lectum Matres ac Sorores omnes fundebantur; quarum aliquæ vultum habebant affixum terræ, aliæ alio doloris actu occupabantur, sic ut videre te crederes pictura expressam Dominam nostram Dei matrem, tempore sui sanctissimi transitus cinctam Apostolis. Magno sane cum luctu expectabant illæ tristem sibi & acerbam horam: ipsa tamen D. Infanta, præ animi gaudio ac voluptate, nullum dabat gemitum aut signum mœroris, parvum vel magnum: sed multa cum quiete, etiam ipsius corporis jam deficientis, monstrabat suo in vultu gloriam, qua jam jam frui incipiebat anima; adeo is incipiebat lucidus ac formosus apparere.

*jubet legi preces pro agonizante:*

*& dum Letania recitantur.*

*sub quibus vident mœstæ Sorores:*

F 125 Novit æternus Deus ac Dominus, quidquid dico vel dictura sum, verissimum esse; idem veracissime testabuntur, qui aderant, Patres Confessarii, ac Matres omnes. Quomodo scilicet extremo isto articulo transformari cœperit facies ejus, longeque speciosior videri quam antea erat; quippe quæ trium mensium spatio multum fuerat à priori colore mutata; non item à lineamentis faciei, quæ semper servavit optime composita. Transierat jam secunda post mediam noctem hora, cum Domina voce submissa inquit: Dicantur Letaniæ; quas P. Prior elata voce (uti moris est) recitare incepit; respondente eidem altero Patre, nec non Priorissa, Supprioriissa, ac ceteris Matribus Sororibusque; interim dum ipsa quasi sedebat in lecto, suffulta cussino, inter brachia Matrum Catharinæ & Claræ de Silva, suæque famulæ Margaritæ Pineriæ, caput sublevantis. Omnes autem demirabantur speciem (in quam subito versus erat vultus, oculi, totusque Dominæ istius aspectus) adeo claram splen-

*vultum agre mira claritate fulgentem.*

A ſplendidamque, ut quem vis terrenum ſplendorem ſuperaret; defixis interim ejus luminibus in Crucem & Crucifixum ante ipſam poſitum. Quia autem oculi ei erant ex natura virides & valde formoſi; eo in articulo videbantur eſſe gemini ſmaragdi, ad radios ſolares expoſiti. Novit Dominus hanc eſſe ipſiſſimam veritatem: neque poſſum verbis exprimere ſpeciem illam admirandam, quam ipſamet hiſce meis oculis indigniſſimis hauſi, unaque Matres ac Sorores omnes ibi præſentes.

126 Toto illo temporis ſpatio movebat leniter labia ſua, velut quæ intra ſe oraret. Tum oculos claudens, rurſumque aperiens ac rurſum tollens, ita nonnihil manſit; quando Priore perveniente ad hæc Letaniarum verba, *Omnes ſancti Innocentes*, innocens ille ſpiritus ſolutus fuit à vinculis mortalis hujus corporis, coram Patribus ac Matribus. Non valebant autem oculos ſuos retrahere à contemplanda claritate formoſi illius vultus, poſt exceſſum ſanctæ iſtius animæ; de cujus æterna beatitudine, jam fruentis conſpectu Dei ac Sponſi ſui, ſemper dilecti & quæſiti, ipſa illa vultus in mortuo corpore claritas, certiſſimum dabat teſtimonium; cum nemo dubitaret, quin eam ille recepiſſet in gloria B ſua cæleſti coronandam, cui in hac brevi vita tantum miſericordiæ gratiæque contulerat.

*ad nomen SS. Innocentium,*

*placide expirantem.*

127 In iſta quam dixi claritate, abſque alio motu ſtrepituve, ſubſederunt paulatim manus, quas eo uſque ad Crucem tenuerat paululum elevatas; illiſque ſpecioſis oculis ſubito clauſis, ſenſim diſparuit prior ſplendor, & innotuit defunctam eſſe Infantam; ita ut Patres manibus in cælum elevatis dicerent, Ecce ut cum Sanctis Innocentibus abiit. Hæc vox ubi audita fuit, totam mox domum mœrore implevit, ſic ut quædam etiam animo linquerentur ſemimortuæ: & omnes cum gemitibus acerbis atque amaris lacrymis proſequebantur jacturam tam piæ ac ſanctæ Matris, cujus præſentia & convictu tam paucis annis fruitæ erant. Manſerunt clauſi oculi labiaque, & totus vultus tam modeſte ac decore compoſitus, ut placidum ſoporem dormire videretur: Patres autem rogabant Matrem Prioriſſam omneſque præſentes, ut, ſepoſito tantiſper dolore, curarent reliqua ſancto corpori neceſſaria.

## C CAPUT XIV.

### *Funus, ſepultura, exequiæ Ioannæ.*

128 12 *Maji mane,* CContinuo campanæ omnes utriuſque monaſterii, nec non totius oppidi, pulſatæ fuerunt, ob mortem communis Dominæ: ad quarum ſonum ingens ubique planctus & comploratio extitit: Pater autem Prior ad conventum regreſſus, omnes Religioſos ſuos convocavit ad celebrandas exequias. Jamque aurora ſurgebat, quando quatuor Matres, clauſis lecti mortualis cortinis, ſacrum corpus veſtiverunt & compoſuerunt, tam leve atque tractabile per omnes artus ſuos, ac ſi vixiſſet, quemadmodum ipſæ poſtea ſunt teſtatæ. Induerant autem illam habitu & capitis operimento Religioſo, nec poſſum dicere quanto cum dolore & lacrymis: ſingulæ enim revera irrorabant totam eam partem lecti ad quam conſiſtebant, quia jacturam quam Domus hæc & Ordo noſter in tali tamque clara luce faciebant, deplorabant ut propriam. Ita reducta defuncta ex lecto, extra cortinas, tranſlata fuit in mediam illam aulam, magna cum reverentia, & collocata ſupra ſtratum ad hoc apparatum, Mox

*ad corpus ſacro habitu indutum,*



eodē accurrerunt omnes majores & minores, ſeniores ac juniores nullo ordine ſervato, cupientes videre A. MARG. Dominam palam expoſitam, & vultu, manibus, ac PINERIA. pedibus diſcoopertam. Oſculabantur formoſos ejus EX MS. LVS. pedes ac manus tam acerbo cum dolore, ut findi corda viderentur; dum ſingulæ, quibus poterant verbis ac modis, exprimerent magnitudinem afflictionis internæ, tanto majoris, quanto præſentiori ſolatio privatas ſeſe & quaſi orphanas derelictas ſentiebant.

129 Noſti, Domine Deus, ipſiſſima veritas, quomodo famula iſta & ſponſa tua, illuſtrata ac repleta tuis divinis gratiis, in te & propter te, erat requies & ſolatium omnibus ad ſe recurrentibus. Solabatur triſtes, ſuccurrebat afflictis, medebatur tentatis, corroborabat infirmas, mediatrix inter prælatas ac ſubditas, auctor pacis atque concordiæ, ſcandalorum averruncatrix. Nemo quidquam ab ea pro ſe ſuiſque affinibus aut conſanguineis poſtulabat, cui non ſuccurreret remedio conſiliove ſalutari. In omnibus dubiis & anxietatibus recurrebant ad illam ſingulæ, tamquam ad clarioris ſcientiæ fontem, pro intima qua pollebat Regulæ Conſtitutionumque & Legis divinæ peritia. Quidquid tentationum, quidquid E ſuggeſtionum diabolicarum offerretur alicui, in ipſius ſinum deferebatur, non ſine prompto efficacique remedio; cum ejus monita pronis auribus exciperent omnes, atque ab ejus ſanctis orationibus ſemper auxilium reportarent ad hoſtem ſuperandum. Nemini illa excuſare ſe, nemini ſubtrahere; quin potius indagare ſolicite, num qua in monaſterio eſſet opis ſuæ indiga; multaque cum comitate proponebat ſingulis Chriſti Domini Sanctorumque exempla, quæ ſibi fecerat meditando familiaria: unde *velut communi omnium matre orbatus;* omnes in genere, & ſingulæ in particulari maximum & incomparabile recipiebant ſolatium & refrigerium, tamquam à pientiſſima matre & arbitra conſcientiarum ſuarum. Hanc ergo videntes ſic mortuam, nec ſperantes alibi uſpiam invenire tam præſens afflictionum ac lacrymarum ſuarum remedium, deſiderabant etiam ipſæ defungi vita, ut eam poſſent videre in gloria, quandoquidem jam ab iis receſſerat per mortem corporalem. Atque hoc erat quod proſtratæ in terram ante corpus petebant, orabantque, de ſua ſingulæ ſalute ſolicitæ: nec aliter facere videbantur poſſe, quia levius æſtimabant ex hac vita decedere, quam videre mortuam, atque in- F telligere quod ipſum quoque ejus cadaver tam cito ſubtrahendum oculis ſuis foret; quando etiam hinc multum ſolatii hauriebant, interim dum neceſſarii ad ſepulturam apparatus non ſine mora aliqua perficiebantur.

*accurrit Conventus mœſtus,*

130 Poſtquam conſtructa erat funebris ſandapila, cui imponendum erat ſanctæ Dominæ noſtræ Joannæ corpus, venit Pater Prior cum omnibus Patribus ex monaſterio S. Mariæ de Miſericordia, ingreſſique ſunt in domum, ubi prædicta Domina ſupra ſtratum ſuum jacebat; & flexis omnes in terram genibus, oraverunt dixeruntque conſuetum Reſponſorium. Stabant iſtic, ſicut tali Dominæ conveniens erat, diſpoſitæ Cruces, tædęque & cerei copioſi, quam multos capere locus poterat: cumque Patres omnes ſacris veſtibus ſe induiſſent, quatuor ex ſenioribus ſuſtulerunt cadaver, magna cum reverentia & circumſpectione; atque intra ſandapilam collocaverunt, non ſine uberi lacrymarum effuſione. Quemadmodum enim ipſa, dum viveret, ſatagebat omnes ſolari, juvare, & recreare, in quibuſcumque eorum corporalibus ac ſpiritualibus neceſſitatibus; ita nunc omnibus inconſolabili dolori erat ejus tam cita

*imponitur ſandapilæ à Patribus Ordinis:*

A. MARG. FINERIA EX MS. LVS.

tamque inexpectata mors, quæ ipſos privaverat ſanctæ illius vitæ exemplis & virtutum univerſarum clariſſimo ſpeculo. Quid autem facerent Sorores ac filiæ ejus ſpirituales, tot annis cum ipſa converſatæ, nunc autem orphanæ derelictæ? Operiebant palliis facies ſuas, & linteis ſibi obturabant ora, ne prorumperent in gemitus intempeſtivos: itáque mœſtus ac lacrymabilis earum chorus ſtabat eminus, & theſaurum ſuum, mox è conſpectu auferendum, proſequebantur oculis, ut melius atque decentius poterant.

*defertur ad porticum inferiorem;*

131 Tum vero procedere cœperunt Patres, & quatuor quos dixi Seniores ſacrophagum humeris ſuſcipientes, deſcenderunt per ſcalas verſus ſtratum præparatum in porticu, ſubtus domum in qua Sancta obierat. Jam ſtabant ibi afflictæ Sorores, ſeriatim diſpoſitæ ad parietem ex una parte; itáque ſatisfaciebant extremo ejus mandato ut ſe comitarentur. Collocato corpore ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ in media porticu, quæ tota obtenſa tapetiis erat; ingreſſi ſunt Domini Epiſcopi, Georgius de Almeida Conimbricenſis, & Joannes de Azevedo Portuenſis, pridem ſingulariter devoti & amici Dominæ no-

B ſtræ, lugubribus tunicis pileiſque induti: non tamen tantus erat dolor quem veſtimenta monſtrabant exterius, quin mœror interior longe exuperaret; cujus ſignum præbebat abundantia lacrymarum quas fundebant, velut indices cordis, ſeſe utcumque exonerantis per oculos. Ingreſſi, ſuas ſtatim fecerunt

*ibi laudatur ſandapila,*

reverentias, capitibus diſcoopertis ac flexis genibus: factaque brevi oratione (nam largam non patiebantur ſingultus plangentium) circa tumbam ſinguli ſeſſum ſe receperunt, lugubriter obtecti caput, & faciem tergentes linteo, jugiter à lacrymis madenti, non ſine gemitu, modeſto tamen & diſcreto. Tum ingreſſus eſt lignarius faber, indutus etiam ipſe lugubriter: & genuflexus planxit: proferenſque duas tabulas applicavit ſarcophago, eumque clauſit, ipſas ſuperne inſtar tecti compaginans.

*Interim dum in eccleſia decantatur officium:*

132 Interim Patres abſolvebant defunctorum Officium, factaque erat foſſa ſepulcralis in choro, panno nigro undique conveſtita: & pulſabantur campanæ per omnia monaſteria atque eccleſias totius oppidi, in quo nulla erat platea nec domus, quæ non reſonaret etiam ipſa planctu & dolorificis vocibus; cum magni æque ac parvi perfunderentur

C mœrore, eo quod Domina illa generaliter à cunctis amabatur, propter beneficia & gratias paſſim ab ea impenſas omnibus, jacturam ſuam & orbitatem lugentibus. Abſoluto officio exorſi ſunt Patres Reſponſorium, *Libera me Domine*, omnes ſimul cantantes atque plorantes: itáque inſtituerunt proceſſionem, prægredientibus Sororibus mœſtis atque afflictis (quemadmodum concipio Marias comitatas ad ſepulturam Dominum Jeſum) omnes dimiſſo vultu

*portatur per pomarium,*

& incurva cervice, per portam quæ ſub turri eſt; Fratribus autem ac Patribus ſubſequentibus, & agmen funebre claudentibus iis qui ſanctiſſimæ Dominæ illius corpus geſtabant in ſandapila, uſque ad terram cooperta panno. Ducta eſt pompa hæc per pomarium & calceatam uſque in clauſtrum, atque inde in chorum inferiorem, ſubſequentibus Dominis Epiſcopis. Hic autem nequeo præterire ſilentio, rem omnibus videntibus admirabilem. Menſis erat Majus, totumque pomarium (in quo Domina iſta ſuam habebat pergulam, ad recreationem horis temporibuſque congruis capiendam, bonam ſæpe diei partem iſtic tranſigens, eoque Sorores omnes convocans; quodque etiam ſolicite ipſa rigari faciebat, nec paucas in eo ſuamet ipſius manu arbores conſeverat) hoc, inquam pomarium totum,

*miraculoſe mox arefactum,*

tunc maxime formoſum ac floridum, pro ſingulari D quam ipſa Domina ei fecerat impendi cura, mox atque illac tranſlata eſt ſandapila, in conſpectu omnium viſum eſt exareſcere, tam in herbis quam in arboribus; decidentibus paſſim foliis, ea præſertim via per quam corpus ferebatur, quæ utrimque conſita erat grandibus cydoneis, & hæ permixtæ cytreis, quondam à Domina ſic coordinatis. Cum ergo omnes eſſent floribus ac fructibus novis onuſtæ, ſic pariter elanguerunt, ut numquam poſtea reviruerint: quo videbatur demonſtrari, dolorem iſtum ad ipſas etiam herbas arboreſque pertinere.

*& ſepelitur in choro inferiori,*

133 In hunc modum procedentibus, ut dictum eſt, omnibus ad locum chori inferioris, conſtiterunt Sorores juxta ſcalas: tranſieruntque per medium earum Fratres ac Patres, cum Epiſcopis & corpore ſanctæ Infantæ. Tum proſequentes reliquum Sepulturæ Officium, ſancti corporis reliquias terræ mandarunt, cum quanto potuerunt honore ac reverentia, condigna Principi tantæ tamque ſingulari, qualis fuerat Infanta Joanna. De ejus anima dubitabat nemo, quin eſſet in gloriam ſempiternam recepta, ibique frueretur ſuavi conſpectu Regis cæ- E leſtis ac Sponſi ſui, quem vivens in hoc mortali corpore amaverat ſuper omnia, ſpreta univerſa ſeculari pompa & gloria regnorum mundi hujus, quæ ipſi naturali jure debebantur, ſæpeque oblata potuerant ab illa teneri ſine culpa; niſi malens Chriſtum humilem & pauperem ſequi, perſeveraſſet uſque ad mortem in ejuſmodi ſancto propoſito, ipſo miſericorditer adjuvante, ut omnia opera meritoria ſua ad finem perduceret, maximo cum fervore amoris divini, quorum etiam præmium eſt conſecuta: quod nobis quoque idem ipſe concedat, per ſuam Paſſionem interceſſionemque ſanctiſſimę matris ſuæ, & iſtius veræ famulæ ac ſponſæ ſuæ.

*fit Miſſa de Requiem:*

134 Finito Officio ſepulturæ, Reverendi Domini Epiſcopi & Patres egreſſi ſunt per portam capellæ, triſtes omnes & corde contrito, uti ratio poſtulabat: Pater autem Prior, Fr. Joannes Diaz, una cum iiſdem indutus eſt ad Miſſam canendam, quam in capella Jeſu celebrarunt *de Requiem*. Videtur tamen quod magis æquum fuiſſet, ut Miſſa *Gaudeamus* fieret, quam *de Requiem*; hanc enim Domina jam poſſidebat. Reliqui vero Patres & Clerici privatas ſimiliter Miſſas perſolvebant. Quis au- F tem ſiccis oculis poterit, eis qui non viderunt, narrare, quam inconſolabilis dolor omnes Sorores tenuerit? quæ conſiderantes ſe ſolas atque orphanas derelictas, volvebantur ſupra terram illam, quæ ipſarum occultaverat theſaurum. Nullius tamen tam immoderatus erat luctus, ut multum ab aliis audiretur; nam quæ debiliores ſe agnoſcebant, quam ut poſſent ab ejulatu temperare, intra ædes ſe continuerant, ibique ſolo Deo teſte indulgebant lacrymis & ſuſpiriis. Niſi autem eas juviſſet Deus, qui poteſt omnia, multæ fuiſſent dolori immortuæ, videntes ſe ſic deſtitutas omni corporali ac ſpirituali ſolatio.

*abducitur alio puer regius,*

135 Evacuabantur etiam quas Domina incoluerat ædes, & puer Regius illius nepos traductus eſt ad monaſterium Patrum de Miſericordia, ibique traditus in manus Domini Epiſcopi Portuenſis; adeo ut recte poſſemus dicere, *Quomodo ſedet ſola civitas, plena populo?* Nullius omnino vox audiebatur per monaſterium, ſed omnes in ſilentio orabant & plorabant. Scit Deus quam vera dicam: nec tamen ſatis ipſa me explico. Videbantur enim in monaſterio nullæ eſſe mulieres vivæ; ita ut Mater Prioriſſa diceret, metuere ſe, ut unquam Sorores ſuas poſthac ridere aut delectabiliter loqui conſpiceret;

Jam

A Jam enim non amplius videbant Dominam illam, quæ pro ipſis apud Prælatam intercedens, requirebat alleviationem pœnitentiarum injunctarum; & ab ea diſſidentes maléque contentas provocabat ad emendationem ac pœnitentiam, omnes ſuæ profundæ humilitatis exemplo ad obedientiam ſubmiſſionemque inducens. Singulas etiam ſanctiſſima iſtæc Domina, comitate ſua recreabat, conſolabatur, ſublevabat; nec ullæ erant quæ laboribus ſui officii fatigatæ ad ipſam non accurrerent, reſpiraturæ in ejus domo, ibique accepturæ conſilia in rebus dubiis ſalutaria, reſolutionemque tricarum conſcientias teneras implicantium. Non habebant amplius quæ invitaret illas ad colloquia ſpiritualia, & relaxationes plenas benignitatis, in ejus pomario vel cella deguſtandas. Exaruerat fons ille caritatis, qui in Deo & poſt Deum ipſis erat omnis ſua recreatio, inter aſperitates monaſticæ diſciplinæ, quæ tunc primum cœperunt graves videri, quando deeſſe ſibi ſenſerunt illius exemplum auxiliumque, quo levia cuncta reddebantur. Ipſa quin adeo Prioriſſa, in negotiis perplexis & gravioribus ſui regiminis curis, ſolita erat ad eam recurrere; ut quæ noſſet cuicumque malo auxilium & remedium invenire. Erat autem hoc etiam ex capite univerſarum afflictio major, quod unaquæque ſigillatim ſuis propriis culpis imputabat iſtam tam præproperam orbitatem.

*& recordatio commodorum ablatorum auget luctum.*

B 136 Poſtero die redierunt omnes Patres ad Capellam Jeſu, quo etiam veniens adm. Reverend. D. Epiſcopus Conimbricenſis, cum Archidiacono & Capellanis ſuis, ibidem Miſſam ſolenniſſime atque devote cecinit pro eadem Domina, non ſine lacrymis. Interfuerunt huic Miſſæ, non ſolum multi famuli famulæque ipſius Infantæ, quæ huic extra monaſterium in oppido miniſtraverunt; ſed etiam plures Magnates atque Nobiles, quos fama gravis infirmitatis ejus illuc attraxerat, ſic ut numerum præſentium capere ambæ capellæ non poſſent. Ea propter Prioriſſa, de conſilio Epiſcoporum ac P. Prioris, mandavit aperiri crates, ducentes ab eccleſia ad locum in quo Profeſſiones fieri conſueverunt; nec non crates S. Auguſtini; quo ſtatim ingreſſi ſunt quotquot poterant, planctum maximum cientes, fortiterque exclamantes, & parietes vel terram ferientes capitibus, multaque alia facientes, quæ facile judicaſſes non per meram ceremoniam fieri, ſed ex acerbo dolore animi. Obſcurus erat locus totus, nigroque veſtitus & inſtratus panno; circum tumbam autem diſpoſitæ faces, quam multas ſpatium capiebat; & in gradibus ad eamdem tumbam aſſurgentibus duodecim Fratres cum thuribulis, toto officii tempore fumigantibus. Abſoluta Miſſa & aperta Capellæ porta, ingreſſus eſt R. D. Epiſcopus Conimbricenſis cum Archidiacono ſuo, nec non D. Epiſcopus Portuenſis cum Miniſtris ac Patribus, qui ſimul omnes diſpoſiti ordinatim per chorum inferiorem, cœperunt cantare Reſponſorium, *Libera me Domine*, non minus lacrymis quam modulis ſolenne. Stabant ad latus ſcalarum Sorores ordine proceſſionali, ſicut ſolent quando aliqua inter ipſas ſolennem nuncupat Profeſſionem, opertæ capita velo & cereum accenſum tenentes manibus. Decantato autem Reſponſorio prædicto, rurſum quo venerant ordine egreſſi ſunt DD. Epiſcopi; duravitque ad multas horas planctus, in voces doloroſas prorumpentibus ſingulis, tanto magis quanto quiſque melius cognoſcebat ſentiebatque jacturam ejus, quæ vere dici poterat *Mater orphanorum, pauperum, & viduarum*. Egreſſæ Matres Sororeſque reliquerunt apertas ipſas crates

*13 Maji convenitur ad exequias.*

C *Miſſa quæ cantata,*

*plangitur defuncta,*

majori parte diei iſtius, quia non ceſſabant egredientibus unis ſupervenire alii, totaque eccleſia Jeſu, & Capella S. Auguſtini, quin & platea ipſa, continuis perſonabat lamentis gemitibuſque. A. MARG. PINERIA EX MS. LVS.

137 Anno Domini MCCCCXC, die VI Februarii, compleverat Domina Principiſſa Joanna annum vitæ ſuæ ſanctiſſimæ trigeſimum octavum, exorſa annum trigeſimum nonum. Annis octodecim in hoc monaſterio converſata eſt, tam ſancte ſicut dictum; multaque alia adhuc dici poſſent, nota rerum omnium cognitori Deo, & iis qui ipſam familiarius tractarunt, de ſanctiſſima ejus in monaſterio converſatione atque obitu; ſed impoſſibile eſt ut iis fides adhibeatur, prout nunc ſunt tempora, quando tantum refrixit amor Dei, qui in iſta ejus famula ſemper gliſcebat ardentius. In ipſa ſane videbatur renaſci ætas antiquorum Martyrum, qui pro fide Jeſu Chriſti Domini noſtri corpora ſua cremanda & excrucianda tradebant. Vitæ autem ſuæ, ſecundum ejus deſiderium divinitus abbreviatæ, conſecuta eſt finem, qualem ſemper optaverat, videlicet corã Sororibus in hoc monaſterio, quod adeo dilexerat ſemper. Etenim ſæpius requiſita à Rege patre, & longe inſtantius à Rege Fratre D. Joanne, multiſque Principibus atque Epiſcopis Regni, ut E pateretur ſe traduci ad aliud aliquod eorum monaſterium, quæ regio ſplendore exædificata jam erant, aut ipſorum ſumptibus eſſent ædificanda, ſub aëre commodiori, in loco magis congruo dignitati & natalibus ejus; numquam tamẽ induci potuit ad conſenſum; dicens, hic eſſe omne ſuum ſolatium & gaudium, neque ſe alium locum majorem aut meliorem optare, quem propterea appellabat ſuam parvam Oliſipponem.

*ætatis an. 39 ante 3 menſes incboato, & 18 converſationis religioſæ necdum expleto.*

138 Duobus ante ultimam infirmitatem annis, cœperat executioni mandare grande propoſitum, quod conceperat reædificandi hoc monaſterium, tranſlata in aliud latus contra mare eccleſia, totumque magnifice conſtruendi; videlicet templum, chorum, capitulum, dormitorium & refectorium; transferendi etiam officinas recollectionis & ſilentii: ſic enim credebat effecturam ſe, ut aura ſalubriori Sorores uterentur. Jamque ab Epiſcopo Conimbricenſi D. Georgio de Almeida obtinuerat licentiam ædificandi eccleſiam, & eum in finem cœperant fieri apparatus, coctis lateribus effoſſaque humo, pro fundandis duobus quadris & loco Capituli. Fecerat etiam aperiri latomiam, unde eruerentur grandes & formoſi lapides in ædificium dictæ eccleſiæ. Horum F quoque magna copia erat extracta & huc pervecta; ſed præter impedimenta alia à Fratribus Prælatiſque objecta, diſturbavit opus cœptum gravis & poſtremus illius morbus: in quo tamen non deſinebat eſſe pro eo ſolicita, ſæpius conteſtans, quod ſperabat divinitus adjuvandam ſe, ut cogitata perficere poſſet, quæ tantopere conductura credebat ad Dei obſequium, nec non ad incrementum exaltationemque hujus monaſterii ſibi dilectiſſimi, in quo etiam finire vitam elegerat. Finivit autem duodecimâ Maji, Feria quarta, & hora ſecunda poſt mediam noctem præterita, anno quem ſupra dixi MCCCCXC.

*Per eam mortem ſuſpenſa hæſit vixdum inchoata fabrica.*

## CAPUT XV.

### *Defunctæ beatitudo variis modis revelata.*

139 NOn videtur mihi poſſibile narrare aut deſcribere ſigna omnia, quibus per iſtos poſtremos dies dignatus fuit Deus præmonſtrare proximum illius obitum. Itaque, licet ea vere ſancte

*Capellano Ioanne viro ſancto.*

A. MARG. PINERIA EX MS. LVS.

ac manifeſte, per viſiones & ſomnia, oblata ſint perſonis notiſſimæ fidei atque virtutis, unum dumtaxat omiſſis ceteris commemorabo. Inter alios D. Infantæ Capellanus quidam erat, vitæ admodum ſpiritualis, Didacus Laurentius nomine, cui, in omni ſua converſatione Eremitam religioſum aſſimilanti, Confeſſarii ſui poſt mortem dederunt teſtimonium ſingularis ac virginalis puritatis. Huic inter alia pia mandata, quæ poſtremis iſtis diebus manu ſua ſcripſerat, & quorum in ſuo Teſtamento meminit, etiam injunxerat Sancta; ut mox atque ipſa obiiſſet, peregrinationem ſuſciperet ſuis ſumptibus faciendam ad S. Mariam de Guadalupa. Iſte, eadem nocte qua Infanta tranſiit ex hoc mundo ad Deum, intra cameram ſuam recluſus orationique devotæ intentiſſimus, ſubito conſpexit ante ſe maximam quamdam claritatem. Ad hanc viſionem correptus ſtupore & timore vehementi, ſæpius nomen Jeſu & Mariæ inclamavit, identidem Crucis ſigno ſe muniens; deinde curioſius ipſam conſiderans claritatem, quæ ante ſe perſiſtebat immota; vidit in ejus medio prægrandem, ſed formoſiſſimam ac ſplendidiſſimam Coronam ſpineam; cujus omnes aculei pleni erant recenti ac rubicundo ſanguine; & à cujuſque aculei extrema cuſpide, pendebat gutta una, grandior ac ſplendidior ſimilis, ſanguinis. Adeo autem ſuaviter ſimul & vehementer lucebat tota iſta corona, ut neque oculos avertere poſſet à tam delicioſo ſpectaculo intuens, nec bene fixos in eodem retinere: idque duravit, ut ſibi videbatur, per integrum horæ quadrantem: poſtea vero paulatim deficiens, denique ex oculis plane evanuit viſio, ſecutaque eam eſt vox grandis, bis dicens, Obii, Conſummatum eſt.

*offertur viſio ſpineæ coronæ cruentæ & ſplendentis,*

B

140 Manſit ille ad iſta obſtupefactus (nam & ſuaviſſimus odor quidam totam ubi orabat cameram adimpleverat) cum cœperunt in monaſterio Jeſu audiri ſigna campanarum, ſignificantia quod ipſa hora obiiſſet ſancta Infanta, atque ab hoc corpore mortali ad gloriam tranſiviſſet æternam. Neque dubium eſſe cuiquam poteſt, quin miſericordiſſimus Deus tali ratione voluerit ſignificatam illius mortem, illa ipſa hora certiſſimo peractam, iſti ſuo fideli famulo; qui poſt ejuſmodi viſionem parum admodum ſupervixit. Siquidem continuo completurus demandatum ſibi Dominæ ſuæ votum, mox atque corpus ejus fuit traditum terræ, in viam ſe dedit Guadalupam verſus; atque poſt oblata ibidem ſacrificia & vota, regreſſus Averium, ſanctiſſime obiit etiam ipſe. Recte autem mors ipſius Dominæ demonſtrata fuit per viſionem Coronæ ſpineæ; ſiquidem hanc illa ſibi pro inſigniis ac propria teſſera ſumpſerat, ipſam exprimens aut exprimi faciens in rebus omnibus ad ſe ſpectantibus, præ tenera devotione erga Domini paſſionem, cujus portio haud minima fuit dolor & ignominia inde proveniens: quapropter etiam ubicumque ipſam videbat depictam, humiliter ſeſe inclinando dicebat, *Ave ſpina, pœnæ remedium*: & feſtum Coronæ ſpineæ agebat quam poterat ſolenniſſime.

C

*ipſa hora obitus,*

*non ſine myſterio,*

*Pluribus Sancta apparet in ſomnis,*

141 Quamvis temporibus noſtris ſimus indigni divinis revelationibus & viſionibus frui; poteſt nihilominus aliquando Deus, ut eſt miſericors, variis modis, etiam per ſomnia, nonnullas res objicere & certificare intellectui, ad remedium & ſolatium, prout ſibi placuerit, meruerintque perſonæ, in quarum gratiam iſtud faceret. Videns ergo grandem afflictionem famularum ſuarum, propter jacturam Dominæ tam ſanctæ, quæ tantopere ipſas dilexerat, ſuaque corporali converſatione tanto cunctis ſolatio fuerat; permittere voluit, ut illarum aliquæ ſemiſopitæ, eamdem quaſi corporeis ſuis oculis cernerent, vel in ſomnis audirent admonentem, ne ſua cauſa tantum lugerent. De quibus nonnihil hic attexere audebo, fiduciam ſumens à variis exemplis utriuſque Scripturæ, novæ ſcilicet veteriſque, quibus certificamur, voluiſſe Deum res aliquas dici & ſignificari per ſomnia. Hoc autem dico, non quaſi velim affirmare, contra quam Sancta & Catholica fides mandat & prohibet, fidem aliquam dandam eſſe ſomniis; ſed quia puto, licite ac ſalva conſcientia credi & dici poſſe, quod volente & ordinante ſic Deo, patre totius conſolationis, ejuſmodi ſolatium oblatum fuerit ancillis ejus, multa cum amaritudine lugentibus obitum tam caræ Principis, quæ cunctas in genere atque in ſpecie ſolabatur dum viveret.

D

*ac nominatim juvenculæ Guineenſi nascens baptizata,*

142 Inter alias quas moriens Domina dimiſerat ancillas una erat, non ita pridem advecta ex Guinea; quam, quia juvenis & idonea videbatur, ipſa emerat, & paulo ante mortem fecerat baptizari; nec enim perferre Sancta iſta poterat, ut ſua in domo verſaretur anima, ſalutaris lavacri diu expers; quin potius tales inſtruebat ipſamet diligenter, & fidei noſtræ rudimenta docebat. Puella iſtæc vix quidquam Luſitanæ linguæ noverat, ſed miræ ſimplex & prona ad omne bonum, ſecundum noſtræ ſanctæ Legis inſtituta, magna cum voluntate ſua baptiſmum ſuſceperat. Cum autem octavo poſt Dominæ ſuæ tranſitum die, ipſa atque tres aliæ jacerent in cubiculo quodam, ubi nonnullæ Sorores infirmæ decumbebant, nominatim virtuoſæ Matres Clara & Catharina de Silva; ſubito per mediam noctem experrecta, cœpit inclamare prædictam Matrem Catharinam atque Sanctimoniales alias; & verbis quæ ægre intelligebantur hortari, venirent viſum Dominam Infantam, quæ ibi aderat. Ita aliquamdiu clamans, primum expergefecit eas quæ cubabant ſecum: hæ autem initio attonitæ aſſurrexerunt, deinde parum id curantes reclinaverunt ſeſe; & arbitratæ ipſam dormientem ſomniare, mandabant ut taceret. Cum autem ſentirent puellam, bene experrectam, identidem magis magiſque clamare ut venirent, quia ibi erat Domina Infanta; exiverunt duæ earum ut candelam accenderent, & vocarent Sorores, auditurus quid puella diceret. Venerunt ergo Mater Prioriſſa & aliæ plures Matres atque Sorores, inveneruntque juvenculam, attonitam totam & tremebundam; quæ oſtendit eis locum, in quo dicebat viſam ſibi D. Infantam, formoſam & ſplendidam inſtar ſolis, & circumdatam aliis inſtar Sanctimonialium veſtitis atque velatis, quæ omnes manibus tenebant cereos albos accenſos. Fuit autem puella per triduum tota frigida, & quaſi immobilis, oculis unum in locum inconvertibiliter defixis, nec volebat bibere aut comedere; ſed veluti paralytica, aut extatica, ac ſemimortua jacebat, abſque auditu & loquela, quantumcumque multum pro ea ad ſe reducenda laboraretur. Interim viſitavit eam medicus & Patres aliquot Confeſſarii, dixeruntque, puellam illam ſimplicem vere jacere quaſi abſque pulſu, ſtupefactam extraque ſe raptam: eoque ſatis certum videbatur, conſpexiſſe eam aliquid quod de hoc mundo non eſſet, ideoque timorem ac tremorem, ex more talium rerum, incuteret.

E

*indeque ad plures dies extatica,*

F

*unique ex Matribus lugeri ſe vetans,*

143 Mater una erat ex ſenioribus, nomine Violanta Ruiz, cui Domina Infanta cum viveret monſtrabat ſe vehementer affici, eo quod in ea perſpexerat magnas virtutes, timoremque Dei & ſtudium perfectionis religioſæ, per quod integre complebat omne ſuæ vocationis officium, eratque optimo exem-

A exemplo univerſis, cui & Patres Confeſſarii ſuî teſtimonium dabant maxime puræ nitidæque conſcientiæ. Hæc adeo vehementer ſentiebat avulſam ſe à dulci ſanctaque Dominæ iſtius converſatione, ut die noctuque non ceſſaret à lacrymis. Itaque una noctium poſt Matutinas, à quibus nunquam illa aberat, finitis precibus ſuis levem ſomnum capiens, vidit D. Infantam lucidiſſimam, in habitu Ordinis claro ac candido: quæ ipſam, magna ex tali viſione perfuſam gaudio, amanter reprehendebat, quod ploraret ac triſtis eſſet propter obitum ſuum, cui optime erat & tuto in loco poſita ſalus. Dic autem Sororibus, inquit, ne me amplius lugeant, quia poſt modicum tempus videbunt in Regno talia, ob quæ dicent feliciter mecum eſſe actum. Curent interim implere omnem obligationem ſuam, & habere conſcientiam mundam: non enim judicia eadem cæli ſunt quę terrę. Omnia iſtic relucent in candidiſſimo ſpeculo, coram quo nihil quantumvis exile poteſt abſcondi, quod non ſevere judicetur purgeturque. Vidimus autem intra breve ſpatium manifeſte compleri, quod futurum præmonuerat Domina iſta, illuminata interius prophetico ſpiritu, & in illo divino ſpeculo cognoſcens omnia, quæ Dei æterna ſapientia facienda præordinaverat. Etenim, poſt annum unum & duos circiter menſes ab obitu Infantæ, ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ, Princeps Don Alfonſus, nepos ejus ac filius Regis D. Joannis fratris ſui, obiit, lapſus ex equo, in omnium conſpectu; & ipſe etiam Rex Joannes prænominatus quarto poſt anno exceſſit è vivis, nullum alium filium legitimum relinquens qui Regnum hereditaret; unde neceſſario ſecuturum erat, ſi ipſa ſupervixiſſet, quæ erat de jure heres Regni & jurata Princeps, ut vel invita cogeretur ad Regnum capeſſendum, dimiſſa quiete recollectionis ſuæ, ſecundum quod inſtrumentis publicis firmatum erat, quando in hoc monaſterium venit. Quia autem tali caſu non potuiſſet ipſa id excuſare, ſæpe multumque affligebatur, quemadmodum aliquando inter colloquendum dicebat, videns non niſi unicum Regi filium eſſe.

*propter ea quæ brevi futura prædicit,*

B *& quarto poſt anno verificata ſunt,*

*fratre Rege moriente ſine herede.*

144 Iiſdem diebus, haud multum poſt obitum Infantæ prædictæ, admodum virtuoſa ſodalis & amica ejus, Mater D. Catharina de Silva, affirmavit ipſam Sanctam ſe vidiſſe, una hora ante auroram, cum eſſet in choro, abſolveretque meditationes ſuas & orationes conſuetas. Cum enim, tali hora ac tempore, magno teneretur defunctæ deſiderio, & reminiſceretur vitæ & converſationis ſuavis quam habuerat cum Domina Principe; caput nonnihil reclinans in cathedram, vidit ſubito, non integre experrecta, prope ſe magnam claritatem, atque in ejus medio præfatam D. Infantam, in veſtibus lucidis candidiſque noſtri Ordinis, alloquentem ſe interrogantemque de rebus ſuæ conſcientiæ perquam ſecretis, & multa valde neceſſaria ſuggerentem ad ſui cuſtodiam; certam interim ipſam reddens, quod jam eſſet cum Deo. Ipſa vero illam videbat & audiebat tantâ voluptate perfuſa, ut impoſſibile videretur in hac mortali vita majorem lætitiam deguſtare. Laudabat autem eas, quæ divino amore ferventes, laborabant in acquirenda ſumma conſcientiæ puritate, & ad omnem Dei voluntatem implendam, ſecundum obligationem ſuſceptam; certas eſſe jubens, quod diſtricto examimine eſſent dijudicanda omnia, quæ in hac vita videbantur levia: eumque in finem allegabat varios verſus ex Pſalmis & auctoritates Scripturarum. Quo ſermone finito, remanſit prædicta Mater plurimum confirmata in ſpiritu, unde & magnas Deo laudes retulit.

*Alteri in ſimili ſplendore apparens Beata*

C

*hortatur ad ſtudium perfectionis.*

145 Decimo tertio aut quarto die poſt mortem præmemoratam, accidit res prorſus digna memoria. Rediverant à Matutinis decantatis Sorores, aurora jam illuceſcente, ad lectos ſuos, modico quod ſupererat tempore brevem capturæ quietem; cum major pars Conventus, videlicet Seniores, ſeorſim ſingulæ viderunt, ſicut in ſuam conſcientiam jurantes affirmarunt, in iſto brevi ac levi ſomno, D. N. Infantam. Eâdem vero ipſa hora ſimul omnes expergiſcentes, magna cum animi alacritate quemadmodum olim Apoſtoli; dicebant inter ſe, *Vidimus Dominum*; ſic & ipſæ mutuo narrarunt ſplendorem & gloriam, in qua viderant ipſam Infantam; & quomodo ipſas alloquens monuiſſet, ne ſe lugerent vel affligerentur ſua cauſa; eo quod jam eſſet in ſtatu beatitudinis, pro quo acquirendo ipſæ adhuc laborabant. Duabus autem ex Matribus dixit, quod impetraverat à Deo, ut aliquæ Sororum cito ab hac ærumnoſa vita evocarentur ad gloriam æternam: videbaturque quod monſtrabat ſibi chartam, in qua earum omnium deſcripta ſigillatim erant nomina, quas Domina affirmabat cito deceſſuras. Hoc vero completum ipſo opere videmus: prius enim quam annus iſte finem acciperet, diem extremum clauſerunt ſeptem Sorores, valde religioſæ, una poſt aliam perquam ſancte mortuæ, quemadmodum & vixerant. A. MARG. PINERIA EX MS. LVS.

*Die 14 poſt obitum eadem ratione conſpicitur à pluribus:*

E

146 Non videtur etiam prætermittenda ſilentio (ut alia taceam brevitatis cauſa & faſtidii ingerendi metu) revelatio, quam ſancta noſtra Domina dignata eſt facere cuidam religioſiſſimæ Matri, valde provectæ in Ordine, & ab ipſa quondam ſingulariter dilectæ. Hæc, poſt illius obitum lacrymis ſuſpiriisque indulgens, præ intolerabili ipſius deſiderio, non ceſſabat dies noctesque à planctu; quia identidem ſibi recurrebant in memoriam ingentes utilitates, quas ex ſuavi ejus converſatione, & ſalubri doctrina atque conſiliis, capere ſolebat anima ſua. Una ergo noctium, poſt Matutinas conſuetasque orationes abſolutas, lecto incumbens ad capiendum leviſſimum ſoporem; viſa eſt ſibi quaſi non dormire, ſed conſpicere D. Infantam, in conſueto corporis & capitis habitu, ſecundum Ordinis noſtri uſum, cui conſtanter adherebat; ſed ita lucido formoſoque, facie inſuper tam hilari ſplendidaque, ut videndo tota diffluens dulcedine & conſolatione interna, nihil ſimile unquam in vita expertam ſe diceret. Viſa eſt autem ſeipſam ad ejus pedes proſternere, eoſq; deoſculando & amplectendo interrogare, quo loco jam eſſet, & quomodo tranſiviſſet terribilem iſtum paſſum, exitumque ab hac miſera vita. Quam humaniter Domina Infanta ſublevans, reſpondit; Video Deum; eumque videns & laudans, recipio quidquid unquam deſideravi pro ſalute animæ meæ. *Factus eſt mihi Dominus in refugium, & Deus meus in adjutorium animæ meæ.* Hoc dicto experrecta ipſa Religioſa, abſterſam ſenſit ab anima ſua omnem triſtitiam, qua uſque in iſtud tempus languerat ex deſiderio defunctæ Dominæ.

*itemque ab altera, declarans ſe Deo frui.*

F

147 Porro, ſicuti hæc vera Chriſti Sponſa, dum viveret, multum laboraverat, ut conſequeretur profundam humilitatem & ferventem caritatem erga omnes, præſertim erga anguſtiatas, afflictas, & infirmas: ita etiam ad meliorę tranſlata vitam, pluribus varii ſtatus & ſexus, maxime tamen Religioſis & Sororibus hujus domus, opitulari ſtudet (quemadmodum experiendo ſentimus) cum in ſuis neceſſitatibus aut doloribus recurrunt illuc, ubi jacet ſepultum ejus corpus. Quædam etiam, magna cum fide in Deo & interceſſionibus efficacibus prędictæ Dominæ, accipientes de terra ſepulturæ ejus,

*Deindemultipliciter juvat ſe invocantes,*

A.MARG. PINERIA SX MS.LVS.

manifeſtum ac miraculoſum recipiunt auxilium. Teſtis eſt Deus, qui novit omnia, quod non mentior: & ſi ſingulæ deberent juratæ dicere, quæ in hoc genere ſunt expertæ, implerent grandem haud dubiè librum ac pene fidem ſuperaturum: id tamen eo minus nunc fieri poteſt, quod pleræque earum, quæ certiſſimum dare teſtimonium potuerant, cito ab hac vita ad Deum ſint evocatæ.

148 Religioſa quædam, antea famula ipſius Dominæ eiq; perquam familiaris [a], poſita in graviſſimo morbo maximiſque cruciatibus, propter ſubnatum ſibi peſtilens apoſtema, cum multis letalibuſque ſymptomatis; nec habens medicum ullum, qui ſibi ſubveniret, eo quod omnes aufugerant è loco; cum ſe nocte quadam ſentiret morti proximam, extraque ſpem vitæ, ex animo ſe commendavit Dominæ quondam ſuæ, rogans ut ſibi in tali periculo ſuccurrere vellet: petiitque adferri ſibi aliquid de terra ſepulturæ, quod acceptum magna cum fide exoſculans ac ſupra abſceſſum ponens, ſubito ſe ſenſit relevatam à doloribus & vehementiſſima febri, qua, pro violentia mali iſtiuſmodi, tenebatur. Peſtilens autem ille tumor ſubſedit paulatim, reſolutuſque eſt totus, abſque ulla medicina vel medici opera: ſtatimque ipſa, veluti à porta mortis revocata integreque ſaluti reddita, ad ſuum ſe recepit Sacriſtanæ officium,
B operam impendens adjuvandis infirmis Sororibus aliis, humandiſque ex eadem peſtilentia defunctis, notitiam nullam habentibus illius Dominæ: quæ pro nobis dignetur intercedere apud æternum Regem, cum quo ipſam vivere & regnare credimus indubitanter, ipſo illo fruentem ut præmium perpetuum ejus fidelitatis, cum qua eum amavit, ſerviens eidem tamquam vera Sponſa, & deſpectis rebus omnibus tranſitoriis ſolum in deſiderio habens illum ac regnum ejus, cujus nos quoque per ſuam miſericordiam participes faciat idem Dominus. Amen.

149 Ego autem, per ipſius amorem & ex parte ejus, obteſtor quemcumq; hæc ſcripta lecturum, ne exiſtimet, aliquid hic aut confictum aut per exaggerationem dictum eſſe. Certifico enim & affirmo, coram Deo Domino noſtro, meriſſimam hic contineri veritatem, ſcriptam ejus manu quæ pro majori parte vidit ſingula, cetera vero audivit à perſonis maximæ auctoritatis & fidei, prout ipſæmet per ſe viderant cognoverantque: idque citra aliquod proprium intereſſe, & abſque reſpectu ullius favoris aut commodi temporalis, ſolum ad majorem Dei gloriam & obſequium, cui ſit honor, gloria & gratiarum actio, quod hiſce temporibus, quibus tantopere refrixit ejus amor, voluerit ipſum accendere in
C pectoribus iſtarum ſuarum famularum, ut ipſo auxiliante facerent iſta & alia multo majora, quæ ipſe novit, & hic ſcripta non ſunt, manentque nota ſoli Deo omnium cognitori, cui nihil eſt impoſſibile: quam fidem tenentes firmam, iis quæ hic ſcripta ſunt nullam exiſtimemus fraudem ſubeſſe. Scit ipſe Deus, quod ex formidine eorum, qui fidem ſcriptis meis habituri non eſſent, & propter tenuitatem ingenioli mei, multa prætermiſi ſcribere: quæ autem ſcripſi, tantum ideo ſcripſi, ut conſervetur memoria obſequiorum quæ illi famula iſta ſua exhibuit, & beneficiorum quibus nos ſibi obligavit; quæque facile intelligent & cognoſcent, quicumque cum amore & caritate hæc legerint, non autem cum ſpiritu irriſorio, quales omnipotenti Deo dijudicandos relinquo, qui nobis errores noſtros ignoſcat, detque gratiam & miſericordiam, adjuvetque & ſalvet nos. Amen.

a *Hanc fuiſſe ipſam Vitæ ſcriptricem verosimile feci in Comm. pr. n. 4 & mox infra apparebit, ipſam de ſe modo in prima, modo in tertia perſona loqui.*

*a ipſam quæ vitam ſcripſit.*

*Eadem proteſtatur non niſi certiſſima à ſe ſcripta fuiſſe.*

# MIRACULA

## *Ex Proceſſu, facto auctoritate ordinaria Epiſcopi Conimbricenſis anno 1626.*

150 *Vita à Margarita Pineria ſcripta additur.*

HActenus feliciter tranſlata eſt Vita D. Principis Joannæ, iiſdem verbis & phraſibus uſuariis, quibus eam nobis enarratam reliquit Mater Margarita Pineria, ſtylo tam veraci atque ſincero, quemadmodum apparet ex modo narrandi ea, quæ oculis ſuis viderat. Quoniam autem his noſtris temporibus dignatus eſt Deus, ad augendam devotionem erga hanc ſanctam Dominam, mirabilia quædam operari; eorum aliqua hic ponentur. Prius tamen annotandum eſt nobis, quod ejus nativitatem concernit, non per negligentiam prætermiſſum à Margarita Pineria, ſed ex timore quodam reverentiali: quæ enim tam prolixe deſcripſit virtutes & excellentias Dominæ iſtius & glorioſiſſimæ Principis, credi non poteſt per negligentiam omiſiſſe
E quidpiam eorum quæ ſciebat. Ipſum autem quod dicendum reſtat, tale eſt.

151 Cunctabatur D. Alfonſus, Rex ſui nominis quintus, exhilarare Regnum optato ſucceſſore, quamvis jam eſſet aliquanto tempore junctus uxori. Quærebatur è cælo remedium: itum eſt ad viſitandum eremitorium quoddam ſancti & glorioſi Patriarchæ noſtri Dominici, cui nomen S. Dominici de Quemada in diœceſi Lamecenſi: ubi ex longa totius regionis experientia conſtat, conjugatos invenire, per ejus interceſſiones, remedium ſterilitatis. Idem etiam expertus eſt Rex ipſe. Etenim poſt novem menſes à peregrinatione ſuſcepta, uxor ejus Regina peperit excellentiſſimam Principem D. Ioannam; cujus vita & mores tales extiterunt, ut ſatis demonſtraverit Deus, ipſam eſſe munus ſuum, conceſſum ad interceſſionem glorioſi noſtri Patris S. Dominici, cujus etiam Habitum ſuſcepit & geſſit. Etenim licet non pervenerit ad faciendam Profeſſionem, primum per impedimenta ſibi oblata à Regibus, patre ac fratre, & Regno univerſo; deinde proprio quodam ſcrupulo, propterea quod ſe videret circumdatam infirmitatibus: nihilominus affectu & opere fuit vera Religioſa, numquam dimittendo Habitum ſancti Patris noſtri, quem perpetuo devoteque geſtavit, honorans domum noſtram ſua præſentia, totamque Religionem Prædicatorum ſuis virtutibus & exemplis.

*quomodo ſterili matri obtenta fuerit,*

*ex voto ad S. Dominicum,*

F

152 Nunc vero ponentur hic miracula quædam, quæ fecit poſt mortem ſuam; authenticata & approbata per Illuſtriſſimum Dominum Joannem Emanuelem, Epiſcopum Conimbricenſem, qui miſit ad hoc oppidum, ad ſupplicationem Cameræ ejus, & Religioſarum hujus Conventus Averienſis, à Ieſu dicti, ſuum Epiſcopatus hujus Conimbricenſis Proviſorem, Doctorem Bernardum de Fonſeca Saraiva: qui perſonaliter excepit jurejurando firmata teſtimonia, anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto.

*item miracula authentice cognita.*

153 Primum quod examinavit, fuit de terra ſepulturæ, per quam facta ſunt & fiunt multa miracula, quorum fuit fundamentum; quod cum corpus hujus glorioſæ Sanctæ humatum eſſet ad pedem ejus ſcamni, in quo Communionem ſacram Religioſæ excipiunt (ſicut ipſa pro ſua humilitate petierat, factumque fuerat cum eorum temporum ſimplicitate, nulla habita ratione tam manifeſtæ notoriæque ſanctitatis, nec etiam conditionis Regiæ ac Principalis) volen-

*In tranſlatione corporis an. 1577*

A volentibus Religioſis ſepulturam ejus condecorare magis (quia aliud nihil ſibi videbatur reſtare, quo poſſent affectum ſuum amoremque teſtari) ipſam transferri fecerint ad medium chori inferioris, poſuerintque in ſepulcro cooperto veſte nigricante ferruginei coloris, cum amore potius quam pompa aliqua, Regiæ ipſius conditioni apta. Factum id eſt, anno à Nativitate D. N. Jeſu Chriſti MDLXXVII; quando terra, elata de loco ſepulturæ, repoſita eſt in quodam teſtaceo vaſe, menſuram modii adæquante, cœpitque diſtribui omnibus poſtulantibus per decurſum anni, præcipue in die anniverſario obitus prædictæ Principis, videlicet XII Maji.

*Reſervata terra ſepulturæ,*

154 Singulis autem annis tali die expenſa eſt plus quam quarta pars modii, eo quod ipſum vas poſitum ſit ad eccleſiæ crates, quæ tunc patere ſolent, ab hora nona matutina uſque ad ſextam veſpertinam, ad ſatisfaciendum devotioni populari; concurrentibus illuc viris feminiſque & parvulis: nemine autem inde redeunte, quin ſecum ferat de

B terra iſta ſancta in chartula: quâ religioſe aſſervantes, experiuntur efficacem contra quoſvis ſuos morbos. Eſt porro notandum bene, quod cadus ſanctam iſtam terram continens, non inſiſtit terræ ipſi, eo

*Liberaliter quotannis diſtribuitur,*

quod chorus inferior ſit ſtratus pavimento lapidum quadratorum, ſic ut nulla prorſus ibi appareat humus: ideoq; habetur pro grandi & evidenti miraculo, quod per tot annos numquã terra illa deficiat, licet in ſe tam modica, tantumque ex ea jam ſumptum ſit, auferendum etiam uſque ad Indias Orientales, quo variis vicibus miſſa eſt bona ejus quantitas, nec non per totam Hiſpaniam: manetque in hunc uſque annum MDCLXXIX in priſtino ſtatu, creſcens quotannis pro modo conſumptionis factæ, multa miracula operante per ipſam Domino Deo. Fuit autẽ res illa tota authenticata per atteſtationem qua-

*nequehactenus deficit:*

draginta quatuor Teſtium, in quibus prima fuit Excellentiſſima Domina Beatrix de Lara, ab anno ætatis vigeſimo in hoc Averienſi Ieſu conventu commorata, & oculis ſuis intuita diſtributionem ſolitam fieri in die anniverſario.

*eãdem in potu ſumptã*

155 Didacus Lopez de Souſa, Comes de Miranda, Gubernator Cancellariæ Portuenſis, in Regno Caſtellæ poſitus, valde infirmatus fuit maligna febri, quæ mox converſa in duplicem tertianam, deinde in ſimplicem quartanam, ac denique in duplicem, totos quatuordecim menſes ei duravit, cum

C tanto rigore, ut febrile frigus aliquando ipſis novem horis protraheretur: nec ullum malo facere remedium poterant medici, quantumvis multi expertiſſimique. Eo autem infirmum redegit morbus, ut ſuaderent ei medici reditum in patriam, eo quod aliam nullam ſpem ſanitatis reſtaurandæ invenirent. Manebat ille nihilominus: quando rem intelligentes materteræ illius duæ, in hoc Averienſi

*diſpellitur pertinax quartana, ſemel;*

monaſterio Religioſæ, aliquid prædictæ terræ miſerunt ad infirmi patrem Henricum de Souſa. Acceptam Didacus aqua diluit, & hanc ipſo febrilis acceſſus die, paulo antequam eſſet inchoandus paroxyſmus, magna cum fide hauſit: ſtatim autem ipſo die defecit primus acceſſus, & alter ſecundo, prius quam hauſtum ſalutarem iteraret: tertio autem die iteravit potionem pridianam, nec amplius ægro febris rediit, ſed ex tunc omnino ceſſavit. Quapropter tam ipſe Didacus de Souſa, quam ejus medici & quotquot viderunt, rem miraculo adſcripſerunt: notatuſque eſt dies S. Iacobi, quo id accidit anno MDCXIV.

*Iterumque.*

156 Idem Didacus, quartanas patiens in urbe Portus, nonam hebdomadem jam eas ferebat; quando prædictus pater ſuus Henricus de Souſa rurſus paululum ei miſit de terra præmemoratæ ſepulturæ. Hæc poſita fuit ſub infirmi cervicali: dumque ibi EX PRO-
eſſet, tremuit ille tribus vicibus: & interroganti CESSU.
quare ſibi non præberetur bibenda terra quam pater ſuus miſerat, ſicut ei per epiſtolam ſignificarat; reſpondit Comitiſſa uxor ejus, quod ipſam jam habebat ſub cervicali: ipſe vero juſſit ut ea ſibi propinaretur in aqua. Dictum, factum: bibit ille ipſo quo febrim redituram expectabat die, prius quam eam ſentire inciperet: nec iſta die eamdem ſenſit; ſed neque poſtea: quin liber manſit uſque in præſentem annum, quo authenticatum miraculum fuit.

*ſanatur fluxus ſanguinis,*

157 Excellentiſſima D. Beatrix de Lara & Meneſes, vidua D. Petri de Medices, gravi fluxu ſanguinis laboraverat ſpatio ſex vel ſeptem menſium: fruſtraque adhibitis humanis remediis omnibus, cœpit cogitare de divinis applicandis: & quia tunc recollectionis cauſa degebat in monaſterio Averienſi, ſuggeſſit ei ex Senioribus Religioſis una, ut fiduciam poneret in Principem Ioannam, ad ipſamque recurreret; futurum forſitan ut Deus, mediante ejus Reliquia, ipſam malo ſuo liberaret. Ipſa vero continuo rogavit illam ſibi adferri: quod E
cum feciſſet prædicta Mater, eâdem ſele infirma *admoto Beatæ cingulo,*
cinxit. Et prima quidem nocte, poſt conſuetum fluxum, febrile frigus ſenſit, aliquanto quam antea mitius; ſequenti vero nocte multo melius habuit; tertio autem die adeo libera fuit ab iſta infirmitate, ut uſque in præſens eam paſſa non ſit. Unde pro certo habuit D. Beatrix, quod ſanitatem receperit per merita Dominæ Principis apud Deum, ad quem receptam illam eſſe non dubitabat, æſtimans fuiſſe prodigium virtutis.

*Iti & dolor unius auris,*

158 Mater Catharina ab Angelis, Religioſa Profeſſa in Conventu Ieſu Averienſi, in aure dextra diriſſime cruciabatur: cumque in iſtis doloribus manſiſſet horas tres vel quatuor plus minus, magna cum fide commendavit ſeſe D. Principi Ioannæ, propoſuitque ſepulcrum ejus, accenſa ante illud lampade, per annum integrum illuminare. Mox allatum eſt ei cingulum Dominæ: quod cum ſupra aurem dolentem poſuiſſet, ſubito & abſque mora ulla ceſſavit cruciatus, plane ac ſi nullus fuiſſet, nec unquam poſtea rediit: id quod prædicta Catharina de Angelis, & ceteræ quæ præſentes adfuerunt Matres, pro grandi habuerunt miraculo. F

*item mensa bunda,*

159 Religioſa quædam ejuſdem Conventus, nomine Mater Magdalena de Sepulcro, biennium totum valde ægrotaverat, deſperataque à medicis jam jam erat inungenda; quando magna cum inſtantia portari ſe petiit ad tumulum Dominæ Principis. Id cum propter nimiam ejus debilitatem primo excuſarent Religioſæ, metuentes ne ſibi inter brachia moreretur; tandem tamen precibus infirmæ cedentes, morem eidem geſſerunt, & juxta tumulum collocarunt. Ægra autem ipſum aperiens, indeque ſumens caput Sanctæ & illud amplexans, ſubito convaluit: atque aſſurgens in pedes ſine cujuſquam auxilio, omnibus ſeipſam monſtrabat dicens, Videtis me ſanam, & miraculum quod in me operata eſt Domina Princeps. Veniens autem medicus, eamque

*allata ad ſepulcrum*

ſic intuens, obſtupuit, retulitque gratias eidem Dominæ Principi. Ipſa vero, quæ inter brachia aliena acceſſerat ſemimortua ad chorum inferiorem, pedibus ſuis receſſit per clauſtrum, cantando hymnos & laudando Deum. Cumque diebus aliquot ſic ſana manſiſſet, denuo relapſa, cito expiravit: quaſi Deus voluiſſet in ea patrare miraculum adeo notorium, per merita glorioſæ iſtius Principis; ipſam tamen, fortaſſis propter eadem merita, cito hinc evocare ad gloriam ſuam.

160 Do-

A. MARG. PINERIA EX MS. LVS. *claudus annis septem,*

160 Dominicus Fernandez, quem Deus ſibi habet, cum ſeptennis noctu jaceret in lecto, fuit greſſu privatus, & ſic impeditus manſit uſque ad annum ætatis quartum decimum, quando cœpit ſe erigere atque ambulare, innixus ſubaxillaribus fulcris duobus, pedemque unum attractum gerens, ſic ut eo terram non contingeret. Procedente denique tempore cœpit una ſola furcilla uti, ſemper tamen claudicans, & multa foramina in tibiis & cervice habens, nec ullum malis ſuis remedium inveniens, quantumvis pater ejus Petrus Fernandez multam ſubſtantiam ea de cauſa conſumpſiſſet. Cum autem recurriſſet dies Dominæ Principis Joannæ, quæ honoratur menſe Majo, ad ipſius Petri Fernandez domum venit quædam mulier, nomine Franciſca Sancritaës, rediens ab eccleſia Sanctimonialium Jeſu de Averio; dixitque prædicto Dominico ſic claudicanti, adiret ſtatim eccleſiam Jeſu, ubi omnibus petentibus tangenda dabatur Reliquia ſanctæ Principis, quia erat dies ejus feſtus; quodque faciebat multa miracula, & forte ipſi quoque datura eſſet ſanitatem ad contactum Reliquiarum ſuarum. Pluribus opus non fuit: egreſſus domo Dominicus eſt, ut erat claudicans & cum furcilla; proceſſitque ad prædictam eccleſiam, ubi ſe commendavit cum devotione magna Dominæ Principi, rogavitque ut tangeretur ea corrigia, qua ipſa ſolebat corpus cingere. Hoc ut obtinuit, ſubito etiam obtinuit ſanitatem; & qui claudus advenerat, rectis greſſibus domum rediit, furcillam ſuam humero impoſitam geſtans, omnibuſque per plateam ſibi occurrentibus narrans miraculum, & dicens; Jam ſanus ſum, jam non amplius claudico, neque claudicabo poſthac. Intra paucos autem dies coierunt foramina cervicis & tibiarum, abſque ullius medicinæ applicatione. Poſtea vero didicit opificium lapicidæ & fabri lignarii, illudque tota vita ſua exercuit, robuſtus valde: & dives effectus, accingebatur gladio, ac genuit filios; quamdiu porro vixit, annis ſingulis obſervavit feſtum Dominæ Principis duodecimo Maji, adferens ad ſepulcrum multas roſas ac flores, quibus iſtud eo die inſpergeretur: atque hoc modo diu conſervavit ſanitatem, quam illa intercedente obtinuerat.

B *die ejus feſto illuc accedens;*

161 Andreza Manuel, uxor Manuelis Andreæ, civis Averienſis, cum recens peperiſſet filiumque lactaret, intumuit ei mamilla dextra, inflammabaturque indurata valde, cum magno ejus cruciatu: quapropter decreverant chirurgi ipſam aperire, ad hoc jam accerſiti à marito. Dies erat duodecimus Maji, quando in prædicto conventu celebratur feſtum Dominæ & ſanctæ Principis Joannæ. Prius itaque quam ſectionem experiretur mulier, acceſſit ad prænominatam eccleſiam, & viſitavit ſepulcrum ſanctum. Ibi vidit eam Matrum una D. Angela de Meneſez, Sanctimonialis profeſſa iſtius monaſterii; ipſamque vocavit ad crates eccleſiæ, monuitque ut cum devotione commendaret ſe Sanctæ, quæ datura ei ſanitatem eſſet ad contactum Reliquiæ ſuæ. Et mox prædicta D. Angela quæſivit burſam, in qua erat cingulum coriaceum quo Sancta Princeps ſuccingebatur, & impoſuit mamillæ dolenti, facto inſuper ſigno Crucis. Ipſa vero diffibulans pectus, ad nudam carnem applicuit burſam: & ſtatim ceſſaverunt dolores, mamillaque detumuit, ad alterius ſanæ ſimilitudinem ſe reducens. Ita integre ſana domum regreſſa, nullam poſtid medicinam adhibuit, vel chirurgorum alicui pectus nudavit.

C *& mamilla periculoſo ſcirro tumefacta.*

162 Maria Rangel, ancilla Sanctimonialium intra monaſterium Jeſu Averii, duplici tertiana plusquam octo menſibus laboraverat; iiſque tam denſe ſibi invicem ſuccedentibus, & adeo diu durantibus, ut nec cibo quidé ſumendo ſpatium ipſi indulgeretur. Cumque remedia humana omnia fruſtra tentaſſet, commendavit ex animo ſeſe Sanctæ Principi: & magnam in meritis ejus fiduciam collocans, petiit adferri ſibi de terra ſepulturę ejus. Hæc autem intra chartulam cervici alligata ipſo rigoris febrilis tempore, eumdem continuo ceſſare fecit: neque porro perrexit morbus aut reverſa eſt febris, ſed omnino ſanam puellam dimiſit; quod merito habitum fuit pro maximo miraculo, ad gloriam ipſius Sanctæ.

D *Item tertiana duplex, appenſa ad collum terræ*

163 D. Maria Beatrix de Lara, filia D. Ludovici de Noronia, qui fuit Marchio Civitatis Regalis, octennis educabatur Averii in domo D. Beatricis de Lara & Meneſez materteræ ſuæ, quando ei intra horas viginti quatuor advenerunt tres febriles acceſſus, & de aperienda ipſi vena conſultabatur. Sed nolens id pati matertera, petiit adferri ſibi cingulum Principis & Dominæ Joannæ. Res mira! Statim ut iſtud admotum fuit, cœpit è capite infirmæ ſudor erumpere, & receſſit febris; quemadmodum domeſticæ omnes matronæ & famulæ teſtabantur, uti & Capellanus; agnoſcentes grande id fuiſſe miraculum Sanctæ Principis. Etenim infirma eo adducta erat intra prædictas viginti quatuor horas, ut mors omnino timeretur; jamque per domum audirentur lamenta & complorationes, tamquam in re deſperata: nec opus fuit ſanguinis miſſione, de qua inter medicos loci conſultabatur.

*octennis puella admoto cingulo:*

E

164 Matri Aloyſiæ de Roſario, Sanctimoniali Profeſſæ in conventu Jeſu Averii, natus eſt in coſtis abſceſſus, quem aliqui dicebant eſſe cancrum, pertingentem uſque ad extimam partem ſcapulæ, Scirrhum vocabant alii. Durus hic tumor manſit ei per quatuor annos integros, nihil proficientibus quibuſcumque remediis. Cum ergo neque ſanguinis miſſione crebra, neque emplaſtris, neque purgationibus quibus utebatur, quidquam profici vidit, propoſuit cum fide & inſtantia ſe commendare ſanctæ Principi Joannæ, inſtituendo novendium ad ejus ſepulturam; quod & fecit, totos novem dies circa tumulum tranſigens, ſupplicando, ut quoniam tam excellens fuit Dei famula, impetraret ſibi ab eo remedium mali quod patiebatur: continuoque invocabat eam, nunc ſuo appellans nomine, nunc Sanctam Principem inclamans. Abſoluta autem novena, biduo poſt invenit ſe prædicta infirma ſanam ac liberam à moleſto illo tumore, reduxitque ſe caro ad eumdem qui totius corporis erat colorem, nec ea parte ullus unquam dolor perceptus eſt amplius: quod tanto certius miraculum creditum fuit, quanto pertinacius medicinis omnibus reſtiterat malum, nulla ratione curabile, ſicut medici & Sorores teſtantur, quotquot abſceſſum viderunt & curaverunt.

*ac periculoſus tumor,*

*poſt novenam ad ſepulcrum.*

F

165 Mater Iſabella de Jeſu, ejuſdem conventus Religioſa, patiebatur quoſdam acceſſus febriles, qui ei magnam quotidie creabant moleſtiam, unde etiam valde affligebatur. Petiit ergo terram de ſepultura Sanctæ Principis, quam aqua diluit, bibitque ipſo tempore quo expectabat acceſſum conſuetum: & ex ea hora manſit libera. Eadem Religioſa, aliquando ultra menſem odontalgia gravi laborans, & veniens in memoriam beneficii antea ab ipſa Sancta accepti, mediante ejus terra ſepulcrali, iterum eamdem ſumpſit, rogans ut ſe ab iſtis cruciatibus liberaret; ipſoque articulo temporis ſanata, rem habuit pro miraculo, non tamen vulgare auſa fuit, quouſque coram Proviſore teſtimonium dedit veritati.

*Curantur, febris,*

*dolor dentium,*

166 Ma-

A 166 Mater Aloysia de Rosario prænominata, quodam die Communionis descendens ad communicandum per gradus, tam horribiliter lapsa de scalis est, ut loquelâ destituta, nequiverit alias ad sibi succurrendum inclamare: erat autem quasi contrita tota, nec poterat magis movere pedes aut erigere brachia, quam si membris omnibus capta foret. Tunc accurrit ad eam soror sua germana, Mater Maria Henriquez; ipsamque inter brachia detulit ad sumendam sacram Communionem: deinde accersiti sunt medici atque chirurgi, qui jusserunt ei secari venam. Prius tamen quam hoc fieret, commendavit se illa, ut devotius potuit, sanctæ Principi, dicens; Domina, si à Sponso tuo impetraveris mihi sanitatem horum brachiorum ac tibiarum, sepulturam tuam quotannis in die vestri sanctissimi transitus circumdabo candelis, sicuti feci hactenus, postquam me curasti à cancro meo. His dictis, subito sensit omnem sibi evanescere dolorem à brachiis tibiisque; & magna cum agilitate obivit Stationes, quæ solent in hoc monasterio diebus Communionis obiri. Ceterum, ut erat verecundioris naturæ, multa alia beneficia reticuit, quæ ipsi fuerunt facta à sancta Principe: videlicet, quod aliquando ipsam B liberaverit à percussionibus capitis, quas magno cum dolore patiebatur, aliisque pluribus infirmitatibus.

*de scalis prolapsa,*

*indeque brachiis ac tibiis debilis.*

167 Hieronyma Ferras, famula Sanctimonialium intra Conventum Jesu Averii, duobus aut tribus annis cruciabatur in una coxarum, tic ut in magnos ejulatus erumpere cogeretur: quapropter in die transitus sanctæ Principis duodecima Maji, circuivit ipsius sepulturam, reptando flexis genibus. Hoc cum tertio feciſſet, surrexit in pedes alacris, & dixit; Nihil amplius doleo: sana sum: miraculum, miraculum, quod sancta Princeps operata est in me. Et numquam amplius prædicta Hieronyma sensit ejusmodi cruciatus, aut aliud quodcumque incommodum in tibiis. Quando autem reptabat circum sepulcrum, non poterat id facere absque ejulatu & lacrymis, propter vehementiam dolorum, eo die intensiorum solito: unde etiam compassionem ingerebat omnibus, ejus clamorem audientibus: ideoque nemo dubitavit, quin esset casus adscribendus miraculo, propter ipsius curationis subitationem. Conversus igitur clamor est in vocem gaudii ob sanitatem, intercessione sanctæ & gloriosæ Principis impetratam.

*Sanantur, ingens cruciatus coxæ,*

C 168 Mater Maria Henriquez, Sanctimonialis Professa sæpedicti Conventus, patiebatur tertianam, cui levandæ experta fuerat purgationem & sanguinis minutionem: quod tamen nihil profuit, per totos viginti dies, quibus sic ægrotavit, manenti in eodem statu. Tum petiit afferri sibi cingulum sanctæ Principis, eoque se cinxit tempore ipsius frigoris: & continuo cessavit tremere, ac deinde remansit à morbo isto libera. Quare, in gratiarum actionem, posuit duodecim cereos accensos circum sepulcrum Sanctæ, in die sui transitus: mox autem à recepta sanitate miraculum sua voce publicavit.

*febris hectica phthisim causans,*

*dolor colicus,*

169 D. Beatrix de Lara, colicos dolores vehementissimos patiens, & recordata quomodo per sanctam Principem curata fuerat à fluxu sanguinis, ejusdem cingulum sibi petiit commodari: quod cum supra ventrem ipsa sibi posuisset, statim sanam se sensit. Mater Paula à S. Hieronymo gravem patiebatur infirmitatem, quotidie bis recurrentem: sed utens terra Sanctæ, sanitatem recepit. Anna à Præsentatione, adhuc Novitia, talia patiebatur symptomata, ut omni sensu privata remaneret. Allata eidem est imago Sanctæ, & ipsa huic se commendavit; eademque hora liberatam se sensit, nec

*incommoda varia.*

tale quid deinceps est passa. Ejusdem Novitiæ nepotulus quidam in oppido febricitabat, cui ipsa remedium quæsivit apud mediatricem suam, reperitque: nam appensa ad collum ægri Reliquia Sanctæ, statim discussit febrem, & puerum sanum fecit. Eâdem celeritate sanitatem recepit Soror Franciscа à Cruce, vehementer afflicta febri quadam frigida cum delirio: utrumque enim malum ei cessavit, statim atque capiti appositum fuit cilicium, quod Sanctæ in usu fuerat.

A. MARG. PINERIA EXMS. EUS.

170 Alia Religiosa tribus mensibus lecto decubuerat, degenerabatque in phthisim malum, eo quod punctura febriles nullam ei requiem dabant. Et quia morbus judicabatur ex sanguine corrupto procedere, aliud nullum adhibebatur remedium, quam venæ sectio crebra; unde, exhausto in hunc modum vitæ fonte, paulatim consumebatur infirma. Sed quædam ejus amica, cingens ipsius caput velo, quod sibi ex supellectili Sanctæ servaverat, remedium ei fecit: depulsaque punctura, perfectam dedit sanitatem. Gaspar Rodriguez, oppidi Averiensis inquilinus, jam extrema Unctione munitus, salutem recepit cum aliquantula terra de sepulcro accepta. Anna etiam Barboza, Esqueriæ commorans, ad ultimum mortis articulum deducta erat à graviſſimo morbo: sed ei in vita servandæ suffecit corrigia, qua Sancta cingebatur.

*trium mensium clinica,*

*moribunda duo,*

E

171 Ludovico Freiræ de Andrada, purgatorium quoddam febrilium æstuum atque algorum patienti, appensa de collo fuit Reliquia Sanctæ, quæ hominem statim sanum fecit, mediante qui eidem supervenit vomitu. Graviter etiam ægrotabat quidam pauper, serviens in mola monasterii Averiensis, appropinquabatque ad portas mortis, quando Matres ejusdem monasterii miserunt ei Reliquiam Sanctæ: quæ tam repentinam sanitatem infirmo attulit, ut non tam convalescere, quam resuscitari videretur. Ab insula Materia misit quidam, multis diebus æger, ad Conventum oppidi Averiensis, petitum Reliquiam aliquam sanctæ Principis Joannæ, eo quod sibi dictum in somnis esset, quod ea mediante sanaretur: sicut etiam continuo factum est, mox ut illa ipsi allata fuit.

*alii tres agri.*

172 Cum Mater D. Hieronyma de Castrofreira, hujus monasterii Professa, & in eodem bis Priorissa, valde esset infirma, & singulis octo diebus pateretur febrem integræ unius diei; quæ numquam desinebat ipso in termino reverti, & propter vehementiam sui accessus valde affligebat ægrotam, eoque magnam ingerebat solicitudinem; ad solam invocationem Sanctæ convaluit. Multi jam transierant anni ab ejus morte, volens autem se gratam ei ostendere, ut erat nobilis, nihil magis congruum reperit, quam sepulcrum ejus, quod eatenus panno laneo nigro operiebatur, insternere sericeo colorato. Cum ergo vetus stragulum auferretur, admirationi omnibus fuit, quod per annos nonaginta quibus istic jacuerat, adeo nihil esset consumptum, quam si recenter positum fuisset. Magnum ea res gaudium omnibus Sanctimonialibus attulit, exinde intelligentibus, quantum deberent viventia illius domus membra ab ejus intercessione sperare, quæ sic servabat inanimem ejusdem domus supellectilem.

*Inductus olim sarcophago pannus,*

F

*post annos 90 reperitur integer.*

173 Neque hic silentio prætereundum est, quomodo Domina nostra & sancta Princeps apparuerit Matri Priorissæ Mariæ de Atayde, quod inter ceteras illius apparitiones ideo scriptum non fuit, quia jam habebatur aliis chartis consignatum. Dilexerat vehementer D. Infanta magnique semper fecerat Matrem istam: ideoque hæc vicissim magno ejus, quam cælum abstulerat, desiderio tenebatur,

*Priorissa videt Beatam, totam lucidam*

A. MARG. PINERIA EX MS. LVS.

& erat inconſolabilis luctus, quo deceſſum ejus deplorabat. Quadam ergo nocte poſt Matutinas, cum illa in oratione perſiſteret (nam dormiendi facultatem abſtulerat dolor) quadam ſomni ſimilitudine abrepta à ſenſibus, vidit Dominam Principem, in habitu ſupra nivem albo; quæ amanter ipſam reprehendebat, quia lugebat ut mortuam, quæ viveret vitam beatam atque ſecuram. Nemo, inquit meam mortem deploret: cito enim ea fieri videbuntur, propter quæ dicatis, quod fuerim iſta mea morte beata. Confirmata fuit veritas viſionis hujus: vix enim quatuordecim menſes tranſierant, quando infeliciter obiit Princeps Dominus Alfonſus, in oppido S. Irenes: quod ſi tunc vixiſſet Domina Princeps, procul dubio novos inſultus debuiſſet ſuſtinere à populis, ipſam ad capeſſendam Regni ſucceſſionem vocaturis. Voluit ergo Deus Dominus noſter liberare eamdem ab iſto novo martyrio; nulla enim re magis probare poterat amorem ſuum erga dilectam illam Sponſam, quam prius eamdem evocando ad æternam beatitudinem.

*Neque maturo obitu ſuo latantē.*

174 Multa alia miracula operatus eſt Deus per merita ſanctæ Principis Joannæ, quæ tamen omittuntur, tam cauſa vitandæ prolixitatis, quam quia necdum ſunt authenticata. Multo etiam plura exciderunt è memoria, propter humilitatem ipſarum Religioſarum, quæ cum prædicta Sancta vixerunt & converſatæ ſunt: quæque magis credebant ſe obligari ad imitandas ejus virtutes, quam ad publicandam ejuſdem ſanctitatem. Et hoc probat etiam ipſe locus & modus ſepulturæ, quam ipſi dederunt: quandoquidem, licet non fuiſſet Sancta, ſicut in ejus vita ac morte apparuit; tamen, quia filia erat Regis, debebant eam honorificentius inhumare. Verum ſpeciali diſpoſitioni divinæ totum id cenſeo

*Cur alia plura ſcripta non ſint.*

B

adſcribendum, nec non quod iſta glorioſa Sancta hactenus non fuerit beatificata, cum eſſent tot Reges qui id efficere potuiſſent. Sed videtur quod Deus etiam in ipſa gloria velit rationem habere humiliſtatis, quam Infanta ſemper coluit in hoc ſeculo: ipſi ſit laus & honor in ſecula. Amen.

D

175 *Hæc omnia fideliter ex originalibus Conventus Averienſis deſcripta fuiſſe, teſtabatur fide publica & ſua Regii Notarii manu atque ſigno*, Joannes Gomez, *die* XXX *Maji* MDCLXXIX; *atteſtantibus eidem, per manus propriæ ſubſcriptiones*, Dominico de Macedo, *item Notario*; *&* Sorore Iſabella de Conſeyas, Prioriſſa: *nec non* Collegii noſtri Eborenſis & Academiæ Rectore, Antonio de Macedo S. I. *anno eodem, die* IV *Octobris, quo iſtæc nobis mittenda curavit, propriis ipſarummet Sanctimonialium manibus exarata. His ut fuit laborandum, in aſſequenda vera lectione antiquioris ſcripturæ ac linguæ, utriuſque ab hodierna haud parum diſcrepantis; ſic ad ortographiæ Regulas (ut fere mulieres ſolent) non ſcrupuloſe exercitatæ, & nec unam quidem interpunctionis notam docta adhibere ſcribendo; ita non parum laboris mihi fecerunt tranſferenti, ac ſæpe neceſſe habenti divinare, diviſis aut conjunctis perperam unius vel plurium dictionum ſyllabis, & commutatis non raro vicini ſoni litteris. Si quis igitur præſentem tranſlationem cum originali Luſitanico conferens, aliquid melius exprimi poſſe ac debere notaverit, ſuaſque obſervationes dignetur tranſmittere, gratiam nobis magnam præſtiterit, libenter in primi ſemeſtris Supplemento correctionem faciendam indicaturis. Interim adeat Lector Supplementa quædam & Correctiones, ad calcem hujus Appendicis ponendas, ubi inveniet* Allocutionem iteratam, *occaſione nominati ſuperius num.* 155 *Didaci Lopez de Souſa, Comitis Mirandenſis, qui Illuſtriſſimi Archiepiſcopi pater fuit.*

*Fides exgraphi Averio miſſi.*

E

# APPENDIX
## AD DIEM DECIMAM TERTIAM MAII.

*Pag.* 185 *col.* 1 *poſt lin.* 2, *addantur*,

### SS. Raſius & Anaſtaſius Martyres, Romæ à S. Bonifacio IV tranſlati.

*Similiter ibid. poſt lin.* 9 *collocetur.*

c

### S. Raſtragena, Virgo Martyr Contiaci, in Tardanenſi Galliæ tractu.

*Et linea* 4 *à fine inſeratur.*

### S. Gemma, Virgo recluſa prope Sulmonem in Aprutio.

*Ibid. inter Prætermiſſos col.* 2 *ante* S. Elphegum *addatur* — B. Petrus Regalatus, Ordinis Fratrum Minorum de obſervantia, Aquileriæ in Caſtella veteri. *Hic anno* 1684, *ex indulgentia Innocentii* XI, *publicum cultum per ſuum Ordinem totum obtinuit; qui prima vice ei impenſus eſt Romæ ad Aram-cæli cum Octava, idque hoc die: quem deinceps tenendum mandare Pontifici placuit, licetobierit, quando dedimus Vitam, aliàs huc transferendam,* XXX Martii.

*Pag.* 187 *col.* 1 *ſub medium dele* S. Gemmam, *atque hæc ſubſtitue* — Martyris Secundiani *nomen hoc die inſcribitur vetuſtiſſimo Eccleſiæ Carthaginenſis Kalendario Tom.* 3 *Analect. Mabilionis, qui propterea quod Sanctus iſte alicubi etiam vocetur* Epiſcopus Martyr, *obſervat, alterum quoque ejus nominis* Epiſcopum loci in Thambæis dicti *à S. Cypriano indigetari. Aſt Martyr ille, una cum aliis ex Hieronymiano refertur à nobis, velut plurium primipilus,* XIV Maji.

### DE S. VICTORE ET SOCIIS.

*Pag.* 202 *Commentarius hic diſtinguatur in plures numeros*, fiatque col. 2 lin. 8.

*Volaterris Patronus his potius eſſe videtur, quam qui Mediolani paſſus.*

F

2 *His poſitis inquirenda paleſtra* — & lin. 5 à fine *&* lin. 3. *Colitur hoc die inter Patronos Volaterranos* — *de eo egimus ad* VIII *Maji* — ac porro adde — *Hoc autem eo minus nunc mihi videtur credibile, quod animadvertam iter Callixti II, è Gallia euntis Romam, gratis Mediolano duci. Erat enim is, cum eligebatur, Cluniaci in Burgundia; indeque, non per Sabaudiam ac Pedemontium terreſtre iter inſtituit; ſed (ſicuti in Vita ejus, per Pandulfum coævum ſcripta, legitur) Cluniaco* ventum in Provinciam eſt, in qua S. Juliani eccleſiam, & cellam Pſalmodienſis cœnobii idem Pontifex nimis ſolenniter dedicavit *(ſunt autem hæc loca recto ad mare itinere ſecundum dexteram Rhodani ripam)* inde per S. Ægidium, *qui locus æſtuariis Rhodani ejuſdem imminet*, Romam non multo poſt ſanus & incolumis rediit: *adeo ut nihil veroſimilius ſit, quam conſcenſa iſtic navi in Ligluriam trajeciſſe. Ad hujus portum aliquem appellenti potuit datum eſſe caput* S. Victoris, *eo allatum* Polentia, *ad Stura Tenarique confluentes, media inter Foſſanum & Albam Pompejam via; atque ita navigationem continuaſſe Pontifex Piſam vel Liburnum uſque, à quo extremo portu ſolum* XL p. m. *Volaterra diſtant. Cum ergo ei* Victori, *qui hodie colitur, faveat identitas feſti apud Volaterranos, ut dies non dicatur ex vano electus, malim huc referre quod de prædicto capite ſic ait Vghellus.* Silentio præterire non debeo inſignem caſum, quo Martyris gloria commendetur. Anno enim MDXXIX

*Miles Capiti injurius graviter punitur.*

quo

A quo tempore Carolus V ac Clemens VII Florentiam obſidione cinxere, receptis à Florentinis Volaterris Ferruccio Duce, Bartolus Tedaldus Florentinorum Commiſſarii nepos, cum diriperetur civitas, S. Victoris caput rapuit, ac Ferruccio obtulit, ut argentum detraheret; qui religione tactus à ſacrilegio abſtinuit. At temerarius adoleſcens, ſequenti die ſceleris pœnas ſenſit. Sub talo enim primum leviter exulcerata cute, ac dein induta cruſta, tanto incendio pes cœpit ardere, ut retorridas ac peruſtas carnes intolerabili prurigine ipſe ſibi laniaret; maloque ad crus ſerpente, intra octo dies, funeſto illo ſupplicio abſumptus eſt. D

# DE SS. RASIO ET ANASTASIO D.P.

## MARTYRIBUS A S. BONIFACIO PP. IV TRANSLATIS

*ROMÆ IN ECCLESIAM S. MARIÆ AD MARTYRES.*

### RELATIO HISTORICA.

### De nupera eorumdum inventione & tranſlatione.

*Dedicato hac die Pantheo,* B BOnifacii Papæ IV *Acta ſi requiras ad* XXV *Maji, quo die inter Sanctos relatus colitur, multa leges de* Pantheo Agrippæ, *per eumdem repurgato, atque* in honorem Dei Genitricis Mariæ omniumque Sanctorum Martyrum *dedicato, unde & nomen factum* S. Mariæ ad Martyres, *vulgo ab ipſa ædificii forma* S. Maria della Rotonda. *Addit Baronius, in ejus Eccleſiæ Ms. Codice lectum ſibi*, illata illuc eſſe duodetriginta curribus oſſa Sanctorum Martyrum, è diverſis Urbis cœmeteriis effoſſa, ſolenniterque comportata, & decentiſſime collocata. *Anaſtaſius Bibliothecarius, ejuſmodi Pontificum acta, quæcumque potuit reperire, ſolitus haud indiligenter notare, nihil ſimile aſſerit: ſolum ait, quod* Bonifacius petiit à Phocate Principe templum, quod appellatur Pantheon, in quo fecit eccleſiam S. Mariæ ſemper Virginis & omnium Martyrum. *Narrat etiam, quid* Benedictus II, Gregorius III, Adrianus I; *Romani Pontifices, ad ejuſdem eccleſiæ vel ornatum vel conſervationem contulerint, abſque ulla Sanctorum corporum illuc facta tranſlatione; & Octavius Pancirolius, in Theſauris abſconditis Vrbis Romæ, de ipſo Pantheo ejuſque Dedicatione prolixius agens, idem quidem quod Baronius manuſcriptum allegat, ſed negat cujuſquam nomen notatum haberi*, præterquam duorum, qui ſunt in ipſo altari, Sanctorum ſcilicet Raſii & Anaſtaſii. *Quorum quia nullus proprius Natalis celebratur, hunc eis diem relinquendum putamus, quo iſtic primum fuerunt collocati; cum is fuerit olim toti Vrbi feſtiſſiviſſimus, priusquam Omnium Sanctorum feſtum die* 1 *Novembris agendum inſtitueretur Placeat ergo nuperam eorumdem inventionem ac tranſlationem accipere ex Italica* Relatione Dominici Vivæ, Canonici & Sacriſtæ Majoris in ipſa eccleſia, *anno* 1675 *Romæ impreſſa.*

*multa quidem Martyrum corpora illata illuc dicuntur.*

C *ſed ſolum nominantur iſti duo.*

2 Res vere prodioſa fuit, quod hoc ipſo Jubilæi anno MDCLXXV, quo Indulgentiæ plenariæ à ſummo Pontifice propoſitæ fuerunt omnibus præſcripta per Bullam impleturis, reperta ſint Venerabilia corpora Sanctorum Martyrum Raſii & Anaſtaſii, in eccleſia vulgo Rotundæ dicta.... una cum Crucula argentea inaurata, nonnulliſque Reliquiis inſtructa, cum quibuſdam characteribus Græcis ſed vetuſtate conſumptis nec amplius legibilibus. Inventa ſunt etiam quinque vaſa cryſtallina, plena oſſibus Martyrum, quorum diſtinctior notitia per crebra Romanæ Urbis excidia periit. Reperta ſunt autem prædicta duo Corpora ſancta ultimo Decembris proxime præteriti, occaſione conſilii capti de reſtauranda ac repolienda fronte altaris majoris. Cum enim intra ipſum altare reperiſſent fabri magnam copiam luti, invecti ab exundante frequentius Tiberi, ipſumque exhaurirent; repererunt E vetus quoddam armariolum, in modum operculi ſepulcralis formatum: quod aperientes & curioſius inſpicientes, viderunt intus arcam plumbeam. Moniti ergo Miniſtri eccleſiæ, crediderunt alicujus Sancti corpus ibidem contineri: neque ſua eos opinio fefellit. Etenim repurgata aforis arcula hanc *cum inſcriptione.* ſibi inſculptam notitiam exhibuit. CORPORA SANCTORUM RASII ET ANASTASII, CUM ALIIS RELIQUIIS HIC RECONDITA A BONIFACIO QUARTO.

*quorum arca prid. kal. Ian. 1675.*

3 Hac de re certiores mox facti ſunt Eminentiſſ. D. Cardinalis Carpenia Vicarius, & Illuſtriſſ. D. Vices-gerens: quorum hic die XV currentis Januarii ad ipſam eccleſiam veniens, capſamque prænotatam aperiens, reperit in ea, præter ipſorum Martyrum Sanctorum Reliquias, ſeptem ampullulas ſanguinis atque tres nummos vetuſtate corroſos, ſic ut legi litteræ non potuerint: inſuper reperit capſellam plumbeam priori incluſam, longitudine palmi ſic inſcriptam. DE LIGNO SANCTISSIMÆ CRUCIS ✠. DE RELIQUIIS SANCTORUM APOSTOLORUM PETRI ET PAULI, ZENONIS ET SOCIORUM, AC LONGINI MARTYRUM. Obſeratâ porro iterum capsâ coram Illuſtriſſ. D. Vicesgerente, & relatione facta Eminentiſſ. D. Carpeniæ Vicario, venit hic ipſe quarto poſt die cum nonnullis Prælatis, ſibique juſſit recludi tam arcam quam capſellam præfatas, omniaque uti jam dictum eſt reperit. Itaque poſt meridiem diei prædicti (*Cujus autem? an* XIII *Maji? aliam certe diem in toto impreſſo non repetio nominatam, idque in principio hic omiſſo: an vero quarta poſt* XV *Ianuarii, id eſt* XIX?) poſt meridiem, *inquam*, prædictæ diei ducetur Proceſſio, honori iſtarum Sanctarum Reliquiarum indicta, cum interventu Prælatorum ac parte Cleri & Nobilitatis, egreſſura ex ipſamet eccleſia Rotundæ, & circumducenda per præcipuas iſtius viciniæ vias; ſcilicet ad S. Euſtachium, inde per Speciariam, ad Sanctos Apoſtolos, & S. Claram, tum per viam Cæſarinorum, ſecundum eccleſias Jeſu ac S. Marci, denique per viam Curſus ad ædem S. Ignatii, itá que regredietur unde exiverat. *Quæ ſic facta eſſe nihil dubitans, libenter diſcam quo fundamento in titulo Italicæ Relationis appellentur, non ſolum* Martyres, *ſed etiam* Presbyteri, *cum id in epigraphe ipſius arcæ non legatur.*

*& aperta 15 ejuſdem menſis,*

*19 recognoſcitur à Card. Vicario,*

*proceſſionaliter circumducenda.*

F

*ſub altari reperta,*

A

## DE S. CHRISTANTIANO.

Pag. 203 adde sequentia —

*Cultus apud Ferrentanos,*

*Prodiit Patavii an. 1673 Sebastiani Andreantonelli Canonici Asculani, de civitatis illius Historia, opus postumum; cujus liber quartus initium sumit ab enumeratione Sanctorum ac Beatorum Urbis, ubi pag. 106 agitur de* S.Christantiano, *& eadem fere omnia quæ supra retulimus continentur: dicitur que ex tabulis Ecclesiæ Asculanæ patere, quod* dies festus *agatur* III Idus Maji. *Tunc addit Auctor*: Percepi insuper quod oppidum est in Ferentanis sive Caracenis, ubi ad Sanctorum Emygdii & Christantiani, Asculi Patronorum honorem, adhucnum extat templum, multo ære constructum; ibique fama est Asculanos quosdam diu consedisse, patriisque Sanctis dicasse templum. Retulit id nobis Andreas Cavutius Asculanus, è familia S.Francisci Capucinus, vir tempestate nostra inter Theologos & sacros Concionatores perquam celebris. *Sunt autem* Ferentani & Caraceni, *Italiæ populi Ptolomæo, intervallo* XL m. p. *Asculo distantes, in Apruti o Citeriori. Ferdinandus Ughellus tom.* I *Italiæ sacræ col.* 487, *inter Reliquias, quibus ditatur Ecclesia Cathedralis, refert* ossa D.Constantini Levitæ & Martyris: *quem esse ex vicinia nominis errorem reor, cum Asculanorum nemo alicujus* Constantini *meminerit.*

## DE S. ONESIMO EP.

Pag. 204 *post medium* — translatas fuisse — *sic perge* — *Hujus translationis, de qua nullamdum alibi mentionem inveneramus, certiores nos fecit Claudius Castellanus Canonicus Parisiensis, asserens, quod* Duncaredii (*sic enim antiquitus appellabatur quod hodie* Donchery, *est que oppidum ad Mosam inter Macerias & Sedanum, præcipuam ecclesiam habens* S.Onesimo *sacram*) *quod, inquam,* Duncaredii *vidit anno* MDCLXXXII *capsam ipsius argenteam, & Maceriis in ade S. Nicolai dicatam nomini ejus capellam.*

## DE S. SERVATIO EP.

Pag. 209 *col.* 2 *lin. ult.* sic lege — IV *Februarii, ubi de S.Veronica (ut appellant) tractavi* §. 5.

Pag. 211 *col.* 2 *lin.* 3 adde — *Recte autem monet Baronius, pro* Maximo, *videri originaliter scriptum, fuisse* Maximinum; *idque ex quodam Græco exemplari confirmat. Certe convenientissimum fuit, ut ex eâdem prima Belgicæ Provinciâ primarii duo Episcopi, Tungrensis scilicet & Trevirensis, assumerentur ad eam legationem, qui sub Constantino Iuniore præcipuam tenuerant auctoritatem.*

C

Pag. 213 *num.* 14 *lin* 1 — *in tractatu præliminari ad hunc Tomum egimus* — l — *in tractatu præliminari ad septimum Tomum Maji agemus.*

*Festum Visionis S. Servatii,*

Pag. 216 *num* 24 adde. — *Interim ex uno Canonicorum Trajectensium intelligo, haberi in antiquo ipsorum Breviario (non addit quo die)* festum Visionis S. Servatii, sub ritu duplici, *ubi agitur de* Clavi, *quam S.Servatio S.Petrus tradiderit. Ego tale nihil invenio in vetustissimo quod penes nos est impresso: & merito miror, cur qui istud festum instituerunt, non etiam meminisse voluerint* Baculi Pastoralis, *eidem Sancto traditi ab Angelo Tungris, uti aiunt. De* Clavi *ipsa ait Leurenius noster infra laudandus, quod* inter alia valuit abigendis ex agro soricibus: *cujus rei* experimentum *viderint,* Halsbania, Taxandria, Westphalia; per quas cum designati à Clero Trajectensi eam detulissent, viderunt in reditu soricum acervos interemptos, Clavis præsentia. Hanc, *inquit idem*, cum sublatam horrerent fures auferre longius, & inter vepreta abjecissent, Clerus post tridui jejunium per agros inquisitum processit; Sanctosque sigillatim invocans, avium super eam gregatim collectarum indicio reperit, sed fractam nullaque arte humana reparabilem: ideoque perplexus, jussus est ab ipso S. Servatio confractas partes cum occidente sole in ara deponere, & cum surgente integram recepit.

D

*cum memoria clavis cui virtus contra sorices.*

*Eadem miraculo reparata.*

Pag. 217 *n.* 26 *lin. antepen.* — *indicavimus*, l. — *indicabimus in exegesi præliminari ad Tomum septimum.*

Pag. 219 *num.* 33 adde, *ut pag.* 681 f.

Pag. 229 *Annot.* d *lin.* 1 — *In hac parva crypta.* — E *& lin.* 5 — MC, l MI — *ac denique lin. ult. ejusdem Annot.* — *Ducis*, l. *Comitis.*

Pag 231 *ad finem appone* —

So *Claudat hunc Commentarium* Joannes Leurenius *noster, in Colonienſi Collegio clarus politiori litteratura, qui postea Aquisgranense & Confluentinum Collegium rexit. Hic nonnulla in se* S. Servatii *experius beneficia, Vitæ rerumque ejus mirabilium epitomen collegit, ac tacito nomine Coloniæ edidit, septimo ante suam mortem anno, Christi* MDCXLIX *atque eam sic concluſit.* Sacerdos qui hæc scripsit, Trajectum ad B.Servatii tumulum devotus adibat, hiemante cælo, via lutosa ac lubrica, neque viribus tam molesto itineri conficiendo sat firmus, & aliàs in viis longe facilioribus dejici solitus: ope tamen Patroni sui ita confirmatus est, ut per avia deviaque, imperitum secutus ducem, in multam noctem ambularit. Mane postero, ad sacrum ejus tumulum Missam dicturum subiit cogitatio, affectum stupore brachium (quod jam per aliquot menses ægre, & non sine acuto sæpe dolore movebat) eidem Sancto commendandi. Itaque cum ad finem Sacri, ad Verbi incarnati reverentiam, se inclinaret, veritus ne postea deesset occasio, extento dissimulanter affecto brachio, Sancti tumulum venerabundus attigit, ac postea discusso languore veterem vigorem rediisse sensit; levibus solum rarisque puncturis, sensim tamen evanescentibus, accepti beneficii memoriam altius animo impressit.

*Recentiorâ Vitæ scriptori.*

*ad Sancti tumulum sanatur brachium.*

F

Pag. 232 *&* seqq. de S. Joanne Silentiario, *adde Notata, sicut habentur in App. pag.* 681 *sub finem & pag.* 683.

*Ibidem post Commentarium de S.Ioanne ponatur.*

D.P.

# DE S. RASTRAGENA VIRG. MART.

*CONTIACI IN TARDANENSI GALLIÆ TRACTV.*

XIII MAII.

IArdanensis, *inter Remos & Meldas celebris* Pagus, *pluribus quæ complectitur oppidis* Contiacum *accenset*, *vulgo* Coincy, *vel* Coinsly, *quod æquali fere ex intervallo leucarum trium quatuorve respiciunt alia ejusdem Pagi famosiora oppida, Castellum-Theoderici & Fera. Huc cum veniſſet annis abhinc non multis Claudius Castellanus, Canonicus Parisiensis, ingressusque ecclesiam loci primariam, amplam valde, & Monachis Cluniacensibus sub titulo Prioratus quondam servientem, post majus altare reperit operis vetustissimi capsam: quam qui nunc tenent Clerici*, S. Rastragenæ *appellant; eique Officium faciunt totum de Communi* Virginis & Martyris, nec de ea quidquam norunt am-

A *amplius. Nomen barbarum, & (quantum judicare poſſum) Francicum, veroſimile mihi facit, pudicitiæ potius quam fidei cauſa illatam Virgini mortem, glorioſum Martyris Titulum eidem peperiſſe. Videtur autem nomen compoſitum ex Teutonicis vocabulis duobus*, Raſt *vel* Ruſt, *quies, &* Draghen *portare: niſi conflatum vocabulum credere malis, ex duobus oppoſita ſignificationis adjectivis* Ras, *velox*; traghe *lenta, addita vocula tertia* êne, *una*; *ut* Ras-trâg-êne, *reddatur*, Eadem velox & lenta. *Prædictam eccleſiam Commendatarius Prior nunc tenet, idemque Canonicus Pariſienſis, Franciſcus Bochart, pronepos Domini Bochart primi quondam Præſidis in Parlamento Pariſienſi, atque ex filia nepos Domini d'Aligre, non ita pridem Magni Franciæ Cancellarii. Is ſi quid amplius de Sancta illa, ſua (ut ſic loquar) Domeſtica eruderaverit, Libenter hujus operis Supplemento inſeremus: interim notitiam cultus debemus Auctori Kalendarii Spiritualis anni* MDCLXXXVI *Gallice Pariſiis editi, pro civitate Pariſienſi locisque circumjacentibus; cauſam autem relati iſtic tali die feſti docuit nos prælaudatus Caſtellanus.*

## DE S. ROLENDE VIRG.

*Pag.* 243 *in titulo* GARPINIÆ — *l.* — GERPINIÆ — *Num.* 4 *lin.* 12 — *de Sanctis Namurcenſibus* —

B dele 4 lineas uſque — *Auctor vixit* — deinde ad finem adde —

*Vita ex Mss. Galliæ reddita, ſemel*

5 *Eamdem Vitam cum in ipſius Gerpinienſis eccleſia veteri Ms. reperiſſet Mag. Criſpinus Paradis, ibidem Curatus, primus in Gallicam linguam convertit; &, una cum ſeptem miraculis, anno* MDXX, *edidit Namurci; ut colligitur ex approbatione Ordinarii, I. Roberti, Vicarii Namurcenſis, recuſa in alterâ ejuſdem Vitæ editione, quam ſe meliori ordine ac phraſi renovaſſe præfatur Aubertus Ghiſelin, San-Dionyſiani prope Montes Hannoniæ cœnobii Religioſus, atque anno* MDCLXX *ibidem Montibus excudi fecit; & hinc ſeptem illa miracula accipiemus. Iiſdem ſubjungemus alia, accepta ex alterâ ſimiliter Gallicâ Vitâ, quam Franciſcus Zutman, Canonicus & Examinator Synodalis Leodii, curavit imprimendam anno* MDCLXVII *; profeſſus imprimis adjutum ſe Manuſcriptis Mag. Ioannis de Brugis, quondam in eccleſia Cathedrali Namurcenſi Decani.*

*iterumque, cum miraculis,*

*Iuxta Leodium capella*

6 *Ex hujus Vitæ cap.* 7 *intelligimus, in ſuburbio Leodienſi Abbatiam Sanctimonialium Benedictinarum eſſe, apud quas Capella & ſuper aram imago* S. Rolendis *ſit, miraculis celebris: quibus mota loci Abbatiſſa D. Lambertina Counotte, Illuſtriſſ. Eugenium Albertum Dalemontium, tunc Ruremundenſium, poſtea Gandenſium Epiſcopum, rogavit; impetraret ſibi ab Illuſtriſſimo Namurcenſi partem aliquam ſacri corporis. Nec caruit pia ſolicitudo effectu: impetratum enim os brachii eſt, miſſumque ſub atteſtatione Epiſcopali, ſignata anno* MDCLXII *die* XXIII *Iunii: quam deinde Sereniſſimus Maximilianus Henricus, Archiepiſcopus & Elector Colonienſis, tamquam Leodienſis Epiſcopus, per ſuum Vicarium approbavit exponique permiſit; quemadmodum ſolenniſſime factum eſt anno ſequenti, ipſo Sanctæ feſto, cum jam haberetur ad eum finem inaurata capſula, ipſo in altari ante imaginem collocanda. Fuerat ibidem antea ejuſdem Illuſtriſſimi auctoritate inſtituta fidelium ſexus utriuſque Confraternitas, pro impetranda immunitate à doloribus calculi, arenarum atq; rupturæ, per litteras patentes anni* MDCLV, XIV *Iulii; quam Confraternitatem Indulgentiis congruis mox inſtruxit Alexander VII, ſequentis Octobris die* XII. *Compoſitum eſt etiam parvum Officium Gallica lingua, à Confratribus & Conſororibus recitandum, quod legitur poſt Vitam Leodii excuſam. Garpiniæ autem ſimilis Confraternitas inſtituta jam pridem erat, ut ex miraculis infra apparebit.*

C

*eum Reliquia & Confraternitate.*

*Pag.* 244 *num.* 5 *lin.* 15 — Urgo — *l.* — Ergo.

*Pag.* 245 *Annot.* a *adde* — *Molanus ſuſpicatur fieri etiam poſſe, ut ſacra hæc Virgo habuerit patrem* Deſiderium, Regem Longobardiæ, quem Carolus Magnus *anno* 774 in Italia ſuperâvit; & cum uxore & filia Leodium in exilium relegavit: Longobardos enim ſive Lombardos, *ait*, Ciſalpinos eſſe Gallos: *potius dixiſſet*, Ciſalpinam Galliam occupaſſe. *Huic conjecturæ inhærens Zutmannus, alterius Gallicæ Vitæ Auctor, toto primo Capite enumerat utriuſque ſexus Reges Principeſque Longobardos, velut* S. Rolendis *proparentes, qui ſe monaſtico ſtatui dicarunt. Abductum in Gallias* Deſiderium *Eginhardus teſtatur. Ægidius Aureavallis Monachus, primus (quod ſciam) ſcripſit miſſum eſſe* ad Agilfridum, Epiſcopum apud Leodium. *Meyerus, in Annalibus Flandriæ, addidit Regi exuli* uxorem, *ſcilicet Anſam*, & filiam; *quod Molanus præ oculis habuiſſe videtur. Bruſtemius denique, à Fiſeno allegatus,* Aquiſgrani in choro ſepultum *aſſeruit. Hæc omnia ſi tam certa forent quam fidenter dicuntur, magnam priori conjecturæ veriſimilitudinem adderent; ſed vereor, ut illud de uxore & filia Deſiderii, Leodium adductis, aliud habeant fundamentum, quam hujus* S. Rolendis *Vitam.*

D

*Annot.* c *lin.* 2 poſt — *profert* — adde — *dicens, quod eam* Criſpinus Paradis, loci Plebanus, ex vetuſtiſſimo Codice loci ipſius vulgavit. *Id nos intelligentes de ipſo, quem dabat Crombach, Latino textu, hunc infra allegamus, ſub nota* Ms. Gerpin. *quod nunc correctum volumus, & ad Annot.* g, h, i, k, m, *pro Ms. Gerp. vel, Idem Ms.* — lege — *Crombach* — *Parochus enim non vulgavit vetus Latinum Ms. ſed ſolam verſionem Gallicam, unde Crombachius Latinam ſuam Vitam compoſuit.*

E

*Ibid. Poſt Annotata ſubjiciantur*

# MIRACULA

## *Latine reddita ex publicis inſtrumentis Gallicis, & ex altera Vita.*

*An.* 1597 *ſcurabilis hernia,*

ANno ſalutis MDXCVII, Simeon du Collét, ex villa cui Fons-Epiſcopi nomen, tunc annum ætatis tertium vel quartum agens, cum gravi hernia laboraret; pater ejus Joannes, faber lignarius, ejuſque uxor Joanna, quocumque demum remedio ſanari filium cupientes, decreverant ſectionem experiri: jamque de ea facienda convenerat ipſis cum Mag. Matthæo, tunc in Anderleu commorante. Verum quia D. Petrus de Winxel, loci Balivus, id permittere noluit, niſi coram Doctore medico fieret; dimiſſum ejuſmodi conſilium fuit, prædictique parentes ad S. Rolendem ſe converterunt, ejus patrocinium invocantes, pollicenteſque ſuum filium deferre Gerpiniam. Hoc votum cum paulo poſt completuri in viam ſe dediſſent, & Gerpiniam appulſi nullum ibi Presbyterum inveniſſent, qui ſtatim ſibi Miſſam diceret; ſatis habuerunt pro ea curanda ſtipem iſtic relinquere: & precibus coram imagine fuſis, puerum collocarunt ſupra tumbam Sanctæ. Deinde cum illo regredientibus illis, exclamavit puer, ſanatum eſſe ſe, neque ullum herniæ dolorem ſentire; ſicuti nec poſtea ſenſit unquam, & ſanus hodiedum vivit, natus annos XXIV. Parentes autem ejus, in gratiarum actionem, ſibi fecerunt conſuetudinem quotannis veniendi in die ſecundo Pentecoſtes ad proceſſionem, quouſque filius ſuus ætatem attigiſſet ad ejuſmodi obſequium per ſe explendum. Statim vero ab ipſa curatione attulerant tabellam ſeu imaginem Sanctæ, ubi ipſi quoque cum puero repreſentantur. Joannes du Collét annorum LVIII, & uxor ejus ann. LVII, coram Curia prædicti Fontis-

F

*delato ad tumulum puero ſoliſdatur:*

A Episcopalis, juramento confirmarunt veritatem facti. Testes adfuerunt Michael Lottín Major, & Scabini Ægidius Gouſſart, Jacobus Hoſtelart, aliique nonnulli: miraculoque legitime ſignato ſubſcribit Ægidius Gouſſart, Graphiarius.

*1615 grando calculus, voto fatto,*

2 Maria de la Trie, vidua qu. Joannis Roberti Fullonii, annos LXXX nata aut circiter, antea quidem Traniæ habitans, deinde Mariæburgi, poſtquam duobus annis graviſſimos calculi dolores pertuliſſet diu noctuque, adeo ut aliquando per ſpatium hebdomadum ſex neque incumbere per ſe, neque aſſurgere de lecto, neque in ullam partem ejus commovere ſe poſſet, ſed multo opus haberet auxilio; ſolebat dicere, duodecim proles, quas fuerat enixa, numquam ſimiles ſibi cruciatus dediſſe. Toto tamen illo tempore habens fiduciam, in Deo & meritis S. Rolendis collocatam, ſperabat ſanitatem, ejus interceſſionibus impetrandam; ſicut etiam impetravit, expleto prædicto termino, anno MDCXV, ejecto via naturali calculo, ovi magnitudinem formamque habente: qui Gerpiniam delatus

*via naturali ejicitur:*

eſt per Mariam Briſſét, Mariæburgi commorantem, ubi cum admiratione omnium hodieque oſtentatur. In quorum confirmationem prædicta Maria

B de la Trie ſolenne præſtitit juramentum, coram Antonio Coppé Majore, Baſtino Gravy, Paulo Noé, Balduino Bronchien, Scabinis dicti loci, & Joanne le Comte Graphiario; quemadmodum patet per Actum, ſignatum à ſingulis anno MDCXIX, XIII Novembris.

*illuminatur cæcus,*

2 XXIX Septembris MDCXIX Joannes Jacquemárt, ex Foiche, annos natus circiter quinquaginta, cum tribus hebdomadis cæcus fuiſſet, omnibus quæ excogitare potuerat remediis fruſtra uſus, ſupra modum affligebatur, & dicebat liberis ſuis; Filii mei, numquam amplius vos conſpiciam. Tandem divina reſpiciens, invocare ſtatuit S. Rolendem; qua in fiducia cum tempus prædictum expleviſſet, mane quodam ſub horam quintam domi ſuæ ſe proſtravit in genua, junctis manibus elatoque in cælum vultu Deum orans, per iſtius ſuæ Dilectæ merita, ut ſibi lumen reſtitueret. Hoc in fervore reſpiciens ad feneſtras, paulatim cœpit earum vitreos rhombos diſtinguere, & nunc perfecte intuetur omnia. In quorum fidem die & anno prædictis Gerpiniam venit, ubi coram ipſius Sanctæ imagine actis gratiis, Confratrum Albo adſcribi ſe petiit: atque de prædictis omnibus teſtimonium reddidit,

C coram D. Thoma Gignòn, & Mag. Gaſpare Lambért, Capellanis dicti loci; atque Mag. Joanne de Brugis, I. V. Licentiato & Tutore Capellæ S. Rolendis. Quæ eadem ipſe Joannes Jacquemart die XIV Novembris ſequentis ſolenni juramento confirmavit, in loco Omezéæ, ad hoc citatus coram Guilielmo Noé Notario, præſentibus D. Gerardo Siliſio loci Curato, & Joanne Bruſteau Majori Francomontenſi, juxta inſtrumentum ſignatum à prædictis die ſupra notato.

*hernioſus redintegratur,*

6 XVII Julii MDCI, Carolus Gehenàrt, filius Ludovicæ Sacrée, Viduæ qu. Caroli Gehenárt civis Mariæburgenſis, duos aut tres annos natus plangebat, querens de dolore ventris; viſitatuſque apparuit herniâ laborare. Hunc erga ejus dolorem ſublevatura mater, egit tranſegitque cum chirurgo de remedio per ſectionem adhibendo. Verum in adventu chirurgi ægrotare cœpit puer, quapropter differenda curatio fuit, etiam extra caſum morbi ſatis periculoſæ. Tum pia mulier, compatiens filio, cruciatus tam acres patienti, & ſub mediam noctem egreſſa domo, manibus & oculis verſus Gerpiniam intentis, cœpit invocare S. Rolendem; promittens eo ſe conferre in die Proceſſionis ſuæ. Feria erat Majoris hebdomadæ tertia, anno MDXCIII, cum iſtud vovebat, & filius nihilo minus cruciabatur: verum ubi Proceſſioni prædictæ acceſſit mulier, & domum rediit, filium ſuum ex integro ſanum reperit: qui modo agit annum duodecimum, omni malo liber, ſic ut ipſe jam bis terve peregrinus acceſſerit ad locum prædictum; ſeque, ſecundum matris ſuæ votum, adſcribi Confratribus petiit. Quod autem res omnis ſic acta ſit die & anno prænotatis, jurata aſſeruit prædicta Ludovica; ad id requiſita à Gaſpare Guende, tunc Tutore capellæ Sanctæ; coram D. Martino le Roy Curato Mariæburgenſi, & Joanne le Comte Graphiario: ſicut conſtat per inſtrumentum ab ipſis ſignatum. D

*annis 14 calculi gravata & gradi impotens ſanatur,*

7 Jakelina de Hour, commorans in loco Saleti parochiæ Bioulenſis, circiter quinquagenaria, poſtquam per annos quatuordecim vel quindecim arenarum moleſtiâ gravata, & gradiendi facultate privata domi reſediſſet; cum diebus quidem feſtivis valeret audiendæ Miſſæ cauſa accedere ad Parochialem eccleſiam, Euchariſtia domum à Curato delata refici ſpecialiter debebat. Cum autem per ſuos familiares omne medicinarum genus requiri feciſſet, nihil amplius per eas profecit, quam ut perparum quid inambulare poſſet: itáque ad S. Mariam Ogniacenſem modiciſſimum iter ſuſcepit, ſi forte ejus interceſſione ſanitatem recuperaret. Sed & hac ſpe fruſtrata, animos ſumpſit porro pergendi Gerpiniam, ubi curavit Miſſam dicendam: peractiſque precibus Saletum regreſſa, brevi intervallo temporis liberatam ſe ſenſit, emiſſis duobus calculis, quorum quadrangularis unus, alter cuſpidinibus aſper erat, uterque nucis magnitudinem habebat: quos Gerpiniam detulit, marito ſuo comitata; atque in gratiarum actionem annis ſingulis eodem peregrinatur per ſe vel per ſubſtitutam ſibi perſonam aliam. In confirmationem autem prædictorum, ipſamet Jakelina in Bioul, coram Mag. Melchiore Fabri Curato, atque Mag. Joanne Fabri Graphiario & Scabino, nec non Carolo le Fêve item Scabino, & Mag. Guilielmo du Mont Curato Deneenſi, rem totam jurata aſſeruit; ut conſtat ex Actu, per prædictos ſignato, XXIV Januarii MDCXIX. E

*item puer calculoſus ſemel*

8 Anno MDCXIX, XVI Octobris, Joannes Prangier Liernenſis, in præſentiarum commorans apud oppidum Fontis Epiſcopalis, annorum circiter XXII, cum admodum puer adhuc eſſet, vehementer cruciabatur à calculo; quapropter parentes ejus, Hugo Prangier & Maria Feroulle, voverunt Gerpiniam ad F S. Rolendem peregrinari. Hoc votum cum filio comite adimpleſſent, ſubito curatus eſt puer: in cujus beneficii gratum teſtimonium, eumdem fecerunt inſcribi Confraternitatis Albo, ſeque ipſos promiſerunt quotannis venturos, quoadusque per ſe poſſet filius ſuus idem facere. Idem vero Joannes *iterumque:* Prangier, cum jam duodecimum annum ætatis attigiſſet, iterum graviter cruciatus eſt calculo, per dies quindecim & eo amplius; ita ut non niſi perquam difficulter moveri loco poſſet. Igitur magna cum devotione auxilium Sanctæ invocavit; & incedere non valentem, ad ejus Reliquias viſitandas, pater ſuus equo impoſuit, ad iter faciendum, quod cum matre & una ſororum ſuarum inivit. In ipſo autem loco acrius etiam multo cruciari cœpit; & tamen reſumens animos, voluit flexis genibus orare: ac mox emiſit calculum, corneæ baccæ ſimilem, & plane convaluit ab omni infirmitate. Porro idem Joannes Prangier jurato teſtatus prædicta eſt, coram Curia prædicti oppidi, atque Michaele Lottin Majore, Jacobo Hoſtelart Scabino, & Ægidio Gouſſart Graphiario atque Scabino; quorum poſtremus Actum, deſuper confectum ac ſigillatum ſigillo

A

ſigillo publico ſubſignavit, die, menſe, & anno prædictis.

*Abbas quoque Aureæ-vallis.*

9 Venerabilis Prælatus Aureæ-vallis, D.Bernardus Mongaillard, diu conflictatus cum calculo, divina humanaque omnia experiebatur media; mittens pro ſe oratum ad loca varia, puta ad Deiparam Foyenſem, S.Drogonem, atque alio; ſed abſque fructu. Nihildum ille tum adhuc audiverat de S. Rolende, niſi quod ejus corpus ſciret Gerpiniæ requieſcere, ubi multi à diverſis infirmitatibus curarentur. Intelligens autem ejus miracula ex Mag. Joanne Anſeau S.T. Licentiato, qui per quinquennium Paſtoris officio iſtic erat functus, decrevit etiam ipſe eo ſe conferre, ſub ſpe levaminis reperiendi; prout fecit anno MDCXVIII menſe Novembri feſto S.Andreæ. Ibi fuſis precibus ac Miſſa celebrata, aggregari ſe fecit Confraternitati prædictæ: quo facto domum rediit, necdum plane ſanatus. Medio poſt hæc anno violentius recurrere malum ſenſit: & tribus medicis fruſtra conſultis, opem S.Rolendis invocavit. Nec mora: cumplures emiſit calculos, multoque quam alias unquam robuſtior Gerpiniam rediit, acturus gratias liberatrici ſuæ, ferenſque calculos quibus fuerat liberatus: deinde

B

coram omni populo Miſſam fecit, ac porro ad Curatum Gerpinienſem bonam pecuniæ ſummam miſit, ornatui ſacelli impendendam.

*Leodii ſimilia beneficia referunt plures,*

10 *His eiſdem miraculis, ex priori libello ſummatim relatis, alterius Leodienſis libelli Auctor ſubjungit ſequentia.* Leodii Sacerdos erat, Arnoldus Loncinus, Canonicus Otrenganus, qui per triennium afflictus colica & ſuppreſſione urinæ, poſt varia remedia incaſſum tentata, ſpemque humanam ex judicio Antonii Vanden Boche pharmocopœi omnem abjectam, recurrit ad S. Rolendem, orando ante ejus imaginem apud Benedictinas, cùm propoſito eam orationem per novem dies continuandi. Ab ipſo autem primo die ſublevari ſe ſenſit: atque indies meliusmeliuſque ſe habens, poſt alteram novenam ex integro ſe curatum teſtatus eſt, inſtrumento condito die IX Decembris, anno MDCLV, coram Thoma de Rye Presbytero & Advocato, atque Joanne Andrea Frêné teſtibus, & Notario Pauwea. Alii quoque plures, eodem gravelloſæ colicæ malo laborantes, idem remedium experti ſunt, emiſſis calculis, nucularum inſtar aut etiam ovi columbini; nec poſtea incommodum ullum ſenſerunt; prout accidiſſe ſibi ſunt teſtati, Eligius Mottét civis Leodienſis, ſoror Petronilla de Franchimòns Beguina ad S.Chriſtophorum, & Franciſca Petriceau ex oppido Villers-la-tour, Leodii reſidens, prior quidem & ſecunda anno MDCLVI, diebus XI & XVI Januarii; hæc coram Henrico le Roſſeau & Joanne Andrea Frêné; iſte coram Roberto de Fraine & Carolo Ward: tertia vero anno MDCLXIX, V Octobris, Joanne Glaude & Ægidio Rondeau Teſtibus legitime vocatis & coram Notario rogatis.

*colica gravelloſa laborantes,*

C

*invocata Sancta, cujus imago*

11 Gerardus Vêrken, annos natus duodecim, expertus quæcumque poſſibilia ſibi media pro leniendis calculi cruciatibus, nec levamen conſecutus, recurrit ad S. Rolendem in ſacello Benedictinarum honorandam, curata ibidem novena: qua durante magnum numerum calculorum egeſſit, anno MDCLIX. Anno autem ſequenti, cum mali vis recruduiſſet in duplum, alteram novenam promiſit, ipſoque die liberatus eſt calculo, nuculæ quantitatem habente: & ex integro ſanatus, authentice id ſcribendum curavit, anno MDCLXI, XXII Februarii, coram Notario Pauwea, teſtibusque Joanne Arnotte & Theodorico Bahoux. Maria de Houſſe, pro levamine, quod per multa media requirebat, pejus indies habere ſe ſentiens; novenam S.Rolendis honori faciendam mandavit, utq; eidem aſſiſteret filius ſuus pro ipſa, præ dolorum immanitate adeſſe non valente. Tertia autem die Sanctam invocans, exonerata eſt calculo, ad menſuram aciculæ longo, groſſo autem inſtar piſi: & integre roborata, poſt peractum novendium, nomen dedit in Confraternitatem Sanctæ; atque anno MDCLXI die XXVI Junii, rem juramento ſuo firmatam ſcribi petiit à Notario prædicto, teſtibus ad id vocatis, Franciſco Pauwea item Notario, & Maria de Wipart.

D

*colitur apud Benedictinas in peculiari capella.*

12 Laurentia de Prez, novennis puella ad mortem urgebatur ab eodem malo; cum parentes, nullam in medicis ſpem habentes, ſalubriori conſilio miſerunt ad Benedictinas, qui Miſſam iſtic dicendam in capella S.Rolendis conſtitueret pro filiæ ſalute: eodemque tempore puella excrevit calculum, nuci muſcatæ æqualem: qui miſſus ad Benedictinas eſt, aliis ejuſmodi pluribus jungendus, cum gratiarum actione & jurata beneficii atteſtatione, coram rogatis eò teſtibus Franciſco Pauwea prænominato, & Ambroſio de Jaſſe, æque Notario, ſub die XXIV Aprilis anno MDCLXVII. Alii porro favoris beneficæ erga invocantes ſe Sanctæ, qui identidem in dicta capella recipiuntur, tam ſunt multi, ut cito volumen implere poſſint: quapropter enarrandis iis hic finem facio.

*ab anno 1655 ad an. 1667.*

E

## DE B. GERARDO.

*Pag. 246 n. 1 in Marg. pro* MCCXLII, *pone* MCCLXVII: *idem corrige in Indice Chronologico: deinde pag. 247 n. 4 dele ultimas 9 lineas, poſt —— videtur factum fuiſſe —— Dele etiam num. 5 primas 7 lineas, & ſubſtitue ſequentia.*

*ex auctoritate Mariani ſui.*

5 *Verum poſtea idem Terrinca, accuratius ſcrutatus fontes, unde ſuam illam chronotaxin hauſiſſe Waddingus potuit, totus tranſiit in ipſius ſententiam; allegata imprimis auctoritate Mariani Florentini, in Chronico uſque ad annum* MCCCCLXXXVI *perducto, ſic ſcribentis.* XVIII Capitulum Generale celebratum eſt Paduæ anno MCCLXXVII Ordinis LXIX; *tum, ſummatim relatis Capituli illius actis, ſubdit:* Eodem tempore, dum Fratres erant in Capitulo, quinto milliario ab urbe Florentia, ex hac vita migravit ad Chriſtum B. Gerardus, de tertio Ordine, cum gloria miraculorum. *Ex autographa ejuſdemmet Mariani Epitome, in bibliotheca Conventus Piſtorienſis ſervata, hæc eadem ultima verba ad prædictum annum etiam habentur, ſed additur, quod Beatus* obiit III Idus Maji, Feria II Pentecoſtes. *Tali certe die, inquit Terrinca, legitur in antiquo Kalendario feſtorum Florentinorum Italice Ms. poſt notatam Vigiliam & feſtum Pentecoſtes,* & die Lunæ eſt S. Gerardus, feſtumque agitur in Hoſpitali via S.Galli, & ad S Gerardum della Magna, *id eſt,* de Villa Magna. *Primum fuit olim Monacharum Dominicanarum, earum ſcilicet qua nunc ſunt ad S.Petri Martyris, hodie autem eſt Auguſtinianarum; ſuſpicio vero eſt, ideo ibi feſtum iſtud fieri, quia ipſum Hoſpitale fuerit auctore S.* Gerardo *erectum, ſicut erectum fuit iſtud, quod nomen ipſius retinet. Hæc Terrinca.*

F

*& quidem 13 Maji Feria 2 Pentecoſtes*

*quando colitur.*

6 *Verum perquam male cohærent omnes iſti ex Mariano Chronotactici characteres, & valde incerti ſunt ſinguli. Nam capitulum Patavinum, quo durante mortuus* Gerardus *eſſet, quodque à Mariano vocatur* XVIII, *à Waddingo* XXIII *numeratur, à Rodulfo Toſiniano* XVI; *& hic quidem illud adſcribit anno* MCCLXXV: *quod licet improbet Waddingus, annumque* MCCLXXVII *ſubſtituat, eo argumento, quod poſt Capitulum Lugduni ad annum* MCCLXXIV. *celebratum, nulla appareat neceſſitas, qua fuerint rurſum anno immediate ſequenti ſedibus ſuis exciti Patres, ſoliti dumtaxat poſt expletum triennium convenire; id tamen ex ipſomet Waddingo evertitur, admittente Capitulum*

*ſed iſta tali anno non concurrerunt.*

A tulum sequens fuisse celebratum Assisii anno MCCLXXIX, & dicente id factum decurso ab ultimis comitiis triennio, secundum Regulæ statutum. *Deinde causa sufficiens cogendi Capituli maturius solito, videri potuit contentio illa, quam ipso anno* MCCLXXV *in Italia exarsisse Waddingus testatur, occasione rumoris ibidem sparsi, quod Pontifex vellet Minores atque Pradicatores cogere ad bona stabilia in commune admittenda. Isto item anno habente litteram* Dominicalem F, III *Idus Maji cum Feria* II *concurrit, non item anno* MCCLXXVII, *habente litteram Dominicalem* C. *Et ante Capitulum Generale, secundum Regulam celebrandum in festo Pentecostes (quod eo anno actum fuit* II *Iunii) præcessisse debuit Provinciale in Tuscia; hoc autem durante, non vero Generali, obiisse* Gerardus *potuit, & erravisse Marianus in notanda Feria* II *Pentecostali, ex falsa præsumptione, quod Capitulum, sub quo Gerardus obiit, fuerit Generale. Quamquam nec Feria* II *stare potest, cum assenta Sancti præ-*

*& potius notaretur ann. 1275.*

*dictione, de morte obeunda die* Veneris: *hæc enim non potest concurrere cum* III Idus Maji *nisi anno aliquo habente litteram* Dominicalem B, *quod fuisset anno* MCC LXVII *vel* LXXVIII, *quibus annis Pentecoste celebratum fuit* V Junii, *diu post* Idus Maji.

*ipse etiam Sanctus fertur se moriturum dixisse Feria 6*

*quam si conjunxeris cum 13 Maji.*

7 *Hactenus igitur annus, quo* Gerardus *obiit, aque ac dies, incertus nobis ex Mariano manet: ex quo tamen si diem* XIII Maji *tenere velimus, conjunctum cum* Feria VI, *& aliquo forsan provinciali Capitulo; nihil propius verosimili erit, quam quod anno* MCCLXVII *Gerardus obierit; & uno dumtaxat denario sublato, salvabitur numerus anni à Mariano signatus; Beatus autem ipse,* circa annum MCLXXV natus, *ut dicitur in qualicumque Vita, obierit nonagenario major, quam ætatem non recusabit imago inferius proponenda. Habetur quibem concursus idem diei* XIII *Maji ac feria* VI, *anno quem aliqui statuunt* MCCXLIV; *quando festum Ascensionis Dominica celebratum pridie fuerat: sed cum inutilem nobis reddit Confraternitas quadam Florentinorum, hodie S. Sebastiani dicta, & unita basilicæ Sanctissimæ Annuntiatæ, fundatores agnoscens* S. Philippum Benitium & S. Gerardum de Villa magna, *idque sub nota anni* MCCLXIII: *sic enim in eorum libro memoriali, post seculum* XV *dimidium scripto, Italice legi testatur Terrinca.* Judicatum est convenire, ut clare explicetur hujus nostræ Sodalitatis origo, deducta à duobus magnis Dei servis & sociis in Christo, Philippo Benitio & Gerardo de Villamagna ..... Inter alia autem insignis fuit res tentata atque ordinata, à beatis sanctisque hominibus, Philippo & Gerardo, interim dum assurgebat fabrica Annuntiatæ, tunc dictæ S. Maria de Cafaggio extra civitatem Florentinam, id est anno salutis nostræ MCCLXIII die VIII Septembris, Nativitati B. Virginis sacræ; quando facto delectu quarumdam personarum, ceteris in Dei servitio ferventiorum, fundarunt & inchoarunt Sodalitatem seu Congregationem Laudensium (*ab officio Mariano, quod* Laudes *vocant, sic dictorum*) .... anno autem salutis nostræ MCCCCLI fuit eadem Sodalitas denuo confirmata, renovatis ejus Capitulis, dictaque Confraternitas & Sodalitas beatissimæ Virginis à Laudibus, Sanctique Philippi & Sancti Gerardi: *quæ licet anno* MDXXXIII *à D. Ioanne Baptista Nari, Leonis Papæ X Cubiculario secreto & Clerico Camerali, donata capite S. Sebastiani, mutaverit titulum illum priorem, cœptaque sit dici* S. Sebastiani, *priorum tamen Patronorum suorum venerationem hodiedum conservat, habens reverenter* sandalia B. Gerardi, *à familia Nara Dominis sibi concessa.*

*habebis quidem annum* 1244

*Sed cum is dicatur an.* 1263 *Sodalitium de Laude instituisse.*

*melius dicetur an.* 1267 *obiisse.*

8 *Isto anno* MCCLXVIII *ita posito, fuisset* S. Gerardus, *cum obiit, paulo major nonagenario; vitamque eremiticam auspicatus post primum è Terra Sancta reditum &c.*

*Post n.* 6, *nunc futurum* 9, *hæc adde --- Quare nec gravabor ex Truglio, imagines Sanctorum ac Beatorum Ordinis ex antiquioribus picturis exhibente, cum com-*

*pendiis Vitarum à Bosio sumptarum, accipere ipsius Sancti* D *imaginem, juncta eidem imagine* S. Ugonis, *ad* VIII *Octobris usui posteris futura.*




*Et ibi quidem Sanctus pingitur cum cerasorum ramuscula, alibi vero scribit Terrinca eumdem cerni cum calatho aut fiscella, plena ejusmodi fructibus (nempe ad memoriam miraculi num.* II *relati) & talis etiam cernitur in fronte altaris proprii; ubi sub tabernaculo servatur lapis, vestigiis manuum Sancti notatus, uti refertur num.* 10: *nec non Saviliana prope Empolim, in recentiori pictura, ecclesia commendatoria Equitum Rondinellorum, haud diu ante annum* LXXX *hujus seculi posita.*

10 *De iis quos ad Militum &c.*

*Pag.* 250 *col.* 2 *Annot* k *dele ultimas* 5 *lineas.*

## DE B. GEMMA VIRG.

*Pag.* 252 *post Commentariolum de* B. Antonio Hungaro, *ponatur Vita* B. Gemmæ, *huc transferenda à die* XII *pag.* 182, *mutatis tamen his quæ sequuntur: ac primum in Commentariolo prævio.* F

*Lin.* 11 --- *Ita Ferrarius* -- adde -- *ad diem* XII *hujus mensis, in Catalogo &c.*

*Lin.* 22 *post* -- XII Maji --- adde --- *Sed hi omnes, invicem citra examen secuti, corrigendi sunt ex opere de Vita S. Berardi Cardinalis, ad* III *Novembris referenda, deque aliis Sanctis ac Beatis Marsicanis sub annum* 1673 *Romæ edito, per Doctorem Mutium Febonium Abbatem Trasaccensem, directoque ad D. Didacum Petra, ejusdem diœcesis Episcopum: ubi pag.* 109 *&* 118 *expresse dicitur,* festum celebrari XIII Maji.

*Lin.* 29 --- *eaque recenti* --- l. --- *eâdem ipsâ quam prælaudatus Abbas operi suo inseruerat; quamque, quia liber ipse tunc nequibat commode transmitti, exinde describendam nobis curavit* R. P, *&c.*

*Denique dele ultimas* 7 *lineas, jam minime necessarias: Titulum vero sequentem sic lege.*

# VITA

## *Ex Italico Mutii Febonii Abbatis.*

*Pag.* 253 *de* B. Magdalena Albricia *col.* 1 *lin.* 28 post --- *Aloysius* --- adde --- *in Annalibus vero Comensibus*

A *menſibus Pars* 2, *lib.* 9, *num.* 32, *ipſum ante* Ciſtercienſium Monachorum *fuiſſe, qui ſub annum* 1277 *illud ſuſceperint, à primis ante annos ducentos inquilinis tunc derelictum. Inſuper &c.* D

# APPENDIX
## AD DIEM DECIMAM QUARTAM MAII.

*Pag.* 262 *lin.* 5. — Heredina — *l.* — Henedina.

*Ibid. Col.* 2 *in medio* S. Cathacus — *l.* — Carthacus.

*Pag.* 263 *col.* 1 *poſt lin.* 12 *adde* —

S. Felicis, Cecili, & Comitum *memoria inſcripta vetuſtiſſimo Carthaginenſis Eccleſiæ Kalendario, Tom* 3 *Analect. Mabilionis, ab hoc refertur ad illam magnam turbam Afrorum Martyrum, quæ ipſis Nonis Maji, ex Hieronymiano Martyrologio ſic adnumeratur, ut loco* 35 *referatur* Cecilus, *aliis* Celidonia; *& loco* 40 *circiter* Felix, *ſub dubio utrum ut* Sanctus, *an ut* Sancta. *Incerta nobis valde ea Mabilionis conjectura eſt; ſpectat interim ad* VII Maji.

B *Ibid. lin.* 10 *à fine ante* S. Theodorum PP. *ponatur* —

Polybius, diſcipulus S. Epiphanii, *inſcriptus duobus Synaxariis, Taurini repertis in Bibliotheca Ducis Sabaudiæ: fingitur Vitam Magiſtri ſcripſiſſe: ego an in rerum natura fuerit, valde dubito.*

*Pag.* 264 *col.* 1 *lin. ult.* adde *aliquid ex Appendice pag.* 682.

### DE SS. VICTORE ET CORONA.

*Pag.* 269 *col.* 1 *lin.* 22 *poſt* Caſtellum Ficardum, *expunge ultimas quinque lineas, & ſubſtitue ſequentia* — *Prælaudatus Ioannes Baldi contendit, ex Syria allata corpora per Auximates, qui M. Aurelium Antoninum in Syriam ſecuti, ibidem ſub Duce Sebaſtiano remanſerant; ipſoque poſt eadem Martyrum in Italiam revocato, inde etiam redibant. Auximatis autem territorii locum ait fuiſſe* Humanam, *ubi ſuperſint etiam hodie illuſtres reliquiæ marmorearum columnarum, quibus templum, iiſdem Sanctis poſtea erectum, fulciebatur. Simile etiam templum ait, ſub eadem appellatione, extitiſſe in vicino ad Septentrionem Cingulanæ civitatis territorio; ubi etiamnum videantur, coloribus pene evanidis depicti,* Victor & Corona: *qui locus anno* DCCCC *adhuc fuerit Benedictinorum Monachorum; & his extinctis, manſerit Titulus Abbatis Commendatarii, cum ipſius loci poſſeſſione, anno* MCCCCL *devolutus ad Leopardum Ficciarellum Cingulanum, ac denique ad Cardinalem Gallum Epiſcopum Auximanum. Hic vero Romæ invenerit notitiam anni, quo facta Tranſlatio Sanctorum corporum eſt, videlicet* MCXCV, *miſſam (ut opinatur) Cæleſtino Papæ III; quando etiam argento incluſum fuit caput* S. Victoris, *à reliquo corpore ſeparatum; &* S. Coronæ *oſſicula quædam, intra parvum tabernaculum, quorum partem potiorem Cardinalis Gallus per multa altaria à ſe conſecrata diviſerit. Denique aſſerit idem Canonicus, in relatione Romæ inventa legi, quod plurimi infirmi, in die Tranſlationis prænotatæ, ſolius arcæ contactu ſanitatem fuerint conſecuti; atque exinde tantam fuiſſe copiam affluentium illuc ſanitatis cauſa, ut ipſis erigendum fuerit Hoſpitale; cui manus adjutrices porrigentibus, ſacraque Corpora viſitantibus, ampliſſimas Indulgentias conceſſerit Eugenius Papa IV, teſtatus in ſuo brevi,* eam ægrotantium multitudinem confluere, quia plures fidelium variis, quibus maxime premebantur, eorumdem Sanctorum Victoris, Coronæ, & Philippi meritis, ſe gaudent infirmitatibus & languoribus liberatos, & optatæ ſanitati reſtitutos.

*Eccleſia eorum olim Humana*

*& prope Cingulum.*

C

*Reliquiæ diviſæ,*

*peregrinorũ ad eas copia,*

De Philippo, *quis fuerit, non præſumit Auctor conjectare quidquam: ſed ſi vere (ut ſupra dixit ex Epiſcopo Zacchio) ipſa Sancta corpora* ab Alexandria Ægypti *allata fuerunt, poſſet hic eſſe* pater S. Eugeniæ Virginis, *ad* XIII *Septembris Romano inſcriptus Martyrologio, cum hac laude, quod* Ægypti Præfecturam deſerens, baptiſmi gratiam aſſecutus eſt; quem in oratione conſtitutum, juſſit Terentius Præfectus, ejus ſucceſſor, gladio jugulari; *& quidem* Alexandriæ. *Dies porro Tranſlationis,* XVIII Septembris, *olim Auximanis feſtiviſſimus fuiſſe demonſtratur, ex antiquis Brevariis Officiiſque; ſed nunc intermiſſus, ſolum apparet in Kalendariis. E contrario, quò dies* XIV Maji *ſolennior eſſet, communi decreto ſancitum fuit, ut ſeptem diebus præcedentibus atque ſequentibus juſtitium teneretur, ſtrepitu omni forenſi ceſſante, ut ait Ioannes Baldi: qui etiam meminit proprii Officii, eumdem in finem compoſiti, atque olim uſitati; & addit, uſu receptum teneri, ut ſcripturæ Auximatum publicæ ſic inchoentur* In nomine ſanctiſſimæ Trinitatis, & beatorum Martyrum Victoris & Coronæ.

*olim* 18 *Septembris,*

*nunc* 14 *Maji.*

E

### DE S. HENEDINA ETC.

*Pag.* 271 *& ſeq. nomen ubique ſic ſcribatur, præterquam pag.* 272 *col.* 1 *lin.* 11, *ubi retinendum* Heredina. *Eadem ratione idem nomen corrigendum in Indicibus.*

*Pag.* 272 *col.* 2 *in fine*, — adde — *Acturi de* S. Reſtituta Martyre Calaritana, *in Appendice ad* XVII *Maji, inveni uni capellarum, in iſtius Sanctæ crypta repertarum, præfixa fuiſſe nomina & imagines harum trium Sanctarum: non tamen mihi potui perſuadere, ſub altari ibidem majori inventa tria corpora, earumdem quoque eſſe. Ea enim, ſi iſtuc allata fuiſſent, videbantur potius debuiſſe reperiri in propria ſibi capella: quæ tamen ratio quam minime certa ſit, non me latet.*

*Imagines in cryptæ S. Reſtitutæ.*

*Ibid. & ſeqq.* de S. Pontio *adde multa ex Appendice pag.* 682.

F

### DE S. BONIFACIO MART.

*Pag.* 280 *num.* 4 *lin.* 14 — dele: — *inſeruit homiliam, in codice Caſinenſi repertam, & Romæ in eccleſia SS. Bonifacii & Alexii dictam; ex qua, una cum exordio, ſequentia accipe.* Pro quibus hæc ſubſtitue — *ex hiſtoria miraculorum, poſt quamdam Homiliam in Codice Caſinenſi, ſequentem narrationem deſcripſit, quam hic etiam, omiſſis ſuperfluis, accipe.*

*Deinde ante num.* 5 adde — *Hæc ibi, quæ* XVII *Iulii, ad S. Alexii diem natalem, una cum miraculis aliis, integra dabimus; itemque prædictam Homiliam, præferentem nomen S. Adalberti Epiſcopi Pragenſis Martyris, qui ibidem Romæ Monachum bis egerat.*

### DE S. BARBARO MART.

*Pag.* 286 *num.* 2 *lin.* 8 *à fine* poſt — *reperire* — adde — 3 *Anno poſtea octavo Romam ad nos rediens* P. *Ianningus, & in tranſitu ſacra Venetiis Corpora luſtrans, ecclefiam & monaſterium S. Laurentii adiit; atque de prima quidem tranſlationis hiſtoria nullum reperit antiquum*

*Corporis Venetias allati tranſlatio geminata.*

*monumentum ; accepit tamen , & hanc attulit , notitiam Tranſlationum unius alteriuſque , ipſo in loco factarum anno* MCCCCXCVI , *&* MDCXVII , *de quibus infra. Attulit etiam libellum propriorum Officiorum de Sanctis , quorum Corpora & Reliquiæ in prædicta eccleſia aſſervantur : ubi de* S. Barbaro *præſcribitur faciendum ſub ritu Duplicis , cum hac Oratione :* Propitiare quæſumus , Domine , nobis famulis tuis , per hujus ſancti Martyris tui Barbari, qui in præſenti requieſcit eccleſia, merita glorioſa ; ut ejus pia interceſſione , ab omnibus ſemper protegamur adverſis. *Secundi Nocturni Lectiones , ſola phraſi cultiori differunt à contextu fabuloſo Petri de Natalibus , addita ad finem Lectionis* VIII *(eſt enim Officium Lectionum* XII*) hac dumtaxat clauſula :* At Venetias *Methone* tranſlatum *Corpus* , in eccleſia S. Laurentii , miraculis clarum , requieſcit. *Miraculum tamen nullum ſcripto aut memoriæ mandatum narratur. De variis Sanctorum Reliquiis &c.* —— in fine adde. —— *Sed & die* VII *Iunii agemus de* S. Paulo, *Epiſcopo Conſtantinopolitano ac Martyre , qui cum* S. Barbaro *communem habet noviſſimæ tranſlationis hiſtoriam , hic infra adnectendam.*

*Ibidem poſt Acta eorumque cenſuram , adde.*

*& Officium proprium.*

# TRANSLATIONES

## SS. PAULI EP. AC BARBARI MM.

### *Ex Mss. monaſterii S. Laurentii.*

*Anno 1496 tranſfertur ex uno in alterum altare*

EMpore Dominæ Eliſabeth Molino Abbatiſſæ , de licentia Reverendiſſ. D. Thomæ Donati Patriarchæ , tranſlatum fuit corpus S. Barbari Martyris , ex altari in quo prius erat, quod eſt in parte interiori eccleſiæ ipſarum Dominarum Monialium ; & poſitum in monumento novo , ſuper altare , quod eſt apud feneſtram ipſarum Dominarum in parte interiori ipſius eccleſiæ , præſentibus Reverendis in Chriſto Patribus & Dominis , D. Hieronymo de Franciſcis Epiſcopo Coronenſi ; & D. Marco Antonio Fuſcareno , Epiſcopo Æmonenſi , die VIII menſis Maji MCCCCXCVI. *Tribus ante annis ibidem inventum ſimiliterque tranſlatum fuerat*

*corpus Methone allatũ poſt 1204 ,*

C *corpus* S. Pauli , *de quo ſeorſim pluribus in Iunio : hic ſolum pro* S. Barbaro *noto , Methonem , urbem Peloponneſi inſignem , vulgo* Modon , *anno* MDCLXXXVI , *cum aliis pluribus feliciter recuperatam à Venetis , ſub eorumdem imperio antea fuiſſe ab anno* MCCIV *uſque ad annum* MCCCCLXXXVIII. *Quia tamen Turca poſt expugnatam Conſtantinopolim , ac præſertim poſt annum* MCCCCLXII , *ſæpius victores in Peloponneſo Eubœaque , ingentem Venetis terrorem identidem incutiebant , credibile fit primam* S. Barbari *tranſlationem Venetias illis temporibus factam eſſe. Certe , factam eſſe poſt tempora Petri de Natalibus , concludi indubitanter poteſt ex ipſius Petri ſilentio : ſi enim , cum is Venetiis ſcribebat compendium vitæ* S. Barbari , *ibidem fuiſſet Corpus ejus , non tam ſimpliciter, nulla ejus mentione facta , concluſiſſet Elogium ſuum; ſed cum dixerat ,* cujus corpus ab Epiſcopo Felicio in civitate Muthonis ſepultum eſt, *addidiſſet ſaltem verbulum de Tranſlatione aut exiſtentia ejus tum temporis Venetiis; uti addiderunt qui Lectiones de eo proprias poſtea fecerunt ex prædicto Petri compendio.*

*paulo poſt inſtitutum* 8 *Iulii feſtum Inventionis*

2 *Sed dimiſſis de prima illa Tranſlatione incertis conjecturis, redeo ad ſupra narratam ſecundam ; quam nullo vel modico intervallo ſecuta videtur ſimili occaſione Inventio* S. Ligorii, Martyris *item* Græci, *ac ſimul forte ex Peloponneſo allati; cujus cum Paſſionis dies ignoraretur (qui poſtea per revelationem innotuit fuiſſe* XIII *Septembris) & ad communem utriuſq; Martyris invocationem patratum eſſet*

*infigne miraculũ; placuiſſe Sanctimonialibus videtur, ut licet proprium feſtum haberet* Barbarus , *communi tamen cum* Ligorio *feſtivitate coleretur ipſo patrati miraculi die* VIII *Iulii, ſub Titulo* inventionis, *ſub ritu Duplicis celebranda , cum hac Oratione:* Deus qui glorioſa Beatorum Martyrum Ligorii & Barbari corpora nobis famulis tuis hodierna die concedere dignatus es: præſta quæſumus , ut qui eorum corporum inventionem colimus , ipſorum beatitudini te concedente adjungi mereamur. *Quod autem dies hæc adoptata Inventioni , non nata ſit , docemur ex relatione prænotati miraculi , quæ pro Lectionibus Officii Matutini hoc tenore recitanda proponitur. LECT. V.* Cum omnium nobis Sanctorum feſtivitatibus ſit lætandum , maxime tamen ac præcipue illorum nos ſolenniis gratulari ac ſpirituali gaudio jucundari delectat, quorum ſanctiſſima corpora apud nos ſervari cognoſcimus. Quoniam quanto illos propinquiores habemus, tanto eorum nos ſpecialius orationibus confidere debemus. Verum , ſi illorum cupimus ſuffragiis adjuvari ; neceſſe eſt ut illorum quoque , quoad poſſumus , adjuvante Deo , ſectemur fidem & imitemur actiones. VI. Oportet enim famulatus noſtri ſervitia illis præcipue indeſinenter impendere , qui ad nos de tam longinquis regionibus dignati ſunt deferri.

D

*ipſi & S. Ligorio M. commune.*

E

*propter miraculum Sacerdotis cæci*

3 Quamobrem ſanctis Martyribus , Ligorio & Barbaro , nos ac civitas iſta plurimum debet , quæ patrociniis ipſorum è periculis multis & tribulationibus ſæpe ac ſæpius erepta eſt : quorum ſanctiſſima corpora eo majori venerationis lumine claruerunt , quo tempore præclariora in nos beneficia contulerunt. VII. At precipue cum Sacerdos quidam Genuſiæ oriundus (*Hydruntini in Calabria diſtrictus oppidum eſt,* Genoſa *vulgo dictum*) eorumdem Sanctorum interceſſione oculorum lumine donatus eſt. Etenim cum is in Rivo-alto (*vulgo* Rivalto , *prima inſula Venetiis habitata*) pauperem ac inopem vitam duceret , variis etiam & plurimis graviſſimiſque tribulationibus & infirmitatibus affectus , ac tandem conſumptis omnibus cæcus effectus eſt. Quamobrem amaro animo , de tot tantiſque calamitatibus , humanis auxiliis deſtitutus , infelix conquerebatur : tantum à Deo optimo maximo (quippe qui cum infirmis infirmatur) ſolamen aliquod poſtulabat. Itaque aliquantulum confortatus, ſurgens, ad eccleſiam S. Laurentii , ubi beatorum Martyrum Ligorii & Barbari reliquiæ venerabantur , duce baculo ſe contulit. VIII. Ingreſſus igitur veſtibulum eccleſiæ , mente pura & corde humili oravit ad Dominum , ut per horum Sanctorum ſuffragia ſibi ipſi miſero dignaretur ſalutem aliquam impertire. Facta oratione , oculos extollit ; vidit claritatem ſolis ; atque omnia , ſumma omnium qui aderant admiratione , clare proſpexit , qui aliquot annos nihil viderat. Quamobrem gratias agens Deo , qui per ſuos Martyres tantam gratiam ſibi conferre dignatus eſt , lætus abjecto baculo viam carpens , domum reverſus eſt. Quo miraculo horum Sanctorum corpora majori veneratione civitas hæc colere cœpit; & ſub nomine Inventionis , hunc diem , quo miraculum iſtud effectum eſt , veneratur , ad laudem omnipotentis Dei , qui cum Filio & Spiritu ſancto vivit & regnat per ſecula. *Annus quidem facti miraculi nullus exprimitur ; credibile tamen eſt , circiter idem tranſlationis tempus factum fuiſſe , rei novitate & publica ſolennitate , populi concurſum exciente & miſerorum fiduciam acuente ad novam ſpem obtinendæ ſalutis. Poſt dictam Tranſlationem annis centum & aliquanto amplius, inſtituta fuit tertia* S. Barbari *ſimul &* S. Pauli , *eaque prioribus ſolennior , ac deſcripta in grandi membrana apud Sanctimoniales Laurentianas Italico ſermone in hunc modum.*

*tali die per utrumque Sanctum illuminati.*

F

4 Anno

A *An. 1617 ad novam Tranſlationem SS. Barbari & Pauli*

4 Anno MDCXVII die 11 Februarii, cum Reverendiſſ. D. Andriana Contarena, Illuſtriſſ. D. Georgii filia, digniſſima Abbatiſſa monaſterii S. Laurentii, ſanctiſſimæ vitæ atque prudentiæ ſingularis matrona, imitari vellet admiranda ſuorum progenitorum facinora, & ultimis triennii ſui diebus imponere coronidem tot præclaris ſuis factis, tam in ampliſſimæ ſuæ eccleſiæ quam in monaſterii venuſtiſſimi ornatu collocatis, decrevit curare tranſlationem Sanctorum Martyrum Pauli Epiſcopi atque Barbari, quorum corpora de mandato Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Cardinalis Priuli bonæ mem. Patriarchæ Veneti fuerant reverenter ſepoſita intra monaſterium, dum reſtauraretur eccleſia vetus. Ea autem non ſolum reſtaurata fuit, ſed etiam perfecta altaria; quorum majus, magnitudine ac pretio & elegantia, vix aliud ſibi comparabile inveniet; duo vero alia, ſumptu ſimiliter & ſplendore mirabili, mutuo ſibi obverſa, ſingulis prædictorum Sanctorum fuerunt conſecrata. Tum de licentia Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Cardinalis Vendramini Patriarchæ, actum eſt de eiſdem ſacris corporibus ad ipſa altaria reducendis. Huic actioni interventurum ſe Patriarcha promiſit, cum aliis multis Prælatis: & D. Angelum Boſcherium Vicarium ſuum Generalem miſit, qui Sereniſſ. Principem Joannem Bembum, Venetiarum Ducem, ad conferendam præſentiam invitaret. Hoc annuente, omnia ad tam ſolennem actionem diſpoſita fuerunt in 11 Februarii, Purificanti Virgini ſacram diem, poſt meridiem, in hunc modum.

*venturus Patriarcha, etiam Ducem invitat:*

B

3 Invitatæ ſunt ſex Scholæ majores de mandato Excellentiſſ. Dominorum Capitaneorum; Religioſorum Mendicantium ac Monachorum Ordines, jubente Illuſtriſſ. D. Legato Apoſtolico; novem Congregationes Cleri urbani ſecularis, & Capitulũ majus atque minus Caſtellanum, ad imperium Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. Cardinalis; totuſque Clerus S. Marci, ab Illuſtriſſimo Principe citatus. Eccleſia circumveſtita eſt Damaſcenis rubeis, portæque ejus vario pancarpiorum inſigniumque ornatu decoratæ ſunt. Erecti præterea fuerunt throni duo, æquales per omnia, ſinguli inſtructi ſua umbella armiſque; alter ad cornu Evangelii, pro D Cardinali; alter ad cornu Epiſtolæ, pro ſua Serenitate; & utrimque ſimiliter diſpoſita ſcamna, inſtrata tapetiis; hinc quidem, pro Oratoribus Principum, Magiſtratibus atque Senatu; inde vero, pro Prælatis, Canonicis, atque Domeſticis D. Cardinalis.

*Eo prapara tis omnibus*

C

4 Sanctorum corpora glorioſa ſtabant in eccleſia S. Sebaſtiani, elevata ſupra ſuggeſtum, tapetiis pretioſiſſimis inſtratum, ardentibus circum ipſum quatuor enormis proceritatis facibus cereis. Sub horam XXI intra phaſelum rubea veſte opertam totamque ſericeis tapetiis circumveſtitam, appulit D. Cardinalis cum ſex Epiſcopis, multis Canonicis, ac numeroſa & ſplendida familia ſua; cui ad ripam obviam cum umbella exiverunt Capellani ac miniſtri ceteri eccleſiæ S Severi, ſolitiſque exceptum ceremoniis deduxerunt intra noſtram S Laurentii eccleſiam. Paulo poſtea in conſuetis navigiis Ducalibus planioris formæ appulit Sereniſſima Dominatio, cum Senatu & Vice-Duce, quoniam ipſe Princeps de palatio exire per invaletudinem prohibebatur, & utriſque exſcendentibus exploſa mortariola fragorem dederunt tubis tympaniſque interſonantibus. Vice-Dux qui tunc erat Excellentiſſ. D. Aloyſius Barbarus, ad majorem eccleſiæ portam exceptus eſt à D. Epiſcopo Zacynthi, Suffraganeo Patriarchali, in habitu Epiſcopali, pacemque & aquam benedictam ab eodem ſuſcepit; cum vero ad paratum ſibi thronum progrederetur, occurrit eidem ante majus altare ipſe D. Cardinalis. Ubi mutua ſalutatione amplexuque defuncti, in ſuum ſe quiſque locum recepit; & Cardinalis Pontificalem indutus Cappam, ex ſede ſua dedit initium ſolennibus Veſperis, decantandis ab univerſo muſicorum S. Marci choro, qui cum Præfecto ſuo miſſus ad id erat à ſua Ducali Serenitate. Ad Magnificat, D. Cardinalis altare majus incenſavit, deinde ad ſuam regreſſus ſedem incenſatus etiam ipſe eſt, ac deinde Vice-Dux, Oratores atque Prælati; tum etiam Magiſtratus & Senatus ſucceſſive.

D *Patriarcha ordiatur Veſperas.*

*Interim egreſſu proceſſio ex templo S. Severi.*

5 Dum ſic canuntur Veſperæ, Clerus congregatus ad S Severi cœpit procedere in hunc modum. Egreſſi ab eccleſia jam dicta ſecundum fundamenta ejus, id eſt ſemitam intra contiguas domus canaleſque ductam, venerunt in eccleſiam S. Laurentii, per portam vicinam ſacriſtiæ; exeunteſq; per aliam ei oppoſitam iverunt ad S. Sebaſtianum per viam Largam, per viam Longam, & eam quæ Gajuffæ dicitur: iterumq; per eccleſiam S. Severi, per viam Presbyterorum & fundamenta S. Proculi, in ſua ſe hoſpitia receperunt. Primæ autem ſic comparuerunt ſex Scholæ majores, miro ordine atque pompa, cum magna multitudine candelabrorum argenteorum, ferculorum reliquiariorum, facularumque cereorum ardentium tum Religioſi cœtus, ſolita cum modeſtia & ordine conſueto, multam ſpirantes devotionem. Sequebatur Capitulum S Severi cum Cruce & candelabris argenteis, omneſque miniſtri prædictæ eccleſiæ, pretioſa induti Pluvialia. Ipſis ſuccedebant novem Congregationes Venetici Cleri, ſinguli pretioſè ſtolati, ſub ſuis quique inſigniis: & ante altare majus tranſeuntes, intonabant & proſequebantur Hymnum, Sanctorum meritis. Poſtea veniebat Majus minuſque Capitulum Caſtellanum, ac denique univerſus Clerus & Canonici Ducalis Eccleſiæ S. Marci.

E *ab eccleſia S. Sebaſtiani adducit corpora.*

*ad edem S. Laurentii.*

6 Tranſeunte Clero, ſumpſerunt Patriarcha & Epiſcopi Pontificalia indumenta; & conſueto ritu Cardinalis conſecravit capſas, Sanctorum corporibus excipiendis diſtinatas. Quamvis autem, propter innumerum populum, undequaque affluentem, difficilis reddebatur progreſſio; omnes tamen ædificavit decentiſſima ac ſpecioſiſſima pompa. Sub hac ab eccleſia S Sebaſtiani elata ſancta Corpora, illata ſunt in S Laurentii, per eamdem portam, per quam ingreſſus Patriarcha cum Sereniſſima Dominatione erat, præcedente tubicinum turba feſtive inſonantium; poſt quam viginti cerei, octonûm librarum ſinguli, à Confratribus Scholaribus portabantur; tum ſequebatur chorus Muſicorum, Litanias canentium, cum corpore S. Barbari; quod ſub pretioſa umbella, in ſplendidiſſime ornato feretro, humeris geſtabant Presbyteri quatuor, Dalmaticas rubras auro & ſerico contextas induti; quo in habitu etiam procedebant duo Thuribularii, perpetuo incenſantes; totidemque alii, ex acerra argentea miniſtrantes, quam geſtabant, ſuaviſſimi ſuffitus materiam. Pone ſequebatur Reverendus Confeſſarius monaſterii, cum duobus Miniſtris cappas pluviales indutis; aliæque viginti faces geſtatæ à Sacerdotibus, cum altero muſicorum choro, præcinentium corpori S. Pauli, quod ſimili ornatu atque ordine, quo prius S. Barbari, ferebatur: ac rurſum viginti faces, ita ut harum univerſim ad ſexaginta numerarentur. Succedebant nobiliſſimæ familiæ Domini Cardinalis aliorumque Prælatorum, deinde Crux Patriarchalis ipſeque Patriarcha & Epiſcopi ſex, gemmatis mitris pluvialibuſque ſpectabiles. Tum vero ſuis ex locis aſſurgens Sereniſſima Dominatio cœpit procedere ſub hac ſerie: Commendatores, Capitanei, Camerarii, Scutiferi,

F *unde pulchro ordine regreſſæ proceſſionis.*

*Eo prapara tis omnibus*

*invitantur inſuper omnes cœtus idonei inſtruere Proceſſionem.*

*veniunt illi ſplendido cum comitatu:*

*iiſdem ingreſſis eccleſiam S. Laurentii,*

A feri, Architriclinus, Hippotriba, Capitaneus major, Zagus, Ceremoniarum Magiſter, Secretarii, Capellanus, Cancellarii Ducales, Vice-Dux, Oratores, Magiſtratus, & Excellentiſſimus Senatus.

*Iterumque regreſſæ.*

7 Porro, quia tardior jam hora erat, non proceſſerunt Corpora ſancta cum Prælatis ac Sereniſſima Dominatione longo illo, quo prior pompa, circuitu; ſed per Viam-longam ac S. Severi fundamenta, circumlata fercula veneranda, per pontem vicinum ædibus Priulorum, atque per fundamenta S. Laurentii, relata in eccleſiam ſunt, ſimili mortariolorum exploſione, qua fuerant honorata in exitu, etiam in regreſſu excepta. Illis autem ſuper altaria ſua depoſitis, omnes ſeſe in genua proſtraverunt: & D. Cardinalis ab altari majori benedictionem cunctis impertivit, ſed Indulgentiam non publicavit. Tum vero aſſurgens Vice-Dux, ante altare, ut prius, ſalutato Cardinali, veniam abeundi ſumpſit; ſeque, ad multam facularum lucem, in ſuas recepit naves, cum toto comitatu, atque ad Palatium redivit. Similiter etiam Patriarcha, comitantibus Coëpiſcopis, ſcilicet Concordienſi, Torcellenſi, eidemque electo Patriarcha Aquileienſi, Zacynthio, Cluſano, Cuneenſi & Tyrio, deducentibus etiam Canonicis & Miniſtris atque Capellanis S. Severi, eodem quo prius ordine, pervenit ad phaſelum ſuam; ubi S. Severi Clero comiter vale faciens, revectus etiam ipſe eſt in ſuum Patriarchale Palatium. Tandem Reverendi Capellani, dilapſa populorum turba, ſtrepituque ceſſante, ſanctorum Corporum capſas cypreſſinas, auro ſericoque obductas, compoſuerunt ſingulas in ſingulis ſuper altaria monumentis, optime apparatis. Atque hunc finem habuit ſolennis illa ac ſpiritualis pompa, ad Dei laudem & benedictorum iſtorum Sanctorum gloriam, cum honore venerandi monaſterii S. Laurentii, & ejus quæ ipſum tanto cum bonorum ſpiritualium ac temporalium proventu gubernat.

*Depoſuntur in ſuis altaribus corpora.*

B

*2 Februar.*

8 Conſecratio altaris Majoris, duorumque altarium, Archiepiſcopi Pauli & Barbari Martyrum, celebrata eſt die IX Januarii MDCXVII; ipſius vero eccleſiæ, XVIII menſis prænominati, per Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. Cardinalem Vendraminum, Patriarcham Venetum; Tranſlatio vero corporum SS. Pauli & Barbari, II Februarii, feſto Virginis purificantis. *Poſt hac repoſita ſunt ſacra Corpora ubi pridie poſita fuerant, in ſuo quodque altari, paucis ante annis utrique extructo impenſis Monialium è marmore pretioſo, appoſitis celebrium illius temporis pictorum Iacobi Palmæ ac Dominici Tentoretti tabulis. Infra has tabulas, ſuprà ſtipites tamen altarium, etiamnum ſunt dicta lipſana & per cryſtallum pellucidam conſpiciuntur; ſic ordinatis inter ſe oſſibus, ut corpora duo conflantur, partibus fere omnibus perfecta, paucis* S. Paulo, *pluſculis* S. Barbaro *ad integitatem deficientibus. Includuntur etiam ſimul cum oſſibus, per cryſtallum legibiles hæ Epigraphæ; de altero quidem ſic:* S. Barbari Martyris, à Juliano Apoſtata interfecti, corpus in hac capſula Kalendis Februarii repoſitum eſt, anno Domini MDCXVII more Veneto, Reverenda Domina Andriana Contarena Abbatiſſa. *In altero vero ita:* S. Pauli, Epiſcopi Conſtantinopolitani, qui ab Arianis occiſus eſt anno Domini CCCLV, corpus repoſitum eſt in hac capſula Kalendis Febr. MDCXVII, more Veneto *&c. ut ſupra. Sed de* S. Paulo *recurret latior ſermo, ut dictum eſt, die* VII *Iunii.*

C

## DE S. PACHOMIO AB.

*Pag.* 289 *& ſeqq. adde varia ex App. pag.* 682 *& ſeq. præterea Pag.* 290. *num.* 13 *lin.* 7 *à fine & lin. ult. atque in Margine* pro — *Serapion, Serapionis,* lege, *Hilarion, Hilarionis.*

*Pag.* 294 *col.* 2 *lin.* 3 — nigore — *l* — rigore. D

*Pag.* 370 de S. Apruncule Epiſc. *adde quæ damus in Append. pag.* 684.

## DE S. BONIFACIO EP.

*Pag.* 371 *Col.* 2 *lin.* 5 dele — *Num tamen hujus corpus in alia aliqua eccleſia adſervetur, neſcimus* — & lege — *qui recentius omnia hujus generis ibidem noſtri cauſa ſcrutatus eſt Bernardinus Coccovaginus, de* S. Bonifacio *aliud nihil reperit, quam* in Cathedrali ſervari induſium ejus (*Albam Sacerdotalem fortaſis dicere voluerunt, qui illum id docuerunt*) Ferentino allatum, cum aliis rebus memorabilioribus poſt illius deſtructionem. *In pervetuſto &c.*

## DE S. POMPONIO EP.

*Pag.* 373 *num.* 2 *lin.* 1 ſupra arcam — *adde* — *Camillus Tutini Neapolitanus, in Vita Italica S. Blaſii Mart. edita an.* 1635, *pag.* 62, *occaſione liquoris, ex nonnulla ejus Reliquia ſcaturientis, ejuſmodi myroblitarum Sanctorum, in Regno Neapolitano exiſtentium, plura ſubjungit exempla: atque inter alios* S. Pomponium *nominat, cujus ſcaturigo ſiccata fuerit,* aliquo populi peccato id exigente. *Et in argumentum veteris Miraculi, allegat* ſcyphum argenteum, ei rei olim ſervientem, & ſub altari majori ſuo adhuc tempore ſtantem. *Eſt autem ipſa* arca, *teſte præcitato Cioccharello,* cancellis ferreis *&c.*

*olim liquorem ſcaturiens.*

E

*Pag.* 391 de S. Eremberto *Annot.* c *adde* — *Claudius Caſtellanus opinatur,* Alpicum *ſcribendum, non* Ad Piecum, *quoad ultimam partem, ſcilicet* Picum, *facile illi conceſſero; quoad primam, non video, cur Chronologus iſte, affectatione proprietatis Latinæ, non potuerit, pro Francico* al. *ſubſtituere Latinum* ad.

## DE S. PASCHALE PP.

*Pag.* 395 *Annot.* aa *ſic muta* — *Quæ vetuſtis Romæ altaribus, nulli parieti adhærentibus, ſuper quatuor columnas imminent Reliquiarum ſanctarum conditoria, quadrata ædicula formam habentia, nomen ſuum accepiſſe videntur à* cubo, *κύβῳ, adeoque rectius ſcriberentur* Cyboria: *utique diverſiſſima à rotundis illis pyxidibus, in quibus nunc ſervatur Euchariſtia, ad uſum communicantium fidelium, ſanorum vel ægrorum, circumferendæ: quæ recentioris longè inſtitutionis vocabulo dicuntur* Ciboria, *tamquam verum animarum* cibum *continentia. Ideo minus nunc mihi probatur, quod aliquando placuit, ab his illa nomen traxiſſe.*

*Annotat.* dd *adde* — *Et hæc quidem dicta ſunt ad eam lectionem, in quam omnia omnino Miſſ Regiæ editionis exempla conſentiunt: magis tamen probarem codices, in quibus* Epanocliſtum *legeretur. Vt vult Magnus in Hierolexico: ut ſit* Ἐπανωκλεῖσον, *ſeu* ἐπάνωκλεῖσον, *ſuperne clauſum. Vt autem hoc nuſpiam reperiatur, vix tamen dubito, quin verbum* Spanoclyſtum *ex iſtius verbi corruptione ſit natum, idque ante ætatem Anaſtaſii.*

E

*Pag.* 400 *Annot.* c *lege* — *Intelligitur eccleſia* S. Angeli in Piſcnai, *&* ſubintelligitur Michaelis, *à Bonifacio &c.*

*Pag.* 401 *poſt Annotata, addatur*

# PARAPHRASIS METRICA

## Flodoardi Remenſis apud Mabilionē.

IN *Paralipomenis ad Conatum noſtrum Chronico-hiſtoricum de Romanis Pontificibus, Pontificale metricum Flodoardi, laudatum à nobis in* Nicolao I *& deinde in uſum ſæpius adductum, uſque ad ipſiuſmet tempora, quoad priorem*

A *priorem ac potiorem ſui partem, à S. Petro ſcilicet uſque ad prædictum Nicolaum, aliud non eſt quam Anaſtaſiani operis paraphraſis: cujus licet bonam partem, à Gregorio II cœptam, Mabilio inſeruerit ſuo* III *ſeculo Benedictino, ex Ms. ſumptam; libet tamen hoc loco ſpecimen ſaltem unum exhibere*, de Paſchale Papa.

Suſceptum*, *ad Superos Stephanum Quartum*,
—— propero Paſchalis honore ſecutus,
Reſplendet ſtudiis; caſtus, pius, inclitus, inſons,
Magnanimus, largus, hilaris, devotus, honeſtus,
*Ex Abbate Papa,* Manſuetuſque; preces vigil ac jejunia tractans;
Suſceptor peregrinorum, ſolator egentûm;
Unde datus meritis Monachorum effulſerat Abbas:
Excreſcenſque operum fulgore, ſuprema vocatur
In jura Eccleſiæ, centeſimus; Auſpice ſummo,
Romanoque ſimul votis coëunte Senatu.
Hîc poſitus, præcepta Patrum vel Legis habenas
Robuſtus ſolerſque tenet, celebriſque promulgat
*largus in opera caritatis,* Scita gubernator, blandus, probitatis amicus,
Sacrarum reſtaurator cultorque domorum,
Conditor Almorum paſſim quæ pignora nactus,
Ampliat iſte ſtipem Clero, fert munera cælo;
Nexibus adducit per regna remota ſubactos,
Ponderibuſque auri vinclorum pondera ſolvit.
B Africa tranſvectos, redditque Hiſpania captos:
Gaudet quæque ſuos reſpectans patria natos.
*condit Sanctorum corpora,* Martyris hic Papæ Sixti ſolenniter ornans
Membra, Petri meritis florente recondit in aula.
Is quoque Sanctorum Proceſſi & Martiniani
Deponens Cineres, digno pertractat honore:
Muneribuſque colens Patroni illuminat ædem;
Argentique libras, auri dat pondera, ſignis.
Vaſcula, vela parans, claves quoque fabricat auro.
*incendium reſtinguit,* Contigit, ignivomi furibunda fraude draconis,
Flammarum peregrina globos per culmina ferri:
His ſimul abſumptis, Romana in mœnia ſpirans,
Porticibus Petri fervens irrepſerat æſtus.
Preſſa obliviferum proflabant pectora poclum,
Nuntia dum Papæ hæc ſecreta ſilentia rumpunt.
Ille, fide ſultus, rapido petit atra volatu
Bella, triumphantis perſtringens arma furoris:
*& intenſa reſtaurat:* Stat, magnus velut oppoſitus mons, igne reliſo
Obſiſtens flammis, precibuſque incendia ſternit;
Extinguitque feros, Cepha tutore, vapores,
Orando pugnans: campum neque linquit agonis,
Noctis dum tenebras votis evincit & ignes.
Detrimenta dolens inopum, vaſtata reponit;
Reſtituens paſſis culpæ quæ flamma vorarat;
C Aurea dona ferens, veſtes victuſque reformans.
Silvarum ſuperadjicitur data copia tectis
Ut prius edendis: &, ne de fraude patrata
Vel damno Eccleſiæ truculentus gaudeat hoſtis,
Rapta focis Petri reparatur porticus aucta,
In melius ſurgens, potiori educta nitore.
Præſul Apoſtolicos aulæis inſerit actus.
Et mirabilium templi colit ora decore.
*Item eccleſias S. Praxedis,* Culmina Praxedis renovans, variaque venuſtans
Luce, triumphalem fulgoribus erigit arcum:
Plurimaque excipiens cariosis Pignera buſtis,
Eruta Juſtorum renovatæ deſtinat aulæ:
Servorumque Dei cœtum ſimul aggregat almum,
Inſtituens Grajo pangi modulamine laudes;
Ruraque dat, ſacris ſervitorum uſibus apta.
*S. Zenonis,* Zenonis iſte locans Cineres, oracula condit;
Accumulans decus, argento auroque refulgens:
Hiſtoriiſque colens, gemmarum & munere, Palmas
Luciferæ Dominatricis reſtaurat, & addit
Mœnia muneribus, villiſque & cultibus ornat.
*& S. Cæciliæ:* Cæciliæ cernens incumbere caſibus ædem,
In meliora levat reſtructis culmina ſeptis:
Deſeſſum precibus quem cælica viſere Virgo
Affarique probat dignum: tamen increpat, ut quid
Liquerit inceptum quærendi membra laborem,
(Quæ ſublata putat, populari credulus auræ.) D
Ut ſe res habeat referens: Nomenque roganti
Adnotat; hortaturque piis perſiſtere cœptis, 70
Gaudeat invento dum munere. Nam placet, inquit, *cujus corpus repevit,*
Æterno Domino, cujus ſplendoris amore
Me paſſam conſtat; noviter quo me ipſe repertam
A te conſtructi templi munimine condas.
His dictis celeri repetit cæleſtia ſaltu. 75
Papa revelatæ lætus jam lucis aperto
Indicio, indagans theſauri ceſſa talenta,
Repperit eximiis pretioſa monilia gemmis.*
Aurea virgineum celabant tegmina pignus,
Carbaſa martyrii rutilabant ſanguine clari. 80
Quæ Pater almificus, manibus pia munera tractans, *& transfert in Vrbem,*
Colligit, inducens Urbi inſtrumenta ſalutis,
Atque locans thalamo candentia membra decoro.
Infertur, ſimul inventus, virtutis amator
Sponſus, lucrator pacti cum fratre pudici. 85
Maximus, Urbanus, conſors quoque Lucius aræ *cum ſociis martyrii.*
Depoſiti, turmas capiunt pietate nitentes,
Hymnidicoſque choros, digno ſolamine fultos,
Vinetis, agris, domibus, famuliſque; levatum
Cultibus argentum invehitur plus mille librarum. 90
Aucta paludamentorum dos multa decentûm. E
Virgineaſque novas Præſul ſplendore catervas
Reſtituit priſco, res addens uſibus aptas.
Diverſiſque aulis diverſos addit honores
Aurea dona ferens vaſis, iconibus, aris; 95*
Argentoque colens artus, altaria, conchas,
Marmoreum cumulat decus ornamentaque: ſecum
Hæcque polo, terris fata, centuplicata reportat.

*His ex Anaſtaſii contextu deductis, addiderat Flodoardus, ut poſtea ſemper, quoties Pontifex aliquis inveniebatur, Remenſi Eccleſiæ, vel ejus Archiepiſcopo cuipiam, feciſſe aliquid, vel cum eo geſſiſſe; addiderat, inquam, duos hoſce verſus:* *Normanis convertendis intendit.*

Hic Nordmannorum noſtrum delegat Ebonem
Barbaricæ genti, lucis vitæque miniſtrum.

*Addiderat autem hæc (ut ego quidem exiſtimo) alteri omnino loco inferenda, quam inter verſum* 78 *&* 79 *ad ſignū*: eo enim loco interrumpunt intolerabili ſciſſura ſenſum, qui abſque illis continuus ſibi hæret. Adſcripſerit igitur diſtichon iſtud vacanti alicubi Margini, vel addendum in fine, vel alio quopiam loco (puta poſt Verſum* 18) *inferendum: quod tranſcribentem librarium fefellit, & Mabillonem alias oculatiſſimum videtur latuiſſe.*

## DE B. ÆGIDIO ORD. PRÆD. F

*Pag.* 402 *num.* 1 *lin.* 4 *à fine, poſt* —— *prælaudatus Cardoſus*, hæc interpone: —— *in quem diem Gregorius Papa XV, anno* MDCXXI *die* VII *Iunii, conceſſit plenariam Indulgentiam confeſſis ac ſacra Communione refectis; viſitantibus* eccleſiam Domus Fratrum Ordinis Prædicatorum loci de Sanctarem, Olyxponenſis diœceſis, & in ea ſitam capellam S. Ægidii, die feſto ejuſdem S. Ægidii annis ſingulis ad ſeptennium. *Breve integrum profert Lucas Caſtellinus, Procurator Ordinis Generalis, in tractatu de certitudine gloria Canonizatorum, editio ſub annum* 1628 *pag.* 484: *& antea pag.* 482 *dixerat, quod* conſimilem Indulgentiam *antea* conceſſerat Clemens Papa VIII, in honorem *ejuſdem* B. Gilii oppidi Vouzela, *ejus nempe patria*, Viſenſis diœceſis, Ordinis Prædicatorum; *ejuſque atque alterius Brevis authentica in archivio Procuratoris Generalis aſſervari teſtatur. Aſſerit autem idem qui ſupra Cardoſus, fuiſſe uſum &c.* *cum Indulgentiis Gregorii XV* *& Clementis VIII.*

*Pag.* 403 *poſt num.* 8 —— adde —— 9. *Non tamen praetereundus ſilentio fuerit Dominicus Maria Marcheſius, qui in ſacro ſuo Diario Dominicano, acceptam à Caſtellio atque Soſa Ordinis Chronologis Vitam concludit, cum tri-* *Colleſte pro Moſſa Tranſlationis.*

A *bus Collectis, quas ait uſurpatas fuiſſe in Miſſa, ſexto poſt obitum anno, quando corpus incorruptum, ac ſuaviſſimum ſpirans odorem, tranſlatum fuit in ſacellum proprium, ſub ejus nomine dedicatum. Ait autem, Collectas illas ſervari in pervetuſto Conventus Santinenſis Ms. hac forma.* *ORATIO.* Deus, qui B. Ægidium, Confeſſorem tuum, à peccati ſubjectione revocaſti, & ei perpetrati ſceleris veniam impetrandi ſpecialem gratiam tribuiſti; da ejus meritis tuam hic conſequi miſericordiam, ut noſtrorum actuum perpetrata ſcelera redimamus. *SECRETA.* B. Ægidii quæſumus, Domine, intercedentibus meritis glorioſis, munera hæc placatus accipias; & grata tribue offerre dona, quibus tribuiſti & offerre officia. *POSTCOMMVNIO.* Oblato, Domine, ſalutis noſtræ exordio, concede, nos ejus adjuvari ſuffragiis, cujus conſiſi meritis, hæc tibi Sacramenta voce libamus & mente. *Plura de iſta Tranſlatione ſi inveniantur, libenter proferemus; nec omnino diffidimus invenienda, ſi collaborare dignentur, quorum intereſt.* D

# APPENDIX

## AD DIEM DECIMAM QUINTAM MAII.

*Pag.* 439 *col.* 1 *lin.* 13 S. Domnus, — *l.* — S. Domninus.

*Pag.* 440 *col.* 2 *de* Adelgario *lin. penult.* — dele — *Letznerus in Chronico Corbeja Saxonica, ubi Abbas fuit* — & ſcribe —, *ubi Abbatem fuiſſe dicit; confundens ipſam unus alio ejuſdem nominis,* B *uti patet ex Vita S. Reuberti* IV *Februarii num.* 27. *Nam ibi* inſignis vir Adalgarius *dicitur adjunctus S. Remberto* in adjutorium . . . aſſentientibus Abbate & fratribus monaſterii ejus: *& clarius num.* 15 *nominat eum Vita iſta,* inſignem converſatione virum, gradu Diaconum, germanum videlicet & æquivocum Abbatis, nomine Adalgarium. *Commemoratur Epiſcopus in Martyrologio Abdinghovenſi his verbis:* Eodem die Natalis S. Adalgarii, Bremenſis Epiſcopi, qui in Corbeja Abbatia diœceſis Paderbornen. eruditus, ad regimen illius Eccleſiæ eſt aſſumptus. *In ipſius quoque monaſterii eleganti choro cernitur hodiè ejuſdem ſtatua, inter Sanctos, ibidem aliquando monaſticen Profeſſos, cum hoc Titulo:* S. Adelgarius Archiepiſcopus Brem. & Hamburg.

*Ibidem de* Thoma Cantipratano — *adde* —, *eamdemque Italice verſam, cum Titulo Beati, exhibet Sanctum Diarium Marcheſii. Verum Sauſſajus, quem hic allegat,* Thomam *duntaxat Piis adſcribit, idque* XIII *hujus.*

*Pag.* 441 *col.* 2 *de* S. Bernardo *lin.* 4 *poſt* — *Caniſio* — adde — *item Sauſſajo in Supplemento.*

### DE S. ISIDORO M.

C

*Pag.* 445 *In Marg. AN.* CCLI — *pone* CCL. *num.* 3 *lin.* 3 — *vitam ejus dedimus* — poſt quæ, expunctis aliis, ſic proſequere — *exornatam à Metaphraſte: præter quam, in faciendo poſtmodum Januarii Supplemento, dabimus aliam antiquiorem, ſcriptam à Sergio Auctore coævo &c.* — *ut initio pag.* 446.

*Ead. pag.* 446 *lin.* 5 *à fine* — *Cornio*, — *l.* — *Cornelio.*

*Videtur aſſignandus annus* 250 *primo ejus Conſulatui & Vlpiani,*

*Pag.* 447 *col.* 1, *lin.* 2 *poſt* — *geſſerit* — expunctis aliis ejus numeri lineis has ſubſtitue — *& quidem (ut habent Acta) ipſo ſtatim principio*; Anno primo, quo imperare cœpit Flavius Decius. *Annus hic erat Chriſti* CCL: *quo licet ipſe Decius, una cum Grato, Conſulatum inierit; non tamen eum neceſſario geſſit ultra menſes aliquot, ſed potuit ſuffeciſſe ſibi atque Collegæ, primo Nundino,* Gallum *necdum Auguſtum cum Vlpiano. Iam enim à Claudio Auguſto bimeſtres dumtaxat Conſules fuiſſe, notat eruditiſſimus Pagius, in præcitata Diſſertatione Part.* 1 *Cap.* 1 *num.* 2: *&* Cap. 5 *docet, quod, licet Ordinarii Conſules annum plerumque ſignarent, Suffectorum tamen Conſulatuum nonnullus etiam uſus ſit in Chronologia, idque probat exemplis* Neronis, & Galerii Maximini; *in Proleg. autem num.* 8 *cenſet bujuſmodi fuiſſe primum iſtum* Galli & Ulpiani *Conſulatum: quæ ſane explicatio convenientiſſima eſt, & nodum propoſitum præclare ſolvit. Fuerit autem* Ulpianus, *filius magni illius Iuriſconſulti, qui Alexandri Severi tutor atque Conſiliarius, diriſſimus perſecutor Chriſtianorum, & uſque ad Prætorii Præfecturam evectus, in eaque occiſus à Prætorianis militibus anno* CCXXVII, *nihilo mitiorem filium reliquerit; dignum propterea judicatum à Decio, quem extraordinario Conſulatu honoraret.* *nihilo melioris ſuo patre.* E

*Pag.* 447 *num.* 12 *in fine* — adde —

*Vt ut eſt, magnam exinde fuiſſe S. Iſidori famam in Chio, conſtat ex Vita S. Damaſi Papæ; ubi narratur, quod, cum Gallam Placidiam, Valentiniani Iunioris & Eudoxiæ filiam, ob factam ſancto Pontifici injuriam, immundus ſpiritus occupaſſet; audientes parentes ejus,* quod in inſula quæ Chius dicitur, B. Iſidori corpus eſſet reconditum; ubi quicumque vexatus à dæmonio adveniſſet, reciperet ſanitatem; decreverunt eam per Campaniæ littora ad eumdem Martyrem deſtinare. *quo etiam Miſſa Galla Placidia energumena,*

13 *Manſit porro in prædicta Sancti eccleſia &c.*

*Pag.* 448 *poſt num.* 13 *hæc* — adde —

14 *Ferdinandus Vghellus, Tom.* 5 *Italiæ ſacræ col.* 1317, *ubi agit de Bonifacio Faledro Venetiarum Epiſcopo, & corpore* S. Iſidori, *ſub annum ejus quintum allato, rem quomodo geſta ſit narrat ex Dandulo (Andrea, an Henrico ignorare me fateor, quia neutrum vidi, & utrumque reperio res patrias ſcripſiſſe) narrat, inquam, ex Dandulo Vghellus rem geſtam, hoc modo.* Interim, *dum ſcilicet Venetorum Dux hiemem agit in obtenta inſula,* Cerbonius Clericus de Venetiis, in Chio, ſolicitus de corpore F Iſidori, mirifici Martyris, qui in camino conflagrationem inter tormenta paſſus eſt; procuratis ſibi à quibuſdam ſociis compatriottis, eccle[ſiæ clavibus, eamdem] poſt orationem devotiſſime intravit; & aperto non ſine labore tumulo, trium Sanctorum corpora reſpiciunt, & quartum quaſi pueri; S. Hilariæ, S. Afræ, & Ris cum filio. Deinde locum attentius perſcrutantes, quamdam rimulam inſpiciunt, incomparabilem ſentientes odoris fragrantiam: & perquirentes, corpus B. Iſidori, cum Epitaphio argenteo, ſimul cum imagine reperiunt. Cum igitur cum illo applicuiſſet, & de navi ubi Reliquiæ ſervabantur ſumeret; Duci ſuper hoc querela delata eſt. Qui majorum & prudentum conſilio, quod factum eſt laudat; & decernit, quatenus Venetiis, è regione templi S. Marci, corpore ipſius interjacente, ſancto Martyri eccleſia conſtruatur. Ibi ſtatuit lapidem, quem acceperant, levari; ut ſicut eodem tempore deferunt, ita in eodem loco eis debita reverentia impendatur. Reliqua vero corpora civibus reddidere, ne abundantiori triſtitia abſorberentur. *Sic ille, ſatis obſcuris verbis, quibus ut mederer præſumpſi adjicere per conjecturam pauca* *Auctor Tranſlationis Clerici,* *quatuor corpora reperiuntur.* *ſed ſolum S. Iſidorum aſſumpſerat,*

A *pauca & in loco quem * aſteriſcus notat lacuna, dimidiatæ voci* Eccleſ. *patentem, ſupplere : claſſem Venetam in Delphinio capaciori inſulæ portu bibernaſſe ſuſpicor ; Metropolim vero inſulæ cognominem, & Archiepiſcopali prærogativa decoratam, intelligo* civitatem, *unde ablata corpora & querelæ delatæ.* Afram & Hilariam *facilius dixerim ab aliis omnibus ſic nuncupatis & apud ſolos Latinos notis diſtinguendas, ac veroſimiliter Martyres indigenas eſſe, quam ex inſularibus illis aliquid certi didicero : quod tamen non omnino deſpero, ſi noſtrorum Archipelagi inſulas excolentium vel Venetorum eaſdem frequentantium aliquis eam ſibi curam ſumeret, indageresque, quando & quomodo ipſæ à Chriſtianis colebantur olim, aut colantur etiammunc : qui fortaſſis etiam ſcient definire, quis ille ſit, non integre (ut quidem cenſeo) nominatus* Ris, ac filius ejus.

*aNi poſſunt credi fuiſſe Indigenæ.*

15 *Qua porro auctoritate aut fide Sabellicus conditorem Iſiduriani apud Venetos Sacelli &c.*

## DE S. EUTITIO PR. M.

*Pag.* 462 *col.* 2 *in Titulo* — adde — : *& quarumdam Reliquiarum inventione.*

*Pag.* 463 *num.* 19 *lin.* 2 — *Coagini*, — l. — *Coccovaginum.*

B *Pag.* 464 *poſt num.* 24 — adde — 25 *Operæ pretium fuerit hic narrare, quid circa nonnullas Reliquias alicujus* S. Euticii, *ac forſitan hujus, acciderit anno* MDCLXXVI *Viterbii.* Hic, *ut ſupralaudatus Coccovaginus nobis ſcripſit*, menſe Decembri deceſſerat Bartholomæus Nerius, Prior eccleſiæ Parochialis S. Mariæ-novæ : cujus cadaveri humando cum locus aptus requireretur, qui ſepulcrali lapide, elogium defuncti habituro, poſſet inſterni ; electus eſt unus, quinque ſolum pedibus diſtans ab ara, S. Carolo Borromæo dicata ; altiorque communi eccleſiæ pavimento duobus gradibus, per quos ad ipſum ſacellum aſcenditur. Ibi fodientes, invenerant arcam lapideam longam palmos duos & uncias ſeptem, inſcriptam litteris ferme Latinis, ſubinde inter ſe connexis, cum nonnullis breviaturis ſatis ordinariis, quas ſic extendo : *HIC REQVIESCVNT CORPORA SANCTORVM, VIDELICET DIONYSII EPISCOPI, ET EVTICH PRESBYTERI. IMA TENET VNVM, SVMMA ALTERVM DEPOSITVM.* Inventa arca, juſſu Vicarii, incluſa decenti loco fuit, & ſigillis obſignata die v Decembris, quoad uſque veniret Epiſcopus, Stephanus Brancaccius. Venit autem poſt annum, die XXVIII Decembris : & coram omnibus fere Canonicis arcam aperiens, reperit duo oſſa femorum, duo tibiarum, cum ſuis fibulis, ſed ruptis ; duos orbiculos genuum ; plures particulas digitorum, ad pedes pertinentium ; mandibulam inferiorem cum dentibus ; partem oſſis ſacri, cum fine ſpinæ dorſualis ; tres vertebras colli, varias particulas pedum, partem brachialem à cubito ad humerum, claviculam humeralem, coſtam unam, duos alios dentes ; aliaque fragmenta varia, terræ pulveribuſque permixta ; prout hæc omnia deſcripta ſunt in Archivio Cancellariæ Epiſcopalis. Et inventio quidem inſcripta primæ parti libellorum & inſtrumentorum, ſpectantium ad annum MDCLXXVI folio 1 ; recognitio autem, ſecundæ eorumdem libellorum parti, ſpectantium ad annum ſequentem fol. 314, ſub hoc Titulo, Inventio corporum Sanctorum Dionyſii & Eutycii.

*Anno* 1676 *fodientes ſepulcrum,*

*reperiunt arcam SS. Dionyſii Ep. & Euticii Presb.*

C *huius oſſa hic reperta,*

26 *Cum autem antiquæ diſtinctionis indicium aut inſtrumentum repertum in arca fuerit ; puta ligneum vel marmoreum diaphragma ſeu tabula ; cumque prædictus Coccovaginus nos doceat, ex præfata S. Mariæ eccleſia, quæ alias forte Cathedralis fuit, quædam* S. Dionyſii Martyris *aliorumque Sanctorum oſſa tranſlata fuiſſe ; nihil propius vero eſt, quam diviſum ſacrum theſaurum ab olim eſſe, ſic ut ea quæ* S. Dionyſii *eſſe credebantur, & ſupremum in arca locum tenebant, acceperit Cathedralis nova ;* S. Euticii *vero, cujus pars altera Suriani forſan erat, inferius locata oſſa, in arca reſtanſerint : certe prænumerata oſſa non ſufficiunt dimidio uni corpori integrando ; neque indicium apparet, quo dicantur, duorum corporum partes eſſe. Quamquam vero Viterbienſes nullum* S. Dionyſium Epiſcopum *noverint ; fuerunt tamen circum Epiſcopales urbes plures,* Tuſcanella, Centumcella, Blera, *aliæque ; quarum Epiſcopi nos latent. Si quid ulterioris notitiæ repertum fuerit, libenter hic adnectam.*

D *iſtius videntur olim tranſlata fuiſſe.*

*Pag.* 470 de S. Domnino *in Marg.* CIRCA DCXLIII — ſcribe — CDXLIII.

*Pag.* 47 de S. Hilaro Ab. *Ann.* m — adde — *Auctores ea voce uſos (intelligo enim eſſe qui dubitent) vide apud Academicos Cruſcanos in eorum vocabulario.*

## DE S. ISIDORO AGRIC.

E *Pag.* 550 *poſt num.* 30 *ſubjunge* —

3 Anno MDCXXX *(ut habet Collegii noſtri Dilingani in Sueviâ domeſtica hiſtoria)* ne inculta plebs Colonorum maneret, Sodalitas, pro vulgo ruſticano per diœceſim Auguſtanam univerſam, *approbante Henrico Epiſcopo, & Indulgentias largiente Urbano VIII*, erigi cœpta eſt. Nomen ei à S. Iſidoro, Agricola Hiſpano :. inſtituti hæc fere præcipua capita. Universum Decalogum obſervanto. Se ad Deo ſerviendum factos cogitanto. Ruri opus facientes, hieroſtyliorum aſpectu, æris campani aviumque cantillantium ſonitu, ad piam & jaculatoriam orationem excitantor. Salutationis Angelicæ ſigno percepto, Deiparam ſalutanto ; utque id ipſum commiſſi ſuæ curæ faciant, urgento. Superſtitiones, blaſphemias, cogitationes obſcœnas, conventicula clandeſtina, choreaſque extreme vitanto. Aqua, ſale, cerâ benedictâ utuntor. Diebus feſtis opus ne faciunto. Sub re divina, ad elevationem ſanctiſſimæ Hoſtiæ Caliciſque, quinque Chriſti vulnera totidem oratiunculis & paſſis brachiis venerantor. Quibus concioni intereſſe ob negotia non licuit, pomeridianæ Catecheſi vel Veſperarum pſalmodiæ interſunto, vel pium domi libellum volvunto. Superiores reverentor : male de illis ne loquuntor. Miſericordiæ opera, qua fas, exercento, ægros viſunto : ſacram Synaxim ad ægros comitantor. In conventibus publicis, in compitis, in balneis, caſtitatis curam agunto. Servi & ſervæ eodem cubili ne uti permittuntor. Vota, ſicubi nuncupata, rite ſolvuntor. Aliena reſtituunto. Eccleſiaſtica myſteria quater in anno frequentanto. Natalitiis Chriſti feriis novum Sodalitii iſtius Magiſtratum creanto. Ad cœtus conſortium ante ſedecennium neminem admittunto. Quater minimum in anno conventum in parochia etiam ſua celebranto : templumque, dum cœtum celebrant, alienis claudunto : niſi Sodalis, nemo unquam intereſto. D. Iſidori denique Natalem ſolenniter omnes celebranto. Fuere jam Præſules & Epiſcopi varii, qui has harumque ſocias Regulas cupide expeterent, ad inſtitutum ſimile ſuis in diœceſibus inſtituendum : & id facturum in Archiepiſcopatu ſuo Ravennatenſi, datis huc Roma litteris, pro-

*Dilingani noſtri Confraternitatē ruſticanam S. Iſidori.*

*aptis Regulis informant an.* 1630:

F *exemplum ſecutis Epiſcopis variis,*

A promisit Eminentissimus Cardinalis Aloysius Capponus ; nec deest negotio huic promovendo Pontifex , magnis jam nunc Congregationi huic concessis immunitatibus.

32 *Extat libellus Germanicus , de Regulis & instituto privilegiisque hujus Confraternitatis , hujusmodi Pastorali Epistola præmunitur.* Nos Henricus, Dei gratia Episcopus Augustanus , omnibus diœcesæos nostræ Parochis , Curatis atque Parochianis , per agros , villas , oppidaque , gratiam nostram & omne bonum. Episcopalis nostri officii debitum paterna solicitudine circumspicientes , & qua ratione inter has diuturnas calamitosissimi temporis miserias placari possit Deus , super tam multiplici sui contemptu & mandatorum suorum transgressione ; atque à dilecta nostra patria averti tanta moles bellorum , morborum , aliarumque plagarum ; & ovium nobis commissarum salus æterna procurari ; inter alia incidit hæc cogitatio, quod Agricolarum simplicium virtus atque oratio Omnipotenti Deo perquam gratæ & acceptabiles sint. Ut ergo inter ejusmodi Rusticos zelus atque devotio excitetur , & mandatorum Dei observatio promoveatur ; visum nobis perquam idoneum medium est , per totam nostram diœcesim inter Agricolas instituere Confraternitatem , sub Titulo & patrocinio S. Isidori Agricolæ , eum in finem potissimum intentam , ut Dei mandata corde , ore & opere quam optime custodiantur ; atque ita unusquisque in Dei proximique amore proficere , vitamque ducere Christianam possit , non modo ad propriæ suæ salutis emolumentum , sed etiam ad reipublicæ Christianæ commodum. Placuit etiam Pontificiæ Sanctitati suæ hujusmodi Confraternitatem confirmare , & multiplicium Indulgentiarum largitione locupletare. Ejusmodi autem Confraternitas eo acceptabilior debet agricolis esse , quod ejus Patronus S. Isidorus similis fuerit conditionis ; nec pauca eorum , quæ in Regulis Confraternitatis continentur , suo nobis exemplo docuit. Quapropter eos omnes clementer paterneque hortamur , ut temporali æternæque suæ saluti consulant , hujusmodi institutionem complectentes, neque tantorum bonorum exortes se manere patiantur. Imprimis autem Parochos atque Curatos uniuscujusque loci monemus , ut sibi persuadeant , multum sua interesse , si hujusmodi institutum executioni mandetur , & quam latissime propagetur , itáque gloria major Dei atque Sanctorum , simul cum animarum salute , laudabiliter procuretur : in quem finem omnipotens Deus benedictionem suam omnibus velit misericorditer impertiri. Datum Dilingæ , die ultima Junii , eademque S. Ignatii Confessoris festiva luce , anno Christi MDCXXX. *Impressa denique singulari folio instructio fuit , de modo propagandi talis Confraternitatis , atque ad omnes Parochos & Curatores animarum , sub sigilli Episcopalis munimine , transmissa , cujus institutionis apud nos extat exemplum.*

*& Henrico Augustano rem toti diœcesi sua commendante.*

*& Parochos ad eam promovendam exhortante.*

B

*atque approbante.*

C

D

E

33 *Denique scriptum ad nos fuit , Serenissimum Regem nostrum Carolum II anno* MDCLXXXIII , *pro recuperata salute gratias acturum , accessisse ad* S. Isidori *corpus , ipsumque coram se apertum inspexisse : quod ut posthac decentius haberetur , Regina Mater Mariana Austriaca obtulerit diviti opere elaboratum , operimentum , sublato veteri , quod ipsa sibi pro Reliquiis servaret.*

*Anno 1683 Rex Hisp. corpus visitat.*

F

# APPENDIX
## AD DIEM DECIMAM SEXTAM MAII.

*Pag.* 558 *col.* 2 *lin.* 10 — Fridolus — *l.* — Fidolus.

*Ibid. lin.* 5 *à fine* — dele — *nomen* B. Francisci Senensis , *cum actis suis transferendum , ad* 1 *Maji.*

*Pag.* 559 *col.* 1 *post* — S. Alexandrum — *adde.* S. Meginbodus , Monachus Fritzlariensis *&c. Elogium ex Trithemii viris Illustribus Ordinis S. Benedicti lib.* 3 *cap.* 26 *sumptum habet , in Ms. Martyrologio Abdinkhovensi , collecto per Abelum ejus loci Abbatem , quasi hoc die mortuus ; cum tamen Trithemius festum ejus agi dicat , quando de eo egimus inter Prætermissos (quia nihil de eo in Directorio Fridestariensi anni* 1679) XVI Martii.

*Ibid. post* —— Turibium *in medio* —— adde ——

S. Victorius M. *hoc die celeberrime colitur Messanæ , tamquam civis & Patronus urbis , in ecclesia Patrum Sanctissimæ Trinitatis , sub Titulo S. Philippi de Agyrione erecta , ubi illius* S. Victorii *corpus , ex Sardinia allatum anno* 1623 , *ac decentissime collocatum , dicitur continuis clarere miraculis ; eidemque in Metropolitana Messanensi erectum altare , cum statua marmorea. Sed si hic ille* Victor *est (sic enim etiam à nonnullis iste Messanensis appellatur) cujus Inventio anno* 1615 *à Sardis refertur , ex vi Epitaphii pariter reperti , in quo nullum apparet martyrii signum , præter litteras* B. M. *gratis sic explicatas , acsi legi debeat ,* Beatus Martyr *(qui tamen dicitur , quod* requiebit in pace sub III Kalendas Majas) *jam egimus de eo inter prætermissos* XXIX Aprilis.

*Ibid. Col.* 2 *post* S. Rosulam *lin.* 14 —— adde ——

S. Syrus Episcopus Theatinus , *huic diei adscribitur in quodam ipsius ecclesiæ Kalendario , uti testatur Hieronymus Nicolinus , Historiæ Theatinæ Italicus scriptor pag.* 104 , *absque alia ejus notitia (uti nec aliorum septem in eodem Kalendario diebus variis nominatorum ) & per solam conjecturam creditur , illos post S. Iustinum rexisse Ecclesiam per annos ducentos , usque ad initium seculi* VI ; *Optamus ergo clariora de cultu singulorum indicia reperiri.*

*Pag.* 560 *col.* 2 , *lin.* 4 — *Saussajo* — adde —— *in Supplemento.*

*Pag.* 562 de S. Peregrino *col.* 2 *lin.* 12 *à fine* —— *Leoni IV* —— l. —— *Leoni III.*

*Pag.* 565 *num.* 4 *lin.* 18 —— P. *Christophorus Ligneus* —— *&* *Pag.* 565 —— Legneus —— scribe utrobique , P. *Christophorus Segnerus.*

*Pag.* 569 *col.* 2 *lin.* 4 —— *Saracenus* —— l. —— *Tancredi* ——

A

## DE SS. VALENTINO ET DAMIANO.

*Pag.* 569 *col.* 2 *lin.* 3 *poſt* —Maji — *adde* — *Idem Vghellus ad calcem Tomi VII, novam pro prioribus Tomis Appendicem junxit, atque col.* 1351 *prafata Acta integre dedit, ad Epiſcopos Tarracinenſes addenda, velut multum facientia ad ſtatum illius Eccleſiæ cognoſcendum. Videramus nos etiam Vallicellanum exemplar &c.*

## DE S. FORTE EP. M.

*Pag.* 573 *col.* 1 *lin.* 4 *à fine* — *ſub Gentilibus* — adde — *Sunt etiam qui negent omnino Epiſcopum fuiſſe ipſius Vrbis, in quibus eſt Simon de Petronet Toloſas, in Notis ad Onomaſticum Sanctum Gallico-Latinum. Et ipſa quidem Burdegala &c.*

## DE S. MAXIMA VIRG.

*Pag.* 579, *num.* 3, *lin.* 2 S. Maximæ — *adde* — *ibidem vulgariter* S. Même *dicta.*

*Pag.* 583 *poſt num.* 17 *adde* —

B *Vno poſt hac anno, idem D. Antelmius, Auguſto menſe, excurrit in Inſulam Lerinenſem; ubi mihi ſignificavit, per P. Fabrum, inveniſſe ſe, non ſolum plurima pervetuſta Mss. ſed etiam fortiſſima argumenta, quibus credebat probari poſſe,* S. Maximam *inſtituti Lerinenſis Sanctimonialem fuiſſe, vixiſſeque in Avalucenſi ad Ceagniam amnem monaſterio, fundato per S. Nazarium Lerinenſem Abbatem ſeculo* VI.

*Pag.* 581, *n.* 9, *lin.* 3 *dele* — Mihi. *Prodeat utinam cito Foro-julienſis hiſtoria, qui eumdem Anthelmium inſudare, atque iſta & alia plura ſervare intelligimus! Interim ejuſdem conſiderationi ſubjicio, quod in Vita S. Maximini Trevirenſis ad* XXIX *Maji legitur, Sancto iſti Antiſtiti, ex Aquitania oriundo, non ſolum fratrem fuiſſe S. Maxentium, Epiſcopum poſtea Pictavenſem, ſed etiam* Sororem Sanctam Maximam, *de qua alibi nihil legitur; quæque coætaneo S. Hilario, facile potuit, una cum fratre ſuo adhæſiſſe, ab eoque ad cultum virginitatis inſtructa (æque ac S. Triaſia,* XVI *Auguſti commemoranda, & S. Apra ipſius filia, de qua agemus* XIII *Decembris) migraſſe viva aut mortua ad locum nunc ab ejus nomine dictum, aut etiam Virginum monaſterium fundaſſe, quod poſtea tranſierit in Lerinenſium mores. Ego nihil horum aſſero factum.*

## DE S. GERMERIO EPISC.

C *Pag.* 591 *n.* 1 *lin.* 4 — DCIV — *l* — DVII.

*Num.* 2 *adde* — *Sic autem conturbatam, ut in Ms. Guidonis reperit Nicolaus Bertrandi, ita in compendium redegit, inſeruitque Geſtis Toloſatium à ſe collectis fol.* 14, *prout habemus librum editum an.* 1515.

3 *Auctor, ſeu verius interpolator & depravator, quem iſti ſecuti ſunt, urbem &c.*

*Pag.* 594 *col.* 2 *Ann. g lin.* 4 — DIX I — DVIII. *vel ſequenti aut præcedenti.*

## DE S. DOMNOLO EP.

*Caput Catamis in Bria,*

*Pag.* 604 *num.* 4 *ſic* muta — *Eſt ſupra Pariſios, inter Sequanam & Matronam, provincia* Bria, *olim* Brigia, *ſeu* Saltus Brigicus, *& in ea oppidum Latinis* Catami, *vulgo* Chaumes, *dictum; in cujus eccleſia, circa annum* MDXXX, *inventum fuiſſe corpus cujuſdam Gallice* Saint Dôme *dicti, ejuſque Caput ibidem quieſcere, & multis clarere miraculis, ac dici fuiſſe Epiſcopum Cenomanenſem, teſtatur Nicolaus Gillis in Annal. Gallicis, ad regnum Franciſci I fol.* 553 *editionis Pariſinæ an.* 1617. *Antonius Corvaſerius, in ſua Epiſcopo-*

D *rum Cenomanenſium hiſtoria, arbitratur, dictum* corpus S. Dômi, eſſe S. Domnoli, *quòd nullum nomen proprius accedat. Certe nihil familiarius Francica lingua eſt, quam intervenientibus liquidis ex dactylo choreum facere: ita* Hieronymus *Ierome,* Barbara *Barbe,* Patroclus *Parre, vulgo dicuntur; & quoties fere litteram* l *vocalis brevis Latine præcedit, ut* Miracle, ſiecle, table, *ex tabula, ſeculo, miraculo. Omnem autem dubitationem tollit Claudius Caſtellanus, aſſerens, ſingulis fere autumnis ſeſe* Calamos *excurrere, oppidum exigua ſolum leuca diſtans Fontaneto, fundo proprio familiæ ſuæ; compertum autem ſibi eſſe, non alium quam* S. Domnolum, *Cenomanenſem Epiſcopum ibi coli; inter quos præcipua ex quatuor eccleſiis colit Patronos tres; ſcilicet* S. Symphorianum, *qui primus ibi colebatur; tum* S. Petrum, *ob Abbatiam ſub ejus nomine iſtic fundatam anno* MCLXXXI, *ac denique* S. Domnolum, *ob allatas ad* XVI *Maji Reliquias ejus notabiles, ad quas tali die magnus ibi ſemper concurſus fuerit, licet præcipuum feſtum ſit dies obitus* I *Decembris. Agnoſcit Bondonetus Caput non adeſſe, imo nec oſſa omnia, in eccleſia S. Vincentii Cenomanenſis; neque Calamenſes totum ſe habere prætendunt; eſt igitur facile eos inter ſe conciliare. Sciendum tamen, quod qui Calamis* S. Dôme *vulgo dicitur, à Cenomanenſi plebecula vocetur* S. Tonnoley.

*ubi S. Dôme vocatur,*

*Cenomanis S. Tonnoley.*

E

*Pag.* 606, *col.* 2 *lin.* 5 — vendópera, *vulgo* Vendeuvre *dictus.*

*Pag.* 609, *Annot. a lin.* 2 — *Perchenſis,* l. *Perticenſis.*

## DE S. RAGNOBERTO EP.

*Pag.* 619 *poſt num.* 8 adde — 9 *Invenio, ex quodam Carmelitarum Rituali, hujuſmodi Benedictionem aquæ, pro Animalibus infirmantibus inſtitutam in S. Ragnoberti honorem, nobiſque tranſmiſſam.* Benedic ✠ Domine, meritis S. Regnoberti, Epiſcopi & Confeſſoris, ſervi tui fidelis, creaturam hanc aquæ ✠, qui glorioſo tuo corpore benedixiſti aquas Jordanis: & præſta, ut quæcumque animalia ex ea guſtaverint, aut eâdem aſperſa fuerint, ab omni morbo omnique infeſtatione diabolica liberentur. Qui vivis &c. *Antiphona & Verſiculus de communi.* OREMUS. Da quæſumus omnipotens Deus, ut B. Regnoberti, Confeſſoris tui atque Pontificis veneranda memoria, & devotionem nobis augeat & ſalutem. Deus, qui laborantibus hominibus etiam de mutis animalibus ſolatia ſubrogaſti; ſupplices te rogamus, ut ſine quibus non alitur humana conditio, noſtris facias uſibus non perire. Per Chriſtum &c.

*Benedictio aquæ pro animalibus ſub ejus nomine.*

F

## DE S. ADAMO ABBATE.

*Pag.* 626 *in titulo adde* — Ordinis S. Benedicti — *& in marg.* — CIRCA MCCIX — *ac denique totum hunc Commentariolum poſtpone Actis* S. Ubaldi. *Interim.*

*Ibid. Col.* 2 *lin.* 1 adde — *Accepimus ab erudito quodam Firmano Commentariolum Ms. de Sanctis urbis ac diœceſeos Firmanæ, ubi ad nomen S. Viſtiæ Virginis ac Martyris,* XII *Aprilis commemoratæ, dicitur ab ea nomen factum credi* Monti Viſiano, in conſpectu civitatis poſito longeque amœniſſimo, ubi propterea credantur ipſius Sanctæ poſſeſſiones fuiſſe: & extructum ſit celeberrimum olim S. Savini monaſterium: cujus à Benedictinis tandem derelicti poſſeſſio ad Cappucinos tranſierit; qui etiam ibi unum ex primis Capitulis ſuis anno MDL celebraverint; nunc vero ſit penes Patres noſtræ Societatis, ſuum iſtic ſuburbanum habentes.

A

*elogium ex Bucelino.*

2 *Bucelinus in ſuo Menologio Benedictino, brevem Sancti iſtius notitiam, à Ferrario acceptam,* ex *neſcio quibus* Marcheſianis monumentis, *ſic extendit*: Firmi in Piceno natalis S. Adam Abbatis & Confeſſoris. Hic in monaſterio S. Savini, apud prædictam urbem, monaſticen profeſſus, iis vitæ exemplis præluxit, ut merito ſupra candelabrum locaretur, & Abbas ejuſdem loci crearetur. Cujus ſanctitatem multâ miraculorum gloriâ Numen commendavit: corpus autem in eccleſiam Metropolitanam tranſlatum, magno in honore fuit, & clarere in hodiernum diem miraculis dicitur. *Poſtremum hoc confirmat prælaudatus Commentariolus; cum addit, quod,* invocatur Patronus contra morbum caducum: cujus rei monumentum ſint nummi, in ſepulcrum Sancti affatim conjici ſoliti, à perſonis devotis, pro averruncatione morbi tam fœdi: qui nummi, contra jam dictam infirmitatem, dicuntur habere eamdem vim, quam habent numiſmata S. Helenæ Imperatricis, matris Magni Conſtantini. *De hac acturi* XVIII *Auguſti, poterimus plenius de uſu talium numiſmatum agere.*

*patronatus contra morbum caducum,*

B

*Non vixit an. 600,*

3 *Pergit Bucelinus,* & Vixit, *inquit, Adam iſte* anno Chriſti DC. *Fortaſſe, quia dixerat Ferrarius, S. Savini monaſterium, cujus Abbas* Adam *fuit,* extitiſſe tempore S. Gregorii Papæ; *conſequens eſſe credidit Bucelinus, ut eodem etiam vixerit ille: quæ non videtur Ferrarii mens fuiſſe: certe non debuit eſſe, nullo apparente vetuſtatis tantæ fundamento.* In antiquis ſcripturis civitatis Firmanæ, *inquit Commentariolus prælaudatus,* num. 793 Archivii, nominatur Adam Abbas S. Savini pro anno MCXIX. *Huic numero, ſi vitium nullum ſubeſt, oportet & alterum nominis ejuſdem Abbatem, uno fere ſeculo poſt, eidem monaſterio præfuiſſe. Etenim Vghellus Ital. ſacra tom. 2 col. 765 & ſeqq. exhibet ampliſſimum diploma, quo* Adonulfus, Firmanus Epiſcopus, Dilectis filiis, venerabili Patri Adæ,

*nec 1119,*

Abbati S. Savini, Monachis, Fratribus, & Conventui ejuſdem Eccleſiæ, nec non venerabilibus Clericis ipſius Eccleſiæ ſuppoſitis; *inprimis præcipit*, ut ordo Monachalis, qui ſecundum Deum & Divi Benedicti Regulam in eodem monaſterio conſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus obſervetur; *prolixe deinde ac ſigillatim privilegia indultaque omnia, à ſe ſuiſque deceſſoribus conceſſa, rata habet confirmatque.* Acta *autem* ſunt hæc ..... anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo nono,

C

*ſed 1209.*

Indictione duodecima, die ... intrante Februario, tempore Domni Innocentii Papæ Tertii. *Concordant cum anno Chriſti Indictio & Pontificatus: ſed facile fuit, in obſoleta quam auctor Commentarioli viderit ſcriptura,* MCXIX *apparuiſſe, pro* MCCIX.

*Benedictinus quidē, ſed non Caſinenſis,*

4 *Habemus ergo, qualem requirimus, initio ſeculi* XIII Abbatem S. Savini Adamum; *eumdemque, ſaltem per veroſimillimam conjecturam, Vnicum ſui nominis*; ſingularis ſanctimoniæ virum, *ut loquitur Vghellus: quem etiam ſuſpicari poſſis, inducenda, vel ſaltem reducenda in jam dictum monaſterium Benedictinæ obſervantiæ, auctorem fuiſſe. Verum quod hanc Caſini didicerit primum, ut volunt aliqui, dum* Caſinenſem Monachum *faciunt, non video unde veroſimile reddatur. Nam quotquot ea ætate vel formabantur nova vel reformabantur vetera monaſteria, diſciplina fere Cluniacenſi informabantur. Vereor autem ut talis opinatio aliud habeat fundamentum, quam quod inter Caſinenſes, cum ſingulari ſanctitatis opinione defunctos, à Petro Diacono Caſinenſi cenſeatur* Adam *quidam; idem ſcilicet, quem ipſe in Vita S. Guinizonis, danda* XXVII *Maii, docet circa annum* MXXXVII *fuiſſe eccleſiæ Caſinenſis* Paramonarium, *id eſt, Ædituum: quo in officio fortiter recuſaverit ſacra vaſa laici Principis exactori tradere: & de quo Leo Oſtienſis libro 2 Chronici cap. 47, 48, & 49 narrat,* qualiter quæſitum ab eo fuit per Abbatem S. Pauli de Urbe, utrum corpus S. Benedicti Caſini quieſceret, *iſque dixerit, id ſibi conſtare ex ipſiuſmet Sancti revelatione certiſſima:* qualiter idem viderit SS. Protum & Hyacinthum in habitu Monachali; *& denique* conſtruxit cellam S. Benedicti de Clia, & S. Nazarii juxta fluvium Melphiæ. *De hoc egit Arnoldus Wion in Appendice alphabetica Sanctorum, quorum dies natalitii ignorantur; ubi, allegatis Leone Oſtienſi & Petro Diacono, ait:* Sanctus Adam, Monachus Caſinenſis, divinis revelationibus illuſtris, floruit anno MXX, & quod excurrit.

*nam hic floruit an. 1020.*

D

5 *Ferrarius porro occaſione* Abbatis Adæ, *de quo ſingulare nihil ſciebat, addit, quod* Ibidem *&c.*——

*Ejuſdem nominis alius apud Franciſcanos.*

*Ibid. num. 2 nunc 5 lin. 5 à fine* ſic lege —— *De hujus eccleſiaſtico cultu nihildum nobis conſtat: de iſto Commentariolus Firmanus docet, quod* Corpus ejus venerabile adhuc ſervatur integrum; maximo cum concurſu omni ſexta feria menſis Martii monſtrari ſolitum: *de hirundinibus vero addit,* numquam à tempore indicti ſibi ab Adamo ſilentii in eccleſia ea viſas, licet in turri domeſtica & vicinis ædibus nidulentur plurimæ: quin etiam mox extingui, ſi qua forte illata eo fuerit experiundi cauſa, quod ſæpius factum. *Diem quo prioris &c.*

E

## DE S. UBALDO EPISC.

*Pag. 629 col. 1 in Marg.* 1220, l, 1210.

*Ibid num. 4 lin. 23* —— MCXVI —— l. MCXV.

*Et num. 7 lin. 7* —— *Ferdinandi*, l. *Franciſci Mariæ, nunc Cardinalis.*

*Et lin. 8* —— *S. Euſebii*, l. *S. Ubaldi.*

*Pag. 630 n. 7 adde* —— *Ad illud autem forſitan pertinebat Collecta, quam poſt Vitam & Miracula, per Stephanum Cremonenſem Parmæ edita, ſic impreſſam invenio.* ANTIPH. Infinitis clarens ſignis, ægrotos liberando, Eugubinamque urbem dignis meritis clarificando. ℣. Intercede pro nobis, beate Pater Ubalde. ℟. Ut digni &c. ORATIO. Deus qui piorum lamentationes in gaudium convertis, fideli ſervo & prudenti multa bona polliceris; concede, ut per interceſſionem B. Ubaldi, Confeſſoris tui atque Pontificis, ſumma cœli habitacula penetremus, & cum ſanctis Angelis tuis ſine intermiſſione gaudeamus. Per

F

Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

*Pag. 639 col. 2 lin. 4 poſt* —— miracula ſcripſerit —— *expunctis reliquis 5 lineis* hæc ſubſtitue —— *Habuit hæc Stephanus Cremonenſis, ſub initium ſeculi* XVI *idem argumentum Italice tractans; cujus lucubrationem tandem reperit prælaudatus Vincentius Armanni, curavitque tranſcribendam, ex impreſſione facta Parmæ apud Franciſcum Vgolettum anno* MDXXIII. *Stephani illius, Proœmium concludentis, hæc ſunt verba:* Itaque ſcripturi vitam Sancti & miracula ejus, quæ vel ipſimet præſentes vidimus, vel relatoribus fide dignis habuimus, ſequemur Vitam ſcriptam à Jordano, contemporaneo & familiari ipſius S. Ubaldi, Priore Canonicæ Caſtellanæ, qui affirmat, ea quæ ſcripſit de Sancto, habuiſſe à Rainerio Epiſcopo Callienſi, & Rolando Abbate Campi-Regii, atque Benedicto Priore Canonicæ Eugubinæ; nec non ex Nepotibus ipſiuſmet glorioſi Sancti, de quorum ſtirpe uſque hodie ſuperſunt ſucceſſores, animo manſueti & bene erga virtutem affecti; ut jure dici poſſint ab ejus deſcendiſſe proſapia, cujus Vitam ſcribere exordientes, incipiemus ab ejus pueritia. --- *Hactenus ille; cujus contextum conferentes cum Latino Theobaldi jam edito; noſtriſque ad illam Notis, quadam inſuper ibidem obſervanda ſuggerimus.*

*ſub quo, Vitam & miracula ſcripſit Iordanus*

*quem alioſquin coævos ſequi profitetur Stephanus Cremonenſis.*

Cap.

A Cap. 1 *Annot.* d *incipe* --- *Oliverius, Stephanum Cremonenſem ſecutus, ad S. Secundi ſuburbanam eccleſiam collocatum ait &c.*

*Annot.* i *lin.* 3 adde poſt --- *recognitione* --- *Stephanus autem conſtantiam obſervandi jejunii ſic fuſius explicat* : Hortabatur quidem ut ſolveret ſocius, ipſi compatiens; cui Ubaldus reſpondens, Non ita, Frater : quamdiu jejunium tenuit Adam, in Paradiſo permanſit; expulſus autem eodem eſt, mox atque ipſum ſolvit. Nos Inſtitutionis Regulam portamus aliis, jejunium imperantem : hanc ſi violamus, quomodo ipſis mandabimus obſervandam, condemnandi ſecundum Apoſtolum Paulum, cum aliis prædicaverimus. Eaque ratione ſuaviter effecit, ut etiam ipſe ſocius omni poſtea vita jejunium inviolatum ſervaverit. *Deinde poſt narratum libri à pluvia intacti miraculum* --- Nec hoc, *inquit*, tacuerim, quod Eugubium pergentibus decimo ab inde milliario Caſtellum, Canthiana dictum, prætereundum fuit : ubi publica ex majorum traditione fama perſeverans narrat, fontem, qui medio inde milliari ſcaturit, oratione S. Ubaldi excitatum fuiſſe, ad levandam
B ſocii deficientis ſitim. *Ceterum liber ipſe Regulæ &c.* in fine autem adde --- *Sed ordinem, quem cunctos ſuſcepiſſe ait Theobaldus, pleroſque Canonicorum reſpuiſſe ſcribit Stephanus, nec niſi tres ſolos amplexos reformationem; cum quibus ſeſe ab aliis ſeparans Vbaldus, alioſque novos ad idem aſciſcens propoſitum, Canonicam Regulam cœperit inſtaurare,* ---

*In fine ejuſdem Annot.* i *adde* --- Reperi, *inquit Stephanus*, in libro antiquiſſimo Ravennæ, in quo ſcribebantur nomina omnium, ſuam iſtic Profeſſionem facientium, ibidem profeſſum fuiſſe Sanctum. *An poſt tres ſolos menſes probationis ? Non videtur credibile. Proximum igitur eſt, ut poſt trimeſtre reverſus Eugubium, rurſum Ravennam venerit, obligaturus in perpetuum ſeſe iſti inſtituto, quod adhuc novitius Eugubii perrexerat opere ipſo exercere, quoad annus Probationis effluxiſſet.*

*Annot.* l. *adde* --- *Stephanus ita locum deſcribit*, Inter altiſſimos Eugubinos montes locus eſt, circumdatus collibus in modum theatri, atque intra eos planities, porrigente ſeſe in æquor clivo, ubi extructa erat vetuſtiſſima quædam Abbatia. Eſt autem locus contemplativis aptus, propter ſolitudinem & quietem, tot montibus quaſi circumſeptam; quia, propter aſperitatem defectumque viarum, rarus ibi comparet advena; & ideo Poëta Dantes ſua iſtic
C opera compoſuit; *utique ſeſqui-ſeculo poſt obitum* S. Ubaldi, *ut qui floruerit in confinio ſeculi* 13 *&* 14. *Corrigendus autem & reſtituendus ordo Annotationum ultimarum pag.* 632 *ſic ut* k *ſit ea quæ ſpectat incendium, ultima vero* l *fiat quæ perperam ſub littera* k *legitur penultima.*

Cap. 2 *Annot.* f *adde* --- *Stephanus ait, quod* in Epiſcopatu vixerit annis triginta & uno, uſque ad tempora Alexandri III. *Fuit hic conſecratus an.* 1159, *&* 1160 *obiit* Ubaldus; *abhinc ſi retro numeres, ſive annum* 31 *completum accipias ſive inchoatum, non habebis litteram Dominicalem* D, *notando diei* XV *Martii addictam. Sed ſi pro die* 15, *ſumas diem* 25 *ejuſdem Martii; habebis litteram* G, *quæ anno biſſextili* 1128 *Dominicalis fuit, & cum feſto Annuntiationis conjunxit Dominicam* 111 *Quadrageſimæ; quia Paſcha eo anno celebrandum erat* 23 *Aprilis; atque ita* S. Ubaldus, *ultra* 31 *annos, ſederit menſem* 1, *dies* 22.

*Annot.* 1. *Eadem nihilominus omnia habet Stephanus; & excommunicationem quidem exoſorum petentibus, reſpondiſſe ait*; maxima cum maturitate & gravitate procedendum, quotieſcumque membrum aliquod Eccleſiæ reſcindendum eſt : ideoque decreto publico ſancitum fuiſſe, ne quis Clericorum obediret Epiſcopo, qui poſtridie fruſtra expectaverit ſibi D miniſtraturum. *Alium vero caſum accidiſſe ſcribit* Urbino redeunti, cum appuliſſet ad caput ſuburbii, ubi eſt eccleſia S. Annæ : *additque* mulam, cui *Epiſcopus* inſidebat expavefactam, cum eo ſaliiſſe trans torrentem; figendoque in ſaxo pedes, reliquiſſe veſtigia ad trium quatuorve digitorum altitudinem impreſſa, quæ etiam tum, *cum ſcribebat Stephanus*, conſpiciebantur. *Iſtam denique Oſtiarii injuriam, ſæpius à variis iteratam fuiſſe, affirmat; ac* reſpondere ſolitum iſtud Pſalmi VII, Si reddidi retribuentibus mihi malum, decidam merito ab inimicis meis inanis bonarum actionum *Denique moderationem Sancti ex eo jubet æſtimare, quod* diœceſim viſitans nulla unquam recipiebat munera : & ſi invitabatur ad eccleſiam vel altare quodpiam conſecrandum, dicebat ad jus eccleſiæ ſpectare oblationes; ſatis oſtendens ſe habere theſauros repoſitos in cælis, qui animum ſic abſtraxerat à rebus terrenis.

*Annot.* n *adde* --- *Stephanus eccleſiam eſſe ait* in territorio Canthianæ; *&, præter corpus* S. Orphiti, *etiam ibi haberi* corpus S. Benedicti Martyris, *ſociumque in conſecranda illa aſſignat* Epiſcopum Peruſinum. *Vghellus* Rodulfum Armannum *nominat*, E quam gentem, *inquit*, hodie della Staffa vulgo appellant, *& ſediſſe docet ab anno* 1127 *ad* 1140. S. Benedictus *Martyr, quo die colatur, necdum comperi, nedum Acta vidi : ſolum reperio, pari fere ab Eugubio & Canthiana intercapedine* 7 *vel* 8 *milliarium verſus Occidentem, quaſi in trianguli cuſpidem poſitam* Plebem S. Benedicti, *cum vico ejuſdem nominis : qui an huc ſpectet, non divino. Porro iſtic curata Paralytica, dixiſſe converſum Epiſcopum, inquit Stephanus*, Vade, & ſanctis Martyribus curationis auctoribus age gratias : *ſimiliter & cæco illuminato* comminatum, ut taceret, niſi ſe contriſtare & gratiam ſuſceptam vellet amittere. *De ſequenti etiam cæco dicit, eum ante curationem* viſu per decennium caruiſſe. *Idem de tertio* cæco *narrat, quod ei* per viſum noctu dictum eſt, ut ſi vellet illuminari, Eugubium ſe conferret ad Epiſcopum Ubaldum : qui, eo ut ſe juvaret rogante, graviter conturbatus, dicit; conducibiliorem corpori ejus eſſe curationem cæcitatis, quam animæ : ſiquidem Paulus Apoſtolus ait, ſigna data infidelibus non fidelibus. Id ergo, inquit, à me poſtulas, quod neque tuæ conducit felicitati, nec meæ convenit fragilitati. Patientiam habe. Sic confuſo & recedere volenti, dixit Sanctus. Vel- E leſne verum lumen recipere ? Reſpondit cæcus, Domine, miſerere mei. Tum Epiſcopus, Noli ergo deſiderare lucem, beſtiis avibusque communem; ſed eam, de qua Euangeliſta loquitur, Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum. Si velis itaque patienter tolerare hanc cæcitatem, & abſque peccato vivere, promitto tibi vitam æternam. Ad hæc cæcus, Fidemne mihi facis ? Facio, inquit Epiſcopus. Poſtquam ergo ad meliorem vitam tranſiit Sanctus, cognoſcens cæcus miracula quæ operabatur, & veniens ad ſepulcrum, dixit; O ſanctiſſime Præſul, tu mihi ſecuritatem præſtitiſti : quapropter non venio ad te ut mihi lucem reſtituas, ſed ut à Deo impetres remiſſionem peccatorum meorum : & hæc dicens, perfundebat tumulum lacrymis, ſic ut adſtantes quoque ad lacrymandum commoveret.

*Annot.* o *adde* --- *Idem narrans Stephanus, ait*, Spoletum exuſtum *ab Imperatore fuiſſe; & hunc*, obſidibus non contentum, magnam inſuper pecuniæ ſummam ab Eugubinis poſtulaſſe, excidium intentando ſi non præſtaretur. Cumque ipſorum viribus

major ſumma judicaretur, rogatum Epiſcopum,ut ipſe patriæ communi ſuccurreret ; ipſum vero,licet corpore infirmum,ſuſcepiſſe onus iſtius legationis,& quidquid voluit impetraſſe.

*Annot.* q *Eadem omnia ſumpta videntur ex Stephano , & addit,quod ita ſedens ſeu potius jacens*, continuo orabat aut pſalmos cantabat , atque ad ſe venientes inſtruebat ex divinis Scripturis , nihil Epiſcopalis muneris prætermittens , quod eo ſitu corporis poterat exerceri,miramq; in rebus omnibus patientiam oſtendens. Quotquot infirmi ad eum furtim induci poterant,ſanabantur:quamvisipſe nollet amplius cuiquam porrigere manum deoſculandam, ut moris eſt Epiſcopis : ſed nec patiebatur aquā colligi qua manus abluerat,quia jam multi ejus uſu curabantur , idque ut vanam gloriam declinaret. *Idem Stephanus virtutibus ejus adnumerat,quod irreprehenſibilis in omni ſermone, numquam elabi ſivit ori ſuo mendacium , quantumcumque leve ; affirmans , omnino dedecere Sacerdotem, ſi eo ore falſum quid proferat, quod Chriſti corpori conſecrando deſtinatum habet : atque in*
B *hujus rei figuram fuiſſe Prophetæ os tactum ab Angelo,carbone ignito.*

*Cap.* 3 *Annot.* a *lin.* 5 dele hæc verba —— *more ſuo aliquid addens* —— & in fine adde —— *Stephanus diffuſius eadem narrans, ait*, reſtitiſſe poſtulantibus quoad uſque amicorum unus ſic eum eſt affatus, Ah ! Paſtor dulciſſime, Chriſtus diſcipulos ſuos dilexit uſque in finem ; & tu uſque modo nobis , non tibi vixiſti ; nunc autem, cum ad finem vitæ tuæ accedis, potes non exaudire filios tuos ? Quin potius, quamvis nequeas citra grande periculum , exaudi tuorum preces , atque hodie ad Miſſam celebrandam veni. Hæc dicens plorabat, videns nimium ſancti viri cruciatum. Epiſcopus autem illi reſpondit : Vere,filioli, Chriſtus diſcipulos ſuos in finem dilexit,atque pro iis eſt mortuus.In hoc ergo verbo me conviciſtis. Ite;apparate omnia,meque ad eccleſiam portate,& fiat voluntas Domini.

*Annot.* g *Adde —— Siephanus* Sutriam *ſimpliciter nominat, & puellam ait* quinque menſibus cæcam *fuiſſe : & ſimiliter de mox ſequenti muta*, tres menſes *ablata loquela numerat : vicennalem vero contractionem ait*, manum *impediviſſe. Deinde hic refertur miraculum factum in gratiam famuli Teutonici, de quo infra in Gloria poſtuma num.* 18.

C *Annotatio* m *deleatur,& ſub eadem littera* ponatur—*Rem eamdē, ſed multo ſuccinctius,narrat Stephanus; addit autem, quod* ſanctum corpus , quamdiu expoſitum ſupra terram ſtetit , ſuaviſſimum de ſe ſpargebat odorem , quod deinde continuum ei fuit ; & caro candidiſſimo colore reſplendebat. *Denique tranſiturus ad Miracula, ſepulturam ſecuta, ſic concludit Vitam :* Poſt quartum diem venientes Epiſcopi, Peruſinus *Rodulfus* , & Callienſis (*Rainerium nominat Vgellus ab anno* 1154 *ad* 1175) repoſuerunt Sanctum iſtud corpus in ſepulcro SS. Mariani & Jacobi. *De Raynerio vero pranominato , dicit idem Vgellus, quod* Sanctus ipſi poſt mortem apparuit, illumque rogavit , ut ſupremo funeri ſuo haud dedignaretur adeſſe. *Deinde poſt tom.* 5 *in Append.ad tom.*2 *col.*1624, *ex Ms.Hiſtoria Spalatrenſium Archiepiſcoporum , narrat, quomodo idem Raynerius anno* 1175 , *fuerit Callio Spalatrum tranſlatus, nominatione Pontificia ; tum primum ejus jacturam ſentientibus civibus, quem odiis fuerant perſecuti*; & anno 1180 11 Nonas Auguſti pro immunitate eccleſiaſtica occubuit. *Porro,inquit Stephanus*, jacuit ibi *S. Vbaldus*, per annos omnino triginta quatuor : poſtea autem anno MCXCII Eugubinus Epiſcopus, nomine Bentivolius (cujus nobiliſſima familia ad præſens extat , ſicut apparet in Magnifico Comite Joanne Franciſco Bentivolio, viro magnanimo & virtute ornato) curavit ut canonizaretur. D Facta autem canonizatione , auctor fuit corporis ſurſum in montē deferendi; quæ Tranſlatio fuit celebrata die XI Septembris MCXCIV. Ad eum locum ex omni mundi plaga concurrunt populi,propter ingentia quæ Sanctus iſte operatur miracula : quorum aliqua hic ſubtus ponam: ac primum quæ conſcripſit Mag. Jordanus,Canonicus Regularis & Prior Canonicæ Caſtellanæ , contemporaneus atque familiaris ipſius Sancti ; deinde quæ habui ab hominibus fide dignis , vel quibus ipſemet præſens adfui , dum ſtarem ad hujus loci miniſterium cultumque divinum , anno à Domini Nativitate MDXVIII ; omiſſis aliis quæ operatus eſt Sanctus, intermedio trecentorum & quinquaginta annorum ſpatio , & quorum diſtinctior notitia periit, propter eorum negligentiam qui ante nos hic miniſtrarunt.

*Num.* 30 *lin.* 1 *ad nomen* Teuza *ſcribe* ſ, & *Annotatis* adde ——

ſ *Hoc eſt primum miraculum, quod ex Iordano breviter refert Stephanus: deinde addit*, Senenſes duo, quorum unus erat ſurdus ac mutus , alter triennio geſtavetat ſagittam ventri inhærentem,moti fama S.Ubaldi,eidem ſe devoverunt, & ſanati ſunt. *Alia tria ſequentia ſpectant ad Appendicem.* E

*App. Annot.* a adde —— *Quæ porro ſequuntur, eadem , ſed Italicis verbis , velut ex Iordano narrat Stephanus.*

*Annot.* b *lin.* 3 *poſt* —— *alibi* —— dele cetera, & hæc ſubſtitue —— *Primam lectionem,ut ex Iordano, tenet Stephanus ; & notat ipſum dicere, quemadmodum mox facit Auctor,quod uni liberatorum locutus met ſit: ut de auctoritate Appendicis hujus amplius dubitare nequeamus, Auctorem noſcentes.*

*Pag.* 639 *num.* 2 *lin.* 23 *poſt* determinavit —— *adde* —— Hoc idem fecit Otto Imperator , & Fridericus ſecundus Imperator ſimiliter, *Ita marginales notæ &c.*

*Pag.* 640 *num.* 4 *lin.* 3 poſt verba —— *Bulla fuit* —— ſic progredere : *Quod autem duobus poſt annis, ſuadente eodem Bentivolio Epiſcopo,revera,ut ait Stephanus,facta ſit tranſlatio corporis ex veteri Cathedrali in montem; perſuadet mihi ejuſdem Tranſlationis annua feſtivitas , die* XI *Septembris, quando à Clero populoque illuc ſolennis proceſſio ducitur. Etenim anno* MCXCIV,*habente litteram Dominicalem* B,*die* XI *Septembris Dominica fuit , adeoque ad ejuſmodi actus,populum feriatum requirentes,idonea. Erat autem in ſuperiori parte montis,vel capella, ut Oliverius ;* P *vel parochia,ut vult Eugenius , SS. Gervaſio & Protaſio ſacra : ad quam non ſine miraculo aliquo tranſvectum eſſe ſacrum corpus,perſuadet Catena , ſuſpenſa in porticu ante fores eccleſiæ,nunc S.Vbaldi dicta, qua carro ipſum vehenti nexa fuiſſe dicitur. Eodem facit gemina ibidem ulmus,nata, ut fertur,ex ſtimulis Bubulcorum, juvencos carrum trahentes comitantium,dum area deponitur,terræ fixis. Addit inſuper Oliverius, nata inter quatuor urbis Regiones contentione, ſingulis ſibi* Ubaldum *poſcentibus , diremptam fuiſſe litem,junctis ad carrum ex Epiſcopi conſilio juvencis indomitis;qui ſibi relicti,declinata via facili ad partē urbis inferiorem , connixi in clivum ſint,& eo, quo nunc eſt eccleſia,loco ſubſtiterint. Sed negat Eugenius;tunc adhuc Regiones fuiſſe diſtinctas; adeoque contentionem illam civium pro fabula habet ; & mavult , ideo juvencos ab Epiſcopo fuiſſe adhibitos , quia alio aliquo ſigno , puta immobilitate ſubita corporis , oſtenderit Sanctus , nolle ſe in eum, quo deſtinabatur , locum transferri ; puta ad novam, qua tunc extructa erat , vel ſaltem extruebatur , Cathedralem: in hanc enim transferendi ſacra corpora licentiam dediſſe Bentivolio Epiſcopo dicitur Clemens tertius, per Bullam quæ extet ſub data* XX *Octobris anni* MCLXXXVIII.

*corpuſque transferri curat an.* 1194

*quod non ſine miraculo vehitur in montem.*

5 *In*

A 5 *In Theatro civitatum &c. ut pag.* 641 *n.* 7.

6 *Sane dum* Monachi S. Petri *&c. Ibid. n.* 8 *uſque ad col.* 1 *lin. antepen.* poſt--- *collocare* ---ſcribe--- *quæ ipſa an ſit opus perturbatiſſimi illius ævi, an vero poſteriorius, adhuc dubito; remque ulteriori Eugubinorum examini relinquo.*

*Bentivolius ille creditur ante* 1195 *non obiiſſe,*

7 *Ad prædictam Tranſlationem quod attinet, eſſetne illa facta ipſo quo dicitur anno ac die, dubitavi aliquando; quia Vghellum inveneram ſcribere, quod* Bentivolii *ſucceſſor* Marcus *Sedem Eugubinam obtinuit anno* 1193. *Sed conſiderans, quod Vghellus nullum adducat pro tali anno monumentum, ſolumque dicat* Marcum *iſtum, cum aliis duodecim Epiſcopis, adfuiſſe conſecrationi eccleſiæ fontis Avellanæ, quam in Epiſcopis Peruſinis, ubi de Viviano Epiſcopo, factam ait anno* 1197; *cogitans inſuper quam facili lapſu obrepere typothetis potuerit* 3 *pro* 5 *vel* 7; *non video quare ob ſyllabam unam, tam facile alterabilem, debeam commovere annum & diem, tam bene convenientes, ut dixi. Non video etiam, cur miraculoſa illa tranſvectio tota poſſit in falſi ſuſpicionem adduci, quamquam Oliverio antiquius teſtimonium nullum nunc habens. Certe nihil veroſimilius eſt, quam novam Cathedralem, quæ anno* MCLXXXVIII *jam eo perducta erat, ut de transferendis in eam ex veteri corporibus ſanctis interpellatus Pontifex ſit, moxque ſecutâ veroſimiliter SS. Mariani atque Iacobi Patronorum translatio; nihil, inquam, veroſimilius eſt, quam voluiſſe Epiſcopum, eamdem novam Cathedralem ſuam illuſtrare corpore recens Canonizati Sancti; maxime ſi nova ac vetus adeo vicino erant loco, ut ſupra dixi. Neque obſtat Henricianum Privilegium anni* MCXCI, *productum ſupra num.* 2, *quo poteſtas ſit civibus,* ad ædificandam novam civitatem. *Non enim cogimur ita mutatam civitatem dicere, quin novæ illi deorſum ductæ incluſa fuerit pars aliqua veteris civitatis, ut quæ in hujus infirma parte ſtabat eccleſia, nunc inveniatur in parte ſuprema illius novæ.*

*& nova Cathedrali corpus deſtinaviſſe,*

B 8 *Vincentius Armanni de prædicto miraculo ideo dubitat, quia Additiones præmemoratæ ad Vitam S. Vbaldi, nulla talis prodigii facta mentione, de ipſa Tranſlatione ſic loquuntur:* Procedenti tempore cum diſcordia &c. *ut num.* 5 *poſt medium uſque lin.* 5 *à fine num.* 1, ubi eſt planum areolæ. *Hactenus Additiones iſtæ, poſt tempora Frederici II (nam hujus etiam meminerunt, ut vidimus) aut etiam multo ſerius ſcriptæ, ſed fidei apud me non magnæ; dum video, quod pro* Cæleſtino III, *qui* Henricum *prædictum excommunicavit anno* MCXCV, *& ſolus cum eo moleſtias habuit, nominatur* Innocentius Papa, *utique ejus nominis etiam* III, *non niſi tribus &c. num.* 6 *lin.* 10 *uſque ad lin. antep.* —— *ſed hoc.* ---- Reliqua ejuſdem numeri omittantur.

*Ms. quo ſerius aliaque ex cauſa id factum dicitur*

*A Stephano ſumpta narratio,*

Pag. 643 *num.* 15 ſic lege --- *Nos primo quidem ipſius Iordani ſcriptum genuinum conſequi optavimus; ſed ejus impetrandi eo minorem ſpem concipere potuimus, quod neque Oliverius neque Eugenius illud uſpiam in margine librorum ſuorum allegarent. Proximum ergo fuit, ut Stephani, Iordano uſi, lucubrationem optaremus: & hanc, diu quæſitam, tandem reperit nobiſque miſit Vincentius Armanni: quam licet jam nequeamus cum Iordani ſcripto conferre, atque intelligere, quid hic illi adjunxerit, quid mutaverit; Stephani tamen ſolius eſſe credimus, quæ poſt curationem puellæ ſeptennis, linguæ ac pedum uſu privatæ, relatam in Vita n.* 24, *narrantur ante ſepulturam ſancti corporis, quæq; n.* 25 *explicata & ex Italico Latine reddita, ſic ſonant:* Habuerat S. Ubaldus famulum Teutonicum qui ipſi multis annis ſervierat. Hic videns tot miracula, acceſſit ad corpus ſanctum, dixitque: O vir Dei ſancte Ubalde, cui jam tot annis miniſtravi; ſiccine me deſeruiſti, prius quam laborum meorum mihi pretium ſolveres? Saltem mihi reliquiſſes quo poſſem ſuſtentare ſenectutem meam: atque hæc dicens plorabat. Tum ſanctum iſtud corpus ſiniſtrâ ſuâ chirothecam abſtulit à manu dextera, ipſamque miniſtro ſuo dedit, cum articulo pollicis miraculoſe ſeparato. Quod ille non animadvertens, nec ſciens quid intra chirothecam ferret, regreſſus eſt Pinetum, caſtrum diœceſeos Auguſtanæ, patriam ſuam. Huic cum ad medium milliare appropinquaret; cœperunt omnes illius caſtelli campanæ per ſe pulſari, admirantibus omnibus, & cauſam tanti miraculi fruſtra requirentibus. Sequenti nocte, famulus iſte, Domini ſui S. Ubaldi recordatus, mox atque illuxit, chirothecam inſpexit, intraque eam reperit partem pollicis: quam ad ipſius Caſtelli Dominos portans, & vitam atque miracula S. Ubaldi iis enarrans; effecit ut ipſi, pollice magna cum veneratione ſuſcepto, pulchram eccleſiam fabricarint in honorem Sancti, cui ipſummet S. Ubaldi famulum Præpoſitum conſtituerunt. Eoque in loco, ad noſtra uſque tempora, etiam hodie tot fiunt miracula, & tanta ad pellendos dæmones virtus reſidet, ac ſi ibi totum corpus foret.

D *de articulo pollicis in Germaniam tranſlato.*

16 *Undecumque hæc habuerit Stephanus, dum tamen dicit,* Ad noſtra uſque tempora, *ſatis indicat, ita ſe ſcribere ex recentiori memoria, diu poſt tempora Iordani: apparet autem, majori cum credulitate quam prudentia, fuiſſe in ſcribendo verſatum &c. num.* 16 *lin.* 4.

E

Pag. 644 *lin.* 1 ----- *ex eo,* l. *ex Stephano ipſomet* ----

Pag. 645 *numerum* 23 ſic extende --- 23 *Hactenus de Carolo Roſinus: qui neſcio an piis ejuſdem Caroli ſtudiis erga S. Vbaldum, non etiam potuerit adnumerare ſingularem omnino* Benedictionem panis, *quæ poſt Vitam ipſo curante excuſam invenitur impreſſa, cum approbatione Fr. Vincentii de Monte-ſancto, Prioris ac Vicarii ſacri Officii Eugubii,* fienda in feſto *ipſius* Sancti XVI Maji & XI Septembris, & etiam ad libitum Sacerdotis, *ſub tribus Orationibus ſic continuandis.* ℣. Adjutorium noſtrum *&c.* OREMUS. Domine Deus, omnipotens atque laudabilis in ſecula, qui dediſti eſcam timentibus te in memoriam mirabilium tuorum; & qui es panis verus, nobis datus, ex Virgine Maria natus; benedic ✠ panem iſtum, & ſanctifica ✠ per merita ſervi tui Ubaldi; ſicut benedixiſti ſubcinericios panes Abrahæ, datos tribus viris in Convalle Mambre; & ſicut jam benedixiſti populum Iſraelem, & introduxiſti in terram bonam, terram rivorum, aquarumque & fontium, in cujus campis & montibus erumpebant fluviorum abyſſi; terram frumenti, hordei, ac vinearum, in qua ficus, & malogranata, & oliveta naſcuntur; terram olei ac mellis, ubi abſque ulla penuria comedebant panem, & rerum omnium abundantia perfruebantur: Benedic ✠, Domine, hunc panem, ſicut benedixiſti panem piſcatoribus tuis ad mare Tyberiadis: Benedic ✠ panem hunc, ſicut accepiſti panem & benedixiſti, fregiſti & dediſti Diſcipulis tuis, dicens: Accipite, & comedite hoc eſt corpus meum. Benedico ✠ hunc panem in nomine Domini altiſſimi, qui eſt ſalutaris hoſtia: ſanctifico ✠ & conſecro ✠ panem hunc, ut ſit panis pinguis Chriſti, & quicumque comederit ex hoc pane aut habuerit, beata ſit anima ejus, & oculi Domini ſint ſuper eum, & confortetur cor, viſcera, & membra cuncta ſua: ſit illi Dominus protector potens, firmamentum virtutis, tegumen ardoris, umbraculum meridianum, lætificans animam, illuminans oculos, dans ſanitatem, & vitam, & benedictionem. Sit panis benedictus ✠, ſanctifica-

F *Benedictio Panis in ejus honorem faciendæ.*

A tus ✠ & conſecratus, ad deſtruendum omne maleficium, arte diabolica factum. Benedico te ✠ ô panis, per Sanguinem Domini Noſtri Jeſu Chriſti, per puritatem virginalem B. Virginis Mariæ, & per corpus S. Ubaldi & omnia ſua merita, ut ſis deſtructio & annihilatio omnium facturarũ, ligationum, faſcinationum, & incantationum. In nomine ✠ Patris, & Filii ✠, & Spiritus ✠ ſancti. Amen. OREMUS. Benedico te, ô panis ✠, per Regem Regum, & D.N. Jeſum Chriſtum, & per nomen ſervi ſui Ubaldi, ut extinguas venena, noxia comprimas, adverſa depellas, maleficia deſtruas, dæmonia fuges. Benedico ✠ te, ô panis, in nomine Jeſu, ad eradicandum à corpore humano omne maleficium, ligamen, omnemque febrim, & qualemcumque ægritudinem. In nomine Patris ✠, & Filii ✠, & Spiritus ✠ ſancti. Succurre ergo, Domine, & benedic ✠, & ſanctifica hunc panem, ut ſit panis gratiæ, ſcientiæ, doctrinæ, fervoris, & amoris, & plurium virtutum, ad ſanandas quaſcumque creaturas, ex hoc pane guſtantes vel habentes. Nutriat & vegetet animam ad devotionem, corpuſque reficiat & corroboret; intellectum clarificet, cor lætificet, dolorem & triſtitiam quamcumq; expellat, maleficia cuncta deſtruat & annihilet à creaturis tuis, ex hoc pane comedentibus, per ipſum Chriſtum Dominum noſtrum. Amen. OREMUS. Adhuc ſuccurre, bone Deus; dic verbum, & benedic ✠, & ſanctifica hunc panem, & creaturas tuas; ut ex hoc pane comedentes à morſibus dæmonum ſanentur & liberentur, quas araneus infernalis momordit. Peto, ô Pater Sancte Ubalde, per miſericordiam Dei, ut benedicas ✠, & ſanctifices ✠ hunc panem contra omnes infirmitates, & ſemper ores Deum pro nobis. In nomine Patris ✠, & Filii ✠, & Spiritus ✠ ſancti. Amen.

B

24 *Prædictus Roſinus, progrediens ad enumerationem aliorum ſcriptorum Caroli Oliverii, poſt librum* de Vita & Miraculis *&c. uti eſt num.* 23. — *Deinde ultimas* 4 *lineas* ſic lege --- *Cujus ordinem ſequentes, quando alia quæ optabamus antiquiora non ſubmittebantur, Latine loquentem; ex Italico induxeramus. Nunc potiorem Stephani textum nacti, non gravabimur hunc quoque nativa ſua ſimplicitate progredientem, continuando numeros cœptos, hoc modo exhibere.*

## CAPUT IV.

C

*Miracula à Stephano Cremonenſi viſu proprio, & auditu præſentium cognita, uſque ad annum* 1519.

25 *Claret Sanctus gratia pellendi dæmones.*

ENergumeni & maleficiati, in hoc ſancto loco, per ipſius Sancti merita, & ſingularem prærogativam, ei ab omnipotente conceſſam, liberantur; idque ab hora mortis ejus, uſque in diem præſentem. Liberantur autem quidam, ſtatim ac voto pie concepto Corpus ſanctum vident; multi vero etiam in ipſo montis aſcenſu, fugientibus dæmoniis; quæ ſi non valde numeroſa ſunt, poſſuntque infirmi in eccleſia ſubſiſtere toto quo oportet tempore, hi omnino ſanantur.

*Coram impuro miniſtro intractabile ſit corpus:*

26 Eſt porro moris omni anno extrahere ex arca Corpus hoc ſanctum, in Vigilia ſuæ feſtivitatis; exutumque veſtibus, quibus tegebatur, induere novis; membra enim per juncturas ſic plicantur, ac ſi etiamnum viveret. Narravit igitur mihi vir quidam Eugubinus, fide dignus, quod, antequam hunc locum nos acciperemus, dum ii qui ipſum tunc adminiſtrabant Canonici vellent in Vigilia prædicta ejus veſtimenta mutare, atque ad extrahendum ſuperpelliceum attollere brachium, immobile illud ſenſerint. Aliis autem alios cum admiratione aſpicientibus; quidam adſtantium, ſubito recordatus, quod ea nocte fornicatus erat, ſine mora receſſit. Tum vero Sanctus, ut qui ejuſmodi turpitudinem odio habebat, permiſit ſeſe reliquorum manibus contrectari. Quidam ex curioſitate progreſſus ad Sanctum aſpiciendum, glorioſum iſtud Corpus virga ſua pupugit, dixitque: Videtur mihi ſimile corporibus aliis vita functis. Deinde diſceſſit, atque ad pedem montis perveniens, ſubito cum tremore mortuus corruit.

D

*ipſum contemnens morte punitur,*

*Corpore non invento ſuggiens Cuſtos*

27 Præterito tempore Presbyter quidam Eugubinus, ad hujus ſancti loci cuſtodiam deputatus, nomine Dominus Franciſcus, cum mane quodam, peregrinis nonnullis id poſtulantibus, vellet ſacrum corpus oſtendere, aperuit arcam, & vacuam reperit. Ergo furtim ſublatum corpus ratus, Urbinum verſus fugam valde mœſtus arripuit: timebat enim, ne Eugubini ſibi imputarent factum; &, ſi apprehendere eum poſſent, gravibus cruciatibus afficerent. Fugienti autem, & duo circiter milliaria emenſo, occurrit ſenex; à quo viæ cauſam interrogatus, cum omnia enarraſſet, tam ſuaviter ab eo fuit perſuaſus redire, eo quod revera non eſſet furto ablatum Corpus ſanctum; ut reverterit, reverſus vero reperit ſanctum corpus loco ſuo: ideoque exiſtimatum eſt, ſenem illum fuiſſe ipſummet Sanctum. Braccius, civitatis Caſtellanæ Dominus, proditione Eugubium ceperat; dixitque; Meum eſt Eugubium, niſi ſenex ille, qui in monte eſt, ipſum mihi eripiat. Duobus autem civibus Eugubinis, in ea conſternatione ac rei novitate, qua poterant fugientibus, apparuit Sanctus, ad fontem Lavelli, in medio montis, ſub forma ſenili; juſſitque ut redirent, quia diſceſſurus erat Braccius: & hoc dicto diſparuit. Ille vero conterritus abiit; creditumque eſt, Sanctum fuiſſe qui apparuerat.

E

*à Sancto apparente animatur:*

*& cives duo urbe capta.*

28 Tempore felicis recordationis Alexandri Papæ ſexti, puella Eugubina decennis, parentum demortuorum heres unica, & ſub tutela cujuſdam ſui conſobrini relicta; ab illo, hereditatem ejus concupiſcente, ducta extra Eugubium fuit, ubi quædam ſubterranea via eſt, ab antiquis Crypto-porticus nuncupata, habens deſuper ſpiracula, per quæ olim illuminabatur, nunc autem deſolata manet; ſolumque per ipſa ſpiracula videre licet, quid rei fuerit. Per unum illorum nequam iſte conſobrinam ſuam iſtuc injecit, ac deinde ſaxum grande: ad cujus labentis ſtrepitum puella invocans S. Ubaldum, ſubito juxta ſe vidit conſidere ſenem; nihil quidem loquentem ſibi, ſed quoties ſerpens aliquis adveniebat, ſolo aſpectu diſpellentem: atque ita totis novem diebus incibata ibidem remanſit. Poſtea per campum illum tranſeuntes venatores Illuſtriſſimæ Duciſſæ Eliſabeth, audierunt puellæ iſtius lamentabilem vocem; multumque requirentes, repererunt ſpiraculum per quod injecta iſtuc erat; atque cum ea locuti, retulerunt Illuſtriſſimæ Duciſſæ omnia, & ipſa illam extrahi juſſit. Hoc autem in hunc modum eſt factum. Dimiſerunt ei par ſtapedum ex funibus textorum, quibus pedes inſerens, & manibus funem ex quo pendebant comprehendens, attolleretur: verum illa tam debilis erat, ut movere ſe non poſſet. Quapropter ipſe ſenex ei ſtapedes aptavit, eamdemque ſuſtinuit, quoad apprehenderent illam qui ſuperne ſtabant. Nemo autem vidit ſenem, præterquam puella: ideoque merito creditum eſt, S. Ubaldum fuiſſe, qui numquam

F

*Orphana puella à perfido tutore in cryptam dejecta,*

*à Sancto ad 9 dies incibata ſervatur,*

*eodemq; juvante educitur.*

A quam derelinquit devotos ſibi. Ego vero ipſi locutus ſum; quia poſtquam extracta fuit, & præſentata Illuſtriſſimæ Ducisſæ, hæc eam fecit medicinis foveri, quouſque priſtinas vires reciperet.

*Sanctum invocans ſervatur à fulmine,*

29 Antonius Joannis de Cellis, territorii Segellenſis, dum eſſet in campo, exorta vehementi pluviarum, ventorum ac tonitruum tempeſtate, fulmine percuſſus in humero fuit; ablatoque ſibi thorace, femoralibus, atque calceo, illæſus remanſit, quia S. Ubaldum invocaverat. Joannes Herculani Eugubinus, ſupra fontem S. Ubaldi ad pedem montis ſcaturientem, cujuſdam arboris radices effodiens, retrorſum lapſus eſt: & S. Ubaldum invocans, ſenſit per calceum retineri ſe manu quapiam, alioqui caſurum in imum foſſæ cum periculo vitæ. Poſtea vero erectus in pedes, cum neminem videret, obſtupuit, & laudem Deo atque ejus glorioſo Sancto dedit, cujus meritis ſe agnoſcebat liberatum. Angelus Brunori de Cornioleto, arborem cædens atque labi videns, cum fugere vellet, nec poſſet, commendavit ſeſe S. Ubaldo: ceciditque ei arbor

*lapſus in præceps,*

*& alius ſub arbore.*

B tranſverſim per tibias, nec tamen quidquam noxæ attulit.

*Aſſiſium filiam energumenam ducens jubetur S. Ubaldum adire.*

30 Anno MDXVII mulier quædam Concordienſis, ex Foro-julio, Aſſiſium ducebat filiam energumenam: appropinquanti autem ad eccleſiam S. Ubaldi, ac ſolum unum milliare diſtanti, iſtic ubi à regia via diſceditur, occurrit Frater Franciſcanus, interrogavitque ecquo puellam duceret; Aſſiſiumque reſpondenti; Aſſiſii, inquit, non liberantur energumeni: ducito eam ad S. Ubaldum, ibi liberabitur: deinde viam monſtrans, diſparuit. Venit ergo illa, & mox atque ingreſſa eccleſiam fuit puella, liberata eſt: creditumque, Fratrem iſtum ipſummet S. Franciſcum fuiſſe, per quem voluerit Dominus monſtrare, prærogativam pellendorum dæmonum ſpecialiter conceſſam eſſe S. Ubaldo. Jacobus Joannis Marcheli coriarius, dum pelles expilaret, in torrente qui Eugubium præterfluit, & ingens pluvia in montes cecidiſſet, aqua inde collecta, tam improviſo tantoque cum impetu devolvi in præceps cœpit, ut eodem etiam ipſe raperetur per cataractas & confragoſa loca: periculum tamen præſens evaſit, per capillos arreptus extractuſque à ſene quodam, idque adſcripſit meritis S. Ubaldi, cujus opem invocaverat.

*Servatur abreptus à torrente.*

31 Eodem anno MDXVII Faenſis mulier, Aſſiſium tendens, venit ad S. Ubaldum: & tot ibi miracula videns, commendavit ipſi filiam quam domi ſtrumoſam reliquerat; ac iter ſuum proſecuta, cum ad propria rediit, filiam patrocinio ejuſdem Sancti perſanatam reperit. Sequenti MDXVIII Cæſenas mulier caldariam ptæparaverat, factura lixivium, ad lineos pannos macerandos dealbandoſque: quæ cum bulliret, vidit filiolum ſuum in ipſam

C *Sanatur ſtrumoſa,*

*puer in caldariam lapſus,*

labi, ſtatimque S. Ubaldum invocavit, & puerum de caldaria illæſum extraxit. Quemadmodum autem Sanctus iſte vivus Eugubium civitatem ſuam magno proſequebatur amore; ſic etiam ejuſdem Patronum ſeſe poſt mortem exhibuit coram Deo: quo factum eſt, ut, per annos poſt eam trecentos ſexaginta duos, nihil gravius paſſa illa ſit. Id vero manifeſtius claruit inter bellicos eos tumultus, qui Ducatum Urbinatem ac circumjectas regiones anno MDXVII concuſſerunt: domus enim omnes, ad limitem Eugubinum ſpectantes, permanſerunt inviolatæ, ceteris per viciniam ſpoliatis.

*Eugubium liberatur à depopulatione.*

32 Tempore felicis memoriæ Alexandri Papæ VI, Dux Valentinus, decretam habens expilationem Eugubinæ civitatis, miſit D. Michaelettum cum exercitu ad eum finem. Is cum ſeptem millibus paſſuum Eugubio adhuc diſtaret, audivit, ſicut ipſemet retulit, vocem iterato mandantem ut retrocederet: qua exterritus, mente mutata receſſit, & Eugubium liberum manſit. Alias cum magnus quidam Capitaneus caſtra metatus eſſet Mondolfi, Senogallienſis diſtrictus arce, cum, decreto ſimiliter civitatis Eugubinæ excidio, litteras in omnia vicina oppida expediviſſet ut eo ſe accingerent, adſtantium quidam eum commonens, dixit: Ne facias, Domine, quia civitas illa ſupra montem ſuum habet Sanctum, qui ipſam à bellorum incommodis liberat. Iſte vero exacerbatus magis, diriora etiam minabatur: ſed die ſequenti mane, læſus in prælio, impeditus ab exequendo propoſito fuit.

EX ITAL. ST. CREM.

*ſemel iterumque.*

33 In comitatu Nurcienſi caſtrum eſt, quod Montecchium ſive Monticulus nuncupatur, cujus inquilini, tempore prædictorum motuum bellicorum, depopulationem metuentes, ad alium magis ſecurum locum ſuas mulieres amandarunt. Hæ caſtro egreſſæ, ut deſcenderent in planitiem, inciderunt in filium Petri Carazæ, galeatis aliquot comitatum: qui ut eas vidit, accurrit ut caperet: ſed ipſæ animadverſo periculo commendaverunt ſeſe S. Ubaldo, qui in habitu Epiſcopali apparuit: & conſternatus Capitanei iſtius equus retrorſum ſe convertit, nec unquam verſus mulieres prædictas adduci ſe paſſus eſt. Quare, nihil dubitans quin miraculum id eſſet, licet ignoraret quod eſſet S. Ubaldi; cum ſuo comitatu receſſit, & ipſæ gratias Sancto egerunt. Franciſcus Antonii Eugubinus, Pergulæ, ditionis Eugubinæ caſtello, captivus, & ab eo qui ipſum ceperat in ejus deductus hoſpitium; abſente domino, ab ejus famulo ſuſpenſus per gulam ad ſcalas eſt. Verum cum is devote invocaret S. Ubaldum, ſuperveniens Dominus famulum ſuum graviter redarguit; & funem unde miſer pendebat reſecuit; atque ita liberatus ille fuit meritis S. Ubaldi.

*item mulieres ab hoſtibus capiendæ.*

E

*& Pergulæ captus unus*

34 Barnabas à S. Peregrino, in eodem Pergulenſi caſtello captus, ligatis manibus pedibuſque, commendavit ſeſe S. Ubaldo: & ſubito ac miraculoſe, ſolutis manibus, ipſe ſibi pedes diſſolvit; ac fugiens, vidit ante ſe Canonicum quemdam Regularem; quem inclamans, & poſt eum currens ut aſſequeretur, aſſequi tamen eum non potuit mox diſparentem; ſed non dubitavit, quin is fuiſſet liberator ſuus S. Ubaldus. Baldus-Antonius Euangeliſtæ, Eugubinus, ſimiliter captus Pergulæ, & Piſaurum abductus, cum lytrum ſibi imperatum ſolvere non poſſet, minantibus caput reſcindere hoſtibus, niſi ipſum intra triduum repræſentaret, votum S. Ubaldo nuncupavit. Noctu autem egreſſum tentaturus per cratem ferream, caput eidem inſeruit; & auxiliante Sancto, totum per eam corpus tranſmiſit, ſeque in humum ſubjectam devolvit. Statim autem ut egreſſus fuit, conſpexit coram ſe virum ſenem, qui locum modumque docuit, quo egredi civitate poſſet; atque ita domum ſuam incolumis revertit, crediditque ſenem iſtum fuiſſe S. Ubaldum. Franciſcus Petri-Andreæ etiam Pergulæ captus, ac Senogalliam ductus, devovit ſeſe S. Ubaldo, & continuis quatuor noctibus à vinculis ſeſe ſolutum reperit. Fugam ergo capiens, ex eadem retractus tertium eſt: ſemel etiam haſtâ in guttur intorta petitus, lædi tamen non potuit: quarta vero nocte ſecurus in patriam revertit, patrocinio S. Ubaldi. In eodem tumultu bellico quidam ex velitibus in humero læſus, ita ut chirurgus nequiret telum extrahere; ipſum S. Ubal-

*alter,*

*tertius,*

F

*& quartus*

EX ITAL. ST. CREM. S. Ubaldum in vota advocans, propria manu illud eduxit, Sanctique beneficio liberatum se credidit.

*Bastiæ castrum periculo eximitur.*

35 Bastia, Perusini territorii castrum, cum esset ab Hispanis occupata, & inquilini formidarent ne locus ille suus excinderetur, propterea quod machinis suis tormentariis quosdam Hispanos Capitaneos interfeciſſent; votum voverunt S. Ubaldo, eoque non frustrati, intellexerunt Sanctum non solum esse protectorem civitatis Eugubinę, sed & quarumcumque aliarum ipsum invocantium. Mulier quædam filium suum juxta latus in lecto composuerat, ac dormiens tantum non oppresserat; jam enim totus lividus, mox expiraturus videbatur. Sed, invocato Sancto, pristinum vigorem recuperavit infans, mortemque evasit. Qui autem epilepsia laborant, devoventes se Sancto liberari solent; quemadmodum possum testari de multis, qui ex diversis regionibus venientes narraverunt mihi gratiam sanitatis receptæ. Sebastianus Boldrini de Serra S. Abundii, à Pergulano quodam inimico suo multas persecutiones passus; cum quædam sua animalia pasceret in territorio Senogallienſi, tolli ea & abduci à Senogallienſi Prætore curavit inimicus iste. Illa autem Senogalliam abducta audiens Sebastianus, flexis humi genibus ipsa S. Ubaldo commendavit: quæ sequenti nocte, deducente nemine, ante ejus hospitium se stiterunt. Idem cum domi suæ quadam nocte esset, prædictus inimicus suus cum Prætore Pergulano venit, ut ipsum comprehenderet, circumsessa ne elabi posset domo. Exitum ergo alium nullum videns Sebastianus, tentavit num per caminum posset in tectum domus evadere: cumque non posset, invocavit S. Ubaldum, qui capillis in fronte apprehensum supra idem tectum collocavit, modumque præbuit effugiendi periculum adeo præsens.

*infans moribundus servatur.*

*& obsessus ab inimicis liberatur.*

36 Monacha quædam Nursina per septennium ita vexata fuerat à tribus dæmoniis, ut aliquando ipsam ejacularentur in altum, ad mensuram triginta ulnarum, aliquando autem submergere eamdem vellent in fonte monasterii. Deducta autem ad plura loca, celebria dæmonum expulsione crebrâ, cum non liberaretur; consanguinei ejus, S. Ubaldi fama permoti, dixerunt quod ipsam vellent ducere ad Corpus istud sanctum: & subito dæmones clamare cœperunt, quod eo ire nolebant, quia in toto universo inimicum majorem non habebant. Illa nihilominus ad Sanctum deductâ, dæmones, mox ut limitę Nursinum attigerunt, magno cum strepitu excesserunt. Moniali autem ad S. Ubaldum ductæ, exhibitæ sunt ceremoniæ omnes, per quas explorari solet dæmonum præsentia; nulloque eorum amplius indicio apparente, domum reverterunt cuncti, Sancto gratias agentes. Mulier Eugubina, Simona nomine, Mariotio cauponi cohabitans, dum aquam hauriret ex profundissimo puteo, existente extra portam S. Francisci; ruptum est ferrum quod rotulam sustinet, & lapsus funis situlārum in collum Simonæ, detracturus ipsam in puteum erat. Sed assistens quidam ad oram putei, apprehendit eam per vestes, ac dixit; Quomodo tibi est Simona? Respondit illa, Domina nostra & S. Ubaldus, quibus me commendavi, mento meo suppositerunt manus, meque sustentaverunt. His dictis loquelam illa amisit, & mansit muta per dies viginti quinque; quibus decursis, cum ego negotii alterius causa Eugubium iviſſem, essemque in domo prædicti cauponis, ostensa mihi fuit præfata Simona: de qua id quod erat mox suspicatus, cœpi eam adjurare: & statim diabolus, qui linguam ejus vinctam tenebat, dixit quod ferrum istud rupisset, ut eam in puteum traheret: & exinde liberata Simona apparuit.

*Monacha energumena*

*& mulier à dæmone in puteum præcipitanda.*

## CAPUT V.

### *Miracula anni* MDXIX.

37 *Sanatus claudus.*

ANNO MDXIX, in die S. Joannis Baptistæ, cum mane ad fores ecclesiæ assisterem, venit vir ex Marchia Anconitana, claudus & baculo sese sustentans, propter affectam male tibiam. Ingressus autem ædem, commendavit sese S. Ubaldo; ac deinde regressus foras, mihi dixit: Pater, ecce ambulo absque baculo: commendavi enim me Sancto isti, & subito gratiam accepi. Eodem fere tempore venit matrona nobilis Montonensis cum filio suo; & eleemosynam cum lacrymis largita est, dicens; Ora pro isto filio meo. Quæ cum causam interroganti, infirmitatem declaravisset; Ne timeas, inquam, cognosco ego infirmitatem istam. Tum audita juvenis ipsius Confessione, sacros ei exorcismos adhibui: moxque commovit sese dæmon qui pectus ejus infidebat, & fugit, juvenem liberum dimittens: cum quo ego postea per annos varios sæpe locutus sum, & certificatus quod per merita Sancti absolutus, nihil ejusmodi postea sit passus. Perusinus quidam dolorem patiebatur in brachio, qui de loco in locum transiens, maxime ipsum torquebat nova vel plena luna. Hic cum exomologesim mihi feciſſet, & exorcismos ei adhibuissem; movit sese diabolus qui erat in brachio, atque fugit: & intra spatium temporis quo Missa diceretur, duodecim circiter dæmonia, in ipso sese occultantia, discesserunt liberumque hominem reliquerunt, cum magna admiratione præsentis populi; quia juvenis ille de nullo alio malo unquam fuerat questus, quam de dolore brachii.

*liberatur energumenus unus.*

*& alter.*

38 Nobilis Perusina caput dolens, cum tremore atque oppressione cordis & pectoris tanta, ut nec contactum quidem pati posset, venit ad S. Ubaldum; adjurataque per unius horæ spatium, perfecte fuit liberata, idque per merita ipsius Sancti: fuerat autem infirma per sexennium, nec quidquam solatii potuerat accipere ex medicinis, quas multas frustra experta erat. Alia item nobilis Perusina, annis tredecim, iisdem omnibus passionibus atque etiam renum cruciatui obnoxia, ut audivit quod prior sanata erat, venit etiam ipsa ad S. Ubaldum, & intra unius horæ spatium per merita Sancti liberationem obtinuit. Anastasia ex territorio Firmianensi Ducatus Urbinatis, præter stomachi atque cordis dolores, tantum frigus patiebatur in pedibus, ut eos sibi congelatos crederet. Veniens autem ad S. Ubaldum, liberata mox fuit à stomachi cordisque cruciatu; sed in pedibus tot millia dæmoniorum circumferebat, ut opus fuerit eam per dies circiter quindecim hic remanere, priusquam tota liberaretur: diaboli vero recedentes, stridoribus motibusque horrendis omnium admirationem ciebant.

*Item energumena una senis,*

*alia 13 annis,*

*ac tertia,*

39 Paula de Canthiana, comitatus Eugubini, tribus millibus dæmoniorum infesta, sic ut majori temporis parte fatua videretur, venit ad S. Ubaldum, & ab omnibus liberata fuit, præterquam ab uno, forsan ad exercitium sibi relicto. Cum vero illorum princeps adjuraretur, tota nocte visibilis ipsi apparebat, terrens illam atque dicens, quod numquam curanda esset;

*quarta,*

A esset; deinde confortabat diabolos sibi subjectos, adhortans eos ad constantiam, & securos esse jubens quod numquam essent depellendi: aliaque multa faciebat, quæ non scribo. Marina Martini, de S. Juliana Comitatus Perusini, multis annis à dæmone vexata & Romam ducta; cum ibi liberari non potuisset, venit ad S. Ubaldum; factoque & completo voto, discessit, recuperatis corporis viribus, nec ullum postea malum sensit. Primavera, ex burgo S. Sepulcri, similiter vexata, & voto facto liberata fuit. Pasqualinus ex Comitatu Eugubino, toto corpore dolens, nec sciens quid mali esset; deportari se fecit ad S. Ubaldum: atque per triduum exorcizatus, pulsis à quibus occupabatur dæmoniis, regressus est domum pedibus suis, Sancto gratias agens. Sebastianus ex Eugubino Comitatu, variolis scrofulisve laborans, atque per totum corpus tantos dolores patiens, ut neminis contactum sustinere valeret, ad S. Ubaldum portari se fecit: unoque die depulsis à quibus vexabatur dæmoniis, liber apparuit per merita Sancti.

*& alia duæ,*

*ac duo energumeni:*

40 Meretrix cancrum ferens in uno crurum, opem apud medicos nullam inveniebat, sed indies B aggravabatur malum: quo demum salubriter compuncta, & de peccatis suis dolens, hæc confessa & deinde adjurata fuit; pulsisque qui infirmitatem inferebant dæmoniis, intra triduum liberata. Mulier Eugubina per annos tredecim totidem diabolorum millia circumgestaverat, non aliter noxiorum quam quod dolorem capitis ipsi causarent, & mortuæ similem tertio quoque die corruere facerent; liberata autem meritis S. Ubaldi est, veniens ad ipsum implorandum. Pisauri captivi tenebantur viri viginti sex, & intra unum conclave religati sub firma custodia tenebantur: sed tribus continenter vicibus S. Ubaldo se commendantes, post primum somnum reperti sunt omnes soluti à vinculis. Turbatis ad hæc custodibus, strictius etiam religati sunt secunda ac terria nocte; sed iterum iterumque solutos, religioni sibi duxerunt illi denuo vincire; & allato quod ipsis statuerant lytri pretio, abire liberos permiserunt; eorumque unus, Victorius nomine, miraculum in se factum mihi narravit. Mulieri comitatus Eugubini filius erat hernioſus: quæ cum vesperi ipsum collocasset cubitum, versa ad ecclesiam S. Ubaldi, dixit: S. Ubalde, sana filium meum. Noctu autem apparuit ipsi Sanctus per visionem, & ait: Si vis sanari filium tuum, defer eleemosynam aliquam ad Canonicos meæ ecclesiæ, Ipsa vero evigilans, & mane filium sanatum inveniens, attulit quartale unum frumenti, & gratias egit Sancto pro beneficio impetrato.

*isté meretrix cancro laborans,*

*& mulier dolore capitis.*

*26 captivi ter solvuntur,*

*sanatur puer hernioſus,*

C

41 Solebant ante ecclesiam S. Ubaldi stare ulmi duæ, quæ (ut fama per manus tradita refert) ibi succreverunt, ex stimulis rusticorum juvencos indomitos illos sequentium, per quos Sanctum corpus fuit olim subvectum in montem; actisque miraculose radicibus ad nostra tempora ibidem permanserunt. Contigit autem tempore felicis memoriæ Illustriss. Ducis Guidonis, cum sua Excellentia ibidem ad montis custodiam posuisset ducentos pedites, Callienſem quemdam, eorum unum, duas quas habebat hastas identidem vibrare in alteram ulmorum prædictarum. Huic superveniens D. Bernardus della Branca, tunc ipsius loci Custos; Noli, inquit, frater, jaculari in istas arbores, stant enim hoc loco ad memoriam Sancti. Ille vero in proposito persistens, protervum atque impudens responsum dedit. Cumque iterum jacularetur in ulmum prædictam, venit ei tantus dolor in brachio, ut intra horam moreretur; idque justo Dei judicio, quia ejus famulum S. Ubaldum reveritus non fuerat.

*morte puniuntur violans arborem Sancti,*

EX ITAL. ST. CREM.

42 Penon Lombardus, Perusiæ aliquid operis faciens, muri super se cadentis ruina oppressus fuerat, deferebaturque ad sepulturam; sed repertus fuit vivus, quia S. Ubaldo se commendaverat. Idem cum puteum repurgandum suscepisset, in ipsum cecidit quidem, sed simili ex causa extractus inde est absque ulla offensione. Idem in occupatione Fabriani captus à quodam Hispano fuit, cumque pecuniam poscenti negaret ullam habere, jussus est caput præbere amputandum. Eo autem non succedente, rogatus cui Sanctorum se commendasset; cum respondisset, S. Ubaldo, Protectori Eugubinæ civitatis, & omnium ipsum devote invocantium; non solum vitæ gratiam accepit ab hoste, sed ipsum etiam habuit ducem extra castra, ne rursum ab aliis Hispanis caperetur. Bernardinus Mengaccius, civis Eugubinus, mercatum egressus incidit in latrones duos, quorum alter apprehensum prostravit in terram: cumque ipse, se commendasset S. Ubaldo, latronum alter apprehendit socium, qui prostraverat eum; itáque colluctantibus illis, eorum manus evasit Bernardinus, per merita S. Ubaldi.

*faber ter à morte liberatur:*

*& mercator à latronibus:*

E

43 Anno MDXIX mulier quædam Perusina, fomentis, balneis, aliisque medicæ artis subsidiis biennio usa sine fructu, deportari se fecit ad S. Ubaldum: ubi cum unius horæ spatio fuisset gravissime cruciata, cœperunt diaboli vociferari per os ejus, Cęsi sumus, Cæsi sumus: fassique se esse universim quinque, & totidem annis ipsam cruciasse, discesserunt. Lucas de Sclegia, castello Eugubini districtus, mensibus quinque mutus fuerat, venienſque ad S. Ubaldum intra horas duas loquelam recuperavit. Verum in domum suam reversus, obmutuit denuo: idque sexies consequenter ei usu venit; sed ultima tandem vice ex toto liber mansit. Quando autem mutus erat, numquam sputabat, quia dæmones omnem excrementitium humorē asservabant, quo citius ipsum occiderent. Civitatis Castellanæ mulier, per decem dies elinguis venit ad S. Ubaldum, & intra horam unam meritis S. Ubaldi perfecte sanata fuit. Fr. Silvester de Callio, Ordinis S. Mariæ de Scopeto, in Canonica S. Secundi quam S. Ubaldus ædificavit, cum graviter infirmaretur, desperantibus de ejus salute medicis, commendavit sese S. Ubaldo: qui eidem apparuit totus hilaris, dicens; Quia F tam devote invocasti me, veni: pete ergo quod vis. Ille autem genua flectens, petiit sanitatem corporis. Tum S. Ubaldus manu apprehensum deduxit per totam domum, jussitque in refectorio sumere collatiunculam prunorum atque uvarum. Deinde sic refectum reducens in infirmariam, lecto collocavit; dixitque, posthac melius ei futurum. Tali habita visione, surrexit ille mane bene sanus; multumque admirans venit ad S. Ubaldum, & prout voverat Missam fecit.

*item energumena.*

*& energumenus obmutescens.*

*Sanatur mulier muta,*

*atque Canonicus Reg. apparente Sancto.*

44 Mariotius Antonii Celini, de Costano Assisinatis territorii, quartana laborans appropinquabat morti: monitus autem ab adstantibus ut se commenderet S. Ubaldo, quod lingua non poterat, jam loquela privatus, corde fecit. Statimque apparens ipsi Sanctus, jussit ut mulieri cuidam egentissimæ subveniret, atque disparuit. Tum loqui ille cœpit; accersitáque pauperculâ illâ, cui Blasina nomen, & interrogatâ, reperit verum esse quod de ejus necessitate dictum sibi fuerat à Sancto: & eleemosynam eidem largitus, recuperavit pristinam sanitatem. Pisaurensis quidam, extinctam sibi videns familiam

*item moribundus.*

*juvantur familiæ duæ:*

EX ITAL. ST. CREM.

fere universam, se quoque cum uxore, & præsertim unicum superstitem filium male habere; persuasus ipsos commendare S. Ubaldo paruit, & omnes ejusdem meritis convaluerunt. In loco Comitatus Eugubini, cui Vallis-ingenii nomen, familia una est, solita quotannis offerre S. Ubaldo primitias, tam fructuum quam animalium, tamquam Protectori suo: ideoque prospere ei cedunt omnia, liberaturque à multis adversitatibus, quibus vicini subinde vexantur.

*& sincera confessione peracta, incantatrix morborum,*

45 Mulier quædam Eugubini districtus, per annos viginti certis quibusdam temporibus erat tam debilis, ut videretur gravem infirmitatem pati, alias bene sana. Solebat autem morbos incantare carminibus nonnullis, rata rem piissimam esse subvenire infirmis. Hæc ad S. Ubaldum adducta adjurataque, inventa est possideri à dæmonibus tam obstinatis, ut non potuerimus ipsos pellere, volente forsitan Deo pœnam istam ei in hoc mundo relinquere. Tantum hæc tentabatur spiritu desperationis, ut tertium ei consenserit. Cum autem dæmones adjurabantur, clamabant ipsam esse suam, seque non amplius timere S. Ubaldum aut in ecclesia ejus consistere. Ultima autem vice qua illam ad desperationem adegerunt, sumpsit Stolam sacram sibi injectam, adductisque circum collum extremitatibus nitebatur ipsa se strangulare, in quem etiam finem dæmones ei jam ad guttur ascenderant. Ast ego, periculum animadvertens ex pedum pulsu, statim accurri, & apposita faucibus manu dæmones adjuravi, qui ipsam dimiserunt. Cumque ad se regressa esset, reprehendi ipsam dicens, quod semper oporteat bene sperare de misericordia Dei: Confessione autem peracta, non potuerunt dæmonis ei ultra nocere: tantum valet Confessionis sacramentum, ad inimicos nostros enervandos. Annorum novem puella energumena, ductaque ad S. Ubaldum, ab omnibus suis hospitibus liberata fuit, præterquam ab uno, qui identidem commeabat à pectore ad os, & hinc rursum ad pectus. Cum autem nobis ita per biduum illusisset, suspicatus ego habere eam aliquod occultum peccatum, monui parentes, ut suaderent filiæ facere integram Confessionem: qua facta, statim liberata fuit. Sed intra dies quindecim iterum invasa à dæmonibus est, quia relapsa erat in eadem peccata: quare de novo confessam ac liberatam, serio monui, caveret relapsum, numquam alias securam fore.

B

*sæpe antea desperabunda:*

C

*atque novennis puella:*

*efficacissima enim confessionem esse ad suam expulsionem*

46 Ariminensis mulier, à triginta tribus dæmoniis infidebatur, quorum dux tam familiariter loquebatur cuicumque se interroganti, ut ad omnem quæstionem sine tergiversatione responderet. Interrogatus ergo, quid esset ad dæmonum expulsionem mediis aliis omnibus efficacius; respondit esse Confessionem, quia per peccata illi nos possidere incipiunt. Confessa autem mulier, mox liberata fuit. Sanctes Andreæ Archangeli, de Casteligiossa, triennium ignoto cunctis morbo laborans, & cui nullum inveniebatur remedium, ad S. Ubaldum deportari se fecit: quem ut vidi, statim intellexi à dæmoniis vexari. Quare, audita ejus Confessione, cœpi ipsum adjurare: videns autem malignos illos non commoveri, imaginatus mihi sum, habere illum peccatum aliquod adhuc occultum: & interrogavi, num militasset in bello contra Papam. Quod ut fassus est, absolutionemque recepit; recepit etiam pristinas vires ac sanitatem. Feci autem multa, quibus excitarem dæmones, si forte se occultabant; cumque nullum experirer amplius, remisi sanum gaudentemque ad propria. Notandum porro est, semper discedere dæmones in Confessione, veraciter & magna cum contritione facta; nisi subinde permittantur remanere in pœnam peccati vel alia ex causa, quemadmodum diximus in nostro libro Exorcismorum.

*fatetur dæmon, & experientia monstrat in variis,*

D

47 Eugubini Comitatus quidam inciderat in amentiam, & ducebatur ad S. Ubaldum: quamvis autem dicerem adducentibus, expectarent donec rediret ad mentem, altero nihilominus die reduxerunt illum: cumque ejus Confessionem audissem, sana deinceps mente permansit; quia diabolica istæc vexatio immissa ipsi erat ad correctionem, propter peccata quædam numquam subjecta Confessioni. Ejusdem Comitatus mulier energumena, per vim ad S. Ubaldum adducta, mox ut perfecte confessa fuit, soluta ab omni molestia mansit. Energumenus quidam cujus nomen subticeo, ut liberius possim miraculum explicare) sæpius in amentiam lapsus, & per sexennium multas passus tribulationes, licet subinde lucida haberet intervalla; nocte quadam tantopere vexabatur, ut nullam quietis partem posset capere. Tum ipsi dixit uxor sua; Intellexi, marite mi, de S. Ubaldo mirabilia valde: quid si ipsi te commendes? Fecit hoc ille magna cum intentione cordis: ipseque Sanctus ei visibilis apparuit, sic ut corporalibus oculis ipsum intueretur, obvertentem sibi humeros, nec nisi modica faciei parte conversum. Hoc autem ideo faciebat Sanctus, ut ostenderet sibi displicere peccatum, quod numquam confessus erat: dixit enim; Quia cum tanta mentis intentione rogasti me, ecce adsum: verum si sanari desideras, confitere duo peccata, hactenus prætermissa; videlicet, quod peccare feceris locium tuum; *& quia accedis ad uxorem tuam retro, licet in proprio vase.* Postea vero monuit non concupiscere mulieres, aliasque res multas, & disparuit: statimque sanatus venit ad S. Ubaldum, & mihi miraculum hoc narravit.

*ea facta mox liberatis,*

E

*& uno cui apparens Sanctus peccata confitenda indicavit,*

48 Adducta ad S. Ubaldum est possessa una, cujus Confessione audita, cum viderem dæmonem ei per corpus discurrere neque discedere, iterum ad Confessionem illam revocavi, conabarq; peccata per os elicere: sed illa, quoties volebat peccatum quoddam dicere, redibat ei diabolus ad guttur, itáque vexabat ut profari non posset. Cogebar ergo adhibitis exorcismis adjurare dæmonem, ne Sacramentum impediret. Cessante autem illo, plangebat mulier: sed mox ut conabatur peccatum suum dicere, denuo vexabatur. Hac lucta sæpius iterata, tandem cessit dæmon, & confiteri eam est passus peccatum istud. Sed cum viderem adjuratum dæmonem, persistere obstinatius sicut antea; rursum tentavi eam ad confitendum inducere, de altera peccati specie eam interrogans: sed misella cœpit effusius lacrymari: quidquid autem hortabar & obtestabar, numquam potui persuadere quod opus erat, & sic eam domum suam dimisi. Joannina, Joannini de Burano ad mare, propinqua partui, periclitabatur de vita, propter excessivos quos tolerabat cruciatus. Jussit ergo maritus præberi ei medicinam ad expellendum fœtum: sed superveniens vicinarum una dixit ei: Joannine, fac votum S. Ubaldo ut proli gratiam Baptismi largiatur. Paruit ille, & mox audivit vocem sibi dicentem; Joannine, si gratiam impetrare cupis, ignosce inimico; ipse vero ut dixit; Ignosco, peperit mulier, & baptizatus est fœtus: hoc autem miraculum retulit mihi mulier, quæ præsens adfuit.

*atque alterum integre confiteri recusante,*

F

*& viro, celitus monito ignoscere inimico.*

49 Cum

A *Liberantur à dæmonibus graves morbos cauſantibus*

49 Cum forte verſarer Caretti, diſtrictus Eugubini Caſtello, in domo Bernardini Baſſetti, vidi totum morbo conſumptum: qui mihi interroganti, quo genere infirmitatis laboraret; reſpondit, neſcire ſe, verum per menſes quinque ita male habuiſſe, ut nec comedere, nec bibere unquam, neque quieſcere poſſet, niſi vim ſibi faceret. His ego auditis, dixi ei; Veni ad S. Ubaldum, quia intra octo dies tam vegetus eris quam ſum ego. Totus ergo exhilaratus ſpe proxima obtinendæ ſanitatis, fecit ſe deportari ad S. Ubaldum: ubi retecti dæmones & fugati, ſubito ſanum hominem dimiſerunt, ſic ut toto illo die ægre potuerit manducando ac dormiendo ſatiari; appareretque, impedimentum prius, non à morbo naturali, ſed à cauſa violenta fuiſſe. Oliva de Villa-nova tractus Nurcienſis, decennio paſſa dolores intolerabiles & immedicabiles, ad S. Ubaldum venit, repreſſiſque dæmoniis atque fugatis intra horam unam liberata fuit. Aloyſius de Quintavalle Buranenſis, morbum caducum patiens, & venit, & ſubito liber extitit. Maria de Altimar Caurlenſis, capite, corde, & ſtomacho dolens, atque ad S. Ubaldum veniens, gratiam ſanitatis obtinuit ſimiliter, intra ſpatium horæ unius.

*varii adducti ad S. Ubaldum.*

B

## CAPUT VI.

### *Alia Miracula ejuſdem anni* MDXIX.

50 *Adjuvatur paupercula ne plane ſpolietur:*

ANno MDXIX paupercula mulier Urbinas, lavandis pannis lineis ſuis & nobilis cujuſdam matronæ apparatum faciebat, cum ſupervenerunt ei milites: ad quorum conſpectum conſternata; Sancte, inquit, Ubalde, miſerere mei: & ſaltem dimidiam pannorum partem mihi ſerva, ut ne funditus peream. Illi autem, nihil de tali voto ſcientes, ſuſtulerunt quidquid nobilis illius erat; de pannis autem pauperculæ, ex ſingulis ſpeciebus partem præciſe dimidiam reliquerunt, idque propter merita Sancti. Franciſcus Fanenſis, iſchiade laborans, facto voto liberatus eſt. Baldus Antonius Eugubinus, Foſſati captus & vinctus ab Hiſpanis, ejuſdem Sancti pie invocati meritis fuit ſolutus. Valentinus Aſſiſias, ab iiſdem comprehenſus & duabus lanceis alligatus, facto voto ſe quoque nocte proxima miraculoſe abſolutum vidit. Pergulana mulier in diœceſi Eugubina feſto S. Ubaldi agrum ab herbis inutilibus repurgabat: monita autem ne tali die operi ſervili vacaret, reſpondit; Nihil juriſdictionis habet S. Ubaldus ex hac parte montium: & ob hunc contemptum nocte ſequenti morte ſubitanea concidit.

*liberantur duo captivi:*

C

*mulier feſtū violans punitur:*

51 Joannes de Baldinocchiis Eugubinus narravit mihi, quod vice quadam domi ſuæ habuerit hoſpitem Bononienſem, apud quem cum magnificaret S. Ubaldum, idque ex merito; dixit hoſpes, S. Ubaldus deberet eſſe cocus S. Petronii: ob quam blaſphemiam mox tantis doloribus correptus fuit, ut mori formidaret. Monuit ergo eum Joannes præfatus, ut veniam poſtularet à S. Ubaldo, ob cujus contemptum hæc tam ſubita infirmitas ei forſan obvenerat: quod cum ille proſtratus in genua feciſſet, mox convaluit. Eugubinus quidam, per Gualdenſem tractum commeans, videnſque agricolam junctis bobus arantem; Ne labores, inquit, hodie, quia eſt feſtivitas S. Ubaldi. Ipſe autem reſpondit; S. Ubaldus nihil habet quod agat ex hac parte flumi- EX ITAL. nis. Et poſtea idem Eugubinus, eodem remeans, intellexit, ipſo die mortuum eſſe ruſtico illi bovem unum, quia non erat reveritus Sanctum. ST. CREM.

*item blaſphemus in Sanctum unus*

*alterque.*

Joannina Bettonenſis, Peruſini Comitatus, toto corpore ingentes paſſa dolores annis octodecim, quorum naturam cauſamque ignorabat, ad S. Ubaldum venit; pulſiſque dæmoniis à quibus vexabatur, intra horam ſeſe invenit ſanam. *Liberatur energumena*

52 Angelus Gambuccii Eugubinus, in articulo mortis conſtitutus, omnibus ſuis liberis convocatis dixit: Filioli mei, eſtote devoti erga beatam Virginem & S. Ubaldum: quia graviter fui à dæmonibus impugnatus hoc tempore, ſed quia per omnem vitam meam Dominicis ſingulis viſitavi eccleſiam utriuſque, ambo mihi nunc apparuerunt meque defenderunt à tanta perſecutione, quam jam mihi inferebant diaboli. Georgius Gianii Lucenſis, ex Fracticiola caſtello Peruſino, cum eſſet ab Hiſpanis captus, pater ſuus eum ad plura loca vovit: videns autem eum non liberari, & S. Ubaldi recordatus; huic quoque vovit, ſi filium liberum reciperet intra triduum, ceream ſe imaginem, quantus erat ipſe, portaturum: & à voto facto ad liberationem filii ſpatium unius dumtaxat horæ interceſſit. Marinus Mariotii Roſelini, ex Pilonico caſtro Peruſino, apud Hiſpanos captivus, tertium fuit per gulam ſuſpenſus: ſed quando jamjam erat expiraturus, idem qui ſuſpenderat eum Hiſpanus funem reſcidit, & ſic in vivis manſit. Huic frater erat, qui inventis ducatis quatuordecim pro lytro ſolvendo, occurrit prænominato Georgio, & hic illi dixit: Noli pecuniam iſtam prodigere, ſed votum facito S. Ubaldo, quod ſi eum liberaverit intra triduum, ceream imaginem ipſi æqualem portaturus ſis: eoque facto ſimiliter non plus quam hora inter liberationem petitam obtentamque fluxit. Franciſcus Georgius de Coſtacciario, videns exercitum Hiſpanorum tranſire domum ſuam, fugit in montem, viditque milites illam ingredi, ac deinde fumum erumpere. Metuens ergo ne illa combureretur, conjecit ſe in genua verſus eccleſiam S. Ubaldi, dixitque: Miſerere mei, S. Ubalde, ne funditus perdar: ſtatimque vidit ceſſare fumum. Regreſſus autem reperit arſiſſe ſolam paleam aſſereſque lecticæ, intactis aſſeribus imminentis ſolarii, & lino quod prope ſtabat. *juvatur moriturus;* *ac tertium:* *incendium reſtinguitur:*

E *alter,*

F

52 In loco Comitatus Eugubini, Canonis nuncupato, narravit mihi mulier, quod tempore quodam exoriente grandi tempeſtate, verſa ad eccleſiam S. Ubaldi dixerit; S. Ubalde, fruges mihi meas ſerva, & ego ex eis quartam unam deferam eccleſiæ tuæ: ſupervenit autem vehemens grando, qui folia omnia ex arboribus decuſſit, mulieris autem fruges non attigit, miraculo impeditus. Tranſiens D Bernardinus de la Brancha, Eugubinus, per Villam Montonenſis comitatus, vidit mulierem, pani faciendo intentam, cui dixit: Hodie eſt feſtum S. Ubaldi, & tu panem conficis? Reſpondit illa: S. Ubaldus nihil habet quod agat cis montes: poſt quæ verba immiſſus in furnum panis, tam niger & putidus extractus inde eſt, ut nec animalia quidem guſtare eum voluerint. Eliſabeth Andreæ qu. Baptiſtæ, de S. Conſtantio Senogallienſi caſtello, obſeſſa à quadringentis dæmonum millibus, adductaque ad S. Ubaldum, ab omnibus intra ſex dies liberata fuit. Lobus, ex comitatu Peruſino, ſex filios habebat mutos, ſurdos & cæcos: facto ad S. Ubaldum voto, ſenſuum integritatem omni- *grando deſtruit,* *panis in feſto coctus putreſcit,* *liberatur energumena* *muti, ſurdi, cæci curantur.*

A omnibus obtinuit; ipſumque miraculum, cum filiis huc veniens, mihi narravit.

*item contractus,*

54 Gratioſus, ex Caſa-Caſtalda Peruſino Caſtro, cum membris contractus neſciret quid rei id eſſet, ad S. Ubaldum deferri ſe fecit, & adjuratus evomuit magnam copiam ſanguinis; itáque pulſis qui eum occuparant dæmonibus, liber ſubito fuit ac ſanus.

*juvatur parturiens,*

Antonius Mantuanus, Nurſiæ habitans, & audiens nobilem Matronam Nurſinam, quintum jam diem parturire, nec eniti valentem periclitari de vita; ad ejus ſe palatium contulit, ipſique impoſuit aliquid de petra ſepulcrali S. Ubaldi: quæ mox enixa fœtum eſt.

*ſolvitur vinctus:*

Marianus de Becolis, ex villa S. Cypriani diſtrictus Eugubini, captus ab Hiſpanis & duabus lanceis alligatus, ſubito ſolutum ſe vidit

*liberantur energumenæ tres,*

meritis S. Ubaldi, mox ut ei votum fecit. Eliſabeth Roſati qu. Archangeli, tribus millibus diabolorum inſeſſa, poſt trium menſium exorciſmos, tandem per merita S. Ubaldi liberata eſt. Magdalena Gaſparini Urbinatis, ſtomachi magna indiſpoſitione laborans, adducta ad S. Ubaldum & adjurata intra ſex dies ſanata fuit. Matrona Nobilis Peruſina, ex voto

B ducens filiam ad S. Ubaldum, cum modico tempore intra eccleſiam ſtetiſſet, faſtidio correpta ſemel iterumque egreſſa erat. Cumque ſibi vim feciſſet ad remanendum in eccleſia, & Sacerdos intonuiſſet, Gloria in excelſis Deo, cœperunt clamare dæmones, Cæſi ſumus. Quare adjurata matrona & intra horam liberata, faſſa eſt per multos annos viſum ſibi eſſe quaſi ignem haberet in corpore, ſumptiſque fruſtra medicinis multis, numquam ſuſpicatam ſe dæmones eſſe.

*item aliæ duæ.*

55 Eliſabeth Mariani, Ser-Jacobi-Antonii Eugubini, infirma & phrenetica, atque duodecimum diem cibo omni abſtinens, deſperantibus medicis, qui eam dixerant ſequenti mane morituram, fuit allata ad S. Ubaldum & adjurata, atque per gratiam Sancti in priſtinam reſtituta ſanitatem. Monacha quædam Veneta, à ſeptem principibus dæmonibus inſeſſa, multiſque annis vexata, cum Venetiis nequiret liberari, ducta eſt ad S. Ubaldum; & intra duodecim dies liberata

*Innocens à carcere & morte liberatur,*

eſt. Thomas Jacobi-Philippi Foroſempronienſis, accuſatus de procurata ſocii cujuſdam ſui cæde, Peruſii captus, tertium fune tortus eſt; ſed quia ſe S. Ubaldo commendaverat, ſecunda ac tertia vice moleſtiam nullam ſenſit. Cumque diutius in car-

C cere detineretur, veſpere quodam S. Ubaldo ſe commendans dixit: Scis omnino quod tibi devotus ſim, cur ergo me juvare non vis? Sequenti autem nocte venit S. Ubaldus, & manu apprehenſum foras eduxit atque diſparuit. Ille nihilominus ſeſe

*item energumenus,*

in induſio videns, voluit pro veſtibus ſumendis reverti: ſed clauſas carceris fores reperit, atque ad S. Ubaldum venit, gratias ei acturus. Petrus Baptiſtæ, Comitatus Fulginii, patiens per omne corpus dolores grandes, & quandoque in amentiam delabens, venit ad S. Ubaldum, pulſiſque dæmonibus eum vexantibus liberatus eſt intra dies ſex.

*levatur dolor capitis*

56 Blaſia, mulier Parenzana, veniens ad S. Ubaldum, graves capitis dolores patiebatur, mox autem ut capite ſuo attigit arcam Sancti, liberata exſtitit. Eadem domum reverſa, ubi nurus ſua ſimilem patiebatur dolorem, frontem ei tetigit Corona, quæ ſanctum Corpus attigerat: ac etiam ipſa ſtatim ſanata eſt. Alia ſimiliter Parenzana, cui no-

*ſuſcitatur mortua,*

men Palma Mag. Antonii de Parenza, narravit mihi hoc miraculum. Habebat filias parvulas duas, quarum major dum tenet minorem inter brachia, ſuper ipſam cecidit grande ſaxum, & veniens mater mortuam reperit: quam cum S. Ubaldo commendaſſet, ſubito movere ſe cœpit ac porro vixit meritis S. Ubaldi. Joannes-Benedictus Manfredi- D ni, de Giezolo, hernioſus, vovit ſi ſanaretur, medium ducatum dare S. Ubaldo: poſt dies autem circiter decem à voto facto, nocte quadam apparuit ei S. Ubaldus in viſione, & dixit: Joannes-Benedicte, vis ſanari? Et ille, Volo, Domine. Experrectus vero ſanum ſe invenit: tanto autem majus videri miraculum hoc debet, quod ille Joannes-Benedictus jam erat annorum quinquaginta. Similiter ruptus erat Bernardinus Paſquini de Giezolo, & videns præfatum Joannem Benedictum ita ſanatum, etiam ipſe votum S. Ubaldo fecit, & eamdem obtinuit gratiam.

*ſanantur hernioſi duo,*

57 Petrus Antonius Frederici Lapicidæ, de Mercatello Urbinatis Comitatus, captus in mari à Turcis, cum aliis quadringentis Chriſtianis poſituſque in navi avehendus, manuſque & renes catenis adſtrictus, atque per menſes aliquot male habitus; ſingulis eorum invocantibus Sanctos quibus quiſque devotius afficiebatur, ipſe Petrus Antonius votum fecit S. Ubaldo, Deiparæ Lauretanæ, & S. Franciſco. Poſt factum autem votum, tertia illuceſcente aurora, plurimum mœſtus dixit; Fierine poteſt, S. Ubalde, ut juvare me nolis, qui tibi de- E votus ſum? hiſque verbis dictis dormire cœpit. Semiſopito autem apparuerunt Deipara Lauretana, S. Ubaldus, & S. Franciſcus, dicentes: Surge & ambula. Ad quæ verba experrectus, vidit ſibi de

*400 Chriſtiani à Turcis capti,*

*invocato & apparente Sancto ſolvuntur & evadunt,*

manibus renibuſque catenas cadere, miraculo ruptas. Iidemque etiam aliis, quamvis alios Sanctos invocaſſent, apparuerunt: quibus ſimiliter catenæ ſuæ exciderunt. Dormientibus autem Turcis, Chriſtiani, conſilio inter ſe inito, illos partim præcipitaverunt in mare, partim captivos fecerunt; atque cum illa ipſa navi vela verſus Italiam facientes, duabus triremibus Venetis occurrerunt: à quibus benigne r ecepti, ſervitutem Turcicam evaſerunt, beneficio beatæ Virginis atque iſtorum glorioſorum Sanctorum.

*item miraculoſe egreſſus è carcere*

58 Checcus de Villa magna, Eugubinus, conjectus in carcerem, cippoque & compedibus juſſu Prætoris conſtrictus fuit, dicente eo; Aſſerunt quidam, ſeſe evadere ex carcere, faciendo votum alicui Sancto: ſcio autem quod me non evadent. Poſtero mane Prætoris verba rememorans Checcus: Et ego, inquit, S Ubalde, ſcio quod me poſſis juvare. Atque his dictis, detraxit ſibi calceos, pedeſque à cippo extraxit, atque per F foramen quoddam egreſſus eſt de carcere. In forum autem veniens, occurrit cuidam majoris eccleſiæ Canonico; qui audita ejus fuga, dixit: Redi ad

*ad eumque regreſſus:*

carcerem, quia violanti illum magna conſtituta eſt pœna: propter exceſſum autem iſtum, cujus reus teneris, parum tibi nocere poterunt. Hiſce perſuaſus in carcerem rediit, rurſumque crura cippo ac pedes ferro inſeruit: deinde venienti Prætori narravit, quomodo egreſſus fuiſſet. Nolens autem ei credere Prætor, experiri juſſit an poſſet extrahere pedes: qui videns id ſe amplius non poſſe, dixit: Verumtamen loquere tali Canonico, qui mecum hæc & hæc in foro locutus eſt. Hunc ergo interrogans Prætor, deque re tota ut acta erat certificatus, obſtupuit, & laudem omnipotenti Deo retulit, facienti mirabilia in Sanctis ſuis.

*liberatur energumenus epilepticus,*

59 Joannes Chriſtophorus Tinti, filius D. Joannis-Antonii Cremonenſis, epileptica infirmitate aliquamdiu agitatus fugiebat, ac deinde cadebat ut mortuus. Medici autem varia remedia experti fruſtra, & dubitantes an diabolicum non eſſet malum iſtud, juſſerunt exorciſmos in eo tentari; quibus ſtatim deterriti dæmones, pelli tamen pluribus nec locis nec vicibus potuerunt, quoad ductus fuit

ad

A ad S. Ubaldum, ubi liberatus eſt ſpatio dierum quindecim. Qua autem die atque hora liberabatur, patre ejus Cremonæ exiſtente, atque ad menſam prandii cauſa ſedente, venit ſenex quidam pulſavitque ad oſtium palatii, eleemoſynam petens in Dei nomine & S. Ubaldi. Ille vero, recordatus filii, panem miſit: quo dato, requiri ſenem juſſit, volebat enim ſecum habere in prandio, quia petierat amore S. Ubaldi. Sed toto vico diligenter quæſitus, nuſquam potuit inveniri: quapropter creditus eſt fuiſſe ipſe S. Ubaldus, quodque eadem hora liberatus erat filius: quemadmodum poſtea vere compertum eſt.

*patre ejus procul poſito & in nomẽ S. Vbaldi eleemoſynã dante:*

60 Marinus Angelus Mariani, Camerinas, pluries in amentiam lapſus, venit ad S. Ubaldum, & horæ ſpatio liberatus fuit. Bartholomæa Franchetti Eugubina, per novem annos cæca, viſum facto voto recuperavit. Matthæus Mag. Franciſci Barberii Mantuanus, Camerini captivus dixit: S. Ubalde, miſerere mei: quod ſi ego propter peccata mea juvari indignus ſum, miſerere uxoris & filiæ meæ: quibus dictis, venit ei cogitatio ut manu percuteret oſtium carceris; eoque miraculoſe aperto, ſecurus Eugubium venit. Ferrarienſis quidam,

*eodem invocato, aperitur uni carcer,*

B perſequentibus eum inimicis, quinquaginta ſcilicet expeditis equitibus, S. Ubaldo commendavit ſeſe, atque in Padum proſiliit; ultraque ſpem ac vires ſuas, cum armis & veſtibus, in alteram ripam enatavit, per merita Sancti. Domini Petrus Antonius & Fredericus de Spacciolis, Piſaurenſes, in rupe Piſaurenſi captivi intra grandem turrim, cum unus ſupra alium vincti tenerentur, is qui ſuperius erat interrogavit alterum, quî ſe haberet. Illo autem reſpondente, quod male; Fac, inquit, votum S. Ubaldo, ſicut feci ego, & tertio poſt votum factum die pedes ferro exutos habui. Vovens ergo etiam ille, quod ſi intra triduum ſibi quoque catenæ excidérent, faceret Sancto Miſſam cantari, tertio ſimiliter die ſolutum ſe vidit, per merita Sancti: atque poſt dies paucos ambo emiſſi ex carcere, & in Burgum S. Sepulcri ſunt relegati.

*aliis duobus catenæ ſolvuntur,*

61 Paulus ab omnibus Sanctis, Eugubinæ diœceſis, de Villa S. Anthimi, tantum ſtomacho dolens ut nihil poſſet operari, & indies magis magiſque extenuaretur, ad S. Ubaldum venit, & adjuratus intra horam convaluit. Puella quædam Parmenſis, energumena facta & adjurata, non poterat liberari. Votum ergo S. Ubaldo fecit pater, & ter-

*mundantur poſſeſſi tres,*

C tio die poſt illud receſſerunt dæmones, magno excitato fragore, pulſi meritis S. Ubaldi. Petrus Antonius Valentini, qu. Nicolutii, tribus menſibus attractus, votum fecit S. Ubaldo & liberatus eſt. Brencolus Rainaldi de Caſa-Caſtalda, & Franciſcus Sebaſtiani qu. Joannelli, de Schiffanoja, manibus, pedibus, brachiis, & collo religati in carcere, voverunt ſeſe S. Ubaldo: qui dormientibus apparens, vinculis eos abſolvit, fugiendique præbuit facultatem. Ruſticus inſulæ Coſtacciarienſis, brachio dolens, venit ad S. Ubaldum: & adjuratus, dolore illo intra horam eſt liberatus.

*duo vincti ſolvuntur:*

62 Anno MDXIX à S. Ubaldo Parmam verſus proficiſcens, & ultra Canthianam veniens ad partem, reperi ibi hominem claudicantem, cui nomen Petrus Antonius; & interrogavi eum, quid mali iſta in tibia pateretur. Reſpondit ille, malum eſſe quod medici Formicam appellant. Ego vero, Non ſunt formicæ, ſed diaboli: vade ad S. Ubaldum & ſanaberis. Poſt duos deinde annos cum rediiſſem ad S. Ubaldum, venit ille, habens in coxa plures plagas adeo fœtentes, ut niſi in aperto aëre adhibere illi exorciſmos nequirem, idque verſa retrorſum facie. Coacti autem adjurationibus dæmones, à plagis ſurſum multo cum illius cruciatu movebantur, quoadúſque per os egrederentur: quanto autem plures egrediebantur quotidie, tanto ille etiam habebat melius, & abſque aliis medicinis, per merita Sancti intra menſem convaluit ac liber fuit. Bernardina Joannis, qu. Laurentii de S. Angelo Urbinati Caſtello, videbatur ſibi crura & pedes habere glaciatos, nec ulla ratione calefactibiles, quod ſi forte pedem aqua tinxiſſet, patiebatur inde per triduum integrum dolores intolerabiles: deinde toto corpore videbantur ei laniari carnes: conjurata autem, liberata fuit ſpatio dierum viginti, millenis dæmonibus quotidie egredientibus, quorum multi etiam loquebantur, præſertim duces ceterorum.

*liberantur à pluribus dæmoniis viri.*

D

*& mulier, diriſſimos paſſi cruciatus:*

63 Hieronymus Philippi de Birufa, Caſtello Perufino, mutus venit ad S. Ubaldum, & loquens rediit. Franciſca Bernardini de Ceresa, à magna multitudine diabolorum inſeſſa, ac fere emortua, adducta ad S. Ubaldum eſt; & intra quindecim dies liberata, pedibus ſuis domum revertit. Exiſtenti mihi Crucigii, Caſtello Perufino, monſtrata fuit mulier, quæ diebus quindecim extiterat muta: quam ut vidi caſumque intellexi, monui ut eam ducerent ad S Ubaldum, ubi intra illud ſpatium temporis quo Miſſa diceretur, loquelam recuperaret: quemadmodum factum etiam fuit. Mulier (cujus nomen reticeo, ut miraculum melius valeam explicare) multis annis paſſa fuerat diabolos tres, à quorum obſcœnitate nequibat ſe defendere: ſed quia valde devota erat beatiſſimæ Virgini, jejunabat infallibiliter omni ſabbato, perque Adventum & Quadrageſimam. Volentes autem diaboli ſuffocare illam, non poterant: quia omni nocte apparens ei per viſum Deipara dicebat: Filia, vade ad S. Ubaldum, & Patribus iſtis confitere peccatum illud, quod numquam ex verecundia es confeſſa. Adveniente vero Paſchate dicebat: Noli, filia, noli cum tanta peccatorum immunditia ſuſcipere filium meum; & ſcito, quod ſatius tibi foret ferrum candens ore tuo excipere, quam filium meum. Tantumque monitis illis ſuis profecit Deipara, ut tandem venerit ad S. Ubaldum: ſed quia non etiam confitebatur, non potuit liberari. Tum vero indignata Virgo, per menſem integrum ei non apparuit: perſeverante nihilominus miſella in jejunio ſolito, rurſum conſpicua in viſione Mater Dei reprehendit eam acriter quod confeſſa non fuerit; confortanſque & hortans redire ad S. Ubaldum: Scito, inquiebat, filia, quod ſi ego & S. Ubaldus te non protegeremus, jam pridem diaboli iſti te ſuffocaſſent. Quadam autem vice cum mulier infelix pannos lavaret, graviſſime tentata fuit ut parvulum filium in caldariã bullientem injiceret: ſed dicebat ei Deipara, Ne facias, ſunt enim diaboli qui vellent ut filium tuum occideres. Denique tot modis eam ſtimulavit, ut ſecunda vice portari ſe fecerit ad S. Ubaldum: ibique veraciter & integre confeſſa, fuit perfecte liberata, per merita B. Virginis & S. Ubaldi.

*juvantur aliæ tres perſonæ,*

E

*& mulier incubis tribus obnoxia, ſed Deiparæ devota.*

*ab eaque ad confitendum inducta.*

F

64 Nobilis matrona Perufina adduxit filiam, à cingulo ſurſum contractam quam ſtatim ac diligenter in Confeſſione audivi, per manus arripui atque dixi, In nomine Jeſu, ſurge & ambula: ſtatimque ſurrexit & ambulavit, per virtutem Sancti iſtius nominis & merita S. Ubaldi, quem devote invocaverat. Alia Matrona nobilis Cremonenſis, gravi obruta melancholia, quibuſdam temporibus etiam à mente alienabatur, & conſternata dicebat ſe ſuos inimicos videre: deinde converſa ad filios, Vos, inquiebat, in me falſum teſtimonium dixiſtis: eratque hoc modo ſibi & aliis inutilis. Medici autem, ſecundum ſuæ artis regulas curare eam aggreſſi, cum proficerent nihil; voto pro ea ſe obſtrinxe-

*Curantur contracta,*

*amens,*

A runt filii, fecerúntque deduci ad S. Ubaldum; ubi adjurati expulſique dæmones, per quos melancholia omnis & mentis alienatio producebatur, liberum reliquerunt. In ipſa autem adjuratione etiam alienabatur à mente: ſed expulſum etiam fuit dæmonium iſtud, quod loquebatur ac metum ſimulabat. Unde clare apparuit, infirmitatem iſtam à diabolo fuiſſe.

*& Epileptici, vir* 65 Marcus Ferrarii de Grado, Parmenſis, morbo caduco laborans, vovit viſitare S. Ubaldum, vigiliam feſti ejus in jejunio ducere, ipſumque feſtum celebrare: jamque tres anni ſunt quod votum illud nuncupavit, & (ſicut ille mihi narravit) liber continuo fuit. Catharina Capella, Parmenſis, eumdem morbum patiens, cum in platea corruiſſet coram uxore præfati Marci, & hæc pro ipſa votum S. Ubaldo feciſſet; ſtatim ad ſe reverſa eſt. Intelligens autem votum pro ſe factum, confirmavit illud, neque poſtea unquam cecidit, meritis S. Ubaldi. *Hactenus deducta, ſi in altera editione aliquando reponantur in locum quarti, quinti ac ſexti Capitis, ex Michaele Eugenio ſumpti; poterunt ad prædicta ex eodem Eugenio ſumi Annotata quædam: & præterea fieri.* CAPVT VII Analectorum ex opere

*ac mulier.*

B prælaudati Eugenii: *tum ſuccedat* CAPVT VIII De familia Baldaſſina: *ac porro, ut res ferebat, mutentur Numeri.*

*Pag.651 num.55, ut res nunc eſt, lin.11* ſic lege — *Non poſſem tamen non ingratus videri Eugubinorum eruditiſſimo Vincentio Armanni, poſt tam ſedulam ad hæc Acta habenda atque illuſtranda navatam nihil operam; ſi, oblata referendæ gratiæ occaſione, non hic agerem de ea familia, quæ* S. Ubaldum *&c.*

*Lin.19 Canonicus Eugubinus* — l. — *Canonicus Cydonienſis in Creta, vulgo Canea in Candia.*

*Lin.21 Notario publico* — lege — *Presbytero Eugubino.*

*Pag.653 num.64* — adde — *Erunt fortaſſis, quin & fuerunt, quibus diſpliceat, in hac Sanctorum hiſtoria, admixtam fuiſſe hujuſmodi genealogicam quæſtionem: quibus reſpondeo; in referenda gratitudine honeſtius ſatiuſque excuſari exceſſum, quam defectum. Eorum tamen prudenti judicio obſecuturus in poſterum, à ſimilibus tanto abſtinebo libentius, quanto id ipſe probo magis: nec prohibeo, quo minus huic operi, aliquando forſitan recudendo, Caput iſtud totum auferant ii, quibus illa res cura erit.*

C

## DE S. SIMONE STOK CARM.

*Commentarius plenior de S. Simone Stok cur omiſſus*

*Poſt hanc tam amplam Miraculorum* S. Ubaldi *retractationem, animus erat, dare* de S. Simone Stok, Ordinis Carmelitarum Burdegalæ in Aquitania, *Hiſtoricum Commentarium ſatis amplum, juxta votum R. P. Philippi à Viſitatione, qui Vitam à Rolando Bucherio ſcriptam, Latine reddiderat, fatebaturque nullam eſſe aut extitiſſe unquam Vitam à Petro Swaningtono Sancti Socio relictam, cujus expectandæ prætextu dilatus à nobis erat Commentarius iſte. Verum ne id vel nunc faciam, multa ſuadent; atque imprimis conditio, Tom.2 Maji pag.717 num.34 ſub finem, nobis propoſita, & Pag. 848 oſtenſa maximis obnoxia incommodis eſſe. Partitio Commentarii iſtius hæc erat.* CAPVT I. Cultus ſacer in Ordine, Vita ante Generalatum, cognomen & familia. II. Privilegium ſacri Scapularis, à B. Virgine Simoni revelatum. III. Chronologia vitæ. IV. Acta in Generalatu, & obitus. V. Vita Gallice ſcripta à Rolando Boucherio. VI. Corpus tranſlatum, communicatæ Reliquiæ, Miracula recentiora. *APPENDIX.* De Burdegalenſis Conventus antiquitate. *Erit fortaſſis cum æquioribus oculis Commentarios noſtros legere incipient Patres iſti; & multa ſuiſmet ſcriptoribus non animadverſa, gaudebunt reperire in illis explicata. Quod ſi etiam tunc exiſtimabunt habere ſe rationes quas noſtris opponant; eaſdem modeſte propoſitas noſtræque diſcuſſioni relictas, ut relinquunt alii, non gravabor expendere, & cum ſinceritate reſpondere; modo ne velint alia nos conditione circa ſuos, quam circa alienos à ſuo Ordine Sanctos verſari. Id ſi non prætendere ſe declarent, priuſquam Supplementum primi Semeſtris componatur edaturque in lucem; invenient congruum ad quædam, poſt editam primam Maji partem nobis objecta, reſponſum, ac pleniorem confirmationem quorumdam hactenus ipſis dubiorum aut necdum ſatis probatorum; quin etiam retractationem ſic ubi opus fuerit: ſin minus, excuſatum velim habeant ſilentium, poſthac de rebus ſuis tenendum, neque ipſum vel malevolentiæ vel negligentiæ imputent.*

D

## DE B. FRANCISCO SENENSI.

*Pag.655 Totus hic Commentarius, & ſequentia Acta transferenda ſunt ad 1 Maji; ac primum in margine notandus annus* MCCCXXV; *deinde in ipſo Commentario (juxta Annot. a ad Append. 1 Vitæ S. Auguſtini Novelli* XIX *Maji) mutanda quædam. Ergo*

*Col.2 lin.1 poſt* — *judicem delegatum* — ſic lege — *patet evidenter, Stylum Notarialem Senenſium non ferre, ut anni initium ſumatur à Ianuario, ſed à die* XXV *Martii. Ne autem dubitare poſſimus, utrum Senenſes communis anni initium, cum aliis pluribus, novem menſibus præverſant (atque ita cum* B. Franciſcus *dicitur obiiſſe Senis* in Vigilia aut die Aſcenſionis Chriſti anno MCCCXXVI, *credi debeat eſſe mortuus anno nobis* MCCCXXVII, die XV aut XVI Maji, *quando celebrabatur Paſcha* VII *Aprilis) an autem, tribus menſibus ſerius quam communiter ſolemus, ſuum annum Senenſes inchoaverint (& ſic obierit Franciſcus, ipſomet anno* MCCCXXVI, die ultima Aprilis vel prima Maji, *juxta rationem Paſchatis, tunc celebrati die* XXIII *Martii) ne, inquam dubitare in hoc poſſimus, faciunt Inſtrumenta Notarialia,* XX *Martii producta poſt Acta B. Ambroſii Senenſis, condita menſe Aprili & Majo anni* MCCLXXXVII *Indictione* XV; *hic enim concurſus haberi non potuiſſet, inchoando annum novem menſibus citius quam vulgo ſoleat. Dicendum eſt igitur quod* 1 dies Maji, *aut ſaltem præcedens* ultima Aprilis, *ultimus fuerit* B. Franciſco. *Vigiliam notant Pocciantius &c.* . . . . . *quod obierit Beatus an. 1326. 1 Maji.*

E

*Deletis ergo* 15 *primis lineis columnæ* 2; *in linea penult. numeri* 3 pro *die* XV *Maji*, — lege — 1 *Maji.*

F

*Deleantur deinde etiam* 16 *primæ lineæ numeri* 4 & ſic legatur.

4 *Porro ut Philippus Ferrarius recte notaverit diem mortis* XXX *Aprilis; erravit tamen circa diem cultus, cum dixit, quod &c.*

*Pag. 656 ad finem prævii Commentarii* — adde. —

*Memoria ejus Veronæ anno 1314 Conventus condendi.*

6 *Eorum quæ vir beatus extra patriam geſſit nulla ſit mentio, vel in Vita, vel in Proceſſu: interim apud Ferdinandum Vghellum Tom.7 Italiæ ſacræ, in Appendice ad Tom.5 col.1454, invenio memorabilem ejus in urbem Veronenſem adventum, ſub regimine Fr. Theobaldi ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini, ad Cathedram iſtam aſſumpti anno* MCCXCVIII, *& in ea uſque ad annum* MCCCXXXI *exeuntem continuati. Verba Vghelli hæc ſunt:* Hoc eodem Præſule, Franciſcus Senenſis, Ordinis Servorum S. Mariæ, qui poſt mortem miraculis claruit, Veronam à Petro de Tuderto ejuſdem Religionis Generali directus, ibidem à Cane Franciſco, pro rerum geſtarum magnitudine cognominato Grandi, perhumaniter eſt receptus. Hic cum gravi morbo detineretur, voto Deo facto, de novo delubro Mariæ conſtruendo, illud in privatis olim familiæ ſuæ

*& quando dandus.*


ædibus

A ædibus excitat, ſtatimque ſanitate donatur. Civitas miraculo excitata eo advolat, piaque vota largitur. Ibi & monaſterium extructum eidem Patri & Sociis incolendum conceſſit, III Novembris MCCCXIV; in quo Deiparæ imago, quæ in dirutis ædibus reperiebatur, in ara collocata fuit: ad cujus pedes Albertus & Maſtinus Scaligeri, Canis Grandis nepotes, genuflexi penicillis expreſſi cernuntur: eaque imago miraculis innumeris, adhæc uſque noſtra tempora, claret. *Ita Vghellus, in hoc ſolum correctus, quòd anni numerum per zyfras exprimens,* 1324 *ſcripſerit ipſe, vel Typotheta ejus ſuppoſuerit; cum certum ſit* Franciſcum *ſaltem anno* MCCCXVI *obiiſſe, & extremos vitæ annos Senis in patria tranſegiſſe, beneficio ſurditatis miraculoſæ prohibitum ultra cum proximo converſari.* D

*Pag.* 658 *poſt Annotata* —— adde ——

*Corporis incorrupti effigies*

*A Vita tranſiturus ad Proceſſum, pro ſolicitanda Canonizatione inſtitutum, in quo iterum facienda mentio incorrupti corporis; congruum cenſeo hic apponere illius in arca ſua jacentis effigiem, ad vivum expreſſam, qualem anno* 1683 *ari inciſam, & Sereniſſimo Principi Franciſco Mariæ, Magni Ducis fratri atque Senenſis Vrbis Gubernatori, nunc S.R.E. Cardinali dedicatam, accepi.*



## DE B. JOANNE CANON. M.

*Vitæ Epitome nuperrime edita.*

*Pag.* 668 *poſt num.* 5 —— adde —— 6 *Annis poſt hæc ſic edita quatuor, prodiit Pragæ anno* MDCLXXXIV Vita & mors Divi Joannis Nepomuceni, *velut* Regni Bohemiæ Thaumaturgi, *&* Patroni de fama periclitantium, per Wenceſlaum Andream Macarium
C de Merfelitz, S. T. D. Metropolitanæ eccleſiæ S. Viti Scholaſticum & Cancellarium, &c. *nonnihilo ſtrictior verbis quam hic datur, ſed ſenſu prorſus eadem; niſi quod quarta fere pars libelli inſumatur laudandæ ac deſcribendæ Metropolitanæ eccleſiæ prædictæ, collectis in Synopſim iis, quæ de eadem eccleſia libro integro, cui Titulus Phoſphorus ſepticornis, vulgavit ipſius dum vixit Decanus Ioannes Pezzina de Czechorod.*

*Pag.* 673 *Annotat.* d —— adde —— *Ita erat cum hæc Balbinus ſcriberet; at quando Merfelitzius ſupra memoratam breviorem Vitam ſeorſim vulgavit,* ſtabat *ibidem* ſuper columna ſancti Martyris effigies, aliquot millium, ex aurichalco, virilis ſtatuæ, artificioſe & pretioſe collocata, *quæ* à prætereuntibus devote colitur.

*Alia brevior.*

*Pag.* 678 *ante Annotata Col.* 1 —— adde —— *Aliæ plures ac breviores, eodem fere ſenſu, habentur editæ cum variis variæ ætatis icunculis ipſius Sancti. Harum antiquior, & Sanctum dimidium repræſentans, in habitu Canonicali priſcæ ſimplicitatis, porrigentem adſtanti pauperi eleemoſynæ quidpiam, & in receſſu aures præbentem confitenti Imperatrici; habet adjunctam Bohemice orationem, quam Henricus Iulius Baro de Blum S.C. M. Conſiliarius in Appellationum Tribunali, Latine mihi in hæc verba reddidit:* Adeſto, Domine, precibus noſtris, quas in commemoratione B. Joannis Confeſſarii deferimus, ut ejus interceſſione & meritis ab infamia & pudore temporali liberati, ante mortem peccata noſtra confiteri, pœnitentiam agere, & ad portum æternæ ſalutis pervenire valeamus; per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen. F

AD

# APPENDIX
## AD TOMUM QUARTUM
## ET DIEM DECIMAM SEPTIMAM MAII.

*Pag. 1 col. 1 lin. 7 addatur.*

S. Reſtituta, M. Calari in Sardinia.

*Pag. 2 col. 2 poſt lin. 2* — adde —

S. Framehildis, mater S. Auſtrebertæ, Monaſterioli in Pontivo.

S. Fabius Mart. an aliquis?

*Ibid. Poſt lin. 4.*

S. Ratho ſive Raſſo Comes, dein Monachus Werdæ in Bavaria.

B *Ibidem ante Prætermiſſos,* — *adde* — Fæſulis in Hetruria?

*Col. 1 inter Prætermiſſos, lin. 5 deletur* S. Franchildis *& lin. 8 ante finem addatur.*

S. Gothardi Epiſcopi Confeſſoris Moguntini *Feſtum Duplex 9 Lect. & Commemoratio* S. Gothardi Hildeſienſis Epiſcopi Confeſſoris, *hodie præſcribuntur in Directorio Eccleſiæ Frideſlarienſis in Saxonia Inferiori, pro anno 1679. Mirum ſane, cum Moguntina Breviaria ac Kalendaria nullam primi faciant mentionem; nec ulla ejus habeatur notitia, niſi ex Catalogis Epiſcopalibus; in quibus tamen ſæpius* Bodardus *&* Budehardus *vocatur; Trithemio* Bothadus; *dicturque* ſepultus in ſacra Valle, nunc Dalheim, & tranſlatus ad S. Albanum inter alios ab Hildeberto: *Ita Ioannes Latomus, Decanus Francofurtenſis, in Mss. apud Serrarium in Moguntiacis; qui Serrarius nihil amplius de illo ſeu* Bothado *ſeu* Gothardo *novit; pluries vero agit de Hildeshemienſi, cujus etiam nomen Kalendaria vetuſta Moguntina habent* V *die, ſed nos* IV Maji.

*Pag. 3 col. 2 ante* Cathanum Epiſcop. *ponatur* —

S. Agrippinæ Virginis Martyris Tranſlatio, *Menæi in Sicilia, hoc die agitur, & ad hunc omnia referuntur ab Octavio Cajetano, in Vitis Sanctorum Siculorum: ſed idem teſtatur, ſolenniſſimum ejus feſtum celebrari, quando de illa agemus,* VIII Julii.

S. Ettonis, Epiſc. & Confeſſ. feſtiva Commemoratio, *agitur hoc die in cœnobio S. Lamberti Latienſis in Hannonia, ratione corporis iſtuc ex propria eccleſia tranſlati: ſed* Natalis *ejuſdem cum Octava ibidem celebratur* X Julii.

*Ibid. poſt Tranſlationem* S. Bernardi *addatur.*

S. Ludovici Regis Tranſlatio Capitis ad Sanctam Capellam, *male relata à Sauſſajo ad* VI *Maji, potius huc ſpectat; cum hac die revera facta ſit, anno* 1306 *feria* III *infra Octavam Aſcenſionis; unde etiam tali Feria, non autem (ut idem Sauſſajus iterum hallucinatur) feria* IV, *feſtum iſtud recolitur per totam diœceſim Pariſienſem. Mirum profecto eſt, Sauſſajum, qui annis aliquot Parochus S. Lupi Pariſiis fuit, & in illius diei Officio proprio ſemper id legiſſe debuit, ſic exerrare potuiſſe. Negat tamen id ſibi mirum in eo videri, is qui nobis utrumque errorem indicavit, Claudius Caſtellanus Canonicus D. V. Pariſiis; quando idem Sauſſajus de S. Agilberto Epiſcopo Pariſienſi agens, cujus & S. Ebregiſili elevationi in Iotrenſi monaſterio præſens adfuerat, anno* 1632, *factum id ſcribat* 1631; *& quæ in Ebregiſili ſepulcro reperta fuerunt, dicat inventa apud S. Agilbertum. Natalis ipſius Sancti Regis agitur* XXV Auguſti.

*Ibid. ante* S. Romaricum, *lin.* 15 *à fine* — adde —

B. Gandolphi Minoritæ Tranſlatio, *facta anno* 1320 *Politii in Sicilia, ipſa die Pentecoſtes, quæ in* XVII *Maji cadebat, una cum Vita ipſius, quam* III *Aprilis clauſit anno* 1260, *refertur ab Octavio Cajetano, in opere de Vitis Sanctorum Siculorum Tom.* 2. *Plura de miraculis ejus à duobus Cephalidienſibus Epiſcopis collecta prodierunt anno* 1622; *quæ expectantes, differimus ipſum in diem, qua ſolennius à Politienſibus civibus colitur,* XVII Septembris.

*Ibidem de S. Syro lin.* 11 *poſt* — *Mss.* — adde — E *itemque in Miſſali Mediolanenſi anni* 1522 *cum inſigni ac propria Præfatione. De ea tranſlatione &c.*

### DE S. TORPETE M.

*Pag. 5 num. 3 lin. ult.* — *nonnihil* — l. — *ſubinde.*

*Pag. 6 num. 6* — adde — *Sauſſajus in Supplemento, hoc die recoli æſtimat* Suſceptionem Reliquiarum ejus in Gallia Narbonenſi, *nam ad hanc pertinet Provincia, juxta veterem Imperii Romani partitionem.*

*Pag. 8 col. 1 Annot.* a — adde — *Non eſt tamen apud Grammaticos novum,* omnem provinciam *dicere, pro* omnibus provinciis *totius Romani Imperii.*

*Pag. 10 Annot.* g — adde — *Mox vero ſecunda poſt linea idem Mombrit. legit,* Clamans ad ſe & plorans; *Taurin.* Ipſe vero clamans eum ad ſe.

*Pag. 11 num. 3 lin. 7 poſt* — *ſub Vicariatu Aquenſi* — adde — *Eſt etiam oppidum* Alaus *(aliis* Alauch, Allauch, Allauc, *&* Alaups *ſcriptum) in Vicecomitatu Maſſilienſi, prope fontem Veccunæ fluvioli, ad Caſtrum Iphium mari illabentis: ſed* Carolus de Venaſque, *lib. de Genealogia & hiſtoria Grimaldicæ gentis,* de Alenzone *legit. Adde quod præter iſtud in eadem Provincia aliud ſit oppidum,* Alenz *dictum; ut incerta prorſus ea lectio ſit, propter facilem inter* n *&* u *litteras commutationem.*

*Ibid. ad finem num.* 3 — adde — *Saxius, Canonicus Arelatenſis, in Nomenclatura Præpoſitorum Arelatenſium, de Vmberto Præpoſito ſcribit, quod* Annonis vitæ æmulus fuit anno DCCCCLXXX; *ut videatur dicere, eum Annone præſidente cœpiſſe: & ſane ſi* Itherius, *Annonis immediatus deceſſor ſecundum ipſoſmet Sammarthanos,* anno Salutis DCCCCLXXVIII ex hac vita migravit, *quid cauſæ eſt cur ea Sedes dicatur tribus annis vacaſſe?*

*Pag. 12 lin. 3* — ſic lege — *indigitari velut gentilitio cognomine* de Grimaldis, *more tunc vixdum naſcenti* — *& in Marg.* — ſcribe — *tunc vixdum appellari cœptorum.*

*Ibid. lin. ult. num. 4* — adde — *Difficultati utrimque exurgenti remedium aliquod facere nititur Ieſephus Antelmius, Forojulienſis Canonicus, & eccleſiæ S. Torpetis Prior, à nobis ad S. Maximam die præcedenti laudatus, librarii temeritati imputans, quod pro* Giballino Grimaldi *&* Pontio Alani, *ſcilicet filiis (quæ ratio filios à patribus cognominandi antiquior eſt, quam quæ à dominiis ſumitur)* de

*Nec hic admittendorum propter incertæ fidei apographum*

A de Grimaldis & de Alaús *ſubſtituerit, notarum, cum tranſcriptio fieret, familiarum nomina, quo modo etiam eidem temeritati imputat, quod, præter omnem Notarialis ſtyli formam, in fine legatur*, & alii firmaverunt, *quos ſcilicet tædio longioris tranſcriptionis præteriri apparet, in originali (ſi extaret) certo inveniendos. Iſtius autem ſuæ correctionis probationem petit Antelmius ex numiſmate, reperto inter rudera arcis Grimaldicæ, dum eam reſtauraret Franciſcus de Caſtellane Grimaldæi ſinus Marchio, qui nobile cimelium continuo tranſmiſit ad Honoratum II Monœci Principem; apud quem illud vidiſſe, cum circumſcripto nomine* Gibelini Grimaldi, *teſtatus ſæpe ſibi ſit Eminentiſſ. Card. Grimaldus, Aquenſis Archiepiſcopus. Sed qui iſta ſic mutare auſus eſt ſciolus, numquid etiam de ſuo, & ex ſui ſeculi uſu, illis addere potuit*, qui communiter rivus S. Torpetis appellatur? *Hoc eſt ergo quod timeo, & quare induci nequeo, ut ex inſtrumento, ſi non fictitio, certe nec accurate nec fideliter ſatis tranſcripto, putem nullum duci argumentum ſolidum poſſe pro tam antiqua* Rivi *illius appellatione, & in eo fundata antiquitate cultus* S. Torpeti *iſtic delati. Neſcio etiam an aliquis ſeculo* X Sinum Maris *vocaturus fuerit* Rivum, *& non* Riveriam, *vel potius* Gulfum; *quæ communiter tunc uſitata vox erat, uti ex Guilielmo Tyrio colligitur.*

B *Num.* 5 *in marg.* ſcribe —— *Sunt qui negent ea tunc nota fuiſſe*, —— *deinde in fine lin. penult. ſic* lege —— *quod prælo maturum eſſe dicebatur cum hæc imprimebantur, fortaſſis autem necdum prodiit totum: prius certe quam hæc in lucem dari potuerunt, per quadriennium ſub prælo relicta, prodiit libellus de eodem argumento ſecundus, de Origine ornamentorum Scutis teſſerariis addendorum; ubi audio eum aſſeverare, ſeculo ſaltem* X *ad finem vergente cœpiſſe uſum cognominum; inveniſſe enim pro annis* DCCCCLXXXVI *&* LXXXVIII Archambaudum de Soliaco Turonenſem Archiepiſcopum, & Regimaldum de Vandome.

*Menetrerius pauciſſima quædam reperit,*

6 *In eamdem fere ſententiam præiverat Menêtrerio Chriſtophorus Iuſtellus, Regis Franciæ Secretarius, in Hiſtoria Genealogica Comitum Arvernæ; ex eorum deductione colligens,* quod uſus Cognominum, *de quibus agimus*, incepit eodem tempore quo Dominia cœperunt eſſe hereditaria; ſcilicet ſub finem Regum Carolidarum, ſceptrum tenentibus Carolo Simplice, Ludovico IV, & Lothario. Nam Gerardus I & Bernardus filius ejus cognominantur de Turre, in pluribus monaſterii Celciniacenſis titulis, quorum

C unus eſt de anno DCCCCXCIV; vivebant autem illi ante & poſt Hugonem Capetum, qui regnare cœpit anno DCCCCXCVIII. Erat ergo mos iſtorum temporum, ut illuſtrium familiarum ſecundo-atque poſt-geniti, dimittentes primogenito ſuo titulum præcipuæ dignitatis, eum acciperent à nomine ſuæ uſu-fructuariæ poſſeſſionis. *In Probationibus deinde ſubjunctis operi primo, producit idem Iuſtellus inſtrumenta duo, quæ nullo ſignata anno, incipiunt*; Ego Geraldus, qui nuncupor de Turre; *&*, Ego Bernardus qui fui filius Geraldi de Turre; *ac deinde tertium de anno* DCCCCXCIV, *quod ita habet*: Ego Bernardus de Turre cedo Deo & ad locum Calciniacenſem.... alodum, quem pater meus Giraldus in ipſa villa habebat. *Hæc Antelmius, haud inepte notans, quod* uſus iſte (*uti accidit in conſuetudinibus cunctis, quæ utentiū moribus ſenſim ſine ſenſu introducuntur*) habuit initia, progreſſum, & conſiſtentiam, ab exeunte ſeculo X uſque ab XII; utque conſentaneum erat initio, id eſt ab anno DCCCCLXX ad annum MXX, raro adhibitus ille eſt; ab anno autem MXX memorato, ſatis frequens fuit uſque ad MLX, ab inde uſu generali receptus.

*uti & Iuſtellus ſub finem ſeculi* 10.

7 *Ita ille, noſter vero* P. *Carolus Faber, in ſua ad me epiſtola, non ſolum pro anno* DCCCCXLV, *ex Flodoardi lib.* 4



*cap.* 33, *adducit Remenſis Archiepiſcopi fratrem,* Theo- D baldum de Monte acuto; *Sed etiam putat ejuſdem uſus initia ad nonum ſeculum retrahi poſſe, ſaltem apud Hiſpanos, eiſque accenſitos Navarræos & Vaſcones; apud quos ſub finem ſeculi* X *jam fere ordinarium uſum fuiſſe, qui alibi tunc primum naſcebatur, probare poteſt Inſtrumentum deſponſationis, inter Sancium Alfonſi Caſtellæ Regis filium, & Guillelmam filiam Gaſtonis Comitis Biernenſis, apud Acherium tom.* 9 *Spicilegii pag.* 125, quod eſt factum Burgis *in Caſtella* IV Nonas Aprilis, æra MXXXVIII (*id eſt anno Chriſti milleſimo*) præſentibus teſtibus..... Didaco Lopi de Haro... Arnaldo de Gavallis, Bernardo de Scentillis, & Guilielmo Raymundi de Doaceto, *ſub ſignis Notariorum Barcinonenſium* Nicolai de Samaret, Bernardi Payarez, Guillielmi Ferrarii. *Hactenus bene: quæ quod Hiſpanos attinet, velut in hoc uſu priores aliis Europæis medii ævi nationibus, illuſtrari quadamtenus poſſunt ex Georgii Elmaceni Hiſtoria Saracenica, ab Erpennio edita; ubi cuidam* Fadlo, *primario Almanonis Chalifæ conſiliario, ad annum Hegyræ* CCII, *Chriſti* DCCCXVII, *adſcribitur, quod* primus adhibuit in epiſtolarum ſubſcriptionibus cognomina & agnomina: ante enim tantum ſcribere E ſolebant homines ab N. filio N. ad N. filium N. *A Mauris igitur Saracenis ad Hiſpanos, ab Hiſpanis ad Gallos Italoſque paulatim propagatus uſus ſit, qui in Europa fuerat una cum Romano Imperio prorſus extinctus. Dico paulatim: nam quæ in Gallia pro* IX *ſeculo prædictus Faber adducit exempla, aut huc non faciunt, aut diverſi prorſus generis agnomina ſunt, ex eventu aliquo alicui in particulari addita (qualia omni tempore in uſu fuerunt, ſed locum non habebant in Actibus Notarialibus) aut ſunt denique patronymica, quorum haud paulo antiquius exordium fuit; non autem cognomina familiarum, ex hereditaria vel uſufructuaria poſſeſſione.*

*Eadem tamen frequentabantur in Hiſpania ſeculo* 11.

9 *Multo minus huc facit Ottulfi Tricaſſini Epiſcopi* reclamatio, ſuper Iſaac de villa Venderenſi (*ita enim legendum puto, non* Venderevenſi) *quem* diceb:t ſuam obtinere parochiam, *ut habent Acta Concilii Tricaſſini II, anno* DCCCLXXVIII *celebrati. Liquet enim Iſaacum iſtum, non appellari ſuo aliquo cognomine, ſed cum titulo Parochiæ, quam in aliena diœceſi ut Parochus occupabat. Inſolens autem omnino fuit, non tantum* IX *ſeculo, ſed etiam* X, XI, XII, *Presbyteris, Clericis, Monachis, Feminis, cognomen addi in Actis publicis, ſicut poſt plures alios Mabilio obſervavit; & tamquam res rara à Menetrerio nominantur Archiepiſcopus & Epiſcopus unus, quorum cognomina invenerit ſeculo* X *ſic notata. Atque hinc patet,* F *quanto cum jure, ante* 2 *Tomum Aprilis, rejicerim, ut fictitiam, Atteſtationem quandam Florentinam, ſignatam (ſicut prætenditur) anno* DCCXLIII; *ubi teſtes allegantur Clerici aut Laici, cum ſuis quique cognomentis.*

*eccleſiaſticis vero non dabantur niſi ab officio.*

*Pag.* 12 *col.* 2 *ad marg. dele* —— * *an* Granceis? *id eſt,* Horreis —— *& pag.* 13 *col.* 1 *item ad Marg. dele* —— *an* Latomias? —— *Ratio redditur pag.* 631.

*Pag.* 13 *lin.* 2 poſt —— *non reperio* —— adde —— *expreſſe autem repetiri ait Antelmius, in aliis antiquis exemplis ſeu tranſcriptis archivii Prioralis S. Torpetis, quæ haud dubie cum authentico collata fuerant, pendente celebri lite inter Priorem & Oppidanos, de poſſeſſione antiquæ eccleſiæ S. Torpetis; quæ demum judicio Pontificio, poſt annorum triginta concertationem, definita fuit anno* MDCXXIII *in favorem Prioris. Ex Regiſtro &c.*

*Pag.* 14 *poſt num.* 12 *nunc* 14, adde ——

*Ea nempe (quam ſupra diximus) lite pendente, conveniſſe inter partes videtur, ut prædicti Patres, illuc introducti ab oppidanis, velut in vacuam incerti juris poſſeſſionem, de qua Communitas poſſet diſponere; ſinerentur iſtic permanere & ædificare, ea lege, ut eum poſtea Patronum agnoſcerent, cui proprietatem Pontifex adjudicaſſet.*

15 *Fortaſſis autem non fuerit abs re hic adjungere partem aliquam ejus diplomatis, quo prænotatam infeuda-*

A *tionem ratam esse voluit, anno* MCCCCLXXII, XVIII *Februarii*, Renatus Dei gratia Hierusalem, utriusque Siciliæ, Aragonum, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corsicæ Rex, Ducatuum Andegavii & Barri Dux, Comitatuumque Barcinoniæ, Provinciæ, Forcalquerii & Pedemontis Comes; *ita exorsus:* Excellens & strenuus nostræ Provinciæ magnus Seneschallus, Joannes Cossa, Comes Troyæ, Baro & Dominus Baronię Grimaldi & vallis Frayneti, adiens nostram præsentiam, suppliciter nostræ Majestati requisivit; ut, cum ipse habeat in sua Baronia juxta littus maris quemdam locum, dictum vulgariter Torre saint Tropés; qui locus ipse ex hostium & perfidorum, illuc mari affluentium, incursibus & insultationibus, quibus aperte ob illius competentem portum continuo subjicitur, extitit jam dudum destructus, & hominum depopulatione consumptus; ex cujus consumptione & destructione causatâ, cetera loca ipsius Baroniæ, ibi in procinctu existentia, quæ sub confidentia defensionis & excubiarum, quæ olim habitatores & incolæ loci S. Torpetis faciebant, valebant clypeari & in tuto requiescere, multa damna necdum ab hostibus excipiunt, quin immo à

B majoribus nostræ fidei inimicis, per interceptionem facultatum & personarum illorum habitantium; volens suis magnis inconvenientibus pro futuro obviare, & suam Baroniam . . . . ad pristinam securitatem reducere, noviter pro ipsius loci populatione, locum ipsum S. Torpetis, tamquam Baro ipsius Baroniæ Grimaldi, infeudavit nobili viro Raphaeli, ex Dominis Garassii, conducenti secum ex partibus ripariæ Januæ magnam gentem &c. *Hic notat Antelmius, loca aliqua* in procinctu ipsius Baroniæ *& olim sub defensione castri S. Torpetis* existentia, *jam inde à quinto seculo nominata fuisse; unde consequi putat, quod ipsum castrum* S. Torpetis *illis omnibus sit, sub hac appellatione, antiquius. Verum hoc mihi non videtur: cum loca illa, licet á multis retro seculis nominata, potuerint constitui sub defensione multo recentioris structuræ.*

*Raphaeli Garassio.*

*an.* 1472 *data in feudum,*

*Porro reliquos numeros* § 3 *&* 4 *promovens, facito ut pro* 13, 14 *&c. numeretur* 16, 17 *&c.*

## DE S. RESTITUTA V. M.

C *Pag.* 19 *num.* 3 *lin.* 11 *post* nuncuparunt — *interpone hæc* — *Addit Caracciolus pag.* 29, *quod* ea S. Restitutæ ecclesia, ipso in loco constituta est, in quo S. Mariæ de Principio oratorium à S. Aspren (*Primus hic civitatis Episcopus habetur*) paratum est: Constantinus enim beatissimæ Virginis imaginem musivo opere refici curavit, addiditque à dextra parte D. Januarii effigiem, & S. Restitutæ Martyris à sinistra. D

*Pag.* 24 *post Annotata ponatur*

## MIRACULUM

### *Ex Octavii Cajetani Tomo* 2 *p.* 249 *de Vitis Siculorum Sanctorum.*

ANno Christi Domini MCCCLXXXII (*in margine est* 1352) Panormi vir quidam leprosus fuit, nomine Nicolaus Citharista, quem Magistratus urbis in ædem S. Joannis (quod publicum Panormitanæ Urbis hospitium est leprosorum, haud longe ab urbe) amandare statuerat. Id ubi audivit Nicolaus, invocare S. Restitutam cum lacrymis cœpit, ut ex eo morbo sanum faceret. Cui B. Restituta de nocte apparens, Nicolae, dixit, noli mœrere: exurge, Archiepiscopum & Canonicos adi, meoque nomine eis defer, ut imaginem meam, quæ in æde maxima est sub altari S. Pauli, in cœnobium S. Claræ, quo par est honore, deportent. Hic Nicolaus ad B. Restitutam; Quodnam Archiepiscopo & Canonicis signum dabo, id imperatum esse à te? Hoc, illa intulit dabis; quod hesterna die Magistratibus deliberatum de te est, ut ad S. Joannis ædem leprosorum demandent; haud tamen fiet: enimvero jam sanus ex lepra factus es. Exurgit Nicolaus, ac persanatum se videt, infestoque ac deformi malo ereptum, perinde atque si corpus ejus numquam deformatum ex eo fuisset. Igitur summo mane Archiepiscopo ac Magistratibus jussa S. Restitutæ denuntiat, visi testem sese exhibet, & in miraculi fidem se sanum ostendit. Quo miraculo permoti Archiepiscopus Urbisque Magistratus, imaginem S. Restitutæ, ab æde maxima desumptam, solenni cum supplicatione, ad monasterium B. Claræ transtulerunt: in quo anniversaria hujus miraculi & & S. Restitutæ memoria, ad XVI Kal. Iunias, celebratur. *Hactenus Cajetanus: ego vix dubito, quin exinde plurimis ibi miraculis claruerit Sancta, quorum si aliqua notata extarent, libenter ipsa hic adjungerem.*

*Leprosus Panormi ab apparente Sancta sanatus,*

*imaginem ejus transferri curat.*

*Post Pag.* 24 *ponatur sequens Commentarius.* F

# DE S. RESTITVTA MARTYRE,

## *CALARI IN SARDINIA.*

D. P.

## COMMENTARII HISTORICI CAPUT I.

De suburbana S. Restitutæ crypta, Reliquiarumque inventione.

An eadem mater S. Eusebii Ep. Vercellen.?

XVII MAII.

*Colitur hodie à Sardis,*

*Rancisc*us Hortola, *Societatis nostræ in Calaritano apud Sardos Collegio devotissimus Adjutor laicus, inter alias cælestium favorum prærogativas, meruit etiam divinitus cognoscere, quibus in locis essent reperienda veterum Sardiniæ Patronorum sanctorum complura corpora; quemadmodum fusius deducitur ad hujus Maji diem* XX, *in Commentario de S. Lucifero Cap.* 19. *Ibi inter productos testes, idque vel de pluribus in genere, vel de nonnullis in particulari sic revelatis deponentes, Testis* V, *meminit* S. Restitutæ; *de qua, quoniam hoc ipso* XVII *Maji à Sardis colitur, ibidem num.* 84 *promittimus in Appendice agere, & quidem tamquam de* matre S. Eusebii Vercellensis Episcopi. *Nunc rebus melius examinatis, ea apud Sardos constantissima opinio nequaquã verosimilis nobis videtur: antiquus tamẽ cultus, adeo certo testatus proponitur, ut omnino non possimus hic de illa non agere. Licet enim, abolitâ memoriâ veri Natalis, hunc ei diem elegerint Sardi, quo celeberrime recolitur Sancta ejusdem nominis passa eâdẽ in Africa, unde hanc supramemoratã ad se venisse persuasi erant* (non-

*in sua veteri crypta, nunc suburbana,*

A (*nonnullis etiam eorum conjectando illuc usque progressu, ut putarent hanc matrem, istam filiam esse*) *jam inde tamen, à tempore florentis ante Saracenorum invasionem Christianitatis, fuisse ejus nomini dicatam ecclesiam persuadet crypta, etiam* S. Restitutæ *dicta, ante suburbanam S. Annæ ecclesiam, adificatam (ut ego quidem æstimo) dominantibus insulæ Pisanis, & sacra deflata destructaque restaurantibus: nam anterioribus illis seculis necdum susceptus ab Ecclesia erat S. Annæ, Servatoris Aviæ, cultus. Est autem ecclesia ista in suburbio, vulgo* Estampache *dicto, parochialis.*

2 *Seraphinus Squirrus Capucinus, librum suum tertium inchoaturus à descriptione prædictæ cryptæ, notat, antiquam Calarim nulla suburbia habuisse; sed fuisse extensam à loco S. Avendratis, usque ad ecclesiam sanctissimæ Trinitatis, spatio ter mille passuum in diametro, sic ut prædictum suburbium olim media urbe fuerit situm; & vulgari traditione dicatur, supra prædictam cryptam stetisse ipsius* S. Restitutæ *palatium, quam nobilem at potentem matronam fuisse dicunt. Vt ut sit,* est ea crypta, *inquit Squirrus anno* MDCXXIV *librum evulgans*, vivâ in rupe excavata, in modum ecclesiæ satis amplæ; ad eamque per duas portas, totidemque scalas, eadem in rupe excisas, descenditur: sic ut dictarum portarum una respiciat ecclesiam prædictam S. Annæ, altera ex adverso plateam S. Restitutæ nuncupatam. Erat autem crypta, ab immemorabili tempore, tota oppleta humo ac sordibus; adeo ut iis exportandis opus fuerit quater mille carrucas onerare. Solum ergo supererat S. Restitutæ nomen, veteri traditione conservatum, quod anno MDCVII movit personas aliquot religiosas ac pias, ut de loco repurgando sacrisque usibus restituendo cogitarent: ipsum vero opus executione mandandum sibi assumpserunt, Doctor Monserratus Rosellus, hujus Regni pro sua Majestate aliquando Visitator, & nunc denique Abbas Sanctissimæ Trinitatis de Sacargia; ac Doctor Medicus Salvator Mostelinus, ipso in suburbio natus, & nunc totius regni Sardiniæ Protomedicus: quorum magna impensa ac diligentia, ipsiusque imprimis medici sua præsentia opus animantis, patuit locus bene spatiosus & amplus.

*olim intra urbem posita;*

*quæ prius oppleta humo,*

*dum repurgatur anno 1607,*

3 Apparuerunt ibidem capellæ duæ, quarum una intus ac foris tota erat musivo opere vestita, in fronte autem præferebat imagines eodem opere concinnatas Sanctarum trium Virginum ac Martyrum, cum suo cujusque descripto nomine, S. Justæ, S. Justinæ, & S. Enedinæ. *Referuntur hæ in hodierno Romano ad diem* XIV *Maji, ubi de iis egimus.* In altera capella, inventa marmoris candidissimi muliebris statua, perquam vetusta, humanæ altitudinis, quæ S. Restitutæ credita, hodie ibidem supra unum altarium collocata cernitur. Reliqua omnis crypta monstrabat vestigia veterum picturarum, sed ab aggesta tot annis humo sic corruptarum, ut nihil distincte cognosci possit, præter unam perquam devotam S. Joannis Baptistæ, quæ hodieque ibi supersest. Dum egeritur humus, inventi fuerunt nonnulli tituli, de quibus infra; quorum tamen plerique incuria operarum sic diffracti prodierunt, ut coaptari partes, & sensus litterarum inscriptarum integrari nulla ratione potuerint. Unus marmoris candidi laterculus, palmum ac dimidium longus & latus, sic insculpebatur. ✠. *IK IAKET B. M. THEODORVS OPT. QVI VIXIT AN. PLVS MIN. XXXXV, REQVIEBIT IN PAKE NONIS IANVARII IND. IIII.* ✠. Alius laterculus initium hoc habebat: *HIC IACET B. M.* deinde in reliquiis secundæ ac quartæ lineæ iterabatur *HIC IA*, &, *HIC IAC.*

*reperiuntur in una capellarum imagines 3 Sanctarum;*

*in altera, statua S. Restitutæ,*

*& fragmina variorum titulorum,*

4 *Squirrus aliique Sardi nil dubitant, quin sub iis tondita olim corpora, omnia fuerint sanctorum Martyrum. Facile etiam ego crediderim, prioris istius loci restauratores, qui seculo* XI *vel* XII *eadem istic composuerunt, eisque aut veteres aptarunt titulos, aut ex veteribus novos formarunt, serio existimasse, omnia ea omnino Martyrum esse: sed eosdem tali in negotio, majori cum pietate ac simplicitate, quam certa ex scientia & solida antiquitatis peritia, fuisse versatos, pluribus & ex professo docui in Appendice ad Tractatum de S. Lucifero. Hic noto, prædictum titulum, sive originarius ille sit, sive ex originario fuerit renovatus, certo convinci non esse* Martyris, *ex nota additæ* Indictionis: *eo quod Indictionum numerandarum initium cœperit anno Christi* CCCXII, *die* XXIV *Septembris, quo Constantinus tyrannum Maxentium Deo auspice profligavit, & simul omnem adversus Christianos persecutionem cessare toto Imperio fecit: persecutio autem quam Apostata Iulianus postea movere cœpit, alterius omnino generis & clandestina fuit. Itaque litteras B. M. non esse legendas,* Beatus Martyr, *sed* Bonæ memoriæ, *aut* Bene meritus, *omnino sustineo: idemque dico de alio similis materiæ ac mensuræ marmore, cui insculptum fuit hoc Epitaphium,* ✠ *HIC IACET B. M. EVGENIVS, QVI BIXIT ANNIS PLVS MINVS LXXX IN PACE, SVB D. (id est, die) XIII KAL. IANVARIAS IND. DECIMA Dico, inquam, corpus quod illa inscriptio notat; quodque, licet non sub illa, è regione tamen illius fuit inventum non procul, in grandi alteque defossa sepultura, supra quam visebantur vestigia unius altaris; corpus, inquam, illud dico, non esse alicujus* Martyris, *dicti* Eugenius *(si vere ad ipsum spectat inscriptio) ac ne* Sancti *quidem, nisi sub eo qui majores decepit errore, ut illum pro tali venerarentur. Inventa autem inscriptio illa cum sepulcro fuit anno* MDCVIII, XX *Iunii. Longius exerravit Dimas Serpi in Appendice S. Georgii Suellensis (de quo ad* XXIII *Aprilis) pag.* 295, *quando SVB D. legit* sub Diocletiano. *Cur autem* Diocletiano *potius quam* Decio, *vel etiam* Domitiano? *Ast nota phrasis est,* sub dic, *atque in Sardos epitaphiis, de quibus agimus, sæpe etiam integre extensa reperitur.*

AUCTORE D. P.

*qui Martyrum esse nimis facile credit,*

*non obstante nota Indictionis ipsis additæ,*

*& breviaturis imperite exime sit.*

5 *Majoris interim felicitatis æstimatum merito est, reperisse tandem Reliquias ejus, quæ potissimum tali loco optabatur & quærebatur, hoc qui sequitur modo.* Sextus jam annus fluebat, à prima post cryptæ emundationem opera, in perquirendo frustra positâ; quando, inspirante Deo, prior fervor recaluit; & piis quibusdam personis suggerentibus atq; instantibus, placuit demoliri altare S. Restitutæ, quod in crypta erat loco primario. Sub eo, ad cornu epistolæ, sex palmos infra terram, inventum est sepulcrum totum ex cæmento compositum; intraque ipsum reperta sunt ossa multa, suavissimum quidem odorem de se emittentia, nullo tamen adjacente indicio nominis, minus apta explendo quærentium desiderio. Gratanter nihilominus recepta sunt; atque in novam arculam translata, deposita fuerunt in parochiali S. Annæ ecclesia: placuit autem novam adhibere precum instantiam, ad votum consequendum. Itaque die XXVI Decembris, in festo S. Stephani, anno MDCXIV, omnes, quibus ea res cordi erat, Confessionis & Communionis Sacramenta usurparunt, Sacerdotes vero Missæ sacrificium obtulerunt; in quibus, partim Clericis, partim Laicis, eminebant Jacobus Scarxionius, Canonicus sanctæ Calaritanæ ecclesiæ; & Hieronymus Polla, ejusdem ecclesiæ Beneficiatus. Sacerdotum vero unus, ipso eodem die, pertentandam porro sepulturâ prædictam censuit: & ad primum ictum, quem fundo illius pertundendo incussit, apparuit grande fru-

*Ibidem un. 1614. 26 Decembris*

*repertum in sepulcro corpus innominatum.*

AUCTORE D. P.

fructum candidi marmoris, quod velut pro cervicali fuerat corpori ibi antea condito. Remoto Lapide isto, non sine labore, propter multam desuper injectam calcem; sub ipso marmore repertum est vas fictile, mediocris capacitatis, instar ollæ, opertum laterculo: introque reposita ossa pauca. Hæc cujus essent, primum agnitum fuit, postquam repurgatum est marmor prædictum; in quo tam distincte expressa apparuerint hæc verba, HIC SVNT RELIQVIÆ SANCTÆ RESTITVTÆ, acsi primum ibi sculpta fuissent: quia latus illud, in quo scripta legebantur, immediate applicatum laterculo, nulli patuerat ærís humive injuriæ, quâ characteres arrodi consumive potuissent.

*deinde Reliquiæ S. Restituta.*

6 Invento qui requirebatur thesauro, pars præsentium istic ad custodiam remansit, alii ad Archiepiscopale palatium festinarunt, nuntii tam boni portitores. Archiepiscopus vero mox ut audivit (*erat hic Franciscus de Esquivel, jam inde ab anno* MDCV *ad Primatialem Cathedram evectus, idem cui Squirrus librum suum inscripsit; anno post editionem tertio, id est* MDCXXVII, *primum vita functus*) Archiepiscopus, *inquam*, B mox ut audivit, tam boni nuntii participem fecit Proregem, Ducem Gandiæ: & simul ambo, cum magno Canonicorum & Equitum Religiosorumque ac Secularium comitatu, ingressi locum, Sanctas istas Reliquias devote adorarunt, interim dum eucharisticus hymnus, Te Deum laudamus, cantabatur: & dicta mox per urbem fama sic commovit universorum animos lætitiaque complevit, ut omnia campana æra, sumpto à Cathedrali ecclesia initio, etiam apud Religiosos ac Sanctimoniales, compulsata fuerint, multique cum cereis ardentibus accurrerint. Extractum porro ab eo ubi tamdiu latuerat loco vas, sacris ossibus fartum, processionaliter deportatum est in prædictam Parochialem S. Annæ ecclesiam; ubi reliquo isto die ac deinde toto sabbato mansit, sub custodia trium clavium, positum in speciali arca. Per eos dies totamque subsecutam Octavam urbs festivissimo exultavit gaudio; sed imprimis suburbium Stampacience, omni musicorum genere & choreis personans, collucente etiam per ignes missiles nocturno cælo. *Sub ipso vero, quod inventum dixi, vase, reperta sunt alia etiam* vasa plura diversarum specierum, in quibus notabiliores erant C figlini duo canthari, grandes ac pleni sanguine, pice, bitumine, similique materia & carbonibus multis, metallo mixtis, *quæ omnia fuisse instrumenta martyrii à S. Restituta tolerati, præsumptio nequaquam temeraria fuit: mihi vero etiam incidit suspicari, pauca illa intra ollam ossa, fuisse membrorum resectorum à reliquo corporis trunco, qui truncus una cum duarum sodalium corporibus (nam trium Sanctarum ossa ibi fuisse ait cap. 4 Squirrus) compositus fuerit intra sepulturam sub altari, esto perierit titulus ejus rei index, eadem forsitan cautela sublatus, qua ipsamet crypta deinde fuit tota oppleta.*

*Monitus Archiepiscopus cum Prorege accurrit:*

*& sacra ossa è tumulo extrahit,*

*cum variis reliquiis Martyrii.*

7 *Quanto certius persuasum erat Sardis*, Restitutam *suam, esse S. Eusebii Vercellensis matrem; quæ, collocato Romæ apud Eusebium Pontificem filio, rediverit in Sardiniam, ibique pro fide Christi fecerit gloriosum martyrium; tanto majus debuit fuisse inventionis prædictæ gaudium. Arca, antiquior de Sanctis Sardois scriptor, id plane asserit hisce verbis*, Sancta & religiosissima femina Restituta (quæ etiam in urbe Calari martyrii consecuta est palmam) post viri obitum excedens insula, Romam venit, ubi ab Eusebio Papa baptisma & nomen dat filio. *Vetustiorem Auctorem necdum comperi: nam quæ apud nos extat S. Eusebii vita, ex Ms. Trevirensi S. Mathiæ, quam Auctor profitetur cellegisse* ex historiis ac Chronicis illustrium virorum, & opusculis ejusdem sanctissimi viri, seu relatione sanctorum Patrum, *hoc solum ait; quod* Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, *qui* sævitia per totum roundum & crudelitate D grassabantur, . . . pater hujus beatissimi viri, de Africa Romam, vinctus attrahitur; prævento divortio in itinere moritur, relicta gloriosa conjuge nomine Restituta, & filia glorioissima virginitate pollente, sed & unico superstite filio . . . . *cum quibus ipsa* Romam venit; ibiq; *filius*, nobilior secunda regeneratione factus, à beato Papa Eusebio, & pro suo nomine, vocatus est Eusebius: *ergo anno* CCCX, *quo Papa ille per quinque menses Sedem Apostolicam tenuit, & quinque ut minimum annis post mortem patris in Sardinia, ut prætenditur; si quidem ante tot annos prædicti Imperatores Imperium deposuerant: qui autem post illos persecutionem continuavit Galerius Maximianus, anno* CCCXI *jussit illam proposito edicto quiescere. Collegis vero ejus tantum negotii cum Constantino fuit, ut, quamvis Christianos odissent, lædere tamen eos magnopere non possent ubi præsentes non aderant. Tum vero nulla causa adfertur, quæ matrem coëgerit in Sardiniam regredi, relicto Romæ carissimo & adhuc adolescente filio; adeoque vereor ut opinio illa Sardorum fundamentum aliud unquam habuerit, quam identitatem nominis, nimis sæpe fallentem.* E

*Illam credunt Sardi fuisse matrem S. Eusebii Vercellensis;*

*ex cujus vita aliud non habetur,*

*quam ejus quoque matrem Restitutam vocatam.*

## CAPUT II.

### Elevatio reliquiarum S. Restitutæ, & miracula ad ejus invocationem patrata.

ANno jam dicto MDCXIV die XXVIII Decembris, qui Dominicus erat & festum SS. Innocentium, apparuit crypta, primo mane reserata, insigniterque adornata tota tapetiis, magni pretii ac præstantis operis; altaribus etiam instructa splendidis: relatæq; sunt eodem Reliquiæ intra prædictum vas, ac collocatæ super altari, multo cum lumine cereorum ac facularum, magnoque devoti populi concursu, cui crypta illa conversa in paradisum videbatur, suavissimâ undique symphoniâ vocum atque instrumentorum personans. Celebrata deinde est Missa solennis à D. Francisco Martis, Canonico & Vicario generali, assistentibus sibi DD. Melchiore Tenza & Cosma Scarxonio, item Canonicis, aliisque Beneficiatis nonnullis. Postea sermonem ad populum habuit ipse hujus historiæ Auctor Capucinus, de laudibus Sanctæ, deque magnitudine beneficii, in civitatem Calaritanam hac revelatione Reliquiarum divinitus collati. Sub vesperam cœpta est ab ecclesia Cathedrali duci pompa processionalis hoc ordine. Præcedebant Confraternitates opificum, sub suo quæque labaro; videlicet Hortulanorum, Bajulorum, Sutorum, Lignariorum, Ferrariorum, Sartorum, ac Caligariorum: tum immediate succedebant Confraternitates, Dominæ nostræ de Itria, Dominici Sanguinis, sanctissimi Rosarii, S. Ephisii, Mortis ac Misericordiæ, multis facibus ardentibus instructæ; deinde Religiosi Ordines & Clerus Parochiarum urbis. Tantus autem erat procedentium numerus, ut, quamvis plus quam milliaris unius circuitus faciendus esset, prius tamen ad S. Annæ ecclesiam præcessores pervenerint, quam à Cathedrali efferretur Crux, Beneficiatis, Canonicis, & Archiepiscopo Pontificaliter induto prælata, comitantibus eosdem Juratis & Cancellariis civitatis. 8

*28 Decembris ornata insigniter crypta,*

F

*ducitur à Cathedrali ad eamdem Processio:*

9 Ingressa in cryptam pompa est per ostium, quod respicit ecclesiam S. Annæ; & egressa per alterum, ducens in plateam S. Restitutæ, per medium, quod ibi est, forum. Cum autem in eamdem cryptam

*& hinc acceptæ Reliquiæ,*

A cryptam Archiepiſcopus venit, recta perrexit ad altare, ſupra quod ſacræ Reliquiæ ſtabant, eaſque impoſuit eleganti feretro, cum pluribus tædis, itumq; cum iis eſt ad eccleſiam S. Annæ: ibidemque rurſus collocatum eſt vas prædictum, intra eamdem in qua nuper arcam, tribus ſeris munitam: & ſic relictum, quoad in crypta aptaretur locus, in qua deinceps ſervaretur. *Hactenus Caput illud* 4, *poſt alia vero totidem ſequens Caput* 9, *intermiſſum ibi argumentum ſic proſequitur*. Aptatus eſt autem locus, hoc modo. Iſtic ubi repertæ Reliquiæ fuerunt, extructa ſub altari fuit ſubterranea capella, perquam formoſa & devota, cum altari ad Miſſas dicendas, ad quas frequens populus ſolet convenire. Supra ipſam capellam eſt alterum illud altare, cujus ſuperius meminimus; & ſupra illud, ſpatio ſex palmorum, excavatum eſt in rupe armarium, triplici crate ferrea totidemque ſeris ac clavibus præmunitum. Facta eſt etiam dives arcula, foris ac interius operta holoſerico, cum limbis aureis: quæ ipſa etiam ſeras tres habet, totidem inauratis clavibus aperienda: & in hac poſitum eſt vas cum Reliquiis S. Reſtitutæ, nec non Reliquiæ trium

B iſtarum Sanctarum, quæ repertæ fuerunt in ſepulcro, ſupra ipſum vas olim extructo. *Has ne opiner* SS. Juſtæ, Juſtinæ, & Henedinæ *eſſe, quarum imaginibus & nominibus ornatum fuit ſacellorum in eadem crypta unum, facit ipſa diverſitas ſitus. Iſtæ enim, ſi hac in crypta fuerunt tumulatæ, fuiſſent potius in illo ſuo proprio ſacello requirendæ & inveniendæ. Maneant ergo potius Anonymæ duæ, & tertia ipſamet* S. Reſtituta *putetur; præſertim ſi periti anatomici & chirurgi, diſcretis trium corporum pro junctura rum proportione oſſibus, uni minus integro repererint deeſſe ea ipſa, quæ in vaſe fictili opinatus ſum ideo ſeorſim collocata à reliquis, quia fuerint ante mortem ſub carnificinâ martyriali reſecta, puta manus, pedes, aut brachia.*

19 Dies tranſlationi electus eſt XVII Maji, quo ipſo martyrium Reſtitutæ recolunt Sardi, æque ac Neapolitani paſſionem Reſtitutæ alterius: datum autem feſto initium eſt in ſabbato, XVI menſis prædicti, cum prius fuiſſet crypta magnificentiſſime exornata, cantatis ſolenniſſimis Veſperis, & multis per noctem ignibus miſſilibuſque lucentibus, per totam deinde Octavam

C continuatis. Dominica mane, poſt celebratam Miſſam, rurſum ad confertiſſimam multitudinem habitus eſt ſermo de Sancta, & ſub veſperam fuit ducta proceſſio; quæ egreſſa à S. Reſtitutæ eccleſia, circumducta per totum Stampacienſe ſuburbium, nihilo minus ſolennis fuit quam prior: eam enim comitabantur omnium Opificiorum Ordinumque labara, & cruces Parochiarum cum majoris eccleſiæ Clero. Deferebatur autem Sanctæ Statua, & poſt eam arca ſanctarum Reliquiarum, comitantibus Juratis aut Senatoribus urbis, D. Franciſco de Caſtelúi, Marchione Laconi & Vicecomite Selluri; D. Hieronymo de Servelló, Comite Sedíli; omnique nobilitate Calaritana, ſumptuoſe ſplendideque veſtita. Regreſſa porro ad cryptam proceſſione, poſita eſt arca unà cum titulo prænotato intra prædictum armarium, ubi valde bene cuſtoditur. Octava die rurſum Miſſa & Concio, ut primâ; rurſum ſub veſperam Proceſſio ducta eſt, per forum Stampacienſe; & reducta, per oſtium quod reſpicit S. Annam; eodemque in foro ſpectata eſt inſignis valde repræſentatio, cum multis miſſilibus ac gaudio univerſali.

11 Non prætermiſit divina bonitas Sanctam Martyrem novis cohoneſtare miraculis: ipſo enim die XXVI Decembris, quo inventæ ſacræ Reliquiæ fuerunt, cum D. Jacobus de Caſtelúi, Marchiõ Laconi, graviſſimis exhauſtus febribus, vitam utcumque traheret à medicis deſperatam; mox ut audivit inventum fuiſſe corpus S. Reſtitutæ, magna cum devotione ipſam invocare cœpit; pollicitus quinquaginta Ducatos, pro opere eccleſiæ ſuæ: eodemque momento temporis melius habuit, atque intra paucos dies, una cum Marchioniſſa uxore ſua, ad prædictam S. Reſtitutæ eccleſiam venit; ubi devotius confeſſi atque communicati, obtulerunt prædictos quinquaginta Ducatos, cum Alba ſacrificali ad miniſterium eccleſiæ. Mag. Antonius Leca, Stampacienſis inquilinus, & uxor ejus Joanna, ſimul ambo, eodem prædictæ inventionis tempore ægrotabant, non ſine maximis per omnes artuum compages doloribus; Sanctam autem invocantes, in ſomnis pariter ipſam viderunt. Illis deinde expergiſcentibus, dixit mulier: Mag. Antoni, vidi S. Reſtitutam, quæ me ſic ſanavit ut nullum prorſus incommodum ſentiam. Idem, repoſuit Antonius, dictum & ego tibi volebam. Itáque mane aſſurgentes, ſani ac læti venerunt ad Sanctæ eccleſiam, gratias pro beneficio accepto relaturi. Benedictus Orlandus, Sutor Genuenſis, in Marina, Calaritano ſuburbio alio, graviſſimo capitis torquebatur cruciatu jam annum & amplius: eâdem vero nocte, qua poſt intellectam Inventionem, Sanctæ ſe commendavit, ipſam ſibi conſpicuam dormiens habuit, mediaque ex parte ſublatum dolorem experrectus ſenſit. Commendans porro iterum ſeſe, iterum ſopitus fuit, & ſimili iterum viſu recreatus: mane vero venit ad eccleſiam acturus gratias, & quid ſibi acciditſſet palam omnibus enuntiavit.

12 Joanna Milia, Calaritana, famula viduæ Antoniæ Concas & Famaſſi, de lecto ſurgens in Vigilia Natalis Domini, biduo ante Inventionem præfatam, cecidit è ſcalis; cumque dexterum brachium ſuſtuliſſet ad protegendum caput, extenderetque quam longe poterat; ipſum vacuo impingens aëri, graviter quidem læſum non fuit, diſlocata tamen fuit nodi ejus junctura. Advocatus ad illius curam urbanorum chirurgorum peritiſſimus unus, per dies viginti duos adeo profecit nihil, ut pejus ipſam habere fateretur ultimo, quam primo lapſus die. Videntes ergo, tam domina quam famu- F la, nullum humanitus remedium eſſe ſperandum; invocaverunt, magna cum devotione & fide, S. Reſtitutam. Res mira! Die poſtero mane ſurrexit infirma, tam ſana & omni dolore libera, acſi nihil umquam paſſa eſſet; utens brachio, ſicuti ſolebat ante lapſum. Quæque poſt eumdem lapſum non potuerat elevare brachium, ad imprimendum fronti Crucis ſignum, nihil prius fecit quam ſignum illud ſanctum: ac poſtea perrexit eo ſic uti, acſi nihil incommodi acciditſſet, multa cum admiratione domeſticorum, ſed imprimis chirurgi ipſam curantis, jurantiſque malum non fuiſſe humana arte medicabile, ſeque rem certo miraculo attribuere. Mox autem, tam ancilla quã domina, gratias acturæ venerunt ad eccleſiam, propter receptum beneficium.

13 Maura quædam Mahometana, Marchionis Laconenſis mancipium, febri laborans lætali, depoſitaque à medicis, quamquam adhuc Pagana; intellectis tamen multis S. Reſtitutæ miraculis, atque imprimis ipſius Domini ſui curatione; eamdem Sanctam advocavit in auxilium ſuum, eademque nocte ipſam vidit curare ſuam infirmitatem. Biduo poſt accerſivit D. Hieronymum Polla,

AUCTORE D. P.

*deferuntur ad proximã S. Annæ,*

*interim aptatur in crypta locus,*

*recipiendis trium Sanctarum oſſibus:*

*illuc relatis 17 Maji 1608,*

*ſub proceſſione quali prius.*

*Ipſo die Inventionis ſanatur deſperata febris,*

*item conjuges duo poſt viſionem Sanctæ,*

*diuturnus dolor capitis,*

*diſlocatum incurabiliter brachium,*

*ſerva Maura febricitans,*

AUCTORE D. P. Beneficiatum Cathedralis Calaritanæ; deditque ei quatuor ſolidos, ad emendum cereos in uſum eccleſiæ S. Reſtitutæ; narrans ei, quomodo ſibi apparuerit Sancta, ſanitatemque reddiderit. Ivit Polla, & Miſſam celebravit ad altare Sanctæ, Deum rogans, ut quam, per Sanctæ iſtius merita, dignatus fuerat corporaliter ſanare; eamdem illuminans, donaret ſalute animæ, atque ad noſtram ſanctam fidem converteret. Poſt octo dies venit ad eccleſiam Sanctæ Maura, digitumque in imaginem iſtic ſtantem intendens; Ipſa eſt, inquit coram omnibus ibi præſentibus, quæ me curavit & ſanam fecit. Monita vero à circumſtantibus, ut Chriſtiana fieret, futuram ſe promiſit, & abiit. Capitaneus Andreas Perez, ejuſque uxor Helena Perez & Otger, continuis febribus in præſens vitæ periculum adducti, ſalutem deſperantibus medicis, ipſo dictæ inventionis tempore S. Reſtitutam invocarunt; ſtatimque ſanati, continuo proceſſerunt ad eccleſiam, & Miſſam unam cani, alteram privatim legi fecerunt, in gratiarum actionem; atque eleemoſynam honeſtam reliquerunt, ad opus eccleſiæ. Joanna Pinna & Martis, uxor Hieronymi Martis, publici in Suburbio Stampacienſi Notarii, rigore febrili æſtibuſque alternis laborans; ſana fuit, mox atque in potu ſumpſit raſuram unius ex carbonibus, qui ſub reliquiis Sanctæ reperti ſunt.

*curatur & convertitur.*

*item par conjugum,*

*& mulier quædam.*

B


## CAPUT III.

### De corporibus aliis ibidem refoſsis anno MDCXX.

14 *S. Reſtituta Sodalitas permiſſa denuo cryptam ſcrutari,*

NOn multis poſt hac annis, *ad promovendum ejuſdem Sanctæ cultum, inſtituta, Confraternitas fuit, ſub ejuſdem patrocinio & nomenclatura; quæ ipſam Sanctæ cryptam pro oratorio habens*, cœpit anno MDCXX divinitus inſpirata ſcrutari, obtenta ab Archiepiſcopo facultate, num quæ aliæ iſtic laterent Sanctorum Reliquiæ, aſſiſtentibus ſibi Canonico & Vicario Martis, atque Archiepiſcopalis menſe Secretario Gaſpare Sirigú, *uti Capite* XI *& ſequentibus quinque Squirrus proſequitur.* Hoc agentes, die VII Junii, prope eum locum ubi inventa erant S. Reſtitutæ lipſana, repererunt ſepulcrum, ac ſupra illud poſitum marmor album menſuræ mediocris, cui ex una quidem parte inſculpta erant tria corda; duo, gladiis confixa à dextro latere in ſiniſtrum; tertium, è converſo trajectum ſagitta; omnia autem tria ſuperne coronata, cum palmis totidem, per medias coronas jacentibus, hunc in modum.

C




*Invenit 7 Iunii tria corpora, Virginum MM.*

Ex altera parte Crux ſpectabatur, infima ſui parte longior, atque ita toti marmoris altitudini commenſurata, cum tali ad latus unum inſcriptione: *HIC IACENT SANCTISSIMAS, DOROTHEA, THEODORA, ET EVGENIA, MARTIRES ET VIRGINES, Q. DEPOSITAS SVNT, VBI REQVIE-*

D

*BIT CORPVS S. RESTITVTA M. ATE DCCCCX.*

15 *Vltimæ notæ ſi legantur*, ante nongenteſimum decimum annum Chriſti, *ſuadebunt quidem primam S. Reſtitutæ tranſlationem factam fuiſſe ſeculo* X *ineunte; ſed perſuadere non poterunt, ſcientibus, inſulam multis ſeculis per Saracenos poſſeſſam, abolito pene omni veræ religionis cultu, in Chriſtianorum Piſanorum ac Genuenſium poteſtatem primum veniſſe, communibus eorumdem armis ſub actam, anno* MXV. *Itaque legerim ego* ante annos nongentos & decem. *Et ex ſolœciſmo Hiſpanico, quo* Sanctiſſimas *&* Depoſitas *ſcribitur, pro nominativo plurali* Sanctiſsimæ *&* Depoſitæ, *conjecturam faciens de tempore ſculpti epitaphii, de ſeculo ſcilicet* XIV, *quo Aragonii ereptam Piſanis inſulam obtinuerunt, & ipſam denique Calarim ſub annum* MCCCXXX *in ſuam redegerunt poteſtatem; aſſumam mihi facultatem divinandi, quod prima Sancta Tranſlatio facta fuerit, ſaltem ex mente auctorum Epitaphii ſub medium ſeculi quinti à Chriſto nato, Theodoſii Iunioris ætate, qui cœpit anno* CCCCVIII, *&* CCCCL *deſiit imperare. Quo autem argumento ſciverint bardi illi definire iſtum annorum numerum, non eſt facile divinare: notati alicubi anni Imperatoris prænominati, potuerunt ſubſidio ad hoc fuiſſe. Inſtrumenta etiam mortis, diſtinctius expreſſa in lapide, veroſimile faciunt, plus aliquid reſcitum fuiſſe de Sanctis illis, cum iſta ſculperentur, quam hodie ſciri poſſit; & hoc ſatis eſſe, ad firmandam credulitatem antiquioris earumdem cultus, ante irruptionem Saracenorum, quem Aragonii Reges eorumve clientes renovarint. Prædicto autem die* VII *Iunii à ſepulcro educta tria iſtæc corpora fuiſſe, indicat Squirrus, ſuamque narrationem ſic proſequitur.*

*tamquam ante annos 910 ibi depoſita:*

*qui videntur ab an. 1370 retrotrahendi;*

*addebant etiam ſigna Martyrii.*

E

16 Die XVII Junii inventum eſt etiam aliud ſepulcrum, eductaque ut Sanctorum Epiſcoporum ac Martyrum tria corpora, fidem faciente marmoreo laterculo, ſic inſcripto

*Item 17 Iunii tres Epiſcopos Martyres,*

*S. IANVARIVS EPP. ET M.*
*S. LVDOVICVS EPP. ET M.*
*S. EGIDIANVS EPP. ET M.*
*SVNT AFRICANVS.*

*Vbi noto, Sardos in fine vocum libentius* V *quam* O *pronuntiare ac ſcribere. Ita* Santu Teru *dicunt, teſte Squirro pag.* 328, *qui Hiſpanis diceretur* Santo Theodoro; *adeoque* Africanus *ponitur, pro Hiſpanico plurali indeclinabili* Africanos, *ut idem ſit quod Latine ſcriberetur* Africani. *Sed quomodo, ſi ex Africa tranſlati in Sardiniam, aut vivi aut mortui, inter eos potuit* Ludovicus *aliquis reperiri? nec enim tale nomen ſcimus uſquam uſitatum ante* VIII *ſeculum. Profecto vel Anonymis Martyribus nomina poſuerunt, ipſi qui eos huc tranſtulerunt (ſic ut ſæpe contingit illis, quorum corpora ex Romanis cœmeteriis eruuntur, & transferuntur) vel obſcuratis diuturno ſitu nominis unius characteribus, ex* Cleonico *vel ſimili aliquo nomine factus eſt* Ludovicus.

*cum perperàm inducto nomine Ludovici.*

F

17 Ejuſdem menſis Junii die XXI, inventa ſepultura alia; & eductis quæ intus continebantur oſsibus, creditum eſt reperto pariter epitaphio tali: *HIC IACET B. M. CATHERINA M. ET V. SS. IN XPTO*: præponebatur autem his verbis, per quatuor lineas partitis, Crux altior, ex cujus baſi hinc palma inde clavus trabalis aſſurgit, velut indicium pertuſi tali inſtrumento capitis. *Verum eadem hic quæ ſupra difficultas occurrit ex parte nominis, nulli veterum cogniti. Et hoc apud Græcos quidem, poſt inventum in Sinai monte ſanctæ unius Martyris corpus, ſeculo* VIII *vel nono primum ſic exprimebatur, ut eſſet* S. Ætaterina: *occaſione autem ſacrarum in Paleſtinam expeditionum ſeculo* XI, *idem nomen, ductum ad notitiam Latinorum, prima ſyllaba fuit ab eis mutilatum. Non apparet autem veroſimile, quod idem*

*21 ejuſdem invenitur aliud ſub nomine S. Catharinæ V. M.*

A *idem ſic decurtatum notum fuerit in Sardinia, ante hanc de Saracenis receptam. Quare hic idem dicendum, quod ſupra; aut, corruptis epitaphii veteris litteris, ſubſtitutum eſſe* Catharina *pro* Catulina, *(Latina voce, ſed tunc cum reſcriberentur Epitaphia minus obvia) vel ex arbitrio poſitum alicui Anonymæ, eo promptius, quod apte jungeretur alteri, tunc ibi pariter collocatæ* Barbaræ; *quodque par utriuſque apud Latinos fuerit medio ævo celebritas poſt* XI *ſeculum.*

18 *Pergit enim Squirrus, & ait, quod* XXIII menſis prædicti, inventa eſt ſepultura, cum corpore muliebri, & latere ſic inſculpto, ut poſt grandem atque æquilateram Crucem hæc legerentur; *S. BARBARA V. ET M. Q. VIXIT ANNIS XXX. Ne autem exiſtimetur à Nicomedienſi hujus nominis Martyre,* IIII *Decembris coli ſolita, ſumptam iſtius appellationis occaſionem; notat idem Squirrus, populari traditione teneri, quod* prope vetuſtiſſimam iſtius nominis eccleſiam, tertio ab urbe Calari milliario, fonticulus ſalit, quo irrigatum territorium Sardoâ lingua dicitur la Eſcapſada, Latine Decollatæ diceretur, eo quod iſtic putetur S. Barbara caput reſcindendum deBdiſſe; *cumque de Nicomedienſi id nequeat verificari, etſi ſolam hanc nunc vulgus noverit; putat idem Squirrus, appellationem iſtam eſſe à quadam Barbara propria Calaritana, cujus corpus iſtud fuerit. Ea de re ſentiat unuſquiſque ut lubet.* XXVI Junii ſimilis fortuna obtulit fodientibus aliud ſepulcrum, intraque ipſum, una cum duorum corporum oſſibus, laterculus dicens: *HIC IACENT S. THEODORETO ET FELIX*: in capite autem ejuſdem laterculi ſculpta erat Crux, inferne longior, cum baſi, ex qua ad pedem ipſius Crucis, hinc palma, inde pecten ferreus exurgebat, indicia, *ut putabatur,* martyrii.

19 Denique III Julii detecta ſunt corpora, titulo hujuſmodi inſignita: *HIC IACENT PVELLE S. TECLA, ERASMA, ELIA, AQVILA, ET AGNES, QVE IN DOMINO MORIVNTVR, IN ANNO DOMINI, CCCXXXV, DIE III IVLII. Quo anno licet nulla fuerit occaſio Martyrii, niſi forte ab Arianis; Martyres tamen haberi vult Squirrus, quia longiori in fronte laterculi ſculptæ Cruci appenſa eſt corona laurea. Sed eâ ſolâ nullatenus notari martyrium, non magis quam Cruce, probatum in Appendice invenies ad S. Luciferi Acta num.* C *136. Eſt tamen aliquid, quod una omnes die mortuæ dicantur; ſed perquam debile argumentum; cum ſimultaneæ mortis plures aliæ poſſint excogitari cauſæ, in Sanctorum Vitis non caritura exemplo. Adde, quod neque tam cito ſævire cœperint in Orthodoxorum corpora Ariani, neque id potuiſſent Calari, præſente ibidem adhuc S. Lucifero, zeli ardentiſſimi Præſule; qui etiam in ſuis contra Conſtantium Imperatorem libris non omiſiſſet ejuſmodi facinora, ſi vere eſſent ſub oculis ſuis & vivente etiamnum Magno Conſtantino tentata, exprobare Arianis. Omnia autem iſtæc* corpora delata fuerunt in domum Archiepiſcopi, una cum aliis Sanctis, in novo, quod moliebatur, Sanctuario collocanda; ſic tamen ut ſingularum partes nonnullæ ſint relictæ in crypta S. Reſtitutæ. *Porro ſi hactenus nominati & nominandi debeant aut poſſint honorari cum titulo ſanctitatis (cur autem non æque poſſint atque tot Martyrum Romanorum corpora, nihilo certioribus indiciis, talium vere eſſe credita?) honorabuntur in eorum fide, qui ipſas in præfata crypta ſub iſtis titulis ſic innovatis collocarunt, ſeculo* XII *&* XIII. *De omnibus vero dici poſſe videtur, nullum aptiorem diem annuo cultui ſingulorum poſſe deligi, quam quo vel inventi ſunt, vel ad Sanctuarium aliquod tranſlati fuerunt.*

20 *Vnum hic mirari quis poſſet, qua ratione factum ſit, ut ſuburbana omnia Calaritanorum Sanctuaria, ſiquidem ſic exornata non fuerunt ante Saracenorum invaſionem ſex vel ſeptem primis ſeculis, ſed primum ſub Dominatu Piſanorum, aut etiam Aragonenſium ſeculo* XIV *ineunte: qua, inquam, ratione factum ſit, ut ingeſta humo ſordibuſque oppleren-tur, ac pene ex notitia hominum abirent, eodem vel altero poſt ſeculo; nec ulla nunc ſuperſit in ſcriptis hiſtoriiſve memoria alicujus cladis vel irruptionis barbaricæ novæ. Omnibus autem penſatis, nihil occurrit veroſimilius, quam quod ſub medium ſeculi* XV, *Turcis, totam fere Græciam ac Pelopponeſum Inſulaſque Archipelagi occupantibus; Mauris, piraticam impune exercentibus univerſo mediterraneo; Aragoniis vero, totas ſuas vires curaſque intendentibus in utriuſque Siciliæ regnum obtinendum; vicini ex Africa barbari denuo cogitaverint de recuperanda Sardinia, aut forte etiam ipſam Calarim obſeſſam aliquamdiu tenuerint; qua occaſione facta ſit illa ſuburbanorum Sacrariorum deſolatio, quam ſuperſtites hodiedum ruinæ teſtantur; & ſubterranea iſtæc oratoria ſic oppleta, ut* E *nulli amplius uſui eſſe poſſent, ingerentibus humum Barbaris; vel etiam ipſiſmet Chriſtianis, ut condita inibi corpora à ludibrio libidineque barbarorum tanto certius defenderentur, quanto eſſent altius abdita. Et quia infelici iſtoc ſeculo Europa pene tota, & maxime in remotis iſtis inſulis, omnino refrixerat Religionis Chriſtianæ cultus, bonaque litteræ conticuerant; videtur fieri potuiſſe, ut omnis cura reſtaurandorum illorum, quæ dixi, Sacrariorum exceſſerit è Sardorum animis; nec quidquam ad poſterorum memoriam ſcriberetur, quo temporis iſtius, licet non admodum remoti, Acta conſervarentur.*

*Pag.* 27 *num.* 2 *de* SS. Heraclio &c. *col.* 2 adde ---- *Sauſſayus in Supplemento, Gæſinii confuſionem ſecutus, eamdem auxit;* Victorem *ac primum Duces faciens trium aliorum, quos* mox ad palmam ſecuti *ſint (acſi dies ſequens deberet intelligi)* Liberius *&* Peregrinus.

## DE S. POSSIDIO EP.

F *Pag.* 27 *n.* 1 *lin.* 3 --- *illud fundatum* ---l. --- *pro tertia Vice ad uſum Sanctimonialium Virginum fundatum.*

*Ibid. lin.* 5 poſt --- *Salisburgenſis* --- adde --- *& nos primæ iſtic dictarum Virginum Præpoſitæ, B. Mathildis, Vitam dabimus* XXXI *Maji. Idem Hundius Præpoſitos ejuſdem monaſterii, à feminis ad viros, Canonicæ item ac Regularis profeſſionis, tranſlati, recenſet &c.*

*Pag.* 28 *lin. antepenult. ac deinde pag.* 296 poſt --- *trigeſimus tertius* Azzius *ſic mutabis reliqua ---- in* Chronico Azo *appellatus, uti etiam in diplomate Berengarii Regis apud Vghellum tom.* 5 *in Append. ad* 2, *quod habetur col.* 153, *ita ſignatum:* VIII Idus Novemb. anno Incarnationis Domini DCCCXCVIII, anno vero Domini Berengarii Sereniſſimi Regis XI, Indict. I. Actum Papiæ.

5 *Hunc* Azzonem *aliquando credidi poſſe in vivis retineri uſque ad initium ſeculi* X, *atque adeo uſque ad annum* I Ludovici Imperatoris, *non* Pii, *ſed* filii Bozonis: *necdum ſcilicet viſa prædicta Appendice, & ſolum notato, quod ante annum* DCCCCIV, *nulla apud Vghellum inveniretur mentio Epiſcopi Petri, qui* Azoni *poſt Fredulfum, pari fato à barbaris ſublatum, ſucceſſit: & ſic ſtatuebam tranſlationem*

S. Poſ-

*23 rurſus aliud, ut S. Barbaræ V. M.*

*26 Theodoreti & Felicis MM.*

*3 Iulii Virginū quinque,*

*temere creditarum Martyrum:*

*omnes tamen videntur poſſe honorari ut Sanctæ.*

*Cauſa obſcuratæ earumdem memoriæ, poſt ſanctuaria ſec. 13 aut 14 ſtaurati.*

*referenda videtur, in ſeculo* 15.

*Hic porro non ſub Ludovico Bozonis, an. 901.*

A S. Poſſidonii *factam anno* DCCCCI. *Sed obeſt in jam citato Appendice, lectum ejuſdem Ludovici diploma, facientis Petro poteſtatem adificandi Caſtri S. Stephani, ipſo anno ſeculari, pridie Kal. Novembris, id eſt ſecundo vel tertio aditi Regni ſeu Imperii Italici menſe. Vel igitur dimittendus nobis eſt Epiſcopus* Azzo, *& ejus loco ſubſtituendus* Petrus; *vel (quod malim) ſubſtituendus pro Ludovico Lantbertus, anno* DCCCXCIII *coronatus Imperator: contra quem ex Germania venit Arnulfus, anno* XCVI, *non* XCIV, *ſicut contra Reginonem oſtendo in Conatu meo Chronico hiſtorico ad Catalogum Romanorum Pontificum, ex Diſſertatione quæ ibi nunc* XIX *muneratur, ſed aucto poſthac numero erit* XXXII. *Lantbertus vero, contra potentem adverſarium ſibi conſulturus, ipſo eo anno ineunte, potuit celebraſſe conventum aliquem Aquileiæ; cui interveniens Azzo, corpus prædictum transferendi acceperit facultatem, anno* DCCCXCVI, *ut quam minimà fiat numerorum mutatio à ſuprascripto* DCCCVI. *Auctori autem Chronici, quem ſecuti ſunt ceteri, ex incommodo ſeculorum ſuperiorum uſu, ſolas nominum initiales litteras ſcribente, facillime potuit lecto* L, *obrepſiſſe* Ludovicus *pro* Lantberto; *& ille quidem* Pius, *alium ignoranti, ideoque viſus abundare in anno numerus* nonageſimi. *Ceterum expecto &c.*

*ſed ſub Lantberto an. 896 tranſlatus videtur eſſe:*

*interim retinenda diverſi Poſſidius & Poſſidonius.*

B

## DE S. MONTANO RECLUSO.

*Pag. 36 col. 1 lin. 10 in fine adde ſignum **
*Ibid. n. 4, linea 4 à fine expungatur, & hæc ſubſtituantur — ſicut ſcribit Iuveniaco* D. Nicolaus Pierón, *loci Presbyter*, os grande Cervicis cum magna parte Maxillæ: *feſtum vero ibidem agitur, ſicut idem nos docet,* XVIII *Novembris cum Officio* XII *Lectionum, quæ ex Hincmaro verbotenus acceptæ pertingunt uſque ad ſignum * num.* 2 *notatum, omiſſa ſcilicet parte præcipua hiſtoriæ; ut uſuvenit in iis Breviariis, ubi præſcribuntur initia Legendarum veterum, eo uſque in Lectiones partitarum, quatenus ſatis eſſe videbatur, non ad notitiam Sancti, ſed ad expletionem Officii; cum adhuc extarent in Eccleſiis ipſæ Legendæ, quas qui vellet legere totas, privatim poſſet: unde factum eſt pluribus in locis, ut, illis Legendis Mss. ut ſurpari in Choro deſitis, ideoque neglectis, ac denique amiſſis, plurium Sanctorum Vitæ non reperiantur, niſi exordio tenus, cum magno veterum notitiarum diſpendio.* Oratio *Sancto propria, in dicto ipſius feſto, talis Iuveniaci uſurpatur.* Da, æterne conſolationis Pater, per S. Montani Confeſſoris preces, populo tuo pacem & ſalutem, ut tuis tota dilectione inhæreat præceptis, & quæ tibi placita ſunt tota perficiat voluntate. *Adde quod dicto die* XVIII *Novembris, aliiſque nonnullis expreſsis in Bulla, per duodecim Epiſcopos ſignata, habeantur* XL *dierum Indulgentia.*

D

*Porro* Mechliniæ *&c.*

*Num.* 5 *lin.* 6 ſic muta — *quam exiſtimo ex Hincmaro ſumptam, uti ſumpſerunt Iuveniacenſes Sanctimoniales. De reliquo porro corpore ejuſque præſenti cultu nihil nos hactenus Laudunenſes docuerunt: qui ſi quid exhinc attulerint, locum habere id poterit in faciendo primi ſemeſtris Supplemento. Interim noto, quod in Alphabeto Spirituali Pariſienſi anni* 1686, *notetur feſtum* S. Montani Solitarii, Feræ in Picardia, *fortaſſis ob aliquam ejus ibi Reliquiam, de qua plenius cupio edoceri.*

E

*Poſtea ponatur ſequens Commentarius.*

# DE S. FRAMECHILDE,

## MATRE S. AUSTREBERTÆ ABBATISSÆ,

D. B.

### *MONASTERIOLI IN PICARDIA.*

SEC. VII.

*Monſtrolii, in Partheone à S. Auſtreberta fundato,*

MOnaſteriolū, *aliis* Monſtrolium, *vulgo* Montreuil, *initium ſuum (ut alia ejus generis ac nominis multa) debet inſigni ac pervetuſto Partheneni, quod à* S. Auſtreberta *Fundatrice, & parte corporis ibidem arca pretioſa incluſa, nomen retinet atque æſtimationem apud vulgus. Situm eſt illud in Picardia, ſupra dextram ripam Canceiæ, brevi poſt ſeſe exoneraturi in fretum Britannicum; diſtatque Hesdinio, eidem flumini impoſito oppido, leucis amplius tribus. Proximus huic oppido vicus* Marconna *dicitur, creditur*que S. Auſtrebertæ *natalis locus, parentum autem ejuſdem,* Badefridi Comitis Palatini & S. Framechildis *uxoris (Franci* Bauffroy & Frameheuze *pronuntiant) habitatio fuiſſe. Ibidem certe hodiedum* S. Auſtreberta *colitur, neſcio an etiam Mater. Pater nullum uſpiam, quod adhuc ſcire potuerim, cultum habet; quamvis ambos Malbrancus, indiſcriminate & abſolute,* Sanctos *appellet; & in Vita filiæ dicatur, quod* Horum converſatio qualis quantave extiterit, miraculorum gloria hodieque populis declaratur.

2 *Communis forſitan utriuſque fuit cultus, quamdiu communi loco, puta* Marconnæ, *utriuſque corpus ſervabatur; ſicut contigit* BB. Walberto & Bertiliæ, *parentibus Sanctarum Walderradis & Aldegundis, hactenus Curtiſſolræ in Hannonia infimul honoratis, uti videre eſt ad* XI *Maji. Nunc quid* Badefridi *factum ſit corpore, ignoratur;* S. Framechildis *exuviæ Monſtrolii reverenter ſervantur, in arca, ad ejus arcæ dexteram collocata, quæ* S. Auſtrebertæ *exuvias continet; cui etiam ad ſiniſtram aſſiſtit arca* S. Julianæ, *Pauliacenſis Abbatiſſæ, poſt S. Benignam, quæ ipſi Beatæ* Auſtrebertæ *ſucceſſit in regiminе ejuſdem monaſterii.* Sanctam Benignam *dico, quia ita loquitur Mabilio, in prævio ad vitam* S. Auſtrebertæ *Commentariolo; ſed optem diem cultus ac modum noſſe.* S. Juliana, *apud Sauſſayum in Gallicano Martyrologio, amplum elogium habet* XII *Octobris, in quem diem optamus de ejus cultu plenius informari. Nam Mabilio opinatur, quod ipſa ſit* Venerabilis Mater Chriſtique diſcipula Julia, *cui* S. Auſtrebertæ *Vitam inſcripſit auctor ſynchronus. Idem autem Sauſſayus, qui* S. Julianæ *tam magnifice meminit,* S. Framechildi (*quam perperam appellat* Franchildem) *ſolum inter Pios locum dedit, addito tamen titulo* Beatæ, *quaſi ex vulgi minus probato uſu; quod etiam Henſchenio noſtro occaſionem dedit, eam ad Prætermiſſos referendi.*

*etiam habentur Reliquiæ S. Framehildis matris.*

*& S. Iuliana Abbatiſſæ tertiæ.*

*quarta hac 12 Octobris,*

3 *Sed*

A *Iſta colitur non 27 Maji.*

3 *Sed noſter in Sanctorum Actis, poſt editionem recognoſcendis, adjutor egregius Claudius Caſtellanus, Pariſienſis Canonicus, Antverpiam excurrens per menſem Iulium anni* MDCLXXXVI; *cum Monſtrolio tranſiſſet, & omnia coram inſpexiſſet, certum me reddidit; corpus, pari quo* S. Auſtrebertæ *Reliquias in honore haberi, ambaſque cum* S. Julianæ *corpore in Sanctimonialium choro elevatas ſpectari: ſpeciali autem officio coli* S. Framehildem, *idque ad hunc* XVII *Maji; quando illuc etiam frequens ex circumjecta regione populus accurrit. Addebat, ibidem aſſervari Vitam, ante aliquot ſecula Gallice conſcriptam; in qua quia illa dicitur obiiſſe,* le ſiſime des Kalendes de Juin; *ratus Mabilio,* VI Kalendas Junii *deſignari, eum diem poſuit in Annotatis ad num. 2 Vitæ S. Auſtrebertæ; cum* ſiſime *veuſtiori dialecto ſupponat pro* XVI, *id quod hodie* Seizieme *pronuntiatur, diverſum a veteri numerali* Sixte;

*ſed 17.* *ſextus, ſicut prælaudatus Caſtellanus nos docuit, aſſertionem ejus affirmante cultu, quem ſibi pro* XVI Kalend. Junii *conſtare dicebat. Eſt Codex iſte, liber in folio, Gothico ut nunc appellant, reapſe Teutonico charactere conſcriptus, continens Kalendarium, Graduale, & Paſſionem*

B *I. C. Romana (ut ibi dicitur) lingua, id eſt Francica: ſequuntur Vitæ,* S. Auſtrebertę & S. Framechildis; *iſtic* S. Frameheut *nuncupatæ; tum Letaniæ Sanctorum, ac denique moralia plura, nec non tractatus unus, eadem Romana ſeu Francica lingua, de Aſſumptione Beatæ Virginis: qua etiam lingua ad calcem denique legebatur ſcriptus eſſe liber iſte,* anno incarnationis D. N. I. C. MCCCXI, per manus Wiſtaſii Waucot Presbyteri, mandante ſingulari devotione D. Joannæ de Dargies, Dei permiſſione tunc Abbatiſſæ eccleſiæ S. Auſtrebertæ Monſtrolii. *Rogata per litteras Abbatiſſa, D. Angelica Gouffier, ut iſtam qualemcumque Vitam* S. Framechildis *verbotenus nobis deſcriptam mitteret; nec forte inveniens qui legere characterem poſſet, ſatis habuit exemplar mittere, quod antehac inde extraxerat, ſed ſtylo mutato, Sororum una, veterum litterarum perita. Verum ea nihil novi exhibuit,* *Ibidem extat Vita an. 1311 Francice ſcripta.* *præter puncta paucula infra notanda: cetera jam legebantur Latine in Vita* S. Auſtrebertæ, *verbis dumtaxat, non rebus aucta; de obitu autem* Framechildis *habebat nihil: ego vero vel ſolius finalis clauſulæ cauſa deſcribi integram Vitam petieram. Nolui tamen ultra moleſtus eſſe, ſatis ſecurus, quod fideliter diem inde ſumpſerit Caſtellanus (nam iſto etiam die nomen inſcriptum Kalendario legi teſtatur Abbatiſſa) quodque clauſulam eam omiſſura non fuerit Soror prænotata, ſi aliquid*

C *amplius in fine legiſſet, quod magnopere putaſſet ad hiſtoriam facere.*

4 *Porro* Vita S. Auſtrebertæ, *per Coævum accurate deſcripta & a Bollando noſtro ad* X *Februarii illuſtrata, de parentibus ejus ſic loquitur, num. 4 & ſeqq.* *Vetus Vita filiæ atteſtatur ſanctitatem utriuſque parentis,* Tempore quo Dagobertus, quartus à Chlodovæo, regni Francorum ſuſcepit habenas, *patri ſuccedens in Neuſtria anno* DCXXXVI, *(qui illo vivente dictus fuerat Rex Auſtraſiæ anno* DCXXI, *& uſque ad* DCXLIV, *univerſam tenuit Monarchiam)* erat in palatio prædicti Principis Dagoberti, vir honeſtate vitæ venerabilis, moribus honeſtus, ſapientia clarus, conſilio providus, priorum Regum ex proſapia oriundus, officio etiam (ut fertur) Comes Palatinus, nomine Badefridus. Hic accepit uxorem, Alemannorum Regum ex proſapia, nomine Framehildem. Erat vero elegans & ipſa facie, ſed nimirum elegantior ſanctitate. Horum autem converſatio, qualis quantave in terris extiterit, miraculorum gloria hodieque populis declaratur. Erant enim, ut diximus, in caducis ſeculi honoribus valde ſublimes, ſed animi probitate ſanctiores; fide firmi, caritate præ-



cipui, juſtitia inſignes, ſpe longanimes, eleemoſynis dediti, pauperum in ſuſceptione ſoliciti. D *Addit Vita Gallica, quod idem* Badefridus *Childerico (fuit hic Dagoberti Magni nepos) contra Grimoaldum, Domus regiæ Majorem in Auſtraſia, ipſam filio ſuo exclusis Dagoberti nepotibus aſſerere conantem, opem tulerit; eoque debellato (quod factum anno* DCLIX) *ab ipſo Childerico Ducatum in Auſtraſia prædicta acceperit; cum ſcilicet idem Childericus anno* DCLXXI *factus Monarcha, opus ibidem haberet viro idoneo, qui illam ſua vice præſens regeret. Vita Gallica inſuper aſſerit, ſub annum* DCLXVII *fundatum à piis conjugibus fuiſſe* monaſterium S. Michaelis, *vulgo* S. Miél *ſupra Moſam, in diœceſi Verdunenſi: ſed hoc ex Sigeberto, qui Fundatorem pro anno eodem agnoſcit alium, nempe Wiſoldum vel Volfandum, Childerici Majorem Domus. Dicuntur ibidem, fundata item pia loca alia, quæ temporum iniquitate deſolata ſint, ac nominatim Marconnenſe in Teruanenſi diœceſi, in proprio ditionis ipſorum caſtro, quod nunc ſolum ſimplex parochia eſt.* *Patris dignitatem plenius explicat recentior.*

5 His igitur talibuſque virtutum floribus ornati, *inquit Vita filiæ* Spiritus ſancti templa meruerunt effici, ut poſt manifeſtiſſimis claruit indiciis. Nam quemadmodum, ſicut in Euangelicis invenitur paginis, Eliſabeth illa, nova Domini Præcurſoris mater, Spiritu ſancto repleta, conceſſum ſibi divinitus natum ante ſentire meruit; ſic & hæc Deo acceptabilis mulier, B. Framehildis, eodem illuſtrata Spiritu, longe ante prolem ſuo ſexui conſimilem naſcituram præſcivit, quæ in domo Domini & mater efficeretur & columna Chriſtiani populi. Denique adveniente tempore, quo in hujus mundi umbroſa caligine, ex uterinis tenebris, illa clara lucerna deberet prorumpere, ſupradicta genitrix, Angelica ſuper hoc meruit honorari viſione; cujus ex alloquio & nomen naſcituræ Virginis, cujuſve apud Deum meriti futura eſſet, addidicit. *Atque hæc ipſa ſunt, quæ verbotenus Gallice reddita accepimus, niſi quod addatur, feliciſſimum iſtud puerperium pertinuiſſe ad annum* DCXXX; *quo poſito, totis* LXXIV *annis vixiſſet Auſtreberta, utpote mortua anno* DCCIV; *velata autem circa annum* DCLVI, *uti oſtendit Bollandus; aliis octennio citius id factum arbitratis, ſed aperte hallucinatis. Quare malim ego quoque nativitatem ejus ad octennium differre.* *& utraque narrat materna præſagia de Sanctitate filiæ, natæ, juxta poſteriorem an. 630.* E *poſtea 638.* F

6 *Ad Tranſlationem quod attinet, ea in prædicto veteri Gallico ſic narratur:* Cum ſanctæ hujus Matronæ corpus, in Marconnenſi quam extrui fecerat eccleſia, tribus circiter ſeculis quieviſſet; propter miraculorum multitudinem, ab omnibus circumquaque populis, valde honoratum; ſanctæ Abbatiſſæ Heudeburgi aliiſque pluribus perſonis devotis fuit revelatum, placere Deo, ut elevaretur de terra, & loco magis honorabili conſtitueretur. Hoc illa Ludovico fratri ſuo, Comiti Teruanenſi totiuſque circum regionis, ſic indicavit, ut celaret conſilium de ſacro iſto pignore Monſtrolium transferendo. Comes vero cum Balduino, ejuſdem loci Epiſcopo, ſororis communicans poſtulata, fecit ut is diligenter examinata revelatione, diem quo facienda Elevatio eſſet, una cum Comite & Abbatiſſa, definiret. Convocatis ergo Epiſcopis, Abbatibus, Presbyteriſque compluribus, nec non Monachorum ac Virginum ſacrarum cœtu; inſtituta fuit ſolenniſſima ad locum Proceſſio, quæ iſtic in geminos diviſa choros, interim dum ſacra oſſa effodiuntur, findebat aëra hymniſonis canticis: ſimulque ex ipſo ſepulcro cæleſtis omnino odor ſeſe diffudit, divinæ teſtans affluentiam bonitatis, tam pii operis miniſterio præparatam. *Matris apud Marconnam ſepulta Corpus,* *coram Epiſc. Bonon. & Comite Teruanen. reſoſſum,*

A 7 Tum vero, quid animo intenderet, aperuit Abbatiſſa: æquum eſſe aſſerens, ut ibi mater, ubi filia honoraretur: ſed contra tendebat Comes, pro ſua erga Sanctam religione, volens ipſam apud ſe ſuaque in eccleſia retinere. Hanc utrimque contentionem dirimere Epiſcopus ſatagens, juſſit ſacra oſſa æquales in partes, ſub judicio bilancis, dividi, ita ut pars media Marconnæ maneret, altera Monſtrolium aveheretur. Sed Dei providentia accidit, ut theſauro ſancto ſic bipartito, os unum reperiretur ſeorſim ab aliis, quod appenſum necdum erat; cumque ſuper hoc innovaretur diſceptatio, juſſit communiter preces inſtitui Epiſcopus, quo ſuam de eo voluntatem indicaret Deus; & illud ſubito apparuit elevatum in aëra, tranſire ad eam partem quæ erat Marconnæ remanſura. Læta igitur conceſſa ſibi parte Heudeburgis, cum ea revertit Monſtrolium, ipſique pulchram capſam curavit fabricandam, quæ juxta capſas filiæ & S. Julianæ collocaretur. *Addit, quæ nobis hæc tranſcripſit, Sanctimonialis: quod invocetur ut plurimum contra dolores capitis; eumque in finem ſacro illius cranio admoveri ſoleat linteum, quo applicito ad partem laborantem, ſperata gratia continuo obtineatur; id quod experientia quotidiana Monſtrolienſium probat*, & D. Abbatiſſa noſtra, *inquit*, graviſſimo afflicta aliquando morbo, perfectam, eâdem Sancta intercedente, obtinuit ſanitatem.

*bifariam dividitur,*

*ejuſque pars potior transfertur Monſtrolium,*

B 8 *Præfuit Teruanenſi eccleſiæ* Balduinus, *ab anno* MIV *ad* MXXXII, *uti ex Malbranco de Morinis intelligitur: ſed nullum eo tempore reperio* Ludovicum, *qui Teruanenſis Comitis titulum geſſerit. Unum video; totam Morinorum ditionem in varios Comites, omnes Flandriæ Comiti Balduino ſubjectos, fuiſſe hac ætate diviſam; adeo ut notaverit Malbrancus lib.* 8, *cap.* 14, *anno* DCCCCLXXX, *Kalendis Aprilis, Indictione* I, *inter viginti ſex, Donationi cuidam Balduini Comitis ſubſcribentes, una cum ſuo Epiſcopo Framerico, Balduini jam dicti Epiſcopi deceſſore, tres inveniri Arnulfos Comites, Bononienſem, Teruanenſem, & Sperliacenſem; quid ni autem eorum medius fuerit* Ludovici Teruanenſis *prædicti avus aut pater?* Balduinus *vero prælaudatus Epiſcopus, is fuit, qui inter primas ſui Pontificatus curas aſſumpſit, vaſtatam anno* DCCCLXXXI *à Normannis Teruanam inſtaurare, eoque Sedem reducere, quæ toto uno ſeculo Bononiæ velut in diverſorio fuerat. Pleno autem trium ſeculorum ſpatio, quibus* S. Framehildis *corpus dicitur ſub terra latuiſſe, medium unum ſeculum poſſet addi, ſi illa circa annum* DCLXX *obiit.*

*circa an.* 1020.

*annis fere* 350 *poſt mortem,*

C

## DE S. BRUNONE EP.

*Pag.* 39 *poſt num.* 7 adde. — 8 *Lubet autem etiam cetera Prologi iſtius verba, operam à* S. Brunone *in eo Pſalterio concinnando poſitam commendantia, proponere, ut ea Gamanſius noſter nobis tranſcripſit: nec enim paſſim invenitur tam antiquæ editionis liber, quem nec in noſtra quidem Antverpienſis Domus Bibliotheca, inſtructiſſima licet, eſt reperire. Sic autem editor ejus progreditur, commendationis prolixioris occaſionem ſumens ex verſu, quo librum ſuum appellat auctor* Donum, *& ait:* Donum, inquam, iſtud lucroſum, donũ ſupererogationis, donum à cæleſti patrefamilias digne remunerandum. Quot enim ex eo animæ profecerunt, tot ſuper creditum ſibi à Domino ſuo talentum lucra eidem gratiſſima acquiſiſſe & ſuperlucratum eſſe credendum eſt, propter quod & gratiam memoriamque perpetuam apud Deum & homines juſte meruit. Si etenim (ut Senatori noſtro magno Caſſiodoro placet, divinarum * Inſtitutionum libro primo) antiquariis & librorum Scriptoribus divinorum gratia habenda eſt, quod ſeſe alioſque ſcribendo ſalutariter inſtruunt, & Domini præcepta longe lateque diſſeminant; non minor habenda atque agenda gratia eſt eis, quorum ſtudio & impenſâ ſcriptorum manus ſuſtentata, ſalutares iſtas litteras exaravit. Et, ni fallor, laudibus juſti artificis omnibus dignus eſt, qui artificem ad bonum opus movet, dirigit, & alit. Felix, inquit Caſſiodorus, intentio, laudanda ſedulitas ſcriptoris, manu hominibus prædicare, digitis linguas aperire, ſalutem mortalibus tacite dare, & contra diaboli ſurreptiones illicitas calamo atramentoque pugnare. Tot enim vulnera ſatanas accipit, quot Antiquarius Domini verba deſcribit. Sed non minus felix intentio, non minus laudanda diligentia ejus, cujus juſſu & expenſis iſta bona fiunt. Magna igitur laude dignus, magna gratiarũ actione proſequendus, magno deniq; extollendus præconio eſt beatiſſimus iſte Pater noſter Bruno, cujus vigili cura & ſolicita providentia, egregium iſtud Pſalterium, titulis Pſalmorum, ac eorumdem thematibus & ſummariis collectis, diapſalmatibus, obelis, aſteriſciſque inſignitum, atque gloſſellis authenticis marginum campis circumfuſis, ſicut cernitur, diſertum, expoſitumque & nobis comparatum & relictum eſt. Felix profecto Pater, qui filios, per Euangelium in Chriſto genitos, etiam mortuus docet: felices filii, qui caras iſtas Patris reliquias religioſa pietate cuſtodiunt, ac ſalutiferam doctrinam alta mente reconditam imitando in opus ſanctum ducunt. Ecquid enim Pſalmorum iſtum codicem, niſi beatiſſimi Patris vitæ, morum, actionumque ſuarum teſtem, ac caras pretioſaſque & ſanctas Reliquias dixerim? Siquidem opera hominum, veſtigia ſunt, quibus eorum vita inveſtigatur. Tibi igitur ô Pater luminum (à quo omnis ſapientia, & omne datum optimum & perfectum mortalibus datur) gratias quales valemus (etſi non quales debemus) dicimus: daque ut dignas agamus, qui per beatum Patrem noſtrum, & nunc apud te Patronum, pretioſum iſtum theſaurum & virtutis imitandum exemplar conſervaſti. Dignare, clementiſſime Pater, fructum, quem in eo Patre noſtro ſeminaſti, & hodie milleſies multiplicare in filiis, ut in profectu animarum noſtrarum nominis tui gloria magnificètur in ſecula. Tibi, quoque, ô Pater ter quaterque beate, & Pontifex toto ævo venerande, felix Bruno, grates referimus: impetra ut digne quoque moribus reſpondeamus: digniſſimas enim gratias agere eſt, Deo fideliter ſervire, Sanctorumque vitam imitari. Id ipſum quoque & Deo digne pſallere, & in pſalterio proficere &c.

D

*à ſe ſcribi curatum,*

*ac filiis velut Reliquias amiſit.*

E

*Iuxta Brunſchium.*

F

9 *Addimus, loco longioris Vitæ, &c.* — atque ſeqq. numeros auge, uno addito.

*Pag.* 40 *poſt num.* 10, *nunc* 11 *futurum*, adde — *Ad ejuſdem memoriam Sancti pertinet donatio cujuſdam hereditarii prædii, poſiti in diœceſi Paderbornenſi, facta Eccleſiæ Herbipolenſi; quas olim litteras tranſcriptas ſe habuiſſe meminit, in quadam ad nos epiſtola, idem qui ſupra P. Gamanſius: ſed ipſas eo mortuo fruſtra requiſivimus.*

*Eccleſiæ ſuæ donat prædiũ in diœceſi Paderborn. ſitum.*

## DE B. FRANCISCO DYRRACH.

*Pag.* 47 *quod in margine legitur — nihil videtur eſſe peractum — ſurſum attrahe ad num.* 14 — *& num.* 15 *lin.* 5 ſic lege — *Epiſcopus obtigit Vincentius Tuſus, ex Clerico Regulari Theatino aſſumptus, anno* MDXCV: *qui brevi ſex annorum Pontificatu multa egregie apud Vritanos innovavit. Nam, ut Vghellus ait,* cum erudiri rudem ſacrorum populum oporteret, nulla

*usque ad proprios Epiſcopos Vritunis datos an.* 1595.

* *al.* Div. Lectionũ cap. 30.

A nulli pepercit ſtudio ac operæ, quin ejus religionem pietatemque expoliret. Eccleſiam ſuo ſenio laborantem reſtituit ornavitque ſumptu non modico, Pontificiam idem domum adauxit. *Qui vero eidem ſucceſſit Lucius Fornarus, & uſque ad annum* MDCXX *tenuit, ſimilibus intentus ſtudiis*, Patres S. Franciſci de Paula admiſit in eccleſiam S. Barſanuphii extra Urbis mœnia: *ut alterutrius curâ reſtauratus videri poſſit, ſi quis nunc viget*, B. Franciſci *cultus. Neſcio enim quis ex ſucceſſoribus id facere potuiſſet; maxime poſt Vrbani VIII ſeverißima decreta, anno* MDCXXV *&* XXXIV *contra omnem circa cultum Sanctorum novitatem, emanata. Facilius ſane fuit, reſtitutum ante Decreta cultum manu tenere, velut longißimi temporis & centum annorum metam excedentis prærogativa ſuffultum, quam poſt illa jam edita reſtituere eatenus neglectum. Interim non magni facimus quod Arturus &c. — denique poſt finem num.* 15 adde. —

B

## CAPUT III.

### De præſenti cultu B. Franciſci, recentioribuſque miraculis.

16 *Teſtatur Epiſcopus feſtum agi Fer. 3 Paſchali, ut Patroni,*

*OBſtrictam Capitis præcedentis exitu fidem abſolvo; ac primum exhibeo verba Illuſtrißimi Caroli Cozolini, Epiſcopi Vritani, ad prælaudatum P. Viterbum in hunc ſenſum ſcripta, die* XXX *Maji* 1686. Cum dies mortis ignoretur, feſtum B. Franciſci Dyrrachini in hac civitate, quæ eum inter primos ſuos Patronos veneratur, recoli ſolet Feria tertia Paſchatis: quia tali die factum ex traditione creditur, quod, aperientibus ſeſe parietibus tribus, procul ab eccleſia in culina poſitus, vidit ſub Miſſa majori elevari ſanctiſſimam Euchariſtiam. Ad feſtivitatem autem illam magnus fit undique ex oppidis vicinis confluxus populi: quo etiam die ſacri corporis arca proceſſionaliter circumfertur, comitantibus non ſolum Clero toto religioſo ac ſeculari cum Epiſcopo ſuo, ſed etiam Magiſtratu & cunctis qui publicum aliquod munus gerunt: in caſu vero communis alicujus neceſſitatis ſimiliter & exponi & circumferri conſuevit. Reliquo omni tempore habetur arca illa, quæ ex ligno inaurato eſt fabricata, cum cryſtallis ſpecularibus, viſum intro locati corporis permittentibus; habetur, inquam, arca ſub altari ejus capellæ, quam ipſi propriam Urienſis communitas ære publico ædificavit, in eccleſia Minorum Conventualium; habeturque ſub tribus clavibus, quarum una penes Capitulum eſt Cathedralis eccleſiæ, altera apud Syndicum civitatis ſervatur, tertia manet in poteſtate Guardiani.

*& corpus in arca ſpecioſa ſervari,*

C

17 *Hactenus Epiſcopus, cujus teſtimonio certi de forma mali ac publico* Franciſci *cultu, plene (ut Marius Corradi optabat) reſtituto, hoc die tantiſper retinebimus ejus nomen, donec toto opere abſoluto, ac forſan iterum recudendo, placeat poſteris eos omnes, quorum feſtiva memoria affixa eſt alicui feſtorum mobilium, in unum ſeorſim volumen colligere. Quoniam vero Paſchalis Solennitas non patitur, proprii Officii Miſſæve honorem Beato iſti deferendum introduci; iſtis ſic abſtinent Vritani, ut tamen inter ſacros ejus diei Hymnos, ſequentem ac bene prolixum concinant, compoſitum à Laurentio Corradi, qui forte Q. Marii frater, filius, aut nepos fuit; nec tantum vitæ ſummarium complectitur, quatenus ea poteſt ſciri; ſed etiam favores, ob quos divinitus obtinendos ſolet ab Vritanis appellari Patronus. Ea propter placet illum, licet non valde vetuſtum, exhibere integrum.*

*tenemus nihilominus diem ab Arturo lectum*

Ecce jam lucis reſeratur ortus,
Quæ ſolum luſtrans revehit Beati
Sacra Franciſci celebranda; felix
Uria gaude.
Gaudeat tecum, liquidaſque tollat
Dyrrhachî tellus ſuper aſtra voces,
Quæ tibi tantum tulit, & coruſco
Sidus Olympo.
Reſpuit mundum puer, atque Divi
Clauſtra Franciſci coluit, ſecutus
Nomen & vitam, foret ut Magiſtri
Totus imago.
Patrios fines fugiens, anhelus
Uriam venit, propriamque ſedem
Legit: hîc vixit, tulit hîc peractę
Præmia vitę.
Horrido cultu, tenuique victu
Membra Franciſcus domuit; perenni
Et vigil fletu, precibus, labore,
Verbere torſit.
Solus eſt panis cibus, unda potus:
Sic pius vires reficit labantes,
Inde ſeptenos olus eſſe tantum
Eligit annos.
Pauper ac cœlebs, humilique clarus
Corde, fit vilis ſociis miniſter:
Hinc Deo & terris famulans, refulget
Celſior aſtris.
Sacra dum fiunt, parat eſculenta:
Pronus ad ſignum, Dominum videre
Flagrat; en trinus paries fatiſcit;
Cernit, adorat.
Invidus tantæ pietatis audax
Dæmon, inſultat dapibus paratis;
Spargit, effundit, rapit in remotas
Impete partes.
Quid furis, tetri barathri ſatelles?
Cernis ut plenis epulas caniſtris
Deferunt vultu juvenes micantes,
Æthere miſſi?
Comprimit greſſus equus; ut Beati
Oſſa maxillæ recipit vehenda,
Bis ruit præceps; viget, ut levatur
Pondere ſacro.
Denegat fructus, ſitibunda tellus,
Corpus effertur; populo precante,
Nubibus cælum tegitur; vocatus
Decidit imber.
O decus cæli, columenque noſtrum,
Quis tibi pleno ferat ore carmen
Laudis? Ex alta chorus Angelorum
Concinat aula.
Nos, opem dextræ meritis onuſtæ
Rebus adverſis tribuas, precamur;
Quo tibi dignas referamus omni
Tempore grates.
Annuat nobis Genitor, quod ore
Poſcimus; Natus, pariterque ſanctus
Spiritus firment, quibus una tribus
Æqua poteſtas. Amen.

*& damus Hymnum de Franciſco compoſitum*

*quo miracula explicantur.*

*dicitiſque pro pluvia efferri ſolere corpus.*

19 *His tranſcribendis non contenta Vritanorum promptitudo, tranſcribendum inſuper mihi curavit*, Brevem notitiam de Vita & geſtis quorumdam Sanctorum, quorum corpora & Reliquiæ conſervantur in civitate Uritana, cujus etiam origo & vetuſtas explicantur, deſumptam ex iis quæ diffuſe ſcripſit civis ſuus, Dominicus Thomas Albanenſis, Philoſophus ſimul & Medicus. *Primo autem, poſt hiſtoriæ Vritanæ epitomen, datur Compendium Vitæ* S. Mauri Abbatis, *diſcipuli S. Benedicti: cui Sancto licet præditus Laurentius Corradi hymnum compoſuerit, velut Vritani populi*

*Commentarius de Patronis loci nobis miſſus.*

A *Patrono; miror tamen uno saltem verbo non indicari, quo titulo talis Patronatus nitatur. De* SS. Chrysantho & Daria, *ob præsentiam corporum Roma sub Stephano V circa annum* DCCCLXXXVI *allatorum, ratio longe quærenda non est, cur eorum ibi historia ponatur, illustranda à nobis ad* XXV *Octobris : uti neque de* S. Barsanophio, *cujus initio feci mentionem. Istis succedit Vita Francisci, in qua Collector (qui fuit ipsemet Thomas Albanensis) postquam confirmasset efficaciam precum, per ejus merita directarum ad Deum, pro pluvia impetranda toties quoties; cœptum argumentum sic prosequitur.*

*docet Franciscum etiam parturientibus opitulari,*

20 Etiam parturientes experiuntur præsentem illius opem; & difficillimos antea ac periculosos enixus habere solitæ, ipso invocato, prolem dedere propemodum absque doloris sensu. In his fuit Illustriss. D. Magdalena Spinola, Uriæ Marchio, uxor secunda Davidis Imperialis Marchionis; quæ ad ultimum vitæ terminum gravissimis puerperii cruciatibus adducta, mox atque Beatum Dyrrachinum in vota advocavit, levata fœtu incolumi fuit. Idem beneficium sibi iteratum testatur Excellentiss. D. Brigitta Grimaldi, etiamnum vivens, uxor quondam D. Michaelis Imperialis, Uriæ Marchionis; B dum gemina vice nullum in remediis humanis præsidium inveniens, ad intercessionem Francisci recurrit; eoque intercedente discrimen extremum sese evasisse credidit.

*& cultores suos præservare ab igne,*

21 Taceo liberatos ab igne, dum Uritanis civibus, annum Beati sui festum celebrantibus, idque militariter facere solitis, cum explosione multarum ænearum fistularam, & arte factorum pyrobolorum emissione, aut crepant inter manus, male propera flammæ tonantis instrumenta; aut aliter eis damnum creant vel noxam. Plurimi enim, post ejusmodi eventum, aut prorsus illæsos se mirati sunt, aut leviter dumtaxat perstrictos gavisi, aut etiam à gravi noxa intra pauciss imos dies curati, præter quàm ferat talium offensionum consueta medicatio. Longum esset enumerare singulos: unus pro omnibus nominetur Dominicus-Martini, Nobilis Uritanus; cui cum in festo Sancti, inter tractandum æneam fistulam, ipsa diffiliisset; flammam eadem transfudit in pulveris pyrii vascula, quibus erat more militari accinctus; unde vestis eidem tota consumpta quidem fuit, sed ipse nulla sui parte violatus, invocato illo, in cujus honorem bellicam personam eo die induerat. *Ita Tractatus iste Ms. Italicus: ubi deinde explicatur, ut supra, præsens status Sancti Corporis: & additur, quod* in osse unius tibiæ conspiciuntur punctim expressæ hæ litteræ, C. I. R. Æ, in osse autem alterius, A. B. A. N. quarum quæ sit explicatio nemo novit, nec facile est definire conjectando. D

*meminit etiam B. Francisci Fabianensis.*

22 *In eodem conventu Uritano servatur, à centum & amplius annis integrum, corpus cujusdam Religiosi Franciscani, cujus nomen certo dici nequit: communis tamen opinio est, esse alterius etiam* Francisci, Fabriano *oriundi. Cadaver multis post mortem annis inventum est, erectum in pedes, manibus junctis versus sanctissimum Sacramentum, in modum istud adorantis; inventum est autem occasione alterius Religiosi ibidem sepeliendi: quare è polyandrio communi elevatum, & arca peculiari impositum, atque intra parietem ecclesiæ clausum fuit, cum hac aforis inscriptione.* Hic jacet Frater Franciscus à Fabriano. *Ut ut est, est ille prorsus diversus ab alio ejusdem nominis & cognominis, cujus corpus Fabriani jacere in comperto est; & Sanctitas ejus, miraculis multis clarificata, explicata invenietur in nostro Aprili ad* XXII *diem ex Annalibus Waddingi; cum justa querela, de non receptis inde originalibus Vitæ & Miraculorum monumentis; cui utinam boni Fratres saltem pro supplemento illius mensis satisfacere velint.* E

*Vitæ defuncti.*

*Pag.* 132 de S. Fabio, *num.* 4 *lin.* 13 dele — *nihil.*

# APPENDIX

## AD DIEM DECIMAM OCTAVAM MAII.

F

C *Pag.* 134 *col.* 1 *lin.* 11 lege — *Salescii in Hannonia.*

*Ibid. col.* 2 *ante ultim.* 4 *lineas ponatur,*

B. Ratho *sive* Razzo, ex Comite Andecenn Fundator & Monachus Werdensis, in Bavaria, *qui* XV kalendas Junii *obiisse dicitur in Additionibus Wigoldi ad Metropolim Hundii, & sic inseritur Actis Benedictinorum Mabilionis: sed Raderus in Bavaria Sancta ex Andecensibus tabulis bis transcripsit* XV Kal. Julii, *cui inherens, ut certius informato, differre ipsum malo in diem.* XVII Junii

*Pag.* 136 *col.* 2 *post* Translationem S. Malachiæ.

S. Arsacii Episcopi Translatio, *ad cœnobium Illminense in Bavaria, à Metello Monacho in Quirinalibus,* 9 *Martii laudatis, facta dicitur* XV kalend. Junii: *nunc tamen recolitur Monachii* IX Martii, *estque fortasis alia posterior ad ecclesiam Collegiatam B. Mariæ: Natalis autem, seu præcipuum festum, celebratur* XII Novembris

### DE S. VENANTIO MART.

ITem *pag.* 136 *col.* 2 *in fine* adde — *Itáque factum est, ut quæ de eo antea in Romano Martyrologio legebantur loco secundo, post Martyrium S. Dioscori Lectoris, nunc (juxta novissimam anni* 1674 *correctionem editionemque) legantur ipso diei initio.*

*Pag.* 137 *num.* 2 *post lin.* 20 dele — *lineas tres, ac deinde ordire numerum* 3 — 3 Florentiæ, *in ecclesia S. Marci &c. post quem numerum addantur etiam sequentia.*

*Rajanijuxta Petiniam*

4 *Sed nusquam memorabiliora extant ipsius Sancti monumenta, quam* Rayani *in Aprutio, prope eum vicum, qui Petinia hodie dictus, antiquorum Corfinium fuisse creditur, inter Populium oppidum, quod ex Corfinii ruinis crevit, & Sulmonem.* Medio inde milliario, *ut habet relatio, nobis scripto missa*) invenitur amœna vallis, circumdata collibus, ad quam tenditur mirabilis aquæ-ductus subterraneus, trium milliarium spatio excavatus in saxo, adeoque amplus, ut per eum pedibus ambulare homo rectus possit. Per hunc decurrit rivulus totam vallem irrigans, tum pulcherrimum sed parvum lucum efficiens, ac denique ad vallis exitum Aterno prægrandi fluvio (hodie Piscariam dicunt) sese immergens. Supra hoc flumen in appendice montis consistit grande saxum, ac supra saxum ecclesia. Deo, Deiparæ, Sanctoque Martyri Venantio loci Protectori sacra: in qua reperitur speciosissimum ac devotissimum sepulcrum, quo vix aliud formosius uspiam videre

*ecclesia & spelunca Sancti,*

A videre fit. Ex alia vero parte deſcenditur per ſcalas plurium graduum in ſpeluncam verſus flumen, ubi Sanctus faciebat pœnitentiam, & requieſcebat. Videre autem ibidem eſt miraculoſe excavatum in petra corporis humani veſtigium integrum, diſtinctis lineamentis capitis, brachiorum, crurum atque membrorum ceterorum, non aliter ac ſi peritus quidam ſculptor id feciſſet. Eſtque ibidem etiam altariolum, cum cruce lignea vetuſtiſſima, ante quam creditur S. Venantius orare ſolitus.

*ejuſque Camerinum diſcedentis veſtigium ſaxo impreſſum,*

5 Paulo ſupra eccleſiam prædictam cernitur veſtigium pedis humani nudi, ſic ut digiti, planta, calcaneus diſtincte appareant: quod iſtic miraculoſe formatum volunt à S. Martyre, Camerinum diſceſſuro. Dicitur enim civilibus factionum duarum diſcordiis afflicta civitas, fuiſſe divinitus monita, ut Venantium accerſeret, qui pacem relaturus eſſet. Cumque ad eum miſſi legati, etiam adduxiſſent mulam qua veheretur, ipſamque aſcendere coëgiſſent; ille, ut erat humillimus, cum
B unum pedem ſtapidi impoſuiſſet, altero adhuc ſuper ſaxum conſiſtente, dixiſſe fertur; Tam potero ego pauper juvenculus magnificam Camerinenſium civitatem pacificare, quam in hoc ſaxo relinquere pedis mei veſtigium: quod tamen mox ibi impreſſum apparuerit. Viſo ergo ejuſmodi miraculo animatum, dixiſſe ajunt: Eamus: pax confecta eſt: & revera fuit, mox atque Camerinum intravit. Ex illo tempore magnus huc fuit concurſus populorum: quorum devotione non ſolum fabricata fuit eccleſia prædicta; ſed etiam pulcherrimus Auguſtinianorum conventus, ac juxta ſpecioſus hortus, prætercurrente fluvio fontibuſque ibidem ſcaturientibus irriguus, atque omni arborum fructuumque amœnitate ornatus. *Si de uno eodemque* S. Venantio, *quem Camertes colunt, intelligi ea omnia cum veritate poſſint; credibile faciunt, accerſendi Camerinum Sancti cauſam fuiſſe, quod Sanctitas ejus, vitam in Aprutio eremiticam ducentis, illuc uſque celebraretur: ſed ſimul etiam perſuadebunt, ætatem ejus longe commodius ad ſeculum* VI, *quam ad* III *referri.*

6 *Et iſta quidem antiqui cultus monumenta indubitata ac certa ſunt omnia: quibus accedunt vetera kalendaria, Ambroſiani ritus Breviariis Miſſalibuſque præfixa, jam inde à ſeculo* XV, *quo talia cœperunt imprimi, exprimentia nomen* S. Venantii Martyris
C *ad diem* XVIII *Maji. Vtinam æque certa nunc foret &c.*

**Pag. 138 col. 2 Annot. e *adde* —** *Accuratior, hac ſaltem parte eſt titulus alius, in pariete majoris aulæ* Palatii Camerinenſis *ſic deſcriptus*: Poſt deſolatam urbem Camerinam per Manfredum Sicaniæ Regem, ſedente Alexandro Pont. IV, MCCLVIIII; Gentilis primus Varanius, ſacco (*id eſt reſiduis à ſacco ſeu expilatione ruinis*) ſibi donato ab Alexandro IV Pontifice, urbem Camerinam inſtauravit anno MCCLX.

**Pag. 143. col. 1 *poſt numerum* 2° adde —** 3 *Ceterum hæc ante annos tres edentibus nobis, non fuiſſet opus tam ſolicitâ probatione, petitâ ex variis Camerinenſis Officii partibus, unde conſtaret ipſam Legendam, quam ex Eutychiano Ms. Lindanus miſerat, à Camerinenſibus quoque fuiſſe inter divina recitatam, ſi maturius accepiſſimus Ms. quaternum, deinde nobis Camerino ſubmiſſum, hoc principio.* In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, ac Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ, nec non beatiſſimi Martyris Venantii. Hic deſcribentur omnia, quæ de ipſo glorioſiſſimo Venantio variis in locis ſparſa, edita, & ſcripta fuiſſe

*ipſaque inveniuntur ad uſum eccleſiæ Camerinen. deſcripta,*

invenero: & primo Legenda, ut vulgo dicitur & D
nuncupatur, quæ in libris ipſius Eccleſiæ & alibi reperitur; cujus tenor talis eſt, incipiendo ab alluſione vocabuli prout ſequitur:

In feſto glorioſiſſimi Patris noſtri Venantii Martyris. De nomine ejus — Venantius quaſi Vena vel Velum altius. Fuit enim iſta vena *&c. torquendo in omnem modum nominis ſacri litteras ſyllabaſque, pro more ſeculi* XIV *aut* XV, *tam inſulſa ac puerili battologia, integram fere columnam hic impletura ſi imprimeretur, ut cultiori huic ætati intolerabilis ea lectio foret. Poſt talem recentioris barbariei præfationem, incipit paulo antiquior Legenda, omnino talis qualis in Eutychiano Codice invenitur, nullo verbo omiſſo aut variato ut ſequitur,* Temporibus Antiochi Regis Magni. *In hoc autem Eutychiano Codice cum deſit illa recentioris barbariei Præfatio, intelligitur eum eſſe ipſo Camerinenſi Ms. vetuſtiorem; nam & ex more vetuſtiorum Legendariorum continuus ibi textus eſt; qui in Camerinenſi, primum dividitur in novem Lectiones, pro die feſto; deinde in binas ac binas, pro ſequentibus ſeptem diebus, loco quartæ quintæque Lectionis recitandas: quibus ſic decurſis uſque ad finem & conſuetam S. Trinitatis laudationem, ubi Eutychianus Codex deſinit cum verbo* Amen; *additur in Camerinenſi, (ab eodem verò ſimiliter qui Præfationem compoſuerat)* Paſſus eſt autem B. Venantius circa annos Domini CXVI, prout in Chronica reperitur; cum quo paſſi ſunt pro nomine Chriſti ſupradicti mille quadringenti viginti quinque viri, Amen. *Non quæro cujus ætatis ſit Chronica illa, quam puto non facile probandam eſſe trecentis vel quadringentis annis antiquiorem: cujuſcumque vetuſtatis ea ſit, ad rem noſtram multum conducit annus* CXVI *ex ea notatus: quantum enim diſtat ab ætate Decii, tam certum facit eatenus non fuiſſe Camerini cogitatum, de* S. Venantii *paſſione referenda ad perſecutionem ab illo motam.*

*& in lectiones diviſa,*

4 *Sequitur deinde in quaterno prafato, Miſſa propria de Sancto; & locus ex Petro de Natalibus, infra commorandus, aliuſque tranſcriptus ex lib. 5 cap. 5 Marci Maruli Spalatenſis, de Religioſe vivendi inſtitutione, ſecuti neſcio quod Martyrologium, nomen quidem Vſuardi præferens; & ut tale allegatum; ſed ex Petro vel aliunde recentius auctum, cum nec verus Vſuardus nec veterum Martyrologorum aliquis* Venantii *meminerit. Eſt autem iſte Maruli liber primum editus Venetiis, anno* MDXL. *Tum (ne quid prætermittatur ad rem faciens) allegatur in eodem quaterno* kalendarium Breviarii Ambroſiani, *quale habemus anno* MDXXXIX *excuſum, ubi ad* XVI kalendas Junii, *notatur nomen* S. Venantii Mart. *&* Martyrologium, exiſtens in eccleſia S. Marci de Urbe: *adduntur & Inſcriptiones de gente Vatana, ex Aula magna Palatii Camerinenſis ſumptæ; ſed perquam imperite compoſitæ, nec valde antiquæ, ut mox oſtendam. Non omittitur etiam, quod* in eccleſia S. Venantii, in quodam lapide marmoreo jam exiſtente in humo, penes vas aquæ ſanctæ, verſus domos R. Prioris & Palatium Capituli, reperiuntur verba ſequentia, omiſſis aliis, quæ ſunt vetuſtate conſumpta.

*cum Miſſa propria.*

E

F

*Nomen in Kalendario.*

*ANNO DNI. N. I. C.....*
*DNI. BONIFACII PP.*
*PERPETVO PVBLICE IN .... MARTYRIS S. VENANTII DE CAM ..... NVNC PRIMVM PATREM DD. BONIF, ..... ET CVLPÆ ..... CVM REMISSIONE ..... XRI FIDELIBVS VERE CONFESSIS ..... VISITANTIBVS EIVSDEM. QVÆ INCIPIT IN PRIM ..... DVRAT PER TOTAM DIEM FESTI, DIE XVIII ... SINGVLIS IMPETRAVIT MAGS. BERARDVS DE CAMO.*

*Indulgentia à Bonifacio 8 vel 9 conceſſa,*

*Ex quibus ſic mutilis, aliud extundere conjectando non poſſis, quam quod* Bonifacius, *vel* Octavus *vel* Nonus, *Camerinum*

A merinum venerit circa finem ſeculi XIII aut XIV, & S. Venantii, eccleſiam ibi conſecraverit, eamque ipſo feſto vel per Octavam viſitaturis Indulgentias conceſſerit. Denique ad calcem quaterni, ponuntur Verſus de corpore S. Venantii Martyris, ablato relatoque, quos Verſus initio Commentarii noſtri exhibuimus: & ſimul omnia palam faciunt, tunc cum iſtæc tanta cum diligentia undequaque collecta fuerunt, nihil aliud invenire Camertes potuiſſe, quam quæ diximus.

*Videntur-que Romam miſſa ſub an. 1583.*

4 Videtur autem facta collectio illa centum ab hinc annis, cum ſedulo ageretur, ut ii, quibus reformandi Romani Martyrologii curam demandaverat Gregorius XIII, perſuaderentur ei inſerere S. Venantium, quod numquam antea factum fuerat: atque ita jam inde ab anno MDLXXXIV, in eo legitur, Camerini S. Venantii Martyris, qui annos quindecim natus, ſub Decio Imperatore & Antiocho Præſide, una cum aliis decem, coronam Martyrii accepit. Baronii correctio auctiori phraſi, glorioſi inquit, certaminis curſum cervicibus abſciſſis implevit. Prædictum autem quaternum videtur indicare idē Baronius, cum in Annotationibus ſuper ipſum Martyrologium ad nomen S. Venantii, ſic ſcribit: Vidimus Tabulas Eccleſiæ Camerinenſis, nec non ejus Acta &c. lin. 5 num. 3, nunc 5.

*atque in iis Acta, quæ non ſua antiquitate mendoſa,*

B Ibid. num. 4, nunc 6, lin. 11 ſic lege — præferant qualiacumq; Paſſionis Acta; placuit tamē Decius auctoribus cujuſdam tituli, in majori Camerinenſis Palatii aula, ut Annot. e diximus, deſcripti ſupra parietem hoc tenore. Origo Dominorum de Varano, ſumpto principio, à tempore quo Berardus & Conradus de Varanea ſtirpe, cum omni populo ad Chriſti fidem converſi ſunt, imperante Philippo primo Imperatore Chriſtiano, & Sixto II Pontifice Maximo, anno IIII .... Olympiadis, anno vero Domini CCXLVIII: qui templum Jovis in honorem B. Mariæ dicarunt anno Domini CCL: ac B. Venantii Martyris, ſub Decio Imperatore paſſi, oſſa tumulo marmoreo condiderunt, anno III Olympiadis anno Domini CCLII. Quam imperite hic conjungatur Imperator Philippus & Pontifex Sixtus, quadriennio poſt mortem non ſolum Philipporum, ſed etiam Deciorum dumtaxat electus, & primi Domini de Varano Berardus atque Conradus, ævi recentioris ac formæ Longobardicæ nomina, omitto notare; uti & formam exprimendi annos Olympiadis nullo numero notatæ: indicanda tamen ea fuerunt, ut appareat, quam exiguæ auctoritatis Titulus iſte ſit; cujus nihilominus ſenſum ſequi etiam Baronius voluit, tamquam unice accommodum ad reducendum in ordinem Antiochum.

*ſecutus ea eſt auctor cujuſdam tituli:*

C Pag. 144 col. 1 lin. 10 adde ---- Accepi poſtea prædictum opuſculum; & Bartolinum vidi, quæ fuſius legerat, fideliter in pauca contraxiſſe; accepi & Rayanenſium relationem ſupra poſitam, à qua Bandinum deflexiſſe notavi, pacatum à Sancto dicens vicinū Corfinium; cum Camerinenſibus eam gratiam factam velint illi, & tali occaſione abductum à ſe Venantium, nec unquam reverſum.

Ibidem num. 8, nunc 10, adde ---- Pennenſis inſuper in Aprutio civitas, quinque Sanctos Martyres ſpeciales Patronos cenſet ac colit, Maximum, Comitium, Donatum, Venantium, atque Lucianum, ſicut diſco ex confirmatione cujuſdam donationis, facta iſti Eccleſiæ à Gozalino Comite Laureti. Sed quartum ex iis hunc noſtrum eſſe Camerinenſem, nec ſuſpicari quidem audeo: expecto autem ut docear, ſeorſumne an ſimul paſſi ſint, & quo vel quibus diebus feſtum eorum ſigillatim aut communiter Pennenſes agant.

*S. Venantius alius Pennæ in Aprutio.*

In adjuncta poſt pag. 144 Appendice col 4 ad finem adde — cujus vitia indicando &c. — uti habetur pag. ult. hujus tomi poſt Indicem moralem.

## DE S. LUCEGIA.

Pag. 146 col. 2 poſt lin. 7 adde —

2 Pruvini in Bria, in eccleſia Collegiata S. Cyriaci, poſtridie Aſcenſionis celebratur feſtum S. Lucentiæ Virginis, cujus thecam habent elevatam pone ſummum altare; nihil autem de ea ſcientes, faciunt omnia de Communi. Eam huc ſpectare non auſim vel divinando dicere, maxime, cum noſtra hoc die memorata inter Martyres cenſeri videatur: video tamen non abſimilia eſſe nomina. Nam ſicut B. Lucheſius in Hetruria, à nobis commemoratus XXVIII Aprilis, aliis Lucenſis nominatur & ſcribitur; ita, quæ Lucegia Martyrologiis eſt, potuit Pruvinenſibus Lucentia dici: idque fieret veroſimile magis, ſi Martyres prænominatos in Gallia paſſos fuiſſe conſtaret, vel Pruvinenſem Patronam aliunde allatam.

*A Luceglà videtur diverſa Lucentia V. in Gallia.*

## DE S. QUINIBERTO.

Pag. 184 in titulo dele Monacho, & pone — Salleſcii in Hannonia.

Ibid. col. 1 lin. ult. fiat initium num. 2 Hactenus Molanus &c. E

Col. 2 lin. 7 à fine fiat num. 3 Molanum apparet &c.

Ibid. lin. 6 à fine — Sarleſcio — l. Salleſcio & paulo poſt Seleſchenſem — l. Serleſcenſem.

Lin. 7 à fine poſt — non liquet — adde — & Diploma Donationis à S. Humberto facta, talis loci non meminit. Molanus &c.

Lin. ult. adde — Claudius Caſtellanus, qui aliquando iſtic in vico fuit, cui frater ſuus propinquam poſſeſſionem habet, non recordatur eum unquam aliter à ſe auditum nominari, quam Salleſche: ideo miratur cur ipſum Miræus pluraliter expreſſerit, & quidem cum littera r, quaſi Latina forma ſcribendum eſſet Sarleſciæ: exiſtimat autem omnino eſſe exprimendum Salleſcium.

4 Ex ejuſdem etiam admonitione libenter tollo titulum Monachi, uſurpatum à Sauſſajo, quia ex ſola conjectura videntur Maricolenſes ipſi dediſſe titulum Prioris, propterea quod locus ubi is vixit ad jus ſui monaſterii aliquando pertinuerit, diu fortaſſe poſt obitum S. Quiniberti illi adjunctus. Certe Caſtellanus teſtatur, ſe menſe Majo anni MDCLXXXV interfuiſſe proceſſioni, in qua circumferebatur capſa ſacri corporis, præcedentibus tympanis, ſibique dictum, fuiſſe Sanctum iſtius Parochiæ Curatum, F nec in ea uſpiam extare ullum monaſterioli veſtigium vel memoriam.

Pag. 185 de S. Merolilano, lin. 3 lege, Merolilanus Martyr, Remenſi vulgo Saint Mirlourirain dictus.

Pag. 186 de S. Ælgyfa in tit. lin. 4 — ſepultum — l — ſepultura — Verum hoc aliaque hujusmodi menda typographica plura, Lector correcta inveniet poſt pag. 630.

## DE B. GUILIELMO TOLOS.

Pag. 197, lin. 1 in titulo dele ſecundum de.

Pag. 200 Annot. a dele tres ultimas lineas atque has ſubſtitue — Ego potius crederem, Ne & Na articuli loco Toloſatibus antiquis fuiſſe, uti in communi Francica lingua nunc eſt le & la; aut certe pleonaſmum, ornatus cauſa uſurpatum antiquis. Nam Catellus in memoriis hiſtoricis Occitaniæ, refert geminum Planctum, anno 1270, id eſt non integris centum annis ante obitum Guilielmi compoſitum, à duobus iſtius ævi Poëtis Vaſconibus, in obitum Amalrici Vicecomitis eo nomine Secundi pag. 610 & ſeqq. in quorum priori dicitur Era'l Veſcoms Namalricx doux, lial, id eſt, Erat Vicecomes Amalricus, dulcis & fidelis: in ſecundo autem dicit, ſe dolere mortem Del Veſcomte Namalric mo Senhor, ac

A *rursum infra*, De Mossenher Namalric de Narbona. *Canonico Parisiensi Castellano subiit hic aliquid suspicari, de vicino Vrbi pago vulgo* Naurouse, *ne is forte* Nathalosa *veteribus dictus sit, fueritque vera* Guilielmi *patria; locus pridem ignobilis, nunc vero, (quia ibi est ingens illud labrum, utriusque maris Oceani ac Mediterranei communicationem suscipiens, per canales, regio plane ac stupendo conatu ductos) à fundamentis restauratus totus, idque per labri ipsius circuitum, forma octogona.*

*Pag.*201 *Annot.* e *lege* — Tonnien *in tabulis, melius scribendum* Toniens, *ad dextram &c.*

*Pag.*202 *Annot.* g --- Dei --- *l.* --- Dez.

## DE B. FELICE CAPPUC.

*Pag.*203 *sursum trahe hæc Synopseos marginalis verba* --- *Mortuus* 1587 --- & eorum loco pone --- *& anno* 100 *ab Ordinis initio, Christi* 1625 --- *ab Vrbano* 8 *Beatificatus.* ---

*Ead. pag.* 203 *lin. penult. post* possit, *adde* --- *Annus tunc agebatur* MDCXXV *æræ Christianæ, idemque à*
B *primo Ordinis exordio, quemadmodum infra constabit, centesimus: quasi id ageret Divina providentia, ut hunc ejus quasi jubilarem annum festiviorem redderet. Ad hoc tamen nemo videtur animum advertisse: nec mirum, quando Romæ res agebatur, ubi ejusmodi jubilæorum, quorum usus tantopere in Belgio viget, vix notus erat, antequam Societas nostra annum* MDCXL, *a sua confirmatione apud Sedem Apostolicam impetrata centesimum, magno cum Vrbis atque Orbis plausu festivius celebrandum sibi per omnes ubique Provincias assumpsit.*

3 *Porro indulti præfati Breve ex Cherubini Bullario &c.*

*Pag.*204 *num.*6 adde --- *Memoratu etiam digna est ipsa quam vivens Sanctus incoluit Cella. Hæc, secundum primæ paupertatis usum, modica & humilis, luteo partim assurgens opere, è pristino S. Bonaventuræ, ad novum Conceptionis immaculatæ conventum, quantum fieri potuit integra transportata fuit, ibidemque in ambulatione, quæ à porta sinistrorsum tendit, collocata, religiose asservatur frequentaturque.*


*Pag.*205 *col.* 1 *lin.* 2 *adde* --- *Ad quem diem, jam inde ab anno* MDCXXX, *quo Vrbanus VIII Recognosci Martyrologium atque recudi fecit, sic legebatur:* Romæ B. Felicis Confessoris, Ordinis Minorum Cappuccinorum S. Francisci, qui apud eamdem Urbem, mira humilitate & maxima totius populi ædificatione, quadraginta annos ostiatim pro alendis Fratribus mendicavit; tandem virtutibus & miraculis clarus, ibidem obdormivit in Domino. *Sed hæc, quamvis omnino verissima, à nuperis anni* MDCLXXIV *recognitoribus omissa sunt universa; sive quia prolixa nimium videbatur commendatio necdum solenniter canonizati, sive alia ex causa (quam non divinamus) displicuerit ipsa ejus Commemoratio.*

*& nomen inseritur Martyrologio,*

C

*nescio cur nuper expunctum.*

*Pag.*206 *col.* 1 *ad finem Commentarii prævii* adde — 13 *Claudat hunc Commentarium* vera B. Felicis effigies, *qualem ex originali Romano delineari mihi fecit noster P. Ioannes Franciscus Vannius, Patrum Cappucinorum asseveratione subnixus: quam eo magis proferendam censeo, quod ante Italicam Vitam à R.P. Francisco Marchesio, amico nostro, Romæ vulgatam anno* MDCLXXI, *videam proponi aliam longe speciosiorem; quæ tali loco posita, posset pro genuina paulatim subrepere, cum sit ex ingenio pictoris adumbrata tota.*



Vera effigies
B. FELICIS DE CANTALICIO
*Obiit Romæ an.* 1587 18 *Maij æt.* 74

*Pag.*290 *ad finem adde* ---

39 *Non possum autem quin occasione numeri* 30 *moneam, prodiisse Florentiæ anno* 1679 *Vitam Alexandri VII in* 8, *auctore Christophoro Palmerio Nobili Senensi, ubi pag.*8 *habentur Italice verba hæc*: Negabit forsitan ordo Cappucinorum Institutorem habuisse celebrem illum Fr. Bernardinum Senensem, cognomento Occhinum: sed talem Boverius in Annalibus Cappucinorum clare probat. *Ad quæ verba Illustriss. & Eruditiss. Antonius Magliabechius, merito queritur, Revisores libri, qui Auctorem, virum optimum, pene cum lacrymis deprecantem, coëgerunt multa tollere aut mutare, quæ nec sublata nec mutata oportuisset; non advertisse animum ad locum istum, ut monerent, paucis illis lineis tres gravissimos contineri errores, quos monitus auctor proculdubio sublatos voluisset. Primum quod sceleratissimus ille Apostata, laudetur veluti quoddam egregium Senensis civitatis decus; deinde, quod ipse dicatur* Institutor Cappucinorum, *cujus contrarium vel ex ipsiusmet operibus clarissime demonstratur: denique quod* Boverius *dicatur id affirmare, cujus contradictorium totis nisibus probare conatur. Eccum autem* Bernardini Occhini Responsio, qua rationem reddit discessus ab Italia. Super omnia vincit veritas. Venetiis MDXLII in 8. *Huic Latino titulo subjungitur epistola Italica, cujus, licet impiæ & blasphemæ, initium Latine reddendum censeo; juxta exemplum à prælaudato Magliabechio mihi transcriptum.*

*Qui Bernardinum Occhinum volunt institutorem Capuccinorum fuisse, turpissime errant,* F

40 Bernardinus Occhinus Senensis, Mutio Justinopolitano, S.e.P. *id est (ut ego quidem interpretor)* salutem & pacem.

Aliquot abhinc diebus reddita mihi est tua quædam epistola: cui non solum non respondi immediate, sed nec tempus dedi, quo totam perlegerem; eo quod prolixa valde esset, & ego majoris momenti negotiis occupatus. Postea vero plus otii nactus, illamque relegens, eo spectare cognovi, ut impugnaretur epistola quædam, quâ meo nomine excusatur discessus meus. Quia autem vidi hanc fuisse Auctoris alterius, meum sibi nomen usurpantis, nescivi quo animo deberem, licet optime possem, verbis tuis reponere aliquid; nec vero credidi id faciendum,

*atque ex ipsiusmet de suo recessu impressa epistola,*

cum

A cum falſum illa habeant fundamentum. Quia tamen video eo collimare te, ut diſceſſum meum damnes, & calumnieris mutationem; ad hoc tibi reſpondens, dico. Cum eſſem juvenculus, implicitus fui communi iſti errori, quo paſſim tenentur quotquot vivunt ſub jugo impii Antichriſti, ut crederem, quod debeamus ſalvari per opera noſtra propria, jejunia, orationes, abſtinentias, vigilias, & ſimilia alia, ſatisfaciendo per ea pro peccatis & paradiſum lucrando, concurrente tamen Dei gratia. Deſiderans igitur ſalutem conſequi, circumſpiciebam animo, quod vitæ genus ſectari deberem: & credens, Religiones humanas eſſe ſanctas, eo maxime quod ſint approbatæ à Romana Eccleſia, quam putabam errare non poſſe; exiſtimans autem quod vita Fratrum S. Franciſci, de Obſervantia nuncupatorum, præ ceteris eſſet aſpera, auſtera, & rigida, adeoque etiam perfectior, & magis vitæ Chriſti conformis; eorumdem cœtui me inſerui. Quamquam vero ibidem non invenirem id quod mihi eram imaginatus; nihilominus, quia nulla mihi tunc offerebatur ratio vivendi perfectior, ſecundum cæcum judicium meum, manſi inter eos, quoad uſque cœperunt apparere in mundo Fratres Cappucini; quorum vi- D
docentur, quod primum Obſervantibus junctus, ſa auſteritate vivendi, habitum eorumdem aſſumpſi, non obſtante repugnantia haud parva ſenſualitatis meæ atque carnalis prudentiæ. Tum vero perſuaſus inveniſſe me quod quærebam, dixi Chriſto: Domine, ſi modo non me ſalvo, neſcio quid faciam amplius &c. ab iis tranſierit ad Cappucinos jam mundo notos.

*Hæc ille, qui ut integra volumina Apologiis impleſſet juſtificando ſuo ab Ordine receſſui, numquam perſuaderi poſſet vel ipſiſmet heterodoxis, paulum ſupra vulgus ſapientibus, nec ignorantibus qualem apud ſe vitam duxerit Occhinus, alios hunc impulſus ad apoſtatandum habuiſſe, quam quos antea habuerat retrahentes ab Ordine Cappucinorum, id eſt* ſenſualitatis ſuæ & carnalis prudentiæ. *Manet interim proprio ejus calamo teſtatum*, Cappucinos apparuiſſe mundo, *cum adhuc inter Obſervantes Occhinus degeret.*

B

# APPENDIX

## AD DIEM DECIMAM NONAM MAII.

*Pag.* 295 *in Prætermiſſis lin.* 1 *deleatur ejuſdem Iachimi remiſſio ad* xxx Martii.

*Pag.* 296 *col.* 2 *adde*---S. Pavacii Epiſcopi Cœnomanenſis veneratio corporis, *ſive Tranſlatio in ſpecialem arcam, notatur in Supplemento Sauſſaji: Natalis agitur* xxiv Julii.

*Pag.* 296 *col.* 2 *poſt lin.* 1 *adde* — B. Beretegramus, Presbyter Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Firmi in Piceno, *quia Hiſpanus fuit, & feria* 3 *Pentecoſtes cultum olim ſolennem habuit, Tamayus in ſuo Martyrologio Hiſpanico hunc ei diem elegit, aliis Sanctis vacuum: nos eum malumus ad Corollarium referre poſt* xxxi Maji.

### DE SS. PUDENT. ET PRAX.

*Pag.* 297 *col.* 1 *dele lineas* 26 *&* 27, *atque hæc ſubſtitue* — *& vel immediate ipſi ſuccedens, Supremus Pontifex vixit, uſque ad Iulium anni* CLIII, *ſi vera eſt divinatio noſtra; vel, juxta communiter receptos Catalogos, mediante Aniceto primum aſſumptus anno* CLIV, *ſuperfuit uſque ad* XI Julii, *anni* CLXI. *Hic &c.*

C *Ibid. Col.* 11 *lin.* 20 *à fine* — *Certe diuturna &c.* lege — *Si certa eſſet diuturna illa vacatio Sedis, ab* XI *Iulii ad* XVIII *Ianuarii ſequentis (neceſſario conſequens ex hypotheſi ordinaria, quæ* Aniceto *poſtponit* Pium, *& huic immediate* Soterem *ſufficit) indicium ſatis certum haberemus, quod illa utriuſque Imperii & Pontificatus confinia nequaquam pacata fuerint Chriſtianis; ſed perſecutio, primum populariter cœpta ſub patre, filiis idcirco imputetur, quia hi ſuis eam edictis approbaverunt. Sin autem* Pium *præponis* Aniceto, *vere res tota acta fuerit ſub* Antonino; *&* Pius, *non ut Vicarius* Aniceti, *ſed ut ſummus Pontifex,* Pudentis *mortui domum conſecraverit in Baptiſterium, primo ſui Pontificatus anno, Chriſti* CL *circa Paſcha, celebratum tunc die* XXX Martii: *mortua autem* Pudentiana, *die* XX *vel* XXI *Aprilis, ſepulta fuerit* XIX *Maji, Feria II. Poſt hac vero, tranſacto anno & diebus* XXVIII, *ſeu potius* XXIII, *id eſt anno* CLI, XI *Iunii, itum eſt ad viſendum S. Novatum: qui aſſiſtentibus ſibi, per octo dies & noctes,* Sanctis Pio *atque* Praxede, *obiit* XIII *kalendas Iulii, etſi feſtum agatur die depoſitionis* XII *kal. Dedicata deinde à* S. Pio *eccleſia eſt, ſub titulo* S. Pudentianæ: *ſequenti autem anno* CLII, *menſe Majo, alia, ſub nomine* Praxedis, *adhuc viventis.* Poſt duos *porro* annos, *à morte* Pudentianæ (*ut exiſtimo*) *numerandos*, facta eſt perſecutio magna, *id eſt anno* CLIII, *atque* XXVI *Maji* occiſus *eſt S. Symmetrius cum ſociis ſepultuſq; a* S. Praxede; *ipſa vero non* XXXIV *die, ſed* LIV *poſt, ſcilicet* XX *Iulii obiit; cum novem diebus antea obiiſſet ipſe* Pius. *Hoc autem, licet in Actu non dicatur, credibile tamen etiam ex his fit, quod Virginis ſepulturam curaviſſe ſe ait Paſtor, in qua ſane operam ſuam non permiſiſſet deſiderari* Pius, *ſi vixiſſet. Atque hæc tam apta totius hiſtoriæ, ipſis in Actu comprehenſa, deductio, probabiliorem etiam facit divinationem noſtram, de* Pio *ante* Anicetum, *ponendo.*

3 *Ordinata in hunc modum Chronologia &c.*

*Pag.* 299 *num.* 10 *lin.* 7 poſt — *Romanis eſſe* — adde---*Fieri poteſt, ut aliqua Reliquia* S. Praxedis, *etiam Avenione ſit: ejus enim ibi vetus eccleſia eſt, cui nunc Iacobinæ, id eſt Ordinis Prædicatorum Sanctimoniales, deſerviunt, uti me Claudius Caſtellanus docuit. Vtriuſque* F *etiam &c.*

*Pag.* 300 *num.* 5 *lin.* 4 ----- octo ----- l ----- tres.

*Ibid. num.* 8 *lin.* 8 *à fine* ----- quatuor ----- l ----- quinque.

*Pag.* 301 *col.* 2 *lin.* 1 adde ----- *Sed potius dicenda eſſet* Depoſitio.

*Ibid. annot.* h *adde* ----- *Dies autem* 28, *quibus ſupra annum unum à ſepultura* Pudentianæ, *ex Actis nuntiatum eſt agrotare Novatum, mutavi in* 23, *ut haberentur mox nominati dies* 8, *quibus infirmo, antequam moreretur,* Pius *&* Praxedis, *adſtiterunt.*

*Annot.* n — *à* 20 *Maji* --- l --- *à* 26 *Maji* --- *& lin.* 3 --- *triginta* --- l --- *triginta quatuor.*

*Pag.* 11 *col.* 2 *lin.* 4 --- *meminibus* --- l --- *meminimus.*

*Pag.* 317 *Annot.* f *lin. penult.* ſecundam --- *l* --- ſecundum.

### DE B. ALCUINO AB.

*Pag.* 335 *col.* 1 *ante Vitam adde* --- 7 *Mabilio tom.* I *Veterum Analectorum pag.* 178, *Diſquiſitionem eruditam utilemq; proponit,* de Confeſſione fidei ſub Alcuini nomine

A nomine nuper edita, *ad eamque ſic præfatur.* An. MDCLVI, Petrus Franciſcus Chiffletius, Societatis Jeſu vir doctus, Divione typis mandavit ſcriptorum veterum de fide Catholica opuſcula quinque: in quibus primũ locũ tenet *ALCVINI CONFESSIO FIDEI SVÆ.* In hoc opere Auctor ſcriptis tradit, quid ſentiat de Deo uno & trino, de Incarnatione ac de Sacramentis, & maxime quidem de Euchariſtia, ubi fidẽ Eccleſiæ Catholicæ clariſſime explicat. Ex hoc opere fragmentum de Euchariſtia excerpſit, qui Officiũ ſanctiſſimi Sacramenti adornavit an. MDCLIX, idque Alcuini nomine prætitulavit; ſed tamen in Notis ſuis varias protulit conjecturas, quibus ſincere confitetur, moveri ſe, ut ne opus iſtud Alcuino conſtanter adſcribat. Hanc dubitationem pro vera atq; indubitata ſententia acceperunt Calviniſtæ: quos inter Joannes Dallæus, Diſſertatione ſingulari, probare conatus eſt, hanc Confeſſionem non eſſe Alcuini, ſed alterius Auctoris, S. Anſelmo poſteriores: quæ Diſſertatio poſtuma, hoc ipſo anno MDCLXXV, Rotomagi prodiit in lucem.

*Ejus Confeſſio fidei à Chiffletio vulgata,*

*à nonnullis in dubium vocata,*

8 Lectis argumentis, quæ cum in Notationibus prædictis, tum in Dallæi Diſſertatione ea de re proferuntur; viſum eſt mihi, ea omnia facili negotio dilui ac revinci poſſe; nimirum ſolâ inſpectione veteris Codicis, qui Chiffletio uſui fuit, ſiquidẽ eum Alcuini ætate (ut ipſe Chiffletius cenſet) manu exaratũ, adeoq; ipſius Alcuini nomine primitus inſignitũ fuiſſe conſtet. Quapropter, quia Confeſſio iſta magni momẽti eſt ad illuſtrandas Euchariſtiæ controverſias, dedi operam ut prædictum Codicem nanciſci & inſpicere mihi liceret: tandemq; diligentia R. P. Domni Claudii Bretagne, in Divionenſi S Benigni cœnobio Prioris, repertus eſt in inſigni bibliotheca Illuſtriſſ. Boëtii, in ſuperno Senatu Divionenſi Præſidis, qui præclarum hoc antiquitatis cimeliu nobis liberaliter commodavit. Accepto hoc exemplari ac diligenter inſpecto, quatuor adverti, mihi penitus comperta atq; probata. Primũ eſt, titulum ſeu inſcriptionẽ operis, tum in primo folio vacuo, tũ in fronte libri, ſic ſe habere, *ALIBINI CONFESSIO FIDEI.* Alterum, hunc titulum recentiori manu & atramento ſuppoſitum eſſe in locũ alterius, qui minio deſcriptus erat, uti veſtigia relicta teſtantur. Tertiũ, hujus Codicis ſcripturam accedere ad ævum Caroli Magni, neq; ſeculo IX poſteriorem videri; eamque per totum opus æqualẽ eſſe, præter duodecim extremos verſus, qui dilutiori atramento exarati ſunt. Quartum, Chiffletii editionẽ optime cum exemplari convenire, ſi minuta quædã errata excipias, quæ in typographica opera cadere neceſſe eſt. Hic ſatis mihi fuerit agere de titulo ac de antiquitate operis, quæ duo potiſſimum in controverſiam veniunt. *Eſt opus totum dignißimum lectu, ſed non hujus loci, quare id indicaſſe lectori curioſo ſuffecerit.*

*inſpecto originali Codice Divionenſi,*

*ipſi aſſeritur à Mabilone.*

B

C

*Pag.* 366 *n.* 25 *lin.* 4 *à fine,* lætitium — *l.* — lætitiã.
*Pag.* 372 *n.* 46 *lin. antep.* Ad quem — *l* — Ad quã.
*Pag.* 380 *in Tit.* beneficio — *l.* — beneficia.

## DE S. DUNSTANO ARCHIEP.

*Pag.* 344 *n.* 1, *lin.* 11 *poſt* — illuſtrarunt — *adde* — *Nam ut nihil dicam de monaſtica diſciplina, per eum reſtituta, de qua ſatis in Vita, cum tanta per Anglicanum Clerum invaluiſſet inſcitia, ut (teſte apud Spelmannum in Concil. pag.* 618 *Ælfredo Grammatico, qui mox à Danica incurſione ſec.* X *claruit*) Sacerdos nullus Anglus Epiſtolã noſſet vel Latine edere vel è Latino interpretari; Archiepiſcopus Cantuariæ Dunſtanus, & Epiſcopus Æthelwoldus hanc in monaſteriis reſuſcitarunt cognitionẽ: *quapropter etiam idem Dunſtanus a Malmesburienſi. lib.* 2 *de Regibus Anglorum cap.* 8, *appellatur,* Artiũ liberalium in tota inſula poſt Regẽ Alfredum excitator mirificus. *Addit porro idem,* Ipſe Regalium locorũ reſtaurator magnificus, in Reges & delinquentes inſonare terribile, pauperes & mediocres ſuſtentare; in tantũ

*Sancti Dunſtani diſciplinæ & literarum reſtauratoris.*



& in frivolis pacis ſequax, ut quia compatriotæ, in tabernis convenientes jamq; temulenti, pro modo bibendi contenderent; ipſe clavos argenteos vel aureos vaſis affigi juſſerit, ut dum metam ſuam quiſq; cognoſceret, non plus, ſubſerviente verecundia, vel ipſe appeteret vel alium appetere cogeret. *Plures &c.* D

*Ibid. lin.* 15 *poſt* — B *ſolum ſignavit* — *adde* — (Britfertum *fuiſſe,* Cœnobii Rameſeienſis Monachum, *qui circa annum* DCCCCLXXX *vixit, conjectat Mabilio*) *inſcripſit* Alfrico *&c.*

*Num.* 3 *lin.* 5 *poſt* — *non ſatis diſtincte* — ſic lege — *Quæ ſub Osberti nomine extat apud Surium Vita, continetur in quodam noſtro inſigni legendario Ms. Majo ac Junii, una cum integro libro miraculorum, quem ad pauca contractum dedit Surius, & integrum etiam ex Ms. Compendiẽſi habuiſſe ſe dicit Mabilio, ſec.* 5 *Benedictino pag.* 655; *ſed ait deeſſe Auctoris nomen, quod ſimiliter a noſtro Ms. abeſt. Quapropter merito formidamus, cum eodem Mabilione, ne ex Trithemio* Osbertum *pro* Osberno *nominante, ipſum* Osberti *nomen ſumpſerit Surius, illudq; applicaverit Vitæ ſimiliter ſine nomine inventæ quam melius anonymam reliquiſſet. Quando tamen hoc ei nomen jam ſemel datum eſt, pergemus ipſa uti brevitatis cauſa iis locis, quæ, quia apud Osbernum deſunt, vel aliter habentur, potiori ejus textui interponemus; una cum parte potiori miraculorum quæ Surio deeſt: cetera poterunt legi apud ipſum, in hoc corrigendum, quod Auctorem claruiſſe dicat anno* 1020. *Voluit fortaßis* 1120 *ſcribere, ſi quidem credibile eſt, reſpexiſſe eum ad S. Anſelmi ætatem, cujus mentionem factam inveniebat in libro Miraculorum. Extat etiam Vita alia apud Capgravium &c.* E

*Ibid. lin. ult. ejuſdem pag* — l. — *Verum ea relatio, ſi non evertitur efficaciter, ſaltem ſuſpecta quadamtenus redditur ex iis, quæ, abſque moti aliquando corporis mentione, ſcribit Osbernus, lib.* 2 *num.* 16, *de eodem, per B Landfrancũ elato ex prima ſepulturæ loco; ipſo tunc præſente Osberno.*

*Pag.* 345 *col.* 1 *lin.* 7 *poſt* — Pater magnificus — *ſequentia ſic mutabis* — *dici poſſet, quod* anno *quidẽ* MXII, poſt dormitionem S. Dunſtani XXIV, *revera tranſlatum ſit Glaſtoniam corpus, metu Danorum; pace tamen cum iis compoſita repetitum fuerit, & ex parte redditum, ex parte à Glaſtonienſibus clam ſublatum: quam diviſionem diſſimulantibus & ignorantibus forſan Cantuarienſibus, utrorumque poſteri ſic egerint ſcripſerintque, ac ſi integrum Sancti corpus haberent. Nec eſt quod falſi convinci aliquis putet Capgravium, quia id factum dicit* regnante Edmundo Rege; *hic autem regnare ſolum cœpit anno* MXVI, *quo & pater ejus obiit: hanc enim ambiguitatem tollit Glaſtonienſis hiſtoria Ms. apud Mabilionem, id factum dicens,* conregnante ſimul cum patre ſuo Ethelredo, propter ejus impotentiam, imo potius propter ejus ignaviam, illuſtri Edmundo. *Tantum ibi pro* anno MXX *&* MXXII, *reſtitue* annum MX *&* MXII, *quos exigit ſpatium annorum* XXIV *à morte Dunſtani, & invaleſcens* in quolibet Angliæ portu *Danorum multitudo; cujus cauſa eumdem* annum MX *Alfordus noſter appellat,* Danicæ tempeſtatis annum luctuoſum. *Sub iſta erga correctione & interpretatione, admiſſa ut veriſimili tranſlatione prædicta, & quod ita habita à Glaſtonienſibus portio* poſt annos CLXXII *ab allato ad illos corpore, iterum ſit reperta; recte procedit Capgravius, aſſerens, quod* per *ejuſdem Sancti* interceſſiones & merita, Deus ibidem non ceſſat *&c.* F

*ad Glaſtonienſes qui partem deinde clam retinuerint.*

*poſt* 172 *annos relatam & miraculis clarã.*

*Pag.* 359 *poſt Annotata* — adde — *Vtinam nunc cetera proferat aliquis, non multa fortaßis, talia tamen quæ poßint habere aliquid de primis à morte miraculis, non item de Tranſlatione corporis ad monaſterium Glaſtonienſe, quippe facta ſolum anno* XXIV *à morte Sancti, cum pridem ſcripta haberetur hæc Vita. Quomodo autem de illa tacere potuerit alterius Vitæ Auctor Osbernus annis* LX *vel etiam* LXX *aut pluribus poſt Danicæ tempeſtatis annum ſcribens, jam utcumque inſinuavi in Prolegomenis, cetera ſic dicturus in Annotatis, ut ea Tranſlatio poßit utcumque veroſimilis videri modo ne Glaſtoniæ totum corpus manſiſſe affirmetur.*

# TRANSLATIO CORPORIS

## In monaſterium Glaſtonienſe

### *Ex Ms. Hiſtoria ipſius monaſterii apud Mabillonem.*

*Annis 22 poſt obitum Sancti*

BEatus Dunſtanus, infirmitate attactus, & ſacri Olei liquore perunctus, Dominici corporis & ſanguinis perceptione exitum munivit, & dans pacem filiis ſuis inter verba orationis *a* tranſiit ad patres ſuos, anno ætatis ſuæ LXXIV *b*, ab Ordinatione ſua in Archiepiſcopum XXXVII, Incarnationis vero Domini DCCCCLXXXVIII, & in eccleſia Chriſti Cantuariæ condigno honore conditus eſt. Sed qualiter Glaſtoniam tranſlatus ſit poſtea, eſt ſubjungendum. Abbas autem Segegavus *c*, cum præfuiſſet XXVIII annis, obiit, & ſucceſſit ei Berthredus anno Domini milleſimo. Huic Rex *d* Egelred dedit Fiſenere & Eſtune XX hidas, & Havandone.

*prævalentibus ubique Danis*

2 Igitur Dunſtano mortuo, ſupervenerunt Dani quaſi in quolibet Angliæ portu in multitudine maxima, ita ut neſciretur ubi illis poſſet occurri: quorum infeſtatione coactus eſt Rex Egelredus ad tributum ſexdecim millium librarum, anno Domini *e* MX, conregnante ſimul cũ patre ſuo Egelredo, propter ejus impotentiam, imo potius propter ejus ignaviam, illuſtri Edmundo, patriâ linguâ *f* Iſrocide nuncupato. Advenientes Dani in Orientales Angliæ plagas, totius Cantiæ fines in ſuam redigebant poteſtatem: à quibus multi propria dignitate privati, multi à patria eliminati, multi crudeliſſima ſunt morte trucidati: ſicque uſque ad civitatẽ Londonienſem, non gradui, non ætati, vel ſexui parcentes, homicidiis, rapinis, incendiis divina æque ut humana exterminabant. S. Elfegus Archiepiſcopus, propriæ dignitatis Sede propulſus, eſt ab eis martyrizatus; atq; ejus prædia devaſtaverunt, & poſſeſſiones diripuerunt. Poſt hæc ingreſſi ſunt ſceleratiſſimi Metropolitanam Anglorum eccleſiam, in religioſos Chriſti famulos irruentes, & (quod dictu horrendum eſt) à domo Dei ſingulos eliminantes, omniaque incendio conſumentes. Contigit eiſdem temporibus præfatum Regem Edmundum Glaſtoniam adventare, commoratuſque illic aliquamdiu, Brithredo Abbati & Fratribus ejuſdem loci tantæ calamitatis ex ordine retulit hiſtoriam, memorans eiſdem Cantuarienſem eccleſiam ſuccenſam, & habitatoribus ac religione penitus viduatam. Quibus auditis, Abbas totaque congregatio ita ſunt contriſtati, ac ſi ſingulorum animas gladius pertranſiret. Inter cetera etiam eximii Patris ſui Dunſtani virtutes præcelſas recitabant, qui dum viveret, amplis poſſeſſionibus, donis, libertatibuſque magnificis, & (quod pluris eſt) regularibus inſtitutis Glaſtoniam mirifice inſignivit. De his ſilere præter religionem æſtimantes, precibus uberrimis opem conſiliũmque Regis ſimul implorant, quatenus Reliquias glorioſi viri ad loca transferrent religioſa, ubi quondam religionis lacte nutritus ad tantas virtutes excreverat, ut non ſolum gregem Glaſtonienſem, ſed & totius Angliæ provincias ſua poſſet doctrina illuſtrare. Quibus auditis Rex, eorum deſideriis pio occurrens affectu, quod petierant celeri decrevit effectui mancipare.

*& occiſo ab iis S. Elfego Archiepiſc.*

*Glaſtoniam veniens Princeps Edmundus*

3 Nec mora memoratus Abbas, voti jam compos, quatuor ex ſuis commilitonibus hujus legationis injunxit officium; ut adjunctis ſibi ſociorum auxiliis Cantuariam properantes, ad Glaſtoniam oſſa ſanctiſſimi transferrent Dunſtani. Juſſionem Patris ſuſcipiunt Filii devotiſſimi; paratiſque tanto itineri neceſſariis, ac benedictione ſecundum regularem obſervantiam ſuſcepta, ſibi injuncta, devotione alacri, Dei miſericordia ſimulq; ope dicti Sancti plurimum confiſi, proſequuntur. Ipſorum autem Fratrum nomina hæc fuerunt: Sebrithus, Ethelbrittus, Burſius, Adelwardus, cognomento Quadrans. Iidem autem Monachi B. Dunſtano in carne degenti dudum adhæſerant, capellę ſuæ complentes officium: qui etiam corpus ejus, anima in quietas ſedes tranſlata, ſepulturæ tradiderant: poſtea etiam cum ſucceſſore ſuo, ſancto videlicet Elfego Archiepiſcopo, uſq; ad ejuſdem remanebant martyriũ. Complacuit namque præfatis Pontificibus de cœtu Glaſtonienſi collaterales individuos habere, tum propter prærogativam caritatis, qua nutriculam amplectebantur præcipue, tum ut eorum familiari conturbernio exemplariter inflammati, à priori vita, quam cum eis agere ſolebant in cœnobio, non deviarent. Igitur memorati Fratres Cantuariam venientes, ſicut à Rege audierant, locum omni habitatore nudatum inveniunt, & continuo ſepulcrum ſanctiſſimi viri à ſe optime recognitũ adeunt, utpote qui eumdem in mauſoleo locaverant. Quo aperto, oſſa S. Dunſtani, ſuper aurum & topaſion pretioſa, reperiunt; carne tamen diuturni temporis ſpatio reſoluta; eaque reverentia qua decebat non ſine lacrymis recolligunt. Annulũ etiam digito Sancti cum ſepulturæ traderetur impoſitum, quem & ipſe ætate teneriori feciſſe dicitur, recognoſcunt. Oſtenditur autem dictus annulus in theſauraria Glaſtonienſi, uſque in hodiernum diem.

*Abbati annuit ut corpus Sancti Cantuaria petat:*

*cui per 4 Monachos ejus olim domeſticos*

*de prima ſepulturæ elevatio.*

*ultrones campanarũ pulſu excitũ Fratres,*

4 Patratis ergo omnibus, pro quibus venerant, proſperatori itineris ſui gratias rependentes immenſas, Glaſtoniam revertuntur cum gaudio, pretioſiſſimas Reliquias ſecum deportantes. Venientibus ergo prope Glaſtoniam tanti theſauri portitoribus ad locum dictum Lahawete, contigit conventum pene refectũ ad menſam ſedere; & ecce (mirum dictu!) campanellæ in refectorio pendentes, & aliæ etiam campanæ monaſterii, omni humano ceſſante officio, ſonitum ſatis celebrem dederunt. Quo facto ſtupefacti ſinguli, Priore annuente, qui hoc divinitus fuiſſe patratum limpidius ceteris animadvertebat, in eccleſiã proceſſerunt, poſt refectionem Deo *g* gratias exhibituri: ubi nuntius feſtinus occurrẽs eos exhortatur, ut Reliquiis eximii Patris ſui Dunſtani obviã veniant, loco ſuperius memorato. Quod audientes Monachi, præ gaudio fuſis ubertim lacrymis & effuſis in cælum laudibus, cum debita reverentia & gratiarũ actione, ad locum proceſſerunt; ac glorioſiſſimum Patrẽ ſuum Dunſtanum, cum lætitia ineffabili, devotiſſime ſuſceperunt.

*occurrunt an. 1012.*

5 Facta eſt autem hæc Tranſlatio anno Domini MXII, poſt interfectionem S. Elfegi Archiepiſcopi ſecundo, poſt dormitionem ejuſdem S. Dunſtani vigeſimo quarto. His ita patratis, immenſis Dei beneficiis Fratres refocillati, crebris inſiſtebant colloquiis, tractantes qualiter memoratum theſaurum tutiori cuſtodię mandarent; non immerito formidantes, ne hoſtili rabie ſedata, Cantuarienſiq; Eccleſia in priſtinum ſtatum reformata, *h* Archiepiſcopus auctoritate potentiaque præeminens, eaſdem ſibi ablatas revocaret Reliquias; & ſic, quanto beatiores fuerant ipſarum acquiſitione, tanto miſeriores fierent poſteriori privatione. Communicato demum conſilio decreverunt, ut duo ex Fratribus ſenioribus, in commiſſis ſibi arcanis fideliores, loco ſecretiori oſſa ſancta abſconderent; nullique, quoad viverent, tanti ſecreti cognitionem participarent; ſed tantum in extremis laborantes, locum alicui Fratrum maturiori & ſapientiori deſignarent: qui ſimiliter in mortis articulo alicui, ſicut & ſibi fiebat, rem patefacerent; ita ut curren-

*& ipſum clam habendum decernunt,*

A currente tempore propter varios eventus idem locus permaneret omnibus incognitus, uno dumtaxat conſcio veritatis, quouſque placeret Altiſſimo, ut lux non lateret ſub modio, ſed ſuper candelabrum poſita luceret omnibus in domo Dei exiſtentibus. Conſilium igitur ſic initum duo Fratres ad hoc electi deducunt ad effectum. Locellum namq; ligneum, ad hoc ſatis decenter compoſitum, interius depingunt, atq; in dextero latere locelli S cum titulo, in ſiniſtro vero D cum titulo inſcribunt, quibus litteris nomen ſancti Dunſtani innuere volebant. Inferentes igitur prefatas Reliquias in locellum, ſub lapide ad hoc exciſo recondunt, in majori eccleſia, ſecus aquã benedictã, in dextera parte introitus Monachorum, omnibus aliis locum penitus ignorantibus. Ibidẽ vero centum & ſeptuaginta duobus *i* annis latebat abſconditus locellus, unius tantum cognitioni ſucceſſive modo præſcripto commiſſus. Sed qualiter hæ Reliquiæ iterum reperiebantur *k* inferius declaratur.

*iſtic ubi poſt an. 172 repertum deinde fuit.*

i

k

## ANNOTATA.

a *Aut hæc ex pluribus ſcripturis imperite coagmentata ſunt, aut abundant verba* (*pro quibus . . . ſubſtitui*) ſpiritum reddidit Kalendis Auguſti anno Domini 988.

B Beatus vero Dunſtanus. *Zyfræ* 988 *haud dubie recentiorem manum notant: quomodo autem alicui potuerint in calamum venire* Kalendæ Auguſti, *pro* XIV Kal. Junii, *equidem non capio; fortaſſis dies Tranſlationis, vel nova poſt annos* 172 *inventionis, obrepſit pro die mortis.*

b *Hic ætatis annus recte ſequitur ex anno 1 Æthelſtani, quo ſanctum natum dixit Osbernus, id eſt, anno Chriſti* 924: *ſcribenti autem hanc Relationem exciderat denarius, quem ſuppleo, uti mox infra, in metiendo tempore Archiepiſcopatus.*

c *In Monaſtico Anglicano Tom.* 1 *Pag.* 17 *nominatur* Sigegarus: *qui ſi ſolum* 28 *annis præfuit, & anno* 1000 *ſucceſſorem accepit, oportet primum Abbas factus ſit anno* 973, *annis* 26 *poſt Ordinationem Dunſtani in Epiſcopum Wigornienſem.*

d *Sic etiam ſcribitur nomen loco præcitato, qui aliis* Æthelredus *eſt; iſtic autem Pag.* 10 *dicitur,* Egelredus Rex dedit Auſtanclif ſex hidas, Sitebeorge unam hidam, & Fishwere, & unam manſam in Wilton & Hanandon. Reddidit Pokeleſchirche & confirmavit. *Aſt pag.* 17 *ſic legitur* Egelredus, filius Regis Edgari, aliqualem devotionem verſus Glaſtonienſem eccleſiam habens, reſpectu patris ſui & avi ibidem quieſcentium, contulit Sigegaro Abbati Auſtanclif ſex hidas, Sitebeorge unam hidam, reddidit manerium de Pokeleſchurche triginta hidas: dedit in Wilton unam manſam, emptam quadraginta markis auri.

C

e *Hic & infra num.* 5 *expungo denarium, contra manifeſtam Auctoris mentem adjectum numeris* MX & MXII.

f *Capgravio* Yrenſyde, *quod* Ferreum latus *Latine redditur.*

g *In uſu monaſteriorum Benedictinorum id fuiſſe, tum hic, tum alibi, Mabilio notat.*

h *Id cœptum fieri anno* 1016, *cum inter Edmundum Anglum & Canutum Danum regno diviſo, pax coaluit: Edmundo autem paulo poſt extincto, ſolus pacifice regnavit Canutus, à Livingo Cantuarienſi Epiſcopo, S. Elfegi ſucceſſore, coronatus. Livingo autem ſuccedens Agelnotus, S. Elfegi corpus apud Londinenſes ſepultum, juſſu & auctoritate Canuti effodit, & Cantuariam detulit, annis decem poſt mortem adhuc incorruptum. Objiciente autem Egelnoto metum à populo Londinenſi, nequaquam quiete paſſuro ut corpus ſibi auferretur, eluxit intrepidus & conſtans zelus Regis: qui ſi ſcivit Glaſtoniam avectum fuiſſe corpus S. Dunſtani (quomodo autem id ignoraret?) non potuit non eumdem exercere zelum in ejus reſtitutione procuranda. Stulti vero fuerint Glaſtonienſes, ſi ſperaverint, clam habendo quo loco ipſum poſuerant, eludere tantam auctoritatem. Dicamus igitur, ſapientiori conſilio uſos, providiſſe, ut ſacra oſſa in duas capſas ſecreto partirentur; quorũ unâ portione publice expoſitâ, intra eamdem quam Cantuaria attulerant thecam, ſi reddi aliquando deberet; privatim & clam ſervaretur altera, in nova, quæ hic deſcribitur, litteris S. D. ſignata arcula. Huic autem conjecturæ non multum refragatur Osbernus, diſſimulans quidem quod aliquando fuerit loco mota theca illa, & ſolum ſignificans, de eodem, ubi primitus ſepultus fuerat Sanctus, loco extractam; indicans tamen ab efferentibus nequaquam apertam. ſolicite id agentibus miniſtris, ut* abſq; contrectatione corporis illius, è terra levaretur: *ex quo ſolũ ſequitur Glaſtoniã relatam arcam, iterum, ut ante fuerat, collocatam fuiſſe, ſub ea, quam lib.* 1 *n.* 59 opertam *fuiſſe dixerat*, eminentioris operis ſtructura.

D

i *Id eſt, uſque ad annum* 1184.

k *Hujus inventionis nec Capgravius, nec alius quiſquam meminit; eoque ſtudioſius notam Mabilionis humanitatem rogavi, ut hanc alteram Glaſtonienſis hiſtoriæ partem, ſiquidem ad manum eſſet, mecum vellet communicare.*

*Pag.* 361 *Annot.* a *adde* —— *vel potius* 474 *vel* 476.

*Annot.* f *adde* —— *& ab iſto communis vitæ defectu Cantuarienſem eccleſiam excipit.* Diceres, *inquit Mabilio*, nullos tunc Monachos fuiſſe in Anglia: ſed ita loquuntur iſti Auctores, habita ratione illius temporis, quo monaſteria fere omnia ad Clericorum ſortem tranſierant: eodemque modo locuti

E

ſunt quidam tunc temporis ſcriptores Gallicani.

*Pag.* 363 *Annot.* e *adde* —— *Quia autem dicitur Epiſcopus attitulaſſe Dunſtano* eccleſiam B. Mariæ, *recte infert Mabilio*: Ergo Monachi non ſine titulis ordinabantur, id quòd diſcimus, *inquit*, ex Concilio Chalcedonenſi tit. 6 apud Creſconium in cap. 196, ubi prohibetur, Presbyterum Diaconum aut quemlibet in gradu Eccleſiaſtico ordinari *abſolute*, id eſt, ſine Titulo, niſi ſpecialiter eccleſiæ, civitatis, aut poſſeſſionis, aut martyrii, aut monaſterii qui ordinandus eſt pronuntietur. Itaque monaſteria inter Titulos computabantur. Titulum paupertatis Mendicantes invexere. *Moſonis quoque vidiſſe ait, litteras dimiſſorias ad Titulum monaſterii, datas ante annos quingentos.*

*Annot.* f *dele* —— *forſan eſt* foſſa, *& ſcribe* —— *Beda lib.* 3 *cap.* 17 *narrat de S. Aidano Epiſcopo, quod* tetenderunt ægrotanti tentorium, ita ut ipſum parieti hæreret eccleſiæ; unde factum eſt, ut acclinis deſtinæ, quæ extrinſecus eccleſiæ pro munimine erat appoſita, ſpiritum vitæ exhalaret ultimum. *Sunt ergo* deſtinæ, *quas Architecti* Paraſtatas *vocant, parietum fulcimenta, extrinſecus prominentia; quæ quidem in Vitruviana Architectura rectarum pilarum formam habent; in Gothica autem, qualis per Angliam uſurpabatur, inſiſtunt baſi longius procurrenti, & ſubinde fornicatæ, ut inter ipſam & parietem tranſiri poſſit, atque adeo etiam loculus inſtar cellulæ excavatus haberi: nomen autem fortaſſe derivatur à Latino* diſtinere.

F

*Annot.* g *adde*—— nihil ultra quatuor pedes in longitudine *habentem*; *altitudine vero*, ſtaturam hominis.

*Pag.* 364 *col.* 2 *lin.* 10 —— *nota ad verbum* Sanguinis, *itemque in margine, omiſſam à typotheta litteram* b.

*Pag.* 365 *Annot.* b --- *adde* --- *Mabilio qui ex Ms. Colbertino,* Unguinis, *non* Sanguinis *legit, in Præfat. ad Acta ſeculi* 1 *num.* 97 *& ſeqq. oſtendit, Vnctionem infirmorum Viatico dando præmitti ſolitam, eumque ordinem primum immutatum ſeculo* 13, *cum ſtulta invaluiſſet opinio, ſemel inunctis, ſi convaleſcerent, eſſe nefas ad debitum conjugale reverti. Idem Mabilio, ad paulo poſt ſequentia, obſervat*; Monachis in Anglia tunc fuiſſe poteſtatem hereditates adeundi.

*Pag.* 366 *Annot.* a *ſic incipe* --- *Malmesburienſis, qui lib.* 2 *cap.* 7 *intium Edmundi adſcripſerat an.* 940, *ibidem de eodem ita ſcribit.*

A *Pag.* 367 *col.* 2 *lin.* 2 *ad hæc verba* —— Patrem c vitæ ſuæ Dunſtanum --- *adde litt.* c *in margine: & in Annotatis ſcribe* ---

c *Malmesburienſis lib.* 2 *cap.* 7. Ipſe ſanctorum pedibus acclivis, Deo & B. Dunſtano vitam devoverat; cujus monitis tortiones crebras corporis patienter ferre, orationes continuare, prorſus palatium ſuum gymnaſium virtutum facere: *obiit autem* Edgarus Rex *anno* 975.

*Pag.* 368 *num.* 3 *lin.* 16 *poſt* videbatur *adde Aſteriſcum* *, *& pag.* 369 *ante* c *ſcribe.*

* *Addit hic Osbertus* n. 21. Inter hujuſmodi opera accidit, ut ipſe quodam die officinas monaſterii, ſociato ſibi uno ex monachis ſuis circuiret, & quid in unaquaque domo ad ſupplendas Fratrum neceſſitates haberetur, diligenti cura perſpiceret. Quo facto ad clauſtrũ iter reflectens, ac juxta oratorium transiens, repente audivit vocem de cælo ſonantem, & Fratrem qui cum eo ibat ex nomine hoc modo vocantem; Veni, Elffi, veni, veni. Illico Dunſtanus, rem intelligens; Eia Frater, ait, audiſti quo vocaris? Præpara ergo te, quatenus converſatione illa unde appellaris, quando hinc migraveris, dignus habearis: nam pro certo noveris, quod in hac vita non diu manebis. Quæ viri verba velox Fratris obitus, qui cito poſt accidit, declaravit eſſe vera. In ipſo itaque loco, in quo vocem de cælo Dunſtanus audivit, oratorium in modum turris, non multum porrectæ ſublimitatis, ædificavit; & illud ſub patrocinio B. Joannis Baptiſtæ fecit conſecrari.

*Pag.* 370 *col.* 1 *lin. ult. ſacris Pontificalibus adde* *, *& pag.* 371 *poſt* c *adde.*

* *Mox appellat* candidam Stolam Apoſtolatus, *& intelligit* Pallium *Archiepiſcopale: Mabilio autem pag.* 658 *producit ex Membraneo Codice Bullam Ioannis XII, ſuum Dunſtano Primatum confirmantis*, ſicut B. Auguſtinum ejuſque ſucceſſores Pontifices habuiſſe dignoſcitur; Pallium *quoque eidem concedentis: ipſa dicitur ſcripta* in menſe Octobri, Indictione IV, die XI Kalend. Octobris, anno duodecimo ſummi Pontificis Joannis: *ubi videtur ſcribendum fuiſſe* anno VI Duodecimi ſummi Pontificis Joannis, *& pro Indictione* IV, *notanda* V, *recens ſcilicet inchata, cum ſolum menſe Iulio præcedenti, currente adhuc Indictione* IV *anni* 961, *obierit S. Odo, uti ad Vitam ejus* 4 *Iulii dicetur.*

C *Pag.* 374 *Annot.* c *adde --- Noverca autem S. Eduardi fuit* Elfreda; *quam Malmesburienſis lib.* 2 *cap.* 8 *ait ædificaſſe monaſterium Sanctæ Crucis*, compunctam privigni ſui Eduardi nece indigna, cujus ipſa conſcia & auctor fuit: *Bromtonus vero ait, quod S. Dunſtanus, ante ſuam mortem, Reginam abſolverit*: quæ poſtea cunctis diebus vitæ ſuæ in caſtitate vivens, vitam in Domino feliciter finivit.

*Pag.* 376 *in fine num.* 60 *ſcribe litteram* g --- *Ibid. Annot.* a *ſic lege* --- *Imo* ſexageſimo quarto, *ſi (ut ſupra dictum) natus eſt anno Æthelſtani Regis* I *Chriſti* 924. *Similiter pro* anno Patriarchatus trigeſimo tertio, *lege* trigeſimum ſeptimum, *anno* 961 *inchoatum, deinde ad alia Annotata adde.*

g *In Ms Thuano-Colbertino, apud Mabilionem, inſuper habentur hi verſus*

Juſtus homo, nudus vitio, ſedes ſubit almas,
  Ex quibus expulſam ſe dolet atra cohors.
Iſte, polum petit; illa, rogum Stygis: ardua, moles
  Deſerit; atque levis gleba, natare ſolet.
Manſio diverſa, diverſaque præmia; quantum
  Ortus ſolaris diſtat ab Occiduis.
Imperat huic Agnus, circumdatus agmine læto;
  Illi cum prava Pluto cohorte præeſt.
Uritur illa gelu, nive, grandine perpetuali:
  Vernos iſta dies manſio ſemper habet.

Hæc generoſa Duce, jucundo Cive decora, D
  Carmine feſtiva, pace quieta jugi.
Tu venerande, piis mixtus, Dunſtane, catervis,
  Exerces hilares hac regione jocos.
Quanti ſis meriti plebs indicat Aſtricolarum,
  Quæ famulata tuam duxit ad aſtra animam.

*Pag.* 381 *Annot.* e *ſic lege* --- *Quæ hic adjungit Osbertus, & Surius ſtylo mutato dedit, infra commodius dabuntur genuino ſtylo* --- *tum reliquam columnam & ſequentem expunge.*

*Pag.* 382 *num.* 18, *lin.* 3 *ad* infirmabatur *adde*, etiam in margine.*

*Pag.* 383 *Annot.* f *adde* --- *Osbertus ait quod idem* Odo promiſit fratri ſuo Regi copioſam pecuniam, eo pacto, ut ſibi liceret movere quaſdam calumnias, ſuper terras & conſuetudines Eccleſiæ Cantuarienſis; & inde adverſus Landfrancum, pro more ac legibus terræ, placita inire. Cui cum Rex acquieviſſet, ille, de cunctis Comitatibus totius Angliæ, prudentiores & juxta uſus ac leges Regni doctiores viros, Cantuariam ſtatuto die fecit venire; præcipiens illis, ut nihil hæſitantes, ſe tutore, armarentur ad impugnandam libertatem prædictæ Eccleſiæ.

* *Osbertus addit*: Decumbebat autem in villa ſua, E quæ Ealdintune appellatur.

*Pag.* 385 *expunge Annotationem* a *col.* 2, *pro eaque hanc ſubſtitue.*

a *In Ms Thuano-Colbertino, apud Mabilionem, adduntur hi verſus:*

Quem genus inſignit, virtus attollere certat,
  Huic dare noſtra cohors munera laudis habet.
Dunſtanus, Pater eximius, venerandus in orbe;
  Poſt hiemes, veris tempora læta ſubit.

*Quibus videtur feſtum, verno-tempore recurrens, commendari.*

# ALIVS LIBER

## MIRACULORUM S. DUNSTANI.

### *Ex Ms. noſtro & editione Mabilionis.*

1. NOnnulla quæ de vita B. Dunſtani vitæque deceſſu, aut ſcripto, aut ab iis qui ab ejus tempore uſque ad nos per ſucceſſus ætatum fluxere accepimus, in quantum Deus, illius intervenientibus meritis, concedere dignatus F eſt, ſuccincte digeſſimus. Nihilo ergo minus ſuccincte digerere placuit, quæ vel ad ſacratiſſimum corpus ejus, vel ad beatam memoriam beati nominis ejus, partim ſcripto, partim veracium virorum relatu, partim proprio viſu geſta didicimus.

2 Cæcus quidem prope civitatem Cantuariam habitabat, &c. *quæ ſatis eſt ex Osberno habuiſſe, & poſſe apud Surium, mutato licet ſtylo, legi. Quo autem facilius cetera comparari inter ſe poſſint ab eo qui voluerit; placet Surianorum Capitum numeros, Mabilionis exemplo, retinere; & , ubi illi deficiunt, proſequi.*

*Sancti adventus ad Vigiliam feſti ſui indicatur Abbati.*

3 Alio tempore Abbas [ cœnobii S. Auguſtini Scollandus ] in vigilia feſtivitatis ejuſdem nobiliſſimi Patris, forte in viridario ſuo veſpertina hora ſedebat. Dum itaque conſidentibus fabularetur in eccleſia Dei Salvatoris, in qua quieſcit venerabile corpus ipſius beati Sacerdotis, ad nocturnas vigilias omnes campanæ pro uſu loci ſimul pulſare cœpere. Tunc Abbas, erectis ad cælum oculis, vidit ingentem ſplendorem inde ſuper eccleſiam ipſam deſcendere, eamque de ſuperioribus penetrare. Quo viſo, & ſuis qui hoc ſecum videre merebantur oſtenſo, pio affectu ſuſpirans, ait: Vere pius Pater Dunſtanus jam ad ſuam feſtivitatem vadit, intereſſe volens

A volens obſequio, quod ſui filii hac in nocte Deo & ſibi exhibituri ſunt. Quod ita, ſicut dixerat, actum eſſe, experti ſunt Fratres, qui ipſi feſto meruerunt intereſſe: nam ex dulci ſanctoque affectu, quo in Deum & famulum ejus jucundati ſunt, ſanctam præſentiam ejus ſibi adeſſe perſenſerunt.

*Diaconus, inter ſacra à dæmone arreptus,*

4 Quid vero circa juvenem quemdam, Egelwordum nomine, in ipſo monaſterio geſtum ſit, iſtis annectere cordi fuit. Juvenis idem ejuſdem monaſterii Monachus erat, & una dierum vocatus ad Miſſam Lanfranci Archiepiſcopi, Euangelium legerat. Hic, cum dicta Oratione dominica patenam Pontifici ex more offerret, vidit coram ſe quoſdam teterrimos & horridos malignorum ſpirituum vultus: ad quorum aſpectum nimio pavore perterritus, Antiſtitem, inter manus ſacra tenentem, utriſque brachiis ſtrictim amplectitur, horrido clamore vociferans ac dicens: Chriſtus vincit, Chriſtus regnat, Chriſtus imperat. Conterriti ſunt omnes qui aderant, & arreptum juvenem Milites de eccleſia in Pontificis cameram rapiunt; poſtque Fratribus in Capitulo adunatis Lanfrancus Pater ingreditur; & juvenis, jam dæmone plenus, à pluribus fortiſſimis viris conſtrictus in medium ducitur. Prout petebat
B negotii tenor, conſeritur ſermo de illo & fit oratio communis pro eo. Mox ſano ſenſui (ut dabatur intelligi) redditus, ac demum pro agendis gratiis ſepulcro Patris Dunſtani ab Archiepiſcopo & Conventu præſentatus, tota die illa inter Fratres manſit, quaſi nihil veſaniæ paſſus. Lætantur Fratres in hoc; & lætitia, futuri mœroris prænuntia, modum exceſſit. Jam dies in veſperam declinabat, & horam Completorii Monachi in choro pſallebant.

*Henrico Priori inſultat,*

Tunc ille, ſtationis ſuæ ſubito loco relicto, ad Priorem eccleſiæ, Henricum nomine, cucurrit, & impetu facto manus illi injicere voluit. At ille, porrectis contra brachiis, patientis manus arripuit, ſtrinxit; ac in dormitorium ducto, noctem illam ante lectum ejus reſidens, inſomnem ſuper eo ſollicitus duxit. Tunc ſubito, circa mediæ noctis ſilentia, rupit ſilentium Fratrum; ac in immoderatos clamores erumpens, confuſis vocibus omnia inquietabat. Turbati Fratres, nec tam grave malum diu ferre valentes, lectis exiliunt, furioſum arripiunt, & ad tumbam Confeſſoris Chriſti Dunſtani, omnimodo reluctantem, coactis viribus pertrahunt. Furit ibi ſicut primo, & in Chriſtum ac famulum ejus horrendas blaſphemias jactitat; nec ab eis deſtitit,
C donec ſequens dies illuxit. Nil ergo remedii conſecutus, mane fertur in domum infirmorum; ubi per multos dies adſtrictus loris & funibus, miſerabili cruciatu torquebatur. Inter quæ contingebat quodam mirabili modo, ut cum quidam ad eum accederent, illico ſi quid gravis peccati, de quo necdum confeſſi erant, in cordis ſecreto habebant, detegeret; & illos ſibi in pœnis perpetuis ſocios fore futuros, gaudens & hilaris pronuntiaret. Ex hoc dum nonnulli gravem contumeliam incurriſſent, ipſi ſemetipſos graviter erubeſcentes, remedium ſibi puræ Confeſſionis adhibuere. Confeſſi ergo, & pœnitentia cum abſolutione peccatorum à Præſidente ſuſcepta, iterum ſe præſentaverunt dæmonioſo: quos ille ex tranſverſo intuens, nec eos ſicut primo cognoverat recognoſcens; qui fuerint, unde venerint, quo lavacro loti tam ſubitam purgationem meruerint, quidve rei contigerit quod ſuam ſocietatem ſic cito alterati amiſerint, furibundus, ſpumans, & ejulans mirabatur. Et hæc quidem, ut re ipſa clarum fuit, Chriſtus provida ſuæ miſerationis diſpenſatione faciebat, propter Monachos ipſius eccleſiæ; in iſtis videlicet eos ad correctiorem
a vitam erudiens, quos à tempore Danorum, qui B. Elfegum occiderunt, ceſſante diſciplina, in ſeculari videbat converſatione, ultra quam debebant, jacere. Inter hæc, proficiente novo opere cœptæ eccleſiæ, res exegit reſiduum vetuſti operis, ubi memorata Sanctorum corpora erant locata, ſubverti. Parato igitur refectorio Fratrum, ad divinum Officium inibi celebrandum, omnes cum feſtiva proceſſione illuc à veteri eccleſia perreximus, præferentes cum honore & reverentia glorioſos ac dulciſſimos patres noſtros, Dunſtanum atque Elfegum. Et ecce dæmonioſus ille, toto corpore fortiſſimis funibus lecto ſtrictim colligatus, à multis delatus eſt, & è regione oſtii, per quod Sancti inferri debebant, cum lecto depoſitus: quos ipſe eminus intuens, horrido clamore infremuit, & (quod dictu fortaſſis alicui incredibile videbitur) cum lecto exiliens erexit ſe, fugere volens præſentiam Sanctorum quos horrebat. Sed illatis Sanctis intra domum, illatus eſt & ipſe, ac poſitus in medio eorum. Erat itaque infelicem miſeriam videre. Jacebat captivus, in lecto ſupinus, undique conſtrictus, nec in ſe ſui juris quidquam habens. Cernebatur dæmon, qui eum poſſidebat, in ventre ejus hac & illac diſcurrendo vagari: ut putares illum modo per os, modo per inferiores partes corporis fugam parare. Quibuſdam vero qui circumſtabant manus ad diſcurſum inimici protendentibus, & quod in modum parvuli cati diſcurreret Francigena lingua dicentibus; ille contra, qui linguæ ipſius omnimodis inſcius erat, ſubridens, eadem lingua ſimiliter, verbo diminutivo conſonanter reſpondebat, dicens; Non ut catus, ſed ut catellus. Interim hora refectionis advenit. Manducante ergo Conventu remanſit unus ex ſenioribus, Elfewinus nomine, cum patiente Dominū obſecrans. Hic ab infantia ſua B. Dunſtano dulci quadam & officioſa dilectione ſemper ſolebat adhærere, ac pro poſſe ſuo in ejus obſequio aſſiduus exiſtere: qui miſeratus jacentis infelicitatem, & non parum confiſus de B. Dunſtani pietate, conſtantior, Crucem, quam ipſe Pater in corpore degens coram ſe more ſummi Pontificis ferri faciebat, accepit; eamque ſuper dæmoniacum poſuit, devota mente, lacrymoſa voce clamans & dicens; Care Domine, ſancte Dunſtane, miſerere. Mirabile dictu! Illico fugato dæmone æger, levatis pie ſurſum oculis, & perfuſus lacrymis, ait; Gratias tibi ago, piiſſime Pater; gratias & tibi, cariſſime Frater; quia tuis meritis, ſanctiſſime Domine; & tua, Frater, caritativa interceſſione, hoſtis qui me vexabat diſceſſit, perterritus diutius manere non potuit. Quod Monachus audiens, gaudio gaviſus eſt magno; & perſolutis debitis gratiis pro Dunſtano, vincula quibus erat irretitus abſolvit. Cum itaque Fratres, poſt refectionem, illo intraſſent; &, quem furioſum reliquerant, leni ſopore quieſcentem reperiſſent; obſtupefacti, immenſas Deo & ejus ſervo Dunſtano gratias intimo corde perſolverunt. Manſit ergo poſt hæc inter Fratres per multos annos ab illa infirmitate ſanus & incolumis; expletoque curſu vitæ præſentis, ſancto fine quievit. Quantum autem percuſſio iſtius valuerit ad correctionem eorum, qui in ipſo monaſterio Monachi erant, facile eſt videre omnibus, qui, unde, ad quid Ordo Monachicus ab eo tempore illic profecerit, ſciunt. Sciunt quippe, quia qui prius in omni gloria mundi, auro videlicet, argento, variis veſtibus ac decoris, cum pretioſis lectiſterniis (ut diverſa muſici generis inſtrumenta, quibus ſæpe oblectabantur, & equos & canes & accipitres, cum quibus nonnumquam ſpatiatum ibant, taceam) more Comitum potius quam Monachorum vitam agebant; hoc flagello, cooperante miſericordia Chriſti, & ſagacitate boni

*Auctore Osberto, in tranſlatione S. Dunſtani dirius vexatur,*

E

*& impoſita ſibi ejus Cruce Pontificali liberatur.*

F

*Monachorū converſio inde ſecuta.*

AUCTORE OSBERTO.

Patris Lanfranci Archiepiſcopi ad id provecti ſunt, ut omnibus illis abrenuntiarent; ac in veram Monachorum religionem tranſeuntes, cuncta quaſi ſtercora reputarent. Et nos quidem, qui qualiter ea tempeſtate res agebantur novimus, indubitanter fatemur; quia nequaquam proceſſiſſet tam ſubita & ſalubris rerum mutatio, ſi præ oculis non fuiſſet oſtenſa crudelis illa & quæ cunctos terruerat ſæva examinatio.

*Monachus apoſtatare volens,*

20 Inter hæc jam monachica religione in eccleſia Salvatoris Chriſti quoque fundata, circumquaque boni Clerici cœperunt illuc ad converſionẽ venire, & Monachi fieri: quos inter Eadwardus quidam nomine, vir in ſcientia litterarum ſtrenuus, & Lundoniæ civitatis Archidiaconus, veniens honorifice ſuſceptus ad Ordinem eſt. Qui novo converſionis ſuæ tempore, religioſæ vitæ in ſuis moribus indicia præferens,
b poſt annum quo Monachus factus eſt, Secretarii officio functus eſt: in quo officio conſtitutus, dum aliquantum majori libertate ceteris potiretur, cœpit à religione paullatim tepeſcere, & in quibuſdam negligentius agere. Cum igitur ab iis, qui eo ſcientia & ordine videbantur inferiores, modo privatim, modo publice corriperetur, moleſte ferebat; & quam prius amaverat religionem, faſtidiebat. Quid plura? proponit animo de Monaſterio fugere. Quæ itaque fugitivis neceſſaria ſunt, ſibimet & cuidam juveni, quem fugæ ſuæ ſocium adſciverat, de rebus eccleſiæ parat.
B Jam noctem fugæ deſtinatam dies præibat, & Fratres meridiana hora in lectis pauſabant: ille vero in Oratorio; quaſi pro ſuo officio vigilans, de hoc quod ſe facturum cogitarat, animo fluctuabat: ſtatuit tamen penes ſe, præter licentiam Patris Dunſtani, ſe diſceſſurum minime fore. Itaque ad tumbam ejus ſeſe confert; & ſtratus pavimento, querula voce, illos & illos injuriarum ſibi illatarum accuſat, atque ut ſua benedictione propoſitum iter ejus comitetur obſecrat, pollicens quocumque pertingeret ipſius ſeſe futurum. Deinde eccleſiam exiturus poſt chorum venit, ibique Monachum quemdam, reverendi vultus decore conſpicuum, ſuper ſe vividos oculorum radios dirigentem, virga quam manu tenebat ſe ſuſtentantem, ſtantem invenit. Quo viſo, nec quis eſſet ullatenus agnito, expavit; eoque relicto, quo diſpoſuerat, pergere voluit. At ille oppoſita virga ſciſcitatus eſt: Quo vadis? Ille, ſciens moris non eſſe Monachos in Oratorio loqui, digitis innuit, ipſum ibi nequaquam loqui debere. Cui Monachus: Si loquor, nihil ad te; ſed tu, ad ea quæ interrogo, mihi reſponde.
C Dic, quo vadis? Dare, ait, operam iis quæ mea interſunt. Reſpondit: Nihil eſt: redi magis ad ſepulcrum ubi modo fuiſti, & mutata voluntate tua intentius ora. Stupefactus ille reverſus eſt ad tumbam ſancti viri, modum primæ orationis oratione ſecunda non mutans. Inde rediens, & Monachum ubi primo habuit obvium habens, ſecundo quo tenderet ab eo requiſitus eſt. Ille animoſior factus, quid hoc ad eum? paullulum dure interrogavit. Multum inquit ad me: quod &, ſi tu te nõ correxeris, in proximo experiere: ſed nunc vel ſecundo admonitus redi, muta mentem, muta precem. Cumque ille potius tranſire, quam redire conaretur; is qui Monachus videbatur, virgam contra vibrando erexit, atque ad requiem Sancti illum reverti coëgit. Grandi ergo pavore percuſſus incumbit precibus, quibus jam incubuerat duabus vicibus. Poſt hæc ad locum rediens, ſed virum minime reperiens, jam ſe bene feciſſe ratus eſt; & ad oſtium, quo clauſtrum intratur, properavit: ubi virum, turbato vultu contra ſe ſtantem, & quo iret ſolito interrogantem offendens; turbato & ipſe ſpiritu, quis ille, vel cujus poteſtatis eſſet, qui eum tanta auctoritate conſtringeret, inquiſivit. Ait: Quæris, quis? audi. Ego, ego nimirum ſum Dunſtanus, proviſor & prius Archiepiſcopus loci iſtius, amator atque adjutor omnium illorum, qui vere filii ſunt eccleſiæ iſtius. Sed tu voluntate perverſa vis, contra morem filiorum bonorum, deſerere eccleſiam matrem tuam, vis deſerere Deum patrem tuum, & ad id peragendum petis ſuffragium meum. Stulta cogitaſti, dum in iis me tibi ſuffragaturum exiſtimaſti: nec enim tali via perveni ad Deum. At ſemel monui, & ſecundo, quatenus te corrigeres, & noluiſti: nunc igitur ſcias, quia mea licentia numquam hinc exibis, ſed velis nolis hic remanebis, hic morieris. Propterea tamen quod monẽtem exaudire contempſiſti, in pœna tua ecce probabis quod non bene feciſti. Quibus dictis virgam levavit, & eum tertio acriter percuſſum in terram proſtravit, & diſparuit. Remanſit igitur Frater graviter debilitatus, & demum à Fratribus in domum eſt infirmorum delatus. Facta ſunt hæc inter duas feſtivitates Aſſumptionis & Nativitatis S. Mariæ. Fuit igitur in infirmitate quotidie proficiens, & ſemper ſequenti die præcedente deterius habens: quæ infirmitas talis erat, ut qualitas ejus dignoſci à nemine poſſet, nec ipſe ulli volebat exponere unde proceſſiſſet.

*à B. Dunſtano impeditur:*

*& propter pertinaciam caſtigatur*

Tandem languor vitalia ſubiit, & morti propinquus Inunctionem & Communionem corporis Chriſti ſuſcepit. Illuxit dies feſtivitatis S. Martini: & ille, juxta quod putabatur, in ſuprema hora conſtitutus, ad terram ſuper cilicium poſitus eſt. Accurrentes Fratres ſeptem Pſalmos pœnitentiales & Letanias pro obitu ejus ex more decantabant. Igitur in Letaniis cum dicerent, S. Dunſtane intercede pro anima ejus, & id ipſum, pro ſpe ſubventionis, quam in ipſo dulcius habent, iterarent; cœpit æger pene defunctus reſpirare, & in circumſtantes pio intuitu oculos dirigere. Incurvavimus nos qui propinquiores ſtabamus ad illum, volentes noſſe quid vellet. At ille: Ponite me, quęſo, inquit, ſuper lectum noſtrum, quia modo mori non poſſum: quod & factum eſt. Deinde accerſito Henrico Priore, cujus ſupra meminimus, ei rem totam, ſicut eam retulimus, ex ordine pandit; ac pro mala voluntate, quam habuerat, diſcedendi à Monaſterio, pœnitentiam egit, abſolutionẽ ac veniam petiit: aſſeruit quoque ſe nullatenus mori poſſe, donec & rem eatenus cunctis incognitam denudaſſet, & remedio pœnitentiæ reatus ſui potitus fuiſſet. Quod Prior audiens, admiratus miſericordiam Dei eſt, & pœnitentia morienti injuncta, de peccato quod fuerat confeſſus eum abſoluit. Tunc ille mente exhilaratus, & quod nihil peccati, unde confeſſionem pœnitentiamque non fecerit, in ſe cognoſceret, Deo
F gratias agens, quatenus ſibi jam de corpore liceret egredi, poſtulavit. Ad quod Prior ait: Proficiſcere cum benedictione Dei omnipotentis, comitetur iter tuum beatus & pius Pater Dunſtanus, & ſuſcipiat te in regnum ſuum filius Dei Dominus noſter Jeſus-Chriſtus. In his verbis, antequam lecto deponi poſſet, emiſit ſpiritum. Cum igitur in Conventu Fratrum eccleſiæ ipſe Prior hæc omnia ſeriatim enarraſſet, juvenis, quem fugæ (ut diximus) ſibi ſocium Eadwardus delegerat, ſurrexit; & humi ſtratus, lacrymiſque perfuſus, ſe in fuga quidem homini conſenſiſſe, ſed quod tali modo à Patre Dunſtano retentus fuerit, illuc uſque neſciſſe, confeſſus eſt.

*atque ad mortem egrotat:*

*non tamen niſi confeſſus mori poteſt.*

*Alius in reditu à locis ſacris à militibus vindicatur.*

21 Alius quidam, ipſius eccleſiæ Monachus, nomine Egelwinus, cupiens ire Jeruſalem, accepta licentia ab Archiepiſcopo & Fratribus, profectus eſt; commendans ſe, & pollicens B. Dunſtano, quia ſi iter ſuum proſperaret, pallium unum, quam melius poſſet, rediẽs ei deferret. Hoc ſiquidem quod nunc ſcribo, factum fuit eo tempore, quo Monachi Cantuarienſes, ut habita ſuperius mentio eſt, magis more Comitum, quam pauperum & proprii nihil habentium Monachorum, vitam agebant. Profectus ergo Frater,

ut

A ut dixi, proſperrimo itinere pervenit ad ſepulcrum Domini;& inde rediens per Conſtantinopolim,emit ibi quod B. Dunſtano deferret pallium unum, pretioſum valde & pulcrum:qui ubi pertranſita Apulia & Roma venit in Longobardiam, obviavit expeditioni c Imperatoris:quem plures honorati viri de exercitu cum honore & ſeculi pompa proficiſci conſpicientes, & magnum aliquem eſſe conjectantes, humiliter ſalutatum benedicere ſibi poſtulavere. Verum cum inter ultimos & ignavos multitudinis homines deveniſſet; ipſi, conſiderantes mulam viri, diverſis ſarcinis digniter oneratam,rati ſunt eum magna & multa pretioſa portare.Monachum igitur cum ſociis viæ dimittentes,mulam invadunt, rapiunt, abducunt:at ille, utpote in aliena patria, metuens ne plura perderet,ſi eos inſequens ſua repeteret, ſubſtitit;& intuens beſtiam cum ſuis rebus longius abductam,vehementer indoluit. Occurrit interim animo, quid de eccleſia ſua exiens promiſerit S. Dunſtano. Deſcenſo igitur animali cui inſidebat,terræ procumbit; Dunſtanum, ne pallium ſuum quod aſportabatur perderet, precatur & obſecrat. Mirabile dictu! Necdum precem finierat, & ecce mula, inter manus abducentium ſe,cœpit quaſi inſanire;ore & pedibus, B in eos qui ſeſe tenebant, mordendo & feriendo deſævire.Cumque illi eam exonerare,& ſic à ſe dimittere voluiſſent; illa rejectis pedibus hunc & illum graviter lædens, quæ credita ſuſceperat integra conſervabat; tandem de manibus illorum rupto fræno elapſa,rapidiſſimo curſu poſt Dominum ſuum cucurrit,ſemper ſubſiliens, & ſe ab inſectantibus fortiter defendens: quod Monachus eminus intuens, exhilaratus eſt; receptoque animali, cum omnibus rebus ſuis, patriam lætus reviſit; ac patri Dunſtano pallium, quod promiſerat, obtulit.

*ſervata mula quæ pallium Sancto emptum ferebat.*

*Alia miracula perſtringuntur.*

22 Quid faciam,ſi cuncta,quæ de iſto glorioſiſſimo Patre hoc tempore mira narrantur, deſcribere velim? prius mihi tempus quàm materia ſcribendi deficiet. Omiſſis igitur multis, in quorum ſilentio ſcio me nonnullos offenſurum,duo tantum,quæ nuper acciderunt, & celebri fama feruntur, brevi referam, ſicque cœpto operi finem imponam. Illud tamen, quod homunculo cuidam, Lamberto nomine, qui in camera venerabilis Anſelmi, ſucceſſoris glorioſi Lanfranci Archiepiſcopi, miniſtrare ſolebat, oculos quos ferme amiſerat reddidit;& item,quod uni Clerico,Capellano ejuſdem Anſelmi, nomine & natione Normanno,equum,quem peſtis,quam *d* camoriam vocant, ad mortem fere afflixerat, incolumem reſtituit, & plura hujuſmodi, in numero miraculorum tanti Patris hac vice computare minimum judicavi. Unum igitur de duobus quæ ſpopondi me relaturum, hoc eſt.

d C

*S. Dunſtani planetam ornans mulier ſanatur.*

28 Planeta,qua ipſe Pater Dunſtanus inter Miſſas frequenter fuerat uſus, in Abbatia B. Petri, quæ in Occidentali parte Lundoniæ ſita eſt, abſque ullo auri apparatu exiſtens habebatur. Matrona vero quædam Lundonienſis,gravi infirmitate detenta,ſanitatem ſe amplius recuperaturam nulla ratione credebat.Huic, ſicut putabatur, jam & extemplo morituræ,per viſum vir Dei Dunſtanus apparuit,ſciſcitans utrum ab illa infirmitate convaleſcere vellet: qua,Et maxime quidem, reſpondente; intulit: Tolle aurifrigium, quod in arca tua reconditum habes, & pone illud in Caſula mea, quæ habetur apud Weſtmonaſterium,& convaleſces.At illa, mox facto mane,miſit,& Caſulam deferri fecit:quam deoſculans,& aurifrigio,ſicut erat admonita,perornans, illico integerrime convaluit, & deinde pluribus annis incolumis vixit.In quo illud quoque admirationi nonnullis fuit, quoniam idem aurifrigium Planetæ appoſitum,nec majus,nec minus inventum eſt,quam veſtis ipſius menſura petebat.

AUCTORE OSBERTO.

23 Aliud ſponſionis meæ miraculum,in Glawor næ *e* civitatis provincia,ab eodem Sancto nuperrime factum accepimus. Inſtabat beata ſolennitas ipſius beati famuli Dei, quæ pro depoſitione ejus colitur xiiii Kalendas Junii.Eſt autem in præfata provincia villula quædam, Sarprintune dicta; & in ea eccleſia non adeo magna, in honorem B. Dunſtani antiquitus conſecrata. Dominico igitur die, ipſam ſolennitatem præcedente,indixit parochianis ſuis plebejus Presbyter imminens feſtum celebrare, & ab omni opere manuum,ſicut in Dominico die, vacare: quod præceptum unus ruſticorum nihili pendens, junctis bobus, ſummo mane feſtivitatis, agrum ſuum colere cœpit. Arguentibus autem illum pro audacia notis ſuis,ſubſannando reſpondens ait:Quid? pro Dunſtano de Sarprintune ego culturam meam intermitterem? ſtulta opinati eſtis, cum hoc vos mihi perſuaſuros æſtimaſtis. Adhuc verba ſub lingua volvebat,& ecce unus oculus ei de capite in terram decidens, dedit ei intelligere, quod, in laborando terram die illa, non bene faciebat.Una quoque ex vaccis, quæ juxta aratrum vacua ibat, eodem momento veſaniâ capta, ſuper boves efferata eſt, ita ut eorum nonnullos perderet,ſi concurrentis multitudinis manibus non ſtatim E interfecta fuiſſet *f*. f

*e Feſti ejus violator pœnitur unus*

24 Sequenti anno, ipſo die feſtivitatis ejuſdem, apud Burgum,ſcindebant ſimul campum unum aratra ſeptem. Igitur inter arandum, unus eorum qui bobus præerat, aratro ſedens, ſibi quietem ac bobus præſtabat. Et ecce cum nihil ſiniſtri ſuſpicaretur, de loco quietis, neſcit à quo, rapitur, & ſurſum ſeipſo celſius jacitur, indeque rurſum ad terram eliditur: boves,ſub ipſo aratro juncti,fractis jugis, veſani diſiliunt,ſilvas & devia petunt: par fuga, diſperſio eadem alios juxta arantes boves involvit: boum, qui diſperſi ſunt, quidam cum difficultate reperti, & quidam ſunt fluminis profunditate ſubmerſi. Hæc duo de bobus arantibus acta, ea conſideratione ſub uno poſuimus, quod & ſimilia pro quadam parte exiſtunt, & pro oſtendenda reverentia tantæ diei, licet evoluto anno una die facta ſunt.

*& alter.*

*Atque hic finiens Auctor;*

25 Hinc jam expleto promiſſo, debitum finem oratio poſtulat: & nos quidem illum ecce hic ponimus, licet de tanto Patre jugiter loqui dulce habeamus. Quod tamen ea conſiderationis ratione nos facere accipiatur, ut nemo nos mendacio arguat, ſi his, quæ digeſſimus, Pater idem ſuæ miſerationis opera aliqua adjecerit; & ea, ſi vita comes fuerit, F deſcripſerimus. Scimus etenim quia pietatis ſuæ abundantiam nulli, eam ex corde quærenti, novit non exhibere.

*indicat multitudinem curatorum ex lotione baculi S. Dunſtani.*

26 De baculo interim illius, quem, ſicut longe ſupra narravimus *g*, dente B. Andreæ Apoſtoli g inſignivit, hoc paucis dicendum exiſtimavi: quod ex aqua, unde idem baculus abluitur, multa ſolent febricitantibus & aliis modis infirmantibus ſanitatum beneficia præſtari. Ex quibus quamvis plurimos, quos ſanatos certiſſime ſcio, poſſim nominatim in medium proferre, ea tamen re eos cum ceteris ſilentio premo, quoniam res ita evidens eſt & uſitata, ut plus nonnumquam mirabile videatur, cum aliquis, eadem aqua in potum ſumpta, ab infirmitate non ſanatur. Quapropter vas unum, in quo de ipſa aqua aſſidue ſervatur,in eccleſia Salvatoris Cantuariæ habetur: videlicet ne hi qui ea indigent, aliqua mora vel incommodo ab adipiſcenda ſanitate præpediantur.Nam fere quotidie illuc pro ea à pluribus curritur, & certa medicina ægrotantibus inde defertur. Pro his igitur & omnibus beneficiis tuis, ſit tibi,piiſſime omnipotens Deus, laus & gratiarum actio; & ſuper populum tuum, cui tantum dediſti Patronum,

A Patronum, ſit tibi precamur tua ſemper larga benedictio; qui unus in trinitate, & trinus in unitate vivis, regnas, & gloriaris Deus, per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

## ANNOTATA.

a *De Monachis Cantuarienſibus dicit Malmesburienſis in Lanfranco, quod*, ſicut omnes tunc temporis in Anglia, ſecularibus haud abſimiles erant, niſi quod pudicitiam non facile proderent: *Lanfrancum autem effeciſſe ait, ut eſſent*, ampliori quam uſquam Angliæ numero, & religione Cluniacenſibus non impares.

b Secretarium, *inquit Mabilio*, Ædituum ſeu Sacriſtam vocamus; *noſque ad Conſuetudines Cluniacenſes remittit. Habentur ha Tom.4 Spicilegii Acheriani, cum præfixis librorum & capitum titulis, ubi nullus* de Secretario *vel* Sacriſta *propriùs.*

c *Fortaſis* S. Henrici, *cujus Italica expeditio in Calabriam, incidit in annum* 1013: *nam licet ante tempora Lanfranci, qui diſciplinam monaſticam reſtituit paulo poſt annum* 1070, *Conradus an.* 1027, *& Henricus an.* 1046, *Romæ coronati Imperatores, exercitus in Italiam duxerint; reverentia tamen Monacho tranſeunti à primoribus habita,*
B *illius Sancti Regis diſciplinam magis ſapit.*

d Camoria, *nec Spelmanno nec Cangio nota vox, haud facilem in Anglica lingua etymologiam habet; an vero ex veteri Britannica, cui* Cam, Curvus, *fuit, habere eam poſſit, peritioribus divinandum relinquo.*

e Glaworna *nulla inter Anglicanas civitates nota eſt, nedum inter eas quæ Provinciæ ſeu Comitatui alicui nomen tribuat.* Glamorgania, *Cambricorum ad mare Comitatuum ultimus, nullam habet ſui nominis civitatem: alias teſtatur Cambdenus, de illa agens, Cambrobritannis facile alternari* M *&* W *conſonantes.*

f *Hactenus Mabilio ex ſuo Ms. Compendienſi: ſed addit &c. in dubio relinquens, an ipſum ſine mutilum acceperit. Codex noſter progreditur etiam ad ſequentia.*

g *Leguntur iſta apud Surium lib.* 1, *cap.* 21, *& à nobis ad Vitam ab Osberno ſcriptam referuntur in Annot.* b *ad caput* 6.

## DE B. HUMILIANA.

*Pag.*386 *num.*4 *poſt lin.* 13 — adde — *: quod tamen intelligo, in ejus Bibliotheca, ſæpius ipſo mortuo in alias aliaſque ædes tranſlata, non amplius reperiri; ſed pro eo haberi antiquius aliud, cujus Titulus ſic in Catalogo deſcriptus reperitur*, Martyrologium Romanum emendatum per Georgium Antonium Veſpuccium,
C Canonicum Florentinum, Florentiæ MCCCCXLVIIII.

*Pag.*408 *num.*1 *lin.*13 — divinas — *l.* — non niſi divinas.

*Ibid. num.*2 *lin. antepen. ..... ſupple ex Ms. diligentius inſpecto* — adhuc.

## DE S. PETRO-CÆLESTINO.

*Pag.*419 *num.*1, *lineas* 8 *ultimas* poſt — *Martyrologio Romano* — ſic muta — *ubi ſic ejus memoria recolenda olim præſcribebatur, ex priori correctione Gregorii XIII.* Eodem die XIX *Maji*, S. Petri de Morono, qui ex Anachoreta ſummus Pontifex, dictus eſt Cæleſtinus quintus: * ſed amore quietis abdicans ſe Pontificatu, laboribus & ærumnis preſſus occubuit, multiſque miraculis claruit. *Verum quia horum verborum pars ultima, Succeſſoris Bonifacii duritiem erga virum Sanctum notare videbatur; viſum ſequenti mox anno eſt ea ſic mutare*, Sed Pontificatu ſe abdicans, & in ſolitudine religioſam vitam agens, virtutibus & miraculis clarus migravit ad Dominum: *quæ nunc primo loco jubentur legi, in recognitione anni* 1674, *poſt-*

*in quo Bonifacii erga Sanctum duritia diſcrete diſſimulatur.*

*quam ſcilicet cultus ejus omnibus Romano Breviario utentibus præſcriptus fuit, ſub ritu Officii Semiduplicis, nunc Duplicis. Placuit ſcilicet Sancti in caſtro Fumonis cuſtodiam, minime ipſi liberam, ſed patienter toleratam, mitiori* ſolitudinis *vocabulo cohoneſtare, ne quod forte ſcandalum ea crearet puſillis: eademque cum moderatione compoſita videtur Oratio propria, ſub Miſſa interque Horas recitanda*; Deus qui B. Petrum Cæleſtinum ad ſummi Pontificatus apicem ſublimaſti, quique illum humilitati poſtponere docuiſti; concede propitius, ut ejus exemplo proſpera mundi deſpicere, & ad promiſſa humilibus præmia pervenire feliciter mereamur. *Agunt de eodem Wion, Dorganius, Menardus, Bucelinus, & alii in Faſtis Benedictinis, ut Regulam S. Benedicti profeſſo.*

*Pag.*449 *col.*1 *lin.* 8, — *Alphonſo* — l. — *Petro.*

*Pag.*483 *Annot.* 9 *lin.*4 — audivis — *l.* — audivit.

*Pag.*497 *Annot.*g *lin.*7, — *Bonificio* — l. — *Bonifacio.*

*Pag.*533 *num.* 149 *ſubjunge* — *Et Franciſcus le Maire Antiquit. Aurelian. parte* 2 *pag.* 129, *agens de conventu Cæleſtinorum anno* MCCC *donatorum Prioratu Ambertino diœceſis Aurelenianenſis; ait apud eos unum ex dentibus ipſius ſancti Fundatoris ſervari, cum duabus Albis, duabuſque Planetis, quibus ille inter celebrandum uti fuerit ſolitus, jam inde ab anno* MCCXCIV, *utique jam Pontifex renuntiatus*]. *uti & in Gallia.*

*Pag.*536 *num.*161 Denique Franciſcus de Magiſtris, in libro de Statu Eccleſiæ Neapolitanæ pag. 281 deſcribit nobis eccleſiam S. Petri, de Majella appellatam, quam anno MCCC ædificavit variiſque prædiis locupletavit Joannes Pipinus de Barulo, Minervini Comes, Carolo II Regi dilectus atque ex paupere Notario ad alta elatus, cum ſua induſtria expuliſſet Saracenos de Luceria Apuliæ ac de toto Regno: quæ eccleſia cum fuiſſet collapſa, anno MDVIII fuit per Nicolaum Anellum Imperatum refecta, & habet circiter quinquaginta Monachos de Ordine Cæleſtinorum: interque Reliquias ejus numerantur, Mitra, Stola, Manipulus, Sandalia, & cilicium S. Petri Cæleſtini, ac funis quo cingebatur nuda caro ipſius Sancti.

## DE S. YVONE PRESB.

*Pag.*537 *num.*1 *lin.*9 *Clementis VII*, — l. — *Clementis VI.*

*Ibid. ad finem numeri* — adde — *Carnotenſis aliæque nonnullæ in Gallia Eccleſiæ ejuſdem* S. Yvonis *feſtum, ſub ritu Semiduplicis agendum, differunt in* XXI *Maji, ut S. Petro-Cæleſtino locus ſuus relinquatur.*
F

*Pag.*538 *col.*2 *ante Summarium* — adde —

9 S. Yvonis *commemoratio fuit Romano Martyrologio inſerta jam inde à prima ejus recognitione, ſedente Gregorio XIII, anno* MDLXXXIIII, *ſub formula hactenus invariata*: In Britannia minori S. Ivonis Presbyteri & Confeſſoris, qui pro Chriſti amore cauſas pupillorum, viduarum, & pauperum defendebat. *Magna hæc, ſed non præcipua laus ejus fuit; primamque illius in urbana luce claritatem complectuntur potius, quam poſtremam diuturnioremque in ruralis parochiæ cura ſanctitatem, tanto majorem, quanto humiliorem, & iis quos dixi Ruralibus Parochis præcipue imitandam.* *Nomen inſcriptum Rom. Martyrologio.*

*Pag.*541 *poſt* Annotata *addatur.*

TESTA-

A

# TESTAMENTVM.

## *Ex Ms. Submiſſum ab Epiſcopo Trecorenſi.*

21 *Sanctus Capellam à ſe fundatam,*

EGo Yvo Helorii, Sacerdos indignus, ſervus Chriſti viliſſimus, teſtando volo & concedo, ut Capella à me fundata, ad honorem D.N. Jeſu Chriſti, B.Mariæ matris ejus, & B.Tugduali Confeſſoris ſui, cum domo eidem adjacente, quam ædificavi de peculio meo quaſi caſtrenſi, in portione mea hereditaria, attingente mihi ex ſucceſſione dicti Helorii patris mei, nec non & dictam portionem, una cum portione mea in hereditate materna eidem adjacente, ſitas intra Minihium Beati Confeſſoris prædicti, quatenus [jus] & conſuetudo dicti Minihii permittunt (non obſtante ſtatuto regali, municipali, vel principali conſuetudine hac in parte, à quibus dictum Minihium dignoſcitur eſſe immune) prædicto beatiſſimo Confeſſore impetrante, Domino ſibi favente; quas in dotem alias

B *& de licentia Epiſcopi Trecorenſis dotatam,*

aſſignavi, & adhuc aſſigno dictæ Capellæ, bonæ memoriæ Alano de Bruc Epiſcopo Trecorenſi, tunc vivente, & auctoritatem mihi præſtante (qui prædictæ doti triginta libras, quas ſuper Decimis quibuſdam prædialibus de Quenquis mutuaverat, per litteras ſuper hoc confectas cumulavit) prout nunc eſt, cum ſua dote prædicta, & cum adjutorio bonorum, quæ pro remedio animarum ſuarum ad ſuſtentationem dictæ Capellæ, & miniſtrorum ejus, pro cultu divino hinc in perpetuum celebrando, de bonis ſuis mobilibus & immobilibus, voluerint impertiri, quos in bonis ſpiritualibus ibidem faciendis aſſumo participes, in perpetuum perſeveret; Et quod Epiſcopus Trecorenſis, iſtius conceſſionis, prout ejus officio incumbit, contra omnes, cujuſcumque conditionis exiſtant, cognati vel extranei, pro honore ſpeciali B.Tugduali, defenſor exiſtat: & quod augeat, ſi placet, de bonis dicti Sancti, unde cultores Dei, ab Epiſcopo dicto cultui ibidem deputandi, poſſint & debeant ſuſtentari. Bona inſuper, ſi quæ poſt mortem mihi reperiantur (quod non ſpero, niſi fuerint libri aliqui ad animarum ædificationem) lego dictæ Capellæ, & miniſtris ejus; *heredem inſtituit.*

C quos volo cum adjutoriis, quibus ſupra, ibidem perſonaliter reſidere. Deus huic conceſſioni faveat, & coadjutoribus vitam æternam concedat. Amen. Datum die Veneris, poſt feſtum Beati Petri ad vincula, anno Domini MCCXCVII. Et noverit fidelium univerſitas, quod dictam portionem in bonis prædictis, paterna & materna ſucceſſione mihi attingentibus, teneo & poſſideo cum auctoritate bonæ memoriæ Epiſcopi dicti Trecorenſis, mihi præſtita nomine dictæ Capellæ ex cauſa dotis prædictæ, non meo proprio nomine, à tempore fundationis dictæ Capellæ, quæ fuit fundata anno Domini MCCXCIII: nulli tamen conſanguinitatis meæ in ſuis poſſeſſionibus, per aſſignationem & detentionem hujuſmodi, præjudiciare [intendo].

22 *Diſtat prædicta Capella, quarta dumtaxat leucæ parte à civitate. Ad eam quotannis (tam die* XIX *Maji, qui eſt Obitus; quam* XXIX *Octobris, qui eſt Elevationis) poſt Miſſam in Cathedrali decantatam, à quatuordecim Parochiis urbis ducitur ſolenniſſima Proceſſio, cum Capite ipſius Sancti, innumero populo confluente; uti etiam pridie utriuſque feſti, quando idem Caput, poſt primas Veſperas, intra ipſam Cathedralem ſub umbella circumgeſtatur. Per totum quoque decurſum anni, à vicinis oppidis pagiſque, prout cuique neceſſitas aliqua publica in-* *Ad eam bis quotannis proceſſio ducitur.*



D *gruit, ad prædictam Capellam inſtituuntur Proceſſiones, eo ſucceſſu, ut populariter ſic fuſæ preces ſuum fere ſemper effectum conſequantur, ſicut ad noſtrum Ludovicum Iobert anno* 1684 *prælaudatus Illuſtriſſimus Epiſcopus ſcripſit.*

*Pag.* 543 *Annot.* c. Troüard.—l. — Troarn.

*Pag.* 546 *Annot.* d *lin. penult.* Pleſſy — *l.* Pleſſis — *& in fine* — adde — *Quod autem vulgo* Pleſſis *dicitur, loco non uno, id in vetuſtis inſtrumentis* Plexitium *ſcribebatur, & a recentioribus ignoranter corruptum* Pleſſeium, Plexæum, Pleſſæum, *&* Pleſſiacum *redditur.*

*Ibid. Annot.* f *lin.* 4 Menehi — *adde* — *in Teſtamento autem* Minihii, *quarta &c.*

*Pag.* 544 *num.* 10 *lin.* 22 Clavo Brunelli — *l* — Clauſo-Brunelli, *& conſequenter Pag.* 546 *Annot.* i ſic lege — *Alberto ex vulgari,* la rue de Clos-Bruneau, *hodie* S. Joannis de Bavaco *dicta, ad cujus latus feudum eſt* Clauſum-Brunelli, *quod olim viæ iſti nomen dabat, ſpectatque ad jus Metropolitanæ Pariſienſis. Idem Albertus ait, primam Sancti habitationem fuiſſe in via vulgo dicta,* la rue au foarre, *id eſt,* via ſtraminis. E

*Pag.* 548 *Annot.* f adde — *Aſt medii ævi ſcriptores,* Foderatum & Foderare *ſcripſerunt, vel contractim* Fodrare *ac* Fodratum, *unde &* Fodratura.

*Pag.* 550 *Annot.* g — à part. — *l* — apart.

*Pag.* 558 *Annot.* d *ſic lege* — Culcitra puncta, *vulgo (per metatheſim atque mutationem* l. *n* r, *ſatis uſitatâs in talibus) dicta* Courte-pointe, *quod ſic pronunciari longa Pariſiis habitatione edoctus Cangius, mutatam vellet aliter à ſe ſcripta in Gloſſario. Videtur autem* puncta *dici &c.*

*Ibid. cap.* 4 *in Tit.* -- *aſſiduatas* — l. — *aſſiduitas*

*Pag.* 567 *Annot.* h *adde* — *& habet prope Pariſios, juxta muros Regii Vincennenſis parci, Prioratum atque eccleſiam ſui nominis, menſæ Epiſcopali Pariſinæ unitam.*

*Pag.* 569 *Annot.* à *adde* — *in veteribus chartis* Vicinonia.

*Annot.* d *adde* — *unde eccleſia ibidem,* S. Joannis & S. Spiritus in Gravia.

*Pag.* 574 *Annot.* b S. Jagú .... *Vitam habere dicitur* — lege — *Vitam habet poſt tertiam editionem Alberti de Sanctis Armoricis, compoſitam à quodam Monacho Benedictino Landoüarienſis cœnobii, cujus is Abbas fuit, ex ejuſdem cœnobii vetuſtis Breviariis & Mss. aliis, quæ originalia mallemus accipere, danda in Supplemento ad diem* 8 *Februarii.*

*Pag.* 573 *num.* 130 *lin.* 6 *à fine* — Leonarium — *l* — Leonorium — *ac conſequ. Pag.* 574 *Annot.* c, S. Leonorius, Epiſcopus *in Britannia minori, colitur* 1 *Iulii, & à Sauſſajo ad iſtum diem refertur in Supplemento Martyrologii Gallicani. Vitam ejus aliquam inveniri optarem.*

*Pag.* 577 *Annot.* i — S. Cazou, *eſt* S. Cadocus, *inquit Caſtellanus,* & colitur XXIV Januarii, *ubi nihil de eo Bollandus reperit, & diſcere plura cupio. Eſt autem fortaſis etiam ille* Eremita Venetenſis, *cujus diem ignorans Sauſſajus ipſum inſcripſit Appendici, ſub nomine* Caduodi, *atque quieſcere in ſui nominis Prioratu.*

*Annot.* n *adde* — *Gallis* Roucin.

*Ibid. Annot.* i *adde* — *Alii* Amanęum *ſcribunt Latine, & Claudius Caſtellanus obſervat, nomen eſſe familiare Domui Albretenſi.*

*Pag.* 581 *col.* 1 *ad finem num.* 165 adde — *Neſcio autem an huc etiam referri non debeat, quod Rocchus Pirrhus Tomo* 2 *Siciliæ ſacræ pag.* 545, *indicat in Drepanitana Vrbe, apud Presbyteros Oratorii S. Philippi Ne-*

A *rii, in D. Ioannis Baptiſtæ æde, anno* MDCVII *fundata, haberi* Os D.Ivi Confeſſoris, qui ab urbe delectus eſt Tutelaris. *Certe* Ivum *Confeſſorem nullum novimus, diverſum* à S.Yvone.

*Pag.*599 *Annot.* a *adde* --- *&* Mairrein, *etiam hodie in uſu eſt.*

*Pag.*616 de B. Auguſtino Novello *num.* 7 *adde.* --- *Interim ad* Oliverium *&* Matthæum de Termes, *quod attinet (ſic enim ubique fine* h *ſcribitur) indicat mihi Claudius Caſtellanus, Levirum ſuum* Marchionem de Termes *contendere, quod ipſi nomen ſuum & genus traxerint ex Occitania, ubi hodieque ſupereſt* Termes, *antiquis* Termini. D

*Pag.*622 *col.*2 *lin.* 2 *à fine* --- Veratos --- *l* --- Veneratos.

*Pag.*627 *de* B.Andrea, *ſcribe* Piſcarienſi *&* Piſcaria; *ſic enim ipſe in loco Latine ſcriptum reperiſſe an.* 1668, *meminit Claudius Caſtellanus.*

*In Indice Onomaſtico* Almutium, *pellis dextralis* --- l --- *Canonicalis ſiniſtro brachio imponi ſolita.*

# APPENDIX
## AD TOMUM QUINTUM MAII.

B *Mutato conſilio, de* Chronologia Pontificia, *decretoque eam non eſſe ante Tomum IV ac V dividendam, ſed ſeorſim ab illis compingendam; voluiſſem ſane Indices duos, Sanctorum & Chronologicum, initio cujuſque Tomi poni ſolitos, ab hujus Tomi calce ad frontem reducere, nec à* E *num.*169* *&* littera y, *ſed à num.*1* *&* littera a *cœpiſſe ſignaturas Paginarum. Verum non erat hoc amplius integrum, uti nec neceſſarium viſum fuit mutare Præfatiunculam, ante diem* XX *poſitam: pro qua neque nunc aliam ſubſtituo, futurum exiſtimans, ut ſi aliquando fiat nova menſis hujus editio, alia plane inſtituatur diviſio, totaque materia ad ſex tomos reducatur; Præliminaribus tractatibus, qui id impedire forſitan poſſent, ad* Propylæum *relatis, quod tali caſu fieri* Septizonium *poſſet; quemadmodum facere cogitaveram, ſi Quarti Quintique tomi editio pati moram potuiſſet, quoadusque impreſſa fuiſſet* Diatriba Henſcheniana, de Tungrenſibus ac Trajectenſibus Epiſcopis; *meaque de* Mediolanenſibus, *quæ nunc ſeptimo Tomo præfiguntur.*

## AD DIEM VIGESIMAM.

*Pag.*169 *col.*1 *lin.*13 *poſt S. Baudelium ponatur.*

PS.Hilarius Epiſcopus Toloſanus in Gallia.

*Pag.*170* *col.*2 *ante* S.Fauſtinum *ponatur ex pag.* 171 *col.*1 Hilarius II Epiſcopus Toloſanus, *&lin.*4 *pro* XXI Maji — *ſcribatur* — *hoc die.*

C *Ibid. de* S.Fauſtino *lin. penult.* — *memoratur.* l. *memoratus.*

*Pag.*171* *col.*1 *ad dicta de* Arnaldo Franco, *adde* — *Interim in Faſtis Arnoldinis, triginta Arnoldos vitæ Sanctitate conſpicuos exhibentibus, & an.*1674 *auctore Arnoldo Neelsbach Auguſtiniano vulgatis, inſcribitur pro hac die* B.Arnoldus ſive Arnaldus de Nerach: *quod ne cui mirum videatur, noto,* Ald *&* Old, *unde nomen componitur, diverſa ſolum dialecto dici, & Latinæ ditioni* ſenex *reſpondere. Sed quomodo idem Auctor pro* IX *&* XXX *lunii eodem trahat* Arnulfos, *ſane non capio, cum diverſa proſus ſint nomina; niſi forte ambigua aut varia ſcriptio apud Auctores, fecit credibile veriori ſcriptione* Arnoldos *appellari quoſdam, alibi ſcriptos* Arnulfos. *Sic qui Aventino in Annal. Bojorum lib.*5 *vocatur* Arnulfus, *ſupplantato Henrico Otthonis I fratre occupator Bavariæ, Hundio in Metropoli* Arnoldus *ſcribitur.*

*Ibid. deleatur* Hippolytus Galantinus Sacerdos: *nec enim* Sacerdos *fuit, ſed* laicus; *nec obiit* 20 Maji, *ſed* 20 Martii, --- *loco autem Hippolyti ponatur.* ---

Joannes Sancius Carmelita, *Valentiæ in Hiſpania mortuus an.*1608 *ut* Beatus *cenſetur in Acie bene ordinata Sanctorum ac Beatorum iſtius Ordinis, ſæpe nobis jam allegata. Alagræus de Caſanate Hiſpanus, in Paradiſo Carmelitici decoris, ſatis habuit titulo* Venerabilis *uti, qui titulus etiam in Epitaphio legitur: & merito ſolus legitur, cum ſanctior titulus impingere videatur in Urbani VIII decreta.*

F

### DE S. PLAUTILLA MATRONA.

*Pag.*172* adde ---

*Quod attinet ad titulum* feminæ Conſularis, *tributum* Plautillæ *a Cardinali Baronio, ſi eo ipſa intelligatur ali ujus* Romani Conſulis uxor *fuiſſe, id neſcio quo fundamento poterit affirmari, dum nomen mariti ignoratur, nec ullus antiquorum allegatur, qui* Conſulatum *geſſiſſe dixerit.* Conſules *tamen habuit fratres* Flavium Sabinum *&* Flavium Clementem, *Patruelis, ſicut & ipſa, Domitiani Imperatoris: qui ambos, in ipſo pene Conſulatu quem dederat, interfici juſſit; & poſteriorem quidem titulo fidei Chriſtianæ, uti dictum in Anamneſi ad primam partem Conatus Chronico-hiſtorici noſtri. Sed forte aliud nom voluit Auctor tituli iſtius Martyrologio inſerendi, quam quod* Plautilla *fuerit innupta familiæ, Conſules duos recenſenti. Videtur autem etiam pertinuiſſe ipſa ad* Plautiorum *gentem, quæ anno Tiberii* XXII, *Chriſti* XXVI, *Urbi Conſulem dedit,* Q. Plautium Plautinianum, *Collegam* Sexti Papinii Gallieni.

*Pag.*175* *de* S.Saturnina *n.*4 *lin.*4 ---nulla ei --- *l* --- nulla vi.

*Pag.*176* *n.*5 *lin.*4 — *dedicatum* --- l — *dedicatam.*

DE

A

## DE S. THALLELÆO M.

*Pag.185* num.4 lin.6 à fine* Ἁγιε --- l --- Ἁγίε. *Pag.193* in titulo Epitomes -- Ludoviciani --*adde *---aliàs Claromontani --- Sic enim pertinax ſui juris uſus adhuc ſæpe dicere jubet, etiam eos ipſos qui titulum mutaverunt. Ita Verſaliæ, quas* Villam-novam-S.Ludovici *dici placuerat; & Hoſpitale* Invalidorum *Pariſiis, quod* l'hoſtel de Mars *novo nomine fuerat titulatum, numquam à vulgo impetrarunt, ut veterem nomenclaturam exuerent;* & Retelia *in Campania, quam Cardinalis* Mazarinam *dici à ſuo nomine voluit, ab ipſomet Duce Mazarino, nominis titulorumque herede, non aliter quam* Retelia *nuncupatur; ut mihi teſtantur, qui talibus ſtudioſe attendunt. Quare licet nomenclaturæ, à Claromontano Epiſcopo ſumendo Collegio iſti, vix ulla extiterit cauſa; ſit autem maxima pro ea quæ à vero tandem fundatore Ludovico XIV ſumenda ſuggeritur; excuſandum tamen uſum puto.*

Quem penes arbitrium eſt & jus & norma loquendi.

B

*Adde, quod nova appellatio nata ſit confundere lectorem, gnarum quod Domus noſtræ Profeſſæ Pariſiis eccleſia, Sancto Regi dicata,* Ludoviciani *nominis poſſeſſione jam pridem gaudeat.*

*Pag.194* Ante Commentarium de* S. Baudelio *ponatur.*

## DE S. HILARIO EP. TOLOS.

*Sicut habetur ad diem* XXI *pag.11 --- ſed num.1 lin.* 5 dele *--- ad hunc* XXI *Maji —— Deinde num.* 3 *dele lineas* 6,7,8. *atque linea* 11 *poſt —— propriorum dictæ Eccleſiæ —* adde *—— Nihilominus in iis, quæ annis ab hinc quadraginta dixi haberi impreſſa, ipſi Officio prænotatur* dies XXI Maji. *Typographico id mendo factum putat Claudius Caſtellanus: habet enim ipſe Breviarium Toloſanum vetuſtiſſimæ impreſſionis, ubi ait feſtum prædictum adſcribi, ſicut Catellus & Ferrarius dicunt. Fortaſſis mutare diem ſuaſit celebrior S. Bernardini Senenſis cultus, vel cauſa alia nobis ignota. Interim cenſeo veteri inſtituto adhærendum, donec certius conſtiterit, tranſlatum omnino feſtum eſſe, & a die* XXI, *cui* Hilarium *etiam Henſchenius adſcripſerat, retrahendum eſſe ad diem* XX, *ejus de ipſo Commentariolum hunc.*

C

4 *Sauſſajus, ab Officiis propriis novis veteribuſque recedens, quoad perſonam Sancti, ad eumdem* XX *Maji profert &c.——*

## DE S. BAUDELIO MART.

*Pag.195* adde —— 5 Pariſiis quoque vicinæ paræciæ duæ ſunt, a* S.Baudelio *vulgo* S.Baudéle *nuncupatæ, una* Novaliaci ad Matronam, *vulgo* Novilly ſur Marne; *altera* Braiunii, *vulgo* Brou; *& caput ejus eſſe ad S.Genovefam, a Monte dictam, ſignificat nobis Claudius Caſtellanus. Idem juxta unam veterum Pariſienſis urbis portarum, in via S.Antonii, aream ſeu forum eſſe docet, quæ* S.Baudelii *nomen ferat. De Capite interrogatus Dominus du Molinet, ad S.Genovefæ Canonicus Regularis, reſcripſit illud olim ſervatum in una capellarum Canonicæ iſtius, ubi ſolebat honorari pro infantibus maleficium paſsis: quam Capellam D. Cardinalis de Rupefolcaldi, in reſtauratione eccleſiæ, deſtrui fecerit: ab eoque tempore ſacram* S.Baudelii *Reliquiam (quæ tamen non ſit Caput integrum, ſed pars tantum Cranii) ſervari poſt majus altare, una cum aliis quinque lipſanothecis, nec ſciri quis illam aut quando ipſi eccleſiæ donaverit.*

*ubi pars Capitis.*

D

## DE S. LUCIFERO EP.

*Pag.204* col.1 lin.9 ---ſenſu hæretico --- l --- ſenſu ipſorum hæretica.*

*Ibid. num.39* adde *--- Placet igitur hic, cum Henſchenio noſtro, in Comment. de S. Attico CP. §. 3,* VIII *Ianuarii, animadvertere; veteris Eccleſiæ uſu, non tantum notam fuiſſe excommunicationem illam majorem, qua implicitus omni Sacramentorum participatione abſtinebatur; ſed minorem aliam, quali* S. Leo Epiſt.40 *juſſit Epiſcopos nonnullos, qui in Conciliabulo Epheſino hæreſi Eutychianæ conſenſum præbuerant, ita ceterorum caritate & amplexu privari,* ut ſuarum interim eccleſiarum eſſent communione contenti. *Quod igitur illis injungebatur ad pœnam (quos tamen non alienos à Chriſti gratia cenſeri oportebat, extra quam nemini licet, ſive cum paucis ſive cum omnibus, ad myſteria altaris aliave Sacramenta, conferenda vel ſuſcipienda accedere) id videtur ſibi* Lucifer *elegiſſe ad cautelam, ut ceteros non condemnans ipſe, nec alienos à myſtico Chriſti corpore judicans; ſe tamen contineret intra ſuæ Eccleſiæ communionem, quam ab omni non ſolum hæretica communione, ſed etiam hæreticæ communionis ſuſpicione alienam habebat. Quod ſi ſchiſma placeat appellare, non erat illud letale & (ut ſic loquar) majus, eccleſiaſticæque unitatis deſtructivum, ſed Schiſma (ſi loqui ſic fas eſt) minus, & ſolum imminuens ſuavitatem mutuæ communionis.*

*cui etiam excommunicatio minor olim reſpondebat.*

40 *Neque eſt &c.*

E

*Pag.205* num.46 lin.9 --- Commentatur --- l --- Commentator.*

*Pag.209* num.62 lin.18 --- ſuburbana S. Agnetis Baſilica --- l --- ſuburbana S.Conſtantiæ eccleſia, propinqua Baſilicæ S.Agnetis.*

*Ibid. num.65 lin.6, —— Tranſlaturam —— l —— tranſlatarum.*

*Pag.213* num.84 lin.1 ſic* lege —— *De* S.Reſtituta, *Martyre Calaritana agi debuerat.*

*Pag.218* num.108 lin.1, —— noſtrorum —— l —— noſtrum.*

*Pag.223 n.134* adde —— *Ioannes Mabilio pag.225 Itinerarii ſui Italici, in noſtram plane ſententiam concedens, eoſque redarguens,* qui Paganorum inſcriptiones aliquando pro Chriſtianis vulgant; *luculentum ejus rei exemplum proponit,* in quodam Epitaphio, Diis Manibus nuncupato, & Romæ in Cœmeterio Callisti nuperrime reperto, cum ſancti Martyris corpore, cujus martyrium vas vitreum, ibidem appoſitum (quod nolim, *inquit,* inficiari) atteſtabatur. Inſcriptio eo loci reperta ſic habet. *D.M. IVLIA EVODIA FILIA FECIT CASTÆ MATRI ET BENE MERENTI, QVÆ VIXIT ANNIS SEPTVAGINTA.* Juliam Euodiam proprium eſſe Martyris nomen continuo vulgarunt *Toloſates, ad quos cum lapide iſto corpus delatum fuit.* At quovis periculo aſſerere non dubitem, *inquit rem expendens Mabilio,* lapidem illum, cui Epitaphium inſcriptum eſt, eſſe ex eorum numero, quos ex Gentilium tumulis revulſos Chriſtiani ſuis ſepulcris adhibebant, conversâ ad interiora ſepulcri profanâ inſcriptione. *Adde quod Epitaphium iſtud non fuerit* Juliæ Euodiæ, *ſed matris ejus,* Caſtæ *veroſimiliter nuncupatæ; quod autem ſolum* vas vitreum, *juxta corpus repertum, fuerit acceptum pro ſigno Martyrii, non exiſtimo; recte fuerit, ſi intra illud repertus etiam eſt ſanguis concretus, ut plerumque ſolet monſtrari in iis quæ una transferuntur cum oſſibus, Martyrum eſſe creditis.*

*qualis fuit lapis ex [illegible] Toloſam tranſlatus.*

F

*Pag.227* de* S.Anaſtaſio *col.2 lin.9 ---Brixenſis --- l. Brixienſi.*

## DE S. AUSTREGISILO.

*Pag.*228* *num.*2 *lin.*4 — *auctorictus* — l — *Auctoribus.*

*Pag.*229* *poſt Comm.prav.* adde —

*apud Canonicos Regg. ex indulto Pii* 5, 5 *Mabilio, cum ſcripſiſſet, quod* Reliquiæ S. Auſtregiſili in propria eccleſia Collegiata ſuburbii Biturigi adſervantur; *ad calcem Tomi corrigi jubet, & legi, quod* aſſervabantur *ibi* olim : nunc quo in loco, *inquit,* lateant, num ab hæreticis combuſtæ, incertum. In Collegiata S. Urſini eccleſia intramurana, os ejus inſigne oſtenditur.

*Pag* 232* *col.*1 in marg. — *Moritur* — *trahendum ad num.ſequ. & quod ſequitur ponendum paulo inferius.*

*Pag* 236* *Ann.* m *Hic eſt* S. Laurentius — *l.* — S. Laurianus.

*Pag.*239* *de* S. Theodoro Epiſc. *in titulo Vitæ* — *Baptiſtæ* — l — *Baptiſta.*

*Pag.*241* *de* S. Ethelberto *n.*1, *lin.* 19 — *de ejus urbi* — l — *de urbis* —

B *Pag.* 242 *col.*2 *lin.* 5 *à fine* — ſolatio — *l* — ſolario.

## DE S. IVONE CARNOT.

*Pag.*248* *col.*1 *lin.*2 adde — *Interim Carnotenſis Eccleſia (à qua exemplum ſumere potius debuiſſent Canonici Regulares, atque ſatagere ut illa prior iſtius ſui Epiſcopi cultum aſſumeret) neque alia quod ſciam ulla,* Ivonis *ut* Sancti *vel* Beati *meminit: imo nec Sauſſayus: qui tamen Fulbertum, ſimiliter Carnotenſem Epiſcopum,* x *Aprilis noſtri prætermiſſum propter defectum cultus, longo exornavit elogio cum titulo Sancti. Eo modo tamen hic omittere noluimus (quod nemnemo maluiſſet)* Ivonem, *cujus, ut dixi, cultum Lateranenſibus conceſſit Pius V, non ſolum in genere (uti permiſit pro omnibus Canonici Ordinis Sanctis Officia inſtituere) ſed nominatim in Decreto expreſſi, cum appellatione* Sancti. *Ita nobis ad* VIII *Aprilis ſuffecit pro* B. Alberto, *ab Eccleſia Vercellenſi ad Patriarchatum Hieroſolymitanum aſſumpto, quod is eo die cultum ſuum haberet ab immemorabili tempore in Ordine Carmelitarum, quem ſcripta Regula informaverat, ſacræ Congregationis Rituum auctoritate denique confirmatum; quamvis* XIV *Septembris caſum conſtaret, neque illum aut Hieroſolymitanus Clerus Accone tunc reſidens, aut Vercellenſis Eccleſia, aut etiam Canonicorum Ordo quem profeſſus fuerat, niſi admodum recenter, colendum inſtituiſſent. Interim qui de hoc optaremus, ſed propter diuturnum lapſum temporis ſperare non audemus, nec debemus exigere, diſtinctiorem notitiam auctoritatis ejus, per quam talis cultus primum eſt à Carmelitis aſſumptus; multo potiori jure vellemus à Lateranenſibus indicata fuiſſe fundamenta, quibus, ſi rem ad judicium Pius vocaſſet, probaturos ſe ſperaverunt,* Sancti *cultum & nomenclaturam* Ivoni, *non tunc primum ab ipſis aſſeri, ſed ab antiquo competere. Nec enim ex Paleſtina, inter Acconenſis Eccleſiæ vel Eremi Carmelitanæ ruinas, requirendæ probationes erant (uti fuiſſent, ad ſuam Alberto venerationem ab omni obreptionis ſuſpicione vindicandam) ſed ex media Gallia; &, ſi antiquitus cultum aliquem* Ivo *habuit, poterat id, adeoque debebat, meridiana luce clarius conſtare.*

C *nobis hic ſufficit, licet antiquior probatio deſideretur.*

2 *Interim nihil tale antiquitus reperitur; & quæcumque* Ivonis *cum laude meminerunt monumenta, Sanctiori titulo abſtinent omnia. In antiquo Kalendario &c.*

*Pag.*253* *de* B. Orlando *n.*1, *lin. ult.* DIE 1. *l.* XV *& num.*2 *lin.*15 — 1 *Auguſti* — l. XV *Auguſti.*

*Ibid.n.*2, *lin.*20 — VIII *Octobris* — l — III.

## DE B. ALBERTO AB.

D

*Pag.*255* *col.*2 *numerum* 4 *ſic ordire* —

4 *Antonius Pauli Maſini cum ad diem* XX *Maji &c.* — *deinde lin.*9 *ante finem ſic lege* — 5 Albertum Martyrem, *cujus in illa Brainenſi eccleſia Reliquiæ ſunt, nunc intelligo Romæ eſſe inventum in Cœmeterio S. Cyriaci; & ſub iſto nomine, veroſimiliter ab inventoribus primum indito (non enim tam antiquum eſt, ut poſſit antiquo ſub Gentilitate Martyri competere, pro* Ethelberto *vel* Adalberto *contractim ſcriptum) ſub iſto, inquam, nomine ſumptas inde Reliquias, etiam diſco fuiſſe iſti loco donatas à Marcio Cardinali Ghinetti, anno* MDCXLVII; *quomodo etiam nos Antverpiæ, ex alio veroſimiliter corpore, & ſub eodem nihilo magis fundato nomine, habemus Reliquias illas, quarum aliis aliorum Martyrum Reliquiis additarum, meminimus ad diem* XIV *Martii, ut Romæ allatarum anno* MDCLIX. *Non igitur aliter huc ſpectat* Albertus *iſte* Martyr, *Bononiæ nunc venerabilis; quam quatenus ibidem cultum habere vel habuiſſe videbatur* Albertus *noſter Vallumbroſanus; & occaſione ejuſdem nominis, viſus eſt illius Tranſlationi faciendæ & quotannis recolendæ, dies hic congruere. Verum quam multiplex rerum perſonarumque confuſio naſcatur ex iſta deligendæ diei ratione, ſæpe alias diximus; & monuimus, potius eligendum diem, qua iſtius nominis nullus uſpiam occurrit: ſicut nos fecimus, eligentes* XIV *Martii. Porro, ſublata hoc modo dubitandi cauſa (ſuſtulit autem ipſe Maſinius, ſcriptis ſuper ea re humaniſſimis litteris) nihil eſt quod eum querar confudiſſe quidpiam, nihil etiam cur meminerim hoc loco* S. Alberti *Hieroſolymitani Patriarchæ, quem Martyrem quidem obiiſſe ſcimus; ſed Reliquias ejus &c, ut lin.*3 *ante finem.*

*Bononiæ confunditur cum alio S. Alberto,*

*occaſione Reliquiarum Alberti M. Romani,*

E

*nomine adſcititio ſic appellati.*

## DE S. GUIDO COMITE.

*Pag.*256 *num.*7 adde — *De hoc autem mihi ſcribitur,* filium Comitis Tedicis de Donoratico fuiſſe, viventeque adhuc S. Dominico, ſub annum MCCXXII, habitu Ordinis donatum quaſdam ſuas domos dediſſe ædificando Piſis conventui.

8 *R.P. Antonius &c.* tum adde.

9 *Præceſſerit autem: ſi vera ſunt, quæ, ordine temporis per quam congruo, mihi ſcribuntur ab Illuſtriſſimo Comite de Gerardeſca, Hippolyti prælaudati & ante hos quatuor aut quinque annos mortui fratre. Facit hic* Guidum *noſtrum,* filium Comitis Neapolionis, unius ex tredecim, qui anno MLIII fundaverunt domum miſericordiæ, optime dotatam, unde ſuſtentatur quidquid eſt pauperum Piſis; fratrem, *autem* Petri Piſani, *qui à Paſchale Papa II Cardinalis creatus, interfuit electioni Gelaſii Papæ II anno* MCXVIII, *ac deinde anno* MCXXX *Petro Leonis, à ſe electo contra Innocentium II, ejuſque ſequacibus conſtantiſſime adhæſit; teſte ejuſdem temporis ſcriptore Ioanne Sarisberienſi: qui deplorans ruinam quam traxit Schiſma Anacleti, inter ſtellas tunc lapſas, nominatim appellat ſolos duos,* Ægidium Tuſculanum & Petrum Piſanum, cui nullus aut vix ſimilis erat in Curia. *Pro eo ad obedientiam* Innocentii II *adducendo, S. Bernardus haud fruſtra laboravit; ſed deceptum ſe per epiſtolam doluit, quod Petrus,* juxta verbum Domini (*ipſius ſcilicet Innocentii*) in ſuo ordine & honore receptus, *eodem nihilominus privatus fuerit; ſeque hoc Pontificis facto inuſtum queritur* nota & nomine proditoris; *quod ut amoliatur, alia jam vice ſcribens;* Auferte, *inquit Innocentio,* opprobrium meum; & reſtituendo quem ſtatuiſtis, veſtræ etiam tam ſanæ & integræ opinioni conſulite. *Ex eadem autem ſtirpe prodiiſſe videtur* Bonifacius Comes Novellus de Donoratico; *qui Petro de Corbario, Ludovici Bavari*

F

*an potius filius Com. Neapolionis,*

*& frater Petri Cara. Piſani,*

A *Bavari contra Ioannem XXII idolo, jam pene deſerto ab hominibus, apud ſe receptum præbuit; ſed ita, ut reconciliationem ejuſdem procuraverit, veroque Pontifici ſupplicem ad pedes ſtiterit, ſicut ex Bernardi Guidonis Pontificali Ms. Boſquetus nos docuit, unde accepta lege in noſtro Conatu Chronico-hiſtorico ad Nicolai V, Antipapæ Acta. num. 4 & 5.*

10 *His præmiſſis aliud Actorum compendium, à jam dicto Comite de Gerardeſca mihi miſſum, quia multis partibus accuratius, placet ex Italico Latinum facere.* S. Guido, filius Neapolionis de Gherardeſca Comitis Donoratici, natus eſt Piſis circa annum MLX. De eo exigua admodum reperitur memoria, deperditis aut ſcribi neglectis vitæ Actis. Circa ætatis ſuæ annum quadrageſimum conſanguineis patriæque renuntians, pro Dei amore recepit ſe in campum ſuo Donoraticenſi caſtello adjectum, vitam iſtic eremiticam ducturus; locumque ibi ſolitarium delegit, & ædicula inſtruxit, quam S. Mariæ à Gloria nuncupavit: quæ ædicula hodieque ſupereſt, nec unquam ſcitur caruiſſe accola, iſtic pœnitentiæ cauſa vivente. Perſeveravit autem in iſta auſteritate annis circiter quadraginta: poſt quos cum obiiſſet, B manifeſtatum populis per Angelos eſt, quam eſſet coram Deo glorioſa illius anima, jam à corpore ſeparata. Si quidem omnes omnium eccleſiarum campanæ, per Comitatum Gherardeſcæ, tam Clericalium quam Regularium, ſonum per ſe dederunt; motæ ad eum plane modum, quo ſolent humanis manibus moveri ac trahi, moriente aliquo Comitum prædictorum. Hoc ſigno exciti populares, concurrerunt ad locum, in eoque ſanctum corpus humaverunt.

*ſub* 1060 *natus,*

*defunctus circa* 1140

11 Ita iſtud ibi manſit uſque ad annum MCCXII, quando propter multitudinem affluentium peregrinorum & miraculorum frequentiam, placuit transferre prædictum ſacrum pignus ad Præpoſituram ejuſdem loci, ubi apud plebem illam permagna ſemper in veneratione eſt habitum, tamquam maximi Sancti: cujus etiam reſpectu ædificatum fuit monaſterium cum eccleſia ſub ipſius nomine. Et hujus quidem monaſterii veſtigia adhuc ſupererant, ante hos paucos annos: eccleſia vero, ſuper eam viam poſita quæ Piſis Liburnum ducit, adhuc ſuperſtes, nomen retinet Abbatiæ S. Guidi, olim à Monachis, poſtea à Sanctimonialibus culta, quamdiu ſcilicet res publica Piſana floruit, in qua Comites iſti clari atque potentes erant, quatuor autem ex ipſis etiam ſupremo dominatu potiti. Porro cum progreſſu temporis Donoraticum Caſtellum, C in cujus Prioratu requieſcebat corpus S. Guidi, funditus eſſet everſum, bellantibus inter ſe Piſanis ac Florentinis; in oblivionem venit ſacrum depoſitum, ipſis loci ruinis involutum, donec divinæ Majeſtati placuit illud inſigni miraculo revelare. Res ita contigit.

*Corpus transfertur Donoraticum anno* 1212.

12 Die quodam Epiphaniæ, cum nix denſiſſima cælo decideret, viſa eſt ex mediis illis eccleſiæ ruinis repente emergere arbuſcula, ex iis quas vulgo Scopas vocant, & ſuaviſſimum late odorem fundere: cujus tam præter naturam atque anni tempeſtatem ſic nati germinis, cum admiratio cunctos caperet, & vicinos ad ſpectaculum populos exciret; placuit cauſam indagare prodigii Comitibus Gerardeſcę loci Dominis; repertaque fuit arca lapidea, intra quācorpus ſanctum erat, ſurſum verſa: ex uno autem angulorum cælum ſpectantium enaſci videbatur ſcopa prædicta: quæ etiamnum ſervatur in parochiali eccleſia Caſtaneti, loco ad duo milliaria prope Donoraticum, atq; ad jus eorumdem Comitum ſpectante. Scopa autem illa deprehenſa eſt, transforatâ arca, primam originem ſumere ex D capite oſſis unius humeralis. His exacte ſic cognitis, anno MCCCCLV Piſani ſpecialem Legatum deſtinarunt ad Comites Gerardeſcæ, Gerardum & Simonem, cum litteris fidem publicam facientibus, quæ litteræ penes ipſorum Comitum poſteros adhuc ſervantur, petentes concedi ſibi corpus S. Guidi, transferendum in Metropolitanam eccleſiam: illi autem cum annuiſſent civium ſuorum votis, requiſitus eſt conſenſus Calixti Papæ, *nec niſi ſub ea quam num. 4 vidimus conditione datus.*

*indeque à Piſanis fama miraculoſæ inventionis excitis, ſec.* 15.

## DE S. BERNARDINO SEN.

*Pag.* 258* *num.* 4 *lin.* 9 — nimium — *l.* — nimiam.

*Pag.* 259* *num.* 9 *lin.* 8 *poſt* — *Martyrologio Romano* — adde — *ubi ex antiquiori Bellini formula, hactenus ſervata, laudatur quod* Italiam verbo & exemplo illuſtravit; *quæ primo loco legi jubentur in noviſſima recognitione anni* MDCLXXIV, *eo quod jam pridem feſtum ejus, ex Apoſtolico decreto, juſſum ſit ſub ritu Semiduplicis Officii celebrari, ab omnibus Romano Breviario utentibus. Antonius de Balinghem &c.* — *& lin.* 10 dele — *ubi.* E

*Pag.* 260* *ad calcem num.* 9 adde — *Corporis, quod integrum adhuc ſervatur, cum nullæ uſpiam Reliquiæ haberi poſſint, earum loco piis ſunt veſtes & alia hujus generis, quæ ipſum aliquando contigerunt. Sic Politienſis in Sicilia conventus S. Franciſci, ejus* cilicium *ſe poſſidere gloriatur, teſte Roccho Pirrho Siciliæ Sacræ Tom* 2 *pag.* 479.

*Ibid. lin. ult. ſic lege* — *ac tum primum* Veronam *acceſſerit, idque* primo Novembris, *uti ſcribit Valerius Auguſtinus Epiſcopus Veronenſis.*; poſtquam autem MCCCCXXIII die XVII Januarii ultimam habuit concionem, Vicentiam pariter ad prædicandum profectus eſt. *Idem ex Ms. Chronica &c.*

*Pag.* 261 *num.* 15 *lin.* 21 poſt verba — *cum Fratre Alberto* — adde — *Hac autem potius quam priori vice,* hortatu *ejuſdem* S. Bernardini, feſtum Braviorum, quod antiquitus agebatur prima Dominica Quadrageſimæ, ob memoriam victoriæ populi Veronenſis, reportatæ anno Domini MCCVII, quæ Dominica totius populi appellabatur, reductum fuit in diem Jovis ante Dominicam Quinquageſimæ. *Eodem anno &c.* F

*Pag.* 262* *col.* 1 *adde ſequentia.*

19 *Majoris longe auctoritatis, ideoque non prætermittendæ hoc loco, eſt elogium, quod Pius II Pontifex Maximus, civem ſuam Catharinam Senenſem canonizaturus, ſuo itidem civi* Bernardino, *ad communis patriæ commendationem ſcripſit, in Bulla, anno* III *Pontificatus & Chriſti* MCCCCLXI, *his verbis:* Inter alios qui Deo placuerunt, & divinam nobis clementiam placaverunt, urbs Senæ inter Etruſcos nobilis, ætate noſtra Bernardinum aluit: qui nobili loco natus, in adoleſcentiæ flore mundo renuntiavit; & ingreſſus B. Franciſci Religionem, cum Fratres ſui Ordinis procul abiiſſe ab inſtitutis & Regula Patris reperiſſet, eos acriter correxit: & cum eos omnes in viam reducere non poſſet, ſequeſtratis pluribus quibus Regulam reſervare placuit, cum his cœnobia frequentavit, quę multa de novo conſtruxit & ſanctiſſimis inſtitutis reformavit. Circuivit Italiam prædicando, vitia fulminavit, virtutes erexit. Mira ejus abſtinentia fuit, mira integritas, moderata gravitas, eloquii multa ſuavitas, multa doctrina. Et quoniam verus erat pauperpatis cultor, hoſtis pecuniæ, & omnium deliciarum inimicus; ſemper in ejus vultu ingens alacritas emicuit, & in mente ſumma quies:

*Elogium à Pio* 2 *Bernardino dictatum,*

A & qui ſola Innocentia gaudebat nullius ſibi conſcius criminis, ſcandalis pluribus in Italia obviavit, & multa miracula perpetravit: propter quæ adhuc vivens Sanctus habebatur, & miro plebium colebatur honore, nuſquam ſine populi frequentia & ſingulari reverentia ſuſceptus. Qui cum apud Aquilam, Marſorum urbem, hujus vitæ curſum peregiſſet, Nicolao Quinto, Prædeceſſore noſtro, ipſo Jubilæi anno, cum Chriſtianus orbis, ad purgandas vitiorum ſordes, frequens Urbem inviſeret, inter ſanctos Chriſti Confeſſores relatus eſt.




[C *Aliud eum incorrupti corporis vera effigie editum.*[a]

20 *Corpus, Waddingo teſte*, incorruptum & integrum *hodieque ſpectatur: de cujus tranſlationibus variis acturus Cap. 6 Analectorum, hic propono ejuſdem genuinam delineationem, qualem ante annos minimum quadraginta habuimus, Senis allatam; quamque* ex antiquo *valde prototypo* expreſſit Franciſcus Vannius Senenſis, & Frater Villamena ſculpſit, *addito hujus brevi ſed nervoſo elogio hoc*: Vera & naturalis S. Bernardini Senenſis effigies, qui obiit Aquilæ in Veſtinis anno MCCCCXLIV, die XX Maji in Vigilia Aſcenſionis, hora Veſperarum, dum in Choro caneretur Antiphona ad Magnificat, Pater manifeſtavi nomen tuum hominibus: & in illis verbis, Ad te venio Alleluia, expiravit. Adſcriptus eſt Sanctorum numero à Nicolao Papa V, anno Jubilæi MCCCCL. Fuit ex nobili familia Albizzeſca nunc extincta progenitus, & Ordinis Minorum inſtaurator. Beatiſſimæ Virginis Mariæ amore ſupra quam dici poſſit, ſe captum profitebatur. Eum Pius II ſummus Pontifex, pecuniæ capitalem hoſtem, nuncupabat: idemque humanæ gloriæ contemptu tres ſibi oblatas Tiaras conſtantiſſimo animo recuſavit. De illo tandem Martyrologium Romanum, multa breviter, Italiam verbo & exemplo illuſtravit: *nempe poſt illius recognitionem, juſſu Gregorii XIII anno* MDLXXXIV *curatam; cum antea, juxta Bellinum de Padua, ſic legeretur*, totam Italiam ſuo illuſtravit verbo & exemplo. *Apparet autem vel intuentibus non eſſe eum vultum viventis corporis, ſed exucci ac mortui, qualem etiam nunc eſſe credimus, & aſſerunt qui viderant; ideoque hic libentius ſpectandum innovata ſculptura exhibuimus.* D

*Pag.* 264* *col.* 1 *lin.* 1 — Bernardinus — *l* — Bernardinum.

*Pag.*267* *Annot.* d adde — *Carolus Sigonius, in libro de Epiſcopis Bononienſibus, agens de B. Nicolao Albergato, quo auctore in foro Bononienſi concionabatur* Bernardinus, *ait, executionem illam factam eſſe* IV *Nonas Maji circa an.*1423.

*Ibidem num.* 19 *lin.* 30 factam — *l* — factum.

*Pag.*284* *Annot.* h — adde — *Syllabum operum texit Waddingus inter Scriptores Ordinis Minorum, qui dum parabantur, eos titulos excerpſit in ſua Bibliotheca Mſſa-na Hippolytus Maraccius, primo loco nominans* de Conceptione B. Mariæ Virginis librum unum, quem propria ipſius Sancti manu exaratum ſe Senis vidiſſe, teſtatus eſt Bernardinus de Buſto, ſerm. 4 de eadem Conceptione. *Eum librum, ſeu potius Sermonem, intelligo ab Hippolyto Maraccio, notiſſimo plurimis ſuis ſcriptis Parthenophilo, repertum in Bibliotheca Vaticana fuiſſe, ac prælo dandum, niſi mors interveniſſet. Sed hac nihil detractum publico eſt; ſiquidem prius multo quam ipſa contingeret, videlicet anno* MDCLXV, *R. P. Fr Petrus de Alva & Aſtorga Lovanii edidit* Monumenta antiqua Seraphica, pro immaculata Conceptione Virginis Mariæ, ex variis Auctoribus Religionis Seraphicæ in unum comportata & collecta; *in cujus libri capite ponitur*, S. Bernardini Tractatus ſeu Sermo, numquam impreſſus, repertus Coloniæ Agrippinæ apud Patres Eremitas S. Auguſtini; *qui etiam exhibetur inter Radios Solis veritatis ab eodem de Alva editos, Signo* 2 *Radio* 35 *col.*467, *hoc principio.* Nec dum erant Abyſſi *&c. Pari ratione ex ipſius Sancti autographo ſub annum* MDLXIII, *tranſcriptus fuit libellus alius, ſed Italicus, hoc titulo*: Conſiderationes, per quas anima, Dei gratia mediante, pervenire poteſt ad contemptum rerum terrenarum & amorem cæleſtium. *Latebat hic theſaurus inter Mſſ. P. Hieronymi Brunelli Senenſis, in noſtro Romano Collegio depoſita, indeque Lucam Miſſus à Patre noſtro Ioanne Franciſco Vannio, D. Dominico fratri, ibidem prælo datus fuit anno* MDCLXXXVI. *Quod hic volui indicare.* E *Libellus Sancti pro Immaculata Conceptione, impreſſus Lovanii an. 1665.* F

*Pag.*305* *num.* 1 *lin.*6 — ob — *l* — ab.

*Pag.* 306* *num.* 3 *lin.* 4 *à fine* cum — *l* — ſum —

*Pag.*308* *num.* 10 *lin.* 13 — obeniſſe — *l* — obveniſſe.

*Ibid. lin.*25 Inquitore — *l* — Inquiſitore.

*Pag,*315* *num.*31 *lin.* 15 — *matrem* — l — *mortem.*

*Ibid. num.* 33, *lin.* 14 — promiſſorum — *l* præmiſſorum.

*Ibidem adde in Titulo* — *& Canonizationem ſecutum miraculum* — *deinde poſt num.* 34 *proſequere idem Caput* 4 *hoc modo.*

35 *Quo ordine proceſſum ad ſolennem* S. Bernardini, *Canonizationem ſit, cupienti ſcire, in promptu eſt Relatio, poſt Vitam edita ante Opera, una cum ipſius Nicolai Papæ V Bulla: ubi etiam ex Auguſtini Dathi lib.*2 *invenitur prolixe deſcripta ratio totius feſtivitatis; Romæ,* VIII *kalendas Iunii; Senis, ad ipſas ejuſdem menſis Idus celebratæ, anno* MCCCCL. *Hanc ſecutum eſt illuſtre miraculum, quod is cui contigit,* Fr. Blaſius, anno MDX vir ætatis devexæ, die IV Novembris in monte *anno* 1450

A te Alverniæ, narravit *Anonymo iſti Fratri, à cujus manu & ſtylo Fr. Antonius de Terrinca miſit mihi Vitam B. Vivaldi, Latine redditam 1 Maji, ſub nomine Dionyſii Polinarii. Cum enim hunc, auctorem credidiſſet eſſe Terrinca mihi quoque id perſuaſit; uti in mutandis ad diem iſtum illo ſuggerente expoſui, cum jam innotuiſſet, illius Vitæ & Miraculi prænotati tali anno ſcriptorem, eſſe ſenionem Dionyſio, ſub annum* MDXXXIV *primo ad Ordinem recepto. Equidem, accepto narrationis tam authentica indicio, optavi originarium ejus contextum, licet diffuſum ſatis, Latinum reddere: ſed reſpondit Terrinca, per litteras datas 24 Septemb.* 1686, *ſibi longius remoto ab iis qui Ms. iſtud poſident, perquam difficile impetratu videri ipſius fidele ecgraphum; vellem igitur contentus eſſe Latina ſua, licet compendioſiori traductione; quam imprimendam curaverat poſt Vitam Sancti, inſertam ſuo Theatro ſacro primi Ordinis tit.* 2. *Ego vero tanto ſecurius ei fidem adhibeo, quanto mihi notior eſt accuratio Terrinca, nec minimas quidem circumſtantias præterire ſoliti. Ea autem ad litteram, ut ait, talis eſt.*

*paulo poſt puero ſibi accidiſſe ait Fr. Blaſius,*

*rem poſt annos 60 narrans,*

36 Paulo poſt Canonizationem Divi Bernardini, Blaſius, qu. Antonii alterius Blaſii de Maſſeis, in oppido Caſcia Nucerinæ ditionis, ætatis ſuæ anno undecimo, è vivis ſublatus eſt. Dum autem de more funus parant, ut corpus ſepulturæ tradatur, repente coram populo contrahit brachia, palmas ſtringit, toto corpore contremiſcit, ingemit, horribiliterque mugit; poſt, ſicut prius, exanime apparuit. Stupent omnes, tanta rei novitate perculſi, divinum implorant cum neceſſariis auxilium; infundunt libamina, quæ in ſtomachum deſcendere quaſi per aquæductum intelligunt; aliaque ex medicorum præſcripto adhibent corpori fomenta; ut, quod vivum exiſtimant, vegetum reddant: ſed fruſtra. Circumſtant interim cognati, amici, vicinique. Et ecce iterato contremiſcit atque immugit: unde funus adhuc differre decernunt, quid futurum ſit attendentes. Opem Virginis Matris aliorumque Sanctorum iteratis votis progenitores expoſtulant, & exaudiri non merentur. Mater, præ ceteris afflicta, corpus in ulnis acceptum, B. Ritæ, in eccleſia S. Mariæ Magdalenæ miraculis coruſcanti, ſiſtit, & lacrymis ac precibus filii reſurrectionem ab ea eflagitat: ſed nondum puer reviviſcit. Quinto obitus die, tandem genitores Divo Bernardino cauſam & agonem pariter committunt. Nec mora: voto emiſſo, deſiderium eorum adimpletum eſt: Blaſius enim, tamquam à ſomno excitatus aperiens oculos, parentes alloquitur, mirabilia nuntiat, arcana pandit; & quæ in cælo ſurſum, & quæ in inferno deoſum ſunt, edit.

B *ut ii an. et. mortuus,*

*jamque ſepelendus contremuerit bis,*

*& 5 die poſt datus Sancto reſurrexerit;*

C

37 Per dies quatuordecim, membris omnino deſtitutus, jacuit immobilis: ſed interim requiem non habuit, aut dicendi finem fecit. Poſtea paulatim pelle, unguibus, piliſque detractis, noviſque acquiſitis, in priſtinum reſtitutus eſt. Mirum modo audite, auribus factum percipite. Hora tranſitus ſui apparuit ei Bernardinus, quem aliquando cum aliis pueris & parentibus laudaverat: apprehenſaque manu ejus dextera (ita ſibi videbatur) Ne timeas, inquit: forti animo eſto, & quæcumque videris diligenter obſerva, quæ audieris memoriæ committe. Ducit deinde eum in terram tenebroſam, & opertam mortis caligine; terram miſeriæ & tenebrarum, ubi umbra mortis & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat; ubi fletus & ſtridor dentium, ubi denique nulla eſt redemptio. Oſtendit ei damnatorum turmas, & conditiones ſingulorum, nec non tortorum tormentorumque diverſitatem, quibus ſuperbi, avari, impudici, iracundi, intemperati, invidi, blaſphemi, malefici, detractores &c. torquentur: cauſaſque damnationis ſingulorum aperit; & quæ de barathro deque damnatis ſacra Theologia ſanctique Patres tradunt, atque Eccleſia tenet, diligenter edocet. Multos ibi Blaſius novit, alios à ductore ſuo didicit ex nomine.

*viſis interim, duce Bernardino,*

*infernoejuſque pœnis,*

D

38 Dum Infernum ſine pœna, licet non ſine animæ anguſtia, ſcrutatur; ecce inexplicabili dæmonum damnatorumque applauſu & confuſo tumultu, animam Buccerelli cujuſdam ſibi noti, utpote ejuſdem oppidi, qui Ghibellinæ factionis fautor fuerat & impœnitens deceſſerat, vidit illas in tenebras trudi: & præ magnitudine pœnæ illius, totus correptus tremuit, non ſolum animo, ſed etiam corpore: nam compertum eſt, eâdem ipſa hora, qua primo irrugiit Blaſius, Buccerellum præfatum obiiſſe. Similique modo horruit corde & corpore ſecundò, videns eiſdem pœnis involvi animam Petri Fraſchæ, ejuſdem loci, quem fraudibus & uſuris ditatum, ſine reſtitutione deceſſiſſe innotuit eodem tempore. Hinc filius præfati Petri, ſtatum patris audiens ex Blaſii narratione, quidquid pater injuſte rapuit, reſtituendum curavit; bonaque ſua pauperibus diſtribuens, elegit potius in paupertate Chriſtum quærere, quam pro divitiis patrem habere in gehenna ſocium. Inde Sanctus Blaſium deduxit in ſinum Parvulorum abſque Baptiſmo decedentium; & quæ de eo ſcripta ſunt ei manifeſtavit. In Purgatorium deinde manu duxit; ubi, ſicuti in Inferno, vidit & intellexit animarum numerum, gradus, conditioneſque earum, tormentorum differentiam modumque punitionis pro qualitate reatuum. Novit in hoc ergaſtulo plures: aliæ ſeſe prodiderunt, rogaruntque ut eorumdem parentibus vellet renuntiare, quæ pro earum liberatione facienda erant. Poſt hæc in Sinum Abrahæ, per Chriſtum evacuatum in reſurrectione ſancta ſua, deduxit; ſtatumque loci illius patefecit ei.

*ipſoque inſtanti mortuorum duorum animabus eo adductis,*

*Limbo duplici,*

E

*Purgatorio,*

39 Denique in cælum collocari viſus ſibi eſt Blaſius; ubi, tamquam alter Paulus, ſive in corpore ſive extra corpus neſciens, vidit & audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Vidit Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & elevatum, unum in eſſentia & trinum in perſonis, unitatem Deitatis trinitatemque Perſonarum. In ipſum reſpiciens, omnia cernebat, quæ in cælo ſurſum, quæ in terra deorſum, & quæ ſubtus in inferno erant. Vidit, quia millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei. Choros novem Angelorum in tres hierarchias ordinatos. Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, & cœtus Sanctorum, à Bernardino ſibi oſtenſos, ante Majeſtatem Dei alter ad alterum clamantes; Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. Vidit ſanctam Dei Genitricem, ſuper choros Angelorum exaltatam, à dextris Filii ſedentem in veſtitu deaurato, circumdatamque varietate. Inter Cælites vidit S. P. N. Franciſcum, præfulgentem, in alto atque ſublimi loco locatum, ſtipatumque Fratribus primi & tertii Ordinis (feminæ namque S. Claram ſequebantur) nec non amicis & benefactoribus Ordinis. Claritatem veſtimenti & emicantiam calceamenti, tum Franciſci, tum Fratrum, demiranti Blaſio; Ne mireris, inquit Bernardinus; retributio hæc eſt vilitatis habitus atque divaricati greſſus: tanta gloria decoratus eſt ipſe Ordoque ejus, ob admirabilem prærogativam ſacrorum Stigmatum. Ex quo etiam fit, ut anniverſario deſcenſu, in die ſolennitatis ſuæ feſto, animas Fratrum ac Sororum, ami-

*ac Paradiſo,*

F

*in eoque gloria S. Franciſci,*

A amicorumque & benefactorum, à Purgatorii pœnis ſolutas ad cæleſtia regna perducat. Poſt hæc, cum in explicabili animæ illius anguſtia, reditum ad corpus Bernardinus indixit; prout factum quinto jam die, eademque ipſa hora, qua parentes exquiſierunt interceſſionem Bernardini.

40 Prædictis omnibus fides facta ex eo eſt, quod die decimo quarto è lecto ſurrexit puer Blaſius; & per menſem optime meminit quæ viderat; deinde elabi illa ex memoria cœperunt, uti ductor ejus præmonuerat; tum etiam ex eo quod in ætate puerili & litterarum experti, non aliter ac ſi ſummus Theologus & Eccleſiaſtes fuiſſet viſa narrabat & explicabat, de omnibus alte ac ſubtiliter differens. Alicui etiam dicebat: Pater tuus, in Purgatorio exiſtens à tali die, dicit tibi, talia & talia officia & eleemoſynas, in teſtamento tali die rogato &c. relictas, adhuc non perſoiviſti, niſi hoc & illud: alteri, Frater tuus, decedens tali die, inter te & ipſum ſolum rogavit tot Miſſas celebrari, nec promiſſa in integrum ſolviſti, reſtant enim tot &c. Ac, ne multis lectorem morer, ſtatum defunctorum ſuorum requirentibus ſatisfaciebat ſigillatim; non tantum indicans in Inferno, aut Purgatorio, vel in Cælo à die tali reperiri; ſed etiam damnationis aut purgationis vel fruitionis cauſas, quas à Bernardino didicerat, palam faciebat; eaſque eſſe ad ſacrorum Canonum ſanctæque Matris Eccleſiæ limam ac Theologiæ placita, conſpicuum erat.

*Viſis autem fidem faciunt ea,*

*quæ puer dicere non potuit niſi ex revelatione.*

*Idem Sanctus compertus ad 38 mortuos ſuſcitaſſe.*

41 *His ex Anonymo prædicto relatis, velut tempore ac modo prænotato ſcriptis, addit Terrinca, ſe eodem in Ms. etiam Italice adjecta inveniſſe hæc verba:* De glorioſo iſto Sancto, retulit mihi egregius ex noſtro Fratrum Minorum Ordine Concionator, cui fidem indubitatam dandam exiſtimavi, quia eſt perquam celebris in populo, & in omni ſua doctrina ac verbo verax; diligenter & ſcrupuloſe requiſiviſſe ſe miracula, quæ per eum Deus eſt operatus, atque imprimis illa quorum veritas habetur authentice comprobata, quo certius ea poſſet pro concione exponere, citra admixtionem falſi: reperiſſe autem quod Sanctus ille, præter innumera ſanctitatē vitæ teſtantia, collatarum infirmis beneficia ſanitatum, mortuos triginta octo reſuſcitarit ad vitam: & hoc affirmavit mihi ſæpius ſe prædicaſſe, cum ſibi erat de S. Bernardino dicendum.

## CAPUT VI.

### De ſacri corporis tranſlationibus variis.

ANno MCCCCLI, *Canonizationem prænotatam immediate ſecuto, videtur idem Pontifex Nicolaus Papa V, qui ipſam celebraverat, indulſiſſe Minoribus Obſervantibus &c. --- ac porro numeros ſequentes muta, ut pro 36 &c. fiant 42, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, & 50.*

## DE B. COLUMBA REATINA.

*Pag.316* CAPUT VI--- l --- CAPUT V.*

*Pag. 318* num.40 lin. 11* --- obtectam --- *l* --- obtectum.

*Pag.322* col.2 Annot. f lin. 12 poſt hæc verba Catharina tenuerit --- dele lineas duas, pro quibus has* ſubſtitue *--- Talis Legendæ epitomen nihilo meliorem Auctor hic reperit apud Petrum de Natalibus lib.10 cap.105, ibique legit, quod poſt converſionem Porphyrii Ducis,* Chriſtus per Colnmbam de cælo miſſam cæleſti cibo Virginem refovit. *Mirum eſt porro &c.*

*Pag. 329* col. 2 lin. 2* — *ſervatas* — l — *ſervatam.*

*Pag. 333* num.38, lin. 5* — convivis — *l* — concivis.

*Pag. 334* num. 5 lin.8* — noſtris — *l* — noſtri.

*Ibid. Annot.* d *adde* — *neque ad dubitandum de miraculi veritate, magnopere movemur, quod de alio Crucifixo Vrbevetano, alioque Pariſienſi tantumdem dicatur; eo ſolum fundamento, ut putamus, quod Sancto Doctori, iſtic commoranti, in uſu aut veneratione fuerint. Nec novum eſt variare in talibus populares narrationes, dum ex communi quadam pluribus cauſa, aliquid etiam aptatur pluribus rebus aut locis, quod uni ſoli vere contigit. Sic quod evenit Sancto Doctori, ſcribenti Neapoli* tertiam partem ſummæ de Chriſti Paſſione & Reſurrectione; *applicarunt aliqui* Officio Corporis Chriſti, *juſſu Vrbani IV ſcripto Bolſenæ, ubi* in foribus eccleſiæ depictus eſt B. Thomas, ſedens & ſcribens .... depictus eſt inſuper Crucifixus, alloquens S. Thomam coram ſe ſuper genua adorantem, & dicens, Bene ſcripſiſti de me Thoma; *uti videre eſt in Propylæo noſtro ad Pontificatum Vrbani IV Diſſert. 23; futura 43, cum acceſſerint ſuis locis Paralipomena quæ paravimus.*

*Pag. 335* num. 44 lin. 15* — feceſſet — *l* — feceſſit.

*Pag. 343* Annot.* q *adde* — *Franci etiam* Jujubes *appellant: ſuntque famoſiores eæ, quæ in Occitania creſcunt,* les jujubiers de Languedoc.

*Pag.353* col.2 impreſſa eſt Sequentia, aliter quam vulgo ſoleant, eo ſcilicet modo quo ſolet in Lyricis fieri, ita ut ultimus cujuſque binarii, ternarii, vel quaternarii verſus introrſum ducatur. Melius, ex uſu communi, hoc fieret in primo; ipſaque Conſequentia in ſtrophas ſenarias vel octonarias, prout res exiget, diſtinguetur.*

*Pag.365* Annot. o lin.penult.* — *Concameratione,* l — *pariete.*

*Pag.371* Annot.* e — Troytus — l — Troylus.

*Pag.376* Annot.* i *dele* — *ſeu* Violaceus.

*Pag. 379* lin. 1* fortreſſas — *l* — fortereſſas.

*Pag.384* Annot* p *adde* — *Francis etiam* Julep. *nominatur & ſcribitur.*

# APPENDIX
## AD DIEM VIGESIMAM PRIMAM MAII.

*Pag. 2 inter Prætermiſſos Colum. 1 de* SS. Seneſio & Theopompo *lin. 1 & 2 --- inſcripti ſunt* ---lege--- *olim fuerunt, & in Notis Baronii allegatur Petrus.*

*Ibid.lin.7 poſt --- Sed iidem ---* adde--- *in noviſſima Martyrologii Romani recognitione, ſecundum impreſſionem anni 1674, omittuntur: & merito: ſunt enim illi ipſi, qui &c.*

*Ibid.*

A *Ib. col. 2 poſt lin. 2* adde — S. Yvo Confeſſor, *in Carnutenſi aliiſque nonnullis per Galliam Eccleſiis, hodie ſub Semiduplici colitur, ſcilicet impedito, propter S. Petrum Cæleſtinum, die ejus natali* XIX Maji.

S. Hilarius Epiſcopus Toloſanus, *in Officiis propriis anni 1647 prætitulatur die* XXI Maji: *ſed opinio eſt errore typothetico id accidiſſe, legendumque, ut antea legebatur* XX Maji.

*Pag. 3 col. 2 lin. 10 à fine* — *in Hiſpania* — l — *in Vaſconia.*

*Pag. 4 col. 1 lin. penult. addatur* —

B. Ioannes, Plebanus S. Ioannis Decollati, Venetiis, *hoc die referri potuiſſet, propter ſolennem tranſlationem ſui &* S. Candidæ *ad novum altare, anno* 1644. *De ipſo &* B. Leone *Bembo Epiſcopo ibidem culto, agemus, quando ſimul antea tranſlati fuerunt anno* 1632, *ad diem* IX Auguſti.

*De* S. Candida *vero proprio ejus die* I Decembris.

*Pag. 7 de* S. Valente *n. 1 lin. 5* — *Apographi* — l — *Apographo* — *lin. ult.* adde — *Kalendarium membraneum ante annos* DCC *exaratum in Franconia (de quo ad nomen*

B S. Sophiæ *ibi primo repertum egi in addendis ad Prætermiſſos diei* x) *habet etiam nomen* Valentis Mar. & Epi, *quod in aliquo Suevia aut Franconia monaſterio additum videri poſſit, poſt alios vetuſtiores deſcriptos in vetuſtiori exemplari ſeculi ut videtur ſeptimi. Idem legitur in vetuſtiſſimo Hieronymiano monaſterii S. Galli additum, tom.* 13 *Spicilegii Acheriani pag.* 423.

*Pag. 8 de* S. Vale *num. 3* adde — *idque ad ſequentem diem* XXII, *cum hoc die notaſſet* Natalem S. Valentis Prætoris (*Presbyterum ſcribere debuerat*) & ejus ſocii Anonymi, *nuſquam aliàs reperiendi.*

*Pag. 11 Commentarius de* S. Hilario Ep. Toloſano, *hinc transferendus ad diem præcedentem, ſicut ibi notavi.*

## DE S. CONSTANTINO MAGNO.

*Pag. 12 in titulo lin. 4* — cuſtu — *l* — cultu.

*Pag. 13, n. 3 lin. ult.* — *lapidece* — l — *lapidea.*

*Pag. 15 nu. 12 poſt med.* ἐξέτωσεως — *l* — ἐξαιτάσεως.

*Pag. 17 col. 1 lin. 11* — *Imperari* — l — *Imperatori.*

*Ibid num. 18 lin. 5 à fine* — *Epiſcoporum* — l — *Epiſcopum.*

C *Ibid. num. 19 lin. 5* ſic lege — *Rebaptizationem, veluti rem neceſſariam ad ſalutem iis qui veteri ſolum more baptizati erant, fuiſſe ab Arianis tentatam ante obitum Conſtantini, nemo cum fundamento dixerit, nec debet in totius antiquitatis ſilentio recipi. Quis enim &c.*

*Ibid. lin. 23* — *hoc* IV *ſeculo* — l — *mortuo Conſtantino.*

*Ibid. col. 2 lin. 21* — CCCXXXVIII — *l* — CCCXXXVII.

*Pag. 18 col. 1 lin. antep.* — tyrannis — *l* — tyranni.

*Ibid. col. 2 lin. 3* — *Mileium* — l — *Milvium.*

*Ibid. lin. antep.* — *ille* — l — *illi.*

*Pag. 21 col. 2 lin. 32* — *qua* — l — *quam.*

*Pag. 27 col. 1 lin. 5* — *die Kal. Martias* — l — *die Kalendarum Martiarum.*

## DE S. MANTIO M.

*Pag. 34 n. 14 lin. 7* — *quinquentio* — l — *quinquennio.*

*Pag. 35 n. 18* adde — *Claudius Caſtellanus, Canonicus Pariſienſis, exiſtimat, iſtam Hiſpanorum illuſionem totam ex eo natam eſſe, quod* S. Memmii *&* Mantii *nomina, utrique genti vulgo uſitata, ſint affinia; ac primum quidem* S. Menge, *dici atque ab Helvetis* Manche *pronuntiari; alterum vero,* S. Manchéz. *Hæc Vaſconũ fortaſſis pronuntiatio eſt: nam de Luſitanis conſtat ex illius gentis Martyrologio, à Patribus Societatis noſtræ collecto, & ſub annum* 1591 *Conimbricæ impreſſo,* Mantium *vulgariter*



D Mancos *dici, uti ad diem* XV *Maji notatur in margine.*

*Pag. 39 de* S. Florentino, *num. 15, lin. 16* — *Hic* — l — *His.*

*Ibid. lin. 20* — *corpora* — l — *corpore.*

*Pag. 40 de* S. Hoſpitio *col. 2 lin. 6 à fine* — Peninſila — *l* — Peninſulæ.

*Pag. 41 lin. 3* — eccleſiæ — *l* — eccleſia.

*Pag. 42 num. 5 lin. 6 à fine* — Auſtodius — *l* — Auſtadius.

*Ibid. n. 6 lin. 1* — *lib. 3* — l — *lib. 6.*

*Pag. 48 de* B. Erenfrido *n. 1, lin. 18* — *civiles* — l — *civilis.*

*Pag. 49 n. 2, lin. 18* — dedicatus — *l.* — dedicatur.

*Pag. 51 lin. 1* — hæc — *l* — hac.

*Pag. 55 col. 2 Annot.* b * *lin. antepenult.* P. Andr. Schnorrenberg — *adde* — *qui etiam mihi de cultu quærenti ſcripſit, nullum certum haberi, ſed* Anniverſaria *pro defunctis etiamnum celebrari, quod tamen opinioni Beatitudinis eorum non adverſari, aliis occaſionibus demonſtravimus. Gelenius &c.*

## DE S. SILAO EP.

E

*Pag. 63 n. 5* adde — *Suggerit autem Claudius Caſtellanus,* S. Honorinam de Confluentia, *vulgo* Conflans, *in diœceſi Pariſienſi* XXVII *Februarii, cui aptata fuiſſe Acta* S. Dorotheæ V. M. *notavit jam pridem Henſchenius noſter: item* S. Iuſtum, *in Bellovacenſi Diœceſi Martyrem,* XVIII *Octobris; cui ſimiliter accommodata ſint Acta* S. Iuſtini in Lupara, *referenda* I *die Auguſti.*

*Pag. 69 col. 2 lin. 12 de* S. Godrico — *violentur* — l — *violenter.*

*Pag. 71 col. 1 lin. 1 dele* — hubitu — *mendoſum pariter & ſuperfluum.*

*Pag. 77 n. 31, lin. 3* abſoptus — *l* — abſorptus.

*Pag. 85 num. 74 lin. ult.* — ſempiteram — *l* — ſempiternam.

## DE S. PETRO PARENTIO.

*Pag. 86 n. 3 lin. 4 à fine* — & — *l* — eſt.

N. 5 adde — *Monaldus Monaldeſchius de Cervara, in Commentariis ſuis hiſtoricis à condita Vrbe-veteri, uſque ad annum* MDLXXXIIII, *eodem anno apud Venetos excuſis, librum* 8 *finit cum morte Petri; eumque Italice appellat* Pietro Parente. *Quoniam autem Acta num. 4 dicunt* Petrum *à Catholicis petitum & acceptum* in Dominum & Rectorem (*vulgus* Poteſtatem *appellat*) *placet ex opere Ludovici Vedriani de Doctoribus Mutinenſibus, quorum plurimi à variis civitatibus Italiæ ad id munus optati fuere, modum & formam explicare, quibus ad ejuſmodi electionem procedebatur: & qua ea fuerit ac quanta temporibus paulo poſt ſecutis dignitas. Habet hoc ille pag. 31 cujus Italica verba ſic Latine reddo.*

F *Poteſtatis officium.*

6 Liberæ civitates Italiæ multo tempore perſeverarunt ſub regimine ſuorum Conſulum, non niſi ex civium numero delectorum. Sed quia contingebat frequenter, ut multi ad eam dignitatem mediis parum honeſtis niterentur, adeptaque potentia abuterentur; nihilo minus frequenter accidebat eos de vita periclitari; aut etiam ipſa privari, per tales qui, judicantibus ipſis, dolebant aliquos conſanguineorum ſeu amicorum ſuorum de medio ſublatos, aut relegatos ab urbe. Ad hujuſmodi rabiem compeſcendam placuit mutare formam regiminis: &, conſulto atque annuente Imperatore Frederico, à duobus transferre ſupremam judicandi poteſtatem ad unum quemdam, electum ex alia quæ Conſilio magis placeret civitate, quique inter

*Is in republica velut Dictator,*

A electores conſanguineum vel affinem nullum, nullos in ipſa ad cujus regimẽ petebatur civitate vel in diſtrictu fundos haberet proprios; tranſcenderet autem ætatis annum XXXVI, & prudentia ac gravitate clarus haberetur. Menſe ergo Septembri, Tribubus ſeu Regionibus urbium indicabatur dies, quo conventuri Deputati ſingularum, viros quadraginta nominarent (excluſis ſemper Magiſtratibus) qui intra diei unius naturalis ſpatium, ab una in alteram veſperam, eligere deberent ſupremum Rectorem urbis, loco ſecreto, ad quem nullius neque vox, neque auris, ac ne ſchedula quidem ſcripta penetraret. Quod ſi quadraginta illi, intra prædicti temporis ſpatium, in unam nequibant perſonam convenire; amittebant jus faciendæ electionis, & ad hanc nominabantur totidẽ alii: ſi autem nec ita res ſuccederet, deferebatur ea ad Concilium generale, quod appellabant Credentiæ. Electione peracta, & Concilio intimata, expediebantur legati cum litteris publici Decreti ad Electum: qui rogabatur dignitatem oblatam admittere, eaque admiſſa præſtare jusjurandũ præſcriptis à Concilio verbis. Eo autem die quo civitatem ingrediebatur, ab egreſſo in occurſum populo magna cum gratulatione excipiebatur. Inſignia erant, galerus, gladius, & virga ſeu ſceptrum: B auctoritas in civilibus militaribuſq; rebus ſuprema. Quod ſi Doctorali laurea non erat idem inſignitus, ducebat comites Iuriſconſultos, per quos civiles & criminales cauſas dijudicabat; &, cum opus erat, generale Concilium convocabat: coram quo publice etiam iterabat jusjurandum, antea coram Legatis præſtitum, præſente eo qui antea fuerat Poteſtatis officio functus, vel Vicario ejus. Tum aſſignabatur eidem pecunia, ex publico ſolvenda, ad ſuas ſuæque curiæ inſtruendæ neceſſitates, in qua numerabantur tres Equites, & Satellites viginti quinque Prætoriani, apparitores, pediſſequi ac reliquus congruus tantæ dignitati comitatus.

*ſeculo 13 cœptus loco Conſulum optari ex alia civitate,*

*ceremoniis certis:*

*exemplo forte Pontificiarum civitatum.*

7 *Hæc erat muneris illius conditio ſub Friderico II, qui illud primus fortaſſis privilegio ſuo confirmavit & liberis civitatibus omnibus commune fecit, circa annum* MCCXXX *aut* XL: *nam Florentinæ Hiſtoriæ auctor Scipio Ammiratus, annum* MCCVII *patriæ ſuæ memorabilem fuiſſe docet, quod tunc electus fuerit cum titulo Poteſtatis, Conſulibus nihilominus ordinem ſuum tenentibus; Gualfredottus Graſſelli Mediolanenſis: exemplo veroſimiliter antiquiori, & à Pontificiæ ditionis civitatibus accepto.* Petri *certe apud Vrbevetanos Pontificios Magiſtratus, octo dumtaxat annis præceſſit ejuſdem apud Florentinos Imperiales initium, uti jam vidimus: non tamen aſſeveraverim eaſdem omnes ceremonias in illius electione obſervatas, quas notat Vedrianius. Sua res quælibet initia habet & incrementa: ego quem* Poteſtas *ſtatum habuerit indicavi: cuilibet liberum manet, ea ipſius principia cogitatione effingere, &* S. Petro *Parentio applicare, quæ tempori iſti magis congrua judicaverit.*

D

*Ibid. col. 2 num. 1 lin. 4 à fine* — totius — *l* — totis.

*Pag.* 87 *n.* 6 *lin.* 9 — obedires — *l* — obediret.

*Pag.* 88 *Annot.* a adde — *Monaldus ait*, Imperialium factionem *fuiſſe, eamdemque hæreſi inquinatam: rem autem totam actam, Conſulatum urbis tenentibus*, Monaldo Petri Monaldeſchio, & Ranutio Bartholomæi Philippeſchio.

*Ibid. col. 2 num.* 8 *lin.* 7 *ad*, Radulfum, *adde litt.* A, *& pag.* 90 *Annotatis aliis præpone* — A. *Monaldus* Radulfum *iſtum appellat* Cancellarium, *& forte ipſius Petri Secretarium ſive Scribam intelligit: præcipuos autẽ conjuratorum fuiſſe ait*, Theodaldum & Gothifredum de Præfectis Vici, Toparchas Rocilionenſes, qui dominabantur vicino Urbiveteri caſtro, dicto Roccaſberna; item Comites Bavacciani, & alios quoſdam, antiquarum ac nobilium familiarum Proceres. E

*Pag.* 91 *n.* 15 *lin.* 26 — cum — *l* — eum.

*Pag.* 97 *Annot.* g *ſic mutetur* — Monteclelium, *vulgo* Montechielli, *diſtat Orvieto* p. m. 25 *& totidem Senis, Cluſinæ diœceſis oppidum.*

*Pag.* 101 *de* B. Ioanne *col.* 2 *lin.* 29 — Magiſti — *l* — Magiſtri.

*Pag.* 104 *n.* 15 *lin.* 9 — incepit — *l* — incepi.

*Pag.* 106 *de* B. Ioanne Bonviſio. *Annot.* e *ſic lege* — *Hugo Panziera (ſic enim ſcribitur Italice) Florentiæ impreſſit an.* 1492 *in* 4 *librum cui titulus*, Incipiunt aliqui tractatus ſingulares Fr. Ugonis de Panziera de Fratribus Minoribus, & in primo agitur de Profeſſione: *qui liber & auctor, ignotus licet Waddingo in libro de Scriptoribus Ordinis, extat tamen apud Illuſtriſſ. Magliabechium, in privata ejus bibliotheca, rariſſimis quibuſq; libris referta.*

*Pag.* 115 *n.* 17 *lin.* 13 — *ſubdicitur* — l — *ſubducitur.*

C

# APPENDIX

## AD DIEM VIGESIMAM SECUNDAM MAII.

F

*Pag.* 124 *col.* 2 *inter nomina* BB. Humilitatis *&* Ritæ *ponatur.*

### B. Andreas Ord. Minorum S. Franciſci, Mutinæ in Italia.

*Pag.* 125 *col.* 1 *de* S. Yolende *lin. ult. ſic lege — in Supplemento ad diem, quo aliquam ejus nominis coli* Auriniaci, *in agro Laudunenſi, vulgo* Origny, *meminiſſe ſuggerit Claudius Caſtellanus, id eſt* XVII Ianuarii.

*Pag.* 125 *col.* 2 *ante* Conallum, *ponatur* S. Baderii Martyris *memoria, facienda notatur in Kalendario Martyrologii Tullenſis an.* 1535 *Pariſiis editi; de quo in ipſo Breviario proprium nihil, neque nos de eo quidquam ſcimus.*

*Pag.* 126 *col.* 1 *lin.* 14 adde — *Habemus etiam* 1 Iunii S. Ronanum Eremitam *in diœceſi Coriſopitenſi, de quo tunc agemus.*

*Ibid. de* Ulodimiro *lin.* 9 — Principium — *l* — Principum.

*Ibid. col.* 2 *de* Clemente — adde — *ex quibus etiam noſter Auguſtinus Oldoinus inſeruit eum libro* de Clementibus, ſanctimonia claris.

*Pag.* 127 *col.* 2 *de* S. Marciano, *n.* 2 *lin* 16 — *oſtendimur.* l. *oſtendimus.*

*Pag.* 129 *de* SS. Caſto & Æmilio *num.* 2 *lin.* 1 ſic lege — 2 *Natalis* Sanctorum Caſti & Emili *hodie inſcribitur vetuſtiſſimo Carthaginenſis Eccleſiæ Kalendario tom.* 3 *Analect. Mabilionis; & idem notatur paſſim in omnibus &c.*

*Pag.* 130 *col.* 2 *de* S. Goſwino *lin.* 4 — *à monte.* l. *morte.*

*Pag.* 142 *col.* 2 *lin.* 6 — *de jam.* l. *de quo jam.*

### DE S. ROMANO MON.

*Pag.* 152 *col.* 2 *lin.* 1 — *doti.* l. *donati.*

*Ibid. lin.* 2 — *ſitam.* l. *ſitum.*

*Ibid. lin.* 8, *Parochiali S. Germani dicta.* l. *Parochiali, ab ejus nomine* S. Romani *dicta.*

*Ibid. lin. penult. Autiſſiodoren.* l. *Senonenſis — & dele ultimam lineam.*

A *Pag.* 160 *Annot.* d, *cujus vocis etymon, curioſo ingenioſoque ad talia Menagio explorandum relinquo. Si Latini aliquando dixiſſent* Prærotum *(ſicut* birotum*) vehiculum cui rota, non ſupponitur, ſed praponitur, diminutivum eſſe dicerem inde formatum, quomodo a* Rouë *rota, fit* rouëtte *rotula; & facta contractione ſyllabarum duarum, dici cepiſſe* Brouëtte, *loco* Prerouëtte.

## DE S. EUSEBIO.

*Scriptores duo Itali docent.*

*Pag.* 166 *poſt num.* 4 adde --- 5 *Reſpondeat nihilominus etiam Italus alius, ſcilicet Hiſtoriæ Mutinenſis illuſtrator Ludovicus Vedriani, in Tractatu de Epiſcopis Mutinenſibus: qui prius quam tranſeat ad* Hernidum anno DCCCLXI *creatum,* Leodolindum, Gamenulfum *&c. operæ pretium cenſuit lectorem ſic alloqui*: Mirabitur aliquis, ut peregrina, ſequentium exhinc Epiſcoporum nomina, quodque nulli eorum addatur cognomen diſtinctivum. Utrique dubio breviter ſatisfacio. Ad primum dico, neminem tam eſſe in hiſtoria peregrinum qui neſciat, ſtante Romanorum
B in Italia Imperio, cuique perſonæ fuiſſe Nomen proprium (Latinum fere aut Græcum) Cognomen familiæ ſuæ, &c. ſed irruentibus in eam barbaris Gothis, Herulis, ac denique Longobardis, non ſolum nomina cognominaque prius uſurpata deſiiſſe, ſed pleraſque etiam nobilium alias familiarum penitus fuiſſe extinctas; mutatas leges, mores, ritus, linguam, ipſoſque litterarum characteres, & bonarum artium ſtudia pene evanuiſſe; quoad uſque iidem Longobardi cultum paulatim aliquem ſub mitiori cælo induerent. Hinc nomina propria fere inveniuntur fuiſſe barbara, cognomina nulla. Horum uſus ante annum milleſimum non reſurrexit. Itáq; invenimus in Actis Epiſcopalibus noſtris, quod anno DCCCCLXXXIII Canonici ſolo ſimplici nomine ad ſubſcribendum utebantur, idq; etiam cum plures erant ſynonymi. Sic fuerunt anno DCCCCXCVI inter Canonicos Presbyteros, duo; Andreæ inter Diaconos, totidem Dominici. Ex hinc ſenſim fere ac ſine ſenſu invaluit uſus ſcribendorum etiam cognominum.

*Ibid. de* S. Fulgentio *n.* 1 *lin.* 9 -- S. Florentius. *l.* S. Fulgentius.

*Pag.* 168 *de* S. Iulia, *n.* 4 *lin.* 12 *à fine -- paſſa ſit.* l. *paſſum ſit.*

## C DE S. QUITERIA V. M.

*Pag.* 172 *n.* 1 adde -- *In nonnullis Pyræneorum locis,* ſainte Guitere, *nuncupatur; & in Sarlatenſi Galliæ diœceſi, in Officio ejus, hæc Oratio recitatur*: Deus, ſanctæ puritatis amator, qui B. Quiteriæ caſtum virginitatis propoſitum infudiſti; da nobis, quæſumus, ſic ejus glorioſum agonem venerari, ut perpetuis mereamur ejuſdem foveri præſidiis.

## DE S. AIGULFO EP.

*Pag.* 178 *n.* 13 *lin.* 1 adde -- *agens de* S. Aigulfo, *& lin.* 11 -- *Aprilis.* l. *Aprilis* A.

*Ibid. lin. ult.* adde -- *Verba autem, quibus id explicatur, lego, aliter quam Robertus; ut vel hinc cognoſcatur, typothetæ incuria continuatum eſſe in parentheſi characterem, qui diſtinctionis cauſa mutari debuerat.*

*Pag.* 181 *Cap.* 2 *in titulo -- & mortem.* l. *& poſt mortem.*

## D DE S. BOBONE.

*Pag.* 184 *num.* 2 adde --- *Iacobus Philippus Thomaſini, Civitatis novæ in Iſtria Epiſcopus, ejuſdem Sancti Vitam Italice editurus Patavii anno* MDCLIV, *orditur ipſam à cultu, quem is Patavii habet perquam ſolennem, die* II *Ianuarii, in oratorio quodam, dicto Beatæ Virginis de Tomeſino, quæ eccleſiola paulo poſt annum* MDL *exornata picturis, etiamnum remanentibus, ad partem epiſtolæ circa altare, exhibet in pariete expreſſam imaginem Militis armati ac genuflexi, cum vexillo Crucis albæ in rubeo campo, pone quem cernitur carrus dum jugo boum ipſi junctorum.* Hæc imago cum S. Bovi eſſe diceretur, *inquit ille,* increvit paulatim ruſticanæ plebis erga illam devotio, tamquam Protectoris animalium, ad agriculturam uſque adeo neceſſariorum: quapropter inſtituta ad eam eſt Confraternitas: quæ, ex collatitia piorum ſtipe, habet ipſi Sancto, ad iſtam partem muri, erectum altare. Habuit autem ipſum ante magnæ illius peſtis tempus, quæ anno MDCXXX civitatem & agrum noſtrum afflixit: eaque devo- E
tio per ipſam illam calamitatem vehementius crevit. *Ita ille, ad inſtantiam Confratrum dictorum exorſus anno* MDCXLIX *indagare in monumenta vitæ ac miraculorum, de quibus infra: in fine autem ſui illius libelli meminit plurium Hoſpitalium, ad receptionem peregrinorum, ſub ejuſdem Sancti nomine fundatorum*: quorum adhuc aliqua ſuperſunt, *inquit*, ac nominatim unum Veronæ cum eccleſia, ædificatum, ut dicitur, in fundis D. Thomii Bovii; ſub cura opulentæ uniùs Confraternitatis, caritatem erga pauperes peregrinos ibi ſuam exercentis. Aliud quoque invenitur ad portam civitatis Vicentinæ, à S. Felice dictam, cujus Hoſpitalis eccleſia à S. Bovo nomen habet; ubi aliquamdiu commorati ſunt Fratres reformati S. Franciſci, & ſupra altare majus ſpectatur egregie depictus Sanctus, manu Joannis Speranzæ, nobilis ſua ætate artificis. Ipſa tamen eccleſia nomen à S. Maria de Miſericordia antiquitus habuit, unde ſupra majorem ejus portam hic titulus legitur. MDXX, celeberrimum hoc Miſericordiæ ſacellum, pene abſumptum, priſtino candori in melius, præſenti teſtudineo opere, illius proventibus fideliter collatis, divino cultui civitatiſque decori reddere curarunt, Jo. Andreas Pizzocarus Syndicus &c. & in quodam ad S. Laurentium Papiæ ſervato inſtrumento anni MCCCC- F
LXXXIV nominatur Vicentiæ Gubernator bonorum & Hoſpitalis S. Bovi, quod eſt prope eccleſiam S. Mariæ della Miſericordia, extra portam S. Felicis. In Roccâ Sabatinâ, eccleſia dicata SS. Zenoni & Barbaræ, altare S. Bovi habet; uti & eccleſia S. Mariæ de Monte Ortonis unum, anno MDCLI ædificatum. Inſuper in caſtello Dominorum Boviorum, ditionis Veronenſis, eccleſia habetur ejuſdem nominis. Omnibus autem iſtis in locis ac pluribus aliis, obſcurata aliquamdiu devotio popularis, modo cernitur inſtaurata potiſſimum inter agricolas: quorum votis ut fiat ſatis, crebriora jam eriguntur ipſi Sancto altaria: illi vero in ejus honorem hoc ſervant, quod à die Natalis Domini uſque à feſtum S. Bovi, boves ſuos habeant jugo ſolutos ipſumque feſtum celebrant die ſecunda anni, licet Sanctus obierit XXIII vel XXIV Maji.

*Patavii altare & confraternitas;*

*Hoſpitalia Veronæ,*

*Vicentiæ,*

*alibi altaria & ubiq; cultus 2 Ianuarii.*

3 *Antiquior Vita S. Bobonis Latine extat &c.* --- & in fine adde --- *Sed imprimis feliciter ea eſt uſus præ-*
*laudatus Epiſcopus Civitatis-novæ, quædam minime contemnenda ſuggeſturus nobis, ex ea, quam ſcripſiſſe illum diximus. Italica Vita.*

*Pag.* 187 *& ſeqq. adde textui & conſequenter margini, litteras conſuetas pro* Annotatis, *pag.* 188 *poſt num.* 16 *ſic ponendis.*

A

## ANNOTATA.

*Num.* 11 *lin.* 11 -- a Rivus turbidus, *Magino in tabulis Topographicis (quas Atlas Blavianus ſequitur, & ſequi in correctionibus Tomaſinus jubet)* Retorblo, 5 p. m. *Viqueria diſtat ad Orientem.*

*Ibid. lin.* 22 -- b Carlare, *Tomaſino* Garlaſſo caſtellum, *Magino* Gallaſſo, *media inter Viqueriam & Mediolanum via.*

*Num.* 12 *lin.* 4 -- c Mons-bellus *inter Mediolanum & Cremam.*

*Num.* 13 *lin.* 4 -- d. Caſelle, *Tomaſino* Terra de Caſe; *quod poſtea corrigens jubet legi* Caſei *juxta Maginum, qui illud vicinum Rovellino notet: idem tamen etiam* Caſellas *novit in Placentino.*

*Num.* 14 *lin.* 2 -- e. Lacuſanum, *quia nullum forte nunc eſt, Tomaſinus prætermiſit nominare, rem narrare contentus, nec ego in tabulis ipſum reperio.*

*Ibid. lin.* 6 -- f Viacava, *Tomaſino* Villacarca, *neutrum apud Maginum notatur; ſed* la Cava, *inter Ticinum & Padum fluvios, Papiæ urbi propinquior.*

B *Ib. lin.* 8 -- g Vicus-picolus, *id eſt*, parvus, *Tomaſino* Zeriopriolo *eſt, neſcio qua vocum alteratione: in correctionibus autem etiam* Caſtel Ceriolo *nuncupatur, dicturque ſitum è regione Dertonæ ad flumen Ticinum, Tenarum forte voluit nominare, Pado citius confluentem: nam Ticinus longius à Dertona fluit.*

*Ibidem lin.* 17 -- h S. Julittæ caſtrum, *ad Scripaſſum flumen verſus Placentinum territorium collocat Tomaſinus, in Correctionibus ad calcem libelli.*

*Ibid. lin.* 19 -- i Lardiracum, *Tomaſino* Ardiracum: *neutrum invenio, ſed bene quod ſequitur* Lumellum, *media inter Viqueriam & Vercellas via.*

*Pag.* 191 *lin. ult.* adde -- *Epiſcopus Civitatis novæ Tomaſinus, de* Reſiquia brachii, *hodie apud Capucinos ſervata, etiam meminit; ſupraque eam in petra ſculptam ait epigraphen hujus tenoris.* Hic jacuit corpus & membra S. Bobonis de Viqueria, poſita in præſenti arca nova 1470 die ultimo Aprilis. Inventio membrorum dicti Sancti Bobonis Viqueriæ in præſenti eccleſia 1470 die XI Februarii. D. Bern. Baldizonus, in præſenti monaſterio primus Abbas, hoc opus fieri fecit.

## ANAMNESIS D. P.

### De Corpore, ſemel iterumque Papiam tranſlato, ejuſque noviſſima ibidem Tranſlatione & miraculis.

*Documenta Viquerienſium nihil obſtant,*

*Conſideratis attente iis, quæ ſuperius diſputavit Henſchenius; aliud nihil videtur rationabiliter conſequi, quam, ſtante veritate eorum quæ pro ſe allegant Viquerienſes, de corpore uſque ad annum* MDXXII *apud ſe habito; vera eſſe non poſſe, quæ ſcriptores Papienſes allegant pro anteriori ſua & antiquiori poſſeſſione. Fortaſſis autem conciliari ambæ partes poſſint, conjectando, quod Papiæ quidem fuerit ſanctum corpus ſeculo* XII, *cauſa turbarum bellicarum aut alia ſimili allatum Viqueria, ad eccleſiam S. Apollinaris: ſed cauſa ceſſante, relatum unde venerat, ſub eoque altari collocatum, ſub quo deinde repertum eſt anno* MCCCCLXIX; *ubi manſerit uſque ad annum* MDXXII; *Papienſibus nihilominus perſeverantibus aſſerere ipſum apud ſe eſſe, licet oſtendere illud non poſſent. Altero autem anno poſt, ingredientibus Lombardiam Francis, potuit ſecuritatis cauſa curatum eſſe, ut iterum Papiam deportaretur ſacra arca, ad eccleſiam Patrum Prædicatorum, à S. Apollinaris ſuburbana ad ur-*

*quo minus Papiæ corpus fuerit ſeculo* 12,

*banam S. Thomæ tranſgreſſorum, qui ipſam mox conceſſerint ſui ordinis Sanctimonialibus, ad S. Catharinæ. Certe non invenio; quod Viquerienſes, poſt iſtum Francicæ incurſionis annum, perrexerint arcam Sancti Corporis cuſtodem oſtentare, ſed fere os aliquod brachii; pro Papienſibus autem exinde conſtant omnia, uti apud Epiſcopum Civitatis novæ Tomaſinum conſequenter eſt legere, verbis ex Italico ſic Latine tranſlatis.* D

*eodemque relatum ſit an.* 1524.

2 Non ſolum commodatum ſibi, ſed donatum à Patribus venerabile pignus, Sanctimoniales Virgines aſſerunt: conſtat autem illud tunc collocatum fuiſſe, ſub majori altari eccleſiæ, intra monaſterium iſtic ſitum ubi chorum ſuum Monachæ habent. Sed quia interior hæc eccleſia amplior erat, quam pars exterior, ſecularium uſui deſtinata: placuit, pro majori civium commodo, ipſis ampliorem partem cedere; atque ita factum eſt, ut quæ interior eccleſia fuerat, exterior eſſet; & arca, quæ antea Chorum reſpiciebat, reſpiceret populum. Anno deindé MDCXL circiter, cum nova eccleſia multoque amplior condita eſſet, obſequium ſuum Patres S. Thomæ obtulerunt, ad faciendam Tranſlationem prædicti Corporis, à veteri ad novam ædem; in eumque finem delegerant ipſam Vigiliam Paſchatis ſive Sabbatum ſanctum.

*ac depoſitum ad S. Catharinæ.*

*ubi conditâ an.* 1640 *eccleſiâ novâ,*

E

3 Verum Mater Prioriſſa, Urſula Hyacintha Botta, ſecretius per amicam perſonam admonita, eoſdem Patreselabi ſiviſſe ſibi; quod intenderent, in ipſo Tranſlationis faciendæ actu, arcam recta deportare ad ſuam S. Thomæ ædem, non autem ad ipſarum eccleſiam novam; prævenire ejuſmodi conſilium voluit: ideoque in die Cœnæ Domini poſt prandium, juſſit cœmentario opere eam veteris eccleſiæ portam obſtrui, quæ ducit ad plateam; & hora Veſperarum pertundi parietem Conventus, qui correſpondebat altari prædicto, ubi collocata erat arca marmorea. Tum vero eamdem, ut erat, bene obſignatam plumboque & gypſo ferruminatam, extrahi inde fecit: & omnibus Sanctimonialibus convocatis, eatenus ignorantibus quid ageretur, per quatuor viros operarios, qui tum forte intra Conventum laborabant, lignarium unum, cœmentariũ alterum, tertiũ bajulũ, quartũ organi compoſitorem; deportari in novam eccleſiam, atque ſub altare majus intra Chorum locari; ubi etiamnum ſervatur, obarmata duobus valvis ligneis, quarum claves ſervare ſolet ea quæ pro tempore eſt Mater Prioriſſa.

*& factâ privatim à Sanctimonialibus tranſlatione,*

F

4 Ea res ubi innotuit Patribus, ægre factum tulere: de eoque queruli, ſcripſerunt ad Superiores, & ab iis mandatum expreſſerunt, ut Prior, qui tunc erat Mag. Seraphinus Maurus Papienſis, cum Patre Confeſſario, qui erat Philoſophiæ moralis Lector, ingrederentur monaſterium, ad viſitandam arcam prædictam; ibique tam Matrem Prioriſſam quam Religioſas ceteras, interpoſito juramento, examinarent; num vere hæc eadem eſſet arca, idemque corpus, quæ fuerant in veteri ſua eccleſia. Ingreſſi igitur Patres aperiri arcam fecerunt, in eaque repererunt corpus, in oſſa quidem reſolutum; ſed illa tam apte coordinata ut erant cum carne veſtiebantur; unica dumtaxat maxilla deficiente, quæ ſupponitur eſſe in Reliquiario Patrum S. Thomæ, ſimul cum brachio S. Thomæ Aquinatis. Unde in favorem Monacharum colligitur, corpus revera donatum Sanctimonialibus fuiſſe: alioqui, ſicuti ab eccleſia S. Apollinaris traduxerunt prædicti patres brachium S. Thomæ, & Maxillam S. Bobonis, ſic etiam ipſum integrum Corpus tranſtuliſſent. *Ita Relatio, quam à P. Magiſtro Cer-*

*ſupervenientes Fratres eas examinant circa veritatem facti,*

*& inveniunt omnia fere oſſa corporis,*

A *Cerchiari, Provinciali Prædicatorum anno* MDCLI, *accepiſſe profitetur Tomaſinus; abſque ulla, ut apparet, mentione deficientis in arca oſſis brachialis; quod ſaltem Viqueria haberi extra controverſiam tenet ipſe Tomaſinus. Placet igitur præſumere, non adeo ſcrupuloſe numerata fuiſſe oſſa omnia, nullo qui accuratius id faceret chirurgo præſente, quin unum alterumve, minus principale minuſque notabile quam ſit maxilla, recognito hac vice corpori defuerit. Ipſum autem os brachiale Viquerienſium, ſuſpicari poſſumus in elevatione fuiſſe ſervatum extra arcam; maxillam vero tum exemptam, cum Papia Viqueriam arca referretur, ſeculo forſitan* XII.

*deficiente maxilla & pangis forte aliis,*

*juxta ipſa decenter locata,*

5 *Hac obſervatione præmiſſa, redeo ad interpolatam tantiſper relationem, quæ docet, quod* Prioriſſa aliæque Matres juraverunt, ipſam eſſe capſam & corpus Sancti, cujus omnino nihil ipſæ commoverint; conſilium autem tranſlationis privatim faciendæ ſumpſerint (quia, ſicut dictum eſt, intellexerant de Patrum intentione) illæſam ſervantes clauſuram atque ſigillum. Ex illo autem tempore tenent prædictæ Matres arcam ſanctam in Choro ſuo, juxta organum, quod prominet ex parte poſteriori circa ſiniſtram, veniendo à ſedilibus verſus altare. Ibidemque, juxta prædictum altare, videtur antiqua pictura ipſius Sancti, in habitu Militis, dextera enſem terræ innixum, ſiniſtra tenentis lanceam; cui ſuperne affixum vexillum album, rubra cruce diſtinguitur. Ante eamdem imaginem pendet lampas, plus minuſque ardens, pro devotione Sanctimonialium ei affundentium oleum: ibidemque pendent diverſa anathemata, in teſtimonium receptarum gratiarum, quarum hic aliquas commemorabo.

B

*& Sancti imaginem,*

*Ubi curantur brachii vulnera,*

6 Angela Aurelia Magii, in dicto monaſterio Converſa, annorum quinquaginta, quæ brachium ad omnia inutile quatuor annis portaverat, in die prænarratæ Tranſlationis voluit etiam ipſa ad illam concurrere, magna ſpe nixa ſanitatis recuperandæ: quemadmodum eamdem reapſe obtinuit, eodem momento quo brachium arcæ commovendæ applicuit, eodem deinceps liberrime uſa. Eadem bimeſtri toto febrem continuam toleraverat; deſperantibus autem de ea curanda medicis, vovit Miſſam Sancto dicendam curare, atque recitare Roſarium: deinde convaluit ſubito, atque etiamnum vivit. Mater Sor. Angela Violanta Sannazaria, jam decrepita, tertium annum manebat in cella, non valens inde egredi, tam propter ſenium quam propter infirmitatem membrorum. Hæc improviſo audiens transferri corpus Sancti, omnino voluit, nequidquam prohibentibus ceteris, tam piæ actioni intervenire, fidens fieri poſſe ut ſub ea virium aliquid reciperet. Nec ea fiducia fruſtrata ſperato effectu eſt: tantum enim roboris inde ſumpſit, ut, tribus quibus poſtea vixit annis, expedito greſſu ambulaverit per monaſterium, ad chorum, ad refectorium, & communia omnia conventus ſui exercitia.

*febris continua,*

C

*impotentia gradiendi,*

*periculum ex lapſu,*

7 Sor. Anaſtaſia Boni, Converſa, dum Corpus manebat in eccleſia veteri, aſcendens per ſcalas caveæ vinariæ cum plenis cantharis, ad Monacharum refectionem; cum jam ad ſummum gradum perveniſſet, retrorſum acta, in præceps ruit. Sed inter cadendum commendans ſe Sancto, Ah! inquit, S. Bobo, adjuva me: ſeque ad pedem ſcalarum reperit, non ſolum illæſam ipſam, ſed etiam integros ac plenos cantharos, ne gutta quidem effuſa. Sor. Maria Scorza Genuenſis Monacha, quæ annis octo herniam tulerat ex quodam lapſu, nullum ei remedium adhibens; votum Sancto fecit, & intra paucos dies conſolidatam rupturam ſenſit. Franciſca Cencione, puellaribus in annis ſcabie per triennium laboravit; cui cum omnia excogitabilia remedia parentes adhibuiſſent, ipſam porro in monaſterio S. Catharinæ educandam collocaverunt, commendaveruntque cuſtodiæ Matris Sor. Urſulæ Bottæ, quæ hodiedum vivit. Hæc cum pro eadem curanda mulierem quamdam pergeret adhibere, malumque videret nihilominus ſerpere & aggravari, accedente in faciem ipſam defluxu quodam maligno; dimiſit mulierem, quoad uſque defluxus ille ceſſaſſet: interea autem vovit Sancto, Vigiliam ejus in pane & aqua jejunam agere, eamdemque devotionem tenendam perſuadere puellæ, quando eſſet jejunii capax: deinde illius caput unxit oleo lampadis, & cito liberam alumnam vidit.

D

*triennalis ſcabies,*

8 Sor. Hippolyta Raimunda Vimercati, Monacha in officio poſita, tribus menſibus paſſa erat vehementem inflammationem oculorum, ſic ut eos apertos tenere non poſſet; adhibita autem quæcumque remedia nihil profuerant. Tandem vovit Miſſam Sancto dicendam curare, atque ad ejus imaginem juxta corpus par oculorum argenteorum appendere, qui hodiedum ibi ſpectantur; ſubitoque relevari ſenſit malum, quo etiam omnino liberata fuit, intra octavum à voto facto diem. Mater Sor. Hyacintha Margareta Roverſcalla, annorum quinquaginta trium, per annos amplius quam triginta defluxum in tibiam patiebatur, qui illam ſæpe faciebat enormiter intumeſcere cum doloribus exceſſivis. Huic dum curam fruſtra medici adhibent, ipſa in æſtate anni MDCLI, cum tibia ſupra modum conſuetum intumuiſſet, & vario tincta colore appareret haud abſque majori cruciatu; decrevit vovere Sancto Miſſam dicendam, imaginique ejus appendendam argenteam tibiam: ipſa autem veſpera, cum intentiſſimus dolor eſſet, tibiam atque genu ſibi inunxit oleo lampadis; & mane mirata ſanam ſe totam, argenteam tibiam ut decreverat appendit.

E

*inflammatio oculorum,*

*defluxus in tibiam,*

9 Doctor D. Joſephus Corſi Papienſis, febri continua laborans æſtate jam dicta, nec cibum nec aliud quidlibet ſtomacho reluctante poterat continere; nihilque proficientibus medicinis linquebatur identidem animo. Hoc cum ad aures veniſſet amitæ, Matris Sor. Paulæ Camillæ Corſi, tunc Prioriſſæ, miſit ei particulam ex ea tela, cui involutum Corpus repertum erat tempore ſuæ Tranſlationis: quæ ſtatim ut fuit infirmo ſtomacho applicata, cœpit is retinere cibum; & ceſſantibus deliquiis ſibi eatenus reſtitutus eſt ægro, ut ſola ei quartana maneret. Quapropter in ſignum acceptæ gratiæ, miſit trilibrem facem, cum ſui ipſius genuflexi imagine argentea, ad Sancti imaginem appendenda; ſicut ibidem videre eam eſt: Miſſam quoque de Sancto in gratiarum actionem canendam curavit.

*febris continua.*

F

## DE S. FULCO.

*Pag.* 192 *col.* 2 *ad Comm. prævium* adde —

6 *Conradus Ianningus noſter, anno* MDCLXXXIII, *per ferias Autumnales, ſtudiis gravioribus ex more Collegiorum noſtræ Societatis indultas, in Campaniam, ut vocant, Romanam excurrens, ſacrorum in ea locorum inſpiciendorum cauſa; etiam* Sancti-Patris *locum adiit, ſeque reperiſſe ſcribit Eccleſiam pro loco mediocriter amplam; in cujus angulo, qui majori altari ad cornu Epiſtolæ vicinior eſt, per aliquot gradus deſcenditur in capellam exiguam; ubi quid ſub altari condatur, indicat titulus,* Hic eſt corpus S. Fulconis, *omnibus in ipſo acceſſu legibilis. Caput tamen & alterum brachium, ſeorſim in eodem altari aſſervata, movere loco, inſpicique & tangi*

*Corpus quo modo nunc habeatur.*

A *tangi poſſunt. Et brachium quidem longa fiſtula (argentea, niſi oculus fallebatur) incluſum, per rimam, unius digiti latitudine ac longitudine patentem, videre erat; non autem manus oſſa, quæ manui ſimiliter argenteæ incluſa fiſtulæque adjuncta dicebantur eſſe. Capitis autem partes duæ major una, minor altera, obducuntur capite etiam argenteo; cujus ſuperior pars ſolebat olim cum inferiore committi admotis claviculis, uti teſtabantur foramina eum in finem facta; nunc autem remotis illis aperitur & clauditur, pro libitu volentis repoſitas intus Reliquias inſpiciendas dare, aut eductas recondere.*

## DE S. ATTONE EP.

PAg. 194, *col.* 2, *lin.* 10 *auctori-tem.* l. *auctoritatem.*

*Pag.* 195 *col.* 1, *lin.* 12 *à fine* dele -- *una cum alia recentiori &c. uſque* — *qui Ludov.*

*Lin.* 5 *à fine* ſic lege --- *à quo pene adhuc puero, cum magno eruditorum plauſu, variis epigrammatis teſtato, ex patrui Iacobi ſchedis collectam Vitam, impreſſamque Florentiæ anno* MDCVIII, *donavit nobis Antonius*
B *Magliabechius, uſui nonnulli futuram. Chryſoſtomus etiam Talentus, Vallumbroſanus Monachus, occaſione Reliquiæ Paßinianum tranſlatæ, inſignem habuit ediditque orationem, in laudem ipſius Sancti: cui prolixam ejuſdem argumenti Oden Sapphico metro præfixit Pancratius Florentinus ejuſdem Ordinis, quam Oden etiam Tamayus recudit. Poſtremus, quem noverim, fuit Iuſtinianus &c.*

*Pag.* 198 (*perperam notata* 180) *num.* 16 *lin.* 2 adde -- *curavit enim ut novæ capellæ, in ejus honorem fabricandæ, manus ultima imponeretur die* XVII *Iulii; &* XXV *ejuſdem, feſta ipſius S. Apoſtoli luce (ut ſcripſit Fortiguerrius) ipſius Capellæ altare conſecravit. Quia autem poſt prædictarum Reliquiarum ſuſceptionem --- Cum hoc porro numero continuandus eſt ſequens & perperam geminatus: ubi etiam lin.* 5 ſic lege -- *inſtrumentum duplex, teſte Fortiguerrio, quorum primum datum eſt anno* MCXLVIII *ſub die* IV *Octobris, & ſubſcriptum veroſimiliter eadem, qua mox ſequens diploma, formâ, ſubſcribentes etiam habuit* Dominos Traciam & Rainaldum, *ambos cum titulo* miniſtrorum Eccleſiæ Piſtorienſis; *cujus, poſt* Attonem, *fuerunt deinde ſucceßive Epiſcopi. Alterum inſtrumentum eſt iſtud &c.*

C *Ibid. num.* 18 (*imo* 17, *quod corrige*) *lin.* 4 *à fine* -- adde -- *Fortiguerrius ait, patruum ſuum Iacobum fuiſſe opinatum, quod corpus* S. Attonis *repertum fuerit ſive retectum (ſcilicet pro ſecunda vice, quamvis prima is non meminerit) vel anno* MCCCIII, *quando decretum fuit deſtruere eccleſiam S. Mariæ in Curte, pro eaque Baptiſterium commune ſub nomine S. Ioannis fabricare, uti erat jam pridem Florentiæ; vel anno* MCCCXII, *quando adhuc continuabatur dicta fabrica. Verum ex eo quod ipſemet Iacobus, lib.* 2 *Annalium Piſtorienſium, proferre dicitur Decreto anni* MCCCXXXIII, *apparet, nihil eatenus actum circa ſanctum Corpus fuiſſe, à tempore quo erat in S. Mariæ locatum. Potuit certe, immoto ſepulcro, eccleſiæ illud continentis forma & fabrica innovari; & ipſum Decretum, ſub die* XI *Ianuarii ſcriptum, ita Latine redditur:* Quandoquidem Beatus S. Atto, quondam Epiſcopus Piſtorienſis, in hanc civitatem adduci fecerit Reliquias Beati S. Jacobi Apoſtoli, & in eccleſia majori Piſtorienſi in ejuſdem B. Jacobi reverentiam fecerit capellam ædificari; præcedenteſque Operarii expoſuerint Dominis Ancianis & Confalonerio Juſtitiæ, quod conveniat & rationabile videatur, ut ſumptibus Fabricæ S. Jacobi, à præſentibus Operariis honorifice redaptetur ſepultura B. Attonis, & altare quod eſt ad latus prædictæ ſepulturæ. *Hoc dum exe-* D *cutioni mandandum eſſet, & lentius fortaßis ad eam proceditur, aperta denique ſepultura fuit; & dimiſſâ curâ ſumptuum in ejus reſtaurationem faciendorum, decreta eſt Tranſlatio corporis ad Cathedralem, ac demum executioni mandata anno prædicto* MCCCXXXVII; *cujus Tranſlationis Hiſtoria, ex veteri Ms. Theſauri Iacobæi eruta, notitiam nobis primam dedit. Depoſitionis, in ipſa S. Mariæ nunc S. Ioannis eccleſia facta, anno* MCC, *hoc tenore.*

*& anno 1337 reperum corpus integrum.*

18 In quodam libro.

*Pag.* 199 *num.* 20, adde -- *Eſt præterea in Theſauro Iacobæo Lipſanotheca argentea, formam brachii Epiſcopalis habens & nomen S. Zenonis, cujus digitis inſeruntur annuli duo, quos* B. Attonis *fuiſſe traditio eſt.*

*Ibid. col.* 1, *lin. penult.* --- *ſupereſſet.* l. *ſupereſſe.*

*Pag.* 203 *lin.* 1 -- emiſſa *l.* emiſſo.

## DE S. HUMILITATE.

PAg. 204 *col.* 1 *lin.* 6 *à fine* -- *agerat.* l. *egerat.*

*Pag.* 205 *n.* 7 *lin.* 22 poſt -- *Sermonibus.* l. *Ita tamen, ut quæ ipſe Italica ex Latinis fecit, ea ex autographis Latina redhibeamus, adjuti ad hoc opera Don Placidi Poltri Vallumbroſani: qui loca indicata quæſivit in libro cui titulus.* Hic liber eſt Dominarum Virginum de Faventia, editus à S. Humilitate, Matre earumdem, *quæſita autem inventaque tranſcripſit: Latine enim omnia dictavit Sancta, ad uſum non ſolum Monachorum Vallumbroſanorum, quos fere alloquitur appellando* Fratres; *ſed etiam Monacharum &c.*

*Pag.* 211 *col.* 1 *Annot* u *lin.* 2 -- *Senenſis.* l. *Florentinæ: dicitur autem* Septimum, *quaſi* ad ſeptimum, *ſcilicet* lapidem; *abeſt enim* VII p. m. *ab urbe.*

*Pag.* 213 *num.* 1 *lin.* 17. Puta Sermone III -- *ita proſequere* -- ubi ſic habet: --- Miror valde, & admirando timeo de re hac, quam dico & ſcribere audeo; quia de codice non accipio, & grammaticam ignoro, & quomodo audeo talia facere? Non auditis, quod dixi, & quod dico: quoniam in me loquitur Dei ſpiritus? Vivit Dominus meus, cui eſt honor & imperium, qui dignatus eſt implere os meum, & beatiſſima Maria Jeſu, divina illa Regina ſuperna, quam me agnoſco habere magiſtram. -- In Sermone autem ſecundo, paulo poſt principium --- Vos autem Fratres, qui auditis & audituri eſtis, notum ſit vobis, quod ſermo divinus, quem loquor, à meipſo non loquor; ſed manet apud Patrem altiſſimi Dei, qui donat unicuique ſicut vult. Ipſe me docet petere, & interrogare, & reſpondere: & loquitur mecum intus in occulto; ego vobis foras. Ipſe in ſilentio docet me in ſpiritu, & ego in clamoſa voce diligenter vobis dico verba divina, quæ intelligo. Cavete vobis ne recipiatis in vanum hoc, quod lingua loquitur per Spiritum ſanctum. -- Et Sermone IX — Vado ad eum qui me miſit ad opus iſtud, id eſt Dominus meus Jeſus Chriſtus, in cujus humanitate confido, & totum deſiderium diſpono animæ meæ; & per ipſam ſpero omnia dona mihi largita, præſentia & futura: qui aperit pulſanti januam, & dat poſtulanti veniam; & ipſe me docebit omnia quæcumque videntur eſſe bona. Verumtamen beatiſſimus Ioannes Euangeliſta, dilectus Ieſu diſcipulus, primus fuit ad opus iſtud, & tetigit me: & ſtatim Spiritus Domini mei Ieſu Chriſti contexit me ex iſta hora, & docebat me omnia. Scio enim firmiter & credo, quia de ignorantia mea non ſum locuta: ſed hoc quod video, agnoſco; & id quod cogito, non ignoro; ſed veraciter credo, & deinceps atteſtanter depono.

*De innovando ibi ſepulcro decretum conditum an.* 1333.

*ſicut ipſamet variis locis fatetur.*

depono. — Denique Sermone v (*non* viii) ſic habet — Tu namque meus regalis magiſter, dulciſſimus & ſuavis, lætificando me cum tu loqueris: loquendo autem, me trahis ad deſiderium Chriſtum amandi,& me doces loqui & cognoſcere caritatem; & trahendo, mihi largiris odorem cæleſtialem. Si ego ſcirem bene odorare, quoniam tu mihi prope ſtas; me indignam facis loqui, & cum meo ore loqueris, quoniam ipſa non ſunt mea verba.

*Ibid. n. 2 lin. ult. lege.* — Sermone iv, quaſi in principio primæ partis, ſic loquitur.

3 Angelos cæli omnes diligo, ſed duo ſunt mihi deliciæ gaudii, qui die noctuque mihi dant confortamenta, & de ſuis divitiis enxenia. Meus illos Dominus mihi dedit pro cuſtodia, ut me protegant ab omni gravedine. Præceptum ipſi bene obſervaverunt, quoniam me ſuper una poſuerunt fortalitia, & me tenent ambo à dextris & à ſiniſtris, dummodo non mea cadam ſtultitia; nec inimici nocere mihi poſſunt, dummodo me firmitate bene teneam: & utrumque ſcio vocare nomine, Joannis Euangeliſtæ Gratia. Unus eſt de Choro Angelorum, qui Chriſtianis in cuſtodiam dati ſunt in iſta vita; & meus inter alios non eſt minimus, quia [de eo] nova certa ſcio per auditum: ſuus aſpectus eſt ſpecioſus ſicut una gemma aut ſpecioſa margarita: & eum præ omnibus aliis diligo, qui in ſocietate ſua permanent. Et nomen ſuum tali oſtenditur ratione, quod ſapientiam divinam habet. Ipſe vocatus eſt Angelus Sapiel, quod in me tantum de auditu cor lætatur, & divitias habet divites quas mihi largitur. Cognoſco enim quod ipſe curialitate plenus eſt & pius. Ipſe namq; mecum ſtetit à principio, cum fui nata in præſenti vita. Ego quidem me accuſo, quod illum tribulavi, quoniam peccatricem vitam duxi: ſed benignus eſt, pepercitq; mihi peccatum & ſtultitiam, & ad Chriſtum fuit advocatus pro anima mea ſemper fideliſſimus. Eſtque cor meum valde conſolatum, quando in me ſuus amor examinatur: quoniam eſt omni virtute plenus, & in eo confirmatur ſapientia divina. Lapidibus pretioſis totus eſt ornatus: eſt autem de omni colore ſuum veſtimentum: iſte namque eſt Angelus meus glorificatus. Cum magna poteſtate Chriſtus pro advocato mihi dedit illum: in cælo ſuam ſocietatem mihi tribuat. Alius eſt Cherubim, qui ſex habet alas, & manet in throno majoris altitudinis, & ultra quamlibet poteſtatem eſt exaltatus, de ordine majoris altitudinis: & in imperiali cælo ſuperno perſiſtit, contemplans nobilitatem divinæ pulchritudinis: claritate namque, qua Deus eum flammeſcit, ardet continuo; & quia apud Trinitatem permanet pulcherrimus, oportet quod clareſcat igne pulchritudinis. Illius eſt nomen ſuum, admirabile appellatum, majoris altitudinis: nam Angelus Emmanuel ipſe nuncupatur, ore Joannis Euangeliſtæ, plenus pulchritudinis: vigetque nomen iſtud magni firmamenti ejus, quod eſt dictum, ſuæ magnitudinis. Quia primo poſſent maris guttæ numerari in quodam ente latitudinis, quam poſſet dici aut cogitari nec non audiri, quanta eſt bonitas ſuæ magnitudinis. Eſt illud quoque dictum, quod eſt minor æqualitas ſuæ ſupernæ multitudinis: quia vobis exprimere non poſſum complementum, ſed facio ut os pueri balbutientis. Iſte namque Angelus à meo Domino mihi fuit datus, qui eſt plenus omnis latitudinis, poſt triginta annos meæ ætatis, dum intravi in cogitamina, gravedinis: nam qui mihi dati ad cuſtodiam erant, providi fuerunt: verum non habebant nec virgam nec poteſtatem ejus fortitudinis: iſte vero Angelus Emmanuel proprias aperuit alas, & me juvit ab anxietate cujuſlibet laboris. Quia in gloria Dei eſt, interpretatus Dominatio, aut Poteſtas majoris altitudinis. Ipſe namque pius eſt, & me conſiliavit; ſemperque mihi largitur bona ſuæ multitudinis, videlicet laudem & gloriam ſui beati nominis, quia eſt plenus cujuſcumq; pulchritudinis.

*duos Angelos cuſtodes ſibi datos fuiſſe,*

*unum Sapiel dictum,*

*alterum Emmanuel Cherubinii.*

*Ibid. lin. 4 à fine.* — Sermone ix poſt medium — Et ſcitis Fratres, quia [hæc habemus] non tantum viſione, ſed etiam domeſtica & amica locutione, & blando ſermone, & gratiſſima reſponſione, miſſa ad univerſas noſtras interrogationes & petitiones, largita à divina potentia de propriis labiis intemeratæ Virginis, Dei genitricis Mariæ, puerperæ benedictæ & Reginæ omnium ſeculorum, & à beatiſſimo Joanne Euangeliſta, & à B. Jacobo ejus fratre, & ab his duobus Angelis glorioſiſſimis, quos vos ſcitis, unus de Cherubim nomine Emmanuel, & alter Angelus nomine Sapiel: & hoc vobis notum ſit, quoniam iſti ſunt proprii, & primi, & optimi ad noſtrum auxilium, & magnum ſubſidium apud Deum, & multa nobis patefaciunt de ſecretis cæleſtibus.

*N. 4 lin. 3* — ubi hæc leguntur quaſi in fine tertiæ partis — Et gloriam immenſam habeo in corde, quoniam ſcio nova de magnitudine ipſorum. Habeo autem magnam ſuavitatem dulcoris, quando cogito de illorum pulchritudine. Quia habeo duos tam perfectos amatores, qui ſemper firmiterq; coram Chriſto adſunt, qui mihi cum ceteris auxiliantur virtutibus, qui ſunt duæ arces meæ fortitudinis. Ipſi ſunt tam validi tamque potentes, quod inimicorum meorum ſagittam non timeo; & ſunt tam ſapientes & robuſti, quod ſemper me inſtruunt virtutibus; & ſunt tam providi tamque veloces, quod antequam ſit opus ad me accedunt. Sunt autem glorioſi mei amatores, quoniam mihi largiuntur conſolationem & ſuavitatem: ſunt tamquam duæ columnæ in firmamento, quæ debilitatem meam ſuſtentent, cum auxilio dulcis, glorioſi, & beatiſſimi Joannis Euangeliſtæ, qui me juvat in totum retinere, quoniam poteſtatem habet à Domino. Ipſe namque mihi dat confortamentum & gaudium, laudem & gloriam ſuæ poteſtatis: & Angelos meos ab eo recognoſco, qui mihi facit hanc curialitatem. Sunt autem omnes tres in meo auxilio, dulcis dux vitæ meæ.

*in quorum honorem dictat tractatum de Curia Paradiſi.*

*N. 5 lin. 2* — ſicut Sermone viii (*non* xi) declarat, dicens — Et vos Angeli mei robuſti, frequentate omnes vias meas; ſoliciteque cuſtodiatis, ita quod inimici mei non poſſint propinquare ad januas meas: & veſtrum mihi ante deponatis enſem, quoniam in principio vos mihi dati fuiſtis: opportune me ſemper cuſtodiatis ab inimicis meis. Ponatis autem enſem in prima porta manu veſtra dextera: & tenete ita clauſam à verbis novis & à verbis otioſis, quando volent inde exire, ut non poſſint eſſe egreſſa. Et linguã meam acuatis ut raſorium, ad incidendum vitia: & plantate virtutes, ad laudem & gloriam ſummi Imperatoris & ſuæ Matris divinæ. Et juxta meos oculos duo ponatis ſigilla amoris, digitos veſtros ſanctos, propter correctionem, ut non poſſint cernere ad delectationem rem iſtius mundi. Et continuo eos teneatis apertos & ſolicitos ad vigilandum, ut ne per ſomnolentiam poſſint turbare divinum Officium, & mentem gravare ad Dei laudes, ſuæque Matris, & Angelorum mei ſpecialis cæli, & totius divinæ Curiæ. Et aures meas teneatis ita firmatas in nomine Ieſu cum veſtris ſanctis manibus, quod nullum malum verbum poſſit in illas unquam ingredi, quod portet venenum ad animam meam. Et meos pedes mittatis in quamdam catenam amoris, ut non poſſint tranſire in aliquam viam erroris, & omnes mei paſſus ſint Chriſti honor ſuæque Matris. Et manus meas teneatis intra benedictas alas, ad divi-

*ipſiſq; commendat ſingulos ſui corporis ſenſus.*

A divinum ſemper paratas & nitidas Officium: & ne permittatis alas appropinquare maledictas, quæ ſemper in fœtore faciant animam permanere. Et meum naſum removeatis ab omni malo odore, qui ad meam animam poſſit dare cauſam amittendi olimentum pretioſorum florum qui venerunt de Paradiſo. O Angeli mei dulciſſimi, faciatis caritatem amore Chriſti: date mihi cuſtodes, quos ſic ego peto ad utilitatem animæ meæ: & faciatis bonam cuſtodiam ad ſigna corporis, ad ædificandum ſenſus ſpiritus, ita quod anima mea poſſit requieſcere cum ſuo Dilecto. Stratas amoris teneatis ita firmatas, quod quando veniunt flumina non poſſint tranſire: & quoniam trahunt animam & eam volunt necare, ſemper eam protegatis. Angeli mei cariſſimi, ego poſita ſum ſub veſtra cuſtodia: & Chriſtus meus dulciſſimus vobis me recommendavit. Cuſtodia, quam peto, mihi confirmetur in nomine ſuo. — Et infra — Et me vobis recommendo, Angeli mei gentiles, quod pro me devote debeatis orare ad Chriſtum meum dulciſſimum, quod cor trahat ad ſe, & non permittat ipſum alibi ire. — Et ſermone II circa finem — O ſanB cti Dei Angeli & omnes Archangeli, Emmanuel & Sapiel, qui eſtis Dei Angeli, precor vos, dulciſſimi, ut de veſtra poteſtate mihi adjuvetis: & ad thalamum Virginis me repræſentate, ut Matrem & Filium valeam contemplare, & accipere Puerum de gremio Matris ſuæ.

*Pag.* 214 *Num.* 6 *lin.* 7, — Sermone VIII (*non* IX) quaſi in fine — Donum magnum, quod tibi peto, Domine, non tædeat [dare], quoniam volo de præſenti Joannem Euangeliſtam, & Jacobum Apoſtolum, cum Beato Baptiſta: & cum eis habeam feſtum in tota vita mea. Joanni Euangeliſtæ tota ſum obligata, & Joannes Baptiſta eſt una ſpes mea, & Jacobus Apoſtolus eſt dilectio animæ meæ. Ideo tibi peto ut mihi dare debeas, & amicitiã noſtram debeas confirmare, quoniam eſt in tuo honore. Ne permittas [me] devaſtari à meis inimicis: ſed da mihi, Domine, ut [iſti Sancti] me debeant corroborare, & à tuis offenſis me debeant cuſtodire, & per omnes tuas vias me faciant ire, ita quod ad te veniam. Et eis fac hoc præceptum, quod me debeant cuſtodire cum Angelis meis ſimul uſque ad tranſitum; ita quod ipſi alacriter me debeant præſentare ad te C Redemptorem meum. Committe me ſub eorum poteſtate, & Joanni Euangeliſtæ da iſtam vicariam, quod ſub nomine tuo habeat dominium auxiliandi mihi in totum. — Et poſtea — O filii Zebedæi, Joannes Euangeliſta & Jacobe Apoſtole, cum beato Baptiſta, vobis me recommendo: ſi vobis ſum commiſſa, mecum laborate. Mihi videtur, & hæc eſt veritas, quod vos petii à Domino pleno pietatis; ab illo [inquam] amore gentili, qui non vult quod in eo ſperantes deſperent. Sed ita operam date, per magnas virtutes quas habetis à veſtro Domino, ut mihi ædificetis tale domicilium, in quo Chriſtus ſemper poſſit habitare. O tres meæ vitæ columnæ! quia poſt Chriſtum vos eſtis, qui manutenetis vitã meã in veſtris mirabilibus brachiis. — Neque iſtis contenta erat: ſed ut erat amantiſſima Sponſi ſui, ita venerabatur ejus famulos & famulas, quorũ aliquos recenſens, Sermone III; — Aperi mihi, inquit, oſtium quod pulſo, Pater, in nomine dulcis Unigeniti; in cujus nomine pulſo, & in ipſo peto, & per ipſum & de ipſo; & meritis beatiſſimæ & intemeratæ Virginis genitricis ejus, virginis Mariæ, tuæ filiæ & ſponſæ, in cujus utero tradidiſti Filium tuum; & meritis B. Joannis Euangeliſtæ, & fratris ejus Jacobi Apoſtoli, & B. Joannis Baptiſtæ, & Gabrielis Archangeli ſummi nuntii, & Angeli Emmanuel & Angeli Sapiel, cum B. Maria Magdalena & B. Agne, cum B. Catharina & cum omnibus Sanctis tuis, & omnibus amicis tuis qui ſunt in terra, & in adverſitatibus hujus ſeculi poſiti adhuc tibi ſerviunt: quoniam confido in eorum orationibus, quia non me diffido tantorum collegiorum meritis — ac rurſum Sermone IX — Sunt, inquit, & alii, de quorum ore habemus noſtram loquelam; inter quos eſt beata Virgo Catharina, & Agnes ſacratiſſima, & B. Cæcilia, & ex his Parvulis qui fuerunt decollati pro nomine Jeſu: & hæc ſunt epulæ & convivium beatiſſimi Joannis Euangeliſtæ, ubi dixi vobis quod epulari debetis in craſ- *præſertim* ſitudine animæ veſtræ — Iſtis addebat S. Gabriel- *S. Gabrielem,* lem Archangelum, S. Joſephum, atque imprimis glorioſiſſimam Dei Matrem, ſicut infra apparebit. Et de Gabriele quidem ita loquitur Sermone III. — Bene convenit Gabrielem diligere, ſuper omnes Angelos cæleſtis militiæ; quia meruit ſalutare Mariam Virginem. Oportet nos diligere Gabrielem Archangelum, propter noſtram Dominam ſervum fideliſſimum, quia ad eam de cælo miniſtrare fuit miſſus — Et poſtea — O Gabriel Archangele, nuntie ineffaE bilis, audi me dulciſſime, noli me deſpicere. Unam tibi peto [gratiam], cito dona mihi; nec me dedignare tecum ſociare, ſed ſolicite propinqua ad meam petitionem, ut loquamur ad invicem de Maria virgine, & bibam pleniſſime de fonte aquæ vivæ, & inebriari valeam de amore Dominæ, & amplius ſitiam. O ſancte Dei Angele, una tecum [gaudere] cupio, & de bono tuo facto: enarra mihi parabolam (ſi vis) ut ego audiam quomodo feciſti. — Quod ad S. Ioannem Euangeliſtam attinet &c. *lin.* II *à fine*: *deinde lin.* 6 *à fine* — uti expreſſe ait Sermone IV *& Ioannem Euangeliſtam.* — Et glorioſi ſanctiſſimi Ioannis Euangeliſtæ dapſilitate: qui eſt meus magiſter & doctor, & abſque eo ego nullam volo doctrinam: mea gloria & mea ſpes, poſt Chriſtum & ſuam Matrem divinam; meum refugium & meus conſolator, & alacritudo animæ meæ. — Deinde vero Sermone V eumdem Sanctum alloquens ait, — Tu vero es magiſter [meus] cauſa dictandi. Ego autem ſum verba [proferens]: tu autem loqueris ad voluntatem tuam, qui cognoſcis veritatem — & poſt pauca — Tu autem meus magiſter es & dictator, veraxque teſtimonium.

F 7 Sermone vero VIII (*non* XI) declarat hiſce verbis amorem ejus erga ſe: — O Euangeliſta, dulcis amoris lator, tu tranſmittis pulchra exenia magno *ſuumque erga illum amorem explicat.* amore in iſta die tuis te diligentibus, quæ ad tui honorem eſt celebrata. Memor eſto mei, quæ ſum nuda, ſi me vidiſti, aut me cognoſcis. Et quando dives eram ſi mei habebas curam, non me derelinquas in egeſtate. Quia ſi veniſſem, ut pro te veni, pro Soldano Saracenorum Imperatore, ſolicitudinem ferret de me ſua curialitate. O Ioannes benedicte, cogites, quod veni ſub nomine & ſecuritate tua, & à vulnerantibus fui vulnerata ſub ſpe adjutorii tui, & tui cauſa intravi iſtud mare. Venerunt undæ cum tempeſtatibus: ego nare cœpi cum ambabus manibus, & feti firmata amore. Nunc me removeas ab iſta tempeſtate, & me ducas ad portum alacritudinis; & opus tuum feſtinanter faciamus, ita quod nomen tuum ſit ex hoc laudatum. Nunc reminiſcare doni continui, & illarum pulchrarum rerum magnæ pulchritudinis, & ambaſſeriarum magnæ dulcedinis, quas mihi tranſmiſiſti ad plus diligendum, Et ſi ego corde te amo, ô Ioannes, quamvis ſim folium modici valoris, & tu es lilium olentis candoris, *Memor beneficiorum per eum acceptorum.* non me contemnes. Et recorderis de illo gladio, quem tu fabricaſti tam pulcherrimum; amore, & non flagello in corde [meo eum] infixiſti, & bene clavaſti, & non poteſt unquam diſſipari amor tuus,

*his addit Patronos alios,*

A tuus,dulcis Joannes:qui ligaſti me catena,& annulo me deſponſaſti, & ſub tua cuſtodia recommendata [ſum.] Amor dilectus,non me derelinquas. Nunc reminiſcare quod me inarrhaſti tuo amore, & ſponſalitias mihi donaſti, ex omnibus ſpecioſis quæ ego peterem, quando mihi largitus es Chriſti chirothecam gemmalem. Et alia dona poſſum enarrare: ſed eſt tempus terminandi, pro illis qui audiunt, & neſciunt bene putare, amittunt flores & legunt ſentes. Et ego me accuſo quod male cuſtodivi donationes, quas ego recepi; & [non] dilexi te uti debui, olens lilium ſuper omnibus floribus:& meus amor eſt male tranſmutatus, quoniam exiſtit modicus & male ordinatus. Sed tu pius es:amore ſacrato faciamus ſimul novam amicitiam, ita quod reviviſcam in tuo amore,& faciam fructum meliorem; & deſiderium, quod habeo in corde ad tuum honorem,poſſim operari.O Euangeliſta,bonus plantator, planta me adhuc novis virtutibus, in iſto die noſtri Domini, in quo fuit circumciſus:& demonſtra,ô Joannes, quod mihi fers amorem.Accipe omnia ſigna,propter compaſſionem vulnerum, quæ habeo in meo corde. --- Ex quibus aliiſque verbis &c.

*Pag.214 inter Caput* I *&* II, *ponatur.*

E

# APPENDIX

## *ex* IX *Sermone Sanctæ, eodemque* I, De S. Joanne Euangeliſta.

*Dantur hæ cauſa ſpeciminis.*

*Quamquam propoſitum mihi dumtaxat fuerit, in horum Analectorum recognitione, eorum locorum originalia exhibere verba, quæ magis ad hiſtoriam pertinent,quæque Guiducius Italice dederat:quando tamen prælaudatus D. Placidus Poltri,poſtulata à me opera ſupererogare volens aliquid,ex primo S. Humilitatis Sermone* de B. Euangeliſta Ioanne,*qui in ordine ceterorum Sermonum nonus numeratur, bonam partem deſcriptam miſit,placet hoc ejus beneficio uti, ſub titulo* Appendicis *ad primum Caput;in fine autem ponere Sermonem* II *ejuſdem Sanctæ pro Vigilia Natalis Dominici integrum, ſimilique tranſcriptum affectu;ut quod in prævio Commentario num.7 inſinuavi, & vehementer optant Patres Vallumbroſani, Aſceticorum veterum anecdotorum amator quiſpiam,*

*ac poſtea totus ſermo* 2. *tali velut promulſide illectus,potentius moveatur, ad lucem publicam procurandam iſtis divinioris ſpiritus dictaminibus. In quibus tamen cave ne expectes grammaticarum legum exactam obſervantiam, aut Latinarum phraſium elegantiam, vel contextum ex rhetorum præceptis deductum*

C *conſecutione nuſquam hiante: ſed ſtylo femineo,& ad Italica vernacula idiotiſmos proclivi ignoſce; atque ſub verborum minus politorum male lavigato cortice, interioris doctrinæ nucleum require. Hic ergo, quomodo de ſpeciali ſuo Patrono ſcripſerit Sancta, accipe.*

*Sancta Ioannem Eu. ſalutant,*

Ave, ave, & tu, Ioannes Euangeliſta beatiſſime: de quo erudita à Domino meo, per Spiritum ſanctum locuta ſum,ad meum magnum ſubſidium, & omnis auditoris remedium, quicumque vult de tua laude recitatâ colligere virtutum fructum. Salve, ſalve, ô flos lilii, ante conſpectum Domini mei Ieſu Chriſti, omni odore pleniſſimus, & ſapore ſuper favum mellis dulciſſimus. Ave, ave,de intemerata Virgine, poſt Chriſtum, filius cariſſimus, commendatâ tibi ab eo in patibulo, ſummum ſolatium & omne ſubſidium. Et talem Virginem tali tradidit Virgini, matri & Sponſæ Dei filii, Reginæ omnium in cæli palatio. Salve,ſalve tu,qui es dilectiſſimus Domini diſcipulus, magis quam ceteri amatus: in thalamo Regis, tu ſponſus; in pectore Reginæ, tu filius; in ſuo gremio, tu puerulus; & in palatio Regis, quaſi ſedes; & in ſuo regno, heres in omnibus. Ave, ave, de Domina nepos cariſſimus, D
in omni dulcedine amoris dulciſſimus, in omnibus bonis ſuis tu heres & filius, numquam diviſus à ſuo thalamo. In ſua cella, tu es cellarius, & donator in Curiæ ſuæ palatio; & in manibus tuis eſt omnis theſaurus.

Salve, ſalve, ô decus Ioannes Euangeliſta! ô glorioſus, de carne Chriſti imbutus, de ſua parentela non dedignatus: ſed carnem & ſanguinem placuit Chriſto ſumere & ſibi formare de Virgine, & de utero Virginis Mariæ naſci in mundo. Ave, ave, ô glorioſus, in ſumma curia glorificatus: cum Ieſu Dei filio & matre ejus: non tantum anima, ſed anima & caro & ſanguis eſt una cum eis conjunctus; & de tali munere es communicatus, & in tali flumine totus baptizatus. Verumtamen bene es tu altare ſanctiſſimum, de æterni Regis membris ædificatum, una cum Regina matre ejus Virgine Maria, de cujus carne & ſanguine es involutus, & de talibus Reliquiis es conſecratus. O beatus Euangeliſta Ioannes, Dei gratia in cæli palatio corpus E
tuum & anima, in thalamo Regis, in ſuperna gloria largita à Domino, reſidens ſuper omnia. O virgo ſpecioſus! tu unice ſponſus es in thalamo, tu ſolus es major natu in univerſo regno: non poteſt tibi comparatus inveniri. O ſpecioſa ſellula,Ioannes, in cujus viſu ſedet Dominus, & quieſcit Virgo mater intacta,& ibi recubant in deliciosâ paſcuâ, in odore ſuaviſſimo de ſuperna tua fragrantia. Tu thalamus eorum,tu thronus ipſorum, & in te gloriantur,qui es glorioſus; & in te glorificatus eſt Chriſtus Dei filius cum matre ſua ſpecioſa, quæ eſt Regina omnium.O templum Dei vivi, tu fons Paradiſi in vertice montium fundati,uberius pleniſſimus,qui fluit in te ſemper de pectore Dominico abundantiori gratia. Tu es fundatus in medio fluminis, qui dicitur Regalis; qui eſt major omnibus venâ ubertatis; de quo oportet prius bibere & intus baptizari, qui vult cum Sanctis in cælis coronari.Et tu es quaſi dominus in medio poſitus, ſicut Dei filius, & in manu tua eſt omne diſpendium ad retribuendum.Et quare mihi [non]donas de tali fonte aquas?

*ut Ieſu & Mariæ conjunctiſſimum.*

*eiſque cariſſimum.*

O Ioannes benigniſſime, & ad omnes largiſſime, quicumque tibi petit: non me derelinquas in iſto mundo orphanam: ſed largitam elee moſynam porrige mihi, ut ad majus culmen valeam pervenire in Domini mei amore. Vallat te lacus & circumdant te flumina, & ſuper caput tuum univerſa unda operit de regali flumine,non ad demergendum, ſed ma- F
gis ad ſcandendum ſuper omnem [altitudinem] montium,ubi eſt theſaurus totus abſconditus,qui eſt Panis Angelorum & vita hominum. O ſumme Euangeliſta, qui de tali cella es cellarius,& de tali theſauro es clavicularius: bene es tu porta cæli, & janua paradiſi:quia cuicumque vis,potes aperire.Et ubi eſt major, ubi eſt celſior? Nam tu ſublimior es, Ioannes. Tu aquila inter Euangeliſtarum numerum, & inter beatos Apoſtolos tu beatiſſimus, & inter glorioſos Martyres tu glorioſiſſimus, & inter ſanctos Confeſſores tu ſanctiſſimus, & eorum gloria es in omnibus. Inter chorum Virginum tu Virgo virginiſsimus,& lilium candidiſsimum,& odore ſuaviſſimum,& es gemma refulgens ſuper omnibus: tu es eorum auxilium & in omnibus ſolatium, & in te gloriantur ſuper omnes alios. O plenitudo gratiæ, Ioannes Euangeliſta! Ubi eſt in cælo tam magna poteſtas?Ego non invenio neque in Angelis, neque in Archangelis, neque in Thronis, neque in Dominationibus, neque in Principatibus, neque in Poteſtatibus, neque in Virtutibus cælorum, neque in Cherubim, neque in Seraphim. Verumtamen iſti multa poſſident de virtute ſuprema; ſed Beatiſſimus

*diſpenſatorem gratiarum ab illis dandarum.*

*& inter omnes Sanctos Angelosque celſiſſimum.*

A Ioannes Euangeliſta multo magis poſſidet, in omnibus,& præ omnibus.

Ego confido in Domino meo Ieſu Chriſto, cujus me ancillam oſtendo,quoniam ipſius eſt laus,honor, & gloria,& infinitum imperium, quia me non derelinquet mendacem in opus iſtud. Vado ad eum qui me miſit ad opus iſtud, id eſt Dominus meus Ieſus Chriſtus,in cujus humanitate confido, & totum deſiderium diſpono animæ meæ , & per ipſam ſpero omnia dona mihi largita , præſentia & futura , qui aperit pulſanti januam, & dat poſtulanti veniam: & ipſe docebit me omnia quæcumque videntur ei bona. Verumtamen Beatiſſimus Ioannes Euangeliſta, dilectus Ieſu diſcipulus,primus fuit ad opus iſtud, & tetigit me: & ſtatim ſpiritus Domini mei Ieſu Chriſti contexit me ex illa hora, & docebit me omnia. Scio enim firmiter & credo,quia de ignorantia mea non ſum locuta : ſed hoc quod video, agnoſco; & hoc quod cogito,non ignoro; ſed veraciter credo,& deinceps,atteſtantia diſpono.

*quem ſuum agnoſcit magiſtrum,*

Audiſtis, Fratres mei cariſſimi & bellatores mei amantiſſimi , de Beatiſſimo Ioanne Euangeliſta recitatas virtutes , quas locuta ſum ad honorem Domini mei Ieſu Chriſti , & in honore gratiſſimi diſcipuli ejus. Forſitan aliquis ſibi dicet ; Voluntarie loquitur rem hanc magnitudinis : ſed firmiter dico vobis , quia parviſſimam me video ſumere partem , propter hoc quia non valet lingua loqui, quod mens tangit. Et ideo voluntatem meam dico vobis ; quia ſi omnes capilli capitis mei mecum loquerentur , non mihi ſufficere agnoſco de piiſſimi Ioannis Euangeliſtæ laude: quia multum prodeſſe cognoſco amicitiam ejus , & lucrum magnum video. Et propter hoc, Fratres cariſſimi, vos una mecum admoneo, ut non diſſimulemus cum ſecularibus, nos qui ſumus induti veſtimentis ovium, ne lupi efficiamur. Quare de cæleſtibus donis nobis collatis ingrati ſumus ? Turpiſſimum eſt enim peccatum ingratitudinis , & univerſas virtutes diſſipat: quia qui vileſcunt eas , omnia perdunt , & non amant, & non gubernant. Et quare ſimilamur porcis, qui margaritas non diſcernunt inter fabas ? Recolite,Fratres mei , quantam rationem reddituri ſumus Domino plus ceteris, ſicut Scriptura dicit,quia cui plus committitur plus ab eo exigitur. Scitis enim quanta ſuperna,& incomparabilia, & ſingularia dona,largita à Domino , ſecuta ſunt in iſto monaſterio glorioſiſsimæ & intemeratæ Virginis Mariæ , ſuis ſanctiſsimis meritis & piiſsimi Ioannis Euangeliſtæ,dilecti ſibi filii.

B *ſuoſque hortatur ut ei ſint grati.*

C

Propter hoc , Fratres, precor vos ne diſſimuletis opera Dei , quia omnia poſsibilia ſunt ei: ne turpiſsima cæcitas ingratitudinis vos comprehendat : ſed humiliamini ſub potentia altiſsimi Dei , & jugo filii ejus Domini noſtri, quia in ipſo & per ipſum ſunt omnia : Et quantum poſſumus impendamus ei honorem & laudem : & toto corde & toto deſiderio diligamus Genitricem ejus,& glorioſum diſcipulum ejus Ioannem Euangeliſtam;quia totam gratiam conſecuti ſumus amborum meritis. Idcirco Fratres,quantum [poſsumus]oportet nos operari in beneplacitis eorum. Recolite unuſquiſque veſtrûm inter vos , colligite diligenter in ſinu veſtro lapides pretioſos,qui quotidie mittuntur nobis,& verſantur in clauſtro monaſterii noſtri. Et quare non colligitis eos ? Væ vobis in futuro ſeculo , qui calcatis gemmas pedibus veſtris, nec colligitis eas. O filii , non ſic efficiamini in pravitate veſtra , quoniam hora eſt jam nos de ſomno ſurgere , & fructum colligere ut vivamus,uſque dum tempus habemus. Colligite de cedris Libani poma meraciſsima,& de oliva ſpecioſa campi ſumite oleum, & de vera vite colligite uvam incredibili ſapore pleniſsimam , & ſuper favum dulciſsimam : & adjuvante Dei genitrice Regina omnium , comedamus feſtinanter de Beatiſsimi Joannis Euangeliſtæ convivio, qui ſuas proprias reliquit nuptias & ſecutus eſt Dominum:& ſumamus cibum de manibus ejus largiſsimis, & epulemur delicioſe de epulis ejus,quia non dedignatur quotidie miniſtrare nobis de ſua pietate. D

*ipſumque diligant,*

Cavete , Fratres , ne aliquis ſibi & vobis dicat, Ubi eſt hoc quod miniſtrat nobis B. Joannes Euangeliſta ? aut lapides pretioſi , aut convivium ubi epulemur ? Sed ſi diligenter vultis audire , operante divina potentia & meritis ejus , ego minima vobis oſtendam. Inclinate aures devotiſsime , & corda præparate ad concipere verba hujus ſacratiſsimæ lectionis : & non intueamini labia neque linguam perhibentis [verba], ſed diligenter attendite ad laudem beatiſsimi Joannis , qui ſunt lapides pretioſi ad colligendum, ut divites efficiamini in regno cælorum. Et nolite deſpicere meſſem propter meſſorem, ſed recondite triticum in horreis veſtris , ut non mendicetis tempore famis. Neque abjicere debetis oleum de pretioſa oliva , pro vili vaſculo ; nec balſamum,pro ampulla vitrea:id eſt,non debetis pro deſpecto nuntio in vanum ſuſcipere neque illudere dona cæleſtia, quæ quotidie emittuntur nobis,piiſſimi Joannis Euangeliſtæ meritis , & magnitudine viſionum, & revelatione divina : & ſcitis , Fratres quia non tantum viſione , ſed etiam domeſtica & amica locutione *&c. ut ſupra num. 3 , ubi de Deipara, ſanctiſque Ioanne & Iacobo apoſtolis ſuis tribus , duoque ſuae Angelis* qui, *inquit ipſa* , multa nobis patefaciunt de ſecretis cæleſtibus. Sunt autem & alii plurimi de quorum ore habemus noſtram loquelam, *hic nominatim recenſiti num. 6.* Et hæ ſunt epulæ & convivium Beatiſſimi Ioannis Euangeliſtæ, ubi dixi vobis quod epulari debetis in craſſitudine animæ veſtræ : & hoc eſt oleum in fragili vaſe, & balſamum in ampulla vitrea. Cavete ne frangatis vas, ad diſpergendum oleum & balſamum , quæ ſimilantur fidei & gratiæ : quia ſine fide nemo poterit bonum opus perficere;& qui nō operatur in gratia,perdit eam. Ideſt, ne frangamus nos in infidelitate & pravis operibus.

*fruantur q; ejus labsp- ſo propoſitis;*

Et propter hoc una mecum admoneo vos , Fratres, operamini fideliter in cæleſtem gratiam, quæ collata eſt Vobis,in fide recta & munda contemplatione, admirando , & prædicando , & magis cuſtodiendo talem theſaurum incomparabilem. Et quare pauperes ſumus & famelici , quando tanti lapides pretioſi verſantur in nobis & fructus ad colligendum? O filioli , non eſt vobis neceſſe perire inopia. Exprimamus oleum de ſpecioſa oliva,quod animam illuminat, & prębet ſaporem bonum & condimentum : & de ipſo faciamus aromatum ſimul cum balſamo,quod manet ſpecioſum in æternum , & quæcumque tangit cuſtodit in ęternum à fœtore & putredine,& ſanat univerſa vulnera,& ſanata lętificat: & talem defert nobis quotidie fructum B. Ioannes Euangeliſta , quoniam ipſe eſt vera oliva ſpecioſa in campis,& cedrus exaltatus in Libano,& cypreſſus in monte Sion,& palma exaltata in Cades. Bene de talibus arboribus egreditur balſamum,de quo debemus facere aromatum; id eſt, gratiam quę data eſt nobis qui ſumus vaſa fragilia & vitrea;[ipſumque] recondere & obſervare diligenter debemus in corde noſtro , & in tota mente noſtra gementes reſolvere, flendo & canendo, lacrymis & ſuſpiriis cordis ; prę nimio deſiderio & magno timore cogitantes , nos indignos eſſe tanta beneficia ab eo ſuſcipere. E

*id eſt doctri- nis per ipſum dicta- tis.*

Deinde,Fratres,precor vos ad veſtram utilitatem, ut diligatis B. Joannem Euangeliſtam ex toto corde & toto deſiderio ; & à ſua laude numquam ceſſando, F

A ſando, ſemper canendo & recitando unus ad alium, ut invicem vos accendatis in ſuo ſuaviſſimo amore, qui tantos habetis teſtes, quod ipſe eſt major in regno cælorum. Sed ſi plus vultis audire, diligenter oſtendam vobis. Attendite Euangelium dicere. Hic eſt diſcipulus, quem diligebat Jeſus, qui & recubuit in cœna ſuper pectus ejus. Bene amplius dilexit: tantam in eo oſtendit amicitiam, quod tamquam proprio filio Matrem ſpecioſam ei commendavit, Reginam omnium ſeculorum. Et quis major eſt in regno cælorum? Nonne tu Joannes? Vis te à me abſcondere? Minime poteris, quia Spiritus ſanctus oſtendit mihi opera tua, & virtutem & celſitudinem tuam, & principatum & poteſtatem tuam. O Virgo ſpecioſiſſimus & omni puritate pleniſſimus; non [debes] à me vereri propter ſcelera mea, quoniam ego confido tuo auxilio mundari à Domino. Et tu non vis meam amicitiam? Ego cum nimio zelo tuum amorem cupio, & non erubeſco te quærere inter omnes cives regni cælorum, incipiens ab Angelis qui ſunt nuntii, & beatis Archangelis qui ſunt

B majores nuntii, & te majorem nuntium in omnibus invenio. Deinde intueor Virtutes & Poteſtates, & ſimilem non invenio, ſed in omnibus & ſuper omnes ſublimiorem te video.

Nonne es tu Ioannes Euangeliſta, qui poſt Deum oſtendiſti tanta prodigia in mundo? Tu in ferventis olei vaſe miſſus fuiſti, tu calicem veneno plenum mortifero bibiſti, nec quidquam eorum te contingere valuit. Et quis major te in virtute aut poteſtate? ad indulgentiam peccatorum, ad expellendum dæmones & vitia, & induere virtutes & prodigia? .... Magna eſt valde res hæc, ſed propter hoc nō quieſco, quia vado ad Principatus & Dominationes & omnium eminentiorem invenio B. Ioannem Euangeliſtam, largitâ ei à Domino poteſtate & principatu in cælo & in terra. Deinde aſcendo uſq; ad Thronos, & ibi me quieſco cum dilecto meo Ioanne, quia ipſum video majorem & excelſiorem ſuper omnes Thronos, ad exercendum Dei judicium, cæleſtium, terreſtrium & infernorum: [quia ei ſunt] nuda & aperta ſecreta divinâ. Vere ipſe eſt Thronus æterni Regis, ubi cubat & quieſcit diligenter, & dilecta ſibi paſcua invenit & deliciatur in eis. Deinde aſpicio inter Choros, Cherubim & Seraphim, qui habent alas ſenas & ſunt vicini Trinitatis, & penetrant omnes cæli altitudines: & inter eos video unum animal in ſimilitudinem Aquilæ, volantem ſuper omnibus: &

C ipſa habet alas quę operiunt cælum & totum orbem terrarum. Similiter & oculos habet tam virtuoſos, quod radium ſolis fixius intueri non omittit, & omnia nuda & aperta conſpicit.

Sed quomodo ipſa Aquila ſit vicina Trinitatis, audiamus. Ipſa Aquila nō tantum vicina Trinitatis eſt, ſed juxta eam manet, & nullus in medio eorum videtur. Majora vobis habeo dicere; ſed voluntatē Dei ignoro, & propter hoc aliquantulum timeo. Confido de Dei gratia, & auſam me video dicere de fiducia Dei Genitricis, Reginæ omnium & puerperæ benedictæ. Dico autem vobis de ſupradicta Aquila, quia non tantum juxta Trinitatē manet, ſed etiam in ſinu Regis æterni, qui eſt Filius Dei in medio Trinitatis; & non tantum in ſinu, ſed etiam in ſacro ſuo humero permittit ipſam manere. Quis autē eſt iſta Aquila, tam beatiſſima avis? Intelligite, Fratres, quia ipſe eſt Virgo ſpecioſus & Euangeliſta Ioannes: qui fuit in Pathmos inſula levatus in cælū in Dominica die, & ibi penetravit omnia ſecreta divina. Bene totum orbem terrarum alæ ſuæ operiunt, id eſt, de ſuâ jacuit illuminata doctrinâ, & omnes in regno cælorū de ſpecioſa ejus præſentia gratulantur. Et quis eſt major inter Cherubim aut Seraphim? Nonne tu, ô Ioannes, qui ſedes in gremio Regio, in humana carne glorificatus cum Filio Dei vivi, & beatiſſima Virgine intemerata matre ejus? O mirâ magnitudine & incomparabili beatitudine hominem in carne converſatum! qui eſt benedictus per infinitum tempus, in ſecula ſeculorum. Amen. *Hactenus Sermo ille: ubi quod* Ioannes *dicitur, Chriſti & Mariæ ſecundum carnem conſanguineus, proprias nuptias reliquiſſe (puta in Cana, viſo aqua in vinum verſa miraculo) ipſoque cum corpore glorificatus in cælis, aliaq; ſimilia parum certa, aut etiam vix veroſimilia; dicta tamē à variis & prædicata non-numquam; id nolim accipi ut divinitus revelatum; ſed, quemadmodum* XXV *Maji docet* Parergon *medium inter utramque Vitam S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, intelligatur revelatis ea miſcuiſſe Sancta, ex prababilis humanitus ſpeciebus, animo Virginis eo altius impreſſis, quanto ſentiebat ſublimius de ſancto Euangeliſta.* EX MS.

*Cap.* 2 *num.* 8 *lin.* 18—quod Sermone V (*non* VIII) his verbis explicat — Regina autem cæli Virgo Maria, illius talis navis eſt antenna & velum, & ſua pietate fideliter eam ducit; & continuo demonſtrat curſum, quando brevis conſiſtit via: & vicinum

E oſtendit portum, ad quem cito perveniet: & nuntii præparati [adſunt], qui imperium recipient; & illum accipient theſaurum quem invenient; & Regi cæleſti illum præſentabant, qui pro quolibet talento centum largitur, videlicet tot quod non poſſunt numerari. Iſta autem ſimilitudo, de qua vobis dictum fuit, de navi, eſt præſens corpus, quod vadit per iſtud mare in medio undarum, ut navis facit. Si bonum habebit rectorem, ad bonum portum deveniet: ille autem qui malum ſequitur, male peribit. — Tum Sermone VI (*non autem* IX) — O miſera ego peccatrix, quantum ſum debita Domino meo Ieſu Chriſto, & Dominæ meæ beatæ, qui de mundo me elegerunt, & multum mihi gratiæ donaverunt, me in ſuam receperunt, & ad Religionem vocaverunt: ſed ego non ſum religioſa ullis quæ exerceam operibus, quoniam ſervire meo Domino non bene incepi. Et, ſi vobis ſalutem enuntio aut enarro, vel ſancta verba profero, non eſt mea virtus. Nullam gloriam mihi detis: quoniam dico linguâ, ſed non ſunt mea verba: nam ego [quæ] non exiſto magiſtra, quomodo poſſem vos docere? Laudes tribuatis Reginæ: quoniam bonitas eſt ſua: ipſa enim magiſtra eſt omnium gentium, quæ ab ea volunt diſcere. Ipſa Regina exiſtit virtutum: ipſa poteſt omnes facere ſapientes: ipſa autem ſit benedicta in æternum F ſempiternaliter. —

9 Sermone etiam IV ſic diſcurrit:—Superna bonitas ſurrexit de cælo imperiali, & venit in terram, & intravit humillime in vas unius puellæ, quæ ſimi-labatur ei pulcritudine, & humilitatis erat magiſtra: & ſua puritas erat tanta, quod omnium virginum erat gemma. Hæc eſt enim Regina humilitatis, quæ intravit fundamentum cum ingenio; noſtra Domina, quæ fuit talis intuitûs, quod de ſolio traxit Deum in terram--- Paulo autem inferius ſubjungit ---Et florita tam eſt ejus virginitas, quod omnes caſtas facit quæ ei loquuntur---Et eodem IV (*non autem* VI) Sermone ſub finem ---Radix ſancta, quæ donavit nobis ramum, quo tota gubernatur vita, glorioſa Virgo Maria, de qua ſemper in cælo eſt feſtivitas novella. Angeli non poſſunt ſalutare & Sancti videre ipſam, tantum eſt decora. Tricciæ ſuæ ſunt annulatæ, eo quod exit de flavitate capitis. Ille decor non poteſt deſignari, nec ſplendores quos flavitas capitis emittit. Oculi ejus, honeſti & amoroſi, accendunt cor una face. Os illius atq; viſus, cū loquitur, largitur munus novellū. Ejus eloquium lætificat audientes, & mentē mundificat, & eam pulcrificat. Angeli namque illam loqui cupiunt audire, & Sancti quidam delectantur:

*Laudatque eumdem cui Virgini Virgo eſt commendata,*

*ut omnibus Angelicis choris ſublimiorem,*

*& inſtar aquilæ proximū throno SS. Trinitatis,*

*in ipſoque ſinu Verbi recumbentem, ac humero reſidentem.*

*multa bona ei accepta refert.*

*ipſiuſque humanitatem,*

*pulchritudinem,*

A nam fragrantia odoris exit nares atque os ejus: quæ [cum] funditur, cuilibet renovat affectum videndi os ipsius pulchrum, quia habet labia sua rubicundiora & fragrantiora quam rosa novella. Sua gula, alba & fulgida, magis pretiosa est quam gemma: & pectus quod lactavit Rex ille æternus, scilicet humana caro, quam nomino domicellam; & corpus ejus sacratum, quod est altare, cum vident, omnes se jaciunt in terram: auferunt autem sibi coronas suas regias Angeli Sanctique quando loquuntur ei. Dant namque ei salutem gratiosam, quam Angelus Gabriel illi dedit in terra: & quilibet expectat benedictionem à manibus ejus, quæ habent omnem potestatem; desiderantque servire semper cum honore magno Reginæ benedictæ, quæ Angelorum est Imperatrix, & totius Curiæ divinæ. Sua corona est duodecim stellarum, quæ per figuram Apostolos designant. Chlamydata est sole rutilante, quod donavit ei Rex de sua pulchritudine, quando ivit de præsenti vita ad thalamum, qui est super omnem altitudinem; & posuit eam supra Cherubim ad dexteram suam benedictam, quæ est filia Dei omnipotentis & mater Christi in omni parte dicta; & est gaudium totius gentis, quanta est in Curia, quam vobis nominavi. Apostoli glorioſi gaudent semper de ea, quia eorum pretiosa est magistra: & super omnes filius benedictus, virgo Joannes Euangelista, cui Christus commendavit Matrem virginem, Reginam benedictam: & posuit eos vivos in una carne in conspectu magnitudinis. Et secundus est ille gloriosus Jacobus Apostolus, plenus immensæ pulchritudinis: & est, nepos nostræ Dominæ & frater Joannis Euangelistæ, qui est totus dulcis & pretiosus. Cum eorum magnitudine sociatus, gloriam habet Pater & Filius, & qui flammescit Spiritus sanctus. Amen.

*majestatem impense laudat.*

B

*Iubetur ab ea texere lesulo pallium,*

*Num.* 10 *lin.* 10. Cui illa humiliter respondit, sicut Sermone 1 legitur. — Et quis potest tantum thesaurum eruere, ut dignus sit talia membra tangere, nedum involvere talem Dominum? Mundus autem non potest eum capere cum universis quæ habet, & non est dignus sufficienter tantum Angelis & omnibus Sanctis: & quomodo ego misera invitata sum tam magnum opus facere? Miror, Domina mea, & admirando paveo, quod operari nescio, & dare quod non habeo. O intemerata Dei genitrix, virgo Maria, puerpera benedicta & Regina omnium seculorum: quare hoc mihi fecisti, Domina mea, & quomodo factum est, & pro quali causa imperasti mihi, dare quod non habeo, & operari quod nescio? Numquid tu mihi vis illudere, quia imposuisti facere pallium Regi de gemmis tribus coloribus? cum tu scis, quia artifex non sum, & colorem in gemmis ignoro, & virtutem ejus non cognosco. Propter hoc miror, & admirando paveo, ne adimplere [non] valeam præceptum tuum, sicut desidero: & cogito, unde sit mihi tanta gratia, & tanta amicitia, quantam in me diffusam video de tua clementissima bonitate; cum ego sim terra, arida & infructuosa, & sine humore bonæ operationis; & ideo oportet me timere, ne pereat semen tuum, quod in me seminasti. Et tamen opus istud de pallio Domini mei, quantum sit beneficium, non dico; sed dum impletum fuerit, si merear videre, non silebo gloriari & exultare; quia istud donum, tam magnum & incomprehensibile, fuit de tua largitate & propria voluntate, & sine mea inquisitione aut petitione; & non de meis meritis, sed de tua benignitate factum est. Quia tu scis, Domina mea, quando audivi istud mandatum, cum gaudio suscepi; sed statim cœpi cogitare, quid esset. Timui & turbatus est spiritus meus, quia nesciebam quid facerem. Tu autem dignata es consolari animam meam: dixisti, ne tribulationem haberem, quia bonum adjutorem magistrum haberem, Joannem Euangelistam. Cum autem audissem, repleta sum lætitia: quia ipse est gaudium meum, & fiducia mea &c. — & infra — Et vos, Fratres carissimi & combellatores mei amantissimi, inclinate aurem cum magna devotione, ad intelligendum verba salutis, & eruditionem divinam de ore beatissimæ Virginis Mariæ, & B. Joannis Euangelistæ; qui dignati sunt mihi respondere quasi una voce: Non de humana, sed de divina essentia; non de rebus terrenis, sed de cælestibus & divina virtute Trinitatis, de dilatato corde, de humili spiritu, de pura & munda conscientia, de virenti virtute & affluenti desiderio, de ardentissimo animo & inenarrabili dulcedine dilectionis, de suspiriis & fonte lacrymarum, de subtili contemplatione & visione superna (intelligite Fratres) quia de tali opere induet se Rex cælestis & sancti ejus. — Hunc igitur in modum docta Humilitas fuit, ut ex prædictis virtutibus, velut totidem aureis filamentis, &c. *Pag.* 215 *col.* 2 *lin.* 9.

D

*docet Ioannes Euangelista.*

E

*Num.* . *lin.* 11 — In principio autem istius tractatus, qui inter Sermones numeratur sextus, & solum istas Laudes continet, hujusmodi Oratio invenitur — O Sancta virgo Maria, preces meas exaudi Regina, & meam orationem, gloriosa mea Domina. Misericordiam tibi peto, mater Creatoris mei pro omnibus in hoc libro legentibus ad tuum honorem, vel legi audientibus, & in devotionem habentibus; de tuo amore atque Jesu Christi, tu meritum da atque munus: & in die obitus eorum, tu sis defensio ipsorum; & animas eorum ab ore draconis erue, & in cælesti regno tu da eis gloriam & salutem. Amen. — Aliam deinde Orationem composuit, dictis Laudibus præmittendam, hoc modo — Virgo purissima, luce Spiritus sancti corda nostra illumina, ut dicere valeamus & audire sic doctrinam, & discere quod semper sit ad tuas laudes, Beatissima Maria, & nostrarum infirmitatum medicina possit esse. Amen. — Explicat deinde, sic volente illo quo inspirante agebatur, quomodo prædictæ Laudes non sint suæ compositionis, dicens — O carissimi Fratres & sanctissimæ Sorores, has Laudes Virginis Mariæ habeamus in magnam devotionem, quæ de libro non fuerunt haustæ, nec ulla lectione Jesus autem Christus fuit magister, & Virgo Maria, qui sunt summa virtutum. Laus & gloria sit eis. Spiritus autem almus hanc sanctissimam dictavit Salutem, qui Reginam cognoscit matrem nostri Domini. Mulier pronuntiavit, & alius scripsit hanc Salutem; & Spiritus sanctus docuit peccatricem, quæ eam dixit.

*orans prorsecuturis eas*

*Explicant modo receptæ recensionis*

F

*Num.* 12 *lin.* 5 — solum ait. — Quædam peccatrix (talem seipsam nominabat humillima Sancta) petivit gratiam. Domina mea fuit curialis, & mox fuit ei largita. O quam ipsa beatum donum fecit ei; & immensum, & admirabile, & amabile! suave & dulce est totum, & pretiosum. Dedit lucem divinam, & immensam gratiam donavit, quoniam scivit eam collaudare; & suum cor multum exultavit. Hic ostendit Domina nostra suam humilitatem, quia peccatores diligit, & eis est piissima, quoniam in hac peccatrice habuit multam caritatem. O carissimi Fratres, simus devotissimi his Laudibus. Ego vobis in veritate dico, quod in ipsis nosco multas virtutes. Quando in hoc libro Virginis Mariæ legimus, Dominam nostram laudamus, illam altissimam Reginam, quæ nostrarum infirmitatum unica est medicina. Ipsa facit cor gaudere & mentem illuminat,

*in earum usu donata singularibus gratiis.*

*quod quale esse debeat non capientem,*

&

A & animæ eſt potio, ita eam paſcit dulciter. Ipſa mittit dulcem pacem, ubi guerra ſemper fuit: nam ſpiritus cum carne interdum concordatur, contemplando iſtas Laudes Virginis beatæ. Ipſæ procul pellunt mala cogitamina & malas tentationes: & Virgo prope nobis eſt, nobiſque dat de ſuo amore. Sentiendo namque fragrantiam Virginis Mariæ, quæ ſuavior exiſtit & pretioſior roſa atque flore; ipſa facit obliviſci rerum temporalium, & docet Chriſtum diligere cum rebus ſpiritualibus: & hunc deſpicit mundum cum rebus terrenis, & petit cæleſtia, hæcque cupit invenire. O ſanctiſſimi Fratres, nec non Sorores, has Laudes divinas recipiamus in corde, conſideremus in mente, & immenſum habeamus eis amorem; quoniam Virgo Maria bene nos remunerabit. Quicumque autem loquitur Reginæ, & nomen ejus laudat beatū, bene ac vere ſcio, quod cor ſuum eſt conſolatum: & Virgo Maria multum iſtas Laudes recipit; & pro certo habeat quod valde erit remuneratus. Ego autem dixi vobis de bonis muneribus, quas in iſtis Laudibus cognoſco: de hoc certi ſcitis, & ulterius credatis.

*Pag.* 216 *col.* 2 *in tit. lin.* 2 *probatus.* l. *probatur.*

B *Pag.* 218 *num.* 24 *lin.* 14 — ſinlis — *l* — ſingulis.




*Ibid. poſt num.* 26 adde — *Hactenus Guiduccius, cum quo priuſquam tranſeam ad Miracula, placet exhibere veterem iſtam Sanctæ imaginem, num.* 24 *laudatam; prout ea nobis inde miſſa eſt, ſatagente Illuſtriſſimo Magliabechio; ubi quæ ad genua flectit Sanctimonialis, creditur eſſe* B. Margarita, *ipſius tabulæ pingendæ curatrix: utroque autem ex latere deſignantur tabellæ duæ, ſingulæ in ſenas diſtinctæ areolas, quas in arctius ſpatium contrahi juſſi, utpote vacuas illas nactus, adeoque nihil inſcribendum iis habens præter numeros; ſolum ut intelligatur, quod hinc corrigi Guiduccius debeat, ubi ipſam majorem tabulam ait eſſe*, circumdatam areolis quatuordecim; *cum ſolum duodecim ſint; eaque non circum, ſed utrimque poſitæ; niſi forte ab anno* MDCXXXII *(quo ſuum ipſe librū vulgavit) mutata eſt forma, & quæ circumdabant imaginem teſſellæ, aliter diſpoſitæ ſunt, atque omiſſis duabus factæ duodecim, quod etiam veroſimile facit earumdem præſens ordo: ſic enim mihi indicantur.* 1 Diſceſſus à marito. 2 Sumit habitum monaſticum. 3 Liberavit Monachum à magno cruciatu in tibia. 4 Ibat per civitatem colligens ſaxa pro fabrica monaſterii. 5 Stabant foris interim dum pluebat excipiendo ſermones, & non madefiebant. 6 Liberavit Monacham à fluxu ſanguinis, cui nullum a medicis erat remedium. 7 Legit ad menſam legendi ignara. 8 Fuit ab Angelo elata ſupra murum monaſterii. 9 Ivit Florentiam ex mandato S. Joannis Euangeliſtæ. 10 Suſcitavit parvulum extra portam S. Galli Florentiæ. 11 Mente Auguſti congelata fuit aquæ in ejus ſitula, prout optabat propter ſuam febrim. 12 Venerabiliter ſepulta fuit. *Apparet autem vitam legenti, iſtas h. c ordine fuiſſe collocanda.*

$$\left|\begin{smallmatrix}1\\4\end{smallmatrix}\right|\left|\begin{smallmatrix}2\\5\end{smallmatrix}\right|\left|\begin{smallmatrix}7\\6\end{smallmatrix}\right|\left|\begin{smallmatrix}8\\8\end{smallmatrix}\right|\left|\begin{smallmatrix}3\\10\end{smallmatrix}\right|\left|\begin{smallmatrix}6\\15\end{smallmatrix}\right|\left|\begin{smallmatrix}9\\16\end{smallmatrix}\right|\left|\begin{smallmatrix}4\\18\end{smallmatrix}\right|\left|\begin{smallmatrix}5\\30\end{smallmatrix}\right|\left|\begin{smallmatrix}10\\18\end{smallmatrix}\right|\left|\begin{smallmatrix}11\\28\end{smallmatrix}\right|\left|\begin{smallmatrix}12\\19\end{smallmatrix}\right|$$

*inveniendaque ſub numeris inferne ſcriptis. Ceterum quia rudior erat miſſa vultus dilineatio, ſumpta ex veteri iſta tabella; juſſi eam ſumi, quæ in eccleſia S. Pancratii viſitur, miſſa mihi antea à D. Placido, tamquam picta anno* MCCCCXCIX, *& vetuſtiori illi eatenus ſimili, quatenus patitur ætatis differentia; cum iſtic admodum ſenex cernatur, in Pancratiana vero tabula vigor quidam ætatis necdum ſummæ refulgeat. In hac etiam additur diadema circa caput, & velo ſuperimpoſita pellicula agnina, quorum neutrum adeſt in vetuſtiori: pro ſimplici autem palmæ ramo in dextera, & clauſo in ſiniſtra libro; in recentiori exprimitur idem ramus dactylos ferens, & in aperto libro leguntur verba, ſumpta ex Sermone tertio ipſius;* Colligite prius de palmâ indactylata, quæ fuit ab initio ſalus deſtinata. *Utrobique vero cernitur Sancta, injectum humeris atque ad collo adſtrictum habens pallium* (Mantellinam *in Ordine nuncupant*) *loco Cuculla, quæ uſum S. Ioannem Gualbertum ejuſque Monachos conſtat: quod ne mirum cuipiam videatur, ſcienti Vallumbroſanas Sanctimoniales* Cuculla, *non* Mantellina *uti; occurrit per Epiſtolam idem D. Placidus, indicatque etiamnum moris in Ordine eſſe, uti Novitii & Oblati* Mantellina *induantur; eaque Sanctimoniales ſuas olim indui ſoleret quod ipſum probat proprius Sanctæ habitus, qui etiamnum in S. Salvii Abbatia aſſervatur; habens formā* Mantellinę, *non* Cucullæ. *Addit autem colorem* Mantellinæ *iſtius in picturis monſtrari ferrugineum, qualis etiam eſt Cuculla S. Ioannis Gualberti, & qualem ipſe vidi in Cuculla S. Hildegardis Bingii: pro quo colore nunc in utriuſque ſexus monaſteriis color niger invaluit. Eſt etiam, inquit D. Placidus, in eccleſia S. Trinitatis Florentiæ, in Capella familiæ de Ardinghellis, vetus effigies, ante quam continuo alitur lampas accenſa, cum anathematis appenſis; cui novis ornamentis decoratæ ita ſubſcriptum legitur* S. Humilitatis Abb. Ordinis Valliſumbroſæ Thaumaturgæ, devotionis ergo, Camilla Strozzia Torrigiana, anno Domini MDCLXV.

*Pag.* 222 *addatur.*

# SERMO II S. HUMILITATIS
## in Vigilia Natalis D. N. Jeſu Chriſti.
### *ex ejus operibus Mss. communicatus, à D. Placido Poltri Vallumbroſam.*

*Facit inſtruit à Patre æterno de adventu Filii,*

DEus omnipotens, in cujus ſapientia & voluntate creata ſunt omnia in cælo & in terra, & ſtabilita manent in tua poteſtate (& ſcio pro certo quod invite non fuit, quia nullus poteſt tibi reſiſtere) reſponde mihi per temetipſum, mitiſſime Pater. Da meo ſpiritui ut patenter dicam in verbo ad aurem audientium, ordinem & occaſionem de adventu Filii tui Domini mei. Vos autem, Fratres, qui auditis & audituri eſtis, notum vobis ſit, quod ſermo divinus, quem loquor, à me ipſa non eſt: ſed manet apud Patrem altiſſimi Dei, qui donat unicuique ſicut vult. Ipſe me docet petere, & interrogare, & reſpondere, & loquitur mecum intus in occulto; ego vobis, palam foras. Ipſe in ſilentio docet me in ſpiritu, & ego in clamoſa voce diligenter

*& audita proponit ſuis exponere.*

EX MS. vobis dico verba divina quæ intelligo. Cavete vobis, ne recipiatis in vanum hoc quod lingua loquitur per Spiritum ſanctum : ſed recolite diligenter in ſinu veſtro verba divina, & congratulamini mihi, quia ſpero implere deſiderium meum. Reſpondit mihi Deus Pater de Filio ſuo, quidquid cupio audire de adventu ejus : quia non eſt dedignatus reſpondere ad habitantem in terra de excelſo cælorum, in throno Trinitatis ſuæ. Deferamus gratiam Salvatori noſtro, in cujus nomine exaudita eſt oratio noſtra, & petitio mea ab ipſo non eſt projecta.

*Docet autem omnino ſponte datum mundo Filium,*

2 Recondite diligenter verba hujus ſacræ lectionis, & accipite reſponſum de ore petentis, & quidquid dicit audiamus : quia non miſit Deus in hunc mundum Filium unigenitum invite, ſed ſponte ſuæ voluntatis. Non debitum fuit, quia Deus debitor non eſt ; ſed nos omnes debitores ſumus ei ; nec aliquis potuit eum compellere Filium ſuum dare. Ipſe judex eſt vivorum & mortuorum, & non eſt qui de manu ſua poſſit eruere .... Ita dico vobis, quia neceſſe non erat, quia Deus neceſſitatem non habet; B quia ſolo verbo omnia reſtaurat, & diſperſa congregat, & congregata ſpargit & diſſipat. Deus poterat genus humanum rapere de poteſtate diaboli ſolo imperio ſuo, & ipſum obligare in profundo ſi voluiſſet : ſed ſolo pretio redimere volebat genus humanum, & hominem pro hominibus dare. Quare non dabat de ſervis ſuis, qui erant in terra, Abraham, Iſaac, & Jacob, & ceteros tales ? Quam admiranda providentia & diſpenſatio fuit, ad noſtram utilitatem, ut nos ad majorē celſitudinem elevaret! Scitis, Fratres, quod non poteſt ſervus ſervum redimere : quoniam ſi ſervus ſervum redimeret, nonne ambo ſunt ſervi ? ſervus qui redimitur, & ſervus qui redemptus eſt ? O ſuperna caritas & immenſa amicitia ! Nimiam dilectionem oſtendit nobis Deus, quia non de ſervo voluit nos redimere, ſed de libero, ut nos à ſervitute liberaret : neque de peccatore voluit nos redimere, ſed de juſto & agno immaculato, qui peccatum non fecit, ut bonæ oves & juſtæ [ex eo] proficiſcerentur.

*cui redimendo non ſufficiebat aliquis Sanctus*

*vel etiam Angelus:*

3 Recogitate, quantum oportet nos eum diligere & ſervire; & nolite deſpicere tale ſervitium, neque obliviſci. Quia ipſe noluit nos redimere de auro neque de argento, neque per Angelos, neque per Prophetas, neque per Patriarchas : ſed dedit nobis dilectum Filium ſuum ad redimendum, qui eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus, C amor noſter ineffabilis, dulcedo noſtra inſatiabilis, & ſpes noſtra immutabilis. Ipſe eſt amicus noſter indeficiens, reſurrectio noſtra immortalis, & vita noſtra ſine fine. Et ſi oportebat nos redimere de his qui peccatum non haberent, quare unum de Angelis ſuis non dabat, qui peccatum non habent, & tam dilectum Filium ſuum apud ſe retineret? Abſit nobis talem pro tali habere. Quid ergo erit nobis habere tale pretium? creaturam pro Creatore, & pro Salvatore plaſma, pro Domino ſervum, & pro Rege militem? Væ nobis miſeris, ſi ad talem hereditatem alienati fuiſſemus ; quando Dominum noſtrum, & Creatorem noſtrum, & Regem noſtrum fratrem habemus, & participamus regnum cum eo, ſi eum ſequi voluerimus.

*in Chriſto autem habere nos omnia,*

4 Ipſe eſt amicitia noſtra caritativa, & gloria noſtra infinita, & lætitia noſtra indiviſa. Ipſe eſt theſaurus noſter incomparabilis, & pretium noſtrum inæſtimabile, & gaudium noſtrum innumerabile, & adjutor noſter robuſtiſſimus, & portio noſtra in terra viventium, & auxilium noſtrum. Ipſe eſt caritas noſtra ardentiſſima, & dilectio noſtra amantiſſima, & lux noſtra inter tenebras. Ipſe eſt fortitudo noſtra inexpugnabilis, & victoria noſtra admirabilis, & virtus noſtra inceſſabilis. Ipſe eſt judex noſter in calumnia, armatura noſtra in victoria, & protector noſter per omnia. Ipſe eſt Rex noſter in patria, & corona noſtra diademata, & dux noſter ad gaudia, & aſſumptio noſtra ad cæleſtia. Ipſe eſt creator noſter, qui nos creavit; redemptor noſter, qui nos redemit; plaſmator noſter, qui nos ſalvavit, & quotidie nos ſalvat ab inimicis noſtris, & nutrit nos ſub umbra alarum ſuarum, quemadmodum gallina pullos ſuos: & ſicut mater conſolatur diligenter filios, [dans eis] ubera ſua, ut creſcant & proficiant in ætate; ita Dominus noſter Jeſus Chriſtus, Dei filius, conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, & omnia adverſa vertuntur in bona, triſtitia in gaudium, luctus in lætitiam, paupertas in divitias, confuſio in gloriam, debilitas in proſpera, & bella in victoriam: pro infirmitate ſanitatem, pro ſervitute libertatem, pro terrore ſecuritatem, pro opprobrio honorem, pro morte vitam ſine fine, pro fame ſaturitatem, pro amaritudine dulcedinem, & omnia perdita reſtaurat nobis; & reſtaurata, ſtabilita invenimus nobis in regno cælorum; ſi filii columbæ erimus, & eum ſequimur per humilem obedientiam. D

*& per ejus humiliationem nos exaltari,* E

5 Quia ipſe per obedientiam venit in mundum ; qui erat magnus, exinanivit ſe in parva ætate ; & qui erat in cælis, pro nobis venit in terram ; & qui eſt creator omnium, non eſt dedignatus in creaturam ſuam venire; & viſibilis apparuit inter homines, qui erat inviſibilis ; & qui erat impalpabilis, permiſit ſe ab hominibus palpari; & qui erat dives, oſtendit ſe pauperem in mundo; & qui erat immortalis, mortalitatem noſtram aſſumpſit. O ſuperna caritas, & incomparabilis, & ſine ſua ſocietate! O magna dilectio & inveſtigabilis amicitia! O ſingularis obedientia, & profunda humilitas, & impalpabilis, & inviſibilis ! Quis poteſt enarrare, aut aſpicere, aut palpare[eum], qui profundum vallat & aſcendit ſuper omnes cæli altitudines & omnem vallem implet abundanter, ut multiplicetur fructus de quo ipſe gaudet; montes autem & colles humiliat, & ſiccat, & relinquit ſine fructu ? Intellexiſtis hæc omnia ? blandimenta & gaudium, terrorem & dolorem ? Notanda ſunt verba iſta. Quæ ſunt valles, quas implet & abundant ; & qui ſunt montes & colles, qui humiliantur & derelicti creſcunt ? Intelligite, Fratres, per vallem, humiles & manſuetos & amicos obedientiæ, quibus promittitur blandimentum & gaudium, id eſt impleri & abundare. O beati humiles, in quorum conſcientia Chriſtus habitat, qui ſunt purificati à vitiis & concupiſcentiis carnis, qui omnem pompam hujus ſeculi vilipendunt, & gloriam ejus tamquam pulverem, quem projicit ventus à facie terræ. Decet enim amare Chriſtum eos qui odiunt mundum; & vaſa, vacua terrenis, implere cæleſtibus. Et ideo ipſos Chriſtus diligit, & implet gratia ſua ; & ibi naſcitur puer Jeſus, & ipſi cum eo per humilitatem ſanctam; & creſcit per virtutem obedientiæ, & patientiam veram, & contemplationem ſupernam.

*ſi tamen etiam ipſi ſimus humiles inſtar vallium,* F

*quas impleturum ſe promiſit Dominus ;*

6 Iſti ſunt valles quos Prophetæ nuntiabant, dicentes; Omnis vallis implebitur; & Pſalmiſta, Valles abundabunt frumento. Et de quo promittebat implere valles, niſi de nativitate Chriſti ? Nuntiabat venturum gaudium de nativitate Salvatoris, quem nos præſentem habemus natum, puerum Emmanuel, pannis involutum, & reclinatum in præſepio inter animalia. Quid ergo dicturi ſumus miſeri ? Bos cognovit poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui; & nos non cognoſcimus eum, & nullum ſtudium habemus de eo, qui ſumus creaturæ ejus, & rationabiles creaturæ. Ergo quam rationem habemus? Surgite, Fratres mei, quia hora eſt: & excitate vos ab omni immunditia, & purificate vaſa veſtra, quæ ſunt

cor

A cor veſtrum & conſcientia veſtra : quia non decet mittere vinum & oleum in vaſa ubi eſt lutum. Ideo dico vobis, quia oportet vos mundare ab omnibus vitiis & peccatis, & humiliare, ut bonas valles efficiatis. Et cum hoc feceritis promitto vobis implere de ipſa pluvia, de qua dicit Propheta, Rorate cæli deſuper, & nubes pluant juſtum: & frumento abundabitis, qui eſt Chriſtus; & vaſa veſtra implebitis oleo lætitiæ, quod animam illuminat; & vino, quod lætificat, & lacte & melle dulciſſimo, qui eſt puer Jeſus, qui implet deſiderium odore fragrantiæ, amore inſatiabilis & dulcis in memoria; & de tali fructu implebuntur valles, quod Deus nobis præſtare dignetur.

*ſuperbos velut mones & colles relinquens aridos.*

7 Montes vero & colles qui ſunt? niſi ſuperbi homines & impatientes, qui amant plus corpus quam animam, & quærunt honorem hujus ſeculi, & non amant obedientiam, & nolunt adverſa pro Deo ſuſtinere, & tamen Religioſi videntur: ſed vana eſt religio eorum, quia plus appetunt eſcam corporis quã animæ: & hæc ſunt verba, quæ diximus, Montes & colles humiliati areſcent. Iſti tales videntur humiliari quotidie ſub omni judicio; quia exaltari non poſſunt. Me autem oportet ſilere de ſuperbia, ne forte gaudium vertatur in dolorem; & quia longum eſt dictu, quoniam ipſa eſt mater & radix omnium peſſimorum, & multos filios habet venenatos. Ego autem ſcio medicinam, ad expellendum ipſum venenum: ſed modo non oſtendam, quia cogit me deſiderium meum proficiſci ad dulcedinem meam. Vos ergo, Fratres mei, nolite manere difficiles in via. Eamus obviam Salvatori noſtro, qui eſt dulcedo noſtra & gloria noſtra, amor noſter & ſpes noſtra; ubi ſe delectat anima mea, & in ipſo invenit paſcua ſua. Diu ipſum eſuriamus & ſitiamus, & dicamus cum Propheta, Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum. Ecce fons paratus eſt nobis: appropinquamini ad eum ſolicite, & bibite, & inebriamini, cariſſimi.

B

*Monet deinde aſpirare ad Chriſtum,*

8 Et ſi fontem ignoratis, interrogate viatores, & oſtendent vobis id eſt, Patriarchas & Prophetas, qui oſtendunt vobis fontem, quando dicunt; Occurramus obviam Salvatori noſtro. Ipſi foderunt fontem, quando dixerunt; Veni ad liberandum nos, Domine Deus virtutum: & rapiebant Filium de ſinu Patris, qui eſt fons ſapientiæ, dicentes; Veni, Domine, & noli tardare: & cognoverunt Filium eis largitum à Patre, quando dixerunt; Ecce Dominus in fortitudine veniet, & brachium ejus dominabitur: eruperunt venas aquarum viventium, quando dixerunt; Rorate cæli deſuper & nubes pluant Juſtum: & traxerunt ad terram de vertice montium, id eſt, de excelſo cælorum, quando dicebant; Aperiatur terra & germinet Salvatorem. Et quomodo inveniemus eum? Quærite eum de ore Prophetarum, dicentium; Benedixiſti, Domine terram tuam; &, Veritas de terra orta eſt. O beata terra, quæ talem dedit fructum, qui eſt panis Angelorum & vita hominum! Inquiramus agricolam, ut de fructu ejus colligere valeamus. Interrogemus cultorem, qui ſeminavit in ea, quia talem protulit fructum. Audiamus eum qui ait; Ego primo mane intravi in eam diluculo; [& ſub] initium obtulit medicinam ad omnem languorem; id eſt, benedictionem ad expellendam maledictionem. & ſemen vitæ, ut confunderet mortem; humilitatem, ad repellendam ſuperbiam; manſuetudinem, contra vanam gloriam; largitatem, contra avaritiam; ſpem, adverſus

C

*plenam ſalutem nobis allaturum :*

ſtultitiam; ſolicitudinem, adverſus negligentiam; temperantiam, contra furorem; & tranquillitatem, contra iram; & prudentiam, contra fallaciam; juſtitiam, adverſus injuſtitiam; miſericordiam, contra duritiam; caſtitatem, contra luxuriam; abſtinentiam, contra gaſtrimargiam; & contra omnia adverſa, longanimitatem & patientiam; & benignitatem, contra malitiam; fidem, contra infidelitatem; ſpem & longanimitatem & pacem, contra diſcordiam. Pro virgine ſeducta & violata, habemus virginem intactam & inviolatam; & virginitatem impollutam, contra pollutionem; & multa alia bona, quæ neque dicere neque enumerare poſſumus, ad expellendũ omnia mala, quæ [non] ſeminavit agricola in ipſa terra; & talẽ terram donavit nobis, & ipſa reſedit ſupra montes, quos oſtendit Propheta dicens; In die illa ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac & mel. EX MS.

*ipſum enim eſſe fructum de terra virgine procreatum,*

9 Et recognoſcite, Fratres, gaudium noſtrum, honorem noſtrum, & gloriam noſtram: & gratias referamus Deo omnipotenti, qui talem terram & talem fructum dedit nobis perfruendum; ubi fructus non minuitur, ſed multiplicatur [tanto magis] quanto plus colligitur. Quando per Evam maledictionem deſtinavit nobis Maria, nobis Maris ſtella apparuit, quæ eſt benedicta per omnia, & exaltata ſuper omnia: ſit ei gloria infinita, & honor, & laus, & benedictio. O beata terra noſtra, quæ dedit nobis fructum ſuum: de cujus fructu gaudet Deus omnipotens, Pater ejus, qui miſit eum in utero ejus. Gaudent Angeli in magno gaudio; gaudent Archangeli, & exultant jubilando, cum Gabriele ſuo nuntio, in ſinu Matris videre parvulũ. Gaudent Cherubim ſimul & Seraphim, in ſummo throno gratulantes cum Patre de Filio ſuo, [quem] delectantur videre in parva ætate. Gaudent Prophetæ & Patriarchæ ſimul ad invicem cum magno gaudio, qui annuntiaverunt in iſta vita Virginis partum, videre puerum natum Emmanuel in ſinu matris. Gaudent Apoſtoli cum Virgine Maria & cum Joanne Euangeliſta, in pueritia videre Chriſtum, in [cujus] pueritia ſe delectant. Gaudent Martyres & Confeſſores, ſimul cum Virginibus Chriſti ſpecioſis; & de pueritia ſui creatoris invicem gaudent omnes cæleſtes habitatores : & gaudent in terra amici ſui, qui diligunt eum caſto amore, & quærunt eum cum devotione puerum videre, & cum ipſo gaudere ſemper.

*quo Angeli & Sancti omnes oblectantur.*

10 Gaudete & exultate invicem, Chriſti amici, quia prope eſt tempus, quo puerum videbitis in gremio matris. Dico enim vobis, Fratres, in veritate, quoniam Virgo Maria & omnes Angeli & Sancti habebunt æternum Regem in pueritia, & præſenti die Natalis, ſicut fuit in die qua natus eſt in mundo, ex utero Virginis, & expectant eum cum magno deſiderio, & videbunt omnes puerum Emmanuel, quia omnia poſſibilia ſunt ei. Non audiſtis, Fratres, Mirabilis Deus in ſanctis ſuis? Sicut intravit clauſo utero Virginis; ita poteſt oſtendere ſe in quacumque ſpecie vult Sanctis & amicis ſuis: & taliter renovat in Sanctis ſuis opera, quæ fecit in mundo, ad gloriam nominis ſui, & lætitiam, & exultationem. Similiter & amicis ſuis, qui ſunt adhuc in terra; in quacumque ſpecie deſiderant eum, ſic intuentur, loquentes cum eo, & intuentes, & tangentes eum. Et qui ſunt iſti tales amici tamque gratiſſimi apud Deum? Iſti ſunt montes, de quibus ait Propheta; qui habitant in excelſo, per virtutem humilitatis & obedientiæ, & contemplationem ſupernam, & bona opera: qui affligunt corpora ſua pro Chriſti nomine, in lacrymis & ſuſpiriis cordis; & tamen, cum adhuc in terra ſint, ſeparati ſunt ab ea, & totum deſiderium eorum habent in cælo. Et propter hoc dicti ſunt, Montes & colles, quia per gratiam Salvatoris ſunt exaltati à terra, & terra noſtra reſedit in ſummitate, ſicut diximus, id eſt beata Virgine Maria : & ipſi de fructu ejus diſtillant dulcedinem, unde fluunt lac & mel.

E

F

*dum ſe eis oſtendit qualis erat in die nativitatis ſuæ.*

11 Nolite mirari, Fratres, quia dixi, quod iſti tales tangunt Dominum, & loquuntur cum eo : quia fidelis anima poſſidet Dominum, quando poſſidet timorem

ex Ms. morem ſuum, recte vivendo, & alios admonendo [ut abſtineant] à malis operibus. Verumtamen anima bene aſpicit Dominum, quem cupit videre quando eſt munda à ſorde, & plena Spiritu ſancto, & eſt plena oculis ante & retro, & ſuccenſa igne Domini, nimirum deſiderio divini amoris: appropinquat, & tangit, & loquitur cum eo. Cogitando, & contemplando, & intuendo repleta gaudio, petit ei juſtitiam, ideſt ſeipſum. Dominus autē non tantum permittit ſe tangi ab ea, ſed etiam oſculari pedes ejus; & non tantum pedes, ſed ſacratiſſimum pectus ſuum. Quæramus diligenter, Fratres, talem Dominum & talem puerum, qui eſt amor inſatiabilis & dulcedo inæſtimabilis. Qui plus de eo bibit, plus de eo ſitiet; & qui plus comedit, amplius eſuriet; ut ait Scriptura; Pulchriores ſunt oculi ejus vino, & dentes ejus lacte candidiores. O quam ſpecioſus Puer! & quis videbit eum, & quomodo intuebimur? Nolite, Fratres, deficere in itinere laborantes. Non intellexiſtis animæ retributionem & præmium laborantis, quando dixit; Venite ad me qui laboratis, & ego vos reficiam? O quam refecta eſt anima & quam beata, quæ talem Puerum poteſt invenire, & amplecti, & attrahere odorem ejus fragrantiſſimum! tam dulciſſimum & amabilem, tam decorum & admirabilem, tam pretioſum & deſiderabilem, tam pulcherrimum inter parvulos, tam glorioſum & ſuavem.

*Hunc ergo jam puerum quærere docet,*

B

12 Attendite ad me, Fratres mei cariſſimi, & bellatores mei amantiſſimi, & ſocię meę in cœnobio, & filiæ meæ intra viſcera mea, hoc eſt, gaudium meum & gloria mea. Congregamini vos in unum ſicut columbæ, quę ſunt ſine amaritudine, & amant ſocietatem, & non adunantur cum aliis avibus, & ſi aliqua avis percutit eas non ſe defendunt, & pro cantu dant gemitum, & in petris fovent filios ſuos. O quam pretioſas & utiles differentias habet columba in noſtro exemplo! Accipite figuram columbæ, ut ſitis filii Spiritus ſancti, ſine amaritudine. Amate ſocietatem bonorum; quam Deus diligit & ibi habitat. Et ſicut multi flores in una collectione magnum fragrant odorem, magis quam pauci; ſic virtutes congregationis meliores ſunt, quam eorum qui manent in ſolitudine; & majus lucrum faciunt apud Deum & homines. Et nolite defendere opera veſtra malā adverſus Deum: ſed mortificate membra veſtra in Chriſti amore, ut ædificatio veſtra fiat in petra. Et date gemitum pro cantu, flendo & canendo in timore Dei. Et reſidete ad fontem aquarum viventium, ut poſſitis evadere inſidias inimici, ut gaudium veſtrum impleatis, ſicut cariſſimi filii, quoniam me talem Matrem habetis, quod amplius cupio vos in bellis videre, quam in requie indeficientis victoriæ. Et propter hoc, Filii mei, attendite conſilium meum, & appropinquate mecum ad thalamum, ut merear videre quod cupio de puero Jeſu, de quo dico, ut promiſſa mea non perdam, & notum ſit vobis quod mihi promiſſum eſt.

*imitando proprietates columbæ,*

C

13 Scitis enim, Fratres mei, quia ſponſa alicujus Regis quæ parere debeat, quantum lumen & quantam gloriā faciunt ei, propterea quia attendunt naſciturum: quanto magis nos oportet illuminari ex omni parte, ſi volumus accedere ad thalamum Dominæ noſtræ, quæ eſt in magna claritate & ſemper amat lucem; & qui non habet lumen, non poteſt ad eam appropinquare. Et propter hoc, Fratres mei, precor vos, ut abluatis manus & facies veſtras in fonte aquæ vivæ, & ſitis mundi & ſplendidi; & exuite veſtes veſtras, & induite veſtibus novis, candidis & deauratis, ut omnia nova ſint; & accipite cereos in manibus veſtris, ſicut habent Angeli & Sancti, qui aſſiſtunt ante Virginem Mariam. Eamus cito, ut [locum] inter eas capere valeamus: quia appropinquat hora nativitatis Domini, quem Virgo concepit ex ore Gabrielis ſine ſemine, & manſit in ſuo utero novem menſibus ſicut in uno lilio, ſine pondere aut ægritudine. Pulſate ad portam auream ſine intermiſſione, donec aperiat nobis oſtiarius; ubi eſt Virgo collecta in thalamo, & ubi eſt Pater qui gaudet de Filio ſuo. Ibi omnes Angeli gaudent de Puero in Gabrielis nuntio: ibi Patriarchæ ſimul & Prophetæ, qui annuntiaverunt partum Virginis Mariæ, qui gaudent de filio eorum, & magis gaudent Apoſtoli. Quin Virgo Maria & omnis Sanctorum militia gaudent æternum Regem videre in pueritia. Et magis gaudet Joſeph de filio, cujus fuit bajulus ....

*deinde accedere ad thalamum Virginis,*

D

*ubi inventuri ſint congregatos Sanctos.*

14 Sed clamemus omnibus qui ſunt in civitate, ut introitum noſtrum debeant adjuvare. O beatiſſime Propheta David, Rex ſanctus, de cujus progenie eſt Virgo Maria, peto tibi indulgentiam, cum omnibus Prophetis & Patriarchis, ora pro me & pro mea ſocietate, ut donet nobis Puerum virgo Maria mater. O Beate Joannes Baptiſta, Chriſti Præcurſor, qui annuntiaſti Dominum de verbo oris tui, roga virginem Mariam, ut ipſa nobis donet, quem tu cognoviſti incluſus in utero matris tuæ. O Joannes beatiſſime, Euangeliſta magne; & Jacobe mitiſſime, glorioſe Apoſtole; qui manetis cum Virgine in ſuo thalamo, & eſtis in magna poteſtate de matre & filio; quidquid vobis videtur facite, quia tota veſtra ſum, & aliud non peto. O Gabriel Archangele, qui es ſummus nuntius; peto tibi veniam & glorioſo Puero, quem nuntiaſti Virginem concipere in utero. O ſancti Dei Angeli & omnes Archangeli, Emmanuel & Sapiel, qui eſtis mei Angeli; precor vos, dulciſſimi, ut de veſtra poteſtate mihi adjuvetis: & ad thalamum Virginis me repræſentate, ut Matrem & Filium valeam contemplari, & accipere Puerum de gremio Matris ſuæ. O Joſeph beate, qui fuiſti bajulus de Matre & de Filio, dona mihi auxilium, ut ex tuis ſanctis meritis impleam deſiderium, quo cupio de Puero. O ſancti Dei Apoſtoli, cum magna poteſtate mihi ſubvenite de mercede veſtra; ut in Natali Domini gratiam inveniam. O glorioſi Martyres, & Confeſſores beati, & Virgines ſanctiſſimæ à Chriſto deſponſatæ, cum omnibus Electis qui ſunt in civitate Jeruſalem cęleſtis, mihi adjuvate, & unanimiter Patrem deprecate, ut donet mihi Filium, in quo tantum ſibi placet; & ad thalamum Reginæ me præſentate, ut petam ſibi Puerum, quem habet in poteſtate.

*quos ipſa ſigillatim appellans,*

E

*illuc admiſſi petit.*

F

15 Mecum congratulamini, Filii cariſſimi, quoniam ſum ad pedes Reginæ, & Joannis Euangeliſtæ beatiſſimi. Audite me loquentem cum Maria Virgine: Ave, ave, Domina: ave ô Regina: ave ſpecioſa roſa ſine ſpina. Hora eſt, Domina, ut habeamus Puerum, virgo purpurata, qui eſt in tuo utero. Angelorum gloria, aperi illud lilium, ut videamus florem qui eſt in noſtro exilio. Aperi nobis chlamydem, ut videamus ipſum puerum Emmanuel, quem concepiſti in utero de ore Gabrielis. Virgo inviolata, da nobis tuum Parvulum, pannis involutum, tamdiu deſideratum, ſingulare gaudium nobis deſtinatum à Patre cæleſti. Ave virginiſſima, virgo inviolata. Ave, ô Maria, puerpera beata. Ave Dei filia, mater, & ſponſa. Regina Angelorum, Virgo glorioſa, hora eſt & tempus pariendi filium; & impleti ſunt dies quibus fuit in tuo utero, id eſt novem menſes.

*& admiſſa à matre petit filium.*

*Poſt pag. 222 ponatur Commentarius,*

# DE B. ANDREA MVTINENSI

## ORDINIS MINORUM S: FRANCISCI, D. P.

ANNO MCCCCLV.

*Populi concurſus ad mortui corpus,*

MVtinenſium in Ciſpadana Inſubria Epiſcoporum Catalogum Vitaſque, ſub hujus ſeculi initium, edidit Gaſpar Siligardus, Mutinenſis tunc etiam ipſe Epiſcopus; ad S. Caroli Borromæi exemplum, totus intentus in diœceſim ex Concilii Tridentini præſcripta formandam ornandamque. Ibi Iacobi-Antonii Pontificatum, ab anno MCCCCXLIV uſque ad LXII decurrens, ad ejuſdem annum XI ſic ſcribit Pag. 124. Annus iſte MCCCCLV optimorum virorum morte inſignis fuit: nam Mutinæ obiit Andreas, Sodalis Franciſcanus, ſeptimo Kalendas Junii, quo tempore ad eum ingens in Ædem Minorum fuit populi concurſus: quia mortuus & vivus plura miracula feciſſe dicitur. Sepultus eſt in Eccleſia S. Franciſci prope chorum. *Ita ille. Verum non fuit hæc ejus prima ſepultura: ſiquidem Fratres Minores, ſeveriorem Regulæ obſervantiam profeſſi, ex quorum numero fuit citra dubium* Andreas, *alio neſcio quo loco morabantur, quando ille vixit obiitque. Etenim non niſi aliquantis poſt* Andreæ *obitum annis, tranſlatum ad ipſos eſt à Patribus Benedictinis* Monaſterium S. Cæciliæ, *quod illi aliquamdiu tenuerant, derelictum à ſui Ordinis Sanctimonialibus; uti ſcribit Waddingus ad Annum* MCCCCLXIX *num.* 26. *Tum vero locum totum ruinoſum reſtaurare aggreſſi Franciſcani*, ab Epiſcopo Mutinenſi (*Nicolaus Sandoninus is erat, prænominati Iacobi-Antonii proximus ſucceſſor*) Pontifice *Paulo II* annuente, obtinuerunt quamdam eccleſiam derelictam, cum adjuncto territorio Conventui contiguo, ut ex dejecto illo templo ſuum poſſent reſtaurare, & terræ portiones in hortos convertere.

*quod anno 1469 tranſlatum ad S. Cæciliæ,*

2 *Sed neque hic admodum diu manere Fratribus licuit: ſiquidem ſuburbanum illum S. Cæciliæ Conventum totum demolitus eſt ſuperiori ſeculo Hercules II Dux Ferrariæ, cui & Mutina ſuberat, ne belli tempore poſſet urbi incommodare; & vagi aliquamdiu Obſervantes ſtabilem primùm locum obtinuerunt anno* MDXXXVIII, *quem uſque nunc poſſident, ad parochialem S. Margaretæ eccleſiam, quâ in ipſorum jus annuente Paulo III transferendam curavit Antonius Boninus, Mutinenſis Canonicus & Eccleſiæ iſtius tunc Parochus. Fuit autem hæc ſecunda* Andreæ *tranſlatio facta eo tempore, quo eccleſiam Mutinenſem Epiſcopus tenebat Ioannes Moronus, poſtea S. R. E. Cardinalis; ſed jam inde ab anno* MDXXXVI, *quo Legationem Bohemicam à Paulo III ſibi impoſitam geſſit, plurimum abſens abVrbe; cui tamen non deſiit per idoneos Vicarios providere; ita ut dubitare vix poſſim, quin ille actus undequaque fuerit legitima auctoritate munitus.*

*anno 1538 ad S. Margaretæ*

C

3 *Verum illa* S. Margaretæ *eccleſia, ut vetus erat, ita Fratrum uſibus qualitercumque adaptata, diu ſervire non potuit. Quare, eccleſiam Romanam regente Gregorio XIII, & Sixto de Vicedominis ex Ordine Prædicatorum Mutinenſem Cathedram obtinente*; cum *illa* ad terram vergeret (*uti ſcribit Genzaga p.* 2. *Conv.* 19 *Prov. Bononienſis*) facultaſque tum ſummi Pontificis, tum quoque eorum qui deſiderari poterant præ manibus adeſſet, eâ demolitâ, alia nova in Sanctarum Cæciliæ atque Margaritæ honorem, multo auguſtior multoque elegantior conſtructa, atque ædificato jam monaſterio annexa fuit. *Sedit Gregorius XIII ab anno* MDLXXII *ad* LXXXV; *&*

*& circa 1580 ad novam SS. Cæciliæ ac Margaretæ*

*Maji Tomus VII.*

*Sixtus, qui Cathedram obtinuerat anno* LXXI, *uſque ad* XC *eamdem tenuit. Neutrius horum fuiſſe requiſitam licentiam, ad faciendam ſacri Corporis Tranſlationem, tam recentibus tunc Concilii Tridentini decretis, nemo auſit ſuſpicari.*

4 *Hac occaſione vel factus eſt, vel (quod crediderim potius) decentius collocatus marmoreus ille tumulus, quem* prope chorum *extitiſſe Siligardus ait; quique anno* MDCXLII *adhuc viſebatur his verſibus inſcriptus.*

*ibidemque marmoreo in tumulo collocatum,*

Mortuus & vivus quoniam miracula fecit,
Andreas jacet hic, Religione Minor.

*Meminit tranſlati primum in eum tumulum corporis Ludovicus Vedriani, inter Memorias Sanctorum ac Beatorum Mutinenſium, Italice editas anno* 1663: *atque anno à morte Andreæ quinto, id eſt, Chriſti* MCCCCLX *factum id ait; & quidem velut is collocatus tunc fuerit in Capella S. Antonii Patavini familiæ Levizanorum, ad dexteram tunc altaris majoris, ubi nunc eſt ipſa tribuna; eoque allegat Chronicon Ms. ipſius monaſterii. Sed videtur ignoraſſe ejuſdem monaſterii de ſuburbano in urbem loco tranſlationem una cum Corpore, de qua ſupra. Quare R. P. Ioannes Iulianus, anno* MDCLXXXV *Collegii noſtri Mutinenſis Rector, rogatus de iſtis ſtudioſius inquirere, ſcripſit, in eccleſia S. Margaritæ primum veteri, deinde nova* Andream *jacuiſſe uſque ad annum* XLII *prædictum*, quando Capellâ & Altari S. Antonii Patavini in meliorem formam redacto, Corpus iſtud ſacrum, una cum ſuo ſepulcro marmoreo, repoſitum fuit ſub præfato altari. *Fuit eo anno Mutinæ Epiſcopus* Opizo Eſtenſis, *teſte Ferdinando Vghello Tom.* 2 *Italiæ ſacræ*, Franciſci Ducis & Raynaldi Cardinalis germanus frater: *ſine cujus auctoritate, ſicut conſecrari non potuit altare novum, ſic nec tranſlatio corporis ac ſepulcri fieri* ſub altare. *Proinde licet alia nulla cultus antiqui argumenta extarent, vel ſolum tanti tamque religioſi Præſulis judicium ſufficeret, approbando, quem* Andreæ *dedimus, Titulo* Beati; *cum aliorum quàm antiqua præſcriptione* Beatorum *corpora, citra ſpecialem Apoſtolicæ Sedis licentiam, nefas ſit intra altaria collocare; qui ſolus & totus erat antiquæ Canonizationis ritus.*

*denique an. 1642 ſub altare S. Antonii de Padua repoſitum fuit.*

5 *Huc accedunt imagines* Andreæ, *ipſo in templo palam expoſitæ, cum radiis circa caput & Titulo* Beati *ad nomen ſcripto. Plura ſi aliquando in uſu fuerint (ut fuiſſe eſt credibile) id refrigeſcente ſeculorum ſuperiorum religione, & crebra loci mutatione ceſſavit. Sed cur, inquies, ad hunc* XXII Maji *refertur, quem Epiſcopus Siligardus aſſerit,* ſeptimo Kalendas Junii *obiiſſe? Vedrianus* 22 *per zyfras notavit; cumque hic ejus locus mihi occaſionem dediſſet de* Andrea, *ut* Beato *agendi, quærendique teſtimonia cultus antiqui; accidit Siligardi verba poſt rem confectam mihi ſuggeri, ac digna videri, quæ Commentariolum præſentem inchoarent; nec tamen animadverti differentam diei; circa quam ſi potius illi credendum videatur, quam Vedriani zyfris, forte per typothetæ oſcitantiam alteratis, poterit hic locus totus in altera editione ad* XXVI *Maji tranſferri: nunc enim mutari quidquam vetat ultra pag.* 850 *progreſſa impreſſio paginarum hanc paginam ſequentium.*

E

F

*Imagines cum radiis & titulo Beati.*

## DE B. RITA DE CASSIA.

*Pag.* 223 *num.* 1 *adde in fine* —— *Denique impetratum etiam eſt ut Martyrologio Romano inſcriberetur ſub hac formula, in editione anno* MDCLXXIV *reperienda:* Caſſiæ in Umbria B. Ritæ Viduæ, Monialis Ordinis S. Auguſtini, quæ poſt ſeculi nuptias æternum ſponſum Chriſtum unice dilexit.

*Nomen inſcriptum Martyrologio.*

A

*Ibidem num.*3 *lin.*17 poſt — *argumentum hoc* — adde — *Fulginii quoque impreſſa eſt Epitome alia anno* MDCXXXX, *Auctore Fr. Chriſtophoro Cappannarolo, Fabrienſi Auguſtiniano. Et hæc quidem &c.*

*Cultus ſpecialis Romæ.*

*Pag.*224 *poſt num.*5 — adde — *Eſt Romæ ad ſiniſtrum latus ſcalarum, ducentium in Aram-cœli*, eccleſia *parva* S. Blaſii, in qua (*ſicut reſcribit deſuper interroganti noſter Ioannes Vannius*) habetur Confraternitas Caſſianenſium, qui ſolennitatem B. Ritæ popularis ſuæ celebrant quotannis apparatu magno.

*Pag.*230 *col.*2 *lin.*9 — *tranſlata* — l. — *tranſlatas.*

*Ibidem lin.*12 poſt — *præſtare* — dele — *ſeſquilineam ſeqq. &* ſcribe — *Chriſtophorus Fabrianenſis, ex rudibus pellibus conſutam veſtem eſſe ait; & de eâ, tamquam apud Roccam-porenam adhuc ſervata, ſcribit, vulgo per regionem iſtam dici, quod* nulli parturienti admota unquam fuit, quam non exemerit periculo mortis contactu ſuo. *Iſtis autem præmiſſis &c.*

D

*Cultus apud Hiſpanos Gaaibus 2 Aprilis.*

*Pag.* 232 — adde — 49 *His jam prælo paratis intelligo ex Hiſpania*, B. Ritæ *cultum Gadibus celeberrimum eſſe, atque ejus feſtum ibi agi die* 11 *Aprilis, & Vitam bis jam impreſſam Hiſpanice, tertia vice recudi, & quidem auctiorem. Equidem exiſtimo, ipſi Hiſtoriæ nihil addi in Hiſpania potuiſſe, quid enim illi adderetur, niſi quod Caſſia acceptum foret? aut quid inde potuit novi accipi, quod Italica vitæ Auctores latuiſſet? Acceſſerit credo Relatio de cultu Gades traducto, deque miraculis iſtic patratis, adeo grandibus & evidentibus, ut ipſa Beata inde paſſim nominetur*, Sancta de los impoſſibiles; *ob curationes infirmorum, moralis hominum judicio impoſſibiles, ad ejus invocationem patratas. Spero fore, ut hæc aliquando in Supplemento primi Semeſtris lector inveniat, quando eorum cauſa non licet prælum nunc ſiſtere.*

# APPENDIX
## AD DIEM VIGESIMAM TERTIAM MAII.

*Pag.* 233 *col.* 2 —— *loco antepenultimo ponatur.*

S. Medicus Confeſſor, Oſtielli in territorio Bleſenſi.

*Ibidem inter Prætermiſſos col.* 1 *poſt* Alwredam — *adde* —

SS. Luci & Montani *nomina, inſcripta vetuſtiſſimo Carthaginenſis Eccleſiæ Kalendario Tomo* 3 *Analect. Mabilionii, videntur eorum eſſe, quorum Acta Bollandus illuſtravit* XXIV Februarii.

*Pag.* 235 *col.* 1 *lin.* 9 — dele — *ineditum hactenus.*

*Ibidem lin.* 21 — *Ordini* — l. — *Ordine.*

*Ibidem col.* 2 *poſt* Hemelaidem Virg. *ponatur.*

Domnus Joannes Patricius, *celebratur hac die in veteri S. Cyriaci Martyrologio, prætermiſſus in exemplari Romæ nobis miſſo, ſed indicatur à Mabilione, qui autographum recentius ac diligentius ſcrutatus, ipſum ibi reperiri aſſerit Pag.*57 *Muſæi ſui Italici; ubi ſuſpicando quærit*, an is ſit, cui prima ſanctæ Mariæ Majoris conditio tribuitur? *quod minime viſum eſt negligendum, cum uſui eſſe poſſit ad diem, quo Baſilicæ iſtius Dedicatio agitur*, V Auguſti.

*Pag.* 239 *num.* 3 *lin. antepenult.* —— *ſe* — l. — *te.*

*Ibidem num.*6 *lin.*3 — conniat — *l.* — conveniat.

*Pag.* 243 *num.* 4 *lin.* 13 — ſine — *l.* — ſive.

*Pag.* 249 *col.* 2 *lin.* 2 — *argumenti* — l. — *argumentum.*

*Pag.*253 *col.*1 *lin.*8 — vivo — *l.* — vino.

*Ibidem num.* 5 *lin.*11 — deſcindere — *l.* — deſcendere.

*Pag.*255 *Annot.* c — ſic lege — *Coluntur SS. Machabæi* 1 *Auguſti, Mauricius cum ſociis* 22 *Septembris; primus antiquitus ſacra eccleſia fuit, aliorum Titulus eidem poſterius acceſſit.*

*Pag.*257 *num.*1 *lin.*6 — *Menologii,* — l. — *Menologio.*

*Pag.*258 — adde — *ſequentem Commentariolum*

# DE S. MEDICO CONFESSORE.

D. P.

## *OSTIELLI IN BLESENSI GALLIÆ TERRITORIO.*

*Colitur præcipue feria* 2 *Pentecoſtes*

*Varto à Bleſenſi civitate Milliario ad Orientem, prope Cambordium, deliciis Regiis celebrem locum, jacet* Oſtiellum, *vulgo* Huiſſeau; *ubi in honore ſingulari eſt* S. Medicus, *ſive (uti capſa corporis cuſtodi inſcribitur)* Medycus, *vulgo* Saint-Mie. *Eſt autem capſa illa elevata poſt majus altare parochialis iſtic eccleſiæ, & ſecundâ feria Pentecoſtali quotannis proceſſionaliter circumgeſtatur, ac deinde Miſſâ alterâ, de eo ut Confeſſore faciendâ, honoratur; quamquam natalis ejus dicatur eſſe* XXIII *Maji, quo tamen nihil fieri ſolet; ne ſcilicet ab agreſti labore plebs ruſticana abducatur. Creditur profeſſione artis ſuæ ſutor fuiſſe, & vixiſſe ſeculo* VIII *aut* IX. *Idem Bleſitis in parochiali Dominæ noſtræ in* Burgo-mediano, *Gallice* Bour-moyén, *capellam ſui nominis habet feſtumque hoc die: nomen autem creditur per* Y *paſſim ſcribi, ſicut &* S. Amyci, *qui colitur* XII *Octobris cum S. Amelio, ut proprium nomen ab appellativo diſtinguatur. Atque hæc ſunt omnia quæ de ipſo nobis ſuggerere potuit hujus operis ſtudioſiſſimus, & circa propriorum cuique loco Sanctorum cultum curioſiſſimus Claudius Caſtellanus, in autumno anni* MDCLXXXIV *verſus illas partes profectus, ad accurationem ſingulorum notitiam ſibi acquirendam; ſed quia neque Curatum neque Vicarium ejus in loco reperit, plura tunc quidem diſcere non potuit, operam tamen ſe daturum promiſit ad obtinendum ſiquid haberi ultra poſſit. In hanc ſpem dilatus à nobis & pene oblivioni datus fuerat Sanctus, quando novis litteris moneor nil ultra expectare, ſed quod de eo poſſum hoc loco dicere.*

*arte Sutor, vulgo S. Mie dictus.*

## DE S. GUIBERTO.

*Pag.*259 *num.*1 — adde — *Gemblacenſe fatem dicatum fuit S. Petro apoſtolo, & S. Exuperio Martyri exlegione Thebæa, cujus ibi verquam notabiles Reliquias, anno* MDCXXIII *repertas, enumerat Ryſſius in Hercazophylacio Belgico. Eorumdemque cauſa ipſum Menologiis Sanctorum Belgii adſcripſit Molanus: colitur autem Gemblaci* XXII *Iulii.*

A *Num.2 ſic ordire* — S. Guiberti *cum laude ſingulari meminit Libellus de Geſtis Abbatum Gemblacenſium, Tom.6 Spicilegii Acheriani inſertus, & uſque ad Octavum Abbatem Anſelmum, anno* MXIII *electum, perductus. Vno deinde ſeculo poſt, juſtam ejuſdem* S. Guiberti *Vitam ſcripſit Sigebertus &c.*

*Ibidem lin.7 poſt* — *habuimus* — adde — *Mabilio ſeculo 5 Benedict. eamdem inſeruit, qualem Tom. 2 Bibliothecæ Cæſareæ Pag.898 & ſeqq. ex Ms. Viennenſi edidit Lambecius, ad quam ſecundam Mabilionis editionem (nam Viennenſem necdum habemus) contulimus noſtram. Eique ſubjunximus per modum* Appendicis, *ex præcitato libello, primi Abbatis* Erluini *Vitam, haud parum lucis allaturam ipſi Vitæ* S. Guiberti. *Habuimus &c.*

*Ibidem lin.* 14 *poſt* — *inveniri* — adde — *Nihilo plus in ſuo itinere Belgico inveniſſe ait Mabilio, & prædictæ Elevationis compendioſam relationem recudit, ex Lambecii editione, verbotenus deſumptam ex pleniori noſtra, demptis initio ac fine, prout aſteriſci infra notandi indicabunt. Addit Mabilio, ex eodem Lambecii opere,* Deſtructionem vel potius Combuſtionem monaſterii Gemblacenſis, quæ facta eſt anno MCXXXVII, à prima ſui combuſtione anno XXX, ſcriptore Gui-
B berto tunc Abbate Gemblacenſi. *Sed hujus cladis narratio nihil habet quod pertineat ad* S. Guibertum. *Authertus Miræus &c.*

*Pag.260 num.1 lin.1* Germienſi — *l.* — Darnuenſi.

*Pag.261 num.4 lin.24* — competerat — *l.* — compererat. *& Ann. a ſic incipe* — Germienſi *quidem habet Ms. Trevirenſe, & ex hoc veroſimiliter Surius; quem ſecutus Ortelius*, Germium *dixit eſſe* pagum Lotharingiæ: *ſed Ms. S. Maximini & Viennenſe ſcribunt* Darnuenſi: *eſſe autem* Darnay *&c.* — *& lin. ult.* — *l.* — in Comitatu Lomacenſi atque Darnuenſi, *quaſi vel unus idemque ſit Comitatus, vel de utriuſque confinio aliquid Gemblacum teneat. Lomenſis autem ſeu Lomacenſis Comitatus vulgo* Lomage, *hodierni Namurceſii partem conſtituit.*

*Annot.* i *Surius & Ms. Viennenſe*, Menſuram.

k *Idem cum eodem Ms.* conniventia.

l *Adde* — *ubi dicitur quod* Domnus Wibertus, *præter iſtac avia ſua dona*, de paternis vel maternis bonis hereditatis ſuę legales faciens traditiones, dedit quidquid jurium viſus eſt habere .... in Comitatu ſcilicet Breibant, in loco Malin eccleſiam ac decem manſos de Leitzinis, quos filio ſuo Wiberto mater ſo-
C lummodo cum fratre ſuo Oilboldo legaliter tradidit.

*Num.6 lin.4 ad nomen* Erluini, *adde litteram* m. *& ad Notas* —

m *Ottonis diploma prædictum docet, quod* Wibertus, *in conſtruendo &* fundando monaſterio Doctorem habuit venerabilem Erluinum; qui & ipſe Canonicam qua vivebat Regulam, mutavit in Monaſticam vitam: & quod ipſum præfatus Wibertus, poſt ædificatam eccleſiam & officinas clauſtri, quas ſimul conſtruxerant, ſibi elegit Abbatem, & cum omnibus quos accerſivit Monachis commiſit regendum. *His conſentiens coævus Erluino Fulcuinus Abb. Lobienſis, in geſtis deceſſorum ſuorum, de* Guiberto *cum laude ſcribens, ait, quod illum Gemblaci* Abbatem, cui ipſe pauper Chriſti obediret, præfecerat: *& conſequenter Chronographus Gemblacenſis*; Salubri, *inquit*, ductus conſilio [Guibertus] totum ſe ejus ſubmiſit magiſterio, eumque Abbatem delegit, & præfecit ſibi Fratrumque ſuorum Collegio. *His ſane indicatur* Guibertus, *Monachus factus Gemblaci: & tamen Sigebertus mox infra, Gorziæ id factum videtur indicare. Fortaſis Habitum quidem ſub Erluino accepit Gemblaci, qualem ſolent ii quos Donatos vocant, velut Benedictini Ordinis Tertiarios; deinde, firmatis undequaque rebus, nolens eo manere loco,*



*ubi quodam quaſi patronatus jure conſiderandus eſſet tamquam primus Fundator; ad perfectam converſionem abiit Gorziam, vitam ibi, abſque ulla honoris cujuſquam prærogativa, ut abſoluta profeßione Monachus, inter Monachos ducturus.* D

*Pag.263 num.13 lin.7 à fine poſt*, præſumat, *adde litt.* h; *eamdemque ex margine huc retrahe.*

*Ibidem Annot.* e — lege — *Erluinus dicitur vixiſſe uſque ad annum 986.*

*Pag.264 Annotationes* h *& i totæ deleantur, pro eiſque hæc ponatur.* ———

h *Integram Bullam exhibet Lambecius, poſt, eumque Mabilio: ſub hac clauſula*, ſcriptum per manum Bonifacii, Regionarii ac Scriniarii ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, in menſe Martio, Indictione XI. Datum VIII Kalendas Aprilis, *&c. ut hic ſequitur*, in menſe ac Indictione quibus ſupra. *Indictionem tamen* XII, *non vero* XI, *exigunt* Benedictus, *ordinatus an.975, 25 Aprilis vel 2 Maji (uti hoc ejus initium ſtatui in Paralipomenis ad Chronolog. Pontif. mutata priori de 19 Decembris ſententia) &* Ottho II, *Romæ coronatus 25 Decembris 967, quorum annus hinc 16, inde 9 concurrunt cum anno 984. Verum annus iſte eſſet ab exordio monaſterii, circa 924 fundari cœpti, ſexageſimus quartus; & Pontifex ſcribit*, Religioſo Abbati venerabilis monaſterii ..... noviter conſtituti ..... in loco qui vocatur Gimblaus. *Unde occurrit mihi ſuſpicari, genuinam primæ confirmationis Bullam, eſſe, non* Benedicti VII, *ſed* Agapiti II, *qui anno ſui Pontificatus* VII, *menſe Martio adhuc numeraverit Indictionem* XI, *concurrentem cum anno Chriſti 953, utpote primum ordinatus anno 946, die 2 Iunii, ſecundum noſtram poſteriorem correctionem.* Agapiti *autem Privilegium innovaverit anno 9 ſui Pontificatus, Ottonis II 16*, Benedictus *præfatus: quod, originalibus deperditis, occaſionem dederit utriuſque Bullæ auctores & datæ notas conflandi in unum. Favet huic conjecturæ Sigebertus in Chronico ad an.954 ſic ſcribens*, Immunitas noſtræ, Gemmelacenſis ſcilicet eccleſiæ, etiam Apoſtolica auctoritate à Benedicto Papa corroboratur, anno ſeptimo Pontificii ejus. *Favet eidem conjecturæ, quod in Ms. quo uſus Surius, poſt* annum XVI Ottonis *ſcriptum inveniatur*, qui eſt annus Domini 953. *Non potuit id quidem, ita per zyfram ſcriptum, niſi à manu novitia eſſe, ſed annus ex antiquiori traditione haberi potuit. Erat autem is* Ottoni, *non* Secundo, *ſed* Primo, *Regni quidem in Germania, à morte patris, 2 Iulii an.936 obita, currente Martio decimus ſeptimus, in Italia vero annus 2 vel 3: ſed is coronam Imperii primum accepit anno 962: & ſolos Imperatoris coronati annos ſolent in ſuis Bullis Pontifices numerare ut veroſimilius ſit annum 16 Imperii, ad* Otronis II *&* Benedicti VII *confirmatoriam Bullam pertinere.* E

*Annotatio* k *etiam deleatur, utpote ſpectans ad finem Cap. 3.*

*Pag.265 num.18 lin.15 ad* — Oilbaldus — *adde litteram* h, *etiam in margine* — *& ſimiliter num.19 lin.11 ad* — carro cum bobus — *litteram* i: *ac denique in fine ejuſdem num. litteram* k.

*Ibidem Annot.* b *adde* — *Ceterum* Bratuſpantes, *ob ſolam nominis affinitatem abuſive pro* Brabantis *accipi, patet ex Iulio Cæſare, cui* Bratuſpantium urbs *eſt, inter Bellovacos & Ambianos, deinde* Cæſaromagus *dicta, hodie ſecundum aliquos vicus* Grandevillare.

*Annot.* g — *Hinc liquet, quam parum accuratus Chronologus fuerit Sigebertus, & quam facilis ad res temporaq; confundendas: qui excæcationem Erluini, factam anno 958, præmittit Vngarorum incurſioni.*

h *Eccum alium Sigeberti Anachroniſmum; nam (ut ad S. Ioannis Gorzienſis Vitam recte obſervat Mabilio, contra Bollandum noſtrum, Sigeberti auctoritate abreptum) conſtat prædictum Ioannem, 2 Abbatem Gorzienſem, obiiſſe . cum* quadrageſimus in ſancto propoſito ei annus erat; *qui,*

A *ipſo atteſtante Bollando, ducendus ab anno 933, atque adeo adhuc vixit an. 973, Ioanni autem ſucceſſit* Oilbaldus: *ut hic, jam Abbas, adeſſe non potuerit morienti Guiberto; ſed vel Eginoldus, primus Abbas, nominandus Sigeberto fuerit; vel, ſi hic anno 960 obiit, ipſe* S. Joannes.

i *Notat hic Mabilio, quod* Boum frequens apud veteres Francos uſus erat, in vehendis etiam Nobilium carpentis. *Sic in Vita S. Vdalrici Epiſcopi Auguſtani, quam hoc ipſo Tomo illuſtrat Mabilio, & nos tractabimus 4 Iulii, magnificum ejus in publicum procedentis comitatum deſcribens Auctor, cap. 5,* fuerunt, *inquit*, etiam electi de familia ſemper qui [carpentum ejus] trahentibus bubus ductores fuiſſent, & eum ante & retro, ad dextram & ad lævam ejus, caute obſervaſſent.

k *Ms. Compendium Vltrajectinum addit*: Ad cujus tumbam exhinc innumerabilia acciderunt miracula, ſicut liber confectus inde teſtatur. *Poſt hæc ponatur.*

# APPENDIX.

## De Vita Ven. Erluini Abbatis.

### *Ex libello de Geſtis Abbatum Gemblacenſium.*

a *Colligitur ea vita, ex frugmentis Richarii,*

VItam Erluini, primi Gemmelacenſis Abbatis, Richarius Monachus ejus, ad Notgerum *a* Leodienſem Epiſcopum, metrice deſcripſit: ſed neſcimus quomodo accidit, quod, diſſipatis & interciſis ſchedulis, à memoria hominum deperiit: unde quaſi particulas diſciſlæ veſtis colligentes, & quidquid de eo ſcriptum ubiq; invenimus ſimul aſſuentes, fecimus ut ſaltem hęreat ſibi quaſi unius corpuſculi compages. Ne ergo exordium ex ambiguitate alicujus conjecturæ vacillare videatur, verba ipſius Richarii in fundamenti ſtabilitate jaciuntur.

*In præfatione virtutes Erluini ſum matim complexi,*

2 Venerabilis itaque Erluinus, patris proprii ſtudio litteralis ſcientiæ imbutus documentis, cum in præſenti ſeculo cerneret nihil agi utilitatis; cœpit æſtuare ejus rudis affectus, dans operam ut, poſtpoſitis vitæ lubricæ phaleramentis, Cœnobitarum ſponte conglomeraretur phalangi. Mœnia
C ſiquidem Gemmelacenſis cœnobii, pariter cum Domno Wiberto, Dei cultore, conſtruere viriliter ſategit: ejus quoque adminiculatione cohors Mo-
b nachorum *b* puerorumque communiter degentium conglutinata eſt haud exigua. Omnibus enim carus extitit. Singularis caritatis & fervoris alacritatem, advenis & pauperum catervis, condigne rependere noverat. [Noverat &] ſimplicibus myſteriorum profunditates depromere, in ſolvendis ac opponendis ſagax aſſertionibus, adverſus malignorum procellas vigens ac ſolidus, rebus in adverſis ſubmittere nolens animum, ſobrius per pacis proſpera. Redundabat amor & timor in ſubditis, dogma redolebat in alumnis. At vero quem nulla quiverunt adverſa movere, licet concuſſus & agitatus ſit moleſtiis acerbis, contendit jugiter virtutum gradibus polorum ſcandere regna. Novit enim quod felicem tranquilla non faciant; verum mens bene ſibi conſcia, quanto magis atteritur, tanto amplius ſplendeſcit. Gaudia vero lubrici ſeculi, quo magis vernando pollent, & amplius ſe ſpatiando trahunt inceſſibus, hoc amplius noctis tartareæ ſubeunt penetralia, ſublatoque lumine ruunt morte perimente peſtifera. Sane Patronum ſupra memora-
tum, laude digniſſimum, cum clauſum ſepta cœnobii tenerent, abſconditum mundo, verùm vernantem polo, utpote ſidus ſplendidiſſimum, dictis pariter & actibus radiabat ubique; Monachorumque & Clericorum concionibus formam vitæ, ſuper aſtra ferentis, totis niſibus cœlebs oſtendebat: & ad cæleſtis conſortium Jeruſalem de noctis valle vocatos, quo virtutum gradibus lucis ſcandere itinera certarent, multis modis hortabatur. Talium ſiquidem floribus redimitus ſtudiorum, vitæ perennis ſemina humanarum mentium ſerens præcordiis, innumerabiles hominum phalanges propriis inſtruens exemplis, noxia mundi deſpicere, & ſalutare vivendi propoſitum docuit adire. D

*deinde vespasibus proſecuti,*

3 Hæc de rudimentis vitæ & converſatione Erluini Abbatis, ſupradictus Scriptor, in ipſo orationis procœmio, per anticipationem declaravit. Tempus quoque quando claruit, in textus ſui limine, ſtatim inſinuavit, & virtutem actuum ejus iterando aptius confirmavit, ita exorſus:

1 Ottonis *c* fuit hic ad tempus Regis in aula, c
3 Terrigenis ſpeculum, lux, & imago Dei *d*. d
2 Aſt ubi devotus fidei ſumpſit documenta, *quorum hic datur initium.*
4 Sincero Dominum corde ſequi ſtuduit.
5 Quam patiens, & quam dulcis, quantumque benignus E
20 Jugiter extiterit, quis memorare queat?
6 Nam placidus degens, lenibat corda furentum,
22 In mores pacis de feritate vocans.
7 Alloquio blandus, mira gravitate modeſtus;
23 Non aſper, non trux, non violentus erat.
8 Mitis erat cunctis, ſuavis, pius, atque benignus,
24 Gratus, blandiloquus, compatienſq; bonis.
9 Quem mœſtum vidit, quem triſtem, quemque dolentem
25 Affectu patris ſubveniebat ei;
10 Affatu dulci mœrentia pectora mulcens,
26 Angorem preſſit, gaudia læta dedit.
11 Quam præſens parcus fuerit potuſq; cibique,
27 Oſtendit ſancti vita probata viri.
12 Eſuriem qui tam tenui ſuſpenderat eſca,
28 Quo frænata magis quam ſaturata foret.
13 Et ſitis ardorem modica dimoverat unda *e*, e
35 Juſtitiam eſuriens, juſtitiam ſitiens.
14 Illud in ore canens, illudque in ore volutans,
29 Pane quod in ſolo non bene vivit homo:
15 Sed virtute magis Verbi mens paſcitur, ex quo F
30 Perpetuæ lucis gaudia vita capit.
16 Inſomnes noctes hic ducere ſæpe ſuëtus,
31 Pulſabat cæli fletibus aſtra piis.
17 Pervigili cura fortes aptabat habenas,
32 Spiritui cogens membra ſubacta dare;
18 Munditiâ ut cordis ſuperoque ardore caleret,
33 Arceret flammas carnis ab igne datas;
19 Utque animus cælo vigil & ſuſpenſus in ipſo,
34 Ac terris poſitus jam ſuper aſtra foret.
22 Cæleſtis verbi meditamen in ore tenebat.

*Cætera deſiderantur.*

*Ex Clerico Monachus Erluinus,*

4 His vivendi documentis non tantum initiatus, ſed ad plenitudinem uſque inſtitutus, vixit in Clericalis Ordinis habitu quam potuit laudabilius: ſed quia ipſe Dominus pars hereditatis eſt Clericis, ſecundum nomen ſuum, in ſortem Domini electus, ambiebat ſagaciter, ut funes hereditatis caderent ſibi in præclaris. Ideo proficiens de virtute in virtutem, de Canonicæ regulæ gradu ad Monachicæ vitæ aſcendit ſublimitatem: ubi non aliter vixit quam alios vivere docuit, quos ſuo exemplo ad ejuſdem propoſiti jugum ſuſcipiendum attraxit: ſciens juxta Dominicam vocem, quia qui Dominica

mandata

A mandata ſolvit, & alios ut non ſolvant docet, minimus vocabitur in regno cælorum. Quapropter bona & agendo & docendo, magnus in regno cælorum, in præſenti ſcilicet Eccleſia, merito eſt vocatus. Tam multiplici morum honeſtate uſquequaque commendatus, habebatur cunctis reverendus, & Dei timorem appetentibus per omnia imitandus. Multi etiam, quos ſecularis adornabat potentia, eum dignum judicabant ſua amicitia; pro eo quod in illo eminebat ſanctitatis reverentia, conſilii vigebat prudentia, & animas Deo lucrandi ſingularis ei erat collata gratia. Cui inter cetera hoc quoque addidit diſpenſatio divina, ut nobiliſſimi apud ſeculum, & devotiſſimi apud Deum, Wiberti ſeu Guiberti frueretur amicitia; ita ut mutuæ caritatis inter ſe indiviſibili conjuncti glutino, unum vellent & unum nollent in Domino; & ubi tam pia erat unanimitatis conſpiratio, nulla prorſus poterat ſubrepere contrarietatis inſpiratio.

*inter alios S. Wiberti amicitiam ſibi conciliat:*

5 Sed profecto credebat multum deeſſe ſibi, cum ipſe ſolus retraxerat pedem à vanitate ſeculi, quod adhuc pars altera animæ ſuæ, piiſſimus ſcilicet Wibertus, hæreret infixus in limo mundani profundi. Cupiens ergo amico ſuo Wiberto veraciter & perpetualiter frui in Domino, toto mentis ardebat deſiderio, ut eum poſſet lucrari in Domino; & omnem gratiam amicitiæ, qua apud animam ejus tam efficaciter pollebat, ad ſalutem animæ illius convertere geſtiebat. Nec prius deſtitit, quam eum, arctius infixum in lacu mundanæ miſeriæ & luto ſecularis potentiæ, fortiter injecta manu extraxit, & ſupra petram eccleſiaſticæ converſationis ſtatuit, & greſſus ejus ad iter juſtitiæ direxit, & hymnum novum divinæ laudationis in os ejus immiſit; deinde etiam in totius vitæ tenore exequendo ſtrenuus ei adjutor, fidus & circumſpectus conſiliator, & promptus in rerum opportunitate adjutor. Hoc denique incentore, baſilicam Deo & S. Petro ſanctoque Exuperio, [nec non] officinas, clauſtris monachicæ religionis competentes, ædificavit, res ſuas hereditario jure Deo delegavit, Fratres ad juge Dei ſervitium idoneos inibi congregavit; ſeque ſuaque omnia, ad ejus nutum obediens, ordinavit. Perpendens itaque præfatus Wibertus, hunc virum ſuis temporibus à Deo deſtinatum ad lucrandas animas, & bene expertus dirigi à Domino omnes vias illius, pro collato ſibi cælitus ſubſidio inceſſanter Divinitati agebat gratias. Unde ſalubri directus conſilio, totum ſe ejus ſubmiſit magiſterio; eumque Abbatem delegit, & præfecit ſibi Fratrumque ſuorum collegio; ut omni mundanæ ſolicitudinis onere depoſito, ipſe ſecurius & intentius contemplativæ vitæ invigilaret propoſito.

*cui Auctor factus dimittendi ſeculi,*

B

6 Igitur vir vitæ venerabilis Erluinus, non honorem, ſed onus ſuſcipiens monaſtici regiminis, eo ferventius cœpit inſudare regularis vitæ ſtudio, quo ſciebat ſe Deo rationem redditurum, non tantum de ſuis, ſed etiam de ſibi ſubjectorum ratiociniis: de cujus vitæ inſinuando ſtatu non opus eſt agere multo verborum ambitu, de quo conſtat non alia egiſſe, niſi quæ placita eſſent in veri Judicis conſpectu. Nec dubium, qui tam gratuite Deo placebat, pro bonæ intentionis oculo, quod etiam Dei amatoribus placuerit, pro bonæ actionis ſtudio; & qui bonis erat amatus & reverendus, non mirum quod contrariis Deo erat ſuſpectus & contrarius. Interius ergo animarum conſulens ſaluti, exterius autem corporum intendens uſui, ut prudens & fidelis pater-familias, utriuſque hominis proſpiciebat utilitati. Qui ſciens inſolentiam ſecularis potentiæ ſolere adverſari eccleſiaſticæ quieti,

*ei adjutor fit, ad fundationem Gemblacenſis cœnobii:*

*eujus deinde electus Abbas,*

*eidem prudenter conſulit.*

omnia quæ B. Wibertus legali teſtamento delegavit commiſſæ ſibi Eccleſiæ, Imperialis & Apoſtolicæ manus adſtipulatu fecit perpetualiter confirmari . . . . . *f.* EX CHR. GEMBL. f

7 Sed ad propoſitum opus redeamus, & quales quantaſque perſecutiones ſuſtinuerit vir religioſus Erluinus; qui etiam martyrium pro Dei amore ſuſtinere erat paratus, paucis aperiamus: quod quidem Fulcuinus Abbas non tacuit in libello, quem de geſtis Abbatum Lobienſium ſcripſit: ſed qua intentione ſcripſerit, ſi quis diligenter inſpexerit, plane intelligere poterit, quod veritatem quidem rei geſtæ digeſſerit, cauſam tamen rei magis ex motu animi, quam ex vero interpretatus ſit *g*. Is Erluinus, omnium bonorum amicitia dignus, utpote in ea acquirenda utiliter idoneus, & in ea conſervanda fideliter induſtrius, ſingulari amicitia confœderatus erat Raginero Comiti, qui ob proceritatem corporis cognominabatur Longicollus, qui tunc temporis principabatur *h* Haginoënſibus. Hic *i* Baldrici Leodienſis Epiſcopi avunculus fuit: &, quia ſua potentia in omnibus nepoti ſuo Epiſcopo patrocinabatur, Abbatiam Lobienſem in beneficium accepit: & mirum in modum, qui ſecularis potentiæ tyrannide formidoloſus erat toti Imperio *k*, venerabilis Erluini monitis ſalubribus libenter obediebat.

*Eodem familiarius utens Comes Raginerus.*

g h i

B k

8 Cum ergo, ut dictum eſt, tantâ efferretur inſaniâ, tanto tamen viro ſe ſubmittebat, &, ut cultum ſanctæ religionis exerceret in omni loco ſuæ ditionis, permiſerat: unde commiſit ei monaſterium S. Vincentii in loco *l* Sonegias dicto, ubi Clericalis Ordinis regula vigere debebat, ut ibi Monaſticæ vitæ Ordinem inſtituere deberet: ſed id, importunitate rei & temporis, infectum remanſit. Præpoſituram quoque Lobienſis monaſterii ei commiſit; ut, quanto ſibi adhærebat familiarius, tanto ſibi deſerviret fidelius; &, quanto erat religioſior, tanto ad Fratres ejus loci regulariter gubernandos eſſet intentior. Quod quia invitis Fratribus factum erat, Fratrum unanimitati ſatis diſplicebat: qui per facilitatem Prælatorum licentiâ illicita deteriorati, plerique etiam gloriantes ex nobilitate ſeculari, & ex perſonarum acceptione magis quam religionis ſanctitate rem omnem æſtimare aſſueti, ægre ferebant, illum, ex humili conditione & ex alio loco, ſibi præferri: & grave & intolerabile iis videbatur, à tortitudine morum ſuorum, ad normam regularis vitæ, per illum tam ſubito revocari.

*primum Sonegienſe monaſterium, ei committit.*

l

*deinde Lobienſem Præpoſitum facit.*

C F

9 Profecto, ſi rerum convenientia inſpiciatur, non nimis mirandum videbitur, quod Fratres, qui per remiſſiorem Paſtoris ſolicitudinem per tot annos à regulari obſervantia deſciverant, tam difficulter ad rectitudinem vitæ reduci poterant: non, inquam, mirum, ſi levitatis diſſolutio eos effrænaverat, quibus per annos plus nonaginta nulla Abbatum regularium paternitas exuberaverat; ſed mercenarii, & qui non erant Paſtores, quorum non erant oves propriæ, Dominicum ovile diſſipaverant. [Nempe] dum quæ ſua, non quæ Dei erant quærerent, omnia venalia habebant; & in Eccleſia Dei columbas, id eſt gratias Spiritus ſancti vendentes, domum Dei ſpeluncam latronum effecerant. Quod malum in caput iſtorum redundaſſe creditur, qui, ut mali paſtores, lacte ovium Dei impinguati, lanis eorum veſtiti, vilipendebant abigere lupos ab ovili Chriſti; &, quaſi canes muti, non valentes latrare, animas ſubjectorum patiebantur interire.

*invitis Monachis male diſciplinatis,*

10 Quis enim non execretur? quis, inquam, non abominetur? quod tanta incuria, ne dicam

EX CHR. GEMBL.

avaritia, animos Episcoporum incesserat, quod ab anno Domini DCCCLXV, quo odibilis Deo *m* Hubertus, frater Reginæ *n* Tietbergæ, fugato Harberto Abbate, Abbatiam Lobiensem invasit; usque ad annum Domini DCCCCLVI, quo Baldricus pulso Ratherio Cathedram Ecclesiæ Leodicensis accepit; locus ille, tantæ hactenus nobilitatis & religionis honore insignis, sine Abbatis prælatione perduravit. Nam postquam prædictus Hubertus, Abbas & Dux, justo Dei judicio, in bello extinctus interiit; Franco ei in regimine successit. & ipse post modum *o* Episcopus factus, Abbatiam Lobiensem subdi juri Episcopi Leodicensis, ex munificentia Imperatoris Arnulfi, impetravit: & post eum Stephanus, inde Richarius, post eum Hugo, & Farabertus. Omnes, inquam, isti, dum magnis Abbatiæ redditibus carere nolebant; & Præposituras, quas sub nomine & merito obedientiæ religiosis & timoratis viris committere debebant, quasi rusticanas villicationes, annuatim pretio dabant & adimebant; omnia divina & humana ibi confuderant, omnia sancta & profana promiscua haberi fecerant; & ita miserabili modo, quod sibi lucro esse putabant, ad animarum damna verti, vilipendebant. Ubi enim pecuniam primo quærendam esse proponebatur, scis profecto quia virtus post nummos ponebatur; ubi nullus honor virtuti locusque erat, quæ spes bona esse poterat?

m *ex quo in jus Episcoporum Leodien. transierant,*

n

o

B

*qui irritati expensis in Comitis tractatione factis,*

11 Igitur Fratres, cum nollent ad correctionis rectitudinem reverti, per omnia & in omnibus adversabantur prædicti viri voluntati; clamantes & conquerentes, res suas ab eo prodige dilapidari, & substantiam monasterii non moderate obsoniis secularium personarum extirpari, & maxime in servicio Comitis Ragineri. Hoc nomine protegebant culpam suam, obliti illam sententiam, qua

Reg. c 34 S. Benedictus nos regulariter informat; Ante omnia ne murmurationis malum, qualicumque verbo aut signo, appareat. Sed vir Dei, doctus in patientia sua habere animam suam, scuto humilitatis & patientiæ protectus, omnem adversitatum sustinebat molestiam. Sed quanta & qualia fuerint quæ pertulerit, ex scriptis Fulcuini Abbatis intelgi poterit. Non timuerunt de morte ejus tractare: &, ne longius sermonem protraham, tres eorum, quibus nobilitatis vanitas & juventutis robur, propinquorum etiam assensus, promptiorem ingesserat audaciam, cum magno & satis gravi ordinis & professionis periculo, dormitorium noctu aggrediuntur, ipsum extrahunt, & pertractum extra ambitum claustri inhumane tractant, oculis privant, partem etiam linguæ amputant, non tamen loquendi officio & usu ejus privatur. Hoc actum est XIII Kalendas Novembris, anno DCCCCLVIII *p*.

*pessime habitum excæcatumque ejiciunt anno 958.*

C

p

12 Ille taliter martyrizatus, ut nihil bonæ spei inter eos sibi superesse fero intellexit, tandem cessit: nam ita debilis & exoculatus navi imponitur, & *q* Gemblaus advehitur. Nec tamen hic labor justi viri per omnia infructuosus fuit, sed Christi bonus odor (quia aliis odor mortis ad mortem, aliis odor vitæ ad vitam fuit) vim benevolentiæ & fortitudinis suæ passim diffudit. Nam postquam, per incorrigibilem Fratrum levitatem, palam est deprehensum, Fratres sine Abbatis prælatione degere quam sit periculosum, deinde sub Abbate *r* eos agere permissum est; & restricta levitate Fratrum, statusque sanctæ religionis reformatus est: res etiam eorum, quæ per avaritiam & ambitionem majorum dissipabatur, ad communem Fratrum utilitatem ordinatius stabilita est . . . . . *s*.

q *Ipse reversus Gemblacum,*

r

s

13 Servus Dei ad monasterium Gemblacense reversus, re ipsa expertus, per multas tribulatio-

t

nes regnum Dei parari fidelibus, contemplationi & religionis pietati eo vacabat propensius, quo nihil pene ei arridebat exterius, per quod jam multis blanditiis posset commoveri aliquatenus. Nec multum dolendum sibi esse videbatur, quod illis oculis carendum erat, quibus etiam culices & cyniphes gloriantur; cum interior suus homo illis oculis perfecte delectaretur, quibus mundi corde Deum contemplantur. Ipse vir Dei Erluinus, nolens hic habere permanentem civitatem, ubi videbat ingruere tam multiplicem & tam contrariam malorum calamitatem; futuram, non manu factam, sed æternam, sibi suisque requirebat mansionem: & intelligens nulla re hanc melius inveniri, quam per concordiam fraternæ unanimitatis, ad opus pariter exequendum animum intendit omnimodis. Opus enim Deo placitum, & lucrandis animabus utile, à piæ memoriæ Domno Wiberto inchoatum, sagaciter implevit: scilicet illud collegium Fraternitatis adunavit, per quod omnes Dei timoratos, per totam pene Lotharingiam & Franciam, uno pacis & dilectionis vinculo invicem colligavit; ut omnes in Christo unum saperent, unum diligerent; unum vellent, unum nollent; nil inter eos perversum, nil inhonestum, nil diabolica æmulatione contractum, odio dignum, vel contrarietate esset diversum; ut vere pacifici filii Dei vocarentur; & confitentes alterutrum peccata sua, pro invicem orando salvarentur; eleemosynis, jejuniis, psalmis, spiritualibus hymnis ad hoc constitutis, supra pensum quotidianæ servitutis.

D

*egregium exemplum patientiæ præbet;*

*& omnibus istic optime ordinatis*

B

14 Talem vitam ducens vir magni nominis Erluinus, multis postea annis exemplum bene vivendi fuit omnibus. At postquam camino diutinæ tribulationis excocta est ad purum scoria peccatorum ejus; tandem tamquam aurum probatus, de fornace carnis est extractus; &, quod tamdiu exoptaverat, demum pervenit ad bravium supernæ vocationis, & in regno Dei duplicem accepit calicem martyrii & confessionis. Transiens ergo ab hoc mundo, quarto Idus Augusti *t*, sepultus est in ecclesia S. Petri; fideliter & efficaciter, ut credimus, interpellans aures Omnipotentis, pro omni familia S. Petri.

*Sancte moritur 10 Augusti.*

## ANNOTATA.

a Notkerus *vel* Notgerus, *Episcopus Leodiensis, sedit ab anno 972 ad 1007.*

b *Hinc intelligi videtur, primorum Gemblacensium propositum fuisse, juventutem litteras communiter docere, ac simul instillare pietatem; in eoque rem mansisse ab anno 924, usque ad an. circiter 946.*

F

c Ottonis, *scilicet I; sed hic primum regnare cœpit post mortem patris sui Henrici Aucupis anno 934. In hujus ergo aula ita solum potest dici floruisse* Erluinus, *quatenus Principis adhuc ministeriis fuit applicitus à patre Rege, fortassis Latinæ linguæ liberaliumque disciplinarum magister; ut illo ætate senior, & circa annum 890 natus fuerit.*

d *Quisquis hæc Richarii distichа primum transcripsit, eo ordine quem indicant præfixi numeri, quoque ea Achevius edidit; videtur ipsa reperisse columnatim descripta, sic ut in priori columna versus hexametri, in altera pentametri fuerint collocati; itáque ex ambabus columnis alternatim legendi versus, & integranda distichа forent: quod ille non satis capiens, primo duobus hexametris consequenter scriptis, subjunxerit consequenter etiam duo pentametra; tum, videns non satis commodum sensum sic haberi, magisque desperans in ceteris sic invenire meliorem; elegerit consequenter, scribere, primum hexametra omnia, tum pentametra. Ego naturali ordini cuncta reddere conatus sum.*

A e *Pentametron hoc quomodo ad ultimum locum delabi potuerit, ubi iſtud reperi, difficilius capio: & quamvis non omnino inepte ſuffigi ultimo hexametro poſſit, hic tamen videtur proprium ſuum locum habere.*

f *Hic inſeritur utrumque Ottonis*, Lotharienſium & Francigenum Regis, *Privilegium, quorum ultimum anni* 848 menſe Junio *perperam adſcribitur* Indictioni XII, *cum tunc fuerit ſolum* V: *deinde ponitur initium* Auctoritatis Apoſtolicæ à Benedicto Papa conceſſæ. *Sed quid ea ad* Erluinum? *cum data ſit anno Ottonis II 16, Chriſti* 984. *Iam dixi, videri Bullarum duarum characteriſticas notas confuſas; earum vero primam fuiſſe* Agapiti II, *datam anno* 953. *Et hic forſitan hærens hujus Chronici Auctor, vel is qui ecgraphum Acherio miſit, ſatis habuit primas Bullæ lineas dare.*

g Folcuinus, *Abbas Lobienſis, creatus anno* 965 *exeunte, vel ſequenti ineunte, obiit anno* 990; *intra quod tempus ſuum iſtum libellum ſcripſit, poſt geſta Abbatum Gemblacenſium reperiendum in eodem Tomo 6 Spicilegii Acheriani. unde tranſcriptum cap.* 26 *hic accipe.* Baldricus Eccleſiæ Leodienſi præerat: is avunculum ſuum Raginerum unice colebat, pro eo quod in Epiſcopatu adipiſcendo illum plurimum juverat: qui Raginerus, poſt mirificam illam Hungrorum liberationem, eccleſiam S. Urſmari (*cujus Acta ab Adſone, Abbate item Lobienſi; miracula vero, per hunc ipſum Fulcuinum conſcripta, illuſtravimus* 18 *Aprilis*) eccleſiam, *inquam*, S. Urſmari *Raginerus ille primus* non exhorruit violare, *extracto qui ad ſepulcrum Sancti confugerat Oduino, hoſte ſuo, atque ante veſtibulum occiſo.* Interea Erluinum quemdam ſibi intimum facit. Erat autem à Gemblaus monaſterio, quod quidam mundanæ nobilitatis Titulo inſignitus, Wibertus nomine, in proprio ſuo conſtruxerat; & in quo ipſe, vere converſus ex mundiali militia fuerat; quem inibi Abbatem, cui ipſe pauper Chriſti obediret, præfecerat. Hic Erluinus Raginerum adulatione aſſidua lactabat, & paulatim & per incrementa ad Laubienſis Abbatiæ dignitatem anhelabat: nec deſtitit, donec ad Præpoſituræ honorem, qui tunc major habebatur, amoto Blithardo ipſius monaſterii Monacho, invitis licet Fratribus proveheretur. Erat autem vir in exiguo ponens mendacium, cui ad verſutiam nihil deerat. Si reſpiceres ad religionem, nihil illo, quantum ad faciem, ſublimius; ſi ad voluntariam & invocatam ſæpe mundialium occupationem, eorumdemque indefatigatam percurſionem (quod Monachum minus decet) nihil illo abjectius. In ſermone ipſo tanta illi diverſitas, ut, cum proloqueretur, verba ipſa quaſi trutinaret; ad ultimum multimodas cavillationum ſtrophas, doctus verſutiarum rhetor, intexeret. Hic, quia, ut dictum eſt, invitis Fratribus promotus erat, unanimitati Fratrum exoſus erat. Contigit quadam die, inſtante vindemiarum tempore, conſedentibus Fratribus, & neſcio quid triſte confabulantibus, ſupervenire Erluinum: quem tanta cæde fuſtium multati ſunt, ut putaretur eſſe mortuus. Quos ut diſceſſiſſe perſenſit, paulatim palpitans ſubduxit ſe, & ad Bernardum tunc Advocatum confugit: cujus auxilio poſtea Ercliacum proficiſcitur, ubi quantum eſt inventum vinearum eliquat & abducit, & in locis opportunis recondit. Rogat præterea Raginerum cum Baldrico Pontifice, ut dies Natalitios Domini Lobiis celebrent, quod & obtinuit. Erat tunc videre abominationem deſolationis, ſtantem in loco ubi non deberet: nam Comes cum conjuge in ſacrario eccleſiæ manſitabat; & menſa, in qua ſacratiſſimum Domini corpus abſumebatur, miniſterium calceamentorum & paterarum ſeu ſcutellarum efficiebatur. Peracta igitur Natalitiorum dierum celebritate, Fratres ſibi minui, unde alii ingurgitarentur, in commune deplorant. Aſſumpta igitur audacia Fontanas petunt, villam quam Sambra alluit: ibi quantum vini eſt repertum, abducunt. Profectus fuerat Erluinus Bermeriacas, ut annonam quæ ibi erat venumdaret, in ſolutione debiti quo ſe in præfato obſonio oppignoraverat: quem Fratres inſecuti cum multitudine magna populi, ita in eum debacchati ſunt, ut mirum fuerit quod mortem evaſerit. Sed ad Abbatiam promotus, Fratres ſemper ſuſpectos habens, omnes à monaſterio præter paucos expulit. Qui ob hoc magis irritati (ne longius ſermonem protraham) tres ex illis, qui juventute & propinquorum adminiculo ceteris præſtabant, magno ſatis profeſſionis & Ordinis cum periculo, dormitorium nocte aggreſſi, eum extrahunt; & non longe ab ambitu clauſtri protractum, oculis privant, partem etiam linguæ amputant, ſed non uſque ad privationem loquelæ. Et quia, ut dicebat, martyrium deſiderabat, ipſe ſe refefellit; dum ſtatim poſt navi impoſitus, metuens ne denuo impeteretur, Gemblaus eſt devectus: & quod prævidere ante debuerat ſanus, declinavit debilis & exoculatus.

h Haginoënſes *hic dicuntur, qui nunc* Hannonii, *alias* Hainoënſes & Hainoarii, *à fluvio* Hagina, *aliis* Haina; *unde etiam* Hannonia, *vulgo* Hainau, *Teutonice dicitur* Henegow; *quomodo paſſim à fluminibus, addito* au *vel* gow (*quo fundus paſcuoſus & irriguus ſignificatur*) *appellantur illis adſita regiones. Alibi autem* Raginerus *hic vocatur* Comes Montenſis.

i Baldricus, *pulſo poſt Othonis Imperatoris morem Ratherio, ſuffectus à Leodienſibus* 956, *obiit* 959.

k *Guiſius in Annal. Hannoniæ volum.* 2 *pag.* 73, *aſſignat hoſtes Ragineri, quos omnes prælio non uno vicerit, Fratrem & Generum Ottonis Imperatoris, Comiteſque Flandriæ & Lovanii, cum pluribus Germaniæ Principibus.*

l Sonegiæ, *vulgo* Sognies, *Montibus Hannoniæ tres leucas, ſex vero Bruxellis diſtant, habentque etiamnunc inſigne Collegium Canonicorum.*

m Hucberti *hujus blaſphemam impietatem pluribus deſcribit Fulcuinus cap.* 12.

n Thietberga, *uxor Lotharii Regis, divortio ſuo quam matrimonio notior, an.* 862.

o Franco, *Epiſcopus anno* 856 *factus*, ad opus Eccleſiæ Leodienſis Abbatiam petiit *Lobienſem*, & conſentientibus Fratribus impetravit; facta prius conventione, ut medietas Abbatiæ Fratribus, inibi regulariter militantibus, in uſu communi deſerviret; aliam Epiſcopus ſibi & militantibus manciparet. *Ita Chron. Lobien. cap.* 15.

p *Hic ipſe eſt annus, quo cauſam Ragineri, de tyrannide in ſubditos, ac nominatim de uſurpatione eccleſiarum, Valencenis dijudicans S. Bruno Colonienſis Archiepiſcopus, tamquam Apoſtolicæ Sedis Legatus & Commiſſarius Imperialis, eumdem damnavit, & bonis omnibus mulctatum exilio relegavit; ut mirum non ſit, iſta tunc auſos Lobienſes.*

q *Moſæ ſcilicet adjacent* Lobiæ, *6 leucis ſupra Lemeppam, ad quam eidem Moſæ influens Orna, ſubeuntem 3 leucarum itinere navim deducere Gemblacum potuit.*

r *In Chronico cap.* 27 *narratur, quomodo Baldrici Epiſcopi ſucceſſor* Euracrus; D. Aletrannum, undecumque doctiſſimum, & in lege Dei exercitatum ac eloquentem, volentibus omnibus præfecit Abbatem: quinquennium *vero* poſtquam præeſſe cœperat, in magna ſpe futuræ gloriæ, defunctus eſt III Nonas Novembris anno 965: *eique ſuffectus ipſe Chronici Auctor Fulcuinus.*

s *Hic*

A s *Hic inſtituebatur prolixa comparatio inter* Erluinum *& S.* Benedictum, *cui refractarii Monachi ſimiliter mortem ſunt machinati per venenum, quod fracto calice effuſum fuit.*

t *Anno* 986: *ſiquidem Erluino ſuffectus ejus Frater,* Heriwardus, *obiit*, primis plus minuſve tribus annis in regimine elapſis; *& iſtum conſanguineus*, Erluinus *alter, excepit, & obiit* poſt quam annos pluſquam viginti tres ſub nomine Paſtoralitatis egit; *ac denique creatus eſt quartus Abbas* Olbertus, *anno* 1012, *cui numeroſi detrahas* 26, *relinquitur annus pratitulatus.* D

*Pag.*265 *lin.*3 *à fine poſt* —agnovit — *adde* * *iterumque Pag.*266 *num.*4 *lin.*20 *poſt* —;manſionem,*ita intelliges ubi incipiat atque ubi deſinat* compendioſa relatio elevationis, *quam ex Lamberto recudit Mabillio.*

*Ibidem num.*5 *lin.*19 Dei — *l.* — Deo.

# APPENDIX

## AD DIEM VIGESIMAM QVARTAM MAII.

*Pag.*271 *poſt Franciſcanos, ab Arturo relatos,* — adde ——

Joannes Prado *ejuſdem Ordinis primus Provincialis Provincia S. Didaci in Bætica, hoc die anno* 1631 *illuſtre martyrium paſſus eſt Marochii: cujus Reliquiæ, in Hiſpaniam relatæ, dicuntur varits illuſtrari miraculis; ob* B *quæ intelligo Proceſſus de eo jam haberi impreſſos in Congregatione Rituum, cauſam promovente Congregatione de Propaganda fide, cujus litteras detulerat in Mauritaniam, mancipia Catholica ad defectionem nutantia confirmaturus. De quo utinam aliquando plenius agere liceat, cauſa definita.*

*Ibidem col.*2 f*poſt* — S. Agrippinam — *adde* — *Item de* SS. Agrippina & Lauriana Virginibus Martyribus, *quarum hodie feſtum agitur Corveja in Picardia; credo propter Reliquias ſub iſta nomenclatura allatas Roma, & quia prius nomen huic diei reperiebatur adſcriptum.*

*Pag.*272 *de* S. Joanna *col.*2 *lin.* 1 — commoratur —— *l.* —— commemoratur — *& lin.*6 — *jurata* — l. — *curata.*

*Pag.*275 *de* S. Afra *col.*2 *lin.*4 *à fine*, — Sanctis Fauſtinu — *l.* — Sancti Fauſtinus.

*Pag.*276 *col.*2 *lin. ult.* — *locatum* —— l. —— *locatam.*

*Pag.*277 *de* SS. Zebello *&c. num.*1 *lin.*10 — *poteret* —— l. —— *poterit.*

*Ibidem num.*4 *lin. penult. eremiticum* —— l. —— *eremiticam*—*& ſequenti mox Titulo* Acta vitæ & Martyrii —— *l.* —— Acta S. Servuli.

C *Pag.*278 *col.*1 *lin. ult.* —— infenſiſſimam — *l.* —— infenſiſſimum.

*Pag.*279 *de* S. Donatiano *num.*3 *lin.*2 — Domitiano —— *l.* —— Donatiano.

*Pag.*280 *num.*1 *lin.* 28 —— Domine —— *l.* —— Domini.

*Pag.*282 *de* SS. Zoëlo *&c. num.*1 *lin.*15 — Martarum — *l.* — Martyrum.

*Pag.*283 *num.*4 *lin.*12 — dicentum —— *l.* — dicentium.

*Pag.*285 *de* S. Vincentio Lirin. *Num.*8 *lin.*16 — *Natalis* — l. — *Alexander: & ſic etiam infra, quia moneor, Francis inſolitum eſſe ſuo aliquem prænomine appellare: & noſter* Hieronymus Natalis, *ita ſuo cognomine notus eſt, ut pro alio poſitum* Natalis *nomen facile induceret confuſionem.*

*Ibidem num.*9 *lin.*15 — dele —— *diſtincte cognitum* —— & pone — *lin.*16 — *ut ab Eccleſia diſtincte cognitum.* — *& lin.*5 *à fine col.*2 — *tua* — l. — *ſua.*

*Pag.*289 *num.*12 *lin.*5 — gegeratim — *l.* — generatim.

### DE S. SYMEONE.

*Pag.*300 *num.*14 *lin.*3 *à fine* — *collos alata* — l. — *colles elatæ.*

*Pag.*302 *num.*23 *lin.* 5 *à fine* —*Virgines* — l. — *Virginis.*

*Pag.*304 *num.*33 *lin.*4 *à fine*,longo — *l.* — longe. E

*Pag.*309 *col.*2 *lin.* 5 — inerrabilis — *l.* — inenarrabilis.

*Pag.*326 *col.*1 *lin.*8 — ad te — *l.* — à te.

*Pag.*335 *in tit. cap.*10 — *infimi* — l. — *infirmi.*

*Pag.*352 *in fine num.*119 *& in margine ponatur littera* a *& num.*120 *lin.*1, *uti & in margine mutetur* a *in* b.

*Pag.*357 *num.*133 *lin.* 9 — conquiſimus — *l.* — conquiſivimus, — *& lin.*11, — diviva — *l.* — divina.

*Pag.*372 *lin.*6 — tertiam — *l* — tertium.

*Pag.*378 *num.*189 *lin.*6 *ad* τὸ filia *& in margine notetur litteras* b.

*Pag.*379 *lin.*14 — exciperet — *l.* — excipere.

*Pag.*391 *num.*223 *lin.*6 *a fine* — expedite — *l.* — expedire.

*Pag.*395 *num.*233 *lin.*7 — tua — *l.* — ſua.

*Pag.*404 *lin.*22 — filii — *l.* — fili.

*Pag.*413 *n.*27 *lin.*4 *à fine* — tuus — *l.* — tuas.

### DE S. MARTHA.

*Pag.*416 *lin.*4 *à fine* — Grandigura — *l.* — Gandigura.

*Pag.*428 *in Annot. lin.*5 *à fine* — *Pratera* — l. — *praterea.* F

*Pag.*431 *lin.*7 — advolutos — *l* — advolutus.

*Ibidem Annot.*b — *ſic lege* — Flabelli *in Græca Eccleſia uſum & formam vide apud Goar in Euchologio pag.*137. *Romana quoque Eccleſia ſolet ſummo Pontifici, procedenti ad altare & alibi in ſacris, præferre in longis haſtilibus geminas alborum pavorum caudas, easque appellat* Muſcatoria, *quaſi muſcis abigendis comparata.*

### DE S. THOMA SALO.

*Pag.*434 *n.*5 *ultimas duas lineas ſic mutabis* — *Hactenus verba* Euagrii, Σχολαστικῦ ἐπιφάνεως (*ut præfert librorum titulus*) ἢ ἀπὸ τῶν Ἑπτάρχων: *quod equidem non ſic reddiderim, ut cum Valeſio* Epiphanienſem *fuiſſe intelligam, ſcilicet genitum Epiphaniæ, aut Ciliciæ aut Syriæ* (*utraque vero ſolum* LX p. m. *diſtat Antiochia*) *ſed adjective ſumpto vocabulo reddam,* Scholaſtici illuſtris & unius ex Præfectis. *Verum licet neque Antiochia, neque vicina aliqua illi urbe natus fuerit Euagrius, neque omnino in Syria Magiſtratũ aliquem geſſerit; fuit tamen Antiochiæ tam frequens, ut Gerardus Voſſii libro de Hiſtoricis Græcis dicat, quod*

*Euagrio nec Epiphaniæ nato nec Antiochiæ Præfecto*

A *quod alterum ejus opus, hactenus ineditum, ordiantur* Relationes, maxima parte ex perſona Gregorii Epiſcopi Antiochiæ factæ. *Fuit autem* Gregorius *iſte, poſt annos circiter* XXIV, *tertius ab Ephremo hic memorato: adeo ut certiorem auctorem optare non potuerit Nicephorus Calliſtus, ſeptingentis poſt Euagrium annis Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſcribens, & lib.* 17 *cap.* 23 *eadem iiſdem pene verbis de* Thoma *referens; ſolum autem explicationis cauſa addens in Parentheſi, (ut ſciatur quo jure is peteret Antiochiâ annonam)* ἐκ γὰρ τ ἐκεῖσε ἐκκλησίας ἐτέτακτο, illius enim Eccleſiæ cenſebatur.

*Eodem quo Euagrius ſeculo ſcripſit* Ioannes Moſchus, *Prati Spiritualis auctor, ubi cap.* 88 *hæc leguntur*: Cum veniſſemus Theopolim *(ipſa eſt, quæ notiori nomine* Antiochia *dicitur)* Presbyter quidam ipſius Eccleſiæ narravit nobis de Abbate Thoma, quod Apocriſiarius fuerit cœnobii, quod eſt in partibus Apamiæ. Venit ergo Senex Theopolim pro utilitate monaſterii; & cum hic remoraretur, defunctus eſt in Daphne, in templo S. Euphemiæ: Clerici autem ipſius loci ſepelierunt eum, quaſi peregrinum, inter peregrinorum ſepulcra: ſequenti vero die humaverunt & mulierem, & impoſuerunt illàm ſuper eum. Erat autem hora ſecunda: circa horam vero ſextam evomuit illam terra: loci vero illius accolæ, videntes quod factum fuerat, mirati ſunt. Deinde rurſum veſperi ſepelierunt ipſam in eodem tumulo, & ſequenti die invenerunt corpus ſupra ſepulcrum: accipientes ergo corpus, in alio monumento ipſum poſuerunt. Poſt paucos autem dies iterum ſepelierunt aliam mulierem ſuper Abbatem Thomam, non cogitantes loci ipſius Clerici, quia non permittit quempiam ſuper ſe ſepeliri: & illum ergo rurſus evomuit terra. Tunc agnoverunt, quia non permiſit ſenex mulierem ſuper ſe humari; abeunteſque nuntiaverunt Patriarchæ Domnino; qui omnem ſimul civitatem cum cereis aſcendere fecit in Daphnen, & cum pſalmodia Sancti viri Reliquias in urbem ferre. Depoſuerunt autem Sancti corpus in Cœmeterio, feceruntque ſupra illud breve oratorium. *Hæc ille,* Aprocriſiarium cœnobii *vocans, quem* Procuratorem, *ſive* Agentem cauſarum, *nos nominaremus. Diſtat autẽ ab Antiochia Apamea ad* L p.m. *Sed Domninus, Ephremi ſucceſſor fuit, & in hoc potiſſimum Euagrii atque Moſchi relatio diſcrepat.*

*aitque ſub Patr. Domnino veniſſe pro negotiis monaſterii ſui.*

*ſimilia ſcribit de Thoma,*

B

*Hæc habebam jam pridem impreſſo Tomo* 5 *addenda: cum ecce in Romano Martyrologio, Gregorii* XIII *auctoritate vulgato, ad* XVIII *Novembris, duobus, inſignibus Antiochenis Martyribus* Romano & Heſychio *memorabilem, tertium additum audio* Thomam, *poſt Latinos aliquot Martyrologii Vſuardici Sanctos, hoc modo,* Antiochiæ S. Thomæ, Monachi, quem Antiocheni, ob peſtem ejus precibus ſedatam, ſolennitate annua coluerunt. *Licere ergo ſibi putaverunt Martyrologii Gregoriani Recognitores, ut Sancto ſibi noto ex ſolo Nicephoro (hunc enim ſolum allegat Baronius, ut teſtem annuæ feſtivitatis) diem bene ſibi viſum eligerent: & nos ſequi eos voluiſſemus, quamquam non uſquequaque probantes factum, ſi huc prius animum advertiſſemus.*

*Inſcribitur Romano Martyrolog.* 18 *Novem.*

E

D

# APPENDIX
## AD TOMVM SEXTVM MAII.
### DIE XXV.

C

Pag. 2 *col.* 1 *lin.* 24 *à fine* -- Prazza. l. Piazza.
Pag. 3 *col.* 1 *lin.* 21 *poſt* -- S. Vdalrici -- adde -- *nec non in pervetuſto Gellonenſi, ac membranis Argentinæ repertis nuperque Auguſtæ vulgatis.*
Pag. 6 *col.* 2 *lin.* 7 -- *Simulitudo*. l. *Similitudo.*
Pag. 23 *col.* 2 *lin.* 4 *à fine*, ἀυγένα. l. ἀυχένα.

### DE S. PASICRATE M.

Pag. 24 *num.* 6 adde -- *Dabimus ad* XXVII *Maji Acta Latina brevia* S. Julii Martyris, *ibidem Doroſtoli poſt* S. Paſicratem *paſſi, ejuſque præſentia in agone confirmati: quæ Acta videntur pars eſſe prolixioris hiſtoriæ, ipſius* Paſicratis & Sociorum *martyrium complexæ: quæ utinam aliquando integre prodeat: nam illud quantulumcumque fragmentum haud exiguam antiquitatem & ſinceritatem ſapit. Illa autem Hiſtoria ſi fuit (uti veroſimile eſt fuiſſe) ſermone Græco originarie ſcripta, merito optare poſſumus ut ſic etiam veniat ea noſtras ad manus.*
*Ibid. de* SS. Sentiana &c. *col.* 2 *lin.* 9 -- *quidam*. l. *quidem.*
Pag. 26 *col.* 1 *lin.* 5 ΚΑ'. l. ΚΕ'.
*Ibid. lin.* 9 *à fine* -- πλευρᾷς. l. πλευρᾶς -- & *lin.* 3 *à fine* πὸ. l. τὸ.
Pag. 28 *col.* 1, *n.* 4 *lin.* 14 -- *tempore*. l. *tempora.* -- & *col.* 2 *lin.* 2 *à fine* -- orat. l. ornat.
Pag. 35 *col.* 2 *n.* 31 *lin.* 7 -- incorruptile. l. incorruptibile.
Pag. 36 *col.* 1 *n.* 2 *lin.* 2 -- *altis*. l. *aliis.*
Pag. 37 *col.* 2 *n.* 27 -- *Valentianum Imperatorum*. l. *Valentinianum Imperatorem.*



Pag. 38 *col.* 2 *lin.* 2 -- *contractum*. l. *contractam* -- & *lin.* 12 -- *id (quod*. l. *(id quod.*
Pag. 40 *col.* 2 *lin.* 6, *dele* -- Dionyſius.
Pag. 41 *n.* 12 *lin.* 4 *à fine* -- *Ex Germaniam*. l. *ex Germania.*
Pag. 43 *n.* 20 *lin.* 3 -- *amantamque*. l. *ornatamque.*
Pag. 45 *n.* 6 *lin.* 1 -- Nurſiam. l. Murſiam.
*Item col.* 2 *Annot.* m -- ubi adde -- *Eutropius, Socrates, Sozomenus* Murſam *appellant. Fuit autem Caſtellum in Gallia, biduo fortaſis diſitum Lugduno, ubi Magnentius ſeipſum interfecit.*
Pag. 64 *n.* 8 *lin.* 10 -- Ludovici. l. Ioannis.
Pag. 65 *col.* 2 *lin.* 1 -- illæſæ, incorruptæ. l. illæſi, incorrupti.
Pag. 67 *col.* 2 *lin.* 15 -- CCCXXXIX. l. CCCCXXXIX.
Pag. 68 *col.* 1 *lin.* 24 -- MDLXXXIII. l. MDLXXXIV.
Pag. 71 *n.* 2 *lin.* 16 -- ſpernabant. l. ſpernebant.
Pag. 73 *col.* 1 *lin. antepen.* -- *primo Francorum Rege* -- adde -- *Chriſtiano.* -- & *in marg.* -- *vocatum*. l. *vocatus vtcus.*
Pag. 80 *n.* 6 *lin.* 11. Veſtra. *l.* veſtræ.
Pag. 82 *Annot.* a *lin. penult.* -- *ex alius*. l. & *alius.*
Pag. 87 *Annot.* f *lin.* 2 -- *ficto*. l. *fictio.*
Pag. 99 *col.* 2 *lin.* 9 *à fine* -- *ſolidum*. l. *ſolidam.*

### DE S. IOANNE PSICHAITA.

Pag. 101 *col.* 1 *lin.* 4 Ψ'χη. l. Ψίχη.
*Ibid. col.* 2 *lin.* 11 poſt -- *invenientes*, adde -- *Neque ab hac ſententia me dimovet, quod Synaxarium Baſilii Imperatoris* Ψυχαϊτῶ *etiam ſcribat, eumque*

A *Monachum factum dicat ἐν τῇ λαύρᾳ τοῦ Ψυχαϊτοῦ. Lauras enim prepriè dictas extra Palæstinam nullas novimus: ſed nec ullam iſtic eo nomine celebrant Vitæ SS. Sabæ, Theodoſii, Euthymii, aliorumque ibi Sanctorum, in quibus frequens celebrium lauratum & cœnobiorum iſtic conſtitutorum mentio. Potius ergo quam Ioannem in Palæſtinam ablegem, dixerim, loco, in quo Conſtantinopoli degerit, abuſive aptatum nomen* lauræ, *pro* recluſorio; *idemque ab ipſo ibi defuncto obtinuiſſe, ut* Pſichaitæ *cognominaretur, non autem id cognominis antea ab alio quoquam habuiſſe. Demum &c.*

## DE S. GREGORIO PP. VII.

*Pag.* 104 *n.* 7 *lin.* 20 — perfugium . *l.* perfügum — *& lin. ult.* ic ſcribe ıc.

*Pag.* 111 *col.* 1 *lin.* 11 — *uſurpatarius* . l. *uſurpatarum.*

*Pag.* 114 *Annot.* d *lin.* 1 — *agris* . l. *agri* — *& Ann.* h *lin.* 1 — *debimus* . l. *dedimus.*

*Pag.* 116, *cap.* 3 *in tit. Gregorii* . l. *Gregorio.*

B *Pag.* 121 *n.* 37 *lin. antep.* — exercitum . *l.* exercituum.

*Pag.* 122 *n.* 40 *& 41 ſic ſcribatur ſynopſis marginalis, ut in hac pagina non fruſtra legantur, quæ ad ſequentem ſpectant ibique inveniuntur:* itaque ad n. 40 col. 1 ſcribe — *ipſum excommunicat — col.* 2. — *ac pœnitere ſimulantem recipit in gratiam* —& ad iterum 40, — *à quo nihilominus, nova conſpiratione freto,* — n. 41 *in nocte Nativitatis* — pag 123 col. 1 — *non obſtante ſubito imbre.* — n. 42 — *dum ad Præſepe Miſſam celebrat,* — *capitur &c.*

*Pag.* 126 *Annot.* g 19 *Aprilis* . l. 29 *Aprilis.*

*Pag.* 129 *Annot.* c adde — *Ita ego die* IV *Decembris anno* 1686, *ſed uſque modo, id eſt ad Martium anni* 1688, *aliud nihil vidi, quam formam ovi, quod in ædibus Maximorum Romæ, anno* 1680 *die* 4 *Decembris, tempore apparentis Cometæ, dicebatur peperiſſe gallinula, tunc primum ovipara; in cujus una parte cernebatur ipſe Cometes, perpendiculariter dimittens caudam, à ſummo ad imum, faſcia diverſicolore cinctum; ex lateribus vero circa caput habens novem ſtellas, quatuor hinc, & quinque inde: ex altera vero parte ſpectabatur major alius Cometes, ſeptem ingentibus quaſi radiis acuminatis coruſcus, atque infra eum phenomena tria, inſtar maxillarum radioſarum; cum pluribus per totam eam faciem ſparſis minoribus ſtellis: cujus ovi mentionem facientes Ephemerides Pariſinæ anni* 1681, *quas Eruditorum vocant, Diurno* I, *memineruut etiam Gregoriani iſtius ovi. Hinc forte ad nos pervenit fallax relatio, quaſi hujus etiam figura inveniretur antiquitus lineamentis expreſſa. Recentius iſtud certatim ſpectatum à curioſis, admirationi aliquamdiu fuit: ſed deprehenſa poſtea eſt impoſtura hominis, qui aqua encauſtica figuras iſtas induxerat teſtæ, uſus per ſummam imprudentiam ovo pene anſerino, & tali gallinæ nequaquam proportionato: qui etiam virgis flagellari meruit, quod perſonis tota urbe primariis illudere præſumpſiſſet. Sed ſi fraus potuit ovalem teſtam fictis ad prodigium coloribus tingere; an etiam ſupra ipſam anaglypho opere ſerpentem fingere? Non exiſtimo. Et hoc naturaliter forſan factum eſt, ex apprehenſione viſi à gallina ſerpentis; iſtud nequidem potuit veroſimiliter fingi, cum gallinæ, noctu dormientes ſub tecto, non ſoleant ſtellas contemplari, nec aliqua talis potuerit horrore viſi inſoliti Cometæ diſponi, ad eam ſpeciem ſuo ovo imprimendam.*

C *Pag.* 131 *Annot.* c *anno* 1066 . l. 1076.

*Pag.* 145 *n.* 11 *lin.* 11. ſanctum . l. ſanctam.

*Pag.* 150 *col.* 2 *lin.* 1 *anno* 107 . l. 1074.

*Pag.* 161 *col.* 1 *lin.* 1 aut . *l.* autem.

*Pag.* 162 de B. Clarito *num.* 1 *lin.* 10 * VIII . *l.* *XVIII.

*Pag.* 168 *col.* 1 *lin.* 5 numeroque . *l.* numenque.

D

## DE S. M. MAGD. DE PAZZIS.

*Pag.* 178 *n.* 7 *lin.* 3 *à fine* — *eorum* . l. *earum.*

*Pag.* 180 *col.* 1 *lin.* 11 *longè* . l. *longè.*

*Pag.* 182 *col.* 2 *lin.* 7 adde — deferri.

*Pag.* 226 *n.* 176 *lin. à fine* — vacans . *l.* vocans.

*Pag.* 228 *col.* 2 *lin.* 5 — reipſe . *l.* reapſe.

*Pag.* 248 *n.* 8 *lin.* 7 *à fine* — exactudine . *l.* exactitudine.

*Pag.* 254 *n.* 19 *lin.* 9 *à fine* — introcendam . *l.* introducendam.

*Pag.* 257 *col.* 1 *lin.* 1 — Matrem . *l* Matrum.

*Pag.* 258 *num.* 37 adde — *Hinc factum, ut parentes & conſanguinei, parum acquieſcentes picturæ iſti, aliam, diu forſitan poſt, ab ejuſdem tamen Titi (ut fertur) manu, exprimendam curarint, cujus ad me miſſum etiam ectypon eſt, ab optantibus eam potius operi noſtro inſeri, aut ſaltem (nam prior imago jam impreſſa in omnibus exemplaribus erat) ſculptam exinde imaginem alteram huic Appendici inſeri. Sed quo mihi adulteria artis? Maxime cum poſterior iſta, quanto formoſior, tanto ſecundum omnem veriſimilitudinem diſformior ſuo prototypo ſit: nec enim ſecundum magis minuſque explicatæ frontis oculorumque ſerenitatem differentia tota eſt; ſed vultus rotundior, naſique & oris menſura amplior, frontis autem & colli brevior in ſecunda iſta pictura. Habeant igitur ſuam illi, qualem voluerunt; Filiæ autem ipſius, gratulentur ſibi eam poſſidere, quæ magis congruit veritati; & cui ectypon hic cælatum eſſe ſimillimum omnes unanimiter proteſtantur, iterum à me interrogatæ, occaſione dubii, ex longe ſpecioſiori pictura, ſubnati. Si tamen aliquando hæc contingat ſeorſim recudi, ſuaque intereſſe putent Pazzii, ut etiam poſterior illa pictura ibi exhibeatur, non ero difficilis, ad obſequendum tali eorum voluntati.*

E *Pag.* 261 *num.* 50 *lin. penult.* — hortabat ut . *l.* tabatur.

*Pag.* 271 *num.* 99 *lin. antep.* — *relata* . l. *relatæ.*

*Pag.* 273 *col.* 1 *lin. ult.* — his . *l.* hic.

*Pag.* 276 *col.* 1 *lin.* 1 — plangeretur . *l.* plangeretis.

*Pag.* 294 *num.* 202 *lin.* 6 — charto . *l.* charta.

*Pag.* 300 CAPVT XXI . *l.* CAPVT XXII *& pag.* 302 — XXII . *l.* XXIII.

*Pag.* 308 *num.* 16 *lin.* 16 — tuæ . *l.* Iuæ.

*Pag.* 317 *n.* 52 *lin.* 13 — deducetur . *l.* deduceretur.

F *Pag.* 319 *n.* 63 *lin.* 16. — exundationis . *l.* exundationibus.

*Pag.* 326 *n.* 87 *lin.* 5 *à fine* — facerem . *l.* ſatisfacerem.

*Pag.* 341 *n.* 141 *lin.* 14 — jurato . *l.* irato.

*Pag.* 343 *n.* 149 *lin.* 18 — pon . *l.* poni.

*Pag.* 345 *num.* 157 *lin. à fine* — *lamina quadrata* . l. *lamina ovalis.*

*Ibidem num.* 154 adde — *Porro cum, hiſce jam impreſſis, curatæ pridem ſculpturæ exemplar mitto Florentiam, eo fine ut utriuſque tabulæ pavimentique deficientes adhuc formæ ſupplerentur; moneor, miſſam mihi delineationem exacte quidem reſpondere Ideæ, à Syro Ferro oblatæ Sereniſſimo Duci, ſed non uſquequaque jam facto operi; cui inter artificum manus procedenti, acceſſerint alia quædam ornamenta, tunc necdum expreſſa: puta utriuſque lateris portæ, egregie ſculptæ atque inauratæ; quarum una ad Capituli locum ducens, nunc etiam exhibetur (ſicut & forma interraſilis ex ære inaurato pallii ante altare) & aperiri tota poteſt; altera illi ſimilis quadamtenus eſt, eatenus autem differt, quatenus numquam aperienda, in ſuprema parte continet feneſtellam, per quam Sanctimonialibus ſacra Communio porrigitur. Iiſdem in lateribus, inter*

A *inter columnas, cernuntur ſtatuæ; quatuor ex ligno, ad modum marmoris dealbato, futuræ mox marmoreæ totæ, quibus mihi videntur* Mortificatio & Meditatio, Oratio & Contemplatio *repræſentari, prout earum duas ſuo loco hic collocatas vides, cum anaglyphis æris inaurati, inter candidi marmoris genios: qui genii abſunt ab anaglyphis, ex utroque altaris latere poſitis. Curavi etiam argumentum picturarum duarum, ſupra altare & portam ſiniſtri lateris nunc collocatarum, levi lineatura indicari potius, quam perfecte exprimi, quod etiam in anaglyphis factum; quia expreſionem magis accuratam non permittebat exilitas ſpatii. Omnia iſta, videlicet tres tabulas, quatuor ſtatuas, anaglypha ſex, majori in lamina ſeorſum celari, nec fert operis noſtri ratio, rerum geſtarum hiſtoriis, non artificum inventis publicandis deſtinati; neque temporis ad editionem reliqui ſpatium anguſtum, aliiſque magis neceſſariis ſculpturis curandis ægre ſuffecturum. Quare hic me excuſatum velim amiciſſimis viris, Antonio Magliabechio*

*exili in ſpatio hic leviter indicatur,*

*& Bernardo Benvenuto; qui prædicta (etiam pro dextero, quod hic non cernitur, latere)* D *ampliori forma curaverunt delineanda; hic quidem per manus Petri Dandini, pictoris celebris inter Florentinos; iſte, I. Baptiſtæ Bernuccii, magna ſpe adoleſcentis, uſus induſtria & penicillo. Quod ſi contingat aliquando ſeorſim excudi noſtrum* hunc de S. Maria Magdalena *laborem univerſum, ſicuti ſingulari volumine antehac prodierunt* Acta S. Ferdinandi Regis; *poterunt prædicta operoſius ac diſtinctius ſculpi, ad ſpecialem talis libri ornatum: quibus tunc fuerit operæ pretium addere picturas illas, quas intelligo deſignatas, conficiendaſque hac æſtate, pro triangularibus ſpatiis, adhuc vacuis inter arcus tholum ſuſtinentes: quando inſuper plaſticum è gypſo opus, quod cupulam ſuo convexo tegit, totum ſic inaurabitur, ut divitis hujus metalli fulgor, ex interludentis candoris fundo gratioſe prodiens, ſpecioſius reſplendeat.*

*accuratiora expreſſione in ſingularem editionem ſervata.*

*Pag.* 350 *num.* 76 *lin.* 8 ægræ. *l.* ægra.

# APPENDIX
## AD DIEM VIGESIMAM SEXTAM MAII.

*Pag.* 354 *num.* 2 *lin.* 19 — xx. *l.* xxv.
*Pag.* 358 *col.* 8 *lin.* 8 — ſolam. *l.* ſolum.
*Ibid. num.* 3 *lin.* 2 — è. *l.* &.
*Pag.* 362 *n.* 5 *lin.* 14 honoribilis. *l.* honorabilis.

### DE SS. PRISCO ET COTTO MM.

*intra & extra Vrbem.*

*Pag.* 365 *Poſt n.* 3 adde — 4 *Præcedenti autem quo noſtra hæc prælo parabamus anno* MDCLXXXVII, D. *Colbert Autiſiodorenſis Epiſcopus, utriuſque Martyris,* Priſci & Cotti aut Sociorum, *oſſa quædam indulſit Pœnitentibus Tertiariis S. Franciſci, vix quidquam ab habitu Capucinorum in Gallia differentibus; quæ Pariſios allata, fuerunt in ipſorum eccleſia, S. Mariæ de Picapulice dicta, extra urbem, honorificentiſime excepta die* XVIII, *intra capellam, quam exhinc placuit* S. Priſci *nominare, vulgo Autiſiodorenſi* Saint Prex. *Ad hanc tamẽ ſolennitatẽ cum populus invitaretur, impreſſo affixoq; programmate, in quo dicebantur eæ eſſe reliquiæ,* du grand Martyr S. Prix, *mota nonnullis ſuſcipio eſt, ne boni illi viri voluerint ſubrepere in credulitatem vulgi Pariſienſis, perquam devote affecti erga* S. Præjectum, *Epiſcopum Claromontanum & Martyrem, ſeculo Chriſti* VII, *de quo actum à nobis* XXV *Ianuarii, nam & hic vulgo* Saint Prix *aut* Prict *ſcribitur, ac* Prí *pronuntiatur. Malim credere majori cum ſimplicitate factum id eſſe; eo quod vulgi Pariſienſis pronuntiatio* Prí *propius ad* Priſcum *accedat, quam Autiſiodorenſium* Pré. *Præſtitiſſet tamen eas Reliquias in genere adſcripſiſſe* Societati S. Priſci, *quam ſub hujus præciſe nomine colendas propoſuiſſe.*

C

### DE S. AUGUSTINO EP.

*Pag.* 395 *num.* 53 *lin.* 17 & 18 — quos utroſque propter Chriſtum exiliatos. *l.* quos uterque propter Chriſtum exiliatus.
*Ibid. col.* 2 *ad Verſum* Hi ſunt Britwaldus — *adde* f, *etiam in margine.*
*Pag.* 396 *col.* 2 *poſt medium.* — *Vſum ab Excomm. &c. lin.* 6 *poſt* — *formula* — Adde — *Quid autem vetera aut peregrina allego? Paſtorale Mechlinienſe, an.* 1624 *expoſitum, quo hodiedum toto Belgio utimur, pag.* 48 *præſcribit* Ritum abſolvendi excommunicatum jam mortuum.
*Pag.* 397 *col.* 1 *lin.* 8 — *firmata* — adde — *ideoque ſupradicti Paſtoralis Rubrica addit conditionem,* Si *talis* dederit ſignum contritionis, ne eccleſiaſtica careat ſepultura, ſed Eccleſiæ ſuffragiis, quatenus fieri poteſt adjuvetur.
*Pag.* 399 *num.* 9 *ponatur in margine litt.* b — *& lin.* 9 *tam in textu quam in marg. litt.* c.
*Pag.* 407 *num.* 42 *lin.* 5 & 6, cubinum. *l.* cubiculum.
*Pag.* 411 *Annotationes* d *&* e *commutentur, & quæ ex* Hectore Boëtio *ſumpta eſt, fiat* d; *quæ vero de* Eadgita *agit, fit* e.
*Pag.* 413 *n.* 6 *lin.* 1 *ad vocem* — afficulis, *ponenda in textu & marg. litt.* d.
*Pag.* 418 *col.* 2 *lin.* 30 — auram. *l.* aurem.
*Pag.* 421 *n.* 33 *lin.* 12 *à fine* crederet. *l.* crederent.
*Pag.* 425 *n.* 43 *lin.* 13 juvavit. *l.* juravit.
*Pag.* 428 *col.* 2 *in med.* — obſecutoris. *l.* obſecutores.
*Pag.* 431 *n.* 60, *lin.* 7 — 20. l. 23.
*Pag.* 432 *col.* 2 *in medio, litt.* c *transferenda in lin.* 2 *num.* 2, *ad nomen* Henrici Imp.
*Pag.* 443 *col.* 2 *lin. penult.* — *eccleſiaſtico.* l. *eccleſiaſtici.*
*Pag.* 445 *n.* 6 *lin.* 3 *ad nomen* Audoëni *addenda litt.* f.
*Pag.* 446 *n.* 2 *lin.* 5 *à fine* — *politicis.* l. *politici.*
*Pag.* 452 *Annot.* c *lin.* 2 lege — *Sed hæc relata ſpectant.*
*Pag.* 457 *n.* 21 *lin.* 21 ferebatur. *l.* ferebantur.
*Ibid. n.* 22 *lin.* 8. CXXVII. *l.* CXXVIII.
*Pag.* 460, *poſt Vitam* S. Lamberti, *forte melius locabitur. Commentariolus* de S. Andrea Ordinis Minorum S. Franciſci, Mutinæ in Italia, *qui nunc habetur pag.* 841 *in addendis ad* XXI; *cum Silingardus Mutinenſis Epiſcopus, initio hujus ſeculi ſcribens, obiiſſe eum dicat* ſeptimo kalendas Junii, *licet Ludovicus Vedriani nuperrime* 22 *expreſſerit, errore forſitan typographico.*

F

### DE S. PHILIPPO NERIO.

*Pag.* 462 *col.* 2 *lin.* 3 — *erga.* l. *ergo.*
*Pag.* 463 *n.* 1 *lin.* 2 kalendis. *l.* kalendas.
*Pag.* 469 *n.* 20 *lin.* 6 *in marg. ponatur litt.* a.
*Pag.* 487 *n.* 85 *lin.* 14 — qui. *l.* quid.
*Pag.* 501 *n.* 137 *lin.* 8 retinente. *l.* renitente.
*Pag.* 504 *Ann.* 1 — *expreſi.* l. *expreſit.*
*Pag.* 513 *in marg.* b — *lecto præter morem non incumbit.* l. *lecto præterquam noctu non incumbit.*

A *Pag.*530 *n.*33 *lin.*3 — voluerunt. *l.* noluerunt.

*Pag.*530 *n.*77 *lin.*11 *&* 12 *turbatum à typotheta ſenſum, tranſpoſitis verbis, ſic reſtitue* — ſacros & quotidianos conventus deſcriberet, qui initio naſcentis eccleſiæ ex Apoſtoli præſcripto *&c.*

*Pag.*544 *num.*107 *lin.*2 ſit. *l.* fit.

*Pag.*545 *num.*117 *lin.* 5 — videbantur. *l.* videbatur.

*Pag.*556 *col.*2 *lin. penult.* dilatarent. *l.* dilataret.

*Pag.*565 *num.*226 *lin.*8 — ſe. *l.* te.

*Pag.*598 *num.*411 *lin.antep.* — maximo. *l.* maxime.

*Pag.*602 *num.*437 *lin.*3 — qui cum ipſo. *l.* quicum ipſe.

*Pag.*611 *num.*489 *lin.*9 — valetudine. *l.* invaletudine.

*Pag.*614 *num.*506 *lin.*5 *&* 6, tam-quam. *l.* tamque.

*Pag.*656 *ante diem* 27 *ponatur ſequens.*

## COROLLARIUM

B De Sacellis S.Philippi, præſertim duobus domeſticis: quorum alterum quidem ex cubiculi, quod inhabitare; alterum vero ex ædiculæ, ubi celebrare ſolebat, Reliquiis magna ex parte confecta ſunt.

*Auctore Conrado Ianningo.*

36 *Primumexterius in templo ſpectabile,*

EPilogi loco addamus præmiſſis de S.Philippo, alioquin ſat prolixis, nonnulla etiam de Sacellis ejus, præſertim domeſticis, in quibus Viri ſancti memoria vivacius perennat, & ſanctitatis odor uberius redundat. Principem templi aram, aut potius tribunam, ut vocant, claudunt hinc & inde Sacella duo; parva quidem, ſed admodum elegantia, & marmore fere undique nitentia. Alterum, quod ad cornu Epiſtolæ viſitur verſus plateam, à munificentiſſimis ſuis fundatoribus familiæ Spada, è qua hodiedum inter Purpuratos Patres late ſplendet Eminentiſſimus Fabritius ſacratum eſt Sanctis, Carolo Archiepiſcopo Mediolanenſi, & Ignatio Societatis Jeſu Fundatori. Alterum, quod à cornu Euangelii interjacet inter tribunam & domicilium Patrum, dedicatum eſt ipſi S. Philippo; patetque ad ejus ingreſſum ampla templi ala, nullis fere diei horis non referta populo, orationibus ſuoque erga ſanctum Virum amori eminus operam dante; cum ipſum Sacellum perparvum ſit, & paucorum hominum ſimul capax. Poſt hoc Sacellum continuatur aliud ejuſdem Sancti, è templo nulli viſibile, quia ab illo ſecernitur interjectu muri, cui utriuſque Sacelli altaria, contrario inter ſe ſitu cohærent, & ſacrum S. Philippi depoſitum contegunt; quantum illud quidem craſſitudinem muri interpoſiti, ſub quo præcipue illud conditur, utrimq; excedit. Unde fit, ut tam qui ad unam, quam qui ad alteram aram faciunt, fere ſupra ſancti Viri corpus ſacram Hoſtiam offerant. Patet Sacellum hoc interius longitudine univerſim palmos Romanos circiter xxv, latitudine vero dimidium illius ſpatii & paulo amplius: totumque à cornicibus deorſum marmoreo tegitur opere. Quod ſurſum eſt, è gypſo ad ingenium architectonicæ artis effictas oſtentat figuras varias; & quantum è fundo prominet, auro fulget, ſoli fundo gypſi nativo colore relicto. Cui ornatui, omni ex parte perquam concinno, accedente ſacri depoſiti memoria, ingeneratur intrantibus locum quidam major ſolito pietatis ſenſus: qui & Prælatos Præſuleſque plurimos eo allicit quotidie, orandi & ſacrificandi cauſa.

C *ſecundum interius per ædes adeundum:*

*ſub utriuſque contiguo altari jacet corpus,*

D

37 Altare elegans in elegantiori tabula repræſentat S.Philippum, qui dum ab orationis exercitio oculos retro flectit, Angelum nec opinato conſpicit in aëre, Crucem ſibi oſtendentem, & in Cruce inſtantes præmonſtrantem calamitates. Opus eſt egregii pictoris, ab oculorum vitio Guercini vulgo appellati. Utrimque claudunt altare monumenta duo, unum Julii Donati, Advocati olim Conſiſtorialis; eſtque ad parietem lateralem dexterum reſpectu altaris: cui reſpondet è regione alterum uxoris ejus, lectiſſimæ feminæ Flaviæ de Gettis. Viſitur in dicto pariete dextero, efficta proportionis ergo non pervia porta; veræ portæ, per quam ingreſſus patet, oppoſita; in eaque repoſita ſervatur Sella, qua fere uti S.Philippus, & defeſſis membris quietem dare ſolitus fuit. Ultimus paries, is nempe qui ex adverſo objicitur altari; ceteris ſine ullo ornatu pulcrior atque æſtimatior, eſt præcipua illius Cubiculi, quod olim Vir ſanctus incoluit, Reliquia; tranſlata ad hunc locum, quando reliqua domus deſtructa ceſſit novo & magis magnifico ædificio. Longitudo parietis XIII palmorum, altitudo X & dimidii fere eſt: totus velatur duabus cortinis, quæ bifariam remotæ venerandas ſacri Cubiculi parietinas oculis & veneratione ſpectantium exhibent.

*in interiori eſt monumentum Iulii Donati & uxoris,*

*ſella S. Philippi,*

E

*& reliquiæ veteris cubiculi,*

38 Supra Sacellum iſthoc, extat aliud, æqualisfere magnitudinis ac venerationis: cujus tectum rude quidem eſt, ſed ipſiſſimum quod olim incubuit ædiculæ, in qua ſacram Deo Hoſtiam offerre ultimis vitæ annis conſuerat S.Philippus. Imago quoque B. Virginis, quam in eadem ædicula impenſe venerabatur Vir ſanctus, utpote juxta prototypon S. Mariæ Majoris depictam à Marcello Venuſto; huc tranſlata, in altari proſtat. Prope aram appenſa cernitur alia imago, S.Philippi, donum quondam P.Pauli Frigerii; dicere ſoliti, pictam fuiſſe à Vecchietto (ita in vulgus audit) pœnitente olim Sancti Patris: pictam vero ad vivum è vicino conſpectu lineamentorũ S.Philippi, ad id patiendum inducti precibus pictoris: qui cum iter in Thraciam inſtituere deberet, ne in periculis, quæ occurrere ſolent terra marique, omni prorſus Viri ſancti præſentia careret, vix tandem ipſum exoravit, ut ſe depingi ſineret. Uſu autem veniſſe non levi eamdem imaginem Vecchietto, ajebat Frigerius. Nam cum in alto jam navigaret, atroxque tempeſtas turbaret mare, atque interitum ipſi ac ceteris vectoribus minitaretur, immerſiſſe allatam à ſe imaginem undis; & continuo pacatum mare ac tranquillum fuiſſe.

*Superne eſt aliud ſacellum ſub tecto capellæ veteris;*

*ubi imago D.V.Sancto cara,*

F

*ipſiuſq; effigies miraculoſa:*

39 Sunt & aliæ in eodem Sacello ſuperiori picturæ. Paries, qui tam ingredientibus, quam ipſi altari à dextris eſt, exhibet Paſtores, recens natum in ſtabulo Salvatorem noſtrum adorantes, opus Baſſani, numquam ſatis pro merito laudandum. E pariete huic proximo, aræque oppoſito, pendent tres aliæ imprimis conſpicuæ, repræſentantes in medio S. Philippum; à dexteris Chriſtum Dominum, à ſiniſtris S.Antoninum Archiepiſcopum Florentinum, qui è cadavere jam mortuus videtur exceptus. Ex his tamen præ ceteris S. Philippus, nullis quidem coloribus, ſed tantum filis ſericis ab illuſtri & illius artis ſcientiſſima matrona, Corvina Romana, acu eleganter pictus, ſpectantium oculos rapit ac detinet. Parietem, qui inde dextrorſum eſt, adornat tabula tam antiqua, ut quatuor aut quinque abhinc ſeculis depicta fuiſſe putetur. Tripartita illa eſt, duabus extremis partibus, quæ cardinibus ſuis vertuntur & aperiri bifariam claudique poſſunt, mediam adæquantibus,

*ibidem aliæ picturæ inſignes,*

A æquantibus,&, cum clauſæ ſunt,occulentibus. Iſtius generis tabulæ Græcis ac Moſcis fere in uſu ſunt, & in templis etiam noſtris paulo vetuſtioribus, tam in Italia,quam in Germania non raro conſpiciuntur. Viſa eſt imprimis commoda Philippo tabella iſta (propterea quod claudi in ſe ipſam poſſet) quam ſecum deferret,tum alias ſæpe, tum præcipue cum ſeptem Urbis eccleſias more ſuo obibat; quo ſcilicet incomitatus ab hominibus, propiorem ſibi Cælitum ſocietatem haberet. Neſcio quo modo illa pervenerit olim in manus Petri Pauli Creſcentii,anno MDCXI,à Paulo V,in numerum Cardinalium adoptati;& pridem,dum puer eſſet à S Philippo divinitus præviſi prædictique, fore ut ingens olim Eccleſiæ Romanæ columen fieret. Ab hoc tranſmiſſa imago eadem fuit ad cognominem ſui conſanguineumque Cardinalem Alexandrum, huc uſque in vivis agentem; qui earum pignus, ut viventi Philippo ſæpe in manibus, ſemper in veneratione noverat ſuiſſe;ita voluit quoque propius antiquum Dominum ſuſpendi in prædicto ſacello, plurimum loco decoris, plurimum in eo brantibus pietatis additurum.

B

*Sacelli ſuperioris veſtibulum,*

40 Hactenus per bina S.Philippi Sacella domeſtica inferius ſuperiuſque circumacti,pia curioſitate luſtravimus antiqua & uſu Viri ſancti quodammodo ſacrata monumenta.Nunc tandem egreſſi, reflectamus è veſtibulo oculos,rem fere totam per compendium obſervaturi. Ecce ſupra Sacelli portam D iſtiuſmodi lego inſcriptionem: *Sacellum, in quo S. Philippus Nerius poſtremis vitæ ſuæ annis quotidie Sacrum faceret, & diu ſolus cum Deo agere conſuevit, ut omnium pietati eſſet expoſitum,in ampliorem hunc locum, integris parietibus tranſlatum eſt, anno* MDCXXXV. Spectabilia in eodem veſtibulo ſunt S.Philippi lectus,ſedes confeſſionalis;ſcrinium, quo condere reculas ſuas ſolebat;imago expreſſa juxta prototypon, quod in publico templi ſacello altare ornat,& multorum devotione celebrata. Super omnia tamen locum hunc commendat laquear, venuſtiſſimis è gypſo diſtinctum ornamentis,varie auro illitis. In meditullio S. Philippi raptus, quem inter Miſſarum ſolennia paſſus eſt, tam admirabili arte à Petro Berettino Cortonenſi repræſentatus conſpicitur,ut nihil ſupra.Sed deſcendamus tantiſper, ſimile veſtibulum ante inferius Sacellum inventuri. In illo Sanctus,hinc pendet conſpicabilis inter duos Pontifices Romanos, Paulum V, à quo in Beatorum; & Gregorium XV,à quo in Sanctorum numerum relatus fuit: inde mortuo ſimilis,extenſo corpore,ſpectatur, qualis modo ſub altari jacet Ibidem quoque venerabiliter aſſervatur arca deaurata, aliam includens, quæ olim ſacrum corporis ejus theſaurum continuit. Verbo totum dicam: quocumque oculos vertis, aliquid S. Phlippi cernis, aliquid novæ pietatis hauris.

*ubi lectus, ſedes, ſcrinium & effigies Sancti;*

*atque inferioris, ubi effigies mortui & ſarcophagus.*

E

# APPENDIX
## AD DIEM VIGESIMAM SEPTIMAM MAII.

DE S. ZACHARIA EP. M.

*Pag.659 col.2 lin.6 à fine* --- Jeſus. *l.* Jeſu.

*Reſpondetur dubio,*

*Pag.660 num.* 8 adde — *His pridem ab Henſchenio præparatis, eoque jam mortuo tandem impreſſis, monemur, eruditos quoſdam in Gallia viros vehementer metuere, ne tam hic quam alii plures gratis fuerint inducti in numerum Viennenſium Epiſcoporum, ab iis quibus cordi fuit illorum ſeriem deducere à S. Creſcente,ut Viennam advecto ſub Trajani Imperio, conquiſitis undecumque nominibus. Et* Zachariam *quidem volunt aſſumptum ex hallucinante Ruffino,qui Græca verba Euſebii (lib.5 cap.1, comparantis Vettium Epagatum clariſſimum juvenem, cum ſeniore Zacharia, id eſt Prodromi parente) tam inepte vertit,ut videatur in comparationem adducere quemdam ejus temporis* Zachariam Presbyterum: *quem Ado inter Martyres Lugdunenſes die 11 Iunii proximum nominat à Photino Epiſcopo. Sed ut ibi erraverit Ado, vitioſa Rufini verſione deceptus,& Presbyterum crediderit eum cui laicus iſte comparabatur;nō ideo tamen fundate præſumetur,Viennenſem Epiſcopum, & quidem tanto antiquiorem quam fuerint prædicti Martyres, ex ita male credito Presbytero, factum eſſe ab aliis,quos ſimiliter ſecutus ſit Ado. Fatemur tamen nonnihil commoveri nos, cum in communi Lugdunenſium ac Viennenſium epiſtola,ad eccleſias Aſia ac Phrygia data,apud Euſebium invenimus,* Protomartyres *nominari,qui anno* XVII *Antonini Veri,Chriſti* CLXXVII, *in Gallia paſſi ſunt, quod licebit menſe Iunio maturius expendere. Inventio corporis,ſub nomine* Zachariæ, *& eccleſia deſuper ædificata,non patiuntur interim nos dubitare, quin vere fuerit Viennæ Sanctus aliquis* Zacharias, *Epiſcopus vel Martyr, vel etiam utrumque; etſi minus certo conſtet de tempore.*

C

*ſuper ejus veritate moto.*

DE S. RESTITUTA V. M.

*Pag.663 in tit.§.3 lin.3* --- XI. *l.* IX.

*Pag.* 668 *Annot.* f adde --- *Sed idem tom. 6 edidit Vitam* S.Amaſii, *Sacerdotis Graci, qui ab Arianis vexatus,atque ad Iulium Papam confugiens, ab eodemque directus Soram, ad eam urbem ab hæreſi repurgandam, ſed nequaquam receptus, Theanum ſe contulit; ubi miraculis & doctrina ſic claruit, ut, mortuo primo ejus urbis Epiſcopo S. Paride,eidem ſuffectus ſit, atque ab eodem Iulio Papa ordinatus. Dum autem eccleſiam illam regeret,* Soranis quoque epiſtolas miſit, cum in ſomnis admonitus [eſſet], ut caput S.Reſtitutæ,Romanæ Virginis & Martyris,ſuo jungeretur corpori. *Dedimus nos ejuſdem* S.Amaſii *Vitam, ex Actis Theanenſis Eccleſiæ ſubmiſſam, 23 Ianuarii, ſicut eadem Eccleſia illis in Lectiones diſtributis utitur, in quibus punctum iſtud ſolum deſideratur, cetera, partim iiſdem, partim prolixioribus verbis deducuntur: & ſimilia extant apud Vghellum, qui videtur antiquiora & ſinceriora exhibere. Cum autem utrobique dicantur Sorani mortuo ædificaſſe eccleſiam, qui vivum repulerant; perquam veroſimiliter judicari poteſt, id quod Gregorius Terracinenſis factum ait ſeptimo poſt martyrium Sanctæ die, atque adeo ſub annum 272,revera adſcribendum eſſe ſeculo 4 ad mediętatem provecto, Pontificatum Romanum gerente Liberio; ſolumque per litteras faciendum ſuggeſſerit,quod Gregorius perſonaliter factum ait ab eo,veroſimiliter admonito per idem ſomnium, quo in loco ſacrum caput eſſet inveniendum.*

F

*Pag.673 col.2 lin.6 à fine* --- Miſſa. *l.* Miſſæ.

*Pag.681 col.2 lin.* 1 --- Thraceſorum. *l.* Thraceſiorum.

*Pag.695 ad num.5 omiſſam Synopſim in margine* ſupple --- *& profectus in Cretam unus* --- *nullam inveniſſet ſpem* --- *cito curandæ liberationis.*

*Pag.698 Annot. c. l.* 2 *&* 3 --- Maſſa-ficium. *l.* Maſſaficuum.

*Pag.* 705 *num.* 13 *lin. ultim. poſt* --- CCCXCIII) --- *adde omiſſam lineam* --- præjudicatæ accuſationis pœna corriperet, odiis me delatorum oppoſui.

A *Pag.*709 *col.*2 *lin.ult.* --- cubila . *l.* cubile.

*Pag.*710 *num.* 35, *ubi de* Theodorici Regis *urna,* adde --- *Mabilio pag.* 40 *Muſæi Italici, ipſum infelicis Regis Mauſoleum, opus Amalazunthæ filiæ, plenius deſcribit; additque, primam transferendæ ab loco Vrnæ prædictæ occaſionem datam à bombardæ ictu, quo ipſa, Gallis urbem anno* MDLX *obſidentibus, à ſummo Mauſolei faſtigio dejecta fuit; perſeverante adhuc reliquo opere, octangulariter elevato ſupra duplicem fornicem, quorum infimus fere oppleatur aquæ, ſuperior ipſum altare modo habeat,* tectus ingentis molis marmore granito, quod in diametro xxxi pedes, in orbem cxiv continet; *& in duodecim* D *angulis ſtatuas totidem Apoſtolorum habebat; quorum, ipſis dejectis, ſola ſuperſunt nomina, Gothico deſcripta charactere.*

*Pag.*711 *num.*2 *lin.*5 --- *Prophyrogenente* . l. *Porphyrogenneta.*

*Pag.*712 *num.*4 *lin.*18 --- *fuit uſu Romanus* . l. *fuit Romanis.*

*Pag.*721 *Annot.*a --- *anno* 686 . l. 696 --- *& Annot.* b 706 . l. 707,

*Pag.*730 *col.*2 *lin.*1 --- *ib* . l. *lib.*

# APPENDIX
## AD DIEM VIGESIMAM OCTAVAM MAII.

*Pag.*731 *col.*2 *lin.* 23 Utinæ . *l.* Petinæ.

*Pag.*738 *Annot.*a *lin.*4 ſic lege — *ſicut poſitas trans Ægæum Provincias nomin avit, ita præterire non debuiſſet proximiores Corintho in Europa,* Achaiam, Theſſaliam *&c.*

B *Pag.*744 *col.*2 *lin. antepen.* dele — *&.*

*Ibid. col.*1 *lin.*10 — *in aluto* . l. *in luto.*

*Pag.*746 *col.*2 *lin.* 5 — *crudelitati* . l. *credulitati.*

*Pag* 754 *col.*1 *lin.*17 Cavaunum . *l.* Caraunum.

*Pag.*775 *num.*4 *lin.*1 — *martem* . l. *mortem.*

*Pag.* 801 *Annot.*k *lin.*2 — *ab itur* . l. *labitur.*

*Ibid. in tit. lin.*3 — DCCCXLVII . *l.* DCCCLVII.

*Pag.*807 *in tit. lin.*5 — Gregorii . *l.* Gerontii, *&* huic . *l.* huic alterique.

*Pag.*815 *num. & lin.*2 *dele in textu & marg. litt.* e.

*Pag.*822 *num.* 1 *lin.*2 *adde in textu & marg. litt.* b *ad verbum* Auraris.

*Pag.*827 *num.*1 *in marg.* 1129 . l. 1139.

*Pag.*832 *num.*2 *lin.*16 — *in legitur* . l. *legitur in.*

*Pag.*834 *n.*5 *lin.*2 — nullam . *l.* nullum.

*Pag.*837 *Annot.*b *lin.*4 — *anno* . l. *annum.*

*Pag.* 840 *Annot.* h *lin.* 4 — *hujus anni* . l. *anni* 1070.

*Pag.*844 *num.*41 *lin.*3 *ad nomen* Hildebrandi, *addatur litt.* d -- *& pag. ſequ. in notis ponatur* -- d *Hic eſt ille* Hildebrandus, *paulo poſt factus Papa, ſub nomine Gregorii VII, cujus Acta hoc ipſo Tomo die* 25 *illuſtravimus* -- *tum ubi* d *habetur, ponatur* e.

*Pag.* 847 *col.*2 *lin. penult.* -- ſuo . *l.* ſua.

C *Pag.*859 *num.*12 *in marg.* --- 1626 . l. 1586 --- *& num.*13, *ib.* 1636 . l 1626.

*Pag.*861 *num.*6 *lin.*2 *Franciſcum* . l. *Franciſcanum.*

### IN COROLLARIO.

*Pag.*11* *col.* 2 *lin.*6 -- maginem . *l.* imaginem.

*Pag.*53* *Annot.* a *adde* -- *Ceterum non diffitebor ex hoc & mox ſequenti loco de* S. Daniele Stylita, *haud modice ſuſpecta mihi hæc Acta reddi, ne vel interpolata licentius ſint, vel ab Auctore non tam fido ac certo quam præfertur edita: eoque magis probo conſilium ſumptum, de illis extra ordinem aliorum dandis.* Non enim de Juſtiniani *ædificio prophetaſſe potuit* Andreas (*ſi voluit auctor ipſum de eo prophetaſſe*) *niſi is ſub* Leone Magno, *uno ſeculo ante* Juſtinianum, *vixiſſe conſtiatur, quo etiam tempore vivebat* Daniel. *Id tamen prohibent omnia, quæ pro longe minori ætate Sancti in Comm. prævio deduximus: & iis addas licet omnium veterum de* Andrea *profundum ſilentium.*

*Pag.*54* *col.* 1 *lin* 2 -- *fuerint* . l. *fuerit.*

*Pag* 65* *n.*130 *lin.*17 -- tuum . *l.* tuam.

*Pag.*70* *n.*142 *lin.*1 -- ad . *l.* ab.

*Pag.*71* *n* 145 *lin.*3 -- facies . *l.* faces.

*Pag.*72* *col.*1 *lin* 1 *dele* -- &.

*Pag.*88* *n.*186 *col.*2 *lin.*6 -- ἔλεγ l. ἔλεγε.

*Pag.*103* *col,*2 *lin.* 1 *&* 3 *à fine* -- erit Chriſtum *l.* Chriſtum erit.

*Pag.*111 1*n.*247 *col.*2 *lin.*11 Ἁγιοις . l. Ἁγίοις.

*Pag.*113* *col.*2 *in tit. lin. ult.* --- *Presbytero domeſtico* . l. *Presbyteri Domeſtici.*

*Pag.*128* *n.*60 *lin.*10 -- *pro* . *l. qua.* F

*Pag.*130* *n.*70 *lin.*11 -- *Florentia* . l. *Florentia.*

*Pag.*131* *& ſeqq.* 3 *in marg.* --- A. ZACH. *l.* A. IEREM.

# APPENDIX
## AD TOMVM SEPTIMVM MAII.
### DIE VIGESIMA NONA.

*Pag.*8 *num.*2 *lin.*11 — alia. *l.* talia.

*Pag.*11 *col.* 11 *lin.* 20 — *perfecto* . l. *profecto.*

*Ibid. n.*2 *lin.*7 *à fine* — ad . *l.* ab.

*Pag.*17 *ante Commentarium de* S. Maximino, *ponatur alius qui hic ſequitur.*

DE

# DE SANCTIS MARTYRIBVS ROMANIS
# CEREALE, THEODORO, ANTENODORO, VITO,
## COMMENTARIUS HISTORICUS.

### §. I. De ortu Sodalitii Mariani primarii, & tranſlatis eo Reliquiis horum Sanctorum Martyrum. C. I.

*Sodalitium B. Virginis,*

*INter præclara pietatis caritatiſque exercitia, quæ plurima quotidie obeuntur Romæ, & paſſim oculis eo adventantium ſeſe ingerunt, non ultimo ponenda loco exiſtimo illa, quibus juventus, cerea in vitium ætas, in officio continetur ſuo, ſuaviterque inducitur ad jacienda Chriſtianarum virtutum fundamenta; quibus deinde turrim perfectionis, non ſolum propriæ, ſed integræ etiam non raro familiæ ſuperextruant. Iſtiuſmodi exercitia biennio toto ibidē coram vidi, in* Prima-primaria Congregatione, *ut ibi vocant, aut potius Sodalitio beatiſſimæ Virginis Mariæ, cui ab Annuntiatione nomen, quod in Collegio Romano Societatis noſtræ anno* MDLXIV *primum inſtitutum, & anno inde vigeſimo ab Apoſtolica Sede approbatum, ad hæc uſque tempora feliciter propagatur. Sed operæ pretium erit, de illius ortu, progreſſu, atque utilitate differentem pluſculis verbis adducere Sacchinum, qui in Hiſtoria Societatis Ieſu. Parte V, lib.* IV *ſic loquitur:*

*Romæ cœptum an. 1564,*

2 Eodem hoc anno *(videlicet* MDLXXXIV) Sodalitium, quod erat in Romano Collegio ſub Deiparæ Virginis clientela, Gregorius, diplomate ad eam rem confecto, primarium juſſit eſſe, amplis condonationibus peccatorum ornatum, factaque poteſtate eadem beneficia cum Sodalitiis, quæ ad illud aggregarentur, communicandi. Nomen ab Annuntiatione Virginis manſit. Anno MDLXIV cœperat id Romæ Sodalitium: inde, per Societatis Collegia pleraque, fuſa alia ejuſdem generis, & quædam etiam auctoritate Pontificis confirmata & decorata Indulgentiis erant. Verum per ſeſe ſtabant ſingula, nec paribus beneficiis fruebantur: ac proinde ut quodque recens excitabatur, ita ad Indulgentias impetrandas nova privatim opus erat voluntate Pontificis, quod non carebat negotio.

*Primarium ſtatuitur an. 1584.*

C Ut igitur pronior communicatio eſſet, atque ex eodem cuncta quaſi fonte derivarentur, adhæc pari jure ac forma conſtarent; antiquatis quæcumque ad id loci ſtatuta erant, cuncta impoſterum ab Sodalitio Romano Gregorius ſuſpendit: ſimulque, ut certius ac majori cum ipſorum, tum Societatis tranquillitate regerentur, ſummam in omnia Generali Præpoſito poteſtatem permiſit. Divinum ſane fuiſſe inventum hoſce cœtus, ad diſcentium, ſive morum, ſive litterarum profectum, paſſim experimenta monſtrabant. Ubique Sodales Virginis utrâque eminebant laude. Quippe nihil ita alit ſcientiam, ut vera pietas; ac viciſſim nihil, opportunam fraudibus dæmonis & voluptatum illecebris adoleſcentiam ita continet, ut accurata litterarum tractatio; quæ bonis jucunditatibus amorem pravarum extinguens, occupatione præterea rapaci & aſſidua, neque corruptori otio, neque diabolo aut ſatellitibus ejus aditum niſi anguſtum relinquit. Adhæc puros ſimpliceſque clientum ſuorum complexa animos Mater ſanctitatis, conſerit cæli ſeminibus, imbribus rigat divinis, ſancto igne ad maturam virtutis frugem perducit, & eſſe ſibi curæ hoſce alumnos, extraordinariæ indulgentiæ documentis paſſim oſtendit. Ergo tam, ſalubre opus, quo firmius ſtaret latiuſque propagaretur, Pontificia fulciendum auctoritate, ornandum clementia fuit. Quod Gregorius eo pronius fecit, quod ad Collegii ſui Romani haud modicum decus fructumque ſpectabat. Unicus primo Romæ horum Sodalium fuerat cœtus: verum deinde, cum ii ex quibus ortus primum adoleſcentibus erat, in juvenes evaſiſſent, aliique inferiores ætate ſuccederent, geminatus eſt ex ætatum gradibus; tum ut locus pateret pluribus, tum maxime ut ſuos ſeparatim conventus, qui propiores inter ſe ævo eſſent, haberent. Acceſſere deinde alii duo: quibus omnibus, quia ſunt veluti membra unius Sodalitii, honor & nomen Congregationis primariæ commune eſt. B E

*Frequentatur à ſolis Nobilibus.*

3 *Ita Sacchinus ſuo tempore: nunc vero poſteriora duo Sodalitia, fere amiſerunt; priora autem, etiamnum retinent titulum* Congregationis primariæ: *hoc tamen diſcrimine, quod alterum, à grandioribus natu frequentatum*, Prima-primaria; *alterum, teneriori ætati aſſignatum*, Secunda-primaria *vocitetur. Ad utrumque hoc qui conveniunt, Nobiles ſunt omnes, ac fere è ſtudioſa juventute ſcholarum noſtrarum: quamquam & Priman-primariam Congregationem nonnulli frequentare pergant, poſtquam coronidem ſtudiis impoſuere, allecti tum religioſa quæ ibidem viget diſciplinâ, tum exemplis coætaneorum, tum etiam præſentiâ Sanctarum Reliquiarum, quas in Sodalitio iſto, in arcâ marmorea, intra altare decentiſſime repoſitas ſervant, ac religioſe venerantur. Sunt illæ Reliquiæ Sanctorum Martyrum* Cerealis, Theodori, Antenodori, & Viti, *quas Illuſtriſſ. Ambroſius Landuccius anno* MDCLXV *dono dederat Patri Bernardino Coccovagino Societatis noſtræ, & hic deinde Sodalibus beatæ Virginis Congregationis primariæ, ad augendam eorumdem pietatem ſanctorumque Martyrum gloriam, largius fuit. Primæ donationis inſtrumentum hoc eſt*: Fr. Ambroſius Landuccius, Patricius Senenſis, ſacri Ord. Eremitarum D. P. Auguſtini, Congreg. Ilicetanæ in Tuſcia, Dei & Apoſt. Sedis gratia Epiſcopus Porphyrienſis, Sacrarii Apoſtolici Præfectus, & Capellæ Pontificiæ Aſſiſtens, omnibus & ſingulis, præſentes litteras noſtras lecturis, fidem indubiam facimus; qualiter ad majorem omnipotentis Dei Sanctorumque ſuorum gloriam, ſacras Reliquias, per nos extractas è cœmeterio Cyriacō, & incluſas ciſtulâ, ſubtili funiculo ligata, noſtroque parvo ſigillo munita, ad effectum apud ſe retinendi, alteri donandi, extra Urbem mittendi, & in qualibet eccleſia vel oratorio publicę fidelium pietati collocandi ac exponendi, dedimus & conſignavimus Adm. Rev. P. Bernardino Coccovagino Societatis Jeſu; nempe de partibus oſſium corporis SS. Martyrum Cerealis & Theodori, Antenodori & Viti. In quorum fidem has præſentes litteras, manu noſtra & ſigillo firmatas, per infraſcriptum noſtrum Secretarium expediri F

*& decoratis Reliquiis Sanctorum*

*Summo ſtudioſæ juventutis bono.*

AUCTORE C. I. expediri juſſimus. Datũ Romæ ex ædibus noſtris in Vaticano, die XVII menſis Octobris anno MDCLXV. *Subſcriptum erat*, Fr. Ambroſius Epiſc. Porphyrien. *& infra*, Franc. Agnellus Secret. Regiſtr. fol. 269.

*Donatis à P. Bern. Coccovagino,*

4 *Secundam donationem ipſe mihi teſtatus eſt, qui eam fecit* P *Coccovaginus, & iſtiuſmodi fere de Tranſlatione ſolenni narrationem ſubmiſit, litteris Viterbii anno* MDCLXXXVI, XVII *Ianuarii datis* : Cum penes me eſſent ſacræ Reliquiæ SS. Cerealis, Theodori, Antenodori, & Viti, cupido me inceſſit eaſdem collocandi in loco aliquo decenti; placuitque imprimis primaria Sodalitas Collegii Romani, cui ob ſanctitatem ſuam mire afficiebar : placuit etiam, ſolenniter inſtitui Tranſlationem, uti & inſtituta fuit, obtentâ prius facultate ab Illuſtriſſ. D. Gallio, Vices-gerente, tempore vacantis per mortem Alexandri VII Sedis. Die igitur ſacroſancta Pentecoſtes, quæ illo anno MDCLXVII incidebat in vigeſimam nonam Maji; convenerunt de more Sodales : moxque in medium productæ cum ciſtulis ſuis Reliquiæ, incluſæque prius intra urnam argenteam, impoſitæ fuerunt paratæ ad hoc thenſæ, panno ſerico decore circumveſtitæ. Inſtituta Proceſſio fuit, pulſantibus campanis & comitantibus etiam, qui interea advenerant, Congregationis Secundæ-primariæ Sodalibus. Omnes funalia præferebant ardentia; & deſcendentes per gradus prope ſcholam Theologicam, declinarunt mox ad ſiniſtram; & ſub porticu circuiverunt cavædium, aduſque oppoſitos ex adverſo gradus : per quos aſcendentes, reliquam viam in ſumma porticu obiverunt; donec ad locum, unde exierant, reverterentur. Thenſam ſubumbella portabant Sodales quatuor Sacerdotes, Pluviali omnes induti : quo ſimiliter indutus erat P. Antonius Caprinus, cujus præcipuæ partes in illa functione fuerunt. Finita Proceſſione, capſulæ Reliquiarum duæ grandiores ſub ara repoſitæ ſunt, in urna marmorea, eleganter elaborata, ſumptibus D. Franciſci à Boragine. Duæ minores ibidem in ipſo muro incluſæ fuerunt, præfixo lapide marmoreo.

B *& ſolenniter tranſlatis an. 1667, 29 Maji:*

*eárumhonor ac veneratio.*

5 *Anniverſaria Tranſlationis dies decreta fuit ipſa Pentecoſtes Dominica; eâque ſingulis annis conſueverunt, amoto ab altari pallio, arcam marmoream totumque circum ſpatium ornare ſplendidius, ac varii generis conſpergere floribus. Conſueverunt etiam, quotieſcumque ad Sodalitium convenitur (convenitur autem quot Dominicis juxta ac feſtis diebus, niſi duo forte continui forent) ſtatim ab initio ante eamdem arcam accendere lampadem, quæ per pallii feneſtellam ovata ſpeciei tranſlucens, tam diu ardet, donec Sodalium cœtus dimittitur. Dum vero de Sodalitate primaria Beatiſimæ Virginis Mariæ hic ſermo nobis eſt, non injucundum aliquibus, atque adeo nec inutile, putem fore; ſi pietatis exercitia, quæ in ſancto illo loco obiri à Sodalibus ſolent, hic ſubnectam. Quamquam vero illa accurate deſcripta ibidem ſint in quodam libello Italico, nolim tamen, tam inde deprompta putentur quæ ſubjiciam, quam ex propria experientia, & frequenti obſervatione à me cognita atque perſpecta. Ex quatuor quippe annis, quibus in Collegio Romano Theologiæ dedi operam, biennio integro Superiorum juſſu interveni ſingulis Sodalium cœtibus, ſupplens Patris Moderatoris, antequam eo accederet, vices; & invigilans, ut peragerentur univerſa ordine ſuo. Is porro eſt, qui ſequitur.*

C

D

## §. II. Exercitia pia, quæ fiunt in Congregatione Primaria B. Mariæ Annuntiatæ in Collegio Romano.

6 QUilibet ingreſſus ſodalitatem, ſumpta luſtrali aqua, flectit in medio genua & aliquantulum orat, donec à Præfecto ſignum tintinnabulo datur : tum erectus exhibet capite reverentiam, primum altari profundam, deinde Patri Moderatori ſi adeſt, & Præfecto aut alii, ejus loco præſidenti; ſtatimque accedit ad oſculandum imaginem Chriſti in cruce confixi, impoſitam duobus pulvinaribus ſupra ſuppedaneum altaris, decenter tapete coopertum; cereis duobus hinc & inde ardentibus. Inde digreſſus accipit librum ſpiritualem, ex iis, qui media Congregatione eum ob finem in ſcabello quopiam exponuntur, & procedit ad locum ſuum aliquid lecturus, aut ad Confeſſionem ſeſe paraturus. Ubi hora ſonuit pro auſpicanda Congregatione, datur à Præfecto ſignum ut referat quiſque quem acceperat librum : remotoque cum libris ſcabello, duo accenduntur in altari cerei, præter lampada jam inde à principio ardentem. Tum procedit ad aram Præfectus & ad pedes Crucifixi genuflexus intonat; *Veni ſancte Spiritus*; eoque Hymno ac Letaniis Lauretanis cum Sodalibus alternè recitatis, ſubjungit alias ex more preces. Poſtea Lector diſtincte legit partem Vitæ alicujus Sancti, aut de Feſto currente, per dimidium fere quadrantem horæ. Deinde, obducta feneſtris cortina, ſic tamen ut legi commode per lucem poſſit, inſtituitur Meditatio per quartam horæ partem, triſariam diviſa à Lectore, prælegente elata voce primo punctum primum, quod reliqui continuo meditando ruminant; donec dato à Præfecto campanula ſigno, ad ſecundum; ac ſimiliter poſtea ad tertium procedatur. Quo finito, recitandum à ſingulis indicitur ab eodem Lectore, *Pater* & *Ave*, pro felici progreſſu Congregationis. Prælegens autem meditationem, ſeu Lector is ſit, ſeu alius quiſpiam ex Officialibus, genua flectit in medio loci, ad ſcabellum ibidem poſitum.

*Ingreſſi Sodales Congregationis locum,*

*orant & venerantur Crucem ac Præfectum,*

E

*legunt librum ſpiritualem,*

*meditantur*

7 Poſtea recitatur Officium beatiſſimæ Virginis, videlicet Matutinum & Laudes : quibus in Pentecoſte additur Officium Spiritus ſancti; in feſto Inventionis ſanctæ Crucis, Officium ejuſdem : prima tamen Dominica menſis recitatur Officium Defunctorum pro Sodalibus mortuis. Poſt hæc Præfectus cum duobus dignioribus Sodalibus prodit in medium, poſitiſque genibus & inclinato capite, tractim ac devote dicit; *Venite adoremus, & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino, qui fecit nos, quia ipſe eſt Dominus Deus noſter, nos autem populus ejus & oves paſcuæ ejus.* Et omnibus reſpondentibus, *Venite adoremus*, procedit cum duobus ſociis ad oſculandos Crucifixi pedes, ſubſequentibus reliquis eodem modo ternis & ternis, dum Præfectus loco ſuo recitat novies Salutationem Angelicam & ſemel Antiphonam *Salve Regina*, aut aliam pro tempore anni, cum ſua Oratione.

F

*recitant Officium B. V. Mariæ,*

*Præfecto præeunte oſculantur Crucifixum*

8 Priuſquam inchoetur Miſſa, aut legitur Martyrologium, aut ſi quis Novitiorum, jam approbatus à Patre Moderatore, confirmandus ſit, porrigitur per Magiſtrum Novitiorum memoriale Præfecto, legiturque palam à Secretario; moxque egreſſo cum Novitio approbando Novitiorum Magiſtro portaque occluſa, dicit Præfectus elata voce, *Intellexiſtis petitionem iſtius, qui deſiderat confirmari? Quamobrem, ſi nihil in contrarium occurrit, date ſolitum ſignum*, quod eſt profunda inclinatio cujuſque. Quod ſignum ſi à dimidia

*confirmant ſubinde Novitios.*

A midia amplius parte datum fuerit, cenſetur confirmatus; intromiſſuſque circuit, à Præfecto orſus, amplectendo omnes in gratitudinis ſignum,& reſidet loco à Magiſtro Novitiorum aſſignato inter Confirmatos. Inter hæc autem præcinit Præfectus, reliquis reſpondentibus, *Laudate Dominum omnes Gentes*, cum oratione, *Da nobis quæſumus, Domine, perſeverantem in tua voluntate famulatum*. Neque tamen pro admiſſione, confirmatione, aut alia quavis re datur aut pecunia aut aliud quidpiam: ſed providetur Congregationi per totum annum ex ea oblatione, quæ feſto Natalis Domini Chriſto recens nato affertur. Nonnulli tamen magis opulenti ſubminiſtrant aliquando eleemoſynam pro rebus illis, quæ ad refocillandum ægros portantur quot ſeptimanis ad noſocomium,cum eo ſervitum accedunt Sodales.

*audiunt Miſſam & pleriq; communecant,*

9 Subſequitur ſacrificium Miſſæ & Sodalium Communio, hinc & inde duobus è modeſtioribus mappâ extenſâm tenentibus: ad quam, à multis jam annis, tam frequentes accedunt quolibet feſto ac Dominico die, ut videatur ſemper Communio Generalis inſtitui. Reſpondetque ſuus tam frequenti Communioni fructus, ſingularis ſcilicet in vita & converſatione Sodalium innocentia & virtutum omnium exemplum. Abſoluta Miſſa pergunt gratias Deo, à ſe ſuſcepto, agere; recitatiſque Oratione Dominica & Salutatione Angelica ſecreto, Pater Moderator in medio genuflexus, voce modeſte elata præit orationem, *Anima Chriſti ſanctifica me*, repetente ſingulos verſus tota Congregatione. Poſt hæc Cenſor indicit diem & horam proximæ Congregationis; & Pater, conſidens in ſella ante aram, dicit, clauſa prius porta, *Qui abfuit ab ultima Congregatione, vultque ſatisfactionis aliquid reddere beatæ Virgini, veniat huc licet.* Et illico proſternunt ſe ad pedes Moderatoris quotquot abfuerunt: ille autem imponit aliis quidem Pſalmum *De profundis* recitandum, extenſis in modum Crucis brachiis in media Congregatione; alios vero jubet genuflexos oſculari aliorum pedes; alios autem, capite corona ſpinea redimitos, aut manu cranium præferentes, orationem quampiam recitare. Nonnumquam ad Præfectum aut Aſſiſtentes quoque mittere reos conſuevit, pœnitentiam ab illis petitum; ab iiſque levior ut plurimum injungi ſolet, puta, recitatio Orationis Dominicæ aut Angelicæ Salutationis. Deinde iterum dicit Pater Moderator, *Qui tardius ad Congregationem hoc mane venit, vultque &c.* ut ſupra. Ac tertio denique hæc: *Qui aliqua in re, ad cultum & honorem beatæ Virginis ejuſque Filii pertinente defuit officio ſuo, vultque &c.* Venientibus autem, ut ſupra, qui ſe in aliquo deliquiſſe agnoſcunt, imponit alias atque alias pœnitentias ac orationes, ibidem, aut (ne nimis protrahatur Congregatio) in eccleſia vel domi perſolvendas. Succedit exhortatio, aut conferentia, aut earum loco explicat Pater Epiſtolam vel Euangelium diei currentis, ab aliquo Sodalium per partes prælegi alta voce juſſum.

B

C

*pœnitentias agunt varias,*

*exhortationi interſunt,*

10 Finis exhortationis, finis quoque Congregationis eſt: moxque Sodales plerumque omnes adeunt eccleſiam noſtram, ad viſitandum Sanctiſſimum, recitantque ſepties *Pater* & *Ave*, pro obtinendis Indulgentiis Stationum, diebus in Miſſali notatis. Si tamen inſtituenda conſultatio eſt, remanent cum Moderatore Conſultores in Congregatione, poſtea, ut alii, templum adituri. Tenet autem Congregatio univerſim cum Miſſa horas ut plurimum duas. Quilibet ſingulis ſaltem quindenis confiteri debet, & Officiales etiam communicare, confitentes quovis octiduo: ſed hoc tempus à pleriſque privata devotione prævertitur, communicantibus ſingulis,

*qua finita templum adeunt oraturi.*



ut dixi, feſtis. Qualibet die Veneris aliquot Sodales ſerviunt in noſocomio ægris: idque humilitatis & caritatis exercitium ſubinde per annum ſolennius à majori ipſorum parte obitur. Per Quadrageſimam plerumque die Martis pro concione dicit eorumdem aliquis de Paſſione Domini, præmiſſa Oratione, *Ieſu dulciſſime*, & Sequentiâ, *Stabat Mater dolorosa*: invitantur autem ad hanc concionem etiam Patres noſtri, aliique tam Religioſi quam ſeculares. Die Mercurii, Jovis, & Veneris Majoris hebdomadæ, cantant Sodales in Congregatione Officium divinum juxta Rubricas Eccleſiæ: ſolentque die Jovis ibidem lavare cum magna humilitate pedes duodecim pauperum, aut Sacerdotum aut Peregrinorum, eoſque non indotatos dimittere. Obeunt quoque annis ſingulis, poſtridie Nativitatis beatæ Virginis, Exercitia ſpiritualia, per quatuor plerumque dies, duas ante, ac totidem poſt prandium horas in Congregatione vacantes meditationi aliiſque piis operibus.

D

*Pia eorum alias temporibus exercitia.*

## §. III. De ordine ac electione Officialium, & modo aggregandi alias Sodalitates.

E

UT perpetuare feliciter Congregatio poſſet, præſcriptæ pridem fuerunt Regulæ non paucæ, pro norma vivendi Sodalibus futuræ, eæque deinde in gratiam aggregatarum Congregationum typis mandatæ ſunt. Obſervationem illarum uti & ordinis, ſuperiori paragrapho deſcripti, curare debent varii generis Officiales, primum in ſe, tum eamdem urgere in reliquis. Præcipuum hic locum obtinet conſpicuus in primis è Collegii Romani Patribus Sacerdos. Is omnia conformiter Regulis moderatur auctoritate ſuprema, adunatis perpetuo aſſiſtit, confiteri volentibus aures dat, ad aram decenter faciendum curat, omnes piis exhortationibus ad recte vivendum inſtruit, & ad amandum ſenerius communem Sodalium magnam Ma rem inflammat. Eſt quoque huic Patri Moderatori ſocius ſuus, ut plurimum ſacræ Theologiæ ſtudioſus, qui variis in rebus Moderatoris vices ſupplet.

*Invigilent ut diſciplina Congregationis obſervetur.*

*Pater moderator.*

*ejuſque Socius;*

12 Præter hos, à Superioribus Societatis ſtatutos, multi Officiales quot timeſtribus eliguntur ex ipſis Sodalibus, hoc ordine. Primus eſt Præfectus, cui inter Conſodales poſt Moderatorem auctoritas ſumma competit; ſedetque cum duobus Aſſiſtentibus ſeorſim in ſcamno eminenti, invigilans ut univerſa recte adminiſtrentur ab Officialibus ſubordinatis. Proximi prædicto ſcamno, ſed loco humiliori conſident hinc atque inde Secretarius & Subſecretarius, quorum eſt prælegere ſubmiſſas ad Congregationem litteras, ejuſque nomine reſponſa reddere; notare paucis in libro proprio quidquid in Congregatione agitur, referre in Album nomina, tum Sodalium recens admiſſorum, tum Sodalitatum Primariæ aggregatarum, tum Officialium denuo electorum. Dant, cum auctoritate Patris Moderatoris atque Præfecti, litteras patentes Sodalibus, aliò profecturis, de moribus, vita, & frequentandi ſedulitate; eaſque ſigillo Congregationis obſignant. Intereſt Secretarius, cum memoratis Patre Moderatore & Præfecto, electioni Officialium, eoſque promulgat, prout à Regulis præſcribitur. Proponit in conſultationibus, tam privatis quam publicis, quæ examinanda veniunt; &, ſi quid decretum eſt, publicat. Inſuper duodecim eliguntur Conſultores, locis pariter ſibi propriis reſidentes. Solent hi convenire cum Patre Moderatore, Præfecto, & Secretario, quoties majoris momenti negotiũ aliquod tractandum eſt: ex iſtis autem terni, non amplius, in ſingulis electionibus ſuo defunguntur munere, totidem aliis ſublectis, ita ut annuum quilibet ex illis magiſtra-

F

*item Præfectus,*

*& Secretarius,*

*nec non 12 Conſultores.*

A tum gerat. Et hactenus recenſiti Officiales, Majores appellantur.

*Minores Officiales & eorum munia.*

13 Sunt & Minores, qui loca diſtincta non habent, ſcilicet, Depoſitarius unus, qui eleemoſynas, ſtato tempore colligi ſolitas, recipit, ſumptuſque pro rebus Sodalitio neceſſariis ſubminiſtrat ex ærario; cujus una penes ipſum, altera penes Præfectum clavis eſt; refertque rationes accepti & expenſi in librum ad hoc deſtinatum. Duo Cenſores, qui præmonent Sodales de rebus agendis, & curant earum executionem. Viſitatores infirmorum duo: totidem Magiſtri Novitiorum, uti & Cantores, qui ordiuntur Officium beatæ Virginis, aliaſque preces pro anni diverſitate. Duo item Lectores, qui publice prælegunt vitas Sanctorum, puncta Meditationis, & Martyrologium. Quatuor Æditui. Denique Janitores duo. Qui omnes ſingulis trimeſtribus mutantur: parique temporis intervallo univerſale omnium Sodalium concilium inſtituitur, ubi cuique liberum eſt voce aut ſcripto ſuggerere, ſi quid deſiderari in obſervatione Regularum rerumque adminiſtratione animadverterit, aut utile ad Congrega-

B tionis progreſſum judicaverit, præſidente ſolo Patre Moderatore in loco Præfecti, ut de omnibus judicet, ac impoſterum de remediis opportune provideat cum conſilio Officialium. Atque ita fit, ut quivis in id, quod muneris ſui eſt, pro viribus intendat, rectèque inſtitutus ordo invariabilis cum omnium admiratione perſeveret.

*Modus aggregandi Sodalitia alia,*

14 Sed & de modo aggregandi Primariæ huic Sodalitates alias, addamus pauca. Meo tempore, ex omnibus fere Provinciis Europæ, etiam remotiſſimis Poloniæ ac Lituaniæ, imo & ultramarinis Americæ, petitæ fuerunt Aggregationes ejuſmodi & obtentæ: petuntur autem eæ binis ut plurimum litteris, nomine petentis Sodalitii datis, & à Præfecto ejus, Aſſiſtentibus & Secretario ſubſcriptis; inſcriptis autem, alteris quidem Rev. adm. Patri Præpoſito Generali Societatis Jeſu, penes quem ſolum facultas aggregandi eſt; alteris vero, Illuſtriſſimo

*& ſcribendi ad Primarium.*

D. Præfecto atque Aſſiſtentibus Congregationis Primariæ, aut ipſi etiam Congregationi, in Collegio Romano Societatis Jeſu. Hæc fere rogatur, ut ſupplicantem Sodalitatem recipere in numerum ſuarum, ſibique arctiori vinculo & quaſi fraterno (appellant enim in Primaria Sodalitate alter alterum Fratres) adſtringere dignetur, & participem reddere privilegiorum ſuorum, intercedendo apud adm.

C Rev. Patrem Generalem Societatis Jeſu. Acceptæ hæ litteræ traduntur à Patre Moderatore, vel per ipſum, vel per Præfectum, Secretario, ab eoque in plena Congregatione præleguntur elata voce: tum Præfectus judicium ſuum de re propoſita enuntiat, aliorumque exquirit; jubetque Secretarium (ſiquidem ſententiæ pleræque in favorem prolatæ ſint, ut fere fit) per litteras exponere Patri Secretario Societatis Jeſu, & per hunc Rev. adm. Patri Generali, deſiderium Sodalitii aggregari petentis & conſenſum Primarii: ſoletque hac ipſa ſuper re Præfectus etiam Patrem Generalem adire. Quod ſi probaverit Generalis poſtulata, expeditur Diploma in pergameno appenſo grandi Societatis ſigillo, per quod aggregatur Sodalitium ſupplicans, ſub invocatione ſeu titulo plerumque tali, qualem ipſum in litteris ſuis expreſſerat: puta ſub invocatione Beatæ Mariæ, aut Natæ, aut Aſſumptæ, aut ſine macula Conceptæ &c. Raro Chriſti Domini aut Sanctorum tituli aſſumuntur, niſi forte Angelorum. Prædicto diplomati litteræ Congregationis Primariæ adduntur, mittunturque cum illo ad Sodalitium, quod ſupplicaverat, à Præfecto ſaltem & Secretario ſubſcriptæ.

D *Pag.* 17 *de* S. Maximino *n.* 2 *lin.* 2 — *Arianos.* l. *contra Arianos.*

*Pag.* 30 *n.* 21 *lin.* 5 *à fine* — judicat. *l.* indicat.

*Pag.* 32 *col.* 2 *lin.* 6 *à fine* — revecteris. *l.* reverteris.

*Pag.* 41 *de* S. Siſinnio *n.* 4 *lin.* 13 *ad verba* — comitivam gloriam — *adde litteram* j. — *n.* 5 *lin.* 6 *ad* — fulmina — *pro littera* l *ponatur* k. — *& lin. antepenult. poſt* — Kalendas Junii *ponatur litt.* k — *ac denique in Annotatis commutentur ultimæ obſervationes duæ, & quæ penultima eſt fiat ultima, ſub congruis cuique litteris* k. l.

*Pag.* 46 *lin.* 6 *à fine* — donandum. *l.* donandos.

*Pag.* 63 de SS. Voto & Felice. *Annot.* n *lin.* 4 — *referenda.* l. *referenda.*

*Pag.* 64 *col.* 1 *lin.* 8 — pro fiſceretur. *l.* proficiſceretur.

*Ibid. n.* 5 *lin.* 7 *à fine* — propria. *l.* proprias.

*Pag.* 67 *de* S. Theodoſia *num.* 8 *lin. ult.* ſic lege — *ibidem agi, ibidemque corpus requieſcere cenſetur*

*Pag.* 69 *col.* 2 *lin.* 34 — Suſpicientis. *l.* ſuſcipientis.

*Pag.* 70 *lin.* 21 — Apoſtolus. *l.* Apoſtolos.

*Pag.* 74 *poſt Annot.* a — adde — *Græce* σβησθῆναι, extinguerentur. *Profecto (niſi ſchola iſta extra communem civium habitationem fuerint poſitæ) vix eſt credibile, ædibus fuiſſe ſubjectas flammas, cum vicinia totius manifeſto periculo.* E

*Pag.* 87 *col.* 1 *lin.* 6 — *hoc.* l. *huc.*

*Pag.* 98 *de* B Joachimo *n.* 6 *lin.* 22 *ad hæc verba* — Viduam, forma ac * pietate inſignem — *pone* * *etiam in margine, atque poſt Annot.* i *ſcribe.*

* *Scilicet, quoad externam ſpeciem; nam de vera illius eatenus pietate dubitare nos facit, quod tam facile exarſerit in concupiſcentiam hoſpitis, tunc primum viſi.*

*Pag.* 113 *n.* 2 *lin.* 6 — à Domine. *l.* à Domino.

*Pag.* 118 *n.* 22 *lin.* 1, — *& Pag.* 121, *n.* 32 *lin.* 4 — quidem. *l.* quidam.

*Pag.* 141 *n.* 65 *lin.* 16 — alterum. *l.* alteram.

## DE S. BONA VIRG.

*Pag.* 148 *n.* 9 *lin.* 11 — mundo. *l.* mundi.

*Ibid. n.* 11 *lin.* 4 *&* 5 *à fine* — Gartatana. *l.* Gaitana.


*Pag.* 153 *poſt num.* 29 *& in marg. pone litteram* a — *tum pag. ſeq. ad calcem Cap.* 111.

## ANNOTATA.

F

a *His lectis, lubuit per Illuſtriſſ. Magliabechium quærere, perſevereine ibi etiam hodie talis Icon; & R. P. Mag. Carolus Gucci, Ordinis Prædicatorum Sereniſſ. Magni Ducis Theologus, atque in Piſano Studio publicus Theologiæ Profeſſor, reſpondit, perſeverare. Itaque rogatus eam delineandam curare, quamvis locus eſſet à civitate remotior, tamen per Illuſtriſſ. D. Caſcinam, Equitem S. Stephani & Canonicum Cathedralis Piſanæ, obtinuit quod cupiebam, quodque hic exhibeo æri inciſum; non quia exiſtimem, ſic haberi* expreſſam (*uti Sancta petierat*) ſimilitudinem *Chriſti (contrarium enim ſuadet ætas, juſto major in icone, & attonſa, præter uſum Nazaræorum, cæſaries) ſed ut extet diſtinctior favoris* Bonæ *impertiti notitia, ſimulque appareat veritas Parergi, interpoſiti Vitis S. Mariæ Magd. de Pazzis, quo probatum eſt, Chriſtum in iſtiuſmodi gratiis faciendis, Dilectarum ſuarum, non curioſitati, ſed utilitati devotioniq; ſervire, ſecundum ſpecies naturaliter præhabitas aut media humanitus comparata: qualis haud dubie fuit hæc* Icon, *incertum qua manu, quaque ætate picta; veroſimiliter tamen picta ab homine, medio circiter ævo & forma Græcanica, qua etiam Romæ & alibi ſæpe in Muſivis Chriſtus occurrit. Sed non ideo in Græcia pictam dixerim: Græcus enim aut Græci ritus pictor, non omiſiſſet appingere ſacri Nominis litteras* $\overline{\text{I}}\,\text{C}.$ $\overline{\text{X}}\,\text{C}.$ *vel intra*

A *ira diadema, vel circa humeros. Hic autem notabilis eſt manus ſiniſtra, fixuram clavi retinens; eique inſertum ſceptrum triangulare, quale nuſquam alibi vidiſſe memini, fortaſſis ad exprimendam æqualitatem cum Patre ac Spiritu ſancto. Scribitur autem eccleſiam ipſam ſic eſſe conſtructam in quadrum, ut, præter principem ex adverſo portæ aram, utrique laterali parieti altaria duo ſibi invicem obverſa habeat; unum ad ſiniſtram ingredientium,* Deiparæ Annuntiatæ *ſacrum; alterum ad dextram,* S. Bonæ *dictum; ſupra quod primo conſpicitur tabula larga, toti altaris latitudini reſpondens ſed minimæ alta, pluribus diſtincta quadris, Sanctorumque ex ordine collocatorum imaginibus, ſupra has vero aſſurgit opus, limbis inauratis ſic diſtinctum, ut medium locum obtineat imago Salvatoris præfata, lata cubitos duos, duos & dimidium alta; circumcirca vero expreſſa cernuntur variæ* S. Bonæ *miracula, quæ ſigillatim notare hic vellem, ſi ſigillatim indicata fuiſſent: ſed uti de iſtis quæſivi nihil, nemine ipſorum ut ibi pictorũ notitiam ſuggerente; ita delineationis præſentis curatoribus in mentem non venit, quidquam de illis ſignificare.*



D

## DE B. GERARDESCA VID.

Pag. 167 *n.* 6 adde. — *Vivit hodiedum Florentiæ vir pius ac nobilis,* Gerardeſcæ Comes, *familiæ ac nominis originem repetens a quodam Gerardo filio* S. Walfridi; *Nobilis Longobardi, qui Sanctus ſeculo* X *in ſuo allodiali fundo excitavit Abbatiam Montis-viridis dictam, quam etiam primus Abbas rexit. prou. narrat tertius ab eo Abbas Anaſtas. in Vita à nobis ad* XV *Februarii illuſtrata. Quoniam autem in quadam vulgari Corſica inſuſa Chronica, a Ioanne Craſſo Corſo olim compilata, atque ex Vrbinate ad Vaticanam Bibliothecam tranſlata, dicitur idem* Walfridus *cum filiis, Rachiſio Rege mandante, Piſis nemicilium conſtituiſſe ejuſdemque civitatis jus à filio ejus* Gerardo *ad* Gerardeſcæ *Gentis Comites fluxiſſe; exiſtimat ille, quem dixi nunc vivere, illam qua de agimus Beatam, non ſolum nomine, ſed & cognomine atque familia* Gerardeſcam *fuiſſe; ipſamque facit* filiam Comitis Uguccionelli de Gerardeſca; *qua mihi nec probare nec improbare eſt animus, dum nihil tale docet Vita, nec documenta adferuntur ejuſmodi natales probantia.*

*Pag.* 174 *Annot.* f *lin. penult.* — *Mariæ-Maſligas.* l. *Mariæmaſtygas.*

E

*Pag.* 182 *num.* 14 *lin.* 16 — *Dominica.* l. *Dominicano.*

## DE B. PETRO PETRONIO.

Pag. 212 *n.* 61 *in marg.* — *poſſet.* l. *poſſe.*

*Pag.* 214 *n.* 65 *lin* 11 Deo fruendi videndique; ſacros — *interpunge* — Deo fruendi, videndique ſacros *&c.*

*Pag.* 215 *n.* 68 *lin.* 5 coroporis. *l.* corporis.

*Pag.* 220 *Annot.* c adde — *finem autem habuit idem bellum anno* 1360, *per pacem* 8 *Maji; Pontifex ergo. cum quo ea pax tractata fuit Avenione, intelligi debet* Innocentius VI, *ab anno* 1352 *ad* 1362 *Sede Petri potitus.*

*Pag.* 223 *n.* 91 *lin.* 9 Nicolao, Vincento — *expuncto commate, lege* — Nicolao Vincento, — *in marg. vero* — *coram* 4 l. *coram* 3.

*Pag.* 229 *col.* 1 *lin.* 20 — maxima. *l.* maximè.

*Ibid. col.* 2 *lin.* 7 *à fine* — ad hac. *l.* ad hanc.

*Pag.* 230 *n.* 110 *lin.* 10 *à fine dele* — aliis,

F

# APPENDIX
## AD DIEM TRIGESIMAM MAII.

Pag. 242 de SS. Baſilio & Emmelia *n.* 1 *lin.* 7 — Euſebium. *l.* Baſilium *&c.*

*Pag.* 244 *n.* 10 *lin.* 3 *à fine ſic lege* — elatiorique vivendi ratione (quas tamen exercitatione accurata jam pridem ſubegerat, & velut ancillas *&c.*

*Pag.* 247 De S. Iſaacio, *ipſo initio paginæ, duas lineas, incuria typothetarum omiſſas ſupple: & quæ nunc eſt ibi prima, hanc cum ultima præcedentis paginæ ſic conjunge — recte omittens . . . . mentionem facere Boſphori Thracii, cujus Theodoretus capite priori meminerat, ſic deinde loquens, quaſi ἐνθάδε,* ibidem, cellam monaſticam *ſeu ſtationem vicinam habuiſſet* Iſaacius: *quia &c.*

*Pag.* 248 *col.* 1 *lin.* 8 *à fine num.* 1 — μετακαλεσαι. l. μετακάλεσαι — *& mox lin.* 4 *à fine ejuſdem numeri* — ἔντειλε. l. ἔντειλαι.

*Pag.* 255 *Annot* d *lin.* 1 — *ab.* l. *ob.*

*Pag.* 258 *Annot.* a *lin. antepen.* — ὑπὸ τὸ ὕψωμα l. ὑπὸ τῦ ὕψωμαι.

*Pag.* 264 de S. Madelgiſilo *lin.* 24 — hoc ratione. *l.* hac ratione.

*Pag.* 269 *n.* 16 *lin.* 2 — eccleſiam. *l.* eccleſiæ.

*Pag.* 276 de S. Huberto *n.* 16 *lin.* 10 *à fine* — anguſtum. *l.* auguſtum.

*Pag.* 278 *n.* 14 *lin.* 15 — Betigniaceni. *l.* Bretigniaceni.

*Ibid. lin.* 22 — porrexit. *l.* perrexit.

*Pag.* 280 *lin.* 8 *à fine dele* — Papæ.

## DE S. FERDINANDO REGE.

Pag. 284 *col.* 2 *lin.* 8 poſt — *cui altera tantum ad manum eſt* — adde & muta — *ſolum dixero haud parum veroſimile mihi videri (quod & Hiſpali judicari intelligo, & à Chriſtophoro* Baniez *de Salcedo teneri) antiquiorem eſſe Generalem, ex qua Ferdinandæa auctor ſumpſerit, quidquid deerat Latinæ hiſtoriæ Roderici Toletani, cujus interpretem ſe qua præibat egiſſe fatetur ille. Non tamen multo poſteriorem eſſe Ferdinandæam vel*

A *inde conficitur, quod in hac, cap. 74 agatur de Meſquita &c.*

*Pag.* 287 *col.* 1 *lin.* 8 *claudatur parentheſis* poſt —— Campanienſis)

*Pag.* 293 *num.*34 *lin.*16 -- *in* l. *inter.* --- *& n.*35 *lin.*11 -- *non ſunt.* l. *non ſunt uſi?*

*Pag.* 197 *ad an.* MDLI *dele ultimas duas lineas, & ſubſtitue,*

MDLV *recuditur Valliſoleti* Chronica ſancti Regis *apud Sebaſtianum Martinez, & editur die* IV *Auguſti.*

*Ibid ad an.* MDCLXXI *lin.* 3 -- de Turre-Fanfan. *l.* de Turre Farfan.

*Ibid. ad an.* MDCLXXVII, *lin.* 2 -- *Tranſlationes.* l. *Tranſlationis.*

*Pag.* 304 *col.* 1 *in fine tituli -- an.* MDXXXV -- *ſcribe -- an.* MDLV.

*Pag.* 395 *n.*3 *lin.*7 -- *alioque.* l. *aliaque.*

*Pag.* 307 *in Monit. ad Tab. col.* 2 *lin.*5 *à fine* -- cupienti. *l,* cupientibus.

*Pag.* 315 *Annot.* i *lin.*4 dele —— *non.*

*Pag.* 322 *Annot.* n *lin.*12 —— *appellatamque.* l. *appellatumque.*

*Ibid. Annot.* x *lin.* 7 —— *ab.* l. *ad.*

B *Pag.* 326 *n.* 48 *lin.* 2 —— ad Duas germanas. *l.* ad Duos germanos.

*Pag.* 336 *n.*71 *lin.* 16 —— *tranſlationem.* l. *tranſlatione —— lb. lin.*5 *à fine* —— dignum. *l.* dignam.

*Pag.* 347 *n.*103 *lin.*9 -- Hic dictis. *l.* His dictis.

*Pag.*349 *n.*111 *lin.*20 -- patre. *l.* parte.

*Pag.* 352 *col.*1 *lin.*4 *poſt* Cordubenſem —— *adde* ——

*Sed cum textus noſter nullius Dedicationis meminerit, præ-* D
*ſumere poſſemus, primam illam Miſſam celebratam fuiſſe in loco necdum conſecrato, ſuper altari portatili, qualia plura ſine dubio habebantur in caſtris; quod facere potuit Presbyter quicumque, nedum Epiſcopus electus, præmiſſa expiatione ſeu benedictione extemporali, per eumdem Electum vel aliquem Epiſcoporum facta.*

*Ibid. col.*2 *lin.*4 *à fine lege* —— Pio, Felice, Victore, Patre patriæ --- *& in marg. nota -- an.* 1569.

*Pag.* 357 *n.*131 *lin.*12 -- Henricus. *l.* Henricum -- *& lin.*17 -- *maximus.* l. *maximas.*

*Pag.* 362 *col.*2 *lin.*6 *à fine* -- Leonis. *l.* Legionis.

*Pag.*365 *col.*2 *lin.*21 -- *lugubri* -- adde -- *Officio.*

*Pag.*368 *n.*17 *lin.*9 -- Regi. *l.* Rege.

*Pag.*392 *col.*1 *in tit. App. lin.* 3 -- Regi. *l.* Regis.

*Ib. lin. ult.* -- *Miracula.* l. *Miraculi.*

*Pag.*406 *n.*49 *lin.antepenult.* -- ſanctæ. *l.* ſanctè.

*Pag.*409 *n.* 59 *lin.* 28 poſt --- *impoſtrices epiſtolas Lunæ* -- adde -- : *qui ipſemet fortaſſis, cum animadvertit, mendacium ſuum vel jam deprehendi cœptum ab iis, qui aliquam Arabicorum characterum habebant notitiam, vel proxime deprehendendum metueret; conſilium dederit dealbationis iſtius, ſtudium decoris majoris prætexens,* E *revera autem abolitum cupiens id unde poterat falſitatis convinci. Hoc ſi cogitavit, cogitavit fruſtra; prævenerat enim illum ſimplicioris Robleſii diligentia, qua ipſos characteres, mox ut interpretationem Lunæ accepit, aſſimilandos curarat, atque in ſuum librum transferendos; unde operæ pretium fuerit, una cum ipſis, dictarum picturarum argumenta ejuſdem Robleſii verbis diſcere &c.*

# APPENDIX
## AD DIEM TRIGESIMAM PRIMAM MAII.

C *Pag.* 417 *col.* 2 *lin.*16 S. Alexander. *l.* SS. Alexander & Galla.

*Pag.* 419 *col.* 2 *poſt* Wilſtanum, *ponatur.*

Maynardus, Urbini Epiſcopus, *in Concilio Romano anni* 1059 *repertus, S. Creſcentini Martyris corpus Tiferno Vrbinum tranſtulit anno* 1068: *ignoratur mortis annus & dies*, Beati *tamen titulo honoratus invenitur anno* 1499 *per hanc marmoream inſcriptionem, locatam in Cathedrali & ab Vghello relatam tomo* 2 *col.* 862. Guidubaldo Urbini Duce, ac Joanne Petro Arivabeno Præſule, 11 Kal. Iunii MCCCCLXXXXVIIII, corpus Beati Maynardi, Urbinatium Epiſcopi, tranſlatum, & ſub hoc altari collocatum fuit. *Aliud de eo nihil ſcimus: ſi plus aliquid honoris publici cultuſque ei nunc deferatur, id libenter diſcemus pro die, quo* S. Creſcentinus *colitur (cujus & Vitam carmine ſcriptam editamque anno* 1601 *deſideramus)* 1 Junii.

*Pag.*432 *n.*6 *in marg.* -- 1450 -- *tranſpoſitis zyfris* lege -- 1045.

*Pag.* 434 *col.*2 *lin. ult.* -- *intus re.* l. *intus repoſita.*

*Pag.*447 *n.*11 *lin.*2 ſpon,ſi -- *ſcribe* -- ſponſi,

*Pag.* 449 *col.* 1 *lin.* 18 *ad verbum* cognovimus -- *itemque in marg. pone litteram* a, *& lin.* 24 *pone in eodem marg. litt.* b —— *Item pag.* 450 *col.*2 *ad lin. antepenult. pone ſimiliter in marg. litt.* c.

*Pag.*452 *Annot.*b *ſic muta* —— *Caniſius legit* Macerie: *quod à librarii errore eſſe malui credere, ne ſenſus, ſatis alioqui obſcurus, obſcuriori vocabulo difficilior redderetur.*

*Pag.*458 *in tit. lin.*1 —— VENATO. *l.* VENETO.

*Ibid. col.*2 *in marg.* —— *tranſlatam.* l. *tranſlatâ in.*

*Pag.* 459 *col.*1 *lin.*18 —— vovis. *l.* vocis.

*Pag.*470 *num.*42 *lin.*10 —— licentiabit. *l.* licentiabat.

*Pag.*478 *n.*1 *lin.*8 —— tentatio, ſuperbi. *l. abſque commate* —— tentatio ſuperbi.

*Pag.* 479 *col.* *lin.*6 —— potius. *l.* ut potius.

*Pag.* 480 *ac deinceps in titulo* —— DE VERANIS. l. DE VARANIS.

*Ibid. n.*5 *lin.*15 —— aliquando. *l.* aliquanto. F

*Pag.* 482 *col.*1 *lin.*10 *ſuſpicabor.* l. *ſuſpicabar.*

*Pag.* 485 *n.* 26 *lin. penult.* —— commendabant. *l.* commendabat.

*Pag.*490 *lin.*1 —— præſtit. *l.* præſtita.

*Pag.*492 *Ann.*a *lin.*1 -- *Protocollum.* l. *Protocollon.*

*Pag.* 494 *n.*57 *lin.*5 —— pœnam. *l.* pœnâ.

*Pag.*496 *col.*2 *lin.*3 *in tit.* —— *Paſcuccii.* l. *Paſſini.*

*Pag.*501 *n.*20 *lin.* 14 —— creaturam. *l.* creaturarum.

*Pag.* 502 *n.*5 *lin.*4 —— quæ. *l.* qua.

*Pag.* 508 *col.* 1 *lin.*10 —— ipſi. *l.* ipſâ.

*Pag.*514. *In Corollario poſſet primo loco poni* S. Felix Puer, Martyr Romanus, Palmam Siciliæ oppidum tranſlatus, *anno* 1675 *ex App. pag.*709, *propter anniverſarium tranſlationis feſtum affixum Dominicæ* IV *poſt Paſcha.*

*Pag.*515 *n.*4 *lin.*3 -- *Typographica.* l. *Topographicâ.*

*Pag.* 515 *poſt Comm. de* S. Gertrude Valduletana, *locari ſimiliter poſſent* SS. Cerealis, Theodorus, Antenodorus, Martyres *item* Romani; *quorum oſſa anno* 1667 *honorifice tranſlata ad Oratorium primariæ Sodalitatis in Romano Collegio Societatis Ieſu, quotannis cultum ſolenniorem habent ipſa die Pentecoſtes: prout referuntur in Append. ad* XXIX *Maji.*

COR-

# CORRIGENDA VEL ADDENDA
## IN IPSIS APPENDICIBUS.

*Pag.*522 *die* 20 *poſt lin.* 8, *pone* — S.Guidus Comes Donoratici.

*Pag.*524 -- JAC.ALPHÆI. lege. JACOBO ADELPHOTEO.

*Pag.*525 *col.*2 *lin.*3 -- *in Cypriani* -- dele -- *in.*

*Ibid. in marg.* -- *Lingonum.* l. *Lingonis.*

*Pag.* 527 *col.*1 *lin.* 4 *à fine* -- illo. *l. illa.* -- *col.* 2 *lin.*4 *à fine* -- *indifferentur.* l. *indifferenter.*

*Pag.* 529 *col.*1 *lin.*11, -- *fidem.* l. *fidem.*

*Pag.* 530 de S. Blandino *lin.* 4 -- *indagatur.* l. *indagator.* -- *Ibid.col.*2,*num.* 6 *lin.* 5 -- *octogintorum.* l. *octingentorum.*

*Pag.*533 *in tit. cap.* 1 -- *ſacris.* l. *ſacri.*

B *Pag.*545 *poſt num.* 8 *ponatur novus titulus* -- §. 3 *Concluſio exhortatoria ad Sanctum colendum.*

*Pag.* 552 *col.*11 *lin.*13 -- *an.* l. *num.*

*Pag.*554 *n.*3 *lin.*20 -- MCC. l. MCCCC.

*Pag.*555 *n.*6 *lin.*21 -- filiis. *l.* filii.

*Pag.*566 *n.* 42 *lin. antep.* -- negatio. *l* negotio.

*Pag.*571 *de* B. Alexandro *lin.* 6 -- ordinatas. *l.* ordinatus.

*Pag.*678 *n.*6 *lin.*16 -- uni Sanctis. *l.* uni è Sanctis.

*Pag.* 581 *col.* 1 *in Addendis* de S. Godehardo *pro pag.* 502 adde -- *In Archidiœceſi Mediolanenſi, cui Genua aliquando ſubfuit, nunc quidem de* S.Godehardo *ſolum ſit Commemoratio, ſub officio ſolenni de S. Venerio Mediolanenſi Epiſcopo; olim vero, cum de S. Venerio fieret* VI *Maji, uti habent vetera Kalendaria, fiebat hoc die de ſolo* S. Godehardo; *& quidem ita, ut in Miſſali anni* MDXXII *inveniatur Miſſa tota propria antiquo ritu, id eſt cum propria Præfatione, qualis non additur Sanctis recentius ab Eccleſia Mediolanenſi aſſumptis, ut eſt S. Petrus Cæleſtinus, & alii ſimiles. Præfatio autem de* S. Godehardo, *poſt,* ✠ Æterne Deus, *ſic procedit.* Qui dum

C mirabiliter cuncta diſponis, quoſcumque fideliter in modicis exercitari prænoſcis,gradu feſtinato provehis ad majora. Inter quos beatus Confeſſor tuus ac Pontifex Godehardus, eccleſiaſticis deditus diſciplinis, de virtute profecit in virtutum.Nam quia, variis coruſcans miraculis & doctrinis, ſeipſum tibi præbuit acceptum & hominibus gratioſum, Pontificalem meruit aſſequi dignitatem. Hic enim diverſis religionum ſtudiis eccleſias condidit, & conditas reparavit; dæmonum phantaſticas illuſiones expulit; loca, à dæmonibus occupata, divinæ religioni & cultui eccleſiaſtico dedicavit: Majoribus formidini & honori, minoribus amabilis, cunctis affabilis extitit & benignus. Pauperibus ſubſidia non negavit; occupatam à dæmonio mulierem,infantulum quoque, miſerrimo infirmitatis genere laborantem, ſuis benignis precibus liberavit: tandem, poſt tanta pietatis exempla, cæleſte meruit conſcendere regnum, per Chriſtum Dominum noſtrum; per quem &c. *Quæ ſane nec novam nec parvam ſolennitatem indicant, cujus tamen originem hactenus nec divinando confido aſſequi me poſſe. Pro die autem* V *Maji &c.*

*Pag.* 587 *col.*1 *lin.*7 *à fine* — *eamdem nomenclaturam.* l. *eâdem nomenclaturâ.*

*Pag.*588 *col.*1 *ante med. de* Grato Epiſc. *lin.*4 — *præſidens.* l. *præſidens.*

*Pag.*593 *Annot.* a *lin.*2 — *tranſcribere.* l. *tranſcribere.*

*Pag.* 594 de S. Hilario *lin.* 1 — *indignitatis.* l. *indignatis.*

*Pag.*616 *col.*2 *lin.*13 — inimicos. *l.* inimicis.

*Pag.*617 *n.*6 *lin.*18 — fruſtra. *l.* fruſta.

*Pag.*657 *col.*2 *lin.penult.* — *eanicem.* l. *caniciem.*

*Pag.*659 *col.*2 *lin.* 7 *à fine* — CCXXIII. *l.* CCCXXIII.

*Pag.* 662 *col.* 2 *Annot.* b *lin.*2 — *eum,* l. *cum.*

*Pag.* 664 *col.* 1 *de* S. Agapito — adde — *Mox autem hæc ipſa ſic impreſſa Fanũ miſi ad R. adm. P. Dominicum Frederici, Presbyterum Oratorii ibidem erecti ex inſtitutione S. Philippi Nerii, librorum ac litterarum amantiſſimum: qui nihil moratus, ad Gubernatorem Pergulanum,* XX p. m. *diſtantem, litteras dedit; queſitaque Acta ipſiuſmet Gubernatoris manu tranſcripta accepit atque tranſmiſit. Sed hæc, præterquam quod compoſita primum ſint poſt ſeculum Chriſti* XI, *cum jam* Cruciferorum *celebris eſſet appellatio (nam* Cruciferorum copioſa multitudo ex Hiſpania dicitur applicuiſſe Eugubium, & juſſu Dionyſii Præſidis, ligatis ad terga manibus, ad Curiam tracta, *quibus ſe* Agapitus, *jam ante eodem prægreſſus, adjunxerit) tam inſulſe conſarcinata ſunt omnia, ut non tam caſu amiſiſſe illa, quam ſtudio aboleviſſe videatur Henſchenius. Nam & eam* quæ nunc Provincia Ducatus (*Spoletini ſcilicet*) appellatur, *tunc ait dictam fuiſſe* Numidiam; *& civitatem,* quæ nunc Eugubium nuncupatur, *tunc fingit vocatam* Cirtenſem Coloniam (*ex Africa in Italiam male traducta nomina*) *antea vero* Iuliam, *vel à Iulio Cæſare, vel à Iulia uxore Octavii Auguſti ſic iam dixiſſe debuerat*); *&* perſecutionem Decianam, *quam ibi* Agapitus *vicerit, conjungit cum* tempore Maximiani Imperatoris, *quo is martyrium denique conſummarit* anno Domini 30.... *intervallum dimidii ſeculi complexus; ac denique verbum nullum habet, de corpore aut Capite* Pergulam *tranſlato, aut alio fundamento Patronatus talis: de quo tamen deque hodierni cultus modo potiſſimum petimus edoceri, quando de hiſtoria paſſionis certi nihil habetur ex tali Legenda. Ibidem etiam Sanctus ipſe paſſus dicitur* die, *non* X, *ſed* XI

F Maji; *quod dubium ſimiliter ſolvi nobis cupimus, ut ſic inſtructi, poſſimus de eodem Sancto plenius agere in poſt faciendo totius Semeſtris Supplemento.*

*Pag.* 681 *n.* 3 *lin.* 2 -- *Commendatiorum.* l. *Commendationum.*

*Pag.* 684 *n.*4 *lin.*18 -- *feciſimus.* l. *feciſſemus.*

*Pag.* 686 *col.*1 *lin.*5 *à fine* -- *Alpum.* l. *Alpium.*

*Pag.*710 *n.*4 *lin.*13 -- muniſmata. *l.* numiſmata.

## DE S. IOANNA PRINCIPE.

*Pag.*724 *col.*1 *lin.* 2 *ad* -- aliquammultis diebus -- *adde* *, *& in marg. ſcribe* * *imo* ſeſquianno.

*Pag.*725 *Annotat.* d adde -- *Vaſconcello conſentit Albitius Florentinus in Stemmatis Principum Chriſtianorum; ut oporteat memoria lapſam eſſe Pineriam, cum ſolum* aliquammultis *poſt partum* diebus *dixit obiiſſe Reginã.*

*Pag.*731 *n.*28 *lin.*7 *à fine* -- Eleonarum. *l.* Eleonoram.

*Pag.*737 *Annot.* a adde -- : *idque ipſum num.* 61 *Princeps ipſe confirmaret, aſſerens, quod* nec fratres alios neque filios habebat, fortaſſis nec habiturus erat: *& hoc quidem ſpem aliquam proximam prolis ſuſcipiendæ indicat, ſed dubium, an maſcula ea eſſet futura, ſupponit: ut*

A *autem eſſet, potuit ſuis precibus ſancta Princeps impetraſſe, talemque futuram divinitus etiam præſciviſſe.*

*Pag.* 740 *n.* 71 *lin.* 16 — *conſiliatribus.* l. *conſiliatricibus.*

*Pag.* 746 *n.* 97 *lin.* 4 — *relevatum.* l. *revelatum.*

*Pag.* 762 *n.* 175 *poſt lin.* 23 *deleantur cetera atque ſubſtituatur*

## ALLOCUTIO ITERATA.

*Illuſtriſſime & Reverendiſſime Domine.*

HActenus fueram commentatus, jam ante ſeptennium; longe utique prius, quam occaſione Tomi V Majalis, ſub Patrocinio Tuo in lucem dandi, mens mihi veniret cognoſcendæ diſtinctius Souſarum Familiæ. Hinc factum, ut accedens ad præmiſſorum Actorum numeros, 155 & 156, Latinitate donandos, & quatenus opus videretur propriis obſervationibus illuſtrandos, animum non adverterim ad ibi nominatum Illuſtriſſimum Genitorem Tuum, Didacum Lopez de Souſa, Mirandæ Comitem &c. â periculoſiſſimis ac pene deſperatis febribus bis ſanatum, uſu illius terræ, quæ
B de B. Joannæ ſepulcro accepta anno MDLXXVII, exindeque petentibus omnibus diſtribui cœpta, etiamnum nil imminuta perſeverat. Alexipharmacum hoc, anno (ut ibi dicitur) MDCXIV, Patri ejus Henrico, Avo Tuo, de filii cariſſimi vita anxio, miſerant ex Averienſi monaſterio, conjugis ſuæ lectiſſimæ, D. Menciæ de Villena, Matris Tuæ, ſorores duæ germanæ, ibidem ſacram Deo virginitatem profeſſæ: illi, inquam, D. Henrico de Souſa, qui Comitilem titulum, à tribus primis Stirpis veſtræ Conditoribus, Suerio & Huſonibus geminis, ante ſex ſecula uſurpatum, in Souſarum Familiam poſtliminio reducere meruit, jubente tunc Hiſpaniarum Monarcha Philippo Sapiente, reſpectu fidei, Sebaſtiano Regi deceſſori probatæ in Africa, uſque ad vincula carceremque; nec non intuitu operæ ſibi præſtitæ ſub Alberto Auſtriaco, vicaria poteſtate Luſitaniam gubernante, in littoribus Regni tutandis contra Anglos, formidabili cum claſſe iiſdem imminentes. Is Henricus, dum acceptum Averio pulverem, filio in Caſtella periclitanti commendat per litteras, & jacentem erigit ad fiduciam ſanitatis recuperandæ in
C meritis B. Ioannæ collocandam; poſteris ſuis omnibus videtur legem præſcripſiſſe, ſedecim annis prius quam Tu naſcerere, omni ſtudio promovendi cultum ejus Patronæ; quæ niſi vitam adoleſcentiori tunc Didaco conſervaſſet, numquam Henricum Fratrem tuum, ſtirpem per filiam propagaturum; numquam Te habuiſſet Luſitania, à Portuenſi Epiſcopatu ad Archiepiſcopatū Oliſipponenſem transferendum, publico Regni totius bono. Quantus nempe qualiſque nunc es, talem ac tantum Ioannæ debemus, Tuque ipſum Te illi. Quid igitur, in fronte horum Actorum Te alloquens, inter Proavorum Titulos argumenta quæſivi, commendandæ Tibi Sanctæ, quæ tam excellenti ac ſingulari beneficio obſtrictum habet quidquid & es & potes; dum ipſum Te argumentum habebam, non adductum aforis, ſed in viſceribus cauſæ repertum? Accipe proinde, quod iterum offero, alio ac potiori reſpectu; cumque legeris, eâdem qua Divorum Acta, non legere tantum, ſed & imitari ſtudes, attentione; vide an opellam, in iſtis illuſtrandis à me collocatam, dignam cenſeas, quæ oculos ſubeat Sereniſſimæ Reginæ, Mariæ-Sophiæ-Eliſabeth; pro ea qua mdomo attulit Latinæ linguæ peritia, per ſe legendo cognituræ, quam præſens ac pene domeſticum, ad qualcumque neceſſitates, Patrocinium poſſideat in Sereniſſimi Sponſi ſui pientiſſimo Regno. Non agnoſcet illa quidem, præ Chriſtiana animi demiſſione, eadem fere omnia laudari in Ioanna, quibus ipſamet laudabilis eſt: ſed exempla ſibi proponi credet, quæ debeat ac velit, pro ſui ſtatus conditione, imitari. Aſt boni ejus ſubditi, Tuque imprimis, cum jucunditate inter ſe comparabunt, præſentes hujus & præteritas illius virtutes; ſperabuntque futurum, ut qua parte Infantæ Virgini aſſimilari novam ſuam Eliſabetham prohibet vinculi conjugalis obligatio; eâdem referat, vel etiam ſuperet, cognominem ſibi Reginam Sanctam, Petri II, potentiſſimi ac feliciſſimi Regis, in devexam utriuſque ætatem diuturna uxor; & quod ei ad laureolam Ioannæ deeſt, ſuppleat numeroſa liberorum corona: quibus ad ſpiritualis in Chriſto regenerationis fontem ſiſtendis, fias identidem, pro tuo Oliſipponenſis Archiepiſcopi Luſitaniæque Primatis officio vitæ ſanctioris auctor; medianteque myſtico iſto nexu, ſæpius appelleris Regnantium Compater, & Pater Regnaturorum. Ita cum bonis omnibus iterum atque iterum vovet

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. GRATIÆ TVÆ

*obligatiſſimus cliens ac famulus*

DANIEL PAPEBROCHIUS S.I.

*Quale etiamnum ſpectatur.*

*Pag.* 791 *col.* 2 *lin.* 1 — Franciſcum. *l.* B. Franciſcum.

*Pag.* 804 *col.* 2 *lin.* 8 *à fine* — lucum. *l.* lacum.

*Pag.* 819 *col.* 2 *in marg.* — *Caliſtinus per.* l. *Caliſti nuper.*

*Pag.* 830 *col.* 2 *poſt lin.* 16 *addendis Commentario de* S. Attone *etiam hæc appone* ---

*Pag.* 201 *poſt num.* 33 adde — *Ad prædictorum confirmationem lubet etiam adjungere, quæ noſter Ianningus ſub exitum anni* MDCLXXXV *Piſtorio tranſiens notavit in hæc verba*: Die xxx Decembris, quæ fuit Dominica, Illuſtriſſ. D. Gerardus Gerardius Epiſcopus, gratioſe mihi conceſſit facultatem inſpiciendi Corpus S. Attonis; quod reconditum eſt in eccleſia Cathedrali ſupra altare, per portam principem ingredienti à dextris ſitum & frontiſpicio applicatum. Caput cornu Epiſtolæ, pedes Euangelii reſpiciunt. Pars anterior loculi, qui in ipſo muro excavatus eſt, argenteâ fabrefactâ laminâ tegitur: illâ autem remotâ, per vitream feneſtram Corpus apparet nigricare, ore patulo, naſo aliquantum ſuppreſſo; collo obtorto, ſic ut facies antrorſum vertatur, buſto ſupino jacente. Manus integerrimæ ſunt, pedes nonnihil exeſi: totum corpus pelle tegitur & admodum exuccum eſt. Veſtes quibus indutum eſt (puta Pluviale, interula, mitra, eædem feruntur eſſe, quibuſcum ſepultum ac deinde inventum fuit.

INDEX

# INDEX
# HISTORICUS
## IN TOMVM VII MAII.

## A


ABdelmelik Iben Quartan, *Dux Saracenorum in Hiſpania 8 ſec.* 63 e 65 a
Abdelmurris, *avus Avomahomet Principis Arabum in Hiſpania* 317 c
Abderraman Iben Mazovia, *Rex Saracenorum primus Cordubæ*, 63 d 64 a f
Abenamafon *Rex Nieblæ in Hiſp. ſec.* 13 342 c
Abenfuth, *Rex Maurorum, profligatus ad Xerez.* 300 a
Abenhuth. *Ejus genus, rebellio, poteſtas, inſignia, mores, mors* 320 b c
Aben-Raman *inter epulas occidit Abenhuth Regem* 320 c
Achelous *Ep. Theſſalon. baptizat Theodoſium Imp.* 253 a. *Anno* 381 *intereſt Concilio CP.* 254 b
Achillas *prædicitur ſucceſſurus S. Petro in Patriarchatu Alexandrino* 248 b
Actilius Beringherius *Vitam B. Petri Petroni eruit è tenebris* 190 a b. *Iuvenis in Maggiana pie moritur* 191 a
Adalbero *Ep. Metenſis an.* 942 *dedicat Treveris eccleſiam S. Ioannis* 33 f
Adalbertus, *Ep. Pragenſis, Ticini agit cum S. Majolo* 691 f
Adalbertus *ex Monacho S. Maximini Epiſcopus Rugorum, & Magdeburgenſis* 31 e
Adalbertus *Comes ſubſcribit Electioni Odilonis in Abbatem Cluniacenſem* 692 b
Adalbertus *pater & filius* 29 f
† Adalheis *Auguſta, Bertã matrem ſepelit Paterniaci* 690 d e
Adam *an* 1250 *Ep. Placentin. in Hiſp. intereſt Dedicationi eccleſiæ Cordubenſis, capta à S. Ferd. urbe* 328 f 390 b
Adam *Abb. S. Baſoli an.* 1229 531 e
Adam *Abb. Perſeniæ adverſatur Ioachimo Abb.* 138 f 139 a
Adam Salomonius *pater B. Iacobi Veneti* 461 c
Adamus *an.* 1146 *Ep. Æmonenſis in Iſtria* 14 b
Adalradus *an.* 960 *prædia quædam ſua donat monaſterio Celſinianenſi* 689 f
Adelais *Comitiſſa an.* 979 *ſubſcribit donationi factæ S. Majolo* 690 b
Adelbertus, *Prior SS. Vdalrici & Afræ ſcribit vitam S. Athanaſii* 548 b
Adelbertus *Incluſus, repente incurvatus, ope S. Modoaldi ſanatur* 712 f
Adicus *Monachus ſatagit de reformatione monaſterii Foſſatenſis prope Pariſios* 691 b
Adoni *Ep. Matiſconenſi commendatur monaſterium Cluniacenſe à Ioanne XIII* 690 a
Adonulfus, *Ep. Firmanus, præcipit an.* 1209 *Monachis S. Sabini obſervationem Regulæ* 778 b
Aldebaldus *interpolat vitam S. Majoli, à Syro ſcriptã* 684 e
Ægidius *an.* 1250 *Ep. Burgenſis* 360 d
Ægidius *an.* 1250 *Ep. Oxomenſis* 360 d
Ægidius *an.* 1250 *Ep. Tudenſis* 360 e
Ægidius Manrique *egregie rẽ agit in pugna ad Xerez* 324 b
Ægidius Rodriguez Nogerolius, *Commendator Caravacæ circa an.* 1370 397 b
† Ægidius Valladarius, *ex Necromanta, Converſus Ordinis Prædicatorum* 233 a
† Æmilianus *in inſula Majorbo prope Venetias* 664 c
† Agapitus *Mart. Pergulæ in Ducatu Vrbinate* 664 a 866 e
Agariſma *præeſt Arluco monaſterio tempore S. Aygulfi Abbatis Lerinenſis* 690 a
Agevaldus *an.* 942 *Abb. Gorzienſis* 34 a
Agnes Alvares *in Conventu Ieſu Averii inter primas facit Profeßionem circa an.* 1460 722 f
Agnes Malavolta *mater B. Petri Petroni* 191 e
Agnes, *ſoror primogenita B. Æmiliæ Biccheriæ* 558 d
† Agricius *Ep. Trevirenſis.* 21 c d. *Corpus an.* 942 *transfertur* 4 a 33 f
† Agricola *Ep. Nivernenſis* 232 c
† Agrippinæ *Virg. Mart. Tranſlatio Menæi in Sicilia* 792 b
Aimardus, *Abb. Cluniacenſis ſibi in vita ſubſtituit S. Majolum* 689 c 692 a
Alanus de Bruck, *an.* 1293 *Ep. Trecorenſis, confirmat donationem à S. Yvone factam ſacello S. Tugduali* 817 b
Alaricus *Rex Gothorum ſub alveo Biſenti amnis ſepultus* 98 c
Alaſia Borromæa *mater B. Æmiliæ Biccheriæ* 558 c
Albertus Scaliger, *Canis Grandis nepos, depictus prope imaginem miraculoſam B. V. Mariæ Veronæ* 791 a
Alderannus *ſec.* 10 *Ep. Matiſconenſis* 89 a
Aldiſia Biccheria, *ſoror ſecundo genita B. Æmiliæ* 558 d
† Alexander *prædicitur ſucceßurus in Sede Alexandrina* 2 b 248 b
Alexander PP. IV *donat Gentili Varano Camerinum à Manfredo deſtructum* 805 e
Alexander Andrioſius *an.* 1582 *Ep. Caſalis S. Evaſii* 47 a
Alexander *ſec.* 12 *Abb. S. Spiritus Panormi* 116 c
Alexander Henn, *ab an.* 1680 *Abb. S. Maximini, monaſterium, à Gallis ſolo æquatum, reædificat* 35 b
Alexander *an.* 1199 *Iuſtitiarius Regius in regno Neapol.* 127 f
Alexander Faventinus, *ſocius B. Iacobi Veneti Romæ in Catacumbis, & miraculi ab ipſo facti teſtis* 465 e
Alexander Petri de Capocchis *ſec.* 16. *ſtudium ejus ſingulare erga S. Antoninum* 682 d e
Alfonſus Piſanus *Archiep. S. Severinæ, Abb. Florenſis* 126 c
Alfonſus, *Rex Caſtellæ, avus S. Ferdinandi* 298 f *Regnat* 55 *annos.* 307 e. *Filias* 4 *habet Regibus nuptas.* ibid. *Inſtituit Ordinem Equitum S. Iacobi.* ibid. *Ejus vitæ compendium* 307, 308
Alfonſus, *Rex Legionen. pater S. Ferdinandi* 298 e. *Caſtellanis bellum infert.* 299 b, 313 f. *Moritur an.* 1230, 299 e
Alfonſus *frater S. Ferdinandi Mauros vincit,* 300 a. *Obtinet victoriam inſignem ad Xerez* 323, *prælio vincitur à Rege Granatæ* 333 d
Alfonſus, *filius S. Ferdinandi primogenitus* 299 a, 317 b. *Vltima ab eo mandata accipit & heres declaratur* 303 c d
Alfonſus V *Luſitaniæ Rex an.* 1460 *primum lapidem ponit novi templi Averii.* 722 c. *An.* 1452 *fit pater S. Ioannæ, primogenitæ ſuæ.* 723 e. *Signatur Cruce contra Mauros bellaturus in Africa.* 725 a. *Arziliam & Tingim ipſis eripit.* 729 e. *Comitatur filiam Averium, ingreſſuram monaſterium.* 733 f. *Moritur an.* 1481 *Cintræ* 748 b
Alfonſus, *Ioannis Luſitaniæ Regis filius unicus, moritur ante patrem, lapſus ex equo* 757 b
Alfonſus Sanchez *è Soc. Ieſu, clarus virtute & laboribus pro fide propaganda ſuſceptis* 403 d e
Alfonſus Telli de Meneſis, *vir nobilis ſec.* XIII *in Caſtella* 311 d 324 b
Alhamadus *Rex Arzonæ, hanc tradit S. Ferdinando, ab eoque ſtatuitur Rex Granatæ* 302 c
Alienor, *filia Regis Angliæ, uxor Alfonſi Regis Caſtellæ,* *mater*

A *mater 4 Reginarum* 307 e 311 b
Alienor, *filia modo dicta, Regina Aragoniæ* 307 e
Alienor, *filia S. Ferdinandi* 299 a, *moritur parvula* 317 b
Alienor *altera S. Ferdinandi filia ex secundo matrimonio* 330 d
Almanzor, *Saracenorum Rex, avexit campanas S. Iacobi Cordubam* 300 f
Alvarus de Castella, *Comes, bellum indicit S. Ferdinando.* 299 a. *Vincitur, capitur, liber dimittitur.* 299 b, 315 d. *Bellum resuscitans, Castelionem obsidet, vulneratur ac moritur* 315 f
Alvarus Didaci deCamberiis, *sec. XIII nobilis Castellanus,* 311 d. *Offendit bis Regem ac mox reconciliatur* 316 f
Alvarus Perez, Prorex *interceptarum à S. Ferdinando urbium, meminit* 331 b
Amblardus *à Ioanne XIII jubetur cogi ad restitutionem Celsiniacensi monasterio faciendam* 689 f
† Amasius Ep. Theanensis *indicat Soranis Caput S. Restitutæ V. M.* 857 e
† Ambrosii Sansedonii *Dominicani Senis elogium* 193 a
Ambrosius de Jesu *Minorita* 3 e
† Ampelii *Ep. Reliquias sec. 16 inventas* 45 e
Anastasius Dicorus *ædificat CP. ecclesiam S. Euphemiæ Petræ* 238 a
B Ancherius *an. 926 Archiep. Lugdunensis* 88 f
Ancherus *Abb. Centulen. an. 1112 renovat capsas Reliquiarum* 264 b
† Andreas, *Archiep. Treverensis* 418 e
† Andreas Galeranus, *Senis* Pater pauperũ *vocitatus* 192 f
Andreana Contarena, *Abbatissa S. Laurentii, curat an. 1617 solenniter transferendas Reliquias SS. Pauli & Barbari* 771 a
Andreas Taurus, *Nobilis Senensis sec. 14, præst Sodalitati B. Mariæ ad gradus sive della Scala* 217 f
Angelus Domini Colletti *sec. 14 præclarus Medicus Senis* 202 c
† Angilbertus, *Abb. Centulensis, an. 814 mortuus, condidit novum tumulum ac epitaphium SS. Caidoco & Frechorio* 263 c d
Aniciorum *familia Romana, non tantum Consulibus & Imperatoribus, sed & Martyribus & Confessoribus nobilis* 428 c f
Annibal, *frater B. Baptistæ Varanæ, cum patre ac duobus fratribus necatur à Cæsare Borgia* 508 f
Anselmus *Ep. Laudunen. an. 1229 transfert Corpus S. Marculfi* 531 e
Anna de Klinglaw } *Moniales Ord. Prædicatorum in Hel-*
Anna Wansaselerin } *vitia* 234 b
C Anna Mechtildis *Monialis scripsit Vitam B. Æmiliæ Biccheriæ* 558 c
Anthemius *è Primoribus Antiochiæ* 51 d, *fit magus, ac mox pœnitens* 55
† Antonini *Ep. Florent. Reliquias sec. 16 inventas* 45 e
† Antonii Patavini *prærogativa in recuperandis amissis* 368 a
Antonius Augustinus *Archiep. Tarraconen. an. 1586, obiit pientissime* 419 b
Antonius Beccaria, *Confessarius B. Æmiliæ Biccheriæ, ei sacrum Viaticum porrigit* 564 d
Antonius à S. Maria *Ord. S. Dominici sæculo 15, Vicarius Generalis per regna Castellæ ac Lusitaniæ, Confessarius Ven. Beatricis Leitoæ* 728 d
Antonius Oncala, *scriptor floruit ab an. 1530, Gentilibus suis Hispanis nunc fere ignotus. Ejus scripta recensentur.* 396 a b
Antonius Pasqualinus, *Sacerdos vitæ exemplaris, an. 1590 mortuus* 419 b
Antonius Regiensis *an. 1582 Abb. Benedictinus Parmæ* 147 b
Antonius Thomas de Schiantensibus, *eximius Magister in Theologia, Ord. Prædicat. 1480 mortuus* 682 d
Apollinaris *an. 1617 Anima in Japonia occisus pro fide* 419 a
Arboastes *Presb. perjurus ad S. Maximini sepulcrum punitur* 20 f 21 a
Archenoldus *Præfectus cum Haymone Duce transfert Corpus S. Fursæi Peronam* 266 d
Ardingus de Paja *an. 1411 Potestas Astii* 575 f
Ariadna, *uxor Anastasii Dicori* 238 a
Ariani *annos 40 tenuisse dicuntur CP. ecclesias Orthodoxorum, quando à Theodosio inde pulsi sunt* 253 f
Arias, *Archiep. S. Iacobi, venit in castra S. Ferdinandi sub Hispali* 394 c
Arnoldus *an. 1245 Ep. Treverensis* 34 a
† Arnulphi *Ep. Sueßion. corpus elevatur ab Hariulpho Abb. Aldemborgensi* 265 c
Arnulfus *Imp. subjicit Lobiensem Abbatiam Episcopo Leodiensi* 846 a
Asinarius *Comes 8 sec.* 64 a
Athelstanus *Rex, vico S. Buriena jus asyli concedit* 37 b
Avoabdella, *pater Avomahamet Principis Arabum* 317 c
Avomahomat, *nobilis Arabum Princeps, filius Avoabdellæ* 317 c
Aurelianus *sec. 10 Archiep. Lugdunen.* 89 a
Aurelianus *ab an. 270 Imperator* 4 f
Aurelianus, *Comes utriusque militiæ in Isauria sub Trajano Imp. Christianos persequitur & appellatur etiam* Princeps & Imperator 4 f
Austerius *an. 915 Archiep. in Galliâ* 88 f
Aynricus *Ep. Lausanen. subscribit Electioni Odilonis in Abbatem Cluniac.* 692 b
Azelinus *fit an. 1044 Episcopus Hildesienſis* 422 c
Azzolinus Malavolta *sec. 14 Ep. Senensis* 213 a


# B


B Adefridus, *Comes Palatinus, pater S. Austreberta* 801 c
B Baldricus, *Ragineri Hannoniæ Comitis ex sorore nepos pulso Ratherio fit Ep. Leodiensis* 845 d
† Balthildis, *uxor Clodovei Regis, extruit monasteria Corbejense ac Gemmeticum* 266 e
Balduinus, *Ep. Teruanensis, Corpus S. Framehildis æqualiter dividit, inter Ludovicum Comitem ac sororem ejus* 801 f
Balduinus, *Monachus S. Remigii, scribit Vitam compendio, fusius Miracula S. Gibriani* 619 a
le-Bar *Franciscus, Prior Aquicinctinus, Monasterologiam octo tomis collegit* 265 c
Barnachar, *vir nobilis & opulentus* 29 d
Bartholomæus *an. 1145 Ep. Laudunensis* 636 d
Bartholomæus Mini *sec. 14 Prior Dominicanorum Senis* 213 d
Bartholomæus Ravennas, *Prior Cartusiæ Gorgonensis, sanctitate clarus* 226 e
Bartholomæus *Ord. Minorum* 3 c
Bartholomæus Senensis, *Cartusianus, exornat vitam B. Petri Petroni* 188 c
† Basini *Ep. Treverensis Corpus an. 942 transfertur in novam ecclesiam* 34 a
Basilius *Imp. auxilium Russorum implorat contra Phocam.* 519 a
Basilius Macedo *condit monasterium S. Euphemiæ in Petrio CP. ibique filias suas collocat* 238 a
† Beata, *Virgo in territorio Senonensi* 234 d
Beatrix *Regina Siciliæ, mater Constantiæ* 126 c
Beatrix, *ex Imperiali genere devotissima femina, uxor S. Ferdinandi* 299 a 316 d. *Obiit an. 1235, & sepulta est Burgis* 300 c
Beatrix, *cum marito suo, Comite de Orlemund, fundat an. 1132 monasterium Lanckenheimium* 442 d
Beatrix Biccheria, *soror B. Æmiliæ, eique ætate proxima* 558 d
Beatrix Leitoa, *conspicuæ nobilitatis in Lusitaniâ, matrimonio jungitur Didaco de Atayde* 721 a. *Viro mortuo, monasteriolum sibi ac filiabus extruit* ibid. f: *aliasque admittit, sub habitu S. Dominici secum victuras,* 722 a e: *habitationem amplificat, clausura munit, &* Conventum Iesu *appellat* 722 c c: *prima Professionem facit* f: *fit Prioriſſa &*

*& Abrantii obit* 723 a c ; *unde biennio poſt oſſa ejus per filiam Mariam tranſlata Averium* ibid. d
Beatrix de Menezes, *illuſtris matrona educandos ſuſcipit Regis Alfonſi V liberos, poſt matris eorum mortem* 742 a
Beli Blettin } *Moniales Ord. Prædicatorum in*
Beli de Liebenbergh } *Helvetia* 234 b
Benalhamar, *Rex Argonæ, obſidet Martos caſtrum & repellitur* 330 f
Benedictus *Ep. Abulenſis an.* 1250 360 d
Benedictus Carrega *Abb. S. Benigni Genuæ* 13 f
Benedictus Piſo, *Monachus Calmenſis ; an.* 1539 *ſcribit de Vita S. Hucberti* 271 f
† Benigni *Ep. Reliquiæ an.*1517 *inventæ* 45 e
† Benno *Ep. Miſnenſis an.* 1523 *canonizatur* 419 e
Berengaria, *primogenita Alfonſi Regis Caſtellæ, regnum paternum transfert in filium ſuum Ferdinandum Sanctum.* 298 f 313 e *Moritur & laudatur* 340 e f
Berengaria, *filia S. Ferdinandi* 299 a, *in Regali monaſterio Deo ſacrata* 317 b
Berengarius *an.* 1315 *Generalis Ord. Præd.* 459 d
† Berlerius, *Diſcipulus S. Giſleni* 235 a
† Bernardini Senenſis *præclarum elogium* 193 b *Pro concione Venetiis laudat Ordinem Cartuſianum, qui paulo poſt eò inducitur* 230 f 231
Bernardinus Cardinius, *Maqueda Dux, an.* 1599, *Prorex Siciliæ* 710 d
Bernardinus Martoranus *ſub Carolo Quinto Secretarius in regno Neapolitano* 95 f
Bernardinus Tileſius, *Philoſophus, laudatus in funere à Paulo de Aquino* 95 f
† Bernardus Tolomæus, *Ordinis Olivetani auctor* 193 a
Bernardus *Abb. Florenſis* 125 f
Bernardus *ex Abbate Epiſcopus Geruntinenſis* 121 e 124 a
Bernardus *pater S. Bonæ* 147 b
Bernardus, *vir nobilis, an.* 993 *ſervos aliquot manumittit ad preces Cluniacenſium* 692 d
† Berno *Abb. Cluniacenſis ſibi adhuc viventi ſufficit Odonem* 692 a
Berta *Regina, Conradi Regis & S. Adalheidis mater, piiſſima femina, Paterniaci ſepulta* 690 e
Berta *mater S. Bonæ* 147 b
Bertholdus *Comes de Andechs, fundat an.* 1132 *monaſterium Dyezzenſe* 442 b 443 f. *Pater B. Mathildis Virg.* 453 c
Berthredus *ſuccedit an.* 1000 *Segegavo in Abbatia Glaſtonienſi* 810 a
Bertranda Carmera, *nota ex Vita S. Elzearii Comitis* 419 f
Bindus Bindi, *Petroni Card. conſobrinus, & ejus teſtamenti executor* 196 a
Blanca, *filia Alfonſi IX Regis Caſtellæ, Regina Franciæ, mater S. Ludovici* 307 e
Blanda, *à S. Eleutherio Ep. Tornacenſi ad vitã revocata* 417 c
Blaſia Cerretana, *uxor B. Ioannis Columbini* 213 f
† Blaſii & Demetrii *Martt. Inventio* 4 d
Blaſius, *puer undennis, mortuus per S. Bernardinum vitæ redditur, & mira narrat de Inferis ac Superis* 823 b
Boleſlaus Pudicus, *an.* 1260 *Rex Poloniæ* 606 f
† Bona *apparet B. Gerardeſchæ* 175 c
Bonacurſus Boſchettus, *ſocius S. Bonæ in peregrinatione ad S. Iacobum* 150 e
Bonhomus *an.* 1199 *Archiep. Conſentinus* 127 f
Bonifacius, *Comes Donoratici, an.* 1332 *ædificat monaſterium Monialium S. Claræ Piſis* 163 e
† Brictii *corpus circumfertur per Galliã, causâ colligendi eleemoſynas pro reſtauratione eccleſiæ quæ conflagraverat* 534 b
Brunechildis, *Sigeberti Regis uxor* 263 a
Brunicus, *Clericus Pipini Regis* 24 c
Bruno *Archiep. Colonienſis conſecrat an.* 1135 *altare S. Cordulæ* 441 f
Bruno *Ep. Lingonen. monaſterium S. Benigni reformat per* 691 e
Burchardus *Archiep. Lugdunen. ſubſcribit Electioni Odilonis in Abbatem Cluniacen.* 692 b
Burchardus *Comes in monaſterium Foſſatenſe per S. Majolum reducit regularem diſciplinam* 691 b. *Subſcribit Electioni S. Odilonis in Abbatem Clun.* 692 b

# C

† Cæciliæ *Virg. Mart. corpus à S. Paſchale inventum & in Vrbem tranſlatum* 773 d
Cæcilia Avograda *conſpiciendam ſe poſt mortem dat B. Æmiliæ Biccheriæ* 561 d
Cæleſtinus III *Papa an.* 1191 *coronat Romæ Henricum VI Imper.* 108 a
Cæſar Gambara *an.* 1582 *Ep. Dertonenſis* 47 a
Canis Franciſcus Scaliger, *cognomine* Grandis, *prò excitato Deiparæ ſacello ſanitate donatur* 790 f
† Cannatus *Ep. Maßilienſis colitur* 15 *Octobris* 530 a
† Capraſius *in monaſterio Lerinenſi* 240 b. *Hymnus de eo compoſitus* 240 d *S. Venantium in virtute inſtruit* 241 e
† Cariulfus, *diſcipulus S. Marculfi, cum quo illius Reliquiæ an.* 1451 *tranſlatæ* 530 d
Carolo Medici *Card. dedicatur vita B. Petri Petroni* 189 a
Carolus *ſec.* 15 *Abb. Florenſis* 126 b
Carolus Libardus *deſcribit nuperam Tranſlationem S. Metronis* 652 b
† Catharinæ Senenſis *præclara laus* 139 b c
† Celſus *fingitur ex Toletano Trevirenſis Epiſcopus* 232 c
Celſus Guilielmi *an.* 1582 *Abb. Benedict. Patavii* 46 c
Centius *Card. an.* 1200 *Sedis Apoſtolicæ Legatus* 128 c
† Chonon *ſeu* Chononus, *Abb. Lerini* 3 b
Chriſtianus à S. Donato *Ord. Min. in Apulia an.* 1468, 234 a
Chriſtophorus Numaius *an.* 1528 *Card. titulo S. Mariæ in Aracæli*, Forolivienſis *vulgo dictus* 458 c
Chriſtophorus de Rojas *Archiep. Hiſpalen. an.* 1579 *transfert corpus S. Ferdinandi* 368 f
Chryſaphius, *ſocius Naucratii, cum hoc improviſò moritur* 244 a
† Chryſogonus, *Mart. Aquileiæ* 420 d *paſſus ad aquas Gradatas, ſepultus à S. Zoilo* 429 a b
Ciconia, *vir illuſtris Piſis, videt S. Bonam ab imagine Chriſti ſalutari* 148 b
Cinquinorum *familia Piſis* 165 a
† Clara *Virgo ſpectandam ſe præbet B. Baptiſtæ Varanæ* 488 e f
Clemens PP. III *ſcribit Ioachimo Abb.* 102 a
Cluniacenſes *multis prædiis, pagis, atque eccleſiis donantur à Fulcherio, S. Majoli patre.* 687 e f 688 a *ad horum normam varia monaſteria à S. Majolo reformata* 690 e f
† Colvander *Martyr, inventus in Cœmeterio Calixti cum ſuo nomine* 710 b
Columbinus *ſec.* 12 *Abb. Curatii, B. Ioachimum admittit in Ordinem* 99 e
† Conon & filius *ejus Martt.* 233 b
Conradus, *an.* 1245 *Archiep. Colonienſis, conſecrat eccleſiam prope Trevinos in honorem SS. Ioannis Euang. Maximini, Agricii & Nicetii* 34 a
Conradus à Lutzelnſtein *an.* 1152 *electus Epiſcopus Auguſtanus* 448 d
Conradus, *Rudolfi Regis filius, S. Adalheidis frater* 690 e
Conſtantia *Romanorum Imperatrix & Regina Siciliæ, uxor quondam Henrici Imp.* 126 d
Conſtantia, *Regis Caſtellæ ſoror, uxor Frederici II* 127 c
Conſtantia, *filia Alfonſi IX Caſtellæ Regis, Abbatiſſa monaſterii de las Huelgas* 307 e
Conſtantinus Acropolita, *magnus Logotheta, laudator S. Theodoſiæ* 67 f 69
† Coprus, *Mart.* 233 c
† Cordula *Mart. ex ſociabus S. Vrſulæ apparet S. Helmtrudi, & feſtum ſibi celebrari proprium impetrat* 441 d e

† Creſcentius *Mart. Romanus, in Stiriam tranſlatus* 418 b
Creſcentius *ſec.* 14 *nobilis Medicus Senis*, 212 d. *Magni fit à B. Columbino* 213 f
Cumania, *filia Alleani Hiberni* 3 d
Cyricus, *frater S. Majoli* 688 a
† Cyrillus *Carmelita, ſcribit Ioachimo Abbati* 102 d
† Cyrillus *Ep. Hieroſol. an.* 381 *in Concilio CP.* 254 a

# D

DAvid *Archiep. S. Andreæ in Scotia, ab hæreticis occiſus* 234 b
† Demetrius *Mart. celebris CP.* 85 f
Demophilus, *inter Arianos Princeps & Epiſcopus CP. exulat cum ſuis jubetur à Theodoſio* 253 f
Didacus Lopez de Souſa, *Comes de Miranda, an.* 1614 *ſemel iterumque levatur gravi morbo, ope S. Ioannæ Principis* 759 b c
Didacus Lopez, *Biſcayæ Dominus, ditione ſua exuitur à S. Ferdinando* 332 f, *& reſtituitur in integrum* 333 a
Didacus de Atayde *conſpicuæ nobilitatis ac virtutis in Luſitania* 721 d
Didacus, *Miles nobiliſſimus, Legionem eripere conatur S. Ferdinando poſt mortem patris* 299 e. *Punitur divinitus* f
Didacus Perez de Vargas, *frater Garziæ, fortiſſime pugnat ad Xerez, ubi* Machuca *cognomen ſibi parit* 324 b 331 a
Didacus Laurentius, *ſacellanus S. Ioannæ Principis, vir eximiæ virtutis, cognoſcit abſens ejus mortem* 756 a
Didacus de Soto *Soc. Ieſu tranſit in Indias* 404 c
Didacus Lupi de Faro *an.* 1250, *Vexilliſer Regis Ferdinandi* 360 f
† Domardus, *diſcipulus S. Marculfi. Vtriuſque Reliquiæ an.* 1451 *à tranſlatæ* 530 d
Dominicani Patres *an.* 1235 *ab hæreticis Toloſæ male habiti, inde coguntur abire* 181 a
† Dominici Silenſis *prærogativa in liberandis captivis*, 368 a
Dominicus *ſec.* 13 *Ep. Abulenſis* 313 f
Dominicus Roboreus *an.* 1582 *Ep. Aſtenſis* 47 a
Dominicus Tuſſanus *an.* 1479 *transfert Corpus S. Marculfi* 531 e
Dominicus *Ep. Beatienſis, capta Corduba à S. Ferdinando, intereſt Dedicationi templi ejus primarii* 328 f
Domitianus Comes, *Iconii proſequitur Chriſtianos* 5, 6
† Dorothea, *Vidua Pruthena* 609 d 611 a
† Dubricii *Ep. Tranſlatio* 4 d
Dulcia, *Soror S. Ferdinandi, non uterina* 300 a
Dulcidius, *Præſes Aquileiæ ſub Diocletiano* 429 b
† Dympnæ *Virg. Mart. Tranſlatio Gelæ in Brabantia* 233 a

# E

EAdwardus, *ex Archidiacono Londinen. Monachus Glaſtonienſis, relinquere monaſterium prohibetur divinitus* 84 a
Edmundus *ſimul cũ patre ſuo Ethelredo regnat in Anglia* 810 b
† Eduardus *Rex Angliæ ab Alexandro III canonizatus* 380 c
Eduardus de Menezes, *Comes Vianenſis, virtute bellica clariſſimus, & ſanguine Regibus conjunctus, in prælio contra Mauros obit* 727 e
† Eigilis *Archiepiſcopus Sononenſis* 2 c
Electus *Ord. Minorum Romæ in Ara-Cœli* 3 e
Eleonora de Menezes, *Eduardi Comitis filia, ſingulari pietate Matrona* 727 e, *Ferdinando Duci Brigantino deſponſa* 729 c, *monaſterium Ieſu ingreditur Averii an.* 1421, *omni virtutum genere elucet ac fit Prioriſſa* 731 d
Eleuſius *Ep. Cyzicenſis Arianus an.* 381 *in Concilio CP.* 254 b
† Elfegus *Archiep. Cantuar. poſt S. Dunſtanum, à Danis an.* 1010 *martyrizatus* 810 b
Eliſabetha Molino, *an.* 1496 *Abbatiſſa S. Laurentii Venetiis, tranſfert Corpus S. Barbari Mart.* 770 b
Eliſabetha Bechlin, Eliſabetha de Elgaw, Eliſabetha Schefflin, Eliſabetha Steiglin } *Ord. Prædic. Moniales monaſterii Thoſani in Helvetia* 234 b
† Emanuel *Mart. Romanus, tranſlatus an.* 1678 *Viennam Auſtriæ* 233 a
Emanuel, *filius S. Ferdinandi* 299 a 317 b
† Emygdius, *Aſculi Patronus* 764 a
Engelhardus, *Monachus Ciſtercien. ſcribit Vitam B. Mathildis Virg.* 444 b
Ennico *Ep. dedicat eccleſiam S. Ioannis Bapt.* 64 b
† Epiphanii *Reliquiæ Hildeſii* 432 d
Erkenboldus *an.* 942 *Abb. Tullenſis* 34 a
Ermenfredus *Ep. an.* 973 *ſubſcribit inſtrumento donationis, à Cluniacenſibus facta* 689 f
Ermentrudis *Abbatiſſa in Deytkirchen, Ord. Ciſterc.* 233 c
Ermentrudis *Abbatiſſa Bonnæ* 3 d
Enitherus *Ep. Merciorũ & Ab. in Ingolbugo in Anglia* 418 f
† Eſperantius *Ep. Lugenſis* 233 d
Ethelredus, *Angliæ Rex, filium Edmundum ſecum regnare jubet* 810 b
Ethelwoldus *Ep. in Anglia reſuſcitat Latinæ linguæ uſũ* 809 c
† Ettonis *Ep. & Conf. Tranſlatio in monaſterio Lætienſi in Hannonia* 792 c
Euangeliſta *ſec.* 15 *Abb. Florenſis* 126 b
† Eucharius, *primus Ep. Treverorum* 21 d 23 a
Evellius, *Conſiliarius Neronis, Piſis Martyrio affectus dicitur: an recte?* 683 a
Evetius *Ep. Epheſinus Arianus an.* 381 *in Concilio CP.* 254 b
Eugenius PP. IV *ſibi moribundo adeſſe voluit S. Antoninum* 681 e
Eugenius *Ep. in Hibernia* 418 c
Euphratas *ſec.* 4 *Ep. male ſenſiſſe creditur de Filio Dei* 21 e
† Euplus *mart. celebris CP.* 85 f
Euſtachius *Vicedominus Ambianenſis, dat menſtruos reditus eccleſiæ B.V. Mariæ* 529 f
Euſtathius, *Ep. in Oriente* 4 *ſec* 19 e
Eutyches, *ſive* Eutychius, *diſcipulus S. Ioan. Euang.* 234 f
† Exuperantius *Ep. Vxamenſis* 233 d
† Exuperantius *Ep. Cingulanus in Piceno* 261 f
† Exuperantius *Ep. Comenſis* 261 f
† Exuperantius *Diac. & Mart. in eccleſia S. Bartholomæi Romæ* 235 e 261 f
† Exuperantius, *Diaconus S. Sabini Epiſcopi* 420 d
Exuperantius *Ep. Dertonenſis, intereſt Conc. Aquileienſi* 261 d
Exuperantius *Ep in Lucania, ſanctitate inſignis* 261 d
Eymardus *ſec.* 10 *Abb. Cluniacenſis* 89 d

# F

FAerguſſius de Druim-bile & Ernimus *Hiberni* 233 c
Farabertus, *poſt Hugonẽ occupat Abbatiam Lobienſẽ* 846 a
† Faræ, *ſeu* Burgundoforæ, *Tranſlatio in oppido Far-moutier diœceſis Meldenſis* 664 d
Federicus, *filius S. Ferdinandi* 299 a 317 b
† Felicula *Virgo, collactanea S. Petronillæ* 420 c f
† Felicis *& Feliciſſimi Reliquiæ Senis* 431 f
Felix à Peruſio, *Abbatiſſa Romæ an.* 1425 419 b
Ferdinandi Magni *Vita comparatur cum Vita Ferdinandi ſancti* 364
Ferdinandus Valdeſius *Archiep. Hiſpalenſis an.* 1569, 352 f
† Ferdinandus *Ep. Cajacenſis in Campania* 282 d
Ferdinandus Catholicus *Rex Bazã obſidet ac intercipit* 402 a
Ferdinandus, *filius S. Ferdinandi* 299 a 317 b
Ferdinandus *alter ejuſdem Sancti filius ex ſecundo conjugio* 330 d
Ferdinandus Ordoniez *Magiſter Ord. Calatravæ* 343 c
Ferdinandus Nunionis, *nepos Comitis Alvari, captivum abducit Rodericum Gondeſalvum* 312 a
Fernandus, *frater Comitis Alvari de Caſtella, moritur pœnitens in Africa* 299 a f
Fernandus Gonzalvi *an.* 1250 *Majormerinus in Caſtella* 360 f
Fernandus Enriquez *prænobilis Dominus, & primus Eques Hiſpali* 304 d f. *Ei inſcribitur an.* 1555 *Chronica S. Ferdinandi ab ejus editore* ibid.

Ferrandus, *Eccleſiæ Carthag. Diac. doctrina celebris* 418 b
† Ferreoli & Ferrutii *Martt. Tranſlatio an.* 1063 *facta*, 234 d
Findocha *virgo in Scotia* 419 a
† Firminus *Ambiani eccleſiam fundat B. V. Mariæ, poſtea SS. Acei & Acheoli dictam* 529 e
Flaccus *Comes S. Petronillam ſibi uxorem poſtulat* 420 c
† Flavianus *Mart. Romanus in Auſtriam tranſlatus* 418 b
Fortunianus *Ep. Aquileæ ſub Conſtante Imp.* 19 c
Fortunius *Ep. Pampelonæ ſub Garcia Rege* 64 d
Fortunius Garſianis *Rex Pampilonenſis* 64 a
Fortunius *Præfectus Aragoniæ ſub Rege Garſia* 64 c
† Franciſcæ Romanæ *Canonizatio* 2 c
Franciſca Pachieca *Ord. Minorum* 3 e
† Franciſcus Picolomineus, *Ord. Olivetani Inſtitutor* 193 a
Franciſcus Boſſi *Ep. Novarinus, an.* 1582, *Genuæ Viſitator Apoſtolicus* 47 a
Franciſcus Galiatus *an.* 1582 *Ep. Vintemilien.* 47 a
Franciſcus Monachus *Ep. Marturanenſis* 94 f *conſecrat an.* 1607 *Dianii templum* 101 d
Franciſcus Altoviti, *initio ſeculi* 14, *præſt Cartuſiæ Maggianæ* 197 e
Franciſcus de Caſtilione, *Secretarius S. Antonini, ejuſque vitæ ſcriptor* 681 f
Franciſcus Foſcarus, *an.* 1422 *Venetorum Dux* 231 c
Franciſcus Guaſtellonus, *Minorita Senis, genere ac virtute nobilis, diſcit latus à B. Petro Petrono tempus ſuæ mortis* 218 d
Franciſcus Muſo Muñoz, *an.* 1556. *Prætor Caravacæ* 392 f
Franciſcus de Notarioanne, *relicto monaſterio Floris, aliud extruit* 126 b
Franciſcus Pachiecus, *Capellanus Major Capellæ Regiæ, & Canonicus eccleſiæ Hiſpalen.* 353 c
Franciſcus Petrarcha *Boccacio reſpondet circa prenuntiatam ei à B. Petro Petrono mortem* 229 a
Franciſcus Tarviſanus *Prior Cartuſiæ Venetæ, B. Laurentio Iuſtiniano in amoribus* 231 d
Franciſcus Turæ Montaninus *ab an.* 1336 *præſt Maggianæ Cartuſiæ* 197 e
Franciſcus Vincentus, *ſocius B. Columbini* 193 a. *Sua pauperibus dat* 210 d
Franciſcus de Urbino *Minorita ſtimulat B. Varanam ad virtutem, & ſecreta ejus novit* 481 e 482 a b
Franciſcus *frater B. Petri Petroni* 191 e
Franco, *ex Abbate Lobienſi Epiſcopus Leodienſis, Abbatiam juri Epiſcopali ſubjici impetrat ab Arnulfo Imp.* 846 a
Fredericus III Imp. *filio petit S. Ioannã Luſitanam* 724 d
Fredericus *an.* 942 *Ab. S. Huberti* 34 a
Fredericus Schembeck *Soc. Ieſu vitam ſcribit S. Iuttæ* 604 b
Frontonius *Ab. an idem qui* S. Fronto, *Ab. in Scheti* 417 f
Findocha, *Virgo Scotica* 419 f
Fulcherius, *avus S. Majoli, an Dux Arelatenſium* 688 a b
Fulcherius, *vir præpotens aũ prænobilis, pater S. Majoli, in Cluniacenſes perquam beneficus* 687 e
Fulco, *Abb. Dunenſis, mortuus in Claravalle* 418 d
Fulcuinus *Abb. ſcripſit libellum de Abbatibus Lobienſibus* 845 d
† Furſeus *venit ex Hibernia in Britanniam* 266 b. *Moritur Maceriæ & transfertur Peronam* 266 d

# G

† Gabini *Mart. Turritani corpus Romæ in Vaticano* 236 a
† Gabinii, *patris S. Suſannæ, corpus Romæ in eccleſia S. Suſannæ* 236 a b
Gaidulfus *Ticini ſec.* 10 *dedicat eccleſiam S. Mariæ Virg. poſtea S. Majoli dictam* 693 b c
Gaitana, *illuſtris femina, comitatur S. Bonam in Palæſtinam* 148 e 151 e
Galeatius, *an.* 1582 *Ep. Maceratenſis* 47 a
Galganus Vannis *in Cartuſia Maggiana accipit Profeſſionem B. Petri Petroni* 196 e
Galindo *Comes, præficitur Aragoniæ* 8 *ſec.* 64 a
† Galterius, *aliis* Galbertus, *Abb. S. Martini in Gallia* 232 f
Galterus, *an.* 1249 *Archiep. Senonenſis, Reliquias Sanctorum decentius collocat* 431 f
† Gandolfi *Ord. Minorum Tranſlatio, an.* 1330 *facta Politii* 792 d
Garciaz Laurentii, *Henrici Regis adhuc pueri cuſtodiæ deputatus à Berengaria Regina* 311 c
Garciaz Lupi de Cárdenas, *Commendator Caravacæ* 394 b
Garciaz Menezes, *ſec.* 15 *Ep. Eborenſis* 729 c
Garziaz Perez de Vargas, *Eques ordinatur* 323 d. *In prælio ad Xeréz occidit Regem Gazulatum ibid.* f. *Septem Mauris ſolus occurrit eoſque fugat* 342 e f
Garciaz-Sancius Meſia *an.* 1348 *Commendator Caravacenſis* 396 f
Garſiaz Sancionis, *Rex Aragon.* 64 d
Gaufridus *an.* 1582 *Ab. S. Salvatoris Papiæ* 47 b
Gemma, *mater B. Ioachimi Abb.* 95 e
Georgius à Coſta *ſec.* 15 *Cardinalis* 747 d
Georgius de Almeida *Ep. Conimbricen. S. Ioannam inviſit ægrotantem* 747 d. *Intereſt exequiis defunctæ* 754 a
Georgius, *Ioannis Luſitaniæ Regis nothus, S. Ioannæ amitæ ſuæ educandus committitur* 742 c
Georgius de Godtzveld *an.* 1468 *Vicarius Epiſcopi Auguſtani* 442 f
Georgius Trapezuntius *auctor vitæ B. Andreæ Chii* 184 b 185 c. *Alia Græce ac Latine ſcripſit* 184 b
Gentilis Varanus, *an.* 1258 *accipit ab Alexandro IV Camerinum, è ruinis ſuis reſtaurandum* 805 c
Geraldus *ſeu* Gerardus *Abb. Caſæ-Marii ſec.* XII. 93 c 112 f
† Gerardus *Ep. Tullenſis, Romam proficiſcens, agit Ticini cum SS. Majolo & Adalberto* 691 f. *Moritur Tulli* 692 f
Gerardus *Archiep. Exonienſis an.* 1190 *tendit in Palæſtinam* 138 d
Gerardus *Abb. Florenſis* 125 f
Gerardus *Comes Gerardeſcæ, an.* 1455 *rogatur à Piſanis Corpus S. Guidi* 821 d
Gerhilta, *ætate grandæva, fit Recluſa & moritur an.* 1014 *in Helvetia* 552 e
Germanus *Ep. Capuanus videt S. Paſchaſium in pœnis purgatorii* 439 a b
Germanus Agledunenſis, *an.* 1582 *Abb. Benedictinus Lerini* 47 b
† Gertrudis *Virg. Tranſlatio in novum feretrum Nivellis* 232 f
Gervaſius Volaterranus *an.* 1582 *Abb. Benedictinus Senis* 47 b
† Gervinus *Abb. Centulenſis qui an.* 1073 *mortuus eſt, poſuit Corpora SS. Caidoci & Frechorii in capſa argentea* 263 d
Gervinus II *patrui ſucceſſor Centula, fit Epiſcopus Ambianen.* 265 b
† Geruntii *Ep. Reliquiæ an.* 1517 *inventæ* 45 e
Giſilbertus *Dux, uſurpans monaſterium S. Maximini, ab hoc arguitur in viſione* 28 b
Giſlebertus *inſtituitur à S. Majolo Abbas Majoris-monaſterii Turonibus* 690 f
† Giſlemarus *Monachus, Daniæ Apoſtolus* 417 c
† Gobanus *de Ara-Dar-inis Hibernus* 233 e
† Godehardus *ſec.* XI *Ep. Hildeſienſis, colitur* 4 *Maji* 432 c
Gometius de Soto-mayor, *an.* 1388 *Commendator Caravacæ* 397 e
Gometius Suarii de Figuerba, *an.* 1388 *Magiſter S. Iacobi* 397 e
Gondiſalvus *Ep. Conchenſis capta Corduba intereſt dedicationi eccleſiæ* 328 f
Gundiſalvus, *frater Comitis Alvari de Caſtella* 299 a *à Ferdinando Rege ad Arabes transfugit* 317 a
Gonſalvus Roderici, *nobilis Caſtellanus ſec.* XIII 311 d 312 c
Gonſalvus Ferri, *Dominus Molinæ, rebellis Regi Ferdinando, pacem init* 317 a
† Gordianus, *Mart. Romanus, ad Auguſtinianos prope Leodium tranſlatus* 664 a
Goſſinus *Ep. Sueſſionen. an.* 1144 *adeſt Dedicationi Montis-Dei* 618 e

Gregorius Thaumaturgus, *magiſter S. Macrinæ, aviæ S. Baſilii* 242 e
Gregorius Papa IX, *adſcribit S. Dominicum catalogo Sanctorum* 558 e
Gregorius, *ſec.* 13 *Abb. S. Michaelis Diſcalceatorum Piſis* 176 e
Guala Biccherius Card. *an.* 1219 *adificat Vercellis Conventum S. Andreæ* 558 e
Gualterius de Moac, *an.* 1178 *Ammiratus regii exercitus in Sicilia* 100 b
Guarnerius Guaſſus, *an.* 1582 *Ep. Alexandrinus* 47 a
† Guibertus, *à Leone X Canonizatus* 380 f
Guilielmaccius, *pater B. Petri Petronii* 191 e
Guilielmus Giffordius, *Archiep. Remenſis, nomen ſuum dat Confraternitati S. Gibriani* 651 f
Guilielmus de Tria, *Archiep. Remenſis, an.* 1325 *transferi Reliquias S. Gibriani* 651 d, *Confraternitatem ejus confirmat* *Ibid.* e
Guilielmus, *Abb. S. Michaëlis in Taraſcha an.* 1229 531 e
Guilielmus, *an.* 1290 *Abb. Florenſis* 125 f, *in Tranſlatione B. Ioachimi liberatur febri* 117 e
Guilielmus, *an.* 1178 *Rex Siciliæ* 100 b
Guilielmus de Biſiniano *an.* 1199 *Iuſtitiarius Regius in Regno Neapol.* 127 f
Guiterius *Ep. Cordubenſis, Miſſam primus cantat in urbe Iaën, occupata à S. Ferd.* 338 b
Gumbertus, *ſeu* Cunibertus, *nepos Pipini Regis ex filia, curatur à S. Maximino* 24 d
Gundibertus, *quis ſit?* 2 f


# H


HAdericus *Comes, ſec. 9 includit Reliquias S. Gibriani in arca argentea* 620 e
Hadrianus PP. *Romam transfert corpus S. Reſtituti* 13 b
Hanno de Sangherhauſen, *ſeptimus Magiſter Cruciferorum in Pruſſia* 607 e
Harbertus, *Abb. Lobienſis an.* 865, *expellitur ab impio Huberto* 846 a
Hariulfus, *Monachus Centulen. Scripſit Vitam S. Madelgiſili* 265 b, *Chronicon Centulenſe abſolvit an.* 1088 ibid. *Diverſus eſt à duobus aliis ejuſdem nominis Monachis Centulen.* 265 c. *Fit Abbas Aldemborgenſis, & an.* 1143 *moritur* ibid.
Hartuicus, *Præpoſitus in Dyezzen, tempore B. Mathildis Abbatiſſæ* 453 e
Haſnarius, *an.* 1250 *Ep. Calagurritanus* 360 d
† Hatkerus, *recluſus in cella S. Wiboradæ, in Helvetia, obit anno* 1018, 552 e
Haymo *Dux defert Corpus S. Furſæi Peronam* 266 d
† Heduigis, *Duciſſa Poloniæ atque Sileſiæ* 606 e
Heldricus, *creatus à S. Majolo Abbas S. Germani Autiſſiodori* 690 f 691 a
Helluarius, *Archidiaconus ſub Pipino Rege* 24 c
Helmtruth *Recluſa: an eadem cum* Helintrude *Recluſa Heriſienſi?* 419 f
† Henricus, *Eremita in Hetruria* 2 c
Henricus *ex Provinciali Prædicatorum Archiepiſcopus Armacanus, deinde in Pruſſiam tranſlatus, dirigit S. Iuttam in vita ſpirituali* 607 a
Henricus, *Ep. Tullenſis ſec.* 12, *ſacellum extruit S. Gibriano* 651 d
Henricus Clauſſe, *an.* 1621 *Ep. Aurenſis & Coadjutor Cathalaunenſis* 434 d
Henricus, *Ep. Paderbornen. ſec.* XI *pro obtenta ſanitate gratus in S. Modoaldum* 715 a
Henricus, *an.* 1245 *Ep. Curonienſis* 34 a 36 e
Henricus, *an.* 1101 *Abbas Montis S. Quintini* 536 f
Henricus, *Campaniæ Comes, an.* 1152 *liberalis in S. Gibrianum* 651 d
Henricus Auceps *R. Germaniæ, ejus laus* 28 b
Henricus, *poſt patrem Alfonſum Rex Caſtellæ* 307 e. *Regnat annos* 2 *menſes* 10. 311 b, *tegulâ in capite vulneratus moritur* 312 c
Henricus, *filius S. Ferdinandi* 299 a 317 b
Henricus *Dux, frater Heriberti Epiſcopi, committit S. Majolo monaſterium S. Germani reformandum Autiſſiodori.* 690 f 691 a
Henricus de Souſa, *Didaci Comitis de Miranda pater* 759 c
† Heraclii *Ep. Senonenſis Reliquiæ Senis* 413 f
Heribertus *Ep. Autiſſiodorenſis, frater Henrici Ducis* 690 f
Herkembertus *Ab. S. Maximini ſub Arnulfo Imp.* 27 d
Hermanus, *Converſus Heiſterbaci, ſanctitate clarus* 418 d
Hermannus, *ex Canonico Bonnenſi Monachus Hemmenrodenſis, & Abbas Heiſterbacenſis* 418 d
Hermogenes, *Præſes Romæ ſub Diocletiano* 11 f
Hermogenianus, *Præfectus Vrbis ſub Maximiano* 11 cd
Hermengardis, *uxor Odonis Comitis* 690 e
Hermius, *Mart. in Sirmio, diverſus à S. Hermia Mart. Comanis* 423 c
Heudeburgis, *Soror Ludovici Comitis Teruanenſis, Abbatiſſa Monſtrolii, partem Reliquiarum S. Framehildis ad ſe transfert* 801 f
† Heyna *ſeu* Hieu *Monialis in Northumbria* 235 b
† Hidulphus, *ſec.* 7 *Ep. Treveren. transfert Corpus S. Maximini* 23 e 24 f
† Hierais, *Virgo Martyr* 234 f
† Hilarius *Ep. Toloſæ ſepultus in eccleſia S. Saturnini.* 438 d
Hieronymus de Franciſcis, *Ep. Coronenſis, intereſt an.* 1496 *Tranſlationi S. Barbari Mart.* 770 b
Hieronymus Manellius, *Ep. Nucerinus an.* 1545, *quærit invenitque Corpus B. Iacobi Avellanenſis* 681 b
Hieronymus Ragazzonius, *an.* 1582 *Ep. Bergomenſis.* 47 a
Hieronymus Silva, *an.* 1582 *Abb. Caſtellanus Ord. Benedictini* 47 b
Hieronymus, *an.* 1406 *Abb. Florenſis* 126 a
Hieronymus, *circa an.* 1500 *Præpoſitus in Dyezzen ſtudioſe promovet venerationem B. Mathildis* 443 b
Hieronymus de Montalvo *an.* 1579 *ſupremus ſatellitii urbani Præfectus Hiſpali* 369 e
Hilarius, *ſec.* 12 *Prior Sambucinæ* 99 f
Hildebertus, *Archiep. Moguntinus, an.* 931 *mortuus,* 418 c
Hippolytus Rubeus, *an.* 1582 *Ep. Ticinen.* 47 a
Hippolytus, *ſec.* 15 *Abb. Florenſis* 126 b
† Honorati *Epiſc. Toloſani ſepulcrum in eccleſia S. Saturnini* 438 d
† Honoratus *fundator monaſterii Lerinenſis* 240 a. *Ejus ibi Corpus* 240 b, 241 c
Horatius Spinola, *an.* 1607 *Card. & Archiep. Genuenſis* 543 b
† Hubertus, *Magnus Arduennæ Dominus, Patrinus S. Huberti Monachi* 273 a
Hubertus, *an.* 942 *Abb. S. Arnulfi Metis* 34 a
Hubertus, *Ab. in Picardia* 419 a
Hubertus, *frater Tietbergæ Reginæ, an.* 865 *invadit Abbatiam Lobienſem & in bello extinguitur* 846 a
† Hucbertus, *Ep. & Confeſſor, quis?* 235 b
Hugo *Ep. Matiſcon. ſubſcribit Electioni Odilonis in Abbatem Cluniacen.* 692 b
Hugo, *Ep. Genevenſis ſubſcribit Electioni Odilonis in Abbatem Cluniacen.* 692 b
Hugo, *ſuccedit Aichario in Abbatia Lobienſi* 846 a
Hugo *Rex, conſentit in reformationem monaſterii Foſſatenſis prope Pariſios* 691 b
Hugo, *Comes de Roſcejo ſec.* 12 626 e
Hugo, *Lamberti Comitis filius, Ambariacum pagum an.* 973 *accipit à Cluniacenſibus* 689 f
Hugo, *filius Adelaidis Comitiſſæ, ſubſcribit an.* 979 *donationi factæ S. Majolo* 690 b
Hugo, *pater Raymundi, Epiſcopi Segovienſis ſec.* 13. 358 f
Humbertus, *Ep. Gratianopol. an.* 991 *varia donat Cluniaco* 692 d
† Hyacinthus Odroviſius *Ord. Prædicatorum* 606 e


† Hy-

† Hypatius in Ruffianis CP. 3 f
Hezelo *circa an.* 1055 *ſuccedit Azelino in Epiſcopatu Hildeſienſi* 432 c

# I

† IAcobus *Apoſt. ad Xerez pro Chriſtianis pugnat* 323 f, *ejus Tranſlatio* 234 f
Jacobus de Bonripoſiis, *an.* 1411 *Ep. Æſii* 575 f
Jacobus Zadrik, *ex Culmenſi Sede ad Cracovienſem tranſlatus Epiſcopus* 611 c
Jacobus, *Aragonum Rex, an.* 1242 *videt noctu lucem magnam de cælo deſcendere* 181 e
Jacobus *Ord. Ciſterc. in cœnobio S. Galgani in Etruria.* 233 f
Jacobus *Comes, Reliquias Tridentinorum Martyrum à S. Vigilio portat S. Io. Chryſoſtomo* 42 f
Jacobus Græcus, *ſcriptor vitæ B. Ioachimi Abb.* 91 f 94 f
Ibbo, *Friſius natione, à S. Maximino liberatur naufragio.* 24 d
Idda de Zultz, Idda Sultzerin, Idda de Wetzicken } *Ordinis Prædic. Moniales Monaſterii Toſani in Helvetia.* 234 b
Ignatius Borgeſius, *Cartuſianus in Maggiano, moritur octogenario major* 230 f
Joachimus Cianus, *B. Petri Petroni ſtudioſus imitator, laudatur* 203 b, *multa Beati ſecreta diſcit* 214 d
Ingilramus, *Comes Ambianenſis, liberalis in eccleſiam S. Mariæ* 529 f
Ingelardus, *Abb. Centulenſis, transfert Corpus S. Madelgiſili* 254 b c e
Joanna *Regina, Philippi Pulcri uxor, S. Petronillæ Mart. corpus in Galliam transfert* 422 a
Joanna, *proneptis Ludovici Regis Francorum, nubit an.* 1237 *S. Ferdinando* 330 c, *cui tres liberos parit* d
Joanna, *filia Giſmundi Domini Ariminenſis, mater B. Baptiſtæ de Varanis* 509 a b
Joanna, *mater S. Hucberti Monachi* 272 f
Joanna Petrona, *B. Petri Petroni ſoror amitina, eique familiaris* 210 c. *Fit Monacha & laudatur* 211 a
Joanna de Ubaldinis, *Ord. S. Franciſci ſec.* 13 *Florentiæ* 234 b
† Joannes, *Ep. Gothiæ colitur* 26 *Iunii* 419 e
† Joannes Angeloptes, *Ep. Ravennas poſt S. Exuperantium* 261 a
† Joannis Bapt. *Tranſlatio* 234 f. *Cineres Genuæ columntur* 419 e
† Joannes Bapt. Podius, *Inſtitutor Congregationis S. Mariæ de Conſolatione* 419 b
† Joannes Columbinus *ſcripſit Italice Vitã B. Petri Petroni* 188 c 189 a. *hoc Directore utitur* 190 c, *inſtituit Congregationem Ieſuatorum* 193 a
† Joannes Lobedavius, *Ord. S. Franciſci, Confeſſarius S. Iuttæ* 607 a 609 e
† Joannes Pandrotha de Bialazcua, *Ep. Cracovienſis* 606 e
Joannes PP. XIII *commendat Epiſcopis Galliæ monaſterium Cluniacenſe* 689 f
Joannes Card. *Ep. Sabinen. Legatus Apoſtolicus in Hiſpania à Gregorio IX mittitur* 299 d 317 c
Joannes Moronus, *an.* 1554 *titulo S. Laurentii in Lucina Cardinalis, Ordinis Prædi. Protector* 459 a
Joannes de Vienna, *Archiep. Remenſis, an.* 1341 *confirmat Confraternitatem S. Gibriani* 651 f
Joannes de Credonio, *Archiep. Remenſis, an.* 1352 *denuo confirmat Confraternitatem S. Gibriani* 651 f
Joannes David, *Archiep. Senonenſis, an.* 1621 *transfert Reliquias SS. Cantii & Sociorum* 434 d
Joannes *Archiep. Genuen. invenit Corpus S. Valentini.* 544 f
Joannes Azebedius, *Ep. Portuenſis, S. Ioannam morti vicinam viſitat* 747 d, *& mortuæ exequiis intereſt* 754 a
Joannes Delphinus, *an.* 1582 *Ep. Brixienſis* 47 a
Joannes Franciſcus, *an.* 1582 *Ep. Caſtrenſis* 47 b
Joannes Lipski, *an.* 1637 *Ep. Culmenſis* 610 f
Joannes *an.* 1250 *Ep. Aurienſis* 360 e
Joannes *an.* 1250 *Ep. Mindonien.* 360 e
Joannes, *an.* 1190 *Ep. Bajonenſis* 138 d
Joannes, *Ep. Eboracenſis, an.* 1190 *cum Rege Angliæ eſt Meſſanæ* 138 d
Joannes, *Ep. Ovetenſis an.* 1220 320 f
Joannes, *Archimandrita, an.* 1390 *inſtituit Remis Confraternitatem S. Gibriani* 651 e
Joannes Alimenti Nigri, *Abb. Commendatarius S. Simpliciani* 45 d
Joannes Baptiſta Bononienſis, *an.* 1581 *Abb. SS. Petri & Pauli in Glaxiato* 46 b
Joannes Bapt. Stella, *an.* 1581 *Abb. Benedictinus prope Placentiam* 46 c 47 b
Ioannes de Taberna, *an.* 1346 *Abbas Calabro-Mariæ Ord. Florenſis* 111 b f
Ioannes, *ſec.* 13 *Abb. Curatii* 93 d
Ioannes, *an.* 1338 *Abb. Florenſis* 125 f
Ioannes *alter an.* 1371 *Abb. Floren.* 125 f
Ioannes III *Abb. Florenſis* 126 b
Ioannes Schón, *an.* 1468 *Præpoſitus in Dyezzen, extumulat oſſa B. Mathildis* 442 f
Ioannes Zalliger, *Præpoſitus in Dyezzen, an.* 1488 *tranſfert oſſa B. Mathildis* 43 a
Ioannes *Carthuſianus, Prior Vallis-gratioſæ* 226 e. *Vitæ compendium* 227 e
Ioannes *Presb. familiaris S. Bonæ, jubetur cingulum ejus ferreum formare in crucem, & luce circumfunditur* 157 e f
Ioannes, *Alfonſi V Regis Luſit. filius, naſcitur an.* 1455, 724 a: *moritur ſine herede* 757 b
Ioannes, *Cancellarius Ferdinandi Regis eccleſiam Valliſoleti fundat* 299 c. *Fit Epiſcopus Oxomenſis & eccleſiam illam conſtruit* ibid. *Dedicat Cordubenſem* 328 f
Ioannes ab Aquitania, *ſancte vixit annis* 39 *in Flore* 107 b c
Ioannes Bandinellus, *Ioannæ Petronæ maritus Senis* 210 e
Ioannes Bembus, *an.* 1617 *Dux Venetus* 771 b
Ioannes Boccacius, *juſſu B. Petri Petroni monetur, ut laſcivis abſtineat poëmatibus, & ad mortem ſe paret* 228 b 229 b. *Petrarcham ea ſuper re conſulit* 229 a, *eumque Præceptorem ſuum vocat* 232 a
† Iuliani *Mart. Reliquiæ Turonis* 234 f
Ioannes Coſſa, *Comes Troyæ, an.* 1472 *infeudat locum S. Torpetis Raphaeli Garaßio* 794 a b
Ioannes Diaz, *Dominicanus, Confeſſarius ultimus S. Ioannæ Principis* 746 e, *cui Confeßionem illa generalem facit ante mortem* 749 b
Ioannes Enen *ſcriptor rerum Treverenſium* 20 e
Ioannes Franciſcus Ranzi, *Vitam Candidi Ranzi à ſe ſcriptam imprimit an.* 1600 564 f
Ioannes Galvanus, *an.* 1460 *Ep. Conimbricen.* 722 c
Ioannes Gomeſius, *laicus Ord. Minorum Cæſar-auguſtæ, an.* 1447 419 b
Ioannes de Haro, *an.* 1472 *Commendator Caravacæ* 400 c e f
Ioannes Ketel, *Daventriæ relictâ mercaturâ, in Conventu aliquo coquum agit, ac pie moritur* 418 e
Ioannes Lombardus, *Ord. Min. in Aprutio an.* 1447. 234 a
Ioannes Maria de Varanis *reſtituitur in Principatum Camerinenſem, patri ereptum à Cæſare Borgia* 508 f 509 a
Ioannes Menezes, *Prior Cratenſis in Luſit.* 729 c
Ioannes Muſellinus, *per Angelum jubetur fieri Canonicus Regul. & curam gerere S. Bonæ* 147 c
Ioannes de Niçæa, *Monachus Lerinenſis & Prior S. Stephani de Bargiamono; an.* 1364 *ſcribit Pſalterium* 240 c
Ioannes de Pineda S. I. *ſcriptor Vitæ S. Ferdinandi* 255 a
Ioannes Pipinus de Barulo, *Minervini Comes è Notario factus, expellit Saracenos ex Apulia, & an.* 1300 *ædificat eccleſiam S. Petri de Majella* 816 e
Joannes Sancius *Carmelita, Valentiæ an.* 1608 *mortuus cum opinione ſanctitatis* 818 c
Joannes de Sandovàl, *frater Marchionis Deniæ & Archiepiſcopi Hiſpalenſis conſobrinus, an.* 1579 *portat vexillum S. Ferainandi* 370 d

Joannes Scheckmannus, *Bibliothecarius monaſterii S.Maximini* 20 e
Joannes Slonka, *Ord. Minorum Cracoviæ, an.* 1483, 419 b
Ioannes Snini *Vitam S. Iutta ex Polonica Latinam facit* 604 b
Ioannes de S.Vito *Minorita, an.* 1364 *Lector Piſis* 163 d
Ioëllus, *an.* 1240 *Archiep. Remenſis* 685 b
Ioſeph de Piniano, *an.* 1346 *Abbas S.Mariæ-novæ* 111 bf
Ioſephus Saladinus *Abb. Commendatarius S. Philippi in Sicilia, an.* 1599: *hujus Corpus defodit* 710 d
Iovinus, *frater S.Maximini* 21 c
Irmentrudis de Milendunck, *Antiſtita Dietkirchii* 3 e
Iſabella, *Alfonſi V. uxor, precibus à Deo impetrat filiam Ioannam, miræ deinſanctitatis* 723 c: *filium Ioannem triennio poſt parit, & ſequenti mox anno* 1456, *moritur* 724 a
Iſabella, *Ferdinandi Catholici uxor, Caravacam venit anno* 1483 402 a
Iſabella Rodriguez *in Conventu Ieſu Averii inter primas Profeſſionem facit* 722 f
† Iſidori *Sodalitas, Dilingæ an.* 1630 *inſtituta pro Agricolis, approbante Vrbano VIII* 775 e
Iulius, *Camerini Princeps, pater B.Baptiſtæ Varanæ, interemptus à Cæſare Borgia an.* 1502 508 f
Iulius Sanctorius *Card. Abbas Florenſis* 126 c
Iuſta, *matrona Romana, ſepelit S. Reſtitutum* 13 a
Iuſtinus Guardianus *Ord. Minorum Cracoviæ* 419 b

## K

† Kerhildis, *neptis S.Notkeri Balbuli, fit an.* 952 *Recluſa* 552 d
† Kineſdrida *Virgo, Pendæ Regis filia* 417 f
Kothelindis, *grandæva fit Recluſa apud Sangallenſes, mortua* 1020 552 e
† Kunegunda *ſeu* Kinga, *Regina Hungariæ & Duciſſa Cracoviæ* 606 e

## L

† Laborator & Fabroſus *Martt. quales?* 233 d
Laſtidianus, *Conſobrinus S.Auguſtini* 579 b
† Lambertus, *Diſcipulus S. Giſleni* 235 a
Lambertus de Lidekerca, *Ord. Præmonſtrat. miraculis clarus* 233 e
Lambertus *Comes ſubſcribit Electioni Odilonis in Abbatem Cluniacen.* 692 b
† Laurentius Iuſtinianus, *Cartuſianis familiariter utitur Venetiis* 231 d
Laurentius *Ep. Aurienſis ſec. 13 eccleſiam, Epiſcopium, pontem fabricat* 299 c
Laurentius Genuenſis *an.* 1582 *Abb. Benedictinus Buſchetti* 47 b
Laurentius Xuarez, *à S.Ferdinando in exilium miſſus, præclarum huic præſtat obſequium* 327 d *& ſeq.*
Laurita, *uxor Ottonis Comitis, cum illo fundat an.* 1132 *monaſterium Dyezzenſe* 442 b
† Leandri, *Archiep. Hiſpalenſis corpus an.* 1579 *transfertur* 368 f 369 a b
Lectaldus *Archiep. ſubſcribit Electioni Odilonis in Abbatem Cluniacen.* 692 b
Leo, *nomen navis ſec.* 13 160 c
Leonardus, *an.* 1250 *Ep. Civitatenſis* 360 d
Leonora Meneſia *ſuadet Ioannæ Luſitaniæ Principi verbo & exemplo ſuo ingreſſum in monaſterium Averienſe* 723 a
Licentius, *Diſcipulus S. Auguſtini* 579 b
Lictefredus, *ſec.* 10 *Ep. Ticinenſis* 689 d
† Ligorius *Mart. Venetiis feſtum habuit cum S. Barbaro commune, nunc proprium habet* XIII *Septembris* 770 cd
Liutardus, *ſec.* 10 *Ep. Cumanus, ſeu Comenſis, donat quædam S. Majolo* 689 e
Lothbertus, *Ep. tranſfert Corpus S.Maximini* 23 e 24 f
† Lubentius, *filius ſpiritualis S.Martini.* 21 f
Lucas, *an.* 1183 *Archiep. Conſentinus, ſcripſit Synopſim Vitæ B.Ioachimi Abb.* 93 c. *Fuit Abbas Sambucinæ* 113 a
Lucas *poſtea Epiſc.* Tudenſis, *mundi Chronicon ſcripſit uſque ad an.* 1237 284 b
Lucia de Ubaldinis, *Ord. S.Franciſci ſec.* 13 *Florentiæ.* 234 b
† Lucinia *Virg. Martæum matre ſua Marmenia* 233 a
Lucius III Papa *an.* 1181, 29 *Auguſti creatus, Veralam adit* 101 e. *Ioachimum Abbatem jubet commentari in S. Scripturam* 102 a
† Ludovici Regis *Tranſlatio Capitis* 792 c
Ludovicus Taverna, *Ep. Laudenſis, an.* 1582 *in aula Hiſpanica Reſidens* 47 a
Ludovicus de S.Angelo, *Abbas Commendatarius primus Florenſis* 126 b
Ludovicus Quizzoli, *an.* 1582 *Prior S. Simpliciani Mediolani* 47 d
Ludovicus Craſſus, *Rex Galliæ, medetur ſtrumis* 531 c
Ludovicus XI *Rex Galliæ ambit nuptias S. Ioannæ Luſitanæ* 724 d
Ludovicus, *filius S. Ferdinandi ex ſecundo matrimonio* 330 d
Ludovicus, *Comes Teruanenſis, corpus S. Framehildis elevari curat* 801 f
Ludovicus Accariſius *promovet editionem Vitæ B. Petri Petroni* 191 a
Ludovicus de Noronia, *Marchio Civitatis Regalis* 760 d
Ludovicus de Sandoval. *Ord. Minorum Hiſpali* 3 e
† Luitperga *Sanctimonialis, in Saxonia* 417 c
† Lupicinus, *Ep. Veronenſis* 418 a
Lupus *Ep. ſcribit Vitam S.Maximini 9 ſec.* 20 a 25 d
Lupus Didaci de Pharo *nobilis Caſtellanus ſec.* XIII 311 d 312 c

## M

Mablina à Simana, *apud Photenſem Galliæ provinciam, nota in vita S.Elzearii Comitis* 419 f
† Macarii *Abb. Reliquiæ Senis* 431 f
Macarius *Monachus Pinnatenſis ſcribit vitam SS. Voti & Felicis* 61 b 63 f
† Machabæi *Martt. transferuntur an.* 1164 *Coloniã.* 419 e
† Macræ *Virg. Repoſitio corporis* 2 b
† Macrina, *avia paterna S.Baſilii, à Baronio primum adſcripta Martyrologio* 242 b
† Macrina *ſoror natu maxima S. Baſilii* 242 f *an.* 372 *moritur* 245 a
Madrutius, *Ep. Tridentin. Gubernator Status Mediolanenſis* 45 f
Mahoma *ex bubulco fit Rex inter Mauros* 320 c
Majolus *Præpoſitus ſubſcribit inſtrumento, quo Odilo ſubſtituitur ipſi Abbas* 692 b
Malateſta de Malateſtis, *an.* 1411 *Dominus Æſii* 575 f
Manfredus, *Sicilia Rex, Camerinum expilat* 85 c
† Marcellus *Diaconus S.Sabini Epiſcopi* 420 d
Marcellus, *Marii Vibis Præfecti filius, ſcribit SS. Nereo & Achilleo exulantibus de vita S.Petronillæ* 420 b
Marchiſinia, *mater B.Iacobi Veneti* 461 c
Marcianus, *Ep. Lampſacen. Arianus an.* 381 *in Concilio CP.* 254 b
Marcus, *Presb. familiaris S.Bonæ* 158 b
Marcus Antonius Fuſcarenus, *Ep. Æmonenſis, adeſt an.* 1496 *in Tranſlatione S.Barbari Mart.* 770 b
Marcus Cornelius, *an.* 1594 *electus Epiſcopus Patavinus* 585 c
Mares, *Ep. Chalcedon. Arianus, an.* 381 *in Concilio CP.* 254 b
Margarita Biccheria, *ſoror B. Æmiliæ* 558 d
Margarita Pineria, *S. Ioannæ Principis famula & vitæ auctor* 723 d

Mar-

Margareta de Hunichon, Margareta de Zurich, Margareta Finck, Margareta Willin, *Moniales Ord. Prædic. in Helvetia* 234 b
† Maria Virgo, *Toletanæ provinciæ ac totius Hiſpaniæ ſemper Tutrix & Patrona fuit* 354
Maria de Atayde, *cum Matre Beatrice Leitoa, conſundatrix monaſterii Ieſu Averii* 721 f: *ſit ibidem Prioriſſa, & virtutibus claret* 740 c
Maria, *filia S. Ferdinandi* 299 a: *Moritur puellula & ſepelitur Legione* 300 c
Maria-Blanca, *Duciſſa Mediolan.* 45 d
Maria *Comitiſſa de Pontivo, mater Ioannæ, uxoris S. Ferdinandi* 330 c
† Mariani *Mart. Inventio Acheruntiæ, an.* 1613 232 f
† Marianus, *Mart. Romanus, an.* 1655 *in templo Societatis Ieſu Ferrariæ expoſitus venerationi* 235 d
Marianus Perbenedictus, *an.* 1579 *Ep. Marturanenſis. Ejus geſta & elogium* 101 c d
Marianus Volaterranus, *è Cartuſia Florentina, primus præficitur novæ Cartuſiæ Venetæ* 231 d
Marianus, *vir pius, ſec.* 14, *eccleſiæ apud Marmoriam Plebanus* 213 c
Marinus, *an* 1331 *Abb. Florenſis* 125 f
† Marmenia *Mart. cum Lucinia filia ſua* 233 a
Martina Biccheria, *ſoror natu minima B. Æmiliæ* 558 d
† Martinus *cum S. Maximino Romam adit* 21 e
Martinus à Coſta, *Archiep. Bracarenſis, inviſit S. Ioannam agrotantem* 747 d
Martinus, *an.* 1220 *Ep. Mindonenſis in Hiſpania* 320 f
Martinus, *an.* 1220 *Ep. Salmanticen.* 320 f
Martinus, *Ep. Samorenſis, ſec.* 13 *publicis operibus faciendis ſtudet* 299 c
Martinus Mendes de Berredo, *Luſitanus, ſec.* 15 *in legatione Francica defunctus* 722 a
Martinus Ruyz de Argote *occiditur in pugna contra Regem Granatæ* 332 d
Martyrianorum *familia patricia Conſentiæ* 95 f
Maſtinus Scaliger, *Canis Grandis nepos, depictus Veronæ prope imaginem miraculoſam Deiparæ* 791 a
Mathildis, *filia Fulconis Regis* 3 d
Matthæus, *an.* 1250 *Ep. Conchenſis* 360 d
Matthæus *Abb. ſecundus Florenſis* 91 d 125 f
Matthæus Guerra, *Auctor Congregationis Clavorum Senis* 193 d. *Evocatur Romam juſſu Sixti V* *ibid.* e
Mauritius *Ep. Burgenſis ſec.* 13 *eccleſiam ſuam pulchre conſtruit* 299 c 313 f. *Mittitur Legatus in Germaniâ* 316 d
Mauritius, *Ep. Æmonenſis* 15 a
Maurus, *pater B. Ioachimi Abb.* 95 e
Maxentius, *frater S. Maximini Ep. Pictavenſis* 21 c 22 a f
Maxima, *ſoror S. Maximini* 21 c
† Maximi *Reliquiæ Genuæ* 16 d
† Maximini, *Ep. Aquis-Sextiis, Ordinatio* 234 d
Maximinus, *Ep. Biſuntinus, an vere fuerit* 233 b
Maximinus Gulich, *Abb. S. Maximini* 21 c
Maximus, *frater S. Maximini* 21 c
Mecia Pareria, *ſoror Comitis de Monte-corvo ſec.* 15 *poſt mortem mariti ad ſtatum religioſum confugit mortis conſideratione* 722 a
Medericus Sepoſius, *Eques ac Britanniæ Admiralis, an.* 1539 271 f
Megenardus *Abb. S. Mauri Foſſati, prolapſa regulari diſciplina* 691 b
Megingaudus *Dux, accipit Abbatiam S. Maximini, punitur, ſanatur* 27 e 29 a
Meledòn Rodriguez Gallinatus, *generoſus miles ſub S. Ferdinando* 331 d
Meletius *Ep. Antioch. an.* 381 *in Concilio CP.* 254 a
Michaël *an.* 1220 *Ep. Civitatenſis in Hiſpania* 320 f
Michaël *an.* 1220 & 1250 *Ep. Lucen. in Hiſp.* 32 c f 360 c
Michaël à Benevento *Ord. Minorum an.* 1560 *apud Mexicanos* 234 a
Michaël de Nobletz, *Presbyter Miſſionarius an.* 1652 *ſanctè mortuus* 588 c
Millehardus, *ſeu* Mileardus, *Ep. Sagienſis, an recte ut Sanctus colatur* 682 c
Milo, *Ep. Tarvanenſis, an.* 1144 *intereſt Dedicationi Montis-Dei* 618 e
Minoritæ *an.* 1364 *in monaſterio S. Martini Piſis inveniunt corpus S. Bonæ* 163 d
Miramolinus, *Maurorum Alabarum Rex, profligat circa Alarcos Regem Alfonſum IX* 308 a
Moëldradus, *Slanenſis Hibernus* 418 c
† Mundana, *vidua & Mart. colitur* 31 *Maji in eccl. Sarlatenſi* 418 a, *prope filium ſuum S. Sacerdotem Ep. ſepulta* 594 b
Munio Ferrandi *an.* 1250 *Majormerinus in Galæcia* 360 f
† Muſtiola, *Virg. in territorio Senonenſi* 234 d

# N

† Natalius, *Martyr* 233 b
Naucratii, *fratris Baſilii magni, pia occupatio & improviſa mors* 244 a
Navigius, *frater S. Auguſtini* 579 b
Neapolio de Gerardeſca, *Comes Donoratici, pater S. Guidi* 821 a
Nectarius *an.* 381 *in Concilio CP. eligitur Epiſcopus ejuſdem urbis* 254 c
† Nicetius *circiter an.* 564 *Ep. Trevirenſis* 21 a b. *Corpus an.* 942 *transfertur* 33 f
† Nicolai *Ep. Myrenſis Tranſlatio* 4 d, *prærogativa in juvandis pauperibus* 368 a
† Nicolai Albergati *Cartuſiani præclarum elogium* 226 e f. *Exequiis ejus intereſt Eugenius Papa IV* 227 c
† Nicolaus *Abb. Valcellenſis Ord. Ciſtercien.* 235 e
† Nicolaus Peregrinus, *in Apulia miraculis clarus* 234 c
Nicolaus V *S. Bernardinũ canonizat, ipſo Iubilæi anno* 822 a
† Nicolaus Senior, *Ep. Myræ* 4 d
Nicolaus Sfondratus, *an.* 1582 *Ep. Cremonen.* 47 a
Nicolaus *an.* 1315 *Abb. Florenſis* 125 f
Nicolaus *alter, an.* 1392 *Abb. Floren.* 125 f
Nicolaus, *Abb. Villarii* 3 e
Nicolaus, *Prior Curatii ſec.* XIII 93 d
Nicolaus de Caccurio, *an.* 1346 *Prior monaſterii Floris* 111 b f
Nicolaus Acciaiolus *Cartuſiam Florentinam fundat* 227 a: *Ejus epitaphium & laus* 227 f
Nicolaus Anellus Imperatus, *an.* 1508 *reſtaurat eccleſiam S. Petri de Majella* 816 e
Nicolaus Cinugus, *dives trapezita Senenſis, fundat Cartuſiam Belriguardi* 203 c
Nicolaus Striecha Mareſcotti, *Nobilis Senenſis* 14 *ſec.* 213 a
Nicolaus Vincentùs *B. Petri Petroni conſiliis utitur, ac vitam ſcribit*; 190 c. *Morienti adeſt* 223 e. *Sua pauperibus dat* 210 d
† Nicomedes *Presb. celebrat myſteria Chriſti, & S. Petronillæ ea dat ante mortem* 420 e f
† Novatianus *Mart. Romæ cum* 977 *Sociis* 233 d
Nunius *an.* 1220 *Ep. Aſtoricenſis* 320 f: *publica ædificia reſtaurat multa* 299 c
Nunnius *an.* 1250 *Ep. Legionenſis* 360 d

# O

Odelardus, *an.* 926 *Ep. Maurianenſis* 88 f
† Odilo, *viventi adhuc Majolo an.* 991 *ſufficitur Abbas* 692 a d
Odo, *Abb. S. Remigii, circiter an.* 1129 *fundat Cartuſiam Montis-Dei* 618 d e 620 e
† Odo *ſubſtituitur Bernoni, adhuc ſuperſtiti, Abbas Cluniacenſis* 692 a

Odo *Comes, Cluniacenſes Monachos loco Clericorum ſecularium inducit in Majus monaſterium S. Martini Turonenſis* 690 e. *Fit ibidem Monachus* f
Ogo *Abb. S. Maximini* 28 d. *Monaſterium reſtaurat* 33 f
† Olbianus, *Ep. Anconorum, Martyr* 3 a
Oliverius *Ord. Minorum excipit Confeſſionem Generalem B. Baptiſtæ Varanæ* 482 e f
Olympius *ad exercitum Ravennatem mittit, litteras Imperatoris, ut capiatur Stilico* 261 a
Omeca, *an.* 997 *uxor Garciæ Regis* 64 e
Onulphus, *Ord. Pramonſt. apparitione B. Virginis recreatur* 233 f
Optimus *Conſularis apud Aſiam ſub Decio Imp.* 14 c
Orbertus *Marchio, Comes Palatii, Papiæ convenitur à S. Majolo Abbate* 689 e
Ordines Prædicatorum & Minorũ *ſub S. Ferdinando propagantur late per Hiſpaniam* 299 d. Equitum S. Jacobi *inſtituitur ab Alfonſo IX* 307 e
Ordonius *Rex, victus ab Abdarame* 64 a
Orlandus, *an.* 1259 *Abb. Florenſis* 125 f
Oſtforus, *Ep. Victiorum* 233 e
Otta Biccheria, *ſoror tertiogenita B. Æmiliæ* 558 d
Otto I Imp. *Treveris tempore Wickeri Abbatis S. Maximini* 31 c
Otto III Imp. *ſubjicit Cluniaco eccleſiam S. Majoli Ticini* 693 c
Otto, *Comes de Orlemund, Princeps Meraniæ, an.* 1132 *fundat monaſterium Lanckenheimium* 442 d
Otto, *Comes de Wolfradzhauſen, an.* 1132, *Confundator Dyezzenſis monaſterii* 442 b
Otto, *Dominus in Miſtelfeldt, filius Principis Meraniæ* 442 d

# P

PAleottus Card. *accipit à S. Carolo Borromæo digitum S. Simpliciani* 46 f
† Papuli *Mart. ſepulcrum, Toloſæ in eccleſia S. Saturnini inventum* 438 d
Paſchaſius, *an.* 1250 *Ep. Giennenſis* 360 d
† Pavacii *Tranſlatio Corporis* 808 b
† Pauli, *Ep. Senonenſis, Reliquiæ Senis* 432 a
† Paulinus *Ep. Treverenſis poſt S. Maximinum* 19 e f 22 a
Paulus *Ab. Caſtalienſis, cum ſuis à Normannis occiſus* 418 f
Paulus de Spinoſa, *Presb. Hiſpalenſis patriæ ſuæ hiſtoriam anno* 1627 *edere incipit* 553 b
Paulus *Monachus, S. Bonæ familiaris, ejus geſta ſcribere ab ipſa prohibetur* 157 a b
Paulus de Aquino, *Patricius Conſentinus, oratione funebri laudavit Tileſium* 95 f
Paulus Zenobii, *ſub Eugenio IV pro populo Florentino Legatus Romæ* 554 d
Paya, *mimus S. Ferdinandi, dat ei ſanum conſilium* 303 a b
† Pelagii *Reliquiæ Genuæ* 16 d
† Pelagius, *Româ an.* 918 *allatus Couſtantiam ad Rhenum* 15 d
† Pelagius *in Civitate-nova in Iſtria* 15 d
Pelagius Corréa, *Magiſter Ordinis de Vcles* 333 b *expugnat à Cordubâ, ibi relictus à S. Ferdinando infeſtat Hiſpalim* 302 d *eadem obſeſſa Batim vado tranſit cum ſuo equitatu* 342 c
† Pelegrinus, *Ep. Paſſavienſis* 418 f
Perbenedictinorum *familia Camerini* 101 c
† Perchterada *vidua, Recluſa anno* 986 *obit* 552 d
† Petronilla, *virgo Romæ* 234 c
† Petronilla *Mart. Româ in Galliam tranſlata* 422 a
† Petrus *Apoſt. Romæ ſanat S. Petronillam* 420 b c
† Petrus, *Patriarcha Alexandrinus, divinitus monetur in carcere de ſchiſmate Arii & ſuo martyrio* 248 a b
† Petrus, *Ep. Sebaſtenus, frater natu minimus S. Baſilii, à Baronio primum Sanctorum faſtis adſcriptus* 242 b
† Petrus & Laurentius *Martt. in Miſſali Ambroſiano relati* 233 d
† Petrus Nolaſcus *ob cultum immemorabilem Sanctis adſcribitur* 380 f
† Petrus Regalatus, *Ord. Minorum colendus impoſterum die* 13 *Maji* 762 c
† Petrus Pectinarius, *ſec.* 14 *Senis virtute clarus, Minorita* 193 a
† Petrus de Moliano, *Ord. Minorum, miraculis clarus, Confeſſionem generalem excipit B. Baptiſtæ Varanæ* 488 b d
Petrus *an.* 1468 *Card. titulo S. Vitalis, & Ep. Auguſtanus* 442 f
Petrus Piſanus *Card. intereſt Electioni Gelaſii PP. II* 820 f
Petrus, Petrus, Petrus } *an.* 1250 *Epp.* { *Aſtoricenſis, Salmanticen., Zamorenſis* } 360 d
Petrus *Abb. S. Petri de Aſlantia mittitur in Germaniam, inde adducturus ſponſam Ferdinando ſancto* 316 d
Petrus, *an.* 1346 *Abbas Florenſis* 111 c
Petrus, *Abb. S. Remigii an.* 1229 531 e
Petrus, *ſec.* 13 *Abb. S. Michaëlis de Guaino* 154 a
Petrus Alarcòn, *an.* 1477 *Commendator Membrillæ in Hiſpania* 401 a
Petrus Alvarez, *an.* 1350 *Commendator Caravacenſis* 318 a
Petrus Ballingus *Sacerdos, Harlemii à Calviniſtis an.* 1598 *occiſus* 3 f
Petrus Biccherius, *pater B. Æmiliæ* 558 e
Petrus Faxardus, *Commendator Caravacæ, primus Marchio Velezinus* 399 d, *Civitatis Cartagenæ Dominus* 402 a
Petrus Fernandus de Caſtella, *pater Alvari* 299 d
Petrus de Fontaneis, *an.* 1346 *Supprior in monaſterio Floris* 111 b f
Petrus Guterii, *an.* 1250 *Majormerinus in Legione* 360 f
Petrus Kalà, *Theologus & conſanguineus Richardi Regis Angliæ* 137 f
Petrus Maria de Beccaria *Ord. Prædicat. Pater Spiritualis B. Æmiliæ Biccheriæ* 561 c
Petrus Michaël, *tantæ fortitudinis vir ut amplexu ſuo quemlibet occidere poſſet* 324 d
Petrus de Montibus, *Ord. Minorum in Canaria an.* 1560 419 b
Petrus Odoarii, *Prior Hoſpitalis, Burgis miſſus in Germaniam ut S. Ferdinando ſponſam peteret* 316 e
Petrus de Padulis, *Ord. Minorum* 3 e
Petrus Spinus de Petrafitta, *an.* 1346 *Regalis Iudex* 111 a e
Petrus de Tuderto, *Generalis Auguſtinianorum, mittit B. Franciſcum Senenſem Veronam* 790 f
Petrus Varanus, *cum patre & fratribus duobus, occupato à Cæſare Borgia Camerino, occiditur* 508 f
Petrus, *Alfonſi V Luſitaniæ Regis Patruus ac Socer, moritur an.* 1449 *in prælio* 721 d e
Petrus, *Bretiniaci Dominus, pater S. Hucberti* 272 f
† Philibertus *perſuadet Balthildi Reginæ, ut monaſterium Gemmeticum conſtruat* 266 e
Philippa, *matertera S. Ioannæ Luſitanæ* 728 f
Philippus, *Rex Galliæ, gratiam medendi ſtrumis, neſcio qua culpa, amiſit* 531 c *Beatricem, S. Ferdinandi ſponſam, honorifice deducit per regnum ſuum* 316 e
Philippus, *filius S. Ferdinandi* 299 a *Offertur Deo* 317 b *Procurator eccleſiæ Hiſpal.* 360 d *ejuſdem Archiepiſcopus electus* 362 a
Philippus Capriani, *Eques an.* 1607 *Sacellum condit S. Mariæ Magd. Piſis* 163 f
Philogonius, *Ep. in Oriente 4 ſec.* 19 e
† Pius Papa V, *deſiderat obtinere digitum S. Antonini* 555 c
† Pollio, *Lector in Ciballis & Martyr* 2 f
Poppo de Oſterlingo, *magnus Magiſter Cruciferorum in Pruſſia ſec.* 13 606 f
† Poſenna, *depoſita in Vico Bauſieno* 618 f
Poteſtatis *in civitatibus Italicis origo, electio, dignitas* 825 f
† Proceſſus & Martinianus *Martt. Romæ* 419 e, *Reliquiæ à S. Paſchale PP. ornatæ* 773 b
Protaſius *Ep. Mediolan. 4 ſec.* 19 c
Prudentius de Sandoval *ſcripſit hiſtoriam trium Epiſcoporum, & Vitam Comitis Ferdinandi* 356 d

## Q

† QUintini *Reliquiæ portantur Peronam* 538 a
† Quiriacus *diſcit per Angelum, Pontificem Treveris fore S. Maximinum* 21 d, *ejus virtutes, accuſatio, innocentia* 26 b
† Quirinus *Mart. Romanus, an.* 1655, *in templo Societatis Ieſu Ferrariæ venerationi expoſitus* 235 d

## R

† RAborosus & Laborator *Martt. quales?* 233 d
† Radulphus *Abb. Valcellenſis Ciſtercien.* 235 e
Raginerus, *Comes Hannoniæ*, Longicollus *dictus, familiaris Erluino Ab.* 845 d
Rainerius *vir eruditus, ab inſula Pontia venit ad Ioachimum Abb. & fit ejus diſcipulus* 103 b
Raphaël Franciſci de Monte-movello, *qui obiit an.* 1550, *dedit Fr. Cappochio Summam hiſtorialem S. Antonini* 682 d
Ratbodus *Ep. Treviren. inventum Corpus S. Maximini transfert* 32 d e
Ravennius, *ſucceſſor S. Hilarii in Sede Arelatenſi* 595 a
Raynerius Marchi-Forte, *Comes & Capitaneus Calabriæ tempore Ioachimi Abbatis* 127 e
Raymundus, *Ep. Segovienſis* 358 f 360 d *fit primus Archiep. Hiſpalenſis, poſt occupatam à S. Ferdin. urbem* 351 d
Raymundus, *an.* 1242 *Comes Toloſanus* 181 b
Raymundus Bonifacius, *civis Burgenſis opulentus, claſſem & commeatum advehit exercitui S. Ferdinandi* 341 a e
Reginaldus, *Ep. Ruremundenſis an.* 1679 654 d
Reginerus, *Monachus S. Maximini, ab hoc à lippitudine curatus* 30 e
† Regulus, *Ep. Silvanectenſis* 422 c
† Remigii *Ep. Tranſlatio tertia* 42
Renatus, *an.* 1472 *Rex Hieruſalem, utriuſque Siciliæ, Aragoniæ &c.* 794 a
† Renildis *Virgo, in pago Riſenbeck* 232 c
Riccardus *Card. & Vice-cancellarius Rom. Eccleſiæ, quatuor monaſteria extruenda teſtamento jubet* 195 f
Riccardus *an.* 1199 *Abb. S. Euphemiæ* 127 f
Richarda *mater Raymundi Epiſcopi Segovienſis, dein Hiſpalenſis* 258 f
† Richardus *Abb. Valcellenſis Ord. Ciſtercien.* 235 e
Richardus *an.* 1201 *Ep. Tropæenſis* 92 a
Richardus, *an.* 1245 *Ep. Wormatien.* 34 a
Richardus, *Angliæ Rex, an.* 1190 *agit Meſſanæ* 137 d
† Richarius *fundat monaſterium Centulenſe* 262 c
Richarius *poſt Stephanum invadit Abbatiam Lobienſem* 846 a
Richarius Monachus *ſcripſit metrice vitam S. Erluini, inſcriptam Notgero Ep. Leodienſi* 844 b
Richfredus *Abb. ſubſcribit Electioni Odilonis in Abbatem Cluniacen.* 692 b
Richildis *Comitiſſa de Roſcejo, ſingularis virtutis femina. ſec.* 12 626 e 628 c
Richwinus, *dum celebrat Miſſam febre corripitur, & pallio S. Maximini mox ſanatur* 30 f
Rinaldus Papafava *initio ſeculi* VII *Decurio Patavii* 585 c
Robertus Lenincurtius, *ſec.* 16 *Archiep. Remenſis, inſcribitur Confraternitati S. Gibriani* 652 a
Robertus Bongus *Ep. Bergomenſis an.* 1290 *invenit Corpora* 4 *Sanctorum* 578 d
Robertus *Ep. Laudunenſis, an.* 1295 *transfert corpus S. Marculfi* 531 e
Robertus Comes de Caballiaca *ſeculo* XIII 561 a
Robertus *Vice-comes ſubſcribit donationi an.* 979 *factæ S. Majolo* 690 b
Rodarea, *Senatorii ordinis femina, à S. Maximino ſanatur* 23 f
Rodericus de Borgia, *Card. Valentinus an.* 1480 *Ep. Portuenſis* 394 a
Rodericus Ximenez, *Archiep. Toletanus, ſcribit de rebus Hiſpanorum uſque ad an.* 1243, 284 b. *Fabricat eccleſiam Toletanam mirabili opere* 299 c. *Dum Corduba capitur, agit Romæ apud Papam* 329 a
Rodericus *an.* 1220 *Ep. Legionenſis* 320 f *S. Ferdinando tuetur civitatem* 299 e
Rodericus, *an.* 1250 *Ep. Palentinus* 360 d
Rodericus, *Abb. de Rivo-ſicco, mittitur in Germaniam, petiturus Beatricem S. Ferdinando Regi* 316 d
Rodericus Gonzalvi, *an.* 1250 *Major domus Curiæ Regis Ferdinandi* 360 f
Rodericus Alvarez, *relictus à S. Ferdinando Cordubæ, infeſtat excurſionibus Hiſpalenſes agros* 302 d
Rogerius, *Monachus S. Ioan. de Flore, miræ devotionis,* 118 f
Rogerius, *Rex Siciliæ, pater Conſtantiæ Reginæ* 126 e
Rogerius, *an.* 1199 *Regius Iuſtitiarius in regno Neapol.* 127 f
Rolandus, *Comes Cenom. cum aliis occiſus a Saracenis* 418 e
† Romanus *Ep. Rotomagenſis* 235 a
Romanus Bonifacius, *S. Ferdinandi Archithalaſſus Mauricam claſſem obſeſſa Hiſpali ſuccurſuram vincit* 341 e *perrumpit catenam Hiſpalenſem* 302 f
† Roſa *Virgo Viterbii colitur* 4 *Septembris* 419 f
Rotgerus, *Ep. Trevirens. poſt Ratbodum* 33 c
Rotharis *ſive* Rotharius, *ſec.* 7 *Rex Longobardorum* 268 a b
Rubertus, *poſt Rotgerum Epiſcopus Trevir. dedicat an.* 942 *eccleſiam S. Ioanni Euang.* 33 f
Rudericus, *ultimus Rex Viſigothorum in Hiſpania* 63 a 64 f
Rudolfus, *Ep. Cabilonen. bona quædam donat S. Majolo Abbati* 690 b
Rudolfus *Rex, pater S. Adalheidis* 690 d, *ſubſcribit Electioni S. Odilonis in Abbatem* 602 b
Rufus, *ſec.* 12 *Archiep. Conſentinus* 99 f
Ruizius Pereria, *ſec.* 15 *Comes de Monte-corvo* 722 a
Ruobertus *Comes, frater Megingaudi Ducis* 28 d
Ruſſi *convertuntur ad fidem Cath. data Regi ipſorum uxore, ſorore Baſilii Imp.* 519 a
Ruſticus, *conſobrinus S. Auguſtini* 579 b
Ruy Gonzales *inſigniter pugnat ad Xerèz* 324 b

## S

SAlachon, *an.* 942 *Abb. S. Martini* 34 a
† Salomæa, *Sendomiriæ Duciſſa, & Galaciæ ſeu Haliciæ Regina* 606 e
Salvator Rota, *Patricius Neapolitanus, an.* 1536 *Abbas commendatarius Florenſis* 126 c
Sampſon, *Archiep. Remenſis, an.* 1144 *dedicat eccleſiam Montis-Dei* 618 e 620 e
Sancia, *ſoror S. Ferdinandi, ex eodem patre* 300 a
Sancia *Comitiſſa, filio Didaco perſuadet, Legionem S. Ferdinando relinquat* 299 f
Sancius Padilia *an.* 1582 *Gubernator Mediolanenſis* 48 b
Sancius *ab a.* 1220 *ad* 1250 *Ep. Caurienſis in Hiſp.* 320 f 360 e *Cordubâ captâ, intereſt Dedicationi templi* 329 a
Sancius, *filius S. Ferdinandi* 299 a *fit Clericus in eccleſia Toletana* 317 b, *dein Archiepiſcopus* 362 c
Sancius, *Rex Caſtellæ, proavus S. Ferdinandi, dat Calatravam Abbati Fiterienſi Ord. Ciſtercien.* 307 f
Sancius Ferdinandi, *frater Regis Legionenſis copias ducit in Caſtellam contra Berengariam* 313 d
Sancius Garſianis, *Pampelonenſis Rex* 64 a
Sanctes *Eremita, adeſt morienti Petro Petrono* 223 e 224 c
Sannes, *Abb. tertius Florenſis* 125 f
Sara *Virgo, in Scetica Ægypti ſolitudine* 234 e
Sanus, *Alanorum Dux, à Stilicone ad tumultuandum incitatur* 261 a
Saturninus & Victor, *Proceres Valentis Imp. S. Iſaacium cuſtodiendum accipiunt* 251 f *ipſi cellam ſtruunt* 256 a
Scipio Spina, *Ep. Lupienſis, primum lapidem an.* 1589 *jacit eccleſiæ S. Irenæ* 588 f
Sebaſtianus Piſanus, *an.* 1658 *Ep. Veronenſis, S. Metronis Reliquias ornari decentius curat* 652 d

Sebastianus *Dux. ab Antonino Imp. in Cappadociam missus, ut de Christianis quæstionem institueret, torquet ac necat S. Hermiam* 424 b 426 f

Sebastianus Michaëlis, *Ordinis Prædicat. Inquisitor Avenionensis, an.* 1608 *cum fama sanctitatis obiit* 588 b

Sebastianus Martinez *imprimit Vallisoleti an.* 1555 *Chronicon S. Ferdin.* 307 d

Segegavus, *Abb. Glastoniæ post S. Dunstanum*, 28 *annis præfuit* 810 a

Seraphinus Fontana, *an.* 1580 *Abb. S. Simpliciani templum ornat* 46 a. *Anno* 1582 *Abb. S. Euphemiæ Brixiæ* 47 b

Severa, *Soror S. Modoaldi gemella, & eodem cum ipso sepultæ tumulo* 716 a

Sifridus, *an.* 1245 *Ep. Moguntin.* 34 a

Sigehardus, *Monachus an.* 962 *scribit Miracula S. Maximini* 20 d 25 d

Sigewinus Pius, *Archiep. Colonienſis* 418 e

† Silaus, *Ep. Hibernus, Lucæ* 233 a

Simeon *in Frisia, ejus gentis Apostolus an fuerit?* 419 a

Simeon de Mamistra, *beneficus Ioachimo Abb.* 92 b. *Capitaneus & Comes stabuli* 127 f

Simon *Card. & Apostolicæ Sedis Legatus, an.* 1590 *jubet transferri Corpus B. Crescentii* 585 b

Simon, *sec.* 12 *Abb. Sambucinæ* 99 f

Simon, *an.* 1637 *Præpositus in Dyezzen, mittit miraculum recens B. Mathildis* 457 a

Simon à Bruxellis, *Ord. Min. seculo* 16 *apud Indos* 234 a

Simon, *Comes de Pontivo, filiam suam Ioannam dat uxorem S. Ferdinando* 330 c

† Simpliciani *Reliquiæ an.* 1517 *inventæ Mediolani* 45 e

† Sisinnius, *Mart. Romanus, an.* 1655 *expositus venerationi Ferrariæ in templo Societatis Iesu* 235 d

Sisinnius *Comes, cum Dulcidio, Aquileiæ sub Diocletiano prosequitur Christianos* 469 b

† Sixti Papæ *Reliquiæ ornantur à S. Paschale* 773 b

Sophia, *uxor Bertholdi Comitis de Andechs, an.* 1132 *Confundatrix monasterii Dyezzensis* 442 b. *Mater B. Mathildis* 453 c

Specialis Bettus, *an.* 1364 *Sanctorum corporum inspector Pisis* 163 d

† Stephani *Regis Hungariæ, elevatio corporis* 234 f

† Stephanus, *Abb. S. Petri in Montibus* 233 b

† Stephanus Maconus, *Cartusiæ dat nomē* 14 *sec* 193 a, 226 e

Stephanus, *Card. & Ep. Metensis an.* 1146 *Cruce signatus donat S. Gibriano quamdam villam* 651 d

Stephanus, *Ep. Tudensis sec.* 13 *absolvit fabricā ecclesiæ suæ* 299 c

Stephanus *Ep. Arvernensis jubetur à Ioanne XIII compellere Amblardum quemdam ad restitutionem* 689 f

Stephanus, *Ep. sub Diocletiano, forte Nomentanus* 13 a e

Stephanus Ferrerius, *an.* 1609 *Ep. Vercellen.* 566 d

Stephanus Usuſmaris, *an.* 1554 *Generalis totius Ordinis Prædicatorum* 459 a

Stephanus *Ep. Leodien. post Franconem invadit Abbatiam Lobiensem* 846 a

Stephanus, *filius Hugonis & Almodis, an.* 973 *obtinet à Cluniacensibus pagum Ambariacum* 689 f

Stephanus Cremonensis *visa & audita à se miracula S. Vbaldi scribit* 782 b

Steppo, *Virginum Cistercienſium in Monte-Salvatoris Præfectus* 234 a

Stilico, *jussu Honorii Imp. comprehendendus, ad asylum Ecclesiæ confugit: ac inde egredi persuasus capitur, & an.* 408 *perimitur* 261 a b

† Stilla *Virgo, miraculis clara in diœcesi Eystadiensi* 234 e

Suerus Tellii *obsidetur in castro Monte-alacri* 312 b

Suicbertus *Ep. Mart. in Bethleem* 2 f

† Suibertus *Apostolus Frisonum* 2 f

† Suibertus *Ep. Verdensis* 2 f

Superantius & Exuperantius. *Duo istius nominis Episcopi perperam ad Hispanos transferuntur* 261 d e

Syrus Papiensis, *an.* 1582 *Abb. Benedictinus Regii* 47 b

Syrus *Monachus scribit vitam S. Majoli, rogatu Wacherii, jussu S. Odilonis* 68 a b


# T


TEllius, *sec.* 13 *Ep. Palentinus* 314 a

Teuto & Theobaldus *Abb. Fossatenses subscribunt Electioni Odilonis in Abbatem Cluniacen.* 692 b

† Theodosia, *Virg. Mart. Cæsareæ* 2 c

† Theodosia, *Mater S. Procopii M.* 3 f

Theodorus, *Ep. Myræ* 4 d

Theodosius Adramitenus 76 c

Theodosius *constituitur à Gratiano Imperator, ac debellat Gothos* 252 b c. *Infirmatur & baptizatur ab Acholio Ep. Thessalon.* 252 c. 253 a. *Edictum ejus contra Arianos* 253 e

† Theofredus, *vulgo* Saint Chafre, *Abbas Cluniacensis & Martyr* 530 a

Theolosphorus (*aliis* Thelesphorus) de Cusentia, *Eremita an.* 1386 *sanctitate clarus* 139 e f

Thomas Donatus, *an.* 1496 *Patriarcha Venetus, dat facultatem transferendi Corpus S. Barbari* 770 b

Thomas, *an.* 1229 *Prior Corbiniaci* 531 e

Thomas de Verona *Servita, circa an.* 1590 *librum, qui Flos Sanctorum inscribitur, Italicum facit; additis Ordinis sui Sanctis ac Beatis* 663 e

Thomas *tyrannus insidiatur Monachis Corbiniac.* 533 f 539 a

Thomas Sarzanus, *liberalitate B. Nicolai Albergati in studiis sustentatus, fit tandem Pontifex Rom. & ob benefactoris reverentiam* Nicolaus *appellari voluit, istius nominis quintus* 227 b

Thudebertus *Conf. an idem cum* Trudperto *Mart?* 232 f

Tilesiorum *familia patricia Consentiæ* 95 f

† Timotheus, *Mart. Romanus, an.* 1655 *Ferrariæ in templo Societatis Iesu venerationi expositus* 235 d

Timotheus, *Ep. Alexandrinus an.* 381 *in Concilio CP.* 254 a

Timotheus, *ultimus Abbas Regularis S. Simpliciani Mediolani seculo* 15 45 d

† Titianus *Ep. Brixienſis* 3 a

† Titianus, *Ep. Laudensis* 3 a

† Titianus, *Ep. Opitergiensis* 3 a

Titus Prosper Martinengus, *Græce peritus, in Vaticana bibliotheca occupatus* 47 e

† Totuanus *Martyr, socius S. Kiliani* 234 e

Transinicus *Abb. Pinnatensis in Hisp.* 64 b

† Tresanus, *frater S. Gibriani, à S. Remigio Presbyter ordinatus* 620 c

Trigetius, *Discipulus S. Augustini* 579 b


# V


VAlens *Imp. favet Arianis* 246 c, *ei eladem prædicit S. Isaacius* ibid.

Varanorum *familia, potens Camerini* 476 a

Ubaldus Lanfrancus, *an.* 1174 *creatus Archiepisc. Pisanus* 159 d

Vendraminus *Card. & Patriarcha Venetus, dedicat an.* 1617 *novam ecclesiam S. Laurentii* 772 b

Venantius, *Iulii Varani filius, cum patre interimitur à Cæsare Borgia* 508 f

Venustianus, *Augustalis Tusciæ* 11 d

Victor & Saturninus *Proceres jussu Valentis Imp. custodiendum accipiunt S. Isaacium, salutaria monentem* 251 f *ipsi postea cellam ædificant* 256 a

Victorius Matthæus *Ordinis Prædicat. dat Fr. Alexandro de Capocchis Summam S. Antonini* 682 d

† Vigilius *Ep. Tridentinus & Mart.* 38 a *Reliquias S. Sisinnii & Socc. Tridentum portat* 40 c. *Scribit de eorum martyrio ad S. Simplicianum Ep. Mediolan.* 41 f, *& ad S. Ioannē Ep. Constantinop.* 42 f. *Ejus Reliquiæ sec.* 16 *inventæ Mediolani* 45 e

Villana *Pisana, mirabilium virtutum femina* 165 a 179 d

† Vincentius Cadlubcius, *ex Episcopo Cracovienſi Monachus Cistercienſis* 606 e

Vincentius Marini, *an.* 1582 *Ep. Albanus* 47 a


Vita-

Vitalis de Caſtro Leonis *an.* 1582 *Abb. S. Spiritus Papiæ* 47 b
Vivianus, *an.* 973 *Prior Cluniaci* 689 f *an.* 993 *ibidem Præpoſitus* 692 d
† Ultanus *Abbas, frater S. Furſei* 266 c
Unfredus Culinus *petit facultatem ædificandi monaſterium Ord. Florenſis* 128 d
Urbanus Papa IV *gratulatur Regi Valentiæ converſionem ad fidem* 395 d
Urbanus Papa VIII *ſolenniter approbat ac indulgentiis ornat Confraternitatem S. Gibriani Remis* 652 a
† Urbitius *Abb. Magduni colitur die* 30 *Maji* 234 c
Urraca, *filia Alfonſi IX Regis Caſtellæ, Regina Portug.* 307 e
† Urſinus, *alias* Urſicinus, *Mart. Ravennæ* 234 d
† Urſus, *Ep. Ravennas* 260 f
Urſus, *ſec.* 12 *Abb. S. Dionyſii Remis* 621 c
† Vulganius *Eremita. Divinitus mittitur ad ſanandum S. Madelgiſilum* 4 a 267 e
Wanbertus, *Archiclavus S. Maximini* 32 c
Wenilo, *cuſtos Eccleſiæ S. Maximini* 30 a, b d
† Wibertus *fundat monaſterium Gemblacenſe, & varie dotat* 843 c, 845 b
Widricus *Abb. Scriptor Vitæ S. Gerardi Ep. Tullenſis* 692 e
Wikerus *Abb. S. Maximini* 20 d 25 d
Willelmus *ſec.* 12 *Abb. S. Nicaſii* 621 c
Willelmus *præficitur monaſterio S. Benigni Divione à S. Majolo* 691 a
Willerus, *Abb. S. Maximini* 30 f
Wilſtanus *puer, nepos Regum Merciorum, an.* 849 *innocenter occiſus* 419 d
† Weomadi *Ep. Treviren. Corpus an.* 942 *transfertur* 32 f
Wualterus, *Archiep. Rotomagen. an.* 1190 *comitatur Regem in Palæſtinam* 138 d
† Wulfhildis, *Virgo & Abbatiſſa in Anglia* 419 f

## W

WAgo *Abb. ſubſcribit Electioni Odilonis in Abbatem Cluniacenſem* 692 b
Waldo, *Abb. S. Maximini* 9 *ſec.* 20 a
Walterius, *Ep. Æduen. ſubſcribit Electioni Odilonis in Abbatem Clun.* 692 b

## Z

ZAcharias Taraſci, *an.* 1582 *Abb. Benedict. Mutinæ* 47 b
Zahen, *ex Regio genere inter Mauros, rebellat contra ſuos & Valentiam occupat* 320 c
Zenus *Presbyter ſepelit corpora Sanctorum Cantii & Sociorum* 430 b
† Zoilus *Presb. ſepelit Corpus S. Chryſogoni Mart.* 429 b
Zoſimus PP. *an.* 418, *ſcribit ad Clerum Ravennatem* 261 b

# INDEX TOPOGRAPHICUS.

## A

ABdalarfarteam *venit S. Ferdinandus ab obſidione Giennenſi* 320 d
Abitiro *mons in Aragonia* 64 d
Acapulenſis portus *in Nova Hiſpania* 403 e
Acerra *civ. Epiſcopalis in Campania. SS. Cononis & ejus filii Reliquiæ* 4 b
Acra *opp. Calabriæ* 99 f
Ad Aquas Gradatas, *locus Aquileiæ, ubi paſſus S. Chryſogonus* 429 b e
Adroli *ſilva pars media datur an.* 994 *Cluniaco* 692 e
Æſium, *urbs Epiſcopalis in Piceno. Inventio S. Floriani an.* 1411 575 f
Africa. *SS. Primus, Accidia, Poſſimonius & alii* 153 *Martt.* 18. *Sancti Timidenſes* 436. *S. Datianus Mart.* 437
Agaſmum, *Eccleſiæ Toletanæ caſtrum* 321 b
Agger-alliorum *in Caſtella* 315 b
Agger-fumorum *in Hiſp.* 315 f
Agger-ſellarum *oppidum Caſtellæ* 320 e
Aguilàr *locus Mauris ereptus à S. Ferd.* 331 d
Alarcos *urbs regni Toletani* 312 a *ad eam ceduntur Chriſtiani ſub Alfonſo IX à Mauris* 308 a
Aladéo *traditur S. Ferdinando* 333 b
Alaulula *caſtrum Eccleſiæ Toletanæ* 321 b
Alba *urbs Hiſpaniæ* 321 b
Albanethum *locus Calabriæ inter Albulam & Nethum fluvios* 105 e
Albe *in Calabria locus* 127 c
Albineyum 6 *leucis diſitum Remis* 629 e
Albula *fl. Calabriæ ad Albanethum* 105 e
Alcala Abenzaidæ *urbs Hiſpaniæ* 337 e
Alcala de Guadayra *obſidetur à copiis S. Ferdinandi* 302 d, *Vltro ſe dedit* 340 e
Alcala del Rio *deditionem facit S. Ferd.* 341 d
Alcantara *non procul à Guadiana fluvio in Hiſpania* 326 d
Alcaràz *urbs Hiſpaniæ* 333 a b
Alcazarii *porta Hiſpali* 347 a
Alhama *capitur ac diruitur à S. Ferd.* 317 d 333 b
Alhange *caſtrum à S. Ferdinando captum* 300 f
Alicante *datur S. Ferdinando à Rege Murcienſi* 333 b
Almeria *urbs ubi occiſus in piſcina Rex Abenhuc* 328 d
Almodavar *poſt expugnatam Cordubam capitur à S. Ferdinandi* 330 d 331 d
Altilia & Alteia *fl. prope monaſteriolum in Picardia* 264 d
Alvum *urbs Iſtriæ* 15 a
Amaga *caſtrum deditur S. Ferdinando* 315 e
Ambra *fl. in Bavaria ſuperiore lacum efficit* 443 f
Ampulinus *fl. influit in Nebetum* 126 f
Anagarum *in Hiſpania* 314 b
Anaunia, Anagnia *ſeu* Agaunia *vallis agri Tridentini* 38 a 40 a e, 43 a
Andalina *villa, S. Petro oblata* 24 c
Andugar *ur. capitur à S Ferdin.* 299 d 317 c
Antiochia. *SS. Sicimodus, Baſſus, Venuſtus, Victurius, Pullienus* 18. *B. Maria caſtiſſima Virgo* 50 *SS. Iſichius & Palatinus Martt.* 239 *SS. Paulinus & Iſichus Martyrum* 437
Aptellum *caſtrum, ad quod ſe recepit Berengaria Regina, à comite Alvaro coacta regno cedere* 311 e 312 c
Aqua-Auguſta *urbs Aquitaniæ, vulgo* Bajona 107 b 114 c
Aquileia *in Italia. SS. Cantianus Eutychius, Euthymius Martt.* 239. *SS. Cantius, Cantianus, Cantianilla, Protus* 427
Ara-agatini, *palæſtra S. Siſinnii & Socc Martt.* 38 e
Arcanum *opp. Latii, vulgo* Arce. *S. Eleutherius* 65 c
Areola *caſtrum Eccleſiæ Toletanæ* 321 b
Argenta *opp. non contemnendum, ædificatum à S. Exuperantio* 260 f. *Vbi ſitum* 261 c
Argona *obſidetur & capitur à S. Ferd.* 333 e
Arlòn *opp. prope Luxemburgum* 22 e
Arſeyum *in Gallia* 640 d
Arvernia *Galliæ Prov. SS. Alexander & Galla* 440
Arzilia *an.* 1471 *Mauris eripitur ab Alfonſo V Luſit. Rege* 729 e

Aſiſia *urbs Carniolæ* 14 f 15 a
Aſius *fl. in territorio Senenſi* 217 c
Atares *in Aragonia, Patria S. Ioannis Eremitæ* 60 b 64 a
Atenſis *Comitatus, in Gallia* 687 e
Aternus, *fl. grandis Apruții, nunc* Piſcaria *dictus* 804 f
Atripalda *in regno Neapol. SS. Hypoliſtus Presb. Creſcentius & Socii decem Martt.* 525 f
Avenneyum *locus Galliæ* 631 b
Averium *in Luſitania. S. Ioanna Princeps Ord. S. Dominici* 719
Avenionetum *in diœceſi Toloſana. Beati Inquiſitores Martyres, ex Ordinibus SS. Dominici ac Franciſci, aliique* 180 181 b c
Aureolum *opp. an ſic dictum, quod aurum pro tributo penderet Eccleſiæ Ravennati?* 260 f. *Vbi ſitum* 261 c
Auſſonæ-villa *in Gallia* 623 b
Axarafa *locus fertiliſſimus, aliàs* Herculis hortus *dictus, è regione Hiſpalis trans Batim* 339 d
Axarquía *ſuburbium Corduba* 325 e
Aznataraph *ur. capitur à S. Ferdinando* 299 d


# B


BAëtia *ur. eripitur Saracenis à S. Ferdinando* 299 d
Barolis, *Straboni* Baretũ, *ad Auſidi fluminis oſtia* 100 b
Bauſionus *vicus ſuper Matronam fluvium. Depoſitio S. Poſennæ* 618 f
Baza *obſidetur & capitur an.* 1583 *à Ferdinando Catholico* 402 a
Beatia *villa Hiſpaniæ, ubi moritur Comes Gundiſalvus Nunii* 317 a c
Bellum-Foramen *in Hiſpania* 314 b 315 b
Bellus-viſus *collis inter Hiſpalim & mare* 357 b
Bellus-mons *opp. ad Moſam* 628 b
Bellum-caſtrum *urbs Epiſc. Calabriæ* 123 b
Belriguardi Cartuſia, *duobus milliaribus Senis diſſita, ejuſque origo* 203 c
Benaljofar, *ſuburbium Hiſpalenſe, incenditur à Chriſtianis* 346 c
Beneventum, Benavente *op. in Hiſpania* 321 a 325 d
Bennaëxìt *locus Mauris ereptus à S. Ferd.* 331 d
Bergomum *in Lombardia. SS. Alexander, Narnus, Viator* 568 f
Beribir, *&* Berbier *olim* Aſiſia 15 b
Beſana *villa non procul Remis* 637 c
Bexixàr *capitur à S. Ferdin.* 333 e
Bienquerencia *caſtrum Maurorum* 326 d e
Biſentum *fl. in cujus alveo ſepultus Alaricus Rex Gothorum* 98 c 99 b
Blona *&* Blonda *fluvii Galliæ* 645 d
Bonithi-podium *vulgo* Podio-bonzi *in finibus territorii Senenſis* 151 d
Bos *forum Conſtantinopoli* 68 e
Brana-villa ante Dunum *in Gallia* 625 d
Braubach *opp. Wetteraviæ* 31 b f
Brimunteyum *in Gallia* 636 f
Brionès *caſtellum in confiniis Biſcayæ* 332 f
Britanniacum *ſeu* Bretiniacum *in diœceſi Sueſſionenſi. S. Hucbertus Monachus* 271 a 272 f
Brou *ſeu* Broz, *ſilva apud Sebuſianos* 88 b


# C


CAcéres *opp. firmiſſimum Saracenorum expugnatur à S. Ferdinando* 299 e
Cælicum *opp. Calabriæ. Natale ſolum B. Ioachimi Abbatis Fundatoris Florenſis* 90 c 95 e
Cæſarauguſta *patria SS. Voti ac Felicis* 59 f 61 d
Cæſarea *in Cappadocia. SS. Cyrillus, Carellus, Primolus, Fi-*
*nodus, Venuſtus, Giſſinus, Alexander, Tredentheus, Iocundus Martyres* 17
Calabria, *B. Ioachimus Abb.* 89
Calaris *in Sardinia. S. Reſtituta Mart.* 794: *alia ibidem Corpora, ut putantur, Sanctorum inventa* 708, 709
Caloſuber, *dein* Bonum-lignum, *dictus locus, ubi Ioachimus Abb. monaſterium erexit* 127 a d
Camerinum *in Vmbria. B. Baptiſta de Varanis* 476
Campus Regius *Senis, ubi Conventus Dominicanorũ* 213 d
Campus S. Petri *opp. territorii Patavini; patria B. Creſcentii* 584 a
Cannavinus *amnis prope Calicum in Calabria* 96 f
Cannetum *traditur S. Ferdinando* 315 d
Cantiliana *vi capitur à S. Ferd. & exciditur* 341 c
Cappadocia, *patria S. Siſinnii Mart.* 40 e
Capella *caſtrum munitiſſimum in diœceſi Toletana, tandem capitur à S. Ferd.* 317 d 299 d
Caput-album *locus Ord. Florenſis* 128 e
Caput-gratis (*alibi* Chratis) 128 d
Caravaca. *Vera-Crux Miraculoſa* 396
Carmona *inter Cordubam & Hiſpalim* 340 d e. *Paciſcitur cum S. Ferdin.* 341 b *Dedit ſe* 345 b
Cartagena *capitur à filio S. Ferdinandi* 333 b
Caſeata *datur jure hereditario Epiſcopatui Toletano à S. Ferdinando* 321 b
Caſtellio *opp. Galliæ* 625 a 630 a
Caſtellucium *arx Calabriæ* 139 e
Caſtellum-Cadamum *in Gallia* 636 b
Caſtiliòn *in Hiſpania, quo ſe receperunt fugati à Rege Legionenſi Nobiles Caſtellani* 299 b
Caſtorla *caſtrum Eccleſiæ Toletanæ* 321 b
Caſtrum-Ferràl *eripitur Mauris ab Alfonſo IX Rege Caſtellæ* 308 b
Caſtrum S. Joannis *ad Aſſum flumen, 18 mill. paſſ. Senis diſſitum* 217 c
Cathaſorii civitas *ad mare Adriàticum in Calabria* 99 e
Cauca *villa, Berengariam Reginam cum ſuis non vult recipere* 313 d
Cazalia *erepta Mauris à S. Ferdin.* 331 d
*In* Cephinis, *ubi Templarii oratorium habent, ſepultus Comes Gundiſalvus Nunius* 317 a
Cerentia *civitas Calabriæ* 126 f
Chalce, *veſtibulum Palatii CP. ſic appellatum à ſtatua ænea Chriſti, ibi poſita* 66 b c
Chelis *Eccleſiæ Toletanæ caſtrum* 321 b
Chorlana *capitur à S. Ferd.* 317 d
Chrates *vulgo* Gratti *fl. prope Conſentiam alluens* 98 c 99 b
Cieka *deditur S. Ferdinando* 333 b
Ciſinarium *caſtrum regni Caſtellæ* 312 c
Civitas-nova *urbs Iſtriæ* 14 a
Civitas Roderici *in Hiſp.* 321 b
Comana, *urbs Ponti* 423 f
Comanæ, *urbs Cappadociæ. S. Hermias Mart. ſub Antonino Imperatore* 423 b
Cœmeterium S. Reſtituti 10 f, S. Felicis *via Aurelia* 237 b, S. Petronillæ *via Ardeatina* 421 d
Comitiacum *datum S. Maximino* 24 c
Concha *Eccleſiæ Toletanæ caſtrum* 321 b
Concilium *Coloniæ à S. Maximino coactum* 21 d. Generale CP. *ſub Theodoſio an.* 381 *habitum* 254 a b. *Epiſcopum CP. primum à Romano eſſe decernit* 254 c
Congregatio B. Mariæ Virginis, *vulgo* della Scala, *Senis* 192 f: Clavorum *an.* 1579 *ibidem inſtituta* 193 d: B. Mariæ Virginis *Romæ in Collegio Societatis Ieſu, à Gregorio XIII confirmata* 855, *pia ejus exercitia* 856, *modus aggregandi ei alias Congregationes* 857
Conſentia, *Brutiorum ac totius Calabriæ metropolis* 95 e. *Capta & combuſta à Saracenis* 95 f
Conſtantia ad Rhenum. *S. Maximus* 15 c d
Conſtantia *in Gallia* 15 c
Conſtantia *urbs olim Iſtriæ* 15 b
Conſtantina *deditur S. Ferdinando* 341 b

Conſtantinopolis. *S. Theodoſia Virg. Mart. ſub Leone Iſaurico* 66. *B. Andreas Chius Mart. ſub Turcis* 184. *S. Iſaacius Abbas* 246
Contiacum *opp. in Tardanenſi tractu. S. Raſtragena* 764 c
Corbiniacum. *Corpus S. Marculfi* 533 e
Corduba *an.* 1235 *obſidetur & capitur* 300 d e 325 d
Cornubia, *Angliæ provincia. S. Buriena* 37
Corte *occupata à S. Ferdinando* 331 d
Cotianum *arx olim celeberrima in Belgio* 278 f
Cracovia *ſec.* 13 *ab hoſtibus exuſta* 606 d
Crevilièn *à Rege Murciæ traditur S. Ferdinando* 333 b
Cropanitana *terra prope monaſterium Aquæ-vivæ in Calabria* 121 b
Crothalus *fl. Calabriæ* 99 e
Cubrinus *vicus. S. Lubentius* 22 a 23 c
Culmza *urbs Pruſſiæ. S. Iutta vidua* 602
Curcellæ, *villa prope Remos* 625 b
Curet *erepta Mauris à S. Ferdin.* 331 d
Cyrtha *in Numidia. S. Donatianus* 436


# D


DAmaiia, *arx in Bavaria ſuperiore, an.* 1132 *à Domino ſuo Bertholdo in monaſterium verſa* 442 b
Dela *caſtrum Eccleſiæ Toletanæ* 321 b
Delche *à Rege Murciæ datur S. Ferdinando* 333 b
Dianium *opp. Calabriæ* 101 b *In terra Sylani* 116 d
Dioletum *locus Argoviæ, ubi S. Gertrudis à fratribus invenitur & occiditur* 515 a
Donoraticum *Caſtellum familiæ Gerardeſcæ, nunc fundius everſum* 821 a c
Dulminiacum, *tractus Galliæ* 645 d 646 c
Duo-germani *caſtrum Eccleſiæ Toletanæ* 321 b


# E


EBora *in Luſitania, BB. Conſtantia Xira & Maria Fernandez* 415 416 a
Eboſius *ſeu* Ivodium, *caſtellum in agro Luxemburgenſi* 22 e


## ECCLESIÆ


S. Agnetis *Ravennæ, ubi ſepultus S. Exuperantius Ep. ejuſdem urbis* 261 b
S. Alexandri *Cathedralis Bergomi* 578 c
Anaſtaſia *oratorium S. Gregorii Nazianzeni CP.* 253 a
S. Andreæ in Auriſaurio *Romæ* 10 f 13 b *a Simplicio Papa dedicata* 11 a
S. Andreæ in barbaris *Romæ* 11 a
S. Andreæ *Piſis parochia* 162 c
S. Annæ *Calari in Sardinia* 796 b
SS. Apoſtolorum *Veronæ* 36 f
S. Bartholomæi *Caravacæ* 397 b
S. Burienæ *in Cornubia Angliæ* 37 b c
S. Cæciliæ *Romæ à S. Paſchale Papa reſtaurata* 773 c
S. Cantiani *Venetiis. Corpus S. Maximi* 15 e
S. Chryſogoni *Veronæ* 431 d
S. Chriſtophori *parochia Piſis* 161 b
S. Cyriaci *Wormatiæ antiquæ* 27 c 28 f
S. Euphemiæ *in Petrio CP.* 238 a
S. Euſebii *Ticini* 268 b
S. Furſei *Peronæ* 534 f
S. Georgii *in oppido Spino* 578 e
S. Georgii *vaſtiſſima, prope. Padum fl. ubi olim Argenta oppidum* 261 c
S. Gregorii Turonenſis *conflagrat* 534 b
S. Hieraidis CP. *in Petrio* 238 a
S. Hypoliſti *Collegiata Atripaldæ in regno Neapol.* 528 c
S. Jacobi *in Galicia, ſæpe a S. Bona peregrinationis cauſa viſitata* 150 c *recipit per S. Ferdinandum campanas, à Saracenis pridem avectas* 300 f
S. Illidii *in Arvernia* 440 c
S. Joannis Bapt. *Peronæ* 535 f
SS. Joannis Bapt. & Euangel. *Thorunii Parochialis* 611 a
S. Joannis de Gaytano *in ſuburbio Piſano verſus mare* 175 f
S. Joannis *Panormi cum hoſpitio Leproſorum* 794 d
S. Job *Albani in Latio* 665 c
S. Joſephi *Tereſianarum Viennæ* 233 a
S. Iſidori *Legione* 299 e
S. Laurentii CP. *in Petrio* 238 a
S. Lazari *prope Remos* 637 c
S. Lucæ *Patavii, extructa à B. Creſcentio* 584 a d
S. Madelgiſili *in confinio Centulenſi* 264
S. Majoli, *Luminiani in agro Vicentino, parochialis* 694 c
S. Mametis *Eboræ* 416 c
S. Marcelli *Cabilone* 88 f
S. Marcellini *Mediolani* 48 a
S. Mariæ Virginis *Galatæ ſeu Peræ. Corpus B. Andreæ de Chio Mart.* 187 d
S. Mariæ de Foſſo *Calici in Calabria* 90 d
S. Maria de Guadalupe *in Hiſpania* 400 d 401 e
S. Mariæ in Organis *Veronæ* 431 d
S. Martini *Piſis parochia* 147 b
S. Mauritii *Remis parochialis* 627 a. *Item Montichielli ſeu Monte Cœlii in Italia* 663 a
S. Maximi *prope Veronam* 36 f
S. Michaëlis Archang. *Calici in Calabria* 90 d
S. Nicolai *Culmzæ in Pruſſia, ædificata ſec.* 13 *ab Hannone de Sangherhauſen, Magno Magiſtro Cruciferorum* 607 e
S. Pancratii *Lantuſcæ in Comitatu Niceenſi, Reliquiis & Miraculis ejus clara* 707 e
S. Petri *Trecis, an.* 1227 *tempeſtate corruit* 582 f
S. Petri de Majella, *fundata an.* 1300, *reſtaurata* 1508, *habet varias Reliquias S. Petri Celeſtini* 816 e
S. Petronillæ *in ejus Cœmeterio* 421 d
S. Praxedis *Romæ reſtaurata à S. Paſchale Papa* 773 c
S. Reguli *Silvanecti* 422 b
S. Reſtituti Mart. *Eteti* 10 f
S. Richarii *Centulæ. Corpus S. Madelgiſili* 264 c
Sanctorum omnium CP. *quo Corpus S. Iſacii translatum ſub Leone Philoſopho* 247 d
Sanctorum 50 Martyrum Sebaſtenorum *Neocæſareæ: in qua ſepulti parentes S. Baſilii Magni* 245 a
S. Saturnini *Toloſæ, à S. Silvio ſtrui cœpta, à S. Exuperio perfecta* 438 b d *alia in Comitatu Vzetico* 89 d
S. Sepulchri *Piſis, ubi S. Bona ſalutatur ab imagine Chriſti* 148 b
S. Severiani *Treviris à S. Modoaldo excitata* 716 a
S. Simpliciani *Pictavis* 437 c
S. Stephani Protomart. *Catalaunis* 534 e *alia CP. ubi ſepultus S. Iſaacius* 247 d
S. Suffredi *in pago Pineto, data Cluniacenſibus* 687 e
S. Syri *Genuæ* 544 f
S. Thomæ *Mediolani* 48 a
S. Trinitatis *Culmzæ in Pruſſia* 606 f
S. Tugduali *an.* 1293 *fundata à B. Yvone ac dotata* 817 a c
S. Venerandi *in Arvernia* 440 c d
S. Veræ-Crucis *Caravacæ* 396 f
S. Vigilii *Cathedralis Tridenti* 38 a

Eciga, *urbs Hiſpaniæ, Sedes Regis Abenhuc* 327 d. *Capitur à S. Ferd.* 330 d 331 d
Equitum-campus *in Murciæ regno, ubi Mauri à Chriſtianis, apparente Cruce Caravacenſi, victi fuere* 400 b
Eretum, *Sabinorum vicus; nunc* Mons-rotundus *appellatur* 10 c
Eſcaréna *intercipitur à S. Ferdin.* 333 e
Extrema-Durii *in Hiſpania* 313 d
Eznatoraph *à S. Ferd. capitur* 317 d

# F


FEnelone *toparchia diœcèſis Cadurcenſis* 594 b
Ferraria *civitas, an ſic appellata, quod Eccleſiæ Ravennati pro tributo ferrum penderet?* 260 f
Ferrariola *in Caſtella* 315 c
Ferrerola *caſtrum in Hiſpania, vulgo* Herrera 299 a
Ficus *caſtrum Eccleſiæ Toletanæ* 321 b
Firmum *in Piceno. B. Bertramus Ord. S. Auguſtini* 516
Fiſecchum *caſtrum in diœceſi Lucenſi* 156 d
Florentia *natale ſolum B. Benincaſæ* 662 c
Flos, *locus Calabriæ in Albanetho, incoli & ædificari cœptus à Ioachimo Abb.* 105 e
Fluce *in Maritima Calabriæ* 126 f
Folcaquerium *provincia: ibi an.* 1325 *Comitiſſa Ioanna Siciliæ Regina* 111 a
Fons-Juliani *caſtrum Eccleſiæ Toletanæ* 321 b
Foraſtella *locus ad montem Æthnam cum monaſterio* 99 b
Forolivium *in Romandiola. B. Iacobus Venetus Ord. Prædicatorum* 458
Francorum-curtis *munitio Galliæ* 539 a
Fraſſinetum *locus prope monaſterium Floris* 126 f
Fraxinitræ *locus Calabriæ* 127 d
Fuente-Romièl *captum à S. Ferdin.* 331 d


# G


GAdes *urbs capitur à S. Ferdin.* 361 d
Galata *ſeu* Pera *è regione Conſtantinopolis. Corpus B. Andreæ de Chio Mart.* 187 d 188 d
Garciez *ur. capitur à S. Ferdin.* 299 d 317 c
Gazularum *urbs capitur* 324 a
Gelves *vi expugnatur à Pelagio Correa* 345 d
Genua. *S. Revocatus & Valentinus Ep.* 13, 542
Gerena *oppugnata, in deditionem accipitur à S. Ferd.* 341 d
Gerunda *in Hiſpania citeriori. SS. Gaulienus, Germanus, Victurus, & plures alii nominatim Martt.* 435
Giennium *fruſtra obſidetur à S. Ferdinando ſemel atque iterum* 317 d *tandem deditur. V.* Jaën. 320 d
Glaſtoniam *transfertur an.* 1012 *Corpus S. Dunſtani* 810
Gotthici-campi *in Hiſpania* 315 f
Guadalbazàr *locus in vicinia Cordubæ* 326 e
Guadalete *fl. Hiſpaniæ* 323 a c
Guadalquivir *fl. allabitur Cordubam* 300 e
Guadiana *fl. Hiſpaniæ, inter Alcantaram ac Metellinũ* 326 d
Guillena *deditur S. Ferdinando qui illic in morbum incidit* 341 c d
Γυρολίμνη *locus CP.* 83 c


# H


HAznalpharache *urbs munita ad Bætim fl. infra Triananam* 339 d
Heleniana, *locus ſic dictus CP. prope mare* 256 b 258 a
Herſe, *ſeu* Heriſia, *in diœceſi Paderbornenſi. S. Helmtrudis Recluſa* 441
Hildeſium *urbs Saxoniæ. Reliquiæ SS. Cantii, Cantiani & Cantianillæ* 432 c
Hiſpania. *S. Gentius Mart.* 16
Hiſpalis *an.* 1248 *obſidetur à S. Ferdinando* 302 e *& capitur* 303 a 350 d. *Ejus ſitus & amplitudo deſcribitur* 338, 339, 351 a. *Ejus obſidio* 16 *menſes tenuit* 351 a
Hornachulos *capta à S. Ferd.* 331 d


# I


IAën, *urbs, ampla & frequens, dedita S. Ferdinando, ſit Epiſcopi Sedes* 338 b *Munitur arce* 302 d
Jamureyum *tribus leucis remotum à Remis* 640 b
Iconium *in Aſia. S. Conon & ejus filius* 4
Iris *fl. apud quem Naucratius, S. Baſilii frater, vitam ſolitariam egit* 244 a
Iſara *fl. non procul Bertiniaco fluens, miraculoſe trajicitur* 278 d


# L


LAcra *caſtrum Eccleſiæ Toletanæ* 321 b
Lacuna *urbs Hiſpaniæ* 3
Lantuſca *in Comitatu Niceenſi. Templum & Reliquiæ S. Pancratii* 707 e f
Lara, *à Comite Alvaro detenta, capitur à S. Ferdinando* 314 a
Laudunum clavatum *inter Remos & Peronam* 536 c
Laureacum *ad Danubium in Norico Ripenſi. Paßio S. Floriani* 576 d
Lebrixa *capitur à S. Ferdin.* 361 d
Legio *in regno Legionenſi urbs & ſedes Regia* 320 f
Leporis *flumen* 127 c
Lerinus *inſula & monaſterium. S. Venantii Corpus* 240 a b
Lerma *Comiti Alvaro eripitur à S. Ferdinando* 314 b
Leſa *fl. Calabriæ* 105 e
Letheſmia *urbs Hiſpaniæ* 321 b
Longobuccum *opp. Calabriæ, ubi olim argenti fodinæ* 115 c
Lora, *pactis conditionibus occupata, donatur à S. Ferd. Ordini Hoſpital.* 341 c
Lorca *capitur ab Alfonſo, S. Ferdinandi filio* 333 b
Loverceyum 6 *leucis ſupra Remos* 630 f
Luc *capitur à S. Ferdin.* 330 d
Luca *in Hetruria. S. Silaus Ep.* 233 a
Lupenſis-villa *ad Vitrejum in Campania Galliæ* 636 c
Luque *erepta Mauris à S. Ferdin.* 331 a
Luxena *occupatur à S. Ferd.* 330 d


# M


MAcarena *ſuburbium Hiſpalenſe ſpoliatur à Chriſtianis* 346 d
Maceriæ, *locus Pontivi, ubi mortuus S. Furſeus* 266 d
Magazamara *turris prope Moronum oppidum, occupata à Chriſtianis* 331 d
Magdeburgum. *Primus Epiſcopus Adalbertus* 31 e. *Primatum accipit ſimilem Colonienſi* ibid.
Maggiana Cartuſia *prope Senas* 190 a. *Ejus origo* 196 a
Magnus-Campus *opp. Galliæ* 278 e
Majorica, *in regno Legionenſi, S. Ferdinandum agnoſcit Regem ſuum* 320 f
Manſella, *diei itinere diſtans Legione, admittit S. Ferdinandum* 320 f
Marchena *occupata à S. Ferdin.* 331 d
Marmoria *habet eccleſiam Parochialem* 213 b 217 b
Martos *caſtrum à S. Ferd. Rege Mauris ereptum, datur Fratribus Calatravæ* 317 c *obſidetur à Mauris ac liberatur* 331 a
Matera *urbs Epiſcop. Calabriæ* 123 f
Matiſco *in Burgundia. S. Geraldus* 88
Medina del Campo, *quæ* Caſtellio *dicitur* 315 f
Medina de Rivo-ſicco 315 f
Mediolani-villa *prope Peronam* 637 c
Mediolanum. *Reliquiæ SS. Siſinnii, Martyrii, & Alexandri Martt.* 39 c *Anno* 1584 *ſolenniſſima Tranſlatio Reliquiarum, in eccleſia S. Simpliciani inventarum* 47, 48. *Reliquiæ SS. Cantii, Cantiani & Cantianillæ* 431
Magazela *opp. Hiſpaniæ inter Metellinum & Bienquerenciam* 326 d

Mercatellum *locus in territorio Vrbini* 788 d
Meta ſudans *Romæ* 13 a d
Metellinum *in Hiſpania, non procul à Guadiana fluvio* 326 d
Metho *pagus agri Tridentini* 38 b *aliis* Medo 40 a
Methone *urbs Epiſcopalis Peloponneſi. Obitus S. Venantii fratris S. Honorati* 240 a
Mirabèl *capta à S. Ferdin.* 331 d
Miſocampus *in Calabria* 127 d
Molina *ditio Gonſali Ferri in Hiſp.* 317 a
Monachium *in Bavaria. B. Marquardus Ordinis Minorum* 183
Monaſteriolum *in Picardia. S. Framehildis*
Monaſteriolum & Monſtroletum *vicus Pontivi. Corpus S. Madelgiſili Eremitæ* 264 b
Monaſterium *Weſtphaliæ. Corpora SS. Floriani & Victorini Martyrum* 576 c

*MONASTERIA*

Abbatis Marci *in Calabria* 126 f
SS. Abundii & Abundantii, à *Pipino Caroli Magni filio fundatum* 210 d
Aldembergenſe *prope Brugas in Flandria* 265 c
S. Andreæ *Vercellis. an.* 1219 *conſtructum à Guala Biccherio Cardinali, nunc poſſidetur à Canonicis Regul.* 558 c
S. Annæ *Auguſtinianorum prope Leodium* 664 a
Arlucum, *à S. Honorato pro Monialibus olim extructum loco amœno, nunc deſtructum eſt* 610 a
Aquæ-vivæ *Ord. Florenſis juxta terram Cropanitanã* 121 b
Bellevallenſe *habet Reliquiam S. Gertrudis Virg. Mart.* 515 d
S. Benigni *Genuæ* 3 b 13 c *Ord. Cluniacenſis Divione à S. Majolo reformatum* 690 e 691 a
S. Bernardini *Fratrum Minorum Capreolæ* 540 d
Bernficenſe *Ord. S. Dominici in Luſitania* 721 a
Boni-ligni *Ord. Florenſis* 127 e 128 a
S. Cæciliæ *Patavii an.* 1090 *extructum à B. Creſcentio Presb.* 584 d
Calabro-Mariæ *in territorio S. Severinæ* 108 e *Ord. Florenſis* 111 b *Nunc* de Altilia *vocatur* 122 c
Calmenſe *in diœceſi Senonen.* 271 f
Caſa-Marii *Abbatia* 93 c. *Sic dicta à Mario Conſule, cujus ibi olim villa* 101 e
Centulenſe *in Picardia, à S. Richario fundatum* 262 c. *Corpora SS. Caidoci & Frechorii* 263 b, *& S. Madelgiſili* 263 e, 264. *Item SS. Richarii Abb. & Vigoris Ep.* ibid.
S. Claræ *Oliſippone, & Conimbricæ, ſeculo* 15 *diſciplina regulari florent* 728 a. *item Panormi* 794 e
S. Chriſtophori *in Suevia, nunc* S. Morandi 234 d
Corbeia *in diœceſi Paderbornenſi. Ibi S. Adalgarius, poſteà Bremenſis Epiſcopus, litteris imbutus fuit* 774 b
Corbeia *in Gallia à Baltilde Regina, Clodovei uxore ædificata* 266 e
SS. Cornelii & Cypriani *Ord. Præmonſt. juxta Ninhoven in Flandria* 233 e
Curatium *Ord. Ciſtercienſis in territorio Caſtri Sylani* 100 b *Novitiatus B. Ioachimi* 99 e
Damaſia, *nunc* Dyezza *Ord. Can. Reg. in Bavaria ſuperiore* 442 b
Diocratis, *aut potius* Dexiocratis *Conſtantinopoli* 67 d e
S. Dominici de Quemada *in diœceſi Lamecenſi, ubi ſterilium vota exaudiri plerumque conſtat experientia* 758 e
S. Euphemiæ *in Petrio CP.* 238 a *aliud Benedictinorum Brixiæ, ubi Digitus S. Simpliciani* 46 f 47 b
S. Facundi *in Hiſpania* 364 d
Fiſcannum *offertur S. Majolo, ut pro Canonicis eò inducat Monachos* 691 a
S. Florinæ *Ord. Fontis-Ebraldi in Arvernia* 529 e
Floris *ſeu* Florenſe *in Calabria. Primus Abbas B. Ioachim* 95 e. *A quo ædificatum* 105 e
Fons-Ebraldi *Monialium Benedictinarum* 3 d
Fontis-laureati *Ord. Florenſis* 128 f
Foſſa-nova *Ord. Ciſtercienſis* 101 e
S. Franciſci *Conſtantinopoli* 187 a *item Hiſpali* 380 c
Gemblacenſe *in Belgio fundatum à S. Wiberto, & variè dotatum* 843 c 845 b
Gemmeticum *in territorio Rotomagenſi à Baltilde Regina extructum* 266 e
S. Georgii Majoris *Benedictinorum Venetiis* 47 b
S. Germani *Ord. Cluniacenſis Autiſſiodori à S. Majolo reformatum* 690 e
Gorgonia *Cartuſianorum* 226 e
S. Helenæ *Ord. Florenſis in territorio Scalarum* 128 f
Helmwardienſe, *diei itinere Paderbornâ diſitum* 712 b
Heriſia *Monialium in Diœceſi Paderbornenſi* 441 a
S. Honorati *in inſula Lerinenſi, à fundatore ſuo ſic appellatum* 240 a
Huelgarum *ſeu* Olcarum *Burgis in Hiſpania, fundatum ab Alfonſo IX Rege Caſtellæ* 307 e f
Humolaria *Benedictinorum* 539 a
S. Jacobi de Podio *non procul Piſis* 149 c, *ejus mirabile initium* 150 b
S. Joannis Euang. *prope Treviros, à Conſtantino Magno traditur fundatum; poſtea* S. Maximini *appellatum* 19 b
S. Joannis de Flore *in ſilva Conſentina* 91 b 117 d 118 f
S. Joannis *Reomaenſe Ord. Cluniacen. reformatum à S. Majolo* 690 e 691 a
S. Joſephi *Carmelitanarum Diſcalceatarum, an.* 1619 *fundatum Tornaci* 19 a
S. Iſacii Abbatis *Conſtantinopoli* 258 a
S. Iſidori *Legione; ubi ſepulta filiola S. Ferdinandi Maria* 300 c
S. Juſtinæ *Benedictinorum Patavii* 47 b
Lanckenheimium *Ord. Ciſtercienſis in montanis Voitlandiæ, an.* 1132 *fundatum à Comite de Orlemund* 442 c d
S. Leonis de Pannachio *ad montem Ætnam* 99 b
Lobienſe, *reformandum committitur S. Erluino* 845 e. *Ab an.* 865 *ad* 956 *Abbate caret, à ſecularibus occupatum* 846 a
Maggianum *Cartuſianorum prope Senas* 190 a. *Ejus origo* 196 a
S. Margaretæ *conditum & habitatum à B. Æmilia Biccheria prope Vercellas* 560 c
S. Mariæ *Stampis ædificatum à Roberto Rege Francorum* 431 d
S. Mariæ Bertolcurtenſis *Abbatia. S. Galterius* 232 f
S. Mariæ de Barra *prope Theodorici-caſtrum in diœceſi Sueſſionenſi* 422 b
S. Mariæ de Curatio *vide ſupra* Curatium 100 c
S. Mariæ Gratiarum *Benedictinorum prope Placentiam* 46 c 47 b
S. Mariæ-novæ *Ord. Floren. in diœceſi Acheruntina* 111 b
S. Mariæ Regalis *Burgis in Hiſp.* 318 a
S. Marthæ *Monialium Senis* 211 a
S. Martini *Turonibus à S. Majolo reformatum* 690 c *Canon. Regul. Piſis* 147 b c *Abbatia juxta Pontiſaram in Gallia* 232 f
S. Martini de Canale *ſupra Petram-fittam Diœceſis Conſentinæ* 91 b
Matinenſe *ſeu* de Matina *in San-Marcenſi diœceſi* 106 e
S. Mauri *Ord. Cluniacenſis Foſſati à S. Majolo reformatum* 690 e 691 b
S. Medardi *Sueſſione Abbatia* 265 c
S. Michaëlis de Guanio *in diœceſi Lucana* 154 a 159 f
S. Michaëlis de Orticaria *prope Piſas* 149 c 152 a
S. Monicæ, *Ord. Eremitarum S. Auguſtini Eboræ* 416 a
Montis-Dei *Cartuſia ſec.* 12 *ab Odone Abb. S. Remigii fundata* 618 d e
Montis ſancti Quintini, 2 *leucis à Perona* 536 f
Montis-Salvatoris *Virginum Ciſterc.* 234 a
S. Morandi, *olim* S. Chriſtophori, *in Suevia* 234 d
S. Nicolai de Arenis *Benedictinorum ad montem Æthnam* 99 b
Odivelarum *Ord. S. Bernardi Oliſippone* 728 e
Paterniacenſe *in diœceſi Lauſanenſi conditum à S. Adalheide, ſuſcipitur ordinandum à S. Majolo* 690 e

S. Petri

S. Petri *Abbatia in occidentali parte Londini* 815 c
S. Petri de Aſſantia *in Hiſpania* 316 d
SS. Petri & Pauli *in Glaxiato Mediolani Benedictinorum* 47 b
Pinnatenſe *in Aragonia* 58 a
Pontinianum *Cartuſianorum non admodum procul Senis* 196 a
S. Proculi *Benedictinorum Mediolani* 46
*de* Rivo-ſicco *in Hiſpania* 316 d
S. Salvatoris *Benedictinorum Papiæ* 47 b
Salvatoris Chriſti *Conſtantinopoli* 67 e
Sambucina *Abbatia in Calabria, filia Caſæ-Marii* 93 c 94 b. *Habitat ibi B. Ioachim ante Monachatum* 98 e
S. Savini *Piſis, ubi quieſcit B. Gerardeſca* 164
S. Simpliciani *Mediolani Abbatia, olim Canonicorum Regul. poſtea Commenda, nunc Benedictinorum* 45 d
Sion, *ubi ſepultus dicitur S. Conon* 10 b, e
S. Spiritus *Panormi* 91 d 94 c *Benedictinorum Papiæ* 47 b
S. Stephani de Bargiamono 240 c
S. Stephani de Parrano *Nuceriæ Ordinis Fontis-Avellanenſis* 681 b
S. Syri *Genuæ* 544 f
Ticinenſe *Cluniacenſium fundatum an.* 979 *à S. Majolo* 690 c *datur Congregationi Somaſchenſi à Greg. XIII* 693 d
S. Trinitatis *Ciſtercienſium in Calabria ad oppidum Acræ* 99 f
Trium puerorum *in Calabria* 126 f
Vallis-gratioſa *in agro Piſano Cartuſianorum* 226 e
S. Vincentii *Benedictinorum Lauduni* 536 c
S. Vincentii Laudunenſis *apud villam S. Hilarii* 531 a
Wizinburgenſe. *Adalbertus Abbas* 31 c
S. Xiſti *Benedictinorum Placentiæ* 47 b

Mons-acutus *opp. Galliæ* 533 f
Mons-alacer *caſtrum Caſtellæ* 312 f
Mons-altus *ſeu* Montaltus *civitas Calabriæ* 123 b
Mons Cloelii *in Hetruria. B. Benincaſa Ord. Servorum B. V. Mariæ* 662
Mons S. Odiliæ *in diœceſi Ruremundenſi. S. Wiro* 654 d
Mons Pinnatenſis. *SS. Votus & Felix fratres, nec non S. Ioannes de Atares* 58
Mons Tuniatus *in territorio Senenſi; ubi B. Philippus, & deinde B. Benincaſa pœnitentiam egerunt* 662 c
Montichiellum, *vide* Mons Cloelii
Montorum *captum à S. Ferd.* 331 d
Mora *caſtellum, datum ab Alfonſo IX Equitibus S. Iacobi* 307 f
Moratilia *capta à S. Ferd.* 331 d
Moròn, *opp. populo frequens à Mauris ereptum, S. Ferd.* 331 d
Moſſonus *ſive* Moſomagus *caſtellum ad ripam Moſæ* 22 d
Mula *opp. munitum occupatur à filio S. Ferdin.* 333 b
Muladarii portus *in Hiſp.* 323 a
Muladarii fauces ſupra las Navas de Toloſa, *ubi an. 1213 Chriſtiani ſub Alfonſo IX ad 200000 Maurorum ceciderunt* 308 b
Munio *caſtrum expugnatur à S. Ferdinando* 314 a
Murcia, *regnum Hiſpaniæ, traditur S. Ferdinando aquis conditionibus* 333 a
Murtereyum *in Gallia prope Avennacum* 629 d
Mutina *in Italia. B. Andreas Ord. Minorum* 841
Myda, *ſeu* Mayda, *in Calabria diœceſis Neocaſtrenſis* 113 f

Naunus *fl. agri Tridentini* 38 b
Neocæſarea *in Cappadocia. SS. Baſilius & Emmelia, parentes SS. Baſilii Magni & Gregorii Nyſſeni* 242
Neocaſtrum *civitas Calabriæ* 122 d
Nethus *ſeu* Nehetus, *fl. Calabriæ* 105 e 126 e
Nicomedia. *SS. Euſebius, Romanus, Meletius, Charalampus, Chriſtina, & ſocii Martt.* 237
Noiella *villa ad Mátronam* 631 d
Noiſimentum *villa in territorio Catalaunenſi* 635 b
Noviomagum, *Galliæ Belgicæ urbs, in diœceſi Sueſſionenſi* 271 c d
Novum-caſtellum *opp. Galliæ ſuper Axonam* 624 f 627 b 628 c
Nubila *Eccleſiæ Toletanæ caſtrum* 321 b
Nuceria *in Vmbria. B. Iacobus Eremita Ord. S. Crucis Fontis-Avellanæ* 680
Numidia. *S. Criſpolus Mart.* 16

Ocania *mons in Hiſpania, datur ab Alfonſo IX Equitibus S. Iacobi* 307 e
Odonis pons *in Gallia* 631 e
Oeſia *fl. duabus leucis ſupra Noviomagum in diœceſi Sueſſionenſi.* 271 c
Oliſippo. *Nativitas ſanctæ Principis Ioannæ* 723 f
Olmedum, Ulmetum *proficiſcitur S. Ferdinandus* 332 f
Oregæ *Montes dantur à Rege Alfonſo IX Equitibus S. Iacobi* 307 f
Orgatium *pagus, ubi S. Ferdinandus & mater Berengaria inter ſe occurrunt* 320 e
Orgaz *locus ubi mortuus eſt Alvarus Perez.* 331 b
Orihuëla *S. Ferdinando deditur* 333 h
Oroli *mons in Aragonia* 63 a
*ad* Orſam *an.* 1514 *Moſci* 80000 *caſi aut capti* 617 d
Orzego *Ferdinando traditur à Ferdinando Comite rebelli* 315 d
Oſſuna *occupata à S. Ferdin.* 331 d

Paientia *ur. Epiſcopalis Caſtellæ, excitata ab Alfonſo IX Rege, & Vniverſitate ornata* 307 f
Palentiola *villa in Caſtella* 315 c
Palma *vi capitur à Chriſtianis in Hiſp.* 323 a
Palma *opp. Siciliæ. S. Felix, puer Martyr Româ allatus* 709
Patavium *in Italia. B. Creſcentius Presb.* 583
Pegalhagàr *capitur à S. Ferdin.* 333 e
Pegum *caſtrum à S. Ferd. funditus exſcinditur* 317 d
Pentapolis *inter Arabiam ac Palæſtinam* 97 e 99 a
Pera *ſeu* Galata *è regione Conſtantinopolis. Corpus B. Andreæ ex Chio Mart.* 187 d 188 d
Perona *civitas Picardiæ. Corpus S. Furſei* 266 d
Petra Caroli Magni *in Calabria* 126 f
Petrafitta *opp. Calabriæ* 110 e
Petra-lata *habitatio Ioachimi Abb. ab eo* Petra-olei *dicta* 102 b c
Petra-Salis *prædium, à Carolo Principe S. Maximino datum* 24 c
Petrion, *locus CP. ubi monaſterium S. Euphemiæ, & eccleſia S. Laurentii* 238 a
Phalegma *ſeu* Phalemagna *villa prope Dionantum* 644 c
Pictavi *urbs Galliæ. S. Simplicianus Mart.* 437
Pilos *caſtrum Eccleſiæ Toletanæ* 321 b
Piſæ *in Hetruria. S. Bona Virgo* 144
Piſorica *ur. Hiſpaniæ* 313 f
Plocium *urbs primaria Maſoviæ, ſec. 13 in cineres redacta* 606 d
Pons-bari *villa S. Remigii* 648 f

Naachgouve *Pagus in Palatinatu* 28 d
Nagara *in Hiſpania* 314 b
Narbona *Pagus cum eccleſiis ſuis datur Cluniac.* 687 f
Navas, *id eſt, Campi ad Toloſam Hiſp.* 308 b
Nauportus *fl. Iſtriæ* 14 c

Pon-

Pontiniana Cartusia, *tertio lapide ab urbe Senensi, anno* 1316 *fundata* 196 a
Pontivum, *Picardiæ regio versus mare* 262 b
Porcuna *urbs Saracenis eripitur à Sancto Ferdinan.* 299 d 331 d
Porta Beatricis *Mediolani* 47 e
Porta Collina *Romæ* 10 c
Porta Comasena *Mediolani* 48 a
Porta Renza *Mediolani* 47 f
Porta S. Maximi *Veronæ* 36 f
Pozuelo *locus, ubi postea Villa-Regalis ædificata est à filio S. Ferdinandi* 337 d
Psamathea CP. *vicus* 256 b, *Et Monasterium* 258 b

# Q

Quietus *fl. Istriæ* 15 a
Quarona *locus in Diœcesi Novariensi* 540 f
Quatuor-campi *oppidum Galliæ in Dulminiaco* 646 c
Quatuor-villæ *prope Naudum fl.* 38 b
Quesada *urbs capitur à Sancto Ferdinando* 299 d
Quidzynum, *ubi S. Dorothea Pruthena Reclusam egit* 612 a
Quintana-Fortunii *in Castella* 315 b

# R

Ravenna. *S. Exuperantius Ep.* 260
Rechoc *castrum in Murtiensi territorio* 320 b
Regensis *Comitatus in Gallia* 687 e
Regina *ditio Hispaniæ prope Molinam* 317 a
Registella, *vulgo* Rethel, *castellum & Comitatus in Gallia* 630 d
Renda *oppidum Calabriæ* 99 d
Reoldi-curtis *oppidum Galliæ* 624 d
Reyna, *per deditionem accepta à S. Ferdinando, datur Ordini S. Iacobi* 341 c
Ribiniacum *prædium S. Maximini* 27 f
Ribodimons *oppidum Galliæ* 539 a
Ricote *S. Ferdinando traditur* 333 b
Risenbeck *vicus. B. Relindis Virgo* 232 c
Rocca Sanctæ-Mariæ *in monte*, 7. *milliaribus alio* 176 e
Rocca-de-Netho *in Calabria* 120 f 121 d
Roma. *Sanctus Restitutus Martyr* 10, *S. Gabinus Mart. Turritanus* 235, 236 a, *S. Felix Papa*, 236. *S. Petronilla Virgo* 420. *Sanctus Paschasius Diaconus* 438, *SS. Rasius & Anastasius Martt.* 763
Roscejum *Castellum Diœcesis Remensis* 623 a 640 a
Rota, *locus captus à Sancto Ferdinando* 361 d
Rubefella *Mauris erepta à S. Ferdinando* 331 d
Rumeneum in Theraica, *leucis fere* 12 *distat Remis*, 625 b

# S

Sabuti vadum *in Calabria* 126 f
Sancti Andreæ ad littus, *Insula prope Venetias, anno* 1422 *datur Carthusianis, translatis aliò Eremitis Fratribus* 231 c
S. Arnoldi *oppidum in Gallia* 433 f
S. Burienæ *vicus in Anglia, asyli jure donatus à Rege Athelstano* 37 b
Sancta-Crux, *castrum à Sancto Ferdinando captum*, 300 f
S. Cypriani de Mozoth *castrum traditur S. Ferdinando* 320 c
S. Cypriani *villa in districtu Eugubino* 788 a
S. Gisleni *oppidum in Hannonia. SS. Lambertus & Betlerius discipuli S. Gisleni* 235 a
S. Martinus de Jove, *alias* de Canale, *locus ubi agrotare cœpit Ioachimus Abbas* 110 e
S. Mauri *castrum in Calabria* 108 f
S. Maximi *vicus, prope Veronam* 36 f
S. Memmii *vicus in Gallia* 433 f
S. Stephani *castrum fortissimum expugnatur à S. Ferdinando* 300 b 317 d
Sangherhusen *oppidum Thuringiæ, patria Sanctæ Iutta* 604 c d
Sant-Lucàr de Albayda, *inter Hispalim ac Tegadam* 302 d
Sanlucar de Alpechin *capitur à Sancto Ferdinando* 361 d
Santelia *capta à S. Ferdinando* 331 d
Sathanacensis urbs, *quatuor milliaribus Valdulco dissita* 515 b
Scalæ *civitas prope Amalphiam* 128 f
Scambutta *villa prope Laudunum* 641 b
de Sclavis *castellum prope Nehetum fl.* 126 e f
Secustironensis Comitatus, *in Gallia* 687 e
Sendomiria *Poloniæ urbs, seculo* 13 *ab hostibus exustæ* 606 d
Senæ *in Hetruria. B. Petrus Petronus Carthusianus* 188. *Ibidem è Congregatione Beatæ Mariæ Virginis* della Scala *appellata, prodierunt viri insignes sanctitate, Andreas Galeranus, Petrus Pectinarius, Ambrosius Sansedonius, Bernardus Tolemæus, Franciscus Picolomineus, Ioannes Columbinus, Franciscus Vincentius, Stephanus Macenus, Bernardinus Albizescus* 192 f, 193 a, *Item Matthæus Guerra* 193 d
Serchius *fluvius prope Pisas* 158 c
Serraricum *in Calabria* 126 f
Sesanna *oppidum agri Tardensis* 639 e
Sesia *fluvius in Diœcesi Novariensi* 540 f
Setabis *urbs Maurorum anno* 1242 *à Iacobo Aragonum Rege obsidetur* 181 e
Serioth *eripitur Mauris à S. Ferdinando* 317 c
Silvanectum *in Picardia. Reliquiæ Sanctæ Petronillæ*, 422 b, c
Silviniacum *in Gallia. SS. Majoli & Odilonis corpora* 685 b, c, d, *Item Leodegarii & Principini Martt. ibidem* c
Sitefila *eripitur Mauris à S. Ferdinando* 330 d
Sparnacum *villa S. Remigii* 534 e
Spelunca Gallionis *sub Oroli monte* 64 c
Stagnum rotundum, *locus* CP. 83 f
Stampæ *oppidum Galliæ Reliquiæ SS. Cantii, Cantiani, Cantianillæ* 431 d
Stepa *capitur à S. Ferdinando* 330 d
Sylanum *castrum in Calabria*, 100 b, *nunc* Sciglianum 116 d
Sylæ *montes Calabriæ* 105 e
Syllinæ *insulæ* 37 b

# T

Taberna, *nunc* Treberna, *urbs Regni Neapolitani* 115 b
Tablada *prope Hispalim* 342 d *Ibi castra sua munit Sanctus Ferdinandus* 342 e
Tabulata *villa, promissa Garciæ Laurentii, ut custodiam Regis Henrici abdicaret* 311 c
Tarecum *Castrum. Eo ducitur cadaver Regis Henrici à Comite Alvaro, mortem ejus celaturo* 313 c
Tascalensis *Provincia in Nova-Hispania* 404 c
Tassitanum, *locus Calabriæ, ubi ædificavit monasterium S. Ioachimus* 127 a

Taurum *nobiliſſimum oppidum Legioneuſis Regni* 312 c, 320 c. *Ibi obit Beatrix, uxor S. Ferdinandi* 321 b
Thaius, *ad Naunum fluvium* 38 b
Thebæ, *ſcilicet* Lucanæ, *à Lucio conditore cognominata, in Calabria* 139 e
Theodorici-caſtrum *in Diœceſi Sueſſionenſi* 422 b
S. Thyrſi *pagus datur Cluniacenſibus* 687 f
Ticinum, *vulgo* Papia, *S. Athanaſius Ep.* 270
Tingis, *urbs Africæ, capitur an.* 1471 *ab Alfonſo* v *Luſitano* 729 e
Toloſa *urbs Hiſpaniæ ab Alfonſo* IX *Rege Caſtellæ eripitur Mauris* 308 b
Toloſa *in Gallia. S. Silvius Ep.* 438
Tornacum *in Belgio. SS. Victor & Scyreneus Martt. Romani* 19
Torpèt *vicus, ubi celebris cultus S. Maximini* 35 c
Toya, *caſtrum Toletanæ Eccleſiæ* 321 b
Tribuxena *capitur à S. Ferd.* 361 d
Triana *caſtellum è regione Hiſpalis trans flumen* 339 d
Tridentinus *ager. SS. Siſinnius, Martyrius & Alexander Martt.* 38. *Caput S. Vigilii Ep.* 45 f
Turgellum *caſtrum captum à S. Ferdinando* 300 f
Turres, *ſeu* Turris Libiſſonis, *in Sardinia. SS. Gabinus & Criſpulus Martt.* 235. *S. Creſcentianus Martyr* 422.
Turris aurea *ad Hiſpalim, cui annexa catena, quæ trans Batim tendi poterat* 339 e 351 a
Turris de Albèt *capitur à S. Ferdinando* 317 d
Turris Comitis, *vicus Territorii Sueſſionenſis* 278 d

# V

VAlduletum *in Lotharingia. S. Gertrudis Virg. & Mart.* 514
Valentia *obſidetur & capitur ab Aragonibus ſec.* 13 328 e
Vallis Chratis *ad fluvium Chratis in Calabria* 98 c 99 d 111 b 1127 f
Vallis Juniperi *in territorio Palentino* 315 e f
Vallis-Layni } *in Calabria* 127 f
Vallis-Signi }
Vallis-Oleti *in Caſtella. Celebrantur Comitia Magnatum Regni* 311 d
Vallis-triticaria *in Caſtella, vaſtatur* 312 b
Vallis-viridis *in Regno Caſtellæ* 312 a
Valmazedam *tendit S. Ferdinandus* 333 a
Vandalia Hiſpanorum, *nunc* Andaluzia 320 c
Vannos *eripitur an.* 1213 *Mauris ab Alfonſo* IX *Caſtellæ Rege* 308 b
Ubeda *ſeu* Ubeta, *an* 1213 *occupatur ab Alfonſo* IX *Rege Caſtellæ* 308 b. *Denuò obſeſſa à S. Ferdinando capitur* 321 b
Ucleſium, *ubi ſepultus Comes Alvarus* 315 f. *Ibi ab Inſtitutore Equitum S. Iacobi Alfonſo* IX *jubetur reſidere eorum Generalis, ſeu Magnus Magiſter* 307 e
Vedula *Fl. Remos alluens* 637 c
Venetiæ. *S. Maximus* 14, 15 e
Velez Album *oppidum Regni Granatenſis* 401 a
Vercellæ *urbs Epiſcopalis Pedemontii. B. Æmilia Biccheria ex Ord. S. Dominici* 557
Verona *urbs Italiæ. S. Maximus Epiſc.* 36
Via Salaria, *Româ per Sabinos tendit* 10 c. Nomentana *incidit in Salariam* 10 c
Vicentia. *Corpus S. Floriani Mart.* 575 e
Victoria, *burgus in Hiſpania* 316 e
Vicus cis Exonam, *vulgo* Vic ſur Ayſne, *à Bertiniaco Sueſſionum diſſita* 278 c
Vienna *ſuper Blonam fluvium in Dulminiaco* 645 d
Vilches *urbs capitur an.* 1213 *ab Alfonſo* IX 308 b
Villa-alba de Alcòr *in Caſtella* 312 b
Villa-Ladii *admittit S. Ferdinandum* 320 e
Villa-montini *Eccleſiæ Toletanæ Caſtrum* 321 b
Villa-nova de Sarréa, *ubi mortuus eſt Alphonſus Rex Legion. Pater S. Ferdinandi* 320 d
Vindriacum *caſtellum in Anglia* 647 e
Viſianus, *mons prope Firmum in Picena* 777 f
Vitreyum *oppidum Galliæ* 639 d
Ulgeyum, *vulgo* Ulgy, *in Gallia* 636 f
Ulmi, *villa in territorio Remenſi* 630 d
Volanæ portus, *in mari Adriatico* 473 b
Urſeria *villa* 21 f 23 c
Vulturnus *in Calabria* 127 d
Uzeticus *Comitatus in Gallia* 89 d

# W

WIltonia, *Caſtellum in Anglia* 637 a
Wimari-Eccleſia, *villa S. Maximini* 29 b *Monaſterio ejus donatur* 24 c 25 b

# X

XEréz *urbs Hiſpaniæ; ad quam profligati Mauri ab exercitu S. Ferdinandi* 300 a
Xoparum *capitur à S. Ferdinando* 317 c
Xuecar *fl. Hiſpaniæ* 308 a

# Z

ZAfra *capta à S. Ferdin.* 331 d
Zahéros *erepta Mauris à S. Ferdin.* 331 d
Zambra *Mauris erepta à S. Ferdin.* 331 d
Zaphare *caſtrum Domini Gonſali Ferri, fruſtra oppugnatum à S. Ferdinando* 317 a

# INDEX ONOMASTICUS

## A


ACcumulaſcere, *accumulari* 278 e
Acredo, *acerbitas* 30 d
Acribîa, *diligentia* 6 c
Adjocari, *blandiri* 647 b
Admirantia, *navis prætoria* 376 f
Adſtipulatus, *ſubſignatio, conſenſus* 845 d
Advocatîa, *Patronatus* 442 b
Æquilatus, *quadratus* 631 c
Alacritudo, *hilaritas* 832 f
Alcazarium, *arx, palatium* 350 d
Aldéa, *vicus* 313 d
Alferez, *ſignifer* 360 f
Alimonium, *alimonia* 584 a
Almogávares, *velites prædatorii* 347 d
Alodus, *liber fundus* 688 a 793 c
Ambaſſator, Ambaſſerîa, *legatus, legatio* 681 e 832 f
Ammiratus, *archithalaſſus* 100 b
Anciánus, *ſenator* 830 c
Apocriſarius, *Pontificius legatus* 620 f
Archiclavus, *Theſaurarius Eccleſiæ* 32 c
Armiſinus, *ſericeus* 526 f
Aromatum, *aroma* 834 f
Arriba, *retro* 64 c
Artetica, *arthritis* 460 e f
Aſſulæ, *aſſeres* 543 b
Atacaranæ, *Armamentarium* 350 a
Auctorizare, *auctoritatem dare* 396 e
Averîa, *præfectura telonii* 376 f
Aurifrigium, *limbus auro textus* 815 c


## B


BAlivus, Bajulus, *Prætor* 181 c
Balſæ, *rates* 300 e 302 b
Barlettus, *vaſculum* 151 c
Bedellus, *Apparitor Univerſitatis* 370 d
Beneficiari, *in beneficium concedi* 31 c
Biothanatus, *violentæ morti addictus* 12 c
Blandimentum, *blanditiæ* 838 e f
Blatta, *coccus* 421 c
Bordura, *opus acupictum* 549 e
Burgenſes, *cives* 634 a


## C


CAlamantum, *capitis tegumen* 691 b
Calceolarius, *ſutor* 374 a
Caminata, *conclave cum camino* 689 e
Camoria, *morbus equinus* 815 c
Campanum, *campana* 651 f
Canonîa, *Canonicatus* 690 b
Capitalitium, *cenſus capitalis* 623
Capitaneus, *præcipuus* 712 a
Capitium eccleſiæ, *abſis ejus* 689 e
Caporalis, *opilio* 375 a
Capſis, *capſa* 633 e
Cariſtîa, *caritas annonæ* 460 d
Caroccium, *currus bellicus* 39 d
Carpentarius, *faber lignarius* 630 e
Caſia, *capſa* 575 f
Caſtula, *aſſula* 691 c
Caternus, *quaternio* 93 d
Cedula, *ſchedula* 93 d
Cellarius, *promus-condus* 122 e
Charta probans, *id eſt, forma probante* 124 b
Chryſoclavus, *pannus aureis clavis intextus* 421 e
Clavare, *figere* 832 f
Clypeari, *defendi* 794 a
Cogitamen, *cogitatio* 831 c
Collecta *in ſacris quid dicatur?* 124 a
Collimitans, *confinis* 28 d
Collobium, *thorax ſine manicis* 624 d 626
Concambium, *commutatio* 289 b
Confabularis, *ſocius* 7 c
Confalonerius, *vexillifer* 830 c
Confortamentum, *corroboratio* 831 a e
Confratrîa, *ſodalitium* 651 f
Contanti, *pecunia parata* 380 c
Contrata, *vicus* 472 a
Convicinium, *vicinia* 176 b
Contadòr, *ærarii præfectus* 376 f
Coramarius, *coriarius* 373 b
Cordetenus, *memoriter* 461 d 716 a
Coxia, *crus* 158 e
Credendarius, *Secretarius* 24 b
Credentes, *Albigenſes hæretici* 181 b
Creſpellæ, *ex herba, farina & oleo* 466 e
Culcitra puncta, *vulgo*, courte pointe 817 e
Cupidinoſus, *avarus* 28 e
Curialis, *comis*; Curialitas, *comitas* 831 b 832 f 836 f


## D


DApſilitas, *liberalitas* 832 f
Datare, *ſignare diem littera data* 693 a
Deaccingere, *diſcingere* 316 f
Debitus, *obligatus, debitor* 835 e
Deſtina, *paraſtata* 811 e
Dethronizare, *abdicare* 689 d
Devallare, *deſcendere* 64 c
Devota, *Soror tertiaria Religioſi Ordinis* 148 d
Dextrarius, *equus ſeſſorius* 147 a 158 e 160 b
Diapſalmata, *Pauſarum nota in Pſalmis* 802 d
Diſſagire, *poſſeſſione deturbare* 128 a
Diviſa, *diviſio, electio* 100 c
Domanium, *fundus regius* 127 a
Domus, *Eccleſia Cathedralis* 575 f
Donatus, *donum* 277 f
Duhana, *telonium* 100 b
Dulcicellus, *dulciculus* 277 d


## E


ELeemoſyna, *noſocomium* 623 f
Emolimenta *curricula, annorum* 620 c
Enervitas, *inertia* 28 a
Entheca, *reconditorium* 620 c
Epilogus, *breve encomium* 544 f
Eſibilis, *comeſtibilis* 454 c
Exenium, Enxenium, *munuſculum* 83 a 832 f
Exemplare, *tranſcribere* 543 d

# F


FActura, *veneficium* 782 a
Faltus, *confluentia* 662 d
Ferlæ, *subaxillaria fulcræ* 473 f
Ferri, *ferramenta* 7 d
Fiendus, *faciendus* 781 e
Filare, *nere* 147 f
Flammesco, *inflammo* 831 c
Floritus, *floridus* 817 e
Foderatum, Foderare, *vel* Fodrare 835 f
Fodratum, Fodratura *duplicatura panni, duplicatum, duplicare.* 526 f
Fori, *immunitates, privilegia* 300 a
Fortalitia, *arces* 831 a
Frisellæ, *tiba ex herba, farina & oleo* 466 e
Frontarîæ, *limites* 181 e 300 c
Fundatum, *fundi aurei textura* 421 f


# G


GAleónes, *onerariæ majores* 376 f
Galilæa, *porticus, inambulatio* 639 b
Gentilis, *formosus, urbanus* 832 a c
Glandaticum, *jus pascendi porcos* 127 a
Glossellæ, *Annotatiunculæ* 802 d
Gracilla, *graculus* 116 e
Grangia, *prædium* 93 d
Granitum marmor, *quasi granis conspersum* 858 a
Gubernium, *regimen* 129 c
Guerra, *bellum* 162 e 301 b
Gulfus, *sinus maris* 793 a


# H


HErbaticum, *jus pascendi oves* 127 a
Hida, *mensura agraria* 811 b
Hominium, Homagium, *juramentum fidelitatis* 313 f 647 c


# I


ICona, Iconium, *tabula picta* 153 b 526 c 582 f
Iconicus, *icone expressus* 189 f
Impossibilis, *impotens* 45 c
Impulsit, *impulit* 60 d
Incautela, *negligentia* 161 b
Inclitare, *nobilem facere* 364 d
Indebilitatus, *debilis* 545 c
Infantiones, *Equitum filij* 450 a
Infantissa, *filia Regis* 289 b
Infeudare, *in feudum dare* 794 b
Inficiatus, *infectus* 621 b 650 b
Infinibilis, *interminabilis* 166 c
Infiscare, *in fiscum redigere* 311 d
Inimicari, *inimicitiam exercere* 537 f
Interessor, *socius* 6 a
Internupta, internuptum matrimonium, *vidua nupta, nuptiæ cum vidua* 599 e
Inthronizare, *in throno locare* 544 a
Intuitus, *custodiæ defectus, negligentia* 29 c
Invehere, *increpare* 545 a


# L


LArgitus, *donatus* 831 d 833 e 839 b
Lectum, *lectus* 624 d 636 c
Lescivia, *Lixivium* 650 f
Licentiare, *dimittere* 470 c
Ligna, *naves* 160 d
Longistrorsus, *longe* 275 f


# M


MAjor-merinus, *Primus-Prætor* 360 f
Maneries, *modus, ratio* 452 a
Manerium, *prædium* 811 b
Mandamentum, *mandatum* 277 c
Mandræ, *ovilia* 126 f
Manifestarius, *manifestus* 278 f
Mansa, *prædium* 811 b
Mantum rotatum, *chlamys limbis circum ornata* 174 f
Maphors, *palla muliebris* 630 c
Marka auri, *media libra* 811 c
Massa, *matricula* 543 c
Maxuca, *vectis, fustis* 3
Meminens, *memorans* 60 d
Metatus, *hospitium* 543 c
Minera, *vena metallica* 117 a
Monochroma, *unius coloris pictura* 227 e
Monumina, *instrumenta publica* 689 e
Moreca, *morbi genus* 159 f
Musileum, *Mausoleum* 421 f


# O


OBlatæ, *hostiæ Missales* 454 c
Oblatissa, *Tertiaria* 604 a
Olivifer, *oblivionem adferens* 773 b
Obuncare, *manu obunca advocare* 531 c
Officiare, *ministrare* 182 c
Olimentum, *odor* 832 a
Operarius, *Ædilis, fabricæ præfectus* 830 c
Opitulamentum, *auxilium* 278 f
Oppidaneus, *civis* 534 f
Opulens, *opulentus* 275 e
Ordinarius, *Ordo divini Officii* 577 e
Offillum, *osiculum* 264


# P


PAleuncula, *parva palea* 179 d
Paradisus, *atrium ecclesiæ* 631 d
Parvissimus, *minimus* 834 b
Pasnagium, *pasturæ tributum* 691 b
Passagium, *peregrinatio, ultra marina expeditio* 34 b 127 a
Patrabulum, *facinus* 275 a
Perdonare, *gratis dare* 688 f
Pensare, *cogitare* 178 e
Periclytis, *limbus* 421 e
Pertusum Pertusus, R. Partuis, *foramen* 644 a 647 e 655 b d
Petecciæ, *pustulæ pestilentes* 375 f
Pinnæ, *montes* 61 d
Pitaciolum, *scheda* 532 b
Pitancia, *portio monastica* 462 e
Placitare, *causas agere* 639 a 688 e
Plateaticum, *tributum plateale* 127 a
Pleytum, *judicium* 64 e
Populator, *Coloniæ ductor* 406 a
Portionarius Ecclesiæ, *Minor Canonicus.* 377 a b
Posttergare, *postponere* 166 a
Potestas, *Prætor* 575 f
Præbendaria, *eleemosynaria* 451 d
Præconare, *prædicare* 623 b 630 d

Præſtaria, *emphyteuſis* 688 a
Præſulare, *Præſulem agere* 575 a
Procinctus, *circuitus* 794 a
Protocollus liber, *originarium ſcriptum Notarij* 380 c
Pulſalis motus, *pulſus arteriæ* 163 b
Punctare, *membranam punctis ſignare, ſcripturam interpungere.* 454 f

## Q

QUadratarii, *lapicidæ* 715 c
Quarentena, *quadrageſima* 151 e

## R

RAſorium, *novacula* 831 f
Rationarius Eccleſiæ, *Oeconomus.* 370 c
Recenſus, *enarratio* 277 f
Regiſtrare, *in acta referre* 379 f
Regnum, *Tiara Pontificia* 421 e
Regulares, *Virgæ cortinarum* 421 e
Repauſare, *quieſcere* 167 f
Repatriare, *in patriam redire* 532 e
Repedare, *redire* 538 e
Reverſare, *convertere* 168 a
Rhodomelinus, *inſtar pomi rubens* 631 c
Rivatim, *inſtar rivi* 455 a
Riverîa, riparîa, *tractus littoralis* 793 a 794 b
Rocca, *rupes* 175 e

## S

SAccellus, *ſaculus* 237 d
Saccum, *expilatio* 805 c
Sagmina, *onera frumentorum* 60 d
Sala, *palatium*, 689 e
Sayſina, *poſſeßio* 128 a
Scaranzia, *morbus.* 567 e
Scartabellus, *Codex Chartaceus* 682 e
Sedipes, *ſtapes* 158 e
Sendadum, *ſindon* 180 b
Serra, *mons* 64 c
Serratus, *clauſus* 646 c
Servitialis, *famula* 154 f
Signa, *campanæ* 594 a
Sophiſta, *concionator* 624 a
Sotulares, *calcei* 537 d
Spanocliſtum, Ἐπανωκλεῖσον, *Superne clauſum* 772 f
Spata, *gladius* 30 a
Spurcidus, *ſpurcus* 175 e
Squinantîa, *angina* 461 a
Stalla, *ſtabulum* 162 b
Stallus, *ſella choralis* 716 d
Stauracin, *pannus crucibus intextus* 421 e
Stolium, *expeditio* 100 b e
Stratæ, *plateæ* 153 e 832 a
Supplicamentum, *oratio* 277 d

## T

TAbardillii, *puſtulæ peſtilentes* 375 f
Tablinum, *archivium* 59 b
Tenimentum, *prædium* 92 b f
Thymiamaterium, *thuribulum* 237 a
Tinnivolum, tinnivolentia, *ſonoritas* 600 b c
Tocſin, *ſignum campanæ excubitoriæ* 594 d
Tormentari, *torqueri* 623 d
Tortitudo, *obliquitas* 845 f
Tramoſericus, *ſerico textus* 631 e
Tranſlatare, *tranſponere* 263 d
Trecia, Triccia, *plexus capillorum* 154 b 835 f
Triſtitudo, *triſtitia* 277 a
Tumulus, *menſura frumenti* 124 d
Turgidare, *tumefacere* 647 e
Tyganum, *ſartago* 7 d

## V

VAdium, *pignus* 616 c
Vaſallus, *ſubditus* 300 d
Vellutum roſſum, *ſericeus pannus ruber* 682 e
Venia, *inclinatio corporis* 545 b
Verſare, *invertere, effundere* 163 a 147 b
Veſperatum feſtum, *ad veſperam perductum* 398 d
Vileſcere, *contemnere* 834 b
Virginiſſimus, *caſtiſſimus* 833 f
Undiquaverſum, *undique* 277 e
Votalis, *votivus* 161 a
Uranita, *cæleſtis* 620 d
Utenſile, *franc.* outil, *inſtrumentum* 643

## W

WAnto, Wantus *chirotheca* 28 e 689 f
Wazo, *ceſpes* 689 f
Werpire, *abdicare* 69 c d

## Z

Zagus, *nomen officii palatini apud Venetos* 772 a

## GRÆCO-BARBARA.

Ἀγγώνα, *dimenſum* 425 a
Ἀβέργαι, *virgæ* 250 f
Δούξ, *Dux* 424 e
Ἱδρὼς, *ſudor* 57 a
Καβαλλάριος, *eques* 55 c
Κάμπος, *campus* 250 e
Λεκτίκιον, *lectica* 257
Μάκελλον, *macellum* 81 b
Περιπάσιτος, *Præpoſitus* 252 a b
Πρέτωρ *Prator* 254 f
Ῥαπτοδυλέω, *laceris induor* 280 e
Σπεκουλάτωρ, *ſatelles* 427 a 430 a
Τῆμοι, *laminæ ferreæ* 8 c
Τριχλεύειν, *luſtrare* 250 c
Τύγανον, *ſartago* 8 c
Φατριάρχα, *Pſeudo-Patriarcha* 67 b
Φραγέλλη, *flagrum* 250 f

# INDEX MORALIS

## A


Abbas *fieri noluit Lucas monachus ob balbutiem; deinde juſſus acquieſcere, fit eloquens.* 113 a b. Abbate *vivente ſucceſſor eligitur Cluniaci: quam is haberet poteſtatem?* 692 a b. *Electioni ſubſcribunt extranei ſeculares & Eccleſiaſtici* 692 b. *In Monaſterio Sambucinæ nemo Monachorum* Abbas *eſſe vult ex humilitate* 113 a. Abbas *ad menſam monachos tintinnabulo convocat* 692 f. Abbatis *manus accurate implet venerab. Erluinus.* 845 c. *Curam Monaſterij deponit B. Ioachimus, ut explanandæ Scripturæ vacet* 129 e f. Abbas commendans, *ob nimis gravatum Monaſterium, flagellatur à S. Maximino* 28 b c

Abbatiſſa *eligitur invita B. Mathildis* 446 e: *onus ut ſuſcipiat ei præcipit Anaſtaſius PP. IV.* 448 d: *virtutes ejus tali muneri propriæ* 447 e d: *omnibus præducet exemplo* 443 f. *Vide* Monaſterium, Manſuetudo, Humilitas.

Abſentia *cognoſcere. Vide* Prophetia.

Abſtinentia *B. Mathildis à vino & carne* 443 f *& balneo* 445 c: *per eam non ſit macilenta, ſed pulchrior* 451 a: *eamdem ex obedientia temperat* 453 f. *Potu extraordinario* abſtinet *B. Iacobus Venetus* 462 e *Vide* Pœnitentia, Potus.

Academiæ *Palentinæ inſtitutio & tranſlatio* 307 f 308 f

Acedia *fortiter ſuperatâ, oratione delectatur Religioſa* 561 e

Accuſationibus *falſis exaſperatus creditur S. Leo PP. in cauſa S. Hilarij Arelat.* 596 c d e. *Vide* Innocentia.

Acta *Sanctorum. Vide* Sanctus

Admonitiones *pias B. Ioachimi Abb. agre ferens punitur* 116 f

Adoleſcentia *pia S. Valentini Epiſc. Genuen.* 544 a, *S. Ferdinandi Regis* 298 f, *S. Iutta Viduæ* 604 d, *B. Petri Petroni Carthuſ.* 193 f, *B. Iacobi Veneti Prædicatoris.* 461 f

*Poſt* Adverſa *ſequuntur proſpera* 510 d, *Vide* Patientia, Afflictio.

Adulterinum *conjugati animum immutat miraculoſe B. Iacobus Venetus* 467 c

Ædituus *fit quidam, ut furari poſſit Crucem Caravacanam, quod irrito conatu tentat* 399 c

Ægros *ſenes ex venatu ſuo nutrit Naucratius frater S. Baſilij* 244 a b. Ægris *magna caritate inſervit B. Æmilia Biccheria* 562 c, *Matthæus Guerra* 193 d e, *& B. Petrus Petronus* 194 a c. *Vide* Noſocomium. *Erga* Ægras *caritas B. Ioannæ Luſit.* 742 f. Ægris *& leproſis inſervit S. Iutta*, 605 c, *donec relicto tali obſequio ad ſolam contemplationem ſe transferre jubetur à Chriſto* 605 f. *Vide* Morbus, Medicina.

*Per* Aërem *defertur S. Bona.* 153 f

Ætatem 115 *annorum ſuperat quidam Parochus in Hiſpania* 400 b

*Ob* Afflictiones *electorum augetur dolor Chriſti Patientis* 498 b. *Vide* Tentatio, Adverſitas, Patientia.

Almogavares *quales milites fuerint tempore S. Ferdinandi?* 347 f

Amiſſa *recuperantur interceſſione S. Modualdi* 714 a f. *& S. Ferdinandi* 367 c d, *Vide ſimilia in ſynopſi Marginali inter miracula.*

Amor erga Deum *S. Theodoſiæ Virg. Mar.* 72 a *Eodem* amore *flagrat B. Petrus Petronus* 205 b c, *& B. Baptiſta Varana, quæ ſpiritualem conſolationem non capit* 486 e 487 a, *& mori optat* 490. c Ex Amore *puro ſerviendum Deo docet* 504 f. *Fervidum non invadit dæmon nec tepiditas* 505 c. Amor *erga Deum B. Æmiliæ Biccheriæ exterius ſe manifeſtat* 562 b. Amor Jeſu erga homines. *In corde Ieſu ſcriptam ſe legit ameis litteris B. Baptiſta Varana* 486 f. *Vide* Deus, Conſolatio. Amor *proximi, Vide* Caritas.

Amplexu *hominem ſuffocare poterat miles Caſtellanus* 324 d

Angelus *S. Maximinum, Epiſcopum futurum, prænuntiat* 21 c d, *Madelgiſilo eremum præmonſtrat* 267 b, *cibum defert SS. Voto & Felici Eremitis* 62 a b, *Communionem fert B. Æmiliæ Biccheriæ* 562 c, *fluvio transvehit Religioſos* 157 d e, *in ſtatu gratiæ exiſtenti benedicit, in mortali verò peccato iraſcitur* 178 a, *innocentem declarat S. Quiriacum, de fornicatione accuſatum* 26 b. Angeli *creduntur juviſſe ædificantes monaſterium Averienſe* 722 d, *bonorum eccleſiaſticorum donationem confirmant, ſubjicientes Amen* 453 e: *eripiunt S. Iſaacium in paludem projectum ob reprehenſum Valentem Imp. Hæreticum* 250 c, *lætantur ob Profeſſionem religioſam B. Baptiſtæ Varanæ* 487 c: *cum Religioſis canunt divinum Officium* 178 a. *Vide* Cantus. *Ab* Angelis *flagellatur dæmon, qui B. Gerardeſcam verberarat* 175 f. Angelus Cuſtos *B. Conſtantiam cæcutientem ad manum ducit* 416 c, *ſuccurrit animæ clientis in Purgatorio* 561 d. De Angelis *& ad* Angelos Cuſtodes *pij Sermones S. Humilitatis* 831 a b *& ſeqq.*

Anima *B. Baptiſtæ Varanæ adhæret Crucifixo Domino, Beatâ corporaliter alia agente* 489 c. Animæ *pretium ex conſideratione Paſſionis Domini oſtenditur* 497 d Animæ *puritas, Vide* Puritas. Animarum zelus, *Vide* Zelus

Animal, *Vide* Beſtia.

Annonæ *caritas per totam Galliam, ſub qua in ſubſidium pauperum venduntur ornamenta eccleſiæ* 620 e

Annuli *Epiſcopalis uſus ſec 4.* 545 a

Anniverſaria *S. Ferdinandi, quo ritu celebrari ſolerent* 365 a b

De Antichriſto *& die judicij doctrina B. Ioachimi Abb.* 138 a b *& ſeqq.*

Apoſtatandi *propoſitum alterius divinitus novit & immutat B. Iacobus Venetus* 468 d. Apoſtatare *volentem à Religione apparens S. Dunſtanus percutit, quo ille pœnitens moritur* 814 b c

Apparitionum *Chriſti, à S. Paulo 1 ad Corint. 15 enumeratarum, ordo* 696 f. Apparet *Chriſtus B. Baptiſtæ Varanæ* 485 e, *SS. Cantio, Cantiano, Cantianillæ confortans eos ad Martyrium* 429 d, *Cantans divinum Officium cum Apoſtolis* 153 a b. Apparent *Martyres inſtar columbarum* 39 d, *& SS. Projectitius, Iacobus, Ioannes, Heſteria, ut cultum Reliquiarum ſuarum promoveant* 578 c d. Apparet *S. Cordula Vrſulana B. Helmtrudi Recluſæ* 441 d; *S. Hinenia, Virginem ac Martyrem ſe fuiſſe declarans* 591 b, *S. Irenæ Aletinæ, ægram ſanans & puellam in lapſu ſervans* 589 c d, *B. Æmilia Biccheria, reprehendit à ſe ſanatam, votumque ſibi factum violantem* 565 f. *Eadem* apparet *radiis cincta & infirmam ſanat* 567 d, *terræ motum ſedat, & fures fugat à ſuo monaſterio* 569 b. Apparens *S. Hucbertus bellum finit ſua cauſa ortum* 275 f, *S. Remigius contractum erigit*, 624 c, *cæcam ad Reliquias S. Gibriani mittit ſanandam* 640 c *S. Gibrianus ægram de*


*Vale.*

*valetudine desperantem ad Reliquias suas mittit sanandum* 639 c. *S. Ferdinandus mancipia fugientia reducit ad Dominum* 367 f. Apparet *S. Vbaldus in habitu Episcopali, ut capiendas ab hoste mulieres liberet* 783 e ; *& monet energumenum ut confiteatur, si liberari velit* 786 e ; *in morte sui Clientis, eumque à damonibus liberat* 787 d. Apparet *post mortem gloriosa B. Ioanna Lusit.* 756 e f, *& S. Clara B. Baptista Varana, quamvis ipsi ignota* 488 e f. Apparent *SS. Syrus & Valentinus Episcopi, & contractam curant* 545 c.

Aqua *mutatur in vinum pro B. Mathilde* 451 b. Aquæ *injicitur reus, ut innocentiam suam probet supernatando* 638 a. Aquis *imperat S. Conon Mart.* 6 a : *Super* aquas *graditur S. Iutta, perseverantibus ejus in ripa vestigiis* 607 a. Aqua *benedicitur cum Cruce Caravacana* 398 d. *Per* Aquam, *cui immergitur baculus S. Dunstani, patrantur Miracula* 815 b

Arbor *miraculose crescit ex corpore S. Guidi* 821 c. Arbores *duæ miraculose creverunt ad honorem S. Vbaldi Episc.* 780 f. Arbores *miraculose arefactæ in morte B. Ioannæ Lusitanæ* 754 d

Arcus *Triumphalis, vide* Triumphalis *arcus*

Ariditatem *& spiritualem suam desolationem deplorat B. Baptista Varana* 484 e

Arma. *Vide* Bellum

*Ab* Asylo *miraculose arcetur blasphemus* 397 c

Avaritia *Monachi circa templi donaria punitur miraculose* 532 d, *ob* Avaritiam, *præsertim Ecclesiasticorum, plagas imminere revelat Christus B. Petro Petrono* 215 c d. Avaritiam *detestatur B. Baptista Varana, confiderata Dei liberalitate* 506 b. *Tutor consobrinam interficere tentat, ut bona ejus sibi retineat* 782 f

*In* Aula *vitam piam & asperam degit B. Ioanna Lusit.* 725 d e. *V.* Pœnitentia.

Austerus *sibi, aliis benignus B. Iacobus Venetus* 463 b. *V.* Pœnitentia.

Azymi *& fermentati promiscuus usus in Missa initio Ecclesiæ* 675 e, *propter* Azymi *usum in Latinos invehitur Simon Patriarcha Hierosolymitanus* 708 b

# B

Baculus *S. Dunstani aquæ immergitur, qua ægri sanantur* 815 f, *& Baculus S. Gibriani in veneratione est* 618 d, 652 a.

Balneo *abstinet B. Mathildis* 445 c

*In* Baptismo *B. Æmiliæ Biccheriæ apparet columba* 558 f, *Nomina Sanctorum imponendi ritus* 676 b

Bellum *ob peccata immissum à Deo & male finiendum denuntiat S. Isaacius* 246 d, 250 b c, 259 a b : *inter* Bellorum *tumultus suum Monasterium exstruit B. Ioachim Abb.* 106 d c. Bellum *sua causa finit, glorioſus apparens, S. Hucbertus* 275 f, *ad* Bellum *sacrum contra Mauros, Reges Hispaniæ aliosque animat Innocentius III* 309 b c, *in eo pugnant Episcopi* 349 c. De Bello *injusto sibi illato expostulat humaniter cum Patre Alfonso S. Ferdinandus* 314 f. *hujus in expeditionibus militaribus celeritas* 326 c. Bellum *contra Mauros gessit, solo divinæ gloriæ intuitu* 284 f, *ei impendere bona ecclesiastica renuit, vel propterea novis tributis subditos gravare,* 352 b, *& feliciter gerit B. V. præsidio* 355 a. *Sacerdotes in exercitu habet qui militibus assistant* 354 b, *male custoditis castris feliciter periculum evadit* 345 b. *Equestris disciplinæ vetusta ratio* 357 d e. *Almogavares quales milites* 347 f. *Insidias ponunt Christiani Mauris, & hi vicissim, inde parva velitationes & victoriolæ* 343 c d. *Militaris fortitudo Garciæ Perez* 347 c, *mulieres arma arripiunt ut arcem defendant, destitutam militari præsidio* 331 a, *vide* Castra, Militaris fortitudo, Obsidio.

Benedictus *cereus, V.* Candela.

Beneficia *Dei, V.* Gratia.

*In* Bestias *misericors B. Iacobus Venetus* 464 b, 469 c

Bibere, *V.* Potus, Abstinentia.

Blasphemus *in Crucem Caravacanam ab ingressu templi miraculose arcetur, & subito moritur* 397 c, *in S. Maximinum punitur morbo, & pœnitens sanatur* 27 d e f ; *divinitus puniuntur* Blasphemi *in S. Martyrem* 181 f, *in S. Majolum* 694 d, *in B. Ioachimum Abb.* 121 f, *in S. Vbaldum Episcopum,* 782 d, 785 c, *unus morte subitanea, alter morbo, qui pœnitens sanatur* 787 c *Vide* Conversio.

Bona *Ecclesiastica aut ornamenta bello sacro impendere, quamvis liceret, recusat S. Ferdinandus* 352 b. *Canonicatus fundat Hispali* 351 d, *quam liberaliter* 358 b c. *Reditibus, variis in locis, ornat Ecclesias Ferdinandus I.* 364 d. Bona *à Patre suo impetrat pro suo monasterio B. Mathildis* 453 c : *donationem confirmant Angeli subjicientes, Amen* 453 e. Bona *temporalia in tres partes dividunt parentes S. Hucberti, pauperibus unam, alteram ecclesiis, tertiam sibi reservantes* 275 c d. *V.* Ecclesia, Pauper, Eleemosyna.

# C

Caducus *morbus, V.* Morbus.

Cæcum *petentem curationem ad patientiam hortatur S. Vbaldus, quod ipsi cæcitas conduceret ad salutem* 779 f. Excæcatur *pro fide S. Hermias* 426 b

Cælum *Martyribus aperitur* 181 d e. *De* Cæleſti *Gloria & forma* Cæleſtis *Ierusalem miranda vidit B. Gerardesca* 171 f *& seqq.* Cæleſtem *gloriam post hanc vitam desiderat, & à Deo exorat B. Petrus Petronus* 214 d e : *ad* Cælum *adspirat B. Mathildis* 449 a b, *præsertim morti proxima* 452 b e. *In* Cælis *quæ viderit narrat puer à mortuis resuscitatus, præsertim gloriam Sancti Francisci & Ordinis Minorum.* 823 f. Cæleſti *voce monetur Monachus Elsius de instanti morte* 812 b. Cælitum Cantus *V.* Cantus, Cæleſte lumen, *V.* Lumen. Cæleſtis Odor, *V.* Odor.

*Contra* Calculi *dolores invocatur B. Rolendis Virgo* 766 a b.

Calumnians *obsidetur a dæmone* 24 f

Campanæ *ultro sonant* 471 c, 781 d, *in translatione B. Panaceæ Virg. Mart.* 541, *in morte B. Æmiliæ Biccheriæ* 565 b, *& in translatione Corporis ejus* 565 b, *in morte B. Benincasæ* 662 f, *& S. Guidi* 821 b : *in translatione S. Dunstani* 810 e. Campanæ *S. Iacobi Compostellani in Mesquita Saracenorum Cordubæ loco lampadum pependerunt* 329 b, *à Saracenis ablatæ, S. Iacobo restituuntur à S. Ferdinando* 300 f

Cancer, *V.* Morbus.

Candelæ *ardentes per octiduum ad Corpus B. Æmiliæ Biccheriæ non consumuntur* 564 f, *in densissima pluvia non extinguuntur ad Corpus S. Madelgisili* 269 b, *extinctæ reaccenduntur in exequiis B. Mathildis* 456 f. Candela *miraculose extincta & rursus accensa* 713 b : *alia extincta miraculose accenditur intercessione B. Marculfi* 532 b, *& alia eidem Sancto oblata, sed per avaritiam Monachi extincta, miraculose accenditur, & incendium causat* 532 d. *V.* Lampas. Candelam *benedictam moriens tenet in manibus S. Ferdinandus* 362 e

Canonici *Legionen. sec.* XI *ob paupertatem sine calceis in templo ministrant,* 364 d, *duo filii S. Ferdinandi facti sunt* Canonici *ecclesiæ Toletanæ* 317 b, Canonicæ horæ *V.* Officium divinum, Canonicatus. *V.* Bona Ecclesiastica

Canonizationis *sumptus minuit Adrianus VI* 555 d, *Processus ad* Canonizationem *S. Ferdinandi quibus ceremoniis inchoatus fuerit Hispali* 373 a b, *Litteræ remissoriales solenniter traditæ Iudicibus Apostolicis* 377 d e. Canonizatio *S. Ferdinandi seu declaratio casus excepti,* 385 d e

Cantus *cæleſtes audiuntur ad antrum* B. *Benincaſæ* 662 f, *in cella agrotantis* B. *Petri Petroni* 217 e, *coram Reliquiis* B. *Æmiliæ Biccheriæ* 565 b, *& in ſepultura* B. *Berteragmi* 516 c. Cantantibus *in eccleſia Clericis apparet Chriſtus cum Apoſtolis ſimiliter cantans* 152 a b

Capilli B. *Mathildis valent contra tempeſtates* 457 f

Captivitas *S. Majoli apud Saracenos; bi illum reverentur* 691 d. Captivi *liberati per Crucem Caravacanam* 397 b, 400 d, 401 a b, *interceſſione S. Ferdinandi* 366 e f, *S. Reſtituti Mart.* 12 c d, *& invocatione S. Vbaldi* 788 d e f. *V. ſimilia in ſynopſi marginali inter miracula.*

Capitis dolor, *V.* Morbus.

Caritas *erga proximum* B. *Petri Petroni* 205 c d e, *qui inferni pœnas pro ſalute amici per horas* 60 *ſuſtinet* 220 f *& ſeqq.* Caritas B. *Baptiſtæ Varanæ* 506 a b, B. *Ioannæ Luſit.* 744 b, BB. *Conſtantiæ & Mariæ* 416 b. Caritatis *opera exercet Paſchalis PP.* 773 a. Caritatem fraternam *ſuis moriens commendat* B. *Ioachim Abb.* 110 f, *&* B. *Mathildis* 453 a *V.* Æger, Noſocomium, Inimicus.

Caritas *annonæ, V.* Annona

Carne *abſtinere, V.* Abſtinentia

Caſtitas *inſignis* B. *Iacobi Veneti* 468 f. *pro* Caſtitate *ſervanda paupertatem & ſolitudinem diligit, & mulierum conſortium vitat* B. *Benincaſa* 662 c. *Impudicitiam abominatur* B. *Ioachim Abb.* 94 a. Caſtitati *poſitas inſidias orando & vigilando evadit* 48 b c. *Ad Continentiam ab initio eccleſiæ obligati fuerunt etiam Græci Epiſcopi* 656 c d. *V.* Virginitas, Impudicitia.

Caſtra *bene ordinata & neceſſariis inſtructa habuit Sanctus Ferdinandus* 350 f, *iis male cuſtoditis feliciter periculum evadit* 345 b

Caſulam *ſuam ornari curat apparens S. Dunſtanus* 81 c

Celeritas *in expeditionibus militaribus S. Ferdinandi* 326 c

Cereus, *V.* Lampas, Candela

Chriſtus, *V.* Apparitio, Paſſio, Nativitas.

*De* Cibis *aliiſque neceſſariis proſpicit Deus* BB. *Conſtantiæ & Mariæ* 416 d, *& in ſolitudine per ſeptennium, Majoribus S. Baſilii, in perſecutione*; 242 c, *item SS. Voto & Felici Eremitis* 62 a b.

*In* Cilicio *publice pœnitens moritur Ferdinandus I.* 364 f

Cilicium, *monente Chriſto emptum, induit S. Bona Virgo* 147 f

Cingulo *ferreo ſe cingit S. Bona* 148 d, 149 e f, *illud Chriſtus benedicit in monte Calvariæ* 149 d, *ex eodem Crux miraculoſe fabricatur* 157 f

Circumciduntur *Mahumetani* 185 f. *Feſto* Circumciſionis *Domini flagellat ſe uſque ad ſanguinem* B. *Ioanna Luſit. ad honorem primi ſanguinis à Chriſto effuſi* 726 a

Clavis, *quæ S. Servatio à S. Petro tradita creditur miraculis honoratur* 764 d. Claves *urbis quales ſerventur Hiſpali ad memoriam S. Ferdinandi* 357 a

Clauſura Monaſterialis, *V.* Monaſterium.

Clerici, *V.* Canonici, Eccleſiaſtici.

*In* Clypeis *teſſeræ depingi ſolitæ* 348 f

Cœmeterium *Piſis, in quo nemo ſepeliendus dicitur à S. Bona, qui in peccato mortali morietur* 158 f

Cogitationes *alterius novit S. Iutta* 607 b. *V.* Secreta.

Cognitio *ſui, V.* Humilitas.

Cognomina *non fuerunt in uſu tempore Longobardorum in Italia* 827 b: *quandonam cœperint in publicis inſtrumentis ſcribi* 793 a b

Colloquia *ſpiritualia commendat* B. *Æmilia Biccheria* 562 b, *talibus utitur* B. *Iutta* 607 b, B. *Iacobus Venetus* 463 c, 474 e, *&* B. *Petrus Petronus* 207 b. Colloquio *ſpirituali diem integrum impendunt S. Bona & Socii Monachi, quo tempore ſapius vultum mutat Sancta.* 157 c d. Colloquium *cum ſecularibus & Conſanguineis fugit* B. *Mathildis* 445 f

Columba *ſedet in humeris* B. *Iacobi Veneti, Sacramenta adminiſtrantis* 466 a, 474 e, *& apparet in Baptiſmo* B. *Æmiliæ Biccheriæ* 558 f, *Columbarum inſtar apparent tres Sancti Martyres* 39 d

Commendatarius *Abbas, V.* Abbas.

Communionis *ardens deſiderium* B. *Baptiſtæ Varanæ* 491 b. Communicat *frequenter* B. *Mathildis* 445 c, *&* B. *Æmilia Biccheria* 562 c, *quæ* Communionem *ab Angelo ſuſcepit, quando eam omiſerat ut ægræ inſerviret.* 562, Communione *ſumpta pie moritur* B. *Petronilla* 420 c: *ad eam præſtat accedere ex caritate, quam ex timore omittere* 563 d. *Sacrilege* communicans *punitur* 30 c. *V.* Viaticum, Hoſtia

Concionatur *ferventer* B. *Ioachim Abbas* 93 c, Concionatorem *oportet facere quæ docet* 779 a, Concionem *audiens omnia ſibi applicat* B. *Baptiſta Varana* 482 e, *in* Concionibus *audita cum Monialibus repetit* B. *Ioanna Luſit.* 744 a, *V.* Admonitio. Concionator *impius, de morte ſubitanea prædicans, tantum non ſubito extinguitur* 694 e f.

Confeſſionem *milites Chriſtiani pugnæ præmittunt, & mutuo excipiunt abſente Confeſſario* 323 c. De Confeſſione *monet peccatores* B. *Petrus Petronus* 219 a. Confiteri *volentem Imperatricem flectere in terra jubet humilitatis cauſa* B. *Ioachim Abbas* 94 c, 108 f. *Columba inſidet humeris* B. *Iacobi Veneti*, Confeſſionem *excipientis* 474 c. Confeſſione *peracta liberantur energumeni, qui aliter videbantur non poſſe liberari* 786 b c. Per confeſſionem *emundatos à peccatis averſatur damon* 813 c. *Poſt* Confeſſionem *generalem conſolatione ſpirituali perfunditur* B. *Baptiſta Varana* 488 c. Confiteri *nolens peccatum occultum, à tribus damonibus vexatur, donec illud explicet.* 789 e. De Confeſſione *ſacrilega alium objurgat S. Bona* 52, c, *objurgata mulier à* Confeſſario *indiſcreto de peccato quod non commiſerat, illud ex indignatione committit* 170 d e. Confeſſarii *S. Iutta, Viri Sancti* 607 a. Confeſſarium *& Directorem S. Bona à nativitate deſignat divina providentia* 147 c f, *alius monetur ab eadem pœnitentibus ſe benignum exhibere* 155 d f. Confeſſario *in omnibus obedit* B. *Æmilia Biccheria* 561 c: *eumdem in dubiis ſpiritualibus conſulit* B. *Baptiſta Varana*, 479 a. *V.* Contritio, Peccatum.

Conformitas *cum divina voluntate. V.* Voluntas.

Confraternitas *inſtituta ad honorem* B. *Iacobi Veneti* 459 d, *S. Gibriani* 651 f, *& S. Iſidori inter ruſticos.* 775 e f. *V.* Sodalitas.

Conſanguineos *fugit, ne obſint ſpirituali profectui,* B. *Petrus Petronus* 196 d e, *&* B. *Iacobus Venetus* 462 c: *iiſdem ſe durum exhibet* B. *Ioachim Abbas* 94 f, *diſcrete tamen ipſos diligit* 109 e f: *ob nimium affectum erga matrem purgatorium patitur Religioſa* 561 e. *V.* Colloquium.

*In* Conſcientia *manifeſtanda, magnam difficultatem ſentit* B. *Baptiſta Varana, & poſtea magnam quietem* 492 b. Conſcientiæ puritas, *V.* Puritas. Conſcientiæ examen, *V.* Examen

Conſilium *bonum dat homo ſimplex Pontifici* 554 b, *& Mimus S. Ferdinando* 303 b c. *V.* Prudentia. *Qui* Conſilium *malum Imperatori Valenti dederat, cum eodem miſere perit* 252 b

Conſolationem *ſpiritualem non capit* B. *Baptiſta Varana, & omni renuntiat* 486 e. *Docetur à Chriſto ob eam non ſuperbiendum* 495 d. *V.* Ariditas.

Conſortium. *S. Venantius à fratre ſuo S. Honorato, quem pervertere nititur, ipſe emendatur* 241 c

Conſtantia *S. Hermiæ Martyris inter tormenta* 423 c, *& ſeqq. S. Cyrilli pueri* 17 c d, *SS. Cantii, Cantiani, Cantianillæ* 419 c, *S. Theodoſiæ Virg. & Mart.* 78 e f. *S. Reſtituti Mart.* 12 a, *S. Gertrudis Virg. Mart.* 515 a b, *& Militis Græci Mart.* 185 b c. Conſtantia *S. Emeliæ in morte Naucratii filii & S. Macrinæ in morte fratris* 244 a b, *S. Ferdinandi in militaribus expeditionibus* 350 f 361 d, B. *Ioannæ Luſit. in ſtatu aſſumpto & virginitate ſervanda* 737 e f, 739 f

Contemplationi *dedita* B. *Mathildis* 448 f, *Ab ea nec proſperis,*

*proſperis nec adverſis avocatur S. Anaſtaſius Papienſis* 270 e. Contemplationi *ſoli ſe tradere jubetur à Chriſto S. Iutta, relicto infirmorum obſequio* 605 f. *Vide* Anima, Oratio.

Contritionis *& humilitatis affectus B. Baptiſtæ Varanæ* 496 d. *Vide* Confeſſio.

Contumelia *quemquam affici dolet B. Ioanna Luſitana* 744 b

*In* Converſatione *ſuavis, non moroſa, B. Æmilia Biccheria* 563 c

Converſio *Sinarum ſec. 7 in lapide Cruce ſignata* 698 e f. Converſioni *Normannorum invigilat S. Paſchalis PP.* 773 e. *Qua occaſione* Converſi *ſint Ruſſi* 519 b. Converſum *ad fidem Chriſtianam Maurum Regem Vincentium, poſt amiſſum regnum ad virtutes hortatur Vrbanus IV* 395 e. Convertitur *Maurus ob audita miracula Crucis Caravacanæ* 400 d, *& magus audiens dæmonis blaſphemiam* 56 b. *Pro* Converſione *infidelium & peccatorum orans S. Iutta ſanguineas lacrymas fundit* 607 b: *eidem ſe impendit B. Ioanna Luſit.* 737 c, 743 c, 744 b. Converſionem *Novitiæ alias religioni ineptæ impetrat orando B. Æmilia Biccheria* 562 f

Coquus *pius B. Franciſcus Dyrrachinus* 803 d e

*In* Corde *Ieſu ſcriptam ſe legit aureis litteris B. Baptiſta Varana* 486 f. Cordium *ſecretæ, Vide* Secreta.

Corpus *S. Gertrudis Virg. Mart. miraculoſe repertum* 515 c. *S. Valentini Ep. Genuenſis integrum* 544 f. *B. Petri Petronii* 230 b. *Michaelis Reyna Caravacæ* 398 f. *S. Attonis quo in ſtatu nunc reperiatur* 862 f. Corporum *S. Ferdinandi aliorumque ſolennis tranſlatio* 369 c d: *ab illo alia paulatim removentur* 371 e

Corona *ſpinea, Vide* Spina.

*In* Corripiendo *aliorum defectus manſuetudo & prudentia B. Mathildis* 450 e

Crux *inſculpta lapidi, ſignum prædicatæ antiquitus apud Sinas fidei* 698 e f. Cruces *ſericeas appendit S. Ferdinandus navibus, ad frangendum Maurorum pontem directis* 348 c. *Idem capta Corduba* Crucem *in turri erigi jubet* 328 f, 330 a. Crux *mirabiliter fabricatur ex cingulo ferreo S. Bonæ* 157 f. Crucis *imagine inſignitus apparet panis, dandus in eleemoſynam B. Petro Petrono* 201 b c. Cruce *ſignatorum exercitum in Saracenos ducit Alphonſus V Rex Luſit.* 729 a. Crux Caravacana *miraculoſe allata* 394 c, 396 c, *& incendio erepta* 396 f, *ſignum dat adventantium maurorum* 399 c f, *luce miraculoſa circumdatur, & in eodem loco fons miraculoſe erumpit* 399 d: *per eam patrantur miracula* 396 f, *impetratur quotannis pluvia & benedicitur aqua* 398 d, *eam furto auferens diſrumpitur* 398 c: *alius idem tentas irrito conatu* 399 c f. Crucis *ſignum impreſſum pectori B. Æmiliæ Biccheriæ præſagium futuræ ſanctitatis* 558 f: *eadem* Crucis *ſigno ægram ſanat* 562 c: *cancro laborantem B. Iacobus Venetus* 466 d, *& exulcerationem* 470 a: *eâdem energumenos liberat B. Benincaſa* 662 e. Crucis *ſigno exulceratio in pectore S. Macrinæ tollitur, quam ex verecundia medico aperire recuſabat* 243 f, *portas urbis* CP. *aperit S. Iſaacius* 257 d. Crucis *ſigno avertendas tempeſtates docet B. Æmiliam Biccheriam Deipara* 564 a. Crucifixio, *V.* Paſſio.

Crudelitas *Leonis Iſaurici, Gymnaſiam cum Magiſtris comburi imperantis, ob cultum ſacrarum Imaginum* 74 b

Cultus *Sanctorum, Vide* Sanctus.

Cupiditatem *Procuratoris religioſi reprehendit B. Petrus Petronus* 212 c d

Cutis *detrahitur S. Hermiæ* 426 c

# D

Dæmon *muſicæ aſſimilatus, fugit in amore ferventem* 505 f: *apparens, Magum facit Anthemium* 55 d e: *averſatur mundatos à peccatis per Confeſſionem* 813 c: *peccata occulta prodit loquens per energumenum* 813 c, *impedire conatur ædificationem monaſterii* 722 d, *verberibus excipit B. Gerardeſcam, & propterea ab Angelis flagellatur* 175 f. Dæmoni *vexanda traditur B. Baptiſta Varana* 491 f. Dæmones *vexat & ab iis vexatur B. Benincaſa* 662 f. Dæmones *vexant morientem, ſed fugantur à S. Vbaldo* 787 d: *varios morbos cauſant in obſeſſis corporibus* 784 e. Dæmonis *terrificæ figura & fœtor* 24 a. Dæmoniaci, *Vide* Energumeni.

Dentes *excuſſi pro fide S. Hermiæ Mart.* 423 e, 427 d

*A* Depopulatione *liberatur Eugubium per S. Vbaldum* 783 d

Deſperare, *Vide* Deus.

Detractionem *odit & alia linguæ vitia B. Iacobus Venetus* 463 c: *crimen præparati veneni Regi puero, affingit Reginæ Berengariæ Comes Alvarus* 311 f & ſeqq.

Devotio *B. Iacobi Veneti* 469 d f

Deus *amans creaturas, ſeipſum in iis amat* 484 c. *Amorem* Dei *erga creaturas conſiderat B. Baptiſta Varana* 489 f: *eadem* Dei *erga ſe amoris ſignum petit dilectionem inimicorum* 508 a. Dei *providentia Confeſſarium & directorem S. Bonæ deſignat ab ejus nativitate* 147 f: *conſulit B. Ioannæ Luſit. virginitati utriuſque proci morte* 740 a, *& ipſiuſmet Beatæ* 757 b. Deum *in ſuis inſpirationibus conformiter fini intento omnia diſponere, docet B. Ioachim Abbas* 129 e f. De Dei *miſericordia non debent peccatores pœnitentes deſperare* 639 c. Dei *libertatem erga homines conſiderans B. Baptiſta Varana avaritiam deteſtatur* 506 c: *Omnipotentiam ejus in palea aliiſque creaturis conſiderat B. Gerardeſca* 179 e: *contra ejus voluntatem non eſt conſilium* 511 b. Deum *quo ſenſu infernum vocaverit B. Baptiſta Varana* 487 a. *V.* Familiaritas *cum Deo*, Fiducia *in Deum*, Timor *Dei*, Dei *gloriam quærere, Vide* Intentio. *Te* Deum laudamus *cani jubet S. Ferdinandus moriens* 362 e, 303 d

Digitum *ſibi amputat B. Petrus Petronus, ne Sacerdos fiat* 197 b c

Dilectio *inimicorum, Vide* Inimicus. Dilectio *proximi, Dei. Vide* Caritas, Amor.

Diſcretio *B. Mathildis in regimine* 449 c

Divitiæ *neminem felicem reddunt* 579 e, *eas impedimentum eſſe ad ſalutem oſtendit B. Petrus Petronus S. Ioanni Columbino* 208 c d

Dolor *in morte amicorum. Vide* Conſtantia.

# E

Ebrioſos *per Angliam coercet S. Dunſtanus* 809 d. Ebriis *Aquitanis auferuntur Reliquiæ S. Maximini à Trevirenſibus* b c. *Vide* Temperantia.

Eccleſias *ædificandas ornandaſque curant S. Ferdinandus & Berengaria* 299 c d. *Hiſpalenſem quomodo ille fundaverit & quibus reditibus dotaverit* 358 b c: *in* Eccleſiam *conſecratur meſquita Saracenorum Cordubæ* 329 a. Eccleſiæ *partem bonorum, alteram pauperibus, ſibi tertiam attribuunt parentes S. Hucberti* 275 c d. *In* Eccleſia *oblatis pane, vino & lumine recreatur captivus in alia regione* 366 e f. *Ob* Eccleſiaſticorum *avaritiam mundo plagas imminere revelat Chriſtus B. Petro Petrono* 215 c d. *Immobiles fiunt Reliquiæ S. Madelgiſili, ut convertatur bonorum* Eccleſiaſticorum *raptor* 269 b c. Eccleſiam *S. Maximini deſtruentes puniuntur divinitus* 34 f. *Vide* Injuria, Bona, Templum, Ornamentum.

Ecſtaſis *B. Baptiſtæ Varanæ, in qua videt depoſitionem Chriſti è cruce* 487 f. Ecſtaſes *patitur in oratione B. Iacobus Venetus* 464 d, *& S. Iutta: domeſtici morbum eſſe exiſtimant* 604 f. Ecſtatica *peregrinatio S. Ferdinandi ad Imaginem B. M. V. intra urbem Hiſpalenſem obſeſſam* 353 d e

Educatio *filiorum, Vide* Filius.

Electio. *Vide* Papa, Epiſcopus, Abbas.

Eleemoſynis *faciendis deditus S. Paſchaſius Diac.* 438 f. Eleemoſynam *petit in forma peregrini & panem accipit S. Iacobus Apoſt. quem S. Bona defert* 153 c d. Eleemoſynam *donante patre ad honorem S. Vbaldi liberatur filius energumenus* 788 f. *Pecuniam ad comparandum habitum religioſum pauperi donat B. Iacobus Venetus* 462 a, *& vinum ad ſe miſſum occulte aliis indigentibus erogat* 462 f. *Panis in* Eleemo-

Eleemosynam *dandus B. Petro Petrono, cruce miraculosa insignitus apparet* 201 b c. *Vide* Pauper.

Energumenos *liberandi prærogativa concessa S. Vbaldo* 783 b: *tales deprehenduntur qui alio morbo videbantur laborare* 784 e: *quidam liberantur facta Confessone integra, qui videbantur numquam sibi restituendi* 786 b. *Diaconus ministrans in altari à damone obsidetur* 813 b c. *Vide* Dæmon.

Episcopum *futurum S. Maximinum prænuntiat Angelus* 21 c d. Episcopale *onus horret Amos Patriarcha Hierosolym.* 698 c. *De* Episcopo *idoneo constituendo solicitudo Eugenii Papæ IV* 554 b. Episcopatum *invitus suscipit S. Antoninus, in quo Religiosam paupertatē servat* 554 d e, 681 e. Episcopales *virtutes S. Valentini Ep. Genuensis* 544 b c. Episcopi *ab initio Ecclesiæ obligabantur ad continentiam, ut pater S. Gregorii Nazianz.* 656 c d. Episcopalis *annuli usus sec.* 4 545 a. Episcopi *contra infideles pugnant* 349 c

Epistola *à Christo dictata B. Baptistæ Varanæ* 494 b c

Eques, *Vide* Bellum.

Equus *mortuus revivisci invocatione B. Iacobi Veneti* 471 c

Eremus *ab Angelo S. Madelgisilo prænonstratur* 267 b, *solitudinem amat B. Benincasa* 662 c f. Eremiticam *vitam simul instituunt SS. Votus & Felix fratres* 60 b c, 61 f, *& alii duo conjuges* 721 e. *In* Eremo *libris scribendis vacat B. Ioachim Abbas* 103 e f. *Vide* Solitudo.

Euangelio *in terra cantato honorem exhibent Sancti in Cælo* 167 f

*Ante* Eucharistiam *ardentis jugiter lampadis usus miraculo confirmatur* 532 f. *Vide* Hostia, Missa, Communio, Viaticum.

Examen *conscientiæ sedulo facit B. Ioanna Lusit.* 743 c

*Ad* Excommunicationem *mature & graviter procedendum affirmat S. Vbaldus* 779 c, *& neminem facile* excommunicandum *monet Leo PP.* 599 e

Excusantes *se pectatores belluis marinis comparat S. Anastasius Ep. Papiensis* 270 f

Exemplo *omnes ad virtutem incitat B. Petrus Petronus* 207 c, *Ven. Erluinus* 844 f, *& B. Mathildis* 443 c

Exequiis *Matris sua magnificis cum suis religiosis interest Baptista Varana* 509 b

Exercitus, *Vide* Bellum.

Extrema unctio, *Vide* Viaticum.

# F

Fames *magna in Hispania* 308 c

Familiaritas *cum Deo optima præparatio ad orationem, eam commendat B. Baptista Varana* 505 a

Febris *miraculose curata & cetera ejusmodi vide in Synopsi marginali inter miracula.*

Felicitas *vera in quo consistat, disputat S. Augustinus, respondente S. Monica* 579 d e

Fera *obedit S. Maximino* 21 f

Festum *suum celebrantibus præsentem se monstrat S. Dunstanus cælesti lumine* 812 f. Festum *diem violantes puniuntur miraculose* 279 c d, 815 d e: *panem coquens corruptione ejus* 787 f: *rusticus arans bovis sui morte* 787 c; *alius morte subitanea* 787 c, *iidem pœnitentes sanantur* 162 c d e

Fides *Catholica, qua occasione apud Russos prædicata sit* 519 a: *in* Fide *Christiana confortat conversum Regem Valentinum amisso regno Vrbanus IV* 395 e f. Fides *orthodoxa B. Ioachim Abbatis defenditur à Pontificibus Rom. contra obtrectatores* 104 a b. *Vide* Martyrium, Incredulitas.

Fidelitas *Laurentii Suarez erga S. Regem Ferdinandum, à quo missus fuerat in exilium* 327 e

Fiducia *in Deum S. Ferdinandi* 352 b, *& B. Æmiliæ, qua incendium extinguit & oleum multiplicat* 563 d e

Filium *S. Ferdinandum ipsamet lactavit & pie educavit Berengaria Reg., & numquam ejus curam dimisit* 330 b c, 331 f. Filiorum *bonam educationem commendat sorori sua S. Antoninus, prædicens fore ut inde sublevetur aliquando ejus paupertas* 555 a. *Pie educatur B. Iacobus Venetus* 461 d e. *Pie educavit & erudiit S. Emelia, S. Macrinam* filiam 243 e; *& moriens* Filios *Deo commendat* 244 f. Filios *pie educat S. Iutta; & pro iis orans, omnes religiosos fore intelligit divinitus* 604 f. Filio *suo moriturus dat varia monita S. Ferdinandus* 362 c. Filiorum *& nepotum educationem piam commendat Vincentio, Regi quondam Valentino, Vrbanus IV* 395 f

Flos *miraculose ortus de lapide, in quo B. Ioachim Abbas orare consueverat, morbos pellit: applicitus ulceroso asino sanat eum, sed perit ipse* 96 f, 124 c d e

Fons *miraculose elicitus à B. Gertrude Virg. & Mart.* 515 a, *à S. Madelgisilo* 267 c, *& à S. Vbaldo* 779 b. Fons *miraculose erumpit in loco ubi inventa fuerat Crux Caravacana, furto ablata* 399 d

*Ob* Fornicationem *alicujus ex præsentibus immobile redditur corpus S. Vbaldi, alias flexile* 782 d. *De* Fornicatione *accusatum S. Quiriacum Angelus innocentem declarat* 26 b c

Fortitudo *S. Isaacii, Valentem Imperat. Hæreticum reprehendentis* 246 c d, 250 b c, 259 a. Fortitudo *S. Ferdinandi in bello difficili* 300 d e, *& ardua obsidione* 337 f. Fortitudo *militaris S. Ferdinandi* 331 a b, *& Nobilium ejus* 324 c. Fortitudo *militaris Garcia Perez* 347 e, *qui solus septem Mauros non timet* 342 f, *injuriam tamen facile ignoscit* 349 a b. *Vide* Constantia.

*In* Foveam *conjecta puella succurrit S. Vbaldus* 782 f. *Vide* Constantia, Bellum.

*A* Fratribus *suis interficitur B. Gertrudis pro virginitate & Fide* 515 a b

*A* Fulmine *quidam servatur invocatione S. Vbaldi* 783 a, *contra* Fulmen *præsens subsidium Crucis Caravacana* 403 f, 404 a

Fures *à suo monasterio fugat apparens B. Æmilia* 569 b. Furtum *sacrilegum punitur* 708 d, 783 a. Fures *sacro aditu divinitus prohibentur, nec convertuntur* 117 f

Fur *irrito conatu auferre nititur Crucem Caravacanam* 399 c, *alius eamdem auferens disrumpitur* 398 c. Fur *Cruculis Caravacanis emptis aliàs præterea furatus, omnes amittit* 403 b

# G

Gibbus *aufertur à corpore humano intercessione B. Mathildis* 457 e f, *B. Iacobi Veneti* 471 c, *& S. Gibriani* 628 e, 630 b, 642 a, 642 f

Gladius *S. Ferdinandi quotannis defertur in processione* 351 e, *anno* 1508 *tulit eum ipse Rex Ferdinandus Catholicus* 356 f

Gloria *vana*, *Vide* Vana Gloria. Gloriam Dei *quærere*, *Vide* Intentio. Gloria cælestis, *Vide* Cælum.

Grando, *Vide* Tempestas.

Gratia divina *cælesti lumini comparata* 178 c d

Gratitudo: *Gratias inter tormenta agit S. Hermias Mart.* 425 d, *etiam morti adjudicatus* 426 c. Ingratitudinem *hominum & suam pro beneficiis Dei considerans B. Baptista Varana, pene deficit* 490 b c: *eamdem Christus docet, quantas Deo debeamus gratias* 495 c. *Vide* Passio.

Gymnasii CP. *ab Imperatoribus erecti descriptio* 73 e f: *hoc cum Magistris comburi jubet fidei causa Leo Isauricus* 74 b

# H

Habitum *Religionis B. Gerardesca & ejus vir suscipiunt* 166 b. Habitum *religiosum magna devotione suscipit B. Ioanna Lusit.* 735 e f: *& in eodem sepeliri vult* 750 f. *Ad* Habitum *religiosum comparandum pecuniam alteri donat beatus Iacobus Venetus* 462 a

Hæreſis *Ariana tunicam Chriſti dilacerat* 248 b. Hæreticus *impudens & turbulentus Demophilus CP. pellitur* 253 e f. Hæreticum *Imperatorem intrepide arguit, & mortem infelicem & cladem exercitus, niſi reſipiſcat, prædicit S. Iſaacius* 246 c d, 250 b c, 259 b c. Hæreticos *fortiter & zeloſe inſectatur Imp. Theodoſius* 253 e f, *& S. Ferdinandus* 298 f, 300 c, 392 c

Hieroſolymitana peregrinatio. *V.* Peregrinatio.

Honoris fuga. *Vide* Humilitas.

Horæ *Canonicæ. Vide* Officium *divinum.*

Hoſpitalitas, *exercita erga SS. Cadocum & Frehorium, fit S. Richario cauſa ſalutis* 262 c f. Hoſpitalitas *B. Ioachimi Abb.* 94 e

Hoſtiam ſacram *ex ore leproſæ eximit, & ipſa ſumit B. Iutta* 605 c

Humilitas *S. Theodoſiæ Virg. & Mart.* 71 e f, *S. Majoli ab Aimardo Abbate probata* 689 c, *S. Honorati a S. Hilario laudata* 599 a. *Ex* Humilitate *vilibus miniſteriis vacat B. Ioachim* 94 c d, *Abbas domum purgat, & ægris inſervit* 109 c d, *dignitatem non niſi coactus ſuſcipit* 99 e f, *ob prophetiæ ſpiritum ſe non extollit* 140 c d: *in Monaſterio Sambucinæ nullus Monachorum Abbas eſſe vult* 113 a, *idem recuſat Lucas Monachus ob balbutientem linguam, deinde obediens miraculoſe ſanatur* 113 a b. Humilitas *B. Mathildis* 445 f, *comis erga omnes* 446 a, *invita eligitur Abbatiſſa* 446 e; *honorem fugiens magis honoratur* 450 a, *fugit ne honoretur ob patratum miraculum* 451 e: *Viſionem ſibi factam celat ex* humilitate, *revelat deinde ex obedientia* 454 a b. Humiliter *de ſe ſentit B. Baptiſta Varana* 479 b c, 484 f: *ingratitudinem ſuam erga Deum accuſat, ex conſideratione ingratitudinis Iudæ & Iudæorum* 500 f: *occultat Dei dona, à nemine vult amari, commendat* humilem *cognitionem ſui, omnes reveretur* 503 b c. *Revelationes ſuas & ſpirituales conſiderationes ſub alterius nomine deſcribit* 493 f. Humilitatis *& Contritionis affectus ejuſdem Beatæ* 496 d. Humilia *miniſteria exercet Superior ipſa & fundatrix Monaſterii B. Æmiliæ* 561 b, *jejunia & eleemoſynas ſuas induſtrie occultat B. Iacobus Venetus* 462 e, *dona cæleſtia celare docetur B. Gerardeſca* 166 a. Humilitas *B. Berteragni, ignotam vitam ducentis* 516 c. Humilitas *B. Ioannæ Luſit. peccatricem ſe agnoſcentis* 751 b f, *&* humilia *religionis miniſteria obeuntis* 736 b c f. Humilitatem *commendat B. Petrus Petronus* 224 e; *in eadem virtute multum proficit* 198 f: *digitum ſibi amputat ne Sacerdos fiat* 197 b c. Humilitas *S. Iutta, mundana omnia contemnentis* 605 b. Humiliter *viaticum ſuſcipit S. Ferdinandus* 392 e, *Cilicio indutus & conſperſus cinere, tamquam publice pœnitens, moritur Ferdinandus I* 364 f

Hymnum, *in honorem B. Ioachim Abbatis componendum, monet S. Ioannes Euangeliſta* 123 f

# I

IDolum. *Vide* Simulacrum.

Jejunii *ſeveritas B. Petri Petroni* 201 d e. Jejunium *S. Vbaldus conſtanter ſervat* 779 a. *Vide* Quadrageſima, Præſagium.

Jeſu *cor. Vide* Cor.

*Ad* Ignem *numquam accedit B. Iacobus Venetus* 463 b: *ab* Igne *ſervatur illæſus S. Hermias Mart.* 425 d

Ignoſcere inimicis. *Vide* Inimicus.

Imago *Salvatoris* CP. *erecta, miraculis claret* 66 b. Imagines *ſacras impugnat Leo Iſauricus* 72 c: *defendunt eas piæ mulieres* 66 c, 67 c d, *& virgines religioſæ, quæ earum deſtructorem è ſcalis deturbant* 76 b c. Imagines *ſibi comparat ad venerationem S. Theodoſiæ* 71 d, *& earum Venerationem defendit coram Leone Iſaurico* 78 c. Imaginem *B. Mariæ ſemper in caſtris habet S. Ferdinandus* 353 c, 392 e. Imagines *B. Mariæ, Regum, & Antiqua in magna veneratione habentur Hiſpali: hæc fertur ante Maurorum tempora ibi fuiſſe* 355 b c, *ad eamque in ecſtaſi peregrinatus dicitur S. Ferdinandus* 353 d e: *alteram proceſſionali pompa induxit Hiſpalim* 354 e, *& ad ejus pedes ſepeliri ſe juſſit* 364 b: *alia item* Imago *Deiparæ reperitur ſupra pectus ſancti Regis* 355 c. Imaginem *B. Mariæ V. in vexillis habent, & Mauros vincunt Reges Hiſpani* 354 f. *Vide* Maria. *De* Imagine *Chriſti, quæ Veronicæ dicitur, agitur* 356 b. Imago, *S. Ferdinandi veram effigiem referens, unde deſumpta ſit* 378 f. Imago *Salvatoris integra manet corruente eccleſia* 582 f: *alia caput inclinat S. Bonæ, eique benedicit* 148 b. Imago *S. Philippi Nerii, ipſo adhuc vivente miraculoſa* 852 f. *Pro* Imaginibus *antiquis novas ponere non ſemper expedit* 610 b. Vera effigies, *S. Antononini* 553, *B. Ioannæ Luſit.* 719, *B. Franciſci Senen.* 791, *B. Felicis Cappucini* 807, *S. Bernardini Senenſis* 821

Immunitatem *eccleſiæ ſervare ſtudet S. Exuperantius* 261 a b

Imperator. *Vide* Fortitudo, Hæreticus.

Impudicitiam *abominatur B. Ioachim* 94 a, *occaſionem prudenter vitat* 93 f, 98 b c. Impudicus ſcriptor *juſſu B. Petri Petronii reprehenditur & emendatur* 228 b c. *Inſanus amor ſponſæ concupitæ* 51 d e

Incendium *extinguitur per S. Paſchalem PP.* 773 b, *B. Æmiliam* 563 c, *S. Vbaldum* 787 e, *Crucem Caravacanam* 405 c. *Eadem Crux miraculoſe ſervatur ardente ſacello* 396 f

Incredulitas *& tepor ſpiritualis caſtigatur morbis* 218 a b

Indulgentiæ *plenariæ conceduntur Ieſuitæ Miſſionario, applicandæ ubicumque expedire ipſe judicaverit* 404 d

Infans *bimulus prophetat B. Petrus Petronus* 192 a

*In* Inferno *quid viderit, narrat reſuſcitatus à mortuis* 823 c; *& in ecſtaſi B. Petrus Petronus, multos damnatos vidit, qui vulgo pii habebantur* 215 f, *idem* inferni *pœnas per horas 60 pro amici ſalute in hac vita ſuſtinet* 220 f. Inferni *nomen cur Deo aptarit B. Baptiſta Varana* 487 a

Infirmus, *Vide* Æger.

Ingratitudinem *ſuam erga Deum, Iudæ & Indæorum ingratitudini comparat B. Baptiſta Varana* 500 f, *ex illa augetur dolor Chriſti patientis* Ibid. a b. *Vide* Gratitudo.

Inimicis *ignoſcere nolens divinitus punitur* 538 a: *veniam roganti nolens condonare ante pugnam, occiditur in ea, ne quidem poſtea invento corpore* 324 d e. *Facilis ad ignoſcendum Garcias Peres de Vargas* 349 a. Inimico *ignoſcere monetur divinitus maritus, ne uxor ſua in partu periclitetur* 786 f. *Dilectionem* Inimicorum *docet Chriſtus B. Baptiſtam Varanam* 494 f: *eamdem ipſa petit in ſignum amoris Dei erga ſe* 507 f

Injurias *patienter tolerat S. Vbaldus* 779 d, *& B. Baptiſta Varana* 508 a

Injuſtus *damnatur* 823 d. *Innocentes & pauperes opprimens* injuſte *divinitus punitur* 29 c d e, *etiam digiti amiſſione* 29 c d. *Pretio* Injuſte *acquiſito empta bellaria recuſat B. Petrus Petronus* 212 e. Injuſtum bellum, *Vide* Bellum.

Innocentiam *S. Quiriaci de fornicatione accuſati declarat Angelus* 26 b. *Vide* Puritas animæ.

Inſidias *ſtruunt Chriſtiani Mauris, & hi viciſſim illis* 343 c d, 748 b c. Inſidiis *Maurorum prudenter ſe ſubtrahit Alphonſus Sapiens Rex Caſtellæ* 349 f

Inſpirationibus *ſuis Deum omnia conformiter fini ſuæ diſponere, docet Ioachim Abbas Ioannem Calà* 129 e f. *Vide* Spiritus ſanctus.

Integri *Corporis S. Ferdinandi inſpectio & judicium medicorum de ſupernaturalitate talis incorruptionis* 381 d. *Vide* Corpus, Reliquiæ.

Intentionem *rectam in omnibus commendat B. Baptiſta Varana* 504 f, 505 c, *tantum gloriæ divinæ intuitu bellum contra Saracenos geſſit S. Ferdinandus* 284 f

Inviſibiles *reddit Monachos, per plateam euntes ad templũ, S. Bona* 153 f. Invocatio Sanctorum. *Vide* Sanctus.

*Ob* Irreverentiam *& injuriam Eccleſiæ & S. Regi Ferdinando illatam, punitur quidam Nobilis* 299 e f

Judicio *divino ſiſti S. Gerardum Ep. videt S. Majolus,*

*pro eaque orari jubet* 692 f, *Dæmon in* judicio *peccatores accusabit* 56 c. Judicii *divini severitatem inculcat post mortem apparens B. Ioanna Lusit.* 757 a c. Judicium *generale & resurrectionem mortuorum, quomodo viderit B. Gerardesca* 168 e. *De die* Judicii *& Antichristo doctrina B. Ioachim Abb.* 138 a b c. Judicat *neminem, cujus cor fixum in Deo est* 506 f. Judicium *per rei in aquas immersionem exerceri solitum* 638 a

Jurandi *consuetudinem reprehendit S. Hucbertus* 276 f

Jus, *Vide* Accusatio, Injustitia.

# L

LAborare die Festo. *Vide.* Festum violare.

Lac *sterilis mulier impetrat, ad* lactandum *puerum pauperem ex misericordia* 472 a. Lactavit *filium suum ipsamet Regina Berengaria, S. Ferdinandi mater* 330 c

Lacrymarum *donum B. Ioachimi Abb.* 93 e, *præsertim tempore Missæ* 110 a b. *B. Iacobi Veneti* 464 e, 474 e, *& B. Baptistæ Varanæ, ad memoriam Passionis Domini* 480 f. Lacrymas *sanguineas fundit B. Iutta, pro conversione infidelium & peccatorum orans* 607 b

Lampadum *jugiter ardentium usus in ecclesia* 533 c. Lampas *ultro accenditur ad Crucem Caravacanam* 400 c, *& ad sepulcrum B. Ioachim; Abb.* 119 d e, *ac S. Maximini* 23 e f, *& ad sepulcrum Domini* 701 f. Lampadum *usum in Mesquita Saracenorum Corduba præbuerunt campanæ S. Iacobi Compostellani* 329 b

Lapis, *in quo Abraham voluit immolare Isaac, est in veneratione* 669 d

Laqueo *ad collum ligato humiliter Viaticum suscipit S. Ferdinandus* 362 b, 392 e

Latinæ *linguæ studium in Anglia restituit S. Dunstanus* 809 c

Latro *pro se innocentem capi facit* 637 d

Lavare. *Vide* Balneum.

Lectioni *ad mensam intenta B. Ioanna Lusit. aliarum attentionem etiam juvat* 744 a

Leprosus. *V.* Æger.

Letanias *moriens cani jubet S. Ferdinandus* 362 e

Liberalem *oportet esse servum Dei erga alios, avarum erga se, ex B. Baptista Varana* 505 f. Liberalitas Dei. *V.* Deus.

Libros *sine facultate non scribendos sancitum in Ordine Florensi* 100 b. *Iussu Pontificis scribit Ioachim Abbas* 129 e f: *scribendis in eremo vacat* 103, *deposita monasterii cura* 129 e: *plus proficit orando quam studendo* 129 f. *Doctrinam suam Sedis Apostolicæ judicio subjicit* 104 e f. Libris *terra effossis, tamquam à seculis aliquot reconditis, non est facile credendum* 285 a

Per Lilium *divinitus datur signum imminentis mortis* 716 e

Lingua *B. Baptistæ Varanæ incorrupta perseverat* 511 f

Litteræ *remissoriales pro Canonizatione S. Ferdinandi traditæ Iudicibus* 377 d c

Liquor *miraculosus ex Reliquiis S. Pomponii Ep.* 772 e

Locustarum *calamitas depulsa per Crucem Caravacanam* 397 f, 403 a, *& S. Ferdinandum* 374 f

Lumen *cæleste conspicitur ad antrum B. Benincasæ* 662 f, *eodem suam præsentiam S. Dunstanus ostendit festum suum celebrantibus* 812 f, *præmonstratur ingressus in religionem B. Ioannæ Lusit.* 731 f, *honorantur Reliquiæ B Æmiliæ* 565 b, *radiat facies S. Iuttæ* 606 f, *quæ* lumen *miraculosum impetrat deficiente sole* 605 e

Luce *miraculosa fulget Crux Caravacana* 399 d, 404 e. *Vide* Lampas, Oblata, Candela.

Luxuria. *Insanus amor sponsæ concupitæ* 51 d e. *Vide* Impudicitia, Castitas.

Lazari *mendici Euangelici credi potest non tantum parabola, sed etiam historia* 638 c

# M

MAgiam *Christi fide superat S. Hermias, &* Magum *convertit, qui Martyr moritur* 425 e f. Magus *renitentem virginem ducit ad amasium astu diabolico* 52 c, *Christianismo ejurato fit* Magus *Anthemius; audiens blasphemiam dæmonis convertitur* 54 & seqq. Maleficio *liberatur mulier invocatione B. Æmiliæ* 565. *Vide similia in Synopsi marginali inter miracula.*

Maledicus. *Vide* Injuria.

Manifestatio *conscientiæ. Vide* Conscientia.

Mansuetudo *in reprehendendis defectibus B. Æmiliæ* 561 e, *& in regendo monasterio* Ibid. f, *etiam B. Mathildis* 450 e. Mansuetudo *B. Ioachim Abb. erga Tancredum Regem, multa mala minitantem* 135 b c. Mansueta *fortitudo Garciæ Perez* 349 a b

Manus. *Vide* Reliquiæ.

B. Mariæ Virg. *intercessione sanatur à morbo Beatrix Reg. venerans ejus Imaginem* 319 f, *& S. Ferdinandus adhuc puer* 310 b c, *qui devotus erga Deiparam ejus imaginem semper in castris habet* 353 c, 392 e; *acceptas ei referens victorias* 355 a, 360 b: *ejus Imaginem intra obsessam Hispalim ecstaticus dicitur adiisse* 353 d e, *ad ejus pedes se sepeliri jubet* 364 b. B. Mariam V. *in matrem eligit quadrima B. Æmilia* 559 c, *sæpe ad eam recurrit à pueritia* Ibid. d: *Docet eam Deipara orationes ad fugandas tempestates* 564 a. B. Mariam V. *in tormentis invocat B. Andreas de Chio Martyr* 186 c d: *erga eamdem à teneris devota B. Ioanna Lusit.* 724 c, *præsertim in hora mortis* 751 c: *illius laudes deprædicat & gratias agit S. Humilitas* 835 e, 836 a b, *eamdem videt morti proxima B. Mathildis* 455 f, *revelationes B. Gerardesca de eadem* 172 d c & seq. *& B. Baptistæ Varanæ, de ejus in Passione Domini doloribus* 498 f. B. Maria V. *monet Religiosum per B Gerardescam obedientiam exhibere Prælato* 169 b, *& orationes suscipere recusat pro non obediente* 171 c d, *remisit donum accipere à muliere peccatrice Imagini sua oblatum* 190 f. *Energumenam misere vexatam monet, & impellit ad confitendum occultum peccatum, quæ, facta confessione, liberatur* 789 e. *Vide* Imago, Sodalitas, Rosarium.

Martyrii *desiderium S. Vigilii Episcopi Tridentini* 39 b. Martyres *futuri Christi sanguine videntur aspergi, eis corona præmonstratur, & cælum aperitur* 181 d e, 182 b. Martyrum *passiones considerans pie lacrymatur B. Iacobus Venetus* 464 e, *ad* Martyrium *confortat Christus SS. Cantium, Cantianum & Cantianillam* 429 d: *non moritur qui pro fide occiditur* 425 d. Martyres *instar columbarum apparent* 39 d: Martyres *quomodo vere dici possint, schismatici passim habiti, morientes pro Christo* 184 f & seqq. Martyr *haberi potest B. Ioanna Lusit. quod a meretricibus, quas convertere volebat, veneno extincta credatur* 743 d. *Vide* Constantia.

Matri *gravidæ ostenditur futura sanctitas B. Æmiliæ* 558 e

Mater *S. Ferdinandi Berengaria filium suum ipsamet lactavit* 330 c, Matris, *Reginæ, & piæ Matronæ omnes partes explens* 330 b c, 331 f, 340 f. *Vide* Consanguineus, Educatio.

Matrimonium *invita contrahit S. Emelia cum S. Basilio, Magni Basilii patre: in eodem pie vivunt, felices multitudine & pietate liberorum ac bonorum affluentia* 243 a b c d

Matrimonium *contrahit admodum juvenis & innocens B. Gerardesca: in eo religiose vivit, orationi & mortificationi addicta* 165 e f: *in* Matrimonio *sancte vivit S. Iutta* 604 e: *prudenter illud declinat B. Ioanna Lusit. certa virginitatem suam Deo consecrare* 726 f, *in Impedimento consanguinitatis cum Rege Legionensi dispensare recusat Pontifex* 293 c f. *Vide* Uxor, Adulterium.

Medicinam *ægra non adhibet B. Mathildis* 445 d, *uti & B. Petrus Pernus, ac morbum augeri orat patiendi desiderio* 202 b c. Medicis *in morbo, quo ad omnia difficilia, obedit B. Ioanna Lusitana* 745 f, *& iis gratias agit moriens* 751 d

Men-

Mendacium *ſtudioſe cavet B. Mathildis* 445 f, *fugiendum Sacerdoti docet S. Vbaldus* 780 a

*Ad* Menſam *Monachos tintinnabulo convocat Abbas* 692 f, *V.* Lectio.

*A* Meretricibus, *quas convertere volebat, venenum præbetur B. Ioannæ Luſitanæ* 743 d

Meſquita *Saracenorum Corduba in eccleſiam conſecratur* 329 a, *item Hiſpali* 350

Miles *S. Hermias* 423 c, 424 b, Milites *quales fuerint Almogavares dicti* 347 f. *V.* Bellum, Fortitudo militaris,

Miracula *patrare non vult metu vanæ gloriæ Sanctus Vbaldus* 780 a. *Ob* miraculum *patratum ne honoretur, ſubducit ſe beata Mathildis* 451 c, *propter* Miracula *honoratur à Monachis Sanctus Madelgiſilus, prius contemptus, quia ignotus* 268 f. *Ad* miraculoſe *impetrandam ſanitatem requiritur perſeverantia in oratione* 647 c. Miraculum *non pandens ad honorem Sancti, iterum morbo affligitur* 472 c, *ad* Miracula *B. Æmiliæ ſcribenda ſanatur Monialis miraculoſe* 565 f. Miraculoſus *flos virtutem ſanandi amittit, dum mulier ipſo abutitur ad ſanandum aſinum* 96 f. 124 c d e, Miraculoſam *ſanationem Martyris, unguentis adſcribunt Mahumetani* 186 d e

Miſericordia Dei, *V.* Deus. Miſericors *& compatiens erga omnes B. Mathildis* 450 b c: *ab injuriis protecti SS. Cadocus & Frechorius, fiunt S. Richario cauſa ſalutis* 262 c f. *Vinum* miſeris *præbitum non minuitur ope S. Maximini* 30 b. *Ex* Miſericordia *volens lactare puerum pauperem ſterilis mulier miraculoſe lac impetrat* 472 a. Miſericors *erga beſtias B. Iacobus Venetus* 464 b. *V.* Eleemoſyna, Pauper, Caritas

Miſſam *devote celebrat Beatus Ioachim Abbas* 93 d e, *nec ſine piis lacrymis* 109 b, 110 a b. Miſſæ *ſacrificio conſolationem afflicto impetrat Beatus Iacobus Venetus* 464 c, *eodem aliiſque oblatis mirabiliter juvatur captivus ad interceſſionem Sancti Ferdinandi* 366 e f. Miſſam *primam cantanti Sancto Hucberto aſſiſtunt tres Epiſcopi, ad id divinitus moniti* 276 c. Miſſæ *intereſſe deſiderans, cum non poſſet, tribus parietibus miraculoſe apertis S. Hoſtiam videt & adorat Beatus Franciſcus Dyrrachinus* 803 e. *Ad incenſandam in* Miſſa *Crucem Caravacanam miraculoſe ſuppeditatur thus* 403 c. Præfatio *propria de Sancto Godehardo pro eccleſia Mediolanenſi* 861 c. *In* Miſſa *azymi & fermentati promiſcuus uſus initio Eccleſiæ* 675 e.

Miſſionario, *in novam Hiſpaniam proficiſcenti, concedit Sixtus V Indulgentias, applicandas ubicumque is idoneum judicaret* 404 d

Monachi *quales fuerint tempore perſecutionum initio Eccleſiæ* 5 a. Monachos *in clauſtris degentes utiles eſſe Eccleſiæ, exemplo B. Petri Petroni oſtenditur* 219 f *& ſeq.* Monachos *ſemper in ſuo comitatu habent SS. Dunſtanus & Elſegus* 810 d. *Monachi virtutes in S. Hucberto* 275 d. *Inſtar* monachi *in monaſterio verſatur Ferdinandus Primus Rex Caſtellæ* 364 d

Monaſterium *ſuum inter bellorum tumultus exſtruit B. Ioachim Abbas* 116 c, *Averienſe creditur juvantibus Angelis ædificatum, impedire diabolo ſatagente* 722 d. Monaſterio *ſuo dotem à patre impetrat B. Mathildis* 453 c: *in* Monaſterio *reformando multa patitur à Monachis Venerabilis Erluinus* 845 e f. Monaſterialis *clauſuræ commoda* 447 f. Monaſteria, *data in Commendam, opprimuntur* 27 d. *V.* Religio.

Morbos *varios & ignotos cauſant dæmones in obſeſſis corporibus* 784 e: Morbis *caſtigatur tepor ſpiritualis & incredulitas* 218 c d. Morbus *conducit ad ſalutem S. Petronillæ* 420 c, *item aliis* 463 f: *ad patienter ferendam cæcitatem monet cæcum S. Vbaldus, eo quod expediret ad ſalutem* 779 f. Morbum *patienter & pie ſert B. Æmilia* 564 c, *B. Iacobus Venetus* 469 a b, 474 f, *B. Mathildis* 445 d. *In* Morbis, *patienter tolerandis, enituit ſanctitas B. Marquardi* 183 c: *Æger nullum admittit qui ſibi miniſtret B. Benincaſa* 662 c: *infirmus medicinas reſpuit &* morbum *augeri orat B. Petrus Petronus patiendi deſiderio* 202 b c, *vino etiam delicatiori tunc abſtinet* 211 f. *In* morbo *patientia B. Ioannæ Luſit.* 738 e, 745 f, *quo tempore pia exercitia non intermittit* 745 d. Morbus *patienter toleratus, certa via perveniendi ad Deum* 607 c. *Contra capitis dolores invocatur S. Framechildis* 802 a, *contra* morbum *caducum invocatur S. Adam Abb.* 778 a. *V.* Calculus, Æger, Medicus, Morbus Regius, *V.* Struma.

Mortis *alicui Monachorum imminentis præſagio lilium ad ſtallum ejus ab Angelo delatum* 716 e; *ejuſdem ſignum datur Monialibus pulſu ex ſepulchro B. Baptiſtæ Varanæ* 512 d. Mori *petit eadem Beata* 496 e, *& B. Petrus Petronus, qui id exorat* 214 d e, *&* mortem *præſagit triplici accepto è cælis ſigno* 215 b c: *cui* morienti *Chriſtus apparet* 223 e f. *De inſtanti* morte *monetur cæleſti voce Elſius Monachus* 812 b. Mors *pia S. Iſaacii* 257 f, *& B. Iacobi Veneti, qui eam divinitus præſcit* 470 474 f. De morte *B. Ioannæ Luſit. variæ revelationes* 744 e f, *ad quam illa ſe pie præparat* 743 e f, *& pie obit* 752 a b. Defunctam *lugent etiam arbores, miraculoſe mœſtæ* 754 d, *declarat ipſa poſt* mortem *apparens, melius ſibi fuiſſe cito* mori 757 b. Mors *pia B. Iuttæ* 607 c, *B. Æmiliæ* 564 e, *& B. Ioachimi Abb.* 110 f. Mortem *Ferdinando I prædicit S. Iſidorus Epiſc. ad quam pie ſe præparans, Regnum ſolenni ritu Deo reſtituit, & indutus cilicio* moritur 364 d e f. Moriturus *S. Ferdinandus bona monita relinquit filio ſuo Alphonſo, ornamenta Regia à ſe removet, cereum benedictum in manibus tenet, letanias cani jubet, & Te Deum laudamus; tum Cælites ſibi occurrentes videns, ſecure & pie* moritur 362 c d e, 303 c d, *omnibus deploratus* 362 f. Morientis *filios Deo commendat S. Emelia, S. Baſilii mater* 244 f. Morientem *vexant dæmones, ſed fugantur à S. Vbaldo* 787 d. Mortui *B. Benincaſæ corpus inſtar viventis apparet* 662 f, De Morte *ſubitanea ex tempore prædicans impius Concionator, ſubitanea* morte *pene obruitur* 694 e f. *Non* moritur *qui pro fide occiditur* 425 d. Mortem *patris patienter ferri B. Æmilia* 560 f. *S. Gerardi Ep. abſentis cognoſcit S. Majolus, eumque judicio divino iſti videt* 692 f. Mortis *conſideratione ad mundi fugam movetur Mecia Pereria* 722 a. Mortuus *reviviſcit, invocatis SS. Remigio & Gibriano* 646 c d, *& B.* Æmilia 565 c: *Mortuos* 30 *reſuſcitaſſe creditur S. Bernardinus Senenſis* 824. *Vide ſimilia in Synopſi marginali inter miracula.* Mortuus *reſuſcitatus narrat quid viderit in inferno, in purgatorio, in limbo, & in cælo* 823 c d e. Mortem prædicere, *V.* Prophetia.

Mortificationi *dedita à pueritia B. Æmilia* 559 c, *& B. Gerardeſca in matrimonio* 165 f: Mortificationi *S. Iuttæ rependit Chriſtus conſolationes cæleſtes* 605 d, *V.* Potus, Pœnitentia.

Mulier *ſapiens S. Monica* 579 c d e, Mulieres *arma arripiunt, ut arcem defendant, virorum præſidio deſtitutam* 331 a. *V.* Caſtitas, *V.* Uxor: Muliebrem mundum *pauperibus diſtribuunt BB. Conſtantia & Maria* 416 b

Mundum *faſtidit B. Ioachim Abb.* 96 a, *S. Iutta* 605 b, *& B. Ioanna Luſit. à puerili ætate inter delicias Regias* 724 f, *ad* Mundi *fugam movetur Mecia Pereria conſideratione mortis* 722 a

Mundi *odium magnum infudit Deus B. Baptiſtæ Varanæ* 484 f, *quæ poſt eum devictum ſpiritualibus conſolationibus fruitur* 483 d e. *Regia ornamenta à ſe removeri jubet moriturus S. Ferdinandus* 362 c, *ad* Mundi *contemptum conſanguineos & notos ſuos hortantur SS. Votus & Felix Eremitæ* 62 b

Munera *recuſat accipere S. Vbaldus* 779 d

Murmurationem *inter Religioſos deteſtatur B. Baptiſta de Varanis* 507 b c

# N


IN Nativitate *Domini sermo S. Humilitatis, quo amorem Dei & Christi humilitatem proponit imitandam* 837 f; *ad exemplum Christi* nati, *in stramine dormit Sancta Bona parvula* 147 c: *in nocte* Nativitatis *canit Rex Ferdinandus I cum Clericis* 364 e

Navium *aplustribus cruces sericeas imponi jubet Sanctus Ferdinandus* 348 c

*In* Necessitate *ecclesiæ temporali circumferuntur Reliquiæ Sanctorum, ut moveatur populus ad dandas Eleemosynas* 534 b

Nobilitas *Christiani, Humilitas est* 599 a, Nobiles *virtuosi SS. Felix & Votus, deinde Eremitæ* 61 c. Nobilitas *SS. MM. Cantii, Cantiani, Cantianillæ* 428 f. Nobilitati *præposuit pietatem B. Mathildis* 435 b

Noctu *non decet Religiosos vagari per plateam* 157 c d

Nosocomium *della Scala præclarum fuit Senis, & præclari viri inde prodierunt* 192 f, *ad agris inserviendum hortatur varios S. Catharina Senensis* 193 c. *V.* Æger.

Novercæ *sævitia in B. Panacæam privignam* 541 b

Novitiatus, *V.* Religio

Nudipedes *ministrant Clerici in ecclesia Legionen. sec.* XI *ob paupertatem* 364 d

Nummi *conjiciuntur in sepulcrum S. Adami Abb. in remedium contra morbum caducum* 778 a

Nuptiæ *solennes S. Ferdinandi cum Beatrice* 316 d e f

Nutrix *pie lacta: B. Petrum Petronum* 191 f


# O


OBedientia *B. Ioachim Abb.* 94 e, *jussu Pontificis libros scripsit*, 129 e f. Obedientia *prompta Beata Mathildis* 445 e, *jussa revelat visionem sibi factam, quam ex humilitate celaverat* 454 a b, *& moderatur suas pœnitentias* 443 f, 453. Obedientia *B. Ioannæ Lusitanæ* 742 f: *hanc moriens commendat* 750 f. Obedientia *Beatæ Æmiliæ* 560 f: *& erga Confessarium* 561 c. Obediendum *ex motivo divinæ gloriæ docet subditas* 561 e. Obedientiam *exhibere Prælato per B. Gerardescam monet Religiosum quendam B. V. Maria* 169 b, *& pro* obedire *nolente orationes suscipere non vult* 171 c d. *In lecto manendum Religioso, etiam insomni, usque ad statutum tempus, monet S. Bona* 155 c. *V.* Religiosæ virtutes.

Oblatis *pane, vino, & lumine in Ecclesia, recreatur captivus in alia regione* 366 e f.

Obloquia, *V.* Injuria.

Observantia erga Pontificem, *V.* Papa. Observantia Regularum, *V.* Regula

*Ad* Obsidendam *Hispalim hortatur S. Isidorus Ep. S. Ferdinandum* 353 c, *qui* Obsidionis *tempore pœnitentiis & orationi se tradit* 354 b; *urbemque tandem capit* 350 c d f, *quam non potuisse capi nisi à Rege sancto, testatur Maurorum Princeps* 357 b.

Obstinatos *in peccatis abhorret & graviter reprehendit B. Petrus Petronus* 207 d e: *Fures sacro aditu divinitus prohibentur nec convertuntur* 117 f

Odore *cælesti flagrat adhuc vivens B. Iacobus Venetus* 469 c, *& corpus mortui* 471 a f. Odor *quidam cælestis replet monasterium mortuo S. Hucberto* 277 e, *& inhæret pauperi supellectili B. Petri Petroni* 200 c d. Odor *suavis ex SS. Reliquiis, S. Framechildis* 801 f, *S. Isidori Mart.* 774 e, *S. Vbaldi* 780 c. *S. Maximini* 32 c, *Sanctæ Iuttæ* 608 b, *B. Baptistæ Varanæ* 511 f

Officium divinum *ab adolescentia persolvit B. Ioanna Lusit.* 725 a: *erga id devotus B. Iacobus Venetus* 464 c, *de eo solicitus B. Ioachim Ab.* 94 c; *ejus intercessione, destitutus Breviario, absque hoc id recitat quidam Religiosus* 115 f. Officium divinum *cantantibus in ecclesia Clericis, apparet Christus cum Apostolis, ipsis concinens* 153 a b; *idem faciunt Angeli* 178 a. *Ad* officium divinum *semper media nocte surgit S. Antonius, & ad templum per densam pluviam non madefactus procedit* 555 a. Officium *de eodem Sancto conceditur* 555 f, *& de S. Ferdinando* 392

Oleum *multiplicatum intercessione B. Iacobi Veneti* 469 f, Oleum sacrum, *V.* Viaticum

Omnipotentia Dei, *V.* Deus

Otiosum verbum, *V.* Peccatum veniale.

Orationi *deditus à pueritia B. Petrus Petronus* 192 b c, *& per totam vitam* 202 f, *quos senserit contemplationis effectus explicat* 204 c d: *quidquid à Deo petiit, id impetrasse se testatur*, 215 a. Orationis *studium Beati Iacobi Veneti ab adolescentia* 461 f, *& per totam vitam* 464 c, 474 c. Orando 50 *horas transigit sanctus Carolus Borromæus* 49 c, *in* Oratione *fere semper abstractus à sensibus Beatus Ioachim Abbas* 109 b c: *qui* Orando *magis quam studendo proficit in scribendis libris* 129 f. *De lapide, in quo is* orare *solebat, flos oritur miraculosus* 96 f. 124 c d e, Orationi *vacans in aëra levatur S. Iutta, & facies cælesti luce radiat* 606 f: *eadem* orans *pro infidelibus & peccatoribus sanguineas lacrymas fundit* 607 b, Orationibus *jaculatoribus utitur Beata Æmilia* 563 e, Oratione *extinguit incendium* 563 c, *conversionem Novitiæ discolæ impetrat* 562 f, *alterius* orationi *deditæ acediam suaviter corrigit* 561 c. Orationis *studium in B. Baptista Varana ante integrã conversionem* 481 b e, *quæ ad eam recurrit in dubiis spiritualibus* 479 a. *Optima* ad Orationem *præparatio est familiaritas cum Deo* 505 a. Orandum, *saltem verbis, cum mente non possumus* 508 c, *& exemplo Christi confirmare nos debemus per* Orationem *contra sequentes tribulationes* 494 c, *in eaque perseverare* 494 c. Orationi *& mortificationi addicta in matrimonio Beata Gerardesca* 165 f. Oratione *victorias de Saracenis impetrat Sanctus Ferdinandus* 392 d, *& urbem Hispalensem domat* 302 f. Orationis *studium in tenera ætate Beatæ Ioannæ Lusitanæ* 724 c, *quæ ei noctes impendit in aula degens* 726 a, *& patri victoriam de Saracenis creditur impetrasse* 729 e. *Persecutionis finem* orando *impetrat Sanctus Isaacius* 259 a, *captivos liberat S. Restitutus*, 12 c d, *fluvium miraculose transit, & alios transire facit Sancta Bona* 150 f. Orationes *piorum Religiosorum ligant Christo manus, & B. Baptistam Varanam, mortis cupidam, in vivis servant* 490 f. *Pro omnibus afflictis sæpe* orat *Beata Mathildis* 450 b c. *In* oratione *perseverandum petenti aliquid singulare à Deo* 647 c: *in ea quisquis totum se tradit Deo, dulcedine ineffabili fruitur* 203 f. *V.* Officium divinum, Peccator, Devotio, Consolatio, Contemplatio. Oratio Christi in horto, *V.* Passio.

*De* Ordinibus *Religiosis Prophetiæ B. Ioachim Abb.* 140 e f. Ordinis Minorum *gloriam visam in cælis narrat puer resuscitatus à morte* 823 f. Ordinem Cartusianorum *laudat pro concione S. Bernardinus* 230 f Ordo militaris Sancti Jacobi *de Veles, institutus ab Alphonso* IX *Rege Castellæ* 307 f. *V.* Religio.

Ornamenta *ecclesiæ S. Petronillæ donant S. Gregorius III, & Sanctus Leo III* 421 e. Ornamenta *ecclesiæ venduntur, ut subveniatur pauperibus in caritate annonæ* 620 e. *Ea bello sacro impendere, quamvis posset, renuit S. Ferdinandus* 352 b: *annuli Episcopalis usus seculo* 4, 545 a. *V.* Calula, Episcopus.


# P


PAllium *S. Majoli honorifice servatur, ejus forma* 693 f

*In* Paludem *conjectus S. Isaacius, ob reprehensum Imp. Hæreticum Valentem, ab Angelis eripitur* 250 c

Panis *Beato Petro Petrono in eleemosynam dandus, Cruce signatus mirabiliter apparet* 201 b c. Panis *coctus in*

*in feſto Sancti Vbaldi, putreſcit* 787 f. *Ritus benedicendi* Panis *in honorem ejuſdem Sancti* 782 a. *Vide* Oblata.

*Ad* Papatum *quinque ſuffragia habuit S. Antoninus* 681 e. *Reverentia erga Pontificem Sancti Ferdinandi & Berengariæ* 334. *à* Papa *facultatem petit S. Ioachim S. Scripturam interpretandi* 101 f, *& ejus juſſu libros ſcripſit* 129 e f, *ſubjecitque judicio ejus* 104 e f

Paralyticus *ſanatur interceſſione S. Ferdinandi* 374. *Similia vide in ſynopſi marginali inter miracula.*

Paraſitus *dat Regi S. Ferdinando prudens conſilium* 393 b c.

*In* Partu *periclitatur uxor, ob peccatum viri* 786 f

Paſſioni *Dominicæ meditandæ devotus B. Ioachim Abb.* 93 e, 109 b, *ad ejus memoriam lacrymatur B. Iacobus Venetus* 464 e. *Ad* Paſſionem *Domini meditandam Chriſtus à pueritia traxit B. Baptiſtam Varanam* 494 c, *& per totam vitam* 486 f, 491 c, 488 a: *de illa honoranda votum ejus puerile, initium ſanctitatis, difficulter ſervatum* 480 a c d. *Eadem ad* Paſſionis *memoriam lacrymas fundit* 480 f, *& quomodo meditanda ſit docet* 501 f, *cui ſubinde participans, Deum vocat infernum ob dolorum magnitudinem* 487 a, *agnoſcit inde pretium animæ* 497 d, *& gravitatem peccati* 498 e. *De oratione Chriſti in horto, pia Baptiſtæ conſideratio* 501 e, *docente eam Chriſto* 494 c d, *cujus dolor augetur ex peccatis damnandorum, & electorum, atque horum afflictionibus, etiam in Purgatorio tolerandis* 497 c *& ſeqq. item ex ingratitudine Iudæ & populi Iudaici* 500 a b c, *ex doloribus B. Mariæ V. Magdalenæ, Ioannis, & Apoſtolorum* 498 f *& ſeq.* Crucifixo *Domino contemplative adhæret B. Baptiſta Varana, etiam inter alia agenda* 489 e, *Pedes Chriſti vulneratos per quindecim annos ſibi præſentes conſpicit, & varios ad eoſdem affectus exercet* 490 f. *Vulnera ſua palpanda & ſugendum latus præbet Chriſtus Sanctæ Iuttæ* 605 d: *ad* Paſſionis *memoriam lacrymatur B. Ioanna Luſitana, erga eam mirè devota* 727 b, *præſertim erga Myſterium Agoniæ Chriſti* 732 c d: *alapam ſibi infligit in memoriam ſimilis Chriſto inflictæ* 752 b: *moriens ejus memoriam pie recolit* 752 a: *Corona ſpinea utitur pro Inſignibus, & per coronam ſpineam fulgentem mors ejuſdem revelatur* 756: *ad Venerationem flagellationis Chriſti flagellant ſe BB. Conſtantia & Maria* 416 d, *ſpineæ coronæ participat dolore capitis Beata Æmilia* 564 b: *eadem orationem Chriſti in horto & ſudorem ſanguineum honorare docetur à B. Maria V. & quis fuerit gravior Chriſti patientis dolor* 564 b

Patienter *ferendam cæcitatem, tamquam ſaluti conducentem, monet cæcum Sanctus Vbaldus* 779 f, Patiendi *deſiderio medicinas infirmus reſpuit Beatus Petrus Petronus, & morbum augeri orat* 202 b c. Pati *deſiderat omnia mala pro ſalute animarum Sancta Bona,* 149 c e f. Patientia *in morbis & adverſitatibus B. Mathildis* 445 d e, *Beatæ Æmiliæ* 564 c, *Beati Marquardi* 183 c. *& B. Baptiſtæ Varanæ* 485 a. *Hujus ingens* Patiendi *deſiderium* 485 a, 487 b, *juxta quod illa dæmoni vexanda traditur* 491 f: *eamdem Chriſtus docet* patientiæ *virtutem ejuſque meritum* 494 b c: *eo illa per ſpirituales conſolationes præparatur* 485 f. *V.* Morbus, Conformitas cum voluntate divina, Adverſitas

*A* Patre *propter fidem occiſus S. Simplicianus* 437 c; *cum* Patre *de injuſto bello ſibi illato reverenter expoſtulat S. Ferdinandus* 314 f, Patris *ſui mortem prænoſcit, & ejus animam è Purgatorio liberat B. Æmilia* 561 a. *V.* Filius.

Patronos *habere proprios, cum excluſione aliorum, reprehenditur* 156 c d e. Patronum *Hiſpaniæ B. Iacobum in bellis auxiliatorem veneratur S. Ferdinandus* 360 b. *S. Ioannes Evangeliſta* Patronus *peculiaris S. Humilitatis, quæ ejus laudes prædicat* 832 b e. Patronus *invocatur S. Vbaldus ad liberandos energumenos* 783 b. Patronus *in variis morbis V.* Morbus.

*In* Pauperes *miſericors Sanctus Anaſtaſius Epiſcopus Papienſis* 270 e, *B. Ioachim Abbas* 94 d, 109 d, *qui tunicam ſuam largitur pauperi* 97 e, *S. Iſaacius* 257 e, *S. Paſchaſius* 438 f, *Sanctus Antoninus* 554 f 681 c, *Beata Æmilia* 562 a, *B. Ioanna Luſitana* 726 d, *Berengaria Regina* 331 f, *B. Iacobus Venetus* 462 e, *qui paſſim eorum Amicus vocatur* 464 a, *& Pater* 474 e. Pauperibus *bona ſua diſtribuunt SS. Cantius, Cantianus, & Cantianilla* 428 f, *& S. Theodoſia Virgo Mart.* 70 f, Pauperibus *unam bonorum partem, alteram eccleſiæ, tertiam ſibi attribuunt parentes S. Hucberti* 275 c d. Pauperibus *ut ſubveniatur in caritate annonæ, venduntur ornamenta eccleſiæ* 620 e, Pauperes *per injuriam opprimens punitur* 29 e f, *Chriſtus in ſpecie* pauperis *eleemoſynam accipit à Sancto Hucberto* 276 d: *ob* paupertatem *Clerici Legionenſes in templo ſine calceis miniſtrant* 364 d. *V.* Eleemoſyna,

*Ad* Paupertatem *religioſam Exuperantium militem hortatur S. Hieronymus* 262 d e. Paupertas *B. Iacobi Veneti* 463 a, *B. Æmiliæ* 562 a, *B. Ioachimi Abbatis, qui veſtes viles & detritas geſtat* 93 d: *eamdem cum mundiitia commendat omnibus Beata Mathildis* 449 e, *S. Iſaacius,* pauperius *ædificium præ meliori eligit ad habitandum* 256 b c. Paupertatem *Religioſam imitantur BB. Conſtantia & Maria* 416 b. Paupertatis *ſtudium gemmæ pretioſæ comparat B. Baptiſta Varana:* 508 d, *eam in Epiſcopatu ſervat Sanctus Antoninus* 554 f: *per eamdem B. Beninca ſa diaboli tentationes vincit* 662 e. Paupertatem *amplectitur Sancta Iutta* 605 b, *ut certam viam ad Deum* 607 c; *&* pauperibus *conſepeliri vult* 607 f. Paupertati *addictus à pueritia B. Petrus Petronus* 192 d e f, *& per totam vitam* 200 b c, *omnibus eam commendat* 225 c, *perſuadet S. Ioanni Columbino* 209 b c

Pauperi *ejus ſupellectili odor cæleſtis poſt mortem adhæret* 200 c d. *V.* Religioſæ Virtutes.

Pacis *ſemper ſtudioſus S. Ferdinandus* 299 a b, 300 c d. *Ad* Pacem *à bello civili multos adducit B. Petrus Petronus* 219 b c. *V.* Bellum.

Peccati *gravitas oſtenditur conſideratione Paſſionis Domini* 498 e, *ob* peccata *electorum & damnandorum augetur dolor Chriſti patientis* 497 c, Peccato *mortali numquam fuit obnoxia S. Iutta* 607 d. *à* Peccatrice *muliere donum accipere renuit B. Maria V.* 170 f: *in mortali exiſtenti iraſcitur Angelus, in ſtatu gratiæ benedicit* 178 a: *ob* peccatum *perpetratum affligi Religioſum interna tribulatione docet B. Gerardeſca* 169 e. *Pro* Peccatoribus *orans Beatus Petronus, plagas avertit* 215 c d: *obſtinatos abhorret, & graviter reprehendit* 207 d e: *obſtinato pœnam inſtantem prædicit* 218 a b. Peccator, *nec admonitionibus piis nec mortui apparentis increpatione emendatus, miſere moritur* 117 b d. Peccatorum *converſioni ſe impendit Beata Ioanna Luſitana* 743 c, *pro iiſque pœnitentiis ſe affligit* 744 b. Peccata *occulta prodit dæmon, loquens per energumenum* 813 c. Peccato *apoſtaſiæ in Confeſſione non explicato, mori non poteſt Monachus* 814 d e, *in* Peccatum *relapſa rurſus à dæmone obſidetur* 786 b. Peccatores *ſe excuſantes belluis marinis comparat Sanctus Anaſtaſius Epiſcopus Papienſis* 270 f. Peccatis *ſuis imputat infirmitates corporales paralyticus, quæ confeſſus miraculoſe ſanatur* 644 f. *Ob* peccata *bellum à Deo immiſſum, & male ſiniendum prædicit Sanctus Iſaacius* 246 c d, 250 b c, 259 a, Peccata *pluviarum inundatione puniuntur, quæ miraculoſe ſiſtuntur per Ioachim Abbatem* 115 d e. *Ob* peccatum *viri in partu periclitatur uxor* 786 f. *Cœmeterium in quo nemo ſepelitur, qui in peccato mortali moritur* 158 f. Peccatores *in Iudicio accuſabit dæmon* 56 c. Peccare *quomodo ſibi viſa fuerit, ideoque valde afflicta B. Baptiſta Varana* 496 c, *otioſum verbum prolatum multis lacrymis deflet Beata Mathildis* 444 a, 456 e. Peccatum *veniale Sancti Paſchaſii Diaconi in Purgatorio punitur* 438 f. *Ob* peccata *venialia reprobanda fuiſſet*

*Religiosa, nisi pro ea oraſſet B. Æmilia* 562 f. *V.* Confeſsio, Converſio, Pœnitentia, Avaritia.

Peregrinus *S. Eleutherius* 66 a. Peregrinus *obit S. Venantius, frater S. Honorati* 240 f. Peregrinatio *pia S. Bonæ Hieroſolymam* 149 b, *& aliò, in Societate Chriſti, Deiparæ, & Sanctorum* 150 b, *Piſis ad S. Iacobum in Gallicia, intra horæ ſpatium* 158 c d. Peregrinatio *ecſtatica S. Ferdinandi ad Imaginem Deiparæ, intra obſeſſam civitatem Hiſpalenſem* 353 d e. Peregrinationi *Hieroſolymitanæ immoritur maritus Sanctæ Iuttæ* 605 a, *eodem* Peregrinatur *B. Ioachim Abb. per varias difficultates* 96 b c

Perfectio, *V.* Virtus.

Perjurium *punitur à S. Maximino* 21 a b

Perſecutionis tempore, *fugiunt SS. Cantius, Cantianus, & Cantianilla* 428 f: *in ſolitudine cibos miraculoſe accipiunt per ſeptennium parentes S. Baſilii* 242 c. Perſecutiones *multas patitur Ven. Erluinus Abb. cum reformare intendit monaſterium* 845 e f: *illæ proſunt ad animæ ſalutem* 510 e

A Peſte *ſanatur Margarita Pineria, Sacriſtana B. Ioannæ Luſit. per Dominæ defunctæ invocationem* 758 b. Peſtilentia *nulla fuit, quamdiu regnavit S. Ferdinandus* 363 a

Pluvia *impetrata per Crucem Caravacanam* 402 f, 403 b, 398 d; *& interceſſione SS. Cantianorum* 433 a. Pluviarum *inundatione puniuntur peccata, quæ miraculoſe ſiſtitur à B. Ioachim Abb.* 115 d e

Pœnitentiæ *S. Venantii fratris S. Honorati* 241 e f, *B. Ioachim Abb.* 94 a, *B. Franciſci Dyrrach.* 803 d, *B. Vitalis à Baſtia* 475 b, *B. Æmiliæ* 562 a, *S. Iuttæ* 605 f, *B. Iacobi Veneti* 462 e f, *B. Benincaſæ* 662 c e; *BB. Conſtantiæ & Mariæ, quas offerunt pro animabus purgantibus* 416 d; *B. Mathildis* 443 f, *quæ ſibi auſtera, aliis benigna fuit* 449 d e, *S. Bonæ parvulæ, in nudo ſtramine dormientis ad exemplum Chriſti nati* 147 e, *cilicium monente Chriſto emptum induentis* 147 f, *& cingulo ferreo ſe cingentis* 148 d, 149 e f, *ex quo miraculoſe Crux fabricatur* 157 f. Pœnitentiæ *B. Ioannæ Luſit. quas in aulâ ſecreto adhibebat* 725 a d 726 a, *& in Religione* 737 d, *pro peccatoribus eas offerens* 743 b, 744 b. Pœnitentiæ *S. Ferdinandi tempore obſidionis Hiſpalenſis* 354 b, *quibus victorias de Saracenis impetrat* 392 d. *erga* Pœnitentes *faciliis B. Petrus Petronus* 207 c, *docet ad utilem* pœnitentiam *requiri veram deteſtationem peccatorum* 216 f. *V.* Mortificatio, Abſtinentia, Jejunium

Pons *navalis Maurorum Hiſpalenſium frangitur à S. Ferdinando* 348 c

Pontifex, *V.* Papa, Epiſcopus.

Poteſtatis *officium in liberis civitatibus Italiæ quale antiquitus fuerit, & forma electionis ejus* 825 f

Potu *extra tempus ordinariæ refectionis abſtinet B. Iacobus Venetus* 462 e: *tali abſtinentia liberatur anima è Purgatorio* 561 d

Prædicare, *V.* Concionari.

Præfatio *propria in Miſſa de S. Godehardo pro Eccleſia Mediolanenſi* 861 c

Præfecturæ Prætorii *dignitas* 598 f

Præputium *Domini Antverpiam tranſlatum* 702 e

Præſagium *futuræ ſanctitatis B. Ioannæ Luſit. dum adhuc geſtaretur in utero* 723 f, *S. Auſtrebertæ* 801 d e, *B. Æmiliæ* 558 e, *& in infantia ejuſdem* 559 a, Præſagit *è triplici de cælo ſigno mortem brevi obeundam B. Petrus Petronus* 215 b c. *V.* Mors, Columba, Crux.

*In* Proceſsione *deferuntur Sanctorum Reliquiæ* 434 c. *Solennis* Proceſsio *in Traſlatione S. Metronis Veronæ* 653 c d, *S. Reſtitutæ* 796 e f. *SS. Pauli & Barbari MM. Venetiis* 771 a b, *S. Wironis & Sociorum Ruremundæ* 654 e f. Proceſsionali *pompa Imaginem Deiparæ Hiſpalim invehit S. Ferdinandus* 354 f; *& ipſe urbem primum victam ingrediens, ſimili pompa excipitur* 350 e. Proceſsio *ſolennis ad honorem S. Ferdinandi* 390 f. *In ea quotannis defertur ejus gladius* 351 e, 356 e, *& Vexillum* 356 f

Proceſsio, *V.* Reliquiarum ſolennis Tranſlatio.

Procuratoris *Carthuſianorum cupiditatem reprehendit B. Petrus Petronus* 212 c d

Prodigalitatem *etiam ad res pias reprehendit B. Petrus Petronus* 200 e f

Proditionem *detegit Crux Caravacana* 400 f.

Profeſsio Religioſa, *V.* Religio.

Prophetia. *S. Iſaacius prædicit Imperatori Valenti hæretico cladem & mortem* 246 c d, 250 b c, 259 b c; *Nepotum ſuorum futuram dignitatem S. Antoninus* 555 a: *Angelus S. Maximinum futurum Epiſcopum* 21 c d, *mortem ſuam S. Iutta* 607 c. Propheticus *ſpiritus S. Bonæ* 154, *& Ioachimi Abb.* 134 f, *qui Henrico Imperatori Regnum Siciliæ prædicit* 108 b c, *& alia futura bella* 106 a b. Prophetiæ *ejus de Ordinibus Religioſis* 140 e f, *non ideo tamen ſe extollit* ibid. c d. *Abſentis proci mortem divinitus cognoſcit B. Ioanna Luſit. quo facultatem accipit virginitatem ſervandi* 741 c. *Mortem S. Gerardi Epiſc. cognoſcit S. Majolus, eumque judicio divino fiſti videt* 692 f. *V.* Mors, Præſagium, Secreta cordium cognoſcere. Prophetat *Magus inter Mauros de eorum excidio* 321 d

Providentia *Dei proſpicit de neceſſariis BB. Conſtantiæ & Mariæ* 416 d, *V.* Deus.

Proximi Caritas, *V.* Caritas

Prudentia *in dando conſilio B. Petri Petroni* 206 c d e; *B. Mathildis in reprehendendis aliorum defectibus* 450 e: prudenter *inſidiis Maurorum ſe ſubtrahit Alphonſus Sapiens Rex Caſtellæ* 349 f

Pueri *Martyris S. Cyrilli conſtantia* 17 c d. Puericia *pia B. Iacobi Veneti* 461 d e, *B. Petri Petroni* 192 b c, *B. Ioannæ Luſitanæ* 724 b, *B. Æmiliæ* 559 b, *B. Mathildis, quæ quinquennis educatur in Monaſteria* 445 c; *& B. Gerardeſcæ, quæ ſeptennis Religionem vult ingredi* 165 c

Pugna, *V.* Bellum.

Pulchritudo *eximia B. Ioannæ Luſitanæ* 724 d

Pulſus, *V.* Soritus.

*In* Purgatorio *anima à dæmonibus cruciatur, ob peccatum quod confeſſa fuerat* 171 c, *ibidem detinetur Religioſa ob nimium affectum erga matrem carnalem* 561 e. Purgatorium *in balneis habet S. Paſchaſius Diaconus; ibique exiſtentis ſepulcrum claret miraculis* 439 a. *Mavult hic ſatisfacere, quam in* Purgatorio *B. Ioanna Luſitana* 737 c. E Purgatorio *liberatur anima per Angelum Cuſtodem, ob abſtinentiam à potu extra tempus ordinariæ refectionis* 561 d: *liberat etiam animam patris ſui B. Æmilia* 561 a: *pro animabus purgantibus pœnitentias offerunt BB. Conſtantia & Maria* 416 d. Purgatorium *quomodo in ecſtaſi viderit Beatus Petrus Petronus* 216 b, *& B. Gerardeſca* 168 c d: *in* Purgatorio *quæ viderit narrat puer à mortuis reſuſcitatus* 823 e

Puritas conſcientiæ *B. Petri Petroni* 205 f, *B. Iacobi Veneti* 474 f, 468 f, *B. Mathildis* 445 f, *& B. Ioannæ Luſit.* 743 b, *quæ eamdem commendat moriens* 750 d, *& poſt mortem apparens* 757 a c. Puritatem *anima prioris à Deo recipit B. Baptiſta Varana* 484 c

# Q

QUadrageſimam *traducit S. Bona in loco ubi Chriſtus jejunavit* 149 b

# R


REcluſæ, *variæ ſanctæ Virgines* 552 d
Reficere. *V.* Potus.
Regularum *obſervantia B. Æmiliæ* 561 c f; *commendat eam moriens* 564 e. *V.* Religioſæ Virtutes
Religionem *ingredi deſiderat S. Iutta: ſed impeditur* 606 b: *ingreſſurus, patrem ſolatur B. Ioachim Abb.* c d e: *præter voluntatem parentum ingreſſus S. Hucbertus, eoſdem ad aſſentiendum flectit* 274 e f, *eidem ſuadet dæmon ſub ſpecie boni* Religionem *deſerere, ſed fruſtra* 275. *Vocationi ad* Religionem, *magnam poſt luctam, tandem paruit B. Baptiſta Varana* 482 a b, *ac dein ſpirituali tranquillitate perfruitur* 483 d e, *& magnum ei* Religionis *deſiderium infundit Deus* 484 f. Religionem *Florenſem magno fervore procul à patria ingreditur Ioannes quidam juvenis* 107 b c, *Carthuſianorum B. Petrus Petronus* 196 a b c, *& ad eam varios per epiſtolas hortatur* 207 a b: *eamdem nepti ſuæ perſuadet, quæ multum in ea proficit* 210 f. Religionem *ſeptennis vult ingredi B. Gerardeſca* 165 e: *ingreſſa mirum in modum latatur, quod numquam ante in ſeculo* 166 c: Religionis *ingrediendæ propoſitum B. Æmiliæ fruſtra oppugnant conſanguinei* 559 e, *ingrediendæ veniam impetrat à patre atque ad eam ſe pie præparat* 560 a: *ſimile deſiderium B. Ioannæ Luſit. & Eleonoræ de Menezes, quæ de eo exequendo inter ſe deliberant* 728 a b c, *eoque veniam à Rege patre impetrat Ioanna* 730 c, 732 f, *cujus ingreſſus cæleſti lumine præmonſtratur* 731 f, *& omnes dolore afficit* 733 a 737 f: *tentans eam abſtrahere Epiſcopus poſt modum male perit* 739 d: *ejus in aſſumpta* Religione *conſtans perſeverantia* 737 e f, *quamvis gravibus de cauſis nunquam Profeſſionem emiſerit* 739 a b. *ob* Religioſam *Profeſſionem B. Baptiſtæ Varanæ per ſeculares multas turbas dæmon excitat, latantibus è contrario Angelis* 487 c. Religioſæ *virtutes B. Iacobi Veneti* 462 b c, 468 e, *& B. Mathildis* 443 f. Religioſos *non decet noctu per plateas vagari* 157 c d. Religio *reformatur quoad diſciplinam, ob Monachum unum per dæmonem punitum* 813 b c: *vitam quaſi* Religioſam *cum filiis & domeſticis inſtituit B. Emelia Vidua, S. Baſilii mater* 244 d e f. Religioſam *vitam imitantur Virgines, quæ in Luſitania vocantur de vita paupere* 415 b. *Ad mundi contemptum conſanguineos & notos ſuos hortantur SS. Votus & Felix Eremitæ* 62 b c. *V.* Ordo, Monaſterium, Monachus, Paupertas, Apoſtata, Reverentia, Habitus.
Reliquiæ *Sanctorum veteris Teſtamenti in honore habentur* 669 e: *Martyrum colligit S. Vigilius Ep. Tridentinus* 39 b. *Variarum inventio & elevatio* 438 b, 775 c, *Ignotarum Sanctarum Calari in Sardinia* 798 e f. Reliquiarum *S. Maximini ſolennis inventio* 32 c, *& tranſlationes variæ, non ſine miraculis* 22 b c, 23 e: Reliquiæ *S. Felicis Mart. Rom. quomodo inventæ in cœmeterio ad viam Appiam* 709 f, *& SS. Raſii atque Anaſtaſii in Pantheo* 763 b c. Reliquiarum *S. Reſtitutæ Calaritanæ inventio* 795 a b, *& tranſlatio* 797 a b, *S. Marculfi tranſlationes variæ* 531, *S. Dunſtani* 810 c d, *S. Framechildis non ſine miraculis* 802 a, *SS. Wironis & Sociorum* 654 e f, *SS. Barbari & Pauli Martt.* 771 a b, *SS. Cerealis & Sociorum* 856 a b, *S. Creſcentii Patavini* 585, *S. Bobonis etiam inſpectio* 828 e d, *B. Panaceæ miraculis honorata* 541 d e, *S. Thomæ Sali* 849 a d, *S. Hireniæ* 591 c d, *S. Metronis* 652 d e. Reliquiæ *S. Cæciliæ & Sociorum Mart. inventæ & tranſlatæ à S. Paſchale PP.* 773 d; *B. Æmiliæ ſolenniter tranſlatæ, cæleſti lumine & cantu Angelico honorantur* 565 b, *S. Maximini à Treverenſibus auferuntur ex Aquitania per dolum* 22 b c, *S. Iuttæ non reperiuntur, quia altius defoſſa, ne furto auferrentur* 608 b. Reliquiarum *B. Mathildis elevatio* 443 a, *S. Iacobi Diac. & Socc. Martt. elevatio & tranſlatio, Miraculis honorata* 578 c, *SS. Hyppoliſti & Socc. in alias capſas tranſlatio* 526 c d e, *SS. Cantii, Cantiani & Cantianillæ* 433 b *item alia earumdem cum ſolenni proceſſione* 434 e: *quæ loco moveri nequeunt niſi emiſſo voto de iiſdem honeſtius collocandis* 433 b. *S. Madelgiſili ſolenniter cum Miraculis tranſlatæ* 264 c e, *fiunt immobiles, ut injuſtus bonorum eccleſiaſticorum raptor convertatur* 269 b c. *Diſceptatio de* Reliquiis *S. Irenes* 590 c d, *& B. Beningaſæ, miraculoſe dirimitur* 663 a. Reliquiæ *S. Victoris datæ Volaterranis à Clemente VII, ibidem in honore ſunt* 617 c e. Reliquias *Sanctorum diſtribuit Epiſcopis Fredericus Imp. Barbaroſſa capto Mediolano* 577 c. *Corpus S. Vbaldi à juvencis indomitis trahitur in locum divinitus præparatum ipſius honori* 780 f. *Idem moveri nequit ob fornicarii unius præſentiam,* 782 d e, *ſepulcro exit iterumque eo revertitur* 782 e, *pollicem tradit ſuo quondam famulo, quo illi in egeſtate ſuccurrit* 718 d: *pro* Reliquiis *S. Gibriani fit nova capſa, & ſolenniter reconduntur in ea* 621 a: *manus ejus in altari expoſita ſponte ſe movet* 634 c. Reliquiarum *capſa S. Philippi Presbyteri ſæpius ultro & prodigioſe movetur* 710. *De* Reliquiis *B. Petri Petroni ſervandis ipſo adhuc vivente magna contentio* 221 f. *Corpus ejus integrum inventum* 230 b. *S. Attonis quomodo nunc reperiatur* 862 f, *S. Helenæ manet illæſum ruente eccleſia* 583 a. *Corpus integrum B. Andreæ de Chio Mart.* 187 e: *oculos aperit & rurſus claudit corpus defunctæ S. Iuttæ* 608 a: *lingua B. Baptiſtæ Varanæ perſeverat incorrupta* 511 f. *Corpus S. Reſtituti Mart. noctu ſublatum honorifice ſepelitur* 13 a b. *V.* Corpus, Integritas. *Ad* Reliquias *Sanctorum frequenter orat B. Mathildis* 448 e, *coram eis lampades accendendi ritus* 532 f. Reliquiæ *circumferuntur vicatim à Monachis, ut colligantur eleemoſynæ* 621 b, 534 b. Reliquias *S. Germani violantes divinitus terrentur* 550 d: *de* Reliquiarum *veritate dubitans Epiſcopus punitur* 433 b. *S. Majoli pallium Miraculis honoratur* 694 a, *Baculus S. Dunſtani aquæ immergitur, qua ægri ſanantur* 815 f: *alius S. Gibriani in veneratione eſt* 618 d, 652 a, *uti & lapis in quo Abraham voluit immolare Iſaac* 669 d. *Terra, è ſepulchro B. Ioannæ Luſit. deſumpta, non minuitur quamvis omnibus diſtribuatur, & adhibetur in remedium miraculoſum contra morbos* 759 a b. *Ex* Reliquiis *S. Pomponii Ep. liquor miraculoſus* 772 e, *V.* Liquor, Sepulchrum, Capilli, Odor.
Reſpectus humanus: *Imperatricem confiteri volentem coram ſe humiliter flectere jubet B. Ioachim Abb.* 94 c 108 c
Revelationes *variæ de morte B. Ioannæ Luſit.* 744 e f. *V.* Viſio.
Reverens *erga Religioſos B. Ioanna Luſit.* 729 d
Rex *Caſtellæ Ferdinandus I, ſolenni ceremonia regnum Deo moriturus reſtituit* 384 f, *& in cilicio expirat.* Regum Franciæ *prærogativa curandarum ſtrumarum* 531 e Regiæ virtutes *S. Ferdinandi* 361 f, *& Berengariæ matris ejus* 278 f, 330 b c, 331 f, 340 f
Rhedam *currentem ſiſtere manibus apprehenſam poterat miles Hiſpanus* 325 c
Ridere *numquam viſa B. Mathildis* 450 d
Roſam *extra tempus miraculoſe invenit B. Iacobus Venetus* 465 c
Roſarium Marianum *pie recitat B. Baptiſta Varana* 485 b; *ad honorem 15 Myſteriorum ejus, totidem panes diſtribuit pauperibus omni Sabbato B. Æmilia* 562 a
*Inter* Ruſticos *inſtituta Confraternitas S. Iſidori Agricolæ* 775 e


# S


SAbbato *quolibet eleemoſynam dat B. Æmilia ad honorem B. Mariæ Virg.* 562 a
Sacellum *S. Ioannis de Atares ſubterraneum in rupe inventum* 60 b, 61 e, 63 e. Sacella *memorabilia ad honorem S. Philippi Nerii* 852 c d e
Sacerdotes *in exercitu habet S. Ferdinandus, qui militibus aſſiſtant* 354 b: Sacerdotum *in Anglia ſec. 10 inſcitia* 809 c. Sacerdotium *ſuſcipere ne cogatur, digitum ſibi amputat B. Petrus Petronus* 197 b c. Sacerdotibus *fugiendum mendacium docet S. Vbaldus* 780 a
Sacramenta. *Vide ſingula ſub ſua ſpecie.*

Sacrilege *communicans punitur* 30 c: Sacrilegi *Reliquiarum violatores divinitus terrentur* 550 d, Sacrilegum furtum. *V.* Furtum.
Sacrista. *V.* Ædituus.
*Erga* Sanctos *devota à pueritia B. Æmilia* 559 d, *eorum Actis legendis dedita S. Iutta* 606 b, *Cultui addictus B. Iacobus Venetus* 465 a. *Vitam suam conscribi vetat S. Bona, prædicens scribendam post mortem suam* 157 a b. *De Cultu* Sanctorum *veteris Testamenti & S. Iob disceptatur Romæ* 665 b Sanctorum *cultum egre ferens rusticus punitur, & pœnitens sanatur* 433 c. *De cultu B. Crescentii instituta lis, quem finem habuerit* 586 c d e. *SS. Iutta & Dorothea veneratio restauratur* 610 e f. Sanctorum *nomina imponendi ritus in Baptismo* 676 b, *&* Sanctis *se devovendi, sub obligatione census capitalis; unde tales, servi, homines, ancillæ, alicujus* Sancti *dicebantur* 624 a, *B. Iacobus Venetus adhuc vivus invocatur* 466 f: *eidem ultro aperta fuerunt* Sanctorum *sepulcra* 465 d. Sanctos *sibi occurrentes videt moriens S. Ferdinandus* 362 e. *V.* Superstitio, Reliquiæ. Sanctis injuria illata, *V.* Injuria.
Sapientia *vino comparata* 99 d: Sapientia *S. Monicæ inter filii disputationes elucens* 579 c d
Saracenorum *victor S. Ferdinandus* 392 d. *Schismatici vulgo habiti, si moriantur pro Christo, quomodo dici possint Martyres* 184 f
Scripturam *sacram interpretandi facultatem à Pontifice petit & obtinet B. Ioachim Abb.* 101 f. *Sacrorum verborum reverens S. Monica* 580 a: Scripturam *calcanti ex contemptu pes eodem die detruncatur* 691 c
Secreta *cordium novit B. Iacobus Venetus* 468 d, *& B. Petrus Petronus* 216 c d
Seculum, *V.* Mundus. *Cum* secularibus Colloqui, *V.* colloquium.
Seditio *civilis, per Crucem in aëre pendentem designatur* 101 c
Sepeliri *in habitu Religioso vult B. Ioanna Lusit.* 750 f, *in monasterio, in quo Religiosa facta fuerat, B. Mathildis* 452 b, *ad pedes Imaginis Deiparæ Ferdinandus* 364 b, *cum pauperibus S. Iutta* 607 f, *ad cujus* Sepulturam *magnus populi concursus* 608 a. Sepelitur *magna pompa corpus B. Andreæ de Chio, jussu Imp. Turcarum* 187 c. Sepulcrum *aureum Alarici, Regis Visegothorum* 98 c, 99 c. Sepeliri *alium in suo sepulcro non patitur S. Thomas Salus* 849 d. E Sepulcro *B. Baptistæ Varanæ pulsus auditus, signum imminentis mortis alicui ex monasterio* 512 d. *V.* Cœmeterium.
Seraphini *mittuntur ad Baptistam Varanam* 489 f
Serenitas *impetrata per Crucem Caravacanam* 403 a
Servos *libertate donant SS. Cantius, Cantianus, Cantianilla* 428 f
Silentium *B. Mathildis* 445 f
Simplicitas *S. Exuperantii Ep. laudatur* 260 f, 261 a
Simulacrum *antiquum, ignem vomens* 604 c
*In* Siti *refrigerium divinitus accipit B. Ioachim Abb.* 97 b c
Sobrietas *in cibo & potu B. Ioachim Abb.* 93 f
Sodalitates *in Domibus Societatis Iesu, quomodo aggregandæ primariæ* 857 e f: *earum institutio Romæ in Collegio ejusdem Societatis & propagatio* 855 a b: *ac piæ exercitia* 856 d e
Solatur *afflictos variis modis B. Ioanna Lusit.* 737 b, *B. Iacobus Venetus* 463 f
Solem *fistit, ut Iosue, Pelagius Corea, pugnans contra Mauros, ob preces Ferdinandi* 334 a: Sole *occidente lumen Miraculosum instar* Solis *impetrat S. Iutta* 605 e
Solitudinis *amans B. Mathildis, agre adduci potest, ut aulam Imperatoris consanguinei sui adeat* 450 f, *in* Solitudine *cibos miraculose per septennium accipiunt majores S. Basilii, persecutionem fugientes* 242 c. *Variæ Virgines* Solitariam *vitam agentes* 552 d. *V.* Eremus.
Somnus *exiguus B. Ioachim Abb.* 93 f. Somnum *in stramine capit B. Mathildis* 449 d
Sonitum *instar tonitru miraculose edit Crux Caravacana* 397 c, *& proditionem indicat* 400 f, *atque adventum Mau-*
*rorum* 399 c f
Spinea *Corona in insignibus utitur B. Ioanna Lusit. & per similem fulgidam mors ejus revelatur* 756 c. *Eamdem participat cum dolore capitis B. Æmilia* 564 b
Spiritum sanctum *in visione accipit S. Bona* 138 c, *eum invocans in festo Pentecostes B. Ioachim Abb. de mysterio Trinitatis divinitus instruitur* 130 b c d, *& libros ex inspiratione divina jussu Pontificum scribit* 129 f. *à* Spiritu sancto *docetur S. Humilitas* 830 f. Spirituale colloquium, *V.* Colloquium. Spiritualis consolatio, *V.* Consolatio.
Stella, *V.* Lumen.
*Ex* Sterili *matre nata B. Ioanna Lusit.* 723 e, *intercessione S. Dominici* 758, 762 a. Sterilitas *agrorum nulla fuit in Hispania regnante S. Ferdinando* 363 a
*Contra* Strumas *S. Marculfus invocatur* 532 c: *in iisdem curandis Regum Franciæ prærogativa* 530 c
Studere, *V.* liber.
Superior, *V.* Abbas, Abbatissa, Mansuetudo, Humilitas.
Superstitio *an sit, homines appendere in statera ad honorem cujuscumque Sancti* 271 d e f: *ex* Superstitione *ducti Mauri optant Hispalensem turrim & Mesquitam destruere, antequam urbem S. Ferdinando tradant* 350 d
Sutor *Sanctus, S. Medicus* 842 c

# T

TE Deum laudamus, *V.* Deus.
Temperantiæ *per Angliam consulit S. Dunstanus* 809 d. *Prandium proponit amicis in die natali suo S. Augustinus, unde ingenium nihil impediretur* 579 c: *inter comedendum ad scientiam intendit animum, ad cibo vix quidquam advertens animum* 579 c
Tempestas *depulsa per Crucem Caravacanam* 402 d, 403 f, *& sedata in mari* 404 e, 405 f, *invocatione etiam S. Maximini* 24 e, *B. Iacobi Veneti* 473 b. E Tempestate *maris liberatur Sacerdos per S. Hypolistum Martyrem* 526 b. *Contra* Tempestates *aëris invocatur B. Mathildis* 443 b, *Capillis ejus in aëre suspensis* 457 c. *Contra eas orandi formulam & modum Cruce signandi aërem docet B. Æmiliam Deipara* 564 a
In Templo *tumultuantes flagello ejicit S. Antoninus* 555 b. Templa *dicata in honorem S. Iob* 667 e f. *Varia fundat & dotat S. Ferdinandus* 392 c. Templi *Hispalensis descriptio* 372 d, *& ornatus pro prima festivitate S. Ferdinandi* 387 c d. Templum *corruit vento vehementi* 582 f. *V.* Ecclesia, Ornamenta.
Tentationes *multas patitur ad experimentum virtutis B. Baptistæ Varanæ* 493 b, *ad Deum afflicta confugit* 502 e, *qui memorem eam esse vult consolationum prius gratis acceptarum* 495 b; *illarum finem petit vel per ipsam mortem* 496 c; *ob eas, quibus non consenserat se humiliat* 493 b. Tentatione *dæmonis liberatur comedens ex scutella B. Ioachim Abb.* 114 b c
Tepiditas *spiritualis & incredulitas morbis castigatur* 218 a b. *V.* Amor.
Terræ motus *sedatur ab apparente B. Æmilia* 569 b.
Terra *è sepulcro B. Ioannæ Lusit. desumpta non minuitur, quamvis omnibus petentibus distribuatur, adhibenda in remedium miraculosum contra morbos* 759 a b
Testamentum *S. Yvonis Presb. quo capellam fundat ad honorem S. Iugduali* 817 a b. Testamento *bona sua donat monasterio, in quo vixerat, B. Ioanna Lusit. sed ipsum nihil inde accipit, testamento numquam impleto* 748 a c
Tessera *in clypeis militaribus depingi solita* 348 f
Thus *miraculose suppeditatur ad incensandam Crucem Caravacanam* 403 c
Timore *Dei ad meliorem vitam proficit B. Baptista Varana* 481 c
Tonitru, *V.* Tempestas, Fulmen.
Transfigurationem *Christi meditans, ad eum videndum aspi-*

*aſpirat B. Baptiſta Varana, idq; quodammodo impetrat* 485 c d
Tranſlatio Reliquiarum, *V.* Reliquiæ.
Tribulatio, *V.* Tentatio.
Tributis *novis gravare ſuos ſubditos non vult S. Ferdinandus tempore belli ſacri* 352 b
Trinitatis *gloriam videt & impalleſcit S. Bona* 152 c. *De Myſterio illo divinitus inſtruitur B. Ioachim Abb. invocans Spiritum ſanctum in feſto Pentecoſtes* 130 b c: *qui ipſum explicavit & Catholice de eo ſenſit ac ſcripſit* 131 f. Trinitatē *invocat, ad initium publici inſtrumenti, S. Ferdinandus* 359 f
Triumphales *arcus erecti pro feſtivitate prima S. Ferdinandi* 387 c d
Tunicam *ſuam pauperi largitur B. Ioachim Abb.* 97 e
Turris *Hiſpalenſis deſcriptio* 351 b, *eamdem & Meſquitam deſtruere petunt Mauri, antequam tradant S. Ferdinando civitatem* 350 d
Tutor *pupillam occidere tentat, ut hereditatem ſibi retineat* 780 a
Tyrannidem *exercet Comes Alvarus in Hiſpania malo ſuo* 311 c d

# V

Vanæ *gloria metu miracula patrare non vult S. Vbaldus* 780 a
Vanitas veſtium, *V.* veſtes, Mundus.
Vaticanum, *unde ſic dictum* 422 a
Velitatio, *V.* Bellum.
*Inter* Venandum *S. Votus mortis periculo liberatur, invocans S. Ioannem* 59 f, 61 d e: *ex* Venatu *ſuo ſenes agros nutrit Naucratius frater S. Baſilii* 244 a b: *idem inter* venandum *moritur* 244 a b
*à* Veneficiis *multos abduxit B. Petrus Petronus* 219 d
Veneni *præparati Rege puero crimen affinxit Reginæ Berengariæ Comes Alvarus* 311 f, *venenum à meretricibus præbetur B. Ioannæ Luſit.* 743 d
Veniale peccatum, *V.* Peccatum.
Ventorum *magna vis, quæ boves cum aratris ad mediam leucam transfert,* 29 e f
Verbum otioſum, *V.* Peccatum.
*Ex* Verecundia *tumorem pectoris aperire medico recuſat S. Macrina, eumque ſigno Crucis ſanat rogata mater* 243 f
Veronica, *V.* Imago.
Veſtes *viles & detritas geſtat B. Ioachim Abb.* 93 d, *veſtium vanitatem nocere ſpiritui expertus* 96 b c. *Eam ſpernit S. Iutta* 604 e, *prohibet Alphonſus Rex Caſtellæ, tempore belli Maurici & magnam victoriam obtinet* 308 a b
Vexilliferum *& militem S. Iacobi ſe nominat S. Ferdinandus* 360 b, *hujus* Vexillum *quotannis defertur in Proceſſione* 356 f
Viaticum *palam in templo ſumit morituras Rex Ferdinandus I* 364 e, *valde pie S. Ferd. III* 303 c d, 362 b, 392 e, *& B. Ioanna Luſit.* 749 c e, *& B. Æmilia* 564 d. *Pro* Viatico *communionem accipit ab Angelis B. Mathildis* 456 d
Victorias *contra Saracenos pœnitentiis & oratione impetrat S. Ferdinandus* 392 d, *eaſque Deiparæ acceptas refert* 392 d, 360 b. Victoriolæ *aliquot Chriſtianorum de Mauris* 343 c d, 348 b c d. Victoria *navalis, S. Ferdinando ſingulari Dei beneficio data* 341 e f. *Terreſtris, ſubſidium ferente S. Iacobo Apoſtolo* 323 b c. Victoriam *Regi patri orando creditur impetraſſe B. Ioanna Luſit.* 729 e, *Adelſtanus Rex Angliæ invocato S. Ioanne Beverlacenſi* 616 c d, *Mediolanenſes interceſſione Martyrum* 39 d, *Caravacenſes per Crucem* 400 b. *V.* Bellum.
Viduæ *virtutes, propria S. Iuttæ* 605 b
Vigiliis *neglectis capitur ſuburbium Cordubenſe* 325 d e
Vinum *bibendum prophetice promittit S. Bona, Monachis timenti ne acetum bibere deberet* 152 f. Vino *delicationi tempore morbi abſtinet B. Petrus Petronus* 211 f. *V.* Oblata, Aqua, Abſtinentia.
Vires *ingentes militis Caſtellani, qui hominem amplexu ſuffocare poterat* 324 d, *& alterius Hiſpani, qui bigam currentem manibus ſiſtere* 325 c
Virginitas *illibata B. Æmiliæ* 562 a, *& B. Iacobi Veneti* 474 f. *Vt* Virginitatem *ſervet mortem à Deo impetrat S. Petronilla* 420 c: *pro eadem interficitur S. Gertrudis Mart.* 515 a b. Virginitatem *Deo conſervare volens, prudenti reſponſo matrimonium declinat B. Ioanna Luſit.* 726 f, *& propoſitum tenet varie tentata* 740 a b: *eique Deus hac in re proſpicit utriuſque proci morte, quam abſens intelligit divinitus* 740 a b, *tandemque perpetuam vovet* 743 a. Virginitatis *votum, quo emiſſo ſanata fuerat miraculoſe, violatura puella, morbo corripitur & moritur* 565 e. *V.* Caſtitas, Verecundia.
Virtutes *regiæ in S. Ferdinando* 361 f, *in* Virtute *proficiendi deſiderium B. Iacobi Veneti* 462 b, *Æmulatio laudabilis hoc in ſtudio SS. Venantii & Honorati fratrum* 241 d e, *ob* Virtutem *magni æſtimatur à Principibus B. Ioachim Abb.* 108 *& ſeqq.*
Viſiones *ſeu revelationes mirabiles B. Gerardeſcæ, ſimiles pene Apocalypſi S. Ioannis* 166 d e *& ſeqq.* Viſionem *ſibi factam ex humilitate celat, ex obedientia revelat B. Mathildis* 454 a b
Vitam *ſuam conſcribi vetat S. Bona, prædicens ſe mortuæ ſcribendam* 157 a b
Vita ſolitaria, *V.* Solitudo.
Unguentis *adſcribunt Turcæ miraculoſam ſanationem Martyris* 186 d e
Vocatio ad Religionem, *V.* Religio.
*Cum* Voluntate *divina conformitatem docet Chriſtus exemplo ſuo, B. Baptiſtam Varanam* 495 a b. *Conformat ſe* voluntati *divinæ, in morte patris ſui, B. Æmilia* 560 f. Voluntas Dei, *V.* Deus.
Votum *puerile de Paſſione Domini honoranda, magna cum difficultate ſervat B. Baptiſta Varana, quod fuit initium ſanctitatis ejus* 480 a c. Votum *non ſolvens in morbum relabitur, quo fuerat miraculoſe curata* 713 b: *ſic rurſus infirmata* Voto *renovato convaleſcit* 566 a, 567 c. Votum virginitatis, *V.* Virginitas.
Urbis *Hiſpalenſis captæ ſtatum Eccleſiaſticum & Politicum ordinat S. Ferdinandus* 351 d, 358 b c. *V.* Obſidio.
Urſus *vice jumenti portat ſarcinas S. Maximini* 21 f
Uxor *in partu periclitatur ob peccatum viri* 786 f

# Z

Zelum *animarum exercet B. Ioanna Luſit.* 737 c, 744 b: *pati omnia mala deſiderat pro ſalute animarum S. Bona* 149 c e f, *pro animarum ſalute multum orat & patitur, etiam inferni pœnas, B. Petrus Petronus* 220 c d e. *S. Bona vocatur à Chriſto mater animarum, quas converterat precibus & exemplis, aut in bono conſervaverat* 149 c, *V.* Converſio, Caritas. Zelus *indiſcretus cujuſdam Religioſi, parum reverenter tractantis ſacrum Corpus B. Baptiſtæ Varanæ* 511 f

FINIS.

# BIBLIOPEGO.

*Prodeũnt una cum duobus ultimis Tomis Maji ampla Paralipomena, ad Propylæum ſeu Conatum Chronico-hiſtoricum in Catalogos Pontificum Romanorum: quem qui religatum jam habent, nec diſſolvere volunt, ut ei Paralipomena jam dicta jungantur, poterunt ipſa ad hujus ſeptimi Tomi calcem compingenda curare: de quo ementis voluntatem Bibliopegus exquirat.*